PAPONI
Arresta
cum
BACHOVI
Observat.







9

9—6

REINHARDI BACHOVII, JC. GERMANIÆ celeberrimi, & in Academia Heidelbergensi Professoris dignissimi,

OBSERVATIONES ET NOTÆ PRACTICÆ AD STYLVM IVDICIORVM TVM GERMANIÆ, TVM ALIORVM LOCORVM ACCOMMODATÆ,

Ad

IOANNIS PAPONII, IVRISCONSVLTI ET CONSILIARII REGII IN FRANCIA CELEBERRIMI

DECISIONVM ET RERVM JVDICATARVM, SIVE, VT VOCANT, ARRESTORVM, IN DIVERSIS ATQVE SVPREMIS FRANCIAE tribunalibus, & PARLAMENTIS tractatorum Corpus, & Juris vniuersalis collectionem absolutissimam.

NVNC PRIMVM VNA CVM DECISIONIBVS SIMVL ET NOTIS VARIIS, ATQVE APPENDICIBVS QVATVOR CELEBERRIMORUM Iurisconsultorum & Pragmaticorum, D. Bergeronij, Tillerij, Chanutij, Faij, dimidiam totius Operis partem adæquantibus; Item lucubrationibus D. Tiraquelli, Molinæi, Rebuffi, & aliorum Iurisconsultorum editæ.

Cum Gratia & Priuilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis Ferdinandi II ad sexennium.

ET INDICIBVS.




FRANCOFVRTI,
Impensis Ioannis Godofredi Schönvvetteri,
M. DC. XXVIII.



REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO
Principi ac Domino,

Dn. PHILIPPO CHRISTOPHORO

ARCHIEPISCOPO TREVERENSI, PER GALLIAM ET REGNVM ARELATENSE ARCHICANCELLARIO, SACRI ROmani Imperii Principi Electori, Episcopo Spirensi Præposito Weisenburgensi, & Imperialis Cameræ Spiræ Iudici, &c. Domino suo Clementissimo, &c.



TANTVM in Principibus viris, eruditione præsertim ac sapientia fulgentibus, typographicæ rei Directores præsidium collocant, Princeps Illustrissime, vt nihil in lucem, nisi eorundem authoritate ac nomine sit inscriptum ornatumque, sibi edendum arbitrentur. Quod cum permulti, optato laborum suorum fructu, experiantur; mihi quoque similibus negotiis librariis occupato faciendū duxi, vt Ioannis Paponii IC. celeberrimes Iudicatas, siue Arresta Curiæ Parisiensis, Reuerendissimæ ac Illustrissimæ Celsitudinis Tuæ nomine, typis commendarem, eoque velut radiis easdem illustrarem, quibus & studiosi Iuris, & Rerūpublicarum præsides excitarentur; ac etiam illa prælargæ beneficentiæ semina dedicationi ANNALIVM Tornielli à Celsitudine T^a. liberalissime, ante aliquot annos, inspersa fouerentur, atque ad Gratitudinis à me debitæ sementem exsuscitarentur. Quis enim vel in imo Iuridici sacrarii subsellio residentium, ad recordationem & inspectionem solius nominis ac muneris (quo Celsit^o T^a celsissimo & augustissimo Sacræ Cæsareæ Maiestatis Consistorio, Tribunali, Iudicioque, Spiræ, tot iam annis, tam laudabiliter præsidet) ad Legum sacrarum (quibus Iustitiæ fons, Reipublicæ salus, virtutum humanarum κτῆμα continetur) studium non inardescat? Quis in supremo vllius regiminis tam Ecclesiastici, quam politici gradu consistens, exemplo Celsitud^s T^æ (Principis, inquam, in hac tristi Germaniæ facie, in horribili omnium ferme statuum Imperii conquassatione, in deploranda morum ἀταξίᾳ, ac denique in miseranda Spirensis Ecclesiæ, tanquam dilectæ sponsæ, conculcatione; patientissimi, constantissimi, vigilantissimi, Deo supremo animarum Pastori confidentissimi) non ad easdem heroicas, & Principe dignas virtutes exstimuletur ac animetur? Quare nutu plane diuino factum arbitror, vt qui tā truculēto, iniquo & inique vicino Marte impugnatus, iactatus ac depressus fuit; gloriosissime, libra diuinæ æquitatis, ad infulatum supremæ archidignitatis solium, inter Septemuiros Imperii proceres & Electores eueheretur, vt Hesperus terris, armorum errantium & errorum hæresi armatorum tenebris prope demersis affulgens, cum spe orituri, breui, Solis, optatæ pacis ac tranquillitatis,

):(2 tot ar-


torardentibus votis atque suspiriis desideratæ. Quæ altera est meę dedicationis caussa. Ingratus enim fuerim, pro tantis in me Celsitudinis Tuæ meritis, impius etiam in communem patriam, si hac tam opportuna occasione, non gratuler ex animo gaudeamq; Celsitudini Tuæ vna cum Rheno & Mosella istam eximiam fœlicitatē, diuinamq; profectò, & pulcherrimā fortunæ rotationem: Sed rursus, aurē Cynthio vellicante, recurrit memoria memorādi muneris, quo pro Dedicatione ANNALIVM Tornielli, aliquot ante annos, à Celsitudine Tua me affectum & ornatum, submisso gratoque animo, hac lucubrationum Parisiensium oblatione agnosco atque protestor, sperans fore, vt pari animi serenitate ac munificentia à Reuerendissima & Illustrissima Celsitudine Tua respiciantur ac acceptentur. Munusculum certe paruum, Principi magno præsentatum; attamen ex magno gratificandi affectu profectum, nec nō tale, in quod conueniat illud magni Artaxerxis: *Non minus regium parua accipere, quam donare magna.* Sic ergo pro magnis, quæ accepi, reddo parua, quæ tamen ex maximo (vt dixi) demissionis & gratitudinis affectu dimanarunt erga Reuerendiss. & Illustriss. Celsitud. T. quam Deus Vniuersi præpotens Monarcha, & Iesus Christus Pastorum Princeps, regimini tum Ecclesiastico, tum politico, adeoq; Germaniæ toti, in hac languenti Mundi senecta, vegetum florentemque diutissime tueatur atque conseruet. Amen. Francofurti Calendis Aprilis 1624.

Reuerendissimæ & Illustrissimæ
Celsitudini Vestræ

Humilimus & Subiectißimus

Iohannes Theobaldus Schonvvetterus
Moguntinus Ciuis & Bibliopola
Francofurtensis.

INDEX



INDEX LIBRORVM ET TITVLORVM QVI IN HAC PAPONII ARRESTORVM COLLECTIONE continentur.

VI. De

VIII. De

Index Titulorum.

V. De Iu-

Index Titulorum.





AD LIBRI I.

TITVLVM I.

De

REBVS DIVINIS.

Ad Arrestum I. & II.



OTA sententia est Dd. quod pro assertione & vindicatione iurium, detur vtilis actio cōfessoria, *Schneid. & alij, ad §. aequi. Inst. de act. Wesemb. in parat. de iurisd. n. 3.* quam cōmunem testatur *Soarez. comm. opin. lit. A. num. 52.* sed fortasse sanctitas istius rei non patitur, vt huiusmodi remediis adseratur: quamuis sane ius administrandi, quod hic vel ille sibi asserit, possit defendere hoc remedium: ceteroquin hæc obiectio militare possit, & in his quæ tractantur Arresto 2. Sed enim verissimum est, quod Can. *& ibi Panorm.* tractant *in cap. 1. d. sepulturis num. 2.* quod sacerdos iuste recipiat mercedem operarum, vt tamen recipiat ratione operis, non ratione diuinorum. Cætera relinquo Theologis: mihi enim, quod semel dictum volo, quæ ad ius priuatum spectant, persequi præcipuè constitutum est. Et de his quæ sequuntur, veneratione imaginum Sanctorum & reliquiarum, extant Tractatus Theologorum passim, ad quos Lectorem remittimus.

Ad VIII.

Difficile est huius arresti rationem reddere, & ex Iure nostro id defendere. Nam & in genere constat, rem alienam obligari non posse: & in terminis extat constitutio *in l. sancimus 21. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi omnes Dd. extra causam redemptionis captiuorum, & famis, huiusmodi res pignori datas, omnino concludunt esse restituendas, negata omni retentione aut actione contra Ecclesiam, aut qui ei & rebus sacris præsunt.

Ad XVI. & seqq.

Pertinent hæc Arresta omnia vsque ad finem, ad controuersiam de iure Asyli in locis sacris: sunt de hac re constitutiones *sub tit. C. de his, qui ad Eccles. conf.* sed videtur hoc tantum venerationi sacrorum locorum datum, ne rei, qui ad ea confugerunt, inde per vim abripiantur, non autem vt habeant impune: sed vt postmodum coram iudice ordinario interim custoditi à sacris personis sese sistere & exhibere cogantur, vt innuit *l. præsenti 6. §. 1. & 2. C. d. t.* quinimo in criminibus grauioribus adulterij, homicidij, raptus beneficium hoc negat diserte & extrahi vult reos ex locis sacris *Iustin. N. 37. & N. 117. & vlt.* Latius sunt progressi Canones, qui reis etiam grauium criminum, qui ad Ecclesias confugerunt, dant hactenus immunitatem, vt eis salua sit vita, salua etiam membra, *cap. inter alia C. d. immun. Eccl. can. reum 9. & can. Id constituimus 36. caus. 17. quæst. 4. de quo v. Panorm. in d. c. inter alia.* Limitatio Innocentij *in d. c.* omnino recipienda videtur, vt procedant priuilegia in eo, qui impetu vel casu, non in eo, qui insidiose offendit, cesset ex proposito & dolo quamuis generalitas Can. repugnet, sed admittenda est potius limitatio, quam vt contra rationem scelerati homines debitam euadant pœnam, & quidem contra ius diuinum, quo homicidæ, &c. ab altari auelli iubentur: quod ipse autor Arrest. 21. citat, nec ferri potest, quod *Hostiens. in summ. de immun. Eccl. vers. in quantum num. 6.* cum locum iuris diuini restringit ad publicos latrones: nec etiam quod restringit dd. NN. Iustin. ad casum quo quis delinquit in Ecclesia aut prope illam eo fine, vt se præsidio Ecclesiæ tueatur, qui non gaudet priuilegio *c. vlt. d. immun. Eccl.* sed omnino tenenda est limitatio Innocentij, qui ipse Pontifex, ius interpretandi habuit constitutiones illas Pontificum aut conciliorum.

AD TITVLVM II.

De hæreticis, &c.

AD ARRESTVM I.

Blasphemiæ crimen atrocissimum est, ob qualitatem obiecti, scilicet Dei, qui est infinitæ potentiæ, & præterea bonitatis, & hinc ob qualitatem peccantis hominis, qui creatorem & redemptorem suum iniuria qua potest afficit, ita vt nec color quidem excusationis prætendi hic possit. Ipse Deus pœnam mortis irrogat huic delicto, & grauissimæ quidem, nimirum lapidationem: *Leuit. 24.* sequitur recte Iustinianus *in Nou. 77. vt non luxur. hom. &c.* Pœnam anathematis indicit Pius Pontifex *in can. si quis per caus. 22. q. 1.* sed Gregorius nimis clementer *in cap. 2. d. maledic.* nimis etiam clementer constitutio, cuius Arrest. primo fit mentio, & pleraque in Appendice relata Arresta: extra penult. & vltimum, quæ sunt seuera & sancta. Et cum iniuriæ quoque non ita atroces in homines commissæ, plectantur grauiter, & in principes si ita peccetur, fere sit capitale, cum & primum homicidium, adulterium &c. sint capitalia, mirari liceat, cur in hoc genere criminis atrocissimi, vt ordinariæ pœna sit lo-

cos, Interpp. blaſphemandi conſuetudinem requirant, plerique etiam lubrico linguæ, ebrietati, & iracundiæ veniam dandam putent. *v. Dd. communiter in L.2.C de reb.cred. Iaſonem in l.3. §.iurari nu.11. & 12. Alex. vol.3 conſil.15. Boer.deciſ.301. Hoſtien.in ſumm. de maledic. nu.4.5.& 6. verſ.blaſphemantes. Couarruu. in cap. quamuis part.1.§.7.nu.10. Boſſ.pract.crim. tit. de inquiſit. num.129. & ſeqq. plures citatos & probatos à Iaſone in §. Item, ſi quis poſtul. Inſt.de act.num.61. & ſeqq.* omnes male, imo peſſime.

Ad III.

Ebrietas tollit aut mitigat pœnam, quæ communis eſt ſententia: & eius ratio peremptoria, quoniam cauſa delicti, & quod conſtituit quaſi eius eſſentiam, eſt dolus: qui aut nullus, aut minor eſt in ebrio, & quod peccauit, ſe inebriando & nimium bibendo, ſeparatum eſt à delicto: cum & aliquando incautum facile & ſeoſim obtepat & inuadat ebrietas: cum & aliquid iuuet, quod communiſſima conſuetudine, largius ſe inuitare poculis, nec in turpibus, nec in vitiis habeatur: Pitaci legem, qui hue adferunt, eam non intellexerunt: quippe cum omnis multi ex ebrietate peccarét, vt abſterreret eos à nimio potu, duplicem indixit pœnam, & reſpexit ad vtile, non vero eo, quod magis ſit ignoſcendum ebriis, vt expreſſe ſcribit *Ariſt.2.polit.vit in fin.* Apud eum in Ethicis nihil tale, nec apud *Senec.Epiſt.12.* ſed *Epiſt.83.* eſt grauis inſectatio ebrietatis.

Ad IV.

Mirum, non excuſaſſe dementiam à pœna capitali, quod eſt contra Interpp. omnes: & in furioſo non eſt dolus. Nec ſatis eſt idonea ad hoc ratio ab exemplo, omnino enim requiritur propoſitum faciendi, & habile ſubiectum punitum, quale non eſt demens.

Ad Arreſt. V.

Scilicet Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere ſuper crimine hæreſis: Ergo, nec abſoluere, ſed nimirum, factum tantum iſtud pro cauſa allegatum fuerat: quod cum purgatum ſatis eſſet, potuit Iudex laicus iure abſoluere.

Ad Arreſt. VII.

Hiſtoria hic relata extat apud *Liuium lib. 40. cap.* (vt recentiores editiones diſtinguunt) 29. vide quædam ad hoc apud *Val. Max. 1. cap.3. de peregr. relig.* De matrimonio cum hæreticis Notator extra rem hic tractat, & v. *Bellarm. de matrimonio c.23.* vbi de cultus diſparitate.

Ad VIII.

Imputat Neſtorio, quod negarit Chriſtum ex virgine natum. Deceptus forte eo fuit, quod noluit Mariam dici θεοτόκον, Deiparam: cæteroquin crimini id ei datum fuit, quod negarit, Chriſtum natum, eſſe Deum, ſed dixerit eſſe purum hominem, diuinitati non vnione hypoſtatica, ſed ſpeciali quodam inhabitationis ratione merito Sanctæ vitæ coniunctum: *v. Baron. in Annalibus Chriſti Anno 428. Gaultierij tabulam Chronograph. ſeculo quinto. Auguſtin. hæreſi 89.* Eutychis permiſcentis naturas, ſecta, orta eſt Anno Chriſti 448. vbi *v. Baronium, & dialogum Theodoreti, qui inſcribitur* Inconfuſi. Illud verum eſt, quod maxime id principi curandum ſit, vt religio & cultus Dei recte in Republ. ſe habeat: Optandum etiã eſſet, vt vna religio ſit in vno regno: Concordia enim & vnitas, cum ſit quaſi fundamentum Reip. vt Plato diſputat: nihil magis eſt turbandæ concordiæ, quam diſparitas cultus diuini. Sed vbi hoc obtineri non poteſt, præſtat vti ſecunda nauigatione, quam δεύτερον πλοῦν Græci appellitant, & aliquid hic date tranquillitati & conſeruationi pacis publicæ, quam nimis præfracte & cum ruina Reip. perurgere: Quod ſecuti ſunt Maximi & prudentiſſimi Principes Carolus & Ferdinandus, qui in Comitiis Auguſtanis anni 1555. conſtitutionem ſaluberrimam & celeberrimam ſuper pace religionis promulgarunt.

AD TITVLVM IV.

Ad Arreſt. I. II. & III.

Nimirum, ſi cauſa eſt Eccleſiaſtica & ſpiritualis, poſtquam diſtinctæ ſunt iuriſdictionis, iſtæ duæ, laica & Eccleſiaſtica, tractanda vtrique ea eſt apud iudicem Eccleſiaſticũ, ſine cõſideratione perſonę, an ſit laica nec neceſtq; hæc iuriſdictio hactenus non in perſonas directo, ſed propter qualitatẽ cauſæ: quod apparet ex exemplo cauſarum matrimonialium, quæ tantum inter laicos tractantur, & tamen pertinent ad forum Eccleſiaſticum. Et omnino hic incompetens cenſetur Laicus Iudex. Limitatur ex art.2.& *ex Bart.in l.omni 6.C.de ſacr Eccl.* vt ſuper quæſtione facti cognoſcere poſſit Iudex laicus, ſed plus aliquanto ex animi ſui ſententia iudici laico tribuit *Bald. in l.filium 6. de his qui ſunt ſui iur. numer.19.& 20.* vbi ait de perſonarum habilitate & inhabilitate non poſſe pronunciare iudicem Laicum, quia hoc ſit ſpirituale: at ſi dubium ſit de matrimonio ſaltem, & an ſit contractum nec ne, licet decretalis velit recurri ad iudicem Eccleſiaſticum, tamen de illa decretali mundum non curare, & ſe non videre, quare antes iudicis Laici ſint hic impaſſibiles ad audiendum: Ita Baldus, & tanto magis admittendum erit, quod circa poteſtatem Laici aut ſecularis iudicis tradi.ur *Art.3.* ne præſertim ſi nimis extendatur iuriſdictio Eccleſiaſtica, per indirectum alias omnes controuerſiæ de ſucceſſionibus & hæreditatibus ad forum Eccleſiaſticum trahantur: quod citatis locis *Bart. & Bald.* mouent, vbi & *Bl.nu.19.* ait, ſi tantum verſetur quæſtio ſummaria, quæ non præiudicet veritati, recte cognoſcere iudicem Laicum: ex quo Art.2. cognitio ſuper poſſeſſorio decimarum relinquitur iudici ſeculari: ſicut & quæſtio ſuper damnis & intereſſe, ſecundum quod & Arreſto 4. pronunciatum.

Ad V.

Non leuis controuerſia eſt, ſi quoad cauſam incidentem, ſit incompetens Iudex aditus ſuper principali, an tum inhibeatur eius cognitio omnimodo, an cauſam incidentem ſimul & quatenus determinare poſſit: de qua re late *Dd. in l.1.C.de ord iudic.* Sed cũ cauſa matrimonialis ſit toto quaſi genere, diuerſa, & ad aliud plane forum pertineat, vbi ſine eius determinatione cauſa principalis decidi non poteſt, rationis eſt, vt tum ad iudicem ſuum remittatur.

Ad VI.

Quomodo iſta controuerſia per citatos textus decidatur, ego nullus video: nec quiſquam ex Interpp. eos ita inducit, vtique ex certiſſima regula iuris actor ſequitur forum Rei, nec eſt iſta cauſa vlla modo ſpiritualis. Proinde & iuxta *Arreſt.8.* ſi quid deliquerit laicus, cuius officio & miniſterio vtitur v.c. Epiſcopus, cognitio de crimine ad iudicem Laicum

cum spectabit. Quod Notator allegat, apud Bald. in citata auth. non reperio: & sane perinrium & exercitium vsurarum inter crimina quoque Ecclesiastica referuntur, de quo *v. Couarr. 3 var. res. 3. num. 5. Clar. §. fin. q. 37.* Arresto vlt. fundatur iurisdictio Episcopi in percussorem clerici etiam laicum *ex can. si quis suadente 29. caus. 17. quæst. 4.* Can. iste ipso iure facit excommunicatum percussorem Laicum: itaq; sententia non est opus: nisi forte declaratoria, si forte neget se percussisse: quæ sane possit & ferri à iudice laico, scilicet quod percusserit clericum: sine dubio autem si de pœna alia in corpus infligenda aut multa agatur, secularis iudicis cognitio erit, *adde tit. seq. arr. 32. & 33.*

AD APPENDICIS

Arrestum I.

MEram oportuit fuisse vsurpationem, cui LL. & Arrestia fuerit occurrendum. Vtique enim tantum clericis connentia & Reis ius dicere possunt. An forte interdictum fuit, ne ub compromissa Laicorum reciperent? Id paulo durius fuerit, nec id factum crediderim. Nec hactenus quidquam inter actiones reales & personales interesse videtur: nisi forte, quod res in territorio principis perpetuo sitæ permanent. Talis autem causa non videtur fuisse, super fabrica & agirandia cæribus: cæteroquin, quod adfertur, non obstare præscriptionem, in ordinaria & quæ est 10. aut 20. annorum perspicuum est: nec enim adesse bona fides & titulus potest, posita ignorantia principia, cuius assensus & voluntas in possessione adipiscẽda requiritur; Arquin non abaque dubio res est, in præscriptione annot. 30. & maxime in immemoriali, quæ nec bonam fidẽ, nec titulũ requirit, & est loco priuilegij: qua etiam iura reseruata principi acquiri posse, modo præscribens persona sit habilis, creditur, v. d. effectoistius præsctiptionis *Vasq. Illust. contr. 2. & 78. And. Gail 1. obs. 21. nu. 15 in fin. Prukm. de regalib. memb. 2. effectu 7. n. 111. & 112. Bart. Ias. & cæteros in auth. quas actiones C. de sacros. Eccl. Balb. de præscr. p. 5. prin. quint. partis q. 9. num. 3.* quamuis ex ratione iuris canonici, communius & hic bona fidea requiratur, *Balb. d. tract. 2. part. 3. princ. partis quæst. 5. num. 20.* vbi in præced. etiam multa de huius præscriptionis vi & potestate.

AD TIT. V.

Ad Arrest. I. & II.

NImirum per Concilium Lateranense omnino Laici quoad nouam adquisitionem facti sunt incapaces iuria percipiendi & possideodi decimas: *c. prohibemus. extr. de decim.* vide de hac re, & quis alibi ant in Gallia super decimis & earum iure cognoscere possit & debear, *Guid. Papa decis. 283. 284. & 288. Petr. Rebuff. de decimis q. 10. per tot. Hostiens. in summ. de decim. Panorm. & Innoc. in d. c. prohibemus.* Idem quod ex Molineo asseri Nota, tamquam certum refert & *Rebuff. d. q. 10. in pr.*

Ad III.

Notauimus supra, intis communis id esse, vt Iudex propter connexionem causæ possit de negotio, quod incidit cognoscere, licet alias in principali res ad eius cognitionem non spectet: Licet tamen aliud, moribus aut legibus inducere, quomodo hoc Arresto autor attestatur, & Nota ad *Arrest. 11. huius tit.* in Gallia esse receptum: forte quod alias Ecclesiastici fimbrias suæ iurisdictionis extendere nimium solent: & quod iurisdictio Ecclesiastica est intra cancellos suos coercenda quantum potest.

Ad VIII. & XIII.

Nota, quod executio contra Clericos potest fieri à iudice Laico, & viderit pignoris capione, incarceratione Arrest. 13. Quod locum habet, si etiam iure condemnatus sit clericus à Laico, cæteroquin nemo id dixerit.

Ad IX. XI. & XII.

Ratio Arrest. 9. ponitur in 12. quod scilicet ita renunciasse censeatur priuilegio suo ex *c. 12. Ne cler. neg. sec. &c.* Arquin 1. renunciatio eiusmodi videtur nulla, *arg. c. si diligenti 12. de for. compet.* aut an forte plus potest ista tacita renunciatio ex facto, 2. *in d. c. 2.* hoc saltem dicitur, clericum talem, qui se immiscet, indignum esse, cui Ecclesia succurrat. Atqui hoc non obstante poterit tamen Iudex Ecclesiasticus, si velit audire causam, nec ex isto iurisdictio Laica poterit protinus fundari: aut, an Istud vult Pontifex, quod clericus, qui contra vetitum immiscuit negotiis secularibus, priuilegium suum amittat, & quasi laicus hactenus sit tractandus: 3. ex eo, quod *d. cap. 2.* traditur, non sequitur, quod Ecclesia amittat priuilegium fori, vt ibi notat gloss. *in 2. solut.* & ita communiter Interpp. sentire ibid. testatur *Panorm. num. 6.* Et verendum igitur, ne ista arresta non temere sint sequenda. *adde Arrest. 32. & 33.*

Ad XV. & seqq. vsq. ad XXII.

Constat iudicem Ecclesiasticum solum cognoscere posse de causis clericorum, iudicem secularem non posse, in causa ciuili aut criminali, *auth. statuimus, C. de sacr. Eccl.* nec dubitatur ita sancitum iure Canonico, *c. vn. de cler. coniug. in 6. c. 10. de iudi. & passim.* Et in realibus actionibus non tantum competens forum esse in loco, vbi res sita est, sed etiam in loco domicilij, & apud competentem iudicem possessoris, constat inter omnes fere. Et notabile itaque est, quod curias contra decreuisse hic refertur: Et vero incommodum hic allegatum parum munet: Idem enim occurrit in aliis causis ciuilibus & criminalibus: & ita plane clerici ad forum seculare traherentur. Et posita iurisdictione Ecclesiastica, istud quod incommodum dicitur euitari non potest; nec iurisdictio competens citra iniuriam alteri detrahi & auferri poterit. Neque satis video, quomodo contractus & commercia fere omnia, fiant in fraudem iudicij secularis, vt proponit *Arrest. 16.* siquidem clericis ius contrahendi est. Nec distinctio realis & personalis actionis, ex prædicta ratione sapere potest: quæ his arrestis & inprimis *arrest. 17. in f.* proponitur, in cuius pr. illud mirum, & à ratione prorsus alienum, quod actio ex vendito quoniam ad rem competat, debeatur haberi pro reali. Neq; hoc vel tantillum probat citata *l. 1.* nec vllus Interpp. id ibi notat. Quid quod ita omnes actiones personales haberi possent pro realibus, ex conducto, ex stipulatu, &c. Et in genere hic vltimus finis est omnium obligationum, vt qui mihi obligatus est aliquid mihi præstet: Nec amplius, quod immo-

bilis res eſt, tanto magis poteſt facere actionem realem: Nec rurſus verum eſt, quod actio ex vendito habeat in ſe aliquid hypothecariæ actionis, aut ſi quid ſimile fingi poſſit, id non poterit facere actionem realem. Hæc faciunt me dubitare de iſtis arreſtis, ſicut & de *Arreſt.* 18. nec enim, vbi alias hypotheca nulla eſt, agnitio chirographi poteſt mutare naturā actionis: aut an forte in Gallia recepta opinio eſt, quā 1. *decif. cap.* 1. pragmat. tribuit Faber, quod per agnitionem chirographi inducatur hypotheca: quę ſane opinio iure noſtro falſa haud dubie eſt. Vellem deciſionum iſtarum autor reddidiſſet rationes, & porro quoq; *Art.* 19. *&* 21. quo cognitio ſuper reparandis ruinis domuū ſacrarum, contra Epiſcopū tribuitur magiſtratui ſeculari. Et *Arreſt* 20. Licet enim rationis ſit, vt Eccleſia quoque conferat ad vrbem ſartam tectam conſeruandam, attamen vtiq; vt Eccleſia conferat & conferre cogatur, iurisdictionis Eccleſiaſticæ eſſe videtur.

Ad XXII. cum IV. ſeqq.

Probant hæc Arreſta, controuerſiam ſuper re etiam ſpirituali in poſſeſſorio, haberi pro temporali & ſeculari, eoque pertinere ad iudicem ſecularem. Ita quoq; *Guid. Pap. decif.* 1.71. *&* 85. *Boer. decif.* 69. *nu.* 23. *& plures citati à Menoch. remed.* 15. *recuper. nu.* 230. *&* 231. *Bart. in l. omni nouatione, C. de SS. Eccl.* in ſimilibus terminis, inter cauſam iuris & facti diſtinguit: poſſeſſio autem dicitur eſſe facti, ſed enim poſſeſſio etiam quoad multa præſertim in retinendo, iuris eſt, & paſſim pluſimum iuris habere dicitur: & quod poſſeſſio nihil commune habere cum proprietate dicitur, alio pertinet, & ſubinepte huc adfertur, vbi de fundanda iurisdictione quæritur, imo de trahendo clerico ad iudicium ſeculare. Itaq; vt moribus Galliæ hoc verum ſit, teſtantibus *Guid. & Boer. dd. locis.* & aliis quos citat *Didac. Couarr. pract. quæſt.* 35. *in princ.* ita an de iure id recte defendatur, dubitari poteſt, per ea, quæ tractant *Couarr. & Menoch. iam allegatis locis.*

Ad XXVII.

In hiſtoria errorum videtur: non Benedictus, ſed Bonifacius VIII. fuit, (is obiit anno 1303.) qui Philippum Pulchrum Galliæ Regem excommunicauit, & ſubditos iuramento abſoluit, ſed ei maſcule Rex reſtitit, eousque progreſſus, vt eum Papam eſſe negarit, & per Sarram Columnam & Negaretum Anagniæ in vincula conijci curarit, vt referunt *Platina in Bonifacio*: *Æmilius Paulus lib.* 8. *in vita Philippi Pulchri*: niſi forte, quod tamen nō puto, nomen proprium, quod ante Pontificatum Bonifacius habuit, ponere voluit autor, dictus enim fuit, Benedictus Caietanus: erratum plane eſt in numero annorum à nato Chriſto.

Ad XXXII. & ſeqq.

Capere ſcilicet poſſunt laici iudices clericos ob delictum grauius, huic ſoli fini ne interim elabantur. Baldi commentaria in NN. Iuſtiniani nunquam vidi, nec vlla extare puto. Sed ipſa ratio hoc ſuadet: Iudicare autem & cognoſcere laicus Iudex non poterit, vt notauimus *ad Arreſt.* 6. *tit. præced. ex auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler.* & cum ea auth. generalis ſit, ſicut & *c. cum non* 10. *de iudiciis*, neſcio quo fundamento exceptio in *Art.* 33. defendatur: plane citatus *Can.* 29. *ex q.* 4. *cauſ.* 17. nihil omnino probat, quin *tit. præced. Arreſt. vlt.* ex eo autor fundauit clerici iudicis cognitionem in Laicum reum. Et Laicus Iudex adeo incompetens eſt, vt nec per clerici conſenſum eius iurisdictio prorogari poſſit, *cap. ſi diligenti* 12. *de foro compet*, vbi non bona ratione vti Pontificem, Cuiacius iampridem annotauit. Nec melior ratio eſt, quæ à Notatore ex Ærodio affertur: neque enim ea facere poteſt, quominus locus ſit prorogationi. Ratio vera eſt, quia Pontifex ita voluit, & nimirum laicos indignos cenſuit, qui iudicent de clericis ſuis. Sed præſtaret clericis plane negari præſcriptionem fori in delictis: ſi fides autori *Arreſt.* 34. quippe quod Epiſcopi aut vicarij eorum ferè nimis ſunt indulgentes, ita vt rei, vt eſt *d. Arr.* 34. vt plurimum elabantur, correptis iudicibus Eccleſiaſticis, vt eſt *Arreſt.* 37. Quæ vocet autor delicta priuilegiata, mihi non liquet: nec ſatis capio, remedium, quo aduerſus nequitiam & ſcelera (vt loquitur) clericorum proſpectum ait, vt liceat iudici ſeculari procedere aduerſus reos clericos vsque ad pœnam incluſiue, & tunc eos ad iudicem Eccleſiaſticum remittat. Id enim tantum in pœna pecuniaria locum habere poteſt. Et ita quo ad ſcelera grauiora, quorum pœna mors eſt aut fuſtigatio, adhuc memoratum incommodum habebit locum, & per ſcelera eiusmodi grauiora longe magis turbatur Respubl. quam per ea, quæ pœna tantum pecuniaria coercentur. Sed ſi ita eſt, quomodo conuenit *Arreſtum* 35. de tormentis ſubiiciendo clerico, quibus non facile locus eſt, vbi pœna pecuniaria irrogatur. Magis probum eſt remedium in Nota *Arreſt.* 35. vt Iudex ſecularis vna cum Eccleſiaſtico cauſam cognoſcat.

Ad Arreſt. XLIII. & XLIV.

Fundatur hoc in iure communi, ſi enim Iudex teſtem, qui alias fori præſcriptionem habet, falſum in iudicio deponentem, punire poteſt *l. nullum* 14. *C. de teſtib.* etiam & tanto magis poterit punire actorem.

In APPENDICE huius titul. 2. *Arreſto*, illud mouet non leue dubiū, quod ad obſeruantiam cōtractus non agitur, niſi actione perſonali ex ſtipulatu aut præſcriptis verbis ex *l. cum mota* 6 *in f. C. de transact.* Et cum igitur vtraq; pars ſit ſubiecta iudici Eccleſiaſtico, non intelligo, quomodo aut quo colore harum actionum eſſe poſſit competens Iudex magiſtratus ſecularis, cum præſertim falſus fuerit autor & pro certo conſtituerit, actiones perſonales contra clericum mouendas eſſe apud magiſtratum Eccleſiaſticum.

AD TIT. VI.

Quando, ſeu quibus caſibus, &c.

ARreſtum ſecundum defenditur, ex *c.* 1. *de vit. & hon. cleric.* quo prohibentur clerici officia non conuenientia exercere, & ſi faciant, nec deſiſtant moniti priuilegio ſuo non gaudent: & id nominatim eſt cautum de officio chirurgiæ *in cap. pen. Ne cler. vel monachi, &c.* quod poſterius notat *Panorm. in cap. tua nos* 19. *de homicid.* ſed quod ob id deſinat eſſe ſub tutela Eccleſiæ, ibi non ſcribit.

Ad V.

Iteratio quidem adgrauat delictum, ſed quod propterea quis ſubiiciatur alienæ iurisdictioni, nusquam proditum eſt (cum præſertim id pertineat

ad

ad præiudicium iudicis Ecclesiastici) neq; hoc dicit *Panorm. in cap. at si clerici 4. de iudic.* imo *num.* 40. *&* 41. necadmittit, vt Laicus, pro atrocissimo crimine clericum possit punire, nisi prius ab Episcopo degradatum & sibi traditum.

Ad. XI.

Ratio, quam magis probat Author, à realitate, mihi non sapit, præter ea, quæ supra dixi, id hic mouet, quod creditor non persecutus est bona Rei debitoris, sed corpus & ipsum hypothecæ alligatum. Posito valore istius hypothecæ (quæ ex ratione iuris ciuilis prorsus nulla est) non video quomodo ius incarcerandi clericum habeat Iudex Laicus, siquidem persona vtique subiecta est iudici Ecclesiastico.

In Appendicis Arresto 1. hæc ratio est, quam suggerit Nota, quod Ecclesiasticus magistratus super vi admissa cognoscere non possit. De rationis ratione videbimus notato loco.

Arresti 2. nullam videre nec inuenire possum rationem: perabsurdum enim videtur, vt actor facere possit, vt ego inuitus coram Iudice non meo litigare cogar. Et quid vero protritius aut certius, quam quod actor cogatur sequi forum rei.

AD TITVLVM VII.

De Religiosis.

ARrestum tertium iudicio clericorum proculdubio oppugnat libertatem Ecclesiæ, & propter eiusmodi fere statutum grauissima controuersia inter Paulum V. Pontif. Max. & Venetos non ita pridem exarsit. Plane aberrat author, dum id confirmat autoritate *cap. pen. de decimis*: vt facile intelligit quiuis qui glossam saltem inspexerit.

Arresta tituli 8. fere nihil aliud continent, quam, quod fratres mendicantes sint incapaces adquirendi: quod communiter maxime in Franciscanis notant Dd. *& Bald. in auth. si qua mulier*, *C. de sacrosanct. Eccles.* hac vtitur ratione, quod ipse ordo dicatur mendicans: nec inter Franciscanos & cæteros ordines tres distinguit: quæ distinctio tamen necessaria videtur, si recte se habet Arrestum 1. in appendice tituli 8. & distinguendum esse ipsa res & obseruantia testatur. Ingens quoque limitatio est, quæ ibidem Arresto secundo habetur, capaces esse eos pretij & æstimationis etiam legatorum immobilium. Quod quidem non intelligo, quomodo non sit in fraudem regulæ. Quid enim reipsa interest, an precium habeam an æstimationem? & tamen pecuniam non poterunt collocare in annuos reditus: sed ea dispensabitur & erogabitur in vsus necessarios quotidianos.

Tit. 10. Notam ad Arr. 1. non intelligo, & quomodo verum sit, quod Equites Iohannitæ primi fuerint Templarij: nam, quod ex Volaterrano & aliis constat, istorum & Templariorum ordo penitus fuerunt diuersi, & ille haud paulo antiquior, (cepit antequam duce Gothofredo Christiani terram sanctam occuparunt) & qui hodieque floret, quod & ipso hoc Arresto ostenditur, & liquido certum est. Porro de iurisdictione Laici magistratus in clericos, supra quædam annotauimus. Errat quoq; Notator *ad Arrest.* 4. dum originem istorum Equitum S. Iohannis refert ad annum 400. & ad tempora Honorij, quibus nullum in rerum natura Calipham fuisse Ægypti, sed eam terram adhuc paruisse Impp. constat. Nec intelligo, quid sibi velit, dum ait istos Equites initio non nisi Hospitalarios fuisse, scilicet inter alia hanc quoque appellationem meruerunt ob pietatis & hospitalitatis opera (& hæc pars officij eorum fuit) quæ benigne peregrinis ex Europa aduenientibus, præstabant.

De decimis infeudatis antiquitus, supra diximus. Et miror de iure Ecclesiastici iudicis disputatum fuisse, cum decimæ pertinere se ad personam Ecclesiasticam proponantur, & causa sua natura sua sit Ecclesiastica.

De Arresto 6. videbimus *infr. d. legit. &c.* notato loco: Et videbantur enim, isti equites vias capaces successionis, & vt iis mortuis succederet ordo.

Arresto 7. sunt, quæ non capio. Et 1. mirum, quod per contractum, possunt habilitari cognati vt succedant deficientibus masculis. Id enim alias, si rationem consulimus, non nisi statuto aut consuetudine effici potest. 2. vtique licet valeat pactum, non tamen protinus, simul adimitur ius testandi. 3. quænam hæc est ratio diuisionis? Et si bona sunt affecta, quo iure hæres instituta capit & retinet trientem? 4. Non intelligo, cur plane excludatur frater, etiam ab vsufructu; qui agnatus est, & insignia familiæ habet; & licet liberos, ob ordinem, gignere legitimos non possit, id tamen ei vsumfructum adimere non debet. Saluo iure aliorum, post mortem eius, & statim saluo, quo ad proprietatem.

AD TIT. XII.

De Decimis, &c.

LOcus *Arrest.* 1. citatus ex Plinio est *lib.* 18. *cap.* 2. quod non gustarint Romani vina aut fruges, nisi primitiæ diis libatæ fuissent. Non est autem nouum, vt quod initio voluntarium est, postea in necessitatem consuetudine vertatur. Ita obseruant euenisse in tributi genere, quod apud nos Beth vocatur. Ita etiam euenit in auro coronario, de quo *titul.* 74. *lib.* 10. *Cod. Iustin. & tit.* 13. *lib.* 12. *Cod. Theod.*

Ratio dub. in Arresto 4. est, quod priuilegium non exacte seruatur, si conductores fundorum coguntur soluere decimas, à quibus possessores locatores sunt immunes: tanto enim maioris conducent fundos, qui decimas nō soluunt, sed enim cum priuilegia talia sint restringenda, & decimæ sint fauorabiles, non immerito priuilegium ita limitatum fuit, si ipsi fundum colunt priuilegiati.

Arrestum 6. æquitatem & rationem habet perspicuam, ne alias decimæ interuertantur, vel non integrè nec bona fide soluantur. Ratio autem autoris mihi non sapit; quod quibus debentur decimæ, hi earum & hinc porro fundi pro parte sint domini. Ius enim tantum petendi decimas habent, eo quod omnibus fundis hoc onus inhæret, fructuum autem antequam tradantur dominium non habent, multo minus fundi ipsius: & alias quoq; ab illo ad hoc vitiosa est illatio.

Quod Arresto 10. definitur, vbique ita practicatur: Et ita sane olim in veteri Testamento Leuitis soluebantur decimæ, sed speciali tamen ratione, quoniam in sortem terræ Chanaan, non venerant, & nihil ipsi possidebant prætérea: quod sane hodie in plerisq; clericis secus est.

TIT. III.

PRæcipue tractatur de modo & solemnitatibus, quibus opus est in alienatione rerum Ecclesiæ, de quo *Clem. 1. d. alien. rer. Eccles. & 2. extr. & in 6. eo tit.* inprimis *can. hoc ius 1 quæst. 2 & can. sine exceptione caus. 12. quæst. 2. & 10 … n. 120. l. iubemus 14. C. de SS. Eccl.* quibus sane loci … vsque adeo anxiam & sollicitam circa … non reperio. Cæterum sumpsit ius hoc sens… incrementum, & *in Clem. 1.* permittuntur conductiones, quæ non fiunt ad longum tempus quas postea inhibuit *Paulus in cap. 1. eo extrauag. arresti.* Et tamen haud scio, an propterea recipiendum sit, quod habetur Arresto 4. ad longum tempus conductiones factas, desiderare easdem solennitates, quæ in rerum alienationibus requiruntur. Nam & falsa manifestò est ratio, qua vtitur autor: quod eiusmodi locatio sit vere alienatio. Et prorsus implicat contradictionem in adiecto, locationem esse alienationem. Et nemo vere dixerit, quod locatio facta ad tempus longum, desinat esse locatio, & migret in aliud genus contractus. Doctores communiter … locatio ad longum tempus fiat, censent … vti edo nimium, per quod intelligeretur nihil aliud, quam ius quoddam in re, arg. *l. 1. §. 3. d. superfic. l. 3 in f. si ag. vect. pet.* quibus locis illi, qui non modico tempore conduxit, … actio in rem datur, neq; translatio eius … potest haberi pro vera alienatione. Et … Pontifex *in cap. nulli ext. d. reb. Eccles. non alien.* ab alienationis specie, hanc locationem excludit: & quod quidam ibi pro *conditionem* legunt *conductionem*: Innocentius expresse ibidem damnat, & … conductionem non esse alienationem. Neq; dubium est, quin elapso tempore … decennij, resoluto contractu res redeat ad locatorem.

Quod attinet ad *Arrest.* 10 res satis liquida est. Male author inter se opponit tamquam diuersa sententes Panor. & Felin. qui *in c. 4. extra …* istum casum non tractat. E certissimi iuris est quod qui scit rem Ecclesiæ esse & non interuenisse solennitates, fructus omnino est tenere c gitur *l. iubemus 14. §. 1 C. de sacros. Eccl. auth. qua res C. eod. num. 120 sub fin.* Quod si esset in facto credat q; se probabiliter interuenisse solennitates, aut emerit ab alio, ignorans rem esse Ecclesiæ, pro bonæ fidei possessore habebitur & lucrabitur fructus, quæ verissima est distinctio *Panorm. in c. pen. d. reb. Eccl. non al. in fin.* Ita & alias vbi propter omissa solennia irritatur contractus, fructus sunt restituendi *l. 1. C. de sid. & iur. hasta fisc.* Et quisquis contra interdicta legum mercatur, malæ fidei est possessor *l. quemadm. 7. in fi. de agric. & cens.* Et ergo restituit fructus.

Apparet autem hunc … pertinere … prædia aut alias res Ecclesiasticas, quæ sunt in fructu. Alia ratio est rerum, quæ sacræ dicuntur ad cultum diuinum destinatarum, quæ sunt extra commercium, & quarum alienatio (extra causas singulariter exceptas) *l. sancimus C. d. SS. Eccl.* penitus nulla, nec in iis præscriptioni locus est, qua tamen possessor prædiorum v. c. Ecclesiasticorum defenditur, de quo *v. nu. 9. & num. 131 l. vt inter. C. de SS. Eccles. c. de quarta c. ad aures de præscript. auth. quas actiones, C. de SS. Eccl. Cuiac. 5. obs. 5. Couarr. in c. possessor p. 2 §. 3.*

In Appendice *huius tit. Arrest. 2.* locatio quæ dicitur Emphyteutica, nihil aliud est quam Emphyteusis: neque enim auditum est, locationem ita fieri vt transeat in hæredes & liberos. Cur proinde Emphyteusis concessa alicui & liberis, finiatur in persona liberorum primi gradus, ego non satis reperio cum proprietate verbi *liberorum* omnes gradus contineantur, & Emphyteusis natura sua & in perpetuum, ita vt ad quosuis etiam hæredes transeat, recte constituatur: nisi forte fauore Ecclesiæ, iuxta materiam subiectam id ita accipiatur. Ratio plane adiecta in obscuro est, quod non nisi vsusfructus constitutus intelligatur. Atquin *Arr. 1. appendicis, & Arrest. 4. tituli,* dicitur locatio ad longum tempus, esse vera alienatio: & necesse est ad longum tempus factam intelligi, quæ facta & concessa est alicui & liberis eius. Protius, concessio facta Titio & liberis, ex certa ratione intelligitur facta descendentibus; vt non recte ista duo separari videantur: vt ibi rursus non capio: quod isto casu ait, repræsentationi esse locum. Et an putat enim tantum locum fore nepoti, qui repræsentat gradum priorem submotum? Id sane falsum videatur: & vigore concessionis, etiam tertius & quartus gradus successiue admittendus erit. Postremum responsum fundatur in verbis, *& hæredibus*, cæteroquin frequentius receptum videtur, vt Emphyteusi concessa pro filiis vel pro liberis, admittantur hi ad Emphyteusin, etiamsi repudiauerint hæreditatem, imo vt quidam putant, etiamsi sint exhæredati *v. Salic. in l. 2. … d. … Emphyt. quæst. 3 la one in ibid. num. 188.* Porro de Emphyteusi Eccl. sic … & quousque ea durer & concedi possit *v. las. n. d. loco 168 & n. 199. Cuiac. in nu… 6. Clar. in §. Emphyteusis q. 28. Couarr. 2. var. resol. 17. nu. 5.*

A rest. 5. Appendicis fit mentio locationis ad septennium. E… igitur oportet non obseruari extrauagantem quæ citatur in titulo *Arrest 5.* Et sane itaquoque de septennio est *cap. vlt. Ne prælati vices suas.* vbi id notat *Panorm.* Quod autem locationi ita factæ ab abbate, successores aut Monachi stare cogantur, non ita simpliciter videtur verum: repugnat enim, in genere quod inter nostros traditur, successorem singularem non teneri stare locationi. *l. emptorem 9. C. locati. vbi D. … & idem in l. si fil. f. 25 §. si vir. vlt. sol. matr.* tum in prælato locatore dist… in *gl. in d. cap. vlt.* an nomine Ecclesiæ, & in vtilitatem eius aut cum consensu facta sit v. c. Monachorum: cæteroquin successorem non teneri, quod latius exequitur *Panor. ibid.* & eandem gloss. probant *Alex. in d. l. 25 §. vlt. n. 21. Salic. in d. l. 9. nu. 7 adde Cynum in d. l. 9 C. locati nu. 6. & ibid. Bal. nu 5. & … ibid. & in … l. 25. §. vlt. sol. matr.* verum præterea Noto quod quidam prælatum comparant marito, vt inde probent successorem etiam singularem teneri stare locationi, per *d. l. 25. §. fin. solut. matr.* non satis accurate aut ambigue. Nam vt recte *Cynus & Salic.* mulier vbi factum est diuortium, tenetur stare locationi factæ a marito non præcise, sed causatiue, id est, si nolit præstare interesse conductori, super quo tenetur cauere marito: cum tamen successor vniuersalis simpliciter teneatur obseruare locationem. Et cauere ideo marito cogitur vxor *d. l. 25. §. vlt.* quoniam maritus tamquam dominus & plenum seruus habens bona fide rem locauit: quale sane ius non habet prælatus: secundum quod siquidem sententia huius arresti est, quod præcise successor aut monachi stare cogantur abbatis locationi, non dubito id abire à ratione iuris: sed vtique, si fide bona locauit fundum Abbas, æquum crediderim exemplo mariti, vt successor cauere teneatur abbatis hæredibus, si quos haber, de non expellendo colono. Illud enim extra dubium est, quod colonus expulsus à singulari successore, super eo quod eius interest, contra locatorem suum vel eius hæredes habeat regressum.

In Ar-

In Arresto 4. appendicis subinquum videtur, ut alteratio, quæ facta est cum solemnibus requisitis, licet urgente necessitate, & ubi rem adeo bona fide alter accipit, revocetur & invitum deducatur: cum præsertim non nisi ex causa necessaria, res Ecclesiæ soleant alienari. Et videtur repugnate *cap. ad nostram pen. de reb. Eccl. non alienand.* ubi diserte proponuntur res ritè, & ex necessitate alienatæ. Pontifex tamen non nisi ob enormem læsionem restitutionem indulget, quod ibidem *gl. &* [illegible] *topp.* observarunt.

In *Arresto 6.* parum cautè loquitur nec satis partite: *non valent, & rescindi possunt*, si enim solemnitates legitimæ intervenerunt, sane ipso iure valebit alienatio, sed propter læsionem instar reipubl. aut minorum in integrum restituetur Ecclesia & contractus rescindetur: quod extra dubium est.

AD TITULUM

De permutatione beneficiorum.

Beneficia & præbendæ per se non sunt obiectū habile permutationis, & omnino non sunt in commercio: quoniam sunt res spirituales, quarum commercium incidit in crimen simoniæ. Et sicut in officiis politicis, qui unum aliquod administrat ex concessione superioris, illud sine eius consensu permutare nō potest, quoniam electa est industria personæ, & alias fœda sequeretur confusio: ita & multo minus id in officiis Ecclesiasticis permittendum est. Et in hanc sententiam rescriptum est à Pontifice in *c. quæsitum 5. de rer. perm.* quod privata permutatio incidat in simoniam, & in *c. cum olim 7. eod tit.* quod qui beneficia permutant sine autoritate superiorum, ea perdant quod & utrobiq; Innoc. Panorm. & alii sine alia limitatione notant, secundum quæ, Arresta ista quibus ita simpliciter permutationes admitti videtur, non satis intelligo. Aut an forte ista defenduntur ex moribus Franciæ, quibus officia quoq politica sunt ferè in commercio, emuntur & venduntur? Cæteroquin posita autoritate superioris, non video rationem Arr. sti 1. & cur permutatio beneficii cum Capella non valeat, & cur requiratur æqualitas beneficii: cum imo hoc sit rationis, ut pro qualitate personarum ex superioris authoritate huiusmodi permutatio admittatur. Rursus posita autoritate legitima superioris, non commodè locum habebit, quod est *Arrest. 2.* & in citato *c. si beneficia de præbend. in 6.* lōgè alius tractatus ea est, ubi quis resignauit beneficium, ut sibi aliud cōferatur: q: od si iam occupatum sit, respondet Pontifex, eum ad prius beneficium resignatum, rursus esse admittendum. Consuetudine tamen puto recipi posse, ut permutationes præbendarum, præsertim quæ non habentannexam curam communem, etiam sine permissu superioris valeant, sunt & ea receptum, ut v.c. Canonicis propria authoritate, præbendam & officium suum alteri cedere & resignare possi, de quo agitur tit. seq.

AD LIBRUM IV.

De Rege, & eius maiestate.

Maiestas, quod verbum alias latius patet, hic nihil aliud significat, quam dignitatem, superioritatem & superemioentiam eius, qui supremū in Repub. locum tenet: neq; tantum est in principe & Rege, sed etiā in Aristocratia est in optimatibus, & in Republica populari, sive statu Democratico, in populo In Gallia haud dubiè est in Rege maiestas ea, ex quo nun recognoscit superiorem, quod nota titulo præfixa rectè docet. Rideo, (ut paucis attingam, quia iam d. nota adducit Interpp. iuris ciuilis) Interpp. in *l. 1. C. de summa Trin.* disputantes, & cōmunissime firmantes, quod Imp. Romanus sit dominus totius mundi, ex *l. deprecatio ad l. Rhod. de iactu l. fidam §. 5. grammatici de excusat. l.* C. *de cond. & proc. præd. fisc. lib. 11.* tiauimus ad huc in argum. adducunt *l. 6. v. cum l. seq. d. tei vind.* Et quod ad illam rem pertinet, anxiè *in d. l. 1. & in d. l. 6 de excusat.* Interpp. nostri disputant, an etiam Imp. Romano sit subiectus Rex Galliæ: Ratione sanè uissima Bartolus eum exemptum esse tenent in *d. l. 6. de excus.* quam desumit ex *tit. Inst. de pat. pot.* quod Romani in potestate liberos suos habeant, non autem habeant Francigenæ, ut notat *gloss. in §. 1. de pat. pot.* Et tamen Bartolus ibid. putat magis Franciæ quoq; regem esse de iure subiectum: Iason autem *in d. l. 1. n. 10.* dubitat, & in medio relinquit. Et nimirum ita omnia quæ obiici solent, remouent, quod aliqui de facto non recognoscant Impp. licet de iure eum agnoscere teneantur. Hæc est doctrina communis istorum magistratum, qui bus hæretici etiam sunt, qui al ter sentiunt, quia autore S. Luca Augusti Edicto iussus fuerit totus orbis censeri, & ita enim *Bart. in l. hostes d. cap. & postlim. reuers.* In errorem duxit hos ignoratio principiorum politicæ, & quod nimis superstitiose tractarunt iura Romana. Ineptum enim est, hanc quæstionē decidere ex LL. Iuris Romanis; quam quam non credendum est, ita ineptiisse Impp. Romanos, ut existimarint, omnes omnino homines in toto orbe, sibi subiectos esse. Et eum eo tempore, præcipuas Asiæ, Africæ & Europæ regiones obinerent, potuit tum synecdochè tolerari, ut mundi domini dicerentur: ut in *d. l. deprecati. ad L. Rh d. d. iactu & in d. l. 6. §. 1. d. excus. mun. per l. vn. C. d. cōduct. & proc. præd fisc.* vitiose à Iasone in hanc rem allegatur, in qua significantur, cuiuscumque ordinis dignitates & qualitatis homines, non homines vniuersi orbis. Nimirū omnia regna suas periodos, incrementa & declinationes habent. Romanum Imperium ortum à principiis leuissimis, excreuit postea in immensum, & sæpe per iniuriam, integras prouincias non nisi iure belli occupauit, quo eodem iure rursus prouinciæ pleræq; pars magna iugum excusserūt, partim ab aliis populis & regibus dominis veteribus exutæ fuerunt. Et Franci eo usque iure hiemchori, quod illi nunquam Romano Imperio paruerunt, & magnam partem Galliæ ab aliis populis ceteris, qui iam Romanos eiecerant, Visigothis, Burgundionibus &c. sibi quodammodo vendicarunt, omittere non potui, quin istud hic aduersus ineptam nostrorum sententiam breuiter monerem, quod præsertim id illi ad hodiernos Impp. & Imperium Germanorum accommodant, in quo, non nisi crassa hyperbole esse potest, quod tolerari potuit per synecdochen.

Aliam controuersiam Arresto 11 stringit autor, de principe supra leges, & legibus soluto. Pluribus alibi explicaui, quod rectissime scribit autor, principem propter præeminentiam suam non posse esse legibus subiectum, quæ subiectio non conuenit, imo repugnat principis dignitati & autoritati. Sed enim hoc exigit principis officium, ut propter subditos, quorum curam, ut ipsi fiant quam optimi, agere debet, se submittat, & exemplo suo eos Legibus parere doceat: in quam rem sunt plurima historicorum & politicorum loca: quæ ut proferamus, non fert instituti nostri ratio.

Ad Arrest. II.

De Lege Salica res obscura satis est, & vis puto i. l.

lo idoneo autore, comprobari posse, quod de Pharamundo & Dictatorib. eius refertur ab autore. Marcellinus meminit populorum Franciæ, qui Salij dicti, à quib. Salicã Legem dictã, existimat, celebris rerum Gallicarũ scriptor, Paulus Æmilius *lib. 2. in fi. & li. 8. in Carolo pulchro*, vbi etiam controuersiam illam notissimam inter Philippum Valesium & Eduardum Anglum recenset.

Ad Arrest. III.

Vt mortuo Rege, qui successurus est, inauguretur statim, licet teneræ ætatis, nullam in se habẽt periculum. Atquin, vt an. 14. pro maiorenni habeatur, & capessat ipse Imperij gubernacula, maioris momenti est. Sacra scriptura Væ dicet illi terræ, cuius princeps puer est: Et non immerito ille apud Vopiscum in electione Taciti, Dij auertant Principes pueros. Res ipsa loquitur, nihil esse difficilius, quã benè Imperare, & de ea te disserit *Xenophon 1. Inst. Cyri*, & apud eum *Socrates 4. ἀπομνημ.* Quid quod etiam propter adulatores, ingenitam homini superbiam, naturam inclinantem ad malum, & impunitatẽm peccandi, libidinem faciendi quod velis boni etiam alias viri, imperium adepti in deterius mutati sunt: quod & exemplis, & dictis classicorum autorum, cõfirmare fuerit in procliui. Equidem Principes quib. hereditario iure Imperium debetur, vix patiuntur sibi Legem dici, & constat Augustum, Neronem, Cõmodum, Gordianum, Gratianum, iuuenes satis ad Imperij gubernacula admotos: & vt Theologi & Chronologi rationes subducunt, Salomon 17. ann. Rex factus est. Ex aurea Bulla Electorum mortuorũ primogeniti 18. anno ætatis habiles declarantur, quod tamen non ita pridem & an. 1592. agitatum fuit, cum Friderici IV. Comitis Palatini patruus magnus Bullam tãtum ad dignitatem Electoralem & ius suffragii, pertinere contenderet, sed administrationem ditionis interim & vsq; ad annum 25. ad se spectare: sed præiudiciis res decisa fuit: Et non multis ab hinc annis Fridericus Wilhelmus Administrator Electoratus Saxoniæ, filio Christiani I. cognomini, 18. annum egresso administrationem an. 1601. permisit: quod & post secutus est Bipontinus Princeps Iohannes in persona Friderici V. Comitis Palatini sed rationes euincunt, expedire, vt non nisi firmata ætate Principes capessant Rempub. quæ & sententia est *Oldradi cons. 92.* tantum abest, vt teneræ adhuc ætati 14. annorum ea sit permittenda. Certe grauissimus autor *Thuanus lib. 23. hist.* refert quendam defendisse, non esse ferendũ, vt Rex solus imperet in Gallia ante 25. annum: & Carolo VI. speciali beneficio datum, vt anno 22. à tutela vel cura liberaretur. Ibidem meminit cuiusdam Tillij, qui libro edito conatus probare fuerit, Reges Galliæ 15. anno habiles ad Imperium esse: sed ab aliis id solidè refutatum, post tamen receptum scribit: & sane idẽ Thuanus *lib. 34.* post mortẽ Henrici II. refert Cancellariũ perorasse, Reges 14. anno cœpto posse gubernare: quod & videtur secutus Carolus IX. quod præiudicium hic refert autor, forte ad tollendas factiones, quæ alias super administrandi iure inter proceres oriuntur: cũ & tum temporis ambitiosissima fœmina Catharina cõiux Regis Henrici II. defuncti, rempublicam ad se traheret, exclusis fere Principib. sanguinis regii, quibus matre exclusa administratio debebatur: Salica enim Lex nõ tantum fœminas à successione, sed etiam ab regni administratione arcet & repellit, vt testantur, *Franciscus Hotom. in Franco Gallia, & idẽ Thuanus lib. 16.* hac ratione, quod conditores LL. illorum parum securitati & decori perspectum existimauerint, si impotentium ingeniorum arbitrio regerentur.

Quæ hic annectitur controuersia, de Principe ignauo aut dissipatore regni, (ita enim intelligo) grauissima est. Cum enim Rex non agnoscat superiorem, cuius ea erit iurisdictione? Et fuerit ea quædam exauctoratio: Et in regnis, quæ vocant electiua, non desunt huius rei exempla Principum, ob ignauiam & dissipationem, exautoratorum. Et id mihi persuasissimum est ex politicis rationibus, nullum regnum esse mere hereditarium, nec regna ita, vt vineas aut fũdos in successores trãsferri: & fere inter Politicos constat, à submissione spõtanea & electione, ob virtutem aut benemerita, primum regna cepisse, & ob eandẽ præsumptionem virtutis posterorum quoq; & successorum, imperia tacito cõsensu & electione, eosdem tolerasse. Prorsus, si quid tale accidat siquorum id ius sit, Statuum id erit: non Pontificis Romani, nec istud vnquam Galli tulerint, qui libertatem suam semper aduersus vsurpationem Curiæ Romanæ strenue defenderunt. Admonitio Pontificis, vt communis patris, ferri possit, at vt ille iure suo mãdet, & nõ parentib. minetur, vt in *citato cap.* ferendũ non videtur: Exemplum id metuendum sit omnib. Principibus, vt prætextu ignauiæ ipsorum, Papa alteri administrationem demandare possit. Et videtur id aliquantum excedere iurisdictionem Papæ. Ista quæstio de iure Pontificis in temporalibus à multis tractata est, etiã nostra ætate, quos consulat Lector.

Ad Arrest. IV.

Quæ hoc cap. tractantur, ancipitem in vtramque partem habent disputationẽ: Clementia sane principib. instillanda, quæ inprimis amorẽ ciuium ipsis conciliat, *v. Lips. 2. Polit. 12. & 13. Cicero pro Ligario & Senecã duob. libris d. clementia*: & vbi de iniuriis tantum agitur nudis, regium est & magni animi, eas contemnere, quo pertinet nobilissima illa constitutio, *sub tit. C. si quis Imp. maledixerit: & Epistola August. ad Tiberiũ c. 51.* At in reos & ausos proditionem in Rempubl. aut Principem, non temere vtatur quis indulgentia. Adsertur hic vnicum exemplum Cinnæ cui ignouerit Augustus, quæ Historia extat apud *Senec. 1. d. Clement. c. 9. & apud Dionem li. 55.* sed disces ex iisdem locis, multos antea eiusdem criminis Reos occisos fuisse. Tum Augustus per scelus oppresserat Rempub. cuius ipse non nisi ciuis erat: vt facilior esset excusatio eorum, qui insidias struerent tyranno, & qui per infinitorum cædes ad imperium grassatus erat, quantumuis postea paulo mitius imperaret. At vbi regnum hereditarium, aut etiam suffragiis delatum est, vix quisquam excuset, aut venia dignum censeat eum, qui in capite vnius totius populi fortunã agit in ruinas: adeoq; non tantum in Principem, sed in vniuersam Remp. iniurius est, vt quis hic non immerito vsurpet, illud Capitonis apud *Tacitũ 3. annal. in fi.* Lentus sane in dolore suo sit princeps, Reipub. iniurias largiatur. Et hæc sane est frequentior Politicorum opinio, quam & probat *Lips. 4. d. repub. 10.*

AD TIT. II.

Singulæ prouinciæ aut regna suas habent proprias & peculiares obseruationes. Ceteroquin illud certum est apud Politicos, solennia inaugurationis, non esse de essentia successionis, & vbi regnum hereditarium est, statim mortuo principe, ad proximũ successorem regnum pertinere, & eum regem esse. Et præterea cum in regno Franciæ, possessio rerum protinus à morte defuncti, in hæredẽ ipso iure cõtinuetur, quid ni idem & in regno admittamus? Illud non abs re est, vt iuxta Arr. 2. declaratio noui successoris exspectetur: quamuis rara sit auis in terris, & rarissimi exempli, vt quis regnum sibi delatum repudiet,

dlet. Et tamen ante eam declarationem, magis placeat, quod *Arr.3.* vt officia à Rege quibuscunque commissa non habeantur pro finitis morte Regis: Nec recte ista res cum simplici mandato confertur: quin perinde habendum est, ac si ab ipso regno officia ipsa cõcessa essent: ex qua ratione, si præses, proconsul ex ratione officij judicem dederint, finito eorum officio, non expirat potestas judicis dati, sed hic nihilominus judicare & pronuntiare potest. *l. venditor 49. §.1. de iudic.* Neq; obstat, quod juxta *Arr.4.* à nouo Rege, noua prouisio est petenda: Id enim non eo pertinet, quasi omnia officia ipso jure mortuo Rege finita sint: sed vt officiales omnes & singuli, agnoscant ita se ab ipso officia tenere, & non tam nouam collationem, quam pristini officij confirmationem petant.

AD TIT. III. *De Regina.*

ALii aliis indulgentiores in fœminas fuere, & præsertim Impp. Constantinopolitani: de Iustiniano & Theodora *v. N. 8. & 9. Zonaram in eius vita, Euagrium lib. 4. c. 10. Procop. lib. 1. de reb. Persic.* De Alexio Imp. & conjuge, *Nicet. Choniat. lib. 1. Alexij.* De Iohanne Duca Imp. & eius vxore *Niceph. Greg. lib. 2.* qui cũ maritis vna fœminas imperasse docẽt: sed priscis Romanis aliud judiciũ fuit, vt videre est ex *Liu. lib. 34. Tacit. lib. 12.* & inprimis his quæ post mortem Heliogabali gesta, refert *Lampridius.* Principes sane & olim priuilegia quæ habebant, & cõjugibus concedere solebant *l. princeps 31. de LL.* itaq; & hactenus admitti potest, vt ceteris parib. honor per vrbem ingredienti, deferatur. Valde autem caute accipiendum est, quod *arr.1.* regina dicitur societatis jure particeps majestatis, quam Rex habet: secundũ quid & ex permissione Regis id possit admitti, cetero quin proprie & verè loquendo, maiestatis jura Regina non habet: nec nisi submoto Rege potest esse capax administrandi regni, sicut & filius successor futurus, qui tamẽ viuo patre Rege jura majestatis nõ habet: quamuis & supra *tit. praced.* ex Thuano probauerimus, per legẽ Salicam administrationem Regni, non ad reginam viduã aut matrẽ, sed ad principes sanguinis regii pertinere.

Tit. 4. & de Connestabili Franciæ, illud occurrit, quod prænotatum video, primum hunc magistratum cepisse sub Carolo Caluo: cum tamen constet, eos qui majores, aut magistri domus dicti fuerunt, ex quibus etiam Pipinus Childerico dejecto, regnũ inuasit, lõge fuisse antiquiores: & hos vero eosdem fuisse magistros militum non dubitatur, & adeo eosdem re ipsa Connestabiles, quod & scribit *Paulus Æmil. passim lib. 1. & 2. hist.* vbi eosdem vocat Comites stabuli, quod scil. in equitibus præcipua militia Gallica & robur exercitus consisteret, à quo titulo *Comes stabuli* corruptã vocẽ Connestabili, censet etiam *Cuiacius ad lib. 1. feud. tit. 1. de his qui feud. dar. poss.*

Quid Tit. 7. sint Gallis Catholiciani, & quod ius ipsorum, ego non satis scio. Fuere olim sub Impp. Cõstantinopolitanis, præfecti tabulis exigendis, qui Cæsariani, iidemq; & Catholiciani & Catholici dicti, de quib. est *C. Theod. lib. 10. tit. 7.* & meminit eorum *Cuiac. ad l. 7. C. de iur. fisc. & ad l. iudices 11. C. de ann.* & videntur Catholiciani ita dicti, ab ipso procuratore Cæsaris, qui appellatus Catholicus, quod notat & probat idem Cuiacius *ad l. prohibitum 5. C. de iure fisci.*

Tit. 12. de officiariis Regiis &c. Art. 2. nihil est receptius inter omnes, quam quod in contractib. Princeps vtatur jure priuatorũ, & quod huc nõ pertineat illud, quod Princeps sit solutus Legib. per rationes & autoritates productas à *Iasone ad l. 1. n. 2. de pact.* sed illud vitiũ est, jam à multis reprehensum, quod officia transferũtur per contractum & v. c. per emptionẽ; quod rationi non conuenit satis. Ferri tamen vtcunq; potest, ex hypothesi habilitatis personæ, quam præsupponit Princeps esse in emente: itaq; modis trib. hic relatis addẽda est inhabilitas personæ: Et quis n. non intelligat, hujusmodi emtorẽ, profiteri se habilẽ esse gerendo officio, q mercatur. Cõsequuntur & sic tamẽ alia incõmoda. Princeps officiariis suis stipẽdia & salaria dare debet, vt incorrupte administrẽt officia: quod vix faciẽt, qui pretio dato officio cõparaturt. Equidẽ si abutantur ea re, tãquã ex delicto reuocari potetũt: sed timidus id eũ facere oportet, qui pretiũ accepit. Ceterũ posito hoc iure, quod ea proprerio empta & irreuocabilia regulariter sunt, tãto facilius est, quod habetur *Arr. 3.* vt Interdicta, vel etiã actiones vtiles habeant locũ: quin id nec necessariũ esse videtur, & simpliciter statuũt Interp. pro jurib. incorporalib. quibuluis, & nominatim Iurisdictione, vtilẽ cõfessoriam actionẽ competere, vt notat *Westm. in parat. de Iurisd. n. 13.* quod tamen ad eos fere tãtũ pertinere videtur, qui proprio suo perpetuo, & etiã transmissibili iure, quasi domini habẽt jurisdictionẽ: quib. nec dissimiles sunt, qui pretio dato officia cõparauerunt: Dubito autẽ, quod idẽ in aliis casib. similibus vult obtinere: nã in his, quæ specialiter & non satis ex ratione admissa sunt, nõ est licita productio ad similes casus, nequidẽ vt Dd. volunt, ex idẽtitate rationis. Quamuis nec bona sit illatio: cõcessum est officiũ ob benemerita: Ergo perpetuo & irreuocabiliter cõcessum est, multo minus: concessum est fauore matrimonij Ergo &c. Et ex eo quod *Bar. in l. priuilegia C. de SS. Eccl.* scribit, eleemosynas cõsuetas dari pauperibus, perpetuo esse dandas, non recte sane hoc infertur: Nec quidquã faciunt *Arrest. 6.* citati textus nisi hactenus, vt si quasi dotis loco quis alicui officiũ dederit, id durante matrimonio reuocare nõ debeat, itẽq; vt quis ob merita ad benefaciendum obligetur, nec quod donauit repetere possit; quod in quauis donatione simplici juris est: sed officiorum ea natura est, vt perpetua esse nõ debeant. Sed fortassis ista ex morib. Galliæ defenduntur: & tamen non facile sunt extendenda, nisi quæ expresse probantur, itaq; probo limitationem Notæ ad *Arr. 7.* itemq; declarationem Notæ *Arr. 11.*

Arrestum 4. recte se habere videtur: quoniam non credendus est Rex contrahere aut alienare, nisi saluo iure eorum, qui officia ab ipso cõpararunt, quib. alias iniqua conditio inferretur: & hac lege censetur alter rẽ à Rege accepisse, qui nec moris & iuris Gallici potuit esse ignarus.

Recte etiam pronuntiatum *Arr. 5.* ceteroquin manifesta fraus fieret officiario, si pro libitu domini possit remoueri: & cauillando non tantum nouus, sed etiam prior dominus id posset. Et omnium sententia clausulæ haud dubie est, quod quamdiu seruitium ille præstare voluerit, remoueri non possit.

Arr. 12. ait autor, ex iuris communis dispositione, vno iudice recusato vel absente, cognoscere eũ, qui proxime sequitur, & ab hoc, seniorem aduocatum. Id quidẽ quod de Seniori Aduocato dicitur, perspicue falsum est iure ciuili: neq; ad istam rẽ textus ex iure ciuili aut canonico *in 6. Decret.* faciunt hilum. Ceteroquin iuris est, vt si quid in specie delegauerit Princeps iudici & magistratui à se constituto, quod est extra ordinariam ipsius iurisdictionem, id mandari non possit, sed sane id poterit vicarius, quem ipse Princeps constituit, qui pene est instar ordinarii: eaq; est sententia *Alexan. in l. more de iurisd. n. 42.* quod nimirum causa commissa potestati, id est, magistratui, transeat ad Locũtenentem, quem ipse quoq; dedit Princeps, non autem ad eum, quem propria authoritate sibi fecit magistratus.

Si recte habet *Arr. 15.* oportet, vt aliud in Rege, aliud in alio domino alienãte obseruetur: quoniã iuxta Arr. 4. qui aliquid alienatũ accipit à Rege nõ potest destituere officiarios, quos Rex cõstituit. Et facile tamen admiserim,

ferim, ista extraordinaria non extendi: Quod si successor particularis licite destituit, & tamen ipse qui constituit, id non poterat, iuxta Art 5. & 6. æquum sane est, vt destitutus à nouo dominio, habeat regressum contra priorem, *d. Art.* 15.

In APPENDICIS Art. 1. notanda est insignis limitatio ad titulum, qui simpliciter loquitur de officiis, vt non procedat in officiis iudicaturæ, quæ per modum contractus & pactionum transferri non possint.

Art. 3. ratio est, quoniã Tutoris hoc ius est, qui est quasi domini loco, *l. interdũ* 56. *§ pen. de furt.* Et quæ bona fide & iure suo tutor egit, rettactari non debeat.

Notabile est *arrestum* 6. vt ob qualitatem habitus & vestis acta sint nulla. Id inter solennia varia quæ referunt Dd. & inprimis *Marant. part. 6. iud. part. 3. act. 1.* vbi de sententia, non reperio.

AD TIT. XIII. *De Irenarchis.*

IRenarcharũ functio vetus fuit, quorũ mẽtio in *l. diuus D. de cust. reo.* pacis & quietis gratia cõstituti in prouinciis, qui turbatores pacis & improbos ad præsidẽ deferrent: quod & notat *Cui. 1. obs. 33.* sed cũ forte hac vocatione calũnias struerent, sustulerunt eos Theodos. & Honorius *l. vn. C. Theod. d. Irenarch.* quorũ constitutio nẽ detorsit Tribon. & sub eorũ nomine Irenarchas rursus probauit *l. vn. C. Iustin. de Iren.* Eos similes esse *aux preuots des Mareschaux* præpositos Mareschallorum, vt tamen horum laxior sit potestas, notat Goth. *ad d. l. diuus & ad N. 80. ad rub.* & itaquoq; autor Irenarchas præfectos Mareschallorum vocari ait, præfecti sed à Mareschallis, quorũ haud dubie potestas & dignitas maior est. Iure autem nostro non videntur vllam habuisse iurisdictionem Irenarchæ, sed officium eorum hoc tantum fuisse, vt deferrent reos aut suspectos, ad magistratus ordinarios: sed plus in Gallia eos posse, quin & Imperium merũ habere apparet ex *Art. 2. & 5.* Et illud mirum, quod iuxta *d. Art. 2.* faciunt litẽ suam, vbicunq; nõ recte eos iudicasse in secunda instantia fuit pronuntiatum, quod plane est singulare: neq; vero vnquam auditum est, protinus vbi sententia reformata est, præsumi & probatum esse iudicẽ inferiorem ex culpa lata, multo minus dolo judicasse, & ob id litẽ suã fecisse. Hoc fortassis ideo receptum, coercendo isti hominum generi, ne temere iudicent, præsertim in criminalibus: cujusmodi *Art. 5.* proponitur sentẽtia, cum executione capitali. Vbi illa questio nõ difficilis videtur adeo, an judex debeat audiri volens iustificare sententiam à se latã & datam executioni. Notat autor arrest. tanquam gratiosum, & nimirum subiniquũ, quo fuit admissus Irenarcha ad iustitiam sententiæ ostendendam. Et sane cõtra eum qui procedit non seruato ordine juris, imo cõtra iuris ordinẽ, fortis est præsumptio: sed nunquam crediderim eã esse præsumptionẽ juris & de iure, quæ excludat probationẽ in contrarium, cui tanto facilius locus fuit dandus, quoniam agebatur causa capitalis cõtra Irenarcham, qui etiã non probato crimine ab ipso suspensorum ad mortẽ fuit condemnatus. Et ita citatus Bald. ait justificari judicẽ si reus homicidij qui aliquem scil. vulnerauerat lethaliter, fuerit capite plexus, antequã ita vulneratus moreretur, si postea is mortuus, & vulnus lethale certo fuerit. Qui tamen casus valde diuersus est à nostro: Nec in eo tamen puto cõmunem sententiam esse contrariam Arresto, vt nullo citato Autor ait, cuius rationes hoc efficiunt quod difficulter possit sententiã talẽ justificare judex. Sed de illo viderit ipse, non tamen ob id negari ei hoc poterit. Et illud quoq; facile admiserim, ob nõ seruatũ processum extra ordinem multari, aut etiam aliter puniri judicem posse: sed vt nullis admissis probationibus & defensionibus statim capitis condemnetur, id sane crudele fuerit & inhumanum.

Art. 6. meo judicio defendi non potest, nec quidem cum citato Fabro, qui *ad pr. eius tit. n. 1.* distinguit, an qui innocentem damnauerit & morte affecerit, id fecerit per imperitiam, an dolo. Illo eum teneri extra ordinẽ: hoc vero Lege Cornelia de sicariis. At n. pœna extraordinaria pro varietate peccati varia est, & nimis leuis multa & priuatio officij ad proportionem homicidij licet per imperitiã perpetrati. Deinde, qui possit hæc esse simplex imperitia præsertim in Doctore juris? Et an quisquam sanæ mentis ignorat, hominem innocentem non esse damnãdum? Et qui potest haberi pro nocente, qui nec confessus nec cõuictus est, vt proponit autor? liquido adserere ausim hoc Arrest. & hanc sententiam iniquam & iniustam esse: & sane in *l. lex Iulia §. hodie ad l. Iul. rep.* hujusmodi judici pœna mortis aut deportationis irrogatur.

In *Art.* 7. haud dubie adgrauat crimen quod priuatus se pro magistratu gesserit: attamen & citra hoc, qui hominẽm istum non morte dignissimũ judicarit, non satis sanus fuerit: qui non vnũ, sed septem innocentes homines morte adfecit. Illud de deportationis pœna frustra hic adsertur *ex l. Lex Iulia §. hodie ad l. Iul. rep.* vel quia magistratib. majoribus de quibus ea lex agit, ob dignitatem mitior solebat irrogari pœna, vel quia pœnæ deportationis, quæ olim grauissima fuit hodie locus non est: Relegatio enim etiam ex toto Regno Galliæ, etiam in perpetuum, nullam partem cum deportatione veteri comparari potest. Fustigationis sane aliqua possit esse proportio.

AD TIT. XIV. *De Notariis.*

NOtarij olim dicebantur, qui scribebant notis, *Cuiac. 12. obs. vlt. in fin.* quos hinc Græce *ταχυγράφους* & *ὀξυγράφους* dixerunt, idem *Cuiac. in l. 6. §. Grãmatici de excusat. tut.* hodie qui dicantur, & quod eorum sit officiũ, in vulgus notum est, judices chartularios esse ait authot, sed de hac re citatus *Cuiac. in l. si fundum* 81. *& 92. d. leg. 1.* (quod opus est inter post huma) nec verbum vllum. Chartularios dictos ait Cuiacius, qui causas & chartas fisci aut alterius officij tractant, *in l. præcepit 3. C. d. can. largition. tit. lib. 10. & in rubr. C. de primicer.* docet, chartularios etiam dictos, Notarios secretorum & à secretis in consistorio Principis: quæ magna dignitas, sed oppido iste quam diuersi à nostris, de quib. hic agimus, Notariis: Et dicantur illi sane chartularij, quippe quod eorum officium sit, chartas tractare, contractuũ & testamentorum instrumenta conscribere: olim seruos publicos fuisse constat, post idveritum, & non nisi liberi admissi: & est de iis titulus *69. lib. 10. C.* vnde Iustinianus non amplius seruos, sed personas publicas vocat in *§. cũ autem Inst. de adopt.* & sunt qui alibi, vt *& n. d. t. 69.* dicuntur tabularii vel tabelliones *l. orphanotropi. C. de Episc. & cler. l. scripturas 11. C. qui pot. in pig. N. 73.* vbi & plura de eorum officio. Indices scio vocari, in diplomatib. & literis, quæ ipsis à Comitibus Palatinis tribuuntur, sed quæ sit eorum jurisdictio, quam & Notator hic ipsis tribuit, non satis dispicio, improprie plane & abusiue ita dictos oportet. Possunt quidem implorari examinare testes, sed quantum eiusmodi examini, & quod nihil tribuatur, sed testes à judice reperi oporteat, vulgo notum est, & præ ceteris exsequitur Farinac. Tract. de testib. certe iure nostro olim non adeo honorificum istud munus, indicio est, quod decurionib, interdicitur isto officio *l. vniuersis 15. C. de decurionib.* sed postea plus accessisse dignitatis, docent, quæ *ad d. l. 15. Cuiac.* scribit. Cur isti Notarii non possint esse clerici, perspicua ratio est, quoniam clericis huiusmodi negotiis, quæ exigũtur à Notariis, immiscere se fas non est. Addit Nota in extremo, quod Notarii stipulari pro absentibus, & proinde etiam ignorantibus possint. Ea quæstio & disputatio magni momenti est & ita fortas-

fis d[illegible]

fis obseruat mos Galliæ, de quo fere attestatur *Guid. Pap. decis.* 49. & apertius in genere *Dion. Gothofredus in l. stipulatio* 38. § *alteri* 17. *de V. O.* vbi indistincte scribit tabularium alteri stipulari posse, & eo nos iure passim vti. At enim incante adducit, casus singulares, quibus id necessitas recipi suasit, & sane ista sententia iure nõ probatur, consuetudo autem est facti, adeoq; probanda. Et *Bart.* quidem *in l. 2. rem pup. salu. fore*, tenet, vt loquitur, indistincte tabellionem alteri stipulari posse (quem probat *Guid. Pap decis.* 222. & *decis.* 316. & *seq.*) Sed non minus vitiose in iisdem textibus, quib. Gothofr. sententiam suam fundat. Et contra *Bal. in l.* 1, *C. per quas pers. acquir. n.* 23. & 24. ait officiũ Notarii non in eo esse, vt aliis stipuletur, sed, vt instrumenta cõscribat requisitus: & ad textus citatos à Bartolo insuper bene respõdet, quod non loquantur de simplici & quouis Notario, sed de Notario actorum: itaq; nisi ex consuetudine id Notario datum sit, recte negat Baldus, quod ex stipulatione Notarii citra cessionẽ alteri actio adquiratur: quæ etiam opinio est *Ioh. Fabri in* §. *si quis alij Inst. de inutil. stip n.* 8. vbi ait, quod in iudicio tantũ in casu necessitatis, & præterea iussu iudicis præcedente, tabellio recte alteri stipuletur: quod & tradit *Innocent. in c. dudum de conuers. coniug. n.* 1, & addo *Iasonem* & *ceteros in d. l. stipulatio* 38. §. *alteri de V. O.*

Ad Arrest. II. vers. vlt.

Siquidem iurisdictionem iis tribuimus, cum quæ agantur super contractib. & testamentis, nihil habeãt contentiosi, videamur & extra districtum suũ exercere officium posse. Sed enim, vt dixi, iurisdictionem non habent, & *Bart. in l. 1. de off. proc.* bene videtur distinguere, an quis habeat potestatẽ à supremo Principe, an ab inferiori, vt hic extra districtum suũ nihil facere possit: quod bene limitat (ita n. accipit & non pro contraria opinione) *Cast. in l vlt. C. de rep. in int. rest. n.* 4. vt valeat instrumentum tamquam a Notario cõfectum etiã alibi, modo inter personas illius territorii, & super bonis ibidem positis sit factum: adde quæ tractant *Canon. in c. per venerabilẽ qui fil. sint legit.* Et quod in *d. l.* 1, scribit Bar. si instrumentum factum sit in loco districtus, valere, licet bona super quib factum est, alibi sita sint: quod pertinet ad quæst. quæ tractatur *infr lib* 21. *de testa. tit.* 1. quod testamentum factum secundum statutum loci, valeat in bonis vbicunq; positis: de quo & v. *Bal. l in l. si non speciali* 9. *C. de testa.* Quod attinet priorem illã distinctionẽ Bartoli, procedit illa sine dubio, in locis omnibus, quę superiori sunt subiecta: At si tabellio Cæsareus in Gallia conficiat instrumentum, aut vice versa, an id iure factum & ratum dicemus? Adde quod N. 44. certæ stationes adsignantur Notariis, extra quas officium suum exercere non possunt.

Ad Arrest. VIII.

Varia crimina incidunt in officium Notarii, & inprimis Falsi, cuius pœna ex causa potest esse extremum supplicium, cuius rei exẽplum est in Nota: & in specie pœna ignis in casu falsi instrumenti super immunitate *l. 1. C. de immun. nem. conc. lib.* 10. Et digni sunt pœna si verita instrumenta conficiant: neq; in his quæ ad eorum officium pertinent, auditi possunt, si prætendãt ignorantiam iuris *v. c. Imperialẽ* §. *tantum de prohib. feu. al. per Frid. Hostiens. in sum. de vsur. n.* 9. *inf.* (vbi ait Notarius qui conficiunt instrumenta super vsuris, esse periuros & infames) *Auth. de nõ alien.* (est N. 7.) *in pr. ver. ad hoc* (vbi pœna est exilii perpetui) *Specul. de Instrum. edit.* §. *fin. vers. quid de Notarin. Menoch. de arbitr. quæst. casu* 381. *in fin.* Reichs Abscheid zu Cöln 1512. *vbi specialis tit. de Notariorum officio.*

Arrest. 1. appendicis ratio esse potest: quia Notarius est instar iudicis, & vtriq; parti æqualiter prospicere, nec aduersus alterutrã magis adfectus esse debet.

Arrest. 2. quoniam officium tabellionatus præsupponit peritiam, quam profitetur, qui se vult & patitur creari tabellionem: & gerit officium publicũ: in quo simul versatur autoritas creantis: cuius quasi fide qui opera Notarii vtuntur, decipi non debent: Et ita communiter statuunt Interpp. Doctorem iuris minorennem, si lapsus sit in iis, quæ peritiam iuris concernunt, non restitui. *Villalob. comm. opin. lit. M n.* 96. *Boer. decis.* 350. *n.* 6. *v. Sfort. Odd de restit. in int. part.* 1 *q.* 23. *art.* 7. Et iuxta *Arr.* 5. hactenus Notarii minores habentur pro maioribus, quæ cum fictio sit, recte ad alia non extenditur.

Circa Arr. 6. vulgo tractatur id *in l. Barbarius* 3. *de offi. prætor.* an instrumẽta cõfecta à Notario putatiuo, & qui pro tali habitus fuit, faciant fidem. Id quidem verum est, quod ex actuum exercitio & per aliquot tempus continuato, præsumatur quis esse in quasi possessione officii *Iason in d l.* 3. *n.* 47. At nos ponimus cõstare, quẽ falsum & putatiuum esse Notariũ: in quo non obscura est differentiæ ratio à casu *d. l. Barbarius de off. prat.* in quo nimirum casu vtcunq; persona sit inhabilis, autoritas publica, quæ commisit officiũ, sustinet quæ acta sunt: at huiusmodi personam publicam nemo sibi ipsi potest imponere: quæ ratio est *Hotom. quæst. illust.* 17. & *v. ad d. l.* 3, & *Cuiac.* 1. *obs.* 33. *Gouean.* 1. *var. lect.* 6. *Ant. Cont. p.* 1. *disp.* 1. *iur. ciuilis. cap.* 2. Et ex hac ratione concludit *Bar. in d. l.* 3. *n.* 8. instrumenta à Notario putatiuo facta non valere, *vide plene Iasonem ibid. n.* 45. & *seqq.*

AD LIBRI V. TITVLVM I.

De Iuribus Regi præseruatis.

Svnt qui reseruata Principi separent à iuribus maiestatis: sed sub his late sumptis possunt & illa contineri: quãuis si reseruata sumãtur in specie, vix commode ad iura maiestatis referantur: quemadmodum inter reseruata Principis Romani quidam referre solent, ius vtendi certo genere vestium & ornamentorum, item, certo genere liquoris, quo subscribere solebant, quod dicebatur sacrum, emansura, vel incaustum, vt mauult *Cuiac. in parat. C. de diu. rescr.* Ius autẽ Monetæ cudendæ recte videtur referri inter iura maiestatis & regalia. *vt tit. quæ sunt Regalia, vbi Bal. Matth. de Afflict. Isernia, alij.* In statu mixto quæ alias Principis sunt, possunt communicari, vt in Imperio Germanico, ius monetæ cudendæ fere omnib. Statibus Imperii cõmune est. In statu puro id obtiner difficilius. Et tamẽ potest obtinere iuxta *Arr.* 1 quoniam maiestati Principis non derogat, licet alius eodem iure tamquam sibi concesso vtatur. Sunt etiam in Imperio Germanico, quidam casus reseruati Imperatori, idq; in signum superioritatis: inter quos sane & qui supremam præcis nemiã arguunt, non videtur referendum ius dandæ indulgẽtiæ: nam id & Principes Germaniæ habent. Sed isti nõ recte comparentur, cum Principib. alterius regni, eũ pene iura maiestatis habeant & eius superioritatẽ ... *recognoscant*, vt videre est apud *And. Knichen de sub. m. territ. iur. c.* 1. *n.* 64. & 216. & *n.* 288. 351 401. & *seqq* & *de iure non prouoc. verbis Ducum Saxoniæ c.* 1. *n.* 64. *vsq. ad fi.* & *inprimis n.* 477. *Roland a Vall. vol.* 1. *cons.* 88. *n.* 1. & 28. *Coler. de process. execut. cap.* 1. *n.* 160. & *seqq. Wesemb. consil.* 1. *n.* 39. *Pruckm. consil.* 13. *n.* 83. *vol.* 1. *Pattm.* 1. *de iurisd. c.* 6. *n.* 2, *Mod. St. Pistor. vol.* 1. *cons.* 24. *n.* 1. *Warmund. ab* Ehrenberg *in verisimil. c.* 2. *n.* 17.

Ceteroquin Ius præsentandi de quo Arr. 2. nõ pertinet ad iura maiestatis: omnino secundũ Canon. Principi seculari non competit, & iure cõcessionis Papalia id habuit Rex, iuxta *d. Arr.* 2. Represaliarum concedẽdarum Ius potest sibi reseruare, ceteroquin supremis Tribunalibus salua maiestate Regis, competere

possit

possit. Bene tamen reseruatur principi, quia est remedium exorbitãs à vera iustitiæ ratione, de quo alibi. Argentarios constituere, vt sit de Iuribus maiestatis aut reseruatis principis, quod vult *arrestum* 8. vtiq;, quidquid putet autor, à iure Rom. alienissimum est, nec vllo modo ex *l.* 10. §. 1. probatur.

Ex Art. xi. nota, quod clerici cogontur cõferre, ad Regias expeditiones & sumptus bellicos, *v. Thomat. de collectis c. fine §. subiiciunt hoc loco n. 5. & n. 34. & seqq. & in praced. §. exactio munerum n. 44. & n. 28. & seqq.* posTit disputari, quod bona clericorum & Ecclesiastica sint deputata in pios vsus & cultum diuinum. Sed enim quatenus hic impediretur, aut alimenta clericis necessaria subtraherentur, nulla onera possunt imponi vt recte, *d. loco* 35. notat Thomatus: atquin constat clericos abundare, & habere, vnde saluo cultu diuino, saluis alimentis conferre possint.

TIT. II. *De Iure peregrinitatis.*

REctius: de iure succedẽdi peregrinis: Art. 1. allegatur contrarium in Notis, nõ habere inferiores, licet merum Imperiũ habeãt, ius succedẽdi peregrinis: Et sane hoc ius nihil commune habet cum iure Imperii, sed pertinet ad ius occupãdi bona vacantia, quod pertinet ad Regalia 2. *feud.* 56. *in prin. Iunct. l.* 1. *C. de bon. vacantib. l. quidã* 96. § 1 *de legat.* 1. Idem tamen est in bastardis, quorũ tamẽ successionẽ, vel potius bonorũ occupationẽ, concedit Nota his qui merum Imperium habent: vbi tamen haud dubie intelliguntur, qui merum Imperium proprio quasi & perpetuo & trãsmissibili iure habẽt. Et tamẽ nec hinc bona cõnexio est. Palatinus Comes enim etiam Nobiles plurimi tale Imperium merũ habeant, speciali hoc iure vtuntur, vt sibi vindicet bona bastardorum, Bastartsfall.

In Appendicis Arresto, mirũ est, pro adoptiuo iudicatum fuisse, contra procuratorẽ Regium. Et hæc cõditio, *dum liberos haberet* omnino de legitimis & naturalibus simul accipienda erat, quoniam alias in cuiusuis manu sit, commento adoptionis hanc conditionem implere, contra *l fideicõm.* 76. *de cond. & dem.*

TIT. III. *De Repræsaliis.*

PRobo omnino tria ista requisita. Et vt à posteriori incipiã, princeps vel quicunq tandẽ recognoscit superiorem, querelã subditi sui ad hunc deferre debet. Itaq; & in secũdo probo, vt ante omnia principis, cuius subditi iniuriã fecerunt, superior si quẽ habet, adeatur: vbi tamẽ in exẽplo errat author: nec enim, vt puto, hodie Sabaudus vt superiorẽ agnoscit Imp. Romanum. Primũ per se patet, vt facta sit iniuria: quod tamen rursus autor nõ recte restringit, ad spolia aut latrocinia: nam & locũ ista habẽt, vbi quis debet aliquid ciui alterius reipub. nec creditor ab eo aut magistratu ius æquum impetrare potest. Hic enim permittitur, vt in eiusdem reip. ciuem inueiantur manus, & hic detineatur, donec satisfaciat, de hoc quod conciuis debet. Colorẽ huic iuri hinc quærere solent, quod omnes vnius Reipub. ciues sint, quasi vnius corporis mẽbra sed illa vnio siue vnitas habet suos limites: neq; vero eo pertinet, vt quis propter iniuriam alterius iniuriã ipse pati debeat: vtcunque nõ ipse, sed bona tantum ipsius capiantur, vt limitat *Art.* 3. Color alius est, quia cuius bona occupata sunt, contra conciuem suum habet regressum super damnis datis. At enim forte hic exceptiones habeat, & iniuria non tam ab hoc, quã à principe qui iustitiam denegauit, facta est, cuius improbitatis pœnas subditum ferre, iniquum est. In summa non fit hoc ex legibus & ratione veræ iustitiæ, itaq; quantum fieri potest, est restringendum. Videtur quædam esse species belli, in quo etiam miseri subditi, stultitiæ principum fiunt succedanei: & perhibetur hæc iusta causa belli, si princeps iniurias illatas nõ vindicare, nec ablata per iniuriã reddere velit, *can. dom.* 23. *caus. q.* 2.

AD TIT. IV. *De Nobilitate.*

NObilitas quædam dicitur Philosophica, quæ ex sola virtute æstimatur, iuxta illud Iuuenalis

— *Nobilitas sola est atq; vnica virtus.*

Hanc nullus Rex aut Imp. cõferre potest: sed potest virtuti præmium cõferre, vt qui philosophice nobilis est, iam etiam politice sit nobilis, & in Repub. ab aliis distinguatur: Eaq; distinctio fere in omnibus Rebuspublicis obseruatur. Habet ista nobilitas priuilegia & prærogatiuas suas, & fundari debet saltẽ in præsumpta virtute, vtiq; hæc eius debet esse origo & causa: Nã in posteris sæpe vix vmbra est virtutis, in quos tamen descẽdit ista politica nobilitas: quoniã & præsumuntur, Fortes nasci ex fortib. & bonis: & hoc ipsum ad virtutẽ incitat, si quis sciat præmia eius non cum ipso peritura, sed ad posteros transmissum iri. Apud Romanos plebeiis, obscuro loco & quasi nõ certo patre natis, opponebãtur patritii, qui vt est apud *Liuiũ lib.* 10. patrẽ ciere possent: & tanto magis habiti pro nobilioribus, quo plures patrẽs ea posset quis ciere: Hinc & hodie in nobilib. probandis in Germania exigitur, vt, atauũ vtrinq; parentes nobiles possint ciere. Vier Ahnen. & quidẽ etiã à matre, ita simul acht Ahnen vt loquuntur: quod tamen singulare est, & in Germania, quo ad quosdã effectus receptum, & vt tanto purior sanguis ille nobilis cõseruetur, quem contaminari putant, per connubia cum fœminis ignobilibus: quod nec alienũ à priscis morib. Romanorũ, apud quos initio connubia patritiorum cum plebeiis interdicta: Et sunt hac in re diuersæ diuersarũ nationũ & gentium Leges & consuetudines. Ceteroquin nobilitas ista politica est, annexum & qualitas familiæ, quæ est à patre non à matre: itaq; nobilis est, qui patrẽ habet nobilẽ, licet mater sit ignobilis: E cõuerso autẽ extra venire dubium est, quod arresto 3. habetur, esse ignobilem, cuius pater est ignobilis, vtcunq; mater nobilis sit, & singulare, quod de consuetudine Cãpaniæ in Nota Art. 4. refertur, cuius & meminit *Bodin.* 1. *de repub. in f.* Apud Romanos porro nobilitatem simul faciebãt, honores & dignitates gestæ a maioribus, præturæ, consulatus dictaturæ &c. & horũ qui istis dignitatib. erant functi, imagines in atriis exponebantur, quæ & funus comitabantur (Tacit. 3. Annal. in extremo de funere Iuniæ, clarissimarũ 20. familiarũ imagines ante latæ) ex quib. nobilitas æstimabatur. Iuuenalis.

Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ (in quibus imagines expressæ) Atria &c. Vnde noui homines dicti, à quibus incipit nobilitas, & qui primum in familia sua honores gessissent.

Iuuenalis de consule Cicerone. Hic nouus Arpinas ignobilis &c. Noui quoq; dicẽdi homines, quibus primum à principe confertur nobilitas, quod tantum à supremo principe fieri posse recte notatur Art. 1. & non temere hac in re versari principes, nec pretio aut vilibus officiis, sed virtuti id dare debent: sicut & nobilitatem adeptos vicissim id operam dare par est, vt honestis actionibus & studiis nobilitatem defendant, sed de istis quæ sint conseruandæ quæ amittendæ nobilitati, vt fusius agamus, huius loci non est. Vulgatum est, vt eadem sit ratio adquirendi & amittendi: cui consequens fuerit, vt vitia sint causa amittendæ nobilitatis, vbi tamen declaratoria sententia fuerit opus,

nec

nec protinus ob quoduis inhonestum factum amissa dicitur nobilitas, quomodo intelligo Arrestum 2. Atque ad id quod de conseruanda nobilitate dixi, referendum erit, quod de nobilitate vsq; ad auum probanda Arr. 4. & in Nota affertur: nam cum Rex iuxta Arr. 1. ignobili nobilem possit facere, in isto casu quomodo illud fine contra dictione defendi possit? itemque eo, quod in Nota est, de nobilitate officii quæsita: nisi enim nati, vt nobiles se gerant, non poterit nobilitas continuari: propria virtute quidem vera paratur nobilitas, sed ea politice, sola nobilem non facit: nec sine ratione, cum nobilitas politica suos habeat effectus, in immunitate & aliis, & vero de virtute iudiciū facere nō sit cuiusuis: & fuerit ista adeo nobilitas in Idea, qua in re offendit Notator. A maioribus quoq; continuata nobilitas, vilibus officiis exercitiisq; sensim amitti potest: vnius enim facto omnibus præiudicari non facile crediderim. Eius generis sunt, opificia & artes quæstuariæ & mechanicæ: qua in re iterum offendit Author Arr. 4. vbi comparat hac in re nobilitatem Gallicam & Spartanam. Nullus enim ciuis Spartanus (& non omnes fuerunt nobiles, quamuis Lycurgus qua fieri potuit omnes voluerit exæquare) eiusmodi artes tractauit: sicut nec initio ciues honestiores Romani, sed omnes militiæ & agriculturæ (quæ in honestis studiis habita) operam dederunt, etiam qui patricii non erant. Scripsit de nobilitate integrum & prolixum tractatum, Tiraquellus.

TIT. V.

De Legitimationibus.

NOn dubitandum putarim, quin princeps subdnum suum, in quouis territorio legitimare possit: non etiam, quia ita legitimatus vbiuis & in bonis vbicunque positis succedere possit, ex quo præsupponitur habilitas actus, & recte facta legitimario: cum locus nihil hic potestati principis alias habilis detrahere possit: aut alias, si quis fortasse interesse cognatorum, qui alibi habitant, vbi bona sita sunt aliqua, allegare velit, idem prætendere possit, si legitimatio in ipso territorio principis fuerit facta. Sed illud dubitatum, an princeps alterius subditum, & ita quidem vt vbique succedat, possit legitimare, ita nimirum, vt legitimatio sit valida, perinde atque si à principe suo facta fuisset. Equidem legitimario non est contentiosæ iurisdictionis, vt inepte huc adducatur *l. vlt. d. iurisdict.* quæ ait extra territorium ius dicenti impune non pareri: & non inepta videtur distinctio inter legitimationem ordinariam, vt ita loquar, & extraordinariam. Illa est, quæ fit secundum ius commune petente patre, vbi mater in vxorem vel plane non, vel non honeste duci potest, iuxta N. 74. & 89. Ista est, quæ etiam post mortem patris per indulgentiam ipsis liberis petentibus conceditur, & in specie appellatur dispensatio, quomodo in similibus terminis distinguit *Gail. 2. obs. 142.* vt ills possit fieri, licet iurisdictiooi alienæ quis sit subiectus: cum nec cuiquam hic fiat iniuria, & iurisdictionem alias quis incompetentem etiam prorogare possit: in quam rem facit optimus textus in *l. 1. C. de emancip. lib.* per quem quidem ita distinguit & docet *Bald. in proœm. Codicis n. 32. & seq.* Nec cognati quidquam habent quod prætendant, cum pater inre suo vtatur, & princeps in his terminis, teneatur ex iure indulgere legitimationem. Sed sane principes vix ferunt ita quasi falcem in suam messem immitti. Nec vlla differentia est inter iurisdictionem contentiosam & voluntariam, quam quod illa non nisi in inuitos exerceri solet: & ius prorogationis introductum est L L. & moribus Romanorum, & in imperio & territorio ipsorum, in quo omnes omnino magistratus ab vno capite dependebant: secus vero est in territorio plane diuerso. Nec alia de causa Pontifex prohibuit per clericos prorogari iurisdictionem secularem, *c. si diligenti d. for. comp.* nam & per prorogationem videtur quodammodo derogari iurisdictioni ordinarii magistratus. Et quis vero adigat v. e. Regem Galliæ, vt pro rite legitimato habeat, quem Hispanus Rex aut Imp. legitimauit? Et refert *Choppin. 3. d. domanio 28.* quod Rex Carolus grauiter increpuerit Parlamentum Parisiense, quod passi fuerint à Sigismundo in Consistorio illo nobilitari Gallum quendam. Itaque tutius plane fecerint, qui coram & à principe suo petierint legitimationem *v. omnino Bald. d. loc. Decium consil. 55. Nicolaum d. Vbald. d. succ. ab int. p. 1. n. 106 & seq. Cenarr. d. matrimon part. 2. cap. 8. p. 8. Petr. Anchar. consil 120. Alex. vol. 1. consil. 67. Panarmit. & alios in c. per venerabilem ext. qui fil. sint legit. Et Rol. à Valle vol. 1. consil. 88. Plat. in § vlt. Inst. d. nupt n. 48. Aliat. 9. resp. consil. 16. Mantua d. Coniect. vlt. vol. lib. 1. cap. 10. n. 42. & seqq. Fachin 3. consil. 58.*

Controuersia *Arr. 2.* per distinctionem prædictam, certo iure deciditur, si sit legitimario ordinaria quam pater ipse petit & impetrauit, facit solida ratio iuris, quod sufficiat solus consensus patris, hæc enim legitimario, quæ fit v. c. in casu quo mater mortua est, & quo nulli sunt liberi legitimi, eosdem habet effectus quos habet legitimatio per subsequens matrimonium: & omnino liberi ita legitimati nihil differunt à legitime natis liberis, vt diserte Iustinianus quidem scribit *N. 89. cap. illud tamen 9. in fin. & N. 74. cap. si igitur 2.* Et hanc puto fuisse mentem Arrestorum, quæ refert author, quod sufficiat solus consensus patris: quæ viciose accepit & limitat Author: qui etiam viciose citat Baldum pro se *in auth. præterea C. de natur. lib.* qui iuxta ipsam auth. scribit, non posse legitimari bastardos existentibus liberis legitimis: quoniam nimirum iure ciuili legitimationi per rescriptum, vbi alii sunt liberi legitimi, locus non est, *d. n. 74. & 89.* At nos loquimur in terminis habilibus, legitimationis ordinariæ secundum ius ciuile, & ibi legitimationem omnino validam esse & plenam, & liberos plene legitimos fieri, licet agnatis aut coguatis nec citatis, nec consentientibus, verum est.

Appendicis Arrestum, in prima & posteriori parte nullum dubium habet. Filio enim legitimato semel, in patris potestate non est, ei adimere ius filii: & legitimatos per subsequens matrimonium, penè in omnibus exæquari legitime natis constat, adeo vt ex communi sententia in feudis etiam succedant, propter *cap. tanta. qui & fil. sint leg.* sed quę ratio sit, cur filia presbyteri legitima, antea videl. nata, tantum capiat dimidium vsusfructus pro legitima, ego non exquiro.

AD TIT. VI.

De Captiuis, &c.

CIrca ius verus captiuitatis, quo in captum ius vitæ & necis, inepte hoc disputetur. Intelligendum est eiusmodi ius belli, quo captis dato precio redimere sese liceet, (& nec Christianos vere esse

 hostes,

hostes, sed bella magis ciuilia inter eos geri iam alii notarunt.) Et potest bis quæque Respub. statuere in sibi subditos: at aliis præiudicium facere non possunt. Et si quis dissimolato statu & ordine quem in exercitu gerebat, cum comes nobilis Tribunus forte militum esset, se gesserit pro plebeio aut caliga milite, vt ita viliore pretio defungeretur, putarim iure maius precium exigi posse. Dices, dolum in hostem licitum esse. At enim, cum capere captiuo leges dicere, & lytron ab eo exigere liceat, haud scio, an amplius dolo sit locus. Plane si iam dimissus sit captiuus, est quod sibi alter imputet, quod non accuratius in conditionem captiui inquisierit: & in his terminis defenditur Arrestum, nec aliter potest.

Iniuriæ species est, vt propter bellum inter principes, actiones suas inuicem subditi amittant: sed enim id iuris sibi vsurpant principes, quorum stultitiæ in miseros subditos redundant: qui ea pati coguntur, quæ iustissime ipsi principes luere deberent. Et in ista specie accedit, quod improbè Gallus ludificatus est Belgam, & moras nexuit, nec defendi potest Arrestum, si dolo extraxisse litem probatum fuerit. Et vt princeps forte suo iure vsus fuerit, at improbus litigator, ad soluendum debebat condemnari, cum & nouissimi iuris sit, post moram transferri periculum in debitorem. Est autem dissimilis causa, quam proponit autor ex *Quintil. 1. Inst.* 10. inter Thessalos & Thebanos: Et quid pronuntiarint Amphyctiones non exprimit Quintilianus, sed non dubie aut obscure putat, æquitatem pro Thebanis militare. in quam Authoretiam sententiam inclinat. Ego contra sentio. Nam ibi debitum fuit publicum, in nostra causa, priuatum: Et Alexander cum Thebas rebelles. vi occupasset & expugnasset & totas penè funditus euertisset, iure suo quidquid tunc debitum publico, & quidquid omnino fuit publici, sicut occupare, ita & donare alteri potuit, qui etiam haud dubie quidquid in ærario publico inuenit, fecit suum. Et rationes Quintiliani nec hili sunt. Ait 1. non potuisse donare Alexandrum. Resp. ex prædictis id falsum esse. Jus belli aliud docet. Ait 2. iure Thebanos repetiisse, quod eis ablatum esset. Is ex eadem ratione pariter falsum est. Replicat ille, nihil valere ius belli, super eo quod potest in iudicium deduci. Id vero torsus falsum & implicat contradictionem: victori enim ius est eripere bona victo: aut expresse fallum est. & petit principium, quod super bello iusto (hoc etiam præsupponitur) ereptis ius dicere, & ea rursus victoribus auferre. & cum iis iure experiri liceat, quod quam falsum sit tyrones ex Institutionibus discunt. Prorsus vero dissimile est. quod capti bello, ad suos reuersi pristinum statum recipiunt. Ineptius argumentum est, quod agatur de iure incorporali, quod manu apprehendi non possit. Satis est enim remissum esse debitum à victore, vt exceptione se debitores tueri possint, & perinde est ac si centum talenta in ærario reperta Thessalis donasset Alexander: quæ repeti posse à Thebanis postea eadem ratione defenderit, qui remissionem impugnare velit. Quod ius publici debiti aut crediti, ad victorem transire non potuerit, falsum est: neque verum quod populo & Reipub. debetur, id singulis deberi, & etiam vnum qui superest, esse totius summæ creditorem. Arguit id quidem ignorantiam iuris nostri, quod vniuersitatem & huius interesse, à singulis diserte distinguit. Ineptius est. quod ait in tabulis non esse ius. Quid tu enim an Alexandrum nugas egisse, & tabularum materiam donasse putas? Et nimirum, qui chirographum donat, cedit, legat, ipsum ius debiti intelligitur dedisse, *l. 2. §. 1. de pact. l. qui chirographum 59. de legat. 3.* Quod denique dubitari posse ait, honorarit Alexander Thessalos, an deceperit, nec est dignum responsione. Porro concilium exercere Amphictyones soliti fuerunt Thermopylis, aut Delphis, nec 10. aut 12. vrbes, vt Author ait, sed decem & amplius populi Græciæ, concilium illud ex corpore suo & à se missis constituebant, vt scribit *Pausanias in Achaicis lib. 7. & in Phocicis lib. 10.*

AD TIT. X.

De Domanio Regis.

DEclamationes sunt, quæ adferuntur de Regno ceu dote, quod Respub. ceu sponsa ad Regem defert, & quod ob id nihil inde alienari, & ne quidem liberis secundo genitis proprio iure dari possit. Enimuero si captare licet, sponsa & vxore mortua, dos reseruanda est, non primogenito soli, sed liberis omnibus, vt iure ciuili constat. Sed & quod rectissime Nota obseruat, non id perpetuo ita in Gallia obseruatum, sed olim mortuo Rege, pro numero liberorum prouinciæ diuisæ, & totidem Reges totidem Regna extitere. Et in Germania quoque in principatibus diuersum obtinuit, & initio feuda regalia indiuidua habita, post sere, nisi sicubi aliud cautum liberi omnes æquo iure admissi. Sed sane moribus gentium magis firmatur, vt in regnū solus primogenitus succedat: vt tamen cæteris liberis de subsidiis debitis prospiciatur: quod in Gallia apennagium dicitur: de quo alia controuersia hic mouetur: in qua ego sane saluo aliorum iudicio, excluserim quidem fratres in apennagio nouo, sicut & in feudis obseruatur: at nunquam eum, qui à primo apannegiate descendit, licet postremo mortuus liberos nullos reliquerit. Sed hæc angustia temporis exclusi, & angustis limitibus circumclusi, satis & pro dignitate iam exequi non possumus.

Ad Arrest. II.

Aristotelis vox est 3. polit. eum qui legem præficit Reipub. præficere Deum, qui hominem sine legibus, eum præficere beluam. Insigne est, quod Tacit. libris histor. de Vespasiano scribit, eum vnum ex principibus ante se adepto principatu in melius mutatum fuisse. Ita plurima sunt, quæ bonus etiam viros regnum & principatum consecutos, in præceps & deteriora agunt, quæ cumulat Vopiscus in Aureliano. Quæ eo pertinent, vt intelligamus, melius agi cum populis, quorum princeps & eius potestas quantum fieri potest, legibus constringitur. Itaque salubre temperamentum est, quod iuxta hoc Arrestum Rex sine consensu statuum, nihil alienare ex dominio potest, & in sua inauguratione desuper cogitur iurare: idque etiam Franciscus I. cum captiuus talia promittere coactus fuisset, nec postea præstitisset, prætendit: nec huc pertinet Regula de principe legibus soluto: quæ ex sententia omnium politicorum explicatur de LL. mere positiuis, non vero de LL. fundamentalibus Regni, nec in quas ipse princeps iurauit. Sed non conuenit, quod cap. seq. tamquam rem popularem improbat rationem vocandi status in concilium:

Dero-

Derogat id quidem aliquid potestati principis: sed boni principes id non grauantur facere, & quidquid etiam eius sit, vtilis est ea temperatura Reipub. quæ nimiam potestatem principum, qua alias abutuntur, coercet. Rursus non conueniunt, quæ cap. seq. tribuuntur de summa potestate Regis, qui omnia moueat & possideat, & etiam de bonis subditorum disponendi habeat autoritatem & facultatem. Id quidem nimium est, tribuere principi. Et vnde vero tanta illa potestas? Nulla ea vsquam est, siue finem principatus, siue eius causam & originem spectes. Causa & origo est ex iure gentium, & spontanea submissione populorum, qui aut ob benefacta & merita, aut ob insignẽ virtutem sese permisere alteri regendos: regendos inquam & defendendos, non opprimendos & spoliandos. Nec vero populus propter principem, sed hic propter populum & subditos est, vt politicorum omnium (excipio assentatores & adulatores) sententia habet: sicut & Interpp. nostrorum hæc est communis opinio, quod princeps dominium rerum subditis adimere iure non possit, (tantum abest, vt possessionem earum habeat) *Ant. Gabriel. opin comm. lib. 5. d. adq. rer. dom. concl. 5. & lib. 3. d. iure quaes. concl. 1. Vasq. ill contr 5. Couarr. 3. var. resol. 6.* Necessitate vrgente potest aliquando princeps vti rebus subditorum, sed citra iniuriam, vt non omnino gratis, aut vt ad omnes æque perueniat damnum. Quod in venditione rerum pupilli minorisue requiruntur iure communi duo decreta: vt *cap. 4.* ait autor, ego nunquam audiui, nec verum est, nec probatur ex *l. Lex qua C. d. adm. tut.* Subinepre etiá super quæstione ibi tractata, adducuntur textus iuris ciuilis. Ista ex arbitrio principum & secundum conditionem cuiusq; Reipub. & pro vt necessitas exigit, agitantur.

Arrestum 5. rursus subinepre confirmatur per textus iuris ciuilis, & non satis recto iudicio, pro expresso habet textum in *l. duplex 2. C. de fide hasta fisc.* quæ est de alienatione rei priuatæ, quã fiscus creditor, non recte distraxit: at quid cum ista simile habet alienatio adprobata à Rege, & Camera Ratiociniorum, quam firmauit LXV. annorum possessio. Quod attinet ad *l. 2. C. d. præd decur.* an autor non plus iuris tribuet Regi, quam decurionibus, in alienanda re publica, quæ ad curiam spectat? quantũ hoc abest ab immensa quasi potestate, quam tribuit Regi.

Ita intelligo, quæ 6. & 7. habentur Arresta, quod princeps & Rex Galliæ non possit alienare per auersionem, ius quod habet in bonis damnatorum: Sed vt possit eueniente casu & bona, iam sibi & fisco delata, Titio v.c. condemnato, alienare & donare, quod rationem habet. Sed miror adduci *l. 1. C. de petit. bon. subl.* quippe quæ loquitur de hoc casu posteriori, & tamen vetat bona damnati criminis maiestatis à principe peti, & ita quidem, vt rescriptum impetratum esse velit nullum. Forte quia princeps ignorat quantitatem & valorem bonorum, quæ damnati fuerunt. Exceptiones etiam duæ hic propositæ, non nituntur bonis rationibus. Cum enim hoc deroget potestati principis, quod non possit alienare rem domanii sui, non facile res, quæ alias de domanio non est, domanii iure censeri debet: & in primis nulla ratio est. vt ius hoc ademtum sit regi, propterea quod res semel est relata in rationes: prorsus ad istam rem confirmandam textus citati sunt inepti.

Confiscari damnatorum bona in Germania receptum non est, sed obseruatur in Gallia: quod rursus miror restringi in Nota, ad mobilia seu quæsita bona, & excipi bona affecta familiæ. An & quæ hæc sit affectio, ego non intelligo. In feudalibus tale quippiam obtinet. quæ ex pacto & prouidentia primi adquirentis obuenire dicuntur, ita vt agnatis in iis quoque sit ius quæsitum: ceteroquin alia bona non sunt affecta familiæ, quia qui ea tenet, libere de illis disponere, & delinquendo, his qui ab intestato successissent, præiudicare possit. Et Bart. *in l. 3. d. Interd. & releg* excipit singularia quædam bona, quæ non transeunt ad successores regulariter, & quæ non ad fiscum transire, sed ad filium, qui ea capit non qua hæres, peruenire dicit. Illud expeditum est, quod marito damnato, non confiscantur ea, in quibus ius est quæsitum vxori, inter quæ sunt, ea, quæ ex statutis pertinent ad vxorem, veluti dimidia aut tertia pars quæsitorum constante matrimonio, quæ vxori debentur societatis iure quodam: & vero vno è sociis damnato, pars alterius socii non confiscatur.

AD TIT. XI.

De Tributis.

PRouinciis bello subactis, Romani stipendium & tributum indicere solebant, in signum quoddam superioritatis, & iure dominii, vt loquuntur directi: ita vt possessores pro vtilibus tantum dominis haberentur, proinde etiam possessione longi temporis, non dominium, sed ius dominio propinquum, & quod vtile vocant Interpretes, adquirebatur: & haud dubie prædia Italica ab isto onere fuerunt libera & immunia. Et in ceteris quoque principibus & regnis, cessat ea ratio, & propterea Regis subditos onerandi tributis ius non habent, nisi necessitas postulet, & tum quoque vt saniores politici docent, subditorum consensus interuenire debet. Et habent principes bona, quæ dicuntur Cameræ, ex quibus sumptus necessarios facere possunt.

Art. 3. perspicua est ratio, onera vetera enim, & quibus iam sunt affecta bona transeunt cum ipsis bonis & rebus, ad quemcunque tandem perueniant.

Non æque Arrest. 4. nec videtur conuenire rationi, vt cum onera ista fundorum ratione petantur, omnes etiam qui fundos & prædia non habent, conferre teneantur: & fere inepta est ratio, quod qui iam non possident fundos, postea possidere possint: neque enim hoc onus semel sed sæpius imponitur, & tum qui ceperunt possidere fundos tenebuntur & ipsi. Prorsus huiusmodi onera præstantur ratione commodorum & fructuum, quę ex bonis quisque percipit. Et male citatur *Bart. in l. prouidendum. C. d. decurionib. lib. 10.* apud quem hac de re nullum verbum. Male etiam citatur, *l. ad portus C. de oper. pub.* diuersa enim longe ratio est tributorum & onerum realium, à pontibus oneris & aquæductibus, quæ sarta tecta conseruari publice omnium interest.

Dubito etiam an iuxta Arrest. 7. & 8. qui extra muros habitant in continentibus ædificiis, omnino immunes esse debeant, ab impensis quæ fiunt in ipsius ciuitatis munitionem. Hactenus enim ipsorum quoque interest, vt ingruente forte bello, se suaque in vrbem tanquam locum tutum recipere possint, vt onera æqualia sentiant, & æqualiter conferant, rationis non est, sed rursus rationis non est, vt omnino sint immunes.

Poteſt quidem ita conſtitui, vt quis tributa ſoluat in loco domicilii etiam pro bonis alibi ſitis. Sed id neque ex Bartolo citata, neque ex adducta lege, imo ex ea diſerte contrarium probatur, & ſcilicet quod in loco domicilii quis onera ſubeat perſonalia, ad patrimonialia onera præſtari in locis vbi bona ſita ſunt: Idque & paſſim obſeruatur, & textus eſt expreſſior, quam vt vllam interpretationem aliam patiatur.

In Arreſt. XI. Impenſa non omnino videtur neceſſaria, & fuit præterea onus continuum: cæteroquin vbi neceſſitas vrgeat, ad refectionem vrbis clerici quoque videntur debere conferre, *arg. l. ad portus, C. de oper. publ. l. fin. C. de quib. mun. vel præſtat. nem. &* firmatur *art. 15. 16. 17. 18. 19. v. omnino Thomat. Tr. de collectis post pr. §. Exactio munerum. num. 39. & seq.*

Arreſt. XII. dicitur præſides & Conſiliarios haberi pro nobilibus, & ideo eſſe immunes, & tanquam ſingulare adnotatur, quod & liberi minores ætate eodem priuilegio fruantur. Aut ergo nobilitatem in liberos non tranſmitti conſequitur, aut malam eſſe rationem, deſumptam à nobilitate: Viduis idem priuilegium dari rationis eſt, & conuenit iuri communi. Sed & his qui forte ob ſenectutem, ſe abdicant, & honeſtam miſſionem meruerunt. Qui ſine cauſa forte pertæſi oneris ſe abdicant, his vt idem tribuatur, rationis non eſt.

Notabile eſt *Arreſt.* 21. quod qui ſunt immunes à tributis, nec quidquam ſoluant pro prædiis quæ de nouo adquiſierunt, licet hæc antea fuerint obnoxia tributis, videatur id forte abſurdum, quippe coniunctum cum præiudicio ærarii principis, cuius reditus hac ratione minuuntur, ſed probauimus ſupra, tributa non eſſe cenſenda inter onera ordinaria & perpetua, ſed quæ vrgente neceſſitate conſenſu ſubditorum, & ad tempus exigantur. Præterea ſi nobilis prædia quæ ante habuit alienet, incipiunt ea viciſſim oneri tributorum obnoxia fieri: & huc pertinet qu. d Thomatus *d. loco n.* 35. ſcribit, ſi clericus nouiter adquirat poſſeſſiones, eum ad onera quæ non ſunt perpetua & rei inhærentia, non teneri. Et hinc id ita declarandum eſt, vt prædium ſit immune quandiu eſt apud priuilegiatum: non autem vt exinde res ipſa habeat priuilegium, atque maneat immunis, ad quemcunque perueniat, qualia ſunt, quæ dicuntur Adelich: frene oder gefreyte Güter. Id enim eſſet coniunctum cum principis præiudicio, ſi præ ia quæ ſemel v. e ad nobilem peruenerunt, immunia in perpetuum eſſent. *add. art.* 23. An me catura deroget Nobilitati, *v. Tiraq. Tract. de Nobilit.* 33.

Arreſto XXII. notandum, quod officium procuratoris & Aduocati non deroget Nobilitati. De Aduocatis ratio dubitandi eſſe poteſt ex moribus Galliæ, quibus ipſi coram magiſtratu cauſas tractant & perorant aduocati. De procuratoribus ex hac ciuili facit dubitationem, quod procuratoris officium munus videatur eſſe vilius, quam vt deceat nobilem. Sed enim ... Nota diſtinguit inter hos qui coram & in ſupremis Tribunalibus, & qui in inferioribus agunt cauſas iudiciis: & quæ in illis Cameræ deſiderat ordinatio, *part.* 1. *tit.* 18. ſatis euincunt, non derogare iſtud munus nobilitati, adde *Gail.* 1. *obſ.* 43. *Bald. in l.* 2. *de Senatorib. num.* 8. vbi ait quod ſit honorabile eſſe procuratorem Regis vel Epiſcopi: & igitur de procuratore in inferioribus curiis accipiendus erit, *Guid. Pap. deciſ.* 39. vt & ipſe fere ſe declarat *deciſ.* 388. *num.* 20. & nimis indiſtincte *Ioh. Fab. in §. vlt. inſt. de exception.* infamem pronunciat Doctorem, qui exercet officium procuratoris, deceptus *l. ſi quis procur.* 34. *C. de decur. lib.* 10. quæ tractat de procuratoribus negotiorum, qui res aliorum curandas mercede ſuſcipiunt. Et tamen Guid. Papæ *deciſ.* 399. refert, arreſtum curiæ parlamenti Delphinatus, quo decretum fuit Nobiles ibi procuratores agentes teneri ad ſubſidia, ad inſtar ignobilium, quod & nō obſcure vult *Arreſt.* 30. de procuratoribus pragmaticis, vbi Autor etiam abutitur *l.* 34. *C. d. decurionib.* & Nota Arreſti huius 22. loquitur de Procuratore Regio, & adde *Tiraq. cap.* 30. *de Nobilitate.*

Pro Arreſto 25. vid. quæ ſcribit *Tiraq. de Nobilit. cap.* 18. *num.* 16. *& eodem cap.* probat ex aduerſo, quod ignobilis quæ nubit nobili, hoc ipſo pro nobili habeatur, etiam poſt mortem viri, quamdiu vidua manet, aut plebeio non nubit, & honeſte viuit: & quod gaudeat priuilegio nobilium, & hoc ipſo, vt ſit immunis à tributis, quod ipſum deciditur *Arreſt.* 27 Quod ſi ignobilis quæ nubit nobili, ex hoc efficitur nobilis, quanto facilius nobilis quæ ignobili ſemel nupſit, ſi eo mortuo nubat nobili, pro nobili habenda erit, iuxta *Arreſt.* 26.

Ad Arreſtum 28. & 29. & an feudum iuriſdictione nobilitet *v. Tiraq. ſæpe d. Tract. de Nobilit. cap.* 7.

Diximus ſupra, præſcriptionem temporis immemorialis obtinere vicem priuilegii: Et quid ni igitur poſſit tanto tempore præſcribi immunitas à tributis. An forte exceptio hæc eſt in tributis, & quidem in ſpecie tributorum, à quibus nulla dignitas excuſat *l. ad opus, C. de publ. operib. l. fin. C. de quib. mun. imm.*

Rationis eſt, vt iuxta *Arr.* 33. ſub rebus communibus non tantum res directo ad vſum domini, ſed etiam ad vſum familiæ pertinentes, contineantur: familia enim eſt in opere & quaſi vſu patrisfamilias. Textus citati nihil prorſus ad rem faciunt, & apud Baldum quoque citatum exſtat nihil.

Arreſt. 34. omnino alienum eſt à ratione iuris, quo conſtat, à muneribus patrimonialibus, minores immunes non eſſe, *l.* 2. *C. qui ætate ſe excuſ. l. etiam C. de munerib. patrim.* Et vere, vt recte author diſputat, irrationabile eſt, vt maiores pauperes premantur tributis, minorennes etiam diuites gaudeant immunitate. Et *d. l.* 2. minores excuſantur à muneribus perſonalibus, quæ ſcil. in municipiis ciues ſolebant & cogebantur etiam ſuſcipere, veluti, duumviratum, decurionatum, author abuſiue conſulatum vocat.

Arreſt. 35. oportet intelligi dubio procul, de his, qui regios fundos colunt, in aliis enim ſtulta eſſet dubitatio, an ſint immunes à tributis. Et tamen ab immunitate à tutela, de qua in *l. vlt. C. qui dar. tut.* infertur non recte ad immunitatem à tributis. Cur tributa veſtr & dicat autor omnino perſonalia, ego non intelligo: plane non loquitur ex vſu iuris noſtri, quo perſonalia munera diſerte à patrimonialibus, inter quæ ſunt tributa, diſtinguuntur. Apparet id ea ratione ab authore fieri, vt inde colligat, tributa eſſe ibi ſoluenda, vbi domicilium quis habet. Et tamen inde non effeceris, ea eſſe perſonalia: quid quod hoc ipſum non conuenit rationi iuris, vt ſupra probauimus ex *l.* 1. *C. de mulier. in quo loco, &c.*

Miror, qui baſtardis nobilium, defendi poſſint, inſignia priuilegia & immunitates parentum, (*de quo Ar.* 36.) licet cū diſtinctione aliqua & ſigno tranſuerſo (vt eſt in nota) q exhibet *Nic. de Vbald. Tr. de ſucc. ab int. part.* 1. *nu.* 54. Certiſſima ratione iuris noſtri nobili-

nobilitas semel radicata aut cœpta, est qualitas agnationis & familiæ, & rursus certo iure hi tantum liberi qui ex legitimo sunt matrimonio, patris familiam & patrem sequuntur, cæteri omnes qui extra matrimonium, sequuntur matrem, *l.cum legitima 19 & l.lex naturæ 24. de stat. hom.* Consuetudine quidem id induci potest, de qua agit *Nicol. d. Vbald. d. loco.* Sed nec rationi nec iuri conuenit, neque quisquam est, qui de eo ambigat: neque verum est quod diuersas opiniones referat Tiraq. (vt nota ait) sed ille consentientem omnium opinionem contra bastardos refert & adstruit, *cap. 15. de Nobilit. num. 10. & seqq.* sed de legitimatis diuersas opiniones proponit *num. 17. & seqq.*

Mirum rursus, quomodo in specie *Arrest.* 37. & pro diplomate & pro Arresto, quæ contraria sunt, pugnent expressi textus, vt quidem eos Author citat. Æqua & iuri omnino consentanea est Arresti sententia, ne collectæ & tributa quæ à singulis exigi debent, exigantur ab vno vel paucis, & hi ad cæteros remittantur. Nec video quomodo ditiores sint cæterorum, & tenuium fideiussores: quia id falsum est. Et docet Bart. (si tamen is Author est) *in l. semel C. d. apoch. publ.* tum demum teneri ditiores soluere, vel pauciores, si præstatio pecuniæ sit indicta ciuitati, secus si omnibus & singulis ciuibus. nisi quod addit, propter defectum non soluentium, superueniat nouum superindictum. Et alia ratio est munerum personalium, in quibus necessitatis ratio, & inopia & inhabilitas ciuium facit, vt vnus sæpius eodem munere fungi cogatur. Contingere tamen potest aliquando, vt cessatio vnius alterius oneri sit, vbi necessitas Reipub. id desiderat: quo refero *l. actores 4. C. de exact. trib.* vbi Imp. iubet, vt qui rem priuatam & scil. patrimonialem principis curant, sine mora species, (est pro militibus) inferant, ne alias ob immunitatem rei priuatæ, & cessationem actionum, fatigentur prouinciales. Huc etiam refero, quod est in *l. 1. C. de omni agro deserto.* vt fundi deserti, quorum domini non apparent, addicantur cum onere suo, aut ordini, aut his qui in territorio sunt. sub triennii tamen immunitate: cæteroquin ordinaria ratione nemo pro alio prægrauari & exigi debet. vt habet generalis sanctio, *in l. vn. C. vt nullus ex vican.* Quod porro speciali iure & fauoris publici, intuitu & in diuersis terminis statutum est in fabricensibus, qui omnes vnum constituunt collegium, *l. iure 5. C. de fabric.* ad nostros & terminos diuersos trahi non potest. Cetera nihil ad rem faciunt; nec verum puto, quod in extrema nota scribitur, si ciuitas condemnata sit, & creditori non satisfiat, obuium quemque conueniri posse: cum præsertim quod ciuitas debet, singuli ciues debere negentur, *l. sicut 7. §. 1. quod cuiusque vniu.*

Appendicis Arrestum 1. repetit, quod tributa sint personalia. Id ego non satis capio. Ita quidē nō male diceretur, si personis præstatio quædā indiceretur, q̄ fuerit capitatio. Atquin, quæ præstatio exigitur pro prædiis, & ad horum proportionem, quomodo personalia dici possit, ego quidem non animaduerti: vt maxime in loco domicilii ex consuetudine contra *l. vn. C. d. mulier. & quom.* indicatur atque exigatur, neque enim hoc sufficit, vt ex onere reali efficiatur personale.

Præscriptio triennii de qua *Art. 4.* contra exactores tributorum, potest ideo videri introducta, vt calumniis occurratur, & quod nimis quam diligentes hac in re sese exactores præbere solent: vt pro conuento militet præsumptio. Et tamen si probetur, non solutum esse tributum, cuius fauor magnus publicusq; est, non video causam, ob quam præscriptioni huic debeat esse locus.

AD LIBRVM VI.

TIT. I.

SEparandi sunt rustici & alii qui extra mœnia habitant. Et rustici quidem habitare solent extra vrbem, sed non protinus omnes qui extra vrbem habitant in suburbiis, rustici sunt, & cultui agrorum vacant: In quibus arresto isti locus esse negnit.

Arrest. 2. decisio pendet à iure quod cōsules, &c. habent: Et possunt illi moribus aut præscriptione ius eiusmodi adquisiuisse, vt consensum ciuium in singulis exquirere non habeant necesse.

Princeps ad id quod proponitur *Arrest. 4.* vix patietur se cogi per decretum: quod esset, nimium cogere principem in ordinem: sed per supplicem libellum adiri debet: & fecerit ille contra officium boni principis, si iustissimæ non annuat subditorum petitioni.

Si ius nostrum consulimus, nec municipibus ipsis & vniuersitati licet ciuitatem munire, aut muros construere, vel reparare *per l. 8. in fin. & l. 9. §. 4. de rer. diu. l. 2. & 3. ne quid in loco sacr.* nec aliud probat, *l. omnes C. de operib. pub.* in eoque lapsa est *gloss. in d. l. 9. §. muros de rer. diu. citata Art. 5.* principis enim aut saltem præsidis authoritate opus est. Porro in castra per murum ingredi capitale est, *l. 3. §. nec non 17. de re milit.* Sed & alias quod in *l. vlt. de rer. diuis.* muros transcendenti pœna capitis irrogatur. Dd. frequentius ad muros ciuitatis Romanæ restringunt: in municipiis pœnam arbitrariam esse arbitrantur, *Bart. in d. l. vlt. num. 2.*

Art. XI. valde ciuiliter variolas vocat, morbum Gallicum, vt eum appellant Germani: Galli nuncupant Neapolitanum *le mal de Naples.* Itali à se deriuant & Hispanis transscribunt, qui ex India primum eum aduexisse dicuntur. Initio, vt solet fieri, vix curabilis habitus fuit, sed postea ei reperta remedia, cum ob libidinem Gallorum morbus communis multorum factus fuisset. Et ineptus est in Nota citatus, *Thomas Gramm.* qui *decis. 56. n. 6.* negat vnquā conualescere eum, qui isto morbo laborauit, & detorquet huc locum *Deuteron. cap. 28.* de scabie & prurigine, quæ sanare non possit.

Ad Art. 13. an & quando res sorti possit aut debeat committi, *v. Tiraq. Luissime de iure primog. q. 17 opin. 1.* Illud autem cuiuis liquet, vbi de officiis conferendis & exercendis, quæritur sortem in consilium adhibendam non esse.

Titulo II. Arrest. 8. est locus communis de senectute & iuuentute. Prudentia comparatur fere experientia, qua carent iuuenes, & eorum ætas feruidior minus apta est naturæ prudentiæ. Monet Critias Socratem apud *Xenoph. 1. memor.* ne disseratapud iuniores, qui prudentiæ necdum sint capaces: & *Aristot. 1. Eth. 3.* iuuenem negat esse idoneum auditorem Ethices. Hinc apud Romanos singulis magistratibus capiendis certa præfinita ætas, lata Lege à Lucio Iulio, qui ob id Annalis cognominatus, *Liuius 40. cap. 49.* vbi 42. demum anno consulatum capere licuisse scribit. *Cicero 5. Philipp.* quid inquit, Macedo Alexander, cum ab ineunte ætate res maximas gessisset, nonne XXXIII. anno mortem obiit, quæ est ætas decennio minor quam consu-

 laris,

l:ris. Intelligendi a. nō nimis senes, quos παρηκμακότας vocat *Aristoteles 3. polit. 1.* Habent n. & ἡ ἀκμὴ suam ἀκμὴν, vt idem Author est *7. polit. 16.* Et horum nimirum est vota facere & preces fundere pro Repub. iuxta vetus illud:

ἔργα νέων, βουλαὶ τ' ἀνδρῶν, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Arrest. 9. est non lenis quæstio an admittendus ad consiliariatum v.c. qui non adsumsit gradum. Dubium non est, optimo consilio istud à maioribus institutum fuisse. Qui fortiter faciunt in militia, variis præmiis honorantur, quidam equites creari, & in ordines certos allegi solent: Ita maiores huiusmodi præmia eruditioni tribui voluerunt, vt essent indicia eruditionis & quasi tesseræ, quas sequentes principes & alii eiusmodi ab ordine probatorum (*arg. l. 7. C. de professorib.*) secure & confidenter opera in Repub. vti possent. Aliquando qui sunt in Academiis, & vt vocant, Facultatibus officium non recte faciunt, indulgent & conniuent, & sæpe indignis gradus eiusmodi conferunt: quæ res eos hodie fere vilescere fecit, ita vt nobiliores, in opprobrio fere ponant, salutari Doctores: cum olim Comites quoque & Barones titulis istis gloriatos constet. Sed propter abusum & quorundam facilitatem non est tollendus vsus, quo sublato grauiora incommoda consequerentur.

Quam Arresto 10. tertiam partem Iurisprudentiæ appellet, non intelligo. Neque enim quis partem disciplinæ istius appellare possit, iudicium & prudentiam, vt quis ius ad factum applicare possit, quod alias vel maxime requiritur in Iurisconsulto, ex quo Charondas *1. verisim. 1.* bene Iurisprudentiam definit, doctrinam, bene & apposite ad factum de iure respondendi. Qui n. nō nisi ex indicibus & sapiunt, Iurisconsulti nomine sunt indigni. Sunt quidam ea bonitate ingenii & ἀγχινοίᾳ naturali, vt etiam ignari alias legum nostrarum, proposita facti specie, quid iustum quid iniustum sit, discernere possint, sed sunt illi pauci, & præterea periculosum est, id committere homini, qui precibus precio, gratia flecti potest & corrumpi. Ideoque obseruatum perpetuo hoc fuit, vt in Rebuspublicis ferrentur leges, secundum quas ius decerneretur ciuibus, & secundum quas porro iudicium informare suum iudex possit in casibus occurrentibus, vtcunque in terminis terminantibus, vt loquuntur non sint lege decisi: Huic rei quoniam accuratissime, Romani dederant operam, enata nobis est disciplina ista Iurisprudentiæ, cuius duas partes vulgo esse dicunt, dicit & Author noster, theoriam & praxin: non satis opinor, accurate, sunt disciplinæ, quæ in sola contemplatione adquiescunt, quæ vocantur θεωρητικαί: sunt, quæ vltimum finem habent operatiuum, quam vt recte quis exercere, & consequi finem istum possit, cognitione præceptorum opus est. Medicus non recte poterit curare ad sanitatem, nisi prius humani corporis accuratam, & præterea eorum, quæ magistri, de curando scripserunt, habeat notitiam. Ad eundem modum non poterit quis in foro & in tribunalibus, patronos causarum aut iudex recte administrare iustitiam (in quo est finis Iurisprudentiæ) si legum secundum quas ius dicendum est, cognitione sit destitutus. Hinc tot lites & iurgia, quibus hodie pene obruuntur tribunalia, tot strophæ & calumniæ, quod multi cruda sua studia in forum protrudunt, & iuris cuius sunt imperitissimi, sibi tamen vendicant peritiam, & miseros clientes sedocant, non ICti, sed rabulæ vilissima capita, forensia pecora, & togati vultures, quibus elogiis meritissimo eos ornat *Apuleius lib. 10. metam.* & recte *Pl. nell. ad l. 2. C. de resc. vendit. p. 2. c. 4. n. 2.* praxin sine theoria mancam & periculosam esse pronuntiat. Theoria autem sine praxi. & nuda nimirum cognitio præceptorum & legum itidem imperfecta est, nec qui hanc solam habet, ICtum se profiteri potest. quoniam iurisprudentia est ex illarum disciplinarum numero, quarum finis vltimus non contemplatio est, sed actio.

Arrestum XI. non recte se habet, & sententiam Accursii in *l. cæcus, 6. de iudic.* nec curia nec author satis percepisse videntur. Ita ex vera ratione iuris res se habet. Cæcus pedanei iudicis, qui ad causas singulas iudex olim dabatur, munere fungi potest, & quidem ita fungi, vt etiam initio fieri & dari iudex possit, nisi de regundis finibus forte agatur, vt in rem præsentem ire, & rem oculis subiicere oporteat: & vero de huiusmodi iudice haud dubie est intelligenda *d. l. 6 D. de iud. tit.*: quod tamen necessario est sublatum per *l. vlt. C. de sent. ex peric. recit.* iuxta quam iudicem sententiam in scriptis ipsum oportet pronuntiare, cum *in l. pen. eod. tit.* iudices & magistratus maiores sint tantum excepti, qui sententiam possunt per officiales publicare: Quod ad perpetuos magistratus, consiliarios iudices, senatores attinet, illi quidem post cæci facti dignitatem & locum retinent, *l. 1. §. secundo 5. d. postul.* Sed iam cæci de nouo in ordines istos adlegi & admitti non debent, nisi quod verum est, spes sit de propinquo recuperandæ sanitatis. Quæ & communis Interpp. ad *d. l. 1. §. 5.* est sententia.

Arresto quoque XII. controuersia de recipiendis muneribus, meo iudicio non satis recte explicatur: neque recte inter temporalem & perpetuum magistratum distinguitur: quia munera aliqua tanto facilius magistratui perpetuo capere permittendum videatur. Sed enim inter eos qui sunt iudicandi tantum gratia, & qui administrant integras prouincias, præsides & proconsules, distinguendum: His xeniola capere permissum est iure nostro textibus citatis à prouincialibus, non autem illis: & præterea, quod rei est caput, nec his licet capere quæ iudicibus, & à partibus, dum apud istos causas agunt, aut dum in eo sunt, vt causas sint acturi: Quod enim ita datur, præsumitur dari animo corrumpendi iudicis, ideoque accipitur illicite per *l. 1. C. de pæn. iudic.* Suspectæ autem facile fiunt dationes huiusmodi & oblationes, ne forte corrumpendi animo sint factæ, aut à magistratibus extortæ, qua de causa interdicti iure fere omnes contractus maioribus magistratibus, & indistincte quæuis donationes, *l. vn. §. 1. & 2. C. de contr. iud.* Itaque cum Consiliarii, de quibus hoc Arresto agitur tantū sint iudicandi gratia constituti, & stipendia sua habeant, rectius fecerint, si ab omnibus muneribus abstineant: cum & amplius videatur Arrestum de his agere, qui iam causas ordinatas habent, à quibus omnino nihil accipere debent. Addendum & hoc, quod magistratus, qui munera accipiebant à subditis, tenebantur crimine repetundarum. Et proinde aliquid excipiendum fuit, & indulgendum, vt xeniola quædam, esculenta v.c. & potulenta citra criminis reatum possent accipere. Parum autem huc pertinet *Auth. vt iud. sine suffr.* (N. 8. c. 1.) q[illegible] hoc sancit, vt ne iudices pro officio impetrando [illegible]quid soluant, exceptis quæ pro cingulis dantur & chartis, quo exemplo etiam taxæ quarum meminit author, non omnino erant illicitæ: adde ad hanc rem quæ citat Author *Arr. 21.*

Textus qui in hanc rem citantur, ex *l. cum ad 2. C. de condit.*

de condit. in publ. horr. (erratum enim est in allegatione) *l. omnes & l. iudices C. de annon. & trib. lib.* 10. prorsus nihil faciunt, & tractant diuersas causas, & est author in citando nimis quam incuriosus. Porro litem suam facere (qua phrasi ibi vtitur) dicitur iudex, qui maxime dolo iudicat, adeoque ad litis æstimationem læsæ parti tenetur. *l. 2. C. de pœn. iud. Inst. in prin. d. obl. quasi ex del. l. vlt. de extraord. cognit. vbi Interpp.*

Iudex in criminalibus causis præsertim in capitalibus, circumspectus esse debet, vt bene monet ut Arr. 14. iudicare cum upoitet, & condemnare in pœnas L. L. præscriptas, quæ non sunt in eius potestate *l. 1. §. quorum 4. ad Turpil.* nisi aliquando in criminibus extraordinariis & arbitrariis, & hi tamen quoque ex legibus iudicium informare debent, cæteroquin etiamsi imperitia saltem delinquant, tenentur & puniuntur extra ordinem arg. *l. vlt. de extraord. cogn. in pr. Inst. de oblig. quasi ex del.* sin dolo, & v. c. occiderint & iniuste quem condemnauerint, lege Cornelia tenentur, videantur Amuletus & Paris de Puteo de Syndicatu, *Baldus in l. obseruare. §. proficisci. de offic. proconsulis & leg.*

Duæ fere sunt causæ, ob quas vetantur ea, de quibus Arrest. 20. prima est à suspicione corruptionis & extorsionis. Altera, ne dum ista curant, ab his quæ proprie ipsorum officii sunt, auocentur. In decurionibus, de quibus loquuntur citati textus, specialis & propria est ratio: quoniam ipsorum bona Respub. sunt obnoxia, proinde aliis ea obligare, & curatione aliarum rerum implicari non debent.

Quæ sit ratio locum tenentis Generalis aut particularis apud Gallos, mihi non liquet: sed colligere licet esse istos non simpliciis delegatos aut mandatarios iuri dictionis, sed qui autoritatem & potestatem suam à principe aut lege habeant. Iure nostro magistratus maiores pro tribunali ius dicebant, & decreta dabant, *l. pen. d. Iustit. & iur.* Sed quæ decretum non requirebant, multa erant, quæ & apud procedentes, aut domi vel in itinere posita sella operam expediebantur. *l. 4. de interrog. in iur. fac.* de qua re agit *Rauard. in lib. pro tribun.* Eorum quibus mandata erat iurisdictio, eadem, sed longe alia iudicum pedaneorum fuit ratio. Duumuiri quoque in municipiis loca sua habebant, in quibus iurisdictionem suam exercebant.

Turbatus est locus in pr. Arrest. 23. In f. proponitur casus aduersus, de iudice criminali cognoscente super causa ciuili. Ergo in pr. erit casus de iudice ciuili, qui cognoscere velit de criminali: secundum quod textus *l. solemus §. 1. d. iud.* nihil ad rem facit. Qui tantum criminaliter potest cognoscere, qualis erat latrunculator de quo *v. Cuiac. 19. obs.* 11. non poterat tractare causas ciuiles: nisi incidissent, & citra eas causa principalis criminalis expediri nequeat: nam & incidenter potest aliquis iudicare de causa, cuius alias cognitio ad eum non spectat *l. 1. C. de ord. iud.* vbi Dd. ad quod & solet adduci *l. 3. §. si dicantur fin. reg.* Sed sane ibi causa est connexa: sed nec ibi puto criminalem institutam actionem sed super crimine ciuiliter actum. Sed contra vix est, vt iudex ciuilis possit etiam incidenter cognoscere de crimine, propter huius causæ grauitatem: & non recte aliter sentit Bart. *in l. si ab eo pen. d. calumn.* neque enim pœnam irrogat iudex datus in actione calumniæ, sed vult Iurisconsultus, quod etiam potest causam ciuilem supersit magistratui ius puniendi improbum hominem: quod, si quidem prætoris Dd. esse putes, de multa erit accipiendum, cæteroquin ad præfectum vrbi ea coercitio spectabit, prætor enim merum Imperium non habuit. Et velim author arr. vlt. in appendice probasset, quod iudex ciuilis super causa criminali incidente possit cognoscere: certe si quid cognouerit, id postea reo in iudicium tracto, non poterit præiudicare.

Appendice huius tit. Arrest. 4. incaute & insubtiliter dicitur magistratus cum litem suam fecerunt, excusari si vel minimus sit color administratæ iustitiæ. Quin imo enim vbi iustæ alicui excusationi locus est, magistratus vel iudex non dicitur litem fecisse suam: Litem enim suam facere, delictum est, vel quasi, si peccet per imperitiam iudex, vel verum, si peccet dolo, quo casu vel maxime litem fecisse suam dicitur, quoniam in integrum litis æstimationem tenetur, *l. 2. C. de pœn. iudic. l. filiusfam. 15. §. 1. de iudic.* cum vbi per imperitiam peccauit arbitrarie tantum coerceatur. *l. vlt. de extraord. crim. in pr. Inst. de obligat. quasi ex delicto.* Porro cum ob imperitiam teneatur quoque iudex, & litem quoque suam ita facere dicatur *dd. textibus.* licet magis κατ' ἐξοχήν, vbi dolo peccauit *d. l. 15. §. 1. de iudic.* etiam atque etiam videndum erit, ne plus æquo magistratibus hic faueamus: minimus enim color, cuius meminit hoc arrestum vix excusabit ab imperitia: & cum nemo facile cogatur ad officium, (huic enim & si quis coactus fuerit, ignoscetur facilius) abstineat ab officio, qui se nouit inhabilem, aut grauius etiam peccauit, quod conscius sibi male se ingerit.

Causa hæc iusta est mandandi iurisdictionem alter. si quis antea aduocatus eius causæ fuerit, *l. prætor. 17. de iurisdict.* Et fieri non potest, aut vix potest, vt patronus non habeat adfectum ad causam illam, quam susceperit defendendam, qui adfectus porro adhæret, & proinde recte se habet Arrest. 6.

AD TIT. III.

De Arbitris.

PRæmonet Nota præfixa discrimen esse inter arbitratorē & arbitrū, q. ille ea æquo & bono iudicet, & maiorē potestatem habeat quā arbiter. Hoc aut ambigue dictum, aut falsum est. Arbiter compromissarius iudicis instar est, *l. 1. de arbitr.* & eius sententiæ omnino parendum; aut pœna ex stipulatione soluenda est. Arbitratur duplex est, vnus, qui electus à partibus tanquam amicus controuersiæ transigendæ gratia interuenit, eoque si quid pronunciet, nullam sententiæ iudicialis habet vigorem. Alter est, qui in contractibus definiendæ alicuius rei gratia adhibetur, de quo *v. l. vlt. d. C. de contr. empt. l. 25. locati. l. si certa 75. cum seq. pro socio, l. si quas 43. d. V. O. Gail. 2. ob. 149. & 150.* & ab eo citatos: qui tamen pleraque ea contingunt de arbitratore, quæ nec vllo iuris apice probantur.

Quæ hoc titulo Arresto 1. proponuntur, valde insubtilia & sunt castiganda. Et qui enim defendi possit, contra compromissum iuratum cum renuntiatione iurata, perinde posse venire ac si non esset iuratum? Et quo igitur decantata illa potestas iuramenti ex iure Canonico, & quod omne iuramentum sit seruandum,

quod possit seruari sine dispendio saluris, *cap. cum contingat de iureiur. c. quamuis de pactis in 6.* imo etiam ex iure ciuili, quo contra contractum iuratum minori non datur restitutio, *l. 1. C. si aduers. vendit.* licet contractus sit ipso iure nullus, ex communissima Martini sententia, ita accipientis *Auth. Sacramenta pub. d. tit.* vbi Interpp. vbi etiam scribunt, iuramento hoc excludi minorem saltem à beneficio restitutionis, quod competit ætati, non etiam ab eo quod competit etiam maiori & proinde si minor enormiter sit læsus, beneficium quod maiori competit *ex l. 2. C. de rescind. vend* competere statuunt. Et quid igitur an non absurdum sit, maiorem eodem iure vti, quo minor vtitur? Sane: & nō dubia est interpp. opinio, contra iuramentum non restitui in integrum maiorem, si enormiter saltem læsus sit, sed vt restitutio locum habere possit, requirunt enormissimam læsionem, quam nonnulli vsque & vltra bessem, alii vsq; ad dodrantem definiunt: de quo videndi sunt *Couarr. in cap. quamuis de pact. in 6. §. vlt. & 2. var resol. 4. n. 5 Decius consil. 180. Pinell. ad l. 2. C. de rescin. vendit p. 3. c. 1. num. 7. & seqq.* Itaque verum non est, quod scribit Author, posse maiorem venire contra iuramentum, si saltem sit læsus immodice & enormiter, aut id certe rectius explicandum erat. Quo alteram limitationem attinet, eam admitto, si arbiter dolo malo, per sordes v. c. sententiam tulerit, & quidem tum nec restitutione opus erit, si exceptione qui læsus est, tutus esse possit. Nam & ita iure communi obtinet, vt licet arbitri, qui sub stipulatione est pœnali aditus, sententiæ etiam iniquæ standum, aut pœna promissa soluenda sit, tamen si probari possit, arbitrum dolo versatum esse, conuentus actione ex stipulatione, sese defendere queat exceptione doli, *l. non distinguemus 14. §. cum quidam 14. de arbitris, l. 3. C. eod.* Cæteroquin Iustin. *in l. 4. §. 2. C. eod. tit.* constituit, vt si cum iuramento partes compromiserint, omnino sententiæ stetur: quod tamen mutat *Auth decernit C. de arbitr. N. 82. c. 11.* Sed sane iure Canonico valebit iuramentum. Et nulla ratio est *Br. in d. auth.* quod qui facit contra præceptum principis, peccet mortaliter: vel, quia id est præceptum mere positiuum, vel quia Iustin. hoc tantum constituit, ad euitanda periuria: cæteroquin dubio procul magis peccat, qui venit contra iuramentum: & quod in addit. ad Bart. ibid. notatur, ipse Bart. statuit postea, iuramentum seruandū esse ex ratione iuris Canonici, quod & firmat tanquam certum, *Cyn. in d. auth. decernit. C. de arbitris*, & ita sentire Dd. scribit *Bald. ibid.* vbi ait, eum qui iurauit ad obseruationem iuramenti per censuram Ecclesiasticam cogi posse. *Et idem Bald. & post eum Castr.* improbant Bartolum, qui putat iuramentum esse improbatum: cum tamen ipse Imp. dicat periurum habere expectare pœnam à Deo.

Constitutio cuius meminit Art. 2. aliena est à iure ciuili: quo à sententia arbitri non est appellatio *l. 1. C. de arbitr.* Equidem ex sententia arbitri non nascitur actio iudicati *d. l. 1.* & licet ei qui volet, non obstante sententia arbitri coram iudice ordinario experiri, cum nec exceptio iudicati nascatur ex sententia arbitri *l. 2. de arbitris.* Sed qui id facit, pœnam ex stipulatu soluere cogitur *d. l. 2.* licet sententia arbitri sit iniqua: solum, si sordes arbitri & dolus arguatur, contra actionem ex stipulatu exceptio doli datur, *l. 32. §. 14 de recept. arb.*

Arrest. 6. plane à ratione iuris, imo pene à ratione ipsa abire videtur. Quis iure interdicere possit partibus, ne litem coeptam plane omittant? & quis adeo interdicat, ne inter se transigant potius quam vt in litibus & controuersiis perseuerent: cum intersit maxime Reipub. vt ciues inter se concordes agant, nihil autem intersit magistratus: nec nisi improbum esse id interesse possit: cum & magistratus sibi gratulari debeat, quod oneribus & molestiis litis liberetur. Iure nostro, semper & vsque ad causæ decisionem, inconsulto etiam iudice partes transigere posse certissimum est.

AD APPENDICIS
Arrestum III.

HOc saltē noto, id procedere in arbitris, qui dicuntur cōpromissarii. Est alia species arbitrorū qui dicuntur arbitri iuris, veluti si recusatus fuerit iudex, in eius locum debent eligi arbitri, & hos arbitros partes eligere coguntur, *l. apertissimi 16. l. cum specialis 18. vbi interpp. C. de iudic.*

Controuersia inter Interpp. iuris ciuilis quæstio est, an habeat locum remedium vulgatum, *l. 2. C. de rescind. vend.* aduersus transactionem, defendi itaque posita hac opinionum & sententiarum varietate potest constitutio memorata *Arre. 6.* & tamen fere communior sententia est, si quis dimidio minus acceperit, quam ex lite haud dubie fuisset consecuturus, dicto remedio esse locum. v. *Gail. & ab eo citatos 2. obs. 70. Pinell. ad l. 2. C. de resc. vend. p. 1 c. 4. n. 12. & seqq.* vbi plures in vtramque partem allegat.

TIT. IV.
De Aduocatis.

DE materia Arrest. 1. & de non graduatis non admittendis supra aliquid diximus.

Semper reperiuntur in foro, qui lucri proprii gratia trahunt lites, & agunt hoc vnicum, vt pecunia emungant miseros clientes. Horum improbitati coercendæ, non vna lege fuit opus. Paciscieum clientibus super litis quota solebant: Id damnatum *l. sumptus 53. d. pactis.* Actiones precio dato in se transferebant, vetitum & hoc *l. item. 15. C. de procur.* tum sub contrahendi specie clientes circumueniebant; lata itaque sanctio *l quisquis 6. §. præterea 2. C. de postulando.* Nihil enim non impetrari à se patiuntur miseri clientuli, rerum suarum satagentes. Quæ & ratio inter medicum & ægrotum facit improbas eiusmodi pactiones *l. 3. C. de extraord. cognit. l. archiatri 9. C. de profess. & med. v. Pinell. ad l 2. C. de resc. vend. p. 2. cap. 2. n. 12. & seqq.* Et recte itaque *d. l. quisquis C. de postul.* in Gallia obseruatur, vt testatur Author Art. 3.

Variæ causæ esse possunt, ob quas quis aduocatum non inueniat, vt docet *l. 1. §. 4 & 4. in pr. de postul.* quibus casibus prætor ex officio dat aduocatum, sed non postrema est paupertas (de qua *arrest. 4.* neque id enim istud φιλάργυρον hominum genus gratis operam suam præstare consueuit. Itaque Magistratus ex officio dabit aduocatum, qui pauperi clienti gratis cogitur inseruire, & ne faciat officio priuabitur, *l. prouidendum pen. C. de postul. Gail. 1. obs. 43. num. 11. & seqq* Sed quia his hominibus ingratum valde est, gratis quid facere (cetero quin valde grato a cupiunt esse clientes suos) adeo periculum est, ne ita causæ pauperum negligantur, vtile esset huiusmodi aduocatis salarium ex publico constituere, arg. eorum quæ tradit *Hart. Pist. 1. quæst. 20.* In Camera etiam procuratores ex officio pauperibus constituuntur,

Ordin.

Ordin. Cam. part. 1 *tit.* 19. §. *vlt.* vbi *v.* non ea ratione qua Gail. mouetur *d. ob.* 43, quod ibi procuratoris officium sit honorabile, quæ nihil concludat, sed quod officium ibi procuratorum est quædam pars officii Aduocati, tum etiam quod nemo ibi sine procuratore causam agere potest. Nota tamen, quod aduocatus qui gratis tenetur operam præstare, si vicerit in causa, tunc salarium congruum petere potest, per ea quæ *d. obs.* 43. scribit Gail. vtique si pars aduersa in expensas damnata fuerit, salarii quoque debiti ratio habenda erit: adde & *Myns.* 4. *obs.* 32. Hæc ad *Arrest.* 4.

Sunt qui indistincte statuant, vasallum qui sponte sua contra dominum postulat, priuari feudo, *Zasius part.* 10. *d. feud. n.* 42. Sed id limitandum est, si faciat in causa criminali, vel ciuili non modica (ex qua magnum damnum sentiat dominus) quomodo rectissime accipit & legit Cuiacius *text.* 2. *feud.* 33. *d. consuet. feud.* §. 1. *vers. similiter:* & fac. §. *Item si delator.* 2. *feud* 24. *quæ fuit prim. caus.* Itaque hactenus non recte se habet sententia autoris, *art.* 5. qui duos tantum casus ponit. Et Spec. citato loco *n.* 16. *& seqq.* tractat de clerico postulante contra Ecclesiam, à qua beneficium habet, de quo indistincte respondet pontifex in *c. vlt. d. postul.* quod possit priuari beneficio, quo arg. etiam Zasius vtitur *d. loco.* idque directo est contra autorem. Alia quæstio est, an vasallus teneatur adiuuare dominum, & pro eo postulare: & quod continetur iuramento fidelitatis, vt vasallus iuuet dominum: vix crediderim ad hanc speciem auxilii pertinere, nisi forte dominus, aduocatum habere alium non possit: aut sub hac conditione feudum dederit. Et hoc tamen etiam posito, vera est limitatio autoris, quod non teneatur aduocatus esse domini, quem ostendere potest, fouere iniustam causam: nam & hæc limitatio admittitur in aduocato, qui Ecclesiæ operam suam iuratus etiam promisit, *Menoch.* 2, *de arbitr. cent.* 5. *casu* 495.

Mirum in Arrest. 6. de Regina dubitatum fuisse, quæ tamẽ *supra lib.* 4. *tit. De Regina.* fere exæquatur Regi: & indignum sit coniugem regiam cogi se coram sistere in iudicio. Cum alias sit valde singulare, & alienum à ratione iuris, vt quis ne possit litigare per procuratorem. Defenditur tamen inde, quod antiquitus ita obtinuit, & post ex causis admissi procuratores, *tit. Inst. de his per quos agi possit.* Sed videtur istud tributum honori & dignitati curiæ supremæ.

Nescio, quid sibi autor velit, dum *Arrest.* 8. adducit *l.* 2. *C. de tabular. lib.* 10. quæ nihil huc pertinet, sæpe offendunt, qui iura noua & vetera non distinguunt: olim tabelliones fuerunt serui publici, adeo vt crederetur quasi præiudicasse statui suo qui id officium administrasset, *l. vlt. d. seru. reip. manum.* Itaque vile id tum officium fuit: postea honoratius habitum, & vel maxime hodie: & quidquid eius sit, Notarius Regius cum iis non recte confertur, sicut & quis hodiernos procuratores in supremis curiis, inepte conferat, cum illis qui olim in quibusuis iudiciis mercede operam suam ad hoc locabant. Quæ autem sit ratio incompatibilitatis inter procuratorem & Notarium, ego non assequor: & contrarium sine vlla controuersia in Germania practicatur, & *Arrest. vlt. h. t.* facultatem procurandi Notariis permittit.

Procurator iure ciuili lite contestata fit dominus litis, *c.* 1. §. 1. *de procurat. in* 6. *l. nulla* 23. *C. eod.* itaque & post lit. cont. alium procuratorem substituere, & iudicium cœptum, licet mortuus sit qui mandauit persequi potest, *d. l.* 23. ita, & porro, vt non nisi ex certis & grauibus causis transferri, tum iudicium possit in mandantem, *l. procuratoribus* 22. *C. eod. t.* adeo, vt & sententia non in dominum ipsius negotii, sed in dominum litis, & procuratorem sit ferenda, quod *in d. l.* 22. *Bald. Castr. & Salic.* & alii notant. Quam rationem si sequimur, vix videatur posse defendi, quod scribitur 15. *Arrest.* procuratorem substitutum, non morte procuratoris substituentis, sed primi constituentis intelligi esse reuocatum, & mandatum finitum. Sed fortasse an consuetudo & mores hodierni, iuris veteris rationem immutarunt: Et constat enim hodie in iudiciis, non amplius in procuratores, sed in ipsos principales sententiam ferri, ita vt procuratores non videantur amplius effici domini litis, sed sint & maneant nudi ministri & vicarii, ex quo & porro est, vt mortuo principali lis non peragatur cum procuratore, vt iure ciuili sancitum est *d. l.* 22. *&* 23. *C. de procur.* Sed hæredes sint citandi ad reassumendam causam, quod & Camera obseruat, *Gail.* 1. *obs* 109. *nu.* 6. *&* 7. quod ille ibidem non valde probat, non tam quia sit contrarium iuri, quam quia improbi homines hinc sumant ansam extrahendi processus, secundum hoc, recte dicemus cum autore, quod non amplius morte procuratoris substituentis, sed morte primi constituentis mandatum expiret.

Conuenienter *Arresto* 20. in Camera Imp. id ita receptum & Iuramento procuratorum comprehensum est, vt nihil exigant à partibus. Sed eo sint contenti, quod partes vltro dederint, & ipsa Camera taxauerit. Itaque improbantur conuentiones de salario certo annuo, de quo *& Gail.* 1. *obs.* 44. *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 63. Sed plerique procuratores securi iuramenti præstiti nihilominus de annuis salariis paciscuntur, & ea à clientibus suis exigunt, sicut & cetera quæ eo iuramento continentur, plerique insuper habere solent.

Arresto XXI. in fine quod habetur procuratorem nomine eorum, quæ licite impendit & erogauit habere retinendi ius, non est dubium, per *l. sumptus* 53. *d. pact.* & habet perspicuam rationem, quod in omnibus causis pene & actionibus compensatio habet locum, *l. vlt. C. de compensat. l. penult. C. depos.*

Arrestum XXII. eam habet rationem quod pars aduersa, quæ secuta mandatum alterius, cum procuratore egit & litigauit, decipi non debet. Itaque ex his quæ continentur procuratoris officio si quid gessit procurator (secus enim si officii fines excesserit, *l. si procurator* 10. *C. de procurat.*) id mandanti nocet & præiudicat. *d. l.* 10. Sed in eo videtur autor aberrare à ratione iuris, quod si quid dolo procurator gesserit aut fecerit, id non obscure habet pro nullo: contra quam diserte iure nostro cautum est & sancitum *d. l.* 10. *C. de procurat.* Imputet enim sibi qui talem constituit procuratorem, quem nomine eorum, quæ male administrauit, actione mandati conuenire potest & debet, sæpe *d. l.* 10. quoniam procurator per litis cõtestationem factus est dominus litis. Et ita *Iason. in d. l.* 10. *vol.* 3. & ex eo ibid. *Sich. Salic. in l.* 3. *C. h. t. num.* 6. *Castrens. l.* 1. §. 2. *si quis ius dic.* Et hoc solum tractant Dd. si non soluendo procurator sit, an non per restitutionem in integrum sit succurrendum parti læsæ, quod magis communiter affirmatur, *gl. Cyn. Bar. Bald. Salic. in d. l.* 10. *arg. l.* 3. §. 1. *d. eo per quem fact.* Quod si tamen, vt paulo ante diximus, procuratorem tantum nudum ministrorum & vicarium esse dicamus, aliud forte defendi possit.

Cur iuxta Arr. pen. procuratores Regii substituere non

non possint, hæc fortassis sit ratio, quoniam gerunt officium perpetuum, vt videatur electa industria personæ: cæterum iure nostro, procurator post litem cont. substituere potest, *leg.23. Codic. de procurat.*

Procurator, de quo Appendicis Arrest. 1. etiam multa dignus fuisset. Qui enim ita instrumenta parti aduersæ tradit, non potest non videri colludere cum parte aduersa, & ita quodammodo incidere in crimen prævaricationis: & faciunt notata *Ægidii Boss. in praxi crimin tit. d. præuar. num. 2. & seqq.* & id facere iuramento præstito satis prohibentur procuratores, *Ord. Cam. par. 1. tit. 63.*

In iudiciis prima semper quæstio est de legitimatione personarum, itaque necesse est, vt procurator producat mandatũ, quod si se importune sine mandato temere ingerat, merito multatur, iuxta Arr 3. *& add. Ord. Cam. par. 1. tit. 21.*

Vt procurator redimat litem clientis sui & in se transferat, iure quoque nostro, quod sequitur *Arrest.* 4 prohibitum est *l. litem C. de procurat.*

Ratio *Arrest. 5.* perspicua est, quoniam qui præsens est, quidquid à procuratore ipsius fit, ratum habere, imo mandasse creditur per *l. semper qui non d. R. I.*

Vt sit numerus certus procuratorum in supremis curiis, & ne passim quiuis se ingerat, recte definitum *Arrest. 8. & Ord. Cam. tit. 18. par. 1.*

Appendicis Arrest. 1. explicandum est ex *Arrest 21. tit. 2. h. libro.* quod est de eodem Gotdino. Etenim ferri non possit omnino mandatum incognitum, & imo implicatet contradictionem si acciperetur de mandante. Sed posito mandato de exigendo, non necessum est, vt in specie hanc personam, quis designauerit, sed admittendus est procurator, cuius postea erit probare, reum in ius vocatum pecuniam debere. *Quod d. Arrest. 21.* dicitur, omnino vetari iudicem accipere pecuniam à partibus, certum est, etiam si accipiat, vt bene & recte iudicet, nec enim debet esse venalis iustitia. Et sunt in eam rem textus *in l. 2. d. condict. ob turp. caus. l. 1. & auth. seq. C. d. pœna iudic. vbi v. D d. in primis Ios. & Zas.* vbi etiam tractatur, an ita datum condici possit.

Qui falso procuratori soluit, non liberatur *l. verum 12. l. cum quis 38 d solution.* Ideoque eum iterum soluere, petenti creditori oportet. Talis autem & pro falso procuratore est, qui non habet verum mandatum, itaque quod recte monetur *Arrest. 3.* debitor circumspectus esse debet, nec soluere nisi ei qui verum mandatum habet. Illud autem de opistographo, nullius est necessitatis.

Author non parum offendit Arrest. 4. arbitratus hoc quasi esse de natura procuratoris, vt ex eius contractu dominus mandans obligetur, non procurator ipse: At enim contra res se habet, & nos quid hic sctat ratio iuris breuiter (est alias argumentum satis diffusum) subiiciemus. Hac in re distinguendum inter abusiue ita dictum procuratorem, qui alias appellatur nuncius, & nudus tantum est minister: & inter procuratorem verum. Ille, quia tantum instrumentum est, non obligatur, sed qui misit, per text. *in l & licet 15. d. constit. pecun. iunct. l. 2. in pr d pact. l. vlt. quod iussu Salic. in l. eum qui 7. C. quod cum eo. & c. n 7.* In procuratore vno an ex eius contractu dominus teneatur, D d. *in d. l. 7.* non vero modo sed varie distinguere solent; summa huc redit 1. Si quid in rem Domini versum sit, vtilis in eum datur actio ei qui cum procuratore contraxit, *d. l. 7. C. quod cum eo.* 2. In mutuo specialis est ratio *ex l. si pupilli, 6. §. 1. d. negot. gest.* Etenim procurator hic subit quasi vicem nuntii, qui pecuniam alterius nomine sibi numeratam accipit: sicut & qui alieno nomine pecuniam mutuam dat, alteri adquirit actionem, *l. certi 9. § pen. d. reb. cred.* tum præterea proponitur *in d. l. 6.* pecunia data animo gerendi negotia eius qui mandauerat. 3. Si mandatarius suo nomine contraxerit, ex ratione iuris solus procurator, non mandans tenetur: nihil enim ad contrahentem, quod ille cum quo contrahit, est procurator, cum quo non vt procuratore contraxit: & significat id nomen, relationem, quæ est inter mandantem & mandatarium, quibus inuicem sunt mutuæ actiones. Denique in dubio & si quis cum procuratore qua tali contraxerit, & personam quoque mandantis spectauerit, tum non quidem directa, sed subsidiaria ex æquitate, & ad exemplum institoriæ, vtilis actio in mandantem datur: quod probatur textibus, *in l. liberto 31. in fin. pr. d. negot. gest. l. Iulianus 13. §. si procurator 25. d. act. empt. l pen. C. de exerc. act. l. seruum Titii 49. vers. & puto mandati. l. Papinianus, alias L. si quis prohibuit 14. d. Publi. act. & facit l. vlt. de instit. act.* Non eadem (vt hoc quoque addam) ratio facit, vt vicissim qui mandauit, habeat actionem contra eum, qui cum procuratore contraxit, *l. 1. in pr. d. instit. act. l. 1. §. sed ex contr. 18. d. exerc. act.* quamuis tamen & contra hunc in subsidium vt actio detur, æquitas videatur impetrasse, *per l. 2. de instit. act. d. l. Iulianus 13. §. si procuratorem 25. d. act. empt. vbi v. gl. & Paul. Castr.* quamuis forte illam clausulam adiecerit Tribonianus: sed & ita legis habet authoritatem.

Ad eandem materiam pertinet Arrestum sequens: & videtur existimare Author, institorem ipsum ex contractu gesto conueniri non posse: quod haud dubie falsum est. Et vero institores ipsos homines liberos obligari, probant *l. 1. §. est autem 17. & § pen d. exerc. act. fac. l. licet 6. §. vlt. Naut. Caup.* notant *Acc. in d. § 17. Bart. in l. fin. d. inst. act. Iason in §. actiones Inst. de action. num. 50.* Et ibidem Iason & Bart. notant speciales rationes, quare in specie *d. l. vlt. d. instit. act.* non teneatur institor: cui etiam similis haberi potest, casus hoc Arresto propositus, & proinde recte decisus.

Si nulla culpa imputari potuit institori in specie arresti Appendicis in vsu cursus publici, si quo ad sacculum in quo fuit pecunia, nulla fuit eius culpa, iniuste sane ad restitutionem pecuniæ amissæ condemnatus fuit: & Nota non obscure ab illo arresto dissentit: Neque enim puto mala fide aut temere & intempestiue, sed magis ob conditionem & qualitatem officii, institorem suscepisse onus pecuniæ Luteriam deferendæ.

TIT. VI.

De Actuariis.

NOtat *Bl. in l. nec honore 7. iunct. auth. seq. C. de Episc. & Cler.* quod per Notarium & tabellionem debent scribi acta: & *in l. vlt. C. vbi & apud quem:* quod Notarius qui est deputatus, vt scribat acta & sententias ordinarii, debeat etiam scribere sententias vicarii & delegati: vt *in l. 1. C. de sportulis*, quod si alius tabellio, quam ad quem id pertinet, scribat acta, ea non facere plenam fidem. Si itaque præsupponimus, quod Notariorum sit de quibus *Arrest. 2.* acta & sententias iudicum regiorum scribere, & si hinc partem habent salarii sui, nec dubitari potest, quin ipsis fiat iniuria, si iudices proprii lucri causa ad eam rem, neglectis Notariis, vtantur amanuensibus suis.

Arresto

Arresto 3. inanis videtur Authoris distinctio inter ea quæ sunt iurisdictionis voluntariæ & contentiosæ. Sed imo ita distinguendum potius, quod vbi alterius & partium scilicet versatur interesse, debeat iudex non solus interuenire, sed debeat adhibere personam publicam, aut duos idoneos viros loco testium: ne postea iudex forte corruptus aut improbus alias, negare veritatem gestorum possit: quæ ratio est, *cap. quoniam contra ext. de probationib.* Quæ ratio eadem in iurisdictione voluntaria, nimirum in emancipationibus, manumissionibus & adoptionibus militat. Sed quæ pendent à solius iudicis potestate, ea sane solus per se expedire iure poterit.

Circa id quod Arresto 4. tractatur, stilus & consuetudo cuiusque curiæ est obseruanda. Nec quidquam absurdi habet, vt Reus damnatus pecuniarie, aliquid præstare teneatur officialibus: nec sic vlla ratione potest dici incidere in crimen concussionis, vt male putat Author.

TIT. VII.

De Ostiariis, &c.

PErmirum & singulare est Art. 1. quod Clericus viator cogitur ducere vxorem. Nec ratio mihi sapit, vt possit coerceri à magistratu Laico, neque enim puto, matrimonium quidquam facere ad mutandũ forum: & cum olim Clerici inferioris ordinis possent ducere vxores, non puto ob id eos iurisdictioni seculari fuisse subiectos: & officium istud viatoris, quod quis exercet apud iudicem secularem, possit meo iudicio sufficere ad fundandam eius iurisdictionem, vtique ad hoc & eum peccantem in officio suo, coercere & punire possit.

Cautio quidem bona est, vt tutius quod de executione Nuncii proponitur Arresto 5. Et tamen citra hoc quoque haberi fidem relationi Nuntii, dicentis citasse aliquem, propter iuratam fidem, & quia eius fides publice electa & probata est, communius à Dd. adfirmatur, *v. Gail. 1. obs. 54. n. 4. & 5. Mascard. p. 8. 1. membro ead. nu. 52. 1 b Fab. in §. quadrupl Inst. de action. & ibid. Iason. n. 14 & seqq. atque & probat Art. 9.* modum certum præscribit *Ord Cam. p. 1 tit. 38.*

Communis opinio est, Arrest. 10. quod viatores capiendum, si resistat occidere possint impune, de quo & attestatur *Clarus. §. fin lib. 5. quæst. 29. in pr.* Ego illam opinionem vix simpliciter admiserim, sed sub his limitationibus. Et 1. omnino si sit reus criminis capitalis. 2. si omnino sit euasurus, si tũ nõ capiatur. 3. Si resistat armis, vt immineat periculum viatoribus. 4. Si constet eum omnino capi non potuisse. Quibus addo 5. Si ex euasione rei immineat periculum, quo refero exemplum Seruilii Halæ, Magistri Equitum, qui Spurium Melium citatum ad Dictatorem, nec sequi volentem, occidit: quoniam Melius populum concitabat, & graue periculum imminebat, cui mature occurri Reipub. intererat: historia extat apud *Liuium lib. 4. Decade 1.*

Nihil pugnat cum Art. XI. vt putat Notator, nec verum est, quod semper requiratur mandatum scriptum de exequendo: Miror quod Nota id restringit ad causas ciuiles: si enim id in his necessarium, quanto magis in criminalibus, quæ sunt grauiores, & vbi de grauiori præiudicio agitur. Nimirum ita est, vt Nuntium vel Executorem oporteat fidem facere commissionis suæ: *Gail. d. obs. 54. lib. 1. num. 4.* Sed ridiculum sit scripturam requirere, vbi vt in casu Arresti, iudex præsens reum præsentem capi iubet, cui iussui si non paret viator, merito punitur, quin & ille parere debet, quantum licet, iudici viua etiam voce imperanti, & commissionis probatio propter reum desideratur, ne hic tergiuersari, & post se excusare possit. Prorsus, si per negligentiam etiam apparitoris, elabatur Reus, extra ordinem apparitor puniri debet, *v. l. milites 12. & l. 14. §. 2. d. custod. reor. & ibi Wesemb. in parat. n. 5. Clar. §. fin. lib. 5. quæst. 68. num. 8.*

Viatoris potestas non potest proportionaliter latior esse, quam potestas & iurisdictio iudicis, cuius est viator aut apparitor: quæ est Arresti 13. ratio. Et tamen non dubitauerim, posse viatorem subditio iudicis sui, licet moretur, & tum sit in alterius territorio, insinuare citationem verbalem, sed aliter sane & realiter exsequi capiendo pignora, in possessionem ducendo, non poterit, sicut nec realiter citare, & vt loquuntur, capere quem manu ex alieno territorio poterit, quamuis alias existiment quidam, posse quem capi in alieno territorio, si persecutio Rei sit cœpta in proprio: sed tutius est interpellare dominum illius territorii, v. de hoc *Mynsing. 2. obs. 28. Clar. d. loco q. 29. in fin. Gomez 3. resol. 9. num. 5.*

Arresti 7. Appendicis ratio, ex hoc pendet, quomodo pignus constituatur: proprium enim pignoris est vt afficiat rem, & proinde vt is prior sit, cui priori pignus constitutum est, ex certissima regula, Quod prior tempore, sit potior iure. Et sane loquitur Art. de pignore, quod in specie dicitur iudiciale, & constituitur, dum bona executionis gratia capiuntur. *v. textus in l. 7. C. quæ res pign. l. à Diuo 15. §. 2. d. re iud. l. 2. c. 12. C. si in caus. iud. l. 10. qui potior l. pen. C. d. pign. act. l. si ob 13. C. de euict. l. in iudicati 61. d. re iud.* Cæterum ex ratione iuris pignora ita capta non apud victorem aut vicinos deponi, sed ab executore protinus distrahi debent: *d. l. 15. §. 2. de re iud.* Et possit tamen necessitas aliquando huiusmodi exigere depositionem.

Quod attinet ad Arrestum Tituli IX. vulgatum est, viduam retinere eadem pene omnia iura, quæ habuit viuente marito, *v. Tiraq. d. nobil. c. 18 n. 6. & seqq. & in primis num. 9.* vbi scribit & plurimorum authoritate confirmat, quamdiu vidua manet, perinde haberi, atque si adhuc staret in matrimonio.

Arrestum sub Tit. XI. De damno infecto iure nostro non conuenit: vt videl. qui partis ædium est dominus, teneatur vicino postulante in solidum aut reparare ædes quæ ruinam minantur, aut de infecto damno cauere: quinimo, si domini plures sint ædium ruinosarum, contra singulos agendum est pro parte, & singuli pro parte sua tantum tenentur cauere, & in eius qui non cauet, partem vicinus mittitur: quæ omnia expresso iure tradita sunt *in l. prætoris 5. §. 1. l. plures 27. l. ex damno 40. §. quotiens 2. de damn. infecto.*

TIT. XII.

De Salariis.

DE eo quod *Arrest. 1.* habetur, dictum *sup. lib. 1. tit. 1. in prin.* non ita præstari mercedem vel precium pro rebus sacris, sed pro opera ministri: neque id vllo modo improbe aut inhoneste postulatur;

postulatur: quoniam qui altari deseruiunt, ex altari etiam viuere debent. Et quamuis S. Paulus, manibus laborare maluerit, quam quidquam exigere ab auditoribus suis, ius tamen hoc habuisse, & habere eos, qui Euangelium prædicant, & in ministerio laborant, identidem profitetur.

Art 2. est de negotio criminali; In cuiusmodi causa, cum qui accusat, persequatur interesse publicum minus æquum videatur, ipsum grauari vt salarium aut honorarium præstet Aduocatis: & si tamen ipse priuatim eorum operam implorauerit, nihil in ea re absurdi video. Et Nota insuper videtur hoc Arrestum velle facere generale, vt in nulla caosa partes teneantur Aduocatis præbere Salarium. Id vero perspicue absurdum, & nusquam gentium receptum est. Et quem citat textus in *l. Laudabile C. de aduoc. diu. iudicum*, loquitur aperte de patrono & Aduocato fisci, cui debet & merito idem fiscus salarium dare & constituere, ceteroquin ratio plane est diuersa in aduocatis, qui priuatorum causas agunt, quibus Romæ constituta ex publico fuisse salaria, quod ait Nota, falsum est, per ipsum citatum Suetou. *cap. 17. in Nerone*, cautum ibi, ait, vt litigatores pro patrociniis instam certamque mercedem (scil. quia aduocati modum hac in re excedebant) darent, oollam autem omnino pro subselliis, præbente ærario gratuita: quod intelligo de iudicibus, qui in subselliis sedentes lites & causas disceptabant: his enim sine ex publico salaria sunt danda: cum districte vetitum sit legibus, ne iudex quid à partibus acciplat. Et vero quod Aduocatis ipsi clientes debeant salarium, ex hoc est apertissimum, quod illis contra hos extra ordinem super hac re ius dicitur, *l. 1. §. in honorariis* 10. cũ § *seq. d. var. & extraord. cogn.* Salarium porro dictum putat Cuiacius, quod quis inde se alat in *l. vn. C. de prab. salar.* Sed rectius Nota deriuat à Sale, autore *Plin. 31. nat. hist. cap.* 7. & firmatur ex Suida, qui ἁλάριον interpretatur, ἀλιγόριον. Et est à Græco ἅλς, quod per metathesin est Latine Sal.

Testium debet productio fieri sumptibus producentis *l. quoniam* 11. *C. de testib.* & debent adeo interim dum euocantur, dum morantur, eiusdem sumptibus ali: & si opifex sit, qui interim vltra alimenta pro liberis & familia aliquid lucrari potuisset, huius quoque ratio haberi debet, ne ei officium fit damnosum, vt recte decisum, *Art. 6.* & probant in terminis, *Guid. Pap. decis.* 68. *num.* 6. *And. Gail. 1. obs.* 99. *num.* 8.

Iudicis est taxare salarium Aduocatorum & Procuratorum iuxta *Arrest. 7. v. Gail. 1. obs.* 44. in quo imputatur, quod iam ante partes dederunt, *Gail d. loco & Arrest.* 8.

Pro Arrest. 9. est Decisio *Guid. Pap.* 252. *ex l.* 29. § 1. *d. leg.* 2. qoi tamen textus non est in hanc rẽ expressus, cum sit in terminis diuersis, sed præter argum.

Recte Arrest. 10. diurnæ operæ ab ortu solis vsque ad occasum definiuntur. Hic est enim dies naturalis, dum lucet, quem Romani in XII. horas ἰσημερινὰς distinguebant, quæ perpetuo eodem numero manerent, sed pro ratione anni & temporis modo longiores essent, modo breuiores, Et quo *Mart. 12. epigr.* 1. horam nec æstiuam, intelligit breuem: & eadem ratione *Plaut. in Pseudolo si vis hybernam, v. Alciat, in l.* 2. §. 1. *d. V. sign. notat & Cæl. Rhodigin. antiq. lect. lib. 7. cap.* 9. Quod continuo author ait laborandum, cum mica salis & ciuiliter accipiendum, vt non excludatur spacium aliquid quod natura humana desiderat. Authores citati fallunt, & nihil extat Baldi in *tit. d. oper. libert.*

In Arrest. 12. incidit quæstio non expedita, an si per me non stet quominus operas præstem debitas, nihilominus mihi & quidem integrum salarium debeatur, & an vbi casu fortuito impeditus est quis, retinere quod datum est in antecessum & prærogatum, aut etiam petere vel ipse vel eius heredis salarium totum possint. Non potest vna & simplici distinctione vel decisione hoc expediri. Finge cum conduxissem operas viniroris, vel nautæ proueben dis nautibus, statim aut cum vx cepisset, morbo correptus officio superesse prorsus non potuisse, & mihi alterius opera vtendum fuisse. Quis noo vider iniquum fore, vt & illi ægroto, aut mortuo hæredibus mercedem soluere cogar. Et ea est sententia *Bartoli in l. opera d. vsufr. legat. per text. in l. si vno* (*alias est. Lex conducto* 15.) §. *cum quidam cum* §. *seq. Locati.* & quod contra responsum videtur In *l. qui operas* 38. *eod. tit.* hanc limitationem recipit, si simul per alterum stet, quominus ego operas præstem, quas præstare sum paratus. Finge ex aduerso famulum conductum operas cum diligenter præstitisset, aliquanto tempore morbo correptum, officio fungi non potuisse; iniquum hic tui sus fit, propter casum istum fortuitum aliquid de debita mercede detrahi, quem casum intelligit *Accurs in l. arboribus. §. de illo, d. vsufructu.* Itaque plurimum hic poterit officium iudicis, qui ex circumstantiis varie rem æstimabit. Facilius est etiam vt retineatur, quod solutum est, quam vt petatur, quod necdum est præstitum: & de retentione est textus *in l. 1. §. Diuus* 13. *de ext' aord. cognit. l. qui operas* 38. §. 1. *Locati*, & quidem de Aduocatis: quod non temere ad necessarias & alias operas debet trahi: Sicut & constitutum est specialiter, vt Aduocatus fisci, ad hæredes, præmortuus, iore gl anni salarium transmittat, *l. 15. C. de Aduoc. diu. iud.* Latioris ista sunt tractationis, & *v. gl. Cyn. Br. Bl. in l. pen. d. cond. caus. dat. & in l. pen. C. eod. Donell.* 14. *comm.* 21. & citatos in Nota authores. Prorsus quod hoc Arrestodefinitum est, ad terminos suos est restringendum, & simpliciter & indefinite acceptum defendi non potest.

Art. 2. Appendicis, defenditur consuetudine: iuri plane ea præscriptio 6. mensium non conuenit, diuerim simpliciter, nec rationi: Et improbos profecto sit, qui salsus conductionem operatum, improba hac exceptione se defendat,

---

AD LIBRVM VII.

TIT. I.

De Iure & Statu hominum.

QVod ad materiam Art. 1. quidquid sit de consuetudine Galliæ, iore nostro haud difficilis & obscura hæc res est. In Castrensibus & quasi filiusfamilias habetur pro patrefam. & sine consensu patris, imo & contra ipsum patrem potest litigare *l. lu 4. de iudic.* Quæritur de aduentitiis: & quoad ea in quibus vsumfructum habet pater, administrationem simul cum habeat legitimam, actiones etiam exercet pater, consentiente filio, si perfectæ sit ætatis, *l. vlt. §. vbi autem 3. C. de bon. qualib.* In ceteris quorum vsusfructus patri, quippe iuxta *d. l. vlt.* repudianti, non adquiritur: duo sunt casus, 1. Quo filiusfam. est legitimæ ætatis. 2. Quo filiusfam. est minor: prior deciditur *in d. l. vlt. in fin. pr. verf. necessitate*, vt filiusfam. litiganti consensum præbeat pater. Sed scrupulum facit, quod *in d. verf.* requiritur, vt pater

pater non tantum agenti, sed & fugienti, id est Reo (Græco idiomate qui rei dicuntur φεύγοντες præbeat assensum: cum tamen constet iure nostro, filiumfa. ex omnibus causis vt patremf. posse conueniri §. *vlt. Instit. de noxal. act. l. tam ex 57. de iud. l. filiusf. 39. de oblig. & act.* Hinc quidã quos *Bart. refert in d. l. vlt. C. de bon. quæ lib.* coacti fuerũt statuere mutationem iuris veteris. Dicam ingenue, aut per incuriam lapsus hic est Tribonianus, aut recipi oportet veteris Interp. Ottonis sententiam, quam Bartolus probat ibidem: vt restringatur istud ad casum *in d. l. vlt.* propositũ, quo filius proprietarius est plenus ob repudiationẽ patris: vt hoc casu filiof. etiam conuento, huic fini sit necessarius assensus patris, vt fidem faciat repudiationis, nec forte postea pater vsumfructum sibi competiisse, & proinde non recte iudicio actum esse alleget. Altero casu, quo legitimæ ætatis filius non est, facultatem habet pater suscipiendi administrationem & bonorum bonorum: siu nolit, dandus est curator, text. *expr. in d. l. vlt. §. 1. C. de bon. qua lib.* Ex his castiganda sunt errata authoris. Et inprimis verum non est, quod indistincte, etiam si conueniatur filiusf. opus sit consensu patris: & Br. male citatus (& est *in l. 1. §. vlt. de V. O.* verbum nullum) *in d. l. vlt.* probat contrarium. Deinde errat, quod putat patris consensum requiri, ob ipsius interesse. Et imo vero cum plenam filius habeat proprietatem, res patrem non contingit: sed requiritur consensus, vt dixi. vt constet de repudiatione: tum ob qualitatem filijfamilias, qui extra causam castrensis peculij, agere non potest. Tertio errat, dum indistincte putat, si minor ætate sit filius, curatore omnino esse opus. Id enimuero tum verum demum est, si recusauerit administrationem pater, quo casu apertissimum est, non posse sufficere eius autoritatem. Sed quo casu pater vltro suscepit bonorum administrationẽ, ipse tum locum subit curatoris, nec alio curatore est opus: Hæc ita se iure nostro habent, quæ ne falleretur Lector, visum fuit hic notare. Et hinc etiam iudicandum est de *Arrest. 2.* quod verum est extra causam peculij castrensis, & in casu quo agere filius vult: cæteroquin iam probauimus ex iuris nostri ratione, filiumf. conueniri, vt patremfa posse, vbi modo defectus alius non est. Quod sequitur eodem *Arrest. 2.* non satis intelligo, nisi forte eo pertinet, quod Dd. tradunt vulgo, eum, qui causam dedit, vt actus esset nullus, nullitatem pro se non posse allegare.

Ad materiam *Arr. 3.* textus citati nihil faciunt. Filius non tenetur fideiubere pro patre, qui est factus curator Reipubl. *l. æstimationem 16. §. 2. de mun. & hon.* Alia ratio est patrem ex carcere liberandi. Et ego quidem magis existimo, quod *Auth. si captiui. C. de Episc. & cler.* (*ex Nou 115. c. 3.*) maxime & principaliter loquatur de captiuitate apud hostes: sed assentior nihilominus Interpp. & præ aliis *Bald. in d. auth.* quod si pater condemnatus sit in carcere, ex quo soluta pecunia liberari possit, nec filius, cum possit, eum liberet, habere locum *d. auth.* dispositionem. Facilius porro quis priuatur iure quærendo: quam quæsito, & minus debet vasallus domino, quam filius patri. Itaque à filio ad vasallum non est bona consequentia. Et tamen si dominum inclusum cum posset, non liberauerit vasallus, priuari eum feudo est textus *in §. 2. vers. Item, si delator 2. feud. 24. quæ fuit prim. caus.* quod tamen limitant Dd. vt hoc loco author *v. Clar. §. feudũ q. 24. Afflict. in c. 1. §. licet vasallum nu. 12. si de feud. def. fuer. contr. Rol. à Valle 1. consil 97.* textus enim citati nihil faciunt. Humanum est, vt istud ad quosuis subditos porrigatur, & sunt enim pleriq; plus quam vasalli. Rectissime autem hinc infert author, non teneri subditos liberare dominum, qui captus est, cum secutus esset partes aduersas Regi. Et qui enim possit dici captus per iniuriam, qui rebellium castra secutus est, & hoc ipso crimen læsæ maiestatis commisit. Sed pro arresti contrarij, quod allegat Nota autores, istud secutos fuisse & spectasse: quod qui arma cõtra Henricum IV. tulerunt, non omnino colore aliquo destituti fuerunt, quippe quod partibus illis Hispanus, pene & Papa fauissent, & Rex ipse Henricus IV. aduersariis & Ducibus partis, benignissime, & non tamquam perduellibus veniam dedisset.

Supra ad tit. *De Rege* notauimus hanc opinionem gl. quod Francigenæ, vt ait gl. liberos in potestate non habeant: Ea sane in re minime imitati Gallos, quorum ditionem occupauerunt, & qui Cæsare teste in liberos, vitæ & necis potestatem habuerunt. Id vero non omnino verum, quod à patria potestate tantum profluat vsusfructus in bonis filij: siquidem moribus Germaniæ plerisq; in locis, etiam matres vsumfructum habent. Iure veteri Romanorum omnia pleno iure per liberos patres adquirebant, qui erat effectus potestatis: Postea patribus tantum vsumfructum relinqui placuit. De patria autem potestate hic agere, non est instituti nostri.

Probo sententiam *Arr. 5.* quod pater in tertia parte bonorum vxoris, matris filij sui, retineat vsumfructum: nec possit ea pars quoq; ita relinqui, vt filius habeat plenã proprietatem. Ratio Bartoli citato loco bona est, quod hæc portio debeatur liberis relinqui ex necessitate: & probatur ista opinio ex ipsa *Auth. vt lic. matr. vel au. Nou. 117. in pr.* vbi Iustin. ait, quod post relictam legitimam, liceat cætera ita relinquere, vt liberi habeant plenam proprietatem. Moueor & hac ratione, quod veteri iure omnia adquirebat pater per liberos, pleno iure, cui cum satis sit derogatum constitutionibus nouis, cætera quæ non expresse mutata sunt, stare debent. Nec mouet ratio Acc. *in d. auth.* quod ita fiat melior conditio filij: neq; enim huius tantum, sed & patris ratio habenda est. Neq; hic locum habet dispositio *N. 18. c. 3.* vel quia hic cessat eius ratio, & pater sumptus præbuit filio: vel quia satis est, quod filius dodrantem bonorum matris plena proprietate consequitur.

Quod parentes liberis donant, id in collationem non venit, sed mortuis parentibus id liberi præcipuum habent, quæ communis est sententia: oportet autem donationem & voluntatem parentis desuper esse probatam: cæteroquin in patre magis præsumitur concessio in peculium, aut donatio fructuum: præter rationem quam autor *Arr. 6.* adfert *v. Interpp in l. 13. C. de collat. l. filia 18. fam. erc. & in l. pen. C. de collationib.*

Circa *Arrestum 7.* anceps est concertatio Interpp. Quod filius mortis causa non possit donare patri (scilicet ex aduentitiis bonis, nam de castrensibus vel quasi posse eum non ambigitur) plerique iuxta hoc Arr. putant, & magis fere communem esse opinionem censet *Clarus §. donatio q. 6.* duplex affertur ratio, tũ quod donatio mortis causa sit species vltimæ voluntatis *l. vlt. C. de mort. caus. don.* nec potest super istis bonis disponere filius, in vltima voluntate, in quo omnes pene cõueniunt: tum quod, quæ ratio est authoris, *pater nõ possit in rem suã fieri autor,* quomodo Bart. loquitur *in l. 1. d. auth. tut.* quod pater filiæ autoretur. *post gl. ibid.* & ob id cũ gl. donationem valere negat: Et ibidem tamen sibi quasi contrarius, negat opus esse autoritate, sed sufficere simplicem consensum: & pater vtiq;, qui ad-

mittit donationem, hoc ipso satis consentit. Sed & vt maxime donatio hæc accedat ad vltimas voluntates, tamen in multis retinet & sapit naturam contractus, & inprimis, quod ad essentialem cõstitutionem & in esse deductionẽ attinet, quod fit per traditionem aut conuentionem, vt notant *Dd. in §. 1. Instit. de donat. Ant. Gomez. 2. resol. 4. nu. 16.* Et idcirco nõ immerito Nota dubitat de huius opinionis veritate: Quin ait Clar. *d. loco* dubitatum fuisse vtra opinio esset communior: quin imo *Ias. in l. 1. §. fuit quæsitum nu. 3. ad Trebell.* opinionem affirmantem, quod valeat donatio, ait esse communiorem: quam & sequuntur *Angel. in d. § late relatus ab additionat. Bartolis in d. l. 1. d. autor. præst. Castr. in l. senium C. qui test. fac. poss num. 7. & in l. iam in. 25. §. 1. de mort. caus. don.* vbi ait hanc esse meram veritatem: *Alex. in d. l. 1. §. fuit ad Trebell. n. 7. & 8. & vol. 1. consil. 106.* Et ratio qua mouentur alterius partis autores, quod consensus patris requiratur vt authoritas, & ad integrandam filij personam, falsa est: & est enim filij persona vtiq; integra hodie, maxime moribus Francorum; quibus negatur filius esse in potestate patris. Et igitur forte contraria Arresto huic opinio verior est habenda.

Arrest. 10. & Nota subiecta, occurrunt, quæ à ratione iuris ciuilis abeunt. Et 1. iure nostro haud dubie fœmina maior annis idoneam personã standi in iudicio habet, siue agat, siue conueniatur, (excepto eo, quod publicũ crimen persequi regulariter non potest.) Itaq; oportet id ad specialẽ consuetudinem Galliæ referre, quod ciuiliter sine autoritate mariti contra eam agi non potest, 2. additur *inf.* Arresti, quod criminaliter aduersus eam intentati processus sint validi, non aliter ac contra minorem sine curatore. At enim minorem sine curatore solum recte posse criminaliter conueniri iure nostro perspicue falsum est, per ipsam citatam *l. Clarum C. d. auth. præst.* quæ adeo perspicua est, vt in coria autoris vix possit excusari. Et oportet in fœmina quo ad ciuilem causam considerari interesse mariti, ob quod processus sit nullus; cæteroquin si ab infirmitate sexus rationem petamus, multo magis in criminalibus fuerit opus autoritate mariti. Et igitur vt defendatur ea consuetudo Galliæ, quæ in ciuili causa requirit autoritatem mariti, vt vxor ex eadem sit in potestate tali mariti, vt huic, per illam adquiratur, aut sententia contra vxorem data, executioni dari possit contra maritum, quod ego iuris in Gallia esse nõ puto: & tanto magis de veritate eius dubito, quod hic autor noster tradit. Tertiu ait Notator. In causa iniuriarum & criminalibus, vxorem & filium, absq; mariti & patris consensu & autoritate in iudicio stare posse. Atquin non omnis iniuriarum causa est criminalis, sed plereq; sunt ciuiles. Et quomodo igitur Arrestum, & quæ simpliciter loquitur de causis ciuilibus? Sed & porro, si de filiofamil. reo agit Nota, liquidissimi iuris est, filiumfam. maiorem in vtraque & criminali causa & ciuili legitimam personam standi in iudicio habere, vt paulo ante probauimus. Agere autem iniuriarum ex l. Cornelia, & alias extrahas quibusdam casibus singularibus potest. *l. lex Cornelia §. 1. illud 6. l. sed si 17. §. ait 10. cum seqq. de iniuriis.* 4. Nota pro exceptione ponit in filiofamil. negotiante, quod hic se obligare & conueniri possit. Atquin probauimus in genere verum esse, quod filiusfa. se obligare & conueniri possit. Et rursus quo ad ius agendi, id iure nostro filio in potestate non competit, vt maxime publice is negotietur: neq; verum est, quod hoc casu habeatur pro patrefam. Nec video quorsum moribus Galliæ ista disputatio & distinctio pertineat, si illis filius non est in potestate patris, vt est *Art.* 4. Deniq; iure nostro falsum est, quod Nota ait vxorem etiam separatam à marito, non posse alienare possessiones suas. Et perinepte allegatur ad hoc *l. vbi 29. C. de iure dot.* quæ nec loquitur de muliere separata à viro: sed tractat de casu singulari, quo mulier ob inopiam mariti constante matrimonio exegit dotem: quam vult constitutio hactenus in statu suo manere, vt inde maritus & liberi alantur: nam & regulariter dos ita est mariti, vt nec à marito, nec ab vxore alienari possit. Facile alias admitto, consuetudine aut statuto induci posse, vt mariti autoritas ceu curatoris sit necessaria: nam & tale quid apud Saxones hodieque obtinet, vt mulier egeat curatore, & olim obtinuit, cum mulieres essent in perpetua tutela: Et consuetudinis istius Arresta, quæ sequuntur faciunt fidem. Et rursus tamen non sapit, quod video fere rationem eius consuetudinis *Arrest 15. & Nota* desumi ex potestate mariti, quam iure Gallico habeat in vxorem, translatam à patre in maritum. Etenim 1. author supra prouocauit ad generalem obseruantiam Franciæ, qua liberi non sint in potestate parentum. 2. vt maxime vxores sint in potestate maritorum, nihil tamen inde solide ad hanc cõsuetudinem infertur: cum filijfam. vt maxime essent in potestate patrum, tamen & iure veteri haberent legitimam personam standi in iudicio, hactenus, vt recte conueniri possent. 3. Erroneum est existimare, quod iure Romano vxor nõ fuerit in potestate mariti: cum & maritos priuatim de capite vxoris cognouisse, quin & occisas à maritis vxores, historiæ testentur. Et sunt diuersi limites potestatis patriæ & maritalis, & salua patria, nihilominus potestatem maritus in vxorem habet: vt ab hac vitiose ad illius negationem fiat illatio. Quod attinet ad authoritatem iudicis, de qua *Arrest.* 12. & 13. hoc quoque totum est iuris positiui. Cæteroquin ex ratione iuris Romani officium iudicis non est, autoritatẽ præbere pupillis aut minoribus, sed id pertinet ad tutores & curatores. Et tamen *gl. in l. si curatorem, C. de restit. in int.* admittit defectum authoritatis posse suppleri per iudicem, nec à ratione aliena videtur distinctio & sententia *Bartol. ibid. num. 6.* vt curatoris quidem partes Iudex supplere possit, etiamsi curatorem habeat minor, cum & curatorem habenti alius curator dari possit, *l. ventri, §. 1. d. tut. & curat. datis.* non autem facile tutoris partes sibi sumere Iudex possit, nisi tutore careat pupillus, aut tutor haberi non possit, & Iudex hoc sciat & decernat *v. l. fin. vbi pup. educ. deb. l. ait prætor 7. §. 1. vers. promittitur de minorib. l. bonorum. C. qui admitti ad bon. poss. l. si in facili, C. de iur. delib.* idq; vt idem Bart. notat, in actibus necessariis, & qui alias coram iudice fieri solent, non autem in cõtractibus. Et hinc posita ista consuetudine, vt maritus autor fiat, omnino probo, quod colligitur ex *Arr.* 12. & 13. vt vbi vxor recte obligata est, & quis contraxit cum ea legitime & bona fide, cogatur maritus authoritatem præstare, aut si id facere contumaciter & per iniuriam recuset, curia & Iudex id suppleant, & authoritatem præstent: quomodo coniungenda & inter se componenda quasi sunt *Arresta* 16. 17. & 18. Porro, quoniam consuetudo illa, vt maritus & contrahenti & in iudicio versanti vxori author fiat, abit à ratione iuris ciuilis, tanto facilius probo limitationem *Arrest.* 19. vt si mulier sine authoritate mariti contraxerit, soluto matrimonio conueniri possit mulier: quamuis alias si rationem iuris nostri consulamus, posita authoritatis & consensus necessitate, aliud hic fuerit respondendum. Etenim ex cõmunissima Interpp. opinione *in l. C. de in int. rest. min.* cõtractus à minore, sine curatoris quem habet

con-

consensu gestus, est ipso iure nullus, neq; ex eo contra minorem licet factus sit maior, actio datur.

Arrest. 20. valde insubriliter dicitur, in hac specie, quod Bertolino nihil supersit præter actionem passiuã ad 2000. ducatos: nemo enim ita vnquã congrue locutus est: insubtilius adhuc dicitur, quod illi supersit actio actiua, si cautio sit inanis. Est illi in omnem casum tanquam hæredi actio, contra emptores bonorum defunctæ vxoris: sed ista nihil habet commune cum actione, quam prætendit Harentius ex cautione. Et quærendũ est, an ex qua defensione Bertolinus hæres, Harentium repellere possit. Et recte interim absolutus est Bertolinus cũ præsertim moribus Galliæ, vt hoc tit. refertur, fœmina sine consensu mariti non possit contrahere. Sed nihilominus reseruata recte est Harentio actio, si quid in rem defunctæ fœminæ vertisse, aut pro ea vtiliter expendisse, probare possit. Nam & pupillus, qui sine tutore & nuiliter contraxit, hactenus vtiliter tenetur, quatenus locupletior est factus.

De *Arrest.* 22. diximus supra, repugnare id iuri ciuili, vt minor sine curatore criminaliter accusetur. Et ibidem diximus de fœmina, de qua *Arr.* 23. & id omnino congruit iuri ciuili, vt fœmina maiorennis ciuiliter & criminaliter possit, sine vllo curatore conueniri. Sed quoad fœminam accusantem, non video rationem specialitatis in crimine falsi. Et iure nostro res certa est, quod fœmina ad accusandum non admittatur, nisi suam suorumve iniuriam prosequatur.

Si Franci liberos non habent in potestate, vt supra testatus est autor, quorsum attinet disputare, *Arrest.* 24. an Presbyteratus liberet patria potestate. Cæteroquin & hic iure nostro res certa est, & definitum *Nou.* 81. quod Episcopatus liberet patria potestate. Ergo quoad presbyteratum, manet res in dispositione iuris communis. Equidem scio S. Hieronymum non vno in loco disputare, quod eadem sit dignitas presbyteri & Episcopi, sed communis opinio vsus & Ius Canon. eam sentẽtiam improbauit. Et imo expressum est *N.* 123. *c.* 19. *auth. presbyteros, C. de Episc. & cler.* quod presbyter manet in potestate patris, qua etiam illud, quod superest hæc Arresto, expresse decisum est, quod adquisita à presbyteris, quin & inferioris ordinis clericis sint ipsorum pleno iure, ad instar quasi Castrensis peculij.

Miror autorem in perpetuo isto versari errore, quod filiusfam. iure ciuili solus obligari & conueniri non possit: quod falsum est *per l. 39. de oblig. at l. si quis 44. de pecul.* hinc enim est, quod *Arr.* 25. consuetudinem Franciæ, vt filiusf. maior contrahat, &c. tamquam discrepantem à iure ciuili allegat. Sed id sane singulare est, quod filiusfam. testamentum & codicillos facere, & contra SC. Macedon. pecuniam mutuam accipere potest. Præterea errat anthor, dum putat olim in emancipationibus opus fuisse rescripto principis. Fuit quidem hic vnus modus ex constitutione Anastasij *in Liberorum, C. de emancip.* sed non fuit solus: quinimo ante Anastasium nusquam mentio rescripti, sed apud ordinarium magistratum, (maiorem tamen, neque enim apud municipales id fieri potuit) peragebatur emancipatio, cum solennibus certis, quas insuper sustulit Iustin. *§. præterea Instit. quib. mod. ius patr. potest. solu. l. vlt. C. de emancipat.* Denique emancipatio, quam particularem dicit autor, ad vnum actum, plane est iure nostro inaudita, neque rationi conuenire potest, vt idem simul sit filiusfam. & paterfam. Et quorsum attinet ita filium emancipare, cum alias filiusfam. negotiari & contrahere possit, & pater si nominatim consentiat, ipse actione, *quod iussu* teneatur.

APPENDICIS *Arresto* 1. quod dicitur, patrem pro delicto filij conueniri non posse, notissimi & certissimi iuris est: & de pœna corporali nulla dubitatio: cæteroquin communior fere sententia est, posse caueri statuto, vt pater pro filij delicto pecuniariam pœnam cogatur soluere: vt latè Iason multis citatis probat *in §. actiones Instit. de actionib. nu.* 67. quod iam pluribus non examino: & dixi *in Tract. de Action. disp. vlt. corollar.* 1. Hoc tamen addendum, si filius ex delicto pecuniariter condemnatus sit, actionem de peculio in patrem ex hac causa dari *l. 3 §. idem 11. de pecul.* Sequitur apud autorem, quod pater alias (& scilicet ex causa ciuili) pro filio in solidum teneatur. Consuetudine hoc fortasse induci possit: sed non fero in hanc rem adduci textus iuris nostri, quo assertio ista penitus falsa est, & liquidissimum, quod pater extra quam si iusserit contrahi, siue in specie, siue in genere, præponendo tabernæ & naui, non teneatur nisi de peculio *l. si quis 44. de pecul. l. 1. C. ne filius pro patre, &c.* Et quis ferat istum hominem ita abuti textibus iuris, qui diserte loquuntur de patre, qui mandauit, aut iussit.

De restitutione aduersus patrem, de qua *Arrest.* 3. *append.* ita statuunt Dd. ei, quæ petitur iure actionis, locum esse contra patrem, sed non ei, quæ petitur officio iudicis, & v. c. ex causa ætatis, ad quam speciem restringunt *l. fin. C. qui & adu. quos.* Ea quidem generalior esse videtur, quam vt hanc limitationem patiatur, vt *ad Treutl.* disputauimus, sed ita tamen se habet distinctio Dd. & communis opinio: vt videre licet apud *Mauritium cap. 224. de restit. in int. Sfort. Odd. tract. eod. quæst. 18. artic. 1. Fr. Cald. in l. 3. C. de restit. in int. verb. læsis nu. 155. & alios Dd. post Acc. in l. 1. de dolo & in d. l. vlt. C. qui & adu. quos.* Amplius non dubitant Dd. quin ex capite *de maioribus*, detur etiam restitutio liberis contra patrem v. c. ob absentiam, &c. *Sfort. Odd. d. quæst. 18. Fr. Cald. d. loco nu. 156. Mudeus in d. l. vlt.* Quod author sine decreto factam alienationem immobilium filij, Arresto confirmatam dicit, id iure quidem nostro defendi non potest. Neq; potest si pater optimum consilium pro filio cepisset, quæ adeo ratio hoc Arrestum non tuetur.

Communis est opinio, quod mulier SCto Vellejano etiam extra iudicium renunciare possit, de qua testatur *Gail. 2. obser. 77.* quidquid alij contra disputent. Quod autem mulier & absq; renunciatione, teneatur, efficaciter, si fideiusserit de iudicato soluendo, aut iudicio sistendo, vt iudicatum refertur *Arrest.* 4. *append.* iure nostro rursus falsum est.

Maritorum potestas in vxorem non dubia est, sed ea non tyrannis, non dominatio, sed Regiæ instar potestatis est, vt eam tamquam imbecilliorem gubernet. Quin, si *Aristot.* credimus *lib. 8. Ethic.* vxor & maritus Aristocratica ratione familiam gubernant. Verberandi proinde ius vxores marito vix concesserim, nisi vxor plane & extreme contumax & malitiosa proponatur: neque id ex dignitate est mariti, nec vtilitate eius; asperantur enim fœminæ magis, quam vt corrigantur. Itaq; dubitari potest, de appendicis *Arr. 5. & v. Tiraq. in 8. leg. connub.*

Quod ad vltim. attinet, scio communiter, quod quis pro alio se etiam ad carcerem obligare possit, fere probari, & id consuetudine Germaniæ seruari, testatur *Myns. 6. obs. 6.* eam vero opinionem, nos rationi iuris non conuenire ad *Treutl. de fideiussoribus* probauimus. Multo minus defendi hoc potest in

vxore pro marito, propter expressum textum in *Auth. si qua mulier, C. ad Velleian.* & errat author, dum renunciari posse putat beneficio *d. auth.* Id enim *Cyn. Bald. Salic.* & alij omnes fieri posse negant, quoniam auth. procedat, annullando, damnãdo & prohibendo. Hoc proinde Arrestum probandum non est.

Parum conuenit, quod *titulo* 2. *Arrest.* 4. dicitur, Syndicos ius non habere instituendi & persequẽdi litem, nisi consensu & decreto ciuitatis illis mandatum fuerit: & nihilominus tamen executioni mandari sententiam, quæ fuit lata contra Syndicum, qui sine decreto eiusmodi in iudicio comparuit. Ratio enim iuris nostri hæc est, vt quo casu mandatum requiritur, qui sine illo quid facit, falsus sit procurator, cum quo iudicium agitatum est nullum *l. licet* 24. *C. de procurat.* posito autem mandato verum est, quod annotauimus supra ex *l.* 10. *C. de procur.* nocere hoc domino mandanti, vtcunq; etiam dolo quid peccauerit procurator, saluo mandanti contra mandatarium regressu, quod recte isto art. notatur: licet addenda sit limitatio, vt si soluendo non sit procurator aut Syndicus, detur mandantibus restitutio in integrum: quod supra monuisse memini.

Non satis liquidum est, quod TITVLO III. de consortibus eiusdem litis, pronunciatum fuit *Arrest.* 2. si plures in multam certam condemnati sint, singulos pro rata & virilibus portionibus teneri. Nam 1. multa est species pœnæ: atqui si plures pœnam debeant, singuli in solidum tenentur etiam quibus casibus à singulis solidum exigi non potest: sed singuli quidem in solidum conueniri possunt, vnius autem solutio cæteros liberat. Id ita obtinet, in pœna stipulatione promissa *l.* 5. *§. vlt. de verb. oblig.* itemq; debita ex quasi delicto *l.* 1. *§. si plures de eo per quem fact. l.* 1. *§. vlt. cum seqq. l.* 2. *&* 3. *de his qui effud. vel deiec. l. licet* 6. *§. vlt. Naut. caup. stab.* Nec adeo mouet *l.* 1. *C. si plures vna sent.* quæ haud dubie de illis accipi debet, qui ex causa contractus sunt condemnati in vnam summam. & *v. Iasonem in §. pœnales Inst. de action. nu.* 21. *& Salic. in l.* 1. *C. de condict. furt. in fin.* Et de isto casu etiam intelligenda est *l. Paulus respondit eos* 43. *de re iudic.* Et hinc deciditur quæstio *Arrest.* 4. Et omnino quidquid putet autor, affirmans sententia in his, qui obligati sunt ex delicto, verissima est, & hoc adeo, vt ex vero delicto singuli ita in solidum teneantur, vt nec vnius solutio alterum liberet, quoniam quisque sui delicti pœnam exsoluit, *l.* 1. *C. de cond. furt. l. item Mela* 11. *§. sed si plures* 2. *ad* [illegible] *quil.* in cæteris casibus singuli tamquam plures correi in solidum conueniantur, sed vnius solutione cæteri liberentur, per paulo ante citatos textus, vbi omnes nimirum deliquerunt & rei sunt, cæteroquin regula est, vt qui non peccauit, nec puniatur, quæ sententia est *l. si quis suo §.* 1. *C. de inoff. test. l. sancimus C. de pœnis.* quas author nullo iudicio pro validis rationibus sententiæ negantis adducit. Distractio quoque adiecta, inepta & nulla est. Illud constat, iudicem hoc sententia sua definire posse. *d. l.* 1. *C. si plures vna sent.*

AD TIT. IV.

De in ius vocando.

NOuum est, quod decernit *Art.* 1. vt qui alibi domicilium habet, in loco originis recte citetur. Nec ad rem facit, quod res de qua retrahenda agitur, in loco illo sita erat: neque enim, qui ius retrahendi habet, actionem in rem mouet, quæ alias in loco, vbi sita res est, recte intentatur, & proinde possessor in loco eodem forum in actione in rem sortitur *l. vlt. C. vbi in rem act.* Et sunt tamen, qui putant, ex causa retractus gentilitij, quem introducit statutum & consuetudo, locum esse actioni in rem, quæ in loco rei sitæ moueri possit, de qua re *v. Tiraq. du retrait lignager §.* 8. *gloss.* 5. *in verbo, Le iuge qui en peut cognoistre.* Cæterum non æquum est, vt propter dignitatem cogatur quis litigare in loco rei sitæ, & ob hoc sit deterioris conditionis: nec quidquam huc pertinet *l. in* 19. *de in ius voc.* quæ agit de magistratibus annuis, qui durante eo tempore plane non poterant in ius vocari. Ineptum vero est, quod fere videtur existimare author, ideo posse magistratum alibi conueniri, quia ibi dignitatem non habeat, neq; enim dignitas separationem recepit: Et *l. si præsens, C. de Episcop. aud.* non loquitur de actione instituenda, sed tantum de protestatione & denũciatione, quod pecunia non fuerit numerata, & exceptio perpetua fiat, quæ alias biennio finiretur.

De relatione Nuncij, de qua *Arrest.* 7. supra diximus: Et, si nuncio habetur fides, sequitur talem solennitatem non esse necessariam. Sed hac in re stylus cuiusq; curiæ est obseruandus.

Modus quem nuncius seu viator obseruare debet in Camera (de quo modo est *Arrest.* 8.) accuratissime præscriptus est *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 38.

Diximus *sup. tit. de viatoribus. ex Gail.* 1. *obs.* 54. longe facilius fidem haberi relationi nuntij, circa insinuationem citationis, qui est actus pertinens ad officium eius, quam quoad assertionem de cõmissione iudicis. Vnde dubium nascitur, an recte se habeat, quod author scribit *Art.* 10. non solere terminum & diem citationi inseri, sed nuncio tantum mandari, vt citandum ad certum diem iubeat adesse: vtiq; id stilo, qui obseruari solet in Germania, non conuenit, & iuxta cum alijs requisitis, hoc quoq; exigit Gail. & pro necessario habet, vt terminus & dies citationi inseratur 1. *obser.* 53. Prorsus communis sententia est, vt citatio sine die & termino hactenus sit pro nulla, vt contra citatum, in causa, tamquam contumacem procedi non possit, per notata *Maranta in speculo p.* 6. *de ord. iud. memb.* 1. *de citatione n.* 65.

Vulgatum est, citationem non esse necessariam, vbi citatus vel maxime præsens, actum impedire nõ possit, *Marant. d. loco nu.* 5. qui & *eod. c. p.* inter alias exceptiones hanc refert, si quæratur de relatione agri mensoris: vt dubitare liceat, an vbi agitur de relatione fabrorum super æstimatione alicuius rei, sit necessaria citatio, quod vult *Art.* 11.

Illud TITVLO V. tantum obseruo, nihil fieri contra iuris ordinem, vt putat author *Arrest.* 3. dum nemo subditorum extra territorium suum trahitur, quin imo remissiones ad locum alium videntur iuris ordini non cõuenire, quocirca nec concedi quidem solent sine literis reuersalibus, vt cautum sit iurisdictioni eius, qui remissionem permittit, ne in consequentiam & præiudicium trahatur. Sed sane cum sæpe iustitiæ commodius administrandæ ratio requirat, vt hoc fiat, non iure facit curia Tholosana, quæ benegat præcise alijs curiis, quæ præsertim sunt sob iurisdictione vnius & communis principis, à quo omnes curiæ iurisdictionem suam habent: & est ea quædam peruicaciæ species.

AD

AD TIT. VI.

DE contumacia & eius pœna *v. Ord.Cam.part.3, tit.12.41.& seqq.vsq, ad 46.Dd.communiter in l.properandū, C.de iud.Gail.1.obs.59.& 60.Marant.p.6.de ord.iud.memb.2.per tot. Specul.tit.singulari de contumacia.* Illud vero ble *Arrest.3.* mirum & durum, quod contra contumaciam, & quidem, vt apparet, enm, qui nunquam comparuit, possit procedi vtq; ad sententiam mortis, cum enim huius sententiæ hic effectus sit, vt quandocunq; captus rapiatur ad carnificem, oppido quam absurdum, imo iniquum est, à ratione quoq; alienum, vt nec confessus, nec conuictus ocidatur: nec vero conuictus vere dici potest, qui numquam auditus fuit. Neminem puto esse ex Dd. qui hoc probet: sed quomodo in criminalibus & capitalibus cōtra absentem procedatur *v. Clar.§.fin. q.32 Gomez.3.var.resol.1.n.12.Fachin.1.contr.26.Menoch. arbitr.iud q.80.Cuiac.20.obs.20.& Dd.in l,absentem.5. D.de pœn.& in l.reos 3.C.de accus.*

Porro *Arr.9.* pœna carceris in contumacem, non videtur legitima, in causa ciuili: nec enim carcer pœnæ loco esse debet: & aliæ sunt rationes notæ vulgo, procedendi contra contumacem: Et tamen in Camera contra contumacem ad pœnam banni procedi potest, ob contemptum supremum illud Tribunal *Ord.Cam.p.1.tit.43. Gail.1.obs.60.* Et sunt ista arbitraria.

Illud plane certum est, quod declaratus prodigus, nulla plane bona vbicunque sita, allenare possit: ex quo sententia recte lata est, quæ inhabilem personam & prodigum declaratum facit: &, si iure bona possit alienare alibi sita iam eum non in solidum esse prodigum, sequeretur, quod ineptum est. Ad *l.relegatorum, §.interdicere de interd.& releg.* etiam pueri responderint, nihil esse simile, interdicere prouincia alicui præsidem: nam eum alibi iurisdictionem non habeat, nisi principis speciali autoritate, facere non potest, quin interdicto morari liceat alibi, vbi iurisdictionem non habet. At enim declaratio prodigi, personam ipsam facit inhabilem. Quamuis sane si bona sint plane in diuersi principis territorio, possit ille hactenus contemnere sententiam alterius iudicis, vt prodigum in suo territorio pro tali non habeat.

Oportet vtiq, illas sententias, de quibus *Arrest.11.* operari litis contestationē, vel potius vt lis pro contestata habeatur, siquidē antea ad probādum actor admitti non potest, quam lis fuerit contestata.

AD TITVLVM VII.

De foro competenti.

NOta præfixa est, quod ordinariæ iurisdictioni vnusquisq; se sistere teneatur, nec eam declinare possit. Id simpliciter verum nō est. Et imo textus & Interpp. distinguunt, in dubio citatum debere se sistere & priuilegium suum & incōpetentiam iudicis allegare: cæteroquin vbi notoria est incompetentia, contemnere vocationem licet: quomodo inter se componuntur, *l.vlt.de iurisd.l.si quis 5.de iudic. v. Gail.1.obs.48.& Myns.6.obs.7.* Delegatam & mādatam iurisdictionem, qui sibi asserit, necesse habet probare: cui fini delegatus tenorem delegationis & sibi demandatæ iurisdictionis citationi inserere solet, & debet *Gail.d. obs.48.nu.17.Marant. part.4.dist, 5.nu.60.& adde Myns.3.obs.1.*

De continentia causæ, de qua *Arr.2.v.Myns.1.obs.4. & 97. & late omnino Pet. Frid. Mind. de process. Cam. extrah.p.3.integro lib.per totum.*

Notabile est *Arrest.5.* quod Clericus priuilegium suum in persona debeat allegare, & coram probare, quod sit clericus. Nusquam enim alias, hæc habetur exceptio & causa, quod procurator in ea nō admittatur. Quod addit Nota, tantū vsq; ad subdiaconos priuilegiū fori cōpetere, haud scio, an obtineri possit, vt cæteri inferioris ordinis clerici, lectores, ianitores, acoluthi, cogantur coram iudice laico cōparere: Generalis enim sanctio haud dubie clericos omnes cōplectitur. Et fides penes authorem esto, si forte in Gallia ita obtineat. De eo, quod clerici nō possint prorogare iurisdictionem laicam supra diximus.

Diximus paulo ante, vbi notoria est incompetentia, nō cogi se sistere citatum ex *l. vlt.de iurisd.* Talis autem est laici in clericum. Ideoq; oportet rursus esse ex priuilegio vel speciali obseruantia Galliæ, vt clericus citatus cogatur cōparere ad citationem laici iudicis, iuxta *Arr.6.& 7.* Subineptū est, vt ad eum finem tantum veniat, vt domum & ad forum iudicemq; suum reuocet: quod quo minus impetret, iudex laicus denegare possit numquam.

Tertius interueniens etiam executionem impedire potest, vt probat *Gail.1.obs.70,n.15.* sed illud paulo durius est, vt & post sententiam iam latā, reuocare causam possit ad aliud iudicium: quamuis id consequi quodammodo videatur ex eo, quod habet ius interueniendi & impediendi executionē. Cur iuxta *Arr.8.* prima appellatio probata, secunda improbata fuit, non satis capio. Si enim iure appellarat à decreto, quo remissio causæ fuit denegata, cū appellatio suspendat causam & impediat executionem, v[illegible] & recte ab executionis decreto sequitur fuisse appellatum. An forte ea ratio est, quod possessorium agitatum fuit, in quo regulariter appellari non potest. Et tamen communiter distinguitur inter possessorium momentaneum & plenarium: sed & rursus statui solet, quod appellatio in possessorio tantum effectum deuolutiuum habeat, non etiam suspensiuum: ex quo sententia huius Arresti iustificetur *v. Marant.de appel.n.530.& seqq.Myns.6.obs.13.Gail.1.obs.7. & obs.147.n.9.Couarr.pract.q.23.n.8. Menoch. in prælud. retin poss.nu.48.& seqq.Bart.in l.2.d.app.recip.Matth.Affl. decis.98 Fachin.1.contr.75.*

Ex ratione iuris nostri, quiuis potest prorogare iurisdictionē iudicis etiam non sui: Itaq; iudex, qui alias proroganti cōpetens est, eum ad se reuocare & iurisdictionis prorogationem impedire nō potest, cum nec qoidquam ipsius interesse censeatur. Et tamen hæc ipsa ratio dubium facit, in illis iudicibus & magistratibus, qui iurisdictionem habent quodam iure suo perpetuam transmissoriam, &, vt loquūtur, patrimonialem. Horum enim interest, propter fructus quos vocant iurisdictionis, v.c. pœnas & mulctas, &c. Et tamen vbi vnus magistratus omnium cōmunis est, velut Rex Galliæ, facilius & hic prorogatio defenditur, de qua *Arr.9.* cum quo tamē non video quomodo non pugnet *Arr.10.* quod non obstante submissione partium, sint illi remittendi ad ordinarium iudicem, & quod in huius præiudicium submittere se iudici Regio non possint, cui sane contrarium est *Arr. 9.* & quod hoc *Arr.10.* sequitur, ex huiusmodi submissione cōsequi creditorum optionem, vt debitorem vel coram iudice regio, vel coram eius ordinario conueniat. Hoc enim posito non fiet remissio ad ordinarium, nisi quis id forte limiter ex Nota, si ordinarius iure suo non vtatur, nec auocet subditum suum: cæteroquin à contradictione ego non possim ista liberare. Illud quoq; porro non capio, qui fieri possit, vt sola submissio sit

instar sententiæ, & paratam habeat executionem: nisi forte ponas debitorem confessum esse: quo casu executio, sine alio processu, debet fieri.

Arrest. 12. improuide allegatur *l. 1. ff. si quis ius dic.* quasi per eam magistratus contra alium turbantem habeat pœnalem actionem, quod ab istius textus sententia alienum est, sed loquitur de actione pœnali, quæ datur cōtra subditum, qui iurisdictionem magistratus contempsit. Atquin contra magistratum turbantem, alia actio non est, quam vtilis confessoria, vt supra quoq; tractatum est.

Vt *Arrest* 14. iudicatum fuit, quidam vel leuiter doctus, & stans pede in vno, responderet. Ex quo enim fideiussor ille renuntiauit omnibus beneficiis fideiussoriis, siquidem illa renunciatio vires habere debet, vt omnino debet, vtique recte ante creditorem principalem, qui pecuniam accepit, conuenitur.

Ad *Arrestum 9. &* 10. diximus de materia *Arrest.* 17 quo confirmatur, quod prorogationes priuatæ, absque Domini cuius interest, consensu non valeant. Illa valde singularis est consuetudo, quod priuilegio quis sine Domini assensu vti non potest.

Expressa prorogatio fit conuentione *l. si conuenerit* 18. *de iurisdict.* tacita per litis contestationem: post quam amplius exceptio fori declinatoria non solet admitti *l. 4. C. de iurisdict.* quasi enim cōtrahitur per litis contestationem, *l. 3. §. Idem de pecul. l. 1. C. de iudic.* quos textus allegare voluit, aut debuit, autor. Audiuimus autē supra h. t. quod non obstante prorogatione, possit dominus subditum suum reuocare; quod nescio, quare & qua ratione ad criminales causas hoc loco & *Arrest.* 18. autor restringat. Cæteroquin, quod addit nota, constat in criminalibus sortiri quem forum in loco etiam delicti, si tamen ibi deprehendatur ad quem & remissiones iure nostro fieri solent, vt in exemplum ibi puniatur, vbi deliquit, quod in iudicibus & magistratibus diuersum territorium plane habentibus, pendet ab arbitrio cuiusq; domini. Sed Imp. Rumanus in Imperio, vtpote cōmunis magistratus omnium inferiorum, necessitatis vt esset, constituere potuit, poterit etiam Rex Galliæ.

Si ratio *Arresti* 19. bona fuerit, à præsumpta collusione domini, simpliciter ius reuocandi ad se subditos suos, dominis esset negandum. Sed enim huiusmodi improba collusio, in magnis viris, ducibus & principibus, non est præsumenda: aut eadem non minus militabit in iudicibus & magistratibus regiis. Prorsus hac in re autor sibi non constat: Et nec capio, quod hoc Arresto, admittit remissionem, si subditus ipse eam petat: neq;. n. hoc modo suspicio aut occasio collusionis sublata est.

Nota, quod *Arrest.* 20. vocat iurisdictionem Dominorum, de quibus hactenus, patrimonialem: quam in re supra diximus fundari, vt ne subditus arbitrio suo & sine consensu domini sui iurisdictionem alterius iudicis prorogare possit.

Arresto 21. male iudicatum puto. Memini enim supra scripsisse autorem, officia iuris dicendi in Gallia venalia non esse: (cæteroquin forte defendi possit id arrestum) quo posito non potest alteruter Iudex Regius, prætendere interesse, si alterius iurisdictio prorogatur: tanto minus, quod vterque æqualiter iurisdictionem, & quidem nullo modo patrimonialem, à principe habet.

Arr. 23. sententia videtur esse, quod de rescindēda transactione sit agēdum apud iudicem ordinarium inferiorem, nō apud curiam, ad quam lis per appellationem deuenit. At enim cōtra videtur, tum quoniam per appellationem suspēditur, imo quasi quo ad eam causam, expirat iurisdictio inferioris, *l. 1. §. vlt. ad Turpil.* tum quia, vt supra tradidit autor, super lite in curiam deducta, sine autoritate curiæ transigere non licet. Et igitur quid ni potius etiam in curia agatur de transactionis rescissione?

Seposito eo, quod *Arr.* 24. autor habet, quem ego nō satis intelligo, breuiter, quid hic velit iuris ratio, doceamus. In materia restitutionis in integrum hęc tractatio de remedio rescindenti & rescissorio occurrit. Et ad Tt. diximus, si accuratam rationē iuris nostri inspiciamus, merito dubitari an ea distinctio recte se habeat: sed ita fert cōmunissima sententia, rescindens remedium esse, quo agitur de rescindendo actu, per quem aliquis læsus est: veluti venditione, præscriptione contra absentem: rescissoriū, quo res ipsa rursus, sublato iā obstaculo petatur. Rursus non dubitant Dd. posse hæc remedia distincte proponi; & proinde iuxta rationem iuris communis: Quod si vero, nam & hoc fieri recte existimant, cumulentur, si res ipsa de qua quæritur, adhuc exstet apud eum per quem quis læsus est; sane in loco domicilij eius, qui læsisse dicitur, est agendum; hactenus enim rescindens habet naturam actionis personalis; primum omnium enim cum eo, qui v. c. cum minore contraxit, agendum, & læsio probanda est. Quod si res ad tertium possessorē peruenit, & qui læsus est rem ipsam persequi velit & possit, expeditum est, siquidem vterq; & cum quo contractū est, & qui possidet, communem iudicem habent, vt & vterq; simul citentur, & causa læsioneque cognita, possessor rem restituere iubeatur: nam & actio in rem in loco domicilij institui potest, vt hoc proinde procedat, licet res alibi sit sita. Quod si possessor rei sit alterius fori, ipsa ratio ostendit, tum ista iudicia simul cumulari non posse.]

Siue agatur ad distrahendum actū, siue ad obseruantiam actus, petendam restitutionē esse apud iudicē rei, cōmunis sententia est, de qua attestatur *Odd. Sfort. de restit. p. 1. q. 32. art. 13. Bald. & alij C. vbi & apud quē in l. 2.* Sed hic alius casus proponitur: vbi minor restitui petēs, à nemine, sed à facilitate sua se læsum dicere potest, dum restitui petit cōtra aditam hæreditatem. Restitutio hic an sit petenda à Rege & rescriptū impetrandū in Gallia, ego nescio, & videtur tamē id autor innuere: sed iure nostro nō puto dubitari, quin restitutio sit petenda sibi, coram magistratu ipsius minoris: Etenim in integrum restituere iure nostro non est principi reseruatum, sed id inferior potest magistratus. Secundum hæc, posito, quod super abstentione ab hereditate adita rescriptum principis sit impetrandum, crediderim ego rationi iuris conuenire, vt rescriptum hoc non sit insinuādum magistratui defuncti, & ab eo probandum, vt *Arr.* 25. est decisum; sed magistratui minoris, vt scilicet ei insinuetur, ad quē alias ex ratione iuris cōmunis in integrum restituere minorē, pertineret.

Male in genere proponit author *Arr.* 26. de possessorio & petitorio coram diuersis iudicibus expedienda, cum in fin. id limitet & restringat ad casum, quo in ipso statim limine possessorij instituti, litigantium alter consensit in possessionis tuitionem. Nec enim hoc casu dici potest Iudex terminasse remeta possessionis causam. Cæteroquin iure & ciuili & canonico decisum est, apud eum iudicem, qui cognouit de possessorio, proprietatis quoque causam esse agendam, & hoc non textibus ab autore citatis, qui ad rem nihil faciunt, sed *in cap. 1. de causa poss. & prop. & in l. nulli* 10. *C. de iudic. iunct. l. ordinarij* 13. *C. de rei vendic.*

Arrest.

Art.27.duplex tractatur quæst. 1. quid debeat probare qui interuenit pro suo interesse. In vtroq; extremo peccat autor, dum modo simplicem assertionem admittit sufficere: mox prōptam probationem de iure interuenientis exigit. Cōmunis & vera sententia est, quod sufficiat semiplene probasse interesse suum, vt testatur *Gail.1.obs.69.n.4.* vbi plures allegat. Altera est quæstio, an interueniens priuilegiatus posse vti præscriptione fori, & impetrare vt causa mittatur ad forum suum. Et ex persona conuenti id eum facere posse scribit *Gail.1. obs.71. nu.3. post Romanum sing.630. Castr. in l. venditor 49. de iudic. n. 3.* sed ex persona sua id eum facere non posse notat *Gail.d.loco n.2.* per bonam rationem, quod interueniens sustineat partes actoris, & probat *d.l.49.* quæ ratio facit, vt ne probem quod *Gail. d.loco* fiscum & clericum excipit: cui etiam repugnat ratio alia iuris, quod reus recte conuentus est coram iudice suo, à quo adeo propter alterius interuentionem iudicium principale auocari non debet: & faciunt quæ tractant *Couarr. pract. quæst.8 n.2. & 3. vbi plures allegat Mynſ.1.obſ.22. Caball. Tr. de euict. §. 3. num 119. & seqq. add. Capic. decis.197.*

De cognitione super lepra agitur *Art.28* Respōdet author ex sententia Aduocati Regii *ad c.8. Matth. v.4.* sed enim si ex sententia veteris Testamenti & Legis Mosaicæ hanc rem decidimus profecto ille causa cadet, & cognitio de lepra etiam laicorum ad judicem ecclesiasticum pertinebit. Cuius enim est testari de sanitate recuperata, eiusdem quoq; est, cognoscere de morbo. Et cur enim alias Christus leprosum curatum, misisset ad sacerdotes? Et vero judicasse & cognouisse sacerdotes de lepra cuiuscunq; hominis, apertissimum est ex *Leuitici 13. in pr.* Item de lepra vestis *eod. cap. v.47.* Item de lepra domus *Leuit. 14. ver.33.* Et omnino cognitionem eius rei in totum ad sacerdotes spectasse duo illa capita ostendunt apertissime.

Recte mutatur Art. 30. quod supra indefinite nimis dictum: cogi quem citatum se sistere: fallit enim si notoria sit incompetentia iudicis, vt sup. notauimus, & *d. Art.30.* confirmatur.

Quod in loco vbi res sita est, recte actio in rem moueatur, iuxta *l. vlt. C. vbi in rem actio,* in rebus immobilibus tantum obtinere quidam crediderunt, teste *Accursio in d.l. vlt.* de quo iam pluribus non ago sed in quæstione quæ tractatur *Art. 31.* ego amplius distinguēdum crederim, an transiens cum re, habeat communem iudicem saltem supremum, cū eo qui rem sibi vindicat, an sit alterius plene territorii: vt ibi sufficiat cautio: non autem hic: cum sit iniquū vt actor cogatur aliud plane territorium & possessorem extra prouinciam sequi.

Semper ita disputat author: quasi ne prorogatio fiat, magistratus aut iudicis interesse: Id vero interesse iure nostro pro nullo est. Ceterum cōtra id quod *art.32.* dicitur, dilleri possit ita, quod qui vsq; ad certam summam iurisdictionē habent limitatam, extra illam quantitatem, & supra, priuatorum instar sint: quæ res prorogationē impedit: quēadmodum, qui habebat iurisdictionem olim in fideicommissariis v.c. & tutelarib. causis, extra illas cognoscere nō potuit. Et tamen video in cōtrarium inclinare Dd. nostros & interpretes, quod prorogatio etiā iurisdictionis de re ad rē fieri possit idq; nō obscure intelliguut etiā de quantitate, per *l. inter 28 ad municip & l. de qua 74. § idem tit. Accurs. in l.1. C. de iurisd.* & in terminis id tanquam certum proponit *Subard. in d.l.1. n.10.*

Ob effusionem sanguinis, irrogari potest pœna arbitraria etiam in corpus, eoq; recte cognitio super hac re refertur ad merum imperiū *art.33.* Quæ notata habet, sunt mere consuetudinaria: & ea si ad rationem iuris Romani exigas, inprimis quoad species duas posteriores, nihil in eis sani aut recti.

Subtilitatem & distinctionem *Art.36.* ego nō capio: & simplex veritas est & aperta, quod super ceteris actionibus coram eo iudice respondere non teneatur. Et, si conuentus vna actione coram incompetenti iudice, & iussus respondere, iure potest appellare; necessario sequitur, quod appellare etiam posset, qui actionibus pluribus conuentus, respondere est iussus super iis actionibus, quarum competens iudex non est, qui respondere eum iussit, & coram quo actionum earum respectu iure conuentus non fuit.

Miror iudicium authoris, qui Art. 37. putat recte remissum reum ad locum soli natalis per *§. si vero quis auth vt nulli iud. (est cap.5 N.134.)* Enimuero, quod reus criminis ibi forum sortiatur, vbi natus est, & in originis loco, nusquam proditum est, sed forum ordinarium & commune est, locus domicilii & speciale locus delicti: At enim quia in exēplum interest, vt in loco delicti, reus pœna afficiatur, placuit Iustiniano, vt reus ad iudicem loci in quo delictum admissum fuit, remittatur. Quid vero habet commune locus delicti, cū loco in quo quis natus est?

Art.38. probo, si modo tempore pacti Domina illa, Mechliniæ habitauit, aut habitare solita fuit, ceteroquin non putarim & ego, huiusmodi promissionem tam late extendendam.

Valde singulare est, quod Art.39. ad probandam incompetentiam & priuilegium fori, 10. testes requiruntur, neq; ego eius rei, & tam magni numeri rest um, rationem intelligo.

Sententiam latam contra principalem, sine nouo processū executioni mandari posse, contra fideiussorem de iudicato soluendo, putant Dd. & probant *ex l.3. in f. C de vsur. rei iud.* sed vitiose probant: neq; enim ista est huius loci sententia. Sed ita tamē cōmuniter censent *Interp. in d. l.3. & ad rub. & in l.1. vbi imprimis Bar.8. Iud. solui.* Itaq; cū non recte ita probent, tāto magis probo *art.42.* cuius præterea & specialis ratio, quod post rem demum iudicatā, priuatim saltem apud creditorem *fideiussor* pater intercessit.

Diximus sup. ex Tiraq. vigore consuetudinis aut statuti, multorum sententia, rem, retrahendi iuri obnoxiam, actione in rem peti posse, iuxta Arrest.43.

Rationis est, vt iurisdictio Ecclesiastica præsertim in Laicos limitetur: iuxta quod factum art. 44. vt intelligatur cognitio illis data, super crimine blasphemiæ, quando id solum est, & non vt accessorium aliis criminibus adhæret.

Art.48. manifesta ratio est: neq; enim propterea quod bona alterius sequestrata sunt, conditio debitoris (ad quem nihil id pertinet) deterior fieri, & ille extra forum suum trahi debet.

Non satis liquidū videtur, quod proponitur decisum Art.54. Licet n. non nisi inspectis rationibus decerni possit, an minor sit læsus nec ne, & redditio rationum apud iudicem Salmuriensem fieri debuerit: attamen non sequitur, ad eundem iudicem pertinere causam restitutionis in integrum: cum & iudex ordinarius tutoris, inspectis rationibus, an læsus sit minor, cognoscere possit. An forte ex rationе continentiæ causæ ita pronuntiatum fuit?

Actionem in rem in loco rei sitæ posse intentari non dubitatur: nec quisquam dubitat, quin actio hypothecaria realis sit. Illud autem nō capio, quod ait autor Arrest.55. nullam esse actionem personalem,

Rem, quæ non habeat hypothecariam coniunctam. Id imo falsum est perspicue: cum non nisi ex conuennone, & certis casibus ex Lege hypotheca inducatur: & consequenter plurimis casibus, creditor actionem hypothecariam mouere non possit. Illum autem valde oportet esse improbum, qui nullius alius rei, quam vexandi debitoris causa, eum trahat extra domicilium suum, cum quod sibi debetur æque possit consequi in domicilii loco. Et regulare est, vt antequam creditor persequatur hypothecam, prius moneat debitorem, vt soluat, & ipsi denunciet, arg. *l. 10. Cod. de pignorib.* qua denunciatione spreta, si debitoe non satisfaciat, si creditor tunc vtatur iure suo agendo hypothecaria, nullam iuiuriam facit debitori: neque vero ita est actio hypothecaria, pedissequa & accessoria, vt propterea non sit actio separata & per se subsistens, contra quam nunc existimare videtur, neque ea propterea sit principalis licet prior intentetur. Et quod iure nouo cautum est, vt, ne agi possit hypothecaria ante excussos debitorem & fideiussorem *N. 4.* ad eum casum pertinet, quo tertius rem possidet, non vbi ipse debitor, qui sane expeditissimam habet rationem liberandi se ab actione hypothecaria, si pecuniam debitam soluat; moratori autem fauendum non est: & qui iure suo vtitur, nemini injuriam facit.

Liceat mihi bona cum authoris atque Lectoris venia, in quæstione Arrest. 56. disputare contra istos Dominos Parlamenti, & ostendere non magni momenti esse rationes, eas, quibus probabant actiones in rem, etiam mixtas cum aliqua personalitate, esse intendendas omnino coram judice loci in quo res sitæ sunt, quæ petuntur. 1. Ratio est, quod in ipsa actione nullum aliud sit subjectum considerabile, quam res quæ petitur. Resp. Imo hoc esse falsum, & principale obiectum & magis considerabile, esse, id, quod controuersiam nobis mouet, & negat hanc rem, quam petimus, nostram, aut nobis restituendam esse: cui rei indicio est vetus obseruantia, qua conuentus rei vindicatione contra vindicabat. Et secunda ratio nihil aliud est, quam prioris illius ratio: ad quam porro respondeo, vel quod teneatur iudex vnus, alteri quasi subsidiu esse, & ad illius petitionem, mittere v. g. victorem in possessionem rei: vel potius, quod ex vera ratione iuris si reus condemnatus rem contumaciter restituere differat, tunc iudicem habere potestatem, si idem velit actor, vt reum condemnet in rei æstimationem iuratam, & minimum, quanti actor in litem iurauerit: quod illos Parlamenti Doctores ignorasse oportet. Quæ in pr. ponuntur, exempla actionum realium & quibus aliqoid personalitatis sit immixtum, habent fere ἀλλ᾽ ἔχει & sunt plane insolubilia: quæ fortasse alias examinabimus: Instituti nostri ratio nos vrget, vt pergamus.

Arrest. 8. ratio est, quoniam habent iudices regii iurisdictionem concurrentem quodammodo, cum iustitiariis dominis, vt appellat, & proinde in eorum subditos fundatam, vt si non nisi interueniente domino, & ius suum allegante subtrahi cognitioni regii iudicis possint.

De pactis quibus renuntiatur præsumptioni fori, duo vt pugnantes citantur textus In *l. si conuenerit 18. de iurisd. & l. in conscribendo pen. C. d. pact.* Ex illa probatur, prorogari iurisdictionem per aditionem iudicii: & si tantu conuentum sit de prorogando, pœnitere licere. Et communis explicatio & conciliatio est, vt *d. l. pen.* accipiatur de casu, quo quis alias subiectus iudici, priuilegio saltem speciali eum declinare potest: hic enim eum per se sit fundata iurisdictio, comparere reus tenetur, cuius exceptio declinatoria, replicatione conuentionis eliditur. At enim iudex incompetens per se, fundare suam iurisdictionem, & citare reum non potest, vtcunque hic instrumento contractus pactus sit, coram illo iudice se staturum: æque enim priuatorum conuentio iurisdictionem fundare aut tribuere potest: quæ verissima sententia est, *glossæ & Bart. in d. l. si conuenerit 18. de iurisdict. Iasonis ibid. in pr. & col. 7. Zasii ibid. num. 21. Salicet. in d. l. pen. C. de pactis n. 3. Vult. in l. 1. C. de iurisdict. n. 149.* Secundum hæc si ciuis ille Montargensis nullo modo subiectus fuit iudici Aurelianensi, vt sane videtur, male curia iudicauit. Art. 62. Et adde tamen de hac re *Cyn. in d. l. 1. n. 4. Donell. 17. comm. 10. Pacurm. 1. de iurisdict. 25. n. 16. Coras. 4. mis. 5. Alciat. 2. parad. 17. Goed. ad l. 3. d. V. S. n. 45. Fachin. 1. contr. 61.*

Appendicis Art. 6. hanc nō obscuram habet rationem, quod actio per litis contestationem omnino in eum qui contestatus est, radicatur: ita vt nec à procuratore, qui litem contestatus est, sine causæ cognitione iudicium transferri possit. *l. post litem 17. & LL. seqq. de procurat.* Sed & actio ita litigiosa effecta amplius in alium transferri non potest *l. 2. C. de litig.*

Appendicis *Art. 14.* nimis generaliter dicitur, iurisdictionem limitatam prorogari non posse, pugnat enim quod *sup. h. t.* traditum est, iurisdictionē Castellaneorum, quæ vsque ad summam 60. solidorum limitata est, posse prorogari, ita vt ex consensu partium de maiori quantitate pronuntiare possint: quod nos & ab Interpp. probari monuimus.

Cetera appendicis, omnia, pertinent ad ius Galliæ, eiusq; proprios magistratus.

AD TIT. VIII.

De litis pendentia.

De variis effectibus quæri potest, 1. vt nihil innouetur: & hactenus dicitur lis pendere, postquam emanauit citatio, ita vt reus citatus simul de causa fuerit instructus *Clem. cum lite vt lit. pend. Myns. 5. obs. 85. n. 10.* Est & alius effectus, vt desinat res esse integra, & delegatus mortuo etiam delegante porro procedere possit *l. 6. d. iurisdict. c. 20. & c. fin. de off. deleg. xi. Zas. in l. more 5 cum l. seq. d. tit. n. 59. Ias. ibid. nu. 57.* Est porro tertius effectus, vt inducatur præuentio *l. si quis 7. de iudic.* Sed si quæras, an citatio inducat litis pendentiam, ad hoc vt censeatur tacite facta prorogatio, & non amplius possit opponi declinatoria fori, omnino negandum est; Ratio peremptoria est, quia citatio est tantum actus iudicis non partis, vt proinde hinc consensus in iudicem inferri non possit. Nec quisquam est, qui hunc effectum tribuat citationi: quamuis quidam putent induci hunc effectum per obiectionem exceptionum dilatoriarum *Bart. in l. si conuenerit 18. de iurisd. num. 3. Iason ibid col. 6. Zas. n. 29. Salic. in l. 1. C. de iurisd. n. 4. & ibid. Sich. n. 7.* Et tamen verius est id demum fieri per litis contestationem: per text. *in l. 4. C. de iurisd.* per quem ita recte statuit *Paurmeist. 1. d. iurisd. cap 25. n. 17.* Et tamen arg. rubr. videtur author tribuere hunc effectum citationi; quo modo si sensit, haud dubie errat: Ita autem eum sentire ex his quæ disputat *Arrest. 3.* non obscure colligitur.

AD TIT. IX.

De Recusationibus iudicum.

POtest quisque magistratus huic rei præscribere formam in territorio suo quam velit: ceteroquin pleraq; quo author in ingressus huius proponit, nec ciuili, nec Canonico iuri quadrant, aut conueniunt. Et iure quidem ciuili certa forma hic est præscripta in *l. apertissimi & in l. vlt. C. de iudic.* secundum quos textus quamuis simpliciter nulla etiam caula producta recusatus iudex cogitur inhibere cognitionem, & partibus imponere vt eligant arbitros, qui de causa ipsa principali cognoscant. Iure autem Canonico proponendæ sunt causæ recusationis, da quib. arbitri cognoscunt, nō de ipso principali negotio. Ita quidem hæc res procedit in iudice dato. Ordinariam nō posse recusare plerisq; placet, nisi vt quidā limitant, manifesta sit & grauis recusandi causa, ceteroquin Episcopū iudici adiungendū: vide (neq; n. plene ista hic tractari possunt) *d. text. & c. cū speciale de appellat. c. 11. de off. iud. del. in 6. Br. & Ab. in d. l. apertissim. 16. C. de iud. Zas. ibid. n. 25. Castr. n. 7. Ias. col. 5. Salic. n. 6. Sich n. 11. Couarr. pract. quæst. 26. n. 1.* qui omnes statuunt iure ciuili non esse necessarium, vt reprimatur in iudice dato, suspicionis causa. De ordinario *v. Bald. & ceteros item citatos in d. l. 16.* qui magis communiter putant eum recusari non posse per *auth. si vero vbi v. & Zas. C. de iudic. & adde tamen Castr. in d. l. 16. n. 6. Cyn. ibid. N. 53. cap 3. & N. 96. c. 2.* quæ loca nimis generaliter loquuntur: vt fortassis hactenus ordinarius index recusari quoque possit, vt causa expressa & probata, negotium alteri delegare cogatur, aut superiori adito, alius iudex petatur, aut, vt diximus alius adiungatur: add. *Gail. 1. obs. 34. Myns. 2. obs. 52.*

Causa recusationis vna & haud dubie iusta est, si iudex sit affectus magis ad vnam partem. Itaque qui iudicauit in prima instantia v. c. pro actore: cum ne iudicare possit in causa appellationis, recte recusat altera pars. Et porro præsumitur eiusdem sententiæ esse filius, cuius & pater; nec facile aliter iudicaturus quam pater; & ideo si pater in prima instantia iudicauit, à quo appellatum est, recte recusabitur filius, quo minus in instantia secūda sententiam ferat. Hoc ita si iudex solus sit filius, aut pater, vel etiam cum vno & altero: secus si collegium integrum & in prima & in secunda instantia pro iudice sedeat: vt recte vtrūq; proponitur & limitatur *Arr. 3.*

Vt iudex ipse de causis recusationis cognoscat, vt est *arr. 6.* nec enim iure nec Canonico congruit. Ceteroquin, si quis forte iudicis metu non ausit appellare, de quo *arr. 5* proditū iure nostro est remediū, vt intra idē tēpus corā Notario aut testib. protestetur, quæ protestatio habet effectum appellationis *l. 2. C. de his qui met. iud. vbi Bal. & ceteri Dd. Myns. 4. obs. 44.*

An totum collegium possit recusari *v. Gail. 1. obs. 39.* Graues plane oporteat esse eius rei causas: vnus autem vel duo &c. v. c. ex consiliariis parlamenti recusari possunt, iuxta *Arr. 7. & 8.* & recusatus omnino abesse debet: quia forte præsentia sui possit efficere, ne ceteri libere sententias dicerent.

Monuimus in ingressu tit. ita obtinere iure Can. vt si recusatus sit iudex eligantur arbitri, qui de causa suspicionis cognoscant: qua non probata iudicis iurisdictio integra manet: ea probata, aut ad superiorem causa remittitur, aut cū consensu recusantia causa alii cōmittitur, per textus citatos *Arr. 9.* sed iure ciuili falsū est, quod *d. Arr.* habetur: hoc enim iudex recusatus, cogere potest recusantes, vt arbitros eligant, qui de ipso principali negotio cognoscant. *l. 16. & l. vlt. C. de iudic.*

Non sunt nimis extendendæ recusationum causæ. Sane coniunctio etiam cum sollicitatore, parit causam suspicionis: qua de causa *Ord. Cam. p. 1. tit. 13. §.* vnd damit allerley &c. interdicitur Adsessoribus, ne cum aliquo procuratore aut sollicitatore hospitiū aut mensam communem habeant: quamuis fortassis ista nōn sit iusta recusationis causa: sed expedit, iudicem ab omni suspicione sinistra alienum. Et in procuratore qui negotium totum in se suscepit, ego contra quam *arr. 10.* habetur, senserim, iustam eam esse causam recusandi, maxime si iuxta iua ciuile procuratorem dominum litis esse ponamus. Neq; mouet *text. in l. qui cum 14. §. si patroni 9. de bon. libert.* vel quia aliud est procuratorem esse, aliud aduocatum, qui nōn fit dominus litis: vel potius, quia agitur ibi de materia pœnali, & priuatione iuris patronatus, quod amittit qui libertum accusat: Itaque accusare stricte accipitur, ne comprehendatur, qui tantum fuit aduocatus.

Rationis est, vt iuxta *Arrest. 11.* aliud hic statuatur in eo, qui gratis & ex spontanea liberalitate beneficium contulit, & illum qui ex ratione iuris conferre habuit necesse: sed argumentum sane à distinctione necessariæ & voluntariæ alienationis longè petitum est, nec quidquam concludit. Magis facit argum. à collata libertate: quam sett qui ex fideicommissu aut ex pacto confert, conferre cogitur, & si non faciat, Lex ipsa in libertatem eripit: itaq; multo minus iuris in tali manumisso habet, qui manumisit.

Causa *Arr. 13.* iniusta iudicatæ recusationis, fortassis hæc est, quod recta fuit exceptio Decani & Canonicorum, prouisionem, ad fructus totius Capituli, non singulorum, pertinere: ceteroquin profecto affectio magna ad vnum Canonicum, facile potest mouere iudicem, vt propter eum pro omnibus Canonicis quid statuat.

Notat hinc aliena est: Certè aliàs est iuris, quod refutatio ante omnia sit proponenda: & quod si post lit. cont. emerserit, non allegari possit: sed & amplius, licet antea fuerit, & pars tamen altera iustam ignorantiam allegare possit *v. l. vlt. C. de sent. & interloc. Myns. 4 obs. 59. & 5. obs. 89. Gail. 1. obs. 74 num. 2. Marant p. 6. vbi de appellat. num. 26. Couarr. pract. q. 26. Ord. Cam. p. 3. tit. 18. & tit. 24.*

Appendicis Arrest. 4. negatur iudicem ob hoc recusari posse, quod Aduocatus vnius partis fuerit. Arbitror sententiam falsam. 1. quoniam constat, aduocatos habere adfectionem ad causam, quam susceperunt defendendam, & fere affectu aut præiudicio eam opinionem, habere veram, quam defendunt: neque vèro aliter quam pro vera eam habere possunt: qui nec excusare se possint ab improbitate, si fateantur, se scientes prudentes, malam causam fouisse. Et proinde iudex factus præsumitur eiusdem esse adhuc opinionis, ne semetipsum improbitatis arguat, si pronuntiet contra partem, quam ante defendit: cum & hic possit esse suspicio corruptionis. Quæ ratio solidissima est. Accedit textus *in l. prætor 17. de iurisdict.* quæ probat iudicem debere mandare iurisdictionem super negotio in quo antea fuit aduocatus. Et puto hanc à Dd. regulam tradi, quod ex qua causa iudex debeat delegare, ea sit etiam iusta causa recusandi.

Ratio Art. 8. sufficiens mihi non videtur (quāuis eius sententiam non intelligam satis) quia non puto interdictum procuratori regio, quominus interim partes suas alii demandet.

AD

AD TIT. X.

De Feriis.

ARrest. 1. plane cum jure communi conuenit, quo feriis vindemialibus & messium rennuntiare partes possunt: sed si alterutro inuito quid actum sit, id nullius est momenti. Censentur autem & renontiasse tacite qui vocati comparent & vltro litigãt *l.1.§.1.de feriis v.Gail.1.obs.53. Wesemb.in parat. de feriis. Men.2.arbitr.cent.1.casu 30. Ord.Cam.p.3.tit.33.*

Feriis dedicatis cultui diuino, & inprimis diei dominicæ, renuntiare non licet: itaque quidquid hoc die agitur, nullum est, vt in parte notat *Art.2. & v.de ea re Dd.in l.vlt.C de feriis.*

Author offendit, dum *Art.5.in f.* arbitratur, apud veteres Romanos Ethnicos, nullam eiusmudi feriarum obseruationẽ fuisse: quod totus titulus *Dd. de feriis* ostendit esse falsum: quin & ipse locus apud *Suet. in Claudio.cap.14.* quippe qui probat rem nouam fecisse Claudium, dum iua etiam religiosis & festis diebus dixit: quod trahi ad exemplum ab aliis magistratibus non potuit.

AD LIBRVM VIII.

TITVLVM I.

De plus petitionibus.

QVilibet potest diuidere actionem, nec per hoc censetur remisisse residuum, aut per hoc fateri se in maiori summo non esse creditorem *Iason post Dd.in §.si minus Inst.de actio. n.2.* itaque quod superest, potest petere *Fab.ibid.in extremo*: adeo quidem vt & eodem iudicio residuum petere possit, vt recte *Faber. n.5.* His conuenit *Art.1.*

Circa materiam Art.2. tractant Interp. an si positio vel articolos partim sit verus partim falsus, totum reus negare possit. Et communiuis distinguunt inter quantitatem & qoalitatem, vt si in hac sit falsitas, articulus totus negari possit: ceteruqoin si quis posuerit, sibi centum florenos deberi, & reos debeat quinquaginta non possit nec debeat articulum totum negare, sed teneatur distinguere, & tantum fateri quaotum debet.. *Ita And. Gail.obs. 82. libr.1. num.16 post Interpp. communiter.* Neque super hoc vlla legum est pugna, quam comminiscitur author.

Controuersia quam attiogit *Art.3.* non est satis liquida sed inter Dd. controuersa, Salicetus *in l.1.C. de plus petit. n.8.* potat in hoc positam esse quæstionem & decisionem, an positionem ex parte falsam possit reus negare in totum, de qua modo aliquid diximus. Hoc enim posito, posse id reum, seqoitur bene qnod infert *Salic.in l.1 properandum §. sive autem alterutra C.de iudic. n. 41. vers. quid si in parte*: quod reus sit omnino absoluendus ab impensis & actor qui insistit, in omoes condemnandus. Specul. *de positionib.cap.7.n.20.& 21.* simpliciter affirmat, petitionem posse negari, quæ partim est falsa. Et in casu etiam quo plus quantitate est petitum, defenditur hæc sententia ex ratione Iuris antiqui, quo qui plus petierat causa cadebat: quod fieri non potoisset, si necesse habuisset reus de summa verè debita respondere. Verum hodie post eiusmodi sobrilitates sublatas, boni viri officio, & bonæ quoque fidei congruit respondere, quantum reuera debeatur: itaque omnioo recipienda est distinctio, quam attulimus ex *Gailio* inter quantitatem & qualitatem, & sancta est opinio *Bartol.in l.1.§.si stipulanti, n.2.de V.O.* calumniose agere Aduocatos, qui positionem super centum, cum reus debeat 50. simpliciter negant. Est alia opinio, quam referunt *Salic. d.loco de iudic. & Iason in d.l.proper. §. sive autem.n.15.* vt pro ratione & proportione victoriæ condemnatio in expensis fiat, cum vterque sit iustus & victor. Ego si quis sciens plus petat, aut neget in solidum, eum in solidum in expensas condemnandum non dubitem: sed in dubio magis responderem pro Reo: nam actor instructus venire debet, & scire quantum & quid sibi debeatur: & insuper requiritur, vt actor magis iustam habeat litigandi causam: vt rectissime notat *Decius in l.qui in alterius 42.de Reg.iur.in fin.* Inepte antẽ dicitur, qnod actor omnes impensas ferre & impetrare debeat: putat enim autor, qnod omnes teneatur solueri vt patet ex tit *d.lit. exp. in libr.18. tit. 2. Art.4.& 5.*

Agnoscit author Art.4. plures debitoris heredes, singulos tantum pro hereditariis portionibus posse conueniri; idque per textum iuris ciuilis. Et tamen ex aduersu singulos heredes creditoris nun dubie existimat posse agere in solidum, nec debitorem contra actionem ita motam excipere posse. Id quidem ex ratione iuris Romani plus quam perspicue falsum est: siquidem vtrimque personales actiones ipso iure & potestate L. duodecim tabularum diuiduntur, ita vt singuli heredes creditoris non nisi pro hereditariis portionibus agere possint, vt probatur *ex l.2.§.vlt.l.4.in pr.fam.erc. & l.heredes 25.§.1.eod.l.6.C.eodem l.1. C. de hered.act.* Et proinde cum vnus ex heredibus solidum petens plus petat, exceptionem plus petitionis debitor habebit, perindeatq; quiuis debitor habet contra creditorem plus petentem.

Res quæ cap.5. tractatur, prolixiorem desideraret explicationem. Eam sane autor non intellexit. Paucis agam & remissine. Et in reo omnimodo ita obtinet, vt quandocunque ipsi superuenia exceptio & defensio vsque ad sententiam, ab actione absolui debent. Sed in actore non eadem ratio occurrit, quoniam ab ipsius parte in iudicium res deducitur, & iudicium ipsum constituitur: adeo vbi initio actionis & litis contestatio, nullum ius agendi fuit, simpliciter videatur reus absoluendos, vtcunque postmodum ius nouum superuenerit actori. Et tamen hic insuper inter actionem personalem & realem, & porro inter rationem iuris veteris & noui distingui oportet. Si ita in rem admittit causam generalem velut, Hanc rem ex iure Quiritium meam esse aio. Itaque posse coniungi tempus quod secutum est, cum tempore litis contestatæ, vt condemnatio seqoi possit, nihil hic repugnante formula: velot & hanc sententiam simpliciter ita proponit *Iason in §.omnium Inst.de action.n.66. & Bart.in l. & an eadem 14.§.actiones de except.rei iud. nu.19.* quamuis ob rationem paulo ante allegatam, æquitati id Canonicæ tribuat *Io. Faber in d.§.1, Inst.de actio.n.18.ex cap.abbate sane 3.de re iud.in 6.* si modo vt d.cap. differit & accurate distinguit Pontifex, ex causa generali actum fuerit: ceteroquin si ex speciali causa actum sit, vix posse iudicem pronuntiare existimat: nisi ius ex causa de præterito dominium superueniat, vt amplius limitant & distinguunt *Iason in d. §.1.Inst.de action.n.66.& Angel.ibid.n.9.* Ego postquam hodie magistratus ipsi iudicant, crediderim indistincte esse, ex bona fide, vt iudex condemnet reum, si postea dominium actori superuenisse reperiat, modo reo expensæ, & quidquid ob actionem inepte institutam, eius interest, refundantur. Cum enim

enim ad summum, non nisi possit ab instantia absolui Rex, saluo actori iure iterum experiendi, quid ni his ambagibus sublatis recta Reus condemnetur, *add. Dd. & inprimis Castrens. in l. si serum 14. de cond. furt.* Hæc de actione in rem.

Actio in personam non potest institui, ex ratione iuris ciuilis, nisi inserta debendi causa speciali. Itaq; cum super causæ hac formula à prætore esset data, non poterat olim iudex pedaneus non probata illa causa condemnare reum, vt maxime ea alia causa liquidissimum ius superuenisset actori, sed noua & actio & formula impetranda erat: quin & quibusdam casibus omnino causa amittebatur, vbi res in casum, plus petitionis incidisset. Hodie sublata plus petitionis illa pœna, existimant Dd. post litem contestatam non posse mutari libellum (incidit enim istud in hanc tractationem) & ideo absoluendum reum, salua tamen noua actione. Quæ ambages non conueniunt rationi iuris noui, quo nulli amplius sunt iudices pedanei proprie, sed fere magistratus ipsi iudicant. Itaq; refundantur modo expēsæ reo, audiendus est actor, nouam causam probare aut etiam nouam rem petere volens, & quidem eodem iudicio, vt expresse ait *Iustin. in §. si quis aliud 35. Inst. de act.* Eodem scil. iudicio, propter continuationem negotii coram eodem magistratu, & quod noua citatione opus non est: ceteroquin si quis cauillari velit, vbi noua est petendi causa & alia res, possit videri nouum iudicium; vt explicaui ad Treutl. *de in ius voc. th. 13. & Tract. de action. disp. 1. th. 44. vide omnino Fabr. in §. si minus Inst. de act. & ibid. Iasonem n. 23. & eund. in l. edita* (vbi & ceteri Dd.) 3. *C. de edend. num. 27. & seqq vsque ad 41. Salic. ibid. n. 13 Sichard. in Auth. Qui semel Cod. Quom. & quand. iud.* Locus vnus & alter quem hic allegat author, nihil faciunt ad rem.

Apparet, quod in casu *Arrest. 6.* petitum fuit, non pertinuisse ad fundandam replicationem, sed imo ad fundandam actionem, ideoque bene & iure id negatum fuit: præsertim cum multi in dubium vocent, an ad fundandam replicationem actoris reus edere instrumenta sua teneatur *Donell. in l. vltim. Cod. de edend. Wesemb. in parat. de edend. num. 12. v. Cyn. Bart. Iasonem, Salicetum & ceteros in dict. l. vlt.* qui & interrationes & alia instrumenta faciunt differentiam.

Valde singularis consuetudo Galliæ est, relata *Arrest. 7.* quod nullos Gallus teneatur cauere de iudicato soluendo. Iure nostro quod proponitur *in Inst. de satisdat. partim & in Dig.* ipse quidem reus de iud. soluendo non satisdat, sed omnino satisdat, qui pro eo interuenit, siue sine mandato, siue cum mandato, licet de hoc liquidissime constet *l. vn. in f. C. de satisdando.*

Nisi Appanniciis Arresto deest negatio, perspicue falsum est, quod qui bonis cessit, teneatur, cautionem præstare de iudicato soluendo. Enimuero qui eam præstet, qui omnibus bonis cessit, &, si eam cautionem præstare possit, cur cedat bonis? & qui non amplius potest conueniri, vt est in citata *l. item 17. in pr. de recept. arb.* vt hic caueat de iudicato soluendo, implicet contradictionem. Lapsus, vt puto est autor, qui forte alicubi legit aut audiuit, de cautione, quam debeat præstare qui bonis cessit, non de iudicato soluendo, sed de soluendo, si quando peruenerit ad pinguiorē fortunam. (Neq; enim, qui cedit bonis, omnino liberatur, sed in residuum obligatus manet *§. vlt. Inst. de actionib.*) Eam quæstionem mouet Iason *in d. §. vlt. n. 4.* & remittit se ad *Baldum in l. 2. (quod cum eo, vbi n. 7.* respondet, teneri ad cautionem iuratoriam tantum: quoniam fideiussorem inuenire non possit: quod liquidum est.

AD TIT. II.

De syngraphis &c.

QVod *arresto* 1. habetur, non est alienum à ratione, vt, licet disputetur de incompetentia, tamen interim Reus cogatur agnoscere aut diffiteri chirographum. Sed vt negato chirographo admittatur actor ad probationem debiti apud incompetentem iudicem, vt habet arr. 2. id quidem prorsus non conuenit rationi iuris. Etenim hæc est disceptatio causæ principali, quæ tractāda est apud iudicem suum. Et quis vero fraudem alias fieri posse non intelligit, vt totum negotium principale trahatur ad iudicem incompetentem: si nimirum quis aliquem ad incompetentem iudicem trahat, & ibi eum agnoscere syngrapham cogat, & cōtra negantem probare possit: & est enim facilius longe, vt confessum soluere cogat non competens iudex, quam vt contra negantem audiat probationes: Et tamen contra tractatur *d. Arr.* ss. vt si quis agnouit chirographum, sit omnino remittendus ad iudicem suum: & cur non igitur & multo magis, si de probationibus debiti agatur. Hæc ego sane non expecto: sicut nec illud quod Arr. 3. vbi agnitio chirographi facta apud incompetentem iudicem pro nulla habetur. Atquin id pugnat cum *Arr. 2.* quo hoc saltem requiritur, vt qui agnouit, ad iudicem competentem remittatur. Et apertius *arr. 1.* quod coram iudice incompetente agnitio sit facienda: Et in Nota *Arrest. 3.* quod pro agnitione chirographi sint competentes omnes iudices. Explicet Apollo.

Agnitio chirographi est pro confessione, Confessus pro iudicato est, nec superest, nisi vt ei terminus ad soluendum detur *l. 1. 6. iud. solui.* Itaque repræsentare tum pecuniam debitor debet, nisi forte ad probationem solutionis se offerat. Comparatio per literas non satis est solida probatio, vt apparet *ex N. 73. in pr.* & res ipsa loquitur: sed & licet probationem factam proponas, qualem ratio iuris exigit, contra negantem tamen adhuc, non poterit fieri executio, nisi prius sit lata sententia.

Arrest. 5. ratio est, quam diximus, quod agnitio chirographi, vbi non excipitur de solutione, pro confessione est.

Propter contumaciam in propriis terminis, lis pro contestata accipitur, articuli pro confessatis habentur: Quid ni igitur & chirographum pro agnito habeatur. Mirum hic vero, quod *arrest. 6.* remedio adhuc alio opus est: & quid enim post confessionem vltra requiratur. Et merito hoc arrestum Nota reprehendit. Quod habet præterea Nota, ex chirographi agnitione, induci hypothecam, non habet rationem, vtiq; à ratione iuris nostri haud dubie aberrat, & merito ab *Ant. Fab. de err. prag. decad. 1. cap.* 1. refertur inter errores pragmaticorum. Si Arr. 7. recte se habet, oportet falsum esse, quod *Arr. 1. & Not. Arr. 2.* habet, pro agnitione facienda chirographi, quemuis iudicem esse competentem. Nec nouum est, vt autor sibi contradicat, qui arresta varia hinc inde sine iudicio collegit. Nota, dicta prouocat ad constitutionem, quam aliqui forte iudices ita acceperunt generaliter: sed eam alii ita putauerunt esse limitandam, si debitor in loco reperiatur. Etenim nimis sit absurdum, & imo ridiculum, vt quis v. c. ex domicilio suo ad iudicem alium possit

citari

citari pro agnoscendo chirographo: quomodo quidem ratio ioris & regula, quod actor sequatur forũ Rei eluderetur: cum agnitio chirographi sit loco confessionis: & iudex contra negantem iuxta *Art. 2.* possit admittere probationes.

Art. 8. habet errorem, de inducenda hypotheca ex agnitione chirographi. Iniuriam autem facit autor juri Romano, dum huic istum errorem imputat.

Quod APPENDICIS Art. 1. habetur, non video, quomodo possit excusari ab injustitia: vt Reus qui recusat agnoscere chirographum, & consequenter debitum negat, interim pendente lite cogatur soluere pecuniam. Nihil fingi potest absurdius, si ita vt jacet, intelligatur.

Velim autor rationes decisionum alicubi addidisset. Nam cum nec rapsodia ista satis liquide probet ita judicatum esse, nec præterea huiusmodi sententias præcise sequi alij judices teneantur, consarcinatores isti, non magnum faciunt operæ precium. Hinc in ratione append. *art.* 2. ait, syngrapham cui debiti causa inserta non est, nullam censeri: quod ille limitat, vt hactenus habeatur pro nulla, ne ex ea creditor possit sibi vsurpare beneficium repræsentationis, sed tamen valere eam pro confessione debiti. At enim facit summa ratio, & docent arresta superiora, confessionem debiti oportere sequi pecuniæ repræsentationem, & hanc illius esse effectum. Et ergo istud implicat contradictionem, sed & amplius, quod ait esse inquirendum de causa debiti, infert necessario quod syngrapha non sit pro nulla: & quid potius est, valere eam pro confessione. & de causa inquirendum esse: id quidem hysteron proteron est. Res ita se habet, chirographum sine causa datum, non omnino est nullum, sed si reus neget se debere pecuniam, tenetur creditor probare se pecuniam numerasse: cum causa expressa regulariter probationis onus incumbat debitori, *l. cum de indebit. §. vlt. de probation. c. si cautio ex. de fid. instrum.* vbi omnino *v. Felin. & Panorm. & add. c. ad Bart. in dict. l. cum de 22. §. vlt. & quos ibi allegat.* Art. 3. iudicio quoque labitur autor, dum putat nepotem defendi per *l. 7. §. 3. de pact.* Ibi enim ille stipulatus est sibi quid dari, vt faceret, quod iure alias tenetur. Itaque si nepotem stipulatum ponas à patruo sibi dari centum, si non luderet, non male allegaretur ille textus. Atquin in specie arresti, nepos promisit se daturum, si faceret quod in turpibus habetur. Et quid ni igitur obligetur? ad quod optime facit *l. 121. §. 1. de Verbor. Obligat.* Atquin si maritus in ea specie stipulatus fuisset, obligatio vtilis non contraheretur.

Quæstio subiecta in Nota, *Arrest.* 3. subinepte proponitur, & pariter respondetur. Ingentem de ea re concertationem esse falsum est, Doctores aliter statuere, quam textu expresso continetur magis falsum est. Omnes consentiunt, ex redditione chirographi induci tacitum pactum de non petendo: sed bonus vir non intellexit aliud esse, chirographum redditum esse: aliud, chirographum penes debitorem esse: potest ex alia causa esse apud debitorem, qui forte id subtraxerit: potest à procuratore qui pecuniam exigere debebat, mala fide redditum esse: quæ & alia id genus si contigerunt, non inducunt tantum pactum de non petendo. Ita omnes & *Fortun. Garz. in dict. l. 2. de pact.* quos & eorum opiniones congessit *Menoch. lib. 3. præsumpt. 140.*

Errorem in Nota repetitum, de hypotheca per agnitionem chirographi, iam sæpe explosimus. Et vero agnitio nihil aliud inducit, quam vt certum sit debitum: An igitur omne debitum, de quo constat, est hypothecarium? omnis ratio dictat, hoc esse falsum. Quid quod nec sententia hypothecam inducit.

AD TIT. III.

De Iniuriis.

IN *Arrest. 1.* ea quæstio attingitur, an veritas conuicij excuset injuriantem, de qua *v. And. Gail. 2. obs. 99. Mynsing. 4. obser. 4. Wesembec. in parat. de. iniur. num. 8. Clar. in §. Iniuria libr. 5. num. 15.* Illud non habeo pro absurdo, quod præfectus non in continenti iussus est deprecari: quoniam, vt proponitur, ex indignatione peccauit: tum præcipue, iniuriosum hoc ipsum censetur, vt illustris persona quasi ad palinodiam, plebeio homini condemnetur. Sed injuriam rex fecit, Indulgentiam concedendo: quod ab officio Principis est alienum: nisi forte tantum hoc remisit, vt ne deprecari cogeretur: quod sane potuit, cum & alias jure ciuili, hoc genus pœnæ sit incognitum, & ex causa injuriarum, an pecuniarie, ciuiliter, aut criminaliter agatur.

In Arresto 2. illud perspicuum est, quod conuentus & Religiosi injuriarum tenentur, eo quod male administrati magistratus crimen Balliuio objecerunt: nec ob hoc sub hunc tit. istud Arrestum referendum erat, sed sub tit. de Testibus. Ea enim longe majoris momenti quæstio erat, de repetendis testibus, ad petitionem Conuentus, eò quod testes dicebant, se non ita deposuisse, vt à judice relatum & communicatum partibus erat. Totum in eo positum est, an judex recte examinauerit testes: si enim in forma peccatum est, haud dubie examen pro nullo, & aliud examen instituendum erit. Sed recte puto iudicatum, & pro iudice, quem nulla alia hactenus adspersit suspicio, præsumendum: & vel solum iudicem posse examinare testes crediderim. Quo posito succedit doctrina Interpp. quod si post iuratam depositionem testis extra iudicium aliter deponat, eius assertioni fidem non haberi, per Dd. citatos ab *And. Gail. 1. obs. 104. n. 7.*

Arrest. 3. est singularis pœna contumaciæ: & egregia remissio in genere ad singularia Romani, quæ extant numero 827.

Arrest. 4. continetur iniuria in totam curiam & consiliarios, quasi hi fauore & gratia iudicaturi, & istis iustitiæ & iuris curam & administrationem posthabituri essent.

Haud dubie qui mandat delictum committi, ipse tamquam delinquens punitur *l. pen. C. si reus vel ac. vs. l. nihil 15. §. 1. ad L. Corn. de sicar.* quod de crimine iniuriarum expressum in *l. non solum 11. §. si mandatu 3 de iniur.* Et ratihabitio approbatioque mandato comparatur. Ea autem res non liberat à crimine & pœna eum qui iniurias dixit, licet ex mandatu. *dict. l. 11. §. 3.* & tamen videntur hic existimasse iudices. *Art. 5 inf.* Aduocatum à pœna immunem esse debere: quæ si ipsorum sententia fuit (& ea vero esse videtur, quia nulla pœna Aduocatus affectus fuit) haud dubie errauerunt.

Suaue est, quod *Arresto 6. inf.* monetur, per deprecationem illam nominis integritati nihil additum, sed detractum fuisse. Quæstio est vulgata, an actio ad palinodiam quæ hodie frequens est,

est, infamet, & an qui ita condemnatus est, fiat infamis. Quod sane videtur, quoniam ita damnatur iniuriarum, ita autem damnatus fit infamis *l. 1. de his qui not. inf.* Et tamen licet subtilis forte ratio iuris refragari videatur *l. non poterit 63. de furtis*, solet in sententia fama & honor reseruari *Gail. 1. obs. 65. num. 6. adde Mynf. 2. obs. 98. Marant. p. 4. dist. 1. num. 10. & seqq.* Rursus hic belle remittitur Lector, vt casum hunc quærat apud Iserniam *in cap. 1. quæ sunt Regal.* nimirum in 24. paginis integris in folio, tot enim habet Isernia cum Notis.

Iuramenta, vel potius detestationes huiusmodi, qualis refertur *Arrest.* 8. solent haberi pro blasphemiis: itaque sunt dignæ pœna. Illud autem subineptum, quod author hinc vult facere crimen læsæ maiestatis, quia coram parlamento ita locutus fuerat, ex *l. quisquis 5. C. ad L. Iul. maiest.* primo illa sanctio ab omnibus pro dura & tyrannica penè habetur, cuius quidam existimant ipsos auctores pœnituisse, *argum. l. sancimus C. de pœn.* 2. Ipse autor ait, iracundiam eam non fuisse directam aduersus curiam. 3. quod de consiliariis in *dict. l. 5.* dicitur, pertinet ad eos, qui perpetuo sunt in consilio principes, & cum eo administrant Rempub. cuiusmodi non sunt consiliarii illi in parlamentis Galliæ. Et denique omnes ita limitant illud *dict. l. 5.* si in persona consiliarii ipse petatur Princeps: non autem procedat, si quis alia ex causa in consiliarium quid moueat. Iterum non fere ita in genere allegari Iserniam. Bald. hoc tantum notat, quod Imperatori fiat etiam iniuria per alios, & quod satis offendat principem, qui subditos eius & partiales offendit. Etan igitur his omnibus casibus committetur crimen læsæ maiestatis? Quo iudicio isti homines tractant iura?

Potest etiam delinquere vniuersitas qua talis ex communi consensu: quo casu, contra quam videtur author existimare *arrest.* 10. etiam ipsum corpus: de qua re an & qualiter peccare possit & puniri vniuersitas *v. Bart. in l. aut facta §. nonnunquam de pœnis.*

Recte cautum *Arr.* 11. vt procuratores libellis subscribant: quod & sancitum *ordin. Cam. p. 1. tit. 22.*

Mirum *Arrest.* 12. non punitum iniuriarum, qui Commissarium pecunia corruptum dixit: quæ grauis est iniuria. Magis mirum ad excusationem admissum hoc solum, quod cliens secreto id factum dixit, vt explorari non possit. Quanta enim hinc calumniæ ansa? & quam ridiculum, vt ita quis iniuriam atrocem alteri factam excusare possit. Nimirum qui ab aliquo quid commissum dicit, altero iniuriarum agente, aut probare quod dixit, aut pœnam iniuriæ sustinere debet.

Causa iniuriarum per se, & ex natura sua summaria non est, vt videre licet ex speciebus summariæ causæ relatis *à Marant. p. 4. dist. 9.* sed potest recte ita constitui, vt sit ea summaria: idque pertinet ad tollendas discordias inter subditos, quo pertinet *Arr.* 13. cum nota: *& Arrest.* 14. quod formam agendi proponit.

Humanitatis ratio facere videtur pro *Arrest.* 15. vt minus agatur cum eo, qui fatetur vltro delictum, & agnoscit se deliquisse, sed si penitius inspicias, ea periculosa indulgentia est, & à ratione iuris aliena. Etenim 1. constat in foro seculari non curari pœnitentiam, nec ob eam quem liberari ab ordinaria pœna. Quotus quisque enim est, quem homicidii, sacrilegii, & aliorum scelerũ post facinus peractum non pœniteat. Deinde inuitat ad delinquendum indulgentia hæc, vt vir improbus quasuis iniurias petulanter dicat, qui sciat se per spontaneam confessionem pœna posse defungi. Et quam absurdum est, vt qui ex proposito, dolo malo, famam alicuius malitiose conuiciis proscidit, ita hoc quasi impune ferat, & nec teneatur iniurias solenniter decantare, quin & liberetur à mulcta pecuniaria, vt *Arr.* habetur. Nimiæ & non imitandæ hoc fuerit lenitatis: & perfacetum est, quod ista lenitas ex dictis Plauti & Terentii in Nota probatur: quæ scilicet egregie ad rem faciunt. Illud certum est, quod Nota habet *impr.* recantationes non debere fieri vbique, sed in loco iudicii coram magistratu. Illud in hac materia palinodiæ addo, iure nostro nullam huiusmodi actionem ad palinodiam proditam esse: sed natam eam ex moribus & consuetudine, & quod vulgo existimatur, per iniurias alteri famam & honorem detrahi: quod reuera contra est: & nimis lubrico loco sita esset hominum fama, si cuiusuis petulantis hominis lingua conuelli posset. Et non omnino tamen caret ille mos ratione, quia quisque talis esse creditur qualia audit: itaque visum fuit talem admittere actionem, qua alter se mentitum esse fateri cogeretur, & ita quodammodo honorem certum restitueret & repararet. Hic est enim actionis istius finis: vt oppido subeat mirari eos, qui dubitant criminalis an ciuilis sit hæc actio, multo magis eos, qui criminalem esse adfirmant. Ex numero & horum & illorum sunt *Maranta part. 4. dist. 1. numer. 10. & seqq. Gail. 2. obser. 65. Mynf. 2. obser. 78.* Iure nostro iniuriarum agitur aut criminaliter, aut ciuiliter ad pœnam pecuniariam actori applicandam, quæ & ipsa actio dicitur esse ad vindictam *l. 2. §. emancipatus 4. de bon. possess. cont. tabb.* vt hinc intelligatur errare eos, qui æstimationem quasi honoris & famæ, quæ imo est inæstimabilis, in eam actionem venire putant.

Illud probo *Arrest.* 16. vt fatente reo iniurias à se dictas, nulla inquisitio vlterior fiat: Et cui enim bono? ceteroquin est ibi eadem quæ *Arr. præc.* indulgentia,

Arrestum 17. duos scrupulos habet 1. quod feudum iudicauit esse commissum, ex eo quod vasallus in iudicio dominum dixit mentitum esse. Nam in §. 2. tit. 24. *lib. secun. feud. quæ fuit prima causarum*, si graues & inhonestas domino ingesserit iniurias vasallus, feudo priuandus est: atquin haud videtur ista adeo grauis esse iniuria, præterea cum in iudicio istud fieret, non tam iniuriandi animo, quam defendendi & retorquendi id dixisse humaniter interpretabimur: quibus casibus feudum non amittitur, vt post alios notat *Rosenth. de feud. cap. 10. conclus. 21. num. 12. & 17.* Idque communiter in hac materia obtinet, vt animus sit spectandus *vid. Ægid. Boss. pract. crim. de iniur. num. 4. Gail. 2. obser 99. num. 5.* Alter scrupulus est, quod Arresto vasallus tantum quo ad personam suam priuatus feudo est, ita vt vasallo mortuo redeat feudum ad heredes. Equidem mediam hanc sententiam nonnulli sequuntur: quam latè nititur defendere *Hart. Pist. part. 1. libr. 2. quæstione 15. numer. 27. & seqq.* sed reprobatam magis communiter esse hanc sententiam docet *Rosenthal. d. Tract. cap. 11. conclus. 9.* Et præterea qui cum Pistorio sentiunt, id tantum statuunt in agnatis, quibus difficilius præiudicare potest vasallus, longe autem facilius liberis: nec quo ad hos, puto vllum istius esse sententiæ quam præfert Arrestum, quod post mortem vasalli, feudum redire debeat ad heredes eius.

Crimen falsæ monetæ, atrox est: & consequenter atrox iniuria, si quis aliquem eius criminis reum arguat. Itaque rursus nimia est indulgentia *Arrest. vltim.* qua reformatum est decretum iudicis inferioris, quo iniuriator ad solenniter deprecandum fuit condemnatus. Quin imo decretum istud iustissimum fuit.

Appendicis *Arrestum* 6. aut non intelligo, aut cur locumtenens priuatione officii multatus fuerit, non capio.

Magis laborat Arrest. 7. Ait, si ex causa iniuriarum sit facta condemnatio pecuniaria, pœnalem amplius repeti non posse. Quasi vero pecuniaria condemnatio non possit esse pœnalis. Imo ex causa iniuriarum omnis condemnatio est pœnalis: & ipsa iniuriarum actio est pœnalis, quæcunque etiam ad pecuniariam condemnationem instituitur: quod plusquam & tyronibus etiam iuris liquidum est. Et videtur author errore captus, pœnalem & criminalem causam confudisse. Nimirum interest inter actionem pœnalem & accusationem criminalem. Actio furti in duplum vel quadruplum, pœnalis, sed eadem ciuilis est, & diuersa à persecutione criminali, de qua in *l. vltim. de furt.* Et ex omni delicto, quod ciuilem pœnalem actionem parit, etiam criminalis est persecutio, *l. vlt. de priu. delict.* sed de concursu & cumulatione, & an vna alteram consumat, non leuis est quæstio, si in genere tractatur. Sed quod causam iniuriarum attinet, quoniam actio hæc non ob damnum patrimonio illatum datur, sed vindictam persequitur, licet pro pecunia concludatur, vt sup. diximus ex *l. 2. §. 4. de bon. poss. cont. tabb.* res non dubia est quin per actionem iniuriarum etiam consumatur persecutio criminalis, quoniam in actione iniuriarum de ea ipsa re principaliter quæritur, quæ venit in criminale iudicium, vt docet *l. prætor. 7. §. 1 de iniur.* In particulari hanc rem exsequi, nimis fuerit prolixum. *vid. Cynum Bart. Salic. & ceteros in l. vn. C. Quand. ci. act. cau. crim. Gomez. 3. resolut. 5. n. 4.*

Vetus Comœdia acerbe lusit in vitia vt & personas tantum non expresse notaret, cuius rei vnus Aristophanes abunde fidem facit. Pari licentia olim & in Fescenninis versibus vsos fuisse constat: sed quia ea licentia abusi plerique, & ea quasi erupit in rabiem, & periculum erat, ne quoq; bonis viris per calumniam iniuria fieret, libertas & licentia coercita fuit. Ad hanc rem pertinent ista Horatii Epist. ad Aug. lib. 2. Epist.

Fescennina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter donec iam sæuus apertam
In rabiem cœpit verti iocus, & per honestas
Ire domos impune minax, doluere cruento
Dente lacessiti; fuit intactis quoque cura
Conditione super communi, quin etiam lex
Pœnaq; lata: malo quæ nollet carmine quenquam
Describi. Et de arte Poet.

--- In vitium libertas excidit & vim
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusq;
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.

Recte itaq; *arr.* 8. conuiciis huiusmodi inter ludos & iocos interdictum fuit.

Id quod agitatur Arrest. 9. an veritas iniuriæ excuset iniuriantem, iam supra attigimus h. t. & est apud *Gail. 2. obs. 99. Fachin. 9. contr. 10.* & ceteris sup. & hoc Arr. allegatos.

Certissimi iuris est, distinguendas iniurias atroces ab leuioribus: & pro his non facile permittendum, vt extraordinarie & criminaliter agatur. Atrocitatem iniuriæ ex tribus æstimari additur in fin. ex persona, tempore & Re. De priori constat, sed & de posteriori, id est quod atrox sit iniuria, ex qualitate ipsius conuitii. Tempus non satis video, quid ad rem faciat; & distinctio quæ in furto locum habet, nocturni & diurni, specialem habet rationem, quæ cessat in hoc delicto: magis facit locus, veluti si publice alicui sit facta iniuria, possunt & aliæ circumstantiæ aggrauare iniuriam, nec recte omnes ad tria capita reuocantur.

Arr. vlt. non recte distinguit inter iniurias reales & verbales: sed debet distingui inter actionem iniuriarum ciuilem in specie dictam, & prætoriam. Hanc nihil prohibet etiam moueri pro iniuriis realibus & ea vero annalis est, illa autem datur pro iniuriis realibus tantum, ex L. Cornelia, quæ est ciuilis: & ideo ex regula communis iuris *in pr. 1, de perp. & temp. act.* actio perpetua est, vel potius ad instar ceterorum iudiciorum criminalium, viginti annorum. Extant inter Altorfina consilia, responsum 43. & 44. quibus contenditur, etiam hanc ciuilem actionem anno finiri, pro qua autoritates varias congerunt, ceteroquin leuissimis argumentis pugnant. Et verior est opinio, quæ regulæ innititur, & hanc ciuilem actionem post annum etiam durare censet: quæ olim Martini fuit, quam & sequitur *Salicet. in l. 5. Cod. de iniur. numer. 3. in fin. post Bald. in dict. l. 5. in fin. & gl. in l. Lex Cornelia 6. D. eod.* quin eam esse communem opinionem testatur *Balb. de præscript. p. 4. p. 4 princ. q. 5. n. 3.* & eam, (quod plurimum in praxi facit) præiudiciis Cameræ confirmatam testatur *Mynf. 5. obs. 7.*

AD TIT. IV.

De interdicto vti possidetis.

Interdictum hoc pro rebus tantum soli dari, constat, non pro mobilibus, nisi forte, vt *Arrest. 1.* notatur, per consequentiam, & ob cohærentiam, arg. interdict. vnde vi *l. 1. §. illud 6. D. de vi arm.* probat *Menoch. hoc Interd quæst. 37 n. 283.*

Arrest 5. non satis scio quomodo intelligat, filium hereditatem paternam vindicantem, & Interdicto experientem. Neq; enim hoc Interdictum pro hereditate dari potest.

Arrest. 6, mirum, quo iure pars victa cogetur soluere, quod forte dilapidarunt & consumpserunt sequestri: nisi forte ad eius interpellationem rem sequestratam fuisse ponas, vt culpa forte in ipsam experere debeat.

Ait *Arrest.* 7. citatum nullas expensas debere nec damna nec interesse, si statim cedat in limine iudicii, & nullam amplius controuersiam moueat. Equidem si cedat ita statim, non potest fundari contra eum Interdictum hoc: sed quid si ante fecerit molestiam possidenti eumque turbauerit, & damnorum expensarumque causam præbuerit, an id impune feret, & possessor hoc damnum ita sustinere tenebitur? Hoc quidem fuerit absurdum. Generaliter nimis loquitur & negat hic author. Enimuero cessante isto Interdicto, actione ex L. Aquilia vtili, vel aliis competentibus agendum erit contra eum qui turbando damnum intulit alteri. Insubtiliter loquitur in fine Adiudicatio, inquit, damnorum

minorum &c. nō procedit à consensu. Et vero quomodo à consensu procedere possit? Debebat dicere, non posse fundare iudicis officium, ad condemnādum eum, qui actori controuersiam non mouet. Sed & porro insubtiliter ait, procedere adiudicationem ex contractu tantum, si contendatur, vt & possideat: Nemo quidem hunc contractum dixerit; sed dicitur quasi contrahi per litis contestationem *l.3.§.Idem 11. de peculio.* Verum vt dixi, de damnis quæ intulit turbatio præcedens, propriis actionibus sibi consulere turbatus debet. Nam & ita, si possessor vindicante domino cedat victo possessione, vt vindicatio fundari non possit. *l.vlt.de rei vind.* an propterea fructus retinebit, quos ætas cum ipsa restituere condemnatus fuisset? Quis non videat, hoc fore absurdum?

Ecquis vero non intelligat differre Interdictum ab noui operis nuntiatione, quæ etiam eo casu quo fit per prætorem, tamen fit extraiudicialiter: & proinde eius effectus tollitur cautione, quæ ius integrum conseruat nuntianti: cum probato postmodum iure nuntiandi, vi cautionis alter opus demoliri teneatur, textus sunt in *l. de pupillo §.si is cui 17. & vltim. l. non solum 8. §. 2. & 4. l. prætor. 20. §.1. & §.hoc Int. 10. de nou.op.nunt.* sed post *l.vn. Cod. de nou.op.nunt.* vti quidem ea communiter accepta etiam à iure Canonico est *c.pen. & vlt. eod.tit.* receptum est, vt si nuntians intra 3. menses paratus sit de iure suo docere, interim alter nec oblata satisdatione ædificare possit: bona ratione, vt occurratur vanis sumptibus, & demolitionibus & porro litibus secuturis. Quanto minus instituto Interdicto, non admittendum erit ius ædificandi, quantumuis oblata cautione, iuxta *Arrest.9.*

Porro potest sane quis per ædificationem alterius in possessione turbari, vt possit esse locus huic interdicto vti possidetis: sed tamen vbi ædificium iam in molem aliquam excreuit, & iam formam habet aliqua perfectam, commodius intentatur Interdictum *Quod vi aut clam,* & est de opere facto: quo continetur, vt opus factum destruatur, aut quanti interest, præstetur. *t.t. Quod vi aut clam.* Quo interdicto proposito, certum est non audiri eum, qui oblata satisdatione pergere porro in opere cupiat: quo refero *Arr.10.*

Interdicto, vti possidetis, etiam iure ciuili obstat exceptio & præscriptio annalis *l.1. in pr. vti possid.* sed ratione eius quod interest & damni dati ante annum: ceteroquin quamdiu durat turbatio, semper agi potest hoc Interdicto. Hinc, si quis turbauerit aliquem, eique hoc nomine damnum dederit: mox turbare desierit, & exinde annus elapsus sit, nō potest Interdicto isto vel actione vtili conueniri, plane si quod ad turbantem ex ea re peruenerit, pro eo perpetua actio erit. *l.pen.de interdictis.*

Conductor non possidet, sed ipse locator: itaque neċ à tertio potest hoc interdicto conueniri: tanto minus potest à locatore, scilicet, qua conductor: quippe qui nullam possessionis cōtrouersiam mouet locatori, sed tantum ius ex contractu sibi asserit, quod si locator dicat, finitam locationem, aut alias alleget iustas causas, propter quas locationi stare non teneatur, de quibus in *l. ædc C. locati.* habet actiones proprias ex contractu, aut, vt quidam arbitrantur, etiam rei vindicationem. Non tenetur, vt dixi, hoc interdicto conductor qua talis: At enim si negare velit se conductorem & certū sibi asserere incipiat, cum hoc modo possessionem interuertat quodammodo locatori, hactenus interdicto recte conuenietur, quid enim si neget domino pensionem, & rem ad se dicat pertinere. Probantur hæc ex *Iasone in l. 2. Cod. de iur. Emphyt. num.157.* & eodem *in l. 2. & 7. Cod. de præscr. 30. ann. Cyno. & Salic. ibid. Zasio in l. 3. §. illud 19. num. 10. de adquir. possess.* Et facit textus *in d. l. 3. §. si rem 18.* Idque forte voluit Nota *Arrest. 14.* valere Interdictum, si conductor de proprietate controuersiam moueat, sed & satis est, moueri super possessione.

Duo domini, qui superiorem habent, alter contra alterum, turbantem v. c. in seruitiis subditorum, Interdictum istud mouere possunt: quem casum tractat *Menoch. in hoc Interd. num.115. & seqq.* sed sane, quod recte monetur *Arrest. 15.* ipsi qui se subditos fatentur, non videntur conueniendi hoc Interdicto: quippe qui non sunt habiles personæ, quæ Principem suum turbare, & eius sibi possessionem asserere possint aut debeant: verum priuilegio aliquo aut alia ratione ius suum sibi defendant.

Appendicis Arrest. 1. perspicuum, quod ante traditionem rei, nullum in ea emptor ius, nec possessionem habet: quod tyrones sciunt. Ampliat id Nota, licet contractus habeat clausulam constituti vel precarii. Ea vero ampliatio falsa est. Nam qui alieno nomine constituit possidere, ipse possidere desinit; & alter possidere incipit. *l. Quod meo 18. de adquir. possess.* adeo quidem, vt multi naturalem etiam possessionem hoc modo transferri putauerint, vt patet ex *Bart. & ceteris in l. 3. Cod. de pignoribus.* Ciuilem autem transferri nemo sanus negauerit: nec rursus dubitant Interpp. quin & ciuiliter tantum possidenti accommodetur hoc Interd. vti possidetis, imo neminem dubitare ait *Menoch. in hoc Interd. quæst. 2. n. 22.* idque ipse Faber citato loco tradit: nec vllo colore recusari aut defendi hæc Nota potest.

Arrest. 2. *App.* recte condemnati fuerunt Rei ad restituendos fructus etiam quos non perceperunt, (quos tamen alius possessor percipere potuisset) si modo fuerunt malæ fidei possessores: potest autem & bonæ fidei possessor hoc Interdicto conueniri, qui ita non erit condemnandus.

Subiecta Nota laborat: & eius autorem tantum confusam habuisse aliquam cognitionem apparet, prorsus ego non capio; quomodo tria iudicia hic faciat, & quomodo iudicium sequestri coniungat. Equidem sequestrum possidere, & ei interdicta possessoria (licet in proprium commodum non possideat) dari non dubitatur: qui autem iudicium sequestri diuersum sit, non capio: nihil enim huc pertinere potest actio quæ partibus contra sequestrum datur. Male etiam ponit, iudicium possessionis, quod sit PLENÆ manutentionis: nullum enim tale iudicium est possessorium: sed omne post se relinquit causam & quæstionem proprietatis. *l. 2. C. vbi in rem act. in f. l. 3. C. de interd.* Et alio sensu plenarium possessorium faciunt Dd. quod ibi plene tractetur ad quem pertinere debeat possessio: quod in momentaneo dicto possessorio non fit, sed summarie tantum, quem interim possidere oporteat, cognoscatur. Et est ista fere recepta diuisio iudicii possessorii in summarium siue momentaneum & ordinarium siue plenarium, *Gail. 1. obser. 7. & 1. obs. 147. Marant. part. 6. vbi de appellat. num. 294. cum seqq. Wesemb. in parat. de app. num. 8. Menoch. in prælud. recup. poss. n. 24. & seqq.* Et asseritur & illa distinctio, quod in summario appellari non pos-

ſit, ſed poſſit in ſummario: quamuis aliqui inter effectum ſuſpenſiuum & deuolutiuum, alii inter ius ciuile & Canonicum diſtinguant, v. citatos & *Conarr. pr. q. 23. Fr. Viu. 2. comm. opin. 22. Bart. in l. 2. de recip. appellat. & alios in l. vn. C. ſi de mom. poſſ. fuer. app.* Teſtatur plane Gail. *dict. obſ.* 147. in Cam. receptum, vt & hic appellatio executionem ſuſpendat. Hæc ita fere recepta ſunt, ſed ſane inulta Iuriſprudentia Rom. ſecundum quam tantum eſt vnicum iudicium poſſeſſorium: & à quo non appellatur vllo modo, nec ad effectum deuolutiuum: & omnis cauſa poſſeſſionis habetur pro cauſa momenti, quatenus confertur cum cauſa & quæſtione proprietatis, quæ iure noſtro ſtatim ſequi debet cauſam poſſeſſionis, & quidem apud eundem iudicem *l. 3. C. de interd. l. nullo C. de iudic. l. ordinarii Cod. de rei vind.* Neque enim eo iure lites immortales erant. Veritatem iſtam viderunt *Caſtr. & Salic. in dict. l. vn. C. ſi de mom. poſſ.* qui & rectiſſime oſtendit, quam fœde Br. & alii ſint lapſi, qui ex *dict. l. vn.* diſtinctionem illam effectus ſuſpenſiui & deuoluti ius ſunt commenti: vt eſt enim de natura omnis appellationis, vt iudicatum ſuſpendat, imo pene extinguat *l. 1, §. vlt. ad SC. Turpil.*

AD TIT. V.

De Interdicto unde vi.

QVæ Arreſt. 1. author habet, merentur caſtigationem, ſi tamen quidquam in iis eſt *vitii*. Regulæ vulgatæ, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, tres habet autor limitationes. Prima, ſi reus pacificum & naturalem poſſeſſorem fuiſſe ſe dicere & aſſerere poſſit. Et an igitur contra eum qui naturalis fuit poſſeſſor & pacificus, non habebit locum hoc Interdictum, & ille impune quemuis ſpoliare poterit? Falſiſſimum id quidem eſt: & qui fuit poſſeſſor, amittere poſſeſſionem modis aliquibus poteſt: quam iure perſequi debet, nō ſpoliare: quod ſi fecerit, Interdicto merito ad reſtitutionem tenetur. Quæ autem pro iſta limitatione profert author, mihi ſunt obſcuriſſima, & contradictoria: neque ea curanda ſunt. Altera limitatio ſuauis eſt, cum ſua ſublimitatione: Nimirum poteſt & alius Princeps non communis, ſed ſolius ſpoliantis, ſtatim iuſtitiam adminiſtrare imploratus, & cogere ſpoliantē vt reſtituat: neq; adeo dicendum eſt hoc iuris eſſe vel non: quod ex facto pendet & iniquitate fortaſſe Principis: ſicut ex aduerſo contingere poteſt, vt Princeps communis non ſatis ſtatue adminiſtret iuſtitiam, & differat ad reſtitutionem compellere ſpoliantem. Et longe alia eſt limitatio, aliaque eius ratio apud *Paul. de Caſtr. ad l. 2. C. de Ed. D. Hadr. toll.* in extremo quod tunc non teneatur quis ſtatim reſtituere, ſi reſtitutione facta, non maneret ſalua cauſa proprietatis: vt in ſortalitio, quod difficulter recuperari poſſit, & periculum ſit, ne contra poſſeſſorem ius ſuum in petitorio quis conſequi non poſſit. Quod attinet ad limitationem 3. ait *Bald. citatus num.* 6. quod ficta poſſeſſio continuata, non pariat poſſeſſorium recuperandæ. Quo poſito, limitatio reuera eſt nulla, & ita ficte poſſidens non habetur pro ſpoliato. Et iure ciuili liquidiſſimum, quod poſſeſſio in heredem non continuetur. Quod cum ſecus ſit in Gallia, poſſit heredi, vbi alius occupauit poſſeſſionem, hoc Interdictum defendi, quod præſertim ex ſententia Dd. etiam ciuiliter tantum poſſidenti datur.

In ſpecie Arreſt. 2. apparet rem totam in fraudem actam: & inprimis, quod impetrauerat reſcriptum de non turbando, quæ alterum violenter poſſeſſione ſpoliauerat. Neque vllus color eſt, in allegata litis pendentia, quæ nulla eſt: neque poteſt dici remedium vllum exceptum iure fuiſſe, quo ſpoliato adimeretur Interdictum. Quid ſibi tertia ratione credit author, non ſat intelligo: nam conſtat & prædoni contra ipſum dominum dari hoc Interdictum: & quod violenta poſſeſſio non ſit poſſeſſio, vtique falſum eſt, neque id ſiue autor ſiue *Boer. deciſ.* 161. probant *ex l. fin. in pr. Quod vi aut clam.*

Append. *Arreſt. vn.* nec rationem dub. habet. Quid ni enim vxor poſſit habere poſſeſſionem, & conſequenter ſpoliata, hoc interdictum, ſuanis alias & ſcilicet Iureconſ. digna admonitio eſt, ſpoliatum reſtituendum eſſe, licet in principali male fundatus ſit. Nec enim auditur ſpoliator, referre volens quæſtionem dominii, licet hoc incontinenti probare ſit paratus, quam ſententiam teſtatur eſſe communem *Menochium. 1. recup. poſſ. quæſt. 21. numer.* 239. Itaque cum hæc exceptio non audiatur, ſubinepte proponitur, quod ſpoliatus in principali non ſit bene fundatus.

AD TIT. VI.

De modis adquirendæ poſſeſſionis.

ARreſto 2. quod habetur, iure noſtro certum eſt, quod, ſi quis rem donet, reſeruato ſibi vſusfructu, hoc modo poſſeſſio & dominium transferatur, quoniam iſtud conſtituti vim habet. Et proinde rei ita tranſlatæ, poſſeſſio vtpote iam occupatæ, in heredem ex ſtatuto Galliæ, continuare non poteſt. Et oppido quam inſulſa eſt ratio dubitandi, quod ex contractibus, qui facti ſunt, non poſſit transferri poſſeſſio quæ eſt iuris: vel quoniam & ipſa poſſeſſio, præſertim, quoad adquirendum, plurimum habet facti: vel potius, quoniam non ex contractu tranſit poſſeſſio & dominium, ſed ex traditione: quæ licet ficta ſit, nihilominus tamen veram poſſeſſionem transfert: quod & multis aliis caſibus contingit. Vt poſſeſſio adquiratur, oportet animum adprehendendi in altero adeſſe: itaque ſi pro naſciturис curia ita iudicaſſet, vt in ſ. ſignificat autor, ſane à iuris ratione aberraſſet.

Quod Arreſt. 2. dicitur de legato, qua tali, verum eſt: ſed quod de donatione mortis cauſa, ex ratione iuris noſtri, falſum. Nam quod ſupr. tit. *dict. ſtat. bon.* ex Dd. retulimus, donatio mortis cauſa quo ad ineſſe deductionem, ſapit magis naturam contractus: & cum præſenti donatario, aut alteri eius nomine acceptanti fiat, ſtipulatione non tantum, ſed etiam hodie, quod omnes ſtatuunt, nudo pacto, omnimodo etiam admittit clauſulam cōſtituti: nū puto vllum ex Interpp. diſſentire: & prorſus nec hilum ad rem facit *l. filium* 56. *ad Trebell.* Et eſt adeo omnino vitioſa iſta ad Arr. 1. limitatio.

Poſſeſſio vtique poteſt transferri ſub conditione: Itaque exiſtente conditione tranſlata erit ex clauſula conſtituti, poſſeſſio: etiam citra clauſulam, *ex nunc prout ex tunc.* Et addo *ad arr.* 3. quod per clauſulam conſtituti & omnium bonorum poſſeſſio transferri poteſt, quamuis contra hanc Dd. opinionem diſputet *A. Fab. de err. pragm. decad.* 57. *e.* 1. *&* 2. ſed friuolis rationibus.

Nemo dubitat, quin verum ſit, quod eſt Arreſt. 4. quod ſufficiat traditio facta per clauſulam conſtituti, vt potior ſit, cui ita res tradita eſt, eo, qui poſt rem apprehendit: vid. Iaſ. in *l. quotiens*

15. *de*

35.C.de rei vind.n.14.15.& 16. nec probandum est Arr. contrariū, qood allegatur in Nota. Ratio solidissima est, quod hoc modo & possessio & consequenter dominium transferatur, vt ita necesse sit huic contra posteriorem competere rei vindicationem: nec enim dominium iam translatum, amplius in alterum transferri potest. Excipere solent Interpp. donationem à principe factam, quod & addit Nota: & ita *Gail.2. obs.55. Fr. Cald.in l.3. Cod.de in inf. test. num. 109.& alij plures citati à La sone in dict.l. quotiens Cod. de rei vind. num.5. & seqq.* sed cum in alus contractibus diuersum statuant, & hoc qooque, quod Princeps in contractibus vtatur iure priuatorum, consequenter futiles sunt rationes quas congerit *Gail. dict. loco*: neque probari potest, quod per triplicem conuentionem principis transferatur dominium, qua sola ratione opinio illa defendi potest. Et ipse Iason male citatus in *Nota* contrarium defendit *num.* 10. per plures ibi adductos, & ab *Hart. Pistor.lib.2. quest.29. n.20.& seqq.add. Schr ad.de feud.p.5. cap. num.19.* Illud probo qnod in f. Notæ additur de cessione actionis: per eam enim nullum ius reale transfertur: sed tantum ius exercendi actionis, quod ius in persona occupantis per litem contestatam firmatur: ante qood factum & ipse cedens præuertere potest *l.3.C.de nouationib.*

Ita vt habetur Arrest. 5. refert iudicatum *Tiraq. citato loco num.23.* qui & *tota ea limit.7. & 6.* probat sine titulo valido nihil operari clausulam constituti, vel precarii, aot vsusfructus reseruationem. Sed vt maxime ita habeat communis opinio, vt ex dd. locis probatur: at obstat textus *in l.1. §. si vir vxori de adquir.poss. iunct. l.cum hic status 32. §. si maritus de don.inter virum & vxor.* vna cum hac iuris ratione, quod nihil habet commuoe possessio cum proprietate *l.naturaliter 12. §. 1. de aquir. poss.* Ex qui non vult possidere, vbi deest titulus, licet dominus maneat, tamen possessionem amittit *dict. §. si vir vxori.* Nec quidquam interest quo ad transferendam possessionem, siue sit modus verus siue fictus & generaliter per constitutum possessionem amitti & transferri, scriptum est in *l. quod meo 18. in pr. de adquir.poss.* Nec mouet ratio Tiraq. *dict. num.* 23. quod ex quo manet alter dominus, precarium coositere & operari non possit *l. neque pignus 45. d.R. I.* vel quia diuersum possit esse in constituto, vel potius quia de regula *l.* 45. fallat, vbi possessio in aliuo translata est: nam & in *dict. l.* 45. negatur consistere conductionem rei suæ: & tamen dominum, qui v. c. pignorando possessionem traostulit, rem suam conducere posse probatur disertis textibus *in l si pignus 37. de pign. action. l.res pignoris 37.de adquir.poss.* Itaque ex ratione iuris contra hoe Arrest. & contra communem disputari possit.

Sensus contentorum *Arrest.* 6. est (oam contextus plene turbatus est forte per errorem Typographi) quod licet heres ex consuetudine Galliæ habeat possessionem in se continuatam, vt remedio ex *l.vlt.C. de edict. Hadr. toll.* non videatur indigere: possit tamen eo vtiliter vti, ad hunc effectum, vt citatis illis, qui controuersiam moturi essent, & publicato testamento, iudicis authoritate habeat possessionem, ne qui forte abintestato se prætendunt heredes, controuersiam possessionis moueant & eam apprehendant. Sed illud hic aduertendum, quod Tiraq. in Tract. *Le mort saisit le vif part.2. declar.7.* late tractat, statutum illud ad legitimos tantum heredes, non ad testamentarios, nisi iidem quoque ab intestato fuissent successuri, pertinere: aut nisi sicubi expresse consuetudo de testamentario herede loquaror: iuxta cuiusmodi consuetudinem contenta huius *Arrest.* 6. erunt accipienda. Eristo posito ipse Tiraq. citato loco *n.13.* scribit, heredem testamentarium licet saisitum, remedio ex *d. l. vlt.* vti posse.

Arr.7. ita disputat author, vt vix credam, eum recte rem intellexisse. Apud *Decium consil.239.* nihil reperio: & in *consil.* 226. de constituto diuersus ralius tractatur: sont & apod *Boer. decis.172.* Distinctius rem proponit *Guid.Papa decis.* 512. in cuius opinionem, prauo autoris iudicio *in f.* (ibi enim pro Paponio legendum est Papa) improbatam, omnino deicendo. Neque enim potest, constitutum primo & secundo donatario post mortem illius substituto, hactenus prodesse, vt vterque possideat: Itaque cum & præmortuus sit donator superstite primo donatario, hic iam clausula constituti effectum suum in huius persona, sicut & statim initio iam tanto magis consecuta est. Et vero iuxta Paponii sententiam, necessum esset constitutum primi donatoris, mortuo primo donatario sine liberis retrotrahi ad tempus donationis primo factæ, quasi iam tum primus donator eultus fuisset, & recta secundo donatum fuisset; quod nimis fuerit absurdum: & vt recte *Guid.Papa* extrema habita, qoæ requiruntur, vt constituto transferatur possessio penitus hic deficiunt.

De Art.8. iustitia infra loco quo temeritit autor, videbimus.

Quod *Arrest.9.pr.* habetur, verum est: Neque enim ex eo quod dicitur rem traditam esse, hoc factum esse seqoitur; sed ab eo qui postea se dominum factum dicit probari debet. Non satis autem recte tantum tres modos istos ponit; sunt enim longe plures traditionis fictæ modi, & inprimis traditio clauium, obsignatio, v.c. apud horreum appositio, custudis, rei etiam ex turre demonstratio, quæ alter apprehendere se dicit, qui in *tit.de adq.poss.* proponuntur. De primo requisito trāsferendæ per constitutū possessionis, diximus *sup.h.t.ar.5.* Alterū nimis perspicuum. Qui enim possit transferre possessionem qui eam ipse non habet. De tertio requisito adde *Decium cōs.226.* Quartum requisitum pendet à secundo: & tamen vt sup.monui putat *A.Fab.dec.57. e. 1.& 2.* vniuersiorum bonorum possessionem per cōstitutum transferri nō posse. Et sane quæ huiusmodi fictione quadam à iure recepta sunt, intra terminos suos restringi potius, quam extendi debent: ceteroquin ex textu citato *in l.65.pro soc.* inepte id infeatur. Non etiam video quare plus tribuat reseruationi vsusfructus, quasi hæc faciat, vt etiam bonorum post quæsitorum protinus sit translata possessio. Id quidem ex *l.35. §. 5. de donation.* probari falsum est: Et ego iterim ampliabo, vel magis dissentiam vsq; dum ea sententia melius proberur.

Appendicis Arrestum non improbo: sed velim id propositum fuisse nudum sine textibus, qui *vidi magis vexarunt.*

AD TIT. X.

De Sequestro.

NOn recte sequester & curator bonorum pro eodem accipiuntur. Ille in specie & proprie est rei litigiosæ: hic fere bonis vacantibus datur. Et videtur hic agi de curatoribus, qui dantur bonis, quibus debitores cesserunt, iuxta *l. vlt. de cur.bon.dand.* Et potest tamen etiam intelligi, do cu-

ratore bonorum vacantium quæ heredem non habent *l.1.d.t.Et l.2.eod.tit.* cauetur, vt magistratus consensu creditorum eos constituat: quod & vult *Arr.1.* sed nihil eo pertinet *l.in vendit.de reb.aut.iud.poss.*

Cur Arrest 2. ternarius numerus vocetur effrenis, & cur tres constitui non debeant, rationem expecto. Plane totidem curatorum bonis datorum expressa mentio est in *l.2.§.2.& 55.de curat.bon.dand.*

Colligitur alias ex arrestis huius tit. faciliores esse magistratus Galliæ ad indulgendum sequestrum: quod iuri nostro non conuenit: quo non nisi singularibus casibus sequestratio permissa: quos *v. apud Dd. in l. vn. C. de prohib. seq. pecuniæ. Gail de Arrest. c.1. Gædd. tract. de sequest. cap.1. add. Wesemb. consil. 7.*

AD TIT. XII.

De Petitorio post possessorium.

De coniunctione horum iudiciorum & cumulatione aliquid adspergendum est: Ratio ordinarii iuris est, vt qui dicit se esse dominum, id probare necesse habeat, & vbi id probare debet & necesse habet, oportet alium esse qui impediat, quominus rem suam tenere possit, & facit, vt ea probatione oneretur. Et is nimirũ aduersarius est, quem dicimus possessorem. Istud enim est commodum possessionis, vt in ea defendatur quisque, donec alter melius ius sibi competere probet, vt videlicet, iuxta terminos hos, probet se esse dominum *§. retinendæ 4. versic. commodum Instit. de Interd.* Itaque vt constet, quis onere probandi grauari, quis ex aduerso possessoris commodo frui debeat (nisi enim alter se probet dominum, possessor absoluitur) oportet ante omnia constitui quis sit possessor: quæ naturalis adeo plane ratio est, vt prius disceptetur de possessione, & tum demum audiatur quæstio proprietatis: quod clarissime decisum iure nostro, *in l.3. Cod de interdict. l. nulli 10. Cod. de iudic. l. ordinarii 13. Cod. de rei vindic.* secũdum quæ hæc duo iudicia simul cumulari tractarique in iudicio non possunt, quæ olim fuit *Ioh, & Azonis* sententia verissima: à qua tamen recessit communis schola post *gloss. in l.3. C. de Interd. & in l. nihil 12. §.1. de adquir. possess. vbi Bart. & alii prolixe, & inprimis Salicet. in d. l.1. Cod. de Interd. vid. late Menoch. rem. 3. retin. poss. quæst 66. numero 51. cum plurimis seqq.* eaque opinio etiam iure Can. probata est in *cap. cum dilectus de caus. propr.* Ita nimirum vt quoad Interdicta recuperandæ & adipiscendæ id procedat omnimodo, sed in Interdicto retinendæ, respectu diuersarum specierum possessionis: quod alias cum possidens non agat petitorio, contradictionem implicet, vt idem rem vindicet, qui tamen per Interdictum retinendæ se possidere dicat. Hæc est sententia communis, cui causam dederunt praue intellecti textus in *dict. l. nihil 12. § 1. de adquir. poss. l. cum fundum 18. §.1. de vi arm.* quibus non probatur cumulatio iudiciorum, sed quod quis omisso petitorio, possit instituere possessorium, consulit enim Iurisconsf. in *l. si quis 24. de rei vind.* vt ne agat petitorio, qui possessorium habere potest; quoniam in hoc difficili probatione dominii non grauatur actor, & longe facilius est, obtinere possessorio. Quod si igitur quis inconsulte rei vindicationem mouerit, non protinus debet existimari renunciasse possessorio. Et proinde si errorem suum probauerit prætori, impetrare debet, vt suspenso interim petitorio vel plane omisso, Interdicto sibi liceat experiri: quod in Interdicto quoque retinendæ habet locum. Et plane cum actiones cumulatæ vna sententia definiendæ sint, ipsum *cap. cum dilectus de caus. poss. & propr.* ostendit istius cumulationis ineptitudinem. Etenim finge v. c. actoris causam in possessorio fuisse iustam, sed potiorem causam rei in petitorio: adiudicabit quidem iudex actori possessionem, & eam restituere iubebit, & tamen in executione eam ablatam actori restitui curabit reo: iuxta *dict. cap. cum dilectus:* quod ineptum & elusorium, & grauitate iudiciorum indignum, cuiuis intelligit. Vtique causa petitorii potentior est, quæ ad se trahit possessorium, quoniam possessori interim tantum fauemus, dum ignoramus quis sit verus dominus, quo probato possessio auferenda est ei quem iam apparet Iniquum fuisse detentatorem. Itaque *Arrest. 1.* recte iudicatum, postquam alter in petitorio vicit, causam possessorii alibi agitatam, finitam esse. A quo diuersum plane est, quod tanquam idem prauo iudicio subiicit Notator Actione petitoria contestata, non posse actorem admitti ad iudicium possessorium. Id quidem & cum certissimia textibus iuris supra citatis, sed &amp ius cum opinione communi pugnat.

Principium certissimum est, post decisam quæstionem de possessione, superesse quæstionem integram de proprietate: & eum qui in possessorio succubuit, mouere petitorium posse, iuxta *Arrest. 3.* sed quod nota & summa marginalis addit, NON ANTE, si rationem iuris consulas, verum est, sed si communem opinionem, & praxin, falsum: vt paulo ante ostensum. Et adeo itidem pugnat, quod *Arrest. 4.* habetur: quoniam praxis & opinio communis, cumulationem horum iudiciorum admittunt: nisi forte specialis est ratio in Ecclesiasticis (agitur autem de Cardinali) in quibus cognitionem in Gallia quo ad possessorium sibi vindicat magistratus secularis, petitorium autem ad iudicem Ecclesiasticum pertinet: quæ ratio sane impedit cumulationem.

Arrest. 5. nihil necesse erat adducere constitutionem, ad probandum, quod rationi & haud dubie iuri ciuili conuenit: satisfaciendum enim plene est sententiæ, antequam victor alteri respondere super petitorio cogatur. Itaque miror dubitari *Arrest. 8.* de expensis, cum in has condemnatum alterum fuisse præsupponamus. Et nimis leuis est ratio dubitandi, à constitutione, quæ tantum damnorum & interesse mentionem fecit: vtique enim omne id in quod condemnatus est reus in possessorio, ante omnia est præstandum. Ceteroquin an appellatione damnorum veniant expensæ, nihil necessum est hic prolixius disputare: vtiq; qui expendit in lite, damnum fecit, & est textus in *l.3. de damn. inf.* nec placet distinctio inter contractus & iudicia, de qua *Boer. decis. 52. Roman. sing. 346.* verissime *Panorm. in cap. vltim. de rescript numer. 7.* si stricte verbum hoc vel illud accipiatur, alterutrum contineri negat; & in *cap. in nostra de iniur.* quod scrupulum facit, ideo in specie accipitur verbum *damni*, quoniam agitur de statuto quod strictissime est accipiendũ, vt ibid. notat *Panorm.* adeo quod ibi specialiter sancitur, ad diuersa inepte trahitur.

Sententiam, quod colonus nominato domino, liberetur ab actione reali, Iuris Canon. Interpp. ita tribuit author *Arrest. 10.* vt eam faciat contrariam iuri ciuili. Haud dubio errore Ioh. Fabro teste *Canon. in c. quo iam §. In aliis vt lit. non cont.* statuũt,

ita

Ita non posse excipi actionem à colono & alio detentatore, vt si actor sciat eam esse talem, causa cadat: quod non obscure significat Innocent. *d. loco* §. *alij dicunt* istis verbis, *si reum non possidere ignorabat.*

Cæteroquin legistarum hæc sententia est, quod cõtra detentatorem actio in rem possit institui, per textum in hanc rem expressum *in l. officium 9. de rei vind.* sed si excipiat hic detentator, & dominum nominet, tunc procedi secundum formam *l. 2. C. vbi in rem act.* quomodo scribit *Faber. in §. omnium Inst. de act. nu. 23. Iason. ibid. nu. 100. Bart. & alij in d. l. 2. C. vbi in rem actio.* & adeo etiam secundum Interpp. iuris ciuilis, ab instituta actione detentor colonus liberatur, si dominum nominet: quamuis nõ conueniat æqualiter inter omnes, & quidam *d. l. 2.* ad colonum & conductorem restringant. Quod author probare vult ex *d. l. 9. de rei vind.* conductorem facultatem non habere rei restituendæ, errore labitur: & contrarium inde magis ostenditur: nam & commodatarius & depositarius non possident, & nihilominus tamen *in d. l. 9.* restituendæ rei facultatem habere dicuntur: satis enim est, quod re decedere aut eam corporaliter alteri tradere possunt.

AD TIT. XIII.

De rei vindicatione.

IN *Arrest.* 1. fit Iasoni iniuria, quasi ille dubitet, Reum in possessione sua, pendente petitorio, ne turbetur, defendendum, aut, petitorio instituto, ignorari quis sit possessor. Sed circa vindicationem iurium, de quibus eo §. agitur, quædam subtilia occurrunt, quæ author vel allegatus Lizetus, non satis intellexisse & male accommodasse videtur. Neq; in ista specie actor tale quid adducebat, sed turbationem à reo probatam esse negabat.

Haud scio, an Authoris, an Interpretis, an typographi culpa obscuritatem pepererit, quæ passim occurrit. Quantum intelligo, placuit curiæ absoluendum reum (qui in genere litem contestatus fuerat, & ita se quasi obtulerat) eo quod constaret ex actis, alios designasse possessores reum conuentum, qui pro vtilibus dominis segererent. Et humanior est sententia quæ absoluit: nec ratio est, vt condemnetur Reus, cum actor possit contra possessores ius suum persequi, & cum in illud iudicium dominium directum & vtile deduxerit actor, fauorabiliter potest rei responsio ad contradictionem super directo dominio referri.

Nota extra oleas vagatur, & præclare scil. docet, quid sit litis contestatio. Et quidem 1. ait eam fieri, cum Iudex interponit officium suum. At enim contestationem litis omnes intelligunt, esse factum nõ iudicis sed partium, & nimirum mutuum hinc inde apud iudicem factam narrationem & contradictionem: text. *in l. rem non nouam 14. §. patroni C. de iudicijs.* Altera descriptio longe adhuc est vitiosior: siquidem qui litem contestatus est, minime omnium ab exceptionibus suis exclusus esse intelligitur. Quod per decretum iudicis, vt procedatur, ait Induci litis contestationem, forte ita moribus Galliæ obtinet: Sunt enim alias multa ante litem contestatam, de quibus agẽdis, Iudex potest decernere, vt tamen nõ proinde litis contestatio inducatur: v. de litis cõtestatione *d. l. 14. §. 1. C. de iud. & ibi Dd. itemq; in l. edita 3. C. de edend. & in l. vn in pr. C. de lit. cont. Gail. 1. obs. 73. Mynf. 3. obs. 74. Marant. p. 6. memb. 10. de lit. cont. q. 2. Obrecht. de lit. cont. c. 1. nu. 16. & 19 & c. 5. in pr. & nu. 21. Damhoud. praxi ciu. c. 140. & omnino Specul. part. 2. de lit. cont. per totum c. vn. in f. extr. de lit. contest. & ibi Cann.*

Iuris est, quod possessor vincit, id est, non iubetur restituere, licet ipse nihil præstet, modo in petitorio actor dominium non probet §. *retinendæ 4. vers. commodum Inst. de interdictis*: quæ probatio vulgo valde difficilis habetur, neq; enim, qui probauit se emtam aut donatam, &c. rem accepisse, dominum esse se probat, cum potuerit autor eius fuisse non dominus. Et vtcunq; interim, vbi aliud non constat, præsumamus possessorem, & qui se pro domino gerit, dominum esse (de qua re tamen nihil apud citatos *Acc. & Guid. Pap.*) hoc tamen non satis est, ad extorquendam alteri possessionẽ, si quis ab eo, qui se pro domino gerebat, rem se accepisse probauerit, quoniam ita non probatur dominium. Declaratio possessoris, cuius meminit autor. nihil ad rẽ facit, vel quia potest postea ius Reo superuenisse, vel potius, quia non, si Reus dominus non est, actorem seu petitorem dominum esse consequitur, & vt modo dicebamus, licet Reus nihil probet, si dominium petitor non probet, in suo statu durat & manet possessio *d. §. 4. Instit. de interd.* nihil autem facit *l. nec vtilem 20. ex quib. caus. maior.* nec magis illa distinctio dominij & possessionis, vulgo notissima: quod longe facilius possessio quam dominiũ amittatur. De probatione dominij vide *Interpp. in §. omnium Instit. de action. & plenissime Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 535. cum 16 seqq.*

AD TIT. XIV.

De descensu in rem præsentem.

HÆres dicit se successorem iuris, & agens petitione hæreditatis, talem se petit declarari: Et ita declaratus, iam cõtra eos, qui singularum rerum forte controuersiam mouent, propriis actionibus tenetur experiri. Et nulla super *Arr.* 1. dubitatio est.

Super eo, quod *Arr.* 2. notatur, non videtur simplex decisio dari posse. Quid enim si subditi prætendant, confusos esse terminos, aliquid hinc inde exaratum vel translatum: & cum pro quantitate fundorum census debeatur, si quid tale euenerit, iniquam aliquibus inferre conditionem sequeretur. Itaque his casibus superbus fuerit dominus, qui expensis postulantium nolit inspici & dirigi distinguique fines: cum & sæpe domini plura, quam ipsis debeantur, soleant postulare.

AD TITVL. XVI.

De reassumptione litis.

IN mortuum sententia ferri non potest *l. a qua sent. siue app. l. de qua 74. §. 2. de iudic. l. in sententiis 59. §. vlt. de re iudic.* itaq; rationis est, vt hæredes ad causam assumendam citentur *arg. l. 1. & vlt. C. si pend. app. mors interu.* quod & notat *Gail. 1. obs. 109.* Etenim per litis cõtestationem quasi contrahitur, vt hinc obligatio in hæredem quoq; descẽdat: idq; vel exemplo pœnalium actionum (de quibus dubitabatur) manifestum est, quæ si post litem cõtestatam mortuus reus fuerit, dicuntur transire in hæredem §. 1. *in f. Inst. de perp. actionib.* Ita *Paul. Castr. in d. l. in sententiis* (alias *l. in summa*) §. *vlt. de re iudic.* scribit, lite cœpta & mortuo v. c. reo instantiam transferri in hæredem, per *l. si eum hom 33. de fideiussorib. vid. citatum Castr. d. loco & ibidem Zas. nu. 7.* Vt autem actor post annum excludatur, vt habet *Arrest.* 1. oportet vt sit ex iure Galliæ; nec enim vspiam tam angustum terminum Iura nostra definierunt.

Arresti 2. forte hic color possit allegari, quod res communiter in iudicium simul contra plures Reos deducta fuit. Et tamen cum peotiones proponat author esse diuisibiles, haud scio an ita facile actor debeat credi hanc legem sibi voluisse dicere, vt omnes Reos simul coniunctim peragere teneatur. Textus plane citari defugiunt aothoritatem: *c. tantu & cap. quippe*, nusquam comparent: *cap. ad petitionem de accusat.* impertinens est, & *l. etiam* 29. §. 1. *de minorib.* arrestum oppugnat, & diuisionem separationemq; admittit.

Instantia iure ciuili trienoio perit *vt l. properandum in pr. C. de iudic.* quod gl. & Dd. ibidem notant secus esse de iure Canonico *per c. venerabilis de iudic.* & possit tamen ibi esse speciale, vbi per subterfugia & cauillationes Reorum tempus est extractum: hodie plane cõstat nullibi fere istud trienniom obseruari. Et huc videtur respicere author *Arr.* 5, de quadriennio, quod Nota obseruat postea reductũ ad triennium. Sed sane aliud est, quærere de instantia iudicij continuati, aliud, de iudicio post litem cootest. interrupto, & interim aliqua ex causa abrupto: quo casu totis quadraginta annis repeti litem posse decisum est, *l. vlt. C. de præscr.* 30. *ann.* An recte, non dispoto, sed ista male ab autore confusa dico.

Arrestum 10. rursus cum ratione iuris mihi non videtur conuenire. Lites enim & actiones in hæredes debitoris ipso iure diuiduntur. Et igitur non potuit hæres sine mandato cohæredum in solidum suscepisse, & omnino intelligitur tantum suscepisse pro ea parte, qua hæres fuit, & pro qua sola lis & causa ad eum pertinuit: Et consequenter pro ea parte tantum fuit condemnandus, nec vltra intelligi debet esse condemnatus, quin dixerim fere sententiam, si in ipsum in solidum fuerit lata, esse ipso iure nullam. Et igitur porro etiam pro parte expensarum hæres iste tantum tenebitur. Et vero cum fateatur tacite author, sentẽtiam quo ad causam principalem tantum pro parte hæredem illum tenere, non conuenit, vt in solidum præstet impensas.

Arresti quoq; 5. rationem vnde petam non habeo dixit *Arr.* 3. post triennium seu quadriennium non repeti posse litem, (& ciuili tamen iure hoc ipsum non potest defendi) at hic tantum biennium elapsum proponitur. Et igitur ius fuit persequendi petitorium. Et iure nostro certum est omisso petitorio posse institui possessoriũ *l. cum fundus* 8. §. 1. *de vi arm. l. nihil* 12. §. 1. *de adq poss.* quod & diserte decisum *cap pastoralis de caus. poss.* Quin imo etiamsi præscriptũ esset alterum, nondum video cur alterum negari possit.

Videtur paulo subtilius, quod *Arr.* 7. habetur, vt non satis sit negare esse se hæredẽ, sed & necesse sit, repudiare hæreditatem. Equidem potest quis se hæredem negare, interim, vt tamen nihilominus ius habeat adeundi delatam hæreditatem. Institutus enim nondum est hæres, sed vt sit, adire necesse est hæreditatem. Verum, vbi quis citatur, vt causam reassumat defuncti, quod nõ nisi hæres facere potest, dum negat se esse hæredem, & causam reassumere dettectat, hoc ipso videtur satis dicere, nolle se hæredẽ esse: nec cauillationibus est indulgendũ. Ideoque mirũ est, quod hæres, qui protestatus etiã est, se hæredem non esse, vt loquitur author, nihilominus postea admissus fuit, vt hæres, ad reassumendam causam: & quidẽ quod additur, admissus intra 30. annos. Id quidem cõuenit cum iure ciuili per *l. vlt. C. de præscr.* 30. *ann.* ex qua etiam vsque ad 40. annos sit admittendus, sed cum his, quæ arrestis superioribus, de interruptione anni *Arr.* 2. biennij *Arr.* 5. triennij & quadriennij *Arrest.* 3. dicta sunt, parum conuenire videtur. Nimirum sunt istæ hinc inde consarcinatæ sententiæ diuersorum iudicum, quæ nec ius, nec aliis iudicibus faciunt præiudicium.

APPENDICIS *Arr.* 3. vt vere ait Nota, paucissimis verbis multa complectitur: sed an omnia recte se habeant, non est in procliui dicere. Ait, iure communi instantiam post annum interrumpi. Nullum ad hoc nec textum video, nec rationem. Interrumpi tractatio litis & quadrante anni potest: Et non video, quis istius interruptionis annalis sit effectus. Post triennium perimi instantiam iure ciuili est definitum, *l.* 13. *C. de iud.* id iure etiam Canon. receptum esse, adeo oon probatur per *cap. venerabilis d. iud.* vt etiam iode *gl. & Dd. in d. l. properandum* 13. *C. de iudic.* cõmuniter contrarium probent. Quin & si quis ex iusta causa cessauit persequi litem, videatur vsque ad 40. annos instantia esse salua per *l. vlt. C. de præscr.* 30. *annor.* Et porro post peremptam quoq; instaotiam triennio, rursus moueri posse actionem (si scil. oulla culpa sit litigantis) verum est & fatetur autor hoc arresto: cui arresta huius tit. pleraq; paulo ante relata repugnant. Porro exceptionem peremptæ instantiæ obstare etiam minoribus, & damnum quod si senserunt ex culpa curatorum, ab his sarciendum, salua tameo, si hi soluendo non sint, restitutione in integrum, sancitum est *d. l. properandum* §. *vlt. C. de iud.* sed non intelligo, quid sibi velit io arresto, exceptio, *excepta act. one intra* 30. *annos nata.* istud vix quisquam, puto, explicauerit. Ita alias communiter statuunt gl. & Dd. *in d. l. properandum*, quod siquidem sub finem triẽnij liqueat iudici de meritis causæ, debeat pronunciare definitiue: sin oon liqueat debeat absoluere reum ab obseruatione iudicij, salua actione de nouo intentanda. Ita, vt tum salua maneat, quod & attingit autor, acta probatoria, in nouo iudicio iterum producẽda, vt non obscure *Bart. in d. l.* §. *& siquidem num.* 14. *& apertius Bald. ibidem nu.* 19. *&* 20. Quod porro ait, nõ interrumpi instantiam, nuda citatione, & cæters, quæ sequuntur, ego non adsequor; neq; tanti est, in his morari. Illud recte *in f.* quod perimatur instãtia, salua act.one, quod nos iam explicauimus. Sed contradicit, quod mox subiicit, vigore peremptionis adiudicatũ fuisse Regi comitatum Blesensem: adiudicatio enim nõ simplicem sententiam super instantia, sed definitiuam importat: & vt probauimus ex Dd. vbi tantum perimitur instantia, reus absoluitur ab obseruatione iudicij, nihil autem adiudicatur, nec adiudicari potest; & omnino adiudicatio & simplex absolutio ab obseruatione iudicij inter se quasi contradictorie pugnant. Arguunt hæc, ab aothore ista sine iudicio esse consarcinata.

AD LIBRVM IX.

AD TIT. I.

FOrtassis ex consuetudine aut lege Galliæ speciali est, quod Iudex solus non habet potestatem examinandi testes. Et id enim iure ciuili, nusquam reperio sancitũ: sed illud passim traditur, quod delegare quoq; alteri ius possit Iudex, examinandi testes: quod hodie pene in ius ordinarium abiit in causis ciuilibus: nam in criminalibus magis volunt, vt ipse Iudex audiat testes: vt aliquem sibi adiungat, oecessitatis esse non puto: quin ita obseruari, vt nec reorum intersint patroni, testatur *Clar. lib.* 5. §. *vltim. q.* 64. *n.* 35. *& q.* 45. *n.* 12. Sed & porro non video, posita illa obseruantia, quomodo examinatio testium

sit quid

ſit quid indiuiduum, vt eſt in Nura, ita vt debeat totum examen eſſe nullum, ſi Iudex vnum aut alterum teſtem ſolus, omnes cæteros cum adiũcto audierit. Imo prorſus examinatio & actus iſte eſt diuiduus. Id porro hodie receptum eſt, vt vbi commiſſio ad examinãdos teſtes decernitur, ſemper facultas permittatur aduerſæ parti, vt cõmiſſario adiungat Notarium vel alium, qui dicitur adiunctus: ſed eo iure ſæpe pars non vtitur, vbi de fide commiſſarij confidit. Quinam autem ſint in Gallia inquiſitores, quorum officium ſingulare eſſe ex hoc tit. apparet, mihi non liquet; vt facilius defendi poſſit, quod de iis traditur *Arr.* 1. vere enim iudices non eſſe ex iſto tit. colligitur: de quibus multa hic ſunt Arreſta.

Materia *Arreſt.* 13. non eſt omnino liquida, nec extricatur ab authore: Duo ſunt caſus principales, 1. ſi teſtis in iudicio dixit contraria, & ſiquidem incontinenti correxerit, poſteriori dicto ſtabitur, ſin ex interuallo, vt videatur cum parte locutus & forte corruptus, priori dicto potius ſtandum erit, vt diſtinguit *Specul. de teſtib.* §. 1. *n.* 71. quamuis forte probãda magis videatur tertia ibidem relata opinio: quod neutri ſit dicto fides habenda. Secundus caſus eſt, quando pugnat dictum extraiudiciale cum iudiciali: & hoc præfertur, ſiue illud prius fuerit, ſiue poſterius, per rationes & authoritates quas adfert *Gail.* 1. *obſeru.* 104. *in f. cui adde Couarr.* 2. *reſol.* 13. *num.* 7. *Abb. & Felin. in c. cum in tua de teſtib.* ſed in terminis quibus teſtis repetitus diuerſa dixit diuerſis temporibus & examinibus, maius eſſe videtur dubium: quem caſum in terminis & author proponit & nimirum de teſte bis inquiſito & interrogato. Vbi tamen diſtinctio hic prolata nec vllo autore, nec ratione firmatur: Etenim *Br. in l. eos, ad l. Corn. de falſ. nu.* 4. loquitur de dicto poſteriori, quod teſtis poſt publicationem PRIVATIM dixit; & enim hoc caſu priori dicto ſtari non dubitatur, adeo vt iuxta *Gail. d. loco*, id procedat, licet in articulo mortis id dixerit. Atquin alia ratio eſt, cum teſtis repetitus? Et cur enim à iudice repetatur, ſi nulla ipſius dicto fides certo debeat haberi. Et in ſpecia *l. vlt. C. de teſtib.* repetũtur teſtes, quos antea arbiter examinauerat, & haud dubie poſterius eorum dictum plenio rem fidem merebitur: neque hactenus quidquam intereſſe poteſt, an ante, an poſt publicationem repetiti fuerint. Quod ſi repetitio facta fuerit ob prioris examinis nullitatem, vt in ſecũdo caſu ponit autor, non minus, vt in priori caſu dictum poſterius præualebit, ſicut & ratio ab authore ſubiecta, pariter militat vtroq; caſu. Sed forte ſuperuacuus labor iam accurate in iſta inquirere, quæ non ſatis percepit author ipſe. Illud autem conſtare debet, non audiri teſtes, qui publicatis atteſtationibus dicant, aliter ſe dixiſſe, quam iſtis atteſtationibus continetur: Etenim præſumitur pro iudice aut commiſſario, & quod teſtes à partibus paſſi ſe fuerint corrumpi, in quam ſententiam ſupra extat *Arreſtum* 2. *tit.* 3. *h. lib.* cuius contrarium fere hic inſinuari videtur: Diſtinguitur autem *Arreſt.* 15. an inquiſitor ſit bonæ famæ, an malæ, vt hoc caſu potius teſtibus credatur, quod mihi non ſapit, quia cum iudicum aut Notariorum fides publice ſit probata, non temere ea poterit in dubium vocari: Et maxime iudicis, qui à principe conſtitutus eſt, & indignitatia maleq; fidei ſine ſugillatione principis argui non poteſt, & adde *Panorm. & Felin. in c. cum cauſam* 37. *de teſtib. illum num.* 23. *hunc nu* 32. *Ang. & Salic. in l. ſi quis C. de falſ. Innoc. & Immol. in c. cum Iohannes de fide inſtrum.* Cæteroquin Notarium, quod attinet, Incidit hic & illa intricata quæſtio, an & per quot teſtes, & quos, ipſi inſtrumento inſertos, an & per alios, fides inſtrumenti in dubium vocari & impugnari poſſit, de qua *v. Specul. de inſtrum. edit.* §. *Reſtat videre* fere per totum. *Couarr.* 2. *var. reſolut.* 13. *nu.* 10. 11. *&* 12. *& pract.* q. 20. *nu.* 6. *Myнſ.* 4. *obſ.* 39. *l. in exercendis* 15. *& ibi communiter Interpp. omnes (inprimis Salic. nu.* 4.) *C. de fid. inſtrum.*

Pro *Arreſt.* 17. eſt expreſſus textus *tit.* 57. 2. *feud. quot teſtes ſint neceſſ.* & arreſtum hoc refert *Guid Pap. decif.* 180. Equidem *gl. ad d. tit.* ait eum in paucis conſuetudinibus reperiri, ideoq; an pro l. habendus dubitat: quam licet aliqui, ſed pauci ſequantur, contrarium tamen probari, & eum text. pro authentico communiſſime haberi, plurimis citatis confirmat *Roſenthal de feud. c.* 12. *concluſ.* 19 *nu.* 4. vbi tamen refert Molineum, qui in Francia duos teſtes ad probandam Feloniam ſufficere ſcribat. Ratio tamen ex Aluaroto producta, non valde ſtringit, ex qua alias in multis aliis articulis idem numerus requireretur.

Inſubtiliter res proponitur *Arreſt.* 17. ſimpliciter dicere debebat, intereſſe an de proprietate principaliter, an incidenter quæratur. Et ratio diuerſitatis aperta eſt, quod illo caſu habet ipſa quæſtio de proprietate contradicentem, qui poſſidet, & petitorem dominum eſſe negat: & eam probationem difficilem haberi ſupra notauimus, vbi incidẽter quis dominum ſe dicit, propter aliud, quod in iudicio verſatur, facilius hoc interim creditur, & præſumitur, cum ſuper alia re alter litigans contradicat. Exemplum ad hanc rem de agente Negatoria, vt quidem verba habent, inepte & nullo bono ſenſu, imo contra rationem iuris proponitur. Res ita adcõmodari poteſt. Actione cõfeſſoria (idem enim in hac eſt,) & negatoria nõ competit niſi domino fundi *l.* 2. §. 1. *ſi ſeru. vind.* Ergo, qui vult experiri his actionibus debet ſe probare fundi dominum: vt tamen hic non tam accurata probatio requiratur: ſed cum, & qui agit v. c. negatoria, fundũ poſſideat & pro domino poſſederit, & pro tali habitus fuerit, id ad victoriam cauſæ cæteris paribus, in actione pro ſeruitute ſufficiat. Illud verum eſt, quod longi temporis poſſeſſio per ſe non faciat dominum, ſed vtiq; facit, coniunctis, titulo & bona fide.

Nimis multos teſtes non eſſe admittendos, communiter ab omnibus tenetur, & ſunt text. ad hoc *in c. de teſtibus* 29. *& c. ſignificauerunt* 36. *de teſtit. & nominatim in cap. cum cauſam* 37. *eod.* determinatur numerus teſtium 40. & ibi *Innocent. nu.* 5. addit & aliam rationem refrenandi teſtes, ſi pluribus etiam admiſſis Iudex inſpectis atteſtationibus iam ſatis cognouerit eſſe articulos probatos, vt plures audire neceſſe non ſit. Et ipſi tamen *Innoc. num.* 6 *& ibid. Abb. Panorm. num.* 3. tradunt recte, eſſe hoc arbitrarium, & pro qualitate cauſæ modo plures, modo pauciores audiendos: vt proinde non videatur recte conſtitutione Galliæ hæc res ad denarium numerum reſtricta, de qua *Arreſt.* 19. & bene proinde, vt refertur *Arreſt.* 20. Curia ex cauſa maiorem etiam numerum admittere ſolet: & bene monet *Innoc. d. loco*, ne temere refrenet Iudex numerum teſtium, niſi prius viderit, nihil eſſe, quod contra eorum perſonas opponi poſſit, qui admittuntur. Conſuetudinem non probari niſi 10. teſtibus, quod ait *Arreſt.* 20. fortaſſis ius ſpeciale Galliæ eſt, vt & ſcribit *Maſcard. de probat. concluſ.* 424. *num.* 4. cæteroquin communis eſt Interpp. ſententia, conſuetudinem poſſe duobus teſtibus probari *Cyn. in l.* 2. *C. quæ ſit long. conſu. nu.* 19. *& ſeqq. & cæteri ibid. & alij relati & probati à Maſcard. d. loco.* Turmariam probationem authori & moribus Galliæ relinquo: ea quidem iure noſtro prorſus ignota eſt.

De Aduocato & procuratore varie distinguunt; quidam inter volentem & inuitum: quidam an adhuc duret officium, an sit finitum: quidam an debeat testari pro cliente suo, an contra eum *v. Ægid. de testit. nu. 13. Renber. de testib. nu. 206. Lanfr. n. 67. Aufr. nu. 8 Ægid. Boss. de oppos. cont. test. nu. 117. Damhoud. de reprob. test. nu. 11. Alber. de Malet. de testib. c. 1 nu. 44. & c. 4. nu. 4. & seqq. & c. 6. nu. 16.* Mihi simpliciter probatur *Arr. 21.* Durum enim & inhumanum est eum, cui secreta causæ commisit cliens, cogi disponere contra cliente, aut omnino eum audiri: & ne pro eo fidem facere possit, affectio prohibet, quam quiuis Aduocatus habet ad causam quam tuetur, sed forte in aduocato secus sit, & *Br. in l. deferre 18. de iure fisc.* ait procuratorem posse produci contra eum, cuius FVIT procuratur: nec fuerit absurdum, si intelligas procuratorem, qualis olim erat.

Distinctio inter confessionem partis & alia acta, quæ est *Arrest. 22.* nõ videtur carere ratione. Et quod acta attinet, ea inter alias personas non posse fidem facere in aperto est: *Bart. in l. eos 27. de falsis nu. 1.* vt tamen aliquam faciant præsumptionem *v. Bald. in l. 2. C. de edendo nu. 18.* sed an facient fidem inter easdem personas & in alia causa? de hac re & variis distinctionibus, an acta sint publicata, an non, si vnum sit iudicium summarium, alterum plenarium, si vnum criminale, alterum ciuile, vnum seculare, alterum Ecclesiasticum, Si vtrumq; iudicium sit eiusdẽ generis & qualitatis, &c. v. plene *Bart. in d. l. eos. Abb. in c. veniens el. 2. de testib. col. 6. vers. sed vult gl. & ibid. Felin. & eosdem plenius in c. causam quæ. de testib. & Felin. in c. at si clerici de iudic. nu. 12. & ibid. Panorm. Bald. in l. 2. nu. 18. & 19. & seqq. C. de edend. & in l. 1. col. vlt. de feriis. Bart. in l. 1. §. qui excusatione, de vacat. mun. & in l. 2. in ᵖ. solut. Guid. Pap. q. 135.* Quod confessionem attinet, scribit *Felin. in d. c. at si clerici, de iud. nu. 12.* quod confessio in ciuili iudicio facta, præiudicet etiam in iudicio criminali: & tanto magis præiudicabit in alia causa ciuili: quod & probat *Guid. decis. 254.* licet ibid. notat ot contrarium adstruere conetur: pro quo facit *l. vlt. de interr. in iur.* & nimirum, quod confessio facta vni personæ non præiudicet quo ad aliam personam, sed quo ad eandem personam, in alio etiam iudicio præiudicabit, vt *Bald.* simpliciter scribit *in d. l. 2. C. de edend. num. 21. & Imola in c. per inquisitionem de elect. num. 11. & 12.* (vbi quid de confessione clerici facta coram iudice laico, de quo etiam *Innoc. ibidem.*) qui in terminis ibidem *num. 15. per d. l. fin.* tenet, quod confessio facta non præiudicet quo ad alias personas. Et itaque hactenus erit hoc arrestum castigandum, *in princ.* cuius sententia nec probatur per *c. citatum*, vt tamen nihilominus salua sit distinctio inter confessionem & alia acta, siquidẽ illa simpliciter præiudicat inter easdem personas: sed hæc præiudicant sub multis distinctionibus, vt ex autoribus citatis probatur.

De materia & iure examinandi testes ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam, ob senium & valetudinem, est textus fundamentalis *in cap. quoniam frequenter, vt lit non contest. & de ea re v. Gail. 1. obser. 92. cum 2. seqq.* *Arrest. 23.* censet author eos, si post adhuc superstites sint, reperi posse: sed ea de re apud citatum Bart. verbum est nullum: Apparet ex *Felin. in d. c. quoniam num 4.* huius sententiæ Bart. fuisse: & non obscure hoc ipso innuit eius sententiam non esse probatam: & in euentum repetitionis ibidem præscribit illis cautelam, quomodo respondere debeant, de qua & *Gail. 1. obser. 104.* possit distingui, quod si parte legitime citata sint examinati, non admittatur repetitio: secus si non citata pars, adeo nec exhibita interrogatoria: quod aliquando ob periculum moræ fieri posse notat *Gail. obser. 94. num. 4.*

In iudiciis seruanda est æqualitas: & quod actori datur, multo magis quoad defendendum, permittendum est proportionaliter Reo. Adeo in *Arrest. 24.* nec ratio est dubie text. citatus est de dilatione concessa vni parti, & facit in argumentum add. *Gail. 1. obs. 91. nu. 14.*

Dilationum materia est arbitraria: & ex causa iusta plures dilationes dari possunt: & tamen vix vltra duas *l. oratione de dilation.* vt tertia dilatio, tertiu concessa & *Arrest. 25.* probata vix videatur defendi posse. Nec satis idonea videtur ratio, quod mercatores eo non commeassent: fuit enim actoris scriptis & aliis rationibus legitimis actionem suam probare. Plane si iustum impedimentum fuit, recte iudicauit curia par notata *G[...]r. obseru. 91.* vbi tamen *nu. 5.* requirit iuramentu[m] petentis vlteriorem dilationem, quod hic præst[it]um non fuit.

Bald. & Cyn. in l. 1. C. de testib. nihil aliud scribunt *post gl. ibid.* quam quod vxor sit domestica persona & illa *l. 2.* loquitur de testimonio pro domesticis: Et tamen verum est, non facile debere cogi vxorem testimonium perhibere contra maritum: Iudicis erit æstimare, an aliquando ob penuriam testium, vbi aliter veritas haberi non potest, in causis ciuilibus, hoc sit vxori imponendum: iuxta ea, quæ habentur *Cap. Thol. decis. 3. & ibi Aufrer. Alber. de Maleti de testib. c. 6. n. 15. 19. & 31.* sub cuiusmodi limitationibus *Arr. 26.* potest defendi.

Constitutio regia, cuius mentio *Arrest. 27.* communissimæ praxi congruit, vt ad positiones medio iuramento exhibitas reus eodem modo & iuratus in causis ciuilibus respondere teneatur. *Gail. 1. obser. 79 inf.* Sed illud non puto receptum aut ab vllo probatum, quod propterea etiam mater vel similes personæ cogantur aduersus aliquem testimonium dicere, neque ex illo ad hoc inferri potest. Itaque hactenus *Arrest. 27.* non probo: cum præsertim, quod præter rationem iuris communis receptum est, pessime ad consequentias trahatur. Et videtur inepta distinctio, & recepta ad eludendam dispositionem iuris, inter productionem, & interrogationem: quo eodem vitio & laborat *Arrest. 28.* & iniuria manifesta fit iuri ciuili, dum ad hanc probandam sententiam ex eo textus allegantur. Et tum alia seruantur, alia liberorum est ratio: vt licet maxime illi contra dominum audiantur, nihil tamen inde inferri possit: tum, quod vbi super facto suo interrogantur serui, *l. serui C. de testib.* id etiam prodesse domino potest. Inter liberos autem matrem & patrem audiri, cum ibi par sit affectio, nihil prohibet, vt tamen ne cogatur.

Testes possunt examinari die feriato, sed die non feriato eos iurauisse oportet, *Bart. in l. si quando in pr. C. de testib. Maranta part. 6. actu 10. num. 32.* & ita legendum est *Arrest. 30.* non inuerso modo. Alterum, vt intra terminum qui iurauerunt, possint post terminum examinari, ita practicari testatur *Bart. d. loco in pr. nu. 3.* sed hodie apud nos ita practicari non credo: &, si v. c. tres menses ad probãdum sint dati, iis elapsis frustra testes examinari credo: cũ vel maximæ moræ in examine trahi soleant: & terminus non ad iurandum tantum, sed ad examinandum datur.

Cum *Arr. 31.* pugnat *Arr. 21.* vbi dixi.

Opinio, quæ probatur *Arrest. 32.* quod monachi simpliciter esse possint testes, (de aliis religiosis

non dubitatur) contra Fabrum, qui citato loco veniam Abbatis requirit, communis est, quam probant *Vigl. in d. §. testes. Inst. de testam gloss. & Iason in l. hac consultiss. 11. col. 2. de testam. Bald. in repet. l. 1. C. de SS. Eccl. col. 16. vers. super nono quæsito.*

Actus cogendi testes vt iuramentum præstent, & deponant, &c. si non pareant, eos multandi, aut pignora capiendi, sunt actus iurisdictionis contentiosæ, & imperij mixti: Itaq; non intelligo, qua ratione laici magistratus id iuris sibi in clericos vindicare possint, iuxta *Arrest. 33.*

De numero denario, de quo rursus *Arrest. 34.* dictum est supra; de reliquo videbimus loco notato.

Vulgatum est, quod testes etiam minus idonei admittuntur ad defensionem & excusationem à crimine: & hoc tantum est, quod in persona fratris tractat *Bald. in l. parentes 5. C. de testib.* sed sane non merebitur plenam fidem, vt alius.

Singulare est APPENDICIS *Arr. 1.* quod instrumenti fides per testes conuelli nō possit. Aliud obtinet iure ciuili, per not. ad *Arr. 13. h. t.*

Nimis vulgatum est, quod didicitis testificatis non admittatur noua productio testium, ob timorem subornationis: proinde licet publicatione facta, si pars nondum didicerit testificata, productioni alij locum esse magis videtur: quin & sunt casus speciales, quibus etiam post didicita testificata noua admittitur productio, velut in causa matrimoniali *v. Felin. & Panorm. in c. ferres 26. de testib. Gail. 1. obser. 105. & obs. 111. num. 6.* & add. omnino *autorem Repert. Felin. in verb. publicatio testium. & in verb. testes postquam.* Quod ad cætera attinet *Arr. 3.* res est arbitraria, & iudici certa norma & perpetua præscribi non potest.

Circa *Arrest. 9.* incidit quæstio de diuisione confessionis: an & debitor v. c. eam proferens, & creditor eam diuidere possit. Et difficilius videtur, vt eam debitor diuidat, cui imputetur, quod non distinxit, facilius est, vt diuidat creditor, & quod pro se est, acceptet: quemadmodum si quis dicat se debere tantum decem, potest creditor, diuidere, & reiecta particula *tantum* confessionē in decem acceptare, salua in residuo persecutione debiti *Bald. in l. siquidem 24. C. de transact.* vt mirum fere sit, coactum hoc Arrestu, cessionariū acceptare cōfessionem cū sua qualitate: Et vero poterat torques ille aureus esse depositus, vt proinde debitori, qui fatebatur se debere torquem illum, videatur incubuisse probatio debiti 300. coronatorum: quoniam hæc sunt separata, vt proinde aduersarius possit recipere vnam partem confessionis pro se & alteram reijcere, per notata *Abb. Panorm. in c. bona 4. de postul. prælat. nu. 29. & seqq. vsq. ad fin. vbi omnino v. add. Phil. Corn. cons. 94. incip. viso in litera Bald. in d. l. siquidem, C. de transact. Bart. in l. Aurelius §. Idem quæsit. & in §. Caius d. lib. legat. Boer. decis. 243. nu. 3. Iason in l manifesta 38. de iureiur. num. 8. & add. infr. tit. C. de iureiur. Arrest. 2.*

Arrest. Append. videtur nimis philosophicum esse, quod depositum per testes probari non possit, quoniam soleat res cōmitti solius fidei depositarij: Equidem tanto maiori odio dignus est, si fidem rupit: & potest ita quis sequi fidem depositarij, vt tamen in deponendo adhibuerit testes. Quod si periculose fides habetur testibus, periculose non minus creditur negatiuæ vnius depositarij, contra duos testes, si cætera sint paria. Quod si parcimus famæ Rei, qui forte conuinci possit, iam nec in mandati, nec societatis, nec tutelæ causa contra negantem testes audiemus, quoniam omnibus his casibus damnatus fit infamis. Quin & alias non seruare fidem turpe est. Ergo semper credamus reis cōuentis negantibus, nec audiamus testes. Certe istud arrestum fere ratione mihi destitui videtur.

AD TITVLVM III.

De reprobatione testium.

Arrestum 1. non satis intelligo, sed bene scio, quod *l. ad probationem 21. C. de probat.* nihil huc pertinet.

Declaratur secundum Arrestum ex eo, quod post publicatas attestationes non audiuntur regulariter exceptiones contra personas testium: tum quia eas ante nouit aduersarius, & ob id antequam examinarentur, eos reprobare debuit: tum quia publicatis attestationibus, quibus offenditur, malitiose id fecisse præsumitur. Exceptiones sunt *in c. præsentiam 31. de testib. vbi Panorm. in princ.* Erit igitur hæc quoque exceptio, iuxta *Arrest. 2.* in minore, & quidem ex principis rescripto. Cæterum contra dicta testium publicatis iis demum excipi posse apertum est.

Arrest. 3. hoc dicere vult, (verba enim inepta sunt & turbata) quod quis testem à se productum, postea ab eodem vel alio contra se productum reprobare nō possit, ex *l. si quis 17. C. de testib.* vbi duplex additur exceptio, 1. nisi inimicitiæ inuicem exortæ sint, 2. nisi testes in alia causa corruptos probari possit. In genere est vna exceptio; si noua causa reprobandi emergat. Et ita quoque, contra quam falso putat autor, iure Canon. obtinet, per text. *in Can. si testes 3. §. vlt. causa 4. q. 2. & 3.* vbi refertur *d. l. 17. C. de testib.* quam ob id canonizatam appellat *Panorm. in cap. præsentium 31. de testib. nu. 7.* Inepte quoq; subdit, hodie inualuisse, vt ex noua causa emergente testis reprobari possit; id enim non de nouo inualuit, sed omnino cum citatis iuris ciuilis & Canonici textibus conuenit.

Vt obiecta contra testes in prima instantia, probentur in causa appellationis, quod moribus Galliæ, seruari ex *Guid. Pap. decis. 5.* refertur *Arrest. 4.* non video quomodo pugnet cum regula *cap. præsentium de testib.* vt contra personas testium post publicatas attestationes regulariter excipere non liceat: quia possumus vtique ponere, ista ante publicationem initio opposita fuisse: & aliud est obiicere, aliud, probare, & possunt ex causa obiectionis factæ reseruari probandæ post publicationem, maxime si desuper protestatio facta sit, iuxta *d. cap. præsentium:* quod ipsum *Arrest. 6. & 7.* continetur. Sed hoc singulare est ex constitutione Regia *Arrest. 7.* vt omnimodo debeat examinari testis non obstante reprobatione: Etenim ex ratione iuris communis, nisi specialis causa subsit, debet admitti allegans inhabilitatem testis, ad cuius probationem se offert, ne frustra sumptus fiant, per *cap. ex parte 7. de testib. vbi Felinus* scribit, partem posse dici se grauatam, nisi Iudex eam statim audiat. *num. 12. & seqq. vsque ad finem.*

Non video, quis sit effectus futurus generalis reprobationis, de qua *Arrest. 9.* cum vtiq; non sufficiat, obiicere, nisi etiam inhabilitas probetur, & in probatione ad speciem vtiq; descendendum erit, vt ostendit *Arrest. 10. & 11.*

Alia est quæstio, quæ attingitur *Arrest. 12.* an criminis, quod obiicitur testem confessum aut condemnatum esse oporteat. Et vbi ei obiicitur nulla

grauis

graui præsumptione & fama laborat, non crediderim admittendam talem obiectionem: nisi de re forte & causa grauiori agatur, & pars ad probãdum crimen se statim offerat: salua pœna iuris contra calumniantem & in probatione succumbẽtem. Rursus alia & connexa quæstio est, an si restitutus sit à principe, damnatus, obiici crimen possit, ad istum effectum, vt remoueatur à testimonij dictione. Quod ego omnino affirmandum puto: nec enim ius quasi quæsitum parti, ne contra illam testimonium ferat, auferre restitutionem potest. Et restitutio gratiæ est, quæ pœnam, & effectum quadantenus condemnationis tollit, sed non emendat mores, nec vitium purgat, ob quod inidoneus est ad testificandum.

Vt allegata *Art.*14. non recte habeant, quod toto hoc opere frequentissimum est: at sententia se recte habet: neq; pugnant cum eo, quæ author Notarum habet. Imo satis erit probare, testem dicendi testimonij causa, vel etiam & amplius, iam iam testimonium perhibiturum, sine alia causa accepisse pecuniam, vt ita autoratus testimonium diceret, satis enim hoc modo in gratiam dantis pecuniam intelligitur testimonium dicturus, vt pro corrupto haberi possit.

Ad *Art.*15. multa de paupertate dici, & centones farciri possunt; quod fere conatur agere author & Notator, qui tamen habent, quæ censuram merentur. Sed iam hoc non agimus, neq; hic philosophamur. Constans est sententia, nimium pauperum fidem in testimonio dicendo, subiectam haberi. Excipiendus tamen esset pauper, cuius perspecta probitas. Qui autem per plateas stipem colligunt, ignauiæ mancipia, haud dubie fidem nullam merentur.

Passim occurrunt, quæ *Arrest.* 16. & in Nota memorantur: qualem amicitiam esse oporteat, quæ testimoniũ pro amico inhibeat: & qualẽ ex aduerso inimicitiam, quæ testem ab aduersario productũ repellat. Est alias prouerbium, Italorũ amico reconciliato non esse habendam fidem. Infamis non omnino repellitur passim à testimonio dicendo: Et rursum infamis & alij, si qui regulariter non habiles, in causis specialibus admittuntur, non ob id eam fidem faciunt, quam integræ frontis homines: sed ista peruulgata sunt nimis.

Ita vt *Arrest* 17. habetur, communis videtur opinio, quod iure Canon. mulieres in criminalibus nõ possint esse testes: Id ita *gl. & Innoc. notant in c. forus de V.S.* quamuis ad textus iuris canonici, qui in hanc rem producuntur, facile responderi possit: & perabsurdum sit, fœminam, quæ forte interfuit, super furto aut homicidio plane audiri non posse.

Arrest. vltim. defenditur constitutione Regia, de qua sup. & ex qua saluis exceptionibus, non obstante reprobatione, Iudex pergere & testem audire debet, de quo diximus supra.

Nimis aberrat author APPENDICIS *Art.* 2. dum putat, à dictione testimonij collaterales quoq; hic enumeratos omnes, imo fere ex Maynardi sententia vsque ad quartum gradum (computationis nimirum Canonicæ, nam iure ciuili patrueles, qui hic nominantur, quarto gradu sunt) exclusos. Et mirum ni deceptus est author verbo *parentes in l. parentis, C. de testib. parent* enim Gallice etiam cognatum quemuis à latere significat: quo etiam sensu scriptores quidam Latini sequioris notæ eo verbo abusi sunt; sed eius erroris, verbum *liberi*, in eodem textu positum eum admonere debebat. Equidem cognati testimonium forte non sit omni exceptione malus: at vt omnino inter cognatos pro & contra sit interdictum testimonium, rationi & iuri repugnat.

Ex *c. licet* 49. *de testib.* licet t.v. c. Reo contra quem actor produxit testes, producere testes, quibus improbet testes ab actore productos. 2. licet viceversa actori producere testes, quibus reprobet testes, quibus Reus vti vult ad reprobandos à se productos testes. Quod videtur rationi conuenire, vt æqualitas seruetur, & vt liceat actori reprobare testes, quibus reus testes ab actore productos vult reprobare: vt hoc modo actor conseruet & tueatur suos testes; ab impugnationibus rei. Vlteriorẽ progressum *in d. c.* Pontifex non permittit: itaq; corruit ratio Notatoris, ne res progrediatur in infinitum. Et proinde hac ratione non saluatur *Arrest. vlt.* quod male à dispositione iuris Can. recessit.

TITVL. IV. De publicatione inquisitionum: pugnat cum *Arrest.* 1. *Guid. Pap. decis.* 586. vbi ex stilo Curiæ Rom. & Parlamenti Parisiensis attestatur, publicationis omissionem non reddere processum nullum: Et alias quoque contra sententiam gl. hanc esse communem sententiam, attestantur *Guid. Pap. ibid. Marant. p.* 4. *distinct.* 9. *num.* 22. *And. Gail.* 1. *obs.* 105. vbi plures allegat. Et *Art.* 2. confirmatur assertio Papæ, & necessitas publicationis ad inferiora iudicia restringitur. Vtiq; satis est, fidem iudicis facere.

AD TIT. VI.

De iureiurando.

NImis insubtiliter nota præfixa confundit ceremonias circa præstandum iuramentum adhibitas, vt, sonum campanæ, cum forma iurisiurandi confundit. Illud, de sacris relliquiis aliqua ad formam pertinet, sicut, quod iurari solet, tactis Euangeliis: at non illud de ferro candente: purgationis illa species erat, quam aliquando iuramentum antecedebat: & constat istas purgandi rationes vulgares & iure canonico esse damnatas.

Recta est distinctio *Art.* 1. *ex l. admonendi de iureiur.* imputet sibi, qui ita transegit, nec causa retractatur: licet ex causa periurij extra ordinem quis puniri possit: vt communiter omnes; contra quam videtur existimasse autor per *l.* 1. *C. de reb. cred.* porro, & retractatio iuramenti, quod Iudex detulit, non ex leui summa & causa est admittenda: vtique non ob expensas quinq; coronatorum: recte itaque priori aresto iussæ fuerunt partes discedere, male posteriori huiusmodi postulatio admissa.

Paucis verbis, vt agam (nam author contorte disputat) *Arrest.* 2. hoc tractatur. Petij à te 100. coronatos quos tibi mutuo me dedisse aio, & vt rem expediam super hoc, an non ita res habeat, iuramentum tibi defero: Tu iuras, accepisse quidem mutuos nummos, sed eos soluisse & restituisse. Quæritur an recte iuratum sit, & tu bis liberatus, & per hoc iuramentum tibi quæsiueris exceptionem. Disputatio de diuidenda confessione, (& de eo diximus supra *h. lib. tit. Append. Arrest.* 9.) non multum huc facit. Punctum in eo est, an recte iuratum sit, quod bene aduertit *Iason in l. manifestæ* 38. *nu* 8. *de iureiur.* Nimirum ex ratione iuris iuramentũ non aliter nec super alio quam super quo delatum est, præstari potest, & si extra & vltra id præstetur, nullum habet effectum. Cum itaq; sit delatum iuramentum super

mutuatione,non super restitutione, concludit Iason nullum hactenus esse iuramentum, nec posse inde parari exceptionem Reo: sed imo præiudicari ait per hoc iuramentum reo, quatenus ad confessionem debiti. Possit tamen illud non immerito videri captiosum. Et videtur enim reus bonam fidem secutus: Equidem qui soluit, potest iure negare debitum,& respondere se non debere. Sed viri boni, ne in leuem etiam suspicionem mendacii veniant, solent simpliciter agere. Itaque & hic quoque in specie,Reus,maxime, cum quod facti est, negare non posset, nempe acceptum mutuum,(neque enim fuit delatum iuramentum,an deberet nec ne?) videtur bona fide iurasse se quidem accepisse, sed solnisse.Et sane intentio actoris de mutuo dato, præsupposita solutione facta,nulla est.quoad effectum condemnationis.Itaque per inde habendum est,ac si iusiurandum detulisset actor,an deberet nec ne.Neque enim hæc quæstio simplex versatur in iudicio,an acceperit sit mutuum:nec hoc probato sequitur condemnatio,sed hæc an adhuc reus debeat. Itaque non tam ex hoc fundamento defendam tertium, quod iuramentum non possit pro parte acceptari,quam quod effectu,super hoc intelligi debeat delatum iuramentum,an reus deberet adhuc pecuniam nec ne ?

Nimis generaliter ait *Art.3.* stari actoris iuramento si de re leui agatur. An quod actor obtulit ipse? Id omnino falsum est.An quod reus detulit? Et hic statur etiam super graui causa. In suppletorio iuramento commoniter receptum est, id in graui causa & maioris momenti deferri non debere.

Opinio quæ refertur *Art.4.* est cõmunis,teste *Masc. de probat. vol.2.concl.957.n.5.* Et possit tamẽ ex vera ratione iuria distinguendũ videri inter iuramentũ voluntariũ & iudiciale,q; post litẽ cõtestatã defertur, & alia hic possint subtiliter disputari : sed iam hoc stadium non decurrimus. Limitationem hanc omnino addendam crediderim , si quis oblatam probationem incontinenti possit implere: neque turpitudini Christianus imputabit,quod quis recusat iurare; sed magis pietati & reuerentiæ numinis diuini : neque hac in re Ethnicorum leges pro norma nobis esse debent. Quin imo ratio *cap.2. de probat.* sententiam communem non obscure damnat, quippe vbi definit, in subsidium ad iuramentum debere recurri, vbi aliæ probationes delunt. At sane non desunt, vbi illas altera pars offert. Et nescio quæ sit sententia constitutionis, quæ Arrest.5. allegatur, quasi derogatoria *d.c.2.* cui sane non nisi per iniuriam derogari potest. Et videtur tamen *Arrest.4.* limitari quodammodo *per Arrest.6.* vt si probationum termini elapsi sint Actori : tunc Reus delatum iuramentum non cogatur præstare, si probare causam suam per testes velit. Ceteroquin ista inter se pugnabunt. Mihi vero videtur iniquum , vt postquam actor omnia expertus nihil probare potuit, & Reus absoluendus est,tum demum adhuc possit deferre iuramentum: quod à ratione iuris ciuilis alienum esse vel deieranetim. Omnino enim hic absoluendus est Reus: at qui iurat, vtique aliquid præstat. Et vt Bart. notat in *l.fin.de in lit.iur.* hæc quoque fuit causa iuramenti introducendi, vt quamprimum lites decidentur : quæ fallit vbi omnibus terminis probationis Actor vsus est.

Oportet meo iudicio *Art.7.* legi præstandum iuramentum,& quod debitor deluper iuramentum detulerit Actori creditori, an non pecuniam solutam acceperit: In terminis præstiti iusiurandi, inepta est decisio,& debitorem soluere oporteret, stultum enim sit, fingere, quod creditor iurauerit pecuniam sibi esse solutam. Et mihi tamen rursus non videtur esse ex ratione iuris, vt creditor cogatur iurare super exceptione Rei,& an pecunia sit soluta. Actoris est iurare sibi deberi, cuius rei alias probatio ipsi incumbit: sicut rei est probare exceptionem,& quod non debeat,aut desuper iuramentum præstare.

Quo eadem vitio laborat *Arrest.8.* & tanto magis quod cogit iurare actorẽ, qui plene probauit suam intentionem, & falsa interpretatione & restrictione eludit sanctionem *cap.2.de probat.* Sed enim est hic eadem absurditas, vt reus condemnandus possit deferre iuramentum, quæ *Arrest.6.* vt reus absoluendus cogatur iurare.

An in causa matrimoniali sit locus cuicunq; iuramento, v. plene *Panorm. & Felin.in cap.cum mulier 34. de iureiur.* Quomodo constitutio de decem testibus impedimento sit iureiurando, vt *Arrest.9.* habetur, ego non capio: & cur propter ea necessarium sit plus quam semiplene esse probatum. Quid vero est: *Si duo testes sint, quorum alter non reprobatur?* Equidem ista plena est probatio.

Ex causa iuramentum suppletorium posse deferri actori verum est: & probatur *c. vlt.§.1.de iureiur.* Sed in causa iniuriarum deferri recte, nec *d.c.vlt.* nec vllo iuris loco probatur. Et in causa quæ est grauioris momenti etiam pecuniaria non esse locum huic iuramento omnes consentiunt; quanto minus in causa iniuriarum. Nec mouet, quod actor conclusetit ad condemnationem sine infamia, vel quia hoc infraudem fecit: vel quia ita agere, ex ratione iuris non est patria, sed iudex potest ex causa famam reseruare, quod ipsum an satis sit ex ratione iuris, quidam dubitant propter *l.non poterit 63.de furt.* Sed præcipuum est, quod licet conseruata ut fama per sententiam, tamen nequit effugere condemnatus, vt non noteint facti infamia: quæ sola nota grauissima est, Nec mouent textus, quos per modum opponi proponit *Bart.in l.admonendi 31. de iureiur. n. 52.* qui non de suppletorio sed voluntario iuramento loquuntur. Quod hic nota addit, per irrogationem multæ irrogari infamiam, iure quidem nostro falsum videtur.

Ex sententia communi non potest dubitari de Arrest.XI. quin *Imola consil.92.* etiam citra iuramentum putat sufficere vnum testem cum fama. Apud Alex.& Decium citatis locis nihil reperio.

Si ob hominum improbitatem tollitur vsus iuramenti necessarii, vt fere *Arrest. 12.* eadem ratione & amplioni pene iudicialis & voluntarii, imo omnis omnino iuramenti vsus esset tollendus. Quã absurde?

Regula, quod iuramentum reguletur secundum naturam actus cui accedit, nihil facit ad decisionem casus *Arrest.13.* sed intelligendum sane est iuramentum semper ita, vt non deroget iis, quæ iure & quidem interim pietatis fieri debent, quale est dotare filiam: ponit Author detractionem legitimæ quoque prohibitam fuisse. An illud forte licet moribus Galliæ? Iure nostro plane detractionis legitimæ prohibitio inutilis & nulla est.

Quod presbyter teneatur iurare tactis sacrosanctis Euangeliis, iuxta *Arrest 14.* id quidem citato *cap. nuper.51.de testib.* non probatur: quinimo quod facere non teneatur probat *c.vlt.de iur.calum.* (neque enim hactenus inter Episcopum et presbyterum putem distinguendum: sed & de religiosis indistincte loquitur arrestum) nisi in specialibus causis id exigatur, vt hæc conciliat *Couarr. in c. quãuis d. pact. par.1. §.1.num.3.*

E In

In nota præfixa huic tit. iuramentum super reliquiis improbatur, cuius *Art.15.* est exemplum. Non satis autem recto iudicio disputat contra hanc speciem iuramenti purgatorii in causa criminali. Illud quidem nullum habere locum potest ad condemnandum *per l.vlt.C.de probat.* Sed in grauato reo nec plane conuicto, quominus adhuc iuramentum decurratur, nihil prohibet, quin huc casu vel maxime ei locus esse videtur: quamuis sane regulariter potius reus videatur absoluendus. Ceterum exempla huius purgationis sunt *in c.5.& vlt. de purgat.can. & facit c.vlt.§.1.de iureiur.* Itaque pro eo faciunt notata *à Claro §.vlt.lib.5.q.63.n.4. Pet. Heigio q 40.n.32. Setser. Tr.de iureiur.lib.3.c.11.*

Materia *Art.16* est eadem cum *Art.1.* & quod omnino impuna habere vult periurum author, errat, non autem errat Ias. qui *in §. item, si quis n.57.& seqq. cum ceteris Interpp.ibid. & in l.2.C de reb. cred.* extra ordinē puniri posse & debere periurū verissime scribit.

Quod iuramentum appositum testamento secūdo, habeat vim clausulæ derogatoriæ, qua derogetur clausulis derogatoriis, quæ prioribus dispositionibus additæ fuerunt, videatur esse communis sententia Interpp. Ita *Bald.in l.sancimus,C.de testam.sub fin. Guid.Pap.decis.*120. Et nos defendimus *contra nugas Ant.Fab decad 39.cap.3.*

Totus *huius tit.* ostendit, nimis faciles esse Dominos iudices in Gallia ad deferendū iuramentum: quod & ostendit *Art.20.* quod tamen in terminis ipsius creditoris agentis, non caret ratione: vtcunque aliud visum sit Iustiniano.

Art.21. præcise requirit speciale mandatum. At enim per text. citatum sufficit generale: sed id ie mandato cum libera, vt loquuntur, Interpp. nostri accipiunt, quod fere tantum potest, quantū speciale.

Valde immne differt autor *Art.23.* & plurimi actus iure ciuili inualidi, per iuramentum ex ratione iuris Canonici accipiunt robur: sed & ex ipso iure ciuili per *auth. sacramenta C. si adu vend.* quam opinionis errore Iustiniano tribuit, quam Friderici Imp. Germani esse constat: & obtinuit in praxi contra Vltramontanos & Bulgarum, Martini opinio, quod ea constitutio etiam ad contractus ipso iure nullos pertineat. quomodo practicare totum mundum ait *Salic.ibid.n.10.* & ceteri passim. Miror autem adeo vilia haberi iuramenta in Gallia, vt hoc quoque Art. significat.

Art.24. fallit autor in membro 3 *l.2.C.si min.maior.* Etenim perspicua sententia est, quod si minor in instrumento dixerit se minorem esse, & iuramenti in eo instrumento mentio facta sit, cuius vigore hoc asseuerauerit, tunc restitui posse minorē, si per instrumentum fecerit fidem se esse minorem. Quod si extra instrumentum corporaliter se maiorem esse iurauerit, nullo modo eum audiri, si post minorem se esse probare velit. In qua parte rescripti explicanda manifesto lapsus est author. Et ita vt dixi: gloss. & ceteri Interpp. explicant eum locum.

Si recte se habet nota præfixa huic tit. iuramenti forma quæ est Art.vlt. non sat erit proba.

Tituli VII. *Art.3.* frustra sibi obiicit autor *l.cogi 11.C.de petit.hered.* male respondet, & non intelligit ibidem certissime agi de Reo, qui conuentus actione in rem, titulum possessionis suæ actori edere non cogitur.

Ad Arrestum appendicis, quatenus & quales mercatorum libri etiam plene pro mercatoribus probent *v.And.Gail.* x.*obs.*20.

Quæ Titulo VIII. habentur, de forma Instrumentorum, fere desumpta sunt ex moribus Galliæ: Et quod *Art.4.* de Instrumento executorio proponitur, ex vllo textuum ibi cumulatorum nec hilum probatur: quin quæ hodie de instrumentis executoriis, quæ appellantur guarentigiata, disputantur, fere à statutis & moribus dependent.

Rationis est, vt iuxta Tituli X. Art.3. si quid & in Actis Curiæ erratum & omissum est, id per testes possit probari, quod ita citatus Cynus scribit *in l. errore 7.C.de testam.* sed ex aduerso productus Bart. in citata l. non contradicit.

TIT. XI. LIB. XI.

De nouis positionibus.

IN controuersia Art. primi communis videtur Legistarum sententia, quod in causa appellationis etiam super iisdem articulis possint produci noui testes, *gl.in auth.qui semel C.de probat.* quæ etiam videtur diserte probari per text. *in l.per hanc C. de temp. app. & ibidem defendit Bald.n.14.& 15.* ait legem Cæsaris in foro Cæsaris seruari debere; Secundum quam & in Cam. Imp. pronuntiatum refert *Mynf.1.obf.* 41. Et vide tamen *Vasq.ill.contr.31.num.17. Roland.à Valle tom.2. consil.45. Couarr.pract q.18.n.6. Marant. pr.6. vbi de appellat.n.150.* Coniuncta vtique & connexa vel alias diuersa deduci & probari constat etiam de iure Canonico, quo pertinet *Art.huius tit.* 4. & proinde singulare est quod *Art.5.* simpliciter rescriptum requiritur, vt nouæ positiones etiam, in secunda instantia admittantur. Id omnino nec ciuili nec Canonico iuri conuenit. Recte autem modo ex iure Can. relata sententia limitatur, *Art.vlt. huius tit.* vt non habeat locum in reo accusato, & volente probare innocentiam suam.

Tituli XII. *Art.1.* & quæ eo proponūtur, directo pugnant cum tit. præc. *Art.1.* & periculosum est, contra manifesta iure in eadem instantia super iisdem aut directe contrariis articulis admittere positiones & testes. Faciunt tamen pro hac sententia tuenda quæ disserit *Bald.in l.per hanc C. de temp. appell. n.* 14. & quæ rationes faciunt, vt iuxta ius ciuile admittatur id in secunda instantia, eædem aliqua suaserit posse id & admitti in instantia prima.

AD LIBRVM X.

TIT. I.

QVale instrumentum illud sit, quod proponit *Art.1.* non scio. Sed durum quidem videtur, quod contra illud non nisi tres exceptiones admittuntur, falsi, solutionis & nouationis. Nam cum ex oppositione nouationis appareat, eum intelligere solutionem in specie: absurdum sit contra quodcunque instrumentum non admitti exceptionem iuramenti, quod & nouationis & solutionis vice esse dicitur. Item non admitti exceptionem & allegationem acceptilationis, quæ & ipsa pro solutione est. At vero plures etiam exceptiones obstare paratæ executioni tradunt Dd. veluti non num. pec. intra biennium allegatæ, *Coler. de process. executiuis p.1.cap.10.n.*107. loci non tuti. *Idem p.4.c.1.n.*169. non traditæ mercis. *Idem ib.n.78.& seqq.* cedendarū actionū, *ib.n.87.* simulationis *ib.n.92,* excussionis *n.95.* omissæ Insinuationes. *n.98.* Velleiani *d.p.4.c.1.n.136.&c.* Et vtique cuicunque instrumento poterunt obiici exceptiones, quæ etiam post sententiam opponi possunt, & earum tamen aliæ præter hic relatas, de quibus

v. *Gail. 2. obs. 17. Salic. & alios in l. 1. C. de iur. & fact. ign. Zanger. de except. p. 3. cap. 26. Specul. d. except. rubr. Quando opp. exc. peremt. §. Dicto de dilatoriis n. 14.* Et tanto magis exceptio conditionalis contractus erit admittendus, cum vtique conditio suspendat obligationem ante cuius purificationem ridicule quæratur de executione.

Contra sententiam *Art. 3.* quod qui promisit factū cum iuramento, præcise facere teneatur, nec liberetur præstando interesse, possit quidem non insubtiliter disputari: sed ea tamen communis est, *v. Crauet. consil. 12. Couarr. in c. quamuis part. 2. §. 4. n. 6. Iason in l. si pecun. d. cond. caus. dat. n. 23.* vbi plures cumulat.

Nimis extra terminus suos extrahit author *Art. 4* speciem *l. si filiusfam. 16. Ad SC. Maced.* vbi filiusfam. in prouincia accepit mutuam pecuniam tanquam ea mandato & numine patris, & desuper ipse emisit literas ad patrem vt hoc debitum in prouincia solueret, ad quas literas si taceat pater, censetur contractum a filio gestum approbare: vbi autem pater pecuniam accipienti filio consentit, obligatur, nec defenditur exceptione Macedoniani. At enim, longe abest, vt ista decisio possit trahi extra hos terminos, & vt quis ex hoc solo, quod accipit literas alicuius qui se creditorem dicit, vtcunque tacuerit, obligetur: nisi al. quod factum intercedat, ex quo eum obligationi consensisse colligatur: veluti hoc obtinet in deposito: vt qui rem apud se in ædibus suis deponi passus est, obligatus hoc ipso vel ex sola taciturnitate videatur, per notata in hanc rem à *Mozzio d. deposito cap. vlt. n. 9. & 10. Azon. gl. & Castr. in l. 1. in pr. de depos.*

Appendicis Art. 1. totidem pene verbis sup. propositum fuit.

Art. 3. Ibid. autor inuoluit & turbat. Aut enim vsuræ illicitæ sunt iuxta rationem iuris Canonici, & sine controuersia, aut in sortem imputantur, aut si huic imputationi locus non sit, solutæ condicuntur, & nullo modo peti in iudicio aut extra iudiciū possunt. Quod si legitimas & licitas ponas vsuras, prout ex mora aut ex obligatione debentur, ita aut separata & propria actione, aut vt officio iudicis adiudicentur, petere eas creditor potest: omnino autem solutæ retineri iure possunt. Plane quæ ex mora debentur, solutæ retineri quidem, sed separata actione peti non possunt, si quidem tantum officio iudicis accedunt, itaque si sententia super principali iure sine his vsuris lata sit, nulla harū nomine petitio superest, *l. qui per 49. §. 1. de act. empt.*

Tituli II. Art. 1. agit iterum de cautione & instrumento, quo causa debiti certa non continetur, de quo sup. diximus, id quidem pene pro inefficaci haberi, salua tamen probatione causæ & debiti, creditori. In terminis stipulationis de hac quæstione etiam tractatur, an ea efficax sit, si nulla causa ex qua stipulatio interposita sit, fuerit adiecta: quoniam stipulatio aliarum obligationum firmandarum causa inuenta est. Et videtur in donationis speciem stipulatio huiusmodi, quæ alia causa destituitur, incidere de quo *v. Gædd. de contrah. stip. c. 3. concl. 5. confect. 1. n. 74. Gomez. 2. resol. 9. & ad eum Soarez ibid. & Dd. in l. 2. §. circa de dol. mali except.* Plane, conditio quæ alterius honestum & licitum factum exigit, si eo facto, quid promittatur, causæ locum habet, vt efficax fiat & sit obligatio: quæ est materia 2. Art. & haud dubie cōmunis opinio, non singularis doctrina Duareni. Potest autem pro conditione personarum contrahentium, aliquando etiam causa inserta haberi obligatio pro nulla, vbi præsumitur contractus simulatus, & factus in fraudem legis; quæ est materia *Art. 3.* Sed ea certa definitione comprehendi non possunt, & plurimum hic in arbitrio iudicis & in probationibus factoque positum est.

Licet quis à latronibus & non veris hostibus captus sit, tamen æquissimum est, quod quis pro eo soluit, ipso volente, id refundendum esse: nam hactenus apparet eandem hostium & latronum rationem esse, arg. *l. pen. §. 1. de donationib.* cū & à latronibus sæpe grauius immineat periculum. Et quæ pro debitore *Art. 4.* afferuntur, sane nullius pretii sunt.

Operam ludit author Appendicis *Art. 2.* magno enim nimis & prolixo tit. opus foret, si singulæ & vniuersæ causæ ob quas contractus & obligationes sunt nullæ, essent enumerandæ: & hoc toto opere tantum sunt scopæ dissolutæ, & diuersæ sententiæ. Confundit etiam male obligationem nullam, cum iniusta vel iniqua, & ea quæ rescindenda est: velut minorem inter & cauponem. Illa specialis causa est, quod factum alterius promissum est: quæ tamē ipsa sententia multas habet limitationes, de quibus alibi.

AD TIT. III.

De Locatione.

NImis perspicue errat, dum putat ad id, de quo agit *Art. 1.* requiri vt sit hypotheca specialis. Omnino enim sufficit generalis, quippe quæ notissima sua potestate omnia bona debitoria, & consequenter etiam fundum locatum continet: sequentia de generali hypotheca in terminis tradit ab authore improuide citatus *Bart. in l. emptorem, C. h. t.* & ratio tam certa est, vt certo sciam dissentire ex Interpp. neminē, sicut & id pro certo tradit *Gu. d. P. ap. decis. 480.* Nota subiecta plura hic adspergit. Quod a. si offeratur à locatore aut emptore, omne interesse, liberetur hypotheca, verū est: & ita nec obstante hypotheca cogetur præcise stare locationi, contra quā male putat *Guid. d. loco nam. 6.* In altera specie obligatæ domus, quod inquilinus tantum habeat retentionem, verum non est, quia ius pignoris infert actionem etiam hypothecariam. Quod ad maritam attinet, ita se ius habet, vt soluto matrimonio vxor locationi v. c. fundi dotalis stare teneatur, causa tamen non præcise: id est, nisi velit teneri marito aut eius heredi ad interesse, quod ipsi conuenti à conductore præstiterint. Etenim alias mulier soluto coniugio expellere colonum potest. Sed vt dixi, communi iure colonus ab vxore expulsus agit contra maritum aut eius heredes: & si regressum habeat contra vxorem ex cautione quam marito, quippe qui iure suo & bona fide locauit, vel heredibus vxor præstare tenetur, iuxta *l. si filiosfam. 25. §. vlt. sol. mat. & ibi notata à Bart. & Alex. & alios, & Cyno aliisque in d. l. empt. C. h. t.* de quo & sup. egimus.

Contra Art. 2. possit disputari ex ratione iuris, quod contractus non mutetur ex tempore, ne iniuria fiat locatori, qui tantum locare voluit: & licet conductori detur vtilis actio in tertium, *l. 1. §. 3. de superfic.* nō tamen debeat præiudicium inferri domino locatori, quominus suo iure vtatur. Videtur tamen ista sententia communis, quam ex Angelo refert & probat *Additio ad Bart. in d. l. ade. 3. C. Locati. Guid. Pap. decis. 480.* & ita in terminis *Bart. in l. empt. C. Locati.*

Errat quoque autor *Art. 3.* dum putat locatorem, qui ex iustis & iure in *l. ade 3. C. Locati.* expressis causis expellit conductorem, teneri ipsi præstare omne interesse. Ad nihil enim aliud tenetur, quam vt remittat mercedem. Et ad illud vero prius, non ad aliud tenetur, qui sine vlla iusta causa conductorē nō permisit vti, quæ certissima sententia est. Ceteroquin arrestum probo in specie proposita, si fœmina

illa nec conductas alias ædes habere potuit: cetero-quin quid hoc ad tertium conductorem, quod locatrix sua ab alio expellitur: sed in hac specie quam dixi, vbi alias ædes habere non potest, incidit id in casum *d.l.3. C. Locati.* quo ipse dominus ædibus suis opus habet, de quo licet existimare de iudicio autoris, qui hoc casu putat locatorem non teneri præstare damna & interesse, & tamen teneri illis casibus qui sunt *in d.l.3.* quod plane falsum est, & quod illa sit Dd. doctrina, pariter falsum est.

Art. 4. certa ratio est, si modo ea mobilia defuncti fuerunt, quoniam ea mobilia pignori tenentur, pignus autem est indiuiduum, & nõ obstante diuisione obligationum in heredes ipso iure, pignus in solidum obligatum manet, donec integrum debitum soluatur, *l. 3. C. de negot. gest.* Notator quoq; hic multa adspergit, quæ censura indigent. 1. Cõstat, illata ita teneri pignori, qua illata, nec impediri cõductoré, quo minus bona ea rursus bona fide efferat & vendat, ita vt onus reale pignoris ea tum non sequatur, cum & ea tantum teneantur, quæ ea fini illata sunt, vt perpetuo ibi maneant. Igitur recte sentit nota, si loquitur de rebus claris talibus &c. post mortem conductoris. 2. Ignorauit notator, quod ea communi opinione Interpp. *l. cert. C. Locati*, etiam illata in prædium rusticum teneantur pignori si sciente domino fuerint illata. 3. Nescio quos vocet priuilegiatos, an simplices, & hos qui ex causa præferuntur, an hypothecarios: hi enim omnibus ceteris præferuntur 4. Ordo quem proponit forte est ex moribus Galliæ: non est autem iuris communis, quo simpliciter expensæ funeris prius sunt farciendæ *l. pen. de religios.* sed & famulis, medicamentorum potior esse causa solet, & pharmacopolarum, quippe qui tenentur, quasi necessario petentibus ægrotis pharmaca præbere, vt cum ceteris omnino sponte contrahentibus nõ recte coniungantur. 4. simpliciter in mobilibus videtur præferri locatores: & vero illi iure non habent hypothecam nisi in mobilibus illatis in ædes. sed & si hæc antea alicui pignori & aut illationem obligata fuerunt, is potior erit. 5. Quamuis ita quidam sentiant, tamen verum nõ est, quod locator habeat possessionem mobilium, quæ conductor intulit in ædes, nam à possessione domus, ad possessionem mobilium conductoris in ædibus, vitiose infertur. 6. vitiosa præfert possessorem pignoratæ rei: pignus n. conuentione constituitur & cui prius pignus obligatum est, is actione hypothecaria potior est, contra quemcunque possessorem, etiamsi & huic sed posterius res fuerit obligata, quod certissimum est: & vero hic penitus falsum, quod in pari causa potior sit conditio possidentis, quamuis nec sit par causa, vbi alter tanquam tempore prior, potior est iure. In concursu locatoris. & eius qui rem vendidit, certum est præferri illum, si res simpliciter vendita & fides de pretio habita: ceteroquin venditor dominus manet, *§. venditæ 41. de rer. diu. l. quod vendidi 19. d. contr. empt.* in quo nimis turpiter offendit Notator, qui putat locatorem etiam domino rei &c. v. caus. ei qui rem suã deposuit, præferri: quod nimis absurdum & perspicue falsum est, siquidem certissimi iuris est, alienam rem pignori obligari non posse, & eum qui dominii iure rem persequitur creditoribus omnibus, quibuscunq; tandem, esse potiorem: quod Bald. tradit pro regula & certo iuris principio *in l. in rebus C. de iur. dot. n. 1. & 2.* quod quicunq; prætendit actu permanens dominium, sit potentior quocunque creditore alio debitoris sui. Ista quidem in Notatore ignorantiam iuris arguunt, sed & nimis ineptum est, quod de rata temporis, & portione loci, quam res occupauerit, adfert, omni iure & ratione destitutum: & audet tamen in eam rem pari inepria textu iuris abuti. Quod subconductoris illata quoque teneantur locatori primo, verum est, sed nimirum pro mercede ea tantum, qua ipse secundus à primo conductore conduxit, non in pensionẽ totam integramq; totius domus, quæ est sententia *l. solutum §. solutum, d. pig. act.*

Priuilegium clericale non facit, quominus is bona sua pignori obligare possit, Itaque vix & ratio dub. est in *Art.* 5. est autem pignus illatorum ex tacita quadam conuentione, *l. 4. de pact.*

Nota hic etenim prolixe repetit, quod ad *Art.* præc. de subconductore tractauit. Ex iure ciuili res certa est per citatum textum: scil. quo ad prædia vrbana, sed quod ad rustica rursus euideoter cum Molineo (si is ita sensit) labitur autor Notæ istius, dum putat quod in inuectis à subconductore in ædes statuitur in d. textu, vt tantum pro mercede sua teneantur, idem obtinere in subcolono, in fructibus fundi subconducti. Id nimirum falsum est, per *l. si in lege 24. §. si colonus 1. Locati.* Atque ratio differentiæ perspicua est, quod ædium locator, quo ad securitatem ex pignore respexit tantum ad inuecta à conductore suo. itaque gratulari sibi debet, si accedant illata a subconductore, quo ad portionem mercedis. At fundi locator respexit pro securitate mercedis, fructus omnes nascituros ea fundo, nec conductor conditionem hanc eius efficere potest deteriorem. Illud vero liquidissimum est, quod si conductor primus, offerat pensionem integram, nihil iuris contra res inuectas in domum à subconductore sibi vindicare locatorem posse, idque liquet ex rationibus decisionis, *in d. l. solutum. §. solutam de pign. act.* quas ibidem *Bart. & alii* proponunt.

Videtur author *Arrest.* 6. existimare quod iure ciuili propria authoritate citra Iustitiæ ordinem, aduersus alium, quid facere proprio & alieno nomine liceat, si quidem huic iuri opponit Galliæ mores, quibus id non liceat, sed haud dubie fallitur: & nihil est certius iure nostro, quam quod vbi v. c. debitor non vltro satisfacit, aut possessor non cedit, legitimis remediis iuris sit experiendum. Mouent dubitationem iure nostro tres fere casus, quibus propriæ authoritati locus videtur dari: in debitore qui pactus est vt liceat creditori ingredi possessionem rei examinatæ pignori, in emphyteuta, qui non soluit pensionem, in vasallo qui commisit feloniam: Longum sit hæc exsequi, sed videantur *Bart. & Dd.* de primo casu *in l. creditores 3. C. de pign.* de secundo latissime *Iason in l. 2. C. de iur. emphyt. n. 100. & seqq.* De tertio *Rosenthal de feudis cap. 10. conclus. 41. num. 59. 60. 73. 144. & 151.* Et reperiet lector quæ sufficiant ad confutandam istam sententiam, quam iuri ciuili adscribit author. De materia *Arrest.* 7. diximus ad *Art.* 3.

Locatio cuius fit mentio Appendicis *Art.* 1. non potest esse vera locatio, sed necessario degenerat in emphyteusin: Illa valde sed necessaria admonitio erat, quod actio ex locato, habeatur pro personali. Ecquid vero vnquam vel dupondius an non esset personalis, dubitauit?

Ad *Art.* 2. de inhonesta vita exemplum afferunt Interpp. de eo qui inducit meretrices in domum, & distinguunt fere vt videre est ex *Cyn. in l. 3. C. Locat. num. 2.* Sed ego authoris sententiam simpliciter probo cum *Salic. in d. l. 3. in fin.* neque debet locum amplius habere apud Christianos, *Lancillottum de petit. hæred.* Sed o. decepit Italos Scriptores quod in Italia & ipsa Roma, lupanaria publice tolerantur. Illud dubiũ, quod negat autor, expelli posse locatorem (legitimis scil. remediis) qui nõ obseruat leges locationis.

Est

Est multi hoc perpetuum, vt vbi contra pactum adiectum contractui fit, liceat agere ex contractu. Et ergo si in leges conductionis peccatum est, aget locator ex locato statim, neque conductorem, vt ait autor relinquere tenebitur. Poterit plane iudex arbitrari, an conductor facessere debeat, an absolui præstito eo quod interest, sed sane hęc videtur mens fuisse locatoris, vt si leges dictas non obseruauerit conductor, ædes vel fundum sibi rursus asserere locator possit. Et vero cum locator in possessione maneat, ni prohibeat colonum vti frui, & hic agat ex conducto, profecto exceptione violatæ fidei videtur repelli posse.

*Art.*3. Appendicis non pauca desidero. 1. verba *lin.*3.*&* 4. *eiusdemque conductoris* nullũ sensum habent, quomodo enim emptor possit esse conductor. Deinde, nego ex ratione iuris, ex pacto de continuanda conductione, quod emptor fecit cum venditore, ius quæri posse conductori, quominus iure expellatur ab emptore: sed pactum hoc proderit hactenus venditori, vt si is expulso colono interesse præstare cogatur, regressum vi pacti habeat contra emptorem. Nec rationi iuris conuenit Art. cuius in fine mentio. Nec enim colonus potest vllum habere regressum, & actionem personalem aduersus proprietarium, vbi vsusfructuarius locauit fundum, & non finito tẽpore mortuus est, sed aduersus heredes fructuarii, qui incertus de vita sua & iure, non debuit in longius tempus locare vsumfructum, & quidem cum demum si ignorauit esse fructuarium: Quod si sciuit, nec contra heredes eius habet actionem, cũ scire debuerit ius non vltra habuisse fructuarium *l.* 9. §. 1. *D. Locati.* Et omnino fit hic iniuria proprietario. Facit expresse, quod supra probauimus, soluto matrimonio, vbi maritus fundum dotalem locauerat, conductoribus nullam competere actionem contra vxorem, sed contra maritum aut eius heredes, nomine eius quod interest. Illud certum est, si conductor præster creditori locatoris, quod debetur sub pignore fundi locati, non posse creditorem ei fundo auferre possessionem illam seu detentionẽ itemque quod creditor ei actiones cedere debeat: sed quid sit, quod author addit, *euictionem & autoritatem ei esse præstandam.* id quidem non intelligo: sicut nec intelligo, quomodo creditorem vocet nouum adquirentem: Etenim creditori si sit soluta pecunia, pignus liberatur, rem autem creditor non adquirit: aut an existimat author, creditorem iure domini aut creditoris saltem distrahere fundum pignoratum, & proinde eum qui pecuniam soluit pro emptore haberi. Hæc quidem sunt alienissima à ratione iuris. Quid quod creditor pignus qua creditor vendens, de euictione non tenetur.

In *Art.* 4. Append. rationem dub. non video, nec casum intelligo.

Sicut nec capio quid sibi velit *Art.* 5.

De materia *Art.* 6. *&* 7. sæpe iam dictum. Et inter alia de prælatis quoq; qui locarunt, & ante finitam locationem mortui sunt tractant Dd. citatis locis, *in l. si filiofam. §. vlt. solut. matr. l. empt. 9. C. locati.* vbi etiam de tutore, in quo maior est ratio, quia loco domini est. De marito & vxore sæpius egimus. Et fallitur autor dum putat vxorem teneri directe stare locationi eum imo non teneatur, sed si expellat teneatur ex cautione marito, diserte Sali. *in d. l. empt n.* 5. *&* *ib. Cyn. n.* 6. Et nun concludens est ratio, quod alias conductores deciperentur: habent illi actionẽ contra locatores suos, & alias diceremus & emptorem teneri obseruare locationẽ: cum quotidie fiat, vt res conducta vendatur. Autor perpetuo offendit ignoratione verarum rationum iuris.

In specie *Art.* 7. ponendi fuerint duo conductores. Quis n. alias sit ille conductor, qui concurrit quoad pensiones prorogatas? aut si sit idẽ conductor, quæ tandẽ quæstio esse potest de concursu in pensionibus iam solutis: Et quæ potest in illis esse quæstio, siquidẽ conductor qui prærogauit pecuniã pro pensionibus, nihil amplius debet pro rata tẽporis in quo prorogauit. Sed huiusmodi ἀνωμαλίαι passim occurrunt. Posito subiecto habili super quo disputetur, rursus vbi de cõcursu super re certa quęritur & quis pręfertur oportet supponere hypothecã: at certũ est quod nec pharmacopœus nec cœmentarius hypothecam habeant in pensionibus ædium, de quibus hoc Art. agitur. Et tantũ igitur habet locũ quæstio, vter istorum sit magis priuilegiatus, & vter prius ex defuncti bonis quibuscunq; satisfieri debeat. Et si ponas vt supra, agi de eiusmodi medicamẽtis, quæ pro defuncti reparãda sanitate præbita fuerũt: ego haud dubio cõtra Art. istud pro pharmacopœo responderem. Et prorsus nulla est illatio ab ædibus ad pensiones debitas, vt textibus & rationibus plane abutatur autor. Quin & quo ad ipsas ædes, si ponas simplicẽ cæmentariũ qui tantũ laborẽ præstitit in ædificãdo, nusquam proditum aut scriptum puto, quod iste hypothecãm habeat in ædibus ædificatis.

Art. 9. negatur pro annis tacitę recõductionis posse capi bona cõductorũ iure pignoris, quia cõtractus locationis limitatũ tẽpus habeat. At siue loquatur de rebus inuectis quæ tacite obligantur, siue de rebus expresse pro pẽsione obligatis, falsũ dicit autor: & cõtra, certi iuris est & in citato textu expressũ, quod in recõductione tacita simul quoq; pignora repetita intelligãtur: nec dissentit *G. Pap.* qui citato loco hac de re nihil.

Æquissimã sententiã puto, vt cõductor ex ædibus, spectris infestis, possit migrare de quo *Art.* 10. An & quæ vel qualia ista φάσματα esse possint, pertinet ad iudiciũ Ecclesiæ, sed de facto cõstat, & experiẽtia rẽ cõtestatur. Qui dæmones esse credit, & in primis qui animas corporibus egressas variis locis detineri posse sibi persuadet, cuius rei nõ vnũ exemplũ Greg. M. dictus in Dialogis refert, omnẽ fidẽ huic rei derogare nõ potest. Sed nõ est hac de re disserẽdi hic locus.

Species *Art.* 11. perspicua est, & nimis prolixus hic autor. Exceptio Chotardi de pacto adiecto super cõtinuatione locationis, inepta est, in facto & iure: Nã indemnitas promissa fuit venditoribus locatoribus si expelleretur Chotardus cõductor, quo ipso aperte ostensum, iure eum ab emptore expelli potuisse. Amplius dico, cõtra quam pro certo habet autor, licet expresse pactũ sit, vt locationi stetur, qui casus & proponitur *in d. l.* 3. *C. Locati*, tamen nõ cogi emptorem obseruare locationem: sed pactionem eam ad hoc saltem prodesse, vt si colonus ab emptore expulsus, interesse petat à suo locatore, hic vigore pacti regressum habeat contra emptorem: quæ prima eaq; rectissima est explicatio Accurs. *in d. l.* 3. *C. de Locato*: altera enim nullius est momenti, quod exceptio cõpetat conductori, neque enim ex pacto alterius alteri quæritur exceptio. Et vero quid prodesse possit exceptio, cum emptor dominus effectus & possessor, impedire possit cõductorem ne vtatur. Et quod ex pacto ita inter venditorem & emptorem nõ quęratur exceptio cõductori probat, *Cyn in d. l. empt. n.* 7. Altera exceptio de nullitate contractus respicit ius tertii, neque est nullitas absoluta, cum sit suspensa venditio in legitimam ætatem vxoris: & videntur tamen iudices hoc considerasse, qui potestatem fecerunt Chotardo soluere reditum 1200. coronatorum: quod posita validitate contractus nullo modo defendi possit.

AD TIT. IV.

De cautionibus, &c.

VT in causa ciuili, quis de iudicato soluendo satisdet, sub obligatione corporis sui, iure nostro prorsus incognitum est: nec ex textib. citatis vel ipsum probatur: sic ut nec, quod de Incarceratione adiicitur. Ita iste homo secure abutitur legibus Romanis. Illud sane statuunt Dd. *in l. vlt. C. de vsur. rei iud.* quod sententia lata in reum principalem, sine alio processu possit executioni mandari in hunc fideiussorem: itaque quo casu & quibus locis id receptum, poterit fideiussor & in carcerem recipi. In altero membro, de fideiussore in criminalibus, magnam deprehendo ἀλογίαν: dum hic nec quo ad pecuniariam pœnam admittit fideiussorem. Ratio nulla est *ex l. sancimus, C. de pœn.* nam & quisque debitum suum exsoluere tenetur. Et vero pœna furti est quadrupli & dupli: si bona est ista ratio. . Ergo nec pro hac pœna interueniet fideiussor: quod falsissimum, & vero si quis ex criminali causa sit pecuniarie condemnatus, an non alios pro eo soluere poterit? vtique, qui & ad hāc causam ipse possit pecuniam dare mutuam. Et quid ni igitur pro eo possit quis fideiubere? & porro si id, in ciuilibus causis licet, incarcerari? hæc nimis sunt perspicua, quæ nemo possit negare, qui iudicio vtitur. Plane si delicto regulariter pœna veniat irroganda corporalis, & quis pro Reo per errorem intercesserit fideiussor, dubitari possit, si ex humanitate pœna mutetur in pecuniariam, an teneatur fideiussor.

Illud *Art. 2.* certum, quod fideiussor vltra summam stipulatione comprehensam non tenetur: est enim stipulatio stricti iuris. Qui simpliciter fideiubet iudicatum solui, tenetur in quantitatem sententia comprehensam. Sed an qui fideiubet ita in prima instantia, manet etiam obligatus post appellationem ad idem, in secunda instantia? Affirmat autor, sed inconsulte: stipulatio est stricti iuris, si quis iturus ad certum iudicem, stipuletur iudicatum solui, & eat ad alium, fideiussor non tenetur, *l. 3. in pr. iud. sol.* si actus in rem stipulatus sit, post agat in personam, rursus non tenetur fideiussor, *l. cum quærebatur 13. §. vlt. iud. solui.* Eadem ratione qui fideiussit se soluturum, quod hic index iudicauerit, non tenetur in secunda instantia, *l. cum apud* 20. *iud. solui.* Quod si simpliciter fideiusserit, se soluturum, quod iudicatum fuerit, poterit defendi autor, quamuis videri possit fideiussor sensisse de iudice apud quem fideiubet, & cuius forte fidei & eruditioni confidit: qua de causa *in d. l.* 20. monet ICtus, vt actor clausula adiecta sibi caueat v. & *Boerium decis.* 315.

Singularis & subobscurus est casus *Art. 3.* de quo sane videantur quæ scribit *Boer. decis.* 314. nimis excresceret opus, si singula accuratius examinare voluerimus.

Arrestum 4. facile probo, quoniam hæc est ratio coercitionis in causa criminali vel potius ex causa criminis ciuiliter iam exerciti, vt ita condemnetur reus ad solennem agnitionem, & ni faciat, ob contumaciam cōdemnetur ad pecuniam. Et cum illa agnitio & deprecatio non possit esse nisi personalis nec ea onerari fideiussor, censetur ob hoc ipsum fideiussor acceptus, vt non parente Reo obligetur in id, quod in locum agnitionis contumace Reo subrogatur. Pessima autem ratione decidendi author vtitur, quod fideiussor acceptus intelligatur in omnem causam: in quam rem sane allegatur nimis inepte, *l. si quis* 56. *§. si nummos de fideiussorib.* Et præterea propositio illa fere tantum ad contractus bonæ fidei pertinet: ceteroquin secus esse docet, *l. centum 8. de eo quod cert. loco. l. fideiussores 68. §. 1. de fideiuss. l. 2. §. pen.* à contrario sensu, *d. admin. rer. ad ciu. pert.*

Ad *Art. 5. & 6.* notandum est, quid in causis criminalibus continetur cautione de iudicio sistendo: Aliquando stipulationi insertam fuisse certam summam *arg. est l. 2. C. ad Sc. Turpill.* Ea omissa, erat pœna arbitraria, si tutus status non fuisset, & si dolus fideiussoris interuenisset, etiam extraordinaria in corpus *l. si quis reum 4. de custod. reor.* Itaque non video, quid obesse possit fideiussioni eius, qui socius arguitur, quam quod ille facilius, hoc operam daturus est, vt socius elabatur, per quem grauari possit: alias quid ni inuicem admittantur?

In *Art. 7.* facti magis quam iuris est, quid promiserit Cabineus. Plane in pœnam capitalem fideiussor esse non potuit: & verosimile est, tantum vt relaxaretur ex carcere interuenire voluisse, non pro aliis causis.

Textus *Art. 14.* citatus nihil plane probat: sed est alias vera ea sententia, actio enim in magistratus dicitur subsidiaria, *§. pen. Inst. de satisdat. tut.* & in primis excuti oportet & fideiussores, & omnes quoq; tutores (in casu pupillorum) *l. 5. de magistr. conuen.* in quam rem est elegans textus cum limitatione, *in l. Lucius 46. §. pen. de admin. tut.*

Recte se habet *Art. 17.* quoniam cautiones iudiciales necessariæ ex causa, & si non amplius duret cautū repeti possunt. *l. si ab arbitro 10. §. 1. Qui satisd. cog. l. prætor. 20. §. & si satisdat. 24. de nou. op. nunt. l. 14. de prætor. stipulat.*

Mirum vero, quomodo Actor de quo *Art. 18.* debeat de iudicato soluendo satisdare, nisi forte de expensis intelligit. Quin nec reus litigans ipso iure nostro grauatur hac cautione, sed tantum qui alieno nomine suscepit iudicium. *§. sed hodie cum seq. Inst. de satisdat.*

Nescio quid sibi velit, aut sibi opponat *Art. 19.* Liquidissimi iuris est, quod distractis pignoribus à creditore, si quid desit, possit adhuc petere: si quid supersit, debitori agenti pignoratitia restituere teneri, sed & *per l. vlt. C. de fideiuss.* agere pro residuo contra fideiussores poterit creditor. An autem pendente processu & cœpto, distractionis pignorum, possint conueniri fideiussores, diuersa longe quæstio est, & humanius dicemus, debere processum illum peragi, dum constet an ex eo satisfieri possit creditori, ad quod tamen parum facit *l. à Diuo 15. de re iud.*

Male proponit *Art. 28.* Debebat præmittere de fideiussore, qui necdum soluisset, nam qui soluit, mandati actionem vtriq; habet, aut si quam creditor cessit: tribus illis casibus admissum est: & tractant de ea re late nostri Dd. in textibus citatis.

Pro sententia *Art. 21. add. Gail. 2. obs. 27. num. 2. & 3. Coler. de process. execut. c. 1. n. 96. Gomez. 2. va. sol. 13 nu. 14.* vnde omissa exceptione recte condemnatur. Et sane ista exceptio non merita causæ, sed potius processum concernit.

De eo quod proponitur *Art. 22.* apud Bald. ne verbulum extat, sed alias recte id se habet, si ponas fratres communes heredes patris, simul conuentos & condemnatos fuisse, censentur enim condemnati iuxta id quod sunt obligati, sunt autem obligati singuli ipso iure non vltra pensiones hereditarias, quæ possunt longe esse diuersæ à virilibus, quas improuide dicit autor. Porro ad terminos plurium coheredum inepte adfertur, de exceptione diuisionis, quæ necessaria est his, qui ipso iure obligantur in solidum velut tutoribus, aut fideiussoribus, here-

des

des autem ipsi iure tantum pro parte singuli tenentur & conueniuntur. Ceteroquin non est liquidum quod exceptio hæc sit proponenda ante litem contestatam. Ita sane *Cyn. in l. exceptionem C. de probationib.* (non *de exception.* & *ibidem Bald. n.* 20. per bonam rationem sed contrarium suadet *l. fideiussor.* 10. *C. de fideiuss.* per quam & magis communiter contrarium tenentur, *v. Salic. in d. l.* 10. *n.* 4. & *ibidem Bart. Gail. 2. obs.* 27. *n.* 5. *Gom. 2. resolut.* 13. *n.* 15. Illud vero vix concoquo quod licet ante lit. cont. sit opponenda hæc exceptio, tamen ea & in executione, (ita enim legendũ est) admittatur. Istud enim pro monstro est, vt quæ exceptio mihi per litis cont. adimitur, ea possit in executione abiici: & vbi tandem gentium exstat citata *l. Paulus ff. de diuid. tut.* videntur mihi per inaduertentiam diuersi casus & termini confundi: si proponas plures condemnatos vna sententia, sane singuli in executione diuisionis exceptionem opponent, quia in viriles, non autem singuli in solidum condemnati intelliguntur. *L.* 1. *C. si plur. comm. sent.* quo & pertinet, *l. bona* 39. §. 1. *de iure fisci.* At enim cum v. c. vnus ex fideiussoribus aut tutoribus solus in ius vocatus, omissa exceptione diuisionis in solidum condemnatus fuit, qui poterit illi obiicere exceptionem diuisionis.

Ratio *Art.* 23. est, quia & tutores quin & ipsi correi hodie habent beneficium diuisionis. Illud quoque rationis & æquitatis perspicuę est, vt conueniatur prius qui gessit: quod notat quoque *Boer decis.* 59.

Multi sunt casus quibus ordinis beneficium cessat, quod attingit *Art.* 24. & de eo plane *Dd. in auth. præsente, C. de fideiuss.*

Art. 25. minus recte se habet, Aut agit de debitoribus principalibus: aut de fideiussoribus. Illi iure veteri omnino singuli obligabantur in solidum ex sola forma obligationis, & tanto magis, si adiectum fuisset, vt in solidum singuli obligarentur. Ex N. 99. acceperunt & hi quæ communis est sententia, beneficium diuisionis, sed vt illi expresse renunciare procul dubio possint. Et possit quis defendere, licet dictum sit vt singuli in solidum obligarentur, tamen eos non amisisse exceptionem: quoniam ius non diuidit obligationem inter eos, sed tantum dat exceptionē vt verba illa ad ius referantur, nō ad negādā exceceptionē, in quā rem in materia fideiussorũ est text. expressus *in l.* 3. *C. de fideiuss.* quamuis in ipsis principalibus facilius putem concludendum esse pro renuntiatione: Illud vero hic apud authorem perspicue absurdum, quod non possint conueniri nisi pro parte: Id quidem iure nostro aperte falsum; quo non hoc datum est, vt ne ipso iure sint in solidum obligari, sed vt diuisionem actionis petere possint: quod & dupondii sciunt. Hinc autem apparet, quam belle autor probet sententiam suam ex textibus veteris iuris, sub *tit. C. de duob. reis.*

Passim confuse & ita agit autor, vt vix quidquam ex eo discere Lector possit. Idem facit *Art.* 26. & generalem renuntiationem quænam sit illa non explicat. Est quædam generalissima, *renuncio omnibus beneficiis legum.* quam fere inutilem, vtique beneficia fideiussoria non adimere putant Dd. v. *Hering. de fideiuss. cap.* 27 *n* 41 *Vasq. ill. quæst.* 33. *n.* 11. est alia subalterna: *Renuntio omnibus beneficiis fideiussoriis.* Est specialissima, renuntio exceptioni diuisionis, ordinis, &c. De hac nemo dubitat: sed & de illa vix quisquam cum ratione dubitare possit, quin sit efficax. Alia longe quæstio est, si quis se constituat principalem debitorem simul, an censeatur renuntiasse beneficio ordinis: quod sane videtur ratio suadere, quod alias inutilis videatur hæc conuentio. Et ita censent *Hering. de fideiuss. p.* 1. *cap.* 27. *nu.* 85. & *seqq.* & *multis ibi citatis n.* 118. 129. & 110. *Ant. Gail.* 2. *obs.* 28. *Hipp. de Marsil. ad rub. de fideiuss. n* 62. Contrarium tamen probatur ab *Ernest. Coth. consi.* 22. & aliis quos citat ipse & *Hering. d. l. num.* 67. *Schneid. in* §. *fideiussor. Inst. de fideiuss. num.* 11. & facit in argum. exemplo beneficii diuisionis bonus textus, *in l.* 3. *C. de fideiussorib.* Coeteroquin in casu ab Autore hic proposito, recte in Curia iudicatum fuit: nec enim qui promittit se soluturum pro Reo, videri potest renunciasse beneficio excussionis.

Quod vt singulatim monet author *Art.* 27. Sæpe iam monuimus, & iure nostro liquidissimum est: Et tamen quo ad hanc rem de indiuiduitate hypothecæ inepta est distinctio, an personalis sit iuncta hypothecariæ nécne: sed planius dicendum est, quod si debitor ipse possideat hypothecam, recta possit agi hypothecaria: soluat enim debitor, si velit esse securus & liber. At si tertius possideat hypothecam, prius & debitor & fideiussores sunt excutiendi: quod nouiter, cum ante secus esset, constituit *Iustin. N.* 4.

Arrest. 28. proponendum erat non de conueniendo fideiussore, sed eo accipiendo & constituendo. Hic enim curandum est, vt omnia recte fiant, ne dubitatio aliqua postea nascatur, & creditor eludatur: quæ tamen elusiones non admittendæ, & vbi verba sunt idonea ad obligandum, cautio pro valida est habenda: quamuis ad præcludendas cauillationes, tutiũ sit, omnia accurate fideiussione comprehendere. Exceptio autem erroris iusta est, quæ cum sit in rem, & fideiussoribus datur vt docet *l. sed & si quis* 4. §. *vlt. si quis caut. in iud.* quem locum inepte adducit, applicat & explicat autor: & cetera quoque contorte proponit.

Duplex ratio facit pro *Arresto* 29. 1. quod necessaria sit ista satisdatio, quæ ex causa necessitatis, & in alia prouincia præstari potest, vt expressum *in l. si fideiussor.* §. *si necessaria, qui satisd. cog.* quem textum miror equidem in contrarium citari contra eius expressissima verba. 2. Quod si priuilegio quis suo efficaciter renuntiauerit, admittendus est in fideiussorem: textus rursus expressus, *in l.* 1. *si quis in ius voc. non ierit.* Id autem se facturum fideiussor iste obtulit. Et quæ igitur ratio dubitandi.

Formula cautionis *Art.* 30. vt vnusquisque in solidum, & præterea vnus pro altero teneretur, puto satis effectum, vt singuli in solidum possint conueniri. Quod si enim singuli pro parte tantum conueniri possent, nunquam fieret, vt vnus pro altero teneretur. Et in contractibus verba ita sunt explicanda, vt aliquid operentur, nec frustra sint posita. *Baldus ad rubric. Cod. de contr. empt. q. Dec.* 9. *consil.* 473. *numer.* 5.

AD APPENDICEM.

ARt. 1. si fideiussit de iudicio sistendi, cum reus mortuus sit, non iusta fuit condemnatio, si fideiussit pro debito & de iudicato soluendo, nec dubitatio est.

Arrest. 5. videtur probari, quod locus contractus ita tribuat forum, vt quis licet alibi habitet, eo euocari possit. Id iure nostro secus est, vt contractus in loco tum quis respondere teneatur, si ibi conuenitur. *Couarr. pract. quæst.* 10. *num.* 13. *Vult. in l.* 2. *C. de Iurisdict.* & *ibid. Sichard. numer.* 10. *de process. execut. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 44.

Vt quis alieno oomine cōueniatur, ꝙ vult *Arr.4.* ratio noo patitur. Et si ipse syodicus & procurator vniuersitatis ex coutractu inito oō obligatur, inique conuenitur, Et ꝙ nō reddidit rationes, facete non potest, vt alius contra eum agere possit, sialiss ex ratione iuris nō obligatur. si priuati fideiusserunt pro corpore vel vniuersitate, vtiq; recte conueniuntur sed an singuli de vniuersitate, conueniri possint ex contractu totius vniuersitatis, alia quæstio, & ea neganda est.

De fideiussore de iudicato soluendo, vt non semel dixi, tradunt hoc *Dd. in l. fin. inf. C. d.* (noo de vsuris) *vsur. rei iud* ꝙ executio sententiæ latæ in reū principalem, possit fieri sine oouo processu, in fideiussorem. Et igitur hic reus excussus est. & ꝙ quilibet fideiussor iudicialis, cuius multæ sunt species, nō excosso principali, positis terminis habilibus conueniri possit, falsū est, quidquid & videatur autori *Arr.7.*

Equidē ex commendatitiis & literis & sermonibos non nascitur obligatio, de quo *Arr.8.* Sed videatur tamen hic distinguendum, vt in terminis mandati, ꝙ aliena tantū gratia interponi dicitur, & *Inst. in §. tua tantum 5. l. mand.* non tam mandatum, quam consilium esse ait: Id enim limitant qoidam ex *l. 6. §. 5. D eod.* nisi id alter facturus alias non fuisset, alii inter consilium simplex, & quod suasionem & impulsionem quandam habet, distinguont, ꝙ consilium incidit in speciem mandati, nam & io his terminis, si qois alicuius commendarionem secutus quid fecit, alias nunquam facturus, & simul si commendationis nudæ quis terminos excesserit, ꝓfecto bona fides suadet, oe alter decipiatur. Et io specie secunda *d. Arr.8.* commeodario proponitor pinguior, quæ tanto minus excusanda est, si quis aliquem cuius conditionem ignorat, alteri de meliori oota cōmendat, quæ est species latæ culpæ: ceteroquio potest bonus vir externa specie & falli & porro eadem simplicitate alium fallere, cui aliquem cōmendat.

Noo proprium hoc est stilo Galliæ, vt non præstetur cautio de iudicato sulueudo, si reos ipse io iudicio principali litigat: hic enim oee iure ciuili istam cautionem præstat, sed tantum eius procurator & defensor.

Arr.10. errat haud dubie autor circa vncisrium fœnos: qood relatum & collatum cum cētesimario, vt ita loquar fœnore, nihil aliud est, quá cum io singola centum singulis annis, singuli nummi soluuntur. Eins vom Hundert/vt est videre *ex Bud. lib. 1. de asse. pag.* (mihi) 254. *Hott. de vsur. cap. 7. Duar. de vsur. c. 3. Con. n. 7 comm. 1. n. 12. Alciat. 2. par. 23.* quale fœnus procul dubio autor hic noo intelligit, & errat fortasse cum aliis.

Vulgatum est, quod in foro mercatorum de quo *Arr.11.* agatur ex æquo: notat præter alios, *Gail. 2. obs. 27. Myns. 2. obs. 15. Hippol. d. Mars. ad rubr. de fideiuss. n. 12. Hering. de fideiuss. p. 1. cap. 27. n. 27.*

Arr.12. viriosa ratio est pro negando beneficio excussionis, quod is actioue de cōstiruta pecunia teneretur. Nam & qui pro altero se solutorum constituit beneficiom illud habet, *l. vlt C. de const. t. pecun.*

Puto hunc nihil esse oisi fideiussorem, qui promittit se satisfacturum si reus noo soluat: nec enim potest dici nouatio ita facta, & alter expromissor constitutus, liberato reo: Et an nō satis sibi gratulari debet creditor, si excusso principali reo, potest exigere istum promissorem, qui sane non potest boc modo videri renuntiasse beneficio excussioois.

Et inepta obiectio est, quod mora Rei oocet fideiussori: Id enim alio pertinet: Et alias oonquam prios excutere tenebitur creditor principalē reum, sed satis esset eum appellasse: qood falsissimom est: necquod vult Arr. posterius, probatur ex *l. 16. §. vlt. de fideiuss.* quæ vel ideo inepte adducitur, qood iure Dig. nullum tale beoeficiom fideiossores habuerunt, quod demum acceperunt Nou.4.

Circa *Arr. x.* duæ rationes dubitandi occurrunt. 1. quod licet nouatiooe facta pignora quoque liberentur *l. 18. de nouation.* potest tamen ita fieri nouatio, vt conuennone eadem pignora repetita censeantur, *l. creditor 12. §. si prior 5. de pignorib.* 2. Quod ex ratione iuris posterioris, *l. vlt. C. de nouationib.* nō fit nouatio nisi hoc expressum ioter partes fuerit. Et quamuis hoc oon obstante Bart. & quidā alii existiment ex cooiecturis per exceptionem hodieque induci nouationem: attamen oemo eorūest, qui contra voluntatem partium dicat induci nouationem: io hac autem specie contrahentes expresse saluam voluerunt priorem obligationem.

Vix quidquam tam bene toto hoc opere scripsit author, quam *Arr.15.* Rectissima enim distinctio est, de qoa v. plenius & accurate *Ias. in l. lecta 40. de reb. cred. vol. 6. vers. circa istud. & melius in l. 1. C. de iudic. n. 18. v. etiam Gomez. 2. resolut. 13. in fin. And. Fachin. 2. contr. 88. & And. Gail. 2 obs. 30. in fin.*

Io *Arr. vlt.* male conferontur duo rei debeodi ex contractu, cum duobos heredibus prodocta, *l. 18. §. Celsus fam. ercisc.* Etenim illi ex natura obligarionis singuli solidū debent, Atqoi io ipsa ratio suadet vt duo heredes nō nisi pro parte teneantur, in qoos etiam obligationes ipso iure diuiduntur exceptis his, quarom indiuiduitas hoc non patitur, quales sunt, obligatio ex stipulatione pœnali, obligatio pignoris, &c. Hæ enim oon diuidontur, sed in siogulos heredes in solidom descendunt, sed, vt certo iure, quod singuli heredes vltra partem suā exposuerunt fam. ercisc. à coheredibus repetere possiot, *d. §. Celsus & l. heredes 25. b. contra 10. cum §. §. seqq. fam. ercisc.* At correo qui ex sua cuonentiooe in solidum tenetur, nulla prodita propria (nam si cessa sit, non dubitatur quin ea agere possit) actio est, qua experiatur cōtra correum non socium, quod latissime disputat *Ant. Fab. 11. coniect. c. 5. & seqq.* sed sane Dd. vtili actioni oegot. gest. vel in factum, faciunt locum, & est textus expressus *in l. 2. C. de duob. reis.* in his scil. qui mutuam pecuniam communiter acceperunt, vbi æquissimum est, vt qui partem accepit pro parte teoeatur, qua eum liberauit correus, extra hunc aotem casum decisio ista, quæ nimis generalis est, defendi non potest per text. expr. *in l. cum alter 12. C. de fideiussorib.*

AD TIT. V.

De Solutionibus.

CErtum est, quod ipsa res debita peti debet iuxta *Arr. 1.* sed vbi ea noo præstetur, nec facile præstari potest, condemnatio in pecunia recte fit.

Cōtrouersia *Arr. 2.* grauissima est & succincte explicari non potest. Illud constat, si in specie de corporibus nummorum maioris monetæ sit actum, corpora totidem esse restituenda, sed vbi v. c. de florenis, quorum nullum certum est corpus actum est, variant sententiæ. Et Molinei qui in Nota allegatur opinio falsa est. Rectissime iudicauit curia monetaria 27. solidos olim, æquales esse 40. solidis, quibus postea coronatus fuit æstimatus: qoippe quod manente eadem booitate intriosеca, tantum valor augeri solet. Itaque aut in specie coronati, aut 40. solidi sunt soluendi, nec satis fit creditori, si ei 27. solidi quales sunt tempore solutioois faciendæ, præstentur

stentur : quoniam cum auctione valoris maioris monetæ simul pretia rerum excrescunt, quæ controuersia, nostra hac tempestate, vbi bellis ciuilibus in immensum auctus fuit valor maioris monetæ, & deteriorata minor moneta frequentissime agitata fuit, & frequentius à plerisque tribunalibus, ita vt dixi decisum, exstant de re ista multorum ICtorum in publicum edita scripta, vnde hæc peti possunt.

Sunt qui moram hac in re omnino debitori nocere putant. Ecce accepit quis 100 florenos eo tempore quo talerus æstimabatur 5. florenis, atque ita reuera tantum accepit 20. taleros. Interpellatus nõ soluit & est in mora: postea taleri reducuntur ad valorem $1\frac{1}{2}$ floreni. Existimant illi teneri debitorem, vt propter moram soluat, huiusmodi florenos quo rum $1\frac{1}{2}$ faciunt talerum: Atque ita debitor soluere cogitur $66\frac{2}{3}$ taleros. Huic sententiæ conuenit *Arr.* 2. Sed ea sententia falsa & iniqua est, neq; enim mora facit, vt debitor plus cogatur soluere quam accepit, sed ob moram ad interesse tantum præstandum obstringitur.

Faciliores sumus ad liberandum quam ad obligandum, *vulg. l. Arrianus de ob. & Action.* hine videtur defendi *Arr* 4. vt confessio solutionis vel non debiti præiudicet creditori, licet eam fecerit extra iudicium etiam absente parte, (nam si præsente parte id factum sit, res liquida est.) Ita quoque multi scribunt, quos referunt *Ant. Gabriel. comm. opin. lib. 1. tit. de confess. conclus. 1. n. 22. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 345. n.* 44. Sed adeo multi contra sentiunt vt videantur facere magis communem, relati à *Gabriel. & Mascardo dd. locis.* & eam vero esse communem ait *Gabriel. n. 31.* in quam & ego contra Arr. descendo, nisi forte adfuerit procurator, qui nomine absentis acceptauerit confessionem. Nec enim possit liberatio induci nisi per exceptionem & vi pacti, quod inter absentes citra nuncium aut epistolam non constituitur: & citatus textus plane nihil probat. In specie quam proponit Nota, si debitor potuit probare eam apocham sibi datam fuisse, & apud se fuisse, iniuria ipsi facta fuit: nec enim amissio instrumenti facit præiudicium veritati, quæ aliunde probari potest, *l. 1. 4. & 5. C. de fid. instrum.*

Arr. 6. recte se habet: quoniam censetur ex ea causa soluisse pro qua fideiussit: nec cum specialis sit fideiussio, & limitata, parest extra eos terminos extendi. Ratio authoris vitiosa est: quia præsupponit pene etiam cetera debuisse fideiussorem.

Materia *Arr.* 8. eadem est cum Arresti 1. materia.

Pro Arresto 2. est integra conclusio *Mascard.* 1320. *tom.* 3. in materia solutionis, vbi v. plurimos allegatos: & habet certissimam rationem, quoniam non præsumitur creditor liberaturus debitorem nisi præcedd. pensiones fuissent solutæ,

AD TIT. VI.

De Condictione indebiti.

Æquitatem videtur sapere, quod habet *Arr.* 1. sed iuri repugnat, ob rei iudi[illegible]oritaté, post quam, nihil superest, quod q[illegible]ur, an videlicet fuerit debitum, ad quod quis condemnatus à iudice fuit, sed, an fuerit iudicatum: aut eadem ratione; si quis iurauerit sibi deberi, audietur postea, qui nõ debitum fuisse allegeт, contra *§. item si quis postul. Inst. d. action.* & eadem hactenus est ratio indicatæ rei & iuris iurandi, per *l. post rem de reiud.* Et quod post rem iudicatam, non possit repeti quod solutum est, probant textus, *in l. 1. C. de condict. indeb. l. eleganter §. 1. l. Iulianus 60. de condict. ind. l. si fideiussor 29. §. in omnibus Mandati* vbi text. expressus & ita Dd. communiter omnes *Bart. Cyn. Salic. & ceteri in d. l. 1.* (vbi & reprehendunt *gl. in d. §. in omnibus,* quæ dat condictionem sine causa, aut restitutionem in integrum) extra illum casum quo per actionem non oppugnatur sententia, vt in specie *l. in commod. in f. commodati.*

Arr. 2. male iudicatum puto à Parlamento, per ea quæ ad materiam *Arr.* 1. *tit. praced.* dicta sunt.

Illud circa *Arr.* 3. quæri possit, an omnino ex causa donatiuis debeantur laudemia, de quo *v. A. Fab. de errorib. pragmatic. dec.* 100 *cap.* 1. *& 2.* & quæ nos ibi disputamus. Et hoc ipsum facit pro Richerio: 2. Facit pro eo, quod ex contractu nullo laudemia non debeantur, quod tractauimus cum *A. Fabro d. Tract. decade* 95. *cap.* 1. *& 2.*

Quæ Tit. IX. continentur fere tantum pertinent ad mores & stilum Galliæ: & omnia fere ex textibus aut autoribus vitiose citantur. Arresti 10. rationem non video. & cur emptori qui debet pretiũ pro domo, nõ possit, aut debeat dari dilatio. An quia forte debet restituere ædes? At enim ita in omnibus casibus pene rerum venditarum cessabit dilationis istius impetratio. Et quid si venditor etiam nolit sibi restitui rem venditam, & pretii solutionem vrgeat: quæ hic tandem exceptionis est ratio?

AD TIT. X.

De Cessione bonorum.

Communis est sententia Dd. debitorem ex causa delicti, non posse vti beneficio cessionis. Ita *Ang. Iason, Zas. Mynsing. alii ad §. vlt. Inst. de actionib, Matth. Brun. d. cess. bon. §. 4. quæst. 17. Couarr. 2. var. resol. 1. n.* 8. Quamuis mihi dubia sit ea sententia, cum dolus admissus in delinquendo sit remotus ab actione & debito ciuili, ad quod agitur: & plus rationis est, vt cogatur creditor talis qui v. c. agit ad pœnam furti quadrupli, vltra id quod sibi abest, teneatur admittere cessionem bonorum, quam qui petit quod sibi abest, neque satis pertinenter videtur hic allegari, quod, qui non habet in ære, luat in corpore, postquam nimirum hanc viam ciuiliter agendi elegit alter: & bene faciunt, quæ hac de re tractat *Tessaur. decis* 182. Prorsus vbi cum aliis debitis concurrit debitum aliquod ex delicto, veluti mulctæ, nimis putarim absurdum, ob hanc speciem debiti impediri bonorum cessionem, quod tamen *Arr.* 2. autor existimat. Posito plane eo, quod ex causa delicti, non admittatur cessio bonorum, superest, vt aut in corpus puniatur reus, aut si actor, cui ita quæsitum est, recuset, in carcere detineatur, siquidem satisdationem præstare non possit. Distinctio *d. Arr.* 2. inter personam honestiorem & viliorem, non est de nihilo: sed fere ista talia sunt, quæ certam regulam non admittunt, & iudicis arbitrio sunt committenda.

Prolixe disputant Dd. an beneficium cessionis bonorum renuntiari possit, de quo *Arr.* 3. v. *Matth. Brun. de cess. bon. quæst.* 20. *princ. decis. Capell. Tholos.* 61. *& ibi Aufrer.* vbi plures allegat, qui statuunt vtique renuntiationem valere si accesserit iuramentum. Neque verum est; quod refert author, istud iuramentũ esse honestati & moribus bonis cõtrariũ: siquidẽ est meri iuris positiui hoc beneficiũ

& ex

& ex L. Iulia, ante quam latam nemo dixerit, vbique in Imperio peccatum fuisse contra bonos mores: & multis locis Germaniæ illud beneficium non indulgetur debitoribus, sed conduntur in carcerem, in Schuld-Thurn. Et proinde puto verissimum, teneri debitorem hoc iuramento, nisi ab Episcopo absolutioné impetrauerit: aut à magistratu ciuili ad hunc effectum, vt sibi liceat vti hoc beneficio, & ad effectum scil. excipiendi.

Verum est *Art.5.* eos qui cesserunt bonis, non notatos esse infamia: quia nec edictum nec sententia eos notat: & sunt textus *in l.11.C.quib.ex caus. inf.irr. l.8.C.qui bon.ced.poss.* Et facit quod non improbis decoctoribus, qui dolo bona dilapidauerunt, sed tantum his, qui fortunæ iniuria, aut alias sine dolo ad paupertatem reducti sunt (quos infamia notari absurdum sit) cessionis hoc beneficium indulgetur, vt quidem censent *Dd. Iason & alii in §. vlt. Inst. de act. Matth. Brun. de cess. bon q.5. & 28. part.4. princ. & fac. l.1. C. Theod qui bon. ced. poss.* & adde *Art.1. Cont.2. subsc. lect. 18 Forner.2. select.27 Hott. illust. quæst.26.* singulare ius fecit Iustin. N. 135. vt qui sine culpa sua bonis lapsi sunt, omnino bonis cedere non teneantur: sed quia in vulgatis editionibus non reperitur, in foro vix obtinebit.

Non satis liquida ratio est *Art.7.* quo negatur cessio bonorum, præpositu rei monetariæ: neq; vero vel hilum textus citati faciunt, vtiq; non fuit ex delicto obligatus: neque firma est ratio mercatoris à necessitate debiti contrahendi. Iussit princeps vt moneta ærosa seu adrosa, vtpote vitiosa conflaretur, & vt qui eam haberent, deferrent ad monetarios: sed enim cuiusque videre fuit, cum quo contraheret, neque enim puto principis hic fidem versari, sub qua sane nemo falli debet.

De materia *Art 8.* dictum est ad *Art.1.* Quod Notator obseruat, vbi pœna vel mulcta parti debetur, non posse subrogari pœnam corporalem, fallitur, & fallit: nam cum ipse nitatur vulgata regula, quod qui nō habet in ære, luat in corpore, pluribus tamen casibus & actionibus pœna applicatur parti, quibus tamen potest subrogari pœna in corpus: & nominatim in terminis, quibus ea regula proponitur *in l. pen. de in ius voc.* pœna 50. aureorum est actoris, vt patet ex *l.12. eod. tit.* & communiter notatur. Et lex quæ indicit pœnam in fauorem actoris, (idem est in magistratu) etiam sancire potest, vt loco eius subrogetur corporalis: quoniam non vult delicta manere impunita.

Art.9. ex hypothesi, quæ est in fin. quod Tutor censeatur esse in dolo. recte se habet, siquidē vt paulo ante retulimus, huiusmodi debitoribus beneficium istud non datur.

Video passim his Arrestis, nimis restringi hoc beneficium, & magis etiam *Art.4.* dum negatur debitori aduersus fideiussorem. Ita paulatim in arctum plane id redigetur. Nec bona est ratio, quod gratis intercesserit; quoniam hæc est omnis fideiussionis natura: nec vlla probabilis est ratio huius exceptionis, quam nec vspiam ab Interpp. traditam video. & video *Art. vlt.* Appendicis fere directo huic contrarium, vbi & bonæ rationes. Nec etiam sapit, quod contra ius ciuile definitum ibidem refertur, quod mulier corporaliter pro marito, redimendo ex carcere, se obligare possit corporaliter. Qui enim conuenit, vxorem quasi succedaneam pro marito liberato in carcerem detrudi: eo enim ea obligatio tandem spectat: cum præsertim quoq; alias omnis obligatio vxoris pro marito, pro irrita habeatur.

Communior fere videtur sententia, quæ proponitur, *in pr. Art.1. appendicis,* quod qui v. c. quinquennalem dilationem impetrauit, non possit postea cedere bonis. *Brun. q.20. Couar. 2. var. resol. 1. n.7.* Sed recte contrarium iudicauit curia: & est illa opinio aliena à sententia *Iustin.10. l. vlt. C. qui bon. ced. poss.* qui sane extremum subsidium cessionis, dilationis, præmittit: & in pari numero creditorū humaniorē ait esse sententiam, quæ dilationem cōcedit, quæ nulla humanitas esset, si postea cessionis remedium esset ademptum: cum insuper, qui dilationis beneficio vtitur, teneatur satisdare creditoribus de soluendo, *l.4. C. de prec. Imp. off.* hic enim est vulcus dilationis finis, vt interim respiret debitor: adeo intelligendum est concedi dilationem, saluo iure communi, vt cedere bonis liceat, & qui se explicare debitis nulla ratione potest.

Per decretum 5. Appendicis, videtur pene subuerti, quod *supra h.t.* defendit autor, nō esse infames qui cedunt bonis. Qui n. nota huiusmodi damnantur, vt cogantur ferre viride birretum, & quidem sub nota illa decoctorum & pene hominum improborum, separati ita à ceteris, vt ne quis facile cum iis contrahat, iuxta ea quæ hoc Art. continentur, vix est vt nō debeat et si haberi pro infamibus.

Mirum *Art.7.* maritū excludi à cessione bonorū, propter debitum dotis, cum tamen omnino iure nostro cedere bonis ex hac causa non teneatur, & tantum conueniatur in quantum facere potest. An ideo quia ob frigiditatem matrimonium pro nullo reputatur? At sane quod putatiuū fuit matrimoniū, hactenus saltem prodesse debuit, vt ne communi beneficio aliorum debitorum excluderetur.

Art. vlt. pugnat cum *Art.14. h.t.* & potius sequendum est.

AD LIBRVM XI.

TIT. I.

De Donationibus, &c.

Contra donationem patris, de qua *Art.1.* etiā iuratam, disputat *A. Fab. de err. prag. dec.41. cap.1.* Et sane ratio impeditiua ex iure ciuili est, quod iure potestatis pater omnia per filium adquirit, & hactenus pater & filius habentur, quasi pro vna persona, quæ ratio nō tollitur per iuramentū, neq; facere hoc potest, quo minus in patris potestate maneat filius. Et tamen quod iurata donatio in filiumfa. etiā collata valeat, est communis sententia, cuius rei fidem faciunt, *And. Gail. 2. obs.38. Clarus §. donatio quæst. 8. in fin. Deci. cons.239. in pr. & cons.688. n.11. Guid. Pap. decis.146.* & illæ rationes quas diximus, sunt mere iuris positiui: & ex gentium iure licet quoque in potestate patris sit filius, tamen non ita est, vt iure ciuili, neq; ea potestas quam ius gentium tribuit patri, necessario coniunctum habet ius illud adquirendi. Et dicimus itaq; iuramentum hoc operari, vt res æstimetur ad iuris gentium rationem, & donatio reuocari non possit: potest a. si iuramentum adiectum nō sit à patre se. ipso, non a. ab heredibus: morte enim patris confirmatur, vt & donatio coniugum. *l. donationes 25. C. de donationib. int. vir. & vx.* Quod de donatione dotis causa monet autor, vt singulare tyrones nostri sciunt, neq; vero proprie ista est donatio, sed datio dotis causa [illegible] quam pater ex officio paterno tenetur *l. vlt. C.* [illegible] *m.* & vt faciat officio magistratus cogi potest, *l.19. de ritu nupt.* Et cū ius in dote marito adquiratur, imo regulariter dominus maritus fiat, nulli reuocationi locus est. Quod speciem attinet, *l. Philadelphus famil. ercisc.* in illa hoc singulare est, quod dos translata ibi actualiter in maritū non

est

est, (vt alias fieri solet,) sed in filiam: & tamen quia matrimonii causa id, & vt maritus fructus habeat, factum est, sustinetur fauorabiliter istud quoq;. Porro Molin. citatus in nota, ad consil. Decii 688. istam upin nem, q donatio patris firmetur iuramento, ai isse fu sam:rariunes a. ad cons. 239. nullas reperio, neq; tanti est Molinei, passim errantis autoritas.

Mirum vero, quare necessum sit in donatione facere mentionem heredum de qoo Art. 2. cum siue dominium (te tradita) siue obligatio (promissione facta) haud dubie er heredib. adquiratur, vt maxime nulla corũ facta sit mentio. Ceteroqoio puerilis lusus est, in verbo suis, sui heredes in specie dicuntur liberi, qui proximũ in potestate gradũ obtinent, sed si Notarius verbi gratia scribat, Titius promisit Seio & heredibus suis, solœcismum fecit in Grammatica, cum scribere debuisset, heredibus eius, & alias donator liberos donatarii dixisset.

In specie Art. 3. & 4. facil: apparet subesse fraudẽ. Licet n. in bonis liberorum patri nõ quæratur vsusfructus, attamen, quæ est affectio parentum erga liberos, & quia omnia sua bona ad eos peruenire cupiunt: qui liberis donat, cum patri non posset donare, fraudem legi facere videtur: cum præsertim esse adhuc liberos in potestate (de qua tamen diuersimode supra loquitur autor) ponamus, vt adeo via possit fieri, vt non ex donatione ista lucrum & commodum sentiat pater.

Pro Art. 5. facit, quod actus inter viuos, separantur ab vltimis voluntatibus: & quod alias via quidquam futurum sit reliquum donatario, imo nihil: cum in vltimis voluntatibus vno verbo pene de omnibus bonis quis disponere possit: censetur autem reseruasse sibi ipsi ad vitam necessaria, & vt laxiorem haberet administrationem.

Non satis concoquo, q Art. 6. filiæ alteri vt heredi, in quem moribus Galliæ cõtinoatur possessio) defenditur interdictum possessorium, & nimirum retinendæ. Etenim continuatio illa possessionis non potest habere locum, nisi in rebus, quarum possessio est vacua; non vero iis quarum possessio ab ipso defuncto dum viuebat in alium est translata. Nec rationem videre possum, ob quam istius donationis nulla fuit habita ratio: modo etenim dolus absit, blandiciæ non sunt hic plane vetitæ l. vlt. si quis aliquẽ test. prob. l. vlt. C. eod. Et si donatio vt inofficiosa forte argui poterit, reuocanda fuit legitimis remediis iuxta tot. tit. C. de inoff. donat. certe ego non animaduerto, quomodo plane pro nulla haberi donatio ea potuit aut debuit.

Non satis capio, quænam sit illa consuetudo, ex qua non valeat retinere & donare. Siquidem intelligit iuata text. l. si quis 35. §. siquidem. C. de donationib. ex quo donator reseruare sibi vsumfructum & corporalem detentionem potest rei donatæ, mirum videatur, id moribus Galliæ non admitti. Nec rursus intelligo quomodo non valeat, an, vt donatio huiusmodi omnino sit nulla, an vt non obstante illa donatoris reseruatione, nec omnino pleno iure sit tradenda: quod vtrumque est absurdum. Itaque, vt dixi, istud non intelligo, sicut nec, quod valere fauore matrimonii ait, donare & retinere.

De materia Art. 8. superius egimos ad tit. de Notariis. & hanc monuimus esse quidem Bartoli & aliorum opinionem, quod Notarius possit stipulari ignoranti & absenti, & quod consequitur porro, ad instar procuratoris adquirere absenti possessionem sed aliud statui a plerisque diximus ibidem. Res tota hoc redit, vt q iam d. loco ex Baldo retulimus, ius tale consuetudine induci possit: verum vbi talis consuetudo expresse recepta nõ est, ibi obseruetur ius commune, cuius rationi id penitus repugnat. q hoe Arresto refertur, sed quid est, q ins. additur ab autore. Quæ dicta sunt, in iis donationibus, qoas minores fecerunt habere locum, non quas maiores? Id quidem sane fuerit permirum. An verba illa, maioribus, minoribus permutate locum debent? Facilius enim omnino est, vt valeat quod gestum à maiore. Cæterom quo ad ea quæ à minore geruntur, nota est sententia communis Dd. quod si sine curatore facta sint, ipso iure sint nulla sine curatoris voluntas & autoritas accesserit, restitutio in integrum sit necessaria. Plerique autem hodie ex Neotericis, etiam quæ minor gessit solus sine coratore, ipso iure firma esse putant, arg. l. 101. d. V. O.

Si in donatione sit facta mentio mortis, tunc donationem mortis causa factam videri & pro tali habendam Dd. fere censent, vt Schneidevvin. ad §. 1. inst. de donation. n. 3. At enim ex senteotia Doctorum istud bene limitat Clar. §. donatio q. 4. n. 4. in fin. si non tantum mentio sit facta mortis, sed etiam in tempus mortis donatio sit collata: Eo hoc etenim est, quod constituit hanc donationem, idque videtur voluisse author significare Art. 8. dum requirit vt mortis sit facta mentio in ipsa dispositione. Ambigua ceteroquin sunt verba ibidem adiecta, vt post mortem donatoris fruatur. Et hoc enim modo donatio videtur collata in tempus mortis: nisi in specie quis loqui dicat autorem, de donatione eiusmodi, in qua vsumfructum sibi donator reseruauit: hic enim verba modo relata intelligunt ur non de proprietate, quæ statim transit, sed de vsufructu, quam sibi reseruat donator. Ceteroquin extra hunc casum, si quis ita doceret simpliciter, vt alter re post mortem suam fruatur, dixerim esse donationem causa mortis, & quod rem post mortem suam demum donator alterum habere voluerit. Nam ita mortis causa sæpe donatur, ipsum vt ius petendi differatur in tempus mortis.

Nemo vnquam Interpp. dubitauit, quin donatio nulla esset in absentem collata, & quæ absentis nomine legitime non acceptata: qood definitur Art. 10 nam nec pactum consistit sine vtriusq; consensu. In terminis a. stipulationis, homines esset nõ sanæ mẽtis, dubitare, an inter absentes contrahi non possit.

De potestate Notarii an alteri stipulari possit, diximus paulo ante & sup. d. Notariis: si illud cooorlente potat autbor & Art. 11. iore ciuili Romano, errat planissime. Posito aotem eo iure, quod Notarius possit stipulari absenti, rursus errat author, quod putat non conuenire ioris rationi, vt stipuletur donatario mortis causa, ab'enti, Notarius: nam donatio mortis causa recte per stipulationem contrahitur: & in l. inter mortis 38. de mort. caus. don. opponitur donatio mortis causa aliis qoæ ex testamento quis capit, quæ etiam in prorsos ignorantem recte conferuntur, at qoia donatio non confertur, nisi in scientem, adeo oportet vt sit præsens, & hoc omnimodo si per stipulationem fieri debet donatio: aot res ad donatarium per alium mittatur: aut hodie epistola vel nuncius interueniat, neque enim dubitant Dd. quin vt donatio inter viuos, ita & mortis causa, nudo pacto constituatur post l. 35. C. de donationib. vtcunque fere pudidis rationibus contradicat Faber d. error. pragmat. dec. 44. err. 5. & add. Guid. Pap. decis. 212.

Modo citata l. 38. de donat. mort. caus. probat donationem nullam esse qoæ fit ignoranti. Hactenus enim idem est in donatione inter viuos. Recte itaque se habet Art. 12. plane si pater in testamento aut codicillis scripserit, se donare filio sine simpliciter siue mortis causa, id procul dubio instar legati aut fideicõmissi valebit, q & notatur Gom. 2. resol. 4. n. 19.

Arrestum

Arrestum 13. restat apud *Guid. Pap. decis. 602.* Et humanior est interpretatio, pro donatore vt ex eo quod fundum totum alienauit, intelligamus eum non donasse dimidiam vel tertiam singulorum corporum, sed vniuersorum bonorum, vel potius vniuersitatis. Et sane in terminis citatæ *l. si quis arg. 35. §. sed & si quis C. de donationib.* nihil est ex quo colligatur donationem dimidiæ vel tertiæ vel bessis intelligendam de corporibus singulis. Et cum regulariter vniuersitas differat à corporibus ipsis, possit & defendi idem in venditore, contra mentem authoris. Finge quem habere decem fundos, in bonis, & vendere dimidiam partem, nihil video obstare, quin minus possit intelligi vendidisse quinque fundos integros, non autem dimidiam partem omnium decem fundorum. Sed ista quæstio non tam est iuris quam facti, & quæ ex quantitate precii & ex ipso tractatu & verbis contractus fuerit decidenda.

De donatione remuneratoria agit *Arrest.* 14. Duplicem effectum principalem huic tribuunt Dd. 1. vt valeat etiam sine insinuatione, si excedat 500. solidos. Ita *Clar. §. donatio q. 3. in pr. Myns. 4. obs. 75.* 2. vt valeat inter personas, inter quas alias donatio non consistit, veluti inter patrem & filium, ita rursus Dd. frequentius *Gail. 2. obs. 38. Clar. d. loco quæst. 8. Dd. in l. 2. C. de inoff. don. & in l. donationes 25. C. de donat. int. coniug.* qui duo effectus cum sint magni momenti, sane de meritis constare aut ea probari, & quidem etiam in specie oportet, cum alias cum ratione iuris parum conueniat, vt donatio inter patrem & filium subsistat: qua de causa commenti sunt Dd. filium respectu bene meritorum pro extraneo: aut quod ita donatum est, pro peculio aduentitio haberi: quod præterea in terminis filiæ & dotis ob bene merita datæ respondit, *Iason in l. filia 4. C. de collationib.* Et præterea videndum est, vt ne quælibet bene merita hic in numerum admittantur, sed eius generis ex quibus vel actio extra ordinem nascitur, vel certe alia insigniora, vt *in l. pen. §. 1. de donat.* Cæteroquin eum non facile quis donet, nisi antea prouocatus, aliqua ratione, & ad ἀντίδωρα obligatus, omnis pene donatio remuneratoria esset censenda. Addunt & hoc Dd. quod ad donationem ob bene merita non pertineat *l. si vnquam C. de reuoc. donat.* per notata *Decii cons. 20. in pr.* Et de qualitate meritorum qualia esse debeant, v. *Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. part. 3. num. 60. Clarum §. donatio q. 3. Tiraq. in d. l. si vnquam verb. donatione largitus, n. 12. & 16. Iason in l. ex hoc iure de iust. & iur. & in l. si non sortem, § libertus de cond. indeb.* Quod addit Author *d. Arrest.* 14. exhæredationem patris absque probatione sufficiente effectũ sortiri, iure quidem nostro perspicue falsum est, quo necessum est, vt heres causam ingratitudinis legitime probet. Ambiguitas etiam est in verbis, *reprobata donationes*: donatio inter patrem & filium, non est reprobata, sed propria ratione inualida est: sicut nec proprie dicitur reprobata donatio vltra 500. solidos, sed insinuationem requirit. Sed enim donare cuique liberum est, & sine causa, nisi vbi ius liberalitati resistit, & vt obseruet, quæ LL. volunt obseruare.

Apprehendere traditionem, nimis quam insubtiliter dicitur *Arr.* 15. Cæteroquin & ego magis puto donatarium mortis causa, si tantum conuentio interuenerit, non debere propria autoritate apprehendere donatam rem (quamuis aliud putet *Menoch. rem. 2. adipisc. poss. quæst. 21. n. 81.*) maxime moribus Galliæ, quibus possessio continuatur in heredem. At si quo casu res peruenit ad donatarium, aut etiam legatarium, non opus alia esse traditione, sed hoc ipsum haberi pro traditione & pueri penè sciunt, quod & in casibus & causis aliis obtinet. *§. Interdum 44. Inst. de rer. diuis.* & quis igitur dubitet, nisi insanus, an donatarius vel legatarius qui rem possident, agere debeant contra heredem, vt res tradatur: cum nihil aliud possit facere heres, nec ad aliud teneatur, quam vt tradat rem & possessionem transferat? & quomodo vero transferre possit, quod ipse non amplius habet, sed donatarius: verba *licet iniurie, &c.* nullius precii sunt: & totam rem turbant.

Art. 16. non intelligo nisi pro *possessorem* legas, *possessorem*: hoc sensu, quod si alius tertius controuersiam moueat heredi super re legata, quod heres legatario non teneatur. Id ita verum est, si species certa legata sit: neque enim tenetur heres, si fuerit aliena: vbi videl. testator eam tanquam suam, non tanquam alienam legauit. *§. non solum I. de legatis.* & heredem actiones cedere satis est,

Si heres tenetur propere rem tradere, licet controuersia super testamento mota sit, sequitur, quod non heres donatario vt habet *Arr.* 17. sed hic illi teneatur præstare cautionem, nisi forte error est Typographi: Et tamen si testamentario heredi, legitimus heres qui alias ab intestato succederet, controuersiam moueat, iure quidem nostro falsum est, quod interim heres ille, testamento scriptus, legata aut donata mortis causa præstare teneatur.

Recte iudicarunt *Arr.* 18. hactenus, quoniam filius in fraudem heredum, donationem illam mobilium repudiauit: & mater ob hoc ipsum mobilia quoque donasse censetur, vt grauaretur ære alieno filius, & hoc onus cum ceteris rebus donatis compensaret: ceteroquin, ex pluribus rebus legatis, vna agnosci ceteræ repudiari possunt: licet vna res pro parte repudiari non possit. *l. ueminem 4. cum l. seq. de legat. 2.*

Materia *Arr.* 19. & 20. satis protrita est, in quam latissimos commentarios scripsit *Tiraq.* ex quo ipsis apparet, falli Notatorem, qui beneficium seu remedium, *l. si vnquam C. de reuo: donation.* restringit ad donationem omnium vel maioris partis bonorum, quod & literæ *d. l.* repugnat, nisi forte Notator vbi loquitur de eodem casu, qui hoc Arresto tractatur, cum fauore matrimonii donatio facta, & ita quodammodo vxori ius est quæsitum.

Interpp. communiter negant valere donationem præsentium & futurorum bonorum: hac ratione quia ita donator nihil plane habeat, de quo possit testari: de ratione hic iam non disputo, sed opinionem communem refero. v. *Clar. §. donatio q. 19. Couarr. 3. var. res. 12. Gail. 2. obs. 18. Decium consil. 30.* Et cum Bertrandus iste donator, de quo mentio *Arrest.* 21. tantum bona obuentura sibi à patre, adeoque non plane incerta donauerit, & haud dubie alia bona habuerit, donatio ista vtique non potest haberi pro nulla, maxime cum facta fuerit fauore matrimonii. Itaque ex capite nullitatis non potuit pronunciari pro Bertrando. Et ipse fundamentum posuit, *in l. si vnquam C. de reuoc. don.* Mihi plane probatur opinio *Alex.* citati à Tiraq. quod ad legitimatos liberos non pertineat hæc constitutio, maxime tempore donationis iam natos, vtcunque per matrimonium legitimatio facta fuerit: Ita enim esset in potestate donantis reuocare donationem, Sed tamen contrariam sententiam receptam pene ab omnibus testatur Tiraq. *ad d. l. verb. susceperit liberos nu. 72.* nisi forte Tiraq. intelligit liberos postea natos; nam quoad ante natos & post legitimatos, per eos non reuocari donationem, & hanc communem esse opinioné ait *Clar. § donatio q 23. n. 7.* Et in proposita specie non parum mouet, quod Bertrandus à patre substitutus

fuit

fuit fratri in casum deficientium masculorum, & frater tantum filias reliquit. Cum igitur frater ex dispositione patris, obligatus fuerit bona & sua restituere Bertrando, fauore familiæ, cuius splendor, & cõseruatio in parte pendet à diuitiis, non immerito curia contra donationem iudicasse videtur.

Beneficio *l. si vnquam C. de reuoc. don.* an renuntiari possit, tractant Dd. & in vtramq; partem allegatos v. *apud Tiraq. in præfat. n.* 88. & 89. & fere in negantẽ partem magis inclinant, vt & *Mynſ.* 5. *obſ.* 63. *Gail.* 1. *obſ.* 40. *in f. Clar. §. donat. q.* 22. *n.* 4. ex hac ratione, quod non tantum fauor patris sed etiam liberorum sit cõsiderandus, sed recte *Tiraq. d. loc.* ex eo reprobat hanc rationem quod pater vtiq; in præiudicium liberorum iam natorum, salua saltem legitima, potest bona sua donare: & proinde ipse *n.* 97. concludit, patrẽ posse renuntiare: cessat enim hic ratio, quæ inducit sola tacitam illam conditionem, quod nõ donasset, si cogitasset sibi nascituros liberos. Sed quidquid eius sit, si liberis postea natis, pater transegerit cum donatario, nulla plane ratio est, cur isti transactioni stari non debeat, cũ pater si adhuc bona habuisset, ea tum libere salua saltẽ legitima, donare potuisset. Et cum hic casus *Arr.* 22. haud obscure proponatur, non video qua ratione istud Arrest. pro vidua, defẽdi possit: nec ratio hic est, nec vlla autoritas. Illa alia quæstio est si citra transactionem & cum nihil mouisset pater decesserit, an possint liberi reuocare donationem: quod videtur affirmandum ex sententia *Bart. in l. Titia* 87. §. 3. *de leg.* 2. *n.* 2. *vbi ait* natiuitate liberorum ipso iure reuocari donationem: sed contrarium communiter receptum Clar. testatur §. *donatio q.* 23. *n* 10. Itaq; ex hac quoq; causa succumbere vidua debuit.

Arr. 23. nimis multa verba fundit autor, & certissimi iuris est, ob ingratitudinem donationẽ reuocari, & liberos exheredari posse: & quæ proferuntur à filia admissa cõtra parentes, haud dubie & certissime ingratitudinem probant. Quod in extremo allegatur, Plauti non est versic. vulgatus est.

Dixeris ingratum, dixeris omne nefas.

Non sapit satis ratio *Arr.* 24. in f. nam ex quo semel ius quæsitum fuit filio, id præmortuus transmisit ad heredem suum, Quid totis sit in legitima to. paulo ante diximus, Quæ praxis sit alias in Gallia *d. l. si vnquam; C. de reuoc. don.* ego ignoro.

Arr. 25. ait donationes eæ tantum quæ statim valent, sunt insinuandæ. Atquin vtiq; non omnes, sed quæ excedunt 500. solidos. Ait porro: mortis causa donationes non valere nisi secuta morte: Idquoq; non recte aut ambigue. Nã & ita donari mortis causa potest, vt res statim fiat donatarii *l.* 2. *de donation. mort. cauſ.* Et aliud est, posse reuocari quod donatum est, aliud, non valere: porro quod olim erat necessaria aliquando insinuatio, in mortis causa donationibus, mirum non est, quippe ante introductam solẽnitatem quinq; testium in *l. vlt. C. de mort. cauſ. don.* cui repugnat Edictum Regis Henrici II. ex quo, si fides Notatori, in donatione hac quoq; sufficiũt duo testes.

Notat Bal. in *l. illud C. de SS. Eccl. n.* 9. insinuationẽ pertinere ad ordinariam iurisdictionem: & facit *l. secundum* 32. *C. de donat.* Ratio autem autoris à collusione, prorsus nulla est. Quocunq; tempore posse eas insinuari, vbi perseuerat eadem voluntas, verissimum est. Sed quod etiam id possit fieri à solo donatario, ita vt effectum habeat insinuatio nec amplius reuocari donatio possit, non potest nõ esse falsissimum: siquidem hic interesse versatur donatoris qui quamdiu donatio non est insinuata, quod excedit summam 500. solidorum, reuocari potest, Et fallitur Notator qui ad hanc sententiam citat autores; Etenim *Alexand. conſil.* 157. *n.* 19. ita haud dubie sentit, quod actus insinuationis possit fieri μονομερῶς ab vna parte tantum, cum sit donationis tantum quædam testificatio: sed quod possit id fieri insciente ignorante donatore, id nec ipsi nec vlli vnquam venit in mentem, vt inscio donatario fiat facile cõsensio, cum hic iam acceptauerit donationem, & ipsius intersit eam confirmari.

Arr. 27. hactenus conuenit iuri nostro, quod donatio non insinuata pro inualida habetur: At enim eodem iure talis donatio vtiq; valet vtiq; ad summam 500. solidorum *l. ſancimus* 34. *in pr. C. de don.* quæ summa sane in hac specie erat adiudicanda donatario. Quid notator sibi velit de donatione post mortem donatoris facta, non capio.

Quod iuramentum supplere possit defectum insinuationis cõmunis sententia est *Clar. §. donat. q.* 18. *Gomez.* 2. *reſol.* 4. *n.* 8 *Gail.* 2. *obſ.* 39. Et eandem veram puto: vt maxime admiserim actum iure ciuili esse nullum: itemq; insinuationem pertinere ad formã donationis. Nõ enim essentialis ea forma est, sed tãtum accidentalis, à dispositione iuris ciuilis tota dependens: adeo hic nihil committitur quod sit cõtra bonos mores Iuris Canonici: & actus qui ciuili mero iure nulli sunt, possunt iureiurando firmari ex ratione iuris Canonici: quod exemplis multis possit probari & confirmari: & sufficit ex ipso iure ciuili nouissimo, *auth. ſacramenta C. ſi adu. vend.* iuxta sententiã Martini, quæ obtinet. Quod ad creditores attinet, siquidem res donata actualiter tradita fuerit, aut illi iuramentum intercessisse sciuerint, nullã eorũ, qui postea contraxerunt, dixerim habendã esse rationẽ.

Bene est, vt quod cõtra rationem iuris receptum est, de Notario pro quouis, absente & ignorante, stipulante, tes strigatur ad obligationem adquirendã, & possessionem quoq. sed naturaliter traditam; nõ etiam ficto modo transferendam iuxta *Arr.* 30. ceterόquin cum Notario istud ius pro quouis stipulandi defendi nõ possit, nisi ex titulo & causa quasi cõmunis procuratoris, & in procuratore id admissum sit, potuisset eadem ratione & illud porro admitti, vt possessionem ad istum quoq; modum Notarius adquireret alteri.

Donationem reciprocam nõ opus habere insinuatione, cõmunis est opinio & vera. *Iaſ. & alii in l. ſi pater* 12. *C. de inof. teſt. Gail.* 1. *obſ.* 40. *n.* 8. quod adeo nõ erat tribuendum tamquam proprium donationi inter coniuges Arr. 31. ceteroquin donatio reciproca inter coniuges valet *l. quod autem* 7. §. *ſi vir.* 2. *de don. int. coniug.* quoniam ita neuter fit pauperior. Et proinde si valet, falsum erit, quod eodem Arr. traditur, eam posse reuocari: sicut nec apparet, quomodo ea sit plena incertitudine a fortuna dependens. Aut forte intelligit autor (nec tamen sine vitio; cum loquatur generaliter) specialem illam donationem, quæ suspendit actum in tempus mortis, vt ad superstitem alterius defuncti bona pertineant, de qua *Iaſ. Cyn. Bald. & alii in d. l.* 12. *C. de inoff. teſt. Gail. d. obſ.* 40. & 1 *plenius* 2. *obſ.* 126. *Mynſ.* 2. *obſ.* 33. vbi tradunt defendi eam in vim pacti donationis conditionalis, *ſi alter ſine liberis deceſſerit*: quo posito (vt & non obscure illi tradunt,) non potest reuocari ista donatio, contra quam autor existimat. Equidem Doctoribus sane liceat opiniones eiusmodi defendere: sed illud non fero, nec ferendum est, quod volunt videri eas defendere textibus & rationibus iuris ciuilis. Et falsum inprimis aperte est, quod Gail. scribit, valere pacta reciproca de succedendo: sicut & vitiose abutuntur textu in *d. l.* 7. §. 2. *de donation. int. coniug.* qui

diserte loquitur de eiuimodi reciproca donatiooe, vbi res hincinde actualiter in alterum transfertur, quod recte à Iasone obseruatum est io *d.l.* 12. *C.de inoff test.* cuiua ceteræ rationea sunt ineptæ: Et reuera ista donatio reciproca non est, cum taotum in vnius persona possit habere locum: & quod incertum est, in qua, non potest validam facere donationem: vt, frustra defendatur in vim donationis inter viuos à *Gail.d.obs.*126. & eo posito reuocari vtique noo possit, contra quam scribit autor. Rectius quis defendat in vim mortis causa donationis, quam constat valere inter coniuges, atq adeo, vt sicur quæuis alia mortis causa donatio, possit reuocari: & vt adsint solennitates requisitæ in *l vlt. C. de donat. mort. caus.* nam post *d.l.vlt.& l.*35. *C.de donat.* dubio procul omnium bonorũ quoq; mortis causa donatio valet: & donationem huiusmodi coniugum valere defendam, licet non sit reciproca: & amplius licet libere supersint: saluo iure horum quo ad legitimam: nam & nonobstantibus liberis, coniuges testamento aut codicillis, libere de bonis suis, legitima liberorum salua disponere pussunt. Quæ non satis ab autore intellecta apparet ex hoc *Art.*31.

Et porro quoq; ex iis quæ scribit *Art.*32. vbi ait, in quibusdam locis approbari donationes reciprocas inter coniuges, cum libertate eas reuocandi vsq; ad mortem. At enim 1. donationes reciprocæ omni modo inter cõiuges ex ratione iuris & irreuocabiliter valent, a. quæ reuocabiles sunt, & v.g. mortis causæ, eæ valent ex ratione iuris, licet reciprocæ nõ sint. Donationes ceteræ inter viuos inutiles sunt, & reuocari semper possunt, sed morte cõfirmantur. Quæ adduntur *Arrest.*32. iuri nostro non bene, imo plane non conueniunt. Et 1. quid necesse sit, reuocationem denuntiari coniugi: Reuocatio enim iure nostro absque hoc valet, modo probetur, 2. qood reuocari non possit, nisi animo & corpore sanus: reuocatio enim & à maxime ægrotante, modo sanus sit mente, fieri potest: nec quidquam facit ad rem adducta *l. filiæ* 59. *solut matrim.*

Sane dubia est quæstio *Art.*33. Et quidem testatorem non mortis causa tantum, sed & inter viuos, vt vocant, donare posse certum est *l.Seia* 42. *inf. de mort. caus.don.* sed n. vbi quis scripsit testamento se donare alicui, Id pro legato aut fideicommisso recte accipitur: sicut & supra ea Gomezio probauimus, si quis dicat se donare Seio mortis causa centũ, licet absens sit & ignarus Seius, valere relictum in vim legati: cũ præsertim & legatum donatio sit, & in ista specie plus quam manifesta sit voluntas matris testatricis. Et responsionea Thuani nullius sont momenti, Et 1. verũ non est qood verba actus istam interpretationẽ nõ admittant 2. & magis, falsum est, quod ita excedatur voluntas testatoria 3. non curatur alterius præiudicium, vbi constat de voluntate defuncti, quæ ius ligãdi & disponendi liberum habet. Quarto falsum est, quod maior sit præsũprio pro ceteris liberis: Quid qualitas successionis faciat, & quid per illã intelligat autor, nõ intelligo, nec citatus textus quidquã iuuat

Germaniæ recepta fere consuetudine, pacta dotalia (de quib. *Art.*35.) etiam de mutua successione, quoad proprietatem: & quidẽ vigore vltimæ cuiusdam voluntatis, vt tamen hactenus habeant naturã pacti, vt altero inuito reuocari non possint: quod quibusdam statutis ita cautum est, nominatim: ceteroquin mutabilia esse & reuocabilia ad vnius arbitriũ magis putant, *Sichard.in l.*3. *C.de collation.* *Wesemb.* 63. *in fin.add.eund.cons.*11. *Boeriũ dec.*355. *Mynß.respons.*14. *Heigium p.*1. *q* 23. *n.*36. *Gædd.d.contr.stip.concl.*7. *n.*84.

Donatio reuocatur ob ingratitudinem *l.vlt. C. de reuoc.donat.* §. *sciendum Inst.de donationib.* Sed ita vt donator possit exercere eam vindictam, non heres *dd. textibus & l.*7. *C.d.t.* quoniam dooator, qui tacuit, vindictam eam remisisse censetur. *c fi.de donat.* vnde Dd. statuunt, si donator ignorauerit cõmissam ingratitudinem, aut cum si iter morte præuentus fuerit, admitti heredem ad reuocandam donationem: secundum quod fortius idem dicendum videtur, si donator accusationem & querelam fuerit minatus, ei ita actionẽ quasi præparauerit, & quominus pergeret, præuentus morte fuerit, iuxta *Art.*37. *v. Fabr. in d.* §. *sciendum n.*3. *& ibid. Sichard.inf. Porc.in* §. *alia ibid. in fin. Guid.Pap.decis.*214. *Panorm. & alios in d.c.fin.de donat. n.* 8. *Moz.de contr.tit.de donation. rubr. quæ actio & quom. agat &c.n.*4. *Gomez.*2. *resolut.* 4. *n.*14. & facit argum. à querela inofficiosi, quæ si eam tantum cõminatus fuerit, qui ius habuit, transit ad heredes *l.*6. §. *vlt. eum l.seq.de inoff.test.*

Quæst. *Art.*38. *Cyn. & Bald.* non tractant in *citata l. vlt. C.de her.inst. sed in Auth. sed & si quis C.de sec.nupt.* vbi quoq; Salic. & alii, non autem *Alex.* cuius nulli extãt in eum tit. comm. Distinctio prima est an princeps dederit castrum in feudum, an simpliciter donauerit Illo caso ex natura feudi non licet alienare castrum, & tantum pertinet ad descendentes ea corpore primi acquirẽtis. Hoc casu subdistinguit *Cyn.* inter modum concedendi, an dixerit princeps, do tibi castrũ, & non volo vt pertineat nisi ad heredes de corpore tuo an dixerit, do tibi castrum, vt si decedas siue heredibus de corpore tuo id ad me reuertatur. Illic ait Cyons reuerti ad principem, si tertius aut quartus successor decedat sine liberis, hoc autem nõ reuerti si modo primus donatarius reliquerit liberos: Idq; probo, quia existente casu natorum liberorum primo donatario, & morlente eo existentium, omnino purificata & confirmata est donatio.

Art.39. non conuenit rationi iuris, secundum quod omnino verum, quod donator, quamdiu ius quæsitum absenti non est, reuocare & mutare voluntatem potest: quoniam ea ratione iuris donatio in absentem collata, quam nemo acceptauit legitime inualida est & inutilis.

Species *Art.*40. est donatio mortis causa, quæ legitime facta, non requirit insinuationem.

Permirum, quod Art.41. defendit autor, quod iua in filiis spuriis obtinet, idem obtinere in nepotibus ex his qui legitime sunt nati ex illegitimis liberis, per *l.vlt.C.de natural.liber.* cum tamen expresse ibi contrarium definiatur; & negetur in spuriis filiis & in his qui legitime ex illis nati sunt, idem esse ius: & disponat, quod auua possit nepoti qui legitime natus est ex filio naturali, non existente sobole legitima, omnia bona sua relinquere, quod eo iure nõ licebit in filiis naturalibus, sed postea permissum fuit N.89.c.12. omnino autem ex *d. l. vlt.* hoc probatur, quod non sit eadem ratio in liberis spuriis vel naturalib. & horũ liberis porro, legitime natis, Plane loquitur Iust. de naturalib. liberis: neq; facile idẽ trahẽdũ ad liberos qui nati sunt ex presbyteris, quorum damnata omnino coniunctio & pene incestuosa habetur. Sed illud arguo, quod autor probat sententiã suã ea *d.l.vlt. C.de nat.lib.* quæ contrariũ ostẽdit.

Appendicis *Art.* 2. directo pugnat cum iure ciuili: quo sine dubio pater in vnum ex liberis plus quam in alterum conferre potest, modo alteri salua sit legitima: Et iniquũ sit vt pater ad huiusmodi æqualitatẽ obseruandam astringatur. Sed & illud cõmunissimo calculo interp. receptum est, q̃ pater vni ex liberis donauit, id regulariter in collatiooẽ nõ venire, sed præcipuũ esse eius cui dooatũ est per *l. illud* 19.

in f. C.

in f. Cod. de collation. l. donationes 25. Cod. de donat. inter vir. & vxorem. Patrem etiam & matrem vni ex liberis (id quisque testator in heredibus suis potest) heredibus aliquid prælegare posse, extra omnem dubitationis aleam est.

Nimis indefinite loquitur *Arr.* 4. Nimirum si liberi aut parentes supersint, possunt illi donationẽ inofficiosam arguere: vt legitimam cõsequãtur: ceteroquin qui liberos aut parentes nõ habet, liberrime omnia bona sua etiã donando alienare potest.

Per *Arrest.* 5. confirmatur, quod ad *Arr.* 39. h.t. diximus, si enim ante acceptationẽ donatio est nulla; vtique poterit & retractari; Quod addit de Notario, quod nulliter etiam pro minore absente acceptet donationem, parum cõuenit cum eo, quod supra toties dixit autor, de potestate Notarii, quod alteri & absenti & ignoranti licite stipulari possit.

Arr. 6. negat valere donationem in concubinam collatam, & reuocari posse Iure nostro contra dispositũ est *l. 3 §. 1. in f. de donat. int. coniug. l. donationes 31. in pr. de donation.* An forte hodie aliud, damnato cõcubinatu? plane in concubinis presbyterorum secus erit, & nõ valebit donatio, in quibus *Salic. & alii* notant obtinere *l. 2. C de donat. int. vir. & vx.*

Not. *Arr.* 11. Append. quod ipse donator possit excipere de defectu insinuationis contra donatarium: quod iuri conuenit: sed inde conuincuntur erroris Arr. superiora h.t. quib. autor proposuit, ignorante & inscio donatore posse donatarium curare, vt donatio insinuetur: itemq; posse donatorem cogi vt donationem faciat insinuari.

Dixit sup. *h.t.* autor non semel, donationem mutuam inter coniuges, ita vt prædefuncti bona ad superstitem pertineant, reuocari posse. Hoc posito, prorsus vitiose se habet, quod est, *Arr. App.* 13. eam nõ posse reuocari testamento: & prorsus inepta ratio, quia reuocatio sit actus inter viuos. Quid n. aliud est reuocatio, quam declaratio voluntatis in contrarium? Et an hæc non potest fieri testamẽto? Quid quod vt supra probauimus, & ratio ipsa ostendit, hæc species donationis, cum reuocabilis sit, non potest esse nisi donatio causæ mortis, quæ cũ sit species vltimæ voluntatis, vel maxime per vltimum voluntatẽ & in ea rursus reuocari potest. Et omnis actus, qui pendet ab alterius voluntate & *μονομερῶς* fieri potest, recte etiam potest fieri testamento: quod verissimũ est: talis autem est actus reuocandi: stulte enim quis hic expectet consensum donatarii. Quæ autem requirunt vtriusq; & mutuum consensum, veluti contractus, ea non posse celebrari testamẽto, vulgo traditũ est, licet & hic non vnã limitationem tradant & adhibeant Doctores: Plane, vt ego censeo, & vt puto, recte censeo, defendi arrestum hoc non potest.

Ratio iuris circa contenta *Arr.* 14. hæc est. Donatio collata in liberos proprios à patre ex ratione propria iuris cõmunis nulla est. Mater ideo liberis suis vtiliter donare non potest: quoniam per eos acquireretur patri, & ita in effectu donaretur marito, quæ donatio ex alia ratione, iure inualida est: Et, si igitur liberi sint emancipati, nihil impedimento est, quo minus mater illis donare possit. Porro ex eadem ratione iuris, quæ prohibet donare coniugi, nulla est donatio, quam secunda vxor, vtcunq; ea nullos liberos habeat, confert in liberos mariti ex alia vxore; contra quam pronũtiatum esse d. Arr. 14. refert autor: nisi forte ratio est hæc, quod moribus Galliæ liberi non sunt in potestate patris, & adeo ei nõ adquirunt: super quo tamẽ varie hactenus locutus est autor. Amplius si licita est donatio ista, cur non etiam valeat, vtcunq; vxor liberos habeat: neq; enim tenetur quis omnia bona sua relinquere liberis.

Materiam Arr. 15. quid ibi sit antapocha, & quod ius cognatorum, non intelligo.

Oportet speciale esse ex moribus Galliæ, vt iuxta *Arr.* 17. maritus non possit controuersiam reddere donationem quam contulit in vxorem: hæc n. iure nostro inualida est: nisi forte autor intelligit donationem propter nuptias. Miror & in Arr. & in Nota dubitari, an heres donatoris possit cõtrouersam facere donationẽ nõ insinuatam: nam & donator certo iure potest, postquam donatio iure nulla est: & censetur quasi donator ius reuocandi sibi reseruasse dũ solennitatem illam necessariam & essentialem omittit. Creditorib. quod interfuerunt cõtractui matrimonii & signauerunt, id ideo obesse & præiudicare non potest, quoniam validitas donationis nõ pẽdet à consensu creditorum, sed à solennitate iuris: tum etiam quod creditores interfuerunt principaliter, vt testimonium perhiberent contractui matrimonii: in quam rem est optimus textus in *l. Gaius 39. de pign. act. facit l. Titia 34. § Lucia de legat. 2. l. si pater 6. C. de fideiuss. v. Socin. reg. 385. incipit. subscribens, & omninò Mascardum tom. 3. de probat. conclus. 1341.*

AD TIT. II.

IN materia Arr. 1. ratio iuris non incerta est: & fallitur autor, dum inf. scribit, mortuo donatore qui bona omnia donauit, donatarium teneri vt soluat æs alienum: apparet enim illum existimasse, actiones quæ competebant in defunctum, dari in donatarium. Si quis pro herede se gerat donatoris, sane in hunc competent istæ actiones: sed cũ vix sit reperturus heredẽ qui bona omnia donauit, creditorib. nullum aliud remedium superest contra donatariũ, quam actio reuocatoria Paullana, per tex. expr. in *l. omnes 17. §. 1. Quæ in fraud. cred.*

Arr. 2. vetus dubium quod appellat, forte tale ineruditos pragmaticis fuit: nec puto vlli Interpp. in mentem venisse, quod creditor contra donatarium vniuersalẽ directo, actiones suas mouere possit. Licet enim vniuersitas donata sit, tamẽ est titulus particularis. Et ipsa citata *l. hereditatem 28. de donat.* probat, quod donatarius cõueniri non possit. Et est tamen diuersa ratio, si quis hereditatem sibi delatam & à se agnitam donet, &, si bona sua vniuersa donet: Hereditas enim qualis est & vt successio quædã iuris donata videtur & intelligitur, cum omnib. commodis & incommodis, quæ in ea sunt: ad quod consequenter & ad æs alienum censetur se obligasse, qui hereditatem sibi donatam accepit: quomodo & emptor hereditatis ad æs alienum tenetur, non quidẽ directo, sed actione ex vendito: nec n. creditores coguntur experiri contra emptorem, sicut nec contra donatarium *d. l. 18. de don.* Et tamen, quia vt dixi vniuersitas, qua talis, & cum onere æris alieni, vẽditur, sicut emptor habet actiones hereditarias vtiles ex rescripto contra debitores hereditarios *l. 16. de pactis*: ita admittere visum fuit, vt & creditores hereditarii, si velleut, possint agere contra emtorẽ hereditatis & emptor posset ibidẽ si vellet, actiones excipere, *l. 2. C. de pact.* Ceteroquin vera sententia est, de qua ad *Arr. præc.* de actione reuocatoria & haud dubie repugnat iuri nostro, vt creditor in donatarium directo moueat personalem actionem.

Creditorum causa semper potior est, etiam quam liberorum, nec nisi exsoluto ære alieno de legitima quæri potest. Itaq; si quid forte pater etiã titulo particulari in liberos contulerit, & hi patri heredes nõ extiterint, conueniri à creditorib. possunt, *l. vlt. C. de primipilo*; sed non actione personali directa, vt autor *arr.* 3. non obscure putat, sed actione reuocatoria, vt

paulo

paulo ante diximus *ex l.omnes 17. §.1. quæ in fraud.cred.* In specie autē proposita, siquidem alii heredes vel soli, vel cum Ægidio filio coheredes fuerunt, actio ex cond icto in heredes institui debuit omnino, nō in solum Ægidium; & putidæ omnino sunt rationes, quibus vtitur autor.

APPENDICIS Art.1. plane laborat. Legatariū & donatarium, quoscumq; non posse conueniri ab creditoribus hereditariis, certum est. Quod post discussos heredes directo conueniri possint falsum est: sed vbi soluendo non sunt bona residua, actio reuocatoria datur in donatarium l.17.§.1. *quæ in fraud. cred.* Porro legatarius & donatarius vniuersalis ambigue hic dicitur: & cū proponat autor donatorē habuisse heredē, videntur, non omnia bona donata fuisse, sed pars v. tertia aut dimidia: quæ & ipsa est donatio vniuersitatis: & legati vniuersalis omnium bonorū, vix puto exstare exemplum: quamquam si qui talis sit, sicut & cum alias omnia bona sunt legatis exhausta, detractioni Falcidiæ locus est, quæ & haud dubie de quacun q; donatione deduci, & si bona tradita sint, iure cōmuni Falcidia pro portione vindicari. Quod si vero nullus sit heres, vt sæpe diximus, si bona omnia sint penes donatarium, actio reuocatoria Paoliana erit necessaria: & falsum est, quod hoc casu actio personalis, quæ alias data fuisset in defunctum, exerceri in donatarium possit. Et penitus errat autor, qui consuetudinem & ius Galliæ ex quo conueniri possint ordinarīis actionibus donatarii, (vt quidem ex hoc loco colligitur) putat conuenire iuri communi: quasi vbi heres non exsistit donatarius hactenus repræsentet heredem: quod omnino est falsum: & pessime in eam rem abutitur textibus iuris ciuilis. Nimirum *l.omnes 17.§.1. quæ in fraud.cred.* vt sæpe monuimus, loquitur de actione reuocatoria. In *l.mulier 72 de iur.dot.* diserte negatur, quod maritus cui omnia bona in dotem data sunt, possit conueniri à creditoribus. sed enim quia in præiudicium creditorum bona in dotem dari non possunt, ex dote detrahuntur bona, quæ sufficiunt creditoribus: Ita vt hi vel reuocatoria experiantur: vel etiam, si quidem maritus defendere vxorem nolit, cogatur bona permittere creditoribus, tamquam vacantia. In *l.in pari 170 de R.I.* agitur de his qui in vniuersum ius succedunt, velut possessores bonorum ex edicto prætoris: cuiusmodi non sunt donatarii. *L.ex facto 35. de hered inst.* tractat de his qui ex re certa scripti, dempta mentione rei certæ pro veris heredibus habentur. Denique *l.fin. de vsuf.leg.* nō quod vult autor, sed magis contrarium denominat. Itaque & in legatario & donatario, quod vult autor, falsum est. Et pariter insubtilenimis, quod de legatariis quotæ bonorum scribit, eos conferre debere pro quota sua, cum herede. Heres enim solus tenetur: proponat sane illi nobis consuetudines Galliæ suæ, sed ne ad eas confirmandas textibus iuris nostri abutantur, sed ingenue eas à ratione iuris nostri aberrare profiteantur: nec incautos decipiant lectores. Auf. e. ius *ad decis. Capell. Tholos. 386.* magis est contra autorem. *Guid. Pap. decis. 105.* vtitur etiam subtili illa ratione de vltan lo circuitu. Idem autor *decis. 460.* parum sacro iudicio confundit donationem hereditatis quæ alicui delata est cum bonis quæ quis donat, & quæ necdum vllam qualitatem hereditariam habuerunt: de quo paulo superius egimus.

AD TIT. III.

De hypothecis.

QVod hypotheca indiuidua est, hunc inprimis habet effectū, vt mortuo debitore, hoc actio personalis diuidatur in heredes, tamen creditor in solidum hypothecam euincere possit, nec liberetur heres possessor hypothecæ, si partem suam debiti soluere velit *l.3. C. de negot gest. l. heredes 15. §. vlt. de obseruatur 14 fam ercisc.* An illud in pt. *Art.1.* intelligat autor, equidem nescio. Quod ait in f. creditorem teneri primo persequi hypothecam, quæ postremum alienata est falsum iure nostro est, nec probatur per *l. si quis 24 Qui & à quib. manum.* & recte id reprehendit *Nota ad art. 10.* f. d iure nouo post N.4. verū, quod creditor contra tertium possessorem hypothecaria, nisi prius excussis debitore &, si qui sint, fideiussoribus, experiri non potest.

Certum est, iure nostro, non valere hypothecam, cum pacto, vt non soluto debito, res sit pro debito, creditori empta. Incidit hoc in pactum commissorium iure vetitū: per textus *Art. 2.* satis bene citatos præter *l.vlt. de comr. empt.* ex qua probant vulgo Dd. valere pactum commissorium, si in eo iusti vtilitatem fuerit adiectum. Sed & vt eunq; venditio valida fuisset, non tamen potuisset mercator apprehendere statim possessionem, sed debuit agere ex emto, personali actione: nam vtcunq; maxime contractus validus sit, sine traditione non transfertur possessio, in quo videtur offendere autor, dum pro ratione adducit, quod ex cōtractu nullo nō transeat possessio.

Satis obscure proponitur species *Art.3.* siquidem non satisfactum sint creditori ex hypothecis obligatis specialiter, certum est, eum posse persequi bona in genere obligata, vsq; dū in pecunia debita ipsi satisfactum fit, etiam vsq; ad vltimum quadrantem: & absurda, vel inconuenientia, quæ proponit autor, nihil n si nugæ sunt. Et quid contra creditorē faciat ea, propter quæ aliquos contra eum tenuisse refert autor, ego aut nullus intelligo, aut ea penitus inepta sunt. Porro vbi sufficit hypotheca specialis, tūc quæ pignori generaliter obligata sunt vel hypothecæ potius creditorem aduersus tertium possessorem persequi non posse, iur. s est notissimi *l. quamuis 2. C. de pignorib.* Quod ad notam attinet, pignus constitutū à socio in re quæ pro indiuiso communis est, itidē afficit partem, pro indiuiso Ex quo necessario cōsequitur, v. fundo postea diuiso, nō vtriq; pars quæ cōtigit creditori, sola sit obligata, sed vtriusq; sociipars pro indiuiso per textus citatos. Simplicius videtur, quod contra hanc sententiam Arresto statutū refert autor Notæ: & sane si vtraq; pars sit eiusdem bonitatis, potior fuerit Arr. forte sententia, æquitatis intuitu: ceteroquin, si vt sæpe contingit vna pars altera melior sit, senteotia Arr. coniuncta fuerit cum iniuria creditoris.

Communissima opinio est, quod actio realis & in loco rei sitæ & in Rei domicilio possit moueri, *l.vlt. vbi Dd C. vbi in rem act.* quod recte habet *Art.4.* Nota addit, si personalis & hypothecaria concurrat, hanc ad illum trahi: forte vbi ipse debitor possidet: vt tūc potius creditorem in foro Rei & debitoris agere oporteat: quod non absurde in aquidē statuitur: sed si creditor velit persequi seorsim hypothecam suam, ratio iuris, vt in loco rei sitæ id facere possit, ei permittit. Ait porro Nota interdictum, vt hypothecaria sim l cum personali intentetur, sed si concurrat vtraq;, illā huic seruire. Enimuero licet simul intententur, tamen pedissequa naturā potest hypothecaria

tariæ retinere: & concursus est vel cumulatiuus vel electiuus: Ille præsupponit ius simul intentandi: in hoc actio vna tantum moueri potest, quæ eligitur, ita vt alteram consumat. Ratio iuris hæc est, ita non concurrere possunt duæ hæ actiones & cumulari, vt ex vtraq; quis quod petit, consequatur: soluto enim debito, tollitur actio hypothecaria: sed hoc permissum est, vt qui agit imo & qui egit personali, & qui etiam fecit debitorem condemnatum, possit agere adhuc hypothecaria: vt interim dum soluit debitor, incumbere pignori suo, & si porro debitor non soluat, distrahere suam possit hypothecam: textus expressus in *l. quamuis* 8. *C. de pignorib.*

Coniungi personali hypothecariam *Arr.* 5. parum subtiliter accipit, cū vtraq; competit: nam coniungi significat proprie actiones simul intentari: sæpe autē supra monuimus, actionem personalem in heredes diuidi, non hypothecariā, sed hanc dari cōtra vnum ex heredib. possessorem in totā hypothecam, quæ nec pro parte liberetur, nisi totum debitum sit exsolutum. Itaq; non directe heres possessor in solidum tenetur debitum, porest enim cedere hypotheca, si velit: sed si rē retinere velit & liberare, totum debitum cogitur præstare. Et hoc modo vtiq; agitur hypothecaria sine personali. Itaq; hæc non intellexit autor, dum mox. hāc phrasin, *hypothecaria sine personali agi* ad eum casum restringit, quo personali agi nō potest: quæ sunt diuersissima, præstaret istos homines dormire aut cucurbitas pingere, quā de iure scribere, quod ignorant. Et hoc special: non o iure statutum est, N. 4. vt tertius possessor ante debitorē principalem excussum conueniri non possit: quod ante secus erat. Atq; hoc casu, non alio, hypothecaria cū autore Arr. 6. porest vocari subsidiaria. In quo elegantis sane quæstionis est, an possessor post debitorem excussum conuentus, possit quasi ex persona debitoris nouas proponere exceptiones, & probare debitorem eum non esse, nec recte cōdemnatum fuisse. Videtur equidē obstare rei iudicatæ autoritas. Sed facit rursus ex aduerso, quod res inter alios acta aliis non nocet: & cum hypothecaria tribuetur in debito, & eo probato, oportebit qui hypothecam persequitur, etiam in hoc iudicio debitum probare: neq; hanc probationem, ex iam d. ratione poterit implere creditor per rē iudicatam inter se & aliū, vbi possessor sese offert ad contrariā probationē: v. omnino *Bar.* (*Bal.* n. nihil habet) *in l.* 2. *de exc. rei iud.* vbi docetur an & quando de iure tertii opponi possit.

Arr. 7. recte iud. catum fuit, non quidem hactenus, quod in totum debitum cōdemnatus fuit possessor: (neq; enim hoc intēditur hypothecaria actione sed vt res tradatur) sed hactenus quatenus putauit possessor se liberari, si partem tantum debiti solueret: ceteroquin si ille possessor cessisset parte fundi obligati, omnino absoluendus in hypothecaria actione fuisset, per ea quæ supra diximus.

Vbiq; defectus iudicii apparet in hoc sutore. Ait *Arr.* 8. confessionem dotis, non facta numeratione non onerare tertium possessorem, id est, quod tertius possessor vxorem contra se agentem, hoc casu repellere possit. At enim quis vmquam sanæ mētis de hoc dubitauit, ex hypothesi, quod dos tantum confessa, sit, non numerata: sed hoc quæritur, an confessio mariti sufficiat ad probandū quod numeratio sit facta? Et vtiq; quæ alias confessionis est vis & vt numeratio alibi per instrumenta probatur, ita & in hoc casu obtinebit: nisi forte possessor confessionem in fraudem factam, aut alias numerationem non secutam, (quæ exceptio iure communi intra biennium opponenda est,) probare possit. Quinimo pro mariti confessione fortius præsumi, docet aperte *l. in contractibus* 14. § 1. *C. de non num. pecun. v. omnino Salic. in l. adsiduis qui potiores num.* 7. & 8. Non valde meliua hac de re tractat *Mynf.* 1. *obs.* 63.

Arresto quoque 9. quod scripsit author, ipse non intellexit. Ait, si debitor (quod enim de marito proponit, In debitore quouis locum habet) bona quæ obligauit hypothecæ mulieri, cum clausula constituti, alienauerit, posse statim mulierem non excusso marito, agere hypothecaria actione contra possessorem: allegatis in hanc sententiam *Alex. & Iason. in l. Lexitus* 35. *de adquir. poss.* sed vt in bonua errat. Nimirum Interpp. communiter, beneficium *l. vlt. C. de adq. poss.* etiam ad hunc porrigunt casum, quo per clausulam constituti siteri adquisita possessio est, vt videlicet re ab eo, qui eam possidere eius nomine constituit, alienata protinus is per id remedium, & nimirum condictionem ex lege possit auocare possessionem. Atq; hoc remedium Interpretes in casu proposito etiam creditori putant cōpetere, vtinegant, posse opponi exceptionem discussionis, præscriptionis, quin nec offerendo debitum possessorē liberari putant, quoniam in possessorio summario præsertim exceptiones istæ non admittātur, atqui hypothecaria instituta, de qua agit autor, omnibus istis exceptionib. locum esse fatentur Interpretes *v. Alex. in d. Lexitu* 35. *de adq. poss. in fin.* (Iason falso citatus est) *Menoch. remed. recup. poss.* 14. *n.* 60. *q.* 17. *Matth. Afflict. decis. Neapol.* 139. *in fi.* & alios ibi citatos disputat cōtra istam opinionem Dd. *A. Fab. decr. pragm. dec.* 57. *cap.* 1. & *seqq.* sed nos ibid. defendimus Dd. receptam opinionem. Quod sub fin. addit, si veteres id saluo iure ciuili se facere putarunt, nimia errauerunt, quod ius vetus correctum esse ignorauerunt: quod idem ius vetus propositum est in *l. persecutione* 24. *C. de pign.*

Si creditor consentit, vt hypothecata res venderetur, sublata est hypotheca *l. si consensit* 7. *in pr. Quib. mod. pign. toll.* Itaq; male dicit *Arr.* 11. quod aliis creditoribus in re hypothecata, ille postponatur, cū nullum amplius ius hypothecæ habeat: aliud est, si cōsenserit, vt alteri obligetur: quo casu non totum ius hypothecæ, sed prioritatis amittit, iuxta text. citatū, quē male ad consensū de vendēdo autor transtulit.

Ex eo quod ad Martini sententiam prouocat *Arr.* 12. intelligi potest, eum per priuilegiatos intelligere eos creditores, qui hypothecam habent cum priuilegio cum quibus concurrere videtur mulier; iis autem præferri qui simplicem habent hypothecam, licet anteriorem, & quidem expressam, hoc enim addendum est, quoniam conueniunt omnes, quod mulier per *l. adsiduis. C. qui potiores* præferatur creditoribus, qui anteriorem tacitam hypothecam habent: sed Martinus defendit præferri etiam habentibus expressam et quam sententiam omnino conuenire menti Imp. *in d. l. adsiduis.* Nos alibi solidissime probauimus: sed altera tamen communior & magia est recepta *v. gl. Bart. & alios in d. l. adsiduis. Mynf.* 4. *obs.* 15. *Gail.* 2. *obs.* 25. *num.* 10. *Couarr.* 1. *var. resolut.* 7. *num.* 1. Huic porro sententiæ, quam proponit autor, parum conuenit in nota, quod in pecunia ex mobilibus rebus redacta, mulier nullam habeat prælationem, vtique etiam res mobilis sunt obligatæ mulieri eum & sub eodem priuilegio: Et qui igitur conueniat, vt mulier nullam hic habeat prærogatiuam?

In Appendicis Arrest. 1. non video rationem dubitandi: & vix etiam in 2. confessio enim vnius non est confessio tertii.

In Nota subiecta *Arrest.* 3. quæ pertinet *ad tit. b. arr.* 1. insubtilis est exceptio: quoniā vt supra dixi-

mus ista hypotheca noo est pro obligatione, quæ cepit à defuncto, sed quæ cepit à singulis heredibus, & quidem pro parte qua heredes sunt: & numquam bona in solidum fuerunt obligata.

Iure nostro per sententiam nulla constituitur hypotheca, nec super principali quidem: sed posito tali inter quod supponit *Arr. 4.* ego non dubitarem, quin à die pronontiationis super expensis Incipiat hypotheca. Ex sententia enim nascitur noua quædam obligatio & actio: & taxatio nihil commune habet cum obligatione, quæ ex sententia nascitur, & ad quam taxatio retrotrahitur, vt perinde habeatur ac si in ipsa sententia, certa expensarum quantitas definita fuisset.

Quæstionis est, quod attingitur *Arr. 5.* an pignus obligatum in sortem videatur etiam obligatum pro vsuris: quod magis est *arg. l. 8. §. vlt. de pig. act.* & id tamquam certũ in vsuris quæ peti possunt, notat *Bar. in l. solutum 11. §. si in sortem eod. tit.* quod videtur velle autor *Arr. 5. in pr.* vbi addit, Quantum ad vsuras summarum ex sententiis debitarum, eas non venire nisi à die petitionis: Et quid hoc vero est? Iure nostro, propter moram à tempore rei iudicatæ, & elapso tempore quadrimestri veniunt & currunt vsuræ cẽtesimæ *l. 1. & 3. C. de vsur. rei iud.* etiamsi nullæ petitæ sint. Sin in stipulationem deductæ fuerint, propria & separata actione peti possunt: & de istis vero in *pr. arresti* egit. Si debitæ fuerint ex mora, & ideo veniant officio iudicis *l. per collusionem 49. §. 1. de act. emt.* vtiq; petendæ sunt in iudicio, sed non ex eo demum debentur, sed à die moræ, & quod in eas quoq; obligatum intelligatur pignus, verius est per notata *Bart. in §. si in sortem,* remissiue ad *Lcentum de eo quod certa loco & ad l. quare 54 locati Salic. in d. l. solutam* 11. §. *si in sortem de pign. act. iunctis quæ tradit in d. l. centum n. 4.* Et itaque hic quoq; nihil boni & ex quo lector aliquid discat, habet autor. Ait: vsuras non deductas in stipulationem non importare hypothecam, nisi à die quo postulatæ fuerunt. Et quæ sunt ista flagitia verborum, *vsuras importare hypothecam.* Et an quidquid debetur, pro eo statim obligata res est hypothecæ? quid absordius? Rursus si vsuræ nec in stipulationem deductæ, nec ex mora debitæ fuerunt, quomodo tandem peti poterunt? Et quid vero hic est, *à die intercessionis* cum nullus fideiussor proponatur: cetera quoque pene portentaiunt verborum, & hominis qui nec iuta, nec quid loquatur, intelligat. An ista forte inepti & indocti interpretis culpa est? puto enim Paponium Gallicè scripsisse.

De cæmentarii hypotheca in ædibus extructis aut refectis, & eius prælatione cõtra pharmacopœũ, de quo hic iterum *Arr. 6.* aliud quoq; Arrestum supra habuimus; vbi diximus, iure nostro nusquam cautum esse, vt cementarius, qui in ędificatione aut refectione ædium operam & ministerium nudum præbuit, habeat tacitã hypothecam: & quos autor superficiarie doctus, textus allegat, illi tũ de eo loquũtur, qui pecuniam credidit. tum tantum de exigendi priuilegio personali non de hypotheca, *veluti l. 26, & 34. de bon. aut. iud. l. 25. de reb. cred.* & specialiter huic tantum qui in refectionem ædium credidit, hypotheca tacita data est in *l. 1. In quib. caus. pign. tac.* & Salicet. notat in *l. interdum 5. Qui pot. in f.* quod non idem sit fauor eius qui in emendam credidit *v. de eo Bar. & alios in d. l. 5. Mynſ. 1. obſ. 60. Gail. 2. obſ. 25. Donell. de pignor. c. 4. Con. n. 4. comm. 17. Vanderan. de priu. cred. c. 8. Couarr. 1. var. resol. 1. n. 2. Zasium in d. l. creditoris de reb. cred. Salic. & alios in auth. quo iure C. qui pot.* Inepiiora sunt, quæ hoc *Arrest. 6.* sequuntur. Ait, cementarium prælatum fuisse ei qui domum conduxerat. Et quis vero vmquam conductori ædes putauit esse obligatas? Ait, prælatum fuisse ipsi locatori fundi? Quid vero fundus habet commune cum ædibus? & quis vmquam vel fando audiuit, locatori ca des conductoris pro peosionibus esse obligatas? Quanta hæc ἀλογία.

Arr. quoq; 7. non satis quæ sit sententia iuris nostri, intellexisse videtur autor. Si venditor non habuerit fidem de pretio, cum eam traderet, dominus manet, & præfertur aliis non mere creditoris, & qui hypothecam habeat, sed rem iore dominii vendicat, per *tex. in l. quod vendidi 19. de contr. empt. §. vendita Inst. de rer. diuiſ.* sed si fidem de pretio habuit, vtcunque fideiussor nullus datus, vel satisfactum non sit, transfert dominium & nec ius vindicandi iure dominii nec hypothecam habet. Male quoque ei qui peconiam mutuam dedit ad rem emendam, tacitam dat hypothecam. Ita enim est, vt si rem illam expresse acceperit pignori, habeat priuilegium prælationis; cæteroquin hypothecam nullam habet *l. licet 7. C. qui pot. in pign. l. quamuis 17. C. de pignorib.* & probant autores art. præc. citat. & falsus hic post alios est *Gail. 2. obſ. 15. n. 3.*

Quæ de venalibus officiis tradit autor *art. 8.* moribus Galliæ relinquo. Et illud *inf.* recte, quod hos qui ad officia emenda pecuniam crediderint, quo ad pecuniam & in ea, quæ ex his officiis confici potest, aliis creditoribus facit potiores: per *auth. quo iure C. qui pot. N. 97 cap. 4.* vbi præfertur aliis hic, qui in militiam emendam credidit. Quod de muliere addit, non capio: & ex d. textibus, qui in militiam emendam credidit, ex tempore mulieri præfertur, petenti dotem.

Suauis est quæstio *Arr. 9.* à quo die incipiat hypotheca fideiussoris, qui soluit, nec curauit sibi cedi actiones & pignora, liquidè ex ratione iuris hic fideiussor nullam habet actionem. Sed si in se transferri pignora curauit, & eorum ius, eodem iure vtitur quo creditor: Et videri possit necessum, vt non tantum actio cedatur, sed ipsum ius quoq; pignoris nominatim *arg. l. 2. & l. cũ alter, 11. C. de fideiuſſorib.* sed sane quod sufficiat cessas esse actiones probat *l. mandati 14 eod. tit.* humanius enim præsumimus, simpliciter facta cessione & personalem & hypothecariam actionem cessas esse, & omnino id ius, quod habuit creditor, potest tamen ita disponi, vt licet nominatim facta cessio non sit, ea tamẽ pro facta habeatur: quo iure in Gallia fideiussores vti, referr autor.

Regula, Quod prior tempore potior sit iure, vix fallit, nisi in posterioribus, qui habent hypothecam cum priuilegio; quod in vxore & aliis quibusdam accidit. Et insubtilis hic proposita exceptio est, imo exceptio non est: quoniam Notarius iste, inserendo clausulam istam, aut omnino remisit suam hypothecam, aut vtiq; quantum ad istum *De prato,* sibi præiudicauit, iuxta textum in *l. creditor 12. §. sit enim 4. Qui pot. in pign.* Nec simile est quod de subscribente se pro teste adfertur ex *l. Gaius 39. de pign. act.* de quo egimus supra.

Actio hypothecaris contra debitorem ipsum durat 40. annis: contra alios si moueatur, præscriptione 10. & 20. ann. elliditur. *11. C. si aduerſ. cred.* quæ est *sententis Arr. 12.*

AD TIT. IV.

De Euictionibus.

QVod nota præfixa habet, intelligendum est de eo qui simpliciter fundum, tamquam suum, in solidum, tradit: nimis enim absurdum sit id admittere in eo, qui partem se donare profitetur.

Arrest. 1. notabile est, & albo signandum lapillo: quod venditor, quippe, qui tenetur de euictione, originalia non teneatur tradere emptori, quod per *l. instrumenta, C. de fid. instr. notant Interpp. & in terminis Bald. in l. Titius hæres* 48. *de act. empt. & ibid. Castr. & Bart. ibidem*, tenendum esse menti ait, & idem ibid. monet Salic. addens se audiuisse multos Palatinos dicentes contrarium.

De proposita tractatione *Arrest.* 2. an in eo casu, teneatur promissor de facto etiam authoris sui, in citatis locis tantum dubitat Bald. & *in l. si seruum* 91. *§.* 1. *de verb. oblig.* hoc tantum dicit, quod factum promissoris non sit factum autoris, Sed Bart. (*& v. ibi addit.*) *in l. si seruus* 14. *de condict. furt. & ibid. Castr. nu.* 10. in terminis bis affirmanti: (Franc. Crem. & Salic. male sunt citati.) Illud autem permirum sit, quomodo promissor etiam teneatur de facto hæredis sui: an enim viuens potest habere hæredem? Forte dicere voluit: quod etiam hæres promissoris teneatur. Et hoc nemo negauerit, quippe hæres tenetur præstare factum defuncti. Idem quod hoc Art. repetitur otiose in fin. *Arrest. seq.* sed non bona est ratio: probat enim, quod promisit defunctus & fecit, id præstandum esse ab hærede: sed vt si quid de nouo promiserit hæres se præstiturum ob suum factum, eo etiam defuncti factum comprehendi nullo modo sequitur.

Arrest. 3. satis probatur ex textu citato: cuius tamen verba extrema *nisi sciens alienum vendidit*, non recte explicat autor, & est eorum hæc sententia: quod licet quis prædixerit se nolle teneri de euictione, tamen teneatur, si dolo malo sciens vendat rem alienam. quumodo & *gloss. & Bald. & Castr.* hoc explicant. Porro opinionem de differentia hac in re emptionis inuenio non apud Bald. nec apud Castr. citato loco, sed apud hunc *in l. emptorem, §. vlt. de act. empt. nu.* 2. *in f.* post *gl. in l. si familiæ* 14. *C. fam. ercisc.* nec mala vtuntur ratione differentiæ, quam non intellexit autor, quod in emptione solus emptor rei totius sustinet periculum: at in diuisione, vterq; æqualiter partis suæ sustinet periculum: & non tam alter ab altero, quam potius ab alio & v. e. à defuncto, causam habent, cum emptor cautam habeat à solo venditore. Atq; hoc ita procedit, vbi tota res diuisa fuit aliena: Ratio autem hæc cessat, vbi res diuisa pro parte propria, (& ita non subiecta fuit periculo euictionis) & pro parte fuit aliena aut obligata. Hic enim, si id ignorauerint diuidentes, & pars altera euicta cohęredi fuit, æquum est illi regressum dari contra cohæredem, pro rata, quod ipse Bald. scribit *in d. l. si familiæ* 24. *C. fam. ercisc. nu.* 3 quæ si vidisset aut intellexisset author, non ita temere istam opinionem damnasset.

Quid *Arrest.* 4. *&* 5. vocet absolutam autoritatem & nouationem, ego non intelligo.

Non magni momenti sunt, quæ *Arrest.* 6. nota nos docet: & sciunt tyrones, quod author denunciatus tenetur sequi forum rei conuenti, qui denunciat *l. venditor* 49. *de iudic.* causa enim principalis est ipsius v. c. emptoris, in quem emptor omne suum ius transtulit: itaque falsum est, quod Nota ait, authorem laudatum, suscipere ita in se litem, vt personam denunciantis subintret: quod si ita esset, facile laudatus ad forum suum negotium reuocare posset, quod adeo facere non potest, vt ex receptiori sententia, quam supra proposuimus, etiam clericus venditor, emptorem conuentum in foro suo defendere teneatur: Neque vero conuentus emptor, habet remedium *l.* 2. *C. vbi in rem act.* sed ipse iudicium suscipere & tantum ad adsistendum citare autorem tenetur. Secundum hoc autem, mercator Flandriæ (de quo *Arrest.* 6. mentio) & qui à Gallo rem in Flandria sitam emerat, & ibi conuentus super ea re fuerat, recte videtur petiisse, vt ibidem à Gallo defenderetur. Illud rursus protritum est, quod ex duplici fere causa, dominij & pignoris res soleat euinci.

Quæ autem sit altera species euictionis, & genus alterum authoris, quod proponit autor notæ, ego non assequor. Qui petit rescissionem contra obligationem & promissionem, non alibi eam petere poterit, quam coram magistratu eius contra quem restitui petit: *l.* 2. *C. vbi & ap. quem rest.* itaque quæ hic denunciatio, quæ reuocatio fori esse possit, non intelligo. Forte hanc speciem proponere voluit Nota: Titius rem emit à minori, & eam rursus vendidit Sempronio: si minor non recta petat à Sempronio, poterit hic, laudare autorem suum, & ille poterit petere, vt res coram iudice suo tractetur.

Quod verum est, sed diuersitatis ratio hæc, quoniam restitutionis causa primo cum eo, qui cum minore contraxit, est agitanda, siquidem non semper minor restituitur, sed cognita causa: Itaq; male agit minor, si omisso eo cum quo contraxit, litem mouet possessori tertio, cum quo restitutionis causa & remedium, vt vocant rescindens, agitari non potest. Alia autem quæstio est, an aliquando effectus restitutionis ad tertium possessorem porrigi possit, de egimus supra. Ex his apparet ineptam plane autoris absoluti & simplicis esse distinctionem.

Cajus vendidit rem Sejo, hic rursus vendit Titio: Hic ab alio, qui se dominum dicit in ius vocatur: Hæc species videtur *Arrest.* 7. in qua Cajus est author primus, Sejus est autor secundus: quem Titius conuentus laudat, & hic rursus autorem suum Cajum, qui author est primus. In hac specie secundus author non tenebitur respondere, sed omnino impetrabit dilationem, vsque dum primus author fuerit citatus, à quo prima est origo venditionis. Itaque dilationem impetrabit secundus author aduersus eum, qui rem euincere vult, aut etiam aduersus suum autorem, vsque dum autorem suum primum venditorem euocari curet. Cum alius casus fingi non possit, nemo intelligat, quomodo quæ autor tradit, huc accommodari possint. Quis enim est ille quidam *Mageruld.* an actor, qui euincere vult, an emptor, an venditor: & an secundus, an primus venditor. Negat, illum dilationem aduersus secundum authorem impetrare debere. Et ergo videtur esse primus autor: & quam vero hic dilationem impetrare aut petere possit, cum vtique vocatus teneatur adsistere. Sed si primus author hic est, quid est, quod sequitur, *nisi authoritate, aut defensione primi, qui eum euocauit, in se susceptt.* Et potest ne primus euocare primum & seipsum? Et quis nam esse possit, qui suscipiat primi authoris defensionem? quod si fieri possit, iam ille non primus, sed secundus fuerit autor. Hæc plane sunt inexplicabilia: nec quisquam facile hoc ceperit, quod ait, iuri communi conuenire, ne autor admittatur, si quidquam aduersus primam partem excipere velit, nisi prius litem in se susceperit. Ego me ista non capere profiteor.

Solita imperitia *Arrest.* 8. opponit iuri ciuili, Ius Franciæ, quod secundum hoc, emptor, licet in limine immineat euictio, cautione sibi præstita, pretium soluere cogatur: hoc enim ipsum prorsus est ex iure ciuili: citata *l.* 24. *C. de euiction. l. pen. §.* 1. *de peric. & comm. rei vend.* Suauis autem est limita-

tio in Nota: *nisi iam venditor cautionem præstitisset:* Et hic quoque non satis autor Notæ intra intellexit. Iure nostro non vno casu venditor cauere non tenetur nominatim de euictione, sed actio contractus sufficit: super certis rebus autem cauet in simplum, duplum, quin & ad quadruplum *l. 56. de euict.* sed non nisi per simplicem stipulationem, sed in casu hic proposito, satisdare, & fideiussoribus cauere tenetur.

In *Arrest. 9.* ponamus hunc casum, Titius Cajo fundum vendidit, hunc fundum Sempronius suum esse contendit. Quæritur contra quem vindicationem instituere debeat. Si ius nostrum consulimus non alium conuenire potest, quam emptorem Cajum, eundemque fundi possessorem: sed Cajus conuentus, autorem suum Titium laudare potest, & ei denunciare, vt veniat & causam defendat. Sed ob hoc eximi Cajum lite, vt ait autor, fœdissimus, ex ratione iuris nostri error est, & facit *l. si rem 29. §. fin. de euict.* quod etiam longe post litem contestatam possit fieri denuntiatio, post quam emptor iure factus est litis dominus. Et longe alia ratio est, nudi detentatoris, v. c. conductoris, qui conuentus nullo modo litem suscipere tenetur, sed nominando autorem suum liberatur, *l. 2. C. vbi in rem actio.* qui casus sane hoc & ad materiam euictionis non pertinet. Secundum quæ, cætera autoris hoc Arrest. ruunt; & illud permirum, quomodo qui instituit litem, cum autore contraxerit, quod in extremo ait autor, & tamen id aperte falsum est.

Mera mapalia facit autor, & confusum chaos *Arrest. 10. in prin.* Oedipus intelligat. Illa autem nota quæstio est: An venditor teneatur refundere expensas emptoris, quas is fecit in iudicio euictionis. Et si quidem vicit emptor & absolutus est, nullas ex certissima ratione petere potest: quæ est sententia *gloss. l. 1. C. de euictio.* quam gloss. cum non obscure improbet author, apparet illum in manifesto esse errore. Et vero *l. si cum quæstio. Cod. de euictio.* loquitur de emptore, qui succubuit, & qui postea iudicio super euictione contra venditorem instituto, cum eo, quod interest, etiam expensas quas in altero iudicio fecit, consequitur.

Alia quæstio attingitur hoc Arresto, si emptor litem sibi motam non denunciauerit venditori autori suo, & condemnatus fuerit, an habeat regressum contra venditorem. Et licet subtili ratione negandum id videatur, quia actio & regressus datur, sub conditione quasi, factæ denunciationis, per textus *in l. 8. 21. 24. 35. 56. §. & 57. de euiction. l. emptor 8. C. eod. iunct. l. stipulatio 38. § 3. de verbor. obligat.* facit tamen ratio æquitatis, vt audiatur emptor, si velit probare, causam venditoris notorie fuisse iniustam, per notata *Couarruu. 3. resolut. 17. num. 6.* Et cum non statim initio facienda sit denunciatio *l. si rem 29. §. vlt. de euiction.* defendi potest contra autorem, quod emptor etiam impensas quas fecit, cum adhuc iniustitiam causæ ignoraret, repetere à venditore possit. Distinctio ex Baldo relata *in l. emptore 8. C. de euict. in f.* circa possessorium, habet rationem, quamuis Bald. id tantum tractet remissiue: Et parum quoque ad rem facit citatus textus, qui explicat, ad quid teneatur venditor; nimirum vt præstet, *habere licere,* nō licet autem ei habere rem, quem in possessorio succumbere necesse est: Et recte *Bald. in l. 1. C. de peric. & comm. num. 17.* notat, si possessio sit ablata emptori, non agi tamquam re euicta, sed tamquam re non tradita. Restrictio quam subiicit author, de controuersia super possessorio mota intra annum, præsupponit, quod omnia interdicta & remedia possessoria sint tantum annua. Id vero expresse falsum est, *l. 1. §. vlt. de interdict.* cum præsertim aliquando condictione incerti petatur possessio: quæ actio perpetua est. Alia porro quæstio est, an possit pacto remitti emptori, necessitas denunciandi; quod negat autor, sed contra expressum textum *l. Herennius 63. in pr. de euictio.* per quem ita scribit *Bald in l. 1. C. de peric. & comm. num. 16.* vbi tamen addit, non obstante hoc pacto, posse tamen petere venditorem, vt admittatur ad defensionem. Et vero falsum est, quod tale pactum sit cōtra bonos mores, quod nec dicit *Alex. in l. 7. §. si paciscatur. de pact.* vbi de isto pacto verbum nullum: nec vmquam vllus Interpp. quid statuat contra expressum textum. Nihil etiam video, cur non valeat pactum, vt iuramento emptoris stetur, super interesse & damnis: cum & possit iuramentum tale venditor, de euictione conuentus deferre emptori, & hic rursus male & falso citatus est *Paul. Castr.* adeo multa *hoc cap.* peccat author.

Liquidissimum est, quod habetur *Arrest. 11.* quod sit audiendus venditor super dubio liquidationis: neq; sufficere, quod desuper inter solos, dominum & emptorem actum est. Cæterum rationi iuris parum conuenit, vt emptor & venditor vna sententia condemnentur. Sed enim emptor conuenitur, & iudicium suscipere cogitur, & hic iudicio isto v. c. vindicationis, solus condemnatur: atq; ita euicta re, tum demum separatum iudicium ex empto, aut ex stipulatu instituitur cōtra venditorem: quæ certissima iuris ratio, quam vt ostendam, & ad eam Lectorem deducam, vnice mihi propositum est, quidquid etiam Galli obseruent.

Circa materiam *Arrest. 12.* non bene conuenit gl. *l. Herennius 63. §. 1. de euict. & in l. emptor 8. C. eod.* veritas hæc est, quod aut cum sententia fertur, venditor est præsens: & non tenetur emptor appellare, sed id potius pertinet ad venditorem, cum agatur in effectu de eius interesse: aut non est præsens, & nec hic tenetur appellare emptor, sed debet tamen notificare venditori sentētiam statim, vt intra terminum, si velit, appellare possit. Quod si forte longius absit venditor, quam vt ei denunciari possit, vbi dubium est de iustitia sententiæ, emptor appellare debet, & denunciare venditori, vt cuius arbitrio sit, an litem aut omitti, aut porro vrgeri velit. *v. Bald. in d. l. emptor. 8. C. de euict. Bald. in d. l. Herennius. 63. §. 1. ff. eod. & ibi, quæ late notantur in additionib.*

Arrest. 13. balbutit autor aut Interpres, aut error est Typographi. Et quid enim est, quod de auctore operario aduersus autorem suum dicitur? Ex nota vtrumque intelligi potest, quæstio & ex *Boerio decis. 75.* Ratio iuris hæc est, quod sententia fertur non contra venditorem, sed contra emptorem, qui rem possidet: itaque & hic ipse in expensas condemnatur: quas expensas postea iudicio nouo contra venditorem instituto, cum cæteris, consequitur: cæteroquin si venditorem condemnatum & condemnandum proponas in iudicio, quod cōtra emptorem institutum est, (id autem rationi iuris non conuenit, qui enim alios damnari possit, quam eum quo iudicium susceptum, & litis contestatio facta est) tum ratio iuris faciet, vt idem venditor, & in expensas litis condemnetur. *gl. & Bart.* citati prorsus muti sunt.

Obligationem bonorum & corporis ad carcerem, moribus Galliæ validā esse sæpe sup. vidimus, quod repetitur *Art. 14.* Nota attexit nouam quæstionem,

hem, an incurrat crimen stellionatus, qui ex bonis generaliter obligatis quid alienauit. Eum furtum committere magis censent *gloss. & Br. in l. fin, qui rem 66. in pr. de furtis:* sed vitiose explicant *specialem hypothecam*, pro expressa. Facilius committitur crimen stellionatus. Et sane generalis hypotheca adficit omnes res singulares, quas creditor contra quoscunq; possessores persequi potest, vt vix excusari possit à dolo, qui dissimulata hypotheca rem vendit.

Nota altera ad *Arrest.* 15. obscura est, ait, bonæ fidei possessorem retinere rem vsque quo soluantur impensæ, & quidem citra fructuum restitutionem. Ergo habebit impensas integras & fructus. Male per *l. si à domino 36. §. vlt. cum l. seq. de pet. hered.* Quomodo euincatur adiudicatarius, & quis hic sit, quale sit id precium & emolumentum: quid huc faciat distinctio alienationis, & quid ad rem faciat cotator, alij explicent. Omnia miscentur.

Male in specie *Arrest.* 16. à iudice inferiori & ab Aduocatis pronunciatum, & bene aliud à curia iudicatum fuit. Neque enim pars euicta, sed tantum super quibusdam mota controuersia de facto fuit, & venditor causam plane in se suscepturum promisit, simul electionem dedit emptori, si velit à toto contracto recedere: neque ferendus est emptor, qui partem & in rebus liquidis, acceptare, & retinere partem, & quo ad res controuersas repudiare velit: Nec dubitari potest de mente venditoris, qui vno contractu & vno pretio omnia distraxit, eum non nisi omnia simul vendita voluisse.

Mitur in parte a. *Arrest.* 17. dubitari, an venditor teneatur ex empto, si modus minor repertus est, quam dixit venditor: & alium casum tractat citatus Oldradus, & aliter distinguitur, an, v.c. legatum ceperit à numero aut mensura; an legato rei definitæ, post fuerit adiecta mensura. Et tamen in emptione non idem sequi possimus, quod in legato, plane si fundus non pure, sed vt prius mensuretur, venditus sit, communi iure non nisi mensuratione emptio perfecta intelligitur: Quæ de 40. diebus adiicit, nugæ sunt: &, si forte scribi debuit LX. ex citato textu *in l. 31. de ædil. ed.* nugæ tamen sunt: nam quod in terminis redhibitionis proponitur, ad casum quem tractamus, male adcommodatur. Alia prorsus quæstio est, quam opinionis errore pro eadē habet autor Notæ si sub certa mensura fundus vēditus sit, & plus minusve reperiatur: quæstio multiplex est, & quæ ex pretij quantitate, aliisq, circumstantiis, & in primis ex mente contrahentium sit decidenda, nec admitti simpliciter potest, quod ait Nota, si quis vēdiderit fundum Sempronianum decem iugerum, licet plus reperiatur, tamen omne venditum intelligi: & quod addit *aut circiter*, ridiculam facit quæstionem.

Arrest. vlt. firmatur *ex l. 2. C. vbi in rem act. cap quoniam frequenter §. in aliis vt lit. non cont.* Et praxis hæc est, vt petitor, postquam denunciatur nominauit autorem suum, hinc iuxta dd. textus ipse per iudicem citari curet.

APPENDICIS *Arr.* 1. iuri communi repugnat, & rationi, quam sæpe diximus, quod emptor cogatur in se suscipere iudicium, & venditor tantum ei adsistat & causam defendit: vt proinde venditor audiri non possit, si causam in foro suo tractare velit.

Denunciatio quidem potest fieri post litem contestatam, sed nullo modo post sententiam demum *l. 29. §. vlt. de euict.* quo pertinet *Arrest.* 2. quis debeat appellare, supra diximus.

Nescio quid sentiat autor *Arrest.* 6. nec quid pronunciatum fuerit, & pro quo, satis intelligo. Euicta re pro parte venditorem teneri certum est *l. 1. de euict.* (*l. 5. & 39.* nihil faciunt) sed quod ob partem euictam, totum ad se recipere teneatur venditor, & quod ob id tota venditio resoluatur, nusquam, quod scio, scriptum extat (& *in l. tutor 47. §. 1. de minorib.* rescinditur contractus per extraordinarium remedium.) Itaque si ob hoc à contracto discedant partes vltro, laudemia deberi magis crediderim, contra quam autor censet. De hac re alias, an ex contractu resoluto debeantur laudemia, v. quæ *tract. Faber de err. pragmat. decis.* 95. *cap.* 6. *& seqq. & decis.* 96. *cap.* 1. *& seqq.* & quæ nos ibidem disputauimus.

Emptor conuentus tenetur opponere exceptiones legitimas, veluti præscriptionis: tenetur item denuntiare autori suo: si igitur ob priuilegium actoris nō admittatur hoc exceptio, præsente insuper venditore, regressum contra autorem suum instituit emptor, iuxta *Arrest.* 3.

AD TITVLVM IV.

De retractu.

NOn satis capio, quid 2. *Arresto* iudicatum sit; plane iuris esse putarim, vt satis sit pro non liquido, cautionem afferre & præstare, modo ea sit idonea.

Arrest. 4. videtur existimare autor, opus esse retrouenditione. Sed nescio quam intelligat. Cum de re constet, & pretium sit iam definitum, nulla alia conuentione aut venditione opus est, sed modo res iuxta pactum de retrouendendo initum retradatur, pretio soluto, dominium redit ad venditorem. Cæteroquin vindicationem venditor non habet, nec ius apprehendendi rem propria autoritate, nec negari poterunt emptori spoliato, ordinaria remedia: licet pretium (quod tamen hic factum non fuit, sed tantum oblatum) fuerit solutum; quoniam solutio pretij non transfert dominium: plane si citra vim & patiente emptore occupata fuerit possessio, secus fuerit *arg. l. 2. C. de acq. poss.* ex qua vitiose probatur, quod tergiuersatio emptoris, sit loco traditionis & consensus.

A lite contestata deberi fructus dubitari non potest: nec potest fundari actio ex pacto de retrouendendo, nisi oblatio rite fiat. In *l. 2. C. de pact. int. empt.* simpliciter dicitur, quod fructuum perceptorum post oblationem, habenda sit ratio: sed id *gloss. Salicetus, & Dd. cæteri.* supplendum putant *ex l. si à te. C. eod. tit.* vt oblatio non fuerit nuda & sola, sed quam consignatio & depositio fuerit secuta. Oblatio quidem sola constituit in mora: sed cum quandiu pecuniam penes se retinuit vēditor, ea vsus fuisse credatur, & in compensationem vsuratum pretij fructus percipiat emptor, & ea vero præsumptio tollatur per depositionem, merito demum ad fructus tantum quos post depositionem percipit emptor restituendos debet condemnari. Aberrat autor, dum putat, quod emptor per depositionem & cōsignationem in mora demum constituatur: etenim depositionis longe maioris sunt effectus per *l. obsignatione 9. C. de solut. l. acceptam 19. C. de vsur. & vtrobiq, interpp.*

APPENDICIS *Arrest.* 1. recte decisum, quod ius retentionis seu potius retractus cedi possit: & nulla est ratio Ranchini, cuius ibi mētio, quod ius

istud

istud sit personale; & adhæreat ossibus domini. Nam & idem de omnibus actionibus personalibus tradunt Dd. quas tamen posse cedi nemo dubitat: non ita quidem, vt omne omnino ius abeat ab illo, qui cedit, sed vel vt vtiles actiones possit instituere, vel directas ex cedentis persona.

AD TIT. VI.

De retractu conuentionali.

CVm de retractu conuentionali sit hic titulus, defendi prorsus non potest, quod actionem, quæ ex conuentione de retrouendendo descendit, magis ait autor *Arr.* 1. esse realē. Enimuero hanc aut actionem venditi, aut præscriptis verbis esse cōstat. *l.2. C. de pact. int. empt.* quam vtramque constat mere esse personalem. Male etiam infert, quia est magis realis, DEBET intentari in loco sitæ rei. Posse ibi institui actiones in rem, verum est, sed debere nec posse institui in loco, in quo possessor domicilium habet, falsum est *l.3. C. vbi in rem act.*

Arrest. 2. ait author, si plures rem vēdiderint pacto cū de retrouēdendo, etiam vnū, vel ex vnius venditoris hæredibus, vnum, qui offert pretium, solidum fundum posse retrahere. Bartolus citatus bis, huius casus nec verbo meminit: nec hunc casum *Bald.* tractat *in l. 2. C. de pact. int. empt.* sed magis contrarium, si plures vendiderint, an emptor vnum, partem retrotrahere volentem, admittere cogatur: quod ibi *nu.* 6. & 7. negat, & facit *arg. l. fistulas* 78. §. *qui fundum de contr. empt.* si nimirum plures coniunctim vno contractu & vno pretio vendiderint, cæteroquin secus erit; vt idem Bald. notat *per l. quod autem* 12. §. 1. *cum ll. seqq. de in diem addict.* ad quem posteriorem casum referendus est, licet in dissimili specie, casus *l. cui vsufructus* 30. *de vsufr. legato.* vbi *Bart. nu.* 4. hoc quod diximus de pacto, de retrouendendo, tradit. Sed ita non deciditur prima quæstio: Quod si malit emptor retinere partem, an vni solidum retrahere volenti, totam tradere cogatur. Ait autor hoc negari à Baldo: sed per errorem, vt diximus: & amplius pro negante sententia inepta vtitur illatione. Et imo contra incongruum videatur esse, vt emptor vtroq; casu vnum ex venditoribus repellere possit, siue partem, siue totum retrahere velit, & vt præcise necessarium sit, omnes consentire & agere. Quin videantur quasi esse omnes correi, vendendi, cū vno pretio vnoq; contractu rem vendiderunt, quo posito singuli rem in solidum retrahere poterunt: & præuentioni locus, nec cautio necessaria erit, quam ex Cæpolla requirit author, v. omnino quæ noto *infr. h. t. ad Arr.* 8. Quod adiicitur de Notario, cautione eget: & si v. c. emptor totum sibi contractum edi petierit, & ille omiserit pactum de retrouendendo, dolo carere videri non potest, cum illud pactum proculdubio sit pars contractus, quin & pro parte pretij haberi solet, cum hoc pacto adiecto res tanto minoris soleat æstimari.

Equidem quamdiu plene conuentum non est, nec potest esse valida venditio, *arg l. contractus* 17. *C. de fid. instrum.* (nihil autem facit *l. 3. §. in certam l. locus de adq. poss.* & generalis illa regula, quod non videatur perfectum quid donec aliquid addendum supersit, *l. pen. in extrem. C. de his quib. vt ind.* non satis bene huc transfertur.) Sed enim cum vtique hic sit perfecta venditio, nec ferri possit, vt venditor commodo pacti de retrouendendo fraudetur: & pactum hoc etiam indefinite & non limitatum ad tempus subsistere possit: & propter tale pactum, res minoris vendatur, fauorabilius est, vt pronuncietur pro venditore.

De quæstione *Arrest.* 4. proposita, apud citatos *Bart. & Bald.* prorsus nihil. Bart. saltem *in d. l.* 4. §. *Idem de pact.* notat, quod præfationes ante contractum censeantur repetitæ in contractu ipso, & per hoc ait conuinci fraudem vsurarum, qui curant sibi pro simplo promitti duplum, & deinde in cōtractu Notarium & testes huius rei ignaros adhibent: quod tamen ibid. limitat, nisi id factum sit ex interuallo: nimirum quod præfationes nō trahantur ad ea, quæ fiunt ex interuallo. In nostro casu, qui diuersus est, probanda erit simulatio aut fraus vendituris retrahere volentis: nec enim in permutatione tali pacto locus est, nisi forte cū reuera esset emptio, res tātum exigui pretij, pro compensatione quadam adiecta fuit: cæteroquin vbi emptio in permutationē transiit, non est locus pacto de retrouendendo: vtique nullo modo locus esse potest, si vere intercesserit permutatio, &, quod proponit author, apud singulos extent res hinc inde permutatæ. Quod si ex rebus quæ permutatæ dicuntur, nihil sit penes venditorem, facile præsumi potest simulatio: nisi emptor probet rem aliunde & ex noua causa ad se peruenisse, quod contra sententiam autoris probatur text. citato *in l. 8. §. 7. quib. mod. pign. solu.*

In materia *Arrest.* 5. ponamus, me reditum quendam, quem annuum mihi possessor cuiusdam fundi ex illo fundo debebat, certa pecunia Titio vendidisse: ait autor, licet nulla mentio reuenditionis facta sit, nihilominus tamen intra 30. annos, redemptioni locum esse: Id quidem, qua ratione in specie iam proposita, defendi possit, ego non video. Alius casus est, si ego accepta à te certa pecuniæ summa, in fundo aliquo, aut etiam citra hoc, pro ea primum tibi annuū reditum constituam. Hunc ego reditum enim restituta tibi pecunia, perpetuo & quandocunq; mihi libuerit reluere possum. Porro iuri reluendi rem venditam, quod ex pacto cōpetit, præscribi posse triginta annis non dubitatur, sin adiectū fuerit præterea, vt venditori quandocunq; libitum fuerit, repetere & redimere liceat, censet autor, venditorem 30. annis non excludi, sed perpetuo id ius durare. Verum id non parum controuersum est, & pleriq; putant, verbo *quandocunq,* non excludi præscriptionem 30. annorū, cum tempus 30. annorum sit subrogatum loco temporis perpetui, qua de causa hodieq; actiones personales, quæ durant non nisi 30. annis, vocantur perpetuæ *Inst. in pr. de perpet. act.* Alij ex aduerso putant, licet verbum *quandocunq,* adiectum non sit, tamen ius luendi esse perpetuum vere, & durare vltra 30. annos, de qua re v. (& apud hos citatos) *Gail. 2. obs.* 18. *Mynf. 1. obs.* 16. *& resp.* 31. *nu.* 12. *Cacher decis.* 69. *Couarr. 1 var. resolut.* 9. *Fichard, vol.* 2. *cons.* 40. *nu.* 4. *& seqq. late & in his terminis Decian. vol.* 1. *cons.* 10. *nu.* 48. *& seqq. Ioh. Kæpen decis.* 1. *nu.* 38. *Wesenb. consil.* 2. *nu.* 94. Ex quibus & secundum autoris axioma dubium redditur. In tertio notabili pro *emptor* legendum erit *venditor*, neq; enim emptor, sed venditor ius redimēdi habet. Cum autem ius redimendi possit in alium transferri & cedi, vt supra diximus, & vero in cessionatium transeat ius cedentis, & ille eodem iure vtatur, non intelligo, qua ratione ius luendi, quod in persona cedentis non est præscriptibile, in persona cessionarij diuerso iure, & sit præscriptibile. Et ratio diuersitatis allata, aut obscura nimis, aut nulla est. Et non immerito igitur, complures contrarium iudicium expectauerunt, cum quibus & ego sentio.

Arrest. 7.

Arrest. 7. autor diuersas quæstiones coofuodere videtur. Vna est, si placuerit, vt res reuendatur, intra certum tempus, sed post temporis definitio omissa sit, qoid iuris: de quo supra *Arrest.* 3. *hoc tit.* sed longe diuersa est quæstio, si conuentum sit, vt emptor retrouendat, ao venditor oecesse postmodum habeat, ageodi vt nouus contractus celebretor & noua venditio: an vero venditor recta ad rem sibi retradendam experiri possit. Et rectissime in curia fuit iudicatum recta agere posse venditorem, quod & supra meminimus attigisse, quoniam iste noo nisi ineptus sit circuitus, & cum de re constet, &, (nam hoc præsupponimus) conuentum sit, vt res proeodem pretio restituatur, quorsum nouo contractu fuerit opus? Anton. Fabri istæ nugæ sunt, qoi *d. err. pragm. decis.* 23. *cap.* 8. *&* 9. omnioo requirit retrouenditionem, & citra eam nec dominium ad venditorem redire posse putat, quem nos ibid. refutauimus, & v. c. quæ io simili casu tradunt *Iason in l. cum fundus* 31. §. *seruum tuum de reb. cred. nu.* 5. *& ibid. Alex. nu.* 1.

Ad *Arrest.* 8. materiam v. quæ sup. oot. *h. t. Arrest.* 2. Pauli Castr. in citata *l. si quis aliam* 46. *de solution.* seotentia sane hæc est, quod noo teneatur, qui à pluribus rem emit cum pacto isto, vni reuendere & retradere, licet totum offerat pretium: Et ratio eius, quod alter, qui iam oon curat, postea possit curare, & quod vnius venditoris noo sit iua alterius præoccupare, concludit optime, si ita plures vendiderunt, vt appareat singulos partes suas in toto vendidisse in quibus terminis Castrensis omnino opinionem probo: cæteroquin si ita sit res vendita, vt correi sint venditores facti, tum demom procedet, quod proponitur hoc arresto iudicatum: sed ooo videtur arrestum ad hunc casum solum pertinere; qooniam hoc ios hæredi vel venditori dat, vtcumque alter ius ipsi suom oon cessent: atquin in his terminis, alter solus sioe cessione in solidum agere iure potest: & proinde magis est, vt male fuerit iudicatum.

Poto bene iudicatum *Arrest. vlt.* & falli autorem, qui id pro limitatione notat ad *l. quotiens* 15. *C. de rei vind.* Ratio enim *d. l.* 15. *est*, quod per traditionem omnis ius abdicat à se venditor, & emptor re tradita ius iore & v. c. dominium coosequitor. At enim cessio pro tradioone esse non potest, nec quidquam hic est, quod sit loeo possessionis adpreheosæ, quomodo in seruitutibus, v. c. loco possessionis est vsus seruitutis. Et ipsa præoccupatio est loeo vsus. Et quod cessio pro vera traditione baberi noo possit, euidenter hue ostendit, quod enam post cessionem ius agendi remanet io cedente, adeo, vt hic nō obstante cessiooe præuertere, & agere possit: oisi præoccupauerit cessionatius & litem fuerit contestatus, vt docet *l.* 3. *C. de nouat.* & aliis quoq; casibus potior est, qui litem coote stari præoccupauit.

APPENDICIS *Arrest.* 1. rationi iuris prorsus nonconueolt, si rem ab ipso minore legitime eum curatore venditam, & terminom de reuendendo elapsum propones. Nosquam enim hie casus exceptus est, & vbiq; & semper, vbi minor infirmitate iudicij lapsus, licet absit aduersarij dolus, & læsus est, dari restituoonem certissimum: nec dubium est minorem læsum, dum intra terminum, non reluit & redemit rem venditam. At enim si à defuncto contractum, & terminus adiectus sit, vix restitui minorem decet *l. Æmilius* 38. *de minorib.*

Miror sententiam *Arrest.* 4. quæ eadem est Ant. Fabri *Decade* 10. *de err. pragm. c.* 2. placuisse pragmaticis, qui fere spretis rationibus subtilis iuris, sectari solent æquitatem: cui profecto parum conuenit, vt venditor omnes pendentes fructus habeat, qui hác malitiose occasionem captare possit, agendi ad retrouendeodum fundum, postquam illum emptor sumptibus & impeosis suis conseuit & coluit: & saltem temperassent suum arrestum, & venditorem vicissim, ad restituendas emptori impensas condemnassent. Et mirum, quod iudices pronunciauerunt contra sententiam Interpretum communem, (cuios alias nimis quam ess[illegible]ees solent) de qua videre licet *Conarr.* 1. *var. resol.* [illegible] *nu.* 6. *Iason. in l. qui Roma* 122. *in pr. de verb. oblig. nu.* 35. *& seqq.* (vbi disputat in vtramq; partem, & opinioneem, quæ vult diuidi fructus, omnino censet esse æquiorem) *Tiraq. de retract. convent.* §. *gl.* 4. *nu.* 5. *& seqq.* vbi in vtramq; partem allegat autores.

AD TIT. VII.

De retractu gentilitio.

ARresto primo, existimo fuisse bene iudicatum, pro eo, qui nec natus, nec conceptus fuit tempore contractæ venditionis. Latissime quæstionem hanc exsequitur *Tiraq. de retr. gentil.* §. 1. *gloss.* 9. *nu.* 82. *cum seqq.* & voicum hoc fere obiicit, quod istiua retractus gentilitij eadem sit ratio, quæ successionis: non aotem soccedit, qui eo tempore qoo quis moritur, & quo hæreditas defertur, necdum est cooceptus §. *& licet* 8. *Inst. de hær. ab int. l.* 1. §. *si quis* 8. *ff. vnd. cognati. l.* 6. §. *plane vers. sed hæc ita de iniust. test.* Sed enim hoc ipsum ius v. c. vt nepoa excludatur à successione aui, quo mortuo necdum cooceptus erat, sunt, qui hodie mutatum existimeot, sunt, & qui arguant iniquitatis, *v. sententiam Pilei relatam à gloss. in* §. *cum autem Instit. d. tit. Ioban. Fab. ibid.* (vbi magoam iniquitatem hanc opioionem ait cootinere) *de succ. ab int. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 4. *& seqq.* sed & porro, nemo admiserit comparationem absolutam cum iure successionis: hoc enim cum deferatur v. c. ipso puncto qoo quis mortuus est, necesse est, vt iouenias & habeat personam cui deferatur. Sed retractus ius adquiritur ipsi vendeotl, à quo iure communi in hæredem transfertor. Prorsus ipsissima æquitatis ratio arrestum istod defendit.

Ex pacto de retroueodendo agit ipse venditor aut eius hæres: Longe alia est ratio retractus gentilitij, qui competit coosanguineis, vbi res vendita est simpliciter: ipse autem, qui rem vendidit, aut qui consensit venditioni, retrahere non potest, sicut nec is, qui successit, vtpote, qui factum defuncti præstare tenetur: Itaque nec filius, qui successit patri, retrahere poterit: non poterit quoqoe filiusfam. dum adhuc est io potestate: poterit autem emancipatus, nisi veoditioni consenserit, qua gratia *Boer. decis.* 12. propooit, emancipatum à patre filium, vt venditioni consentire posset. *v. de hac re late* (& sunt enim ista consuetudinaria) *Tiraquellum de retract. gentilit.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 47. *& seqq.* Hæc ad *Arrest.* 2.

Nonobstante iore, quod habent consanguinei, potest quis sibi ipsi pacto de redimeodo prospicere, ita vt gentili præferatur iuxta *Arrest.* 3. Quod ego ita accipieodum putem, si qui vendidit, ipse eum gentili, qui vult retrahere concurrat, & serio & bona fide agat; cæteroquio si solo pacto in personam suam collato, possit excludere agnatos, facile consanguineis fieret fraos. Velori si quis simpliciter de redimendo pactus fuerit, qui ius redimendi habet

vsque

istud sit personale; & adhæreat ossibus domini. Nam & idem de omnibus actionibus personalibus tradunt Dd. quas tamen posse cedi nemo dubitat: non ita quidem, vt omne omnino ius abeat ab illo, qui cedit, sed vel vt vtiles actiones possit instituere, vel directas ex cedentis persona.

AD TIT. VI.

De retractu conuentionali.

CVm de retractu conuentionali sit hic titulus, defendi prorsus non potest, quod actionem, quæ ex conuentione de retrouendendo descendit, magis ait autor *Arr.* 1. esse realẽ. Enimuero hanc aut actionem venditi, aut præscriptis verbis esse cõstat. *l.* 2. *C. de pact. int. empt.* quam vtramque constat mere esse personalem. Male etiam infert, quia est magis realis DEBET intentari in loco sitæ rei. Posse ibi institui actiones in rem, verum est, sed debere nec posse institui in loco, in quo possessor domicilium habet, falsum est *l.* 3. *C. vbi in rem act.*

Arrest. 2. ait author, si plures rem vẽdiderint pacto eũ de retrouẽdendo, etiam vnũ, vel ex vnius venditoris hæredibus, vnum, qui offert pretium, solidum fundum posse retrahere. Bartolus citatus bis, huius casus nec verbo meminit: nec hunc casum *Bald.* tractat in *l.* 2. *C. de pact. int. empt.* sed magis contrarium, si plures vendiderint, an emptor vnum, partem retrotrahere volentem, admittere cogatur: quod ibi *nu.* 6. *&* 7. negat, & facit *arg. l. fistulas* 78. §. *qui fundum de contr. empt.* si nimirum plures coniunctim vno contractu & vno pretio vendiderint, cæteroquin secus erit; vt idem Bald. notat *per l. quod autem* 12. §. 1. *cum ll. seqq. de in diem addict.* ad quem posteriorem casum referendus est, licet in dissimili specie, casus *l. cui vsusfructus* 30 *de vsufr. legato.* vbi *Bart. nu.* 4. hoc quod diximus de pacto, de retrouendendo, tradit. Sed ita non deciditur prima quæstio: Quod si malit emptor retinere partem, an vni solidum retrahere volenti, totam tradere cogatur. Ait autor hoc negari à Baldo: sed per errorem, vt diximus: & amplius pro negante sententia inepta vtitur illatione. Et imo contra incongruum videatur esse, vt emptor vtroq; casu vnum ex venditoribus repellere possit, siue partem, siue totum retrahere velit, & vt præcise necessarium sit, omnes consentire & agere. Quin videantur quasi esse omnes correi, vendendi, cũ vno pretio vnoq; contractu rem vendiderunt, quo posito singuli rem in solidum retrahere poterunt: & præuentioni locus, nec cautio necessaria erit, quam ex Cæpolla requirit author, v. omnino quæ noto *infr. h. t. ad Arr.* 8. Quod adiicitur de Notario, cautione eget: & si v. c. emptor totum sibi contractum edi petierit, & ille omiserit pactum de retrouendendo, dolo carere videri non potest, cum illud pactum proculdubio sit pars contractus, quin & pro parte pretij haberi solet, cum hoc pacto adiecto res tanto minoris soleat æstimari.

Equidem quamdiu plene conuentum non est, nec potest esse valida venditio, *arg l. contractus* 17. *C. de fid. instrum.* (nihil autem facit *l.* 3. §. *in certam l. locus de adq poss.* & generalis illa regula, quod non videatur perfectum quid donec aliquid addendum supersit, *l. pen. in extrem. C. de his quib. vt ind.* non satis bene huc transfertur.) Sed enim cum vtique hic sit perfecta venditio, nec ferri possit, vt venditor commodo pacti de retrouendendo fraudetur: & pactum hoc etiam indefinite & non limitatum ad tempus subsistere possit: & propter tale pactum, res minoris vendatur, fauorabilius est, vt pronuncietur pro venditore.

De quæstione *Arrest.* 4. proposita, apud citatos *Bart. & Bald.* prorsus nihil, Bart. saltem *in d. l.* 4. §. *idem de pact.* notat, quod præfationes ante contractum censeantur repetitæ in contractu ipso, & per hoc ait conuinci fraudem vsurarum, qui curant sibi pro simplo promitti duplum, & deinde in cõtractu Notarium & testes huius rei ignaros adhibent: quod tamen ibid. limitat, nisi id factum sit ex interuallo: nimirum quod præfationes nõ trahantur ad ea, quæ fiunt ex interuallo. In nostro casu, qui diuersus est, probanda erit simulatio aut fraus venditoris retrahere volentis: nec enim in permutatione tali pacto locus est, nisi forte cũ reuera esset emptio, res tãtum exigui pretij, pro compensatione quadam adiecta fuit: cæteroquin vbi emptio in permutationẽ transiit, non est locus pacto de retrouendendo: vtique nullo modo locus esse potest, si vere intercessisset permutatio, &, quod proponit author, apud singulos extent res hinc inde permutatæ. Quod si ex rebus quæ permutatæ dicuntur, nihil sit penes venditorem, facile præsumi potest simulatio: nisi emptor probet rem aliunde & ex noua causa ad se peruenisse, quod contra sententiam autoris probatur textu citato *in l.* 8. §. 7. *quib. mod pign. solu.*

In materia *Arrest.* 5. ponamus, me reditum quendam, quem annuum mihi possessor cuiusdam fundi ex illo fundo debebat, certa pecunia Titio vendidisse: ait autor, licet nulla mentio reuenditionis facta sit, nihilominus tamen intra 30. annos, redemptioni locum esse: Id quidem, qua ratione in specie iam proposita, defendi possit, ego non video. Alius casus est, si ego accepta à te certa pecuniæ summa, in fundo aliquo, aut etiam citra hoc, pro ea primum tibi annuũ reditum constituam. Hunc ego reditum enim restituta tibi pecunia, perpetuo & quandocunq; mihi libuerit reluere possum. Porro iuri reluendi rem venditam, quod ex pacto cõperit, præscribi posse triginta annis non dubitatur, sin adiectũ fuerit præterea, vt venditori quandocunq; libitum fuerit, repetere & redimere liceat, censet autor, venditorem 30. annis non excludi, sed perpetuo id ius durare. Verum id non parum controuersum est, & pleriq; putant, verbo *quandocunq,* non excludi præscriptionem 30. annorũ, cum tempus 30. annorum sit subrogatum loco temporis perpetui, qua de causa hodieq; actiones personales, quæ durant non nisi 30. annis, vocantur perpetuæ *Inst. in pr. de perpet. act.* Alij ex aduerso putant, licet verbum *quandocunq,* adiectum non sit, tamen ius luendi esse perpetuum vere, & durare vltra 30. annos, de qua re v. (& apud hos citatos) *Gail.* 2. *obs* 18. *Myns.* 1. *obs.* 16. *& resp.* 31. *nu.* 12. *Cacher decis.* 69. *Couarr.* 1. *var. resolut.* 9. *Fichard, vol.* 2. *cons.* 40. *nu.* 4. *& seqq. late & in his terminis Decian. vol.* 1. *cons.* 10 *nu.* 48. *& seqq. Ioh. Kæpen decis.* 1. *nu.* 38. *Wesenb. consil.* 2. *nu.* 94. Ex quibus & secundum autoris axioma dubium redditur. In tertio notabili pro *emptor* legendum erit *venditor*, neq; enim emptor, sed venditor ius redimẽdi habet. Cum autem ius redimendi possit in alium transferri & cedi, vt supra diximus, & vero in cessionarium transeat ius cedentis, & ille eodem iure vtatur, non intelligo, qua ratione ius luendi, quod in persona cedentis non est præscriptibile, in persona cessionatij diuerso iure, & sit præscriptibile. Et ratio diuersitatis allata, aut obscura nimis, aut nulla est. Et non immerito igitur, complures contrarium iudicium expectauerunt, cum quibus & ego sentio.

Arrest. 7. autor diuersas quæstiones confundere videtur. Vna est, si placuerit, vt res reuendatur, intra certum tempus, sed post temporis definitio omissa sit, quid iuris: de quo supra *Arrest.* 3. *hoc tit.* sed longe diuersa est quæstio, si conuentum sit, vt emptor retrouendat, an venditor necesse postmodum habeat, agendi vt nouus contractus celebretur & noua venditio: an vero venditor recta ad rem sibi retradendam experiri possit. Et rectissime in curia fuit iudicatum recta agere posse venditorem, quod & supra meminimus attigisse, quoniam iste non nisi ineptus sit circuitus, & cum de re constet, &c. (nam hoc præsupponimus) conuentum sit, vt res pro eodem precio restituatur, quorsum nouo contractu fuerit opus? Anton. Fabri istæ nugæ sunt, qui *d. err. pragm. decis.* 23. *cap.* 8. *&* 9. omnino requirit retrouenditionem, & citra eam nec dominium ad venditorem redire posse putat, quem nos ibid. refutauimus, & v. c. quæ in simili casu tradunt *Iason in l. cum fundus* 31. §. *seruum tuum de reb. cred. nu.* 5. *& ibid. Alex. nu.* 1.

Ad *Arrest.* 8. materiam v. quæ sup. not. *h. t. Arrest.* 2. Pauli Castr. in citata *l. si quis aliam* 46. *de solution.* sententia sane hæc est, quod non teneatur, qui à pluribus rem emit cum pacto isto, vni reuendere & retradere, licet totum offerat pretium: Et ratio eius, quod alter, qui iam non curat, postea possit curare, & quod vnius venditoris non sit ius alterius præoccupare, concludit optime, si ita plures vendiderunt, vt appareat singulos partes suas in toto vendidisse in quibus terminis Castrensis omnino opinionem probo: cæteroquin si ita sit res vendita, vt omnes sint venditores facti, tum demum procedet, quod proponitur hoc arresto iudicatum: sed non videtur arrestum ad hunc casum solum pertinere: quoniam hoc ius hæredi vel venditori dat, vtcumque alter ius ipsi suum non cesserit: atquin in his terminis, alter solus sine cessione in solidum agere iure potest: & proinde magis est, vt male fuerit iudicatum.

Puto bene iudicatum *Arrest. vlt.* & falli autorem, qui id pro limitatione notat ad *l. quotiens* 15. *C. de rei vind.* Ratio enim *d. l.* 15. *est*, quod per traditionem omne ius abdicat à se venditor, & emptor re tradita iusiore & v. c. dominium consequitur. At enim cessio pro traditione esse non potest, nec quidquam hic est, quod sit loco possessionis adpreheosæ, quomodo in seruitutibus, v. c. loco possessionis est vsus seruitutis. Et ipsa præoccupatio est loco vsus. Et quod cessio pro vera traditione haberi non possit, euidenter hoc ostendit, quod etiam post cessionem ius agendi remanet in cedente, adeo, vt hic nõ obstante cessione præuertere, & agere possit: nisi præoccupauerit cessionatius & litem fuerit contestatus, vt docet *l.* 3. *C. de nouat.* & aliis quoq; casibus potior est, qui litem contestari præoccupauit.

APPENDICIS *Arrest.* 1. rationi iuris prorsus non nocuit, si rem ab ipso minore legitime cum tutore venditam, & terminum de reuendendo elapsum proponas. Nosquam enim hic casus exceptus est, & vbiq; & semper, vbi minor infirmitate iudicij lapsus, licet absit aduersarij dolus, & læsus est, dari restitutionem certissimum: nec dubium est minorem læsum, dum intra terminum, non reluit & redemit rem venditam. At enim si à defuncto contractum, & terminus adiectus sit, vix restitui minorem decet *l. Æmilius* 38. *de minorib.*

Miror sententiam *Arrest.* 4. quæ eadem est Aut. Fabri *Decade* 10. *de err. pragm. c.* 2. placuisse pragmaticis, qui fere spretis rationibus subtilis iuris, sectari solent æquitatem: cui profecto parum conuenit, vt venditor omnes pendentes fructus habeat, qui hâc malitiose occasionem captare possit, agendi ad retrouendendum fundum, postquam illum emptor sumptibus & impensis suis conseuit & coluit: & saltem temperassent suum arrestum, & venditorem vicissim, ad restituendas emptori impensas condemnassent. Et mirum, quod iudices pronunciauerunt contra sententiam Interpretum communem, (cuius alias nimis quam esse [illegible] aces solent) de qua videre licet *Couarr.* 1. *var. resol.* [illegible] *u.* 6. *Iason. in l. qui Romæ* 122. *in pr. de verb. oblig. nu.* 35. *& seqq.* (vbi disputat in vtramq; partem, & opinionem, quæ vult diuidi fructus, omnino censet esse æquiorem) *Tiraq. de retract. conuent.* §. *gl.* 4. *nu.* 5. *& seqq.* vbi in vtramq; partem allegat autores.

AD TIT. VII.

De retractu gentilitio.

ARresto primo, existimo fuisse bene iudicatum, pro eo, qui nec natus, nec conceptus fuit tempore contractæ venditionis. Latissime quæstionem hanc exsequitur *Tiraq. de retr. gentil.* §. 1. *gloss.* 9. *nu.* 82. *cum seqq.* & vnicum hoc fere obiicit, quod istius retractus gentilitij eadem sit ratio, quæ successionis: non autem succedit, qui eo tempore quo quis moritur, & quo hæreditas defertur, necdum est conceptus §. *& licet* 8. *Inst. de hær. ab int. l.* 1. §. *si quis* 8. *ff. vnd. cognati. l.* 6. §. *plane vers. sed hæc ita de inust. test.* Sed enim hoc ipsum ius v. c. vt nepos excludatur à successione aui, quo mortuo necdum conceptus erat, sunt, qui hodie mutatum existiment, sunt, & qui arguant iniquitatis, *v. sententiam Pilei relatam à gloss. in* §. *cum autem Instit. d. tit. Iohan. Fab. ibid.* (vbi magnam iniquitatem hanc opinionem ait continere) *de succ. ab int. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 4. *& seqq.* sed & porro, nemo admiserit comparationem absolutam cum iure successionis: hoc enim cum deferatur v. c. ipso puncto quo quis mortuus est, necesse est, vt inueniat & habeat personam cui deferatur. Sed retractus ius adquiritur ipsi vendenti, à quo iure communi in hæredem transfertur. Prorsus ipsissima æquitatis ratio arrestum istud defendit.

Ex pacto de retrouendendo agit ipse venditor aut eius hæres: Longe alia est ratio retractus gentilitij, qui competit consanguineis, vbi res vendita est simpliciter: ipse autem, qui rem vendidit, aut qui consensit venditioni, retrahere non potest, sicut nec is, qui successit, vtpote, qui factum defuncti præstare tenetur: Itaque nec filius, qui successit patri, retrahere poterit: non poterit quoque filiusfam. dum adhuc est in potestate: poterit autem emancipatus, nisi venditioni consenserit, qua gratia *Boer. decis.* 12. proponit, emancipatum à patre filium, vt venditioni consentire posset. *v. de hac re late* (& sunt enim ista consuetudinaria) *Tiraquellum de retract. gentilit.* §. 1. *gloss.* 9 *num.* 47. *& seqq.* Hæc ad *Arrest.* 2.

Non obstante iure, quod habent consanguinei, potest quis sibi ipsi pacto de redimendo prospicere, ita vt gentili præferatur iuxta *Arrest.* 3. Quod ego ita accipiendum putem, si qui vendidit, ipse cum gentili, qui vult retrahere concurrat, & serio & bona fide agat; cæteroquin si solo pacto in personam suam collato, possit excludere agnatos, facile consanguineis fieret fraus. Veluti si quis simpliciter de redimendo pactus fuerit, qui ius redimendi habet

vsque

vſque ad 30. annos, fraus fieret agnatis, ſi ipſis, venditore non vtente iure ſuo, retrahere non liceret. Concurrens igitur ipſe venditor, præfertur conſanguineo, non autem alius concurrens, veluti ceſſionarius, ſed huic præfertur agnatus iuxta d. *Arreſt.* 3. Ceſſionarius nimirū iuris reluendi, quod competit ex pacto. Ius enim, quod ex lege datum eſt agnatis cedi & in alium transferri non poteſt, vt tractat *Tiraq. de retract. lign.* §. 26. *gloſſ.* 1. & proponitur *Arreſt.* 4. cum tri[illegible] limitationibus, quæ tamen non ſatis videntur [illegible]dæ eſſe. Prima eſt, vt ius hoc transferri & cedi non poſſit in conſanguinei præiudicium, ſed poſſit tamen in præiudicium emptoris, qui excipere nihil poſſit. Contrarium ſatis diſerte ſcribit *Tiraq.* § 26. *gloſſ.* 1. *nu.* 11. vbi improbat ideo ſententiam Pauli de Caſtro, qui admittit ceſſionem, ſi tantum ſit vnus conſanguineus, qui ceſſit: quoniam non tantum interſit familiæ, ſed etiam ipſius emptoris, qui non niſi ei, qui ius familiæ habet rem tradere cogatur, & ob id poſſit à retrahente gentili iuramentum exigere, quod is pro ſe, & non in alterius commodum retrahat, de quo & *infra Arreſt* 3. *append.* Limitatio altera eſt, ſi cedatur ius conſanguineo; & contra alios hanc ceſſionem valere ait. Atquin, aut iſte alias proximus eſt cui ceditur, & cum iure ſuo retrahere poſſit, cui tandem bono erit ceſſio? aut eſt remotior, & profecto per ceſſionem talem non poterit adimi proximiori agnato, ius quod ipſi competit ex lege. & *Bald. in cit. cap.* diſerte intelligit proximiorem, aut quod tantum valeat viuente vaſallo, vtique enim vaſallus in feudo paterno ſuper quo nullo valet diſpoſitio agnatis proximis, ad quos ipſo mortuo debet feudō reuerti non poteſt præiudicare, quod & textus [illegible] *in princ. de alien. pat. feud.* contra authorem probat: Falſa itaq; eſt, vtraq; limitatio: & contra alteram [illegible] ſit etiam, quæ notat *Tiraq. de retr. gentil.* §. 26. *gl.* 2. *nu.* 2. Et magis etiam dubia videtur tertia, quod poſt conſignatam & depoſitam pecuniam hoc ius retrahendi cedi poſſit cuiuis. Is enim, qui offerre poteſt pecuniam, vtiq; & illam conſignare & deponere poteſt: neq; conſignatio fit, niſi, vbi emptor recuſat accipere pecuniam. Et illa vero recuſatio, non poteſt facere, vt eo magis valeat ceſſio. Prorſus ita agnatis & tori huic iuri, quod ex ſtatuto aut conſuetudine competit, faciliime fraus fieret: nec dubitandum eſt, quin omnino hæc limitatio rationi iuris repugnet, cuius nec verbulo Tiraquellus, qui totam hanc rem §. 26. *gl.* 1. accurate perſequitur, fecit mentionem.

Arreſtum 5. optime confirmat, quod iam dixi *ad Arreſt. prac.* nec in præiudicium ſolius emptoris hoc cedi poſſe.

Rationem *Arreſt.* 6. niſi verba *vltra* & *intra* loca inter ſe commutent, non intelligo.

Mirum vero genus eſt actionis, de qua *Arreſt.* 7. qua reus condemnatos cogat actorem, vt pareat ſententiæ. Fortaſſis iam emptor malit precium habere, quam rem; ſed cur litigauit, cur non initio reſtituit: neq; enim actionem poterit mouere agnatus, niſi oblato pretio, & iuris communiſſimi eſt, quod actor poſſit omittere litem, ſi modo impenſis præſtare ſit paratus Reo, ſi hic confidens cauſæ ſuæ eum dimittere nolit, & haud ſcio an generale ſit, quod ſancitur *N.* 53. *c.* 1. *auth. quod fieri, C. de dilatio.* & nō potius ad eum caſum pertineat, quo quis extra domicilium ſuum extrahitur. Vtique vi cautionis, quam actor tenetur exponere, nihil aliud poteſt cōſequi & petere reus, quam ſi quid ipſius intereſt, & expenſas. Nihil autem vidi ineptius illa cōſequentia, quæ eſt in fin. Art. Et Accurſ. quidē & poſt eum Dd. frequentius exiſtimant, quod emptori teneatur venditor præciſe rem tradere, nec liberetur præſtando, quod intereſt. Sed alia quæſtio eſt de retrouendendo, & amplius hoc quoque poſito, quod omnino emptor vendere rem teneatur conſanguineo; & hoc propter ius, quod conſanguineo ex ſtatuto quæſitum eſt: inepte tamen infertur proceſſus, quod agnatus teneatur retrahere: quo quidem per ſe quoq; nihil eſt falſius, cum cōſanguineus ſuo iure poſſit non vti: ſed ſane ſi reum emptorem perſecutus eſt agnatus, & eum condemnatum facit, & emptor iam ipſe pecuniam habere malit: poterit Iudex ex cauſa officio ſuo extra ordinem locum facere petitioni emptoris.

Quod *Arreſt.* 8. & in nota proponitur, ius retrahendi conſanguineis non competere, niſi ex quo perfecta eſt contractus venditionis, imo non niſi ex quo ius retrahendi ex conuentione finitur, ita admitti poteſt, ſi nihil fiat aut factum ſit in fraudem & præiudicium retractus gentilitij. Poſſit enim alias pactum reluendi differri, & ita ius agnatorum eludi.

De materia *Arreſt.* 9. diximus ad *Arreſt.* 7.

Vulgata regula eſt, quod princeps in contractibus vtatur iure priuatorum. Et author ſupra, vbi de iure Regis, valde commendat humanitatem regum Franciæ, quod ipſi ſe ſubmittant legibus, quod ipſum omnes bonos principes ex officio facere ibidem diximus. Et cur non igitur Rex Galliæ ſubmittat ſe etiam legi & iuri, quod ius retrahendi conſanguineis dedit? contra quam *Arreſt.* 10. continetur: cuius quidem exceptionis ratio ſatis eſt in obſcuro.

Apparet ex *Tiraq. de retr. gent.* §. *vl.* [illegible]36. *gloſſ.* 1. quod circa rem de qua *Arreſt.* 11. conſuetudines varient: & vt ipſe refert, pleræq; conſentiunt cum hoc Arreſto: ſed quam ipſe ibi interpretatur, conſuetudo, definit, vt annus currat à die, quo venditio apud acta eſt notificata.

Ius percipiendi decimas eſt Eccleſiaſticum: itaque merito ſi à laico poſſeſſum (ſcil. ante Concilium Lateranenſe) venditum eſt clericis, tamquam quod reuerſum eſt ad naturam ſuam, ius retrahendi laicis dari non debet iuxta *Arreſt.* 12.

In permutatione ſimplici non eſſe locum iuri retractus, fuſe probat *Tiraq. de retr. lign.* §. 1. *gl.* 14. *num.* 28. *& ſeqq.* quod & nominatim conſuetudine, quam commentatur, decisum, §. 30. in quo etiam deciſa quæſtio *Arreſt.* 13. vt ſi excedat pretium, habeatur pro venditione & ſit locus iuri retractus: ſin præponderet res, habeatur pro permutatione, quæ ſententia in iſta materia videtur admittenda, quod alias facile fraus fieri poſſit iuri retractus: cæteroquin Bartoli ſententia *in l.* 1. *de rer. perm.* (qui tamen nullam plane mentionem facit iuris retractus) probabilis eſſe videtur, cum in genere quærimus, an venditio, an permutatio contracta ſit, vt inſpiciamus quid actum ſit: ſub hac tamen limitatione, niſi alterutrum plane excedat: & *v. de iſta quæſtione prolixe Tiraq. de retr. gent. d.* §. 30. *Pinellum ad rubr. C. de reſc. vend p.* 2. *c.* 2. *nu.* 1. *& ſeqq. Connan.* 7. *comm.* 5. *nu.* 3. *& in terminis Boerium deciſ.* 144.

Refert author *in f. Arr.* 13. ex ſententia Boerij, fauorabile eſſe, vt admittatur conſanguineus ad retrahendum: qui & ſupra *h. tit. Arreſt.* 3. commendat vt ſancte & iuſte iudicatum, pro agnato aduerſus ceſſionarium, ne fiat fraus iuri retractus. Cum quo plane non conuenit, quod hic conſuetudinem, quæ proba: ius retrahendi, habet pro odioſa, & quæ impediat

pediat libertatem [illegible] ne [illegible] iure cioili improbatur *l. [illegible] C. de contr. empt.* &, si pro tali habetur, tollen facit. At enim habet & ea suas rationes, & vbi pro iure admissa est, & vt legitima, non debet illi qua [illegible] nutentis frans fieri, quomodo sane perspicua fit, admisso eo commento, quod non obscure probat author *Arrest.* 14. sed non probabit, cui pectus sapit.

Ad *Arrest.* 15 pertinet inspectio, an concessio fructuum pro precio in plures annos, sit pro venditione an pro locatione habenda: de qua v. *Alex. vol.* 1. *consil.* 3. *Decian. vol.* 2. *resp.* 107 *Menoch.* 3. *praes.* 104. *Anton. Faber. decis.* 100. *de err. pragm. c.* 6. *& latiss. Pantschmann. de locat. & cond q.* 17.

Arrest. 17. materia tractatur *sup. tit. de solutionib. Arrest.* 1.

Non posse rem vendi donationis causa, certum est: sed & hoc, posse minoris vendi donationis causa, certum est: quae donatio in nulla alia re consistere potest, quam in remissione partis iusti pretij *l. si quis* 38. *de contrah. emptio.* Proinde cum vendendo simpliciter, liquido & certo plus pretij consequi venditor potuisset, & res pluris sit secundum iustam aestimationem, caeteroquin nulla ex parte donatio esset, quod implicaret contradictionem, manifesto iniqua sententia est, quae proponitur *Arrest.* 18. (nec enim aliter intelligi potest) quod agnatus retrahens, non plus dare teneatur & numerare pretij, quam emptor idemque donatarius numerauit: quomodo per manifestam iniquitatem, imo iniuriam, donator & donatarius, fructu dati & accepti beneficij fraudantur, & cognatus ille cum iniuria aliorum fit locupletior. Ponimus autem nihil hic factum in fraudem, & reuera rem pluris esse: quo posito ab iniquitate manifesta hoc arrestum excusari non potest.

Sententiam tractatorum *Arrest.* 19. non satis adsequor: & passim aut error Interpretis, aut operatum vitia turbat.

Scilicet imputent sibi, qui hanc viam elegeruut, & id intelligitur vetum pretium, quod publice qua si conuentum fuit, pro *Arrest.* 20.

Ait *Arrest.* 21. quod princeps possit restituere minorem aduersus lapsum temporis & praescriptionis conoentionalis. Equidem an in Gallia sit secus apud principia, restituere minores aut alios, in integrum, nescio: plane iure ciuili constat, opus non esse adito principe, sed à magistratu inferiori, praeside, praetore, &c. hoc fieri posse: caeteroquin *cap. constitutus extr. de restit. in integr.* tractat de contractu quem pater celebrauit, contra quem non facile datur minori restitutio: sed facile contra contractum, quem ipse celebrauit minor, aut temous quod ipse adiecit. Ait porro, tempus quod constructu io praefixit, cum effectu currere contra minorem. Quod ambigue dicitur, nimirum enim potest currere contra minorem tempus cum effectu, hactenus, vtv. c. qui possidet, praescribatur, vt tamen nihilominus restituatur minor. Sed videtur intelligere, contra minorem ita cum effectu currere, vt nec restituatur. Quod an ita Galliae moribus sit receptum, me fugit: sed nostro iure adeo falsum est, vt ex noua constitutione Iustiniani praescriptiones legales temporales, omnino contra minorem non currant, & ipso iure fit maneatque minor tutus *l. vlt. in quib. caus. non est nec. restit. in integr.* de quo *v. Maurit. de restit. in integr. cap.* 95. 97. 98. *&* 99. Et tamen adeo securus est author, vt pro firmanda sententia manifestu falsa textum iuris & Bart. audeat addncere. Illud autem nimis certum est, & dupondiis quoque notum, quod post litem contestatam, vtrique cum effectu pleno praescriptio, quippe interrupta non possit impleri. Ad hanc materiam & de praescriptione contra minorem, pertinet & *Arrest.* 22. Sed quae adducit retro, & quod sit odiosum ius retractus, & propterea restringendum, per ea, quae supra diximus, non satis est liquida, & de ea videantur, quae latissime tractat *Tiraq. in praefat. nu.* 13. *& multis seq. & inprimis nu.* 56. vbi hac de re diuersas authorum opiniones refert.

Singulare sane est, quod *Arre.* 23. natus post annum intra quem retrahere licet, & post quem exclusum est ius retrahendi, admittitur. Equidem author in specie proposita hanc rationem reddere videtur. (Ita intelligo, verba enim ad id significandum inepta sunt) quod nihil intersit emptoris (ita enim legendum est) eum hic quippe iam lite ab alio sibi mota intra annum tempus, omnino rem cogatur restituere. Sed enim id quidem est verum, quod praecipue propter emptorem praescripto haec introducta fuit: atquin non video, cur non debeat ea defendi agnatus retrahens, cujus non parum intelligitur interesse: ne alter ipsi praeferatur: & cum ipse proximior fuit, & qui solus intra annum à tempore venditionis ius habuit retrahendi, profecto minime conuenit, vt infans iste, cui retrahendi ius numquam potuisset competere, ex hoc tantum admittatur, quia adhuc lis inter emptorem & proximum agnatum pendet. Paulo ante finem videtur legendum, *restitui* Non *posse*, si vera sunt, quae non semel supra h. t. dixit, anni praescriptionem currere cum pleno effectu contra quemcunque.

Nihil est ineptius allegatione Actoris, quae refertur *Arrest.* 24. Ecquis enim vmquam audiuit imputari Reo, quod statim agnouerit bonam fidem & cesserit? Et actoris est, venire paratum: Itaq; non dubito, Arrestum bocnō recte habere, cum praesertim author passim ius retractus pro odioso habeat: vt tanto magis termini legis & consuetudine praescripti, stricte sint obseruandi.

De materia *Arrest.* 25. *&* 26. an actio ad retrahendum iure agnationis, sit personalis an realis, an in rem scripta, *v. Tiraq. de retr. gentil.* §. 1. *gl.* 5. Ratio sane haec, quod datur contra quemcunque possessorem eam mere personalem non esse, satis euincit.

Quis dubitet, proximiorem agnatum, posse rem euincere iure retractus ab emptore, licet & hic, sed remotior agnatus sit: statutum enim vocat proximiorem. Ita ex duobus creditoribus hypothecariis, qui potior est, vincit hypothecaria posteriorem. Et in dubio putem, si consuetudo indefinite loquatur, proximiorem vocari: contra quam male putat Notator: Quod prima Nota addit de fideiussore venditoris, hac ratione mihi dubium fit: quia obligatio venditoris, pro qua interuenit fideiussoris, consistit in hoc, vt venditor rem tradat, & quidem, vt communis senteotia habet, praecise. Et vero non conuenit, vt qui spopondit, venditorem rem traditurum, ipse mox emptori rem extorqueat. Et cur vero non statim ius suum agnationis proposuit, & se retracturum esse professus est?

Arrest. 28. recte ait *complurium* locorum, caeteroquin non esse generale, ostendit *Arrest.* 20.

Non videntur probanda Arresta, quae *cap.* 29. referuntur, vt debeantur fructus à solo tempore oblationis, citra obsignationem, & ante litem quoque contestatam. Varias super hoc consuetudines me-

 moni

morat *Tiraq. de retr. gentil.* §. 15. *gl. 2. nu.* 4. & consuetudo quam explicat ipse ibid. à lite contestata fructus demum deberi disponit: io quam sententiam ipse ibid autores alios allegat. Ego crediderim rectè nos posse hic argumentari à retractu conuentionali: ex cuius causa deberi fructus ex quo pecunia oblata, & vbi emptor eam non accepit, consignata est & deposita, communissime statuunt Interpp. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* & iam citato loco *Tiraq. testatur num. 76.*

Arrest. 31. ostendit, quod ius retractus habeatur odiosum.

Supra diximus, quod annos retractus non currat, nisi ex quo perfecta est venditio: quod conuenit *Arrest.* 32. Et frustra obiicitur, quod conditio existens retrotrahatur ad tempus cõtractus siue actus, vel quia non est ista vera conditio, de qua *d. Arrest.* vel potius: vt maxime vera conditio esset, non potest illa retroactio eo pertinere, vt excludat ius agnati retrahentis: quippe qui si pendente conditione ageret, posset ex hoc solido fundamento repelli, quod etiam conditio deficere potest, quo facto actus retro est nullus, & proinde nullus retractui locus.

In *Arrest. vlt.* videtur aliquid subesse singularis cõsuetudinis: cæterum vtiq; fundus retractus fit proprius adquirentis, & eo mortuo ad eius hæredes pertinet. Et cum itaq; consanguineus frater, sit proculdubio proximus hæres ab intestato, non video quo iure fundus retractus, adiudicatus fuerit cognatis à linea materna: nec enim quis in fundo solo habere poterit successorem: Aut an inde forte hoc defendimus? quod ex sententia magis communi, fratres vterini tantum, & consanguinei tantum ita succedũt, vt illi ferant, quæ à matre, hi, quæ à patre defuncto obuenerunt, de quo *Val. Forst. de succ. ab int. lib. 8. c. 8.* Sed enim nullus hic proponitur frater vterinus, sed haud dubie remotiores cognati à matre, qui vtique concurrere cum fratre licet tantum cõsanguineo, non potuerunt. illud disputari possit, an iuri retractus sit locus, vbi per hæreditatem, & successioné v. c. fundus, cum aliis bonis ad aliquem peruenit: quod ego vix crediderim; eo autem admisso sane cognati à linea materna fundum, qui in hæreditate reperitur, & ad fratrem consanguineum peruenit, retrahere possent, sed vtiq; refuso pretio, de quo nulla in Arrest. mentio.

Quod retrahens iuramentum teneatur præstare, se pro se nec in cõmodum alterius, id facere, docet *Tiraq. §. 5. gl. vn.* vt teneatur dicere, vnde pecuniam habeat, nulla ratio suadet; potest enim quis iure omni pecuniam mutuam sumere, vt per eam cõmoda sua promoueat. Ad *Arrest* 3. Appendicis.

Ex Append. Arrest. colligere licet ius retrahendi perinde se habere vt ius feudale, ita vt non competat primi adquirentis fratribus vel horum liberis, sed liberis primi adquirentis, & qui porro ex his descendunt.

Anis, qui post venditionem conceptus est, de quo Append. *Arr.* 11. dictum est sup. *Arrest. 1. h. t.* Qua ratione autem pater ad retrahẽdum fundum quem ipse vendidit, venire possit ex persona filij, cui successit, ego non satis intelligo: cum nec ipse filius si hæres patri fuisset, retrahere potuisset. Indignum plane est, (extra casus quosdam singulares, quos v. notatos in *gl. l. post mortem 25. in pr. de adopt.*) quocunq; sub prætextu quem contra proprium factum venire.

De materia *Arrest.* 12. non semel supra dictum est, quæ eadem & proponitur *Arrest.* 13. vbi bene iudicatum, neque enim videtur fraudem fecisse, qui tam euidens commodum est amplexus, cæteroquin si fraus fiat, emptori primo regressum integrũ manere docet *Tiraq. §. 5. gl. vnica.*

Præter plura Arresta, etiam Appendicis *Arr.* 16. ostendit, ius retrahendi haberi pro odioso: cum obseruandi ita præcise sint termini consuetudine præfiniti: Idq; & aperte profitetur author *Arrest.* 7. quippe vendendi libertatem istæ consuetudines statutaq; restringunt, & omnino sunt contraria iuri communi: sed vide plura de hac re, apud sup. relatum *Tiraq. in præfat. de retr. gentil.*

Quid sit *Arrest.* 19. *actionis retractus annalis instantiam interruptione anni & diei perimi*, ego non capio, nec magis, quomodo hæc cohæreant actionem litis contestatione perpetuari, & tamen perimi triennio. Scilicet instantiam, quæ perimitur triennio, ex ratione quidẽ iuris ciuilis, separasse ab actione debebat, & monere, quod actio licet annalis in iudicium semel deducta, [illegible] redigatur in tutum, vt amplius finiri anno non possit.

De materia *Arrest. vlt.* Appendicis tractatur *sup. h. t. Arrest.* 32.

TITVLO VIII. *Arresto* 1. suauis nota subiecta est, quod non sufficiat consignationem & depositionem fieri verbo tenus. Nimirum in oblatione huic distinctioni locus est: quo modo autem possit obsignatio & depositio verbis tantum fieri? & quis hoc fando vnquam accepit.

Quod TITVLO IX. *Arrest.* 1. proponitur non conuenit iuri ciuili, quo possessor non nisi solutis sibi expensis, cedere tenetur. Et dissimilis est casus *l. 5. de statulib.* præterquam quod ibi militat fauor libertatis. Plane si appareat, possessorem, mala fide extrahere processum liquidationis, poterit ei sententiæ esse locus.

Casus TITVLI X. Arresti vnici hic esse videtur, vendidit quidam fundum cum pacto de redimendo, addita vel initio, vel cum redimeret, hac lege, vt si rursus vendere vellet, priori emptori potius venderet, & vt hic licet alteri vendatur, rem eodem pretio habere possit.

Quæritur quis huius pactionis posterioris sit effectus. Autor plures casus & formulas distinguit. 1. Si dictum sit, si venditor vendere vellet, &c. tunc, quoniam primus emptor possideat, eum esse potiorem, nec alteri rem vendi aut addici posse. At quam ineptum est, quærere an vendere possit, & præsupponere, quod vendere non possit, & quod nec vendiderit. Tum & inepte præsupponitur terminus emptoris primi adhuc possidentis, quo equidem posito sane emptor idemque possessor exceptione pacti conuenti contra venditorem se tueri potest, si postea rem retrahere velit; neque vero emptori secundo, cui res tradi non potest, vlla actio contra primum emptorem potest competere. Porro si in altero casu & formula, altera itidem ponas, emptorem adhuc possidere, idem defendam contra autorem, neque vero cum venditor, nec dominus sit, nec possessor, vllo modo rem cum effectu alienare poterit eiusque dominium transferre. Quod si venditor rem possideat & eius rursus dominus factus sit, iam illam cum effectu in alterum transferre poterit, etiamsi primo modo formula sit concepta, nec enim ex tali pacto emptori primo contra secundum actio parari potest. Tertius casus recte habet, si hypothecæ sit adiecta clausula de non alienando, iuxta citatam *l. 7. §. vlt. de distract. pign.* Et cum ille textus alias videatur offendere rationẽ iuris, vt prolixe conatur ostẽdere *A. Fab. decis. 87. de err. pragm. c. 1. & 2.* (vbi tamen

nos

nos conani sumus eum textum defeudere) intra terminos suos restringendua est: vt proinde fortassis non recte huc accommodati posse videatur. Quod autem ex pacto de retrouendẽdo etiam actio detur hæredi, quod adspergitur in *f. d. Arresti*, omnes affirmãt in *l. 2. C. de pact. int. empt.* quamuis in terminis autoris dubitari possit, ob verba adiecta, *Nec alius*, quæ sane superuacua erunt, si hæres admittatur: quippe cum alius retrahere non possit: nam cessionarius venit ex cedentis persona.

Rem ita posse vendi & item legari, vt ne alienetur, constat: de quo APPENDICIS *Arrest.* 1. sed an vtriusque prohibitionis sit idem effectus, quæritur. Et quidquid existimet autor, verius est, quod poteutior sit prohibitio, quæ fit à testatore; & omnino, quod pactio de non alienando à contrahentibus adiecta, tantum hoc operetur, vt actio in personam detur contra eum, qui fecit contra pactum, non autem vt alienatio inhibeatur, quæ verissima est & communis Interpp. sententia, *Cyn. Bart. Castr. Salic. Iasonis & aliorum in l. 3. C. de cond. caus. dat. & in l. si quis ita 135. § ea lege de verbor. oblig.* v. quæ iste disp[illegible]uimus *Tr. de action. disp. 4. th. 19. & contra Fabr. decis. 87. de err. pragmatic. cap. 5. & seqq. & ibid. infr. c. 10.* v. de prohibitione facta per testatorem.

Donationem hac lege posse fieri, vt res vel donatori vel tertio restituatur, constat *l. 2. & 3. C. de donat. quæ sub mod.* sed quod hæ pactiones faciant, vt à donatario facta alienatio sit nulla, non æque traditum est: & imo in specie *d. l. 3.* non nisi personalis actio contra donatarium datur. Itaq; fortasse male iudicatum fuit Appendicis *Arrest.* 2.

Proponit, *Arrest* 3. tabernam venditam esse: mox ait, emptorem egisse, vt venditor condemnetur ad contractum celebrandum: At enim si vendita taberna est, si emptor est, cur agitur ad contractum iam demum celebrandum? Cæteroquin vulgatum est, quævis pacta adiecta seruanda esse: & tamen eum istud pactum inducat illicitum quasi monopolium, videtur pro illicito habendum, nisi forte nihil incommodi est magni, si hic non exercet eandem mercaturam, cum alius possit id libere facere, plane si pactum pro illicito habeatur, putem totum contractum annullandum; alias venditor morabitur in damno, qui cen;etur ob pactum minoris rem vendidisse.

Non conuenit rationi iuris, vt ex pacto interposito inter dominum & conductorem, citra vllam hypothecam, quæratur conductori actio contra tertium, & iure nostro nullus alius istius pactionis esse potest effectus, quam vt conductori contra locatorem actio personalis ad interesse detur.

AD LIBRVM XII.

AD TIT. I.

De Cessionibus.

SAnctiones in *l. per diuersas cum l. seq. Cod. Mandat.* non pertinent ad casum, vbi constat de veritate cessionis, & vbi res agitur bona fide: sed cessiones simulatas, aut alias actionum non liquidarum, vt præsumatur magis vexationis causa cessionem factam. Vbi dubitatur, confugimus ad coniecturas, & præsumptiones, de quibus *Bart. & alij Doctores tractant in dd. LL.* Recte autem hactenus *Arrest.* 1. quod dd. LL. pertineant ad cessionẽs actionum. Sed enim aliis casibus, ne res litigiosæ transferantur, aut quidquam fiat quo conditio alterutrius litigantium fiat deterior, aut durior, aliis remediis & sanctionibus est prouisum, quæ attinguntur *Arrest. seqq.* Non capio autem satis, quod *in fin. Arrest.* 1. monet obseruandum autor, abrogatas hactenus videri *supra dd. LL. sub tit. Cod. Mand.* quod cessionarius non cogatur lite cedere ei aduersus quem cessio facta est. Quid enim est lite cedere? Et illud nimirum disponitur *in dd. LL.* quod liberetur debitor, si tantum numeret cessionario, quantum hunc constat numerasse cedenti: quod ideo dispositum, quoniam vbi debitum illiquidum est, sæpe actiones pro magna summa, longe minori pretio cedi & redimi solent. Videtur etiam haud obscure *in pr.* existimare, res immobiles quasuis per cessionem, aut alio modo in potentiorem, aut alias priuilegiatum recte posse transferri: Plane hi possunt vtique contrahere: sed si quis transferat quid in eos, dum metuit litem cõtra se mouendam, proculdubio in Edictum incidit, *de alienatione iudic. mut. causa*: licet ad casum hunc dd. constitutiones non pertineant.

Arrest. 2. differentia prima inepte proponitur negarine: quod *tit. C. ne liceat pot.* non prohibeat alienationem rei immobilis, modo non sit litigiosa. At enim hoc quærendum est, non, an prohibeatur hoc isto tit. sed an omnino prohibeatur. Res litigiosa est, super qua iam controuersia & lis mota est: & cuius alienatio constitutionibus nouis *sub tit. C. de litigiosis* irritatur: ita, vt proculdubio, processus vt cœptus est, peragi & executio recta in eum, in quem translatio facta est rei litigiosæ, fieri possit. Egregie autem errat autor, si putat, rei non litigiosæ alienationem omnino esse licitam. Fallit enim si quis cum metuit litem sibi motam iri, rem in potentiorem alienat. Et ad hunc casum pertinet *Edictum de alien. iud. mut. caus.* licet enim alienatio ipso iure valeat, attamen ex Edicto ad omne interesse is, qui alienauit, tenetur. Et hoc est, quod dicitur *in l. 8. de alienat. iud. mut.* hoc Edictum ad futura iudicia pertinere. Et de hoc Edicto, inepte rursus loquitur autor, dum ait, eum titulum res omnes generaliter complecti. Et quid vero hoc est? Quin forte & falsum, quod mox subiicit, eum titulum & ad cessiones pertinere: quia omnino vt Interpp. omnes post gloss. notant, iste titulus pertinet ad reum. Aut porro pertinere ad cessiones, quibus id agatur vt alter ad aliud forum trahatur. Istud quidem, quomodo in cessionibus actionum contingat, non video. Nam debitorem quidem alium in suum locum nemo substituere potest, cum quo actor inuitus experiri cogatur. Et Rei forum vtique actor sequitur. Neque vero arbitror apud Gallos hoc priuilegium studiosos habere, vt debitorem trahere possint ad iudicem suum: quod quidem rationi contrarium fuerit: Adeo vt maxime quis actionem cedat scholari, non propterea trahitur debitor ad aliud forum. In altera differentia non capio, quid illud sibi velit, processus declarari nullos. Cæteroquin ita iure obtinet, vt actione ex Edicto, *de alienat. iudic. mut.* quis consequatur impensas & si quid aliud ex alienatione damni sensit, & omnino quidquid eius interest *l. 3. § pen. eod. tit.*

In quæstione, quãdo res incipiat litigiosa esse, de qua *Arrest.* 3. frequẽtius Interpp. inter actiones personales distinguũt & reales, vt in his statim post citationem res dicatur esse litigiosa: quamuis haud omnes eiusdem sententiæ fuerint, in genere vtroq;

actionis: quā de re *v. Couarr. 15. pract. quaest. Hartman. Pist. 1. q. 40. Mendan. 3. de prae. eff. extr. cap. 5. num. 4. Gail. 1. obs. 118. nu. 4.*

Mirum vero, si constitutione Regia fiunt recte cessiones iudicij mutandi causa, inter personas, vt maxime inter se coniunctas, iuxta *Arrest.* 4. nec enim coniunctio facere debet, vt alteri damnum detur, & iniqua inferatur conditio: quamuis vt supra diximus, per cessiones actionum non fit mutatio iudicij, sed illæ in terminis *l. per diuersas C. mandat. & l. 2. C. ne l. c. potentioribus, &c* ex aliis caussis improbantur: Repetitur tamen hæc constitutio *Arrest* 7. sed cum limitatione, vt procedat in solis studiosis.

Author videtur passim abuti verbo *cessionis*. Debitor alius non potest inuito creditori substitui: & cui vero actio ceditur, is forum rei sequi tenetur: & proinde non video, quomodo, si pro parte actio cedatur studioso, propterea apud diuersos iudices sit litigandum; vt est *Arrest.* 5. Altera ratio melior est, ne diuidatur actio: Nam constat quidem actorem posse petere partem, sed ita vt si debitor velit vltro, possit solidum offerre, quod & creditor accipere cogatur. Atquin hoc fieri non posset, si pars tantum crediti, & pro ea parte actio cessa fuerit. Nam & verius est, pro parte ad exigendum, aut duos vnius actionis procuratores pro parte, ita vt singuli separatim agere possint, non recte constitui, *v. l. si quis 31. §. 1. cum l. seq. d. procurat. cap. si dico d. procurat. in 6.*

Si *Arrestum* 6. legitimum fuit, res haud dubia est: neque enim tum amplius integrum fuit Portuno, soluere creditori suo. Legitimum autem fuit Arrestum, si impositum fuit, antequam occuparet cessionarius: quod & in facto proponitur: Occupat autem litis contestatione. post quam actio plane ipsius propria fit, *l. 3. C. de Nouat.* adeo nec iure tum amplius ob cedentis debitum legitime arrestum potuisset concedi. Ad *Arrest.* 6.

Valde mirum est, quod ex aliquot arrestis colligitur, & ex *Arrest.* 8. quod studiosus etiam actor ad forum suum possit debitorem trahere: plane enim id rationi iuris repugnat. Et tanto facilius probandum est, vt iuxta *d. Arrest.* 8. studiosus iuramento asserere cogatur, nihil per collusionem aut simulate actum esse, nec suum nomen suum studiosum adcommodasse, in commodum alterius & in Rei vexationem: Ita enim explicandum, quod de nominis adcommodatione *d. Arrest.* ponitur, quod alias, vt verba posita sunt, nullum habet sanum sensum.

APPENDICIS *Arrest.* 1. insubtiliter dicitur, cedi debitum, sed actio ceditur: Nota carpit Arrestum, quia istud generale sit, vt conuentus à cessionario liberetur, si offerat, quod ille dedit. Et hoc quidē ita dispositum est *in l. per diuersas C. Mandati.* sed enim supra monuimus, eum textum tantum pertinere ad cessiones simulatas vel actionum non liquidarum. Sed iuxta hoc Arrestum in patre, contra quem actionem filius cessit, simpliciter hoc admittemus.

Vbi ita nomen in solutum datur, vt cedat pro solutione & ita acceptatur, omnino liberatur debitor: Cæteroquin si ad exigendum creditorem suum constituat procuratorem, & ei actiones mandet, hac conuentione adiecta, vt pecuniam exactam imputet in debitum, hoc casu non liberatur debitor: & ita constitutus procurator communi iure diligentiam exactam præstare tenetur *in l. re C. Mandati*: quæ non recte autor *Append. Arrest.* 3. cepisse videtur.

AD TITVL. II.

De vitio litigiosi.

NEscio an forte latius *Arrest.* 1. autor vtatur verbo *litigiosi*: & pro re de qua in futurum metuitur, aut futura est controuersia: in quibus terminis ista sententia nihil habuerit absurdi: cæteroquin in terminis rei litigiosæ in specie dictæ, super qua iam iudicium ceptum, & lis contestata facta est, nō caret absurditate & iniquitate, vt reus, qui litem contestatus est, rem alienare, & alienando se liberare & alium substituere possit, cum quo actor & inuitus litigare cogatur. Vtcunq; nouus possessor sit eiusdem fori: nam si alterius fori sit, vt alio ipse extrahere possit actorem, nimis fuerit iniquum. Iure ciuili & Can. certum est, post litem contestatam rem non posse alienari. & si id factum sit, iudicium semel ceptum cum reo nihilo magis peragi, & reum ad æstimationem, si id malit actor, condemnari posse.

Pone duos esse hæredes debitoris: Creditor haud dubie accepto solido ab vno, huic actionem contra alterum cohæredem cedere potest. At vt id fiat lite pendente & iudicio cœpto, non patitur generalis textus *in l. 2. C. de litigios.* plane vt rescripto impetret vnus correus, qui soluit, se in locum actoris subrogari, admitti potest: sed vt rei cæteri vtantur iure communi ex *l. per diuersas C. Mand.* & liberentur, si offerant, quod cessionarius soluit, vt est *Arrest.* 2. vbi quomodo cuiq; ex ceteris correis pro rata sit ius quæsitum, satis non capio: nisi intelligat hoc ipsum, vt quisque pro rata possit offerre, quod correos soluit.

Dixit *Arrest.* 1. alienationem litigiosæ rei in Francia libere fieri posse. Id quidem vere non dicitur, si verum est, quod proponitur *Arrest.* 3. principis rescripto opus esse in eam rem. Neq; enim potest dici libere fieri, quod vt facere liceat, impetrare à principe oportet. Alia limitatio colligitur ex *d. Arrest.* 3. quod non valeat alienatio, si reus trahatur ad aliud forum: quoniam *d. Arrest.* 3. in studiosum alienationem factam, nec rescripto posse confirmari ait, & scilicet ob priuilegium fori, quod habet studiosus. In eo autem *eod. Arrest* 3. autor impingit & peccat euidenter: quod Edictum *de alien. iud. mut. caus.* accipit de rebus litigiosis, de quibus iam in iudicio controuersia agitatur: quia vt supra diximus ex *l. 8. eod tit.* pertinet id ad mutandum iudicium futurum, & consequenter, vbi res necdum est litigiosa.

Arrest. 4. hoc dicere vult, (vt puto, non enim bene loquitur) quod facile tollatur vitium litigiosi, si actor vltro in lite post rē litigiosam alienatā pergat: At enim siquidem, vt *Arrest.* 1. est licet litigiosam rem alienare, quæ tandem erunt pœnæ iuris, quarū mentio *d. Arrest.* 4. Imo nec potest dici contractum vitium, siquidem non impeditur alienatio.

In *Arresto* 5. hæc desidero 1. si licite sit alienatio rei litigiosæ, non videtur recte iudicium peragi cum alienante, sed nouus possessor debet subrogari. Porro & rursus si licite sit alienatio, ratio non patitur prorsus, vt sententia mandetur executioni cōtra tertium possessorē, qui legitime & licite rem adquisiuit. Sed homo iste passim sibi non constat, aut nō constant sibi iudices Galliæ. Plane conuenit istud Arrestū iuri cōmuni nouo, quo alienatio pro nulla habetur, & perinde proceditur ac si adhuc possideret primo cōuentus, & ob id recte cōtra possessorem

sessorem fit executio: quod & diserte *Bart. & cæteri* notant *in l. fin. C. de litigiosis*.

Pactum de quota litis, iure notissimo improbatum, *Arr.* 1. APPENDICIS male confunditur cum redemptione litis, quam sane etiam non recte in se transferri curat procurator: quomodo fit litis redemptor: Et intelligit nimirum autor hic Aduocatos & procuratores ordinarios Tribunalium. Cæteroquin cessio actionum bona fide, citra simulationem, licita est, & talis cessionarius semper licite quoque ex persona cedentis experiri potest, qui est procurator in rem suam, nullo modo iure damnatus aut reprobatus, qui insuper accedēte iusto titulo, habet ex rescriptis Impp. nomine proprio vtilem actionem *l. 1. C. de obl. & act. l. 16. de pactis & passim*.

Arrest. 2. conuenit cum *Arrest. vltim. h. tit.* vbi diximus.

AD TITVL. III.

De præscriptionibus.

DE materia *Arr. 1. v. Couarr. in c. possessor p. 2. §. 2. n. 6.* Ipse Pontifex *in c. cum vobis 14. de præscr.* prouocat ad ius ciuile, & centenariam præscriptionem *Nouell. 9.* sed si consideramus mentem Iustiniani & verba *Nou. 111. & Nou. 136. cap. 6.* & ex autoritate eius hoc æstimamus, per *dd. Nou.* ius quod ante *Nou. 9.* sanxit, voluit esse sublatum, vt recte *Cuiac. censet 5. obs. 5.*

Materia *Arrest.* 2. prolixa egeret tractatione: & *v. Dd. in l. solent in f. de offic. proc. l. cum de 6. de vsur. & l. si certis 28. C. de pact. & Canon. in c. 1. de præscript. in 6. & in c. fin. de caus. poss.* citatus textus *in c. cum Eccl. de caus. poss. & prop.* nec hilum ad rem facit. Illud conuenit fere inter Interpp. si quis se fundet in solo cursu temporis, requiri centenariam præscriptionem. Sed punctum est, an & ex quanto lapsu temporis præsumatur titulus. Is facile præsumitur & ex longi temporis præscriptione in specie *l. 6. de vsuris*, quia vsuræ sunt accessoriæ sortis, & regulare erat olim, vt qui mutuum daret, stipularetur vsuras. Itaque secus est *in d. l. 28. C. de pact.* vel quia ibi agitur de aliquo vt principali præstando, vel quia ibi constat de inhabili, nudo scilicet pacto. Et proinde iniuriam facit author iuri ciuili, ac si eo simpliciter 10. annis præscribatur ius exigendi annuas præstationes in futurum: hoc enim ius principale quid est, non accessorium, & diserte contra *Bart. in d. l. 6. de vsur. num. 9. & seq.* si quis per 10. annos aliquid præstiterit, negat illum teneri ad eandem præstationem in futurum, nisi constet de causa ex qua præstitum fuit. Et tradunt quidem alias Dd. quod 30. annorum lapsus sit loco tituli *Crauetr. de antiq. temp. vers. materia num. 2. Vasq. 2. ill. contr. 61. num. 7. cum seqq. Couarruu. in cap. malæ fidei. p. 2. §. 5. num. 2. & §. 8. in pr. Balb. de præscr. p. 2. part. 3. princ. quæst. 6. num. 10. Wesenb. cons. 5. num. 7.* sed nimirum in casu quo quis possidet, non autem, vt hinc ius perpetuum sibi agendi adquirat: & perspicue falsum est, quod ait Nota, lapsum longi temporis pro titulo haberi: nisi aliis rationibus hoc iuuetur. Distinctio, an ius commune resistat necne, est *in cap. 1. de præscr. in 6. & eius Dd.* locis sup. citatis meminerunt.

Arrest 3. non videtur sibi conuenire autor: Ait, dominum se tueri possessione pacifica & continua 40. annorum. Et, si ea vniformis fuerit, recte defenditur hæc sententia. Sin ius forte renitatur, vtrique tamen sufficiet præscriptio immemoralis: vt subiicit autor. At, quod addit vtroq; casu fundamentum & causam oportere probari: perspicue absurdum & falsum est. Causa enim probata iusta, quales hic referuntur, nihil est falsius, quam quod tanti temporis virtus requiratur: sed ex hoc imo titulus præsumetur, & vt ante retulimus, omnimodo sufficit cursus temporis immemorialis. Quod mox quasi sui oblitus addit, satis esse possessionem probari absq; causa. Et rursus contra, causam omitti non debere: quia nihil sit prætendendum sine causa. Ridicule: nam vbi de causa & titulo constat, nulla est dubitatio. sed hoc quæritur, an sola tot annorum præstatio, & iuris quasi possessio, releuet ab onere probandi causam & titulum, qui scil. ex cursu temporis præsumatur.

Can. *si sacerdotes 16. q. 3.* varios habet intellectus: & quem sequitur autor, *Arrest.* 4. primo loco ibidem a gl. proponitur. Alia est interpretatio de sententia à præsule lata: quo *d. can. 16. q. 3.* refert *Innoc. in c. cum ex literis de rest. in int.* Ex quo iudicium ferri potest, de iudicio autoris, aduocantis Innocentium. Alterum *Arrest.* 4. membrum non intelligo, quod si enim licite & cum solennitatibus requisitis & debitis facta est alienatio, non opus est, vt possessor præscriptione se defendat contra Ecclesiam (de qua materia hic agitur) sed statim initio tutus est.

In controuersia *Arrest.* 5. sententia Martini in foro recepta est: quam vulgo probant Dd. ex *l. 7. §. 4. C. de præscript. 30. ann.* quod nimirum singulis annis noua nascatur actio: & (quæ ratio præcipua est) præstationes annuæ debentur, vt principale non vt accessorium: & proinde sententia Martini probatur ex textu, quem vitiose author citat hic pro Bulgaro *in l. eos 26. de vsuris.* in qua Iustin. hunc quorundam scrupulum & obiectionem mouet, per quam existimabant vsuris non præscribi, quia annis singulis nouæ nascantur actiones: quam obiectionem ita remouet Iustin. quod sublata obligatione principali non amplius possint vsuræ deberi, quæ sunt accessoriæ. Atquin hæc ratio cessat in annuis præstationibus: ergo & cessabit decisio. Facit optime textus *in l. sancimus 46.* (licet in vulgg. editionibus non extet) *§. si vero 9. vers. manere, C. de Episc. & cler.* vbi Iustin. hac ratione negat currere præscriptionē vllius temporis, quia per vnumquemq; annum talis actio nascatur: Qua ratione idem obtinet in annuis legatis. quoniam plura legata sunt, *v. l. 4. de ann. legat. l. si vsusfructus 28. quib. mod. vsusf. amit. l. senatus 35. §. vlt. de donat. mort. caus.*

Bartolus proponit duos modos, quibus vtatur filius præteritus, 1. vt petat officio iudicis declarari testamentum nullum. Ita ille *in l. quæ sub cond. in f. de condit. instit.* 2. vt recte petat hæreditatem, & si excipiatur de testamento, replicet de nullitate. Ita *Bart. in l. filio præterito num. 24. de iniust. testa.* petitio autem hæreditatis dubio procul durat 30. annis: vt proinde iniuriam forte Bartolo author videatur facere: & nota est sententia Dd. quod ex capite nullitatis, vsq; ad triginta annos possit impugnari sententia.

Ratio iuris in materia *Arrest.* 7. quam debebat docuisse autor, hæc est, quod cohæredibus inuicem pro diuisione competit actio famil. ercisc. aut communi diuidundo, quæ siue tantum personales, vt volunt quidam, seu vtique mixtæ in rem sunt & in personam, ideoq; non vt actiones in rem puræ, 20. aut 10. sed 30. demum annorum spatio præscribuntur: quæ causa est, ob quam petitio hæreditatis & ipsa demum 30. annorum præscriptione excluditur. *v. l. hæreditatis 7. & ib. Dd. C. de petit. hered. l. 3. C. de præscr. 30. ann. l. 1. §. 1. C. de ann. except.*

Casus *Arrest.* 8. omnis quam hispide & contorte proponitur, nec ego eum assequor.

Turbat quoque aut autor, aut Interpres *Arrest.* 9. Casus ita ponendus erit: Ego acceptis à te centum, vendo tibi (vt loquuntur) quina annua: & in securitatem reditus tibi obligo fundum Sejanum. Ait autor, quod si tu intra 10. aut 20. annos non petas reditum, eum omnino amittas. Hoc quidem ita simpliciter acceptum, falsum esse oportet, si vera sunt, quæ diximus ad *Arrest.* 5. Nescio an mox id autor velit limitare, sed laborat & manca est oratio. Alia autem prorsus tractatio est, de præscriptione actionis personalis ex obligatione & emptione, quam 10. aut 20. annis tolli, falsissimum est: & de præscriptione actionis hypothecariæ. Illud enim verum est, quod si tertius fundum hypothecatum bona fide emerit, is contra agentem hypothecaria, 10. aut 20. annorum præscriptione sit tutus, *l.* 1. *&* 2. *C. si adu. cred.* quomodo autem creditor & emptor reditus, pro ipso reditu & pensione annua, quæ ex contractu debetur, possit agere contra emptorem fundi, qui nihil cum eo gessit, (quod ponit autor,) ego non animaduerto. Quod Nota adspergit, de hypothecæ, quam pupillus habet in bonis tutoris, oportet esse consuetudinariam, neq; enim conuenit iuri ciuili.

Quod ad *Arrest.* 10. attinet, qui affirmat se colonum, & conduxisse rem fatetur, nec quidquam habet, quod alleget aliud, nullam obiicere præscriptionem potest. *l. male* 2. *C de præscr.* 30. *ann.* sed si v.c. 30. annis non soluerit pensionem, & tanto tempore rem vt suam possederit, recte repellit agentem, vt supra monuimus: Et recte itaq; suprema curia iudicauit. Idque ita verum est, vt post tanti temporis decursum nec restitutioni in integrum sit locus: quid enim interesset, effectu, an quis ordinario remedio, an per restitutionem in integrum obtineret. Et sunt in eam rem firmissimæ rationes, & textus solidi, quæ alibi produximus: & probarunt hanc sententiam viri doctissimi *Vasq. illustr. controu.* 75. *Piacll. in auth. nisi tricennalis, C. de bon. matern. nu.* 59. itaque male hactenus curia opinata est, licet iuxta communem opinionem, qua creditur, quod ob iustam ignorantiam etiam contra tanti temporis præscriptionem danda sit in integrum restitutio, *v. Decium consil.* 29. *Alex. consil.* 151. *vol.* 2. *nu.* 8. *Tiraq. de retr. gentil* §. 35. *gl.* 4. *nu.* 38. *Couarr. in cap. malæ fidei de R. I. in* 6. *p.* 3. §. 3. *num* 3. *Sfort. Odd. de restit. q.* 90. *art.* 4. *&* 6. *& q.* 8. *art.* 9. *Gail.* 2. *obs.* 19. *Boer. decis.* 39. *Ioh. Maurit. de restit. in int. c.* 56. *&* 58. In Notis abutitur autor regula *l. lex vectigali* 31. *de pignorib.* cui locus esse non potest, vbi alius per præscriptionem tanti temporis sibi ius quæsiuit.

Contrarium *Arrest* 11. propositum fuit *sub tit. de retractu*, quod clausula huiusmodi adiecta faciat, vt etiam post 30. annos res redimi possit, vbi diximus: quod & mox proponitur *Arrest.* 12. sed ex parum solida ratione, quia potius odiosum est quam fauorabile, vt post tanti temporis lapsum possessor inquietetur: &, si hoc facit ista clausula, non tantum in reditibus, sed in quibusuis id genus casibus idem obtinebit.

Arrest. 13. varie in rationes iuris impingere videtur. Et author rursus abutitur regula illa, quod soluatur ius accipientis, soluto iure dantis. Et nec bene argum. ducitur à pacto in diem addictionis aut cõmissorio, quæ pacta sunt resolutoria speciali iure ita formata & firmata: sed tale nullo modo est pactum reluendi aut redimendi: sed, vt supra diximus, ex eo tantum nascitur actio in personam: & quomodo igitur ea dari possit in tertium aut quartum possessorem, & post 10. aut 20. annos. Equidem noua Iustiniani constitutione, vbi malæ fidei possessor alienauit, qui ab eo causam habet defenditur demum præscriptione 30 ann. *auth. malæ fidei, C. de longi temp. præscrip.* At enim istud nequit huc accommodari: tum quia emptor, licet emerit cum pacto redimendi, nõ ob id proprie loquendo est malę fidei possessor, pro ut sumitur *in d. auth. malæ fidei*: & omnino verus est ille dominus, tum quia vt iam diximus, non resoluitur hoc pacto ius accipientis, sed tantum hoc pactum personalem actionẽ parit, vt nulla proinde ratio & modus agendi supersit, qua venditor experiri possit contra tertium vel secundum emptorem: & ita porro etiã falsum est, quod autor ait, rem transire cum onere suo: neq; enim hoc pactum rem afficit, sed tantum per illud actionẽ in personam consequitur venditor primus, contra suum emptorem, ad interesse: nec enim re iam porro vendita cum facultatem retradẽdi emptor primus amiserit, ad tradendũ possit vrgeri, & rursus repugnat iuris rationi, vt sententia lata contra emptorẽ primum, executioni mandetur contra quemcunque possessorem. Valuit enim contractus secundus, quẽ fecit emptor primus. Itaq; *Arrest.* 14. facit comparationem vitiosam author, huius emptoris, cum emptore rei litigiosæ, quem contractum nullum ipso iure esse constat, & diximus supra. Quos allegat *Arrest.* 13. & autores & textus nihil dicunt, nihil ad rem faciunt: nec magis faciunt textus, qui citantur *Arrest.* 14. & *lib.* 10. *Cod.* nullus est tit. *de defens. ciu.* securissime scripsit autor v. omnino de hoc casu rei in tertium alienatæ *Tiraq. de retr. conu.* §. 3, *& de retr. gentil.* §. 8. *gl.* 10. *num* 11.

Arrest. 15. ait autor: sicuti spatio vnius anni possessio adquiritur: ita vno anno interdictum possessorium perimitur. Nihil isto consequenti fingi potest ineptius, nec quidquam antecedente isto falsius, si putat non nisi anno posse adquiri possessionem, quinimo momento quoque & vnica apprehensione possessio adquiritur. Hinc igitur liceat iudicare de conclusione, quod interdictum anno perimatur: Additur textus *ex l.* 1. *de interd.* Et scilicet *in* §. *vltim.* proponitur interdictorum diuisio in annalia & perpetua: & qua igitur ratione propositio generalis *in pr. Arrest.* defendetur? Et porro hic est effectus litis contestationis, vt per eam actiones annales in tutum redigantur: quod pueri sciunt. Et igitur omnimodo hæc probatio est inepta. Et nimirum cum Interdictorum nomine hodie intelligamus actiones vtiles, *arg. rubr. de interd.* §. *vlt. Inst. eod.* ex ratione iuris nihil falsius est, quam quod hæ actiones, in iudicium quoq; deductæ finiantur anno. In actione doli & restitutionibus in integrum, tempus præstitutum est, intra quod incipiat & finiatur ius, *l. vlt. C. de dolo. l. vlt. C. de temp. in int. restit. Clem. vn. de restit. in integr.* Quod ad alia trahi non debet: Et Iustin. introduxit *in l. properandum C. de iudic.* vt instantia in terminis certis pereat triennio, non autem vt actio, de qua re sententiam Interpp. sup. exposuimus. Tractent isti sane homines ius suum Gallicum, sed ne decipiant lectores, quasi id conueniat iuri communi Romano. Nec recte confundit (vtiq; non distinguit) author, hæc duo, instãtiam perire, & iudicium interruptum perire. Et vero non minus errat, si putat, si post litem cœptam iudicium anno omissum sit, omnino litem perire: quin contra Iustin. meliorem vult esse conditionem eius, qui semel litem est contestatus *l. vlt. C. de præscr.* 30. *ann.*

Arrest. 16.

Arr.16.ait, Instantiam inter dd. ibi relatorum, nō contestatam perire anno. Inepte ait, *instantiam non contestatam.* Actiones illæ annales sunt, & in iudicium intra annum nō deductæ, ad instar omnium actionum annalium, exspirant. Cetera qualia sint, non satis intelligo.

In plerisq; tribunalibus, Imo omnibus pene, sublata est hodie Iustin. sanctio in *l. properandum C. de iudic.* ne hodie amplius instantia triennio pereat. Itaque nec mirum si lite deducta in parlamentum instantia quoque non finitur, aut perit. Rationem autem allegatam ab autore non capio: nusquam enim hoc penes partes est, vt litem finiant ipsæ, nisi per transactionem: & tamen non licere partibus transigere, vbi in parlamentum causa deducta est, supra monuit autor. Sed eo enim posito inepta est ista consequentia.

Apparet ex *Arr.* 19. instantia perempta, non propterea perire actionem, sed eam integram manere, & rursus posse deduci in iudicium: quod Dd. quoq; sententiæ & iuri nostro conuenire supra ostendimus, & euidens argum. præbet, quod hoc Arr. de actibus probatoriis integris manentibus, dicitur. Eaq; videtur esse sententia, Arresti *huius* 19. *inf. saluo sibi noua actione prospiciendi iure:* quantumuis ea paululum subinepta esse videantur: & hoc velle, quasi alter quærere & instituere debeat nouam plane actionem; vnde enim illa quæratur? sed intelligi instantia noua debet, & vetus actio, Totorem, cuius culpa finita est instantia teneri; verum est, vt tamen si hic non sit soluendo, instantia contra partem alteram restituatur *l. properandum §. vlt. C. de indic.* Acta porro vnius instantiæ, an faciant, & quatenus, fidē in altera instantia, supra remissiue multis citatis diximus. Quæ notator habet in vers. *id quod locum* explicet Apollo. Illud vero certum est, quod si quis fatalia appellationum non obseruauerit, appellatio sit deserta, & maneat in vigore prior sententia: quale quid mihi videtur velle dicere Nota. In vers. *verum in prima* ait, actionem totam perimi triennio, si cum duraret 30. annis, post lapsos 27. annos fuerit instituta, & inde triennio cessatū: quoniam simul hæc conficiunt 30. annos: quibus actio finitur. Ista quidem est ratio & sententia autoris, sed quæ iuri nostro repugnat directo, quod est in *l. vlt. C. de præscr. 30. ann.* sicut nec minus à iuris nostri ratione alienū est, quod subiungit de actionib. annalibus, licet in iudicium deductæ fuerint, modo annum vnum interruptæ fuerint, totas perire. Et nimis insulsa dicitur ratione, Actio finitur anno: Ergo etiam licet lis contestata sit, discontinuata, anno expirat: etenim debere esse meliorem conditionem eius qui litem cōtestatus est, expresse Iustinianus decidit in *d. l. vlt. C. de præscr. 30. ann.* Et saltem triennium dedisset instantiæ iuxta *l. properandum C. de ind.* à qua nemo hactenus excipit actiones annales, quin & de actionibus temporalibus, quod perpetuentur per litis contestationem vsque ad annos quadraginta, magis videntur probare Dd. *in d. l. vlt.* vbi tantum excipiunt actionem doli & iudicium rescindens. Indignum est autem factum, quod isti homines faciunt errorum suorum autores, Interpretes nostros. Et text. qui incipiat *si accusatus* nullus vsquam extat. Baldus autem in *citata l. 2. C. de fruct. & lit. exp.* diserte cōtra Notam istam scribit. Quædam, inquit, sunt, quæ non pereunt, instantia perempta, vt, interruptio præscriptionis, & perpetuatio actionis.

Arr. 20. gratiosum valde videtur 1. quod instrumentum, cui multa videntur defuisse, pro valido curia habuit, 2. inprimis, quod contra tanti & vltra 300. annos, temporis præscriptionem iudicauit: nam vt maxime initio tantum depositum fuisset: tamen postquam constitit, tot successores nomine suo possidere, præscriptio fundata est, cū præsertim comitatus controuersus fuerit fratris Episcopi. Illud autem plane non intelligo, quo pacto momentanea possessio potuerit adiudicari Reginæ, quæ ne spoliata fuit, nec in possessione se esse dicere potuit; & possessio tanti temporis, vtiq; in possessorio potiorem Episcopum facere debuisset. Nec video quid ad rem pertineat, quod actio mota sit personalis. Sed enim, maritus actricis Rex Henricus videtur ipse animaduertisse iniustitiam causæ coniugis, & vt inuidiam declinaret, causam ad curiam remisisse: & vero nimis duri aduersarii sunt Rex & Regina: & quis vero Reginæ Catharinæ artes, mores & in Gallia potentiam ignorat?

Si dominus, rem feudalem qui occupauit, eam vasalli & feudalem fateatur esse, nec vllam causam allegare habeat, ob quam res ad ipsum reuersa sit, concedi potest iuxta *arr.* 21. non excludi vasallum per præscriptionem: ceteroquin, si rem simpliciter vt pleno iure suam aut iusta ratione ad se reuersam teneat dominus, falsum est, quod Arr. habetur, & omnino contrarius est constitutioni in *l. 3. & 4. C. de præscr. 30. ann.* sicut & in terminis positis, non minus est falsum, quod addit autor, nō posse præscribi cōtra dominum. Nimirum vasallus qua talis, & quamdiu se talem fatetur, nunquam præscribit, sed si neget se vasallum, seruitia quoq; neget, haud dubie præscribit: sicut & emphyteuta, si neget pensionem, cum ita emphyteuta esse desierit: per ea quæ ex Zasio, Iasone & aliis supra exposuimus.

Quanta sit potestas præscriptionis centenariæ, *v. Balb. de præscr. 2. part. 3. part. princ. q. 6. n. 12. & seqq.* sed sane qui se vasallum & subditum fatetur, nullo tempore se excusare potest, quo minus fidelitatem præstet, vt recte *Arr.* 22.

Arr. 23. censet autor, (minus autem congrue loquitur) sanctionem iuris pontificii; quæ nullam admittit præscriptionem sine bona fide, non pertinere ad actiones personales. Ea quidem Bartoli & aliquorum opinio fuit, sed & eadem communissime vt falsa damnata est, attestantibus *Couarr. in §. mala fidei part. 2. §. 11. n. 3. Balb. p. 2. tert. part. prin. q. 13.* Et proinde male ilis sententia Arrestis est confirmata.

Ad Arr. 25. nō libet nec licet pro ratione instituti nostri subtilius disputare, de interruptione præscriptionis, v. quæ de ea re tractant ex cōmuni opinione *W urmb. lib. 1. tit. 44. obs. 8. Gail. obs. 74. n. 20. & seqq.* & inprimis *Balb. de præscr. part. 3. sext. & vlt. part. prin. q. 4. per tot.* & obserua ibi differentiam iuris ciuilis & Canonici, quod hoc omnis præscriptio interrumpatur per citationem, quia hæc inducit malam fidem, quæ superueniens iure Can. interrūpit præscriptionem: Quod autē citationi inutili etiam tribuit autor hunc effectum, errat & male ita iudicatum fuit: Idque docet ipsa ratio, & communis schola adstipulatur: & *Gail. dict. loco* nominatim exigit citationem legitimam *num.* 21. & in terminis citatus *Balb. numer.* 5. requirit iudicem competentem: & quamuis facit mentionem litis contestationis, eadem tamen ratio citationis est, & actus nullus non potest habere effectum: Eleganter *Bald. in l. cum notissimi 7. §. Imo num. 5. C. de præscr. 30. ann.* do tibi, inquit, regulam, quod quandocunque citatio interrumpit præscriptionem, requiritur vt ea sit valida. Et vid. eundem, itemque gloss. & alios de hac materia interrumpendi præscriptionem ibid. & *Bartol. in l. naturaliter de vsucap.* Suauis hic est

Notator, qui negat prætorem olim potuisse cognoscere & iudicare de libertate, quod haud dubie falsum est & contra, quod speciali ratione præsides id iuris non habuerint, non male probat *l. 1. C. de ord. iud.* quamuis sane ille locus varie explicetur: quod exsequi modo, non est nostri propositi.

Explicatius debebat dicere autor *Art. 26.* de præscriptionis exceptione omissa à parte, à iudice non attendenda. Equidem si omnino ea sit omissa, recte se habet: ceteroquin si deceptione alias ex actis appareat, eius rationem iudex habere debet, *v. Bart. in l. 1. de except. n. 10. & in l. eum qui ita §. qui ita stipulatus, de V. O. n. 4. Angel. ad rubr. Inst. de except. n. 18. Castr. in l. vn. C. vt quæ des. adu. par. n. 4. sub fin. Mynf. 4. obs. 35. Zanger. tr. de except. part. 3. cap. 26. n. 6. & seqq.*

De materia *Art. 27.* videbimus infra, quo se remittit autor.

Quis dicatur præsens & absens in materia vsucapionum, vt decennii vel vicennii pro absentia sufficiat vsucapienti, tractatur in *l. vlt. C. de lōg. temp. præscr.* ex qua solidissime probatur, quod hactenus pro absente habeatur, etiam qui est in eodem regno, sed in diuersa eius prouincia: quod omnino in sans lato regno Franciæ, admittēdum. Alia plane quæstio est, de restitutione danda absenti contra præscriptionē. Et non videtur autor animaduertisse veram rei causam, quoniam scil. ob absentiam negotiis suis super esse quis non potuit, quæ ratio tanto iustior est, quo longius quis absuit à domicilio suo: & quid si forte extra regnū pro principe legatione functus est. Ad eo inepte in genere causam absentiæ extra regnum vocat ambitiosam. Neq; tamen negari debet aut potest, quin etiam intra regnū iusta de causa à sua prouincia qui abest, ius restitutionem petendi habeat.

Post *l. vlt. C. in quib. caus. in int. rest.* temporales præscriptiones contra minorem, quamdiu in ea ætate est, concurrunt: quod videtur velle autor *Art. 31* dū detrahi tempus ait. Et tamen, cum h. t. crebrior mētio fiat præscriptionis tricennalis, additum hoc oportebat, quod contra minorem hæc vtiq; præscriptio currat, quamuis hic quoq; restitutionem communius indulgendam minori Interpp. putent, vt videre est ex *Sfort. Odd. p. 2. quæst. 88. art. 4. & q. 90. art. 1. n. 3 Francisc. Cald. in l. 3. C. de restit. in int. verbo sua facultate n. 48. gloss. & Salic. in l. 3. C. de præscr. 30. ann. Interpp. in d. l. vlt. C. in quib. caus. restit.*

Circa materiam *Art. 32.* in vsuris haud dubia res est, per *l. aduersus 5. & l. quamuis C. de vsur. & Dd. cōmun. in d. l. 5.* putant sufficere, vt triennio solutæ fuerint minores vsuræ. Sed non eadem est pensionum annuarum ratio: opinio Accursii hic relata plerisq; veterib. placuit, vt refert *Salic. in l. vlt. §. in his C. de præscr. 30. ann. n. 22.* vbi etiam refert distinctionem Dyn. inter creditorem scientem & ignorantem, sed enim si accepit creditor sciens, & tacuit, non potest hoc interrumpere præscriptionē, si huic alias possit esse locus. Et mihi rectissime videtur animaduertisse *Salic. d. loc.* vt potius spectandus sit animus soluentis: vt si hic minus soluerit (etenim oportet poni v. c. 22. esse debita, & 10. tantum per 30 ann. esse soluta, quia in re in pr. est error Typographi) tamquam qui non plus debeat, præscribat tacito tēpore: & iure quidē ciuili omnimodo, iure Can. ita demum, si sit in bona fide, atque credat se non plus debere.

Quod qui excipit & se fundat in præscriptione, possessionem suam probare teneatur, eamq; continuam, verum est, & docent tradita a *Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1213. n. 58.* Et hactenus recte autor *art. 33.* sed quod adstringitur probare, actorem, vidisse, & intellexisse possessionem, falsum est vt maxime de præscriptione contra præsentem, intelligas. Imputet enim sibi qui in prouincia eadē fuit: nec requisiti huius in materia præscriptionis vsquā occurrit mētio. Porro cum præsentia in terminis præscriptionis annorum decem, sit fundamentū intentionis, iuxta *l. vlt. C. de præscr. lōg. tēp.* ea quoq; probanda est: vt recte etiam autor: sed qui debebat addere limitationē, nisi vterq; reus & actor de eodē sint domicilio, quoniā quisq; in domicilio suo præsens esse & habitare præsumitur. Ita hoc declarant *Mascard. d. loco num. 68. & 69. Franc. Balb. de præscr. part. 4. q. 3. n. 4. Tiraq. de præscript. §. 1. gloss. 6.* quos vel alios citare debebat: nam *Bart & Spec.* citati nec quidquam de absentia scribunt, & loquuntur in diuersis terminis, & de præsentia patris & consensu vbi filiusf. agere vult: vnde ad terminos nostros non nisi inepta est illatio.

Pacto vel actione potius ex pacto de redimendo natæ, posse præscribi, est sententia communior: & quidem, licet Anchar. contra sentiat, præscribi 30. ann. Idemq; obtinere, etiamsi, adiectum sit verbum *quandocunq;* vel simile, fere etiam plurib. placuit, de quo supra egisse meminimus, & adde *Couar. 1. var. resol. 9 inprimis Tiraq. de retr. conu. §. 1. gl. 2. n. 6. & seqq. vbi n. 14.* refert, communius placuisse, quod præscriptioni 30. v. 40. an. possit renuntiari. Quod si rectum est non poterit hoc Art. quod vltimo loco refertur defendi, nec enim possit apertius concipi aut fingi renuntiatio, quam, vt liceat etiam post 40. an rem reluere, vt proponit autor: Itaq; nullæ sunt duæ priores rationes & postrema infirmior est, quam vt per eam ius quæsitum auferri possit.

Appendicis Art. 1. autor aut male loquitur, aut male sentit.

Nota Art. 3. non conuenire iuri, vt iurare teneatur Reus, qui tutus est præscriptione: Et tamen quia est exceptio merè ciuilis, & solius temporis, & quæ fundatur in præsumta solutione, non immerito istud pro limitatione admittitur.

Cōmunis est Dd. opinio, antequam dies vel cōditio existat fideicommissi, contra fideicommissariū non currere præscriptionem, quam nos defēdimus contra Fabrum *dec. 88 de erro. pragm. §. 7. & 8.* vbi eam frustra oppugnat: secundum quod recte sentit Mainardus citatus in Nota. Nec video quæuam illa esse, cuius inf. *art. 4.* append. mentionē facit autor, possit actio, qua petat fideicommissarius declarari, rem esse fideicommisso subiectam. Et possit etiam fideicommissarius ignorare, rem esse alienam, ceterum nec ignorare potest præscriptio currere ante diem aduenientem, aut conditionem existentem.

Quod ad quæstionem vltimi Appendicis aresti, attinet, expeditissima est decisio, quod tempus ipso quidem iure currat, contra quam male autor putat, sed concedatur restitutio ob iustissimum impedimentum: quæ iuris est ratio plusquam certissima: nam quod vulgo Interpp. dicunt, non valenti agere, præscriptionem non currere, pariter ab omnib. non de facti, sed iuris impedimento explicatur.

AD TIT. IV.

De Macedoniano.

SEnatusconf. hoc nominatim pertinet ad mutuū non ad alios contractus: & præterea tantum ad mutuum in pecunia numerata. Sed si fraus facta probetur Senatusconf. exceptio etiam ad alias species mutui & ad alios quoq; contractus pertinet *l. si quis (alias l. si filius) §. is autē 3. l. itē 7. (alias l. Iulianus) §. sed Iulianus cum §. seq. & §. mutui D. de SC. Maced.* Inepte hoc deducit hic autor ex *l. quia quod eo. tit.* nec enim pertinet

pertinet huc quidquam, quod ibi dicitur, SC. non pertinere ad creditum, quod contrahitur verbis, & sc. per stipulationem. Cetera quoq; leuissima & pene puerilia, certe tironibus nota sunt, quæ vt singularia autor notat. Et frustra est, dum citat constitutionem Iustiniani, de mutuo v.c. frumenti, quæ hic nulla est, sed est ea de re text. in *l. 7. §. 3. ad Maced.* Et quod de bonis peculiaribus refert, verum est tantum in castrēsibus *l. 1. § vlt. & l. seq. ad Maced. l. vlt. in f. C. eod.* Male etiam tutoris & curatoris mentionem facit: nam ad eos qui sui iuris sunt, id Senatusc. non pertinet.

Arrestum appendicis, non egebat tanta prolixitate: imo certum est, eam speciem ad SC. Macedon. non pertinere: quippe cum bona fide intuitu patris, viri nobilis, filio ex bello redeunti, & egenti nudoq; vestimenta empta, aut eo nomine fideiussum fuerit. Apparet autē errare istos homines, qui nō obscure putant, vbi cessat SC. patrē ipsum teneri protinus, quod falsum est: Et iure nostro extra quam si iusserit pater, aut in rem eius versum fuerit, ex nullo contractu filii, nisi peculio tenus tenetur: sed ipse tenetur filius, cui succursum fuit hoc SCto.; Illud miror, ea ratione fuisse vsum patris aduocatum, vt diceret ob id tāto magis obseruandum SCtum in Gallia, quia liberi non sint in potestate patris: cum imo constet, ad filiosfam. tantum & qui in potestate, non eos qui sui iuris sunt, id SCtum pertinere. Porro dicterium istud *sponde noxa præsto*, non Chiloni, quod sciam, sed Thaleti adscribitur: alter philosophus qui adiungitur, *Pytho* obscurum & ignotum plane caput est. Aufidius notatur luxus apud Horatium, cum quo male coniungitur Macedo, qui non helluo & gurges, sed fœnerator fuit: & licet is causam dederit SCto, id tamen haud dubie generale postea fuit: vt proinde ratio sumpta à persona credentis, sit nulla Quod Vespasianus autor fuerit senatui, ita censendi, scribit *Sueton. cap. 11.* & v. tamen *Pet. Fab. 1. semestr. vlt.*

AD TIT. V.

De Velleiano.

SVpra diximus in materia fideiussorum, renuntiationem aliam esse omnino generalem, omniū beneficiorum competentium: aliam subalternam, aliam plane specialem. Prima, consensu omnium inutilis est. Secunda vtilis erit, velut si dixerit mulier se renuntiare beneficiis, quæ iura in fauorem fœminarum introduxerūt. Tertia est, si in specie renūtiatur Velleiano. Hinc conciliari potest autor, qui hæc non videtur intellexisse & secū quodammodo pugnare in *pr. Arr. 1,* & implicat alias contradictionem, in genere fieri mentionem Velleiani Sunt alias, qui negant, posse renuntiari huic beneficio: sed cōmuniter obtinuit contrarium: quod tamen per textos adductos ab autore nullo modo probatur sed & amplius errat autor, dum nō dubitat, fœminam posse renuntiare *auth si qua mulier C. ad Velleian.* contra quā Dd. communissime statuunt *in d. auth.* tum quod intercessio sit ipso iure nulla, tum quod constitutio sit prohibitoria, & nihil non ab vxore maritus impetrare possit. Quid sibi velit autor in fin. in verb. *in specie quippe &c.* ego non intelligo.

Si mulier dolose egerit, aut nomen suum tamquam ipsa acceptura mutuum, accommodauerit, creditore ignorāte pecuniam pro alio accipi, cessat Velleianum *l. 4. in pr. l. si decipiendi 30. ad Velleian.* ceteroquin ad excludendum hoc beneficium, non sufficit, quod mulier solicitauit vt alii pecunia crederetur, pro quo sciente creditore se interposuit, contra quam male putat autor *Arr. 2.*

Quid vero est, quod autor ait *Arr. 3.* mulierē quæ iussit alicui credi pecuniam, ideo & ob iussum præcedens facere obligationem suam. Vtq; omnis fideiussor iubet fide sua esse alienam obligationem. Eran igitur si qua mulier iubeat pecuniam credi Titio, ea ob id non habebit exceptionem Velleiani? Id quidem non obscure putat autor. Et Id tamen iure nostro perspicue falsum est: & omnino pessime in hanc rem citatur *l. aliquando ad Velleian.*

Nescio quid tractet *Arr. 4.* an mulier pro operario, an cum operario, an operario se obligauerit. Ita loquitur autor, vt casum quis vix intelligat, & prorsus nugas agere videtur: & textibus iuris misere abutitur.

L. si mulier C. ad Velleian. excludit mulierem, si post biennium repetierit intercessionem. Et male adeo simpliciter ait autor *Arr. 7.* cessare Velleianum, si mulier bis intercesserit. Nec placet quod pro iterata intercessione habet, si mulier condemnata, passa sit pignora capi: siquidem hoc per errorem iuria fecisse probetur. Ceteroquin non prohibetur mulier vltro si velit, iudicium accipere, aut alias pro debitore pro quo intercessit, soluere.

Supra non semel monui ex Arrestis illis ostendi, quod Galli non valde curent iuramenta: & non multum tribuant. Apparet id & ex *Arresto 9. huius tit.* Cum enim mere iuris positiui sit Velleianum Senatusconsultum, & quo aliquot centum annis Romanus populus vsus non est, quis neget, ex ratione iuris Canonici, fideiussionem fœminæ posse confirmari & validari iuramento, vt cesset beneficium Velleiani? Quid sit, *iuramentum supplere exceptionem* vt loquitur autor, ego non intelligo.

Inepte proponit *Arr. 10.* Nō enim inutilis est renuntiatio, licet mulier non possit cōiici in carcerē: cum iure ciuili, qui bonis cedere paratus est, nullo modo in carcerem coniici possit; Quod autem renuntiare liceat *auth. si qua mulier C. ad Velleian.* supra ostendimus, pugnare cum iure nostro: sicut & quod subiicit de renuntiatione constitutionum, quæ mulieres ob debitum ciuile in carcerem cōiici vetant.

Merito excipitur causa de qua Art. 11. nam & aliæ pietatis causæ exceptæ sunt *l. si dotare 12.* & citatæ in Nota *l. pen & vlt. C. ad Velleian.* In eo autem ineptit Nota, quod ait, matrem & filium pro vna haberi persona. Id de patre & filio alicubi dicitur, ratione iuris adquirendi: de matre & liberis nusquam & numquam.

AD TIT. VI.

De compensationibus.

MIrot, In Gallia nō admitti ex consuetudine cōpensationes sine rescripto; vt est *Arr. 1.* cum cōpensationis manifesta sit æquitas, & quæ faciat ad finiendas lites. In terris iuris scripti ait admitti, modo compensatio non impediat actoria executionē &c. (inepte loquitur) id est, (nec enim aliter intelligi potest,) vt tamen pecunia petita soluatur. Quod ridiculum est, & implicat contradictionē. Hoc enim operatur compensatio, vt quis soluere non cogatur. Cetera, & de collocatione debiti, quomodo cōpensatio proponatur per formam pacti de non petēdo, non adsequor. Errat etiam dum omnem compensationem pro reconuētione habere videtur: & hoc ipso satis admittit compensationem, sibi quasi contrarius, dum non obscure admittit retentionem: & vero extra casus, quo compensatio fit ipso iure, compensatio fit per quendam modum retentionis.

Quod cessionario possit obiici cumpēsatio, iuxta Arrest. 2. hanc præcipue rationem habet, quod

alias

alias iniqua inferatur conditio debitori, si ei creditor per cessionem iua compensandi possit auferre: & ita, & cum hoc Arrest. sentiunt communiter Dd. *Cyn. Salic. Castr. & alii in l. eius 9. C. de compens. Sebast. Medic. de compens. p. 1. quæst. 43. Tyndar. eod. tract. art. 7. n. 3. & seqq.*

Non recte *Art. 3.* in genere dicit *inf.* non obesse compensationi, quod dies solutionis non venit: si quidem certi iuris est, quod in diem debitor, nō cōpensari *l. quod in diē 7. de compens.* sed vera huius arresti ratio est, quæ ibidem allegatur, quod ex humanitate creditor debitori pauperi indulsit dilationem: neq; adeo obligatio habuit diē, sed pura fuit: vt absurdū sit, creditorē talem cogi soluere, & post expectare. *L. si quis vel pen. C. depos.* prohibet prætextu alterius debiti, differri restitutionem rei depositæ. At quia quod hic allegatur debitum ex sententia & Arresto vtiq; non fuit ex deposito. Et adeo non intelligo, quomodo, vt putat autor hoc Arrestum sit contra dispositionem *d. l. pen.*

Appendicis Arrestum, non sine vitio, longe aliter vtitur verbo compensationis, quam toto *h. t.* factum est. Et nimirum tractat hanc quæstionem: si mulieri ex statuto quoddam lucrum debeatur ex vel in bonis mariti defuncti, & maritus vxori aliquid legauerit, an censeatur hoc factum animo compēsandi: vt legatum imputetur in lucrum illud. an vero mulier vtrumq;, & legatum, & lucrum statutarium petere possit. Et negat autor compensari, mox refert Dd. qui hoc non nisi in lucro conuentionali admittant, vt sc. hic non sit locus compensationi: quoniam, vt disputat *Ias. cons. 123. vol. 4. par. 2.* sit hic debitum voluntarium, vt non sit præsumendum, compensationis loco legatum relictum: quod cōtra præsumatur in lucro statutario, quod ex necessitate debetur præstari vxori. Mihi tamen hæc ratio parum firma videtur, nam postquam pactis dotalibus est de lucro cautum, iam itidem incipit deberi quidquid id est, ea necessitate, vt possit credi maritus legasse pro illo lucro pacto & conuento: cum nec præsumi debeat vtroq; onere grauare heredem voluisse: Et ita si pater promiserit filię vel potius genero centum dotis causa, & tum filiæ legatum det, intelligitur compēsationis animo dedisse legatū *l. huiusmodi 84. §. cum pater 6. de legat. 1.* Et v. tamen *Interpp. in d. §. & & Bart. ibi* diserte distinguit inter patrem legantem filiæ, cui tenetur ex necessitate dotem dare, & inter virum legantem vxori: quod tendit ad distinctionem iam dictam Iasonis. Et quo ad restituendam dotem, diserte cautum est in *l. vn. §. primum 3. C. de rei vx. act.* quod vxor possit & dotem petere, & legatum, nisi expresse legatum dedisse compensandi animo dixerit maritus: vt maxime dotem ex necessitate restituere teneatur: Nimirum maritus est debitor dotis, & debitor si quid leget creditori, non censetur id fecisse animo compensandi *Bart. in l. creditorem. 85. per eum text. de legat. 2. de quo Interpp. in l. si cum dotem 22. §. si pater 3. sol. matr.* Distinctionis ex Iasone relatæ fundamentum est in *§. præterea C. vnde vir & vx.* iuxta quam, in portionem quartam pauperi coniugi debitam imputatur, quod maritus legauit. Hoc enim distinguit Bart. *in d. auth.* an quid debeatur ex facto coniugis, an ex dispositione legis: quamuis constitutio *d. auth.* specialem habeat rationem, quia datur portio solius paupertatis intuitu: quod obseruauit *Bald in d. auth. præterea n. 7.* vbi bonis rationibus probat vtrumq; debere: licet fateatur communius aliter sentire Dd. & loquitur tamen in terminis legati ab vxore marito relicti, & fundat se in eo, quod maritus habeat titulum onerosum, secundum quod fuerit aliud statuendum, si quid vir legauerit vxori: quæ non dicitur sustinere matrimonii onera. Et Salicetus porro *in sæpe d. auth. n. 11.* disputat contra rationes Baldi, & contrariam Baldo sententiam tum communem, tum in praxi receptam esse testatur.

AD TIT. VII.

De contractibus vsurariis &c.

FAlsum est, quod præfixa nota habet, vsuras simpliciter concilio Niceno prohibitas; sed interdictæ fuerunt his qui sub regula sunt constituti: iuxta *cap. quoniam dist. 47.* ceteroquin nec Impp. seqq. eas tolerassent. Fallacia hinc notanda in verbo *vsurarij* vsurarius contractus, est omnis, ex quo debētur vsuræ etiam iure nostro licitæ: sed postquam iure Canonico omnino vsuræ damnatæ, obtinuit, vsurarium contractum pro illicito vsurpari.

Quod *Art. 1.* loco primo requiritur in annuorum redituum emtione; ita etiam apud nos obtinet, vt quamdiu alter soluit pensiones debitas, non possit creditor, qui idem emtor dicitur, repetere sortem. Quod si enim debitor sit in mora ex sanctione Spirensi de anno 1600. licet petere sortem. Nec ratio alia est, quam, quia incideret ita negotium in contractum mutui, in quo illicitæ habētur vsuræ. Ceteroquin argum. quod autor ab emtione ordinaria desumit, est exigui momenti: cur enim emtio contrahi ita non possit, vt emtore post tempus aliquod offerente rem, venditor pretium acceptū restituat? Quod autem sentit autor, vsuras proprie non nisi in mutuo locum habere, falsum est, quidquid etiam sentiant Dd. quos refert *Gail. 1. obs. 5.* eo nimirum decepti quod iure Can. sunt vetitæ vsuræ. Ea enim sanctio ad mutuum tantum, non ad alios contractus pertinet, ex quibus ob moram vsuræ debentur: Et eæ tamen veræ sunt vsuræ. Verba, *facultate cogendi &c.* valde horrida sunt, quæ ego non capio. In veri. *si res alia &c.* scribere debebat, si ita conuenerit, vt res alia reddatur, id non vtiliter fieri &c. Porro, quod ad requisitum alterum, cōstitutionib. Imperij definitum est, vt tantum liceat accipere vicesimam partem sortis, quina nimirum annua, in singula cētum, & indulserunt nimis Leges Galliæ creditoribus, in duodecima parte sortis, quæ efficit, 8. cum dimidio in singula centum. Tertium requisitum itidem conuenit legibus & morib. nostris: quod debitor habeat facultatem sortem vbi voluerit restituendi: ex tacito quasi pacto de redimendo. Autor parum subtiliter vocat tertium pactum & cetera quoq; de duobus capitibus, ineptis verbis & incōmodis ab eo traduntur: quæ ceteroquin vera sunt. Quis vero vnquam ita locutus est: *contractus nullus nihil aliud efficit, quam prædicta pactio,* dicere voluit, pactionem solam irritari, contractu principali valido manente: quod cur non pariter debeat locum habere in pacto quod vocat negatiuum, contra quam paulo ante scribit autor, ego nullum video: & ratio qua mouetur autor, inepta est. Nec video etiam, cur ob id contractum totum plane nullum esse oporteat, quoniam vsurarius est: nam & iure ciuili, si vsuræ illicitæ promissæ sint, tantum superfluum detrahitur, contractu saluo *l. pecunia 9. in pr. l. vsuras 20. de vsuris v.* de hac materia *Gailium 2. obser. 5. 7. & 9. Couarr. 3. var. resol. 7.* & plures ibi allegatos.

Art. 2. merito pactiones reprobatæ fuerunt, vtpote vsurariæ, contracto tamen saluo: quod repugnat his, quæ dixit autor art. præc. nec saluari potest,

vest, distinctioue quam hic affert, an reditus duodecimana vel graniori, an humaniori proportione sint constituti: nihil enim prorsus hoc facit, vt ob alias conuentiones vsurarias contractus ipse vel annulletur, vel integer conseruetur.

Viginti sex præsumtiones simulati contractus, refert *Capella in Tract. d. simul. contr.* Tres fere principales solent tradere Dd. consuetudinem fœnerandi, modicitatem pretii, & pactum de reluendo: quæ sane singulæ non sufficiunt, sed coniunctæ probant, quod & recte autor *Arr. 3.* De materia quoq; ista tractant *Dd. in l. cum allegas C. de vsuris & v. etiam Castr. consil. 306. n. 5. part. 2. & ead. part. consil. 332. n. 2. & consil. 66. n. 2. Decium consil. 167. & consil. 692. Nattam volum. 1. consil. 198. & omnino Menochium de arbitr. cent. 3. casu 39. & plerisq. 3. præsumpt. 122. & Mascard. vol. 1. concl. 438. cum 9. seqq.*

Citati modo autores inter alia docent, quod ad iudicis arbitrium pertineat, indicare de simulatione contractus: *Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 3 casu 247.* Itaque recte *5. arresto* pronuntiatum pro actore fuit, vtcunq; consuetudo fœnerandi in Reo eodemque creditore non fuerit probata. Si quæ hic & passim in sermone & modo tractandi peccantur, censuræ subiicere vellem, numquam esset finis.

Duo miror in *Arr. 9.* Et 1. quod pensionem 10. pro centum curia probauit, 2. quod facultatem luendi, debitori negauit. Huic contradicit, quod *Arr. 1.* est relatum ab autore, debitorem habere perpetuo facultatem luendi: quod & LL. moribusq; nostris seruatur. Prius etiam constitutionibus Imperii damnatur, quibus non nisi quina annua, centum numerat's emere licet: & plane decimaria illa proportio plus æquo excedit. Nec temporis longinquitas quam autor adfert pro ratione, tueri potest hanc sententiam: quinimo si vel mille annis soluta fuisset pensio debitor offerendo pecuniam acceptam, luere potest: & quo diutius excedens illa pensio numerata fuit, eo grauius læsus est debitor. Et omnino refero hoc Arrestum inter iniqua.

Ratio quæ *Arr. 11.* pro venditione adfertur, non bene concludit, nam & si reditus soluti fuissent, potuisset creditor pecuniam ita acceptam alii dare & reditus alios inde emere. Sed n. suspecta est status creditorum. Et tamen quod ita in specie de vsuris vsurarum statutum est, non debet trahi ad consequentias: nec quidquam obstare puto, quominus venditio bona fide ita contrahatur, cũ vtiq; debeantur isti reditus: nec dubium sit, quin pro pecunia debita res quæcunq. in solutum dari possit.

Ait autor, *arr. 12.* minorem qui est 21. circiter annorum, curatorem non habentem, in mutuo vt & in aliis mobilibus se obligare posse: Quid est, in aliis mobilibus? Debebat dicere, extra casus, quibus decreto opus est, minorem qui curatorem non habet ipso iure, contrahentem, obligari: sed tamen in integrum restitui. Atq; ita habet communis opinio: ceteroquin Vulteius Cuiac. & alii quidam putant, minorem etiam curatorem habentem, sine eo, ipso iure obligari. Vitiose autem id restringit autor ad eũ qui est 23. aut 24. annorum. Idem enim est, si vel 17. fuerit annorum. Pergit autor, si appareat dilapidatos esse a minore nũmos, creditori incũbere onus probandi, quod fuerint versi in rem minoris. At enim qui fieri id possit, & quomodo probare creditor queat, cuius contrarium apparet? Dicere debebat, creditori, qui mutuum dedit minori, actionem denegari, nisi ostendere possit, in rem eius pecuniã versam, debet enim sibi imputare, quod credidit minori pecuniam; quæ ratio facit, vt in casu venditionis legitime celebratæ, mitius agatur cum emptore qui minori soluit pecuniam, quia obligatus ad soluendum pretium emptor erat iuxta *text. in l. quod si minor 24. § pen. & l. patris 27. § 1. de minorib.*

Cum *Arrest. 14.* pugnat aliquomodo *Arrest. 9* quo propter cursum temporis approbantur reditus annui etiam proportione decimaria: sed vt ibid. notauimus, male: Et vtrobique male, quod ob cursum temporis ius redimendi negatur: & contraria Arresta, quorum meminit Nota, omnino rectius se habent.

Reuera, emtio & venditio redituum, mutuũ est, relatum titulo alio & scil. emptionis: quod visum fuit admittere, enim vsuræ plane essent improbatæ, & tamen ratio suaderet, vt qui ex alterius pecunia commoda sua promouerit, aliquid vicissim daret. Et ne omnino mutuum esset, placuit, vt ne ius esset creditori, qui emptor, pecuniam datam vmquam repetere, quamdiu pensiones annuæ soluerentur. Definiendum autem & hoc fuit, quot annua, singulis centenis emere liceret, ne alias libertate permissa, grauius quam forte per mutuum vsurarium læderentur debitores. Ex constitutione Imperii, vt supra diximus, proportione vicenaria, nõ nisi quinque in singula centum admittuntur. Denaria proportio exorbitat, & bene *Arr. 15.* improbatur. Ratio autem diuersitatis, quam initio autor adfert, nulla est. Nec enim, licet pacta omnino illicita sint, ob id necessario nullum oportet esse contractum. Quin imo vtique licita est emtio redituum, sub proportione certa. Ergo licet proportio ista excedatur, non ob id, per ipsam ab autore productam rationem, contractus totus debet esse nullus.

Arr. 16 hoc obseruo, quod ait author emptorem fundi, ex quo reditus debebant præstari, conuentum fuisse personali hypothecaria actione. Nam illud vtique constat, quod actio hypothecaria non sit personalis sed in rem. Quod si intelligit dari vtramque, rursus non video, quomodo personalis actio in tertium possessorem emptorẽ fundi, qui cum creditore nihil egit, dari possit. Ceteroquin recte fuit iudicatum: neq; enim prodesse debet improbo creditori, quod tum & post longum tempus agnoscit bonam fidem, neq; hac ratione vitium contractus corrigi potest.

Arresto 18. quod duodecimariam in reditibus annuis proportionem ciuili iuri nostro conuenire ait, fallitur. Quoniam ista proportio excedit bessales vsuras, quæ iuxta *l. eos. 26. § 1. C. de vsur.* mercatoribus tantum, vulgo autem tantum semisses vsuræ admittuntur. Quod reductionem ad licitum modum, in futurum non in præteritum quo soluti sunt etiam maiores reditus, valere ait, nec iuri ciuili conuenit, nec rationi: quia iniquum est, vt creditor vsurariam lucrum hoc retineat: & superioribus arrestis & rationi conueniret, vt quod vltra licitum modum solutum est, imputaretur in sortẽ, eandemque extenuaret, quod & *seqq. Arr. 22. & 23.* dicitur: vt fortassis aliud intelligat hic autor quod ego non capio: aut arresta inter se pugnent. Et *l. placuit 29. de vsur.* nihil iuuat autorem, qua etiam abutitur *Arrest. seq.*

Quæ tractat *Arrest. 20.* non satis adsequor, duo saltem noto, 1. maiores admitti nostro iure & grauiores, in debito & mutuo v.c frumenti, quã mutuo pecuniæ numeratæ, propter incertũ fructuũ & prouentuum & æstimationem *l. eos 26. § 1. vers. in traiectitiis C. de vsur.* vbi admittuntur vsuræ centesimæ, vt scil. in modios centũ frumenti mutuo datos, liceat exigere annuatim 12. & q. excurrat, modios frumẽti. Deinde no-

de noto, in emtione redituum frumentariorum pro pecunia, spectandam esse communem & regularem æstimationem, nec quod forte hoc vel illo anno frumentum pluris æstimatur, contractum esse habendum vsurariũ: quoniam in incerta æstimatione frumenti, fit compensatio, cum tempore & annis, quibus vilius fuit frumentum: quæ ratio defendit pactum antichreseos, quod alias videri possit illatum iuxta *l. si ea pactione 14. C. de vsuris.*

Ratio 21. arresti est, quia reditus in frumento æstimati constituti fuerunt: alias ex rationibus præced. arr. dictis, arrestum istud fuerit iniquum.

Ad arrestum 13. explicandum, quantum ego illud intelligo, (nam quæ post pr. disputat, non satis adsequor) pertinet, notissima Interpretum distinctio: an sententia lata sit super iure constitutionis, an super iure partis v. c. si iudex pronuntianit, vsuras præstandas esse (secundum ius illud, quo vsuræ omnino sunt illicitæ) nulla plane erit sententia, itaque nec transire poterit in rem iudicatam. Atquin si pronuntiauerit iudex simpliciter super certa pecuniæ summa, licet comprehendantur in ea vsuræ, ipso iure valebit sententia, & proinde etiam transibit in rem iudicatam: textus est in *l. 1. §. 2. quæ sent. sine app. vbi v. interpp. & in l. præses 27. de re iudic. & in l. cum prolatis. eod.*

Pro certo habetur, & ita passim prædicatur, debitorem, qui reditus soluit, & pro certa pecunia accepta annuam præstat pensionem, quandocunq; velit, numerata pecunia quam accepit sese à necessitate præstandi reditus liberare posse: sed creditor qui pecuniam dedit & emit redituum pecuniam repetere nõ potest. Et proinde non intelligo, qua ratione illicitũ pactum hoc sit, vt toties quoties, liceat reditũ redimere, vt est *arr.* 26. Neq; enim hoc pactum vllo modo haberi potest vsurarium.

Iure ciuili non puniuntur vsurarii simpliciter; quoniam sub certo modo sunt vsuræ licitæ: sed puniuntur, qui illicitum & improbum fœnus exercent. Sed hodie interdictis omnibus vsuris quæ olim pœna fuit fœnoris & vsuræ illicitæ, ea hodie simpliciter vsuræ est pœna. Et v. de pœna vsurariorum *Menoch. de arbitr. lib. 2. casu* 398. *cent. 4. Couar. 3. var. resolut. 3. Clar. §. vsura. Rol. à Valle vol. 1. consil. 75. Crauett. consil 6. num.* 101. *& seqq.* Constitutione Imperii de anno 1530. Augustæ tit. von wucherlichen contracten. multatur vsurarius quarta parte sortis. Quid arresto 27. sibi velit author his verbis, *eo deueniunt vt vel accipiatur, vel auxitatur*, ipse explicet.

Pactum cuius mentio *Arrest.* 28. incidit in speciem pacti commissorii, eoq. est illicitum, nisi adiectum sit, vt res sit vendita iusto pretio tunc æstimando, citata *l. si fundus 16. §. vlt. de pignorib.* Disputat contra eum locum *Ant. Fab. dec. 21. de err. pragm. cap. 7.* cuius nugas nos ibid. confutauimus.

Ad regulam, quod venditor redituum, quamdiu soluere paratus est, non cogatur restituere sortem; exceptionem ponit, *arrest.* 30. in pupillis & minoribus, quorum tutores & curatores ita possint dare pecuniam, vt eam repetẽdi ius habeant. Quod si ita est, sequitur omnino, minoribus & pupillis licitum esse contrahere mutuum vsurarium. Talia enim contractus prorsus nihil aliud nisi mutuum est. Hoc autem cum iure Canon. vetitum sit, tamquam contrarium iure diuino, & quod nutriat peccatum, ridiculum sit existimare, minoribus licitum esse peccare & contrahere contra ius diuinum. Neque adeo poterit defendi sententia huius arresti, nisi erroris arguantur pontifices, dum ita existimarunt. Id quidam qui existiment, hodie non desunt: sed an ex eorum numero esse velit auctor, ego non discuto. Et nota recte limitat, imo fere castigat hoc Arrestum.

Art. 31. conuenit iuri ciuili, vt rescisso vsurario pacto, valeat contractus, quod nos sæpe monuimus: sed autor passim sibi contradicit.

Notabilis contractus species est art. 32: quam cum Medico initam oportet, qui morum curandam susceperat: aut ego non intelligo, quid autor velit.

Ad Art. vlt. notandum est r. sanctionem iuris Canonici, qua vetitæ sunt vsuræ, tantum pertinere ad mutuum, non ad alios contractus, ex quibus debentur vsuræ ob moram, siue interpellatione siue re ipsa contractam: v. c. vbi emptor rem traditam accepit, quoniam iam fructus suos facit, statim, ad vsuras non soluti pretii tenetur: quam rationem autor debebat adferre, dũ permutationẽ, venditionẽ trãsactionẽ, &c. excipit. Deinde quod mutuũ gratuitũ iure nostro, inde parũ subtiliter ad præcedentia est, infert autor, quibus etiam de vsuris in stipulationẽ deductis tractatur. Et vt maxime enim gratuitum sit mutuum, non prohibetur tamẽ iure ciuili creditor vsuras stipulari: quin ideo recepta stipulatio fuit, quia ob naturam mutui, & quia gratuitum, & quia re contrahitur, nec ex pacto quidem incontinenti adiecto, peti vsuræ possunt.

AD TIT. VIII.

De pactis resolutoriis &c.

Ita enim sunt appellanda, resolutoria sc. & inepte dicuntur pacta resolutionis: nec illud quoq; recte: quod ait *de pactis resolutoriis & lege commissoria*, quoniam lex commissoria & ipsa vel maxime est pactum resolutorium.

Nota quoq; præfixa castigatione opus habet. Refert, *pœnam hanc tantum esse comminatoriam* & nec verbulo vllius autem pœnæ meminit: ne dicam, quod parum concinne dicitur pœna comminatoria. Ceteroquin illa quæstio non ignota est, quæ passim in variis casibus, & quod ad hanc rem attinet de qua disputat nota, in Emphyteuta & vasallo tractatur: Et in vasallo communis est opinio teste Claro *lib. 4. §. feudum q. 62.* opus esse sententia in casibus, quibus ob delictum feudum amittitur, sed non esse opus, vbi sine consensu domini feudum est alienatum. Et ratio videtur, quia ante omnia, vt vasallus amittat ius suum, oportet constare de facto, ob quod cadit feudo, constat autem de alienatione: sed non ita de delicto, aut si constat, nõ tamen æque constat non aliqua exceptione possit se vasallus defendere. In emphyteuta communis opinio est, referente eodem *Claro §. Emphyteusis quæst. 9.* quod ob non solutum canonem, vbi scilicet id fatetur emphyteuta, ipso iure cadat suo iure, vt nec requiratur sententia declaratoria, vt quidem ait Clar. quamuis alias non pugnent, ipso iure quid fieri, & tamen sententiam, saltem declaratoriam requiri. Itaque male in contrarium Nota adducit Clarum: & alias quoq; inepta est connexio: pœna est comminatoria: Ergo requiritur sententia iudicis. Sed & *Ias. in l. 2. C. de iur. Emph. n. 14. & seqq.* late defendit, quod non sit opus sententia; Et proinde videri possit non recte Notator secutus esse alteram opinionem, quam tuetur *Lud. Rom. cons. 212. n. 7.* Andr. *Gail.* autem *2. obs. 48. num. 4.* attingit plane diuersam quæstionem, an heres Emphyteutæ qui ignorauit rem esse emphyteuticam, ob nõ solutum canonẽ amittat ius suũ. Alia quæstio est, quã autor

Notæ etiam attingit: an, si emphyteuta cessauerit in solutione, possit purgare moram: quod autor affirmat: sed iterum male. Etenim id in Emphyteuta Ecclesiæ quidem ex humanitate admissum est, *cap. potuit de locat.* sed in priuati Emphyteuta contrarium statuunt Dd. communiter *vid. Clarum §. Emphyteusis quæst. 8. num. 15. Iasonem in d. l. 2. n. 73. & seqq. vbi num. 79. ita concludit Aurel. Corbat. de Emphyt. cap. 15. limit. 41. Fachin. 1. contr. 98.* Rursus alia quæstio est an dominus directus, postquam Emphyteuta cecidit iure suo, propria authoritate ingredi possessionem, & emphyteutam expellere possit; de qua *vid. Fachin. 1. contr. 95. Aurel. Corb. de Emphyt. cap. 15. quæst. 12. Clar. §. Emphyt. quæst. 11. Dd. in l. 2. Cod. de iur. emphyteu.* & inprimis latissime *Iasonem num. 100. cum multis seqq.* Aperte autem fallitur Notator, dum putat iure ciuili certo decisum, quod id liceat domino, & proinde in Gallia non seruari ait *l. 2. Cod. de iur. Emphyt.* nam vt patet ex citatis autoribus, ita in diuersas hic itum est sententias, vt vix quæ sit communior, constet: atquin nemo dubitasset, qui per *dict. l. 2.* id certo decisum esse credidisset.

Pactum resolutorium ipso iure operatur citra cōsiderationem personæ possessoris, & facit vt dominium redeat ad priorem dominum, sine facto alterius, ipso iure: quomodo ita pacti commissorii potestate resolui dicitur emtio *l. 1. de L. comm.* & in terminis pacti addictionis in diem, si interim emtor rem pignori dederit, vi pacti pignus resoluitur. *L. 4. §. sed & Marcellus de in diem add.* & hic obtinet, quod resoluto iure dantis resoluatur ius accipientis *l. lex. 31 de pignorib.* Itaque recte iudicatum fuit sententiis quæ referuntur Arrest. 1. contra cessionarium & heredem: quas inepte autor in s. restringit ad casum, quo possessor negauit canonem, nec obtulit aut purgauit moram: & ius huiusmodi pacto quæsitum non potest auferri per mutationem personæ: Et errorem illum iam confutauimus, quo dixit iure ciuili possit mora purgari: & inepte adducitur textus in *l. electio §. neque heredi de nox. act.* qui de terminis diuersissimis tractat; Et nimis absurdum est, etiam eum qui negauit solutionem, aut ipsum aut heredem eius, ad moram purgandam admitti.

AD TIT. IX.

Sententia rubricæ, & Arrest. 1. aperte pugnat cum iure nostro ciuili, In mutuo quidem non admittuntur pœnæ conuentionales, quæ præsumontur factæ & adiectæ in fraudem vsurarum. Sed in aliis casibus licet stipulari pœnam ex arbitrio (modo ne in immensum tendat,) Et hoc enim est, quod Dd. appellant interesse cōuentum: quod non differt à communi, siquidem non liceret exigere pœnam adiectam. Sequeretur & hoc absurdum, quod ita adhuc probandum interesse, & ita inutilis plane esset stipulatio, quæ ob hoc adiicitur, ne creditor oneretur necessitate probandi eius quod interest, vt expressum est *in §. vlt. Inst. de Verbor. obligat. l. vltim. de prætor stipul. l. nuda 5. inf. C. de contr. stip.* Et cum pœna promissa est, non amplius disputatur in iudicio, an & quantum intersit, (præsumitur enim interesse tanti,) fed quæ sit quantitas stipulationis *l. stipulatio 38. §. alteri 17. versic. plane de V. O.* cum quibus omnibus textibus Arrest. ad pugnat. Et facile tamen Lector non exercitatus in fraudem induceretur & crederet, quod ita fuit iudicatum, conuenire iuri communi.

Plane si appareat liquido, quod pœna adiecta excedat interesse; poterit iudex moderari: maxime vbi quantitas debetur, vt Arresto 2. proponitur. Quod ait autor, locum esse pœnæ stipulationi, tantum in faciendi obligationibus, verum non est: sed in dandi quoque obligationibus (excepto mutuo) locum id habet, veluti *si fundum non dederis, centum dare spondes l. obligationum 44. §. pen. de Ob. & Act. Lit. a stip. 11 §. 5. vlt. de V. O.* Quid sibi velit, *in commodato quod nos mutuum dicimus*, ego non intelligo.

Arrest. 4. attingitur quæstio, an qui alium facturum promisit, liberetur, si adhibuit diligentiam omnem quam potuit, vt alter faceret, & id tamen impetrare non potuit: de qua *vid. Marant. consil. 41. Boer. decis. 3. Matth. Afflict. decis. 295. Wesemb. & alios in §. si quis alium Inst. de inut. stipul. Couar. in c. quamuis de pact. in 6. p. 2. §. 5. n. 3. & 4.*

AD TITVLVM X.

De re debita &c.

Rationem 1. Arresti ego non satis capio. Quamuis enim vt communis Dd. habet sententia; tempus interpellet, & constituit debitorem in mora, sine alio facto & interpellatione debitoris: attamen mora hæc non potest inducere nouationem: cum præsertim hodie post *l. vlt. C. de nouat.* non fiat nouatio sine voluntate & partium conuentione. Et tanto magis repugnat sententia autoris, (quam ipse falso putat conuenire cum iure communi) rationi, quoniam istam promissionem habet pro obligatione alternatiua: Et iure vero nostro certum est, quod vbi est alternatiua obligatio, alterutrum solum peti non possit, sed, nisi actor velit incidere in pœnam plus petitionis, vtrumq; sit petendum, & in iudiciū deducendum *§. plus autem 34. §. huic autē Inst. de action*, nec vmquam auditum est, quod electio per solam moram auferatur debitori, aut obligationis natura mutetur ob simplicem moram. Et vitiosum est argum. quo vtitur autor: nam antecedentis ratio est, quod mora creditoris in accipiendo transfert in eum periculum rei, vt post hanc moram res pereat creditori, *l. quidecem 72. in princ. de solutionib.* Ex quo illud recte infertur, quod si post moram debitoris, alterutrum perierit, alterutrum iam solum peti possit: at non æque inferre potest, quod si adhuc vtrumque supersit, debitori sit adempta electio, quod velit, soluendi. Et censeo itaque sententiam autoris, & decisionem hanc rationi iuris nostri non conuenire.

Summa Arresti 2. est, quod impedimentum iustum excuset à commissione pœnæ. Sed in eo labitur autor, quod pro iusto impedimento habet initio, quod non satis censeri debet iustum. Tum porro deinde peccat in altero extremo, quod vnicum tantum pro iusto habet. Et quod in *l. vlt. de L. Comm.* proponitur, vtrique iustum est: quamuis enim sibi videtur imputare debere emptor debitor, quod non aliam pecuniam offerat, nec pro excusatione sufficere; quod ipse fisco debet: attamen cum forte non ita statim aliam pecuniam expedire possit, ignoscendum ei est, & satis habetur, ad euitandam pœnam quod in termino obtulit pecuniam. Et hinc, licet à priuato impedimentum eiusmodi ex iusta causa obiiciatur, excusabit à pœna, quod *Bart. & alii notant in d. l. vlt.* Et ex aduerso; si forte personam saltem magistratus retineat, istud sufficere protinus non debet: quoniam & per procuratorem & nuncium expediri solutio potest.

AD LIBRVM XIII.

AD TIT. I.

De feudis fide &c.

DE Amortizationibus & materia *Art.1. sup. tit.* integro actum est.

Arrest. sibi contradicere videtur. Iure communi feudali res certa est, quod seruitutes tantum in sui præiudicium imponere vasallus feudo possit: ita vt hæ feudo reuerso ad dominum, finiantur ipso iure. Atquin si feuda ex consuetudine regni propria & patrimonialia sunt, plus in iis vtique licebit vasallo: & proinde dicitur parum subtiliter: feuda sunt patrimonialia, & seruitutes pro vasalli arbitrio imponuntur: saltem in vasalli præiudicium: quoniam quo iure feuda minime patrimonialia sunt, vtique tamen vasallus in sui præiudicium ius habet imponendi seruitutem. Ceterum quousque patrimonialia sint, iure Galliæ, an vt etiam in præiudicium domini aut agnatorum, de iis inter viuos aut vltima voluntate disponi possit, ego ignoro, & ob id iudicium meum de huiusmodi casibus interponere non possum.

Ius feudale pene totum pro consuetudinario habetur; eoque nihil mirum, si hac in re consuetudines singulorum locorum attendantur, vt notatur *Art.3.* & de hac re, quod non communi, sed statutario aut consuetudinario iure pro inuestitura, & à nouo vasallo laudemium aliquod aut rediuiuum sit domino præstandum, vid. *Rosenth. Tr. de feud. cap. 6. conclus. 66. per totum.* Quid autem sit ligium feudum, & quis homo ligius vid *eund. cap. 2. concl. 2. & seqq.* ex quibus intelliges vitiosam esse definitionem autoris, quod ligium sit nihil aliud quam feudum gentile, nobile & francum.

Mirum vero est, quod deciditur *Art. 8.* cum generalis regula sit, quod ob inuestituram non petitam intra annum & diem, feudum amittatur, neque vsquam legamt exceptus filius, vt videre est apud *Vult. de feu. lib. 1. cap. 11. nu. 23. Rosenthal. de feu. cap. 6. quæst. 30.* & ceteros qui in text. ibi citatos commentaria scripserunt.

De causa amittendi feudi *Arrest. 9. vid. Rosenth. cap. 10. conclus. 32.* vbi illud iuris communis est, quod Princeps ius alteri quæsitum auferre non debet, de quo alibi tractatur. Quæ ratio possit facere, ne in prouinciis iuris scripti ex hac causa feudum amittatur, ego non capio: cum hæc vel sit iustissima feudi amittendi causa. Quod abnegatio facta à minore non noceat, falsum est: quinimo cum hæc sit species delicti, vix etiam restimetur minor: nisi forte per leuitatem, aut iudicii infirmitatem id fecisse probetur: quo casu ipso quidem iure feudum amissum erit, sed restitutio in integrum dabitur. Quod simpliciter addit, non habere rationem abnegationis factæ ab eo qui non est sui iuris, vtique in filiofam. falsum est, qui si teneat feudum & sit maiorennis, ex hac causa certissime feudum amittet, sed forte intelligit casum subiectum in persona Ecclesiastica: vbi sane specialis ratio est, quia huius feudum non est, sed ordinis & collegii.

Arrestum 10. vt possessor intra assignatum certum terminum, aut affirmet fateaturque esse feudum, aut neget, equidem rationem habet, vbi possessor potest scire, an res feudalis sit nec ne: iniquum fuerit, ceteroquin, quemuis possessorem ad hoc adigere, vt vel fateatur esse feudum, cum magno suo præiudicio, vel negando, periculo feudi amittendi se obstringat: & vulgata nostrorum regula est, in dubio non feudalem, sed allodialem rem esse præsumi: & ergo, qui rem dicit esse feudalem, id, & se dominum directum esse, probare debet.

Non dubium est, vbi delictum est in dominum commissum, ita priuari vasallum feudo, vt liberis quoque eius præiudicetur, de quo & supra & quid quo ad agnatos iuris, egimus. Illud non capio, quomodo omnia bona confiscata, & tamen reus insuper in multam fuerit condemnatus, vnde enim multam soluat, cuius omnia bona fiscus occupauit? Quid in Nota sibi velit, *Dominum ex delicto, omnibus aliis creditoribus ex crimine venientibus præferri,* explicet Apollo; An fore scribendum fuit, *ex contractu?* si ita est, apertus error est. Nam creditores qui quidem bona fide & ante reatum & accusationem contraxerunt, certo iure fisco præferuntur: nec enim cum iniuria aliorum fiscus occupare bona potest. Et fiscus ex causa delicti occupans bona, ante omnia satisfacere creditoribus, aut eis bona relinquere tenetur. Confiscationes fauorabiles esse, aperte etiam falsum est.

Arrest. 12. ait author, quod citra expressam reseruationem, bonis confiscatis Regi, Rei bona feudalia, quæ hic habet etiam ab alio domino, posse regem occupare & sibi retinere. Si intelligit, quod occupat directum quoque dominium, manifesta ea sit iniuria: sin vtile tantum, quæ tandem amplius dominii directi erit vtilitas, cum Rex non obstringatur ad præstandum homagium, sed nec feloniam committere, & vix vlla causa in persona Regis locum possit habere, ex qua feudum aperiatur directo domino. Itaque quod supra in amortizationum materia, & supra *h.t.* art. 1. proponitur, tenebitur Rex hominem certum possessorē præstare, in cuius persona ista contingere possint, aut iniuria infertur domino directo.

Quorundam sententia est, si ob in dominum commissum delictum vasallus feudo priuandus sit, id agnatis nocere non debere, sed auferri quidē vasallo, sed eo mortuo agnatis esse restituendum: quam opinionem late tuetur *Hartman. Pistor. 2. quæst. 15. n. 27. & seqq.* sed eam communius improbari sup. ex Menoch. retulimus. Et ita quidem sentiunt quidam de agnatis; sed liberis obesse & præiudicare delictum feudale, paucis exceptis, ceteri consentiunt omnes, vt videre est ex *Hartm. Pist. d. loco quæst. 16.* vt proinde *Art. 13.* rationi iuris non videatur conuenire: & textus in f. citatus nec hilum ad rem fecit.

Certæ personæ iure feudali sunt expressæ, cum quibus si rem habeat vasallus feudo priuatur, de quibus *Rosenth. cap. 10. concl. 27.* vbi *n. 41.* ait, eam pœnam extra illas personas non extendi, nec adeo ad pedissequam dominæ. Ergo nec ad virginem aliam domesticam, de qua intelligo *Art. 14.*

Arrest. 17. nimis philosophicè imo inepte disputat author: improbat distinctionem inter feudum ignobile & nobile; quod adquisitum nobiliter: quæ tamen distinctio communiter recepta est, & de qua vid. *Rosenth. de feud. cap. 2. concl. 2.* Multa quoque inepte tractat circa rem istam, & inepte vtitur rationibus, & quam rudis sit in historia Romana ostendit. Inprimis puerilis est ratio, quod omnes ab Adam aut Noacho descendamus: quæ res nō impedit distinctionem ex variis causis, iustis, in omnibus pene Rebuspub. admissam. Ait populum Rom. paulatim

latim se potest iure sua spoliasse, & ea in Principem tra slata. rejectum fuisse. vsque ad seditionem & secessium in Auentino monte. Nihil est insulsius. Pueri sciunt Reges initio totum potuisse Romæ, aliquam tamen potestatem populo reliquisse, & quantam ipsi voluerunt, permisisse etiam Tullium Regem, vt à se ad populum appellaretur in singulari casu, de quo Liu. libr. 1. quam potestatem expulsis quoque regibus obtinuit: sed patricii subuersa aliquantum Reipub. forma, plebi præbuerunt occasionem, quin quasi necessitatem secedendi, & sibi consulendi, creatis propriis magistratibus, Tribunis plebis, qui variis & plerisque seditiosis Legibus latis in alterum extremum rempub. traxerunt, & nimis fecerunt popularem, ex quo tandem tyrannis secuta est. Ea tamen vtilis fuit temperatura, qua etiam ex gentibus, plebeiis dictis, ad honores admissi fuerunt, qui progressu temporis, honoribus gestis & magistratibus maioribus, & ipsi inter nobiles habiti fuerunt, licet ad distinctionem patritiarum gentium, adhuc plebeii suo sensu dicerentur: locus de his amplius disserendi hic non est, & plenius castigandi tam insulsam dissertationem. Cetera in *versic. Antea quippe, &c.* pertinent ad statum regni Galliæ, de quo dicere non libet. Equidem plebs pro tertio statu habetur: sed sane non nisi vbi eius opera rex indiget, quantum accepi & ex autoribus constat, ea fere ad consilium adhiberi solet: & inprimis Bodinus in libris de republic. statum regni Franciæ omnino Monarchicum esse confirmat: & nec posito isto tertio statu, euertitur aut tollitur distinctio inter feuda nobilia & ignobilia, quidquid etiam autor ineptiat. Quod ex Deuteronom. perducit contra Ecclesiasticos nostros, nimis inepte facit, nec vmquam illis possessiones & prædia, quæ latissime iam à Constantino magno possidere ceperunt, extorquebit.

Si vasallus non retorquendi nec tuendi honoris sui causa dixerit, dominum mentiri, potest defendi *Arrest.* 18. de qua re vid. quæ tractat, & quos allegat *Rosenth cap.* 10. *concl.* 21. Quod addit de vita vasalli, pendet ex ea opinione de qua sæpe iam diximus.

Sunt qui putent, vasallum ipsum in persona teneri iuramentum fidelitatis præstare. Sed ea opinio reprobata, & communis receptum est, posse id fieri per procuratorem, qui habet speciale mandatum, *Vult. lib* 1. *c.* 7. *num.* 32. *Hart. Pist.* 2. *quæst.* 47 *n.* 58. & igitur hactenus non bene iudicatum fuit *Arrest.* 19.

Ego circa Arr. 20. Boerii sententiam magis probo. Nam licet vasallus ante fidem & homagium obtulisset, quæ aliorum ratio fuit, attamen id dominus propria dubio procul ratione: & quia feudum sibi commissum contendebat, vasallum recusauit admittere. Quo in puncto cum in causa succubuerit, & a senatu condemnatus fuerit, vt vasallum admitteret, debet id intelligi secundum rationem feudalis iuris communis, quæ procul dubio hæc est, vt ante omnia vasallus, quæ ad officium ipsius pertinent exequatur: neque ex causa prædicta, oblationis prioris, cum deducta in alium statum & nouum causa fuerit, ratio haberi potest. Quam rationem esse veram agnoscet, qui vtitur ratione.

Arrest. 21. idem tractat cum *Arrest.* 18. &, si defensionis suæ causa in iudicio id dixerit vasallus male iudicatum fuit: nec locus qualificatus facere potest vt vasallus feudum amittat, sed vt aliter multetur.

AD APPENDICEM.

Arr. 1. forte defenditur ex moribus Galliæ: ceterum communi iure certum est, quod sine consensu domini feudum alienans id amittat.

Quid Arrest. 2. sit *feudum dominans* non capio: vtique ius domini directi non nisi inepte feudum dominans vocatur.

AD TIT. II.

De iuribus dominicalibus &c.

NOn obscura valde sunt, quæ Arrest. 1. tractantur, sed ad ea firmanda parum imo nihil faciẽ *l. sed neque* (nulla enim ibi est *l. denique*) *de vsu & habitat.* Eiusdem materiæ est arrestum 2. de iure dominorum, quos appellat iustitiarios, & qui scilicet iurisdictionem in quosdam habent, qua ratione subditi ipsorum dicuntur, saluo regis iure, quod monet Nota tit. præfixa, & per se liquidum est. Sed sane citata *l. Neratius* de eiusmodi iustitiariis dominis perquam inepte explicatur.

Arrest. 5. quidquid etiam citati in Nota putent, recte se habet Nam 1. qui subditus est alteri, v. c. Regi aut Imperatori, ipse quoque subditos habere potest, qui illi debita seruitia & obedientiam præstare tenentur: quod maxime obtinet, vt in Germania, in his qui non absolute recognoscunt superiorem. Et adeo 2. si subditi isti sese non præbeant morigeros, legitimis pœnis sunt castigandi & coercendi. Et inobedientiæ non postrema pars est, imo est defectio aperta, si alii domino se submittant; ob quam causam etiam feudo vasallus priuatur, de qua re *Rosenth. cap.* 10. *conclus.* 31. Rursus & 3. dominus subditos suos, vt decet, tractare debet, & si exorbitet, si nimis sæuiter eos tractet; & iure iurisdictioneque sua abutatur, coerceri à superiori, & iure suo priuari debet, *Mynsi.* 5. *obs.* 8. *Gail.* 1. *obs.* 17. quæ omnia & singula *Arr.* 5. proponuntur.

Nimis sæpe inculcatur materia Arrest. 6. Illud ambiguum est, an ius hoc competat soli Regi: quod videtur in s. affirmare: cum tamen *in pr.* seculari domino in genere hoc tribuat: an forte hoc vult, quod secularis alius dominus necesse habet regem adire, & ab illo impetrare, vt Ecclesia hoc facere cogatur.

Male arrest. 8. æquiparantur censuarius & Emphyteuta, male ille tantum vtilis dominus vocatur. Etenim regulariter per censualem contractum ius omne à concedente, & proinde Dominium plenum in accipientem transfertur: adeo vt si mille annis pensionem & censum non soluerit censuarius, propterea ius suum non amittat. *Iason in l.* 2. *C. de iure emphyt. numer.* 41. *Decius cons.* 164. *Aurel. Corb. tr. de iure emphyteutic. cap.* 15. *lim.* 33. Itaque nec quidem dubium est, quin omnino censuarius seruitutem prædio possit censuali imponere. In Emphyteuta obtinet ita, vt fundo ad dominum reuerso, finiatur seruitus: idque sine vlla præscriptione, vt habet Arrest. si videlicet ille vt Emphyteuta fundum tenuerit semper ceteroquin vt sæpe monuimus, secus est, si negauerit quis se esse emphyteutam, & qui exinde libertatem præscribit: cetera eadem plane sunt, cum supra tractatis *tit. prac. Arest.* 2.

Nihil est certius, quam duos eodem genere dominii in solidum dominos esse non posse: vt ma-

le de hoc oporteat dubitationem fuisse *Arrest.* 9. Quod attinet reliqua, sane quæ iura directi sunt domini, & ad id recognoscendum pertinent, iis onerare fundum emphyteuta non potest, ceteroquin nequit prohiberi, quo minus in sui præiudicium per contractum quemcunque, ius percipiendi v. c. fructus ex prædio alteri constituat, saluo semper domini iure. Itaque in *vers. Felmus* &c. oportet Typographi errorem subesse, ceteroquin oppositio ibi tradita sibi plane non constat.

Sententia & distinctio Art. 10. vera est, *v. Iason. in l. 2. C. de iur. Emph. n. 27. & 28. Aur. Corbul. eo tract. cap. 15. ampliat. 36.* vbi plurimos allegat,

An iure communi in terminis propositis *Arr.* 11. opus sit sententia declaratoria, & an dominus propria autoritate possit expellere emphyteutam, & an hic possit purgare moram, diximus ad notam præfixam *titulo 8. lib. praced.*

Æquitatem sane Arrestum 12. habet: & odiosus est & fœneratoris speciem habet, qui fraudulenter frumentum debitum differt recipere, vsque dum carius efficiatur. Citata *l. 7. C. de erog. mil. ann.* facta est contra milites, quibus pœna irrogatur, vt vtrumque amutant, quod sane non habet locum in debitis priuatorum: sed vt isto arresto habetur, tenebitur creditor contentus esse æstimatione frumenti cuiusque anni. Et id omnimodo, si creditor egit mala fide, & traxit rem, vt ipse inde commodũ sentiret: ceteroquin si debitor non soluit frumentum sua die, forte non omnino fuerit iniquum, vt creditori præstet, quanti hic sua interesse probauerit: quod arbitrio iudicis committendum fuerit: & iure nostro effectus hic est moræ, vt ab ea quanti res plurimi fuit, præstare debitorem oporteat, vt communis sententia habet.

Et vt diximus, mora præsupposita, vix defendi potest arrestum seq. 13. Rationis plane est, vt cum debitoribus miseris humanitus agatur, neque committantur rapinæ, de quibus agit Art. sed reuera quodammodo inepte talia præsupponuntur. Nec omnes debitores miseri, sed quidam etiam morosi & improbi sunt, cum quibus si creditor secundum rationem iuris procedat, non habent, quod conqueantur. Intelligimus autem moram recte contractam, ita vt iure est nostro cautum: siue per interpellationem legitimam, siue etiam per lapsum temporis, iuxta communissimam Dd. opinionem, si videlicer tempus ipsi obligationi sit adiectum: ceteroquin quo & reditus annuos attinet, nisi aliud cautum sit, forte possit quis tentare, interpellatione esse opus vt frustra sit autor, dum in pr. Arrest. hac in re moram distinguit. Et allegat frustra tamquam expressam *l. 7. C. de milit. ann. erog.* de qua diximus art. præc.

Si quis duobus simpliciter rem in Emphyteosin concesserit, nisi expresse fuerit hoc actum, vt duo rei in solidum essent, communis nec dubia videtur esse Dd. sententia, (contra quam videtur putare author *Arrest.* 14.) quod singuli tantum partem canonis soluere teneantur, & vno non soluente, pars ipsius tantum in commissum cadat: patet ex his quæ *Aurelius Corbulo* scribit *cap. 15. numero 19. & 20. ampliat. 5. Ias. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. numero 57.* sed quod heredes attinet, probari magis videtur, vt si vnus ex iis pro parte saltem canonem non soluat, tota emphyteusis cadat in commissum, de qua re *vid. Iason. d. loco num. 55. Afflict. decis. 153. Clar. §. Emphyteusis quæst. 8. num. 13 Myns. 3. obser. 66. Fachin. 2. contron. 97. adde & ceteros Dd. in d. l. 2. C. de iur. Emphyt* positio autem quod singuli siue heredes, siue primi acquisitores in solidum teneantur, falsa est sententia Notatoris, quod conuentus petere possit, vt ceteri simul condemnentur: hæc enim esset exceptio diuisionis, quam nec ipse Notator nec Autor Paponius singulis conuentis concedit (nam de iure communi etiam duo Rei habent beneficium diuisionis post *N. 99.* vt ea communiter accipitur) Aut an forte ad hunc finem eos vult condemnari simul, vt citra nouum processum in eos fiat executio? Id quidem valde fuerit singulare, nec rationi iuris congruum. Illud quoque insubtile, imo falsum, quod est *inf. Nota* per cessionem transferri directas & vtiles actiones. Hæ enim non ex cessione sunt, sed ex rescriptis principum introductæ *l. si cum 16. de pact. & passim.*

An Arresto 16. author forte arbitratur, omnem dominum directum iurisdictionem habere in Emphyteutam? Absurdum id nimis fuerit, ceteroquin ignoro equidem, quid in Francia possit infima iurisdictio. Plane quæ talis censetur iure nostro, id non possit: & vt in causa propria id possit, minus conuenit iuri,

Haud satis capio, quid intelligat *Arrest.* 18. per fundum reditu aut pensione oneratum. Si enim vere fundus dicitur oneratus, iam nihil constitutum est vel iudicatum contra *l. 1. §. si heres, ad Trebellian.* vbi dicitur, quod verissimum est, quod actio personalis non sequatur fundum. Atquin vbi onus reale est in fundo oportet, vt quis fundum actione in rem persequi possit. Atque ita in rem instituta actione, rursus communis iuris est, vt possessor si fundum velit retinere, præstet petitori, quod ipsi debetur. Aut ego non intelligo, quid sibi autor velit.

In controuersia Arrest. 19. probo ego sententiam Benedicti quem citat Nota, quod eiusmodi declaratio forte faciat probationem semiplenam. Et errat Notator, qui putat, plenam facere fidem. Et quid si enim error deprehendat, venditorem per errorem existimasse, fundum esse emphyteuticum: quis non intelligat absurdissimum esse, vt per talem declarationem ius dominii directi, quæri alteri dicamus? Atquin præsumptionem ex huiusmodi declaratione nasci rectissime statuemus: Et ex aduerso & in altero extremo peccat Papon. qui fere nihil tribuit eiusmodi declarationi: inepta prorsus ratione: longe enim facilius est, vt alteri prosit eiusmodi declaratio, quam vt ei nocere & præiudicium facere possit.

Nulla ratio est, cur ex causa donationis, non debeant integra laudemia præstari, quod & simpliciter tenent, & imo pro certo ponunt Specul. *de Emphyt. n. 140. Iason in l. 3. C. de iur. Emphyt. n. 59. & 68. Anfr. ad decis. cap. Thol. 278.* & ita communiter omnes Dd. sentire refert *Gaid. Pap decis. 48. in pr.* præstantur enim laudemia, pro inuestitura & admissione noui possessoris, quæ ratio etiam militat in donatario.

Quale est iudicium, talis etiam proportionaliter erit recognitio; & quæ nimirum, vbi tantum de petitorio est pronunciatum, nullum in petitorio præiudicium faciet, & igitur recte iudicatum fuit Arrest. 21. Quid autem sit, *huiusmodi recognitionem spectare hypothecam* non satis capio: legendum putabam, *petitorium*: Et mox tamen, sequitur de hypotheca rursus, vbi capio multo minus, quod dicitur, *licet hypotheca sit, eam tamen in personam esse.* Id quidem pro monstro est, quod hypotheca sit in personam.

Commu-

Communissima sententia est, quam autor & ipse sup. probauit, quod per locationem in longum tempus aliquod ius in re transferatur: ob quod & hoc casu putant laudemia deberi: contra quam sententiam disputat *Ant. Faber decad.* 100. *de err. pragm. cap.* 5. *& 6.* sed eam nos ibid. defendimus. Quod locatio hæc sit species quædam alienationis, ea iis textibus confirmant Dd. quibus in rem actio huic conductori datur, nemo autem, vt puto, huc adduci textus, citatos in Nota: nec illi quidquam ad rem faciunt. Quid vero est quod ait author, *venditiones deberi?* non nisi insubtiliter ita dici potest, puto intelligi, partem pretii, quæ alicubi solui solet.

Insubtiliter & contorte disputat Arrest. 3. Inprimis nihil ad rem faciunt citati textus in *l. Cæsar. & in l. nauigia.* Illud explicandum erat, quisnam sit emptor necessarius: Ex diuisione non deberi laudemia certum est, sed quæritur si res cum non commodam recipetet diuisionem, vnl adiudicata est, ita vt alteri partem pretii refunderet: an tum saltem pro parte debeantur laudemia. Quæritur & magis, si res, necessitate & ratione diuidendi ita exposceote, alteri extraneo licitatore vendita est, ita vt inter heredes precium diuideretur, an tunc debeantur laudemia. Et ita responder quo ad priorem quæst. *Guid. Pap. decis.* 48. quod laudemia non debeantur, quomodo & iudicatum fuisse hoc ipso Arr. refert author: & tamen Guidonem Pap. allegat pro dissentiente: cuius fide etiam Bart. allegauit author in *l. fin. de condiction furt.* vbi de hae re verbum nullum, sed in *l. & ideo num. vlt.* tractat istum casum, docens, quod duo vt heredes possint etiam ignorante domino inter se diuidere fundum emphyteuticum, ad quod inducit *l. volunt as C. de fideicomm.* & inde porro scribit ibid. quod si inter se diuidant ipsi heredes, domino portio *l. vlt. C. de iure Emphyt.* non debeatur: quæ cum ipsa sit sententia Arrest. hoius, iure quis tantam socordiam miretor, citantis vt diuersos, qui omnino consentiunt: cum præsertim Bart. ibi non loquatur vel verbulo de licitatione & venditione per iudicem celebrata. Porro *Iason in l. 3. C. de iure emphyt. numer.* 114. nihil de laudemiis, sed hoc tantu, quod vbi ita sit diuisio, vt vnus totam rem habeat, opus sit consensu domini: (quæ tamen opinio eius non videtur vera) quas quæst. male inter se autor confundere videtur. Sicut & rursus diuersa quæstio est, an debeantur laudemia, si res publica authoritate ex decreto vendita sit: quod longe pluribus casibus, quam ex causa diuisionis contingit, vbi non potest placere sententia autoris, vt ea demum venditio sit hac in re, & dicatur necessaria: quæ vtrimque ea parte venditoris & emptoris talis est: via enim vmquam aut rarissime talis casus contingit: & prorsus aliena à mente Interpp. huiusmodi alienationis necessitatis definitio est: vt intelligere licet ex his quæ scribunt *Iason in l. 3. C. de iur. emphyt. numer.* 48. *& 113. Tiraquell. de retr. lign. §. 1. gloss. 14. num. 15. & seqq. Cravett. consil.* 215. Et de laudemiis ex causa diuisionis præstandis adde late *Ant. Fab. de err. pragm. dec.* 98. *cap.* 4. 5. *& 6.* & quæ nos ibidem disputauimus.

Mirum, si author satis intellexerit, quæ scripsit *Arrest.* 24. Illud vtique constat, quod si post tempus retrouenditioni præfixum, fiat redemtio, laudemia etiam hic debeantur: quia non sit venditio hic vigore pacti, sed ex libero arbitrio: Itaque non est adhibenda distinctio an luitio aut redemptio fiat intra tempus, an post tempus; hoc etenim casu dubitatio inepta & pene stulta est, eeteroquin Tiraquell. citato loco *numer.* 20. distinguit, an pactum de retrouendendo adiectum sit incontinenti, an vero ex interuallo. Et illo quidem casu ex primo contractu saltem deberi laudemia, non etiam ex secundo: hoc autem deberi ea vtroque: Rationem eandem puto esse quam iam dixi: quod illo casu venditio fit retro vigore ipsius contractus, cui fuit adiectum pactum; & adeo ea necessitate: non autem hoc: quoniam pactum ex interuallo adiectum, ad actionem non prodest. Nec tamen ea traditio & distinctio dubiu caret. Cum enim vtraque venditio prima & secunda sint diuersi & perfecti seorsim actus, & ex vtroque mutetur possessor, ego potius dixerim vtroque casu deberi domino laudemia: & imputent sibi partes, qui ita & eom hoc pacto contraxerunt: neque necessaria alienatio vere dici potest, quæ descendit ex conuentione. Ceterum sententiam Tiraquell. secutum est parlamentum Arr. hic præposito, in quo ego illud non satis capio, quod pretii quod pro cessione iuris redimendi Berardett dederunt, laudemia & partem (quam & ipsi obtulerunt) coacti fuerunt soluere domino directo. Ius enim hoc cedendi actionem, & facultatem redimendi, proprietario prorsus iure est venditoris, non vero emphyteuticum, & diuersissimum prorsus ab ipsa re Emphyteutica: & cum laudemia debeantur sioe ob consensum præstitum venditioni, siue ob inuestituram & admissionem noui possessoris: vtique vt ius redimendi vendere aut cedere liceat, non opus est consensu domini directi, nec hic vlla interuenit inuestitura aut inductio in possessionem. Nec dubito quin hactenus malesit iudicatum. Porro de quæstionibus hac in re variis, si contractus initio sit nullus, vel postea aut rescindatur aut resoluatur, aut si partes ab eo vltro sioe rebus integris, siue non, recesserint, an omnino & an simplex an vero duplex debeatur laudemium vid. late *Tiraquell. d. loco numer.* 5. *& seqq. vsque ad* 20. *& Ant. Fab. de err. pragm. dec.* 95. *per tot. & dec.* 96. *err.* 1. *&* 2. *& dec.* 97. *c.* 1. & quæ nos ibid. commentati sumus.

Arrest. 25. materiam, an laudemia debeantur ex causa dotis, vide tractatum apud *Guid. Pap. decis.* 48. (vbi dicit ex dote inæstimato data non deberi laudemia) *Specul. de Emphyt. num.* 134. (vbi affirmat, si dos æstimato data sit, deberi laudemium) *Aufrer. ad Capell. Tholos decis.* 278. *in fin Iason in l. 3. C. de iur. emphyt. quæst. nona num.* 49. (vbi, etiam si res æstimato in dotem data sit, laudemia negat deberi) *Tiraquell de retr. gentil. §. 1. gloss.* 14 *num.* 95. *&* 108. *Crauett. consil.* 215. *Ant. Fab. de err pragm. decis.* 99. *c.* 1. *cum seqq.* cuius disputationem contra Interpp. nos ibidem confutauimus. In specie autem proposita *Arrest.* 25. illud facit, quod pater ios reluendi sibi reseruauit.

Arr. 27. bene iudicatum videtur, quippe cum nouus possessor substituatur, & venditio contrahatur: vt merito dominus directus laudemia postulet, sed rationes quibus in vtramque partem vtitur author, ego non capio, & videntur illæ ineptæ.

Arr. 28. in pr. non capio, quomodo habeatur dotum & quare, vt nouus dominus vtilis venditione aut alio modo rem adeptus, recognoscat à domino directo; (ita enim loqui debuit, aut ego non intelligo) 2. non capio, quid sit noua soecessio subditi directi: videtur intelligere (sed verba ineptissima sunt)

sunt) directam (quæ & ipsa inepte ita dicitur) successionem descendentium. Et sane dura ea sententia est, vt hæres filius patris soluat laudemia, & ea sententia est dubio procul communiter damnata: Quin tamen consuetudine tale quid introduci possit, non dubitem; nam reuera filius nouus possessor est, & quod proponitur in *l. in suis 11. de liber. & posthum.* non veritas sed mera est fictio est. Cetera quoq; & casum propositum non satis adsequor.

Arrest. 29. parum subtiliter coniungit casus quibus contractus aut nullus est aut rescinditur. Et vbi extraordinario remedio, ætatis fauore in dultæ, rescinditur contractus, nulla ratio est, vt dominus directus restituat laudemia: sed ratio dubitandi esse possit, vbi contractus ab initio fuit nullus: cum enim consensu omnium hoc casu laudemia non debeantur, ea tamquam indebite soluta videantur condici posse. Quid autem sit, *ex contractu pignoratitio fundum emere*, non intelligo.

Sententiam *Guid. Pap.* Arrest. 30. relatam, satis ibidem confutauit additionator: Quod domino debeantur laudemia statim perfecta venditione, & ante traditionem quoque secutam, communiter statuunt Interpp. *Amed. de Ponte quæst. laudem. 38. Tiraquell. de retract. lign. § 1. gloss. 2. num* 50. & nos eam sententiam contra nugas Anton. Fabri *de err. pragmat. decad. 93. cap. 3. & 4.* defendimus.

Quid vero est At est. 31 *possessores fundorum, ob impetrante possessorium.* Ergone duo eandem rem in solidum possidebunt? vtique, ex sententia Sabini, quam ego contra Neratianos & Paulum *in l. 3. de adq. poss.* veram censeo, sed diuerso nimirum genere possessionis, vt alter ciuiliter, alter naturaliter possideat, quod alibi demonstraui: aliter verba ista defendi non possunt. Cetera quæ hic tractantur de iure domini, videntur defendi in iis terris, in quibus obtinet regula, cuius non semel facta supra est mentio: *nullus fundus sine domino*: ceteroquin posito iure, quod, vt communissime Dd. tradunt, res in dubio præsumatur libera & allodialis, nimis absurdum sit, domino concedere ius istud iniiciendi manus.

Non habeo quod disputem de columbariis *ad art. 32.* solent sane columbæ segetibus nocere: vt forte vicinorum interesse possit, ne quis nimis multas alat columbas.

De prædio in dotem dato an ex ea causa debeantur laudemia actum est sup. *Arrest.* 25. Arrest. autem 34. specialis ratio est, quod prædium non à patre, sed à fratre sorori datum est, tanquam ad eam ex hereditate paterna pertinens: liberi autem succedentes patri non soluunt laudemia.

Feudum inuito domino, refutari posse constat: in emphyteusi secus esse etiam constat. Idque est, deserere possessionem vel non, id est, vt emphyteuta cogatur præstare canonem, etiamsi fundo cedere velit: sed feudo si vasallus cedere velit, amplius seruitia domino præstare non tenea tur. Consuetudo cuius meminit *Arrest.* 36. permittere hoc videtur & emphyteutæ, qui sane quidam conductor est: & quæ ratio fuerit, propter quam huius hoc arrest. 36. fuit negatum, non satis assequor: aut an illa consuetudo ad simplicem solom conductionem pertinet? Ita sane magis repugnabit nostro iuri: facilius enim est, & iuri magis consentaneum, vt emphyteutæ hoc quam simplici conductori permittatur.

APPENDICES Arrest. 3. obscurum est. Nam 1. quid est, *manum inicere*: an propria auctoritate & sine iudice capere? (hæc enim est manus iniectio) Id quidem nimis fuerit durum, sed & vt tam facile & per iudicem quis protinus in possessionem immittatur, non sit satis æquum 2. pro qua re illud facere poterit? an pro laudemio, an, quod magis videtur, pro mercede aut canone. 3. quomodo iniiciet manum ei quod principali conductori debetur? & quis tandem est hic principalis conductor, & quis alter minus principalis? Non tanti ista sunt, vt moremur.

Arrest. 4. dominus dominans, rectius dictus fuisset directus. Vasallum subinfeudare posse: Emphyteutam quoque locare posse non dubitatur.

Arrest. 6. & in notis & Arrest. 8. rursus tractatur id, quod sæpius supra, an fundus præsumendus sit subiectus censui aut pensioni & sub domino directo alterius; an allodialis & Francus: & hoc casu supra monuimus, non teneri possessorem, fateri vel rogare fundum esse liberum vel subiectum; sed manere in statu suo & præsumptione libertatis, donec alius ius suum probauerit, quod *Arr.* 8. confirmatur.

Quod emtor, euicta sibi parte à toto possit discedere, quomodo in genere procedere possit, non animaduerto. In specie *l. tutor* 47. *§. 1. de minorib. & l. ædiles* 38. *§. cum autem de ædil. Edicto.* res agitur inter ipsum emtorem & venditorem. Atquin pone, Caius vendidit Seio fundum, huius partem tertius euincit: quomodo Seius deseret alteram partem? nec video actionem iure nostro, qua Caius venditor cogatur partem alteram ad se recipere: sed illud saltem video, quod Seius ob partem euictam possit agere de euictione, in quam sane actionem & hoc quoque venire fatebor, quanti Seii interest, totum habere fundum potius quam partem.

Sententia Arresti 10. est, contractu resoluto non deberi laudemia de quo sup. diximus: idque facilius obtinet in specie Art. 10. quod venditor necdum possessionem tradidit.

Iure nostro constat, Emphyteutam qui vendere vult, hoc prius denuntiare domino debere, qui si offerat idem pretium, aliis omnibus emptoribus præfertur. *l. 3. C. de iure emphyteu.* secundum hoc (an moribus Galliæ aliter habeat, ignoro) manifesto falsum est, quod ait *Arrest.* 81. directum dominum, non nisi finita facultate luendi, ius prælationis habere. Amplius ibidem falsum, quod sequitur, tum demum laudemia deberi. Et quid enim si simpliciter pactum sit de reuendendo, an triginta annis expectabit dominus? Et repugnat id amplius his, quæ sup. h. t. *arrest.* 24. dicta fuerunt, & verissima sunt: quod nimirum, licet pactum de reuendendo adiectum sit, attamen, quia contractus ita perfectus est, debeantur statim laudemia: est autem facilius, vt facta post modum retrouenditione, postquam iam res redit ad priorem causam, dominus non possit exigere laudemia; vt *d. Arresto* 24. diximus. In versic. *super eo*, noua quæstio quæ adfertur, apertius proponenda erat: nimirum, v. c. quidam directus dominus locauit emolumentum dominii directi, quod consistit in percipiendis laudemiis, & elocauit ad triennium. Sub finem triennii alienauit Emphyteuta fundum, & finito plane triennio petita fuit inuestitura: quæritur an conductori, an directo domino, laudemia debeantur: & ita an tempus alienationis, an petitæ inuestituræ spectetur, v. de hac re in genere tractantea

ctantes (nam & alij casus circa hanc rem contingere possunt) *Amod. de Ponte in qq. laudem.q.38. Guid. Pap. decis.535. Boer.decis.5 nu.20.22.& 23. Anton. Fabr. de err. pragmat. decis.97. cap. 6. cum 4.seqq.* cuius disputationem contra Dd. nos ibidem confutauimus. Amplius quod ait *in f. Arrest.* vbi res venit cum pacto reuendendi, venditionem resolui sub conditione, falsum est: neque enim hoc pactum est resolutorium, ad quod adeo male refertur, quod de pactis resolutoriis, qualia sunt pactum commissorium & in diem addictionis, alibi scriptum est. *add. de vectigalib.tit.vlt.h.lib. Arrest.9.*

Ad eandem materiam pertinere videtur *Arrest.* 12. sed ibi quæro, quid sit *venditio fidei*, & venditionem fieri sub conditione, vt sub hasta vendatur, vel hypothecas purgandas, quæ sunt verborum portenta.

AD TIT. III.

De tributis exigendis, &c.

Conueuit fere inter Politicos, subditos qua subditos simpliciter non esse obnoxios ad hoc, vt de bonis suis tributa soluant, sed necessitate ita exigente, principem id teneri petere à subditis, vt eorum consensu tributa exigantur: & quæ adeo non sint perpetua, verum caosa indicendi cessante, cessent & ipsa. Ita in populis, qui moderato imperio reguntur, & quorum consensu principes regnant: quo numero non illos tantum habeo, qui electione, sed etiam hos, qui successione imperia nanciscuntur. Longe enim falluntur principes, qui ita ad se regna & Imperia, sicut priuatis fundi aut ædes obueniunt, deuolui arbitrantur. Initium imperandi ferè à consensu subditorum, ortum est, qui eandem virtutem, ob quam se aliorum Imperio submiserant, cum etiam in liberis sibi pollicerentur, horum quoq; imperium nō grauati subierunt, quod præsertim nollent, gratiam & merita parentum perire cum ipsis. Sed, ne euagemur, & redeamus eo, vnde digressi sumus; principes populis bello subactis & eorum prædiis tributa imponere soliti fuerunt. Id perpetuo fecerunt Romani, qui prouincias bello subactas tributarias fecerunt: vnde prædia omnia in prouinciis tributaria dicta: quin imo quasi in recognitionem dominij directi, quod populus Romanus in omnia prædia bello subacta habebat, tributum illud exegisse videntur Romani. Et tamen possit istud referri sub vnum quatuor illorum casuum quorum meminit tubtic.qui nimirum sunt, vt refert *Boer.216.decis.* pro militis, pro elocanda filia, pro voto transmarino, & pro domini ab hostibus capti, redemptione. Etenim Romani in vsum militiæ exegerunt illa tributa, & præcipue pro militaribus stipendiis. Ita Cetialis lib. 4. historiarum Taciti: neque quies gentium sine armis, neq; arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Porro nō mihi videtur hæc res ab autore rectè comparari cum vsucapione rerum priuatarum. Et si hoc ius principum est, vt in casibus eiusmodi tributa exigere possint, vllam non crediderim obstare præscriptionem. Et autor ita disputare videtur, quasi nec in his casibus ius exigendi habeat princeps, & quod illi tantum subditi obligati sint ad soluendum, qui semel in hoc consenserunt, & quod princeps hoc ius præscriptione sibi quærere habeat necesse. Ego contra puto, regem & principem qua tales, habere facultatem & ius hoc, vt tributa exigant, suadente necessitate, dummodo eo iure ne abutantur, neque id faciant cum acerbitate, & imo id faciant cum consensu subditorum, quibus persuadeant, ne necessitati obluctentur.

Ex æquitate Canonica spuriæ filiæ quoq; dotem dare teneri volunt Interpp. sed id ego haud facile ita, contra quam putat autor *Arrest.2* extendendum crediderim, vt ea hæc causa tributa, quorum exactio odiosa est, possint subditis indici: qua de re & est *Arrest.2.infr.lib.20.de testam.v. Gabr.Palaot.Tr.de spuriis cap. 49.& 50.adde Menoch.3.præsumpt.15.nu. vlt. Couuarr.de matrim.p.2.c.8.§.6.nu.15.*

Arrest 3. initio duos proponit casus, quibus subditi pro elocatione coguntur conferre. Inde subdit *Idem & tantundem, &c.* Et ergo hic quoq; coguntur subditi. At enim mox subiicit, casum liberalis collationis, quæ fiat citra consequentiam. Et ergo non coguntur ita subditi conferre: & consequenter nō est hic idem nec tantundem. Quæstio alia est, an frater dotare sororem teneatur, quod de cōsanguinea fere affirmant Dd.*v.Iason.in l.1 sol.mat.nu.29. Tessaure decis.192. Menoch.3 præsumpt.26. & 2. de arbitr. casu 88. nu.36.Wesemb.parat.de iur.dot.nu.3.* Quod hoc accommōdat ad hanc tractationem de tributis exigendis, & quidem in terminis quibus pater superstes est, oportet fingere fratrē, qui propria ratione subditos adquisiuit. Et apparet fere ex hic tractatis, non tam authorem de domino supremo, quam inferioribus dominis agere, & qui superiorem recogoscunt, & quærere an hi subditos suos, ex iam dictis causis collectare possint: idque ex *Arrest.* 4. magis etiam patet: ex *Arrest.* 5. vbi agitatur de quantitate huiusmodi tributi, quod scilicet extraordinarium tantum est. Et sane multum est, vt subditi teneantur soluere reditus duplicatos vnius anni, id est dūplum eius, quantum quisq; vno anno ex bonis suis percipit, & ita reditus duorum annorum. Quod sane præstare illi non possint, nisi parte bonorum suorum diuendita aut consumpta: prorsus an summa excreuerit in immensum: aut ego non intelligo, quid autor sibi velit.

Quæ sit oppositio *Arrest.6.* domini directi & iustitiarij, ego non satis intelligo. Cyoom autem male hic allegari satis scio.

Arrest.7. totidem pene verbis relatum est *sup.lib.5. tit.11. Arrest.38* quæ insignis socordia est. Et Arrest. quoq; 2. appendicis supra relatum fuit *eod.tit.11.& d. Arrest.2.* quartut casus bis ponitur.

Mirum est, quomodo TIT. V. 2. *Arrest.* ius excubiarum censeatur pars agri, aut quomodo possit haberi pro fructibus agri pendentibus, vt non nisi inepte citetur *l.fructus de rei vindic.* Istud quidem excusari nulla ratione potest.

Valde quoq; subtiliter scil. *Arrest.3.* dicitur percéprio iuris excubiatum, & quod ius excubiarū consistat in vino frumento, &c. Hæc flagitia sunt verborum. Dubium quod hoc *Arrest.5.* proponitur, idem plane est cum eo, quod tractatur *Arrest.2.tit.praced.* Et quod rem ipsam attinet, *Iac. de S.Georg.* ad quem prouocat *in Tract. de Roidis* sine operis non ita, vt refert autor, distinguit, nec pro multiplicatione concludit: Et reuera ioiquum fuerit, vt si v. c. paterfamilias aliquis singulis annis debeat plaustrum vini, liberi eius tres quatuorve, qui defuncto patre separatim habitant, singuli plaustrum, & ita pro vno, quatuor vel tria plaustra debeant numerare: quod quidem autor cēset, sed minime censet iam dictus Iacobus, qui in *Tr.* illo statim post principium ita quidem distinguit, post Martinum da Fano, quod v.c. seruitium debetur, aut ratione mansi vel feudi, vel pte-

prædij: aot ratione homagij seu ratione personæ obligatæ: Ita quidem inquam distinguit, sed aliter concludit. Nimirum, quod priori casu illi ad quos tractoeunt ea bona teneantur pro parte: posteriori casu autem subdistinguit, quod aut diuiduum sit, quod debetur, & tunc quilibet teneatur pro virili, aut indiuiduum, & tunc singuli teneantur in solidum, sed ita, vt vno exacto vel soluente, cæteri liberentur, contra quos, qui totum soluit, pro partibus habeat regressum. Quod sententiæ autoris ex diametro est contrarium.

Quid sibi velit *in pr. Arrest.* 4. oon intelligo.

AD TITVLVM VI.

De Angariis.

ERe est subditorum, vt operæ quas debeant, determinentur: nam alias si operas ad arbitrium dominorum præstare teneantur, quod vocant vngemeſſene Frohn, nimis exhauriuntur. Illud *Arrest.* 1. notandum, quod à sententia arbitrorum appellatur, præter rationem iuris communis.

Moderatio operarum est arbitraria, nec vbique eadem esse potest: vt nihil mirum sit, si eum *Arrest.* 1. operæ taxatæ sint numero duodenario: *Arrest* 2 sint reductæ ad numerum octonarium. Rationem differentiæ quam reddit autor, ego non capio, nec vlla ratione assequi valeo, quomodo operæ in *Arrest.* 2. sint pure reales, sed in *Arrest.* 1. personales: cum tamen vtrobique vehiculorum, boum iumentorum, &c. mendio fiat: & amplius non capio, quomodo operæ possint dici pure reales. Est alia diuersitas, quod *Arrest.* 2. simpliciter iubetur dominus alimenta præbere rusticis & animalibus eorum, dum operantur, sed *Arrest.* 1. tum demum, si eodie domum non possint re ire: quæ differentia, sed parum eleganbus verbis notatur *in verf. alimentorum.* Textus citati probant alimeota non deberi, nisi tum, vbi ita occupatur libertus, & ita operis eius vitiur patronus, vt ipse sibi alimenta parare aliunde non possit.

Miror ad firmandum Arrestum 3. ab autore adduci *l.* 13 §. 2. *& l.* 24. *de oper. lib.* & vel hine intelligas, quantus ICtus fuerit autor, qui illoa textus prorsus oon intellexit.

AD TIT. VII.

De thesauro reperto.

NEscio quo iure thesauri pars dimidia fuerit adiudicata regi, quamuis id nō factum sit sine ratione: nam & alij principes id fecerunt, vt inter regalium in thesauris vbicunque repertis sua aliquod vindicarent, vt appareex *l. vn. C. de thesaur. & ex textibus. C. Theod. eod. tit. & N.* 51. *Leonis.* 2. *Feud.* 56. Rationes hæ reddi possunt, siue quod peccat contra constitutiones, qui sepelit pecuniam: siue quod fiscus interim tributis eius pecuniæ priuatus est, siue quod res nullius, & quæ vtique non est pars fundi quasi iure territorij ad principem videtur pertinere. Nota subiecta castigatione indiget: Ait, *in nostro fundo, siue profano, siue religioso.* At enim res religiosæ in nullius bonis sunt: & præterea, quod totus sit inuentoris, pugnat cum *l.* 3. § 10. *de iur. fisci.* quem variè Interpp. cum §. *thesauros inst. de rer. diu.* conciliare nituntur. Quod thesaurum in loco sacro repertum totum Ecclesiæ & pauperibus tribuit, pugnat cum *d.* §. *thesauros.* & ad minimum dimidia inuentoris esse debeat.

Quod TITVL. VIII. *Arrest.* 1. ait in bannalibus, vt vocant, moleudinis, Bannmühlen/ necesse esse, vt boratum 24. spatio molantur frumenta, non puto obseruari, & qui possit, si forte nimis multa frumenta molenda fuerint aduecta. *Arrest* 3. rectè negat requiri titulum: quoniam ipsa patientia & scientia subditorum pro titulo est.

AD TITVL. IX.

De Vectigalibus.

IN quæstione *Arrest.* 2. distinctio apertissima est, an posterior licitator admissus sit necne, de quo posteriori casu haud dubie loquitur Bartolus *in l. licitatio, ff. de public.* arg. citati textus *in L. Sabinus dem diem addict.* Quæ distinctio certa est, nec moror, quæ late & passim incongruis verbis disputantur hoc loco.

Quod ex *l. si quis C. de vectigal.* mulcta ad eum pertineat, qui pedagium conduxit, falsum est: etenim agitur ibi non de conductoribus vectigalis, sed qui omnino totas Salinas conduxerunt, & iure sibi cōcesso monopolium exercent: cæteroquin plusquam certum est, si quæ res ob non factam professionem in commissum ciderit, eam non publicanorū, sed fisci lucro cedere. Bella porro allegatio est, *ita notatur in l. creditor C. de iure emph.* & à quo vero: & præterea sub illo tit. nullus eiusmodi extat textus.

Arrest. 4. ait autor, mulctam irrogatam ad fiscum pertinere, non vero ad publicanum. Cui non video, qui non contradicat *Arrest.* 9: vbi expresse ait, quod ad publicanum mulcta pertineat. An forte intelligit, eum qui conduxit mulctaa, arg. *Arrest. appendicis?* Verum eo concesso, quod mulcta publicani sit, non leuis dubitatio est, de eo, quod subiicitur *d. Arrest.* 9. eius publicani mulctam debere esse, qui tempore sententiæ est publicanus, non qui tempore litis motæ. Ista vero falsa est sententia, adeo quidem, vt eius publicani debeat esse mulcta, qui fuit tempore commissi delicti, licet lis needum mota fuerit: eaque est communis Dd. sententia v. citatos *sup. b. lib. tit.* 2. appendicis *Arrest.* 11.

Otiose disputat *Arrest.* 11. in secunda parte & negatiua verissima est, ob id enim quod ex necessitate officij quid facit, conueniri non potest. Prima pars longe certior est: cum nec creditor, qui rem pignoratam in suum commodum distrahit, teneatur de euictione: & de commissario, vt ita loquar est in terminis *l. si plus* 74. §. 1. *de euict.*

De materia *Arrest.* 12 *v. Dd. & inprimis Sichard, in l. Si eo* 8, *C. locati & in l. si merces* 15. §. *vis maior* 6. *ff. eod. Menoch.* 2. *arbitr. cent.* 1. *casu* 76. *Gomez.* 2. *var resol.* 3. *num.* 18. *Couarr. pract. quæst.* 30. *Gail.* 2. *obs.* 23. *Pinell, ad l.* 2. *C. de rescind vend. part.* 1 *cap.* 3. *nu.* 21. *& seqq.* Constat ob sterilitatem, remitti pensionem. Limitationem tradit Notator, nisi locatio sit facta v. c. ad 7. annos, quia tum sequentium vel præcedentium annorum vbertate compensari sterilitas possit. Limitatio & ratio ipsa inepta est: Et quid si enim continuata sit sterilitas, aut saltem nulla vbertas? Et possit etiam statim proximo anno contingere vbertas, atq; ita iuxta hanc rationem neganda esset remissio pensionis, si conductio saltem ad duos vel tres annos facta fuisset. Iudicium hic defecit Notatorem.

AD

AD LIBRVM XIV.

TITVL. I.

De seruitutibus, &c.

IN ingressu huius libri & *Arrest.* 1. insignis occurrit ignorantia authoris & aliorum, quos celeberrimos viros appellat, qui putarunt, actionem negatoriam & cōfessoriam potius esse Interdicta quam actiones in rem. Id enim perspicue falsum: & esse istas vere actiones in rem & iudicia petitoria ostendunt, tum §. *æque inst. de action. tot. tit. ff. si seru. vind.* tum, quod interdicta istis actionibus opponuntur *l. etsi* 6. §. 1. *l. sicut* 8. §. *Aristo.* 5. *in fin. si seru. vindic.* nec vllus Interpp. aliter sentit: ne dicam, quod ipsa quoq; interdicta & vtiles actiones, quæ hodie dantur ex causa retinendæ & maxime adipiscendæ possessionis, in rem sunt, prorsus huic Arresto nigrum Theta est præfigendum.

Sententia *Arrest.* 2. non probatur *l. si quis* 12. *de relig.* qnia speciale est fauore religionis, nec etiam per *l.* 15. *de vsufr. leg. l. binas,* (*alias l. Gaurus*) 10. *de seru. vrb. præd.* quoniam vsusfructus legatus hoc efficit: & multo minus per *auth. agricultores. C. quæ res pign.* & *Bart. in l.* 1. *de seru. leg.* notat, speciale esse in itinere ad sepulchrū per *d. l.* 12. Æquitas tamen ex causa admittere hanc sententiam possit.

Distinctionem in Iᵒ *Arrest.* 4. propositam apud Innoc. non reperio, & ea sane inepta est, nec potest ista seruitus, eo sensu quo vulgo Dd. hoc accipiunt, dici habere causam continuam. Porro veritati iuris cōsona est sententia, qnaavis seruitutes longo tempore præscribi posse *l.* 10. *si seru. vindic. l. vlt. in f. C. de long. tem. præscr.* sed textibus quibusdam male intellectis decepti Interpp. introduxerant opinionem & distinctionem, quæ hoc Arr. traditur, & *Md. Myns.* 4. *obs.* 53. *Castr. in d. l.* 10. *Cyn. in l.* 1. *C. de seru. nu.* 6. *gl. in l.* 2. *C. eod.* & *in l.* 14. *ff. eod.* Quod solus titulus tantum possit, quantum præscriptio immemorialis falsum est: Et quid enim si, qui seruitutē concessit, non dominus fundi, sed possessor bonæ fidei tātum fuerit? Quod subiicit de annuo tributo pro iure pascendi, quale sit, non intelligo, & quorsum præscriptio, vbi emptio intercessit. Sed & interest, qua mente quis annuam acceperit pecuniam, an vt ita venditam vellet seruitutem, an vt quamdiu liberet ipsi, pro pecunia pascendi ius concederet: in quibus terminis absurdum nimis foret, præscriptione adquiri perpetuam seruitutem.

Castrensis *in l. Diuus de seru. rust. præd.* diserte distinguit, inter ea, quæ possunt videri competere iure meræ facultatis, ex iure gentium; & quæ non, in quibus etiam per vnicum aliquem actum ius adquiri putat: itaq; aperte & iniuriam facit autor *Arrest.* 10. qui procul dubio differentiam istam non intellexit: nam & perspicue falsum est, quod ius pascendi in alieno, sit ex numero eorum, quæ dicuntur meræ facultatis: cum imo hoc non liceat, nisi constituto iure seruitutis; nisi forte aliter Gallia obseruat.

Arrest. 11. *vers. in hac materia, &c.* ieiuna & reuera inepta dissertatio & tractatio est, & quæ rem istam, an quis possit vicini opus, ex quo damnum sentit, inhibere, nullo modo exhaurit & explicat, imo nihil plane explicat. Regula plane est, quod quisq; in suo libere quod velit, facere possit, nisi seruitutem vicino debeat; sub hac tamen limitatione, nisi pateat, nullo facientis commodo tantum hoc agi, vt vicino noceatur: nec enim malitiis indulgendum est. Et porro ita fodere in tuo, vt alterius ædes & parietem subruas, non licet, cum & speciali Edicto, de damno infecto prætor huic rei prouiderit.

AD TITVL. II.

De vsufructu.

QVod vsusfructus bonorum relictus vxori, tantum pertineat ad alimēta, vbi liberi supersunt, potest quidem induci consuetudine aut statuto, sicut & de consuetudine disputat *Bart. in l. Titia* 34. §. *vlt. de legat.* 2. & alij quoq; citati in Nota, prouocant ad consuetudinem: sed iure nostro id verum non est, & modo liberi habeant legitimā saluam iuxta *Nou.* 18. *c.* 3. vxor ex voluntate defuncti vsumfructū integrum habebit. Porro, vt iuxta *Arrest.* 1. ius collectandi in quatuor casibus, tantum cōpetat proprietario, facile probo, enim ista tributorū genera, sint extraordinaria & odiosa. Et in fœmina fructuaria, nec possit esse locus collectæ ob captiuitatem bellicam & equestrem dignitatem, aut iter transmarinum.

Miror *Arrest.* 2. parlamenti sententiam inferioris iudicis fuisse confirmatam, & nihil plane faciunt rationes Seruini quas commendat autor. Vtiq; quis ferat, vt debitor legando vsumfructū omnium bonorum, possit conditionem creditoris facere deteriorem? & vt creditor cogatur persequi bonorum nudam proprietatem, vt vxori saluus sit vsusfructus integer? Miror, inquam, fugisse hos homines, quod certi & manifesti iuris est bonorum tantum intelligi vsumfructum, quæ supersunt deducto ære alieno *l. vlt. de vsufr. leg.* Itaq; creditori ante omnia pleno iure ex bonis defuncti debitori debuit satisfieri: in residuo debitus vsusfructus tantum vxori fuit.

Ratio *Arrest* 3. pendet à ratione alimentorum: Et ob hue ipsum distingui oportebit inter maritum & vxorem, quoniam regulariter viri, pluribus alimentis indigent: Et si v. c. aliquot amphoræ vini reseruati vel annuatim solui fuerint, mortua vxore, dimidium tantum vt præstetur viro, rationi repugnat: Atq; ita ista sententia autoris limitanda & declaranda erit.

Arrest. 5. videtur simpliciter adfirmare, quod si quis ingrediatur ordinem mendicantium, finiatur vsusfructus. Id non conuenit communi obseruationi. Puto enim cæteros mendicantium ordines præter Franciscanos, quin & aliquas familias ex his, bona possidere posse. Itaq; non poterit finiri vsusfructus ob professionem, de qua c. *v. Bart.* & *Dd. in auth. ingressi, C. de SS. Eccl. Pinell. in l.* 1. *C. de bon. mat. p.* 1. *nu.* 47. *Couarr. in c.* 2. *de testam. nu.* 8.

Arrest. 6. male confunditur duplex quæstio. Vna est de vsufructuario, qui male vtitur, cōtra quem agitur ex stipulatione (iuxta *tot. tit. vsufr. quemadm. cau.*) qua promisit, se vsurum viri boni arbitratu, sed *in pr. Arr.* pponitur pater fructuarius, & qui satisdationē nō præstitit, & poterit forte ita abuti, vt nec præstita satisdatione ipsi res permitti, sed potius sequestrari debeat, quod & in terminis fructuarij, qui satisdare non potest, pleriq; statuunt, de quo *v. Gail.* 2. *obs.* 47. Altera quæstio, extra casum abusus est, an pater ad satisdationem admitti debeat, qua in re offendit autor, dum opinionē Socini, qui de eo, qui abutitur re tractat facit cōtrariam ei, quæ admittit satisdationē, & in terminis scil. diuersis quibus nō ponimus fructuariū re abuti. Et vereor tamen ne porro quoque erret autor, qui patrē fructuariū satisdare ait; Equidem cautionibus inter filium & patrē non negarim hodie esse locum, sed quod pater fructuarius teneatur satisdare, nec *l. Liubemus, C. ad Treb.* nec ab Interpp. ibi scri-

ibi ſcriptum, & imo expreſſe patet fructuarius ab onere ſatisdandi & cauendi liberatus eſt per ſanctionem Iuſtiniani *in l. vlt. §. ſin autem 4. in fin. C. de bon. quæ lib.* Et de matre quidem reſponſum eſt, quod teneatur ſatisdare *l. hac Ed. 6. § huc illud. C. de ſec. nupt.* ſed in patre alia eſt ratio, (Accurſ. ibid.) cui & iure communi debetur vſusfructus, & qui legitimus eſt administrator: & ob id nec ſi ad ſecunda vota tranſeat pater, teneri eum ſatisdare, ſcribit *Bald. in d. §. num. 18.* & haud dubie veriſſimum eſt.

Vſumfructum ob debita poſſe diſtrahi aut creditori addici, ſalua proprietate dubium non eſt, quod proponitur *Arreſt. 8.* & nimis late: & quæ ex eo Arreſto deducit, perſpicua ſunt: ſed primum & tertium male diuellit, quæ tantum vnum caſum faciunt. Et ſcilicet pater nec contrahendo debita, nec delinquendo præiudicare hactenus filio poteſt, vt hic proprietatem amittat; ſicut nec rurſus filius præiudicare poteſt vſufructui patris, iuxta *Arreſt. ſeq. 9.* quo recte definitur, publicatis bonis filij ob delictum, integrum patri manere vſumfructum: & hactenus executio ſuſpenſa ſaltem, proprietate, quippe iam ad fiſcum delata; prorſus autem inſubtiliter dicitur filius hoc modo alienare, neq; de hoc caſu loquitur gloſſ. *in l. etſi cond. de noxal. action.*

Arreſt. 8. & 9. præſupponunt patrem habere vſumfructum in bonis filij. Diſerte contradicit *Arreſt. 10.* neque ego ea conciliandi vllam video rationem. Poſito autem eo, quod pater non habeat vſumfructum, recte mihi ſane filius in ſpecie ſecunda *Arreſt. 10.* fructus perceptos petiiſſe videtur, quos quo minus peteret ab ipſo patre, reuerentia erga patrem prohibitus videri poſſit, & vel tanto magis ipſi fauendum erat, neq; friuola in fin. allegata ratio Arreſtum iſtud tuetur.

De materia *Arreſt. 11.* attigimus aliquid ad *Arreſt. 6.* Et ſententia *d. Arreſt. 11.* quod ſimpliciter vbi ſatisdatio præſtari non poteſt, decernit ſequeſtrationem, non videtur probanda. Rectius diſtinguitur ab Interpp. an is, cui debetur vſusfructus ſit homo bonæ frugis & minime ſuſpectus: an ſecus, qui forte re ſit abuſurus. Illo caſu admitteodam cenſent cautionem iuratoriam, & ſane præſumendum non eſt, quod vidua, de qua *d. Arreſt. 10.* ſit bona dilapidatura, & præterea pertinet quadantenus ad iniuriam eius, & ipſius quodammodo defuncti mariti, qui vxorem vnice dilexit, vt res ipſi auferatur & ſequeſtro tradatur, v. de hac re *Aad. Gail. 2. obſ. 47. Bald. & alias in auth. generaliter C. de Epiſc. & cler. Rol. à Valle vol. 1. conſil. 92. Myns. 6. obſer. 48.* Porro matri ſi ſatisdationem remiſerint liberi, recte fecerint, ſed teneri eos remittere, iure non probatur, patri enim tantum hoc datum eſt: nec quidquam ad rem facit *l. iubemus C. ad Trebell.* De matre tranſeunte ad ſecundas nuptias textus eſt in terminis *in l. 6. §. huc illud. C. de ſec. nupt.* nec inde quis inferre poſſit à contrario ſenſu pro hoc Arreſto: quoniam ibi proponitur caſus quo mater ob ſecunda vota proprietatem rerum quas à marito accepit, amittit. itaq; iuris communis eſt, quod de ſatisdatione adiicitur.

Sicut legato vſufructu aut alias conſtituto pendentes fructus fiunt fructuarij, ita viciſſim eo finito, qui pendent, ſunt proprietarij, non hæredis fructuarij *§. ſi vero Inſt. de rer. diuiſ. l. ſi fructuarius 13. quib. mod. vſuſf. am. l. arboribus 12. § ſi fur l. defuncto 58. de vſufr.* Recte igitur habet *Arreſt. vlt.* Sunt qui id iniquum, & vel fructus pro rata diuidendos, aut ſaltem impenſas culturæ hæredi præſtandas putant *Cuiac. 4. feud. 30.* quorum opinio æquitatis ſpeciem habet, ſed iure deſtituitur *v. Schurff. cent. 3. conſil. 40. Hartman. Piſtor. 1. quæſt. 24. & 25. Caſtill. tr. de vſufr. cap. 78. Gail. 2. obſer. 10. nu. 3.*

AD TITVLVM III.

De vſu ſyluarum.

Vſus ſyluæ procul dubio per totam ſyluam diffuſus eſt: ſed poteſt ſane ex cauſa iudex coercere, & determinare modum: id ſolum probat in generalibus terminis *l. diuus in f. de vſu & hab.* Textus *in l. denique* nuſquam apparet.

Si pars ſyluæ his, quis ius tota vtendi habent, à iudice eſt aſſignata, rationem habet *Arreſt. 2.* vt ea parte dominus vti non poſſit, quia ea ad vſum vtriſque non ſufficeret, & in compenſationem, reliquæ ſyluæ vſus domino liber intelligitur relictus. Hoc rationem perſpicuam habet: illum autem oculatum eſſe oportet, qui viderit hoc probari ex *l. fundi de vſu & hab.* & rurſus producitur *l. denique*, quæ nuſquam eſt, ſed nec alius vllus textus ſub illo tit. ad rem facit.

In genere conſtat, vſum tantum eſſe pro neceſſitate: adeoq; eum, cui vſus tantum relictus eſt, pro ſe & familia ſua vti, vendere autem nihil poſſe *§. 1. Inſt. de vſu & hab.* Porro vſuarius quoque cauere tenetur, ſe vſurum boni viri arbitrio *l. huic 5. §. 1. vſufr. quemadm. cau.* ex qua ſtipulatione conuenitur ſi abutatur: & pœna, quæ proponitur *3. Arreſt.* priuationis, durior & extraordinaria eſt, oppoſitionem ſyluæ materiariæ & cæduæ *in d. Arreſt. 3.* non capio: vtique ſyluam cæduam eſſe oportet, ſi ad calefaciendum & ædificandum ea vtendum eſt: Quod vſus ſyluæ cæduæ, & vſusfructus facit eandem rationem, non ſatis probatur ex *l. diuus de vſu & habit.* Equidem *d. l.* indiſtincte loquitur, & in ipſo vſu fructum eſſe dicit, vt non iure vſus, ſed iure fructus vendere ligna liceat. Sed & gl. & cæteri *d. l. diuus*, explicant de caſu quo vſus ſyluæ procul remotæ fuit relictus, cæteroquin vtiq; ſylua habet vſum pro neceſſitate vſuarij, vtcumq; vendere ligna non liceat, niſi ponas regiones calidas, vbi lignis vix opus, & forte vſuarius numquam ſit ædificaturus: ſed vtique tamen pro coquendis cibis lignis opus eſt.

Arreſt. 4. iterum diſtinguit ſyluam in cæduam & materiariam, quæ oppoſitio nulla eſt, & nulla probatio ex *l. arboribus 12. de vſufr.* quæ non de ſylua nec eius vſufructu, ſed de vſufructu villæ & arboribus in agro, quæ ſunt villæ acceſſiones tractatur, & quas non niſi neceſſariæ refectionis gratia fructuarius cædere, & prorſus vendere non poteſt.

Rationem *Arreſt. 5* non intelligo, & cur noui incolæ imo tricennales ius vſus non habeant, quod vniuerſitati incolarum conceſſum eſt, & cur id tantum ad veteres reſtringatur.

Neſcio an forte *Arreſt. 6.* ratio hæc ſit; quod ex humanitate, & ob religionem videtur Domina de Rohan & anteceſſores id permiſiſſe: cæteroquin textus *l. vt pomum 7. de ſeruit.* in aliis terminis loquitur, in quibus communis eſt ſententia, nec realem, nec perſonalem ſeruitutem conſtitutam *Cepoll. de ſeru. vrb. cap. 2. nu. 8. & 9. Cuiac. 24. obſer. 22. Bart. in l. 14. §. vlt. de alim. leg. idem gl. Caſtr. Florian. in d. l. 7.* Cædere autem ligna viridia non ſpectat voluptatem, ſed eſt neceſſitatis, its cultu exigente.

Arreſt. 8. contradicit autor his, quæ ſcripſit *Arreſt. 3.* nimirum vſuarium ſyluæ cæduæ eodem iure vti, quo ſyluæ fructuarium, cædere & vendere poſſe

per l.

per l. diuo de vsu & habit. Id negat diserte hoc *Arrest.* 8. negat, inquam arbores ab vsuario cedi & vendi posse: & recte negat, quod male *Arrest.* 3. affirmat.

AD LIBRVM XV.

TITVL. I.

De Nuptiis.

SPortularum, vt ita loquar, de quibus *Arrest.* 1. modum determinare, seculare est: itaq; à magistratu Politico recte fit. Ex fin. nota artes Clericorum, qui etiam pro iure concumbendi prima nocte, pecunias exegerunt.

Præsumptio est pro matrimonio, & ob id recte hæredes mariti, interim ad restituenda & præstanda de quibus *Arrest.* 2. condemnati fuerunt.

In sponsalibus contrahendis liberorum consensus necessarius est, idq; probat citata *Arrest.* 3. *l. sponsalia* 11. *de sponsal.* sed ambigo an parentum consensus sit necessarius. Nam sponsalia ex ratione iuris nostri contrahuntur per stipulationem, ex qua & veteri iure actio ex sponsu erat: atquin filiifamil. ex omnibus contractibus etiam citra consensum parentis initis, rite obligantur, vt supra probauimus. De tutorum vel curatorum autoritate, quæ proponit, aut non recte & conturbate traduntur, aut in perspicuo cubant errore. Qui sibi vel filio suo puellam iungit fit infamis (quod ipsum tamen cum singulis annis reddantur rationes, hodie non obtinet) at minime, qui alij: multo minus in raptus crimen incidit curator, vtcunque alij sine propinquorum consensu puellam iungat, quod nimis absurde autor scribit. Quod ius Canonicum attinet, communissima est sententia, patris consensum non de necessitate, sed honestate requiri, quod tamen textus ab autore citati prorsus nõ probant, & sunt, qui etiam hoc iure Can. diuersum probari posse putant. Sed sane Concilium Tridentinum anathema dicit iis, qui de necessitate parentum consensum requiri statuunt. Potest tamen hoc non obstante magistratus secularis, nõ quidem annullare matrimonium, hoc enim eius potestatem excedit, sed ob iustas causas, pœnas irrogare his, qui sine consensu parentum contrahunt, & qui adiutorium & consilium præbent. Quod author ait, hoc nihilominus relictum esse parentibus non obstante sanctione Canonica, vt liberos exhæredent defendi non potest. Quod enim iure permittente fit, tam graui pœna coerceri nõ potest. Præterea autor errat, dũ putat *ex auth. sed si post C. de inoff. test.* (est ex *N.* 115. *c.* 3.) patrem posse ob hoc liberos exhæredare. Constitutio diserte de filia tantum loquitur (& in filio alia ratio est, cum & matrimonium sit nullum eo iure) & præterea de ea, quæ luxuriose viuit.

Quod Nota habet, benedictionem sacerdotalem esse actum essentialem, & citra eam nullam contrahi obligationem, perspicue falsum est.

Iam diximus, LL. ciuilibus, saluo matrimonio, posse coerceri liberos, qui sine consensu parentum matrimonium contrahunt. Et talis pœnæ species est, vt pater possit reuocare donationem in filium collatam. Et tamen si ponas filium in potestate esse, alias donatio iure reuocabilis est: si emancipatum ponas, iusta hæc reuocandi causa non est.

Per *l. hac Edictali 6. C. de sec. nupt.* prohibetur v. c. mulier plus conferre quacunque ratione in secundum maritum, quam in vnum ex liberis prioris matrimonij. Viro primo quidquid velit dare potest, salua liberorum legitima. Idem in secundo marito, si liberos ex primo non habeat. Et cum igitur in specie *Arrest.* 5. fateatur author, fœminam donatariam, liberis deficientibus posse de bonis donatis libere disponere, qua ratione in casibus iam propositis prohibebitur aliquid transferre in maritum? Nulla prorsus ratio dari potest. Illud autem perspicuũ est, quomodocunq; concepta sit formula donandi, eam facere nõ posse, vt contra *d. l. hac edictali. C. de sec. nupt.* aliquid facere liceat.

Pœna hæc est secundarum nuptiarum, quæ proponitur *in pr. Arrest.* 6. & quæ, cum respiciat fauorem liberorum prioris matrimonij ex cõmunissima Interpretum sententia hodieq; obtinet, nec iure Canonico sublata intelligitur. Limitari id refert autor à quibusdam, vt non procedat in donationibus mutuis, factis in casum præmorientis alterutrius. Id quidem citatus *Rom. cons.* 209. non scribit: & supra monuimus, fallaciam hic committi: neq; enim ita concepta donatio, *vt ad superstitem bona alterius perueniant*, mutua est, eo sensu, quo mutuæ & reciprocæ donationes inter coniuges valere dicuntur: cum nimirum ex parte vtraq; realiter in alterum aliquid confertur: quod in terminis istis non fit, sed tantum in vnius persona donatio obtinet & sortitur effectum: itaq; limitationẽ hanc recte improbat autor, hæc enim vt ex seqq. apparet, ipsius est mens & sententia in verbis, (sed quæ luxata & corrupta sunt) *contra §. optime Authen. de nupt.* vult enim, quod ista limitatio, quam tribuit Lud. Rom. sit iuri cõtraria, & videtur intelligere, quod hæc limitatio sit contra *Auth. de nupt.* quæ est *N.* 22, in qua *c.* 23. *& seqq.* de hac re tractatur. Statutis plane & consuetudinibus, non vno loco hac in re iure ciuili est derogatum, præsertim apud eos, quibus secundæ nuptiæ non minus probatæ quam primæ: itaq; nec mirum si Franciæ quoq; praxis aliter obseruat, sed ex ratione vitiosa, quam *inf.* proponit author, & nos paulo superius confutauimus, v. tamen alias limitationes Interpp. hac de re apud *Ant. Gabr. in comm. opin. tit. de secund. nupt. lib. concl.* 1. 2. & 3. inter quas & illa, si liberi consenserint, *Gail.* 2. *obs.* 98. *Forst. de succ. ab int. lib.* 7. *c.* 13. *nu.* 1. quæ tantum prætextus est, nec enim salua dignitate parentes liberos super hoc consulere, nec liberi salua pietate & reuerentia id negare possint. Ideoq, apertius illi, qui si modo honestę nuptię sint, liberos pro consentientibus haberi volunt. Et hæc limitatio quoq; proponitur *Arrest.* 8. cum aliis, sed omnia perperã ad ea probanda ex iure adducũtur. In eo, quod *d. Arrest.* 8. *vers. attamen* sequitur, variauit, vt solet, Iustinianus, nõ quo ad bona, quæ a coniuge obuenerunt, quorum, licet instituta hæres sit vxor, ob secunda vota proprietatẽ amittit, vt ipse autor scribit *Arrest.* 6. sed quo ad bona, quæ post mortem alterutrius coniugis à liberis obuenerunt, de qua re *v. l.* 2. *§.* 1. *C. de sec. nupt. N.* 2. *c.* 3. *& N.* 22. *c.* 46. *& Dd. in auth. ex testamento, C. de sec. nupt.* Illud autem nõ capio, quomodo ex testamento coniugis, aut ab intestato, ad alterum coniugẽ post contractas secundas nuptias aliquid peruenire possit, quomodo autor *Arrest.* 6. *in pr.* proponit. Tota autem hæc controuersia pertinet ad bona, quæ à coniuge ad coniugem, aut à liberis ad parentes peruenerunt. De bonis autem propriis, quæ, v. c. pater à patre aut auo paterno habuit, nec ratio dubia est: nec necessum erat hoc moneri *Arrest.* 8 *inf.* de quo nec anos dubitarit.

Quid sit *præcipio*, cuius verbi plurima mentio *Arrest.* 9. ego nõ intelligo. Et *d. Arr.* 9. obscuris & ineptis verbis pleraq; proponuntur. Quæ sit sentẽtia *l.* 6. *C. de sec. nupt.* vulgo notum est, & certa regula iuris, pa-

riter improbanda esse, quæ fiunt contra legem, & quæ fiunt in fraudem legis. Itaque cautelæ quibus fit fraus d. constitutioni, improbæ & nullius pretij sunt: & tractant Dd. an liberis ex secundo matrimonio natis, plusquam liberis prioris matrimonij relinqui possit, de qua re late Tessaur. in decisionibus. Cautelæ autem, quæ *d. Arrest. 9.* proponuntur, nimis sunt insubtiles: siquidem diserte & directo fit contra *d. l. 6.* si mulier, quæ ex priori coniugio liberos habet, instituat maritum in parte dimidia, vt appareat adeo ex affectione maritali eam disposuisse contra leges, & clausulam illam non amore liberorum secundi matrimonij, sed necessitate legis impolsam, imo in fraudem eius & fauore mariti adhuc adiecisse, per quam & alias optimas rationes in terminis hanc dispositionem impugnat *Bald.* (non citato ab autore loco) *part. 1. consil. 161.* In altera cautela proponenda verborum portenta loquitur autor, & quæ non capio, ea nec explicare, nec quidquam ad ea notare possum: neq; vt ita loqueretur, *præcisionem illam dimidi debere*, Cyno vnquam in mentem venit. & ei insignem iniuriam author hic facit. Scribit autem Cynus *in d. l. hac edictali nu. 9.* in terminis si vxor ex quindecim, quinque det filio prioris matrimonij, & decem marito. huic tantum detrahi, duo cum dimidio, vt ita filius prior & maritus secundus habeant æquales portiones, quod sane congruit cum *d. l. 6.* & proinde Boerius quem autor hic refert & probat, male respondit, in casu proposito, detrahendas esse marito 200. libras. Ita enim nil plum habebit filius, sed detrahendæ tantum sunt libræ centum, vt æquales fiant portiones. Quod rursus *in f. Arrest. 9.* exæquat casum quo mulier marito aut filio secundi matrimonij plus dedit, itidem errat: Licet enim parentes admoneantur æqualitatem seruare, tamen id consilium est nõ præceptum, & *d. l. 6. C. de sec. nupt.* tantum de marito loquitur, non de liberis secundi matrimonij, quibus plusquam liberis prioris matrimonij posse relinqui, licet non pauci dissentiant, communius obtinuit.

Arrest. 10. debebat citasse locum Pauli de Castro, & vero *Alexand. vol. 7. consil. 149.* non pariter vt autor ait, sed magis contra, & fauorem patris attendendum censet, qui filiam renunciare curauit: atqui non est dubium, patrem magis si non æque fauere liberis secundi matrimonij, qui omnes sibi sunt æqualiter liberi: Etenim de hæreditate patris in futurum diuidenda hoc quærendum est, nam quod ad vxoris prædefunctæ bona pertinet, stultum sit existimare, renunciationem vnius filiæ prioris matrimonij, facere posse, vt portio cui ipsa renunciauit, ad liberos secundi matrimonij quoque pertineat. Argum. ex Alexandro (apud quem tamen non exstat) propositum, quid ad quæstionem propositam faciat, & quomodo inducatur, non capio: puto, nec cepit ipse author.

Sæpe *d. l. hac edictali, C. de sec. nupt.* non plane tollit & irritat, quod marito secundo legatum est, sed tantum, quod plus est, pro non datu, non relicto, & pro irrito habet. Ex quo fit, vt non intelligam, quomodo defendi possit *Arrest.* 11. Video autores istius Arresti in ea hæresi fuisse, cuius meminit Cynus, quod quidquid plus relictum est marito quam v. c. filiæ, id sit auferendum marito. Sed calumniosa est illa interpretatio & præterea indocta: cum non simplicem quantitatem relicti velint spectari *Impp. in d. l. 6.* sed hoc velint, vt ne plus habeat maritus, quam vnus liberorum prioris matrimonij. Itaque si v. c. vnus sit filius prioris matrimonij, salua d. constitutione, In maritum dimidium bonorum, & in filium alterum dimidium conferre mulier potest. Hoc, quod certissimum est, posito, an non minus absurdum fuerit, si vxor virum in 11. vnciis, filium in vna instituerit, velle marito auferre 10. vncias, vt tantum retineat vnam? Atq; ita autores huius Arresti, qui nec mentem, nec verba *d. l. 6.* intellexerunt, iudicarunt, qui marito tantum 11. coronatos adiudicarunt, eo quod mater tot coronatos filiæ legasset, quæ insignis ἀλογία, & ignorantia iuris est. Præterea non obscure existimat author, quod legatum est cognatis mariti, non valere. Id quoq; absurdum & falsum, nec constitutio, quæ de solo marito loquitur, ita extendenda est, neque quod de interposita persona *in d. l. 6. in f. pr.* traditur accommodari potest, intelliguntur enim talis persona per quam res ad maritum perueniat, & quæ nomen nudum accommodat: atquin hoc vtique non contingit semper in cognatis mariti, quibus ne quid omnino relinquere possit vxor, à ratione est prorsus alienum.

Profecto sanctio illa iuris ciuilis, vt mater, quæ non petit tutorem liberis priuetur eorum successione (vbi scilicet impuberes decedunt, hoc enim solum disponit lex ciuilis) bona defenditur ratione, & plus habet rationis, si ponimus matrem nutricem, ad secunda vota transgressam, (quo casu ipso iure amittit tutelam *Nou. 94. cap. 2.*) tutores liberis non petiisse: quoniam in dolo præsumitur, & grassatura in bonis liberorum, quibus vitricum superinduxit. Et frustra affertur Apostoli doctrina, qui permittit viduis nubere in Domino: neque enim hoc dicto, intelligi debet, quidquam LL. ciuilibus iusta ratione subnixis, voluisse derogatum: nec desunt qui putant à pontifice *in c. vlt. extr. de secundis nupt.* male acceptum Pauli locum, dum per eum etiam viduis concedit nubere intra tempus luctus. Equidem in fœmina quam constat grauidam non esse, id non absurde quis defendat: cæteroquin ob incertitudinem prolis & confusionem sanguinis debent secundæ nuptiæ inhiberi. Et iudicatum igitur hactenus recte contra viduam, quæ nupsit intra annum luctus *Arrest.* 12. Aliena autem hinc sunt, quæ de tempore intra quod nascitur homo, adspergit Nota; & partum etiam triduo post 10. menses natum definit illegitimum, nimis præcise & audacter, ne dicam impudenter: diserte vtique contra *Iustin. Nou. 39. cap. 2.* vbi partum post 11. menses & circa terminum anni natum pro illegitimo habet, *vide Gell. 3. noct. Att 16. Arist. 7. de histor. anim. cap. 4 Plin. 7. sect. 5. & quæ ad d. Nou. 39. c. 2. Gothofr. annotauit.*

Nuptiæ contra præcepta LL. contractæ, nullæ sunt *§ si aduersus Inst. de nupt cum similib.* Sed, fauore præsertim liberorum interdum datur venia ignorantiæ, vbi apparet nihil dolo & omnia palam & bona fide facta fuisse, fac. *l. qui in 57. §. 1. de ritu nupt.* Et puto, consiliarios & senatores *Arrest.* 13. etiam hoc considerasse, quod gradus tertius iuxta computationem Canonicam, neq; diuino, neque ciuili iure habet prohibitionem.

Arrest. 1. Appendicis, conuenit iuri ciuili scripto, sed non statutis & consuetudinibus, quibus passim, ab isto iure est discessum: nec etiam ei, quod *Arrest.* 2. dictum est parlamenta non obseruare eum rigorem iuris ciuilis contra secundas nuptias: & eo durius est, quod vt proponit autor, non ex dispositione defunctæ vxoris, sed ex statuto bona ad maritum pertinent: quin & omnino derogat Arrestum istud iuri ciuili, quo tantum proprietas adimitur secundo contrahenti nuptias, saluo vsufructu. At

istud

istud Arrestum etiam vsumfructum marito adimit: quod vix defendi potest.

Possint in hac materia bonæ rationes differentiæ adferri inter matrem & patrem, secundo nuptias contrahentem. Sed communissima opinio in patre quoque pœnas vulgatas statuit locum habere *per Nouell.* 22. *c.* 46. pro qua sententia autores cumulat *Angel. in §. præferuntur Inst. ad SC. Tertull. nu.* 3. *& Boer. pene infinitos decis.* 187. *adde Forst. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 4. Itaque recte hactenus se habet Appendicis *Arrest.* 2. *in pr.* Sed illud quod porro sequitur, miror, iudicatum pro *l. hac edictali, C. de sec. nupt.* non obstante consuetudine contraria, & per consuetudines & statuta derogari posse iuri huic mere positiuo certum est. Quod sequitur, non capio; & videntur aut Interpres, aut operæ Typographi turbasse. Illud supra monuimus, quod filio, quê vxor ex secundo matrimonio sustulit, ex affectione materna possit plus relinquere quã filio prioris matrimonij, iuxta quod (quamuis superiora quædã autoris repugnẽt) recte hic iudicatum, quod filius integrum suum legatum habere debeat. Declarationem istius rei, *in vers. curia censente* non capio. & puto autorem sententiam *d. l.* 6. non satis intellexisse: Itaq; eam declarationem expungendam censeo, pro qua nec quidquam faciunt citati textus.

Æquitatem habet *Arrest.* 3. vt, licet matrimonio nullo declarato, tamen alimenta decernantur, maxime liberis, quippe, quæ & ex sententia communissima, ex æquitate Canonica debentur quoq; incestuosis liberis & adulterinis, cuiusmodi isti non sunt. Nullum esse ob frigiditatem matrimonium, constat. Id vero chronologicum est erratum, quod de Concilio sub Carolo Magno & Gregorio primo celebrato affertur; cum hic Anno Christi 590. circiter creatus fuerit Pontifex, idem Magnus dictus, & ducentis annis post imperarit Carolus Magnus.

Indistincte nimis & generaliter affirmatur *Arrest. seq.* ob solam matrimonij putatiui & illiciti diuturnitatem, valere donationes & pactiones. Equidem bona fides sufficere potest, vt à pœna excusentur coniuges, qui contraxerunt; & vt status liberorum sustineatur: sed vt simpliciter sustineantur, & cætera tamquam legitima, defendi non potest, & tum rationi, tum textibus iuris repugnat.

Vlt. cap. Appendicis multa cumulantur: De mala tractatione, cognitio spectabit ad iudicem: neque enim quæuis sufficiat; vt propterea amittat maritus lucra dotalia. Si per vim intelligit v. c. mulieri per vim extortum esse, vt ita pacisceretur, certo iure talia quoque pacta rescindenda sunt. Iustin. porro constituit, vt sint æqualis donationes propter nuptias & dotis. Sed generali consuetudine constat ab hoc iure esse recessum: nec puto id in Gallia obtinere. 2. Si mulier ex priori matrimonio habeat liberos, quantum relinquere possit marito, cautum est in *l.* 6. *C. de sec. nupt.* cæteroquin nulla ratio, vt simpliciter mulier prohibeatur relinquere ex eo, quod ipsi ex consuetudine defertur. 3. Commoda ad liberos pertinere, licet hæredes non sint, dictum est *Arrest.* 7. Et 4. recte & ordine facit vidua, si cum consensu patris nubat, idque etiam exigit *l. viduæ* 18. *C. de nupt.* verum inauditum est, vt qui eam volentem sine consensu patris ducit, incidat in crimen raptus, & id procul dubio falsissimum est, cum & ex communiori sententia non obstante *d. l.* 18. non ob id, & quod consensus patris non est adhibitus, matrimonium sit nullum. Deniq; quod vidua, quæ turpiter vixit, amittat dotalitium, verum est, sed quod ob id amittat bona propria, aut eorum administrationem, iuri nostro forte non conuenit: neq; hodie sunt serui tales quales olim: & perinde honeste nubere famulo suo potest mulier: & adeo pleraque, quæ hic cumulantur, à ratione iuris videntur aliena.

AD TITVL. II.

De communione, & societate.

PAssim consuetudinibus & statutis etiam in Germania receptum est, vt bona constante matrimonio quæsita, certa proportione inter maritum & vxorem communicentur. Sed enim nõ intelligitur quidquam adquisitum, nisi detracto prius ære alieno. Atque hinc est, quod 1. *Arrest.* definitur, vxorem si euitare velit æris alieni onus, teneri renunciare communioni & lucro, quod alias ad illam perueniret. Et fuerit tamen inhumanius, præcise cogere vxorem vt renunciet, si forte hoc dubium sit, an soluto ære alieno, lucrum superesse possit: & hoc casu iure audietur mulier, si inuentarium bonorum adquisitorum confici velit. Illud recte se habet, quod mulier, quæ ex bonis communibus aliquid subtraxit, amittat commodum renunciationis vel inuentarij: sicut & amittit hæres, qui ita subtraxit: amittitq; ibidem beneficium abstinendi *l. si seruum* 71. *§. prætor* 3. *cum seqq. de acq. her.* Suauis vero est autor, dum ait hoc facere rationem communem, vt coniux pro coniuge teneatur, quatenus ad alium quid peruenit. Prorsus id falsum est. Et quid enim si coniux alteri quid donauit aut legauit, an hactenus hic pro coniuge tenebitur? Nihil falsius. Et ea sententia de eo, quod peruenit, aut in rem versum est, ad eos, qui ex alterius contractu sicut adquirunt, ita & suo modo tenentur & conueniri possunt, pertinet nullo modo ad coniuges.

Communio cõsuetudinaria statutaria inter coniuges fere tantũ pertinet & adquisita. A qua diuersa plane est, quæ consensu contrahitur, & secundum regulas iuris communis est æstimanda. Et hoc quoque iuris est communis, vt vxor ex causa ætatis contra talem pactionem restituatur: cum qua nihil habet commune communio consuetudinaria: Et inique iudicatum puto à curia, quæ cum societate conuenta, rescidit etiam communionem consuetudinariam: qua sententia vxori perspicue facta est iniuria, quoniam hæc communio inter omnes coniuges est, sine vlla pactione, communio autem conuenta, pendet ex libera voluntate coniugũ: itaq; vt maxime vxor nõ conuenisset de cõmunione, tamen ex cõsuetudine partẽ in bonis adquisitis habuisset, quæ citra iniuriam ei auferri non potuit: nisi forte vir vxorem eam, nisi consensisset in societatem bonorum, ducturus non fuisset. Cæteroquin consideratione ea, quod maritus plus lucratur, inæquales partes lege vel consuetudine in adquisitis fieri solent: vt v. c. maritus duas tertias, vxor vnam habeat, sed enim, vbi semel ita ius est receptum, proportio æqualis iniri in singularibus non potest: cum sæpe fiat, vt ex vsufructu bonorum vxoris plurimum lucri accedat.

Si aperte temeraria sit appellatio; vt mulcta ex communi soluatur, rationis non est contra *Arrest.* 3. nam, & qui ex delicto, aut ob simplicem contumaciam cum abesset, condemnatus est, quod præstat, non imputat societati *l. cum duobus* 52. *§. vltim. pro soc.*

Noo video magnam dubitandi rationem circa *Arrest.* 5. nam quod debita quoq; cõmunia sunt inter coniuges, quis non intelligat, ad ea pertinere, quæ constante matrimonio contracta sont. Atquin hoc casu debuit, antequam secundam vxorem duceret. Ergo pro nulla parte aut ipsa, aut ipsius hæredes super isto debito conueniri possunt. Quæ mihi liquida ratio videtur.

Arrest. 6. qui proponitur casus ita fuerit decidendus: vt inprimis sepatentur bona paterna Puteani, & ex his, quæ tempore matrimonij eius quæsita sunt, eorum dimidia pars, cum etiam sint paterna bona, ad liberos prioris matrimonij pertinebunt. Reliqua dimidia adquisitorum in vtroq; matrimonio, Fontanæ vxoris propria erit: de qua ipsa, salua vtriusque matrimonij liberorum legitima, iure suo disponere potuit. Proportionem & diuidẽdi rationem Arrest. propositam, non intelligo. Quam Latine vero dicitur: *Semissem bonorum inter Mallatium & vxorem ipsius sibi deberi.* Hæc talia passim non tantum barbara sunt, sed etiam sensum & sententiã turbant: vt videatur Interpres sæpe rem non intellexisse.

Mirabilis est tractatio *cap.* 9. quam barbaram oportet esse cosuetudinem, quæ de omnibus mobilibus & adquisitis vxori datius disponendi etiam viuo marito, Ait enim, *omnibus*: alias putassem id tãtum ad partem pertinuisse. Porro, mulier ista bona omnia donauit: At cui? poto marito, & quidem oportet ita donasse, vt mortua vxore ipsi demum adquiretentur, & ad superstitem vxorem redirent. Et quomodo enim alias rursum secundo mario ea donari potuissent? At qua fronte, quo iure potest filius primi thori, petere bona etiam adquisita secundo matrimonio & ea omnia? quo iure ipsi adiudicata fuerunt? Equidem ratio autoris pro marito secũdo, quam ipse summã esse ait, minime cõcludit, quod nihil ex post. & secundo coniugio quæsitis ad filium pertinere debeat prioris coniugij: quippe, quæ mater adquirit, in iis ius habent liberi cuiuscunq; matrimonij: sed vt filius prioris matrimonij totum habeat, quidquid secũdo matrimonio quæsitũ fuit, quo colore id defendi possit, ego profecto noo animaduerto. Non sunt ista tauri, vt immoremur, & relinquamus ea Gallis.

Consuetudo, quæ refertur *Arrest.* 10. plane est singularis, cuius non puto in Germania exstare exemplum: vt ita bona inter coniuges communicentur, vt etiam iura omnia actiones passiuæ & actiuæ vt loquuntur, & prorsos debita etiam extra & ante matrimonium, contracta inuicem communicentur. Illud autem liquidissimum est, hanc societatem & cõmunionem consuetudinariam, non posse mutare obligatonẽ semel insolidum creditoribus contra alterutrũ coniugum ante adquisitam. Quod adeo est verum, vt etiam, quod durãte societate, socios vous seorsim contraxit, eo nomine ipse in solidum teneatur; saluo regressu contra socium. Quod certi est iuris. Et potest tamen cõsuetudine ita disponi & induci, vt eo nomine, quod & singuli coniuges seorsim contraxerunt, actio sit diuidenda: quod an ius disposuerit ista consuetudo cuius hic mentio, ego quidem ignoro. Id plane ita affirmat autor non obscure: de quo tamen vt dubitem, facit Arrest. quod subiungitur ibidem. Et videtur autor non intellexisse rationem ioris, & existimasse, posita communione hoc sequi, vt quisq; coniugum pro parte tantum obligetur, in quo sane lapsus est.

Iam supra diximus ex *l. cum duobus* 52. §. *vlt. pro soc.* quod qois ex delicto suo præstat, noo posse eum, vel partem eius reputare socio: in quo decisio *Arrest.* 12. fundatur: sed caute ibi accipiendom est, quod indefinite in fin. dicitur, communionem non extendi ad ea, quæ veniunt ex delicto: nam, quod quis v. c. ob furtum aut iniuriam sibi factam consequitur, in communionem & societatem generalem venit.

Arrest. 13. 14. & 15. communem habent rationem, quod scil. statuta, (eadem est ratio consuetudinis & cuiuscunq; iuris) operantur io personas (vt ita loquar) subiectas: Adeoq;, qui obligatur statuto, eius quoq; bona sequuntur dispositionem statuti: cuius etiã rei ratio partim peti potest ex iis, quæ diximus *infr. lib.* 20. *tit.* 1. *Arrest.* 1. videntur autẽ hic quoq; turbasse operæ, & in *Arrest.* 13. ponendum & supplendum est, bona sita esse in terris iuris cõsuetudinarij: & in *Arrest.* 14. quod in prouinciis iuris consuetudinarij habuerint coniuges domicilium.

Animaduerto genearchica bona haberi, quia manent propria cuiusque coniugis, nec veniunt in communionem. Dependet hoc totum à consuetudine, & dispositione statutaria, & obseruatione Franciæ, nec habeo, qood hic dicam; nam Germania nostra tali iure non vtitur.

Arrest. 18. facti & voluntatis quæstio est, quid illa clausula operetur, *& aliis litibus motis, &c.* Et videtur præter meotem cõtrahentium, vt intelligantur tantum lites motæ super successione: quæ præsertim noo magnopere moueri poterant, cum proponatur patris hæreditas liberis delata: cæteroquin & pueri sciunt, hæredes pro portionibus teneri, & quod vnus vltra portionem præstitit, eo nomine regressum habere aduersus cohæredes. Illud autem miror, cum autor suprad. clausulam restringat & declaret, eum tamen in extremo hanc clausulam pro inutili & superuacua habere, & mira est declaratio regulæ, *verba debere intelligi cum effectu*, quod procedat, si legitime quid adiectum sit. Hæc enim nimis putida est petitio principij. Et vero cum pacta quæuis sint licita, oportet probare hoc pactũ esse illicitũ, & aut iuri, aut rationi repugnare: cæteroquin manebit perpetua regula Dd. quod in cõuentionibus omnia verba habere effectum, nec frustra apposita præsumi debeant.

Ratio *Cap.* 19. in vtroque extremo, perspicue inepta est, & pro qua textus citati nihil faciunt, & dupondius etiam ita intellexerit respondendum, quomodo *Arrest.* decisum fuit.

Cap. 20. si rationem iuris coosulas, nõ habet difficultatem: Constat, vbi tantum adquisita cõmunia sunt, ad vxorẽ debita ante cõtracta nõ pertinere, sed si quæ sint debita cõstante coniugio cõtracta, ea ante omnia sunt detrahenda, neq; enim aliquid potest dici adquisitum, nisi prius ære alieno deducto. Itaq; male mea sentẽtia iudicatũ, quod hæredes teneãtur vxori defuncti mariti, vt bona hypotheca liberatis pro parte dimidia fruatur: & debuit enim, vt dixi, prius æs alienũ detrahi, nec nisi in residuo vsusfructus debitus fuit pro dimidia parte vxori, quomodo supra diximus, si cui legatus omniũ bonorum fuerit vsusfructus, ante omnia deducendũ esse æs alienũ. Quid per debita realia, velit autor, nõ capio: videtur intelligere, quæ debetur sub onere hypothecæ, sed insubtiliter ita dicitur: Quæ fit itidem sentẽtia partis Arresti, qua vidua iubetur contradicere, &c. pariter non intelligo.

In *Arr.* 21. est cõtradictio. Illud cõstat, cuius res ab alio ipso ignorante vendita est, posse eam nullo refuso pretio sibi vindicare, & possessor regressum habet contra venditorẽ suum, & quod *in pr. Arr.* de dimidia dicitur eo respectu, & ob hanc dub. rationem

dictum

dictum puto, quod pretiũ in cõmuninnem versum proponitur, cum enim communium bonorum dimidia pars sit vxoris, merito etiam partẽ pretij debebat refundere, quippe quam in bonis communibus ipsa reperiret & iam haberet: quæ certissima & æquitatis & iuris ratio est, quam & *inf.* autor probat: contra Arrest. quo per insignem iniuriam aliud iudicatum fuit.

Quæ ratio dub. possit esse *Arrest.* 22. non video, vtiq; enim si venditio valet, necessum est, vxori precium dari, aut si malit, pro precio, alium fundum.

Sæpe diximus, nulla intelligi adquisita nisi deducto ære alieno. Hoc quoque certum est, mulierem seu vxorem superstitem, & quæ lucratur siue mobilia, siue partem adquisitorum, non in iis fungi hæredis loco. Itaque nullo modo ea ex contractibus & obligationibus mariti defuncti conueniri potest, sed si debitum constante matrimonio contractum est, hoc solum petere creditor potest, vt ex adquisitis debitum istud deducatur. Ex quo *de Arrest.* 23. iudicari potest, in quo non intelligo verba, *ad derelinquenda iura sibi obuenientia.* Singularis etiam vsurpatio, an abusus in extremo, verbi *satisfecisse*, neq; enim, qui exceptione quamuis iusta, vtitur, satisfecisse dicitur.

Mirabilis vero consuetudo est *Arrest* 24. vt cõmunia sint inter cõiuges bona, & tamen maritus liberam habeat facultatẽ, inter viuos disponendi, & donandi quoq;. Hæc quidẽ contradictionẽ implicant, vt bona pro parte etiam mea sint, & tamen alter ea alienare in solidũ pro libitu possit. Itaq; si vtiq; talis consuetudo est, quis ratione vtens non facile intelligat, ita eam accipiendã, vt alienatio fiat ex necessitate, vel alias qua iusta suadente causa. Et nimis friuola est obiectio autoris, quod cõsuetudo generaliter & indefinite disponat. Nam hoc ratio recte interpretãdi flagitat, vt euitetur absurditas, siquidem consuetudo & ipsa quoq; vult pro parte vxoris esse, quæ adquisita sunt, Itaq; sane miseri ICti fuerũt, qui istud pro maximo dubio habuerunt: Aperte autem errat autor, dum putat patrem quoq; ita particulariter iure ciuili res filij alienare posse. Mitto adeo crassam hominis impetitiam. Ponit enim, cõsuetudine facultatem alienandi dari marito: at enim ne alienẽt, & hypothecæ obligent patres bona liberorũ, expresse interdicitur patri, citato ab antore textu ipso, & *l.* 1 *&* 2. *C. de bon. mat. l. vlt.* § *ipsam autem* 5. *C. de bon. quæ lib.* Et quis non igitur videat ineptissime à patre ad maritum duci argumentum? Porro *in pr. Arr. hn.* 6. nihili sunt verba, *cõiugum vel vnius ex iis*, vtiq; enim bona tantũ adquisita, & quæ communia sunt alienare poterit maritus: & cætera quoq; ibi, si verba consideres, insubtilia sunt. Sicut & in medio, in *vers. Tum & secundo, &c.* inepta verba & ineptam sententiam habet autor.

Decisio *Arrest.* 25. non videtur tanquam singularis commendanda: neq; enim aliter circa summam iniuriam & iniustitiam manifestam statui possit, vt vxor pro parte bonorum alienatorum, & vltra partem quam accepit, debita soluere teneatur.

Recte prorsus fecerit socius & facere debet, ne sine socij adsensu & eo nõ certiorato, percipiat fructus, quippe, qui ex parte pertinent ad socium iure soli, vt expressum est in *l. qui scit* 25. *in pr. de vsur.* licet vnus solus seuerit (habet autẽ actionem pro impensis, qui solus seuit) quia fructus percipiuntur iure soli (id est pertinent ad eum cuius solum est) non iure seminis: quod ridicule de persona serente explicat autor *Arrest.* 26. In altera specie ridicula est ratio dubitandi, posito, quod fundus fuerit communis; non enim nisi absurde interdicto alter, qui alterum socium fatetur, experiri tamquã contra turbantem possit. 3. Salic. citatus *in l.* 14. *C. de SS. Eccl.* non ponit totum fundum ab vno cultũ, sed tantum partem: itaq; nihil etiam debet ex parte illa, socio, qui agrum colere noluit. Quod si totum fundum coluisset, sane pars fructuum socio deberetur. 4. Baldi *in consil.* 37. ratio est, quia ita vtitur socius eo vsu, cui destinata est, vt hic cesset ratio, quod in re communi potior sit conditio prohibentis. 5. Bald. *in l. Sabinus*, ita dicit, si ex duobus sociis vnus velit habitare, alter pensionare, id est locare, illum præferri, quia hic est vsus ædium. 6. Bart. *in l. & hæc* §. *cum fundũ.* simpliciter hoc dicit, quod vnus socius possit totũ fundum locare, quoniam commode pro parte id expediri nõ possit, *l. si quis* 6. §. 2. *comm. diuid.* Cæteræ allegationes sunt in vitio, sed ipsa res satis recte se habet, & v. omnino *Pet. de Vbald. de duob. fratrib. p.* 5. *n.* 11.

Arrest. 27. idem habet cum *Arrest.* 24. Insubtiliter saltem loquitur autor, dicens maritum esse dominum bonorum adquisitorum, & tamen esse ea cum vxore communia: quæ contradictio est. Et longe diuersa sont, maritum esse dominum, & eum ex communibus bonis ex iusta causa, quid alienare posse.

Rectissime se habet *Arrest. vlt.* & prorsus ad rationem, quam initio *Arrest.* 21. proposuimus.

AD ARRESTA APPENDICIS.

Arrest. 1. coniungendum est cum *Arrest.* 25. *tit.*

Certi iuris est, societatem morte vnius socij solui, vt ea continuetur simpliciter vsq; ad confectum inuentarium, ratio non patitur: Quid enim si forte superstiti egregium lucrum obueniat ante confectũ inuentarium? siquidem duret societas, communicare tenebitur, id autem fuerit absurdum. Itaq; *Arrest.* 2. non probo.

Quomodo possit dubitari, an habitatio exteriorum, inducat communionem inter coniuges, ego non intelligo, & more suo balbutit autor aut interpres: Porr. us Arr. hoc ineptum, aut ineptis verbis, quæ nullum sensum habent, propositum est.

Solum pactum de redimendo, adiectum venditioni, non potest facere, vt transeat venditio in hypothecam, contra quam est *Arrest.* 4. sed si redimatur res vendita, eam regredi in pristinam causam, nec fieri communem, verum est.

Quis est in *Arrest.* 5. tertius adquirens? Vxor vtique est domina fundi, in cuius præiudicium, fundum obligare maritus non potest. Dicitur quoque insubtiliter, quod maritus vxorem hæredibus obliget. Sed illa quæstio est: An mulieri fundum vindicanti hæredes exceptionem impensarum obiicere, aut restituto forte fundo, impensas petere possint? Et voluptuarias impensas, tantum tollere posse maritum vel hæredes, decisum est *in l. vn.* §. *taceat* §. *in f. C. de vx. act.* Et cum igitur *Arrest.* 5. proponantur voluptuariæ impensæ, falsum est, quod harum nomine vxor teneatur & sit obligata: nisi forte nolit pati, vt impensæ tollantur *l. pro volupt.* 9. *l. in volupt.* 11. *de impens. in res dot.*

Summæ rationis est, & sæpe diximus, vt vxor tantum pro rata ad debita teneatur iuxta *Arrest.* 6. sed vt fiat distinctio debitorum, & aliud in debitis personalibus & mobilibus obtineat, vt eodẽ *Arrest.* dicitur, rationis non est: Et quid sunt debita mobilia? Vellem loqui recta didicisset semper.

Circa *Arrest.* 7. videndum est etiam hoc, an culpa possit mercatori imputari, qui scire forte potuit fuisse solutam societatem, sed & citra culpam, ni-

mis inepte istud in genere affirmatur. Ratione iuris haud dubia, distinguendum est inter socios, an cortei sint necne? Quod si cottei non sint, durante licet societate, singuli tantum tenentur pro parte, vbique apparet ignorantia iuris.

Pacta reciproca de succedendo inter milites valent *l. licet* 19. *C. de pact.* inter alios quoscunque certo iure nulla sunt, *d. l.* 19. & cum affirmatiua sint, ex communi sententia Dd. pacta eiusmodi nec statuto, nec consuetudine firmari possunt *Gail. 2. obseru.* 125. & adeo viderit autor quomodo eam consuetudinem, de qua *Arrest.* 8. defendat. Sed enim proponuntur ibi vtrimque donata bona, sed tamen ex communi rursus Interpp. sententia bonorum omnium etiam futurorum donatio irrita & inualida est: de quo *v. Clar. §. donatio q.* 19. *Decium cons.* 30. *Couarr. 3. resol.* 12. *Gail. 2. obs.* 11.

Societate vniuersali simpliciter, & quæ obueniunt ex successione, communicanda sunt. *l. 3. §. 1. pro soc.* Talis est contracta *Arrest.* 9. & nominatim super quacunque successione. Itaque & quæ obueniunt à patre communicanda erunt, eum & communicatentur, quæ vno ex sociis in solidum instituto euenissent. Itaque cum societas *d. Arrest.* 9. recte sit contracta, equidem rationem videre non possum, ob quam rescripto regio hæc societas fuerit rescissa, & huic rescripto delatum fuisse magis miror: tanto magis, quod contrahentes de obuentione paterna hæreditate cogitasse intelliguntur: enim & si conuentum sit, super communicanda iusta hæreditate, ea tantum intelligatur, quæ iure legitimo obuenit *d. l. 3. §. 2.* non alia ratione, quam quia de hac magis cogitasse contrahentes existimantur.

Res liquida est in pr. *Arrest.* 12. vbi sub onere debitorum, (constante scil. matrimonio factorum) mobilia adiudicantur vxori. Quod si ex pacto ad eam pertinent, æquum est id præiudicare marito eiusq; hæredibus, quod alias pactum nihil operaretur. Quod si pates termino os ponas in marito, sane iniuria ei aut hæredibus fiet, si ipsi ad solida debita teneantur, quamuis in marito hæc sit diuersitatis ratio, quod ipse caput est, & dominus familiæ, & ipse magis contrahere debita intelligitur, ad quem pertinet, vt ipse familiam & vxorem quoque alat: Et possit tamen in vxore hic effectus pacti esse, quod tantum pro dimidia parte teneatur, quæ citra pactum in solidum teneretur. In vers. *Id quod tuentur*, vitium solenne est, incongrui sermonis.

Arrest. 13. principium perspicuum est, & planum: sed mox in vers. *verum quæstium* mera nox est. Lapides loquitur autor & portenta verborum, ex quibus nullibi commodus sensus erui potest: & ita per totum Arrestum. Neque ego diuinare possum: & tanti hoc non est, vt coniectando ingenium fatigem.

Ratio *Arrest.* 14. esse potest, quod ædes sufficere potuissent prouttoq; & censetur adeo socius quodammodo pro potione sua tantum habitasse.

Suauis est autor *Arrest.* 15. Ait actum esse fere tantum hactenus de communione inter coniuges; *Restat, inquit, &c.* quasi vero vlla ex parte Arrestis præced. materia societatis explicata fuisset. Sed cur & quo respectu fratres extraneos appellet, non intelligo cū loquatūr de veris fratribus. Cæteroquin de quæstione hic proposita, ita respondendum est: quod si fratres hæreditatem communem (hic enim casus ponendus est,) possederint pro indiuiso, si nihil aliud accesserit, quod tunc non nisi fructus v.c. ex hæreditate ista percepti cōmunes censendi sunt: Quod si vero præterea inter se alia quoq; communicauerint, & fuerint iis communiter, cui & aliunde adquisita quoque omnia in commune contulerint, tunc per accessionem quandam societatem cæterorum quoq; bonorum contractam censeri, *v. Bald. & cæteros in l. 4. C. comm. vtriusq. iud. Menoch. de arbitr. cent. 2. casu* 127. *& inprimis Mascardū de probat. vol.* 1. *concl.* 31. & quos ibi cumulat. Quæ de communionibus quarundam familiarum allegat, ab hac tractatione sunt aliena. Illa autem, quam diximus societatis species, recte dicitur suo sensu tacita: vbi ineptus est autor, dum ait, eam non contrahi tantum expresse, sed etiam tacite. Quia imo, vt proponitur casus, nunquam ista expressa est: & rursus inepta est oppositio: contrahitur, ait, non tantum expresse, sed & tacite nudo consensu: quoniam imo non nudo consensu contrahitur, sed per ipsam rerum collationem & communicationem & mutuum vsum: tum etiam nudus quoq; cōsensus non tantum est tacitus, sed & magis expressus: In *fin. cap.* ait, esse aliam speciem societatis, quæ sit expressa: sed ea nimirum subdistinguenda erat in vniuersalē & particularem, cuius solius exempla inepte referuntur. Insignis vbiq; ἀλογία.

Quod *Arrest.* 1. TITVLI III. de diuortiis attinet, regula iuris est, quod nemo debeat spoliari. Et cum igitur magna quæstio sit, an matrimonium solui possit, & debeat, saltem etiam quo ad thorum & mensam, interim mulier cum viro, dum cognoscatur causa, habitare debeat: nisi alleget & probet mariti sæuitiam: Itaque notam non probo: neq; enim hac in re vlla cautio idonea esse potest.

Cautioni de qua *Arrest.* 2. non repugnant consuetudines citatæ: quoniam vt supra titul. præced. multis Arrestis traditum fuit, maritus tantum ex causis iustis & quasi necessariis facultatem alienandi habet. Et Arresta tit. præced. probant euidentissime, quod bona fiant communia: ex quo sequitur præcise necessitate, quod vino marito mulier in bonis habeat ius quæsitum: contra quam autor hic prauo plane iudicio putat. Quod ait, ex mariti delicto, eo condemnato, publicari omnia bona adquisita, necesse est, aut falsum esse, aut falsum erit, quod bona ea inter maritum & vxorem sint communia.

Arrest. 1. APPENDICIS sensum integrum non habet.

Constat, matrimonium, quod semel constitit, iure Canon. non nisi morte separari: Adeoq; *Arrest.* 3. tantum de separatione quo ad thorum & mensam accipiendum erit.

Ad *Arrest.* 4. repetenda sunt, quæ superioribus libris dicta sunt, vxorem sine assensu mariti obligari non posse: Quod autem putat ita dispositum iure ciuili, vt alienare bona sua mulier, sine mariti autoritate non possit, insignis & turpis lapsus est. Et *l. vbi C. de iure dot.* loquitur de dote, quam mulier speciali casu durāte adhuc matrimonio repetit: quam interim alienare viuo marito prohibetur. Quid sit, *vxor à bonis separata* non intelligo, videtur autem dicere autor, quod mulier licet separata, sine consensu mariti nequeat contrahere, forte quia, vt dixi, non est vera separatio, sed vinculum manet, alias, si v.c. ob frigiditatem separatio sit facta, secus esset, quia tum non amplius esset maritus, quin nec vnquam ab initio fuisset.

AD TITVL. IV.

De dotibus.

DIcere debebat autor *Arrest.* 1. si ad interpellationem id quod conuenit, factum non sit, insuper cum ipsa pecunia, id quod interest, & scilicet proportionaliter ad annuos reditus, esse præstandum. Rectissima autem taxatio est, ad proportionem vicesimariam, quæ faciunt quinque annua in singula centum: quod perpetua lege Imperij Germanici obseruatur: & prorsus existimatur, tantum lucrum, ex singulis centum creditorem facere posse, & tanti interesse debitoris: Itaque hic ineptus est autor more suo, qui monet iudicem vsurarium (quod ipsum inepte dicitur) vt consideret, quanti intersit creditoris: quoniam arbitriũ istius rei iudici non permittendum, sed in genere certa summa loco eius, quod interest, definiẽda est, quod vt dixi Imperij lege factum. Rideo autem, *in vers. nonnulli, &c.* dubitandi adferri hanc rationẽ, quod fundi sæpe etiam longe minores reditus ferant, nec ad istam proportionem vicesimariam: quia hic non agitur de fundo, sed pecunia in dotem data: quam maritus in vsus conuertit suos proprios, neq; iuxta pactum conuentum collocauit in emptionem prædiorum. Alia vero illa quæstio est, an protinus debeatur interesse illud, ex die quo mortuus coniux fuit, an demum elapso anno, quem iuris annum vocat autor. Verum in proposito casu, cum pecunia subrogetur in locum fundi, poterit defendi, quod isto Arrest. decisum est, vt debeatur interesse citra dilationem: Quamuis hic contra disputari possit: quod aut iure fundi æstimamus dotẽ, & proportio ista vicesimaria videtur nimia, aut iure pecuniæ numeratæ, & cum dos ista tantum sit restituenda intra annum, iniquum rursus videatur, vt statim interesse præstetur. Sed ista nõ intellexit satis noster consarcinator. Nec melius Notator, imo pessime scribit, si dos in pecunia data pro emendo v. c. fundo, non fuerit ita collocata, bona omnia constante matrimonio adquisita, pro dotalibus haberi. Nihil potest fingi absurdius.

Arrest. 2. quomodo summa 2000. librarũ, respondeat proportioni trientalium vsurarum quatuor in centum, cum summa debita sit 20000. librarũ, ipse autor viderit. Vtiq; si in singula annua, cõputes quaterna, pro 20000. libris, debebuntur annuæ 800. libræ, an forte tamdiu lis ventilata fuit, vt proportione hac deberentur pensiones? Sed istud mittamus. Existimat autor clementer & humaniter pro debitoribus iisdemq; hæredibus fuisse iudicatũ, & hoc ex magnis rationibus. Pudet me autẽ primæ, quæ tamen eximia autori fuisse videtur: quod qui liberalitatem exercuit, non teneatur prorsus ad vsuras. Atquin non agitur cum eo, qui exercuit liberalitatem, qui est testator, sed cum hæredibus, odio dignissimis, eo quod legatũ ad pias causas, & scil. pauperibus puellis, pro dote, frustratorie, vt proponit, soluere distulerũt: Et quo maior fauor est huiusmodi legatorum, eo maiori odio digni sunt hæredes. Et quis ignorat, quo ad vsuras æquiparari legata & actionem pro legato, actionibus bonæ fidei *l. 3. C. in quib. caus. in int. rest. l. vsuræ 34. C. de legatis*: & ex his vsuras deberi ex mora, notum est: Et falsissimum est, quod tantum trientes vsuræ debeãtur. Non melioris farinæ est altera ratio, neq; enim sub conditione nuptiarũ, aut die incerto, cum nupserint, sed pure vt melius nubere possint, relictum est legatum. Quod lite interrupta vsuræ deberi desinãt, falsum est, quoniam ex quo semel deberi ceperunt, ex mora, perpetuo currũt, nisi cursus earum legitimis modis inhibeatur, ex quibus non est, aliqualis interruptio litis. Hæc sunt in iure flagitia.

Nec quis dubitarit, quin possit peti dos promissa, necdum soluta, & quod hoc nomine hæredes patris, qui promisit, teneantur. Sed enim ex ratione iuris, quam ignorauit autor *Arrest.* 3. non filia, sed maritus dotem promissam exigit, *l. si pater 5. C. de dotis promissione*, sed quid *in vers. debitor post pr.* velit autor, rursus non intelligo. Quæstionem porro subiectam, expedierit pene dupondius stans pede in vno. Maritus censetur apocham dedisse spe secuturæ numerationis: itaq; habet actionẽ, sed quæ cõmuni iure exceptione chirographi dari repellitur, nisi, quę cõmunis est sententia, maritus dotẽ non numeratam probare possit. Cęterum maritus vxori præiudicare non potest: & si vel donationis causa quietantiam fecerit socero, ipse vel hæredes eius soluto matrimonio ad restituendã integram dotẽ tenentur. Autor quatuor casus distinguit. Primus casus hactenus recte se habet, vt maritus vel eius hæredes, aduersus vxorem soluto matrimonio dotẽ repetentem, exceptione non numeratæ dotis se tueri nõ possint, nec enim vxoris in proposito casu fuit, soluere dotẽ, sed soceri: & imputet sibi maritus, qui dotẽ non exegit. Sed inepta in terminis alia est distinctio, an apocha data sit an post promissam dotẽ, nam & hoc casu, nisi probetur animus donandi in marito, iure hic exiget dotem à socero: quia vt dixi, censetur spe numerationis secuturæ, apocham maritus dedisse. In secundo casu rursus portenta sunt verborum. Et citatus Bart. verissime & rectissime docet, si marito vel eius hæredibus, cum vxore, aut eius hæredibus res sit, & dotis restitutio postuletur, quod maritus vel eius hæredes teneantur: quia in præiudicium eius dos soluta intelligitur propter apocham mariti, nisi tamen & hic maritus probet dotem sibi solutam nõ esse: quo casu liberatur, si cedat actionem: nisi rursus nouandi animo sit stipulatus, quo casu periculo eius incipit esse dos *l. dotem 35. sol. matr.* In cæteris res liquida est, si filia sciat dotem non fuisse numeratam, aut maritus id probare possit, neque tale quid fecerit, ex quo rem sui periculi fecerit, illum contra petitionem dotis exceptione se defendere posse, neq; hoc casu quidquam interest, an filia patri successerit necne?

Circa *Arrest.* 4. facti quæstio est, an pater cumulare priorem dotem noua auctione voluerit. Et si vtrique viro pater dotem dederit, contra virum sane fundata actio est filiæ: cæteroquin vbi filia in potestate est, pater vna cum ea repetit dotem: itaq; tum si pater non repetierit à primo viro dotem, & aliam secundo marito dederit, filia tantum contra secundum habebit actionem: & pater ita ius experiendi, contra primum, aut eius hæredes habebit, vt ipsius lucro non filiæ, quæ aliam habet, dos cedat.

Mulier in dotem dedit nudam proprietatẽ fundi, cuius emphyteusis erat apud alium. Laudemia sane pertinebunt ad maritũ, sed si emphyteuta non soluerit canonem, iuxta *Arrest.* 5. emphyteusis committetur marito: Quod dubium, & vix videtur istud pro simplici fructu habendum, v. de hac re *Ant. Fab. decis. 97. de err. pragm. c. 6. & seqq. & quæ nos ibid.* disputauimus.

Arrest. 7. descriptum est ex iure ciuili: sed non debebat homo nobis inuidere, remedium illud extraordinarium, cuius meminit in extremo: & plane, dum ibi tacet, ridiculum se præbet: Et constat etiam iure ciuili remedium *ex auth. præterea, C. Vnde*

vir & vxor. pro paupere coniuge, extraordinarium esse.

Pro *Arrest.* 8. & ad istam materiam add. Interpp. communiter *in l. vbi* 29. *C. de iur. dot.*

Nota ex *Arrest.* 9. vult expungi quędam, quoniam Guid. Papæ, aliud statuit in debito ante matrimonium contracto: Inepte, quoniam autor non ita quærit, sed an vxor seorsim, an vna cum marito contraxerit. Et longe errat Notetor, si putat simpliciter ob debitum ante contractum, in bona dotl data fieri executionem. Et Guid. Papæ id tum demum fieri verissime dicit, vbi omnia bona date sunt in dotem ex ratione certissime, quoniam in fraudem creditorum id fieri non potest, & bona censentur data in dotem alieno ære deducto. Cæterorquin ex vxoris contractu nunquam potest ex secutio fieri in bone dotalie, quia ea bona sunt mariti, hactenus scilicet vt constante matrimonio plenissimum habeat vsumfructum, &, vt quidem censuit Iustin. dominium quoddam ciuile *l.* 30. *C. de iure dotium.* Textus ab authote hic citati non magis faciunt ad rem, quam, *Arma virumq; cano.*

Certum est, quod qui dotem dat, paciscl etiam possit, vt ea restituatur sibi in casum soluti matrimonij, & vtcunq; nati sint liberi, qui ita pactus est agere ex cõuentione possit, quæ est *Arrest.* 10. sententia: sed eiusmodi verbis proposita, quæ nullum patiant congruum sensum. Quam monstrose dici.ur enim? *Extraneus à patre, &c. dicit dotem & pasciscitur?* Hæc verba cerebrum pene alicui possint excutere. Falsum quoq; est, quod ista ad *l. vn* §. *accedit* 13. *C. de rei vx. act.* sit limitatio: cum ibi expresse definiat Iustin. extraneum, si de dote sibi restituenda pactus legitime sit, ius habere eam repetendi.

Arrest. 11. perspicuam rationem habet, quoniam hæres bona fide cum aduersario transegit: in quem casum insignis viduæ iniquitas apparet: quoniam si non lis & causa compositione transacta fuisset, euinci tota hæreditas potuisset: quo facto sane nihil, quod poterit, vidua habuisset.

Ad *Arrest.* 12. pertinet quæstio tractata sup. an vxori vtrumque debeatur, nimirum & conuentum & consuetudinetium lucrum. Et deberi alterutrum tantum supra probauimus, & confirmat hoc Arrest.

Arrest. 13. rursus aperte impingit autor, dum scribit, marito adicribi & imputari motam, quod dotem à patre vxoris non exegerit, nec audiri eum, si imputare hoc vxori, & à socero sibi dotem non solutam prætendere velit, quod est contra textum expressissimũ *in l. si extraneus* 33. *in fin. de iur. dot.* vbi diserte separatur ab extraneo promissore pater, quos imperite coniungit authot.

Et *Arrest.* 14. quoque non conuenit cum ratione Iuris. Beneficium *Nou.* 4. ex qua possessor hypothecæ exceptionem ordinis opponere, & vt prius excutiatur principalis debitor, petere potest, non competere debitori ipsi hypothecam possidenti, & conuento hypothecaria actione, est in confesso apud omnes. Et igitur cum in proposita facti specie, ipse pater debitor sit quoq; & possideat hypothecæ obligato bona, non potest se defendere ista ordinis & executionis exceptione. Prorsus, qui conueniri potest principali & personali actione, quam posse contra patrem moueri fatetur autor, cum debitorem esse necesse est: & per consequens exceptionem ordinis non habere. Et Iudices & aduocati habent, quod sibi caueant, nec huiusmodi sententiis male cõsarcinatis, ab hominibus male eruditis, sibi imponi patiantur.

Ad *Arrest.* 15. hoc tantum est notandum, quod nulla est gestio pro hærede, nisi animo hæredis: itaq; si quis iudice iubente quid faciat, non potest videri hoc fecisse, animo adquirendi hæreditatem: licet alias tale sit illud factum, ex quo aditio hæreditatis inducatur.

Nimis protritum est, de quo *Arrest.* 16. quod vsufructuarius teneatur satisdare, de quo *t. t. vsufr. quemadm. cau.* An ea cautio possit aliquando remitti hactenus, vt ne necessum sit dare fideiussores, & sufficiat cautio iuratoria, diximus sup. *sub titul. de vsufruct.*

Arrest. 17. 18. 19. & 20. tractant eandem materiam, quæ pendet à Regia constitutione, quod sententiæ in fauorem dotis & doatij latæ, sint mandandæ executioni non obstante appellatione. Ea constitutio declaratur procedere, si vidua egerit actione personali contre debitorem. Nam reuera iniquum sit etiam aduersus tertium istud porrigi. Super quo tamen author hic refert contraria Arrest. quæ componi existimet ex *Arrest.* 18. vt tum in tertio etiam possessore constitutio locum hebeat, si idem sit præsumptiuus hæres. Sed inepta est conciliatio, quia eo casu præsumptio pro veritate habetur, & possessor condemnatur tamquam hæres, cum præsumptio tamdiu locum habeat, dum contrarium probatur. Non est nouum, vt etiam in vno Tribunali diuersa pronuntientur, & tamen forte sententiæ, quæ in possessore etiam tertio constitutioni regiæ locum fecerunt, possint restringi ad actiones hypothecarias, quibus vxor persequitur ea, quæ in securitatem dotis obligata fuerunt. Porro, quod vt singulare notatur *Arrest.* 19. secundo loco, ego quomodo singulare sit non intelligo: cum vtique non nisi lata sententia definitiua locus esse possit sentioni regiæ sæpius memoratæ.

Illud etiam notandum, *Arrest.* 20. dum appellationi esse deferendum, ait autor, posse colligi à contrario sensu, nullo modo deferri appellationibus, à sententiis pro dote latis. Quod non ita est, nam licet executioni interim mandetur sententia, ea tamen retractabitur, si contre viduam fuerit in secunda instantia iudicatum. Id nostri ita efferunt, appellationem valere, quo ad effectum deuolutiuum, non suspensiuum.

Qui dotem dicit, de restituendo sibi stipulari potest. Sed si id non statim fecerit, ius vxori soluto matrimonio dotem exigendi, quæsitum est, quod postea, pactionibus inter meritũ & promissionem initis clam vxore, adimi & interuerti vxori non potest, vt bene *Arrest.* 21.

Ex ratione iuris ciuilis stulte dubitatur, an pater filiæ, quæ sine consensu ipsius nupsit, cogatur dare dotem: quoniam nuptiæ sunt nullæ, sed ex ratione iuris Cenonici, sane postquam nuptiæ ita contractæ valent, non leuis est ratio dubitandi, de quibus terminis agit *Gail. 2. obseru.* 95. *& v. relatos à Iasone in l.* 2. §. *quod si in patria, vers. adde fortius, solut. matr.* Baldus citatus hanc quæst. non attingit. Bart. loquitur de patre, qui filiam non maritabat, & possit ex sententia antoris eapiicari, sed ex ratione iuris, nec hic credidetim teneri patrem, quoniam N. 115. c. 3. hoc tantum disponit, quod tum filia exhæredari non possit. Illud autem miror, quod neq; tum deber pater dare dotem, si postea ratum habuerit matrimonium: cum alias ratihabitio mandato cõparetur, nisi non pro ratihabitione, sed quo ad cætera pro indulgentia id habeatur. Valde etiam abutitur verbo raptus, dum eum committere raptum ait, qui non consulto patre filiam ducit. Hæc ad *Arrest.* 21.

Vbi

Vbi nulliter contractutu est matrimoulum, bona tamen fide, errore cognito, vtrīq; dos, vel quod pro dote datum fuit, restituendum est fœminæ *l. 1. C de cond.ob causf.l.præfectus 63.inf. de rit.nupt.* maxime cum hodie sit fere iublatum ius caducorum: & aliqoando iure veteri vbi scienter prudenter à fœmina peccatum erat, dos fiebat caduca *l.si quis 38.§ 1. l. dote 61. de rit.nupt.*

Quæstio *Arr. vlt.* sæpe de facto occurrit: Et nō vno loco statutis nominatim decisum est, donata sub adquisitis nō comprehendi, adquisitorū scil. verbo in specie sumto, pro iis scilicet, quæ quasi cōmuni opera, aut certe ex opera & labore couiugis quæsita sunt: nam non minus ex numero adquisitorum quæ scil. ex statuto vel consuetudine inter couiuges cōmunicantur, eximuntur, quæ alterutri couiugum, successioni aut legato sunt delata & quæsita: Et ita quoq; in donatis vt distinguamus ratio suadet, inter donationem simplicem, & donationem remuneratoriam v.c. si forte Aduocato pro præstita opera, sit oblatum instar donarii, poculum aureū: id enim inter adquisita erit referendum: hac tamen moderatione, vt si dicēs speciali affectu, amplius solito voluerit remunerari operam aduocati, quod ordinarium salarium excedit, detrahatur, & proprium mariti habeatur, nec communicetur vxori.

Arrestum 1. Appendicis, non intelligo, nec quid sit, pecunia ex venditione proprii mariti redactæ & an, & quomodo ad vxorem peruenerit & quæ sit ratio dub. cur teneri debeat vxor, in cuius, vt proponitur, vtilitatem versa non fuit.

Arresti 2. decisio iam supra relata fuit arrest. 8. tit.

Quæ sit portio virilis, cuius respectu non debeatur Doarium, non intelligo: de quo Arr. 4.

Quod vidua turpiter viuens priuetur dotalitio, supra diximus: de quo Art. 5. sed quomodo tempore viduitatis adulterium committere possit, non intelligo. Debuit dicere, *stuprum*.

Vt vbi nullum matrimonium fuit, debeatur Doarium nun satis rationi congruit. Sed potest ex causa defendi odio mariti, qui decepit fœminam, bona fide contrahentem. Quod autem est quod ait Art. 6. doariū prius præferendum? puto, eum dicere voluisse, vt quoniam fœmina non habet duplex doarium, & ea secundo nubente prius doarium exspirat, vbi secundum coniugium fuit nullum, habere fœminam, quæ omni culpa vacat, electionem, an ob nullitatem matrimonii, prius doarium retinere & ad illud reuerti, an à secundo licet putatiuo marito, nouum sibi constitui velit.

Dotem conferri oportere certum est. Sed Doarii sane fœmina tantum vsumfructum habet, neque ex bonis patris, sed ex bonis mariti, & quo iure igitur illud conferre fratribus teneatur? Et videtur loqui Arrest. 7. de filiis conferentibus: & doarium vtique non filii, sed fœminæ babent, videtur bic Doarii verbo in genere vti: sicut & mox, dum ait Doariatiam *ex l. assiduus C. qui pot.* omnibus creditoribus præferri. Constat autē, *d.l.* non ad parapherna, nec etiam ad donationem propter nuptias, sed tantum ad dotem pertinere.

Mirum Doarium aut mira eius species, quod liberis ex matrimonio natis in dimidia parte bonorum patris debetur: de quo *Arr. 8.* & insignis ea verbi istius abusio est.

Non too. pertinet ad hanc quæstionem, si soluto matrimonio mulier vel beredes eius dotem repetāt, an maritus vel eius heredes excipere possint, dotem non fuisse numeratam. Et post decennium à contracto matrimonio lapsum, negat prorsus banc exceptionem *Instm.d.N.* sed autor Arr. 10. tantū præsumtionem statuit, & probationem contrariam admittit. quod non conuenit cū d. N. de cuius sentētia tractari docet Nota: ideoq; pessime id accipit autor arr. qui aliam plane quæstionem proponit, an maritus post decennium elapsum adhuc possit petere dotem. Et id pessime negat: neq; enim actio pro dote promissa finiri decennio potest. Et puto autorem mentem Arresti non percepisse.

Quid sit *vxor bonis separata* Arrest. vlt. non intelligo. Vtique constat nihil pro Doario viuum maritum debere: videtur intelligere vxorem separatam quoad mensam & thorum: cui quoniam subtili ratione doarium non debetur, aliquid interim loco eius adiudicatur.

AD TITVLVM V.
De Tutoribus.

Mira causa dandi tutoris Arrest. 1. à vicinitate: quod iure nostro nec pictum neq; scriptum est: nisi quem vicinos agros pupillo babere ponas, qui eos melius colere possit.

Non caret ratione, vt speciale sit quoad materiam *Arrest. 2.* in testamentario tutore, quia plurimum tribuitur iudicio patris, sunt tamen qui velint requiri aut vt pater debiti fecerit mentionem, aut saltem vt tutor testamento datus hoc ipsum alleget, ne se faciat suspectum *v. Baldum, in l. cum in eo 44. de pact. Cyn. Salic. & alios in auth. minoris C. qui dar. tut. Accurs ad N. 72.*

Cum tutela matris extraordinaria sit, & insuper certo iure cautum, ne minor 25. annis sit tutor: man festo absurda est responsio ad primum dubium *Arrest. 3.* quod mater minor annis tutrix esse possit. Ceteroquin iure constat, minorem posse tutorem dari: sed & hoc constat, eum antequam excesserit legitimam ætatem, non posse fungi administratione. Sed & insuper non video, quomodo videatur per verba & formulam initio Art. propositam, tutrix mater data: alias mater legitimam tutelam, etsi testamento data tutrix non sit, suscipere potest. In secundo dubio mirifice vagatur author hoc Arresto. Ego simpliciter sentio contractis secundis nuptiis finiri tutelam, licet enim *N. 94. cap. 2.* non loquatur de testament. tutela: tamen ista ratio semper militat, quod conuolans ad secundas nuptias censetur mutasse affectionem erga prioris matrimonii liberos: cum aliàs, vt dixi, extraordinaria sit tutela matris. Nec mouet, pro altera sententia, quod vitricus priuigni tutor esse potest: *l. nonnunquam 32. §. 1. de adopt.* quoniam id fit causa cognita aliquando à magistratu & procul dubio tamen, vt pupillus alibi educetur. Consuetudinē Galliæ non miror. Sed quod ea mulier & mater se immiscere potest administrationi citra iudicis decretum, non pugnat vllo modo cum iure communi: vel putat autor, more suo errans; quin statim vbi quis cognouit v. c. se tutorem testamento aut lege constitutum, citra vllum iudicis decretū, suscipere administrationem tenetur, & suo periculo cessat; neq; aliud textus ab autore citati probant: & falso adducitur quoque Ioan. Faber. Sed constitutione nouissima Imperii sancitum est, ne quis tutor sine speciali decreto magistratus suscipiat administrationem. Ait autor porro, quod mater contra dispositionē iuris cōmunis, Galliæ consuetudine præfe-

ratur auo paterno. Existimo quoque & ego magis conueuire Legibus nostris, vt auus præferatur: sed multi tamen magnæ autoritatis contrarium ex iure nouo defendunt, inter quos *Bart. Bald. & Salic. in auth. matri & auia C. Quand. mul. off. tut.* Tertium dubiũ prorsus ab hac materia est alienum: sed autor more suo & hic sequitur deteriora. Est enim vera & communis sentẽtia *Interpp. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit.* pecuniam debere consignari: neque dissentiunt, vt male putat autor, qui putarit realem sufficere oblationem & in iudicio: Etenim & qui pecuniam consignari volunt, non dubitant, quin recte agatur, si pecunia in iudicio præsens offeratur, sed nec talis oblatio sufficiat, vt fructus antea percepti peti possint, sed illi debebuntur scilicet, si pecunia oblata, & à creditore non recepta, deposita fuerit, quæ omnia ignorauit autor.

Nusquam vidi plures sententias abhorrentes à iure communi. Ita eo obtinet, vt si tutor temerarie appellauerit, & condemnatus fuerit, periculum etiam prioris temporis ad eum spectet arg. *l. si bonam 11. C. de adm. tut. l. 1. C. si tutor fals. app.* &c. Ex quo ipso sequitur, pendente appellatione onus tutelæ tutorem suscipere non teneri: Et id certissimum est: Et tamen non dubitat autor pro manifeste falsa sententia, textus, & autores adducere. Porro iure ciuili tutor non debet administrare nisi inuentario confecto: Id an in Gallia abrogatum sit, nescio, sed quod Bart. in *l. 1. de curat. bon. dand.* id abrogatum esse scribat, falsum est.

In Arr. 7. hæc castigationem merentur 1. falsum est, quod procurator à tutore datus, perinde habeatur, ac si ipse pupillus dedisset. 2. Ex iuris ratione tutor in causa pupillari nisi ipse litem contestatus sit, procuratorem dare non potest *l. neq. tutor 11. C. de procurat.* quod non intellexit author 3. prorsus falsum est, quod tutor e missa Epistola possit mandare, vt pupillo delata hereditas adeatur. Et postmodum constitutum est vt tutor nomine infantis possit adire hereditatem; pupillus autem debet & potest hereditatem adire ipse autore tutore *l. si infanti 18 C. de iure delib.* 3. in proposita specie falsum est, quod tutor hoc detulerit procuratori, vt fieret pupilli curator, [illegible] fecit hoc aduersarius tutoris qui mortuus est. 4. falsum est, quod petente pupillo, procurator datus à tutore cogatur præcise suscipere curationem ad litem, sed pertinet hoc ad iudicis officium qui etiam inuitum potest dare curatorem, & consequenter potuit dare istum procuratorem Ergo apparet, quam miseri fuerint hi ICti, quibus hoc dubium adeo ingens & arduum visum fuerit.

Minor curatorem habens ex communi sententia nec obligatur quidem & multo minus igitur potest alienare: &, si forte curatoris autoritate possit aliquid alienare ex rebus mobilibus, at consensum in suum commodum præstare non potest curator: de quo *Arrest* 8 Quæstio ibi subiecta intelligenda est de liberis curatorum, an his, minores quid donare possint. Et posito etiam, quod per liberos res parentibus non adquiratur: tamen cum parentes maximo adfectu prosequantur liberos, & magis certe non minus, quam sibi ipsis, vel in liberis suis, facile fraus possit fieri legibus & constitutioni, si permittatur, vt minores donare possint liberis curatorum, qui etiam blandiciis & dolo inducere ad id minores suos possint: quæ solidissima ratio est, contra quam nihil faciunt nugæ Carterii & Auferii hic alligatæ.

Minor 25. annis testamentum facere potest, & quem vult, heredem instituere: Itaque sane durum fuerit, simpliciter adimere facultatẽm minori, quo minus instituat liberos curatoris sui: quin nec dubitem ipsum curatorem heredem institui posse cõtra *Arrest. 9.* Sane constitutio Regia, cuius mentio est *Arrest. præc.* non nisi ad donationes à minore inter viuos facta debet referri: nimis enim durum sit, si nec quid legare possit minor curatori. Sed si quid forte fraude curatoris factum sit, id irritari ex re fuerit. Videtur autor in pr. *Arr. 9.* consuetudinarium ius Burgundiæ, quo parentes succedunt liberis, opponere iuri scripto: At enim hoc quoq; idem obtinere plusquam certum est.

Nimis certum est, quod tutor vel curator ob crimen pupilli vel adolescentis non teneatur: sed ei criminaliter accusato sane iure ciuili curator adesse debet *l. 4 C. de autor. præst.*

Iure ciuili numerum liberorum excusationem præbere à tutelis constat: optimis rationibus. Et nugatur autor, dum contra disputat *Arrest.* 11, & fauorabilis quidem tutela est, sed non propterea qui tot liberos Reip. dederunt, & qui satis occupati sunt in curandis tot liberis, ea onerari debent: & consuetudo quæ ab hoc iure discedit, pro rationabili nõ est habenda.

Æquum est, vt tutor in rationes referat, quæ expendit, iuxta relata *Arrest.* 12. quin si probarit, dum curat negotia pupilli, se neglexisse & negligere coactum res proprias, eius rei rationem haberi æquum est. Et amplius practicatur, vt finita tutela, tutoribus autoritate magistratus aliquid pro honorario adiudicetur: neque id repugnat iuri ciuili, (vt male in f. putat autor) maxime in patrimonio locupleti.

Arrestum 13. ita elegantibus verbis scilicet, & ita propositum est, vt quæ eius sententia sit, intelligere non possim.

Arrestum ex tit *de cess. bon.* quo se refert Arrest. 14. iniquum est, nisi dolus aut lata culpa tutoris arguatur.

Fratris maiorennis est, suscipere tutelam fratris pupilli: non prospicere de alio tutore, vt iudicatum Arrest. 16. nisi iustis causis excusationis defendatur.

AD APPENDICEM.

Cognitio iudicis erit, an pupillus apud matrem quæ secundo nupsit, educari debeat: quippe quod fere eiusmodi matres nouercales induunt animos: & inepte adducitur *l. 1. vbi pup. educ.* in qua nec verbulum vllum; quod pro autore faciat.

Surdum tutorem non recte dari diserte cautum est *l. vn. C qui morbo* nec video rationem cur hinc recesserit Curia *Arr.* 7. & est ibi cõtradictio in adiecto: fieri enim non potest, vt hoc vitium non sit impedimento in tractandis negotiis & contrahendo.

In Arrest. 11. non sine fallacia singulariter vsurpatur verbum, *Nominatorum*, pro cognatis pupilli: qui proponunt aliquos pro tutoribus: ad quod cum iure & ex officio aliquo non teneantur, si monente magistratu id bona fide faciant, non tenentur, vtcunque postea tutores deprehendantur non esse soluendo. Iure nostro nominatores intelliguntur, decuriones & magistratus municipales, qui v. c. præsidi nominabant, quos idoneos ad tutelam & alia officia putabant: & proinde quia fidem eorum prætor sequebatur, ipsi obnoxii tenebantur: ad quos pertinet *tit. Dig. de fideiuss. & nomin. v. l. 1. in f. de tut. illust. l. vlt. C. de filiisf. am. & quemadm. pater. lib. 10. l. 2. C. de susceptorib. lib. 10.*

Arrest. 12. in pr. ait, transigere non posse, paulo post

post ait, eos restitui. Quæ contradictio est: si enim non possunt, transactio nulla, & proinde restitutione opus nõ erit. Sed hæc accusatio ab istis hominibus exigenda non est. Et mox pari subtilitate refert ex Valla, quod minor restitui possit intra 30. annos ob nullitatem contractus: Nugator, si nullus est contractus, iterum dico, ipso iure tutus est minor, nec indiget restitutione: tanto minus vt ei ex moribus Galliæ necesse sit adire principem. Cerebrum suum sunt secuti, qui decennium præfixerunt.

Miror istorum hominum ignorantiam: & enim quæstio *Arrest* 13. expresse decisa est per *l. vltim. C. de diui. tut.* & perspicue falsum est quod ille locus agat de tutela per testatorem aut iudicem diuisa: sed aperte est de tutela diuisa eiusque administratione, per tutorum ipsorum conuentionem: & ita quoq; in mandati terminis respondit *gloss. & Salic. in l. creditor* 60, *§. 1. & 2. Mandati.*

Arr. 14. proponitur pater legitimus filii tutor, tum alius tutor subrogatus: & porro tertius adhuc tutor principalis. Quid hoc monstri est? Debebat casum proponere author.

Arrest. 15. idem habet quod *Arr.* 10. huius appendicis.

Tædiosus & prolixus discursus est *Arrest.* 16. in quo illud solum est solidum (cetera enim nuda verba sunt) quod ex *l. 1. §. 2. vbi pup. educ.* cognati cogi possunt, vt apud se pupillum educent: & reuera hæc quæstio & causa diuersa est, à causa tutelæ administrandæ, nec qui ab hac liberatus est, debet ob hoc excusari à necessitate educandi pupilli: contra quam male iudicatum tamen fuit.

Prolixitas nimia est *Arrest. vlt.* Ista quidem alias non inepte differuntur ex antiquitate: sed in foro exoleta ista iura inepte proferuntur. Iure nostro certissimum est, matrem & auiam non cogi tutelam suscipere, sed si velint, posse: cui cum accederet consuetudo, in pr. allegata: vel hæc sola ad victoriam sufficere poterat.

AD TIT. VI.

De Inuentario.

CVm Cyno qui allegatur recte Arrest. 1. etiam sentit Bald. ibid. §. *non autem.* quod pater non cogatur conficere inuentarium. Sed sane non sicuti quisquis tenetur reddere rationes, tenetur facere inuentarium: ita necessario sequitur, eum qui non tenetur reddere rationes, nec teneri facere inuentarium. Et tamen vt pater teneatur, publicum instrumentum conficere, longius abit à mente Iustin. Rursus non mirum est, ita disposuisse Iustinianum, qui primus omnium aduentitiorum proprietatẽ parentibus ademit, & proinde, noluit eis necessitatem imponere inuentarii conficiendi: sed cum iam pro liquidissimo iure habeatur, debere omnino liberorum esse proprietario iure bona, non mirum est, si consuetudinibus & statutis pater saltem ad confectionem inuentarii teneatur: vt saltem possit constare de bonis, quorum alienandorum vtique facultatem pater non habet.

Ad id quod proponitur Art. 2. textus ex iure citati, faciunt nec hilum. Et ita prorsus alibi obseruatur, vt cura bonorum & inspectio pertineat ad eum magistratum, sub cuius iurisdictione defunctus fuit: ad quem magistratum etiam pertinet, defuncti liberis dare tutores vel curatores. Ad eandẽ materiam pertinet *Arrest.* 3. sed quod de eo Bal. tradit, falsum est. Quærit ille in *d. l. vltim. in pr. quæst.* 6. an omnino iure Canonico & in foro pœnitentiali sit opus Inuentario. Verum vbi opus est inuentario, alia quæstio est, apud quem vel cuius magistratus autoritate sit conficiendum.

Existimat autor, *Arr.* 4. valde humaniter actum cum vidua. Mihi secus videtur: quoniam ea tantum in immobilibus accepit substitutum, & satis onerosum fuit, cogi declarare bona immobilia, & refundere, quæ ex reditibus accepit.

Id quidem recte Arr. 5. vt mulier etiam iuuenis teneatur rite conficere inuentarium: sed si id non factum fuerit, iuuentutem & ignorantiam iuris ei non prodesse, & eam incidere in pœnam, absurdũ, iniquum, & rationi iuriq; contrarium est.

Mirum est, quo colore & qua ratione, ius iubendi confici inuentarium referatur sub Imperium merum. Iuri & rationi id repugnat.

AD TIT. VII.

Familiæ erciscundæ.

MIra sententia est, *arr.* 4. vt vbi vnus coheredum abest, propterea tota hereditas sequestretur: Et cur non, si vtriq; alter suspectus forte est, cautio ab eo exigatur: sed longe magis mirum, quod autor pro ista sententia expressum textum esse scribit *in l. 5. Funere.* Ego ne eiusmodi hominem pro iureconsulto habeam?

Circa *Arr.* 5. Aut petitor in possessione est, & habet remedia sua: aut non est, & debet docere rem esse communem, aut saltem fuisse: quo casu alterũ probare oportebit, diuisionem factam esse. Hæc est ratio iuris: iniurium autem est, agere rescriptis.

Iure nostro si diuisio rebus hinc inde traditis, perfecta sit, maiorib. non datur restitutio: sed si alteruter sit læsus vltra dimidium, ex cõmunissima sententia habet remedium *l. 2. C. de resc. vẽd.* quamuis sed friuole, contradicat *A. Fab. dec. 8. de err. pragmat. c. 1. & seqq.* cum isto iure non conuenit Art. 6.

Contradictio est *Arr.* 7. diuisiones parentum inter liberos admitti, salua æqualitate & legitima, si enim vni vel alteri saltem datur legitima, magna oritur inæqualitas. Veluti si duo sint liberi, legitima est triens bonorum. Ita ex tribus millibus, pro legitima singulis debentur quingenta. Quanta vero inæqualitas, si alter 500. alter 2500. habeat. Hanc inæqualitatem tamen patrem facere posse in testamento perfecto, nemo dubitare potest: Sed si non solenniter disposuerit, iuxta *l. 16. & vlt. C. fam. erc.* N. 107. putant non pauci non ferendam tantam inæqualitatem. Sed plane cum procul dubio etiam hoc casu pater possit facere partes inæquales, (alias quorsum disponeret) non potest alius terminus statui inæqualitatis, quam vsq; ad legitimam: & facit *d. l. vlt. C. fam ercisc. iunct. l. 16. & 21. eod. Gail. 2. obser.* 116.

Nihil est vulgatius, quam quod homo præsumatur viuere vsque ad centum annos, vel vt cautius alii loquuntur, quod vtique possit annos tot viuere: & rursus durare aliquid præsumitur, quod fuit, donec alius eius destructionem rite probet, & quod id esse desierit, de quo *Bart. in l. si quis ex §. an nec her. de edend. Bald. in l. ex persona 3. col. 2. C. de probat. Felinus in c. scribam n. 2. de præsumpt.* Itaque qui vult succedere alicui, debet eum probare mortuum. Attamen ex iustis causis aliquando audiuntur minus plenæ probationes: sed cum cautione, si forte eum qui mortuus esse dicitur, adhuc viuere & reuerti contigerit, vt recte Art. 1. Appendicis habet.

Arrest. 3.

Arrest. 3. quod dicitur, minorem semper testi- cui posse, iuxta ius ciuile accipiendum est: modo sci- licet ne quadriennium, ab impleta legitima ætate excesserit; præterea fallacia est in verbis *plus æquo tu- lit*. si enim calculi vel alias error interuenit, non du- bium est, superesse petitionem: ceteroquin id fal- sum est: cum transactio vix etiam ob immodicam læsionem rescindatur.

Arrest. 4. eiusdem materiæ est cum Arrest. 1. sed nouem annorum tempus breuius iusto est, præser- tim in homine iuuene: nisi alia indicia & circum- stantiæ concurrant, fama & quod forte in militiam profectus & copiæ sub quibus militabat cæsæ sunt: quæ & alia id genus possunt mouere iudicem, vt admittat heredem cum cautione.

Arrest. 5. Appendicis iungendum est cum *Arrest. 6. tit.* & diximus ibi, ob læsionem vltra dimidiam rescindi diuisionem factam inter maiores: ita com- munissime Dd. in *l. 2. C. de resc. vend. Bart. Bald. Salic. Cynus, alij Pinell. ad d. l. 2. p. 2. c. 1. in pr.* vbi de communi sententia attestatur. Itaque insignis impudentia est, quod autor *d. arrest. 5.* scribit ex communi senten- tia rescindi diuisionem ob læsionem vsq; ad qua- drantem: & Glossa ipsa citata diserte requirit læsio- nem vltra dimidium.

AD LIBRVM XVI.

TIT. I.

De minoribus.

DE materia Arresti 1. & an expediat principes pueros administrare regnum, supra dictum est. Posito autem ita iure, mirum non est, si contra Regem minorem, præscriptio currit: iuxta *Arrest. 2.* vtitur enim iure maiorum: nam & qui veniam æ- tatis impetrauit, instar maioris hactenus est, vt in integrum non restituatur, *l. 1. C. de his qui ven. æt.*

Contra quam putat autor *Arrest. 3.* Citatio in per- sonam minoris etiam curatorem habentis recte concipitur: sed comparere & litigare sine curatore non potest. In minore qui non habet curatorem certa res est, & si non defendatur, licet non latitet, tamen mitti possunt creditores in possessionem bonorum eius, per notata *Dd. & imprimis Zasii in l. si minor de reb. aut. iud.* per illum text.

Abutitur verbo *restitutionis* Art. 4. dum ait, mi- norem restitui, qui bona alienauit sine decreto: cum enim actus sit ipso iure nullus, nec restitutio- ne opus est: & ita passim textus nostri *l. causa 16. §. & generaliter 3. de minorib. l. 2. 11. & 16. C. de præd. minor.* Itaque rem ita alienatam minor vendicat, & tamen si possessor probet pecuniam in vtilitatem minoris versam, exceptione doli defenditur, & retentio- nem habet, dum minor pretium refundat: quod & *l. 10. C. eod. tit.* docet, & manifestam habet rationem, cum & pupillus hactenus conueniri quoq; possit, quatenus est locupletior factus. Et ridiculus est autor: dum ait contrarium responsum esse à Iuris- consulto in *l. 24. §. 3. de minor.* nec animaduertit ineptus homo, ibi non de contractu nullo sed vali- do agi, contra quem restitutione opus est, itaque minus indulgeri minori: & præterea in *l. patri 27. §. 1. in f. eod. tit.* in causa quoq; restitutionis respondetur, oportere eum qui pecuniam soluit minori, proba- re eam in rem eius versam esse. Quod *Bart. in l. ma- gis puto de reb. eor. &c.* excipiat permutationem, fal- sum est. Falsum quoq; est, quod minor suo iure possit remittere ius, quod in re habet: nec quid- quam obstat citatus textus, tum quia facit id fauor libertatis, tum quia non excluditur consensus cu- ratoris, sed tantum causæ cognitio apud consilium, quæ necessaria est cum minor 20. annis seruum ma- numittit. Species subiecta nihil huc pertinet, quo- niam matris fundus fuit: quod si fuerit & minoris, absurdissima & iniquissima fuerit ea sententia: & itaque legendum erit, minorem rem immobilem suam non vendidisse. Quid autem ibi est *maiore na- tu, minore tamen* Istaquidem aut contradictio est, aut ridicula quæstio: Quod si enim minor 25. annis est, nihil ad rem facit, quod ceteris liberis senior fuit. Adeo nugis & ineptiis scatent istæ tractationes.

Quod proponitur seq. Art. si simpliciter, pro vt proponitur, accipiatur falsum est, per text. in *l. 3. §. 1. de minorib. fac. l. 7. §. 1. de lib. caus. l. 3. §. vlt. Ad Macedon.* Et textus citatus accipiendus est, de casu, quo maior factus eodem errore, ignorans se læsum, aliquid accipit: sunt qui distinguunt inter rem perfectam & imperfectam, vid. *omnino gl. Bart. & alios in d. l. 3 §. 1.* Prorsus sine manifesto vitio istud Art. in genere defendi non potest. Textus citati in Nota nihil ad rem faciunt, & plane de aliis terminis tractat ibid. allegatus Tiraquellus.

Quomodo tuto solui possit & debeat minori decisum est *§. nunc admonendi 2. Inst. Quib. alien. non li- cet, l. sancimus 25. C. de adm. tut.* quibus locus docetur, etiam debitorem iterum conuentum tutum esse exceptione doli, quatenus in vtilitatem minoris vel pupilli est conuersa pecunia: quos textus si autor sciuisset, *art. 6.* allegauisset.

Diuisio est species alienationis, ideoq; pupillus vel minor eam postulare non potest, sed prouocari à maiore ad diuisionem potest, v. præter textus cita- tos Art. 6. & *l. 1. §. 1. de reb. eor.* Hinc ratio decidendi *ad l. 2. C. de fund. dot.*

Arrest. 8. liquidam habet rationem: sed quod ista sit doctrina Interpp. *in l. si se nō obtulit §. condemnatum de re ind.* falsum est. Et hoc ibi docent Interpp. quod exceptio nullitatis quæ obiicitur sententiæ, impe- dit executionem, si incontinenti probari possit. Id cum ista quæstione nihil habet commune.

Vbi restitutio necessaria est minori, semper con- tractus ipso iure validus est, vt supra sæpe monui- mus. Et tamen etiam vbi restitutio petitur, frequē- ter necesse habet qui contraxit cum minore, pro- bare, quod pecunia in rem eius versa sit, text. *expr. in l. patr. 27. §. 1. in f. de minor.* Itaq; Art. 9. erroneum & à ratione iuris est alienum.

Erroneum quoq; est *Art. 10.* nam & contra do- lum præsumptum minor restituitur. *Afflict. dec. 370. n. 5.* quanto magis contra culpam admissam in ap- pellatione, quæ postea non iusta deprehenditur: quam potest fecisse & interposuisse citra vllum do- lum aut latam culpam: cum & ignorantia iuris in minore toleretur. Lege odum autem hoc Art. *si ap- pellatio admissa Non. fuerit.*

Arresti quoq; 11. rationem non video. Quod si enim conuentus eo quod curatorem non habet, iure opponit declinatoriam: quo iure tandem per interlocutoriam negari ei potest & adimi hæc ex- ceptio: &, si interlocutoria iniusta est, quo iure in secunda instantia, cum nondum habeat curato- rem, condemnari potest? Meri hic sunt errores. Ea- dem ratio est *Art. 12.* sed eo insuper errorem alium admittit autor, dum arbitratur non obscure, sen- tentiam executioni tradi posse, quæ pro minore data fuit, non obstante appellatione. Ego hoc pri- uilegium minoris nusquam exstare puto.

Renuntiatio hereditatis iurata & si renunciana

non

non sit læsus enormiter, iure Canon. est confirmata *cap. quamuis de pact. in 6.* Itaque nimis Arrest. 15. affirmatur generaliter, quod filius filiave, qui rem quamuis aut pecuniam accepit, non restituitur. Id enim vt dixi, verum erit, si qui renunciauit, non sit enormiter læsus.

Subobscure loquitur Arrest. 15. in verbis, *emtorem, maiorem conueniri non posse* quale est illud, Aio te Æacida Romanos vincere posse, sed seqq. ostendunt, quod existimet restitutionem minori concessam, etiam prodesse maiori consorti litis. Quod pessime pro regula ponitur cum contra regulare sit, non prodesse maiori, nisi causa sit indiuisibilis, vt nisi prosit maiori, nec possit restitui minor. *Sfort. Odd. de restit in int. quæst. 46. art. 4.* quale sane negotium quod hic proponitur, non est. In altera specie *versic. eadem* contorta etiam sunt verba: & præterea aperte falsa sententia: si alius cum filiofam. acceperit mutuum, vtrique succurri. Et alia ratio est fideiussoris, qui habet regressum contra filiumfam. quæ ratio est textus citati. In tertia specie *versic. similiter:* inepte confundit personam quæ cum muliere intercedit, cum fideiussore eius: & quod, si mulier & Titius intercesserit pro alio, subducta tantum muliere, Titio non succurratur, expressum est *in l. si Titius 48. in pr. de fideiussoribus.* De fideiussoribus alia quæstio est, & his qui interuenerunt pro minore non circumscripto (ceteroquin exceptio doli haud dubie & his datur non facile succurritur, quia creditor accepisse eos præsumitur, ob hoc ipsum, quod minori facile succurri sciebat. Itaque solet minor & aduersus fideiussores quoque restitui *l. 1. & 2. Cod. de fideiuss. min.* vid. de hac re distinctionem & communem opinionem Dd. apud *Sfort. Oddum quæst. 48. artic. 5. & 6. Maurit. de rest. in int quæst. 11. Gab. Mud. in l. 2. C. de fideiuss. min.* Facilius succurri fideiussoribus mulierum & filiorumfam. crediderim; quorum obligatio propriis in eam rem SCtis prorsus improbatur, vt *ex l. 16. D. ad Vell. l. 9. C. eod.* colligitur.

Et casus & disputatio Arrest. 16. est prorsus obscura.

Constat, minorem qui ita contrahit vt quiuis paterfamil. non restitui: item non restitui, si pecuniam in necessarios vsus conuertat: Et cum igitur filius patrem captiuum iure teneatur ex carcere liberare, & si non faciat exheredare possit; consequenter filius minor, qui pecuniam accepit, vt patrem suum ex carcere liberaret, in integrum restitui nō poterit, contra quam male iudicatum fuit *Arrest. vlt.* Textus aut nihil faciunt, aut magis Arrestum impugnant: partim nihil, & nusquam sunt.

Arrestum 1. APPENDICIS non intelligo.

Recte iudicatum fuit *Arrest.* 2. per ea quæ diximus ad Arr. 15. tituli in fin.

Arr. vlt. ait, si dolus subsit, maiorem quoque restitui. Sed non opus est vt hic eo modo, quo autor putat, restituatur maior, cum habeat ordinariam exceptionem, aut in subsidium, actionem doli: Rationem reddit, quia dolus magis afficiat contractum, quam facilitas. Quid hoc est? Nimirum ob dolum aliquando ipso iure est contractus nullus; quo casu res liquida est; vel contractus est validus, & exceptio doli quæ realis est, etiam fideiussoribus datur. Et scilicet dolus est in persona contrahentis, qui ipsum odiosum facit, quæ res locū facit exceptioni: Atquin si absit dolus, sola læsio & fauor ætatis facit locum restitutioni, quæ ratio propria est minoris: non fideiussori, nec alii consorti communis.

Ait præterea hic autor, quod qui adiit vna cum minore hereditatem, & scilicet coheres, licet maior, restituatur & ipse contra aditionem, si minor fuerit restitutus. Sententia falsa est aperte: res enim recipit diuisionem, & minor restitui potest, vt maiori non succurratur. Limitat tamen autor: nisi creditor hereditarius parte velit esse contentus. Inepte: quoniam cogitur esse contentus, neque adcrescit hoc casu, inuito coheredi, pars repudiata à minore, *l. si minor 61. de adquir. hered.* neque intellexit autor diuersitatem casuum, & imperitus accurati iuris deceptus fuit textu in *l. cum hereditate 55. de adquir. hered.* qui non est de casu minoris qui adiit, & postea restitutus est, sed de casu, quo minor ab initio non adiit, aut cum suus esset non immiscuit se hereditati, quo casu agitur durius, cum coherede, qui adiit intempestiuius, nec expectauit, quid facturus esset minor coheres, atque illi summo iure pars altera adcresceret: sed humaniter indultum fuit, vt liceret ei discedere à tota hereditate, si partem alteram agnuscere nolit, sed horum scientiam frustra postules & expectes ab autore. Textus ceteri citati ἀλλο πρὸς τὸ ἄνον.

Arresto 1. TIT. II. De his qui ven. æt. typographici errores in pr. castigandi sunt: & pro 25. legendum 20. Et hi tamen valde insubtiliter maiores natu vocantur. Quod liberam bonorum administrationem isti habeant, falsum est, quippe cum, vt ipse fatetur, immobilia sine decreto alienare non possint, posse ex causa supremum principem dispensare, & inferiori ætati hoc concedere, maxime personis illustribus, dubium non est. In *vers. res huiusmodi* vt passim, constructio laborat, & misere Priscianus vapulat, qui toto hoc opere male mulctatur.

Quid est, quod proponitur sec. Arresto de rescripto pro rebus immobilibus? Id quidem parum cum hoc tit. commune habet: an forte intelligit decretum, quo etiam nihilominus egent, qui veniam ætatis impetrarunt, facit pro hac interpretatione *Arrest. seq.* Vix autem probo sententiam autoris eo loco, quod hoc quoque casu indigeant istæ personæ curatore. Et hoc enim repugnat veniæ ætatis, vt indigeat adhuc curatore persona talis & proinde nec probo, quod vbi de immobilibus rebus litigatur, curator sit necessarius.

Arresto Appendicis, pro *tutore*, reponi oportet *curatore*, sed prorsus falsum puto, quod locatio, bona fide à curatore facta, ipso iure finiatur si minor veniam ætatis impetrauerit. Ista quidem sententia, dubio procul & rationi & iuri contraria est.

AD TITVLVM III.

De restitutione in integrum.

HIc titulus siquidem generalior est, debebat præmitti. Ait Arrest. 1. decennium tantum inter maiores locum habere, & mox tamen, non currere à tempore maioris ætatis. Sed ista quæ sunt solis Gallis particularia, non moror.

Hoc

Hoc dupondii sciunt, restitutionis fundamenta esse duo, ætatem minorennem & læsionem: & nisi vtrumque concurrat, nec quæstio vlla de restitutione esse potest: nec necesse erat super indubitata prorsus re sententias allegare cap. 2.

De materia *Arrest.* 3. an & quatenus minor, circa repugnationem beneficii, & alias in spiritualibus læsus, restituatur, v. omnino *Couarr. lib. 1. var. resol. 5. Boer. decis.* 350.

Probo, quod tractatur *part.* 2. *Arr.* 4. num constitutio Canonica vtpote exorbitans est restringenda ad suos terminos. Quod autem restitutio non detur congrue dotatæ, in terminis *c. quamuis de pact. in* 6. extra dubium est, alias elusoria esset constitutio.

Vulgatum est, vt ex causa metus restitutio detur, oportere metum esse continuum, aut certe ita rem comparatam, vt cui metus illatus est, adhuc metuere habeat: ceteroquin facile censetur purgatus metus, per actum aliquem voluntarium sequentem, quod probatur *l. 2. C. quod met. caus.* vbi Dd. Itaque vix probare possum, quod est *Arr.* 5. iustam esse petendæ restitutionis causam ob metum illatum vxori, licet multum post, & vt ait autor, fœmina longo post tempore contraxerit: nec bona ratio est à durante viri potestate, neque enim maritus semper potestate sua abuti, & verbera minasq; vxori intentare præsumitur.

Negat in transactione habere locum remedium *L. 2. de resc. vend.* nisi dolus aut minor ætas intercesserit. Inepte: neque enim his casibus opus est beneficio *d. l.* 2. Rursus ponit mox aliam limitationem: si enormis læsio probetur. Quæ contradictio est, quia remedium *L.* 2, non datur, nisi ob enormem læsionem: quæ omnium consensu dicitur, vbi læsio vltra dimidium intercessit. Ceterum in hac quæstione Interpp. nostri in diuersas partes abierunt, & ferè communius est recepta Bartoli distinctio, vid. eum & ceteros in *d. l. 2. C. de resc. vend. Pinell. in Tract. ad eam l. part. 1. cap. 4. n. 12. & seqq.*

Errat passim h. t. autor, dum restitutionis beneficium confundit cum remedio *l. 2. C. de resc. vend.* quod est remedium ordinarium, & pro rescissione, datur aut condictio ex lege, aut actio contractus, quæ durant 30. annis.

Re mobili quoque vendita, locum esse remedio *l. 2.* communis est sententia, teste *Pinell. p. 2. c. 2. n. 17.* sed facile admitterent limitationem Dd. si res vilioris sit pretii: iuxta Arr. 7.

Alienum est ab instituto nostro, vt subtiliter disseramus de rescindente & rescissorio, de quo Arr. 8. an ex vera iuris ratione recte cumulentur. Hoc saltem dicimus, postquam ipsi magistratus de causis cognoscunt & iudicant; cumulationem illam bona nisi ratione, estque ea sententia communiter recepta: & putare videtur Notator, ei tantum locum esse, vbi iam res peruenit ad tertium, sed etiamsi res adhuc sit penes eundem, vtique vtilis est cumulatio: veluti in terminis restitutionis ex capite de maioribus, cuius res absentis vsucapta est, ita aget, vt vsucapionem rescindi & rem sibi restitui perat. Quin non ita facile datur contra tertium restitutio, vbi aliàs res salua esse potest: quod exemplo minorum læsorum apparet, quibus non succurritur contra tertium, nisi aut valde intersit rem ipsam habere; aut is, cum quo contraxerunt, non sit soluendo. Quibus casibus ita cumulationi locus est, si tertius quoque possessor, sit sub eadem iurisdictione, ceteroquin manifesta ratio impedit cumulationem, quod & sup. nos monuisse meminimus v. *l. in causa 13. §. 1. cum ll. seqq. de minorib. Ant. Fab. dec. 7. de err. pragm. cap. 1.* & quæ nos ibi tractauimus *Sfort. Odd. de restit. in int. p. 1. q. 2. & quæst. 33. Ioh. Maurit. eodem tract. cap. 8. Zas. Gomez. & alios in §. rursus Inst. de action. Gab. Mud. in l. vlt. C. de temp. in int. restit.*

Arr. 9. recte se habet: sed illud miror, quod super rescindendo contractu, ob læsionem vltra dimidium, pro quo iure nostro competit ordinaria actio, in Gallia est opus rescripto speciali principis.

Arrest. 10. male coniunguntur metus astutia & autoritas. Et vbi vel metus vel dolus interuenit, propria sunt iuris remedia, nec vlla opus est protestatione, sed vbi potest quid videri iure factum vel non omnino iniuria, cum non præsumatur magistratus per iniuriam quid facturus, locus huic sententiæ quæ Arr. 10. proponitur, esse potest. Et frustra in extremo metuit obiectionem ea Bartolo: satis enim est tertium illum lucrum iniustum accepisse ex illo mandato.

Verbi proprietatem si accurate sequamur; sane quod nullum est, rescindi nõ dicitur: sed tamen etiamsi iure nostro illa accuratio non semper obseruatur. Illud rursus miror magis, quod extra paucullos casus, etiam super contractu nullo declarando, princeps est adeundus, vt refertur Arr. 10. Porro quod Leges Romanæ, non possint obligare præcise Gallos, si quoq; norunt, qui saltem principia politiæ degustarunt.

De Arr. 12. videbimus eo loco, ad quem se remiserit author.

Arr. 13. perspicua ratio est, restitutionis concessæ, quod minor præsertim nec curatorem habuit, nec decretum fuit interpositum: cum alias licet curator & decretum interuenerint, læsione probata sit locus restitutioni: Nec quod remissa fuit vicissim actio, cuius incertus est exitus, impedire potuit restitutionem. Illud arguit quandam imperitiam iuris, quod autor pro præcipuo effectu proponit, & maxime obseruando, quod restitui possit & maior, qui dolo aduersarii est circumuentus: quasi non sit certissimi iuris dolo circumuento & actionem & exceptionem propositam esse. Dolo autem non probato, merito fideiussoris heredes condemnati fuerunt: quoniam fideiussor acceptus fuit ob hoc ipsum quod contrahentes cum minore, metuebant, ne per in integrum restitutionem, quod actum erat, rescinderetur. Illud magis videri forte possit mirum, quod iuncto arr. seq. Rossetus in integrum restitutus, fideiussori condemnato, indemnitatem præstare & ipse condemnatus fuit. Etenim hac ratione nihil effectu Rossetus consequitur, & ista quasi lusio videtur, vt quod vna manu datur, altera adimatur. An forte in eo peccauit Rossetus, quod se non petiit in integrum restitui aduersus ipsum quoq; fideiussorem: sed sane res super hoc adhuc integra fuit, cum inter ipsum & fideiussorem causa verteretur. An hoc forte consideratum fuit, tum quod Rossetus prope legitimam ætatem fuit, cum transigeret, & 24. annos natus: tum quod diu multumque tacuit, & vt proponitur, tempore litis cum fideiussore, 40. annorum. Ita vt vtique quadriennium post maiorem ætatem elapsum videatur fuisse: ita iure ciuili, restitui in integrum amplius non potuisset. Aut cum forte subtili ratione Senatores restitutionem in Integrum negare non possent, tamen ex causis supradictis ita pronunciarunt, vt effectu fructum nullum restitutionis Rossetus sentiret.

Sane in probanda læsione, oportet ante omnia

constare

constare de valore rei venditæ, quo pertinet *Arrest.* 15. sed ea quæstio facti non iuris est. Et illud quoque liquidissimum, in re æstimanda, priuatæ affectionis non haberi rationem. Indicium autem Parlamenti Parisiensis desidero, quo vt refert Nota emtori quantumuis læso vltra dimidium, beneficium l. 2. negatur: mirum, ni nouitatis studio à receptissima Interpp. sententia recesserunt. Et miror tam putidam rationem differentiæ, quam ex Cuiacio refert & probat Notator, illis placere potuisse: quantumuis non mag[illegible] iudicii homo *Ant. Fab. dec.* 8. *cap.*7. eam quoque probet. Et quid, an enim semper quis vendit ex necessitate? & an non multi id faciunt, vt pecuniam in alias res vtiliores, aut etiam in mercaturam collocent, aut fœnori occupent: Et quam vero stolidum fuerit, restringere textum generaliter loquentem, ad casum venditionis factæ ex necessitate. Rursus ex altera parte falsissimum est, quod emptor semper accedat auaritiæ & lucri causa. Quid si vero quis affectionem ad rem habeat. Quid si pecuniam paratam nolit fœnori occupare, & potius in emtionem prædiorum collocare, ex quibus honestior quæstus sed & securior?

Arr. 16. manifesta ratio est, à diuturnitate temporis, quod post 20. annos petita rescissio fuit. Quod quidem iuri ciuili plane repugnat; cum fieri non possit, vt non in terminis istis quadriennium fuerit elapsum.

Aut hereditas necdum delata est, & pactiones desuper factæ ab aliis, sunt omnino nullæ. Aut est delata, & profecto falsum est, quod alia & res incerta sit vendita: & in tam manifesta & enormissima læsione, rescissioni faciendus est locus: nisi appareat ex mera liberalitate, superfluum fuisse donatum, vbi iterum miror, non obstante defectu insinuationis donationem fuisse probatam: sed ex falso illo fundamento, quasi hic de alta & plane incerto agatur.

Minorem læsum restitui posse & debere, regula est. Nec video rationem exceptionis in Arr. 1. Appendicis.

Arr. 2. legendum est lin. 3. *vel alio modo Non admittatur.*

Nec dubium est, quod ex causa doli & metus, detur restitutio, aut etiam aliquando contractus sit nullus: & de ea sæpius sup. & poterat hoc appendice omitti Arrest. 3. Quid in transactione iuris sit, supra diximus.

Etiam vbi contractus nullus est, opus esse rescripto Regis, dixit autor supra *Arrest.* 11. *hoc tit.* nec casus *Arrest* 5. Append. videtur esse inter exceptiones *d. Arrest.* 11. relatas. Maius dubium habet quod Arresto filius etiam heres patris ad vindicandum prædium à patre alienatum admissus fuit: quamuis non magno effectu, cum precium refundere habuerit necesse: idque habet rationem, si forte minori pretio fundum à patre alienatum esse probetur. Quin sunt qui putent, nec precium teneri refundere filium ob nullitatem actus, sed ratio sane ista obstat, quod filius heres tenetur de euictione, qua heres. Itaque si in solidum heres est, nec partem poterit vindicare vid. *l. cum à matre & ibi Interpp. Cod. de rei vindicat. Bald. in l. 2. C. de inoff. donat Bart. in l. vltim.* §. *in computatione* 9. *C. de iur. delib. num.* 6. *Iasonem ibid. num.* 10. *Iacob. Rein. de vnione prolium* 1. 7. *n.* 77. vbi prolixe tractat, an & quando hæres contra factum defuncti venire possit, plane probanda est gloss. (quidquid etiam citati censeant) *in d.* §. 9. vt ne tamen præiudicium in legitima fiat filio.

AD TITVLVM IV.

De filiabus renuntiantibus.

VEra est sententia, quam autor tuetur Arrest. 1. quam & nos contra Fabr. nugas *dec.* 13. *cap.* 4. *&* 5. defendimus: & præter rationes hic allatas, facit, quod constitutio pontificia in *cap. quamuis de pact. in* 6. nihil aliud requirit, quam vt filia congrue sit dotata: quæ congruitas non potest iniri nisi ad rationem bonorum, quæ sunt tempore dotis constitutæ. Et præterea constitutio illa & statuta consuetudinesque censentur dotem congruam subrogasse loco legitimæ, eandemque quodammodo in fauorem familiæ & masculorum minuere. Et hæc quoq; communis est Interpp. sententia, de qua v. *Couarr. in d. cap. quamuis part.* 3. §. 1. *n.* 2. *Alexand. consil.* 180. *vol.* 5. *Natt. in d. c. in pr. n* 8. *Graff. in* §. *legitima q.* 13.

Cum sanctio Pontificia diserte ita disponat, vt filia iurata excludatur à successione, consequenter recte se habet Arresto 2. altera sententia proposita, quod illa sanctio obtinet citra certiorationem, quam & probat *Couarr. in d. cap. quamuis de pact. in* 6. *part.* 3. *vide Nattam in d. c. in pr. numero* 78. *& seqq.* vbi hanc quoque sententiam cum Archidiac. *in dict. cap.* probat. *add. Guid. Pap. decis.* 227. *Aufrer. in cap. Thol. decis.* 43. *Ant. Gabr. comm. spin. tit. de iureiur. concl.* 33.

Non præsumitur quidem pater decipere voluisse filiam. Sed tamen euidentia rei ipsius, si non dolum at certe læsionem probare potest. Et communissima est sententia Interpp. quod filiam respectu habito ad bona quæ tum fuerunt, congrue dotatam esse oporteat, ceteroquin ea iure supplementum petere possit: & vt restituatur in integrum *vid. Decium consil.* 26. *&* 392. *& consil.* 180. *num.* 2. *& consil.* 379. *num.* 13. *Gail.* 2. *obser.* 47. *Anton. Gabr. lib.* 3. *comm. conclus. de iure dot. concl.* 1. *Couarr. in cap. quamuis de pact. par.* 3 §. 4. *Natt. ibid. in pr. num.* 56. secundum quæ non omnino recte se habet Arr. 3.

Arrest. 4. Interpres non satis expressit sententiam authoris: quæ hæc est: Quod consuetudo Borboniensis, non excludat fœminas à bonis alibi & v. c. in districtu Parisiensi sitis, nisi fœminæ expresse renuntiauerint. Tractatur hæc quæstio à Dd. in terminis statuti, quo filia excluditur à successione, an hoc etiam locum habeat in bonis extra territorium statuentium sitis, & in loco vbi tale statutum non viget. Latissime hanc rem persequitur *Natta, in cap. quamuis. quart. quæst. pr. sub finem tract. quæst.* 9. *n.* 336. *cum plurimis seqq.* sed certa ratio facit pro affirmatiua, nam cum excludatur filia ab hereditate & successione patris, vtique bona vbicunque sita pertinent ad hereditatem illam. Curia voluit sequi mediam sententiam: sed male, nam cum consuetudo Borboniensis excludat filiam dotatam à successione etiam citra renuntiationem: hoc solum sufficere potest & debet, vt excludatur à bonis vbicunq; sitis, etiam citra expressam renuntiationem: & est ea sententia tanto ineptior, quia consuetudine Parisiensi fœmina etiam quæ expresse renuntiauit, non excluditur. Ita neutra consuetudo seruatur.

Renuntiationes filiarum fere haberi solent pro odiosis, maxime ex ratione iuris Iustinianei.

Er ſane nimis producendum illud ius non eſt, Quo fit, vt mihi valde dura videatur ſententia, Arreſt. 6. & nimis generales illæ renuntiationes vix ſunt probandæ : & miror pro illis confirmandis adduci textus iuris ciuilis : quo illas renuntiationes inualidas eſſe & irritas, apud omnes conſtat.

Non vſque adeo expeditum eſt, quod proponitur Arreſt. 7. & obſcurum illud caput quod citat, non eſt tanti, quæritur nimirum an filia excluſa ſaluo teſtamento à patre præteriri poſſit. Et ratio dub. contra iſtud Arreſt. eſt, maxime in terminis renuntiantis filiæ, quod renuntiatio non facit, quominus filia ſit in poteſtate adeoque ſua heres, cuius præteritio facit teſtamentum nullum. Sed enim non ita filia erat ſua vt filius, cum illa olim teſtamento præteriri poſſit in *pr. Inſtit. de exher. liber.* præterea dicendum eſt, quod autoritate iuris pontificii, ſtatutorum & conſuetudinum, quibus excluditur filia, per neceſſarium conſequens deꝛ getur ſuitati : Et hæc, quod filia ſaluo teſtamento præteriri poſſit, haud dubie eſt communis ſententia : vt videre licet ex *Angel. in §. eadem hec* 12. *in f. I. de hered. ab int. Bart. in l.* 1. *§. ſciendum de ſuis & legit. & in l.* 1. *§. qui habebat num.* 6. *de bon. poſſ. cont tabb. & in l. vltim. ad Senatuſc. Tertull. num.* 5. *Bald. in l maximum C. de lib prat. quæſt* 7. *& in l. ſi quis* 9. *§. ſi filium de lib. & poſthum. Alex. in l. Gallus §. & quid ſi tantum num.* 16. *eod. tit Iaſon in auth. noniſſima C. de inoff. teſt num.* 57. *& in l. vlt. C. vnd. lib n.* 7. *Caſtr. in l. qui ſuperſtiti* 94. *de adqu. her. n.* 4. *& part.* 1. *conſ.* 196. *in Natt. in cap. quamuis* 4. *quæſt pr. q.* 12. *numero* 366. vbi ait. hactenus filiam deſinere eſſe ſuam, *& quæſt.* 14. *numero* 370. vbi teſtatur hanc ſententiam eſſe communem, de quo etiam *l. Carus §. teſtamentum quæſt.* 42. *Decius conſil.* 105. Quæ cumulare viſum fuit, ad contundendas nugas Ant. Fabr. qui contra diſputat *dec.* 12. *de err. pragm. cap.* 3. *& decad.* 13. *cap.* 1. *&* 2.

Renuntiationes hæ, qua poteſt, reſtringendæ ſunt. Prorſus non placet *Arreſt.* 8. vt filia quæ renuntiauit ſimpliciter, excludatur etiam à collateralibus, & quidem ſine diſtinctione ſexus. Inſpicienda hic eſt præcipue mens & ſententia patris, cui filia renuntiationem fecit. Et pater præſumitur hoc exegiſſe fauore familiæ & maſculorum, aut ad ſummum, ceterorum liberorum ſuperſtitum; vt autem præſumatur, voluiſſe filiam etiam per collaterales etiam fœminas aut cognatos, excludi, nulla ratio patitur : ſicut & ſtatutum excludens fœminas, cenſetur ſpectaſſe fauorem agnatorum. Itaque ſemper renuntiatio cenſetur habere hanc clauſulam ſi ii ſuperſint, quorum cauſa vel ſtatutum vel pater voluit filiam eſſe excluſam : quod & in terminis ſcribit *Salicet. in l. pactum quod* 14. *C. de pact. num.* 5. *& v quæ tractat Decius conſil.* 196. *num.* 5. *& conſ.* 396. *num* 2. *& conſil.* 433. *n.* 2. *& conſ* 553. *n.* 9. *& conſ.* 568. *n.* 5. *Natt. in c. quamuis in pr. lim.* 8. *n* 58.

Sententia propoſita Arreſt. 9. eſt communis, per notata *Decii conſ.* 150. *num.* 1. *verſ. venio ad ſecundum Guid. Pap. deciſ.* 228. *Couarr. in c. quamuis de pact. in* 6 *part.* 3. *§.* 3. *numero* 1. *add. Decium conſil.* 396. ſcilicet vbi filia renuntiauit ſaltem bonis paternis : & quæ eueniente caſu ſucceſſionis eius futura ſunt : ex quo dubium videri poſſit an huic ſententiæ ſit locus, vbi generaliſſima renuntiatio interuenit, qualis proponitur *d. Arreſt.* 9. de quo, cum eius formula non proponatur, nihil liquido dicere poſſum. Inepta haec ratio eſt, à triſtis memoriæ euentu. Et quid enim ſi patri viduo filia faciat renuntiationem, nihil in eo triſte eſt, vt cogitetur euentus & caſus ſecundarum nuptiarum.

Iam ſupra dixi, has renuntiationes haberi odioſas : itaque facile aſſentior autori in Arreſt. 10. niſi fratres præſentes fuerint, nullam eſſe hactenus renuntiationem. Ita enim dicere malo, quam vt cum autore accipiam eam de hereditatibus fratrum defunctorum : etenim hereditati delatæ etiam citra iuramentum etiam iure ciuili renuntiari poſſe, quæ nihil niſi repudiatio eſt, nullus vmquam dubitauit, & notat *Natta in c. quamuis, in pr. n.* 9.

Subtilis diſputatio eſt, quam attingit Arreſt. 11. & quam vix puto eſſe ab authore intellectam, an filia excluſa faciat partem in computatione legitimæ : de qua late egimus *ad Ant. Fab. de err. pragm. deciſ.* 12. *cap.* 8. & videantur *Decius conſil.* 299. *numero* 2. *Caſtrenſ. in l. plane* 34. *§. ſi duobus de legat.* 1. *num.* 8. *Bart. in l. Papinianus* 8. *§. quoniam de inoff. teſtam. Bald. in l. vn. C. quand. non pet. part. quæſt.* 6. *in f. numer.* 27. *Alexand. in d. l.* 34. *de legat.* 1. *§. ſi duobus num.* 6. *&* 8. *Iaſon in auth. nouiſſima C. de inoff. teſtam. num.* 47. *Salicet. ibid. q.* 7. *num.* 6.

Nimirum cum odioſæ ſint iſtæ renuntiationes, & ſanctio pontificia iuratam renuntiationem requirat, merito iuxta *Arreſt.* 12. promiſſio de renuntiando P. P. effectum renuntiationis non habebit : cum & pater, qui non vrſit renuntiationem præſumi poſſit mutaſſe voluntatem. Quod ad tria dubia deciſa & d. Arreſt. 12. relata attinet, circa primum confeſſiſſimum habetur apud omnes, quod filia etiam ſtatuto à ſucceſſione excluſa, non intelligatur excluſa à dote aut legitima. Videtur autem exiſtimare autor, quod non obſtante renuntiatione debeatur integra legitima filiæ : Et quidem ita aliqui ſentiunt, congruam dotem non cenſeri, niſi ad legitimæ modum & quantitatem, ſed meo quidem iudicio rectius ſentiunt, qui ſentiunt aliter : hac ſolida ratione, quod pater alias poſſit pro libitu de bonis diſponere, ſalua legitima liberorum. Et ita exiguus effectus eſſet renuntiationis : nec aliud requirit pontifex, niſi dotata vt congrue ſit filia. Circa alterum dubium, poteſt ſponſus quidem de facto id promittere, ſed talis promiſſio non obligabit ſpōſam : ſicut imo nec obligaret ipſam ſponſam : nec puto eam cogi poſſe renuntiare, licet ſe renuntiaturam promiſerit : vtq; patre præmortuo nullus erit effectus iſtius promiſſionis : quæ videtur eſſe autoris ſententia circa vltimum dubium : quo quid alias velit non intelligo : Et videtur velle, quod licet filia iurato promiſerit, ſe poſtmodo renuntiaturam, iſtam tamen promiſſionem effectum renuntiationis non habere.

Rationes axiomatis initio *Arreſt.* 13. propoſiti, hactenus non vidi h. tit. Et quod priori loco affertur de incerto euentu, pertinet ad caſum bonorum poſtea quæſitorum. Et nos vero quærimus an non iure reſtitutionem poſſit petere filia, quæ inſpectis bonis patris renuntiationis tempore, grauiter læſa fuit. Quod vero filia talis quæ renuntiat & læditur in quantitate datis, vtatur iure communi, perſpicue falſum eſt. Ceteroquin agnoſco ſpeciales rationes eſſe in his terminis, tum quod filia perſuaſa quoque eſt repudiare hereditatem maternam, & ad huius quoque æſtimationem procul dubio grauiſſima læſio fuit : tum quod liberi, quorum fauore cenſetur facta renuntiatio, fuerunt prædefuncti.

defuncti. Quod ad compositionem duorum textuum attinet, qui recte inspexerit *l. vlt. C. Qui & adu.quos* & verba mentemque Iustiniani attenderit, animaduertet, non esse de nihilo, quod quidam per eum textum anteriotibus legibus putant derogari: Ceteroquin Dd. nostri communiter distinguunt inter restitutionem, quæ indulgetur mero officio iudicis, & quæ petitur iure actionis: & ad illam *d.l. vlt.* restringuot, vt videre est ex *gl. Cyn.& ceteris in d.l. vltim. Maurit. de restit. cap.224. Sfort. Odd. de restit. quæst.18. art.1. Franc. Cald. ad l.3. C. de restit. in int. verbo læsis numero 155. Acc. in l. non debet 11. de dolo malo.* Datur alias restitutio minoribus etiam ob modicam læsionem: sed ob enotmem succurritur etiam maioribus: & proinde non est abs re, etiam liberis ob talem læsionem succurri, (quidquid etiam Galli obseruent) & ita statuunt communiter Interpp. relati à *Gailio 2. obser.147. Mynsing. cent.5. obs.59.* qui etiam ita obseruari in Camera Imp. testantur, vt nec absolutione sit opus à iuramento.

Quod attinet ad *l. si superstite Cod. de dolo.* videtur ea 13. & 14. arresto abuti author. Et potuisset arg. rubr. intelligere, quod non loquatur de casu quo sola læsio fuit, sed quo pater dolo erga filiam vius fu't; quæ plerorumque sententia est. Et cum in specie *d. Arrest.*14. nec dolus patris proponatur, & præterea, filiæ legata vltra dotem testamento acceperunt, non video, quæ iusta possit esse restitutionis causa, admisso axiomate *Arresti 13* ceteroquin possint & dos & legata adeo exigua esse, vt nihilominus enormis læsio iure allegare possit.

De Arr.15. meminimus dixisse sup. sub tit. *de secundis nuptiis.*

Recte puto indicatum à Curia *Arrest. 16.* Licet enim ponamus fauore masculi factam renuntiationem, id tamen oon potest facere, quo minus hereditas æqualiter ceteris deferatur; & consequenter huic quoque sorori: & cum imo pater decesserit ab intestato, videtur voluisse vt bona sua ad liberos ceteros iuxta dispositionem Iuris peruenirent. Quæ solida ratio fuit pro Leuiro illo, namque ipsi tribu t. præter primam, quam puto esse falsam, non capio.

Communis & recepta sententis est, si filia quæ renuntiauit, viuo patre sit prædefuncta, renuntiationem non obstare nepotibus ex ea natis, quominus suo iure succedant, *Thom. Grammat. decis.57. Wesembec. consil.11. numero 2. & seqq. Mařant. d. p.10. vid. Bald. in l pactum. C. de collat. num. 8. Salicet. in l. pactum 14. C. de pact. num. 6. late Natta in cap. quamuis de pact. in 6.2. part. rep. num. 114. & seqq.* qua de causa recte author ita limitat *arrestum* 17. nam quin mater superstes obstet liberis ex se natis, dubium non est. Cetera vid ntur laborare apud authorem. Super quo maius dubium esse ait, & super collatione; id certissimo iure decisom est, nimirum nepotes qui succedunt auo, teneri conferre, quod ab auo mater eorum accepit *l. Illam 19. versic. talem Cod. de collat.* Alterum & prius dubium est, vtrum nepotes legitimam in bonis auitis petere possint. Et ait author, consentire omnes, qua heredes sunt, non impediti quominus succedant. At enim si proponuntur heredes esse, quæ quæstio esse potest an succedant, & si succedunt, quæ quæstio esse potest de legitima, siquidem auum ab intestato successisse proponimus. Illa enim plane diuersa quæstio est, quam imperite commiscet, si auus fuerit testatus, an nepotes præteriti testamentum possint dicere nullum. Et diximus paulo superius, hanc esse communem Interpp. sententiam, quod filia ipsa quæ renuntiauit, possit præteriti saluo testamento. Sed siquidem præsupponimus, non obesse renuntiationem nepotibus, quo minus ab intestato succedant, (quod sane non potest ma-ter) quod iam diximus ab Interpp. communiter quoque statui, sequitur ex certa ratione iuris Iustinianei, quod nepotibus præteritis aui testamentum sit nullum. Ex Arresto autem subiecto apparet, autorem hoc quærere, an in casu a-ui testati, nepotes & ipsi instituti, sed in minore parte, possint agere ad supplementum: Quod ego ex ratione iuris & communi sententia non dubitem affirmandum; salua collatione eius, quod mater acceperat, quam actores obtulisse, proponit autor. Et rationes rei contradicentis, fundantur in eo, quod renuntiatio matris obstet etiam nepotibus: quæ sententia quidem est aliquorum, sed communiter reprobata. Itaque si communem sententiam sequimur, bene & recte pronuntiauit iudex inferior, male Curia eam sententiam reformauit, & contra pronuntiauit.

Recte iudicatum *Arrest.* 18. & renuntiationes nimis generales & laxæ improbatæ, nisi consentirent & præsentes essent, de ●orum successione agitur. Id autor supra à se probatum, hic male improbat: Etenim istæ renuntiationes, vt odiosæ sunt restringendæ: nam quod attinet ad *l. vltim. Cod. de pactis*, qua & hic abotitur anthor, sicut & sup. non ad renuntiationes de succedendo ea pertinet, sed ad pactum de diuidenda obueotura hereditate.

Primus porro casus hic relatus recte se habet: vt hoc tamen addatur, licet pater dixerit, se qnod dedie velle esse loco legitimæ, tamen si præterierit liberos, testamentum fore nullum: & si instituerit, illis omnimodo competere actiooem ad supplementum, si minus acceperint. Itaque non tantum bene faciet pater, si suppleat, quod deest, vt ait aotor, sed etiam id facere tenetur.

Tertius quoque casus recte habet ex communi sententia, quæ, vt sup. retulimus, tenet, exclusos statuto &c. liberos posse saluo testameoto præteriri. De Quarto casu constat, sed imperite citatur textus, qui nihil probat: & iure ciuili certissimum est, renuntiationes istas, licet in-ratas, nullius esse momenti. Quintus casus falsam habet sententiam, & sup. probauimus, ab urdum esse, vt collaterales, cuiuscunque sexus, & etiam tantum cognati, liberis licet renontiatint, præferantur: Et rursus inepte ad hoc allegatur idem textus qoi casu præced. Et vero probauimus sup. quod semper subintelligatur, renuntiationem fieri fauore ceterorum liberorum, non aliorum remotiorum, & in quibus nulla prælationis militat ratio. Itaque non opus est reseruatione expressa, cuius meminit casus sextus. De octauo caso constat inter omnes, quod pater oon obstante renuntiatiooe filiam testamento instituere possit: Itidemque legare, & cum legatum capiat iure extranei, non tenebitur conferre: plane si legitimæ petendæ ius testamento filiæ acceperint, & eam petant; nec legato contentæ esse velint, apertum est quod antea acceptum in legitimam ten cantur imputare. De his quæ habentur casu 9. ante diximus. Decimus casus explicatione est iuuandus. Nam

alias quidem facilius est, vt quis renuntiet delatæ, quam futuræ hereditati: Et imo illud admissum, hoc iure nostro vetitum & nullum est, sed dum pater dotem dans filiæ, eam renuntiare curat hereditati iam delatæ matris, censetur id filia non libera voluntate, sed coacta aut deceptа fecisse. Et vt locus sit sanctioni *cap. quamuis de pact.* oportet vt pateat non de bonis aliunde quæ obuenerunt filiæ, sed de suis propriis bonis dotem constituat filiæ *Natta in illud cap. adpr. limit. 7. numero 56. & 57.* ex quo eodem fundamento idem scribit *lim. 6. numer. 46.* non esse locum illi constitutioni, si frater post mortem patris dotans filiam, eam faciat renuntiare hereditati paternæ locupleti, quæ iam delata filiæ erat. Dcii. calu supra actum est Arrest. 1. Et item de materia casu 12. quod pater tenceatur congruam & competentem dotem date filiæ, relatione & proportione ad bona quæ tum habet.

In APPENDICES Arrest. 1. pro *solenni iudicio* legendum videtur, *solenni iuramento.* Ait, non darre restitutionem, maxime si quid acceperit loco legitimæ. Ergo putat etiam filiam excludi, si nihil acceperit. Male: Et est constans omnium sententia, renuntiationem extra hoc esse inutilem: hoc enim tamquam pro forma ipse Pontifex requirit.

Quæ Arrest. 2. ratio duplex redditur repulsæ filiæ, vtraque inepta est. Nam actio ad supplementum legitimæ 30. annis durat: & tanto magis audienda erat filia, quod causa agebatur in prouincia iuris scripti: quo huiusmodi renuntiationes sunt inutiles. Et summa inæqualitas, probat, filiam congrue dotatam non fuisse.

Appellatione bonorum paternorum simpliciter, non venire feudalia late & multis adductis confirmant *Parisius volum. 1. consil. 12. num. 56. & seqq. Thomas Gramm. decis. 101. n. 10. & seq.* Et in terminis iidem scribunt, quod filius vel filia, qui simpliciter renuntiarunt hereditati & bonis paternis, non excludantur à feudis, quæ alias illis deferrentur, quoniam sit propria ratio feudalium: quod & probat *Couarr. in c. quamuis pact. 3. § 3. num. 6.* Et Gramm. nominatim loquitur etiam de Emphyteuticis, quæ & passim cum feudalibus comparant Interpp. quorum opinione stante, male iudicatum erit, *Arrest. 4. appendicis:* non enim dubito male ibi scriptum esse, *a patre dato* & legendum, *patri, dato.* De illo enim sit inepta quæstio. Sed ex ratione vera iuris bene iudicatum puto: emphyteutica enim bona propriam & specialem naturam à ceteris iure nostro non habent.

Conseruationis familiarum ita est habenda ratio, vt ne contra ius ciuile imo gentium & naturæ, fœminis debita portio subtrahatur & negetur: ad quod coercendum ineptæ & ieiunæ rationes sunt *Arr. 6. Appendicis:* & de ista materia satis in superioribus actum est.

De materia *Arr. vlt. App.* est idem plane *Arrest. 16.* tituli.

AD LIBRVM XVII. TIT. I.

De emendatione erroris.

GL. & Dd. qui continuandi rationes sollicite inquirere solent, valde hic laborarent, si ad hæc Arr. commentat. scriberent. Quæ enim ratio, vt post renuntiationes filiarum, de emendatione erroris tractetur: aut nihil non sit, cui non hic titulus subiici possit. Sed frustra hic ordinem quæras. Illud constat de quo Arrest. 1. quod error Notarii & scribentis non vitiet instrumentum, nec noceat partibus, si modo legitime probetur, (alias præsumitur pro instrumento) quod Bart. putat etiam posse fieri per duos testes: & hoc tantum scribit ille in *L. errore C. de testam.* & apud Speeul. nihil reperio. Illud certo scio nemini in mentem venisse, vt diceret, duorum testimonium sufficere ad arguendam fidem instrumenti, cui testes duodecim interuenerunt: quod hic affirmat autor. Est certeoquin non parui momenti quæstio, testes quot, & quæ probationes ad fidem instrumenti conuellendam requirantur & sufficiant, de qua te vid. *Speculatorem de instr. edit. §. restat videre n. 3. & seqq Mynf. 1. obs. 5. & cent. 4. obs. 39. Doctores & inprimis Salicetum l. in exercendis 15. C. de fid. instrum.*

Arresto 2. pro *Archidux* lege *Archidiaconus.*

Absurdum videtur, vt verborum nudorum tanta habeatur ratio, (præsertim vbi constat, esse saltem errorem scribentis) vt sententia propterea sit nulla: nec hanc causam nullitatis sententiæ, vsquam iure aut ab Interpp. traditam repetio, *contra Arr. 3.*

Quæ sit sententia *Arrest. 1. Append.* non intelligo: nec rursus, quomodo 2. Arrest. Notarius pragmaticus opponatur Notario pagano; & quænam sit horum differentia: & quid sit, præponi in hypotheca. Plusquam certissimi iuris est non posse sententiam semel dictam à iudice mutari: sed declarari ea potest vid. *Interpp. in l. Paulus 42 & l. cum quærebatur 62. de re iudic.* sententiam *vers. Attamen &c.* & quæ ibi sit oppositio, non capio.

AD TIT. II.

De rebus dubiis.

VBi probationes sunt æquales, potest & debet aliquando reus absolui, cuius in pari causa potior habenda est ratio: potest etiam aliquando alterutri parti deferri iuramentum: sed difficultas est vbi vterq; est loco actoris & Rei, vt in terminis quos tractat *Bart. citatus Arrest. 1. in l. si duo. vti possid.* vbi vterque pariter & æqualiter probauit, se possidere. Bart. vult, vt res ex æquo diuidatur. Sed eleganter *Bald. in l. præses Cod. de sent. & inter.* huic sententiæ locum esse ait, vbi probationes sunt compatibiles: sed non posse, vbi probationes sunt aduersariæ, quæq; se mutuo infringunt. Et vero improbat Bartolum quoque *Felin. post Imolam in cap. licet causam 9. de probat. numero 44.* vbi approbat magis opinionem glossæ ibid. vt forte res dirimatur, vter ex illis duobus possessoris, vter petitoris debeat vices & partes sustinere.

Dubium leue videtur *Arrest. 2.* ex quo simpliciter locum est consuetudo, de liberis: & vtique liberi sunt ex quocunque matrimonio suscepti. Sed alter qui liberos non habet, poterit vigore consuetudinis donare.

Quod ad arrestum 3. attinet, res fere iure nostro decisa est. Si iuramentum fit delatum à parte, non amplius quæritur an deberatur, sed hoc tantum, an iuratum sit. Itaq; non licet tum disputare aut quæstionem referre de periurio. Sed contra iuramentum delatum à iudice, admittitur probatio periurii ex nouis instrumentis *l. admonendi 31 de iureiur.* Et cum igitur in isto casu iudex vt fieri solet, super expensis detulerit iuramentum,

tum, debuit audiri qui probare periurium voluit, & proinde non recte decreuit curia, nisi forte modicitate pecuniæ mota fuit.

Non satis clare proponitur *Arrest.4:* quæ res tantopere rem dubiam fecerit. Sed si constitit vter fuerit possessor, vter petitor, vt ex constitutione Regia subiecta colligitur, sane nullum fuit dubium; quoniam in dubio reus haud dubie est absoluendus.

Controuersia Art.5. eadem est cum ea quæ proponitur Art. 1.& ex his quæ ibi diximus patet, quædam hoc loco inepta esse, aut non recte se habere. Si constet, quis sit Actor, quis Reus, nullus, opinor, dubitat, quin sit Reus absoluendus. At ponimus controuerti Interdicto retinendæ, & ab vtroq; probatam æqualiter possessioné. Cur in his terminis non sit locus opinioni setatæ ad *d. Art.*1. diximus. Itaq; in eiusmodi casu rectior est opinio gl. de sorte quæ tertio loco sed non recte refertur. Et falsum est, quod ea ab omnibus exhibetur: probat enim eam Felin. relatus *Art.*1. sub explicatione Abbatis, vt forte hoc saltem decidarit quis partes Rei quis actoris debeat sustinere in petitorio.

Art. quoque sextum est pro diuisione rei, de quo iam bis diximus, sed iniuriam hic author facit glossæ quæ in citata l. argumentum ex eo loco sumit contra iudicium rusticorum, qui in dubio diuidere solent: & apud Decium quoq; citatum nihil tale reperio.

Vellem *Arrest.* 7., autor 12. ista maxima, vt vocat dubia, recensuisset. Sæpe pragmatici, consiliariique quoque, hærent in iis, quæ exercitatus in iure, & qui probe fundamenta iuris tenet, nullo negotio expediret.

Arrest. 8. illud liquidum est, quod principium inspiciendum sit, & propter consuetudinem antiquam donatio valida etiam quo ad proprietatem. Sed enim cum maritus ista consuetudine nitatur, non videtur recte diuidere actum, & quo ad ius Saisinæ, vt loquuntur, defendere ea noua consuetudine, vt totum ex antiqua consuetudine diiudicetur. Et reuera ista donatio mortis causa, & in id tempus quasi suspensa, vt proinde futura quoque bona contineantur, sed sane, si heres forte non habeat Falcidiam saluam ex ceteris bonis, vtiq; ex hac donatione eam detrahere poterit: quod hic erit suppiendum.

In Arrest. 1. Appendicis non video rationem dubitandi.

Pro & contra Arrest. 2. potest disputari, argum. ex *l. si vnquam Cod. de reuoc. donat.* vbi, tractant Dd. si liberi decesserint viuo patre, an nihilominus donatio reuocari possit. Sed enim existimatur fere ipso iure eo casu reuocari donationem, de quo late *Tiraquell. ad eum text. verbo reuertatur numero* 1. *& seqq.* & de quæstione ipsa *vid. eund. ibid verb. susceperit liberos num.* 167. *cum pluribus seqq. Gomez. 2. resolut. cap. de donationibus numero* 12. *Clar. §. donatio quæst.* 23. *num.*9. sed & posita hac sententia, non procedit argum. ad casum *d. Arrest.* 2. quoniam admittitur donatio, si liberi nulli extent: quod non ad aliud tempus, quam quo donator moritur referri potest: nec nisi liberorum fauor spectatus fuit, qui his præmortuis cessat. Erit itaque recte iudicatum fuit *Arrest.* 2. priori parte: sed male in parte secunda: Ita enim intelligo, quod ob filium natum pro reuocata habita fuerit donatio: nec enim filius natus ius reuocandi habuit, nec ipse reuocauit.

AD TIT. III.

De verborum significatione.

VVlgata quæstio est de Interpretatione verborum, in statutis vel consuetudinibus in scripta relatis. Et est hic quasi cothurnus vtrique pedi aptus. Modo enim dicitur spectanda proprietas verborum: modo communis vsus loquendi, qui sæpe abit à proprietate verborum. Et quod ad Art. 1. nescio cur fratrum appellatione non comprehendatur soror; an vt soror es etiam minores 20. annis possint contrahere societatem: an vt omnino non possint: vtrumq; videtur absurdum: ceteroquin in interpretandis verbis statuti, obiecti & materiæ subiectæ, aliarumq; circumstantiarũ ratio est habẽda.

Certum est, idiomate Gallico, verbo *l'homme*, tantum masculum intelligi: sed proponitur initio consuetudo non de homine, sed de *Nobili* locuta. Et tamen ita quoque ad patrem id recte restringitur: quoniam pater censetur respexisse ad splendorem familiæ, at non ita mater, quæ de familia non est.

Arrest. 3. secunda pars non habet dubitationem: sed habet prima, & ex qualitate donantis hoc statuendum fuerit: Et quid enim si mater vel frater vel alii cognati vxoris donauerint ita, nunquam credendum est donatum voluisse liberis, qui priore mortua, ex alia postea ducta vxore sunt nascituri: vtcunque non fuerit adiectum demonstratiuum. Hoc quod præsertim donantes non præsumuntur cogitasse de casu morituræ vxoris: Et si aliter iudicatum fuit, audenter dico, male fuisse iudicatum.

Vtrumque falsum est, quod dicitur Arrest 5. tum quod in testamento, verbum heredis tantum intelligatur de descendentibus: tum quod in statuto semper etiam contineantur heredes extranei: sed de vtroq, ea materia subiecta & ex circumstantiis est statuendum.

Arrestum 6. ex citatis textibus satis probatur.

Bona nulla possunt intelligi adquisita, & quæ inter coniuges communicentur, nisi prius deducatur æs alienum. Itaque parum subtiliter dicitur mulierem teneri: si enim non sit heres mariti; non tenebitur, aut si non ipsa simul contraxerit: sed vt dixi, deducendum est ante omnia æs alienum. Quid vocet debitum reale, non satis intelligo: an debitum sub hypotheca? Sed non video quomodo istud facere possit, ne mulier teneatur, si alias ex statuto vel consuetudine tenetur. Et subobscurum est, quid sibi velit in versic. *Verum* si maritus ante matrimonium contraxerit, cum statim oriatur actio, non putem id habere posse pro debito, constante matrimonio contracto, vtcunque dies solutionis inciderit in tempus, quo coniugium iam contractum erat.

Quæ successione coniugibus singulis obueniunt, inter adquisita communia non habentur, sed cuiusque coniugis sunt propria. Rationis est vt & quæ donata sunt; non habeantur inter talia adquisita, nec enim hæc communi quadam opera aut alterutrius etiam industria adquisita dici possunt: atque ita statutis quibusdam nominatim caueri, & donata excipi scio: sub hac tamen limitatione, cuius & su-

 pra

alias quidem facilius est, vt quis renunciet delatæ, quam futuræ hereditati: Et imo illud admissum, hoc inte nostro verium & nullum est, sed dum pater dotem dans filiæ, eam renuntiare curat hereditati iam delatæ matris, censetur id filia non libera voluntate, sed coacta aut decepta fecisse: Et vt locus sit sanctioni *cap. quamuis de pact.* oportet vt pater non de bonis aliunde quæ obuenerunt filiæ, sed de suis propriis bonis dotem constituat filiæ *Natta in illud cap. ad pr. limit. 7. numero 56. & 57.* ex quo eodem fundamento idem scribit *lim. 6. numer. 46.* non esse locum illi constitutioni, si frater post mortem patris dotans filiam, eam faciat renuntiare hereditati paternæ locupleti, quæ iam delata filiæ erat. De 12. casu supra actum est Arrest. 1. Et item de materia casus 12. quod pater teneatur congruam & competentem dotem dare filiæ, relatione & proportione ad bona quæ tum habet.

In APPENDICIS Arrest. 1. pro *solenni iudicio* legendum videtur, *solenni iuramento.* Ait, non dat restitutionem, maxime si quid acceperit loco legitimæ. Ergo putat etiam filiam excludi, si nihil acceperit. Male: Et est constans omnium sententia, renuntiationem extra hoc esse inutilem: hoc enim tamquam pro forma ipse Pontifex requirit.

Quæ Arrest. 2. ratio duplex redditur repulsæ filiæ, vtraque inepta est. Nam actio ad supplementum legitimæ 30. annis durat: & tanto magis audienda erat filia, quod causa agebatur in prouincia iuris scripti: quo huiusmodi renuntiationes sunt inutiles. Et summa inæqualitas, probat, filiam congrue dotatam non fuisse.

Appellatione bonorum paternorum simpliciter, non venire feudalia late & multis adductis confirmant *Parisius volum. 1. consil. 12. num. 56. & seqq. Thomas Gramm. decis. 101. n. 10. & seq.* Et in terminis iidem scribunt, quod filius vel filia, qui simpliciter renuntiarunt hereditati & bonis paternis, non excludantur à feudis, quæ alias illis deferrentur, quoniam sit propria ratio feudalium: quod & probat *Couarr. in c. quamuis par. 3. § 3. num. 6.* Et Gramm. nominatim loquitur etiam de Emphyteuticis, quæ & passim cum feudalibus comparant Interpp. quorum opinione stante, male iudicatum erit, *Arrest. 4. appendicis:* non enim dubito male ibi scriptum esse, *a patre dato* & legendum, *patri, dato.* De illo enim fit inepta quæstio. Sed ex ratione vera iuris bene iudicatum puto: emphyteutica enim bona propriam & specialem naturam à ceteris iure nostro non habent.

Conseruationis familiarum ita est habenda ratio, vt ne contra ius ciuile imo gentium & naturæ, fœminis debita portio subtrahatur & negetur: ad quod coercendum ineptæ & ieiunæ rationes sunt *Arr. 6. Appendicis:* & de ista materia satis in superioribus actum est.

De materia *Arr. vlt. App.* est idem plane *Arrest. 16.* tituli.

AD LIBRVM XVII.

TIT. I.

De emendatione erroris.

GL. & Dd. qui continuandi rationes sollicite inquirere solent, valde hic laborarent, si ad hæc Arr. commentar. scriberem. Quæ enim ratio, vt post renuntiationes filiarum, de emendatione erroris tractetur: aut nihil non sit, cui non hic titulus subiici possit. Sed frustra hic ordinem quæras. Illud constat de quo Arrest. 1. quod error Notarii & scribentis non vitiet instrumentum, nec noceat partibus, si modo legitime probetur, (alias præsumitur pro instrumento) quod Bart. putat etiam posse fieri per duos testes: & hoc tantum scribit ille in *l. errore C. de testam.* & apud Specul. nihil reperio. illud certo scio nemini in mentem venisse, vt diceret, duorum testimonium sufficere ad arguendam fidem instrumenti, cui testes duodecim interuenerunt: quod hic affirmat autor. Est ceteroquin non parui momenti quæstio, testes quot, & quæ probationes ad fidem instrumenti conuellendam requirantur & sufficiant, de qua re vid. *Speculatorem de instr. edit. §. restat videre n. 3. & seqq Mynsi. 1. obs. 5. & cent. 4. obs. 39. Doctores & inprimis Salicetum l. in exercendis 15. C. de fid. instrum.*

Arresto 2. pro *Archidux* lege *Archidiaconus.*

Absurdum videtur, vt verborum nudorum tanta habeatur ratio, (præsertim vbi constat, esse saltem errorem scribentis) vt sententia propterea sit nulla: nec hanc causam nullitatis sententiæ, vsquam iure aut ab Interpp. traditam reperio, *contra Arr. 3.*

Quæ sit sententia *Arrest. 1. Append.* non intelligo: nec rursus, quomodo 2. Arrest. Notarius pragmaticus opponatur Notario pagano; & quænam sit horum differentia: & quid sit, præponi in hypotheca. Plusquam certissimi iuris est non posse sententiam semel dictam à iudice mutari: sed declarari ea potest vid. *Interpp. in l. Paulus 42. & l. cum quærebatur 62. de re iudic.* sententiam *vers. Attamen &c.* & quæ ibi sit oppositio, non capio.

AD TIT. II.

De rebus dubiis.

VBI probationes sunt æquales, potest & debet aliquando reus absolui, cuius in pari causa potior habenda est ratio: potest etiam aliquando alterutri parti deferri iuramentum: sed difficultas est vbi vterq; est loco actoris & Rei, vt in terminis quos tractat *Bart. citatus Arrest. 1. in l. si duo. vti possid.* vbi vterque pariter & æqualiter probauit, se possidere. Bart. vult, vt res ex æquo diuidatur. Sed eleganter *Bald. in l. præses Cod. de sent. & inter.* huic sententiæ locum esse ait, vbi probationes sunt compatibiles: sed non posse, vbi probationes sunt aduersariæ, quæq; se mutuo infringunt. Et vero improbat Bartolum quoque *Felin. post Imolam in cap. licet causam 9. de probat. numero* 44. vbi approbat magis opinionem glossæ ibid. vt forte res dirimatur, vter ex illis duobus possessoris, vter petitoris debeat vices & partes sustinere.

Dubium leue videtur *Arrest.* 2. ex quo simpliciter locuta est consuetudo, de liberis: & vtique liberi sunt ex quocunque matrimonio suscepti. Sed alter qui liberos non habet, poterit vigore consuetudinis donare.

Quod ad arrestum 3. attinet, rea fere iure nostro decisa est. Si iuramentum sit delatum à parte, non amplius quæritur an debeatur, sed hoc tantum, an iuratum sit. Itaq; non licet tum disputare aut quæstionem referre de periurio. Sed contra iuramentum delatum à iudice, admittitur probatio periurii ex nouis instrumentis *l. admonendi 31. de iureiur.* Et cum igitur in isto casu iudex vt fieri solet, super expensis detulerit iuramentum,

tum, debuit audiri qui probare periurium voluit, & proinde non recte decreuit curia, nisi forte modicitate pecuniæ mota fuit.

Non satis clare proponitur *Arrest.* 4. quæ res tantopere rem dubiam fecerit. Sed si constitit vtet fuerit possessor, vtet petitor, vt ex constitutione Regia subiecta colligitur, sane nullum fuit dubium; quoniam in dubio reus haud dubie est absoluendus.

Controuersia Art. 5. eadem est cum ea quæ proponitur Art. 5. & ex bis quæ ibi diximus patet, quædam hoc loco inepta esse, aut non recte se habere. Si constet, quis sit Actor, quis Reus, nullus, opinor, dubitat, quin sit Reus absoluendus. At ponimus controuerti Interdicto retinendæ, & ab vtroq; probatam æqualiter possessioné. Cur in his terminis non sit locus opinioni sextæ ad *d. Art.* 1. diximus. Itaq; in eiusmodi casu rectior est opinio gl. de sintte quæ tertio loco sed non recte refertur. Et falsum est, quod ea ab omnibus exhibetur: probat enim eam Felin. relatus *Art.* 1. sub explicatione Abbatis, vt forte hoc saltem decidatur quis partes Rei quis actoris debeat sustinere in petitorio.

Art. quoque sextum est pro diuisione rei, de quo iam bis diximus, sed iniuriam hic author facit glossæ quæ in citata l. argumentum ex eo loco sumit contra iudicium rusticorum, qui in dubio diuidere solent: & apud Decium quoq; citatum nihil tale reperio.

Vellem *Arrest.* 7. autor ss. ista maxima, vt vocat dubia, recensuisset. Sæpe pragmatici, consiliariique quoque, hærent in iis, quæ exercitatus in iure, & qui probe fundamenta iuris tenet, nullo negotio expediret.

Arrest. 8. illud liquidum est, quod principium inspiciendum sit, & propter consuetudinem antiquam donatio valida etiam quo ad proprietatem. Sed enim cum maritus ista consuetudine nitatur, non videtur recte diuidere actum, & quo ad ius Saisinæ, vt loquuntur, defendere ex nostra consuetudine, vt totum ex antiqua consuetudine diiudicetur. Et reuera ista donatio mortis causa, & in id tempus quasi suspensa, vt proinde futura quoque bona contineantur, sed sane, si heres forte non habeat Falcidiam saluam ex ceteris bonis, vtiq; ex hac donatione eam detrahere poterit: quod hic erit supplendum.

In Arrest. 1. Appendicis non video rationem dubitandi.

Pro & contra Arrest. 2. potest disputari, argum. ex l. *si vnquam Cod. de reuoc. donat.* vbi, tractant Dd. si liberi decesserint viuo patre, an nihilominus donatio reuocari possit. Sed enim existimatur fere ipso iure eo casu reuocari donationem, de quo late *Tiraquell. ad eum text. verbo reuertatur numero* 1. *& seqq.* & de quæstione ipsa *vid. eund. ibid verb. susceperit liberos num.* 167. *cum pluribus seqq. Gomez.* 2. *re solut. cap. de donationibus numero* 12. *Clar. §. donatio quæst.* 23. *num.* 9. sed & posita hac sententia, non procedit argum. ad casum *d. Arrest.* 2. quoniam admittitur donatio, si liberi nulli extent: quod non ad aliud tempus, quam quo donator moritur referri potest: nec nisi liberorum fauor spectatus fuit, qui his præmortuis cessat. Et itaque recte iudicatum fuit *Arrest.* 2. priori parte: sed male in parte secunda: Ita enim intelligo, quod ob filium natum pro reuocata habita fuerit donatio: nec enim filius natus ius reuocandi habuit, nec ipse reuo-

cauit.

AD TIT. III.

De verborum significatione.

VVlgata quæstio est de Interpretatione verborum, in statutis vel consuetudinibus in scripta relatis. Et est hic quasi cothurnus vtrique pedi aptus. Modo enim dicitur spectanda proprietas verborum: modo communis vsus loquendi, qui sæpe abit à proprietate verborum. Et quod ad Art. 1. nescio cur fratrum appellatione non comprehendatur sororum, an vt soro es etiam minores 20. annis possint contrahere societatem: an vt omnino non possint: vtrumq; videtur absurdum: ceteroqain in interpretandis verbis statuti, obiecti & materiæ subiectæ, aliarumq; circumstantiarú ratio est habéda.

Certum est, idiomate Gallico, verbo *l'homme*, tantum masculum intelligi: sed proponitur initio consuetudo non de homine, sed de *Nobili* locuta. Et tamen ita quoque ad patrem id recte restringitur: quoniam pater censetur respexisse ad splendorem familiæ, at non ita mater, quæ de familia non est.

Arrest. 3. secunda pars non habet dubitationem: sed habet prima, & ex qualitate donantis hoc statuendum fuerit: Et quid enim si mater vel frater vel alii cognati vxoris donauerint ita, numquam credendum est donatum voluisse liberis, qui priore mortua, ex alia postea ducta vxore sunt nasciturі: vtcunque non fuerit adiectum demonstratiuum. Hoc quod præsertim donantes non præsumuntur cogitasse de casu moriturae vxoris: Et si aliter iudicatum fuit, audenter dico, male fuisse iudicatum.

Vtrumque falsum est, quod dicitur Arrest 5. tum quod in testamento, verbum heredis tantum intelligatur de descendentibus: tum quod in statuto semper etiam contineantur heredes extranei: sed de vtroq. ex materia subiecta & ex circumstantiis est statuendum.

Arrestum 6. excitatis textibus satis probatur.

Bona nulla possunt intelligi adquisita, & quæ inter coniuges communicentur, nisi prius deducatur æs alienum. Itaque parum subtiliter dicitur mulierem teneri: si enim non sit heres mariti, non tenebitur, aut si non ipsa simul contraxerit: sed vt dixi, deducendum est ante omnia æs alienum. Quid vocet debitum reale, non satis intelligo: an debitum sub hypotheca? Sed non video quomodo istud facere possit, ne mulier teneatur, si alias ex statuto vel consuetudine tenetur. Et subobscurum est, quid sibi velit in versic. *verum* si maritus ante matrimonium contraxerit, cum statim oriatur actio, non putem id habere posse pro debito, constante matrimonio contracto, vtcunque dies solutionis inciderit in tempus, quo coniugium iam contractum erat.

Quæ in successione coniugibus singulis obueniunt, inter adquisita communia non habentur, sed cuiusque coniugis sunt propria. Ratio nis est vt & quæ donata sunt; non habeantur inter talia adquisita, nec enim hæc communi quadam opera aut alterutrius etiam industria adquisita dici possunt: atque ita statutis quibusdam nominatim caueri; & donata excipi scio: sub hac tamen limitatione, cuius & su-

pra

marito: quam & ipse probat, & quidem optima, vt ait ratione, quia statutum sit proprie accipiendum, pecunia autem proprie immobilis non sit; sed aut ego penitus fallor, aut praua ratione & prauo iudicio vsus est hic Iason, & imo ita fortiter retorquetur, quod statutum ita est accipiendum, vt quam minimum deroget iuri communi: hoc autem iure immobilia, imo omnia bona debentur hæredibus vxoris: Ergo ita potius interpretandum est statutum, vt quantum fieri potest bona deferantur ad hæredes vxoris.

Sæpius diximus, quod iura & actiones nec sint res mobiles nec immobiles, sed pro diuersitate materiæ subiectæ modo his, modo illis accensentur. Et donationes habentur minus fauorabiles, eoque restringendæ. Itaque cum actiones propria non sint res mobiles, non immerito responsum est, donatione rerum mobilium non venire actiones. Et ita recte disputatur ex iure communi. Sed, vt refert autor *Arrest.* 4 consuetudine expresse cautum est, vt sub mobilibus, etiam actiones comprehendantur: Et vt recte autor ait, quod consuetudo tractans de coniugibus, ita disposuit, non facit, vt inter alios obtinere id non debeat, quin argumentetur quis non male, quod donator gnatus consuetudinis, ex ea voluerit explicari verba & mentem suam. Quæstionem illud porro hic habet, an actiones quoque contineantur, quæ pro rebus immobilibus competunt, quod omnino negandum est, & vel hic maxime debet locum habere illa distinctio ab obiecto, vt actiones prout pro rebus mobilibus aut immobilibus competunt, ita & ipsæ pro talibus habeantur *Gail. 2. obseru. 21. & plures allegati à Iacob. Schult. p. 3. quæst.* 124. *Mod. Pistor. num.* 17. *& nu.*18. Adde pro eo, quod initio huius Arrest. disputauimus, ex cõmuni Dd. opinione iura & actiones constituere genus tertium bonorum, & per se stare nisi vbi necessitas & ratio suadet, (vbi videl. nihil ex bonis excipi potest) vt referantur sub alterutram speciem: itaq; & si donata sint, legata vel obligata bona mobilia & immobilia, nõ comprehendantur iura & actiones *v. Ias. in l. stipulatio 61. in f. de verb. oblig. Clar. §. donatio q. 19. Dec. cons. 237. Gail. d. obs. 21. lib. 2. Hartman. Pist. 1. q. 32. & plures allegatos à Schult. d. loco num. 8. & seqq.*

Quid sint *Arrest.* 5. debita personalia & mobilia, ego non intelligo: Et pugnat istud Arrest. cum manifesta ratione & principiis iuris, vt qui titulo quoque particulari legati aut donationis tenet mobilia, ad æs alienum soluendum teneatur. Et liquidissimi iuris est, quod si hæreditas sit onerata, hæres æs alienum prius & Falcidiam suam deducat prorsus nimis à ratione iuris boni isti viri hic abierunt.

Quæ Arresto Appendicis habentur, non parum confirmantes, quæ paulo superius & ad Arrestum tertium huius tituli disputauimus.

AD LIBRVM XVIII.

TITVL. I.

De prouisionibus, &c.

A*rrest.* fine *cap.* 1. in tertio casu dubium habet, quod prouisioni sit locum esse in actione, quam maritus pro dote mouet, licet ipsi promissa non sit. Etenim nec omnino hic actio eius esse fundata videtur. Et cur enim vxorem duxit sine dote? & dos antequam nuptiæ celebrentur, constitui solet, & promitti. His casibus non pauca interdicta similem causam habent, quod & seqq. ostendunt. Itaque manca est ista enumeratio.

Quod 7. & 8. *Arrest.* de parte quarta dicitur, suo loco relinquo, sed nimis inepte in argumentum duo isti textus adducuntur: qui de terminis toto genere diuersis tractant: aut eadem, quin forte aliquãto meliori ratione textus omnes, qui quocunque modo de quarta parte loquuntur, adducere potuisset.

Haud scio an non author *Arrest.* 19. & aliis abusus sit textu *in l. si Iudex* 10. *de his qui sunt sui vel al.* & an eum locum recte intellexerit. Nimirum causa alimentorum vel tractatur tamquam principalis, vel tamquam accessoria. Illud, si forte quis alimenta tamquam legata sibi, petat; hoc si dicat se esse filium & consequenter se ali petat. Interim dum tractatur causa præiudicialis super filiatione, Iudex potest decernere alimenta, & hoc casu verum est, quod hæc causa non præiudicet principali: cæteroquin si in genere quæratur, vt quidem tractat autor, inepte ita dicitur: quoniam, vt dixi, alimenta sæpe etiam vt principaliter debita petuntur: quo casu aliter dicendum erit.

Non capio, quid sibi velit *Arrest.* 26. quod Iudex debeat condemnare reum, vt repræsentet & soluat vel in pecunia, vel in apocha. Apocha enim est scriptura, qua fatetur creditor sibi pecuniam esse solutam. Ergo condemnabit Iudex reum, vt vel soluat, vel probet pecuniam solutam esse, quæ quidem inepta manifesto sententia est: quoniam debet quæri & tractari in iudicio, an pecunia, quæ petitur sit soluta, & si hoc sit probatum, reus absolui debet.

Apparet ex *Arrest.* 29. & passim, prouisionum istam materiam, esse consuetudinariam aut statutariam in Gallia; minime enim conuenit iuri nostro, vt quilibet & contractus & instrumenta in quibus non apparet manifestum vitium, sed contra, quæ pars altera habet exceptiones erroris, nullitatis, falsi, &c. & eas obiicit in iudicio mandentur interim executioni: Id regulis iuris nostri prorsus repugnat. Et falsa adscribitur sententia Baldo *d. Arrest.* 29. qui hoc tantum ait, quod qui exceptionem allegat, aduersus productum in iudicio instrumentum, necesse habeat eam probare, quoniam pro instrumento præsumatur, quod dictum Baldi verissimum est, sed sententiam autoris nõ confirmat: & ex moribus Galliæ ista esse, nec iuri ciuili conuenire probat & *Arrest.* 31.

Definitur nimis generaliter *Arrest.* 36 non nisi sub cautione vllam prouisionem esse decernendam: Id enim oportet esse falsum, si vt verba sonant, accipiatur generaliter, & vt vno tantum vtar hic exemplo, in casu supra citati textus *in l.* 10. *de his qui sunt sui.* cautione nulla est opus.

Arrest. 37. *lin.* 4. legendum est, quod non necesse habeat id postulare actor: quod autem nõ possit, vtique falsum est: quid ibi sit, *aliter prædictum Reum, &c,* non intelligo.

Et *Arrest.* quoq; 38. ostendit, minime esse generale, quod *Arrest.* 36. de cautione dicitur. Si enim in specie *d. Arrest.* 38. præstita fuisset cautio, absolutus vtiq; reus vigore eius, consequeretur, & repeteret, quod dedit. Et sane absurdum videtur, vt reus accusatus & post absolutus & innocens deprehensus, non possit repetere, quod per prouisionem dare iussus fuit, & ve accusator improbus retineat, quod accepit, & quē præsertim ipse autor condemnatum

appellat, non poteſt defendi: & ſiue in pœnam calumniæ, ſiue ſaltem in damna & expenſas condemnatum dicas, non poterit retinere illud, quod reus innocens dare iuſſus fuit, & quo iure illud retinere poſſit? aut quomodo condemnatus poſſit dici accuſator, ſi id retineat? Iniqua & iniuſta hæc ſententia eſt; quæ Bartolo hactenus falſo citato, nunquam in mentem venit: & ille *in l. ſi pignore 12. de pign. act.* tractat de eo, quod pœnæ loco, aut ob contumaciam ſolutum fuit. Ex aduerſo autem facilius admiſerim, vt quod per prouiſionem ſolutum fuit, à reo condemnato, in ſummam ſententiæ definitiuæ non imputetur; idque odio accuſati, cum alia pœna pecuniaria ſit leuis, nec proportionata delicto. Et tamen *Arreſt.* 39. directo contra iudicatum fuit: quod ego non probo, duplici præterea ratione, tum quia iudicatum fuit in ſecunda inſtantia, tum quia in primo iudicio 40. libræ adiudicatæ fuerunt non multæ loco, ſed perſequendæ litis cauſa. Plane ſi rationem conſulamus, diſpiciendum erit, ex qua cauſa & prouiſio adiudicata, & poſtea ſententiæ ſumma alia fuit adiudicata. Si enim vtrumq; factum ſit ex eadem cauſa, ſane quod prænumeratum eſt imputari debet, non autem ſi ex diuerſa cauſa, veluti pro medicamẽtis aut perſequenda lite, & poſt pro multa.

Arreſt. 40. inepte adducitur *l. 10. de his qui ſunt ſui vel al.* neque enim per eam ius commune quidquam offenditur: ſed offenditur in ſpecie ſequenti, recuſatus enim Iudex ſuper incidenti pronuntiare non poteſt: & vbi iure recuſatus eſt, quomodo ſufficienter recuſatum eſſe hic proponit autor, quidquid poſtea decernit, irritum & nullum eſt.

Ad materiam *Arreſt.* 41. pertinet vulgata illa quæſtio, an prodigus quis cenſeatur ipſo iure, an ad hoc decreto opus ſit. Non libet iam hanc rem plenius exequi. Dicam hoc ſolum, decreto quidem opus eſſe ad hoc, vt quis vere & iuridice prodigus habeatur: & eum tamen, qui contrahit cum tali homine, quem vere prodigum & nimirum Ethice prodigum eſſe apparet, non poſſe eſſe in bona fide. Atquin in ſpecie *d. Arreſt.* 41. prodigum eum eſſe apparuit, & res deducta fuit in iudicium, & petitum, vt prodigus declararetur. Et qui igitur lite hac pendente cum ipſo contraxit, & magni pretij res ab eo emit, in dolo & mala fide perſpicuo fuiſſe arguitur: Itaque male fuiſſe iudicatum *Arreſt.* 1. puto, vt emptor frueretur: quamuis iniquitas, ſi qua hic ſubeſt, temperetur cautione, quæ facit, vt eo poſtmodum declarato prodigo rem reſtituere cogatur.

Hanc ad materiam pertinet, quod habetur Appendicis *Arreſt.* 5. & ex his declarandum eſt: ſi qui cum prodigo contraxit, iuſtam ignorantiam allegare poſſit: & qui declaratus prodigus fuit, ante publicationem ita ſe geſſerit, vt vitium iſtud prodigalitatis non appareret: cæteroquin defendi id Arreſtum non poſſit.

AD TIT. II.

De litium expenſis.

ARreſt. 1. ait, condemnationes in expenſas, perſonales eſſe, & ob id quemlibet conſortium pro rata teneri; Bella ſcilicet conſequentia: nam vt maxime tenerentur in ſolidum, non ob id tamen condemnatio eſſet realis, ſed ſane videtur eo reſpexiſſe (& tamen minus congrue locutus eſt) quod, vt mox ſubiicitur, expenſæ non debentur pro rata rei, quæ in iudicio eſt, ſed pro virili, vt licet vnius rei alter minorem, alter maiorem partem petierint, tamen ſi ſuccumbant, quiſque dimidiam partem expenſarum præſtare teneatur. Miror autem, aliud exiſtimare autorem, obtinere debere in pluribus hæredibus, qui partes inæquales habent: nam cum viriles deberi pateat, licet inæquales ſint partes petitæ in iudicio, cur aliud ſtatuemus in pluribus hæredibus, qui & ipſi partes inæquales habent. Aut an forte aliquid intereſſe credimus, an actores fuerint condemnati in expenſas, qui petierunt portiones inæquales: an rei, à quibus inæquales partes petitæ fuerunt. Et vero traditio Arreſt. huius fere mihi ſuſpecta eſt: nam quod legimus *in l. 1. C. ſi plur. vna ſentent. fuer. cond. l. Paulus 43 de re iudic.* eo pertinet, vt intelligamus, non debere ſingulos in ſolidum, nec pro duobus Reis haberi: quorum ſinguli conueniri in ſolidum poſſunt, quemadmodum docet *l. ſi quis 10. §. quotiens 4. de appellat.* nec forte abſurde quis putauerit, non ſemper deberi æquales portiones, vbi inæquales quoq; portiones in iudicio fuerunt.

Arreſtum 3. manifeſta videtur laborare iniquitate. Et ſi ponas duodecim liberos quem reliquiſſe, quorum vndecim habeant curatorem, vnus vero eorum tantum ſit maiorennis; quia ferat, vt vnus iſte ex expenſis cogatur tantum ſoluere, quantum cæteri vndecim. Quis non iniquitatem hic videat manifeſtam. Neq; vero tutoris vel curatoris cauſa agitur in iudicio, ſed adoleſcentum aut pupillorum. Et, ſi tutorum perſonam & numerum conſideres, ſi quis maior habeat negotium commune cum vno pupillo, qui tres habeat tutores, iuxta hanc deciſionem, tres partes expenſarum tutores præſtare tenebuntur, quod falſum eſt.

Quod *Arreſt.* 4. habetur, non caret dubio. Iacob. de Aren. olim contra, ſtatuit, ſi pro parte actor vincet, tantum pro parte eum debere expenſas; quod & Bald. probat *in l. properandum §. ſin autem alterutra, C. de iudic. nu. 3.* ſed in contrarium ſane bona ratio eſt à plus petitione; Salic. *in d. §. nu. 41. & in l. vn. C. de plus petitio. quaſi vlt.* putat in eo poſitam eſſe quæſtionem, an à quo totum petitur, ſi partem debeat, ſimpliciter poſſit negare: circa quod ſupra retulimus diſtinctionem interpp. inter qualitatem & quantitatem. Prorſus ſi reum calumnioſe & non iure negaſſe præſupponimus, iniquum ſit actorem in expenſas omnes teneri. Et poſtquam hodie ſublatum eſt periculum plus petitionis, nec amplius, qui plus petit, cadit cauſa, bona fides requirere videtur, vt reus ingenue profiteatur, an totum, an nihil debeat: aut ſi vtique eum ad hoc teneri negamus, ſi actor iuſtum probet errorem, & calumniam Rei, à parte expenſarum abſoluendus erit. Secundum hæc & de *Arreſt.* 5. iudicandum, & add. quæ diximus ſup. *ad tit. de plus petit. lib. 8. tit. 1.*

Communior ſententia eſt, quod qui in parte litis iuſtam habet cauſam litigandi, in totas & omnes expenſas non teneatur, ſed tantum pro rata temporis, quo iniuſtam cauſam habuit: *Bart. Bl. Salic. & cæteri in l. propter 13 § ſin autem alterutr. C. de iudic.* ſed non de nihilo eſt ratio *Arreſt.* 6. quod qui perſeuerat, poſtquam cognouit iniuſtitiam cauſæ, etiam cenſetur ab initio fuiſſe non iure litigatorus, per quam etiam contra cæteros ſenſit Decius *in l. qui in alterius 42. de reg. iur.* quamuis dici poſſit; eum pudore ductum perſeueraſſe: ſed ſane iſte pudor non decet bonum virum.

Arreſt. 7.

*Arrest.*7. perspicuam habet rationem: neq; enim ob qualitatem istam actorū iniuria debet fieri Reo: plane si iustam causam agendi isti habuerunt, in rationes referre poterunt expensas, cæteroquin suæ temeritati imputabunt.

Parum subtiliter videtur disputare *Arrest.* 8. Rebus enim casibus, nonadiudicantur expensæ, sed pronunciat Iudex, aliquid verb. cauf. producentis sumptibus fieri debere.

Arrest. 13. subinepte tractare videtur & proponere. Non dubito hoc eum quærere velle. An etiam in taxandis expensis, ratio haberi eius debeat, quod vel testis, vel litigans, nisi impeditus lite fuisset, domi suæ lucrari potuisset. Ex eo causa rationem huius quoque habendam probant, tractatab *Andr. Gail. 1. obseru. 99. nu.* 8. *& 9. & eod. libr. obser. 151. nu.* 17. *&* 18. neque curandum est, quid autor sentiat.

Vulgata quæstio est *Arrest.* 1. an Aduocatus in propria causa, si vincat, nomine salarij aliquid petere possit, de qua *v. Gail. d. loco Mynsing. 1. obseru. 2. Soarez. commun. opin. lit. A. num.* 103. Certe si propter hoc aliarum causarum patrocinium omittere coactus fuerit, petitio eius æqua erit, quod & probat *Boer. decis.* 210. *add. Bartol. in l. stipulatus es de fideiussor.*

Rationem habet distinctio *Arrest.* 18. & an & quando appellatus, si reformata sententia succumbat, sit condemnandus in expensas *v. Gail. 3. obs.* 152. & cum distinct. illa sentit *Br. in l. propter.* §. *fin autem alterutrum C. de iud. nu.* 4.

Quid *Arrest.* 24. sint expensæ præiudiciales, & cur cum debito etiam liquido compensari non possint, non intelligo.

AD TITVL. IV.

De restitutione fructuum.

AIt *Arr.* 9. in iudicio restitutionis fructuum, non posse iudicem de fructibus pronunciare illos; adiudicare, nisi fuerint petiti. Scil. vel iudicio proprio, & propria actione fructus petuntur, vel veniunt accessorie ex officio iudicis. Illo vtique casu fructus necessario sunt petiti: huc autem valde insubtiliter dicuntur iudicium restitutionis fructuum. Cæteroquin, quod rem ipsam attinet, de eo fere constat, quod si v. c. in rei vindicatione fructus non sint petiti, non teneatur Iudex super iis pronunciare: sed dubium videtur, quod ait autor, cum non posse: nam & quoad expensas ita fere sentiunt communius Interpp. iudicem eas licet petitæ non sint, posse si velit, adiudicare; & de fructibus idem videtur affirmare Bald. *in l. proper.* 13. §. *fine autem alterutra C. de iudic num* 5. *quem v. & eundem in l.* 1. *C. de fruct. lib. & lit. exp. nu.* 21. *& plures citatos a Boerio decis.* 18. *& Guid. Pap. decis.* 405. Certe vt ne possit, nulla ratio est.

Possessor conuentus, vbi de re restituenda tractatur, impensarum exceptionem obiicere debet, quamsi non attendat Iudex, & simpliciter iubeat restitui, falsum hactenus est, quod ita damnatus fundum retinere possit: quod nimis generaliter asserit autor *Arrest.* 13. Illud autem, quod addit de voluptuariis impensis posse restituto fundo eas peti propria actione falsum est nimis, quam euidenter. Et nihil aliud hic possessori relictum est, ad summum, quam vt impensas has tollat, & distrahat, si id fieri possit commode. Et vero si pro his impensis haberet actionem, vtique etiam propter eas fundum retinere posset, quandoquidem certa est regula, eum qui actionem habet, etiam & multo magis habere exceptionem & retentionem. Nulla ratione prorsus hæc sententia autoris defendi potest, quod pro voluptuariis impensis detur actio, & textibus iuris perspicuis & certis id repugnat: neque iam absurda opinio vlli Interpretum in mentem venit.

Fructus compensari cum impensis cōstat, quam rem tractant *Dd. in l.* 1. *C. de fructibus & lit. exp. & in l. si à domino* 36. § *vlt. de petit. hered.* Quod hic autor restringit *Arrest.* 14. ad fructus perceptos post litis cōtest. prorsus ferri non potest. Et omnino enim id pertinet ad omnes fructus, ad quos restituendos reus debet & solet condemnari: eum autem condemnari tantum ad fructus restituendos quos à lite contest. percepit, falsum est per *l. certum* 22. *C. de rei vind.* Et licet varians lectio *in l. sumptus* 48. *de rei vind.* citetur, *à lite contestata* à Gothofredo & Rutardo: attamen vulgatæ editiones habent, *ante litem contestatam*, quam Dd. explicant, neq; de altera lectione vllus veterum cogitauit: nec adeo dubitari potest, quin sententia hæc autoris omnium Dd. sententiæ contraria sit.

Necessariæ impensæ omnino sunt præstandæ, quoniam citra eas res ipsa non extaret amplius. Circa vtiles impensas non vno modo procedi & definiri docet *in l. fundo* 38. *de rei vindic.* & inprimis si ob paupertatem eas reddere dominus non possit, hactenus saltem succurri possessori, qui eas fecit, vt auferendi facultas, salua re ipsa, ei permittatur: contra quam sententiam manifesto iure traditam, & rationi & æquitati conformem pessime iudicatum est *Arrest.* 15. quo vt in eius extremo habetur, ab his impensis petitor fuit.

Docent Interpp. passim & præcipue *in l. vinum* 22. *de reb. cred.* quodnam tempus sit spectandum in quæstione *Arrest.* 16. quam doctrinam iudices Arrest. eo nō obseruarunt: Longius autē absurdum est, quod Arrest. seq. refert autor, vbi debetur ob moram æstimatio quanti maximi, vel (vt loquar cum ICtis & Interpp.) quanti plurimi tamen communem tantum æstimationem & longe minorem adiudicari. Quod iane implicat contradictionem, rationi & iuri repugnat.

An æstimatores iurare debeant, æstimabit Iudex, neq; enim id præcise necesse est: Quis autem sit processus ab his institutus, vt loquitur author *Arrest.* 19. non intelligo: neq; enim isti sunt iudices, & citatus textus loquitur de arbitris à parte electis, non de simplicibus æstimatoribus.

Manifesto vitio laborat *Arrest.* 22. quod præsupponit, bonæ fidei possessorem nullos restituere fructus, quod manifesto est falsum, & inter omnes constat, quod etiam bonæ fidei possessor fructus extantes, maxime naturales restituere teneatur *l. certum C. de rei vindic. l. fructus* 45. *de vsuris.* & alio pertinet, quod est *in l. iusta de ad q. poss.*

Quæ tantum accessorie veniant, & officio iudicis mercenario, si in sententia adiudicata non sint, peti non possunt *l. qui per* 49. §. 1. *de at. empt.* Si hoc sentit autor APPENO. *Arrest.* 1. recte sentit, cæteroquin, quod quis tantum accepit principale non potest prohiberi, quin etiam v. c. expensas exigat sibi adiudicatas. Et adeo incaute ibi loquitur autor.

AD

AD TITVL. V.

De executionibus.

COnditio obligationis in hæredibus hactenus mutatur, quod hi pro partibus hæreditariis tantum conueniri possunt: quod videtur ignorasse Aduocatus *Arrest.* 2. sed conditio pignoris manet in pristina natura. Cæterequin recte fuit iudicatum: quod non protinus debeat procedi executiuè, sed ordinaria actio contra hæredem institui.

Creditores actionem hypothecariam in solidum contra possessorem hæredem exercere possunt: sed personali actione non nisi pro hæreditariis portionibus conuenire singulos hæredes possunt. Itaq; si de actione personali instituta tractat *Arrest.* 5. male iudicatum fuit: Et perspicue falsum est, quod in Nota est, creditorem posse pro debito personali quemlibet hæredum æqualiter conuenire: imo enim sunt conueniendi pro portionibus hæreditariis: quod certum principium iuris miser iste Leguleius ignorauit: qui tamen audet citare tot textus iuris, quos non intellexit.

Arrest. 6. posterius membrum nō habet dubium, quoniam hæres repræsentat personam defuncti Nec tamen displicet, vt quo ad prius membrum, cessionatius prius denunciet debitori: sed id docere & velle Bartolum citato loco, falsum est: falsum etiam, quod pro ratione Nota subiicit, transire possessionem non posse, ante significationem. Si enim qua hic transit possessio, quæ impropria est, ea vt transeat, nec scientia, nec consensu debitoris opus est.

De materia *Arrest.* 7. egimus supra, & quod ob multas & alia censeatur interesse eorum penes quos est iurisdictio perpetua, & vt quidam loquuntur, patrimonialis.

Mirum est, quod habetur *Arrest.* 11. presbytero ipsi manum iniici posse; sed eius equo iniici non posse. Et profecto ridiculum est, plus tribui equo quam domino. Et vero non alia da causa priuilegium hoc equi esse potest, quam quia est presbyteri equus: quod & diserte docet *Arrest.* 9. Et cum igitur propter qualitatem domini non possit manus iniici equo, quomodo licebit hoc in dominum, aut si in dominum licet, quomodo non licebit in equum?

Non Iasonis hæc tantum sententia, ad *l. ad personas 15. de iureiur. nu.* 9. sed expresso iure cautum est, ne mulier in causa ciuili coniiciatur in carcerem, quo nec in criminali, *iuxt. Auth. Hodie nouo C. de custod. reor. ex N.* 134. *c.* 9.

Arrest. 19. oportet speciali sensu verbum CAPI vsurpari, vt res capta iudicis autoritate tamen relinquatur apud debitorem. Intelligo, ita captam rem esse, vt in ea exinde ius hypothecæ sit constitutum creditori. Et porro iuris communis est, vt res speciali pignori nexa sine consensu creditoris non possit distrahi: quod si contra fiat, perpetuo res cum suo onere transit. Ille vero plane diuersus casus est, si iam progressus factus sit ad venditionem, & res per iudicem emptori addicta, quo casu creditor ex pretio satisfit: itaq; non habet creditor, quod de re amplius sit sollicitus. Fides autem publica facit, vt ne alteri per debitorem res vendi possit, quod pertinet ad materiam *l. quoties 15. C. de rei vindicat.* Porro; si ponamus latam sententiam, & rem ab executore captam, iam non pignus in specie prætorium, sed iudiciale erit, quamuis & hoc sub generali appellatione prætorij contineatur, quod non intellexit autor, qui & male videtur pignus prætorium restringere ad res tantum mobiles, qua in re sibi ipsi contradicit, dum *in pr.* mobilium iuata & immobilium rerum facit mentionem.

Velim scire à quo iactetur, vt refertur *Arrest.* 20. mobilia iure hypothecæ vindicari non posse. Equidem mobilia fere tradi solent, quoniam pignus in his rebus fere lubricum sit, si relinquantur penes debitorem, sed quominus ita contrahatur, nulla ratio obstat, nec dubium est in hypotheca generali etiam mobilia comprehendi: igitur & vindicari poterunt.

Arrest. 19. proposuit, rem mobilem aut immobilem, captam, & tamen apud debitorem relictam: contradicit *Arrest.* 24. vbi ait autor, quod viator DEBEAT rem mobilem auferre debitori.

Nimis vulgatum & certum est, de quo *Arrest.* 26. quod res communis in causa iudiciali capi pignori in solidum non possit, vbi tantum socius vnus condemnatus est. Nec minus certo iure constat, id quod *Arrest. seq.* continetur, congruo loco & tempore interpellationem fiari debere: cæteroquin debitorem in mora nō constitui, cessante autem mora inualidam & nullam oportet esse & ipsam executionem. Eadem ratio est *Arrest.* 28. nam & debitori fugam molienti ipse creditor manum iniicere potest, per text. in nota citatum. Sed id in Francia non licere refert autor 29. sed ridiculum est, quod id licere negat, & tamen vtiliter fieri admittit. Hæc enim est vtilitas, vt debitor cauere & satisdare teneatur, quam si a debitore fugam moliente & retento in Francia ductoq; exigere licet. Ergo etiam eum retinere & ducere licet. Male autem autor vocat, cautionem de *iudicato* soluendo, neq; enim dum ad iudicem itum esse proponimus.

Suspicor *Arrest* 30. legendum esse *probata* pro *reprobata*. Sane huiusmodi consuetudo, vt prius denuncietur debitori, quam bona eius capiantur, vt scilicet possit cogitare de pecunia expedienda, tantum abest vt sit irrationabilis, vt etiam apertam habeat rationem & æquitatem, & omnino iure nostro conuenit, *l. debitores* 10. *C. de pign.* prorsus hæc consuetudo non potuit cum ratione reprobari.

Nomen debitoris pignorari potest, *l. nomen* 4. *C. quæ res pign.* itaque etiam pignori capi poterit, hoc effectu, vt debitor debitoris mei mihi soluere cogatur, facit, quod meus debitor meo creditori soluere potest. *l. si opera* 6. *in f. de doli except.*

Ad *Arrest.* 34. hoc tantum noto, textus allegatos omnes impertinēter adductos esse, & audet tamen autor dicere, quod *l. neminem C. de susceptorib.* ad hæc sit expressa scilicet.

Arrest. 43. autor plane ridiculus est, & insignem suam ignorantiam prodit 1. *l. quod in hered. de tribut. act.* ad istam materiam executiuam plane non pertinet, sed ad concursum diuersarum actionum. 2. *l. à Diuo Pio* 15. *de re iudic.* pertinet ad pignus iudiciale: cæteroquin si quis pignus ex conuentione immobile acceperit illud, non soluente debitore persequi statim potest. Quid sit, capere aurigam, flagellum & vehiculum, ego non intelligo: sed vt in executione ordo seruetur, summa ratio suadet, vbi de satisfaciendo, & distrahendis rebus agitur, vt *in d. l.* 15. *de re iud.* Ridiculum enim sit iuxta & iniustum, quasuis res debitoris hastæ subiicere. Verum 3. ineptissima est dissertatio super *L.* 12. tabb. & diebus 30. iustis, &c. Nam inprimis illam legem, de carcere & vinculis, de qua *Gell. lib.* 20. *cap.* 1. per leges sequentes & inprimis legem Iuliam, sublatam

ſam fuiſſe, necamplios tale quid in corpora ciuium litium, certiſſimum eſt, Deinde perineptum eſt, quod 30. illos dies eosdem putat eſſe cum quatuor menſibus: Et an vero tribus partibus anni Romani egerunt ferias? Et cui bono fuerint iſti dies vtiles, qui indulgebantur ex miſeratione Reo, vt interim pecuniam expediret & numeraret. Vix quiſquam ignorat menſis vnius ſpatium conceſſum Lege 12. tabb. cum videretur breuius, poſt ea bimeſtre l. vn. *C. Theod. de vſur. rei iud. lib. 4. tit. 19.* & tandem à Iuſtin. quadrimeſtre factum fuiſſe l. 2. *C. de vſur. rei iudic.*

Supra *tit. de dotibus.* monuimus ex cauſa contractus mulieris, non poſſe executioni capi dotem: propter ius, quod in ea habet maritus: Ergo recte ſe habet *Arreſt.* 44.

Oportet propriam rationem eſſe pharmacopolarum in Francia, qui etiam operam præſtent ægrotis: Alias recte præferuntur illi, ex hac ratione, quia coguntur quibusuis merces vendere ſuas, & vbi ſuccedit (& is quidem ſcopus eſt pharmacorum) & ægrotus conualeſcit, omnibus id prodeſt creditoribus. Illa autem ratio, quod ſit creditor operæ, quomodo pro prælatione concludat non video. Nam omnes artifices ſunt eiusmodi creditores.

Arreſt. 46. *inf.* aliquid videtur turbatum, In verbo *creditoru* & quod dicitur, textum citatum ex *l.* 5. *ff. de tribut. act.* in contrarium facere. Etenim vtique probat ille textus, quod venditor in caſum ibi propoſitum maneat dominus: idque verum eſt in terminis fortioribus; licet res vendita tradita fuerit *l. quod vendidi* 19 *de contr. empt.* §. *venditæ.* 41. *Inſt. de rer. diuiſ.* Sed longe expeditior ratio in iſta ſpecie, eſt hæc pro venditore, quod res necdũ fuit emptori tradita: quo caſu iuris eſt liquidiſſimi, venditorem adhuc eſſe dominum, & rem, quamdiu precium non fuerit ſolutum retinere poſſe: quod omnibus eiusmodi caſibus obtinet, & in terminis venditionis reſponſum eſt *in l. Iulianus* 13. §. *offerri de actio. empt. iunct. l. cum* 14. §. 1. *de furtis l. hæreditatis* 22. *de hæred. vend.* id quod apparet, ignoraſſe autorem.

Arreſt. 7. APPENDICIS paulo craſſius dicitur, quod ius legitimæ captatur pignori: Declarationem ſuppeditat Nota, quod creditores poſſunt executionis cauſa occupare partem hæreditatis, quæ defertur filio vel alij debitori. Et tamen repugnat hoc rationi iuris ciuilis, ſecundum quam Edictum fraudatorium & reuocatorium non pertinet ad eum caſum, quo quis ſibi delatam hæreditatem repudiet. *l. quod autem* 6. §. *proinde* 2. *cum ſeqq. quæ in fraud. cred.* & facit hæc ſententia Arreſti iniuriam cohæredibus, quibus alias pars deficiens accreſcit.

AD TITVL. VI.

De ſubhaſtationibus.

Diſtinguendum erat, circa *Arreſt.* 1. an quid ſub haſta pro fiſcalibus debitis diſtrahatur, an vero ex alia cauſa. Illo caſu etiam minoribus denegatur reſtitutio l. 5. *inf. de iure & fid. haſt. fiſc.* (alter textus *de fid. inſtr.* nihil ad rem facit.) Itaque nimis generaliter, cum in genere de ſubhaſtationibus agat, ſcribit, quod omne os iſto caſu occludatur: ſed mox more ſolito ſibi contradicit, & fatetur, quod minor etiam contra ſubhaſtationem (ſcilicet extra cauſam fiſcalis debiti) reſtituatur: quod iuri noſtro conuenit omnino, & negari a Baldo falſum eſt, peccat autem in hoc, quod non niſi duobus caſibus minorem reſtitui putat, quando ex falſa cauſa decretum eſt interpoſitum, & quando deceptus eſt. Verum enim eſt, in integrum reſtitui minorem, etiam ſi dolus non interuenerit ex altera parte, & omnino ſatis eſt eum læſum eſſe. Neque rurſus verum eſt, quod enormis læſio requiratur, (quæ ſcilicet eſt vltra dimidium) ſed etiam citra hoc paulo grauius minorem læſum eſſe ad impetrandam reſtitutionem ſatis eſt: vt probat *l. ſiquidem* 11. *in fin. C. de præd. minor.* & porro iſta res non omnino recte tractatur ſub materia ſubhaſtationum: nam etiam citra hoc fundus minoris ex decreto vendi poteſt. In enormi porro læſione dolum eſſe Interpp. ſcribunt, ſed quem non ſimpliciter dolum, verum dolum præſumptum, & in re ipſa appellant: verum autem hunc dolum eſſe nullus dicit; itaque amplius offendit autor, dum ſimpliciter ſcribit, enormem læſionem non poſſe eſſe ſine dolo.

Arreſt. 2. rurſus ſibi contradicit. Ait initio, poſſe quem venire contra decretum, & ſubſecutam publicam ſubhaſtationem: mox reipſa negat, dum depulſum ait fuiſſe debitorem, quantumcunque etiam deceptionem allegaſſet. Abſurdum vero hoc eſt & iniquum, vt dolus aduerſario proſit. Illud in confeſſo eſt, irritari poſſe & debere quantumuis publicam venditionem, ſi ſolennitates debitæ non fuerint obſeruatæ, & imo talis venditio nulla eſt.

Arreſt. 3. multa commiſcet. Et maioribus permiſſum non eſt, vt veniant contra venditionem, licet offerant duplum. Poſſint enim id facere ex affectione, licet tanti res non ſit. Verum minoribus vtcunque tam grauiter læſi non ſint, ſuccurri conſtat, & per reſtitutionem reſcindi contractum.

Alias, inquit autor, id in Francia nõ fieri: At enim neq; id fit iure communi. nec maior admittitur ad poſtulandam reſciſſionem contractus, niſi vltra dimidium læſus fuerit, ſed pergit, & in Francia negat id admitti, neque obſeruari textus *in l.* 1 *&* 2. *C. de his qui prior cred. l.* 2. *C. de pign.* Secundum quas poſterior creditor audiatur, offerens priori etiam poſt adiudicationem. Quam inepte hic mutat caſum, de quo nihil actum in præcedd. erat. Sed quod ad rem iſtam pertinet, nihil prorſus huc facit *l.* 2. *C. de pignor.* ſicut & *l.* 1. *&* 2. *C. de his qui prior. in cred.* nõ iſtum, ſed alium plane diuerſum caſum tractant. Itaque ineptus eſt autor, dum negat obſeruari hos textus, qui tamen non concedunt ius offerendi poſteriori creditori. Plane illud iure expeditiſſimum eſt, quod creditor, qui offert pecuniam alteri, ius anterius in pignore habenti, in eius locum ſuccedat, & quod oblationem, plenam ſcilicet, creditor prior accipere teneatur: cum nihil eius amplius interſit. Sed tractat autor hic caſum, quo iam res pignorata addicta eſt priori creditori, & negat, quod tum audiatur poſterior creditor, ſi priori offerat pecuniam, quia, quæ ratio eſt eius, vbi eſt res vendita iure creditoris, ceſſet ius offerendi. Sed enim id quidem procedit in dubio, vbi extraneo venditum eſt pignus; vt ſi creditor vendiderit pignus ſecundo creditori aut fideiuſſori, ius luendi & debitori & alij creditori ſupereſſe iure expreſſo traditum eſt, l. 1. *C. ſi antiq. cred. l.* 2. *&* 5. §. 1. *de diſtract. pign.* Et profecto ratio ſuadet vt idem admittatur, vbi & creditor prior pignus ſuſceperit; neq; enim æquum

est, vt is cum damno debitoris aut alterius creditoris fiat locupletior, & sufficere omnino ipsi debet, si pecuniam sibi debitam consequatur, saltem vt hodie intra biennium luitioni sit locus *arg. l. 3. §. 4. C. de iur. dom. imp. de quo vid. Neguś. de pign. part. 3. membr. 5. num. 7. vers. tertio fallit.*

Arrest. 4. qui defendere volet, is defendat oportet, permutationem rei litigiosæ esse nullam, vt proinde ei, qui accepit rem litigiosam, supersit ius vindicandi rem suam. Et possit id defendi forte, si res in specie sit litigiosa, cuius alienatio iure est nulla: cæteroquin id defendi non possit, & amplius interest, an ignoret alter esse litigiosam rem, an sciat, quo casu sibi imputet. Et sane alias ita iuris est, vt qui ex vendito, permutatione, aut datione in solutum, rem alienam accepit, is re euicta regressum habeat contra alterum, non autem vt rem a se datam propterea vindicare possit, quippe cuius dominium in alterum transtulit. Secundum quæ in proposita specie & agere poterit contra eum, qui ipsi dedit rem litigiosam, non vero contra creditores, qui debitoris sui rem bona fide distraxerunt.

Bona immobilia minorum, vt alienentur, Iudex decernere non debet, nisi accurate causa cognita, qua omissa decretum pro nullo habendum est: Et tamen non multum interest, an decretum habeatur pro nullo, an minori cōcedatur, vt refuso pretio prædium vindicare possit, vt *Arrest.* 7. pronuntiatum refert autor.

Octauum arrestum iniquitatem manifestam habet, cùm nihil à debitore, aut vtiq; nihil ab emptore in fraudem factum fuisse proponatur. Et cum igitur emptor fuerit verus dominus, qui pristino iure suo elocare fundum potuit: nulla ratio patitur, vt res alterius ob debitum conductoris capiatur in causam executionis. Et ridicula ratio est, quod satis sit conuenire debitorem, qui realiter insistit possessioni, neque enim vt bona capiantur executioni, debitorem possessorem esse sufficiat: sed dominum eum esse oportet: quamquam præterea conductor nec quidem possessor, sed nudus tantum sit detentor, aut eadem ratione, res penes debitorem depositas aut ei commodatas, occupare creditores possint.

Rursus iniquum est, vt post collocationem creditorum factam, nulli nec viduæ, nec minores admittantur, licet loco vltimo tantum collocari petant: cum vtique nihil hic interesse possit aliorum creditorum, quibus priore loco satisfit.

Infinitis locis dixit autor, quod in Francia, debitores etiam pro debito ciuili in carcerem coniici possint, vix etiam admissa cessione bonorum. Iam demum *Arrest.* 15. monet id non conuenire iuri ciuili. Id quoq; dupondij sciunt.

Arrest. 30. rursus est vitium, quod superius notauimus, quod autor putat, bonæ fidei possessorem ad nullos fructus restituendos teneri: quod manifesto falsum est. Deinde ait, minorem non nisi tribus casibus restitui, nimirum ob dolum, ob falsum & tertium, ob enormem læsionem. Hi vero duo tantum casus sunt, quoniam vbi falsum, ibi & dolus: Tertio ait enormem læsionem esse vltra triplum: Nos, inquit, ita vocamus. Possunt ita loqui & sentire Leguleij Galli, sed ita nullus sentit Interpp. qui communissime læsionem enormem vocant, quæ est vltra dimidium. Eam autem, quæ vsque ad bessem accedit, vel eum excedit, enormissimam appellare consueuerunt. Quarto ait, omnes tenere, quod minor non restituatur, si curator interuenerit. Id quidem aperte falsum est. *t. t. C. si tut. vel curat.* sed in terminis pignoris cōtracti à patre minoris vel prætorij, & legitime venditi, negant admitti minorem, nisi graue detrimentum passus sit. Ita *gloss. Bart. & cæteri in l. 1. & 2. C. si adu. vend. pign.* Denique in quæstione subiuncta, textus & autores quos adducit, nihil ad rem faciunt; & certi iuris regula est, quod quemque fundamentum suæ assertionis & intentionis probare oporteat: Itaque ridiculum sit credere, quod sufficiat, allegare tantum simpliciter verba decreti, nec id aliter probare: neque 5. aut 6. anni sufficiunt: Caput istud vna litura delendum est.

Rationis est, vt ea, quæ per conuentionem nexa sunt persequatur creditor & distrahi potius, quam vt alias res in causam iudicati capi curet: vbi illa sufficiunt. Sed ex causa tamen poterit magistratus ordinem illum non seruare.

Quid sit *Arrest.* 36. in vers. *verum hic quæritur locum & ordinem obtinendum capi curare*: ego sane non intelligo. Quomodo enim in loco & ordine capiendi pignus constituatur? Et omnino nescio, quas ibi nugas agat: Vtique si res in causam iudicati capta sit, nec ea ante alij pignori nexa, is in cuius fauorem pignus tale speciale captum est, in eo aliis prior & potior erit *l. 10 qui pot. in pign.* Illud autem iuri communi non conuenit, vt creditor à tempore sententiæ habeat hypothecam: Et ea non possit esse nisi generalis: nisi rem adiudicatam pignoris causa esse proponas.

Arrest. 39. intelligendum est de substitutione conditionali, cuius adhuc pendet conditio: & proinde male in genere concipitur: & inepte dicitur *sine detrahendi*, imo ei fiul, vt impediat distractionem.

De pharmacopolis sæpe supra actum est, sed quod dicitur *in l. 15. de relig. & sumpt.* non recte intellexit autor *Arrest.* 44. Hoc enim ibi vult ICtus, quod ad quem dos pertinet mortua vxore, is & impensas factas in funerandum vxorem soluere cogatur: sed quod vxor persequens dotem postponatur impensis, ibi vtiq; non dicitur.

Arrest. 7. APPENDICIS recte quidem iudicatum fuit pro emptore, quippe, qui conductioni stare non tenetur: sed male conductori tantum sumptus & impensæ adiudicatæ fuerunt. Qui enim expellitur ante finitam conductionem, regressum habet aduersus locatorem pro omni eo, quod interest. At in ista specie longe pluris interesse potuit conductoris, qui vineam coluit, & nimirum, quantum ex fructibus & his pene iam maturis colligere potuisset.

Quod *Arrest.* 10. de deceptione dicitur, accipiendum erit de ea deceptione, quæ dicitur in re: nam si dolus intercesserit, fuerit perabsurdum & aliquot Arrestis contrarium, venditionem sustineri. Quod vero ad deceptionem in re, & læsionem & vilitatem pretij attinet, sane vbi res inter maiores acta est, non temere rescindendum erit decretum, quod præcedentibus solennitatibus est interpositum: sed sane si minus sit grauis læsio, duplumq; excedetes, communi iuris remedio ex *l. 2. C. de resc. vend.* locum esse debere dixerim. Et vero istud remedium locum habere, licet publice ex decreto magistratus facta sit venditio, verius est: quoniam hic in æstimanda re error quoque interuenire sæpe potest, & hoc in nostris terminis misero debitori nocere fuerit iniquum, vide de hac re *Pinell ad l. 2. C. de resc. vendit. p. 2. cap. 2. num. 18. Sfortiam Oddum de restit. q. 22. Vasq. illustr. controu. cap. 71. Fachin. 2. controu. 20. Cranettam cons. 19. num. 4.*

num. 4. vbi ait, esse remedio huic locum, licet ex subhastatione vendita res sit, quod & communiter à Dd. teneri refert & sequitur *Alexand. volum.* 7. *consil.* 117. *num.* 11. Et videtur adeo Arrest istud non rectè se habere.

Sententiam *Arrest. vlt.* Appendicis, & quid sit, peremptioni obnoxium esse, non capio.

Cum incarceratio ob debitum sit aliquanto mitior à rationibus iuris ciuilis, facile probo limitationem *Arrest. vnici titul.* 8. vt ne ob expensas soluto debito principali in carcere quis detineatur.

AD LIBRVM XIX.

TITVL. I.

De Appellationibus.

Circa *Arrest.* 1. materiam, quidquid autor etiam putet, ita ius est: & quo ad nullitatem sententiæ: vt nulla aduersus eam opus sit restitutione aut rescripto: & vt ex hac causa, vsque ad 30. annos agi possit. *Gail.* 1. *obs.* 127. *nu.* 8. *Marant. p.* 6. *de sententia nu.* Cæteroquin vbi tantum iniquitate laborat sententia, nullum est remedium nisi appellationis: nisi sicubi ex specialibus causis restitutio indulgetur, vt in specie *l. Diuus* 33. *de re iudic.* vbi Dd.

Ad *Arrest.* 2. quod agit de ea appellatione, quæ in causis criminalibus interponitur, hoc notandum, credi vulgo in Germania consuetudine generali, ius appellandi sublatum, de qua attestatur *Gail.* 1. *obs.* 1. *n.* 28. *& ipsa Ordinatio Camer.* 2. *tit.* 28. §. 5. quæ etiam ratio & causa est ob quam in Camera appellationes in criminalibus non admittuntur: quamuis quidam generalitatē illam negant, & alicubi appellari dicant v. *Boer. de iuris dict. c.* 3. *num.* 84. *& seq. & Wesenb. in parat. de appell. recip. num.* 3. Quid iure ciuili obtineat, v. tractatum apud *Clar. lib.* 5. *vltim. quæst.* 94.

Cap. ad hæc 6. *de appellat.* non probat, quod vult autor *Arrest.* 3. & iuxtà communem intellectum hoc solum, quod appellatum est, non facit, vt Iudex possit recusari in aliis causis: vt testatur *Felinus ibid.* quamuis ita sentiat *Imola ibid.* quem magis probat *Fehn.* licet dicat sententiam eam in praxi obtinere non posse.

Ad materiam *Arrest.* 4. an ab executore possit appellari v. *Dd. in l.* 4. *de appell. in l. quoniam* 11. *C. de appell. & in l.* 5. *C. quor. appell. non rec. p. Mynsing.* 3. *obser* 32. *Anton. Gabr. lib.* 2. *comm. concl. tit. de appell. concl.* 4. *Dam. bond. pr. cri. cap.* 232. *Marant spec. vbi de appellat. num.* 259. Cæterum apud autho rem in extremo *d. Arrest.* 4. sublata negatione legendum est, *appellari posse.*

Materia *Arrest.* 5. est, an appellatio ab interlocutoria deuoluat causam principalem, de qua v. *And. Gail.* distinguentem 1. *obseru.* 131. quamuis nihil illud non satis probetur, quod ait, censeri iudicem, qui detulit appellationi, abdicasse totam iurisdictionem: vtique enim videtur tantum abdicasse, quo ad punctum à quo appellatum fuit.

Arrest. 8. pro *adulto* legi oportet, *indulto.* Quod putat, iure ciuili ea *l.* 1. §. 1. *de appell.* ab rescripto regio ipso vel principis. appellari, errat, nec quisquam interpp. hoc dicit, sed illi communiter ita explicant eum locum, quod non appelletur ab ipso rescripto, sed à sententia: quam magistratus, qui consuluit principem, iuxta rescriptum pronunciant: quæ est ipsa quodammodo executio rescripti: nec aliud dicit male citatus Accursius, cui autor, quæ proponit hoc loco, adfingit omnia, mira, pene impudentia. Cæterum potest & solet quidem princeps rescribere consulentibus magistratibus, licet non audierit partes: sed vt non auditis ius decernat, vt loquitur author, minime verum nec ferendum est, & manifesto ea fuerit iniquitas. Ineptit quoque dum ita disputat, quasi Accurs. aliquid teneret contra Vlpian. *in l.* 1. *A quib. appell.* quod Accursio nunquam in mentem venit: sicut & per se omnino & perspicue falsum est, quod possit libere à rescriptis principis, qui superiorem non recognoscit, appellari. Equidem potest ea forma Reipubl. constitui, vt à principe v. c. ad parlamentum appelletur: si vltro se submiserit princeps: sed quod id regulariter & citra specialem submissionem principis fieri possit, falsum est, princeps sine si quid temere ad vnius partis petitionem, nō audita altera, decreuerit, non functus sit boni principis officio: sed succurri per appellationem parti læsæ non potest, sed per supplicationem, per quam princeps, de veritate rei & facti informetur: quam si princeps non admiserit, rursus contra boni principis officium fecerit. Porro, vbi princeps inter vtramque partem cognita causa pronunciauerit, nulli remedio locus est: neq; vlius princeps audiet partem, quæ errorem, dolum, nullitatem, & alia, quæ hic proponit author, obiicere velit. Et erit liberi arbitrij principis, an supplicationem aliquam admittere velit, sed vt id faciat nullo iure cogi potest.

Iure ciuili, intra decem dies appellari posse constat: sed statuto & consuetudine tempus minui posse etiam constat: nam & iure veteri biduum & triduum tantum præfixum fuit: Amplius *Arrest.* 10. implicatur quæstio de procuratore: de qua re vera sententia est, quod procurator appellare, aut tempori, dominum de sententia lata certiorem facere teneatur. Si non fecerit, eum teneri mandati, & sententiam transire in rem iudicatam contra dominum: nisi forte hic aliquando ob paupertatem procuratoris restituatur. v. *Bartol. Iasonem Castr. St. bard. & cæteros in l. inuitus* 17. *C. de procurat.*

Decisionem *l. vlt. C. si vnus ex pluribus,* in Gallia non obseruari, vt refertur *Arrest.* 11. etiam Goth. ex Rebuff. *d d. l. vlt.* notauit.

Arrest. 12. nimis manifestam habet rationem: nam cum certum tempus appellationi sit præfinitum, quo non obseruato sententia in rem iudicatam transit, constare de eo, an rectè appellatum sit, nisi dies appellationis inseratur, non potest.

Arrest. 4. *&* 14. si non pugnant, hoc Arrest. posterius de executore non mero accipiendum erit, à quo licet potest appellari. *cap. si aut legato*, nusquam apparet: & forte est *cap. si a subdelegato* 14. *de off. deleg. in* 6. quod tamen de executore non loquitur v. citatos ad *d. Arrest.* 4.

Quod Iudex, qui exsequitur capitalem sententiam non obstante appellatione, sit puniendus capite vt est *Arrest.* 16. non probatur *ex l. addictos* 6. *C. de Episc. aud.* sed id sane *ibi. num.* 2. Bald. probat bona ratione, sed ibidem docet, id adeo fallere in reo legitime conuicto, vt eo casu nec appellatio admittenda sit, de quo v. *Clar. lib.* 5. §. *vlt. quæst.* 94. Itaque durius, quam par fuit, actum est cum iudice *d. Arrest.* 16. quod in multam 200, libratum condemnatus fuit.

Contra nimis clementer actum fuit cum Irenar-

natcha, *Arrest.* 17. hic enim tamquam verus homicida, eum excesserit fines iurisdictionis suæ, capite plectendus erat.

Male simpliciter affirmatur *Arrest.* 21. quod appellatus succumbens debeat condemnari in expensas: sed distinguendum est cum ipso autore sui hic oblito, iuxta *Arrest.* 18. *sup. tit.* 2. *lib.* 18 *de lit. exp.* vbi diximus.

Si in specie *Arrest.* 24. iudicis dolus aut culpa latior fuit, recte iudicatum: Inepte autem dicitur Iudex liti se obtulisse. De ea materia, & an & quando Iudex litem suam faciat, & quæ sit eius pœna, v. Interpp. *in pr. Inst. de oblig. quasi ex del. & in l. vlt. de extraord. cogn. & in l. filiusfam.* 15. *de iudic. & in tit. C. de pœn. iudic.*

Arrest. 25. est quæstio, an procurator appellationem prosequi teneatur, quod male simpliciter affirmatur, per ea, quæ tradunt *gloss. Cyn. Br. Bl. Salic. Castr. Iason Sich. in l. inuitus* 17. *C. de procur.* qui contra Placentin. communiter statuunt, posse quidem procuratorem persequi appellationem, sed non teneri.

Pro *Arrest.* 29. facit optime *l. etiam* 29. *§. ex causa d. minorib. vbi Br. & Bl.* notant, tot videri esse sententias, quot sint capitula separata: & quod ibi de restitutione in integrum dicitur, in appellatione quoque obtinere nominatim tradit *Baldus arg. l. quadam* 41. *famil. erc. & l. vlt. de iure patr. facit l. appellanti* 13. *de appellat. & adde Guid. Pap. decis.* 436. *num.* 74. Itaque hoc Arrest. legendum est, addita negatione, *vnum non obstet alteri.* Atq; hinc pendet ratio *Arrest.* 35.

Tertius pro suo interesse potest appellare, vt docet *Gail.* 1. *obs.* 122. quæ est ratio *Arrest.* 37.

A futuro quoq; & imminente grauamine posse appellari, textus est *in Clem. sicut* 3. *de appellat.* & est casus *in cap. bona memoria* 51. *vbi Panorm. in pr. de appellat. Guid. Pap. decis.* 436. *num.* 33 contra *Arrest.* 1. *Appendicis.*

Materiam TITVL: V. de renunciatione appellationis non satis intelligo. Iure nostro non tantum est terminus intra quem interponitur appellatio, sed etiam est fatale introducendæ appellationis & prosequendæ, quo elapso ipso iure est deserta appellatio. Nec dubium est quin quiuis possit deserere litem suam, sed ita vt si sine consensu aduersarij id faciat, teneatur in expensas, *cap. ex parte de rescr. vbi Can. & Bald. hoc tractant. Gail.* 1. *obseru.* 137. *&* 138.

Sed alia quæstio est, an declarationem renunciationis simpliciter factam esse sufficiat, vt præiudicet renuntianti: quod recte negatur. Quod expresse procurator possit renunciare appellationi à se interpositæ, non negat Bald. vt falso ait autor *Arrest.* 8. sed diserte adfirmat *in d. cap. num.* 15. Alexander autem ad locum citatum, nec verbum scripsit. Sed si id fecerit, tenebitur principali. Addit ibid. Bald. quod tacite quoque possit procurator renunciare appellationi, dum patitur labi tempus, eo casu videlicet, quo prosecutio appellationis ad ipsum spectat.

AD TITVL. VI.

De deserta appellatione.

SI verum est, quod habetur *Arrest.* 1. sequitur, quod appellationem interpositam, quis vsque ad 30. annos prosequi & de tempore introducendi appellationem, possit, quod plane est absurdum *v. gloss. Salic. & alios in l. præses* 5. *C. de appellat. l.* 2. *C. de temp. appell. Gail.* 1. *obser.* 140. *Ordin. Camer. p.* 2. *tit.* 30. *cap. cum sit* 5. *& cap. sæpe* 44 *in fin. ext. de appellat.* Quid sit in *d. Arrest.* 1. post 30. annos appellantem à desertione absolui non intelligo: vtiq; enim deserta appellatione, si quæ sententia requiritur, absoluendus est appellatus. Et non conuenit cum priori illo, quod *Arrest.* 2. *&* 3. traditur de tempore insinuandi appellationem, quod non videtur esse triennale.

Deserta appellatione, ipso iure reuertitur iurisdictio ad iudicem à quo, postquam sententia transit in rem iudicatam; vtile tamen est, vt Iudex ad quem, pronuntiet super desertione, in quam sententiam etiam veniunt expensæ, de qua materia, v. quæ tractat *Gail.* 1. *obs.* 137. *& seq.*

Ad *Arrest.* 4. plane si desertionem legitime iudici à quo, probet appellatus, poterit executionem sententiæ impetrare à dicto iudice à quo, vt recte *Arrest.* 5.

Non intelligo quomodo verum sit, quod iuxta *Arrest.* 7. nō liceat principi, quod licet priuatis: vtiq; enim priuatus deserta appellatione non amplius auditur, nisi ex iusta causa contra desertionem restituatur, vt notat *Gail. d. obs.* 137.

Ad *Arrest.* 9. quod retrotrahatur ratihabitio v. *Dd. in l. vlt. C. ad Senatusc. Maced.* & quod debeat fieri intra tempus, intra quod actus principalis expediri debet v. *Guid. Papa decis.* 436. *num.* 103. *Molin. in consuet. Paris. §.* 37 *gloss.* 10. *nu.* 40. *Alex. vol.* 2. *consil.* 135. *nu.* 6. *Decium in l. semper* 60. *de reg. iur. num.* 13. *Iason in l. si is qui.* 15. *ff. de vsucap. num.* 130. *Bart. in l.* 1. *C. qui admitti ad bon. poss. nu.* 9.

Arrest. 1. de triginta annis omnino contradicit *Arrest.* 10. quod 40. dies præfinit insinuandæ siue introducendæ appellationi: aut an *Arrest.* 1. intelligis introduxisse quidem appellationem, sed non esse prosecutum: & tamen id tempus nimis foret longum. Iure ciuili Rom. existimatur, non esse huic rei & scilicet introducendæ appellationi præfinitum tempus, sed iudicem à quo, qui Apostolos petenti dabat, id ex arbitrio definiisse, & v. autoris citatos ad *Arrest.* 1.

AD TITVL. VII.

De sententiis executoriis.

IVre ciuili à sententia interlocutoria regulariter non appellatur. Cum autem aliud placuit iuri Canonico, quod & praxis obseruat, merito id ita restringitur, quomodo *Arrest.* 1. habetur, vt tantum semel ab interlocutoria appelletur. Quod sententiam definitiuam attinet, definitum ita est, iure nostro, ne liceat tertio appellare: quod autor *d. Arrest.* 1. obseruari in Francia refert. Sed constat id in Germania non obseruari: quoniam hoc modo facile posset Cameræ eludi iurisdictio, & quia princeps aut status Imperij plures facere iudices subalternos. Quid vero est *d. Arr. definitiua,* quæ *vim definitiuæ non habet?* Interlocutoria quidem sententia effectum definitiuæ habere potest; verum istud monstrum nec vmquam auditum est, vt definitiua non habeat vim definitiuæ sententiæ, quod prorsus contradictionem implicat.

Arrest. 2. *& seqq.* ad eam materiam pertinent, de qua sup. *tit. proprio,* & nimirum *de prouisionibus* verum est, & quod diuersum in expensis obtinere dicitur, pendet à mera dispositione iuris positiui: & cum

iuris

iuris communis regula sit, quod appellatio suspendat executionem, meritò Ius. quod ab ista regula discedit, debet restringi: quod rectè *in fin. Arrest. 7.* traditur.

Arrest. 6. quoq; refertur dispositio Regia: sed ineptis verbis, *solus permittit:* & omnino legendum est, *solui iubet*, & nimirum statim, non obstante appellatione, vt ex seqq. limitationibus apparet.

Ex ratione paulo ante relata, & *Arrest.* 7. *in f.* comprehensa, videtur petenda ratio restrictionis, de qua *Arrest.* 8 *&* 14. qua constitutio loquens de causis personalibus, ineptè fuit de causis tantum ciuilibus non criminalibus: cæteroquin est ea generalis diuisio obligationis, quod ea sit aut ex delicto, aut ex conuentione. Sed quia vt dixi, abit à ratione iuris communis, vt ne appellatio habeat suspensiuum effectum, illa interpretatio sumpta fuit.

Cur in reditibus plus sit realitatis quam personalitatis, vt est *Arrest.* 9. ego non satis intelligo: vtique enim debentur ex conuentione: & si quid hypothecæ ex illa causa nexum est, vtique hypothecariam actionem, à personali discernere oportet: neque adiuncta hypotheca facit, quominus actio principalis sit & maneat merè personalis.

Quod *Arrest.* 11. refertur de principali & expensis ex constitutione Regia, suspecta mihi faciunt, quæ superioribus Arrestis super expensis iudicata fuerunt. Nam cum constitutiones priores declarentur ex posterioribus, & constitutio Francisci, nominatim etiam de expensis disposuerit, bona ratio fuit, ita quoque accipere constitutionem Ludouici de qua *Arrest.* 6. Et princeps, qui vult sententiam in principali esse executuriam, certè si consultus fuisset, idem respondisset de expensis. Itaq; vix probo limitationem & restrictionem, an potius cauillationem, *d. Arrest* vt licet nominatim constitutio de expensis locuta sit, tamen ad fructus non porrigatur.

Ait *Arrest.* 11. sententiam super plenario possessorio latam, suspendi interposita appellatione, nec executioni mandari: & rectè an, & de eo sup. egimus, sed prorsus inepta vt tur ratione, & quæ eam sententiam impugnat magis. Quis, inquit, licet plenior sit, constitutio tamen de ea non loquitur. Imo verò, quia plenior est sententia hæc & plenius possessorium, ideo quoque plus præiudicij infert, & tanto apertior ratio est vt interposita appellatione omnia integra seruentur. Itaq; quod pro ratione dubitandi proponit autor, id ipsum habet rationem decidendi.

AD TITVL. VIIJ.

De autoritate rerum iudicatarum.

CErti iuris est, quod sententia ex falsis probationibus lata possit impugnari *l. Diuus 33. de re iud.* quæ & hoc probat, *iunct. l pen. C. de transact.* quod non sit ipso iure nulla sententia, quod quidam volunt, sed, quod per restitutionem in integrum retractetur, quam esse communiorem Interpp. sententiam attestatur *Meno li. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 15. in pr.* Distinctionem inter actorem & reum falso puto *Arrest.* 3. adscribi Paulo Castrensi (prorsus loco citato non reperio) & ea sane falsa est, vtcunq; enim instructus veniat actor, potest tamen falsis testibus aut instrumentis exceptionem suam Reus probare. Ait *in pr.* si falsum adprobetur, vel noua instrumenta fuerint. Et videtur igitur existimare, quod etiam citra falsi allegationem ex nouis instrumentis possit sententia retractari: quæ sententia falsa est, per *l. Impp. 35. de re iudic. l. 4. C. eod. & vtrobiq; Dd. arg. l. 19. & 29. C. de transact. add. Wesenb. in parat. de re iud. num. 10. Mynsi. 4. obs 60.*

Nescio qua ratione ita in specie dicatur libellus ciuilis: nam & libellus quo ob errorem aut falsum petitur simplex retractatio sententiæ, propriè loquendo libellus ciuilis est. Et *Arrest.* 4. rursus est falsa illa sententia, quod ob nouiter reperta instrumenta sententia retractetur. Et citatus ex *tit. de Edendo* textus, nihil ad rem facit, imo contrarium probat: quoniam si sententia rescindi posset, non esset necessaria propria actio contra argentarium, qui conuenitur ob hoc, quod non edidit instrumenta, quæ si habuisset actor, in priori iudicio vincere potuisset. Actio mandati, quæ contra procuratorem detur, ineptè huc refertur: & tamen si soluendo non sit procurator, datur minori restitutio aduersus sententiam: quod apud omnes in confesso est, & proinde non rectè simpliciter hic negatur. In *pr. d. Arrest.* 4. membrorum ibi propositorum inepta est oppositio.

Ex ratione iuris nostri non tantum princeps, sed & magistratus inferior, potest contra lapsum temporis restituere in integrum, ex iusta causa, qualis est furor, minor ætas, & absentia iusta: quæ referuntur *Arrest.* 5. Eaq; vera ratio est: cæteroquin ista cessante, vtcunque querela sit appellationi similis, postquam alteri ius quæsitum est, nec princeps restituendi ius habet, nisi abuti potestate velit.

Ratio *Arrest.* 9. est, quoniam sententia habetur pro veritate, & ea iusta præsumitur: Quod tamen limitandum est, nisi quis dolum & sordes iudicis arguere paratus sit: quo casu publica accusatione repetendi rei haud dubio ius erit: sub fin. legendum est, *reuocandus non est.* Et tamen Bald. hoc solum dicit; quod post absolutionem confessionis præced. non sit effectus, nihil autem de nouis probationibus.

Retractatio iuramenti, quod partes sibi detulerunt, non facile admittitur *l. admonendi 31. de iureiur.* Autor ait *Arrest.* 10. *in pr.* non retractari, probatione periurij superueniente: rectius dixisset, non audiri alteram partem, quæ affert probationem periurij *l. quod si 21. de dolo malo.* Cæteroquin rationis est, vt si quis fateatur iniustè & falso iurasse possit rescindi iuramentum, quod tradit citatus *Paulus de Castr. num.* 7. & generalius de rescissione cuiusque sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, *Alex. citatus in ea l. in pr. num. 2. & 3.* & vtitur vterque hac ratione, quod etiam contra præsumptionem iuris & de iure, contra quam nulla admittitur probatio, tamen admittatur confessio partis. *In f. d. Arrest.* 10. constructio & sensus turbatus est, nec sententiam ibi autoris capio.

Quid sit *Arrest.* 11. Iudex vltimi districtus ego non intelligo. Si intelligit supremum iudicem, vtique licet nullitas sit in processu, non ob id retractari poterit sententia, cum in supremis curiis huiusmodi allegationes nullitatis non admodum soleant curari, de qua re *Gail. 1. obs. 42.* potest tamen si velit, supremus ille, hanc querelam admittere. Si autem Iudex sit inferior, vt maximè incompetens, ob nullitatem, manet causa & actio integra, quæ vt ante, moueri potest. Si autem Iudex quicunque etiam incompetens fuerit, rursus manet causa & actio integra, introducenda apud iudicem competentem: Quæ certissimi iuris sunt, &

habent rationem euidentem, quam & capiat dupondius. Et tamen autor hoc bene notandum monet *Guid. Pap.* citato loco nihil habet.

Nullam rationem dubium habet *Arrest.* 12. quoniam contra instrumenta, quoque vt vocant, guarentigiata, & paratam executionem habentia, cum aliæ exceptiones, tum inprimis allegatio solutionis admittitur: quoniam ea probata apparet, non esse debitorem, & ob id nullum executioni locum.

Illud recte *Arrest.* 13. quod non amplius molitor potuit conueniri de furtu, vtpote semel absolutus, & quoniam non specialis actio instituta, sed simpliciter super furtu actum fuerat: sed cum omissa esset exceptio rei iudicatæ, certe recte eum condemnauit Iudex: & ob culpam procuratoris non sententia rescindenda, verum actio mandati cōtra procuratorem mouenda. Sed sane in causa appellationis, possunt non deducta deduci, &c. *l. per hanc C. de tempor. appellationum.* Sed enim rursus in appellationis causa ea exceptio non fuit allegata: & profecto singulare est, & contra rationem iuris, vt ob culpam procuratoris sententia rescindatur, nisi forte, vt quidam putant, si procurator non sit soluendo.

Non caret ratione, quod proponitur *Arrest.* 14. vt vbi iam in eo res est, vt sententia publicetur, non impediat mors alterutrius, quominus id fiat, & sententia feratur: ad excludendas moras, quæ alias intercedunt, dum hæredes citantur ad reassumendam causam. Distinctio inter actorē & reum, & sententiam aduersus mortuum aut pro eo latam, falso tribuitur Bart. sed glossa eios meminit, quæ tamen mox eam improbat magis, & ad textum cōtrarium aliter respondet, & rectius.

In specie *Arrest.* 17. siquidem illa taberna vendita hypothecæ non fuit nexa, iniuria pignori capta fuit, ob debitum venditoris, qui antea desierat esse dominus. Cæterоquin si pignori nexa fuit, constat eam transiisse cum onere suo: nec alia iosta defensio ex hic allegatis pro possessore fuit, quam præscriptionis, quod 30. annis Februarius tabernam possedit.

Contra tertium enim possessorem, actio hypothecaria post decem aut viginti annos finitur. *l. 1. cap. 12. C. si aduers. cred. præscr. pign.* Illa autem allegatio, quod creditor cum pignus venderetur, se non opposuerit, nulla est, vt enim pignus [tollatur], necessum est, vt creditor expresse vendi permitat: Cæterоquin licet sciens rem vendi non contradicat & taceat creditor, sibi nihil præiudicat, quia sciebat rem cum onere & saluo iore suo transire text. expressus *in l. sicut 8. §. non videtur. 15. quib. mod. pignor. solu.* & tamen facit aliquid per *d. §.* quod qui rem pignori capi curauit, interfuit venditioni: quamuis replicari hic possit, quod ei nouum postea ius superuenit ex cessione. Itaque vna illa, vt dixi, exceptio superest, præscriptionis, quæ Arrestum tuetur.

Arrest. t. tit. 9. & vltimi, inepte dicitur pars victrix ante Arrest. pronuncistum: cæteroquin iuris est, vt super re iudicata transigi non possit, vt tamen à sciente ius quæsitum remitti possit, vt probat *l. si causa 32. vbi Dd. C. de transact.* Sed & illud iuris communis est, vt vbi dolus vel metus causam transactioni dedit, parti læsæ succurratur.

AD LIBRVM XX.

AD TITVL. I.

Qui est de Testamentis & institutione hæredum.

Arrestum I.

S*Olennitas condendi testamenti.*) Eam recte ait esse à iure ciuili. Recte etiam, solennitatibus, quas ius ciuile Rom. exigit, posse statuto aut consuetudine derogari. Nimirum qua proprie accipitur verbum solennitatis, & quatenus est à solo iure ciuili, superaddita his, quæ requiruntur ex ratione iuris gentium. Recte vero Interpp. communiter ius disponendi de rebus suis referunt ad ius gentium: itaque & modum quendam testandi ex iuris gentium ratione statuunt, (vt paulo abusiue aliquando loquuntur) solennitates iuris gentium: quæ sane non possunt tolli consuetudine, quoniam non alia requiruntur à iure gentium, quam quæ ad essentiam dispositionis & eius probationem sunt necessaria: veluti duos testes, & nec hos omnimodo, sed hoc saltem vt constet de voluntate defuncti, quod etiam potest constare ex nuda scriptura, de qua, quin sit defuncti non dubitetur. Hinc in dispositione parentum inter liberos, itemque militari, quos ipsum ius ciuile liberat & absoluit ab obseruatione solennitatum, ea tantum necessaria esse tradunt Dd. quæ requirit ius gentium veluti duos testes. Ita *Accurs. in l. 1. verb. nuda de milit. testam. Bart. Ias. & alij in l. milites 15. C. eod. Clar. § testamentum quæst. 6. & 8. Gail. 2. obser. 112. num. 2. & obs. 118. nu. 17.* neque testibus pluribus opus est, cum hoc constet inter omnes. Vt redeamus vnde digressi sumus, recte ait Paponius simpliciter derogari posse solennitatibus iuris ciuilis per statuta & consuetudines, ita vt in cuiusque priuati testamento ne necesse sit adhiberi alia, quam quæ ratio iuris gentium exigit. Probatur, 1. quia ius Canon. non requirit nisi duos testes, adhibito tamen (vt aliquid tribueretur iuri ciuili) parocho *c. cum esses. de testament.* quod ius non tantum in testamentis ad pias causas, sed in genere obtinere communis habet sententia, attestantibus *Alexand. consil. 177. num. 2. volum. 2. Couarr. in d. c. cum esses nu. 12. Boer. decis. 93. num. 2. & 3 Clar. § testamentum. q. 57. num. 1.* Probatur 2. quia iure diuino ad probandum quemcunq; actum sufficit testimonium duorum vel trium. Equidem potest lex ciuilis ex causis probabilibus citra offensam iuris diuini requirere plures testes, vt bene *Couarr. in d. c. cum esses nu. 3.* attamen hoc ex dispositione illa iuris diuini deducitur, non aberrare à ratione, statuta vel consuetudines, quæ iuxta ius diuinum in testamentis quoque sufficere putant duos testes, quippe, qui omni iure sufficiunt etiam in capitalibus, & vbi agitur de vita hominis. Quinamplius, cum Deus vnus aptiore norit, quid ad quamque rem probandam necessarium sit, & vero lex Dei ad quemcunque actum probandum sufficere statuat duos testes, videatur recte affirmari & defendi, quod ius Romanum recedat aliquantum à ratione ioris diuini, dum iam magnum numerum exigit testium: quæ ratio est Pontificis *in d. cum esses de testament.* quam male nasutuli quidam prauo iodicio reprehendont. Et licet supra citati aothores fateantur constitutionem Pontificiam procedere tantum in terris Ecclesiæ, non etiam in terris Imperij, id tamen

ea ratio-

ea ratione fit, quoniam hæc res non concernit salutem animæ, neque inducit aut fouet peccatum: vt hactenus censet iurisdictio Pontificalis. Et consequenter quiuis Dominus aut princeps, qui potestatem habet condendi leges potest disponere, vt in suo territorio seruetur dispositio iuris diuini & gentium, non obseruata sanctione iuris Romani, cui per statuta & consuetudines locorum derogari posse constat. Et hinc nō dubium est, errare *Guid. Pap. decis.* 543. vbi potat constitutionem *d. c. cum esses de testam.* tantum procedere, vbi quis est in extrema infirmitate constitutus, & ita quidem vt si conualescat, testamentum non valeat nisi vsque ad annum: quod à mente Pontificis plane est alienum, & per rationem qua Pontifex vtitur confutatur. Probo hanc sententiam 3. solidissima ratione, quod hic numerus septem testium iure ciuili, non certo indicio & deliberato consilio constitutus, sed hac occasione receptus fuit: quod antiquitus apud Romanos in omnibus mancipationibus, quæ in venditionibus quoque & alias interueniebant, & fiebant per æs & libram, & per nexum, interueniebant quinque testes, vt iam pridem, qui commentati sunt in LL. 12. tabularum, docuerunt. Eaque forma alienandi, cum esse crederetur solidissima & optima, factum inde, vt transferretur etiam ad vltimas voluntates: vnde natum est testamentum, per æs & libram, de quo *Iustin. in §. 1. Inst. de testam. Bar. Hotom. & alij ibid.* Et igitur iuxta istam formam testandi, non septem, sed quinque tantum testes exigebantur.

Porro cum præterea solennitates mancipationum requirerent libripendem, & emptorem, qui in hoc genere testamenti emptor familiæ dicebatur, & prætor cui istæ imaginariæ mancipationes displicebant, nouum testandi modum & formam introducere, nec à iure ciuili quo ad numerum personarum recedere vellet, pro libripende & emptore duos alios testes substituit. Atq; ita effectus est numerus septem testium, cuius postea, gratis ingeniosi an curiosi homines, alias rationes sunt commenti. Atenim quinq; testes etiam in contractibus antiquissimo isto iure desiderabantur: quod tamen merito iure ipso ciuili sublatum. Et in emancipationibus liberorum, postquam illæ apud prætorem, sine illis solennibus fieri ceperunt, pro libripende & contestato duos testes, & ita septem adhibitos, scribit *Caius t. Instit. 6. §. 3.* quod rursus ab ipso Iustiniano sublatum. Et quid nigitur numerus septenarius in testamentis, qui hinc vt docuimus originem cepit, statuto & lege ad minorem redigi possit? Hæc pluribus contra superstitiosos quosdam, & quibus piaculum est, tantillum à iure ciuili recedere: simul & rationis huius septenarij numeri ignaros dicere *impr.* huius materiæ operæ precium visum fuit. Ex quibus apparet, non esse veram rationem huius numeri: ne quæ falsitas committatur, quamuis eam insinuet Iustin. *in l. iubemus 29. C. de testam. l. fi. C. de fideicom.* & ob quam quidam iam olim negarunt, valere statutum, quod minorem numerum admittit. Contra quos tamen communem opinionem obtinuisse, testatur Iason *in l. 1. C. de summ. Trin. nu.* 37. vbi plures allegat, & infinitos pene *Boer. decis. 228. nu. 6.*

Consuetudinem locorum.) Appegit ibi notam IC. intelligi cōsuetudines locorum, in quibus testamēta fiant, non in quibus bona defuncti sint sita, quæstio non est ignobilis: An testamentū factum iuxta formam quam requirit statutum loci, in quo factum est, valeat omnimodo etiam quo ad bona alibi sita: & hæres eo scriptus ista quoque bona occupare possit: an hæc pertineant ad hæredes ab intestato, si in loco, vbi ea sita sunt, aliæ & plures solennitates forte requirantur. Communis sententia est, testamentum vbique obtinere. Ita enim in genere Dd. de instrumento, quod factum est iuxta statutum loci, *Bart. in l. 1. ff. de offic. proconsul. Soarez. commun. opin. lit. I. num.* 126. & testandi actus & ipsum testamentum est indiuiduum: neque statutum tale directo disponit de bonis alibi sitis, sed testamentum validat, cuius validitate posita consequitur hæc sententia; nec dubitari potest de voluntate defuncti (ex qua totum hoc æstimandum est,) quin omnia sua bona vbicunque sita; velit pertinere ad hæredes scriptos, ita Dd. communiter *in l. 1. Cod. de summ. Trinit. Cynus num. 9. in f.* (vbi tandem hoc se verius credere dicit) *Bald. num.* 85. (vbi vtitur hac ratione, quod effectus insit suæ causæ) *Bart. num.* 37. (vbi plures adducit rationes.) *Iason. num.* 44. (vbi disputat quidem, sed in hanc tamen partem magis inclinat) *Salicet. num.* 12. *Soarez. opin. commun. lit. T. num. 72. Gail. 2. obseru.* 123. *Guid. Pap. decis.* 262. & ampliatur, vt testamentū quoque à forensi conditum iuxta formam loci, vbi disponit, quo ad omnia eius bona valeat. Communem dicit Iason, explicat & limitat *in d. l. 1. C. de Summ. Trinit. num. 40. Gail. d. loco num. 3 vbi v. plures: adde Bald. in l. si non speciali in princ. C. de testam.* Ita nimirum in successione ex testamento. Cæteroquin statutum disponens de causa intestati, non trahitur ad bona alibi sita, quæ licet dissentiente *Saliceto in d. l. 1. C. de Summ. Trinit.* haud dubie est communis opinio. *Bald. in d. l. 1. verf. venio ad secundum num. 86. Cynus ibid num.* 11. reprobata distinctione, quam videtur probare *Bart. num.* 42, an statutum conceptum sit in rem, an in personam: *Alex. volum. 1. consil. 128. num. 2. Parisius volum. 1. consil. 84. num. 43. & 44. Alex. consil. 16. volum. 1. num. 1. Coler. de process. execut. p. 1. cap 3. num. 229 Modestin. Pistor. consil. 31. parte 1. quæst 4. & 5. Ioh. Dauth. de testam. rubr. de mat. testam. num.* 54. eamq; sententiam Cameræ Imp. probatam attestatur *Mynf. 5. obs.* 19. Hactenus igitur non porrigitur statutum extra locum territorij, sicut nec dum habilitas personam alias ad testandum inhabilem. *Bart. in d. l. 1. C. de Summ. Trinit. num. 26. & 39. Gail. d. obs. 124. lib. 2. nu.* 11.

Peste grassante.) Recte auctor cum aliis, nihil remitti de solennitatibus, si pestis sit leuior, nec aer valde infectus, nec ob contagionem diffugerint ciues: sola enim causa remittendi numeri esse potest, metus contagionis & hominum infrequentia. Itaque tamen prima ratio faciet, vt si ipse testator peste sit infectus, & hoc casu pauciores testes sufficiant. Rursus si vehemens pestis sit, & diffluxerint homines, facit secunda ratio, vt licet testator correptus peste non sit, sufficiunt pauciores, & videlicet quinque *arg. l. vltim. C. de testam.* Itaque vtraque opinio auctoris dubia & pene falsa videri possit. 1. Quod licet vehemens sit pestis, si testator non ægrotet peste, testandum sit iure communi. 2. Si pestis vehemens itidem sit, & populus diffugerit, requiri quinque testes: nec procedit arg. ex *l. vltim. C. de testam.* quo casu cessat contagio pestis: cum præsertim ingruente grauiore contagione, sæpe in vrbibus maior fit longe solitudo, quam alias ruri. Itaque & vbi leuis pestis est, & populus non diffugit & ægrotat testator: & si vehemens sit pestis & diffugerit populus, licet testator peste non ægrotet, rationis est, vt pauciores & v. g. quinque testes sufficiant: & rursus

quoad alterum, in casu dilapsi populi & vehementis pestis, & infecti testatoris, duos testes aut ad summum tres sufficere, ratio eadem suadet: quæ eadem communis videtur Dd. opinio *v. Guid. Pap. decis. 543. in extremo Alex. in l. scriniarios, C. de testam. milit. num. 6. Christoph. Porcium ad pr. Inst. de milit. test. num. 14. citati à Boer. decis. 228. num. 7. vers. Et ista fuit opinio, &c.* vbi etiam *in f. num.* 11. ita iudicatum refert: & in Camer. Imper. ita receptum attestatur *Gail 2. obser.* 118. *in f* & eo tandem inclinat *Iason in d. l. vlt. C. de test. num. 5. Roland. à Valle cons. 81. num. 44. vol. 1. Decius consil.* 184. Itaque hæc opinio tamquam æquior est tenẽda, licet multis dissentientibus, quos referunt *Iason d. loco & Boer. d. decis. 228. num. 7. & seqq. Roland. à Vall. d. loco. Paris. volum. 2. consil. 32. & 33.* Ratio autem huius rei est, quam dixi, inopia hominum, & metus contagionis, & hinc necessitas: Non vero proba ratio, quam ex Dd. refert autor, quod pestis sit prælium inter Deum & homines. Præter enim rationem diuersitatis, quod miles pugnat pro patria & imperitus præsumitur: quale bellum est, vbi vnus pulsat alter vapulat tantum: an lupis cum ouibus, accipitri & columbis dicimus esse bellum? Bellum non dicitur, nisi vbi vtrimq; pugnatur. Pestem autem Deus castigandis hominum peccatis immittit.

Si testandum inter liberos.) Duos testes, quod requirit, non est existimandus ita accipere, quasi omnino necessarij sint duo testes: sed quod vbi de numero testium quæritur, duo sufficiant: Cæteroquin communissima est opinio, quod etiam sine testibus dispositio ista valeat, si modo de ea constet, veluti si reperiatur schedula, haud dubie manu patris scripta. *Bald. & alij in auth. quod sine in pr. C. de testam. Gail. 2. obseru. 112. num. 7. & 8. Clar. §. testamentum quæst. 14. in pr.* qui testantur de communi, à qua male discessit *Cuiac consult.* 1. cuius ratio aperte falsa est, quod quasi implicet cõtradictionem, testamentum valere sine testibus.

Ad Arrest. II.

Priuilegium testandi, de quo modo, tantum habent parentes inter proprios liberos, minime, si instituant fratris liberos: qua in re hic labitur autor: paret ex *l. 16. & vlt. C. fam. erc, l. 21. §. ex imperf. C. de testam. Nou.* 107. Et quod secundo testamento, in quo sunt scripti venientes ab intestato, etiam imperfecto, dicitur rumpi prius testamentum. *l. 2. de iniust. l. si duobus 12. § si prius de bon. poss. cont. tab*, ad aliam causam imperfectionis pertinet. Et quidquid sit de iure veteri, definitum est, *d. l. 21. §. vltim. C. de testam.* vt sufficiat dispositionem vltimam in qua sunt vocati venientes ab intestato, habuisse quinque testes, & insuper ita, vt tamquam voluntas ab intestato sustineatur: scilicet ad instar codicillorum *iuxta l. vlt. C. de codicill.* in quibus terminis procul dubio etiam extraneis relicta valent.

Et secundum ius istud, dispositio de qua tractatur hoc Arresto, facta scilicet tantum coram duobus aut tribus testibus penitus est nulla. Sed quidquid eius sit, siue de tali dispositione, sine patris inter liberos proprios agatur, licet summo iure naturalibus liberis, qui hactenus pro extraneis sunt, legatum aut relictum sit nullum, poterit tamen hoc Arrestum à suprema curia datum hinc defendi, quod naturalibus liberis tantum, legata debeantur *Nouell 89. cap. 12. §. vltim.* Sed forte naturali filio rectius consultum fuisset, si sustinuisset, testamentum esse nullum, & patrem decessisse intestatum: quo casu, vbi liberi legitimi non existant, duæ vnciæ liberis naturalibus debentur *d. Nouell. 89. cap. 12. § si quis 4.*

Nisi is filius forte non in specie naturalis, & ex concubina natus fuit, sed spurius, cui nec alimenta debentur ex iure ciuili: sed debentur ex iure Canonico ad quod prouocat autor: quo iure etiam dotem deberi spuriæ filiæ, contra multos defendit *Gabriel. Paleot. Tr. d. Nothis, &c. cap. 49. & 50.* vt autem hac de causa dominus subditos suos onerare, & tributa alias onerosa habita iis indicere possit, ego vix admiserim: de qua re est *sup. tit. 3. lib. 13.*

Ad Arrest. III.

Castigatione opus habent, quæ hic tractantur. Ita res habet. Secundo facto testamento rumpitur prius, si illud sit perfectum, cæteroquin non rumpitur, *§. ex eo autem Inst. quib. mod. testam. infirm.* licet etiam viginti anni currant; nulla enim hac de re est constitutio: & *l. sancimus 27. C. de testam.* loquitur de reuocatione verbali, vbi quis contestatus est, se nolle valere testamentum suum. Circa quod sunt opiniones Dd. vna est, si testator simpliciter ita dixerit non reuocari testamentum, nisi accesserit lapsus 10. annorum: quod si addiderit, se ideo nolle valere, quia velit decedere intestatus, tunc statim testamentum sine vllo lapsu temporis perimi. Hæc est opinio *Bartoli in l. si mre 18. num. 3. de legat.* 3. quam communem ait *Clar. §. testam. quæst. 91. & seq.* Sed hæc distinctio captiosa & superstitiosa non immerito aliis videtur, qui putant, licet testator saltem dixerit, & quidem coram septem testibus, nolle se valere testamentum, id protinus sine lapsu temporis tolli. Ita *Bald. in l. sancimus. 27. C. de testam. nu. 2. Guid. Pap. decis.* 200. *Franc. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 15. num. 19.* vbi multos allegat. Et vix est, vt non altera ex his opinionibus in praxi obtineat: de qua re etiam *v. Alexand. vol. 3. consil. 30. num. 3. & volum. 7. consil. 159. Cranett. consil. 228. num. 2. Wesenbec. consil. 88. volum. 2. num. 12.* Cæterum si rationem veram iuris consulimus, & sententiam *d. l. 27. C. de testam.* vtraque opinio falsa est: cum Iustin. ibi præter reuocationem insuper requirat lapsum decennij: nec patitur restrictionem aut illorum, si non sit adiectum, quia velit decedere testatus: aut horum, quod tantum coram tribus testibus, ita dixerit testator: accedente textu tantũ non expresso *in l. milites 36. §. veteranus de testam. milit.* Iustin. enim ad minimum requirit tres testes: neque si plures adsint, propterea nuda reuocatio tollere potest testamentũ sine lapsu tẽporis, quod verissime disputat *Paul. Castr. in d. l. sancimus sub fin.* Sed quidquid eius sit, ex quo termino cõputamus lapsũ decennij? *gl. in d. l. 27.* cõputat à die cõditi testamẽti, sequitur *Azo in summ. C. eod. in f. Ias. ibid. n. 15. Cyn. ibid. in fin* Sed cõtra à tẽpore reuocationis cõputari decennium, censent *Hostiens. in summ. de test. n. 11. Wesen. cõs. 88. n. 15.* quã sententiam profitetur se autor sequi: sed parũ conuenit, quod ait satis esse si testator 10. annis à condito testamento vixerit, si modo inter medio tẽpore reuocatio facta sit. Ita enim minime necesse erit, vt à tempore reuocationis labatur decennium. Et viderit ille quo autore hoc tueatur, & in cæteris quoque quæ subiiciet [illegible], quæ ex prædictis sunt castiganda, & inprimis obseruandum, quod quoad retractationem testamenti incaute coniungitur testamentum patris inter liberos, cum aliis, quoniam illud quidem (quod in cæteris secus est) licet simpliciter factum sit, tamen per posterius

non

non tollitur, nisi expresse fuerit reuocatum: vt constituit *Iustin. in Nou. 107. cap. 2. auth. hoc inter. vbi Dd. communiter C. de testam.* Illud quoque insubtilius in extremo arresti dicitur, si in reuocatione testator faciat mentionem ingratitudinis heredis scripti, tunc reuocationem absque alio testamento sufficere: Neque enim testamentum ita rumpitur, sed firmum manet, & heres scriptus ipso iure heres est, & adire potest, sed ei vt indigno fiscus aufert hereditatem: quod docet citata *l. hereditas C. de his quib. vt ind.* Idque perpetuum est in ea materia, vt quoties fiscus quid aufert, id ipso iure valere oporteat: ceteroquin infirmato testamento, non fisco, sed venientibus ab intestato locus esset.

Notæ adiectæ, vt puto, sensus est, quod testamentum solenne rumpatur per posterius non solenne, quod inter liberos factum est. Idq; haud dubie verissimum est. Colligo ex oppositione, quod alias testamentum solenne, per aliud imperfectum non rumpatur. Ampliatur, ibidem, etiamsi testamẽtum secundum tempore pestis factum sit. At ego id falsum esse puto, siquidem ponamus, quod ponendum est, testamentum tempore pestis recte esse factum adhibitis iis quæ tali tempore debent adhiberi, *iuxta dicta ad arrest. 1.* Ex quocunq; enim testamento potest succedi, & quod iure valet, rumpitur prius testamentum: quod exemplo militaris testamenti apparet *l. 2. de iniust. testam.*

Ad Arrest. IV.

Receptissima est opinio, quod quis clausula derogatoria inserta priori testamento sibi cauere possit contra posterius & aliud testamentum, ita vt hoc sit nullum, licet solẽne & perfectum, nisi huic sit adiecta reuocatio clausulæ prioris derogatoriæ. Dd. communiter, & inprimis late *Bald. Ias. & Salic. in l. sancimus C de testam. gl. Bart. & alij in l. si quis in princ. 22. de legat. 3. Castr. part. 2. consil.* 444. apud quos vid. huius opinionis fundamenta, ampliationes & limitationes. Reuocationem clausulæ derogatoriæ volunt esse specialem nec sufficere generalem v. c. *cassans & irritans praecedd. dispositiones Natta cons.* 639. *Bald. in d. l. sancimus, & in l. humanum C. de LL. numer.* 5. non tamen opus est indiuidua quasi reuocatione, sed sufficit talis ex qua constare possit, testamentum illud, cui adiecta fuit clausula derogatoria, testatorem voluisse esse reuocatum: siquidem, vt ex autoribus citatis constat, rationem potestatis clausulæ derogatoriæ, in hoc vnico collocant Dd. quod es facit, vt in posteriori testamento videtur deficere voluntas: quæ ratio cessat, vbi constat de reuocato eo testamento, quod clausulam habuit derogatoriã. Itaque cum in specie proposita ab autore, testator secundo testamento expressissime professus sit se reuocare prius testamentum in quo sororem instituerat, & cui clausulam derogatoriam adiecerat: cõsequenter ex iure & Dd. opinione, reuocatum est prius testamentũ: & falsum est, quod opinio cõmunis sit in contrarium, v. quæ contra istas cõmunes opiniones disputat *Ant. Fab. de error. pragm. dec. 36. cap. 7. & 8. & dec. 37. cap. 7. & seqq. & dec. 38. cap. 1. & 2.* Nos ibid. opiniones Dd. contra Fabri nugamenta defendimus.

Ad Arrest. V.

Puto omnino hic in inferiori iudicio bene iudicatum, & male parlamento Parisiensi sententiam Seneschalli rescissam: Bart. quidem *in d. l. 22. de legat. 3.* negat sufficere reuocationem, si præter clausulam derogatoriam, *Nolo testamentum valere si quod fecero,* addiderit testator, *nisi talis adsit solennitas.* verum 1. istud de adiiciendis verbis, *Intelligitis me bene* pro solennitate haberi non potest: Deinde sententia Bartoli ista falsa videtur, per text. quem citat autor ex *l. diui §. licet de iur. codicill.* ad quam rectissime olim *Oldradus & Andr. de Pisis* responderunt, quod loquatur de clausula derogatoria solennitatis, quæ minimè habet effectum, quem habet clausula derogatoria voluntatis: de qua in *d. l. 22. de legat. 3.* qui textus inter se ita aptissime conciliantur. Et omnino verissima est sententia Baldi in *d. l. humanum C. de LL.* quod modo constet de voluntate defuncti, reuocatum sit prius testamentum, licet speciatim clausula derogatoria reuocata non sit: & regulæ in dubio standum est, quæ militat pro reuocatione testamenti.

Ad Arrestum VI.

In hoc Arresto ante omnia præsupponendum est, quod, & videl. iure Can. valeat matrimonium etiam sine consensu patris contractum: iure autem ciuili, quidquid aliqui de effectu copulæ disputent, certum est, esse nullum & inualidum, & liberos natos nec patri iustos esse heredes (multo minus auo) *l. Paulus 11. de stat. hom.* posita validitate coniugii, & quod liberi nati sint iusti nepotes auo, & præmortuo patre sui heredes, æquitas & iustitia huius arresti est manifesta, cum & præmortuo filio, testamentum quo exheredatus est filius, necessum sit ipso iure esse ruptum, per nepotes, qui in locum patris subintrantes, se inueniunt præteritos.

Ad Arrestum VII.

Hoc quoque Arrestum certo iure nititur, qu'a Iulianus nomen dedit militiæ, in expeditione fuit, & coram Capitaneo & aliis voluntatem suam nuncupauit, nec vllius momenti sunt, quæ ex parte sororis proponantur. Miratur in f. autor, cur matri nihil sit adiudicatum: nec mala videtur ratione, quia querelam sibi competentem quisq; remittere potest, *l. qui repudiantis 17. de inoff. test.*

Equidem *l. vlt. C. de inoff. test.* negat querelã super castrensi peculio: sed illud mutatũ nõ obscure *Auth. vt cum de appell § sancimus* (est N. 115. cap 4.) & quamuis quidam eam N. restringant ad testamentum militis extra expeditionem, aut ad testamentum veterani, quod fit iure communi, id vero quod factum est iure militari, etiamnum putent gaudere priuilegio veteri, attamen textus indefinite loquens vix est vt patiatur hanc restrictionem, & indistincte, ius vetus esse correctum, & testamentum de Castrensi quoq; peculio subiacere querelæ, aut vtiq; conditioni legitimæ tradunt Interp. *gloss. in d. l. fi. C. de inoff. test. & in l. Papin. 8. §. Papinianus D. eod. Bart. in Auth. ex causa C. de lib. præter. n. 13. Cyn. & Bald. in d. l. vlt. C. de inoff. testam. Clar. §. testam. quæst. 48. n. 2.*

Ad Arrest. VIII.

Castigandus & hic autor est. Ita res habet 1. Iure veteri ex quo est citata *l. 30. de lib. & posth.* testamentum matris, quo præterierat filium, ipso iure valebat, sed impugnari poterat per querelam *§ vlt. I. de exher. lib.* Hodie postquã vt cõmuniter receptũ est, testamentum quod non factũ est iuxta N. 115. c. 3. est ipso iure nullum, matris quoq; testamentum nullũ est, si sine causa præterierit filiũ, 2. etiamsi exheredati sint liberi, sed sine causa, testamentũ iuxta *d. N. 115. c. 3.* est ipso iure nullum 3. licet legitimam patentes

reliquerint liberis,sed titulo particulari & non institutionis,rursus testamenmm est nullum ex eadē N.quæ communissima Interpp.sententia est. Neotericos enim qnosdam dissentientes non moror. Si tamen his casibus quibus testamentum est oullum,& filius etiam præteritus est a patre sit adiecta clausula codicillaris, sustineri dispoiitionem ab intestato (testamentum enim qua tale nullum est) communior habet opinio,teste *Claro §.testamentum q.46.* si modo adfuerint quinq; testēs, sine quibus nec codicilli valent *l. vlt. C. de codicill.* Vis clausulæ codicillaris est, vt bere…s ab intestato cogantur scriptis heredibus restituere hereditatem, tamquam ex fideicommisso: vt recte autor.

Et quidem pute;Cum enim liberi præteriti sint, non ponimus diem aut conditionem adiectam restitutioni: Et huc pertinet,quod quasi vt conlectarium infert autor,deducere liberos tantum legitimam,non etiam Trebellianicam. Ita enim habet communis sententia, si liberi sint etiam expresse grauati pure,solam eos detrahere legitimam: sin sub die vel conditione,præter legitimam deduci etiam Trebellianicam. *Can. mc. Raunnus de testamen. Castr. in l.iubemus 6. C. ad. Trebel. Gail. 2. obs. 121.* Et quamuis ex d. c. defendi possit, simpliciter detrahere posse liberos primi gradus duplicem portionem,quod & censet *Vaconius 4. decl. 59.* at amen tenenda est cōmunis restrictio: cum ista detractio duplex repugnat rationi iuris ciuilis: quod fatentur *Bald. in d.l. iubemus & in auth. res quæ C. comm. de legat. col. vlt. num. 22. Bart. in l. Papin. §. meminisse de in ff. test. Iason in l. generaliter in pr. C. de instit. & subst. vers. secundo nota col. 2. Castr. in d. l. iubemus 6. C. ad SC. Trebell. add. Cuiac. 8. obs. 3. Hotom. ill. quæst. 45.* (contra quem disputat *Fachin. 5. contr. t.*) *Donell. 7. comm. vlt.*

Ad Arrest. IX.

Nihil aliud cauit Iustin. *N. 115. c. 3.* quam vt ne liceat amplius patri exheredare aut matri præterire liberos sine causa. Ergo si modo causam inseruerit mater,licet præterit e filium, satisfactum est constitutione, & valet testamentum : quam & communem opinionem tradit *Clar. § testam. q. 47.* Itaque non videtur se recte habere hoc arrestum, per quod hac in re mater & pater exæquantur. Et effectu tamen parum interest,& parum differt præteritio cum causa ab exheredatione. Attamen si mater simpliciter dixerit testamento, *Filius mihi intulit violenter manus*: satis id erit, quod vix erit satis in patre, & vix haberi poterit pro exheredatione.

Ad Arrest. X.

Loquitur autor & arrestum de testamento inter liberos,id est, in specie ita dicto,& minus scil. solenni & priuilegiato: In hoc sunt opiniones,& nō necesse esse legitimam relinqui titulo institutionis censent gll. citatæ, *Azo in sum. C. de inoff. test. n. 23. Iason in auth. nouissima C. eod. n. 17. & seqq.* quam hanc opinionem possunt sequi suprema tribunalia: sed vix inferiora iudicia. quia communis opinio (secundum quam nisi manifesti erroris conuincatur est pronuntiandum) est in contrarium: quod fatetur *Iason d. loco num. 16.* vbi ait, quod & Canonistæ & Legistæ communiter contra gl. concludant: quod & testatur *Gail. 2. obs. 112. n. 11.* & Azo d. loco nititur ratione,quod dispositio imperfecta patris inter liberos tantum valeat ab intestato: quod rursus communissimæ opinioni Dd. repugnat. *Ias. in l. hac cōsult. 21. §. ex imperfecto C. de testam. & ibid. Salic. num. 3. Hart. Pist. 1. quæst. 1. Clar. §. testam. quæst. 13. Gail. 2. obs. 112. n. 13.* Porro *Boer. decis. 148.* nihil habet.

Ad Arrestum XI.

Iure quidem veteri parentes saluo testamento præteriri à liberis potuerunt, sed post *N. 115. c. 3. & 4.* secus est: & est haud dubie iure eo ob præteritionē parentum quoque testamentum nullum,iuxta distinctiones *Clari §. testament. q. 48. & 49.* Neque vero bic inter testamentum perfectum & imperfectum potest distingui: siquidem constat priuilegium datum parentibus inter liberos, non competere vicecuersa liberis qui parentibus bona sua relinquunt. *Dd. omnes in l. 16. & vlt. C. fam. erc. & in l. hac consult. §. ex imperf. C. de testam.* Itaque si titulo tantum particulari aliquid parentibus reliquerint liberi, iis nec exheredatis, neque causa adiecta præteritis,inualidum iure ciuili est testamentum. Et nulla est ratio autoris,quod possit filius institui in re singulari, & satisfieri hoc modo sanctioni Iustiniani,quod communissime tenetur: *Ias. in auth. nouissima C. de inoff. test. n. 15.* & vero cum legato talis institutio comparetur, ex *l. quoties C. de hered. inst.* Etenim hæc comparatio est secundum quid; & institutio etiam in re certa habet peculiares suos effectus,& inprimis, quod,vt cōmuniter statuunt Dd. institutus ex rebus certis, deficiente coherede ipse vniuersalis heres efficitur ex quo hanc rationem authoris nominatim confutat *Azo in summ. C. de inoff. testam. n. 23.* & cum eo ceteri Dd. hanc differentiam tradunt *in d. l. quoties. C. de her. instit. Angel. in §. sed si quis l. quib. mod. test. inf. in fin.* vbi & alios effectus tradunt.

Ad Arrestum XIII.

Humana hæc est interpretatio, & conueniens voluntati & pietati parentis, qui procul dubio voluit omnes liberos esse sibi heredes: & distinguit ita *Baldus consil. 14. vol. 3.* vt si indefinite & in genere instituerit quis posthumum, postea quoque nati contineatur, *arg. l. placet 4. cum l. seq. de lib. & posth.* (non *de her. inst.*) Apud Bald. quibus locis citatur ab autore, nihil reperio.

Ad Arrest. XIV.

Ponendum erit,ceteros liberos in legitima portione instituros, & iis legitimam insuper in bonis certis & certis locis sitis assignatam fuisse: aut forte liberos in certis prouinciis domicilium iam fixisse. ceteroquin ego non video, quomodo istud decretum ab absurditate possit defendi;& quomodo non iniuria fiat liberis, quibus forte iuxta consuetudinem loci minus assignetur: nec ratio apparet,cur vnius conditio melior,alterius deterior esse debeat,cum sint omnes liberi vnius patris, qui domicilium habuit in loco,in quo obseruatum fuit ius scriptum: Et vt maxime assignauerit bona in legitimā, certo loco sita,nec ob hoc tamen ius & quantitatem legitimæ variare crediderim; cum tantum demonstrauerit pater, vnde voluerit legitimam dari filio: ex quo non potest fundari quasi ius & iurisdictio loci in quo bona sita sunt: sed omnino ex ratione vera iuris, legitima est assignanda omnibus & singulis liberis secundum ius prouinciæ, in qua habuit domicilium pater.

Ad Arrest. XV.

Pro hoc testamento & ista institutione, duplex argum. producit autor. 1. quod satis sit, testamentum capere vires ex secundo gradu, per textus citatos. Sed miror iudicium hominis, cum illi textus

ipsi

ipsi probent apertissime, vbicunq; testamētum incipit à secundo gradu, priorem gradum irritari & perimi: ex certissima ratione, quia fieri non potest, vt vterque gradus institutionis, & substitutionis simul subsistat. Et igitur filii in proposita specie testamentum incipit à secundo gradu, necesse est vxoris institutionem esse nullam & irritam: quæ sententia vtique non est autoris: & cur enim defendisset alias vxor testamentum? Alterum argumentum est, quod filius pure & simpliciter legitimam suam, & quatuor vneias habeat. At quomodo habet? cum vxor proponatur vniuersalis heres: An forte legauit ei pater. Atqui in hoc non proponitur, sed nec sufficeret, siqui dem hodie titulo institutionis oportet relictam habere legitimam. Aut an forte putat habere filium legitimam ex dispositione iuris in citato textu ex *l. scimus 36. §. 1. C. de inoff. testam.* Ita incidit in aliam errorem. Iste enim locus ex ratione illius iuris necessitatio accipiendus est de filio in parte instituto, aut exheredato: aut si aliter, correctos est per *N. 115. cap 3.* vt notant Doctores ad eum locum, *Bart. Bald. Iason. Sa lic. Castr.* alii, Ergo hoc arrestum valde laborat, si ad rationem iuris exigatur.

Ad Arrest. XVI.

Ratio pendet à defectu Iurisdictionis, quam legitimam & rectam esse oportet, vt instrumentum eiusmodi faciat fidem, & habeatur pro authentico.

Ad Arrest. XVII.

Equidem constat: si fiduciarius heres quid æris alieni contraxerit, id fideicommissarium non teneri præstare & soluere: sed sane speciale est in his, quibus alias communi & gentium iure hereditas debetur: ad quos merito bona parentum defunctorum cum onere pertinent, vtcunque ad eos simul ex pactis maiorum deuoluantur. Hoc enim tantum egerunt maiores, vt bona in familia maneteot, nec in alios transferri possent: alioqui vix etiam cum eiusmodi hominibus temere quis contracturus esset, si liberi ex contractu parentum non tenerentur.

Ad Arrest. XVIII.

Recte distinguitur modus à condiitione: non tamen satis accurate abautore, vt verba habent conditio est, *Titius heres est, vel Titio lego, si nomen & insignia mea gesserit*: quæ suspendit, nec nisi ea impleta v.c. legatarius admittitur. Modus non suspendit nec conditionale legatum facit. *Lego tibi decem vt nomen meum geras*, purum est legatum, sed de parendo cautionem præstare oportet v. *l. si tibi 19. de legat. 3. l. causam 20. §. vlt. de manum. l. quibus 40. l. cui 80. de cond. & dem. Salic. in l. 1. C. de his qua sub mod.*

Ad Arrest. XIX.

Adiecit Notator: paralyticum non posse facere testamentum: Ego vero aut nescio quid intelligat per paralyticum, aut quod ait, perspicue falsum est: Inauditum enim est, vt morbus solus corporis impediat testamenti factionem. v. inf. in append. huius tit. Arrest. 9.

Ad Arrest. XX.

Totum in hoc consistit, an testamentum tempore pestis factum, requirat signacula, & an eis omissis nullum sit. Et apparet, sententiam curiæ fundari in constitutione quadam, qua (vt colligitur) cantum fuit, ne testamenta (scilicet scripta) non signata valerent. Ceterum diximus sup. *arresto* 1. tempore pestis grauioris & si testator peste laboret, valere eius dispositionem etiam coram duobus vel tribus testibus. Sed sane si ista solennitas numeri testium remissa est, non protinus & ceteræ remissæ censeri debent: imo tanto minus: cum præsertim illa sententia non tam certo iure: quam contemplatione necessitatis & humanitatis defendatur.

Ad Arrest. XXI.

Error typographi turbat, admissus in numeris vnius vel alterius testamenti. Ita enim res ipsa habet, vt primo testamento fuerit institutus filius iunior, in secundo, filius primogenitus, quo & priores dispositiones fuerint reuocatæ, quod est fundamentum autoris. Exceptio Rei fratris iunioris: quod testamentum secundum postea fuerit reuocatum, Replicatio senioris: quod reuocatio nō foerit legitima. Id initio constat, per secundum testamentum reuocatum esse prius: & hactenus fundatum esse actorem, filium primogenitum. Amplius iuris est, vt si quis secundum testamentum inciderit eo animo vt prius valeret, heredem priori testamento scriptum iure prætorio peterepofle bonorum possessionem, text. elegans *in l. pen. §. vlt. de bon. poss. sec. tabb.* Quod si huc transferri posset, fundatum esset ius iunioris fratris. Sed non apparet eo animo fuisse testatorem patrem, vt iunioris filii ius redire & testamentum primum obtinere vellet: tum etiam reuocatio non eas habet vires quas incisio. Et si maxime legitima reuocatio esset, citra id quod diximus, non prodesset iuniori fratri, sed obesset seniori, & faceret, vt omnes liberi ab intestato æqualiter admitterentur: Et hanc rationem æqualitatis puto mouisse iudicem superiorem, vt pro reuocatione tamquam legitima pronūtiaret: & quod existimauit, patrem eo animo reuocasse, vt intestatus decederet, & liberos ex æquo heredes relinqueret, iuxta ea quæ diximus sup. *Arresto* 3. Equidem ibidem diximus, quod testamentum inter liberos conditum, non reuocetur nec perfecto testamento alio, nisi pater expresse dixerit se reuocare priorem voluntatem: sed id apparet obtinere vbi in præiudicium liberorum voluntatem mutaturus est: quam h c voluisse mutare intelligitur in liberorum fauorem.

Ad Arrest. XXII.

Textus sunt generales in *l. illam C. de collat. l. nepotes C. Theod. de legit. her.* vt nepotes qui volunt succedere auo, conferant dotem, quam accepit mater ipsorum: Et per ea quæ auus dedit, nepotum præmortuo patri, diminuta fuot eius bona in præiudicium ceterorum liberorum; nec eis debet obesse, aut eorum ius mutare, quod nepotes nolunt repudiare hereditatem patris sui, nihil enim hæc ad ceteros liberos defuncti aui. Dubitari possit de eo quod pater in filium contulit ad consequendum munus horreari, arg. *l. 1. §. sed an id 16. de collationib.* sed enim aliud est, aliquid ob dignitatem dare, filio, aliud, dignitatem, vt moribus Galliæ vsitatum, & officium emere filio: & militiam quam pater filio emit, conferendam esse docet *& l. illam 19. in f. de collation.*

Ad

Ad Arrest. vlt.

Equidem si, vt filia vna retulit, testaturus intelligibiliter, loqui non possit, constat testamentum esse nullum. Ceterum crediderim ego fauorabiliter id testamentum pro militari habendum: quoniam bellum fuit iustum contra rebelles, & qui propugnat vrbem ab hoste obsessam, in expeditione esse intelligitur: & procul dubio incolis & ciuibus vrbis eius incubuit defensio: Et igitur qui pugnauit pro mœnibus, sane in expeditione fuit: Et vero si miles læsus in prælio in castra reportetur, quis negauit, eum testari posse iure militari?

AD APPENDICEM.

Ad Arrest. I.

De Testamento inter liberos supra diximus: subinepte dicitur, quod ad minimum valeat iure codicillorum: In his enim minimum requiruntur testes quinque *l. vlt. C. de codicill.* Atquin plus est datum dispositioni patria inter liberos, quod etiam coram testibus duobus, imo & sine testibus valet, vt supra probauimus.

Ad Arrest. II.

Ambigue dicitur puro intelligi, quod si quis instituerit heredem extraneum, possit reuocare hoc, & coram duobus testibus liberorum fauore, vt hos videlicet ab intestato heredes relinquat, quod admitti potest fauorabiliter: Iure enim non potest probari.

Ad Arrest. III.

Textus est expressus *in pr. Inst. de milit. test.* & aliquid hic innouasse Iustinianum, censet Viglius ibidem.

Ad Arrest. IV.

Ius primogenituræ quasi in ipsa natura, & plane in omnium pene gentium moribus & legibus fundatum esse docet *Tiraq. de iure primog. in præfat.* Quod si ita est iuri isti parentes derogare non poterunt: & v. tamen quæ contra mouet *Vasq. de su. cess. lib. 1. de potent. test. §. 6 n. 17. & 18.*

Ad Arrest. V.

Iure ciuili constat, nullum esse testamentum, nisi omnes septem testes signauerint. Id plane sicut & alia statutis & consuetudinibus mutari potest, detrahi quoq; potest aut addi, nam iure Romano communi, vt testamentum legatur, relegatur, dictetur, nomineiur, necessum non est. Quod sublicit de testibus, perspicuam habet rationem: quoniam contradicentes sibi ipsis nullam faciunt fidē, & potius statur secundo dictu, præsertim iurato: de qua te *Nellus de Gemin. de testib. nu. 130. Tyndarus de testib. c. 11. n. 18. & alij.*

Ad Arrest. VI.

Heres legatariis, nemo autem sibi ipsi obligatur: itaque ratio non patitur, vt idem sit legatarius & heres, cum legatum omne detrahat ab herede, vt heres legatum præstet, & nemini a se ipso legari possit *l. si mihi 12. l. & quidem 18 l. legatum 116. §. 1 de legat. 1.* Pluribus autem heredibus institutis vni vel omnibus prælegari adscripossunt, ita vid. vt partea à coheredibus qua legatarii capiant *d. l. 116. §. 1.* Nec alia ratio est donationis, si donatum mortis causa & post mortem demum præstandum ponas. At, si quid [illegible] præstetur, non datur qua heredi, sed vt cuiuis alii. De herede heredis ambigue dicitur, nec enim ille nisi incertus tum esse potest. Et longe diuersissima sunt, *heredis mei heres, & heredis mei filius*, cui donari aut legari quoq; posse ita certum est, vt nec vlla supersit ratio dubitandi.

Ad Arrest. VII.

Hoc Arrestum in terminis est sub hoc eodem *tit. Art. 5.*

Ad Arrest. VIII.

Facile admitto, quod constitutio quæ prohibet, probationem admitti per simplices testes, non tantum in contractibus, sed & in testamentis habeat locum 1. quia loquitur indistincte 2. quia eadem & maior ratio est. Nec enim dubito causam constitutioni dedisse malitiam & impietatem hominum qui pecunia corrupti facile peierabant.

Ad Arrest. IX.

De paralytico adnotatum id erat simpliciter *sup. h. t. art. 19.* Hic addit morbum ademisse vsum linguæ: ceteroquin etiam eum qui pene in extremis est, si modo adhuc intelligibiliter loqui valeat, testari posse non dubitant Dd. nec dubitat citatus *Roman. cons. 306.* Et recte vero improbatum fuit testamentum factum à muto, signis aut nutu: nimis enim hoc lubricum est; & iure nostro non nisi scripta mutorum testamenta valent *l. discretus 10. qui testam. fac. poss.*

Ad Arrest. X.

Communiter Dd. requirunt, vt in bello iusto militet, qui vult testari priuilegio militari, aut certe vt bellum pro tali habeatur. Numquam autem princeps aut eius magistratus iusta censebit arma contra se à subditis lata: ceteroquin an ea ex aliqua causa iusta esse possint, alterius quæstionis est.

AD TIT. II.

Arrestum I.

PActum affirmatiuum de succedēdo nec statuto, nec iuramento firmari posse communis est sententia *Gail. 2. obs. 126. & 135. in princ.* hac præcipue ratione, quod inducant votum captandæ mortis, & quod auferant liberam testandi facultatem. Et tamen non pauca, quæ huic voto causam præbeant, recepta & admissa, ostendunt, quæ tradunt *Gail. d. loco Fachin. 8. contr. 72.* cum quidam, & eam rationem considerent, quod huiusmodi pactum & iuramentum potest seruari sine periculo salutis æternæ, *Crauett. cons. 139. num. 8.* Plane faciunt ista, vt facile possit non in vniuersum, sed aliqua discedi à regula illa prohibitiua, & ea aliquantum limitari: quomodo & passim receptum videmus, vt pactis dotalibus disponatur de hereditate & successione, inprimis coniugum & liberorum: ita vt pacta incipiant obtinere naturam vltimarum voluntatum, & ob id ad minimum quinq; testium præsentia requiri solet; salua tamen natura pacti, vt non nisi vtriusque coniugis consensu possint reuocari: *v. & Boer. decis. 355. Gail. d. obs. 126 & 127 Mynf. resp. 14.* Et quid ni consuetudine & statutis hinc liceat aliqua abire, cum talem sanctionem iuris, quæ est in *l. pactū 15. C. de pactis.* Leo Imp. doctissimus & philosophi cognomen meritus abrogauerit, N. 19. vbi eam absurdam æquitati, & æqualitati contrariam esse pronuntiat.

Ad

Ad Arrest. II.

Non dubito recte iudicatum, dum heredi institutæ possessio interim adiudicata fuit: quinegu omnino crediderim recte pro ea fuisse pronuntiandum. Nimirum pater ita dixit, vt is quem elegerit, sit heres vniuersorum bonorum, contradictio autem est, vt alius sit, quam qui est vniuersalis heres institutus: Et si Maria maior natu filia posset probare se electam, hoc ipso probaret, se esse vniuersalem heredem: duo autem tales heredes esse nō possint, adeo necesse esset, testamentum patris, quo Franciscam vniuersalem heredem instituit, esse nullum: quod est absurdum, testamēto autem valente, aut implicatur contradictio, aut Franciscam pro electa haberi oportet.

AD TIT. III.

De Substitutionibus.

Arrestum I.

ALiam rationem dub. contra ipsum substitutum monet *Boer. decis.* 354. quod facto presbytero incipiat Ecclesia esse loco filii, & ita exspiret substitutio, sed sane non in quouis clerico id admittendum, & vtique ea ipso Boerio limitandum, si substitutus sit ex liberis testatoris: in quam sententiam plures adducit *Fr. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. numero* 13. & ita fauorabiliter accipiuntur *cap. in præsentia, de probati & constitutio. N. 123. cap. 37.* (est in vulg. §. *sed & hoc præsenti Auth. de sanctiss. Episc.*) *auth. nisi rogati Cod. ad Trebellian.* sed contra substitutos prædefuncti liberos, est solida ratio dub. quæ ab autore proponitur, quod præmortuo substituto, defecerit conditio: Nec aliter defendi potest hæc sententia & hoc arrestum, quam si dicamus quod eo ipso tempore, quo factus est presbyter, conditio sine liberis adhuc viuo substituto extiterit, (quod putat *Cuiac. 5. obs. 2.*) vt tamen petitio contra ipsum adhuc viuentem differatur. Et quidquid videatur *Mantic. dict. loco numero* 23. hæc sententia æquior est, & conuenit menti testatoris, & voluntati, quæ in fideicommissis dominatur: siquidem testator haud dubie consulere voluit familiæ suæ, & ad descendentes porro per filium bona peruenire, qua de causa exclusit filiam, & eam demum deficiente spe prolis in filio, vocauit. Quod si certo sciuisset pater nullos ex filio liberos natos iri, procul dubio filiæ filium non prætulisset. Quod adeo cum certum esse incipiat, vbi primum filius presbyter factus est, merito etiam iuxta voluntatem patris tum statim conditio pro existente in fauorem filiæ haberi debet.

Ad Arrestum II.

Res certa est in substitutione directa, vulgari, quod ea per interruptionem graduum non vitietur, *l. quamdiu 69. in f. de adq. hered. l. coheredi 41. de vulg. subst.* Arrestum autem pertinet ad fideicommissariam, quia proponuntur primi heredes adiisse: sed & in hac idem communiter probatur *Bart. in d. l. quamdiu. in extremo. Guid. Pap. decis.* 550. *Alexand. consil. 1. volum. 1. num. 1.* & nos quæ contra hanc sententiam nugatur Ant. *Fab. decad* 31. *err.* 2. ibidem confutauimus.

Ad Arrest. III.

Liquidi iuris est, quod legitima non possit grauari: certum est itidem, quod qua quod relictum est, excedit legitimam, grauamini sit locus, certum etiam, quod qui titulo particulari aliquid habet, non possit aut ipse aut eius heres detrahere portionem Trebellianicam, sed si ex iure ciuili disputemus, istud scrupulum habet in liberis. Liberi debent habere legitimam titulo institutionis: sufficit autem iuxta communissimam opinionem, si sint instituti in rebus certis. Pone igitur, patrem vnū ex liberis instituisse in 10. millibus florenorum, & grauasse de restituendo, & legitimam tantum esse 6. millium, & adeo in quatuor millibus consistere fideicōmissum. An ius detrahendi quartam faciemus filio vel eius heredi? Id videtur negari hoc arresto, & est haud dubie de mente autoris, qui prouocat ad *Guid. Pap. dec.* 466. vbi ponitur filia à patre particulariter instituta in mille florenis, & negatur ius detrahendi quartam. Mihi contraria sententia ex ratione & communiori opinione Dd. verior videtur: quoniam titulus institutionis natura sua est vniuersalis, &, si filium institutum in re certa compares cum legatario, iam habendus esset pro præterito, & testamentum esset nullum: At cum testamentum valeat, quatenus constitutio Iustin. patitur & ratio ipsa, filium taliter institutum pro herede habere debemus: quomodo & Dd. communiter in *l. quoties* 13. *C. de hered. instit.* heredem quemuis in re certa institutum in plerisque habens pro herede & certe mixti generis: ad quod vid. pene infinitos citatos *a Tiraquell. in Tr. Le mort saisit le vif. part. 2. decl. 4. numero 2. & 3. & numer. 7.* probat, quod magis accedant heredibus vniuersalibus quam legatariis. Et quid ni igitur habeamus hactenus quoque, vt possit Trebellianica deduci? Et nullum est argumētum Guid. d. loco, quod non deducat quartam, cui legata est pars hereditatis: quoniam legatum omnimodo est titulus singularis: institutio autem est titulus vniuersalis. Hanc sententiam puto veriorem: à qua Baldum citatum dissentire non reperio.

Ad Arrest. IV.

Exheredato filio pupillariter substitui posse certum est: at enim eum hodie proximum pubertati esse oportet, vt in eum causa iusta ingratitudinis cadat, sine qua testamentum hodie nullum esse communissime placet post N. 115. *cap.* 3. Non intelligo, quomodo hic dicatur & quo sensu, *substitutus filius.* præterito enim filio cum testamentum sit nullum, non potest substitui: & primum gradum à quo prætetitus est, oportet esse nullum.

Ad Arrest. V.

Quod legitimatus per subsequens matrimonium excludat substitutum & faciat deficere conditionem *si sine liberis*, communis haud dubie est sententia *Bald. volum. 5. consil.* 203. *Nicol. Boer. decis. 159. a numer.* 20. *Fr. Mant. de coniect. vltim. volum. tit. 12. libr. 11. num. 4. & seqq.* sed hic scrupulus est, quod testator hic expresse locutus proponitur de liberis ex legitimo matrimonio procreatis: quo casu quod legitimati non excludant substitutum, respondit *Bald. vol. 5. consil. 367. Incipit: quidam tres herades. & Fr. Mant. d. tit. 12. num. 17. & seqq.* per optimas rationes confirmat: neq; enim dicitur talis legitimatus, aut dici potest ex legitimo matrimonio natus & quod de retrotractione afferunt, merum commentum, sed neq; verum est: (de quo præter alios *Iason in l. Gallus §. Et quid si tantum de lib. & posth. num. 84. & seqq.*) cum filius non legitimetur,

nisi

nisi volens, & ex recepta sententia, filius naturalis ante natus, postea legitimatus, non præferatur in iure primogenituræ ei qui post illum natum, sed ante eum legitimatum ex legitimo matrimonio natus est. per allegatos à *Boerio d. decis. 159. nu. vlt. late Tiraq. de iur. primog. quæst. 34.* Itaq; hoc Arrestum forte recte se non habet.

Ad Arrest. VI.

Verum non est, quod reciproca aut breuiloqua omnes expressas substitutiones contineat, Inprimis si sit facta personis inæqualibus: veluti puberi & impuberi filus: quo casu tantum continet vulgarem: quin & si facta sit æqualibus personis hoc modo, *Titium & Seium heredes inuicem substituo*: verum est, vulgarem tantum vtramque contineri, non etiam fideicommissariam. Compendiosa facilius plures continet, quæ fit cum tractu temporis. *Quandocunque decesserit, v. c. filius meus, Titius heres esto*, qua formola continentur pupillaris, & vulgaris & exemplaris, & ex quorundam sententia post pubertatem & fideicommissoria: plures enim, quoad hoc ferè dissentiunt. Cancelli, quibus circumscripti iam sumus, non patiuntur hæc nos exequi latius, saltem contra adeo generalem autoris assertionem, quæ haud dubie falsa est, id monitum oportuit v. late *Bartol. Iasonem & alios in l. Lucius de vulg. substit. Bart. & Baldum in l. centurio eod. tit. Itemq; Dd. in l. precibus 8. C. de impub. & aliis substit. Polit. in tract. de subst. cap. de subst. compend. & recipr. Gomez. 1. resol. 7. & 8 Zasium eod. tract. c. 4. & 5.* qui inprimis succincte sed neruose hæc explicat. Nimis confuse quæritur, an mater aut alii legitimi heredes, legitimam vel Trebellianicam amittant si de directa substitutione quæritur, nullus esse potest locus legitimis heredibus: solum hic de matre quæritur, & quidem in terminis pupillaris substitutionis (per directam enim vulgarem non succeditur pupillo sed patri) Et communis sententia habet, per pupillarem tacitam (nam per expressam matrem & à legitima excludi fere Dd. consentiunt *à Gomez. 1. var. res. 4. n. 7. communem dicit. Zas. de subst. c. 2. de eff. pup. subst effectu 6.*) non excludi matrem nec a legitima, quin omnino nec à successione tota: aut potius vbi mater in medio est, prouideri in expressa vulgari contineri pupillarem tantum, per rationes & textus quas adducunt *Gomez. 1. var. resol. 4. n. 8. Iason in l. vlt. C. de instit. & substit. & in l. precibus C. de impub. & al. subst. & ibid Salicet. n. 8. & 9. Zas. citato loco*, vbi dicit communem: *Bart. in l. 2. de subst. n. 32.* vbi ait hoc tenere omnes Dd. neque curandum adeo quid hic neoterici quidam contradicant. Quod attinet fideicommissariam substitutionem, cum hoc casu necessum sit substitutũ capere bona ex manu heredis grauati, aut eius heredum, apparet grauatum aut eius heredes qui ipso iure succedunt, quartam portionem detrahere. Iam quod ad arrestum istud attinet, punctus est, an substitutio pupillaris, quæ continetur in compendiosa, sit habenda pro expressa, an pro tacita. Et expressam censeri, nec esse in hoc discordiam, ait *Zasius de subst. cap. 5. vers. nunc ad tertium*: idem *Gomez. 1. var. 7. num. 3.* vbi plures adducit, & nominatim ait, quod excludatur mater, secundum quod bene iudicatum fuit à curia inferiori, sed nimirum parlamenta Galliæ sua libertate vtuntur: nam & annotatum hic est, quod semper (scilicet ponatur expressa pupillaris) Arrestis Burdegalensibus matri reseruetur legitima: idque quo ad bona quæ aliunde pupillo obuenerunt. æquum censuit Politus, & probat *Zasius de pup. subst. c. 6.* sed & formula substitutionis in specie proposita *si filius sine liberis moreretur*, magis sapit fideicommissariam substitutionem: qua posita, recte in superiori curia sententia inferioris iudicis emendata fuit.

Ad Arrestum VII.

Moribus Galliæ continuatur possessio in heredes ipso iure sine apprehensione (secus constat esse iure ciuili) id vocant *La mort saisit le vif*, quod integro commentario ornauit Tiraq. Docet ibi *part. 2. declarat. 4.* beneficium id pertinere & ad heredem ex re certa institutum. Itaque res certa est, si ponas hic matrem in legitima esse heredem institutam, quomodo *in pr.* autor facit mentionem heredis in legitima sed ipsa species facti repugnat: quod defunctus instituerat heredem vniuersalem, vxorem, & matri viginti libras legauerat. At enim statutum istud Galliæ, tantum loquitur de possessione continuanda à defuncto in heredem, vt Tiraq. probat *d. loco decl. 1. in fin.* ex qua declaratione tota conuincitur, statuto huic & translationi possessionis locum in fideicommissario non esse, nec quidem vniuersali: (contra quam male autor asserit) & quanto minus in legato igitur locum habebit: neque huiusmodi statutum exorbitans à iure communi debet extendi, Et bene igitur iudex inferior iudicauit, male curia id reformauit. Sed & male Notator hic allegat argum. *ex l. vlt. C. de edict. D. Adr.* quod non possessionis retinendæ, sed adipiscendæ remediũ est, & nihil cum illa continuatione possessionis commune habet: sed & non nisi restitutione verbali facta hoc remedium fideicommissario concedunt Dd. communiter, quos citant *Zuchard. in Comm. ad d. l. fin. nu. 197.* (licet ipse aliter sentiat) *Menoch remed. 4. adip. nu. 166. vsq; ad n. 192. Iason in d. l. vlt. v. Arr. 21. h. t. & Arr. 9. tit. 7. de legitima.*

Ad Arrest. VIII.

Non pauca hic occurrunt. Et 1. substitutio hæc, *si sine liberis decesserit*, videtur in dubio fideicommissaria: vix enim quis ita substituat directe vulgariter de quo v *Mantic. lib. 1. tit. 1. n. 2.* Hoc autem posito, quod substitutio sit fideicommissaria, viuo testatore cũ mortuus sit Hæreticus heres scriptus, necesse est, rem ad causam intestati redire: & proinde intercidere fideicommissum *l. ille à quo 13. §. si de 2. cum §. seq. ad Trebell.* qua de causa *Bart. in l. 2. §. vlt. de suis & legit.* quæ aliud probare videtur, ponit, fideicommissum repertum fuisse à venientibus ab intestato; Et quo igitur iure Stephanus hereditatem occupauit? neque enim ponitur, quod ipse proximus alias ab intestato fuerit. At illud magis dubium est, quod, cum, postremus substitutus, *Henricus de Varennes*, sub hac conditione sit substitutus, si Stephanus sine liberis decesserit, & Stephanus vero liberos reliquerit, quo iure filius Henrici de Varennes potuerit petere & obtinere fideicommissum, & pro eo enim pronunciatum ponitur. Vtique enim certissimi iuris est, quod deficiente conditione fideicommissi, deficiat fideicommissum atquin defecit conditio, cum Stephanus liberos reliquerit: Neque enim vnquam auditum est, quod substitutus grauato *si sine liberis &c.* etiam liberis grauati sub eadem conditione intelligatur substitutus: quod & adnotatum video, in terminis peregrini substituti Et quis vero intelligitur peregrinus? Quod dixi, iuris notissimi & certissimi est, & nec colorem video, quo hæc arrestum defendatur.

Ad Arrest. IX.

Si verum dicere licet, autor quæstionem ipsam & Bart. non videtur intellexisse. Loquitur citatus Bart.

Bart. *de fideicommisso duplici.* Filius meus heres esto, & si sine liberis decesserit, aut si porro filii eius sine liberis decesserint, restituant hereditatem Titio, Ait Bart. quod fideicommissum secundum in persona nepotum non videatur valere: quoniam quem non honoro, & cui nihil relinquo, eum grauare non possum: nepotes autem non ab auo sed patre suo bona consequuntur. Arrestum autem & quæ hic autor tradit pertinent ad fideicommissum simplex filii v. c. grauati *si sine liberis decesserit.* Et communis sententia est quæ hic proponitur, quod liberi non sint in dispositione, id est, quod non sint vocati, nec testator iis censeatur reliquisse fideicommissum, vt multi putant, & quod videlicet grauatus expresse vt restituat Titio, si sine liberis decesserit, videatur tacite rogatus liberis restituere hereditatem. Quo posito & patre obstricto liberis non poterunt bona alienari: cum iuxta primum aliud nihil faciant liberi, quam vt faciant deficere conditionem, ita vt pater habeat liberum ius de bonis sibi relictis, disponendi. Qua in re rursus autor deprehenditur non satis rem intellexisse, dum ait, liberos ab intestato consequi bona: possunt enim etiam nihil consequi ex illis bonis, quæ forte pater alienauit: possunt etiam ea consequi ex testamento patris, si eos instituerit heredes v. de hac quæst. autores in vtramq; partem citatos *à Fr. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *cap.* 2. *&* 3. *Ant. Fab. decad.* 26. *de err. pragm. cap.* 1. *& seqq.*

Ad Arr. X. & XI. & XII. & XIII.

Diximus *arr. prec.* duplici adiecto fideicommisso, posterius in nepotes collatum non valere, ideo, quia nepotes bona non habeant ab auo, sed à patre, quæ fuit Rich. & aliorum sententia relata *à Bart. in dict. l.* 15. *de substitut. numer.* 37. sed Bart. tentat valere fideicommissum, & vt valeat, illud porro censet tentandum, quod nepotes, & scilicet filii, instituti grauati liberi, sint in dispositione, ad hunc effectum, vt onus ipsis adiectum teneat & valeat: & vt inde argumentemur, testatoris mentem fuisse, ipsis quoque fideicommissum relinquere à patre, quos alias non censeretur grauasse, nisi & honorasset. Sed leuis sane hæc coniectura est, & contra quam magis communis est sententia teste *Claro* §. *testamentum quæst.* 78. (vid. plurimos citatos à *Fr. Mantica lib.* 11. *tit.* 3. *numer.* 2.) vt & hic, cum communis sit potius sequenda opinio, non fac recte videatur iudicatum. Alteri coniecturæ pene plus tribuo: cur enim masculos appellasset, nisi bona ad eos peruenire voluisset, vid. *Pap. decis.* 184. *Decium consil.* 318. *in pr. Mantic. dict. lib.* 11. *tit.* 3. *numer.* 3. *Boer. decis.* 155. qui exacte discutit, quæ Arresto 12. & 13. continentur.

Ad Arrest. XIV.

Admiserim hanc sententiam, si non possint omnes intelligi esse vocati: potius enim quam vt pereat fideicommissum, primogenitus intelligi debet: ad quod tamen citati textus nihil aut parum faciunt: ceteroquin dixerim, omnes potius liberos vocatus intelligi debere.

Ad Arrest. XV.

Vtique vnus pertinebit ad postremum substitutum, si ad eum, quo tempore de dotandis filiabus quæritur, bona peruenerint: nec enim alias quæstioni locus esse possit, & fortassis ille postremo substitutus contendebat onus dotandi, ad primo loco scriptos heredes & eorum porro heredes pertinere. In terminis tractat eundem casum *Boer. decis.* 146.

Ad Arrestum XVI.

Humana sententia est: nam & dotis vel donationis propter nuptias gratia, licet bona restitutioni obnoxia alienare, vel obligare *auth. res quæ vbi Dd. C. comm. de legat.* Nec dubium id habet, si quis citra culpam suam captus sit, vt pro eius redemtione possint bona alienari: sunt autem gradus culpæ, & si absit delictum, vt hic ponitur, facilius id admittendum: v. *Bald. in Auth. contra C. ad Trebell. Bart. in dict. auth. res quæ C. comm. de legat. in f. Iason ibid. n.* 2. *in fin.*

Ad Arrest. XVII.

Si testator portionem restitui iusserit: item si iusserit restitui quidquid ex hereditate peruenerit constat etiam prælegata venire, *l.* 3. §. *quidam ad Trebell. l. cum virum* 16. *C. de fideicomm.* Et igitur si simpliciter iusserit restituere partem hereditariam, prælegata non venient. Et tamen in specie proposita, cum frater sit substitutus, idemque filius testatoris, simpliciter pro substituto contra heredem extraneum, facile pronuntiandum esse admiserim. Illud miror, quod vt non controuersum permissum proponitur heredi extraneo, vt deduceret duas portiones: cum vtique tantum liberis & quidem primi gradus id datum sit. Ineptum sit enim existimare quod concessum est filio grauato, id etiam heredi extraneo filii, permitti. Etenim ius istud filii plane est personale.

Ad Arrestum XVIII.

Potest esse quæstio voluntatis. Sed sane vbi quis sub huiusmodi conditione grauatus est, *post mortem restituere*, rationis est, vt ita intelligatur conditio, si liberi, tum & etiamnum extent. Quid in nota subiecta, sit, *naturales quoque liberos substitutioni non impedire*, ego non intelligo: constat plane, naturales filios tantum non facere vt deficiat conditio *si sine liberis*, sicut nec faciunt legitimi tantum, & vid. adoptiui: quæ forte notæ istius sententia est.

Ad Arrest. XIX.

Detractio Falcidiæ aut Trebellianicæ quam vocant, olim non potuit prohiberi. Hodie potest post *Nou.* 1. quamuis sint qui id ad Falcidiam in specie dictam restringant, imo tam multi vt dubitetur quæ sit communis opinio. *Clar.* §. *testam. quæst.* 62. nec tamen dubitassent, si aduertissent, Trebellianicæ quartæ nomen ignotum esse iure nostro, & portionem etiam quæ ex fideicommisso vniuersali detrahitur, non alio quam Falcidiæ nomine venire. Itaque in dubio quidquid in genere de Falcidia statuitur vt in *dict. N.* 1. etiam de hac portione debet intelligi: maxime cum ratio qua ibi vtitur Iustin. etiam hic habeat locum. Hæc obiter, & vt intelligamus, recte præsupponere autorem, quod portionis, quæ Trebellianica dicitur, detractio possit prohiberi. Expresse autem Falcidiam prohibitam esse oportet: vt tamen non sint præcise necessaria verba prohibitiua, sed sufficiant etiam æquipollentia. Iniquum enim sit, captatis verbis circumuenire voluntatem testatoris. Esse hanc communem opinionem testatur *Clarus q.* 62. *adde & v. gl. & Bald. in auth. sed cum testator n.* 7. *Cast. num.* 2. *C. ad l. Falc. Boer. decis.* 44. *numer.* 33. *Lud. Rom.*

*consil.*239. & quando quid satis pro expresso habeatur vid. *apud Menoch.*1. *præsumpt.* 45. probo tamen ego magis autoris sententiam : quoniam *pleno iure* potest accipi ita, vt fiat restitutio cum fructibus pertinentiis &c. communis autem doctorum sententia, tum demum prohibitam detractionem intelligit, vbi verba nullam aliam patiuntur interpretationem. Detractionem Trebellianicæ liberis primi gradus prohiberi posse recte curiæ decreuerint, scilicet ex hypothesi communis sententiæ, iuxta quam liberi isti grauati duplicem portionem detrahunt: nam legitimæ detractio prohiberi non potest: quamuis *Clar.* §. *testam. quæst.* 63. testatur ex communi sententia etiam positæ duplici detrahendi iure, tamen prohiberi nec Trebellianicam posse: quæ opinio plane absurda est, cum, vt supra notauimus ex ratione vera iuris ciuilis liberi numquam duplicem portionem detrahere possint: & apparet ex d. *quæst*, *n*, 2. Clarum non satis hanc rem intellexisse.

Ad Arrest. XX.

Debuit dicere, formam faciendæ vel petendæ potius restitutionis. Quod de heredibus grauati, ait, pertinet ad casum quo rogatus fuit quis restituere post mortem: & sane longe latius patet natura fideicommissorum: Nec tantum porro heredes ab intestato heredis grauati conueniebantur, sed etiam ex testamento: quid enim, si grauatus fecisset testamentum. Quod autem putat autor, in genere id sublatum esse, vt petatur fideicommissum, id haud dubie falsum est, sed notant Dd. & ipsi citati *gloss. & Bar. in l.*3. §. *fin autem numer.* 4. *Cod. comm. de legat. & in l. pen. Cod. ad Trebell.* quosdam singulares casus, quibus actiones transeunt sine restitutione. Sed id generale esse & regulare, nemo dicit.

Ad Arr. XXI. XXII. XXIII. & XXIV.

Supra notauimus *arrest.* 7. ex Tiraq. statutum Galliæ, quo possessio ipso iure continuatur in heredem, ad fideicommissarium non pertinere: ex quibus licet intelligere male se habere sententias datas secundum substitutum, quæ referuntur à Notatore & in *Arr. seq.*

Itaque non posse esse verum, quod vt est arr. 23. Tiraq. probat sententiam Benedicti, qui, vt refertur *Arr.* 22. etiam in fideicommissario facit locum consuetodini Galliæ. Alia autem quæstio est, an etiam id ius pertineat ad heredem ex testamento: quod *part.* 2. *declar.* 7. negat Tiraq. nisi idem alias successurus fuisset ab intestato. Nec intelligo qui sint illi circuitus & sumptus magni, in petendo fideicommisso, & quidquid eius sit, vnumquodque debitum iure legitimo & ordinariis remediis est petendum. Porro nec proba hac in re est distinctio *arrest.* 24. Ratio enim non patitur vt ab herede grauato in quemcunq; fideicommissarium ipso iure transeat possessio.

Ad Arrest. XXV. & XXVI.

Diximus *sup. h. t. ad Arr.* 9. & 10. quod in huiusmodi fideicommisso *si sine liberis* liberi non sunt vocati. Itaque grauatus libere transigere cum substituto aut ius suum remittere potest: & est decisum in terminis in *l.*1. *C. de pactis.* Quod si liberi vocati sint vel expresse vel ex coniecturis pro vocatis habeantur, de quo *d. Arr.* 9. & 10, iam constat patrem liberis præiudicare non posse. Arrestum 26. ita refertur, vt nemo facile merita causæ intelligere possit.

Ad Arrest. XXVII.

Filia per se est incapax feudi, & iuris primogenituræ, ideo ad hos qui ex ea descendunt, non facile potest peruenire feudum: quo pertinent quædam Tiraq. *de iure primog. q.* 12. qui alias istud in terminis non tractat.

Ad Arrest. XXVIII.

Aut ego non intelligo, aut in vtramque partem nulla fuit ratio dubitandi. Totum in eo positum est, & in formula hac *si omnes liberi & posthumi heredes &c.* si sub liberis etiam venit Ioanna filia, nec dubitari potest, quin ea superstite sint exclusi substituti: potuit autem dubitari an comprehensa esset filia posthuma : quia pater ei tantum quingenta pro dote donauit, & masculum si natus esset, instituit: & rursus masculum posthumum & ceteros liberos inuicem substituit. Et tamen potest existimari, quod vtique filiam suam, prælatam voluerit liberis fratris. Porro quod conditio tacita *si sine liberis* habeat etiam locum aduersus piam caussam videtur communior opinio, per notata *Tiraq. de priuil. pia caus. priu* 17.

Ad Arrest. XXIX.

Recte iudicatum fuit pro Chaunetiis : ex hac solidissima ratione, quia præbendarii &c. substituti fuerunt, si, quo tempore liberi Bellesii morerentur, non essent superstites Chaunetii ex filia nepotes: quos porro fideicommisso non grauauit: Deficiente ergo conditione excluduntur substituti: quod nimis quam aperti iuris est: nec necessum fuit Chaunetiis se defendere coniectura illa pietatis ex *l. cum auus de condit. & demonstr.* Sed in altero capite contra tertios possessores, præbendarios puto fuisse fundatos : quoniam vt primum quid alienatum esset, datum iis ius est petendi : quod sane habuerunt viuentibus adhuc heredibus primis Ballesiis qui alienauerunt : Et inepta est responsio Chaunetorum, quod ad ipsos tamquam ad substitutos pertineat ius reuocandi. Ecquid si enim ad ipsos bona non peruenissent, sed Ballesii fratres liberos reliquissent? An ob id præbendarii ius reuocandi non habuissent? Habuissent vero cum eiusmodi dispositione, vt si quid alienatum fuerit, alius id reuocet, inducatur fideicommissum *l. peto* 69. §. *fratre* 3. *de legat.* 2. cum similibus. Illud vnice miror, quod substitutio præbendariorum, dicitur vulgaris directa. Nihil enim potest esse falsius. Et est certissime fideicommissaria, quia liberi Ballesii, qui heredes extiterunt, (quo facto omnis directa vulgaris expirat) grauati fuerunt.

Ad Arrest. XXX.

Iuris est, vt mater quæ pupillo tutorem non petiit, ab impuberis tantum, non etiam puberis successione arceatur §. *sed quemad. pen. I. de SC. Tertull. l.* 3. & 6. *C. eod.* & per secundas nuptias non amittit mater successionē. Illud miror rursus, & occurrit sæpius quod matri concedat detractionem duplicis portionis: quod forte ex moribus est Galliæ: ceteroquin Dd. communiter hoc beneficium ad liberos, & quidem tantum primi gradus restringūt.

Ad Arrest. XXXI.

Recte iudicatum fuit, substitutionem secundam non esse pupillarem. Sunt enim nihil aliud nisi fideicommissa vel legata particularia à filio relicta.

Illud

Illud quoq; euostat, legitimam matri debitam ex successione filii per maritum matri auferri oon posse. At eoim cur matri tertia tantum pro legitima hic adiudicata fuit? Et cuius erunt reliqua bona, siquidem pia causa hic non iu omnibus boois, sed io certis tantum substituta fuit: quibus solutis & traditis, iterum quæro, cuius erunt reliqua? Non dubito, ea ratione iuris ad matrem pertinere. Nam quod maritus voluit illi adempta quæ dedit, si iterum nuberet, pertinet ad ea quæ dedit maritus, & quatenus ea habet à marito: at non potest eam priuare successione, quam Lex defert matri mortuo filio: neque vllo colore dici potest, ad alium ea bona quæ sunt supra tertium, pertinere debere. Et si aliter sensit curia, meo iudicio, errauit.

Ad Arrestum XXXII.

Certum est, matrem pupillariter substituere oon posse: sed vulgariter eam posse directe substituere, adeo certum est, vt mirari satis non possim, quo colore id hic negetur, & est manifestus error. Id vero rursus miror quod patri hic & legitimæ & Trebellianicæ detractio permittitur.

Ad Arrest. XXXIII.

Ratio peremtoria est, quia soror altera decessit antequam cessisset dies fideicommissi, itaq; transmittere nihil potuit *l. si in personam C. de fideicomm. l. 4. §. f. pr. de alim. legat.*

Ad Arrest. XXXIV.

Exemplo perniciosum esset, admitti rescriptum principis contra ius constitutum & certum nec dubium: vt adeo inepte huc referatur *l. 1. C. de LL.* quæ tractat de iure, aut casu non satis liquide & clare deciso & definito. Sed in ista constitutione id occurrit, quod cum testamenta fieri soleant clam, vtique sæpe illis absentibus & ignorantibus, quibus aliquid relinquitur, iniquum sit, hoc casu substitutum cadere iure suo. Itaque putauerim ex causa iustæ ignorantiæ restitutioni locum fore.

AD TIT. IV.

De detractione portionis.

Ad Arrest. I.

Definitum iure est, portionis detrahendæ rationē non initi nisi deducto prius ære alieno. Fructus lucratur heres grauatus in fideicommisso puro si in mora oon fuit, si in fideicommisso sit in diē vel sub conditione, fructus exceptis liberis primi gradus imputantur in quartam *l. iubemus C. ad SC. Trebell. l. mulier 22. §. si heres 2. D. eod.* porro nisi ad substitutum solum pertineret onus legatorum, heres grauatus portionem suam iotegram noo retineret: & id tamen vtiq; necesse est.

Ad Arrest. II.

Hic Typographi forte lapsus insignis: Et imo enim certum habetur, ex legatis ad piā causam, Falcidiam detrahi non posse per citatam *Auth. similiter C. ad l. Falcid.* Sunt quidam ex Neotericis qui *d. auth. & N. 131. cap. 12.* volunt explicare de casu commissæ moræ: sed quæ sit communis sententia, non ambigitur, *Dd. comm. omnes in d. auth. Tiraq. de priuil. piæ causæ priu. 26.* vbi omnes ita teoere ait. Quod & in Trebellianica communius receptum ait *priu. 27.* quamuis multi dissentiant, quos refert, & nodum Gordium hunc vocat: non dicturus si obseruasset, quod tit. præced. *arrest. 19.* notauimus.

Ad Arrest. III.

Coodition sub qua Ludouicus fuit grauatus restituere sorori, extitit: itaque soror bona affecta & obnoxia beneficio substitutionis & ex testamento paterno habet, non beneficio institutionis aut testamenti fratris. Sed potuit sane frater ille grauatus à patre deducere legitimam & Trebellianicam, quæ conficiunt dimidium bonorum: neque vero filia exclusa & quæ renuntiauit, videtur hac eous partem facere (& de hoc postea videbimus) vt ne frater integram tertiam deducat, sed illud, quod autbor noo mouet, considerandum, quod Dd. statuunt, si filia io fauorem masculorum renuntiauerit, mortuis masculis, redire ius filiæ, ita vt ea portionem bonorum quibus antea renuntiauerat, sibi vindicare possit, vt non tam ius illius præcisum, quam suspensum videatur, de quo à *Bart. in l. vltim. §. quand. ad SC. Tertullian. Bald. in l. si quis 34. Cod. de inoff. testam. numero 7. & in l. si quis 9. §. si filium de lib. & posthum.* Illud recte miratur author, cur nihil sit adiudicatum heredi Mariæ pro Trebellianica: Illa enim in testamento fratris fuit grauata de restituendis bonis auunculi Mommartino: & quo iure igitur heredi eius negari potest detractio Trebellianicæ? Et inanis ratio est authoris, quod hereditas ipsa Ludouici constiterit in Trebellianica: illa enim qualitas, postquam bona ad sororem peruenerunt, omnino desiit, nec in considerationem venire amplius potest, cum præsertim & à matre & aliunde quoque habuerit quædam Ludouicus, quæ restitutioni obnoxia non fuerunt. Nimirum

—— *Quandoq; bonus dormitat Homerus.*

Ad Arrest. IV.

Testator grauauit filium, vt post mortem restitueret bona alteri: Filius hic haud dubie detrahit Trebellianicam; Moritur filius sine liberis, relicto herede ab intestato; à latere aut etiam testatus: Probat non obscure author eorum sententiam, & Arrestis comprobatam dicit, quod isti heredes Trebellianicam non possint detrahere, sed ea sane sententia, si rationem iuris oostri consulas, haud dubie falsa est.

AD TITVLVM V.

De Legatis.

Ad Arrest. I.

Nota inf. habet quod traditio legatæ rei debeat postulari in loco in quo heres habitat. Ambigue dictum. Aut quæritur de actione instituenda, aut saltem de petenda & postulanda solutione & traditione. Pro legato quolis actio etiam cōpetit in rem, quæ ex communi sententia & in loco domicilii & in loco quoque rei sitæ institui potest *l. vlt. C. vbi in rem act. & ibi interpp.* quod de actione pro legato respōnsum est *in l. quod legatur 38. in f. de iudic.* Ceterum pro solutione interpellandus vtique est heres, vbi habitat, sed ille tameo ibi rem dare oon cogitur, sed in loco eam dare potest, vbi res exstat *dict. l. 38. in pr.*

Ad Arrest. III.

Mirum ni hic sibi contradicit: Ait in pr. differentiam esse inter conditionem & inter, *dummodo* &c.& tamen infr.ait, quod verbum *dummodo* faciat expressam conditionem. Et sane ista particula, *dummodo* videtur suspendere; perinde vt conditio: quæ sola res differentiam facit inteream & inter modum, quam nec recte autor nneti opponir in pr. quoniam modus fere in se habet onus. Notaoimns id supra, quod modns non facit, qnominus legatum sit purum, sed nihilominos, vt conditio, implendus (quæ est sententia *l.* 1. *C. de his quæ sub mod.*) & eo nomine cautio præstanda est.

Ad Arrest. IV.

Pene est, vt male à Curia iudicatum credam: cum non nisi pro legato nominis haberi posse videatur, vbi sufficit cedere actiones §. *tam autem* 21. *Inst. de legat.* & textus in hanc rem pene apertus est in *l. Lucius* 88. §. *ciuibus* 8. *de legat.* 2. & ibidem *Bart.* & *gloss.* respondent ad textus, qui hic pro parte altera citantur.

AD TIT. VI.

De Legatis ad pias causas &c.

AD arrestum 1. v. omnino *Tiraq. de priu. pie causa. priu.* 68. & *ibi citatos.*

Ad Arrest. II.

Quod nota addit, si puella, cui 100. ad nubendum relicta sunt, antequam nuberet, decesserit, legatum manere apud heredem, dubium habet per ea ipsa, quæ in his quoque terminis & aliis dicta sunt in præc. *arrest.* 2. Et est longe aliud si quis leganetit si nupserit, aut vt hanc vel illam ducat quis, vt in *l.* 1. *C. de instit. & subst. l. Titio centum* 71. §. 1. *de cond. & dem.*

Ad Arrest. IV.

Fanorabilis interpretatio sumenda est pro pia causa, vt tanto facilius credatur demonstrationis causa tale qnid adiectum: qno etiam facit *l. quidam* 96. *in pr. de legat.* 1. *adde Bart in l. inter stipul.* §. *sacram* 5. *de V. O. n.* 6.

Ad Appendicis Arr. I.

Ratio est, quoniam inhabilitas est in persona testante: attamen cum ea sit inhabilitas non à natura quin nec à iure ciuili Romano, sed tantum à statuto & consuetudine particulari, contrariom defendi possit, per ea quæ tradit *Tiraq. de priuilegio pie causæ priuil.* 68. & 69.

Ad Arrest. II.

Iuris communis est, vt hypotheca sit indiuidua, & creditor in solidum hypothecam persequi possit, licet personalis actio in plures heredes sit diuisa: itaque heres possessor non liberat pignus nec pro parte, nisi vniuersum debitum soluat *l.* 3. *C. de negot. gest. l. quamdiu C. de distr. pign.* sed hypotheca tacita super vniuersis bonis, ex noua L. Iustiniani in *l.* 1. *C. comm. de legat.* quippe ex noua obligatione legatorum, quæ incipit ab heredibus, in tantum se porrigit, in quantum actio personalis in singulos heredes datur; quod ego non putarim extendendum ad hypothecam expressam, quam testator ipse constituit in rebus aliquibus: & consequenter nihil hic erit speciale in legatis ad pias causas.

Ad Arrest. IV.

Obiter nota) Relictum ad piam causam improbatam, aut si alias causa deficiat, non debet fieri caducum, sed ad aliam piam causam connecti debet, *arg. l. legatum* 16. *cum l. seq. de vsuf. leg. Tiraq. de priuil. pia causa* 38. *facit* §. Als auch den Ständen Abschied zu Augspurg 1555.

AD TIT. VII.

De Legitima.

Ad Arrest. I. & II.

IN confesso est apud omnes, liberos viuo patre nullum ius habere petendi legitimam. Et *l. in suis* 11. *de lib. & posthum.* non tantum de legitima, sed de omnibus bonis loquitur: & est ea mera improprietas & fictio: Quod attinet *l. iubemus* 6. *C. ad Trebellian.* diximus supra, si quis grauatus sit, restituere hereditatem sub conditione vel ex die, fructus interim perceptos in quartam imputari ex *l. mulier* 22. §. 3. *ad Trebellian.* In *dict. l.* 6. tantum excepti liberi primi gradus, qui fructus præcipuos & legitimam insuper integram habent. Ita *gloss. Bart. Bald. Castr. & omnes ad dict. l.* 6. Ait autor id procedere, vbi supersunt liberi primi gradus qui præcedunt nepotes. Sed vereor, vt id falsum sit: nam nec Lex nec Interpp. distinguunt: & præterea, parentes in dubio liberos primi gradus instituere solent. Et ratius est, vt parentes prætetitis liberis primi gradus, nepotes ad hereditatem suam vocent. Ait præterea autor in omnibus cuiuscunque gradus liberis procedere; vt ne fructus imputentur in legitimam, nisi testator id expresse iusserit. Id vero aperte falsum est, & verba quæ adducit, *nisi hoc testator iusserit*, hoc volunt, quod pater non possit grauare liberos primi gradus, vt fructus computent in legitimam: at nullo modo efficiunt, vt idem sit in nepotibus, nisi auus expresse hæc remiserit. Nimirum hæc regula iuris est, quod in terminis supradictis fructus imputentur in legitimam. Per *dict. l.* 6. excipiuntur liberi primi gradus. Ergo cæteri manent in dispositione iuris communis. Consequenter verissimum est, quod habetur *Arrest.* 2. parentes grauatos, imputate fructus in legitimam: & nimirum, vt sæpius diximus, si fideicommissum sit in diem vel sub conditione, aut si grauatus fuerit in mora.

Ad Arrest. III.

Scio, communem esse opinionem, quod liberi possint petere, vt legitima vel eius supplementum, iis præstetur ex bonorum corporibus, nec cogantur eam accipere in pecunia: ad quod adducunt *l. scimus* 36. *in s. pr. vers. repletionem. C. de inoff. testam.* Dixi alibi lapsos hic Dd. nec id ex *dict.* loco probare, sed hoc tantum, quod ex bonis propriis patris legitima liberis danda & supplenda sit, & vt in eam summam nihil quod aliunde liberis obuenit, imputetur. Posita autem communi sententia, quam & ponit author, tanto falsius est, quod scribit, si pater in pecunia legitimam taxauerit, non nisi in pecunia posse peti supplementum: neque enim beneficium constitutionis, quod Dd. præsupponunt, ipsis per dispositionem patris potterit adimi. Et nimis inepte adducitur *l.* 25. *de inoff. test.* quæ hoc tantum probat, & quidem in casu singulari, quod legitima sit supplenda. Alia quæstio est, si filia acceperit v. c. dotem in pecunia, an non

an non tum cogatur esse contenta supplemento itidem in pecunia: quod probabiliter dicitur: tractat id *Ant. Fab. dec. 14. de err. pragm. c.* 10. vbi dixi. Nimis autem captatorium videtur, quod de verbo supplementi, scribit autor, v. *Paul. de Castro in d. vers. repletionem n.* 10. vbi scribit, quod filius non teneatur accipere legitimam in pecunia, quamuis assignatam à patre, sed possit eam petere in corporibus bonorum, quæ & communis sententia est, sed, vt dixi, ex eo loco non probatur.

Ad Arrest. IV.

Nugare videntur Interpp. quos bene multos citat *Boer. decis.* 145. in hac quæstione. Ex ratione iuris decisio expeditissima est. Falsa primo interpretatio *dict. l.* 36. *C. de inoff. testam.* hunc peperit errorem, quod legitima sit præstanda in corporibus bonorum: Hoc posito istud consequitur, non quod contra legatarios possit agi pro legitima præstanda vel supplenda, quod ratio iuris non patitur: sed quod aliquando, vbi legitima ex corporibus præstari amplius non potest, legatarii quibus species & corpora legata & tradita sunt, possint citari, ad hunc effectum, vt liberis corpora vel partem eorum, pecunia iis ab herede præstita, restituant.

Ad Arrest. V.

Adde ex citato *Guid. Pap.* quod legitima tamen est luenda in pecunia: quod & in feudis obtinet, vt si alia non sint bona, illæ tamen in pecunia sit satisfaciendum: de quo *Hartm. Pistor. par.* 2. *quæst.* 38.

Ad Arrest. VI.

Quæuis coniectura potius sumenda est, quam vt filius excludatur à legitima vel eius supplemento: & potest insuper existimari: quod filius ignorauerit quantitatem bonorum patris. Itaque opus est, vt filius expresse renunciet, & se nihil vltra petiturum recipiat: quomodo post gl. *Bl. Castr. Salic.* & alii in *d. l. si quando* §. *& generaliter C. de inoff. test.* annotarunt.

Ad Arrest. VII.

Vocari & honorari) Pertinaciter id defendit Arrest. 1. Faber, quod filia etiam exclusa non possit saluo testamento præteriri: *de err. pragm. dec.* 12. *cap.* 3. *& dec.* 13. *cap.* 1. *& partim in part. sec.* sed haud dubie communis opinio quam nos ibi defendimus, repugnat. *vid. Bart. in l.* 1. §. *sciendum de suis & legit. & in l.* 1. §. *qui habebat de bon. poss. cont. tabb. Bald. in l. maximum Cod. de lib. præt. quæst.* 7. *& in l. si quis* 9. §. *si filium de liber. & posthum. Alexand. in l. G[illegible]ius* §. *& quid si tantum eod. tit. numer.* 16. *Castr. in l. qui u[illegible] perstite* 94 *de adqu. her. num* 4. *& part.* 1. *consil.* 96. *numero* 1. *Natta in cap. quamuis in* 4. *quæst. prim. quæst.* 4. *num.* 370. vbi testatur hanc esse communem opinionem *Iasonem in auth. nouissima C. de inoff testam. n.* 57. *& in l. vlt. C. vnde lib. n.* 7. & add. inf. tit. *de renuntiat. filiarum.*

An filia exclusa & quatenus partem faciat, in computatione legitimæ, subtilis est indagationis, & prolixioris, quam quæ hic expediri possit, aut debeat: magis putant Interpp. eam pro mortua habendam, vt non faciat partem, *vid. Castr. in l. plane* 34. §. *si duobus de legat.* 1. *num.* 8. *& ibid. Alexand. n.* 8. *Bart. in l. Papin.* 8. §. *quoniam. de inoff. testam. Bald. in l. vn. Cod. quand. non pet. part. quæst.* 6. *in f. numero* 27. Et notanda tamen singularis ratio Castr. *part.* 1. *cons.* 52. *Incip. super primo puncto*: quod fœminæ excludantur non fauore patris, vt hic tanto latiorem habeat disponendi facultatem, sed familiæ & masculorum fauore: & proinde hactenus facere partem filiam, & computari, vt maior fiat legitima fratrum, v. c. si quinque sint liberi tres fœminæ exclusæ, duo fratres, computabimus hactenus filias, vt fratrum legitima sit semis. Hæc ratio singularis est: ceteroquin ea remota, nocet liberis ceteris computari exheredatum vel alias exclusum: hoc enim sensu *in dict. l.* 8. §. *quoniam de inoff. testam.* dicitur exheredatus facere partem, vt alterius filii legitima tanto sit minor, vt perinde sit ac si frater exheredatus partem suam accepisset, & de hoc adde *Bart. in l. pater* 14. *de inoff. testam. Iasonem in auth. nouissima Cod de inoff. testam. numero* 47. *Grassum in* § *legitima quæst.* 7. *Ant. Gabr. comm. opin. libr.* 6. *tit de legitima conclus.* 2. Licet hinc intelligere, decisionem ex Imberto relatam minus recte se habere: & male eueniente casu, pro legitima filii tantum computatas fuisse duas vncias: Nec quidquam ad rem facit, quod filia non desinit omnino esse capax iuris succedendi: satis enim est id suspensum plane esse, & quamdiu masculus superuiuat, pro nullo haberi. Sed & quod ipsam rem attinet, non video, quare filia iure fratris & quasi ex eius persona capiat portionem; & quid ni vero ex persona propria detrahat portionem? siquidem renunciatio non facit, quo minus fratri ab intestato succedat, qui frater fideicommissu grauatus fuit.

Ad Arrest. VIII.

Legitima recte dicitur onus hereditarium, & pro ea vel eius supplemento cum variæ proponantur actiones condictio ex Lege, ex testamento, familiæ erciscundæ. *Grass.* §. *legitima quæst. vlt.* sunt istæ personales, quæ non dantur nisi contra heredes: sicut & petitio hereditatis, cui aliqui hic locum faciunt, *Grass. d. loco* non datur nisi contra eum, qui pro herede vel pro possessore possidet, non contra eum qui rem tenet aliquo titulo particulari, emptam, aut aliis modis in se translatam. Et quomodo igitur poterunt manus porrigi contra tertios possessores, & quæ actio contra eos dabitur? Et Baldi opinio qui liberis bona patris pro legitima obligata esse tenrauit, reprobata est teste *Grass. dict.* §. *legitima quæst.* 14. An facimus locum vtili actione reuocatoriæ ex Edicto fraudatorie? si v. c. heres dissipauerit bona? atq. eorum quæ d. loco tractat *Grass. quæst.* 44. Porro *Ant. Gabriel. comm. opin. lib.* 6. *tit. de legitima conclus.* 5. communem opinionem, quod bona non sint obligata, pro legitima, limitat, nisi filio sit aliquid relictum pro legitima: tunc enim filium & pro relicto & pro supplemento habere hypothecam. Et sane post *l.* 1. *C. comm. de legat.* omnes legatarii hypothecam tacitam habent in bonis testatoris. Quid ni igitur & filius, cui aliquid pro legitima relictum, vel qui in aliqua re singulari pro legitima institutus est? Nec absurda ista opinio est, etiam quo ad supplementum, siquidem præsumimus patrem ideo minus legasse, quia putabat hoc sufficere, cum vtiq; minus legitima filio relinquere non posset. De legatariis alia quæstio est, an contra eos consistere filius super legitima possit; de quo v. *Salic. post alios in l. omnimodo* 30. *C. de inoff test. q.* 3. *n.* 5.

Ad Arrestum IX.

Si mater instituta fuit in legitima, recte se ha-

bet Arrestum: secus si tantum legataria fuit, (iure autem ciuili nouo, si matri titulo particulari solo legitima data est, testamentum iuxta communem sententiam est nullum *Nouell. 115. cap.* 4.) per notata sup. *tit.2. arrest.* 7. Nec recte meo iudicio testamentum id odiosum vocatur, quo nulli superfuerunt liberi, & vxor instituta, quæ coniunctissima est & dilectissima persona. Exemplum ex Valer. Max. non quadrat, apud quem contra testamentum dedit prætor bonorum omnium possessionem: At hic testamentum validum & vxor heres mansit, nec contra rationem iuris legatario interdictum hoc possessoriom adcommodandum fuit.

Ad Arrest. X.

Proponitur, filio alteri pro Leg'tima deberi partē 14. honorum. Recte, si omnes 7. liberos computes. Finge testatorem in honis habuisse 98. Legitima est semis, & adeo 49. quorum septimam parrem faciunt 7. quæ sunt 14. pars ex 98. Rationia vero est, vt legitimæ computatio & ratio ineatur, computatis & imputatis bonis aut quantitatibus, quæ filiahus loco legitimæ in dotem datæ fueruut: (quæ fuit sententia Arresti; sed quam ex verbis finalibus vix colligas) quoniam si communi iure ageretur, & filiæ in successione concurrerent, ita ageretur, cum filiæ dotem suam conferre & effectu cum bonis ceteris confundere & communicare teneantur, quod vel ideo summæ rationis est, quoniam iuxta hoc Arrestum filio quoque computantur ad effectū minuendi legitimam: de qua si inter solos fratres ageretur, ea longe esset amplior. Et vero si ponamus, filias quinque renuntiatione aut statuto, fauore masculorum exclusas, cum in filio licet ei legitima tantum sit relicta. & in nepote eius idem fauor familiæ militet, longe alia quo ad quantitatem legitimæ esset ineūda ratio. Nam iuxta superius dicta, possent filiæ exclusæ haberi pro mortuis: secondum quod in proposito casu legitima filiorum duorum esset triens hereditatis & oimirum quatuor vnciæ, & proinde filio altero non sola 14. pars, sed sexta bonorum pars deheretur.

AD APPENDICEM.

Communis sententia est, quidquid ex iudicio defuncti capitur, in legitimam imputari. Haud dubie autem ita capitur legatum, v. *Graff. & ab eo citatos in §. legitima quæst. 20. & interpp. in l. scimus 36. vers. repletionem C. de inoff. testam.*

AD TIT. VIII.

De sepulturis.

IN Arresto 4. cum disputet & tractet de sepultura ex Vlpiano, incaute meminit terræ sanctæ, in qua sit quis sepeliendus.

Arresti quinti & cur fuerit depulsus syndicus, ratio procul duhio est, vel quia tantum ad tempus mutauit locum, vel quia ex electione sepulturæ non consequitur necessario, quod etiam eadem legata dari voluerit, quæ dedit antea Ecclesiæ S. Ioannis. Est apud *Boer. decis.* 176.

AD TIT. vlt.

De Executoribus testamentariis.

Ad Arrest. I.

EXecutores hi non sunt vnius generis: possit forte executio planè particularis aut singularis esse commissa, vt inuentario non sit opus. Cæteroquin rationes qui reddere tenetur, idem & inuentarium facere obligatus est: quam distinctionem tradit Specul. *de Instrum. edit.* §. *nunc vero aliqua numero 44. vid. Ioh. Old Tr. de execut. vltim. volum. tit. 3. & 8. & Luc. de Canibus eodem Tract. part. 2. § repertus num. 14. & seqq.*

Ad Arrest. II.

Quiuis etiam tutor pupilli sibi soluere potest *l. quoties 9. §. sicut 5. de admin. tut.* quod tamen hodie rarius est, postquam *Iustin. Nouell. 72.* vetuit creditorem esse pupilli tutorem (& sunt tamen casus excepti.) Et quid ni igitur & sibi soluere possit executor, cum nusquam prohibitum sit, ne creditor defuncti, sit executor. Et nulla connexio est: in heredem continuatur possessio. Ergo executor non potest sibi ipsi soluere. Equidem si corpus & species debita sit, & eius possessio in heredem ita translata, procedit connexio, ne inconsulto herede liceat rem occupare. At quid in debito quantitatis?. Si quid exegerit executor, (habere enim eum ios exercendi actiones non dubitatur, cum & vtiles ei tribuat *Spec. citato loco numer.* 28.) an possessio hic potest videri penes heredem? Nullo modo. Et quid ni igitur hinc sibi soluere possit executor? Neque altera ratio bona est, quod habeat executor quem conueniat, nempe heredem: Nam & seposita illa consuetudine, idem obtinet. Sed & an propterea negabimus ius retinendi & quasi compensandi, quia actionem quis habet? Neutiquam: & adeo permissum est ius retinendi, quia hæc expeditior via est: Et cur negemus itaque hoc executori, & eum adigamus, vt actionem instituat. Et istod igitur arrestom probum non est.

Ad Arrest. III.

Separata est quæstio de viribus testamenti, & de modo & cura exequendi, vt voluntas testatoris exitum capiat: quod habet instar piæ causæ, vt non immerito in parte hæc res ad Episcopum spectet: licet proponantur relicta non ad pias causas *Tiraquell. Tr. le mort saisit le vif. part. 7. declar. 5. numer. 9.* sed vt prius de viribus testamenti constet, cuius cognitio non est Ecclesiastica.

Ad IV. & V.

Rationem distinctionis inter res mobiles & immobiles, non satis capio: nisi forte hæc sit, quod executio primum dehet fieri in mobilibus, si hæc forte sufficiant. Et testatur *Tiraquell. d. Tr. part. 7. declarat. 5.* quod consuetudinibus plerisque Galliæ, in executorem quoque transeat possessio, quoad concurrentiam relictorū, etiam non ad piam causam: quia hactenus & huc vsque porrigatur officium & ius executoris: cui etiam ius apprehendendi videatur dedisse defunctus: Id consuetudinibus ita tribuit Tiraq. vt fateatur, rationi non satis conuenire.

Ad Arrest. VI.

Non absurda videtur sententia, quam proponit *Specul. in §. nunc vero aliqua de Instrum. edit. numero* 48. vt omnibus mortuis executoribus, heredi sit ius exequendi si possit & velit. Magis tameo putat Episcopum succedere. Sed est

saoe

ſane hoc arbitrarium: & magiſtratus ex iuſta cauſa poterit ſubrogare aliis, idq; rectius erit: quoniam ſi teſtator hoc ius voluiſſet eſſe hæredis, non dediſſet executores.

Ad Arreſt. VII.

Generale hoc eſt, vt teſtatoris voluntas ſit ſequenda: ad quod faciunt citati textus. Et igitur præualebit ſententia executoris, quæ fauet voluntati teſtatoris.

Ad VIII.

Cum executores teneantur rationes reddere, rationis etiam eſt, vt probent legitime, quæ expenderunt: neq; enim alias rationum redditio liquido cõſtare poteſt in ſimplici aſſertione, quam ſententiam plurium proponit & probat *Spec. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua nu. 21.* ſubiecta tamen limitatione, niſi executor ſit vir bonus & legalis: ſed id ita admiſerim, ſi non commoda ſit ratio probandi: cæteroquin viri etiam boni eſt, legitime reddere rationes, & v. de his executoribus omnino *Spec. d. loco & Bald. in l. id quod pauperibus 24. C. de Epiſc. & cler.*

AD LIBRVM XXI.

TITVL. I.

De ſucceſſoribus legitimis.

QVæ *Arreſt.* 1. conſuetudo allegatur, iuri Romano haud dubie repugnat, & defendunt eam Galli.

Cum bona mortuo aliquo deferantur indigno, & huic à fiſco auferuntur, non poteſt amplius quæſtio eſſe de deſcendentibus ab indigno, neq; enim fiſcus reddet his bona, quibus nec vmquam delata fuerunt, præſuppoſito iure fiſci, & quod, qui v. c. fratrem occidit, indignus tantum eſt: cæteroquin ſi ipſo iure incapax eſſet, fiſco non eſſet locus, ſed ſequenti gradui bona deferrẽtur, vt bene *Bald. in l. hæreditas C. de his quib. vt ind. nu. 6.* quod qui occidit eum vel occidi curauit, priuetur eius ſucceſſione, & eam auferat ipſi fiſcus docet quoq; *l. cum ratio 7. §. vlt. de bon. damn. Bald. d. loco nu. 7. add. quæ not. inf. ad Arreſt. 1. tit. 4. h. libro.*

Ait *Arreſt.* 3. ſi filius non agnouerit hæreditatem patris, à nepote eam nihilominus agnoſci poſſe. Imo vero nõ habet neceſſe filius in poteſtate, patris hæreditatem agnoſcere, cum patri fiat hæres, etiam deceſſiſſe patrem ignorans: & hæreditatem itaque ipſo iure quæſitã in liberos ſuos, quin imo in quoſcunq; hæredes tranſmittit. *l. 3. C. de iur. delib.* adeoq; nepos non aui, ſed patris ſui hæreditatem ſibi delatam adquirit. In filio emancipato ſecus eſt, qui quãtumuis hodie poſt N. 118. iure quoq; ciuili hæres ſit, attamen non eo modo ſuccedit quo ſui, ſed inſtar extranei adire hæreditatem neceſſe habet, vt communis habet Dd. opinio, teſtibus *Iaſ. in l. 3. C. de iur. delib. Matth. Matth. de ſucc. ab int. art. 1. memb. 1. nu. 3. & 4.*

Poteſt ſane hactenus derogari iuri ciuili per conſuetudinem & ſtatutum, vt hæreditas quæuis legitima etiam non agnita tranſmittatur iuxta *Arreſt.* 4. & facit, quod *Tiraq. in tract. le mort. ſaiſit, &c.* ſcribit, *part. 2. declar. 17. & 18.* quod poſſeſſio in hæredes etiam infantes, etiam ignorantes vi conſuetudinis transferatur: non poſſit autem eſſe poſſeſſorem qui non idem hæres. Et vero *Iuſtin. in l. 19. C. de iur. delib.* idem pene effectu & amplius induxit, vt hæreditate non adita, ius deliberandi cum iure adeundi poſſit tranſmitti.

In profectitiis bonis nihil immutauit Iuſtin. & nec hodie in iis filiusf. hæredem habere poteſt, & proinde liberis præmortuis ad patrem reuertũtur, quinimo ſunt & manẽt patris. Et tamen eſt iſtorum bonorum quædam diſtinctio. Nam quædam manent omnino in dominio patris, veluti quæ pater in peculium filio conceſſit: quædam abeunt ex dominio patris, ſaluo tamen iure repetẽdi, certis caſibus, cuiuſmodi eſt dos profectitia: quæ ſoluto morte filiæ matrimonio, ad patrem redit, quod limitat communis ſententia, niſi liberi ex filia ſuperſint: quod & ſequitur author *Arreſt.* 5. quam opinionem nos ex ratione iuris falſam eſſe probauimus *ad Treutl. de iur. dot. th. 11.* Quod iuxta Notam idem ſit in matre, falſum eſt, & quæ dat mater filiæ in dotẽ aut filio matrimonij cauſa, prorſus niſi mater ſibi ſit ſtipulata, abeunt ex eius dominio, nullo iure ei ſaluo. nec bona profectitia vmquam matris intuitu dicuntur: & talia bona ad hæredes liberorum pertinent.

Olim filiifam. nullos plane hæredes, quin nec in caſtrenſibus quidẽ ab inteſtato habebant; ſed pater ea iure peculij occupabat *l. 2. & 9. de caſtr. pecul.* Id poſtea mutatum à poſterioribus Impp. quorũ conſtitutionibus, fratres ſuperſtites patrem quoq; excludebant. *in pr. Inſt. quib. non eſt permiſ. facere teſtam.* Iuſtin. contra N. 118. parentes cum fratribus vtrimq; coniunctis, vel potius hos cum illis admiſit: cætera omnibus etiam fratribus, ex vno latere præpoſuit; quod proponitur *Arreſt.* 8. vbi *p. 195. lin. 7. & ſeq.* legendum eſt PATER *omnia auferr:* In *verſ. alter caſus* cõmentitium eſt dubium; certũ eſt enim, patrem præferri: & ridiculum, quod adfert de quibuſdam exiſtimantibus, non debere à parentibus, liberos eoſdemq; fratres defuncti omnino priuari. *verſ. in defectu*, quæ proponitur opinio, poſſit impugnari per N. 118. *cap. 3.* vbi ſimpliciter ſimul vocantur, ſed ea tamen communis eſt *Graſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato q. 32. Forſt. lib. 1. c. 8.* Deniq; opinio propoſita in *verſ. alio caſu*, quod vbi non ſupereſt v. c. pater, ſed ſuperioris gradus parentes, hi cum fratribus germanis cõcurrant, & adeo ex vno latere tantum coniunctos excludant, iiſdem eſt communis & verior quoque *v. Mynſ. 6. obſ. 41. in pr. Forſter. lib. 7. c. 6. Graſſ. d. §. q. 23. nu. 2. Bald. in auth. defuncto C. ad Tertull. nu 9. gloſſ. & Bart. & Salic. ibid.*

Arreſt. 9. intelligenda eſt ſucceſſio collateralium remotior: pugnet, quod *Arreſt. præced.* de fratribus vterinis & conſanguineis (quos ibi ſubinepte paternos fratres vocat) ſcripſit.

Hoc tantum improbo *Arreſt.* 10. quod ius feudale, quod præfert natos ex maſculis barbarum & inhumanum vocatur, cum præſertim id fateatur autor induci poſſe conſuetudine: neque enim barbara & inhumana conſuetudo ferri debet. Barbari fuerunt, qui ita opinati ſunt, præſertim in materia feudorũ: cum amplius Romanis legibus olim cognati omnino à ſucceſſione bonorum quorumcunq; arcerentur: & hoc optima ratione, vt conſeruaretur dignitas familiarum, & tanto magis fœminæ in officio retinerentur. Veſtigia huiuſmodi iuris in omnium pene gentium LL. deprehenduntur.

Controuerſia *Arreſt.* 11. Imperij lege deciſa eſt pro ſententia Azonis, quæ fundamentum ſolidum ex iure veteri habet, quamuis ſed non ſolidis rationibus, ex N. 118. contra diſputari poſſit: Et iam d. conſtitutio *Arreſt. ſeq.* 12. refertur, & ibidem Arreſta pro eadem. Inepta eſt autem conſtitutio, quæ refertur *Arreſt.* 13. quoniam controuerſia hæc ad eum ſolum caſum pertinet, quo patruus non concurrit, & controuerſia inter fratrum liberos ſolos eſt.

Arrest. 14. conuenit cum *Arrest.* 1.

Paulo ante diximus indistincte posse defendi, quod fratres consanguinei & vterini, æqualiter succedant defuncto fratri *post Nou.* 118. sed in praxi obtinet diuersa opinio: sed nemo Dd. est, qui vltra bona, quæ à parentibus prouenerunt, id latius porrigat, & putet, in successione aliorum collateralium inspici originem bonorum, neglecta prærogatiua gradus: cum & in casu illo ita succedant, qui eodem sunt gradu, vel simpliciter, vel repræsentatione. Itaque mirari subit, quo iudicio magnum dubium vocet author, de quo iure nostro, & apud Interpp. nulla est dubitatio: neque satis intelligo quid sibi autor velit: &, si censet, vt videtur, quod bona ad eum deuoluantur, qui proximus est in linea, à qua bona obuenerunt, excluso altero, gradu proximiori, procul dubio insigniter errat.

Prædicta ostendunt, in casu seq. patruelis allegationem non fuisse iustam: qui bona sibi soli vindicabat eo, quod bona à patre defuncti obuenissent: contra quem & recte iudicatum fuit. Sed hæreo in eo, quod ex altera parte proponuntur consobrinorum quoq; liberi, qui vtiq; gradu sunt remotiores, quam patruelis, qui adeo illos excludere debuit. Et vltra fratrum liberos, iuri repræsentationis non esse locum in linea collaterali, certi iuris, & apud omnes est in confesso.

Aut ego non intelligo, quid sibi author velit, aut Arresta hic proposita manifesto inter se pugnant, proposuit *Arrest. praced.* patruelem vindicasse bona sibi soli, quæ in patre defuncto obuenerunt: tamen econtra, etiam consobrinos partem obtinuisse. Atquin *Arrest.* 6. pro regula tradit, inspici lineam a qua bona obuenerunt, & ea deferri his, qui sunt ab eodem linea, cæteris exclusis licet gradu proximioribus: quæ vtique sunt pugnantia. Sed enim illa sententia recta & iuri congrua; hæc absona & erronea est.

Contorta est species *Arrest.* 17. & in ea male adducitur de iure repræsentationis inter fratrum liberos. Id enim solummodo receptum est speciali iure, vbi de successione in bona patrui agitur: Cæteroquin falsissimum est, & nec iure, nec ab vllo Interpp. receptum.

Vt coniux præferatur Fisco æquissimum est: & edictum de hoc prætoris recte probatur *Arrest.* 19. sed statutis & consuetudinibus locorum passim. etiam vbi cognati adsunt, superstiti coniugi portio aliqua ex bonis defuncti addici solet.

Interest, quoad *Arrest.* 21. an sit pater præmortuus, an auus ante patrem. Illo casu dubium nullum est, quin nepos agnoscere etiam iure ciuili possit hæreditatem aui: quæ etiam ipsi nec alij defertur. Hoc casu, quia aui hæreditas adquisita iam ipso iure est patri, iure ciuili separationi locus non est, sed est iure prætorio, per expr. textum *in l. vlt. C. vnde lib.* vbi hanc rem late tractant DD. & communius putant, si pater abstinuerit, nepotem quasi ex Edicto successorio ad aui hæreditatem posse admitti.

Ad *Arrest.* 22. v. quæ noto *infr. h. libro tit.* 4. *Arrest.* 1. ex quibus intelliges sententiam inferioris iudicis male à Curia fuisse rescissam.

Oportet valde duriter exerceri confiscationes in Gallia, si (vt ex *Arrest.* 24. & præcedd. apparet,) nec liberis damnatorum bona relinquuntur, quibus partes vtique; Ethnici Impp. dederunt. *l. cum ratio* 7. *de bonis damnat.* Et in terminis propositis humaniter iudicatum fuit pro patre, qui in donatione adhuc aliquod ius habere videtur: siquidem ea pro donatione propter nuptias habetur, quæ præmortuo filio reuertitur ad patrem: & multo magis si fuit donatio simplex in filiumfam. collata, quæ reuocari potest: Et damnata filia dos quoq; non confiscatur, & nec quidem peculium castrense damnato filio *l. 2. C. solut. matrim. l. 3. C. de bon. damnator.* Et ius confiscationis tamquam odiosum & LL. ciuilibus communiq; iure sublatum, quantum potest, restringi debet.

Arrest. 26 recte iudicatum, per supr. add. quod extra casus speciali iure exceptos, non origo bonorum, sed proximitas gradus debeat attendi. Etenim postquā bona ad certam personam delata sunt, iam eius patrimonium effecta sunt, & qualitas illa sublata. Nimis autem absurdum fuerit Edictum Regium, per se odiosum & iuris communis derogatorium, extra terminos suos, & ad casus extendere omnino diuersos.

Pro *Arrest.* 27. est expressa decisio *Iustiniani Nouell.* 118. *cap.* 3. qui nouiter ita disposuit, prauo iudicio sublata differentia agnationis & cognationis, ante Iustinianum enim aliter fuit obseruatum.

Duo principia prorsus vitiosa à iuris quoque ratione aliena passim Arrestis istis occurrunt. 1. quod vnde bona prouenerint, perpetuo fere inspici volunt: & secundum hoc, sed meo iudicio, male iudicarunt, in specie, quæ est *Arrest.* 28. At enim ita iuris fert ratio, vt verbi gratia, auunculus amita, matertera, patruus, qui omnes gradu sunt æquali, debeant succedere æqualiter, sine consideratione, vnde bona peruenerint ad defunctum. Et haud dubie ista omnium communis est Interpp. sententia. Alterum vitiosum principium est de iure repræsentationis. Proponit *d. Arrest.* 28. autor, patruos auunculos, &c. & horum liberos, patres suos repræsentare: quasi vero liberi hi, vbi de successione quæritur. æquali gradu esse censeantur. Quod manifeste falsum est, &, vt opinor nec dubitat quisquam, quin si defunctus patruum, & patrui alterius prædefuncti filium reliquerit, quod ille solus hoc tamquam remotiori excluso, ad omnia bona & defuncti hæreditatem, vt propior gradu admittatur. Neque enim repræsentatio in collaterali linea locum habet, nisi vnico casu, quo cum fratribus, liberi fratrum prædefunctorum concurrunt, in successione patrui. Hæc prorsus iure ciuili certa, & apud Interpp. nullo modo dubia sunt.

Vltimo Arrest. quid sit, *reuocare filiam heredem, non tamquam legatariam*, ego non intelligo. Sed illud communissime placuit: non obstante renuntiatione, posse filiam testamento institui à patre. Nec quisquam dubitat, quin pater illi legare possit. Quod si negat autor, hæret in manifesto errore.

Arrest. 1. Appendicis, abutitur verbo *hæredis*: & haud dubie eum intelligit, cui hæreditas alias excluso alio, qui forte renunciauerat, deferretur. Et ex ratione iuris non opus est istius consensu: nec dubium est, quin pater, qui in fauorem filiorum fecit filiam renunciare hæreditati, filiis etiam non consultis filiam possit instituere hæredem. Quod si forte mores requirunt talem consensum, facile ille inducetur, veluti, si subscribat testamento: quod in huius Arresti specie, siquidem id recte intelligo, videtur factum fuisse. Cæteroquin an & quatenus præiudicet alicui subscriptio, supra tractauimus.

Arrest. 3. rursus occurrit illud vitium, quod paulo ante notauimus: & contra rationem iuris patrueles, fratri vterino prælati fuerunt: quod obseruet bene Lector, nec sibi his hominum, non satis ingenio in

nio iniuris arte subacto, sententiis decipi patiatur. Non nego tamen consuetudine aut statuto hoc induci posse: non enim ius naturæ aut gentium ita offenditur.

Controuersia *Arrest. vlt.* apud Interpp. nostros cōtrariis opinionibus iactatur. Et præsertim post *Nou. 118. c. 3. §. vlt.* sunt multi eius sententiæ, quod etiam iure ciuili, cognati à latere vltra decimum gradum admittantur, pro qua opinione etiam facit *l. 2. in pr. & §. 1. de suis & legit. §. cæterum Instit. de succ. agnat.* vbi & Wesenb. hoc probat, qui tamen cum Ioh. Fabro Porcio, Schneid. fatetur contrariam sententiam, quæ successionē terminat decimo gradu, esse communem, quam & probant *Aug. Plat. Mynsing. aly ibid. add. Forster. lib. 3. cap. 10. Graff. §. successi. ab intestato quæst. 33. Schrader. de feud. part. 10. sect. 19. nu. 44. Gail. 2. obseru. 150.*

Arrestum vnicum De LIBARIS secundi thori, commodissime sub Titul. de secundis nuptiis relatum fuisset: ponitur ibi hæc species. Cum statutum, lucrum dotis adiudicaret marito, hic post mortem vxoris ad secunda vota transiit; quærit autor, an liberi prioris matrimonij nihilominus petere possint dotem, quam statutum adiudicat marito per *l. hac edictali, C. de sec. nupt.* Valde insubtiliter: neque enim ad hunc casum pertinet ea constitutio: nec dubium est, vxorem etiam, quæ liberos habet posse marito primo plus quam vni ex liberis relinquere. Sed huc aliæ pertinent constitutiones, sub *tit. d. sec. nupt.* quæ coniugi, qui ad secundas nuptias transit, adimunt proprietatem eorum, quæ à coniuge defuncto accepit, & eam adiudicant liberis prioris matrimonij. Itaque quærendum est, an posito tali statuto idem adhuc obtineat, an dd. constitutiones cessent. Potest autem quæstio in genere formari, quomodo eam tractat *Bald. in l. 3. C. de cond. ob caus. nu. 25.* Sed ad *d. l. hac edictali, C. de sec. nupt.* quærendum, & ponendus est casus, mulieris transeuntis ad secundas nuptias, an vigore statuti maritus possit lucrari dotem, si in ea plus sit, quā in petitione, quam liberi prioris matrimonij habent. Et quæstio in eo est, an censeatur statutum derogare voluisse textui *d. l. hac edictali.* quod magis ibi negat *Salicet. num. 5.* & ego cum ipso sentio contra authorem, in terris, quibus odiosæ sunt secundæ nuptiæ, vt habentur iure ciuili Iustinianeo & apud Pontificios: cæteroquin secus fuerit respondendum.

AD TITVL. III.

De successione naturalium liberorum.

PRincipium iuris nostri certum est, quod de familia & agnatione tantum sint, & patrem sequantur, qui sunt ex legitimis nuptiis. Cæteri conditionem matris sequantur *l. cum legitimæ 19. l. lex naturæ 24. de stat. hom.* Nec quidquam aliud Bartol. citatis locis dicit, quam quod statuto & consuetudine diuersum induci possit: qui tamen in eo manifesto labitur, quod putat natura omnes liberos esse æquales: quod falsum est & contra ipsum ius diuinum, quo sicut & omnium gentium moribus, concubitus illegitimi à matrimoniali discernuntur. Itaque eiusmodi consuetudo aut statutum non satis erit rationabile.

L. Lucius 88. §. fin. (al. §. 12.) de legat. 2. loquitur de patre naturali disponente, vt facile hic appellatione filij, & naturalis possit contineri: cæteroquin in aliis terminis, id quod proponit *Arrest. 2.* manifesto falsum est: tum præterea loquitur *d. l.* de filij naturalis specie alia, eius scilicet, qui est in seruitute susceptus: Qui liberi sunt fauorabiliores, quoniam seruis statua conditio obstat, quominus possint habere filios legitimos: qui tamen ex ratione iuris Canonici & naturalis, vbi affectus coniugalis est, sunt legitimi: alia ratio est liberorum, ex concubina, (cum qua moribus & LL. Christianorum stuprum committitur,) natorum. Quod additur *Arrest. 2.* posse relinqui liberis naturalibus legata, &c. siquidem pater disponens alios habeat liberos legitimos, iure quidem nostro, (nisi quoad alimenta) manifesto falsum est. Sed in matre id facilius admittitur, quippe cui liberi naturales etiam cum legitimis ab intestato succedunt *l. penult. in f. C. ad SC. Orphit.* quod in patre manifesto falsum est, & cui demum per *Nouell. 89. cap. 12,* in sextantem, & quidem vbi nulli legitimi sunt liberi, succedunt. Itaque nec ratio dubium est de eo, quod hic *Nota in pr* de matre proponit. Sed quod addit, aut non intelligo, aut manifesto falsum est: nimirum, liberos legitimos naturales auo succedere: Equidem si sint legitimi & naturales stulta dubitatio est: sed sane de iis non potest intelligi Nota: & igitur erit contradictio in adiecto: aut forte intelligit liberos naturales & scilicet nepotes ex legitimo filio: aut nepotes legitimos ex naturali filio: & vt dixi, manifesto vtrumque falsum est, quod hi succedant auo, per textus expressos *in l. vltim. Cod. de natur. lib.*

Nimis *Arrest. 3.* restringitur, aut respectiue ampliatur, *l. penult. C. ad SC. Orphit.* quæ loquitur de matre illustri: constat autem eo tempore multos fuisse magistratus, sub titulo illustrium; quorum vxores & filiæ illustres quoq; dictæ, argum. *l. fœmina 8. de Senatorib.*

Hoc primum est, 2. negat simpliciter liberos ex improbato coitu natos, matri ab intestato succedere: Atquin vulgo corpore quæstum facere, vtique improbatum est: & tamen hinc nati liberi, matri ab intestato succedunt, *l. Modestinus 8. vnde cognati.* 3. Liberis eo soluto & soluta conceptis & natis patrem libere donare & legare posse falsum itidem est. Consuetudinem Galliæ non moror, quam ipse autor in dubium vocat. Naturali filiæ ex concubina natæ, dotem quæ loco alimentorum sit, dandam esse a patre verum est. in spuria in specie dicta, plerique contrarium defendunt: contra quos sed leuibus rationibus disputat *Palaott. Tract. de spuri. c. 49. v. Boer. decis. 127. Alex. l. 1. solut. matr. nu. 18. Tiraq. ad l. si vnquam C. de reuoc. donat. verb. susceperit liberos numer. 50.*

Quid sibi velit *Arrest. 4.* non intelligo.

Principes iure quodam suo in bonis bastardorum sibi ius vindicare possunt: quo cessante, obseruandum sane erit, quod habetur *Arrest. 5.* Iure ciuili nihil tale dispositum est: itaque proximi cognati iis succedunt, vtcumq; non sint ex liberis *l. 2. & 4. ff. vnd. cogn.* cui iuri derogatum est in Francia, vt testatur *Arrest. 6.*

Et iuxta *Arrest. 7.* vt quidem refert autor, derogatum etiam est iuri feudali: & textus *in §. naturales si de feud. def. contr.* subiicit tamen, eum fuisse legitimatum: siquidem per rescriptum principis, recte dicit autor: secus si per subsequens matrimonium. Hi enim ex communi & in foro recepta sententia in feudis admittuntur *v. Hartm. Pistor. 2. quæst. 41.*

Recte

Recte iudicatum fuit *Arrest.* 9. Equidem reuera adulterinus ille filius non fuit: neq;. n. iure nostro maritus cum soluta rem habens, adulterium committit: sed vtique ex[illegible]pro filius natus fuit, qui legitimationis habile obiectum non est, vxori quoque vt indignæ recte adempta hæreditas fuit: improprie enim in extremo ait autor, hæreditatem fuisse vacantem.

Certum est, legitimationis obiectum habile, iure nostro tantum esse, ex concubina natos, quæ cum vno solo consueuit. Itaque qui proponitur *Arr.* 10. potuit quidem per dispensationẽ legitimari, sed nimis clementer cum eo actum fuit, dum ad hæreditatem vniuersam admissus fuit.

In natis quoque ex concubina ita obtinet, vt legitimari per rescriptum, ordinario iure non possint, nisi in terminis quos ponunt *Nou.* 74. & 89. si mater aut mortua sit, aut alias non possit, aut non honeste possit in vxorem duci, & pater ipse legitimationem petierit. Quibus concurrentibus omnino pro legitimis habentur, & etiam cum liberis postea legitime natis in successione concurrunt. An ea interuenerint in *Arrest.* 21. nescio, sed & potest princeps hac in re iuri communi derogare.

In terminis modo positis, non est necessum, vt cuiuscunq; alterius consensus requiratur. Sed in legitimatione, quæ fit per quandam dispensationem, ex ratione iuris secus fuerit statuendum: nisi aliter lex aut consuetudo disponat. Quousq; natura feudi in Gallia sit alterata aut mutata mihi non constat: Cæteroquin textus in §. *naturales*, indistincte loquitur, & male ab autore *Arrest.* 12. ad feuda nobilia restringitur.

Nisi forte defectus in eo fuit, quod legitimatio in Curia insinuata non fuerit, quod nescio an essentiale sit, iniustum profecto fuit *Arrest.* 13. Et videntur iudices in eo se fundasse, quod pater eos in testamento dixit bastardos. Quæ manifesto insulsa & vitiosa ratio est: quia intelligi debet ita locutus respectu originis eorum; neque videri potest, voluisse illis per ludibrium legare, & quod ipsis leganerat, hac appellatione ademptum voluisse. Præterea certum est, ius per legitimationem liberis quæsitum adimi illis non posse. Insuper non video, quomodo non pugnet hoc Arrestum cum *Arrest.* 2. & 3. *sup. hoc tit.* quibus dicitur, patrem naturalibus liberis etiam qua talibus donare & legare posse. Et quanto magis legitimatis poterit, vtcumq; appellarit eos bastardos. Hæc non intelligo, qui possint componi, aut defendi.

Arrest. 14. sibi contradicit, requiri tantum patris assensum: & tamen non succedere nisi his, qui consenserunt. Plane vbi iuxta paulo ante positos terminos facta est legitimatio: legitimatus perinde ac legitime natus filius succedet.

Iure communi quoque duo tantum legitimandi modi sunt, qui referuntur in *Arrest.* 16. Ille enim per curiæ oblationem prorsus ab vsu recessit. Sed posterior, qui fit per rescriptum, terminos suos habet, quos diximus; sed quilibet princeps, qui superiorem non recognoscit, derogare iuri communi potest. Quod Nota addit, in legitimatione per matrimonium, requiri instrumenta, ex iuris ciuilis ratione defendi potest, sed iure Canonico liquido falsum est.

Miror libuisse autori hic inde tam ridiculas rationes inserere, veluti *Arrest.* 17. de donatione ab Abrahamo in Ismaelẽ collata. Et quid enim an Abrahamo presbyter fuit? quin Agar volente Sara iuncta Abrahamo, vt tum fiebat aliquando instar vxoris, & omnino Ismael pro legitimo filio habitus fuit: sicut & qui ex duabus ancillis Iacobo nati fuerunt. Liberi sane presbyterorum odiosi sunt: cæteroquin auus liberis legitimis ex filio naturali susceptis, donare & legare potest. *l. vltim. C. de natur. lib.*

Miror *Arrest.* 18. non habitam fuisse rationem legitimationis, & tantum vsumfructum dimidiæ partis donatorum bonorum filiæ legitimatæ relictum: cum præsertim Notator *Arrest. praced.* scribat, quod legitimationes etiam horum liberorum sustineantur, quantum ad donationes: patris enim intelligit haud dubie donationes, nec in aliis vlla sit ratio dubitandi. Cæteroquin, quod ex Paphnutij sententia hic adfertur, facere potest, vt falsum sit, quod de legibus diuinis & humanis *Arrest. prac.* dicitur. Equidem enim veteri Ecclesiæ traditione illicitum habitum est, vt presbyteri & Episcopi ducãt vxores: sed diuina lex nulla est, quamuis Paphnutius alias non censuerit esse presbyteris permittendum, vt iam vxores ducerent, sed qui iam Laici vxores duxerant, presbyteri facti eas retinere possent.

Ostendit quoque *Arrest.* 19. filias presbyterorum aut filios, omnino esse inhabile obiectum legitimationis, & non nisi alimenta illis deberi.

Mirabile est *Arrest. vlt.* & pugnat cum *Arrest.* 5. vbi autor diserte fatetur, quod naturales liberi & bastardi facere possint testamentum. Et quo iure igitur ablata est hæreditas matri, quam filia instituit hæredem? Neq; indigna potest censeri mater, aut si talis esset, fiscus auferret hæreditatem, non frater. Et quo vero iure testamentum non tantum irritatur, sed etiam ab intestato frater & ipse bastardus præfertur matri? Neque enim apparet vlla ratio, cur admissa ab intestato successione aliter hic soccedatur, quam aliis defunctis: & cõmuni iure mater ad minimum cum fratribus defuncti concurrit. Nullam hic rationem inuenire possum: & præterea non vno Arresto sup. etiam dictum fuit, ab intestato defunctis bastardis succedere regem aut fiscum.

Inepte *Arrest.* 2. APPENDICIS liberi dicuntur præsumptiui. Imo præsumuntur magis non esse liberi: & de eo sup. *tit.* 1. diximus.

AD TITVL. IV.

Quibus vt indignis, &c.

DE hac re tit. quoq; 1. *Arrest.* 2. & 22. actum fuit. Casus hic est. Fuerunt duo fratres, fuit & soror vel tertius etiam frater: Frater vnus occidit fratrem, inter fiscum & sororem vel tertium fratrem controuersia est de hæreditate occisi, an ea in solidum ad sororem, an pro parte ad fiscum pertineat. Iure nostro regulariter ita obtinet, vt qui incapaces sunt, non dicantur indigni, sed hi, qui ipso iure capaces sunt, & quibus aufertur hæreditas: & si sub hãc rubricam recte hoc *Arrest.* 1. collocatur, consequens est, vt frater pro indigno habeatur, qui fratrem occidit, &, quomodo, verba rubrica habent, auferatur ipsi hæreditas. Quo, & indignum eum esse, posito, falsum est, quod hoc Arrest. scribit author, hæreditatem adiudicandam legitimis successoribus, & solidam quidem & integram, iuxta *d. Arr.* 22. vbi ita de sorore iudicatum refert. Et hoc ipsum vult Bartol. in citata *l. hæreditas, C. quib. vt ind.* & apertissime *in l. cum ratio* 7. *§. vltim. ff. de bonis damn.* quod

quod ei, qui testatorem occidit vel proximum cognatum, ei hæreditas auferatur à fisco. Ergo penitus falsum est, nec defendi potest, quod hoc Arrest. scribitur, successoribus legitimis ab intestato deferri hæreditatem. Sed facit non pro hoc, sed pro *Arrest. 22. d. tit. 1.* limitatio, quam Bartolus tradit *in d. l. 7. §. vltim.* nisi, qui vult succedere, sit eodem gradu cognatus aut coniunctus defuncto, quo occisor. Et putat enim Bartol. in casu superiori, initio proposito, sororem ad totam hæreditatem admitti, excluso fisco, non autem, vt dixi dubitat Bartol. quin si occisor sit solus & gradu propinquior, ei auferatur hæreditas à fisco, & cæteri cognati remotiores excludantur. Sed hæc opinio Bartoli falsa est, quam in terminis reprobant *Bald. & Salic. in d. l. hæreditas, C. de his quib. vt ind. vtergꝫ in extremo.* Et est solida ratio, quod quæ est ratio totius quo ad totum eadem sit proportionaliter partis quo ad partem. Quod si fratre existente solo, fiscus aufert hæreditatem totam, tamquam indigno: Ergo vbi concurrit soror, vel frater alius eiusdem gradus, auferet fiscus partem. Et quod enim frater deliquit non prodesse sorori, neque ab ea allegari potest, sed tantum à fisco: Dari ad hanc rationem responsum non potest. Et frustra adducit Bart. text. *in l. 2. §. 2. si quis aliquem testar. probib.* Certa enim est responsio, quod fratris factum non noceat fratri se licet, vt hic quoque portionem alias sibi debitam amittat: quod recte Salicetus aduerti: : cæteroquin iuxta opinionem Bartoli, factum fratris fratri prodesset: Hæc latius in quæstione non leuis momenti, & in qua prorsus & author & iudices Galliæ aberrarunt, dicere visum fuit.

AD TIT. V.

De iure primogenituræ.

SEntentia *Arrest.* 1. recte videtur in nota limitari, & restringi ad lucra quædam pecuniaria, quæ in seniorem collata fuerunt: cæteroquin ius primogenituræ ita personale est, vt tamen præmortuo seniore, transeat vel esse incipiat in sequenti, & qui repudiat, hactenus pro mortuo potest haberi. Et exemplum venditi huius iuris exhibent nobis Sacræ literæ in Esauo & Iacobo, fratribus, v. de hac re *Tiraquell. tract. de iure primogenit. quæstio. 3.*

Arrest. 2. non potest defendi: ex quo præsertim defendit & fatetur autor, legitimam nec secundogenitis posse auferri: & puerilis responsio est, quod mala patris administratio faciat hanc cessare. Et præsupponimus, patrem iure suo vsum, & legitima initur ad quantitatem bonorum, quæ est tempore mortis. Et cur ea administratio solis noceat secundogenitis? Et quid si pater alias tenuis fortunæ, aut ob causas iustas & necessitatem rei familiaris consumpserit bona? Et ineptum est ita captare verba consuetudinis, quæ vtique etiam partem adsignarunt secundogenitis liberis in aliis bonis: quæ si introducentes cogitassent, nulla futura esse, disposuissent, expressius aliter, & his de aliis bonis satisfaciendum esse statuissent.

Et quid si nullas huiusmodi ædes quas consuetudo assignat seniori, defunctus reliquerit, sed alia bona, si ῥητὸν sequimur, nihil primogenito debebitur: quod sit absurdum. Et saltem legitimam senior ex ædibus vel castro debebit cæteris dare: quo modo constat, vbi nulla alia bona supersunt, filiabus ex feudis quoque antiquis, in quibus alias filiæ ius habent nullum, dotem & alimenta loco legitimæ esse assignanda. *vers. nec incongrue*, &c. non intelligo.

Quod *Arrest.* 1. TITVL. VI. de generalitate istius consuetudinis in quocunque hæredis genere, tradit autor, falsum est, si fides *Tiraq. in eo tract. p. 2. declarat. 7.*

Arrest. 2. perspicue errat author, dum putat etiam iure Romano in suos hæredes ipso iure continuari possessionem. Ea quidem quorundam sententia, sed & iampridem explosa fuit: & pueri iam norunt, nihil facere citatũ text. *in l cum miles. ex quib. caus. maior.* quam de suis hæredibus tantum loqui, perspicue falsum est.

Fateor quidem, in filio, qui ipso iure ciuili hæres est, facilius præsumi immixtionem, quam aditionem in extraneo. Sed duo nihilominus falsa sunt *Arrest.* 3.

Et 1. quod simpliciter filium v. c. pro hærede haberi ait: nam & hic possit alio animo aliquando id fecisse, 2. quod simpliciter negat extraneum, vendendo res hæreditarias, gessisse pro hærede censeri: Id plane rationi repugnat, & contradicitur ab *Ang. Plat. Schneid. & aliis in §. vlt. inst. de hæred. qual. & diff.* Paul. Castr. male citatus est.

AD TITVL. VIII.

De collatione.

MAle *Arrest.* 1. in genere affirmat res ipsas in specie conferendas esse, nec sufficere, si conferatur æstimatio: cum ipse mox speciali ratione, & ne fraus fieret consuetudini, ita fateatur esse iudicatum: possit enim pater æstimare rem minoris, quam retenta est: vbi præterea manifesta fallacia committitur, æstimationis quam fecit pater, & æstimationis iustæ. Res ipsa conferenda est, aut iusta æstimatio, sed collatio æstimationis iniustæ, & quæ in fraudem facta est, liberare cohæredem non potest.

De specie facti, quam *Arrest.* 2. appellat notabilem, etiam dupondius responderit. Scilicet haud dubie, etiamsi admittamus, rem ipsam esse conferendam, id ita limitandum erit, si res sit penes eum, qui conferre debet: cum nec venditor tradere teneatur, si rem alienauit.

Illud dignum dubitatione videri possit, cuius temporis æstimatio sit spectanda, an quo res vendita est, an quo collatio petitur: quod posterius censuit curia. Sed ego male puto iudicatum: nam aut tum pluris est, quam vendita est, aut minoris: Illo casu iniuria fit cohæredi, cur enim plus conferat, quam accepit? hoc iniuria fit cæteris cohæredibus, cur enim lucrum sentiat, qui vendidit? Ego non dubitem conferendum esse precium, quod accepit, si bona fide vendidit, nam si in fraudem vendidit cohæredum, tum demum non loiquum forte fuerit, vt conferre teneatur, quanti tum res est, cum collatio fit: quoniam si non vendidisset, tãto plus esset in hæreditate. Idq; procedit, vbi pluris est res tempore collationis, quam ex venditione eius redactum fuit.

Arrest. 3. pro *non possunt* reponendum est, *non necesse habent.* Quis enim eos prohibeat differre? Remedium cautionis certo iure traditum est.

Nemo

a

Nemo dubitet, quin dos sit conferenda: De fructibus ita disputat Notator, quasi quid in his mutatum sit, & tamen ait præstandos esse à tempore delatæ successionis: quod ipsum Arresto definitur.

Iniuriam infert autor *Arrest.6.* Bart. Bald. & aliis, dum adscribit illis, quod censeant libros conferendos. Minime simpliciter hoc tradunt Dd. sed variis distinctionibus & declarationibus vtuntur, v. de hac re & impensis studiorum *Dd. in l.1.§. nec castrense & ibi inprimis Bart. de collat. in l. filiæ 18. C. fam. ercis. & in l. si donatione C. de collat. & in auth quod locum C. eod. Vital. de collat. q.18. & inprimis Hartm. Pistor. lib.1. q. 19.* W*esenb. cons.*80.

Arrest. 7. in pr. autor non intellexit bene N 18 *cap.6. auth. ex testamento, C. de collat.* Male putat ex ea faciendam semper esse collationem, nisi expresse eam fieri prohibuerit testator. Non animaduertit bonus vir, fuisse olim ita ius, vt etiam quæ ordinario iure erant conferenda ab intestato, veluti dos & donatio propter nuptias, non conferrentur prorsus, si pater testatus decessisset. Et omnino testamento facto cessabat collatio. Hoc sustulit Iustinianus, & etiam testamento facto, voluit ista, quæ diximus conferri, nisi collationem vetuerit pater. At enim ea constitutio non pertinet ad ea, quæ regulariter non veniunt in collationem, ex quorum numero sunt, quorum ipse meminit autor *Arrest. princ.* sicut impensæ studiorum: est quoque donatio simplex, exceptis singularibus casibus, de qua re prolixe tractant *Dd. in l. [illegible] donatione 13. & in l. illud penult. §. vlt. C. de collat. & in auth ex testamento, C. eod. vbi Iason num.* 10, hanc opinionem ait esse communem. Res autem non habet dubium, vbi pater quid alicui præcipuũ habere voluit, cum possit inæquales partes facere: itaq; nec dubium est, quin cæteri liberi conferre teneantur, qua de causa *pag. 613. prima col. in vers. nam quamuis* legendum erit, Non desinet. De fructibus dotis, quos percepit maritus, non puto ab vllo dubitari, quin non sint conferendi à filia: & ratio ab autore allegata, ideo inepta est, quoniam fieri non potest, vt præcisa adeo æqualitas seruetur: sed de fructibus aduentitiorum bonorum fere interpp. arbitrantur, si eos perceperit filius, quoniam regulariter ad patrem pertinent, esse conferendos: de qua re vide *Vitalem d. tract. quæst. 8. Iasonem in l. vlt. C. de collat. nu.3. & in auth. ex testamento, C. eod. nu.* 2.

Porro *Arrest. col.* siue discursu nimis impingit autor *in vers quo ad alterum*, aut male saltem loquitur. Codicillis nimirum factis, locum esse collationi verum est, sed scilicet quo ad res, quæ collationi alias sunt obnoxiæ: sed quod illi ex liberis filius vel filia, quibus est præ cæteris aliquid relictum, vel plus relictum, debeant istud conferre, vt quidem existimare non obscure videtur autor, falsum manifesto est. Quod enim ita legatum vel relictum est vni, in collationem haud venit, quoniam id liberi capiunt iure extranei, qui vtique non confert relictum, quod sua vna cum hac ratione manifesto expressum est, *in l. 10. & 16. C. de collationib. Vers. alius diuersus*, quod proponitur, non habet dubium, si pater expresse dixerit, se velle, vt filius id præcipuum sibi retineat: cæteroquin vtique post dispositionem nouam, de qua sup. licet testamentum pater fecisset, conferendum esset. Quod donatio simplex collata in liberos non conferatur, supra diximus. Id *in f.* aliquot modis limitat autor: Et limitatio prima est in citato textu. Et casus reliqui duo non habent dubitationem. Sed quod donationem simplicem, quæ collata est in filium emancipatum, conferri paulo ante dicit, scio quidem id à non vno probari: sed ego eam sententiam falsam esse probaui *ad Treutl. de collat.* & est quoq; sententia ea quam defendo, glossę, quamuis pleriq; ab ea discesserint, vt notat *Salic. in d. auth. ex testamento, C. d. collat. in fin. v. de eo late & accurate Iason. ibid. nu.14.*

Equidem *N.18. cap.6.* requirit expressam prohibitionẽ collationis, quæ ratio mouere potuit curiam. Sed puto male iudicatum nihilominus; & pro intermedia sententia facit duplex ratio: vna hic proponitur, quod captandum non sit verbum, illud, *expressim* & quod sufficiant verba æquipollentia. Nec dubium est totum hoc pendere à voluntate patris, vt satis patet ex *d. cap.6.* Quis autem dubitet, patrem noluisse conferri, quod ita filio donauit, vt diceret se velle *residuum* diuidi æqualiter inter fratres. Et si dicimus aliter, verbum istud *residuum* nihilo petabitur. Sed & accedit, quod pater post testamentum ita donauit: Iustinianus autẽ loquitur de illo casu, quo ante testamentum, quid datum fuit. Sed altera ratio hic omissa potior est, quod sine controuersia *d. N.* pertinet ad ea, quæ natura sua & ordinario iure sunt obnoxia collationi: & donatio simplex nõ confertur, si non iusserit conferri eam pater: & ea de qua hoc Arr. tractatur donatio, pro simplici recte habetur.

Arrest. vlt. est relatiuum ad superiora. Cæteroquin si intelligit filiam, quæ hæreditati renunciauit, præmortuam, & renuntiationem eam putat obesse nepotibus, errat, & communissimæ plane sententiæ Interpp. & in praxi receptæ, repugnat.

Ad partem secundam *Arrest.1.* Appendicis v. quæ tractant *Bald. in auth. ex testamento C. de collat. a.12.* W*esenb. in paratit. collat. nu.3. Sichard. in l. filiæ 18. C. fam. erc. nu.10. Gail. 2. obs. 91.* Et vera est sententia autoris, in sumptibus conuiuij & aliis id genus, qui pereunt. Quod si tales sint sumptus ex quibus aliquid exstet apud filiam, veluti gemmæ, annuli, ea sane cõferenda erunt: quamuis & quoad hæc *Bald. &* W*esenbec.* sed male, dissentire videantur.

Arrest. vlt. liquidum est. Qui contentus est re à patre accepta, nec vult succedere, conferre id non tenetur. *l. filiæ 4 in pr. C. de collat.*

Quod *Arr. vn. nt.9.* de iure deliberandi, proponitur de 40. diebus, repugnat iuri communi: quo nõ debet tempus dari nec amplius nouem mensibus *l. vlt. § & hæc quidem 13. C. de iure delib.* nec minus centum diebus *l.2. ff. de iur. delib.*

AD TITVL. X.

De hærede cum beneficio Inuentarij.

CONsuetudo quæ refertur *Arrest.2.* videtur mihi plane irrationabilis, vt, quomodo præcipue ex Nota intelligitur, qui simpliciter vult adire hæreditatem, licet remotior præferatur proximiori, qui vult adire cum inuentario. Nam cum beneficium Inuentarij iure concessum sit, nemini iniuriam facit, qui eo vtitur: nec ob id quia eo vtitur, debet amittere hęreditatem. Et vero quid si proximior, qui alibi habitauit, ignoret vires hęreditatis, & ideo postulet id beneficiũ, alius remotior cognatus facultates magis habeat perspectas? Quia ampliua ita possit ditior aliquis, vt excludat pauperiorem, & inuidia vel odio doctus profiteri se hæredem simplicem. Prorsus nihil est absurdius, quam vt ex hac causa ius quæsitum proximiori, auferatur: maxime, cum etiam contra hæredem ex testamento hoc admittar

mittit author, quod longe absurdissimum est. Quid autem est *inf. Arr. de haerede cognato & proximo, quamuis in pari & remotiori gradu esset.* Haec quidem inter se pugnant.

Quid est *Arrest.* 1. A P P X N O. quod de haeredibus seqq. dicitur? an forte *creditoribus* legendum. Et tamen non inquirere necesse habet, sed illis, qui primi occurrunt, post legitimam denuntiationem, soluere potest.

Aequitatem habet *Arrest.* 3. vt in haereditate computetur, quidquid filius cum aliis succedens cōferre teneretur. Inepta autem ratio est de duabus causis lucratiuis. Caeteroquin, qui adit cum iure inuentarij, est quidem etiam haeres, sed non modo eo plane, quo haeres simplex, contra quam male videtur autor sentire: & in primis verum non est, quod de confusione ait, quoniam constitutum expresse est, quod non confundantur actiones & obligationes, quae inter defunctum & haeredem fuerunt, iuxta *l. vlt. §. in computatione* 9. *C. de iur. delib.* quod profecto a veri haeredis natura & conditione alienum videtur, imo prorsus est, & repraesentationi quoque repugnat. Et post d. constitutionem, nullis rationibus, tantū abest, vt optimis & iuridicis (vt male appellat eas autor *Arrest.* 4.) defendi potest, quod creditores ob debita defuncti, in haereditate cum inuentario, bona propria agere possint. Sane si ipsis bona defuncti hypothecae obligata fuerunt, & ea possidet haeres, contra eum, quin hypothecariam actionem mouere possint, dubium non est, neq; puto aliter iudicatum fuisse. Sed autor passim omnia confundit, & hic inuoluit contradictionem, dum scribit, in haereditatis bona propria posse agi personali & hypothecaria actione, tanquam possessorem bonorum defuncti.

AD LIBRVM XXII.

TITVL. I.

De crimine laesae Majestatis.

SVpra diximus & confirmauimus Principes Germaniae, quo gradu & Princeps Sabaudiae olim sub Imp. fuit, non absolute agnoscere superiorem, sed habere & ipsos quoddam ius *αὐτονομίας*, vt in ipsos quoque, non tamen eodem gradu & grauitate crimen laesae Majestatis committatur, atq; ita accipiendum est *Arrest.* 1.

Maiestatis crimen habet suam latitudinē, magis proprie dicitur, vt *in l. vlt ad l. iul. maiest.* caeteroquin varie id patet, vt ex iam d. t. apparet, & tyranni saeuiq; principes atrocius id exercere, & plura sub hoc crimen tenocare solent, vt apparet ex his, quae Suetonius, Tacitus, alij de Impp. Romanis scribunt. Potest & criminis huius species constitui, in contemptum mandatorum principis, a[...]m speciem pertinet, quae *Arrest.* 2. refertur, du[...]odo iustissima sit causa huiusmodi mandatorum, & in contemnente aut contra pertendente sit dolus & pertinacia: & praeterea, nō eodem genere poenae, quo verum maiestatis crimen, istud delictum coerceatur.

Arrest. 3. debebat speciem criminis exprimere: nam vt dixi pro principum libidine hoc crimen latius patet, & adeo criminis talis reum aliquando vltimo non affici supplicio, nihil mirum, quamuis saene carceris perpetui poena, aequalis sit capitali.

Quod ad *Arrest.* Appendicis pertinet, scio a quibusdam in dubium vocari, an omnino clericus in Principem Laicum cōmittere possit id crimen. Et vtiq; non potest committi hoc crimen proprie nisi a subdito, atquin clerici omnino se exemptos esse laicae iurisdictioni iactant. Quae ratio facit, vt omnino concludendum sit, clericos vt maxime committere possint crimen istud, ratione territorij, & aliis considerationibus, attamen eos non committere id eodem gradu quo laici: & ob id mitius esse puniendos. *v. Clar. §. laesa maiestas num.* 7. *Bocerum de crimine laesae maiest. c.* 1. *nu.* 18. & 19.

AD TIT. V.

De Homicidiis.

ARrest. 1. male Mingonius a poena mortis absolutus fuit: nulla enim ratione haec potest vocari iusta defensio aut repulsio, vt quis occidat eum, qui tantum iniurias verbales infert, quas ex certa ratione, iudicio vindicare debuit. Neq; vlla alia ratio est permissae priuatae defensionis, quam quod vita laesa iudicio reparari non potest.

De materia *Arrest.* 2. dictum est sup. d. ostiariis *lib.* 6. *tit.* 7. *Arrest.* 10.

Quaestio vulgata est, an qui occidit vnum pro alio, teneatur homicidij poena: sunt, qui negent hac ratione, quod absit dolus. Sed et ea ratio ineptissima, quoniam satis est, animum adfuisse occidendi hominis: Itaq; si quis cum proposito haberet occidendi Titium, vel per errorem, vel quacunq; alia ratione occidat Sempronium, cum forte hic a tergo staret Titio, & hic declinaret ictum, poena ordinaria homicidij tenetur. Itaq; male iudicatum fuit *Arrest.* 5. *v. Clar. in §. homicidium nu.* 6. *Gomez.* 3. *resol.* 3. *nu.* 34. *Fachin.* 1. *contr.* 37. *Tessaur. decis.* 243.

Arrest. vn. Appendicis ait autor, *dicendum esset de iis, &c.* quasi vero his consarcinatis centonibus materiae istae exhaurirētur. Caeteroquin iure nostro reus homicidij est, & lege Cornelia tenetur, qui hominis occidendi causa cū telo ambulat. Sed ab isto iure communissima consuetudine recessum est, teste *Clar. lib.* 5. *§. fin. q.* 29. vbi plurimos allegat. Ex causa tamen (est enim id arbitrarium) possit irrogari poena mortis, *v. Clar. d. loco & §. homicidium nu.* 14. De homicidio in turba & a pluribus commisso v. omnino distinguentem *Clar. §. homicidium nu.* 37.

AD TITVL. VI.

De crimine raptus.

POtest magistratus laicus, poenas iudicere matrimoniis clādestinis, & pacta dotalia irritare, iuxta *Arrest.* 4. sed de nuptiarum validitate cognoscere, pertinet ad iudicem Ecclesiasticum. Colligo ex Arrestis istis pro raptu haberi clandestina sponsalia, sed sane valde improprie, raptus enim nō est: & qui ex Interpp. statuunt raptum a foemina cōmitti posse, *vt gl. Bald. num.* 23. & *alij in l. vn. C. de rapt. virg. Clar. §. raptus nu.* 6. intelligunt, non raptum vt accipit autor, & male putat, sed verum raptum, dicunt enim, hoc raro contingere, persuasiones autem foeminarum clandestinae non sunt infrequentes.

In *pr. Arrest.* 5. nec ratio dubitandi est, quin imo propter ius potestatis, aut solius consensus sufficit, *Loratione* 16. *§.* 1. *de rit. nupt.* Aut materni aliam rationē esse palam est. Rursus autem hic abutitur verbo *raptus*.

Iure nostro legitimae statim sunt nuptiae, si etiam non requisito patre sciente tamen alias, contrahantur

tur *l.5.C.de nupt.* An retrotrahatur ratihabitio secuta, si patre ignorante nuptiæ cõtractæ sint, disputatur. Et magis videtur, vt ex tempore ratihabitionis, demum incipiant valere, per text. *in l dotis 86. de iur. dot. l. si vxor 13. §. si quis 6. de adult. in pr. Inst. de nupt. v. Cuiac. 3. obs. 5. Cont. 1 disp. 7. Hottom. ill. quæst. 9.* Fecerit autem recte pater, si ratihabitione secuta, dotem dederit. Sed verum est sane, quod ad hoc cogi non possit : iuxta *Arrest. 7.*

Arrest. 8. verus raptus est, & merito morte multatus reus.

Si autor *Arrest. 9.* putat matris consensum, vbi pater non est, Iure ciuili esse de essentia matrimonij, sicut patris, haud dubie errat, matris quidem consensum si negligat filia, non leuiter peccat, quæ sententia est citatæ *l. 19. C. de nupt.* sed non ob id nuptiæ sunt nullæ. Mulctari tamen possunt, qui ita contrahunt.

Dura est sententia *Arrest.* 1. Appendicis : & esse tamen eam communem testatur *Clar. lib. 5. §. raptus num. 3.* vbi etiam pro raptu haberi ait, si quis blanditiis seduxerit puellam, sed hic sane pœna odiosa cõstitutionis satis duræ non habebit locum. Prorsus sententia huius Arr. non potest habere locum Iure Canonico, per text. expr. *in c. pen. & vlt. de raptorib.* quæ sententia humanior est.

Arr. 2. debebat explicare, quomodo raptus puniatur in liberis natis: Vtique in corpus puniri non possunt : sed nec ex ratione iuris Can. si accesserit postea mulieris consensus, pro illegitimis haberi possunt per *d. cap. pen. & vlt. de rapt.* Bona forte raptoris aut pars, confiscari possunt.

Miror, quo iure tutia iudicare potuerit Arr. 4. super nullitate matrimonii : nisi forte ob omissas solennitates, requisitas à Concilio Tridentino: & ea tamen cognitio Ecclesiastica est.

AD TITVL. VII.
De damnato coitu.

AN in delictis atrocissimis possit ordinaria pœna puniri conatus qui ad actum proximum peruenit, v. *Clar. lib. 5. §. vlt. q. 92. n. 9. & in §. Sodomia n. 8.* & vtrobiq; magis probat sententiam mitiorem & pœnam extraordinariam contra *Arr. 1.*

Durius quoq; est *Arr.* 2. quod libidinem fœminarum in fœminas morte damnat: nec in *l. fœdissimam C. de adult.* licet eam ita Intelligas, cum quibusdam pœna mortis irrogatur.

Non capio, quomodo defendi possit, quod Nota habet ad *tit.* 8. eum qui sollicitauit quondam meretricem, capite plectendum, neq; hoc citatus textus vllo modo probat: nec vllam habet rationem.

AD TITVL. IX.
De Adulterio.

ADulterium iure diuino & ciuili capitale est : Itemque constitutione Crim. Caroli V. sed his non obstantibus plerisq; locis Germaniæ mitius punitur, constat quoq; in Gallia capitale non esse, idq; hic ant. ostẽdit. Constitutio autem noua Iustiniani, nimis clemens in fœminas merito partim reprobatur: quamuis Arr. huius tit. ostendant, eam in Gallia seruari: & tamen autor prauo iudicio putat *Arrest.* 5. quod fustigationem decreuit, nimis fuisse durum : cum tamen ipse Iustin. quoque verbera decernat.

Non dubium est, quin famulus in specie *Arrest.* 4. fuerit verus adulter etiam citra illas circumstantias. Sed sane adulterium moribus Galliæ non solet capitaliter puniri : nec citra illas circumstantias punitum fuisset.

Arrest. 5. miror disputari de dote adulteræ, cum liberi supersunt. Est enim expeditissima ratio, vt marito quidem dos detur & relinquatur, sed quam liberis reseruare cogatur, nisi forte liberos ex alio marito intelligit: Quo sensu vir, cuius vxor adultera est, pro parricida haberi possit, ego non intelligo: nec apud Archid. aut Bal. citatis locis, quidquã tale.

Quam impios oportet esse iudices quorum meminit *Arrest. 6. in f.* qui maritos accusantes vxores adulterii, cum risu excipiunt & dimittunt: cum crimen hoc Lege Dei sit capitale.

Quid sibi velit *Arrest.* 10. dum ait, quod *Auth. incestas, C. de incest. nupt.* non habeat locum in concubinatu & fornicatione, non satis intelligo. Aut an putat si quis stupretur consanguineam, vel pro concubina teneat, non puniri iuxta *d. auth.* sed tantum si eam in vxorem ducat. At enim ille grauius peccat, quam hic, qui videtur bona fide egisse, & ignorantia peccasse. Quod ex circumstantiis erit æstimandum.

Arrest. 11. proponit, heredes se opposuisse. At enim lucrum quod aufertur, non ad eos pertinet, sed ad fiscum, quia aufertur tamquam indigno: vt ex citato textu apparet.

Quam bene agitur cum mulieribus adulteris in Gallia, quæ etiam adulterii conuictæ, ad solam intercessionem mariti, omni pœna liberantur. Miror adeo prorsus nullam rationẽ haberi Legis diuinæ.

Valde rarum casum oportet esse, qui proponitur *Arrest* 13. vt fœmina nupta iuret vel iurare velit, ex alio quam marito se esse grauidã, neq; hic casus vllo modo textibus citatis proponitur, sed de iuramento, quod mulier detulit, & alius præstitit. Sed ita sane alias est, quod versatur hic Interesse partus, pro quo præsumitur, vt maxime mater sit adultera : & hoc non obstante partus legitimus esse potest *l. miles 15. quæ propter 9. de adult.* & pro matrimonio & legitimum filium esse sc. cũ limitatione *d. Arr.* semper præsumitur, vt docent plurib. *Menoch. 2. præs. 53. & de arbitrar. lib. 2. cent. 1. casu 89. Mascard. de probat. concl. 798 Ant. Gab. lib. 1. comm. opin. tit. de præsumpt. conclus.* 14.

De causa expellendi conductoris, cuius mentio *Arrest.* 14. tractant Interp. *in l. æde 3. C. Locat.* & recte eã simpliciter probat *Salic. n. 9.* quamuis *Cyn. n. 2.* & alii distinguant: quos non debebat decipere textus Iuris Ethnici Rom. veteris, quo etiam in domibus honestorum virorum lupanaria tolerantur : quod nunquam tolerabit pietas Christiana.

Sententia reprobata *Arrest.* 16. forte magis est cõmunis, vt videre licet ex *Paul. Castr. in l. sororem C. de his quib. vt ind. & latius consil. 147. part. 2. incip. Reuocatur in dubium. Iason in l. [illegible] r. sol. matrim. n. 6. Felin. cap. pastoralis* 14. *de iudic. n. [illegible] & 7. & ibi additionat. Hippol. sing. 234. Petr. de petra san. sing 48 Lopez. Tract. de Lucris matris cap. 11. §. 67.* quamuis in bonis propriis vxoris adeoque & in dote sententia Alex. commode defendi possit, quam & fere communiorem hodie esse testatur Clarus in §. stuprum. Sed quod etiam in Doario, quod ex viri bonis ad vxorem peruenit, idem statuit author, prorsus defendi non potest.

Nimis lenis pœna est in Abbatem adulterum, mulcta pecuniaria, de qua *Arrest.* 17.

Arrest. 18. quo tantum marito datum est ius accusandi, directo pugnat cum iure ciuili, tum veteri,

quo

qoo ius omnibus accolandi, vtpote at communne publico coopetuit: tum reeentiuti, quod id quidem aliquatenus r. ttrictum, ied tamen alijs quoque perfoois concessum *l. quamuis 30. C. de adulter.* Quod vxor matitum accuíare non puteſt, conuenit cum iure ciuili *l. 1. C de adult.* Sed iure Can. aliod exiſtimatur *W'eſenb. in parat. de adult. nu. 12.* & probat eooſtitutio *Caroli criminalis c. 120.*

De materia *Arreſt.* 20. integrum tractatum ſcripſit Coraſius. Sed *inf.* ineptum eſt, quod ſeptem crimina cumulantur: Vnum enim tantum eſt crimen falſi, quod autor in duo diſpeſcit, falſi nominis & ſuppoſitæ perſonæ. Neq; verus bic raptus eſt, multo minus ſacrilegium: & valde inepte hoc probatur ex metapborica locutioo e Imp. *in l. quamuis 30. in f. C. de adult.* Ineptius etiam dicitur eſſe furtum, & potuiſſet huc allegare, quod non vno in loco furta Veneris appellantor. Sed iſte tamen palam fecit, & hac ratione ex quolibet quoduis effecerit. Neque plagiũ proprie eſt. Illud vero adhuc ineptius, quod iure diuino adulteros pœna ignis coercitos refert, ad quod ridicule dicta Scripturæ detorquentur. Duplex proríus tantum crimen eſt, falſi & adulterij.

AD APPENDICEM.

Magna & indigna variatdu deprebenditur in coercendo hoc delicto, in quod modo leniſſime, modo mortis pœna animaduerteretur, vt in *Arreſt. 1. & 4.*

Præſcriptio quidem quinquennij iure noſtro obſtat accuſationi adulterij, ied quod ſimpliciter poſt mortem mariti, non poſſit vxor poſtulari rea hulus criminis, nuſquam traditum eſt, itaq; *Arreſt. 3.* cum iure ciuili, quio & cum ratione pugnat.

Lege Iulia marito quendam adulterum occidere licet, deprehenſum, vxorem occidere non licet *l. marito 24. de adult. Paul. & Papianus in collat. L.l. Moſaicarum tit. de adult.* ſed ſi tamẽ id fecerit, & alium quoq; adulterum occiderit, mitius punietur, *Pap. d. loco l. ſi adulterium 38. §. Imp. de adult. l. Gracchus 4. C. eod.* & licet interficiat non deprehenſum, tamen non iniuſtæ iræ aliqua ignoſcendum eſſet: adeoq; plus æquo & durius animaduerium fuit *Arreſt. 5.*

Ratiooes quibus vſus eſt Ærodius *Arr. 9.* ad probandum, quod ancilla eſſet grauida ex domino, præſertim hodierno genere ancillarum, putidæ proríus & pene ioculares iunt, & iodignæ refutatione, ſicut & falſum, quod vxor Romanis ancillæ loco habita fuerit, & argum. à coemptione oon minus eſt ineptum.

Ait *Arreſt. vlt.* crimen adulterij ab hæredibus intentari poſſe: ſi vxor intra annum luctus peccauerit. At enim id vtiq; adulterium non eſt, & ſi intelligit adulterium aliud viuo marito admiſſum, non video, quomodo ſtuprum iſtud, facere poſſit, vt tanto magis adulterij poſſit poſtulari vxor ab hæredibus, quibus alias ius accuſandi, vt ſupra noo ſemel dixit autor, non competit, nec adeo ius petendi duarij, &c. querela nõ tranſit in hæredes, vt & cenſet *Paul. de Caſtro conſ. 402. part. 1.* Sane ſtuprum ſolum io viduitate commiſſum ſufficit, vt vidua priuetur his, quæ à defuncto marito acccpit, per ea, quæ paulo ſuperius diximus.

Arreſt vn. de incendiariis debebat cauſam abſolutionis adducere, neq; enim poteſt defendi, quod ſemper in bis terminis reus debeat abſolui v. de bac materia *And. Gail. 2. obſer. 21. Faebin. 1. contr. 87. Rol. à Valle lib. 2. conſ. [illegible] Menoch. 2. arbitr. caſu 390. Gramm. deciſ. 3.*

Ad *Arreſt 5. tit. 12. v.* omnino diſtinctionem *Clari §. falſum nu. 32.*

Sententia, quæ proponitur *Arreſt. 6. tit. 12.* non pugnat nec cum textu ibi citato, nec eum Azonis opinione, quod falſo ait author.

Nimis generaliter affirmatur *d. tit. 12. Arreſt. vlt.* periurum non fieri infamem. Nam i. iure Can. infamis eſt *c. infames 6. quæſt. 1. Tiber. Decian. lib. 6. crim. c. 13. nu. 11.* Deinde & multis caſibus iure ciuili infamis fit, vt docet *Decian. d. loco.* quin imo diſerte ſcribit *Iaſon in §. Item ſi quis, Inſt. de action. nu. 66.* quotiescunq; ſententia fertur ſuper periurio, & periurus punitur, toties eum fieri infamem: quod & perſpicuam habet rationẽ. Et ideo *in tit. d. his qui not. inf.* non fit meotio periuriorum, quia non ſolet regulariter de periurio quæri, *arg. l. 2. C. de reb. cred.*

Crudele eſt *Arreſt. 2.* appendicis, quod nec iure, nec autoritate alia, nec, puto, iuſta ratione probari & defendi poteſt. Nec enim falſi crimen regulariter capitale eſt: ſed poteſt tale fieri ex circumſtantiis atrocioribus, quæ iſto caſu non occurrunt.

Arreſt. vlt. tit. 13. recte ſe habet. ſed falſa vtitur autor ratione; corruptione enim facta iam perfectum eſt delictum, neq; is nodus eſt conatus; neque hoc dicit Baldus male citatus.

AD LIBRVM XXIII.

TITVL. I.

De carceribus priuatis.

Incarcerare eſt actus iuriſdictionalis & Imperij: itaq; priuato eum exercere non licet. Quod pro ratione adducit autor, ineptum eſt. Et Baldus hoc ait *in l. in ipſius 5. C. fam. erc.* quod qui iubet aliquem conſtringi vinculis, inimicus eius eſſe & eum odiſſe cenſeatur, quod veriſſimum eſt, ſed non probatur inde, quod priuati carceres ſint illiciti.

An carcer pro pœna eſſe poſſit, quod attingitur in Arr. Appendicis v. *Clar. §. vlt. l. §. 5. q. 70. Gail. 2. obſ. 26. nu. 7. Damhoud. prax. crim. c. 16.* nec repugnare videtur omnino iuri ciuili, arg. *l. 3. §. qui pecun. 16. de ſuſp. tut. l. 1. §. vlt. d. aleatorib. add. Ant. Delrio ad l. tranſigere 18. C. de tranſact. nu. 45. & 46.*

Arreſt. 1. de carcere effracto, parum ſubtiliter diſputat, & illud *in fin.* prorſus abſurdum, quod vbi reus carcere effracto elapſus & ex fuga retractus eſt, putat tantum cognoſcendum ſuper crimine priori, nec pœnam irrogandam propter effractionem: Etenim ipſa effractio carceris ſeparatum & proprium crimen eſt, adeo vt non deſint, qui etiam effractorem, quamuis alias inſontem criminis, capitaliter puniendum putent: de qua re *v. Gomez. 3. reſol. 9. nu. 11. Weſenb. in parat. de effract. Mynſ. 6. obſ. 98. Rol. à Vall. lib. 1. conſ. 7. nu. 47. Couarr. 1. var. reſol. a nu. 2. Damhoud. pr. crim. c. 18.* Plane qui citra violentiam euadit & negligentia cuſtodis, mitius puniendus eſt, non autem plane id impune habere debet, vt male factum *Arreſt. 3.* nec video quomodo ex autoritate Curiæ dicatur conſilium cepiſſe, quod dederat Aduocatus, qui ſane ob improbum hoc conſilium fuerat mulctandus.

Qui reum eximit, dicitur teneri crimine læſæ maieſtatis *l. 4. in f. ad L. Iul. maieſt.* ſed & loquitur iſte locus de cõfeſſo, & quidem criminis Reo, & vt puto, etiam capitalis. Forte, quia is videtur peccare cõtra populum Rom. qui ſibi olim ſoli ius ſtatuẽdi de capite ciuis reſeruauerat. Atquin in ciuilibus & pecuniariis cauſis, ea ratio ceſſat. Et tamen ſi vis adhibita ſit, incidet hoc in crimen vis publicæ, quod addendum eſt ad *Arreſt. 1. tit. 3.*

Nimis leuis est coercitio *Arr.2. d.t.3.* & quod pauper erat Reus, debebat corporaliter coerceri, quam & si diues fuisset, mereretur: & nota est vulgata regula: Quod qui non habet in ære, luere in corpore debeat.

Pœna *Arr. Append. d.t.* capitalis ob stuprum, nimis grauis est: cum adulteria præsertim tam leniter in Gallia coerceantur: nec aut qualitas amanuēsis aut filiæ præsidis sufficiens est, ad tam atrocem pœnam iostificandam: consequenter, & qui causam euadendi præstiterat citra vim, iure non affectus fuit pœna capitali.

Puto in materia *Arrest.1. Tit.4. De incestis nupt.* Baldi opinionem esse veriorem: quatenus *Auth. incestas C. de incest. nupt.* confiscationem bonorum irrogat, & prætereà citra sententiam, quod vtrumq; abit à iure communi. Sed cum in Gallia bona damnatorum confiscentur, non magnus erit huius disquisitionis effectus. Puto etiam tantum pertinere eam auth. ad incestum iuris ciuilis, non iuris Canonici, quo longe latius prohibitio graduum porrigitur, vbi subineptus est author; dum ait, quod LL. ciuiles noluerint sequi prohibitionem Canonicam. Et qui enim sequi potuerint, quæ longe sunt anteriores. De cingulo quiq; Veneris nugas agit.

Arrest.3. recte se habet: neq, enim in delictis dolo admissis minores excusantur, sed ob ignorantiam iuris, si qua ea excusabilis est.

AD TITVL. VI.

PRæpostera ratio est iudiciorum & legum, vt neglectis ll. diuinis, adulteri quidē leuiter, sed miseri fures atrocissime puniātur: Et quis nō miretur atrocitatem suspendij, in eum, qui tantum crumenam soluerat in tantum inerant 60. solidi, & forte primum furtum id fuerat, neque video, qua ratione aut colore ea seueritas, quin potius crudelitas excusetur: cum satis laborent rationes, quibus pœna capitalis pro tertio furto defendatur.

Quo vero iure & qua ratione defendetur, quod *Arrest.* 2. author tradit, pro furto domestico etiam primo, quem damnari regulariter debere ad mortem. Dura & barbara hæc sententia est: cum domestica furta potius mitiori pœna sint digna: Limitat id author quidem, vt procedere dicat in furto magno, & cum effractura. Sed non explicat, quam fracturam intelligat: cæteroquin violentæ effractiones per se, vt plurimum sunt pœna dignæ capitali. Et Notator præterea contradicit isti limitationi, dum exemplum refert puellæ suspensæ ob furtum domesticum 50. tantum libratum. Et suauis est dum subiicit, istud aduersari iuri ciuili. Et quis enim sanus de hoc dubitare possit? Huiusmodi opiniones & sententiæ imitandæ minime sunt: & illas potius sempiterna obliuione sepelire, quam scriptis tradere fas erat.

Priuata authoritate non licet vtiq; intrare ædes alienas inquirendi furti gratia. Sed ipsa ratio suadet, licet textu deficiamur, vt Iudex id ex iustis causis, & ob cōcludentia indicia facere possit, & permittere, quod & vsus obseruat. teste Claro *in § furtum nu.3.*

Appendicis Arresta sunt sæua & sanguinaria: vt qui saltem zonam aut loculos abstulit, protinus suspendatur: Allegatur quidem qualitas loci, sed ea sola iustam proportionem facere numquam potest. Et quid mirum si ita sæui illi fuerunt in fures: cum iuxta *Arrest. tit.9.* etiam his, qui vinum aqua corruperunt, interdictum id sit sub comminatione suspendij: o Dracones.

AD TITVL. X.

De conatu.

ARrest.1. h. t. mire sibi contradicit. *Arrest.1.* in homicidio, raptu, &c. non puniri conatum. His mox opponit delicta minora, in quibus sufficiat crimen cœptum esse, & adducit *L.1. de extraord. crim.* At quomodo potest crimen minus & leue esse, quod punitur capite? At rursus pugnat. Ait: in leuioribus criminibus, existimatur, non puniri conatum & intentionem: à quibus distinguit atrociora; in quibus conatus & intentio adeo punientur. Arquin num leuiora sunt crimina, homicidiū, raptus, &c. in quibus initio negat puniri conatum? Hæc nec Apollo possit componere. Nos supra monuimus, iure ciuili etiam eum, qui hominis occidendi causa cum telo ambulauit, in L. Cornel. incidere. Sed & hoc dicimus, huiusmodi sanctiones, & quæ super hoc & aliis delictis, quoad conatum & ordinariā eius pœnam LL. ciuilibus fuerunt sancita, (extra atrocissima crimina, velut Sodomiam, &c. esse generali consuetudine sublata, velut hoc post alios attestatur *Clar. in § Sodomia, & in §. homicidium nu. vlt. & in § vlt q.92.* Et scilicet generali illa consuetudine sublata est pœna ordinaria, non vero omnis pœna, vt male videtur existimare autor *Arrest.* 2. vbi proponit istud tamquam exceptionem, quod qui conatus fuit eximere, in multam fuit condemnatus. Vtiq; enim pœna grauiori dignus & multatus fuisset, si delictū perpetrasset. Nec quisquam sanæ mentis potest dubitare, quin qui in atrocibus delictis prope ad effectum peruenit, coercendus sit extra ordinem. Cæterum citatus Bartolus non loquitur ibi de eximente, vel eximere conante, sed de eo, qui pecuniam accepit, vt alij faceret negotium, & non fecit, *l.3. §.1 de calum.* vbi Bart. notat, affectum puniri, vbi eum solum Lex notat, effectu non considerato. Quamquam in eo fallitur Bart. existimans nudum esse affectum. Et enim reuera ibi est quædam perfectio delicti, quando quis accipit pecuniam, vt alteri facesseret negotium. Subinepte loquitur autor, dum ait, eximentem puniri, licet repulsus fuerit. Neque enim potest eximens aut eximere dici, qui quominus eximeret, fuit repulsus.

Arrest. quoq; 3. durius est, & repugnat generali supra dictæ consuetudini, & diserte scribit *Clarus. §. homicidium num. vlt.* quod qui alicui inflixit vulnera, quamuis animo id fecerit occidendi, eo sanato de vulneribus tantum puniatur. Quod autem eum habet pro maiestatis reo, eo quod Regis consiliarium vulnerauit, satis probat eum *l. quisquis 5. C. ad L. Iul. maiest.* non intellexisse. Impegisse hic cæteros quoque consiliarios haud immerito quis miretur. Nam præterquam, quod illa sanctio sæua & sanguinaria est, nec obseruanda: haud dubio Interpp. consensu, sanctio ea restringitur, qua parte de consiliariis Regis aut principis agit, ad eum casum, quo quis non odio priuato cōsiliarij, sed Regis & principis ipsius id facinus adgreditur. *Rol. à Valle vol 4. cons.15. nu.13. & seq. Crauett. cons.6. num.79. Ægid. Boss. pr. crim. de crim. læs. maiest. nu.14* & plures ibi allegati, à quibus male dissentit *Clar. §. læsa maiest. n.5.* qui tamen ibidem id restringit ad consiliarios, qui adsunt & adsident principi: quales non sunt isti, qui fere tantum iudicialia tractant, vt nulla prorsus ratione hæc pœna & hoc Arrestum defendi possit: multo minus cuius meminit Nota *inf. tit.* quo rotæ impositus fuit, qui consiliarium Parlamenti voluit occidere.

Vis per se graue crimen est, cui si accedat stuprum, poterit aliquando capitali pœna stuprum id violentum puniri: quod & censet *Clar. §. stuprum nu. 3. in fin.* & probat constitutio criminalis *Caroli V. cap. 119.* sed vt attentatum solum puniatur morte, nulla ratione defendi potest: & quod de attentatore virginum Deo sacratarum dispositum est *in l. si quis 5. C. de episc. & cler.* Inepte ad alias puellas porrigeretur. De puella non viripotente *v. Clar. d. loco nu. 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 288. Tessaur. decis. 148.*

AD TITVL. XI.

De transactione criminali.

ILlud vtiq; constat, magistratum non nisi improbe de criminibus ad eum delatis transigere: ad quem casum pertinet *Arrest. 1.*

Arrest. quoq; 2. improbantur recte transactiones iudicum, & vtiq; tum plane oportet esse nullas, vbi multa ad fiscum pertinet, & pœna imponenda est corporalis, quam vt temere mutent in pœnam pecuniariam, ad ipsos non spectat. Sed in his, qui ius imperij meri iure suo, & vt vocant, patrimoniale, habent, aliud fuerit: qui tamen si recognoscant superiorem, & transigendo abutantur iure suo, & pro pecunia homines facinorosos dimittant, castigari à superiori, & iure suo priuari possunt. Quod ad partes attinet, si causa ciuiliter agitur, possunt illæ libere transigere. Cæteroquin in criminalibus causis transactio illicita est, nisi quatenus ex miseratione causæ capitales exceptæ sunt, saluo semper tamen iure fisci & magistratus, de quo latissime tractatur ab Interpp. *in l. transigere 18. C. de transact.* quam sane non intellexit Paponius, & prauo iudicio *Arrest. 4.* reprehendit eos, qui verba *citra falsi accusationem*, pro exceptione habent, quæ, excepto vno & altero, est communissima Interpp. sententia, quam nos ex Basilicis ad Treutl. confirmauimus. Et ineptus est author, dum putat ita valere in criminibus transactionem, vt præiudicet magistratui, quo minus in criminosos etiam post transactionem cum accusatoribus factam, animaduerti possit: licet multi putent facta transactione mitius esse reos puniendos: Aperte etiam inepta est ratio autoris, qua sententiam suam super falsi crimine nititur confirmare, quia, inquit, non semper à pœna corporali (puto voluisse scribere *capitali*) immune est crimen falsi, quoniam si semper immune esset, tum recte inferretur, transigere non licere, ob hoc ipsum autẽ, quia ex circumstantiis ex arbitrio iudicis capitale esse potest, super eo transigi posse, inferunt Doctores.

Exiguum vbiq; iudicium, in isto autore apparet, vt & *Arrest. 3.* Non debet nec potest in genere defendi, transactionem factam ab incarcerato, inualidam & nullam esse. Nam r. cum ex vinculis regulariter causam dicant Rei capitalium criminum, ex horum criminũ causa transigere licet: Equidẽ fateor transactionẽ istam, si cum altero genere transactionum, de quibus *sub tit. d. transact.* conferatur, impropriam haud dubie esse transactionem. Sed tamen ita, & transactio dicitur, & autor distinguere debebat. Et cum in isto genere transactionis textus nostri ita loquantur, vt dicant licere reo corrumpere actorem siue accusatorem, vtiq; etiam incarcerato transigere licebit. Sed & porro sententia huius Arresti, in specie referenda est ad eum, qui aliquem in carcerem detrusit, & ei extorsit transactionem, quæ transactio ex certa ratione iuris ob metum inualida aut potius rescindenda est, de qua in terminis loquitur *l. qui in carcerem ff. quod metus causa: & Bartolus ibi.* nihil scribit, quod faciat pro autore, qui rursus errat, dum secus ratihabitionem nullam esse ait, quod equidem pugnat cum manifesta ratione: nisi adhuc metum durare, & eum, qui transegit adhuc sub custodia esse proponas, quem casum ponit *Bart. d. loco*: cæteroquin si ante incarceratus restitutus sit libertati pristinæ, quidquid in statu eo ratum habet, illud procul dubio valebit, text. express. *in l. 2. C. quod met. causa.*

Textus *l. transigere 18. C. de transact.* In multas incurrit difficultates, quas vt hic extricemus, ratio instituti nostri non patitur. Cum transigere liceat in capitalibus *d. l. 18.* consequenter videtur licere & desistere accusatori: Et ita sentiunt non pauci, quod accusator desistens in capitalibus ab accusatione non incidat in SC. Turpilianum. *Sich. ad d. l. 18. Ant. Delrio ad eam l. num. 63.* vbi hanc sententiam testatur esse communem: quamuis ab ea discedant veteres Interpp. pleriq; *in d. l. transigere. Bart. nu. 7. Cyn. nu. 17. Sali. nu. 4. Castr. nu. 5.* qui putant remissum hoc tantum accusatori, ne subire teneatur pœnam talionis, non autem, quo minus incidat in SC. Turpil. Ex quo licet iudicare *de Arrest. 5. h. t.*

In *Arrest. 6.* mira est clausula *in vers. mira visa*, quam non intelligo.

AD LIBRVM XXIV.

TITVL. I.

De Accusationibus.

ARrest. 1. simpliciter loquitur de iniuria reali. Mirum vero sit, vt pro qualibet iniuria reali, possit experiri procurator Regius: ita enim id fuerit crimen publicum: quod verum non est. Cæteroquin nihil absurdi sit, vt iniuriam passus adhæreat accusationi à procuratore institutæ, & sibi aliquid adiudicari petat. Implicatur autem *in f. Arrest.* non leuis quæstio, an & quatenus quæstio vel tractatio criminalis præiudicet ciuili: & non parum author offendit, dum, quod traditur in specie de crimine iniuriarum, & super his instituto iudicio, ad alia transfert, & vt generale accipit. Hoc enim singulare habet iniuriarum crimen, quod nihil ex cuiusquam patrimonio aufert, & actio desuper instituta consequenter & ipsa, & quidem ciuilis hoc quoque proprium habet, vt detur tantum ad vindictam *l. 2. §. emancipatus 4. de collationib.* Quo ad cætera, illud inprimis constat, nullum criminale iudicium consumere actionem super interesse pecuniario partis læsæ: sed dubitatur, an consumat etiam actionem ciuilem pœnalem, v. causa si furti actum sit extra ordinem & criminaliter, an adhuc possit institui actio furti ciuilis pœnalis in quadruplum: quod ego quidem puto affirmandum, & confirmaui ad Treutl. *de priuat. del. th. 3.* sed non dissimulo communem opinionem videri contrariam, quam probaret *gloss. Cyn. Bart. & Salicet. in l. vn. C. quand. act. crimin. Gomez. 3. resol. 5. nu. 4.*

Text. *Arrest. 2.* citatus *l. feneriter de excus. tut.* nusquam comparet, & ad rem nihil facit *l. 1. C. de decur.* sed quod vult author eo loco, probatur ex *l. 1. §. incidit 13. ad SC. Turpil.* Quod si enim & incidit instigator in Turpilianum, poterit etiam ita cõdemnari, vt autor refert.

Quod ait *Arrest. 3.* accusatorem cogi persequi ac-

cusationem cœptam haud simpliciter vetum est, sed istud saltem, quod priuato plane arbitrio desistere non possit. Sed abolitionem petere potest, quam etiam magistratus ex causa indulgebit nō difficulter *l.1.§. abolitio 8. ad SC. Turpil.* vt porro accusator quiuis tantum in expensas & interesse Reo absoluto condemnetur, rationi non conuenit: Sed tum demum impune feret, si iusta causa motus ad accusationem se prosiliisse quis ostendat, cæteroquin, qui per calumniam alterum in periculum capitis aut corporis vocauit, si non pœna talionis, at certe extra ordinem puniri debet. Quod si aliud obseruatur in Gallia, hoc inter vltia istius prouinciæ & regni referendum est. Quod restringant Dd. regulam, ad ciuilis tantum causas, & in criminalibus inuitum accusare cogi quem, putent, falsum est: & qui enim possint, eum & *rubr. Cod. vt nemo inuitus, &c.* & *l. vn. eod. tit.* non tantum de actione, sed & de accusatione loquantur. Et quid mirum vero, si vnica sorte exceptio admittatur? vt quis teneatur vindicare necem defuncti: quamuis nec ad hoc præcise teneatur: sed si non faciat, ei tamquam indigno aufertur hæreditas. Est & alia exceptio in terminis *l. diffamari. C. de ingen. manum.* Prorsus hoc vitiosum est, vt quilibet temere accusare & desistere possit.

Qui ex officio accusant facilius excusantur, sed à manifesta calumnia non excusantur, *l.2. C. de his qui acc. non poss.* & contradicit hic autor sibi ipsi *Arrest.* 4. dum ex textibus iuris ciuilis pœnam calumniæ decernit: sed mox tantum in damna & interesse teneri scribit, quæ non est proportionata calumniæ pœna, imo plane calumniæ pœna non est.

AD TITVL. II.

De his qui accusare, &c.

ARrest. 1. eandem materiam continet, quam *Arrest. 3. tit. præced.* Miror eum quasi Vltramontanis propriam tribuere hanc sententiam: quæ certi iuris & cōmunis est omnium, quod hæredi, qui non vindicat necem defuncti tamquam indigno auferatur hæreditas, à qua an recte discesserint Galli, aliorum iudicium esto.

Milites & mulieres accusare non possunt, nisi suam suorumq; iniuriam persequantur: quod docent *l. 4. & 10. C. de his qui acc.* male alio notsum citari *Arrest.* 11. Cæteroquin non dubium est, quin propinqui admittantur, cum iudicium istud sit publicum, & aliis cessantibus quiuis reum homicidij postulare possit. Neq; ex vera ratione iuris criminaliter agens, quidquam spetare aut petere multæ, aut interesse nomine potest: sed pro pœna pecuniaria & ciuili ant eo, quod interest, pro diuersitate delictorum variæ & propriæ sunt actiones, & si concurrat pecuniarium interesse, super eo non nisi ab hærede agi potest. De expensis in causis criminalibus olim inter veteres disceptatum fuit, sed communius obtinuit, eas non tantum reo absoluto, sed etiam accusatori vincenti esse præstandas *v. Bald. Salicet. & alios in l. 4. & vlt. C. de fructib. & lit. exp. Bart. in l.1. ad Turpil. in pr. num. 13. Ias. in l. properandum 13. C. de iud. §. 6. col. 7.*

Ait *Arrest* 3. ius vindicandi necem esse hæreditarium. Hoc hactenus verum est, quod hæredi incumbit onus hoc: onus enim appellandum est, potius quam ius: quoniam id non facienti aufertur hæreditas. Sed ita sane id author isto loco non accipit, dum scribit, subordinate id debere fieri: neque enim subordinate succeditur alicui, sed semel tantum; quod docet magis textus citatus *ex l. 30. C. de adult.* sed male huc applicatus, quia eo loco, qui memorantur, non quodam iure successionis vocantur ad accusationem. Et porro, si successorio ordine, & quo vocantur ad hæreditatem, accusant, quo iure tandem primo loco venit vxor, quæ demum post cognatos vocatur: sed & alias regulariter, vbi masculi sunt accusare parati, fœminæ non admittuntur. Quod de eo, quod interest, affert, ex ratione iuris ineptum est, & inepte citatus textus *in l. 5. de sep. viol.* qui loquitur de actione populari ciuili, & *l. 5. C. de his qui accus. non poss.* nihil ad rē facit, Prorsus homicidij accusatio publica est, sed in concursu plurium, qui accusare volunt, iudicis est eligere magis idoneum, qualis in dubio præsumitur, qui magis defuncto fuit coniunctus; non ob interesse aliquod, sed ad publicam vindictam. Et Bart. citatus non de vindicanda nece defuncti: sed de iniuria filio facta, & super ea & actione ciuili, interposita transactione loquitur: hac solida ratione, quæ est in textu, quod filio illatam iniuriam non ipse filius, regulariter exsequitur, sed pater, cui actio quæsita est iure potestatis. Itaque imperite plane diuersissima confundit author.

Ex pluribus, qui accusare volunt, etiam qui regulariter præferretur, repellendus est, si qua contra eum sit præsumptio: iuxta *Arrest. 4.* Et tamen repugnat, quod supra quemuis accusatorem libere transigere & desistere posse scripsit. Et quod interesse priuatum attinet, cuius sæpe meminit Autor, super eo vtiq; transigere posse patrem rationis est. Sed quoad vindictam publicam, eam cessante forte Regio procuratore, considerari, & ea gratia alium admitti ratio suadet.

Quod maritum vxor iure ciuili adulterij accusare non possit, sed possit iure Canonico, supra diximus. Cætera, quæ habet *Arrest. 6.* non recte se habent. Et cum ex iure ciuili autor videri velit easumpsisse, primum aperte falsum est, quod exceptione adulterij à marito commissi, mulier accusata se defendere possit: textus apertus *in l. si vxor 13. §. iudex de adulter.* Altera exceptio lenocinij admittitur, si ab initio statim opponatur, quæ sententia est *l. cum mulier 47. in f. ff. solut. matr. l. ita nobis 28. C. de adult.* Sed vbi iam vxor rea recepta est, exceptio lenocinij onerat quidem maritum, sed vxorem iudicio aut pœna non liberat: in quam rem rursus apertus est textus *in l. 2. §. si publico de adult.* Et vtrobiq; igitur errat autor, & ita vt dixi *gl. Bart. & alij in d. l. 28. C. de adult.* Exemplum, quod adducit author ex Val. Max. non quadrat, quoniam est de instituto iudicio non publico super adulterio, sed priuato de moribus, in quo paria delicta mutua compensatione tolluntur, iuxta *l. viro 39. sol. matr.* quæ autor omnia planissime ignorauit.

Circa *Arrest.* 7. nulla difficultas est iure nostro: & si maius crimen obiiciatur, sistitur interim accusatio, quæ controuersia de maiori crimine absoluta, postea peragitur: cæteroquin accusatus prius se purgare debet, antequam accusatori crimen obiiciat, par, vel minus.

Plures ratione communis officij vel communis acceptę iniurię accusare posse, scribit & probat *Clar. lib. 5. §. vlt. q. 13.* cæteroquin ex pluribus eligitur vnus *l. si plures de accusat.* Et hactenus recte autor *Arrest. 8.*

Arrest.8. quo ad hoc secundum casum: contra ait ab vno posse accusari plures. Id vero nec Specul. tit. de Accusatorenum. 2. dicit, nec verum est, si plures communiter delictum admiserint, tum demum omnes & ab vno accusari possunt Spec. & Clar. dd. locis ceteroquin non tantum non multos, sed vix duos & ad summum duos, vnus accusare potest l. hoc accus. 12. §. 2 de accusat. l. cum rationibus 16. Cod. de his qui accus. non possunt. Nimirum, & ab vno melius expeditur accusatio: & non ferendum est, vt vnus simul multis grauissimum creet periculum. Ratio à talione desumpta ab autore, non valde sapit, nam v. e. si duo vel tres, communi capto consilio vnum occidant, omnes illi tres capite puniuntur contra quam male hic sentire videtur author. Vt vero contra quam idem putat, hæc quoque ratio impediret, quo minus vnus plures accuset: quippe cum in singulas calumniosas accusationes sit pœna talionis constituta, quamuis ea pœna iure nostro non satis probetur: sed secundarius accusator ob calumniam extra ordinem puniatur.

AD TIT. III.

De citationibus &c.

Text. in l. interdum 56. §. qui furem de furt. non probat, quod vult author Arrest. 1. quod quis reum detinere de facto & ad iudicem deducere possit: nec tale quidquam ibi proponitur: sed sane ita accipit eum locum ibid. gloss. & potest id defendi in fure deprehenso; nam & adulterum maritus detinere potest l. capite 25. de adulter. Baldus citato loco nec verbulum ea de re habet, tantum abest, vt magnum faciat festum.

Quod mulier grauida non possit incarcerari, nullo modo probat text. citatus Arrest. 4. sed simpliciter de muliere non incarceranda est textus in auth. hodie nouo C. de custod. reor. sed plurimis locis contradixit huic Arr. autor, & constitutionem illam in Gallia seruari negauit, quæ & vsu fere abolita est.

Famuli hodierni homines liberi cum sint, male ad eos accommodatur Arrest. 8. quod de priscis seruis scriptum est in l. vltim. ad exhib. & in l. 1. Cod. eod. Et famuli illi ordinario iure sunt accusandi & postulandi. Quod si dominus eos celet, non ad exhibendum, sed vt quiuis alius rem liberom hominem occultans teneri debet.

AD TIT. IV.

De commentariensibus &c.

Arrest. 1. dum author ad probandum, quod reus ob expensas in carcere factas à commentariensi non debeat detineri, citat textum in l. ob as de obl. & act. parū memor est eius q̃ toties scripsit sup. & confirmauit plurimis Arrestis, reos etiam ob debitum ciuile in carcerem conijci, & hactenus ius Rom. non obseruari: sed quod rem hanc attinet, nō videtur satis consultum commentariensi, vt reum non solutis expensis dimittat, & postea contra eum agat: & nisi cautionem Reus præstet, non iniuria videtur cum custos detinere: quod & de consuetudine obseruari testantur Clar. lib. 5. §. fin. q. 62. in fin. & Guid. Pap. decis. 448.

Arrest. 3. ait, si commentariensis dolus subsit, ipsum capite puniri debere. Equidem ridicula dubitatio est, in casu quem ibi proponit, si custos custodiam seu incarceratum interfecerit, sed tractatio huius Arr. est, si quid dolo aut culpa negligentiave factum est custodis, vt ipsa se custodia interficeret: & etiam in casu doli, v. c. si corruptus inferri venenum aut ferrum passus fuerit, quo carceratus sibi manus inferret, non esse pœnam capitalem sed extraordinariam, probant ipsi textus citati in l. carceri 8. & in l. vlt. §. 1. de custod. reor.

AD TITVLVM V.

De Iudiciis criminalibus.

Sæpius supra dixit author, moribus Galliæ, posse accusatorem impune desistere. Et quo fieri necessum est, vt multi temere nec satis instructi probationibus, cum nullum timeant calumniæ periculum, accusent: vt vel ob hoc bene constitutum sit, quod refert autor Arr. 3. vt rei non conuicti, relaxentur saltem interim, non penitus absoluantur. Inepte ad hoc confirmandum producuntur duo indicia ex Val. Max. quia illis de delicto constabat, sed specialibus rationibus pœna non videbatur habere locum. Sed certe extraordinaria pœna ad minimum afficiendi erant, qui contra rationem & ordinem iuris priuatam vindictam exercuerant. v. autem de hac re, & an etiam reus absolutus repeti possit, distinctionem Clari lib. 5. §. vlt. q. 57.

Ob suspicionem iudicem alium & quidem Episcopum adiungendum esse, constituit Iustin. auth. si vero contigerit Cod. de iudic. sed tale quid priuatorum consensu fieri nec debet nec potest, vt recte Arr. 6.

Vix puto esse aut fuisse, quos autor refert, Arrest. 8. qui negarint posse per accusatorem reprobari testes ab accusato productos. Id enim omni rationi repugnaret: aut ego illo loco quid quærat, non intelligo.

Qui funus prosequitur, aut iusta mortuo facit, in ius vocari non debet, l. 2. de in ius voc. in fin. & proinde si non sequatur vocantem, non incidit in Edictum, In ius vocati vt eant. &c. quo argumento probabiliter quis defendat, eum qui vacat curandis exequiis patris aut matris iustam causam excusandi habere. Est enim hæc quoque pars religionis & pietatis contra Arr. 9.

Iudex hoc agere debet, ne innocens opprimatur: sed vt ipse quasi partes Rei agat, & eius innocentiam tueatur & fundet, vt est Arrest. 13. non conuenit. Et species ibi inepte proponi videtur. Si enim inaurator reus & nocens fuit, qui etiam appellasse proponitur; quo iure tester condemnati fuerunt? quibus ipse oneratus fuit: valde etiam inepte adducitur l. 4. C. de author. præst. quæ tractat de minore, quem vult in causa criminali habere quoque curatorem.

Ob minas grauiores solet peti cautio de non offendendo &c. sed quomodo huc possit adeommodari praxis l. diffamari Cod. de ing. manum. ego profecto nullus video. Et magis mirum est quod Arr. eodem 1. Appendicis negare videtur autor d. l. diffamari ad causas ciuiles pertinere: quod quidem penitus falsum est.

Nihil est vulgatius, quam quod positiones in pœnam non respondentis habeantur pro confessatis in pœnam contumaciæ: de quo Arrest. 2. & sane in ciuilibus liquidū est & certū, sub distinctione Baldi in l. 2. § quod si actus C. de iureiur. propt. cal. & Gailii 1. obser. 80. sed in criminib. ea sententia prorsus falsa est, quoniam ista probatio est ficta, qualis in criminalib. non sufficit, sed luce meridiana clarior, vt

vulgo Dd. per l. vlt. C. de probat. neq; ob contumaciam quis possit ex regula puniri corporaliter, multo minus capitaliter, idque in terminis tradit Gail. 1. *de pac. publ. c.15.* Et adeo falsa penitus est sententia *Arrest. 2. Append.* quod in criminalibus articuli ob contumaciam non respondentis pro veris habeantur: nisi forte quo ad interesse priuatum & ciuile aduersæ partis. Sed hactenus causa non criminalis sed ciuilis est. Quin omnino in criminalibus, Reus articulis contra se formatis v.c. quod sit adulter, quod sit homicida, respondere non tenetur, propter metum periurii.

Ad TIT. VI. De sumptibus in lite criminali, supra diximus: id solummodo addo Dd. hac in materia & quæstione in tres diuersas sententias abiisse: Alii enim nec ab accusatore incumbente expensas reo præstari debere putant: Ita olim censuit *Iacob Butrig.* relatus a *Br. & Bl. in l. non ignorat C. de fructib. & lit. exp.* Alii, in altero extremo, quod & accusator à reo condemnato consequatur expensas quæ videtur esse sententia communior teste *Iasone in l. properandum 13. §. siue autem alterutra C. de iudic. col. 7. Salic. in l. vlt. C. de fructibus & lit. expen. n. 2.* Tertia sententia videtur esse *Cyni in l. 3. C. qui accus. non possunt*: vt reo quidem absoluto reddantur expensæ, sed non accusatori licet victori, v. etiam distinguentem *Baldum in l. 4. C. de fructibus & lit. exp.* & add. *Clar. lib. 1. §. vlt. quæst. 62. n. 4.* Ad materiam *Arrest. 1. tit. 3.* v. quæ not. tit. 9. *Art. 3.*

AD TITVLVM VIII.

De probationibus &c.

QVæstio Arrest. 1. in pr. inepte formatur de indiciis magnis & indubitatis. Nemo enim dubitet ad sententiam peruenire posse ob indubitata indicia. Et illud quoque non recte quæritur simpliciter, an ad condemnationem peruenire possit, sed hoc est quærendum, an pœna ordinaria adfici reus possit; quod adfirmandum est, si modo indubitata indicia proponuntur. Sed illud scrupulum habet, quænam sint talia indicia. & periculum subest, ne forte iudex errore opinionis talia esse putet, quæ non sunt. Itaq; tutius est, vt vbi indiciis grauioribus vrgetur reus, & quæ, vt Dd. statuere solent, plus quam semiplenam faciant probationem, aut torturæ subiiciatur, aut pœna aliqua extraordinaria afficiatur, v. quid de hac re in terminis hæreseos scribit *Decian. lib. 5. crim. cap. 35. n. 20.* & in genere *Menoch. d. præsumpt. lib. 1. quæst. 97.* Illa quæstio maioris pene momenti est quam in medio proponit autor: Et nimis indistincte negat, confessum citra torturam posse condemnari, nisi de delicto constet. Equidem confessio liquidissima probatio est: & vbi quis confessus est de delicto apparet satis, sed autor intelligit, vt alii loquuntur, *corpus delicti*. Negat enim eum, qui confessus est homicidium debere condemnari nisi de cadauere appareat. Sed potest illud in mare aut flumen proiectum esse; & tum si qui occisus dicitur, non appareat & aliæ circumstantiæ adsint, non video cur non reus confessus debeat & possit condemnari: & de hac materia v. *Clar. §. vlt. quæst. 4. q. 55. & q. 65. Mynsi. 3. obs. 81. Fachin. 1. contr. 28. Ægid. Boss. pr. crim. tit. de confess. num. 2. & seqq. Gomez 3. resol. 12. numer. 4.* Male autem autor cum homicidio coniungit adulterium: quoniam in huius terminis de corpore delicti nullo constare potest, quod & Clar. d. loco *q. 4.* notat: & ideo hic tanto facilius sola confessio sufficiet, quod & in terminis hæreseos notat *Decian. d. lib. 5. cap. 35. n. 19.* Rursus alia quæstio est, an qui fatetur homicidium, sed addit, se sui defendendi causa fecisse, si non probet, sit plectendus capite. Si rationem iuris consulimus siue postea, siue ab initio hoc allegetur, probandum est: & nugatorium est, quod de confessione non diuidenda affertur. Id ad summum eo pertinere possit, vt liceat reuocare confessionem super homicidio: sed vt hunc habeat effectum, vt sicut pro vera habetur confessio quo ad homicidium, ita & pro vero accipiatur, quod dixit, ad sui defensionem fecisse, nimis fuerit absurdũ, imo ridiculum. Et confessus æquiparatur conuicto: & vtriq; qui conuictus est, si excipiat se fecisse defensionis causa, probare hoc debet. Et adiectio illa exceptio est contra accusationem, quæ adeo probanda est: sunt qui fatetur debitum, solutionem, aut aliam quam producit exceptionem, probare necesse habet. Hæc vera est ratio iuris: & v. tamen de hac quæstione *Fachin. 1. contr. 27. Ant. Gabr. lib. 7. comm. conclus. de Malef. concl. 19. Wesemb. cons. 19. n. 27.* Deniq; miror, quod, vt in extremo habetur, in Gallia, etiam qui defendendi causa iure occidit, teneatur petere indulgentiam à principe: siquidem ex communissima Interpp. sententia talis etiam in foro conscientiæ turus est.

Art. 2. est eadem materia, quod oportet constare, delictum esse commissum. Sed inepte cap. 3. adcommodatur huc iudicium Areopagitarum, quoniam eo casu constabat de delicto: sicut & in exemplo altero; sed rei ex propriis rationibus fuerunt absoluti. Huiusmodi ex bonis autoribus petita exempla, forte suppeditata fuerunt autori, qui noluit ea sibi perire, secutus an idoneo loco ea referret.

Socius criminis idoneus testis non est contra eum quem socium fuisse dicet, de qua re *Clarus §. vltim. quæst. 21. num. 4. & seqq. Menoch. dict. præsumpt. libr. 1. quæst. 89. numer. 74.* Excipiuntur tamen quædam crimina de quibus *Arrest. 5.* vbi tamen pleríque textus citati prorsus nihil ad rem. Sed illud plane inconsulte & falso dictum, quod in criminibus exceptis socius aduersus socium plenam faciat fidem, quod repugnat rationi, & contradicũt expresse *Clar. d. q. 21. n. 8.* (vbi ne quidem in crimine maiestatis hæc admittit) *Boer. decis. 319.* & alii ab his allegati.

Supra in materia positionum retulimus, quomodo testis repetitus se gerere debeat, ne forte cõtraria deponat, & v. *Gail. 1. obs. 104.* ad quam rem pertinet *Art. 6.*

AD TIT. IX.

De Quæstionibus.

COnfessi & conuicti exæquantur, itaque sicut confessi condemnantur, ita & conuicti, licet pertinaciter negare perseuerent *Clar. sæpe d. loco q. 66. Ægid. Boss. pr. crim. tit. de conuict. n. 3. & 4.* vbi ex Felino docet errare, qui reos conuictos torturæ subiiciant, vt & propriam eorum confessionem habeant. Itaq; improbanda est praxis Curiæ Parisiensis, cuius mẽtio in *fi. Art. 1.* Nec enim frustra debet adhiberi tortura. Et aut fatentur in tortura, & nihil addit confessio, cum sufficiat conuictos esse: aut perseuerant in negatione priore: & tamen cõdemnantur iuxta eandem praxin ibid. relatã. Ergo male adhibetur tortura, aut si recte adhibetur, debeo per eam, negante reo elidi probationes. Et tamen ita communiter practicari, vt reus etiam conuictus subiiciatur torturæ, refert *Clar. q. 64. n. 7.*

Prima quæstio *Arrest. 2.* est, de indiciis sufficientibus ad torturam de quibus vid. *Clar. quæst. 21.* & eam rem arbitrio iudicis committendam communis

munis sententia est, teste eodem *Claro quæst. 64. numer. 13. & 14.* & an vnus testis sufficiat, vid. *eundem quæst. 22. numer. 2.* & adde omnino *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. Gomez. 3. resolut. 13. num. 7. & Menoch. 2. arbitr. casu 270.* Altera quæstio est de repetendo reo, qui vel negauit vel confessus est, & post rursus negat, dicens, se vi tormentorum falsum dixisse; de qua te vid. *Clar. d. quæst. 46. num. 38. 40. & 43. Ægid. Boss. prax. crim. tit. de Tortura numero 43. Gomez. 3. resolut. 13. nu. 26. & 27.*

Sententiam dictam à non competenti iudice, nullam esse constat *t. t. Cod. si à non comp.* Eo argumento vtitur Pontifex in *cap. & si clericus extr. de iudic.* vt confessionem coram non competenti iudice nullam esse probet. Et claudicat tamen argumentum, cum etiam confessio extraiudicialis non omnino careat effectu, vt apparet ex *Masc. volum. 1. concl. 346.* & in terminis criminis *conclus. 350. & concl. 497. Gomez. 3. var. resol. 13. numer. 8.* Et vero, quod confessio talis coram iudice incompetenti facta, sufficiat ad torturam (maxime si confessus, licet per errorem, eum competentem esse putauerit) probant *Bart. in l. capite 25. in pr. ad L. Iul. de adult. & in l. Diuus 6. numer. 13. de custod. reor. Mascard. dict. volum 1. concl. 352.* (vbi vid. distinctiones) *Guid. Pap. decis. 419. & 202.* vbi etiam vid. an posset talis confessio reuocari, & plenius *ap. Masc. d. conclus. 352.* & add. *Imol. Innoc. Panorm. & Felin. in dict. cap. & si clerici de iudic. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num. 14. & seqq.* Hæc ad Art. 3. quæ etiam sufficiunt ad *Arr. vn.* Appendicis.

Arresto 5. id tantum obseruandum est, quod tractatur de indicio vulgato, si sanguis effluat è cadauere, præsente eo qui suspectus est, cui sane nimium tribuere author videtur. Et velim audire rationem naturalem, in qua id fundatum asserit autor: & nugatur, dum ait, philosophos pro lege naturæ id tenere, quod sanguis effluat, ob inimicitiam profundam occisi erga occisorem. Et quis philosophus hoc dixit vmquam? Et quæ in corpore exanimi possit dici inimicitia aut ira, quæ faciat profluere sanguinem? Nugæ sunt & commenta ista & deliria: nec minus dubitat, dum ad istud confirmandum loca ex Genesi & Apocalypsi adducit. Et omnino probo *Gomez. 3. var. resol. 13. numer. 15.* vbi negat ob hoc solum quem esse subiiciendum torturæ, cum sit indicium remotissimum, & ex causis nobis prorsus ignotis. Interim vid. hac de re *Boer. decis. 165. Thessaur. decis. 173. Menoch. libr. 1. de præsumpt. quæst. 89. num. 128. & 2. arbitr. casu 270. numer. 16. Mascard. volum. 2. de probat. concl. 867. n. 24. Hieron. Mag. 3. misc. 5. Leu. Lemn. de occ. nat. mirac. lib. 2. cap. 7.*

Arrest. 11. & 12. ostendunt, in Gallia non obseruari ius commune & passim obseruatum, vt ne certæ & in dignitate personæ torqueantur, attestantibus *Clar. q. 64. n. 15. & seqq. Gomezio 3. resolut. 13. num. 3.*

AD TIT. X.

De pœnis.

AN & quomodo possit delinquere tota vniuersitas, & quæ pœna sit irroganda vid. *Bart. in l. aut facta de pœnis §. vlt. Clar. lib. 5. §. vltim. quæst. 16. nu. 7. & seqq. Gomez. 3. var. resol. 1. num. 52. & seqq.* & scilicet, ita potest puniri, vt etiam innocentes & posteri sentiant eam pœnam, dum v. c. priuilegia & immunitates adimuntur: ceteroquin nimis generaliter & falso ait autor *Arr. 1.* quod iuste filius puniatur pro patre: si de pœna in specie accepta & proportionata debito accipias. Et fere damnatur pœna, quæ licet non in corpus, satis tamen grauis, irrogatur liberis rei læsæ maiestatis, in *l. 5. C. ad L. Iul. maiest.* Ineptum exemplum est de Carthagine: Ista enim fiunt iure belli, quo deuicti & per vim in potestatem redacti quæuis pati coguntur. Sed non est ea iusta delicti pœna.

Controuersum est, quod asseritur arrest. 2. arbitrium iudicis in criminalibus posse extendi vsque ad mortem: plurimi enim dissentiunt, vt videre est apud *Marant. disp. 3. & in Speculo part. 4. dist. 1. num. 59. & seqq. Claro §. vlt. lib. 5. q. 83. a. 11.* & scribit *Matth. de Afflict. decis. 276. n. 6.* quod gl. sententia quæ hic citatur, sit communiter reprobata. Mihi tamen magis affirmans sententia *dict. Arrest. 2.* probatur, hac solida ratione, quod pro delicti grauitate & proportione, & pœna debet esse adæquata: potest autem ex circumstantiis ita aggrauari delictum, vt mortis pœna dignum efficiatur. Itaque male autor (& hanc leuitatem miror) seq. Arrest. damnat glossam, quam Arrest. 1. citat & probat: Et *d. Arrest. 2.* circa sacrilegii pœnam insigniter errat. Fatetur delictum hoc, quod & verum est, simpliciter furto longe grauius esse: Et tamen id tantum pœna extraordinaria, nisi in casibus atrocioribus, & ob circumstantias, vult puniri. Et quæ vero ista peruersitas, cum ob furtum in Gallia, vt supra vidimus, etiam primum sæpe, & non vsque adeo magnum pœna imponatur suspendii: Et illud nimirum verum est, quod extra ordinem dicatur animaduerti in sacrilegos: sed ita vt numquam capitali pœna minor infligatur, id est, quæ sit minor deportatione. Et videlicet in *l. sacrilegi 9. in pr. Ad L. Iul. pec.* capitis pœna ita explicanda est, vt etiam intelligatur, quæ irrogat mortem ciuilem; & est deportatio. Et hic infimus est gradus pœnæ, quæ irrogatur sacrilegis, sed ideo dicitur extra ordinem animaduerti *l. 4. §. 2. d. l. 6. in pr. eod. tit.* quoniam sæpe in ea pœna non subsistit magistratus, & irrogat grauiorem, vt apparet *ex d. l. 6.* quod intellexit optime Clarus in *§. sacrilegium num. 2.* vbi ait, iure ciuili, sacrilegii pœnam esse extraordinariam, vt tamen semper sit capitalis. Et facetissimus sane est author, qui sub pœna capitis & quidem in *dict. l. 9. Ad L. Iul. pec.* etiam contineri putat, deportationem, agnitionem solennem, priuationem officii, infamiam, & insuper alias pœnas. Quo nihil absurdius & falsius dici potest. Equidem apud Authores Latinos aliquando causa existimationis etiam capitalis vocatur, quæ sententia est *l. licet 103. de V. S.* attamen, quod dict. l. ostendit, hæc significatio ab vsu iuris aliena est. Et quis vero non videat, indignum nimis esse, vt suspendio necentur fures, & crimen longe grauius, autore etiam fatente, tam leuibus pœnis coerceatur. Hæc est non ferenda ἀλογία.

Extraordinarium est, quod tractatur *Arrest. 5. & 7.* vt delinquentium & punitorum ædes diruantur: In criminibus perduellionis id olim obseruatum apud Romanos, aliquammultis probat exemplis *Goth. ad l. eorum 24. de pœnis.*

Durius videtur Art. 8. vt propter repetitum delictum quis capite puniatur, si crimen per se non fuit capitale: per notata *Clar. lib. 5. §. vlt. q. 84. n. 6. Th. Gram. decis. 16. n. 7.*

Art. 9. non intelligo quomodo admitti possit, vt non competens iudex quo ad criminalia, de iis cognoscat, licet quo ad vnũ crimẽ cõpetens sit: Et impertinenter

pertinenter adducitur ad hoc *l. 1. Cod. de ord. iud.* quæ de causis ciuilibus loquitur, & insuper, vbi nisi cognoscere liceat iudici de incidenti, & de quo tamen non pronuntiat, dirimere non possit causam principalem. Itaq; si maiorum aliorum criminum Reus postuletur, quæ excedunt cognitionem iudicis, remittendus ad superiorem iudicem reus erit. Alterum huius cap. ambiguum est, an loquatur autor de eodem crimine in indiuiduo, an alio eiusdem vel diuersi generis. Et in priori casu si fuerit absolutus simpliciter, vel etiam leuiori pœna, citra tamen collusionem iudicis punitus, vera sententia est, quod contra eum amplius procedi non debet per notata *Clari §. vlt. quæst. 62. & quæst. 57. num. 1. & seqq. & num. 12.* Altero casu sane ob reperitum crimen suspicio maior est contra reum, vt facilius torturæ subiici, aut etiam aliqualiter, non tamen vltra proportionem pœna acerbari possit.

Controuersia *Arrest.* 10. ex ratione ciuilis iuris nostri, explicatu facilis est : per distinctionem, an debitum ex causa contractus descendat, an ex causa delicti. Illo enim casu, licet reus pecuniam non possit explicare, tamen non est locus pœnæ corporali, sed audiendus est, si bonis cedere velit: Multæ autem, de quibus hoc Art. agitur, solent ex causa delicti irrogari. Et hoc scilicet casu, licet multa sit parti applicanda, tamen pœna pecuniaria in corporalem potest mutari, quod docet citata *l. vlt. de in ius voc.* Etenim certum est, quod ea pœna applicanda sit parti : & tamen illo casu, qui non habet in ære, luere in corpore debet. Ideo que imperite iudicatum fuit, (nisi ipse forte actor consensit,) dum hoc casu reus ad cessionem bonorum fuit admissus, & peruersitas iudicii, quæ occurrit passim, hic quoque se ostendit: etenim sæpe author sup. *sub tit. de cess. bon.* docuit, in Gallia bonorum cessionem vix admitti, & etiam ex contractu debitores detrudi in carcerem donec satisfaciant: & ad cessionem tamen bonorum hic admissus est debitor ex causa delicti: cum doctores contra, communiter ex hac causa negent esse locum bonorum cessioni. Illud recte *Arrest.* 11. vt pecuniaria pœna non possit mutari in corporalem, si nimis exigua sit: & est illud vltro perspicuum: oportet enim inter pœnam debitam, & eam in quam commutatio fieri debet, esse proportionem, quæ hic nulla est.

Est notissima *L. Lictus fustium de his qui not. inf.* quod non pœna, sed causa infamet: quod ad eum locum declarando & limitando Dd. explicant.

Non satis intelligo, quid sit Arrest. 13. litem extraordinariam conuerti in ordinariam. Equidem scio posse partem si velit, persequi tantum interesse suum ciuili instituta actione, verum cum receptum sit apud omnes, posse iudicem & sine accusatione procedere in criminibus per viam inquisitionis, poterit certe magistratus, licet pars tantum ciuiliter agat, qua dictione non præiudicatur iudicio criminali, super delicto cognoscere, & condemnare deprehensum & conuictum reum. Et proinde non video, quæ tam anxia fuerit dubitatio curiæ. Contra sicut etiam sibi autor. Et ait enim accusatum esse Irenarcham, quod reum occiderit: sed mox hoc tantum deprehensum esse, quod Irenarcha reum custodierit minus diligenter. Et quæ ergo potuit fuisse ratio dubitandi ad Irenarcha posset ad mortem damnari: Qui enim fieri possit, vt ea pœna digna sit negligenti? sed & pro negligentia sola nimis atroces faciunt pœnæ hic relatæ, cum officii priuatione, multa & perpetua infamia. Et quod tamen hæ pœnæ inferant mortem ciuilem, rursus falsum est, licet, quod dupondius etiam viderit, excedent late longeq; cōdemnationē ex lege Aquilia.

Rideo quod ait Arrest. 14. Dd. nostros se torquere, in quæstione, an damnatus ad mortem debeat indulgeri puellæ petenti eum in matrimoniū. Nemo tam fatuus est, qui hoc à iure ciuili nesciat esse alienissimum. Quæ enim proportio nuptias contrahendi, cum pœna mortis, aut an omnes qui nuptias contrahunt, tem faciunt æqualem pœnæ mortis? Nimis hoc iocularé est, & indignum viro docto, & imo non facetum aut iocosum vt autor putat, sed in matrimonium à Deo institutum iniuriosum est. Sed illud quæri potest, an consuetudo eiusmodi possit defendi. Quod ego intrepide nego in delictis, quæ naturæ & Dei Lex morte damnat. Sed in ceteris, quæ Lex ciuilis sola capitalia fecit, quale est crimen furti, possit huiusmodi consuetudo tolerari: add. *Gomez. 3. resol. 13. numer. 37. Suarez. comm. opin. numer. 335. verb. meretrix.*

Arrest. 15. Insignem ignorantiam autor prodit, dum indistincte probat, si plures deliquerint, liberari ceteros vnius solutione. Quod perspicue falsum est, in veris & propriis delictis, & vbi pœnali actione quis experitur. Et nimirum certissima est sententia, v. c. si plures fecerint furtum, omnes ita in solidum teneri, vt licet vnus eorum conuentus exsoluerit pœnam dupli aut quadrupli, nihilominus ceteri adhuc actione furti teneantur efficaciter, licet alter quadruplum soluerit: quisque enim delicti sui pœnam soluit, textus expressus in *l. 1. C. de cond. furtiu. l. item Mela 11. §. si plures 2. ad L. Aquil.* Verum vbi rei persecutoria actio sola ex delicto competit, vel vbi ex quasi delicto agitur, quoniam hic ceosetur persequi quis quod sua interest, & non puram pœnam, verum est vnius solutione ceteros liberari, *l. 1. §. si plures de eo per quem fact. erit. l. eos ou in §. pœnalis numer. 21. instit. de action. Salicet. in d. l. 1. C. de cond. furt. in fin.* Et speciale fauore dominorum, si familia furtum fecit, receptum est, vt perinde habeatur ac si vnus liber furtum fecisset, ne dominus omnes seruos noxæ dare cogatur: quæ ratio est *l. si familia de iurisdict.* quod autor penitus ignorauit.

Vbi duo accusatores ob calumniam in multam condemnati sunt, ipsi iam reorum locum hactenus sustinent. Et tamen si illi simul sint condemnati, iam ex ratione *l. 1. Cod. si plur. vn. sent.* singuli tantum pro rata exigi possunt, contra quam male iudicatum *Arrest.* 17. & ibi prorsus inepte & contradictorie loquitur autor. Ait, malorum societatem non admitti, quæ ratio facit, vt singuli debeant teneri insolidum (quamuis vbi vterque simul condemnatus est ea ratio non concludit) mox tamen ait, nihilominus opponantem qui in solidum conuentus erat, repulsum fuisse. Atquin hoc ipsum faciebat ratio illa de improbata malorum societate. Inepte quoque & insulse confundit quæstionem, an possit repetere pattem, qui solidum soluit: quod affirmauit expresse *Arrest.* 16. *inf.* & hic tamen *Arrest.* 17. negat. Quanta varietas : Et vero cum consors eiusdem delicti, non possit obiicere eam exceptionem improbæ societatis, & vtiq; per solutionem alterius liberatus sit, verius videtur, quod actione negot. gest. pro parte possit conueniri. Si videlicet vterque, simul condemnatus fuerit : ceteroquin secus. ex propria ratione *l. 1. §. plane de tut. & rat. distr.* de hoc iterum agit *tit.* 12. *Arr.* 3.

Arrest. 18.

Arr.18.omni ratione dubitandi caret, nec vllus Interpp.dubitat.

Pœna capitalis raptus verbis expressis *l. vn. Cod. de rapt. virgin.* etiam in sponsum statuitur. Et tamen ex ratione iuris Canonici, quod etiam matrimonium admittit cum raptore, tanto magis admitti potest,vt pœna mitigetur,iuxta *Arr.20.* maximecum,vt supra vidimus, clandestinum quoque matrimonium pro raptu apud Gallos habeatur.

Contumacia quidem pœnam meretur, sed proportionatam,Ideoque prorsus defendi non potest: vt ob contumaciam,qui recusat solenniter deprecari, puniatur capite: vt iniquissime iudicatum fuit *Arr.3.* Appendicis.

Executiones contra ciuitates sæpe libidine dominantium & stultitia eorum, qui nimium tribuunt Maiestati suæ, & sese ipsos, & quod propter subditos sint ignorant, sæpe excedunt modum: qualis forte fuit in Burdegalenses, quæ refertur *Arrest.4.* Appendicis. Porro cum septem fuerint Impp. Henrici, edere debebat author numerum Henrici cuius meminit. Fridericus Imp. ita aduersus Mediolanenses statuit. Quod vrbs Gandauum aratrum passa fuerit, falsum est: sed aliter eorum rebellio coercita fuit. Illa vero in Cabrierenses executio vere inhumana fuit, quam nec ex hypothesi hæreseos quis defenderit.

AD TIT. XI.

De præscriptione pœnæ.

Receptissima sententia est, persecutionem criminum finiri regulariter 20. annis, ita vt post illud tempus nec per inquisitionem procedi possit *Clar.§.vlt.quæst.51. in princ.Balb. de præscript. part. 4. partu 4 princ.quæst.2. Decian. de crimin. libr.3. cap.37. Gomez.3. resol.1.num.5.& 6.Bartol. in l.querelam 15. C. de fals.& ibid.Salic numer.3.* vbi improbant gloss. aliter sentientem de iure Inquirendi. Eaque est sententia Notæ hoc Arrest 1. quod non sit dubitandum, quia omnis actio criminalis finitur vicennio. Sed dubium est, quod idem esse ait in actione ciuili,quæ ea causa delicti descendat: contrarium enim communiter receptum, testatur *Clarus d.loco num. 12. in fin.* Et falsum est, quod ciuilis sit accessoria criminalis accusationis: quin vtraque subsistit per se. Et finge in contractu falsum admissum, quo iure negetur actio ex contractu vsque ad 30.annos? Nec mouet, quod ita inquirendum sit de crimine: vel quia ex Dd.communi sententia, nec confessus quidem de crimine post 20. annos puniri potest,teste Deciano supra citato loco:& vbi ciuiliter agitur, non ita accurata institutur inquisitio *l.domus C.ad L. Cornel. de falsis.* Et in terminis *Salic in d.l.15. C. de fals.* in extremo: ait ex causa iniuriæ realis ex L.Cornelia ciuiliter quidem vsque ad 30. sed criminaliter tantum vsque ad 20. annos agi posse. Addit Not. altera in f. in parricidio quoque iudicatum, vt præscriptione 20. annorum excludatur,secuti illi forte sunt Cuiacium qui *4.obs.14.* huic quoque crimini & suppositi partus exceptionem illam obstare defendit. Sed misere & inepte contorquet textus in *l. vlt. Ad L. Pomp. de parric.& in l.19.§.1.ad L.Corn.de fals.* & obstat ipsi nimium extrema atrocitas criminis parricidii: & quod suppositio partus est crimen,vt ita loquar,facti permanentis: & contra ipsum est communis opinio *gl. in d.l.querelam 12.C.de fals.& ibi Salic.n.4.Decian. d. cap. 37 lib.3.n.13.& 14.*

Pro Arr.2.in terminis post alios respondet *Dec. d.lib.3.cap.37.n.22.*

Ex causa contractuum heredes teneri in solidum, licet ad eos nihil peruenerit, certissima est iuris nostri regula *l.12. l.49. de O.& A.l.hoc iure 152. in f.l.ad ta 157. in fin.de Reg.Iur.* Rationem diuersitatis & cur aliud obtineat in delictis, alibi petendam hinc esse d xi,quod ex causa contractuum heres repræsentat defunctum, non ex causa delicti. Et tamen æquitas Canonica, de qua *Arrest.3.* habet rationem, cum absurdum sit, vt alter moreturin damno: & heres ad quem ea delicto nihil peruenit, sed qui forte alias opulentam possidet hereditatem,non teneatur:quamuis Canones non hanc æquitatem spectasse videantur,sed fauorem animæ, & defuncti conscientiam exoneret heres, *cap. 5. de rapt.*adde *Fern.Vasq.3.ill contr.96.n.27.Gomez.3. resol. 1.n.85.in fin. Fachin.9.contr.5.*

TIT. XII. Arr.1. inepte iteratur,quod iam bis supra propositum fuit.

Arrest.3.materia est *sup.tit. 10. Arrest. 15. & 17.* Abutitur hic textu *in l.1. §.plane de tut. & rat. distr.* Nec enim ibi duo simul condemnati, sed vnus in solidum conuentus ob dolum & condemnatus fuit. Alias vbi ex duobus reis & v.c. tutoribus vnus in solidum conuenitur, vtique hoc potest petere, vt sibi contra collegam actiones cedantur. Id in *d. l.1.* negatur ei qui ex dolo conuentus fuit:Id & recte negatur *Arrest. d. 3.* Alterum remedium est vnius in solidum condemnati & exacti, vt partem ab altero per actionem vtilem exigere possit. Hæc quoque actio diserte negatur in *d.l.1.§.plane.* sed male conceditur d. Art.3. Et insignis est socordia autoris, qui citat *d.l.§.plane:* nec tamen intellexit ibi negari aperte. Et textus inepte adducitur ex *l. nam & Seruius de negot.gest.* nec enim ibi de eo tractatur, qui ex dolo suo conuentus & condemnatus fuit.

Regula quæ allegatur, Arrest. vn. Appendicis, quod in delicta non sit locus sponsori, regula non est, & enim sæpius falsa est, quam vero simpliciter falsa est, vbi agitur ciuiliter ex delicto: sed & vbi criminaliter agitur, falsa est, vbi certum est,tantum pecuniariam pœnam irrogatam iri. In ceteris vera est, quo ad pœnam principaliter ipsam quæ delicto irrogatur; ceteroquin etiam in capitalibus,sæpius locus est sponsori & fideiussori de sistendo,de quo accurate egimus ad Treutl. de fideiussoribus.

AD TITVLVM XIII.

De confiscationibus.

Qvod iure ciuili nouissimo ex *auth. bona damnat.C.de bon.proscr.* ex causa criminis falsæ monetæ bona confiscentur, vt est *Arrest.1.* falsum est. Hæreticorum bona non iure ciuili Iustinianeo, (exceptis certis speciebus hæreticorum) sed iure Canonico confiscantur. Nec hoc conuenit iuri ciuili,vt ob grauitatem communis & alterius delicti bona publicentur:propter ius quod ex Lege proximis agnatis quæsitum est.

An *auth. Incestas. C. de incestis nupt.* non habeat locum in incestu extra matrimonium, diximus *sup. de Incest.* Eo posito recte depulsus fuit fiscus: recte etiam propinqui, si viuo reo id postularunt: sin eo mortuo,inexplicabilis fuerit contradictio: Et eum tamen casum fuisse arguit, quod ait, propinquos errorem allegasse, dum sc. se opponunt fisco: Et cuius igitur tandem bona fuerunt? Miror

etiam

etiam afferri præscriptionem 20. annorum: aut oportuit Reum ante totos 20. annos reliquisse eum concubinatum: ceteroquin in terminis continuati criminis præscriptioni isti non esse locum, certissimi est iuris.

TIT. XIV. confunduntur diuersæ quæstiones. Nam iure ciuili regulariter defuncto Reo ante sententiam, finitur cognitio, nec sententia fertur, adeo frustra de pœna cadaueri irroganda quæritur. Alia quæstio est de Reo post sententiam mortuo. Et hic tamen quoque executionem fieri in cadauer inhumanum sit, de qua re v. late *Vasq. 3. contr. 96. n. 7. cum multis seqq.* Et cessat hic prorsus ratio irrogandi pœnam, quam nec sentit cadauer. In crimine maiestatis obseruatur vt memoria defuncti damnetur & aliis quoque vt bona confiscentur *L. ex iudiciorum* 20. *de accusat. l. vlt. ad L. Iul. pecul. §. per contrarium 5. Inst. à hered. ab int.* Aliquando ob facti atrocitatem in exemplum aliud obseruatur, vt in Appendicis Arresto: qua ratione aliquando merum imperium exercetur & in bruta *Leuit.* 24. ad abolendam delicti memoriam *can. 4. caus. 15. q. 1. Exodi 21. vers. 28. & Guid. Pap. dec.* 238. refert porcum suspensum qui occiderat puerum. & *Pausan. Eliac.* 2. refert statuam in mare demersam, quæ oppresserat hominem, add. *Muscorn. de iurisdict. num.* 47.

Existimo si quis rem à se donatam matrimonii gratia paciscatur sibi restitui, eo præmortuo ad heredes actionem transmitti. Itaque non video quo iure dicatur Art. 1. Tit. XV. donatore præmortuo nullum esse reuersioni locum. Prorsus illud falsum esse puto.

Manifestam rationem habet *Art.* 1. Tit. XVI. quoniam & fiscus qui bona occupat defuncti creditoribus satisfacere tenetur.

Crediderim & contra Arrest. 2. præferri debere partem, ex cuius conuentione lucrum regi quæritur.

AD TIT. XVII.

De Indulgentia criminum.

ARresti primi ratio pendet à Regis absoluta superioritate in Gallia, à quo ceteri omnes simpliciter dependent. Id adeo in principibus Germaniæ vix procederet, Autoris ratio *Art.* 2. falsa est, neq; enim potest damnari, ratio, quod iustitiariis dominis inferioribus multa debetur, quam vtiq; iure suo exigunt.

Supra etiam dixit autor, licet quis defendendi sui causa occiderit, veniam tamen impetrandam esse à principe. Id repetit *hoc t. Arrest.* 5. sed sane mirum est, quod talem reum iudex condemnare teneatur, qui iustissimam habet exceptionem, & qui omnino non deliquit, sed iure egit, & qui vt affirmatur communiter à Doctoribus etiam tutus est in foro conscientiæ. Et qui igitur condemnare iudex possit? Absurda est hæc sententia.

Arrest. 12. confunditur pœna capitalis & corporalis. Et vero mirum ibidem est, quod rescripta super remittenda leuiori pœna non admittuntur: nisi hactenus, quatenus versatur interesse partis, quod princeps remittere non debet, & si recte agere velit, nec potest.

Mirum quoque est, quod proponitur *Arrest.* 13. Intelligitur enim semper indulgentia, saluo iure tertii cui ius quæsitum est, nisi id restringas ad casum, quo (& hic casus proponitur, licet nimis generaliter initio quasi regula tradatur) qui Reus est, se sistit, & iustificat: huic enim omnino bona sunt restituenda: neque enim hæc indulgentia est, sed iniuria esset, si aliter fieret. Et ita mox autor distinguit: Et rectissime addit, si bona aliis quam Regi adquisita sunt, Regem ea restituere non posse: contra quam sed male iudicatum in Nota refertur.

Arrest. vlt. proponitur casus rei damnati ad suspendium, & rupto laqueo decidentis. Nec sententia est absurda eorum, qui putant liberandum, si modo duas limitationes ponas 1. si constet nihil carnificis dolo & collusione actum 2. si non satis liquidis probationibus sit reus conuictus: & propterea Interpp. ponunt, Reum de sua innocentia fuisse protestatum: quod & ponit autor; in quibus terminis pro liberatione ego omnino concludo: & claudicat, Imo nihil illa ratio concludit, In qua quidem plurimum situm esse putant, sumpta à sententiæ formula, qua ad mortem quis fuit condemnatus: nec enim aliter potuit pronuntiare iudex; & ob allegatas rationes dicimus sententiam executioni porro haud esse mandandam: sicut neque illa mandaretur, si damnatus etiam post sententiam, posset innocentiam suam mandare: in criminalibus enim sententia in rem iudicatam nunquam transit, vid. *Clar. libr. 5. §. vltim. quæst* 98. *numer.* 9. *Alciat. 3. reg. præsumpt. num. 4. Muscornum de iurisd. numer.* 93. *Tiraquell. de pœn. temp. caus. vltim. Bocer. de iurisd. cap. 5. numer.* 71. *Ægid. Boss. pr. crim. Tit. de fauoribus defens. numer.* 1. *Wesemb. in parat. de pœn. numer.* 9. *Cagnol. in l. fauorabiliores de Reg. Iur.* prorsus in huiusmodi casibus, tutius peccatur in partem mitiorem. Commodum cum rupto laqueo rumpitur & huius operis filum.

F I N I S.



COLLECTIO ARRESTORVM NOTATV DIGNIORVM, SEV RERVM IN SVPREMIS FRANCIÆ CVRIIS, *seu Tribunalibus, iudicatarum.*

LIBRI PRIMI TITVLVS PRIMVS.

De Rebus Diuinis, Sacris & Religiosis.

ARRESTVM I.

§ Sacramentum Altaris extra strepitum iudicialem est.



VNCTI, fide firma, fiduciaq; Christiana & Catholica credere debemus, sanctum Altaris sacramentum nihil vspiam temporale in se continere: verum ab omni parte spirituale esse (in quo videlicet tum perpetuo Iesu Christi verbo, tum firma fiducia, quam eiusce rei gerimus, pretiosum ipsius corpus cõsecratur, quod eo tempore pro peccatis nostris Deo patri ipsius offertur: quodque ad plenius viuificandos nos accipimus) item credere debemus, ob ipsius maiestatem, & dignitatem, de eo inter mortales siue possessorio *a* iudicio, siue alia qua ratione agi fas non esse: possessorium quippe in re tam sancta spirituale prorsus est: iuxta notata *in Clementina fin. eli, extr. de præbendis.* Et vero hac ratione Arresto Parisiensi anno 1388. ab interdicto depulsus fuit, qui sese turbatum in *b* possessione administrandi sanctum Sacramentum his & illis Parochianis suis asserebat: qui cæteroquin illi soli cæteris exclusis suberant.

A rebus sacris Codicem suum orsus est Iustinianus, republicis & dignitatibus. Hoc ipsum præstitit & hic auctor, & plures alii.

a Res sacræ regulariter præscribi non possunt, neque iure dominii, neque iure possessionis, aut seruitutis, cum sint nullius, *l. in tantum. §. sacra. ff. de rerum diuis. & § sacra. instit. eod.* Res enim sacræ non possideri, sed quasi possideri dicuntur, *vide infra lib. 8. tit. 12.* Excipitur tamen ius patronatus, quod licet in sacris possidere per exceptiones & modos, *vide infra tit. 9. lib. 3.* Berg.

b Receptum tamen est, vt Curio, aut alius dominus fundator & patronus alicuius Ecclesiæ possit interdicto experiri aduersus eum, qui in Capella aliqua & loco non parochiali habere vellet labra (in quibus baptisma confertur) vel ciboria (in quibus Eucharistia administratur) *vide infra hoc ipso libro tit. 5. arrest.* 21. Item vtilis actio confessoria pro omnibus iuribus, veluti pro iurisdictione & decimis competit, *c. constitutus. de relig. dom.* item, si iura solita denegentur, interdicto vti possidetis agi poterit. Berg.

II.

Presbyter admissus ad salarium pro Missa petendum.

Et extat tamen *a* Arrestum eiusdem Curiæ, vndecima Iulii anno 1531. quo Presbyter admissus fuit *b* ad petendum ministerii sui salarium in *c* celebranda Missa, *d* coram Iudice laico seu seculari aduersus laicum: ea ratione, quæ continetur *Canone precaria 10. q. 2.* Neque tamen hoc ipso ratio sancti Sacramenti mercenaria redditur *e* (seu nummario pretio æstimatur,) verum presbyter operæ suæ pretium fert: quæ id meretur, ne egestate laboret. Et nihilominus tamen, si habeat ipse aliunde, vnde sese exhibeat (siue alat) vt salario carere facile possit, melius fecerit, si ab hac actione abstineat: est enim res talis, quæ non peti, verum vltro offerri debet, *arg. l. fideicom. § si rem ff. de legat. 3.* exemplo diui Pauli, qui *1. ad Corinth. cap. 9.* ait, se nihil ab ipsis pro Euangelio prædicato, & laboribus circa Dei verbum pro ipsorum salute exhaustis exegisse, sed nec quicquam ab iis accepisse. Et quamuis idem dicat, Dominum ordinasse, *vt qui euangelizarent de Euangelio viuerent*, subiicit tamen, *se nullo istorum vsum esse.* Sed certe ex ipsius sermone satis colligitur, quicquid hac parte fecit, id fecisse ipsum ad domandam magis magisq; Corinthiorum quos alloqueretur auaritiam. Proinde Arresti nostri consequentia salua & integra manet: Et vero non alia cautela melior ad tollẽdum scandalum, & quod inde promanat dedecus, excogitari potest, quam si contingat Prælatos nostros, quibus ordinandorum & creandorum Presbyterorum cura incumbit, iam non alios de more admittere, quam qui ipsi honeste sese exhibere possunt, quam vt mendicitatem quandam Missis quæstuariis exerceant, iisdemque occasionem huiuscemodi vitæ quæstuariæ adimant, quæ ipsorum conditioni aduersatur. *Ne sit*, inquit lex diuina, *inops neque mendicus inter vos.*

Arrestum hoc desumptum est ex *Lucio lib. 1. Placitorum Curia, tit. 1. arr. 1.* & est superioris exceptio.

a *Infra lib. 3. tit. 2. & 4.* Vt perfidiæ occurratur beneficii retrocessionem repetere permittitur. *Berg.*

b Vide tamen *infra lib. 3. tit. 12. in annot. ad tit.* vt is Simoniacus æstimetur, qui Missam pro sex blancis dicit.

c Vide hoc ipsum Arrestum *hoc eod. lib. tit. 3. arr. 7. & lib. 7. tit. 12. arr. 1 & lib. 5. tit. 1. arr. 1.* Charondam *Respons. lib. 7. cap. 79. de laudabili consuetudine, qualegat, & pro qua datur actio; s. ad hac. de excess. prælat. cap. 1. de decim. Can. apostolica. 17. q. 3.* Duaren. *lib. 7. de benef. cap. 6.* I.C.

d Nouella 120. sacra *λειτουργία* debet fieri in Monasteriis certis, lectis scilicet sacris libris, & tradita populo sacra & ineffabili communione. Iulianus Antecessor *ibidem*, & Nouella 58. interpretatur *Missam*: quo verbo Ambrosius & alii vtuntur: sed dicunt *Missam agere* vel *facere*, non *dicere*, vel *canere*: sic Cornelius *Epistola ad Lupicinum*, Neque publicum in vrbe Roma, neque in Cryptis notioribus Missas agere licere.

Olim erat *Missa* fidelium auditorum pœnitentium, à missione & dimissione [sic dicta.]

a Quod datur Sacerdoti, est pretium operæ, non operis. Berg.

III.

Iudex laicus solus competens est ad condemnandum laicum, conuentum pro solutione salarii Presbytero debiti pro Missa celebrata.

Iudex laicus solus competens Iudex est ad condemnandum Laicum, qui pro solutione salarii presbytero debiti pro celebrata Missa conuenitur: Prout indicatũ fuit Arresto Parisiensi, pro quodã tanquam ab abusu appellante, à processibus inchoatis aduersus ipsum corã Officiali pro solutione consequenda multarum Missarum, quas Presbyter pro ipso & ipsius prædecessoribus celebrauerat: & idẽ tamen post appellatiassertionem, & duorũ præterea testiũ adtestationem de prædicta celebratione fidem facientium, ad soluendas pro iis decem libras, idq; prouisionaliter cõdemnatus fuit: ac præterea in expensas processuũ, quos coram prædicto Officiali sponte intentauerat: citra expensas causæ appellationis, propter causæ videlicet qualitatem. Appellatus equidẽ ad sui defensionem, hanc rationem prætendebat, quod in causa intentata non simpliciter, & absolute conclusisset, sed officium iudicis ecclesiastici tantum implorasset, ad cogendum videlicet appellatorem *ad obseruationem laudabilis consuetudinis*: qui casus est singularis, quo Laicus coram Iudice Ecclesiastico respondere cogitur, *can. ad apostolicam. de simon.* & quæ ibidem per Abbatem super hac re notantur.

Arrestum istud datum fuit in Auditorio pomeridiano die Veneris 17. Aprilis, anno 1545.

Vide Arrestum 1 *in appendice ad hunc titulum* Quin & hanc ipsam quæstionem vide tractatam a Maynar. *lib. 1. notab. Iuris & singularium Iuris quæstionum, c. 1* vbi refert quæstionẽ hanc ad sui relationem ampliatam fuisse Arresto Tholosano anno 1574. eamq; indecisam propter consequentiam mansisse: vide & Choppinum *lib. 2. de sacra politia, c. 2. n. 1.* I.C.

IV.

Missæ decantatæ in Capellis priuatis alta voce.

Honos sacri officii præ aliis rebus omnibus apud Francos semper in maius auctus potius quã coarctatus fuit: Principe videl. quiq; sub eo ius summũ habent, eam curam & solicitudinem gerentibus, quo subditi in ea religione cõseruarentur. Qua parte nulla res efficacior fuit, quam præcido fonte, e quo fidei derelictio & apostasia manare poterat, cuius generis est auaritia, & quæcunq; alia cultui diuino aduersantur. Rursum nulla alia res efficacior fuit, q̃ propagata & libertati suæ relicta fidelium deuotione bonoque zelo. Et vero hac ratione Curia, commonitione D. Riaorii Aduocati Regii secuta, Arresto suo 1. Octob. 1555. non attento interesse pecuniario Rectorum & Curionum, parochianis S. Benedicti in ciuitate Parisiensi permisit, seu facultatem dedit, procurandi celebrationem Missæ alta voce, idq; per Diaconos & subdiaconos pro cuiusq; deuotione in Capellis priuatis: idq; diebus solennibus, & Dominica ipsa.

Vide hoc Arrestum plenius *lib. 1. c. 10. Collectionis meæ de determinationibus.* I. C.

V.

Reliquiæ S. Dionysii.

Iurgio inter Capitulum B. Virginis Parisiensis ab vna parte, ab altera vero inter Abbatem, Religiosos & Conuentum S. Dionysii (quem nos Apostolum & Senatorem Atheniensem, seu Areopagitã credimus) Capitulo videlicet contendente penes se esse caput S. Dionysii: Conuentu vero, corpus integrum, transactum fuit Arresto quodã, quod datum 19. Apr. ann. 1410. quo dictũ fuit, reliquias dicti Capituli esse caput Dionysii Corinthii, at nõ Atheniensis. Qua parte sane Capitulum causa cecidit. Et post hæc tamen dubium adhuc remansit vindice dignum. quod moueree potuerunt, qui tum temporis erant homines, & deinceps quoque, vtrum hoc iurgium à religione magis, quam auaritia processerit.

VI.

Cunctis Christianis exploratum esse oportet, officium quo Sanctos Dei eorundemq; reliquias venerari debemus. Itidẽ scire oportet, potestatẽ, quam Sancti habent, fauorẽ suum nobis coram Deo exhibendi: Vice versa, quænam sit illorum culpa, qui picturas ipsorũ detestantur, quiq; reliquias eorundem despiciunt, eademq; opera opinantur, eorum preces nihilum conferre posse. Et tamen dissimulanda non est complurium Presbyterorũ impostura, qui falsis reliquiis per auaritiam suppositis deuotas animas reuerentiæ ob rem in sanctis videl. exhibendæ sibi collegerunt, & exinde ingentem pecuniam fecerunt seu redegerunt. Huius sectæ multi in apostasiã aduersus Deum & rationem omnẽ prolapsi sunt. Et quanquã nonnulli hanc culpam obtegere, eamque in dubium reuocare conati sint, Arresti cuiusdam præiudicio, quod datum fuit ante 70. vel 80. circiter annos inter religiosos S. Petri, & religiosos S. Lupi, prædicto fine stipem corrogantes, quo dictum fuit 5. Octobr. 1405. quod vnicuique istorum Conuentuum liceret prouisionaliter, id est, interim vsquequo de ea re amplius cognitum fuisset, stipem corrogare, & oblationes accipere: sic tamen, ne alteruter se reliquiis esse ferrent, Negotiumq; Archiepiscopo Senonensi datum, adiectis præterea aliis nonnullis illius prouinciæ Prælatis, vti diligenter inquirerent, & ad Curiam super præfatis reliquiis referrent: nihilominus extant cõplurima Arresta, tum Parisiis, tum in ceteris supremis Curiis data de puniendis iis, qui falsas reliquias supposuissent, & homines ad b superstitionem falso cõmouissent, per *l. si quis aliquid fecerit. ff. de pœnis.* Sane Cic. quoq; *libr. suis de diuinat.* censet, q̃ quemadmodũ religio conseruari & augeri debeat, & à religione defectio puniri, ita superstitionis occasiones amoueri & Repub. fugari oporteat. Duo nempe extrema apostasia & superstitio vitio deputanda sunt, at religio grata & accepta est. Quod igitur vitiosam illã superstitionẽ attinet, refert Lucius quendã huiusce generis Presbyterum seculo nostro veterẽ admodũ effigiem ligneam B. Virginis, quæ pictoris officinæ impedimento potius, quam ornamento diu fuerat, pretio 4. solidorum sibi coemisse: mox statuæ ipsius capitis summitatem duobus secretis foraminibus pertundi curasse, quæ recta ad oculos pertingerent: dein supra statuam illam lignũ vitis recẽter putatæ aptasse. inde eam statuam in horto Cimonii dicato, & domo presbyterali proxime ad Ecclesiã locasse, aliosq; similes fucos proposito suo cõuenientes adhibuisse: postera die id fategisse, vt sibi quam posset plurimos asciscerer: ibi dũ in pergula hortuli, vbi locata erat effigies, obambularent, imaginem lacrymari visam, humore videl. ligni in capitis foramina instillante, atq; inde per oculos diffluente: ibi Presbyter ludos hos faciens, ilico inclamare, remq; ostentare: adstantes ipsi contemplari, credere, & inde miraculum asserere: inde dita fama eo omnes cum summa religione & deuotione accurrere. Inter alios eo quoq; venit pictor cũ vxore & seruo, vnde imago illa processerat, qui eam agnouere: hi ipsi tamen precibus & orationibus suis defuncti, ne cuiusquã voto seu deuotioni intercederent, neve presbyterũ traducerent, rem tum dissimulauere: inter se tantũ consentire, eam ipsam statuam esse, quæ ipsorum officinam multos annos obsederat. At pictor vbi domum reuersus, rei veritatem publice efferre cœpit: inde Presbyter captus, tum interrogatus, conuictus, tandem cõdemnatus fuit. Similes

Falsarum reliquiarũ impostura.

Superstitio.

Religio.

Apostasia.

miles imposturæ plures seculo nostro euenere: veluti Regnaldi in æde Beatæ Virginis de Campis, prope Parisios: item aliæ in æde Beatæ Virginis Lætificæ, in suburbio Sancti Dionysij, similesque aliæ fraudes, quas hic recensere nihil necesse est.

a Notandum est, de Cruce & reliquiis sanctorum, ea non nisi locis sanctis collocari oportere, per *l. decernimus. C. de Epis. & Cleric.* quæ est Leonis.

b Hoc facit lex *statua & imagines. ff. de vsufructu.* B.

VII.

Vis S. Ampullæ, quæ Rhemis.

S. Ampulla cœlo demissa Regibus Franciæ id peculiare & miraculi habet in ipsorum Regũ fauorem, quod quo tempore cõsecrandi seu inaugurandi sunt Reges, plena semper reperitur. Vice versa prout iidẽ deficiunt, aut ad mortem accedunt, & ipsa pariter vacuatur & deficit. Rex igitur Ludouicus XI. grauibus morbis oppressus, & viuendi percupidus, sanitati recuperãdæ vel ad certum vitę aut mortis præsagium captandum, eam sibi in eum locum quo consistebat adferri curauit, & vt erat in religione tenax ita sibi persuaserat, malo suo seu morbo excludendo eam rem fore seu valituram. At Curia Parlamenti, vbi Ampulla Parisios appropinquauit, de honore illi exhibendo deliberauit: & vero solita pompa illi occurrere, & quod huiusmodi sanctuario atq; oleo cælesti Reges validanti, & cuius mysterio potestatem & imperium a Deo sortirentur, non minus honoris, quam Regibus ipsis exhiberetur decreuit. Penultima die Iulij 1483. ex Lucio.

Paulus Æmylius de gestis Francorum.

VIII.

Calix sacer pignori datus a Monacho.

Prior quidam Religiosus centum aureos mutuos à sorore sua absq; syngrapha accipit: aliquo tempore elapso peste contingitur, & à sorore de debito interpellatur: is vt satis ei faceret, calicem chrysargyrum ei mittit: Abbas, ad quem spolia pertinent, calicem a repetit: illa contra, paratam se reddere, si debitũ sibi soluatur: Abbas regerit, calicem rem sacram esse, neque pignori dari potuisse. Arresto Parisiensi definitum fuit, omnibus Cameris coadunatis 7. Septembris 1548. calicem prædicto Abbati restitui oportere, refuso tamen prius debito. Hæc retentionis species admodum singularis foret, si de producenda ea ad consequentias in paribus & fauorabilioribus causis ageretur. Et tamen, cũ tam solemni Arresto, vt dictũ est, omnibus Cameris congregatis, iudicata fuerit, in similibus quoque casibus obseruari debet.

a Etsi in interdicto recuperandæ possessionis duo concurrere debeant, nempe spoliatio & possessio: rursũ etsi, res sacra possideri non possit, quia in nullius bonis est, *§ nullius Inst. de rer. diu.* nihilominus remedium recuperandæ possessionis intentari potest ab eo, qui in custodia sua rem sacram habuit, veluti calicem, nam etiam prædo habet remedium *ex c. 20. reintegr.* B. Vide Arrestum. 10.

IX.

Prædicator salariũ accipere debet, & à quo.

Reuerẽdissimus Gaspar Iarentius Archiepiscopus Ebrodunensis causam appellationis à se factæ perorari curauit, eo quod Prior Dominicanorũ S. Flori, emolũentũ sigilli prædicti S. Flori vindicari fecerat, quod iam in præfatum Iarentium tum Episcopum ceciderat, è quo prędictus Prior 24. libras acceperat: Dominicanus appellatus dicebat, quod Euangelium in prædicto loco toto Aduentus & Quadragesimæ tempore prædicasset, atque ita pręlato causę suę fauore nitebatur. Dominus Marillacus Aduocatus Regius huic adhærens, dicebat, quamlibet vel mitram quis ipsi sustulisset, appellationem tamen eius admittendam non esse: Arresto dictum fuit, appellationem eius recipi non oportere: ac præterea mulcta ei imposita fuit viginti librarum, & in expensas appellati vltima die Septemb. anni 1550. Maioribus diebus Molini habitis.

De salario Prædicatoris.

a In quæstione, quisnam salarium prædicatori præstare teneatur, distinctione vtendum est: nempe, vt si de vrbe agatur, in qua Archiepiscopatus vel Episcopatus sit, eo casu officium pastoris sit ipsius prędicare, vel prędicari curare, & verbum Dei anounciari gregi suo, idq; expensis suis. *Hæc duo*, inquit Hieronym. *in Can. si quis vult. dist. 36. sunt Pontificum opera, vt aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando, aut populum doceat.* Nisi forte legitimis ex causis impediatur, quo casu viros peritos & idoneos ad id delegare debet. *Can. inter cætera extr. de off. ord. & Concil. Trid. sess. 24. c. 4. de reform.* Et ita iudicatum fuit aduersus Reuerendiss. Iacob Regẽ Archiepiscopũ Bituricensem Arresto 1. Iunii 1542. quod extat *c. 2. collectionis meæ de Determinationib.* At si de vrbe, oppido, vel pago agatur, vbi sit Ecclesia Collegialis vel Curio, tũ omnes ii, qui decimas in prædicta parochia percipiunt, ad Prædicatoris salariũ conferre debent: parochiani vero, ad victus expensas: quemadmodum D. Maynard. *in notabilib. quæstionib. suis lib. 1. c. 34* refert, Arrestis Tholosanis iudicatum fuisse: præter quæ, alia insuper ad manus meas peruenerunt, quæ producta fuerant in lite quadam appellationis a sententia Officialis Albiensis, quæ coram Officiali Metropolitano Bituricensi pendebat, quorum vnum datum fuit aduersus Reuerendissimum Alphonsum Allebensium Episcopum Albensem, appellantem ad commodum Reuerendi Francisci Perini Archipresbyteri vrbis Insulanæ, & Syndici, Consulum, & Parochianorum eiusdem ciuitatis appellantium, quo decretum fuit, vt partes in curia procederent: & interim per prouisionem absq; præiudicio iuris partium statutum fuit, vt Episcopus tres partes conferret è quinque ad salaria & expensas prædicatoris qui prædicasset & prædicaturus deinceps esset in vrbe Insulana 14. Martij 1600. D. Trebonio referente. Alterum Arrestum ad commodum Syndici capituli sancti Pontii de Thomieres, & D. Antonii Folcarii Presbyteri Rectoris S. Baudillæ de Sitano appellantium a Libellariis Palani, & inter Syndicum Carthusianorum Castrensium, qui Tholosæ consistebant, appellatus, appellatio in irritum deducta fuit, &c. Et prædictus Syndicus Carthusianorũ cõdemnatus fuit, vt conferret ad salarium & alimentũ prædicatoris, qui prædicaturus esset in Ecclesia parochiali S. Baudillæ Sitanæ pro rata decimarum, quas præfati Carthusiani in prædicta parochia S. Baudillæ Sitanæ percipiunt: idque citra expensas 12. Febr. 1602. D. Cadillhaco referẽte. Idem, & alio Arresto eiusdem Curiæ 17 Mart. 1603. inter præfatum D. Episcopum Albiensem & D. Hieronymum Bandinellium Archidiaconum in Ecclesia Albiensi appellantes à præfatis Libellariis, & D. Ioannem Carbonellum Rectorem parochiæ S. Blasii de Bastida, quod scilicet prædicti appellantes pro rata fructuum, quos in prædicta parochia percipiunt, conferrent ad salarium & alimenta prædicatoris, qui prędicaturus esset in prędicto loco de Bastida. I.C. Vide 1. *ad Corinth. c. 9.*

X.

Indemnitatis cautionem pignoratione rerum Ecclesiasticarum.

Quidam nomine Sapiens, prior Claustrarius maioris Ecclesiæ Tullẽsis, quinque claues & custodiam thesauri & reliquiarum eiusdem Ecclesiæ habebat, ad preces Religiosorum, qui de indemnitate ipsi aduersus omnes cauebant, tradit Nerio Magio Lugdunensi quędam iocalia, & reliquias pignoris loco pro pecunia, quæ ab ipso mutuo sumebatur Conuentus nomine, pro solutione videlicet bullarum secularizationis prædictorũ Religiosorum *. Prior hic claustrarius eo nomine reprehenditur: is vicissim Religiosos autores suos euocat, qui ipsi de indemnitate cauerant: Hi nihilominus Arresto Burdegalensi (quod à D. Boerio allegatur sine temporis adiectione) absoluuntur: per *gl. in l. quoniam multa facinora. in verb. supplicium. C. ad l. Iul. de vi public.* cuius rei ratio bona hæc est: *quod data turpi promissione semper deferendum erit possidenti, §. aliud. Instit. mandati, & l. si remunerandi, §. rei turpis, & l. si vero non remunerandi, §. si adolescens, ff. mandati.*

* Quæ facta fuit anno 1515. Boerius *decis. 6. c. 1.*

XI.

Prohibitio de non obambulando in Ecclesiis.

Vigesima secũda Ianuar. 1550. D. Procurator Catholicus Regius, in Curia cõmonitionem fecit aduersus eos, qui tẽpore seruitii diuini in ecclesiis obambulabant, quiq; hoc facto, & de negotiis suis tractando,

deq; rebus aliis à loci sanctitate alienis bis abutebātur, expostulans, vt huic malo indies crescēti ad scandalū vsq;, p d. Curiā occurreretur: & vero ea decreuit, Inhibitiones omnib. districtus illius cuiuscunq; status, qualitatis, cōditionis forēt, faciēdas, ne deinceps in Ecclesiis prædicti districtus ambularēt: neve sermones de negotiis & rebus priuatis cōmutarent, agitarēt, & negotiis temporalibus, quo tempore servitium diuinum agitatur: mulcta decem librarum Parisiensium pro prima vice proposita: carceris, pro secunda: pro tertia, pœnæ ad cæteros exemplo terrendos: Eoque fine Episcopis cæterisq; Prælatis iniunctum fuit, itemq; Iudicibus Regiis & ordinariis locorum, vt prædictum Senatusconsultum publicari, custodiri satagerent, Itemq; vices agentibus Procuratoris Catholici, vt id executioni tradi curarent: deq; ea re ad Senatum referrent. Ac præterea decretum fuit, vt SCtum ad tubæ sonum & publico præconio per compita vrbium prædicti districtus publicaretur, ne quis eius ignorantiam obtendere posset.

Secuta est postea constitutio Henrici II ann 1552. *Art.* 40. & Comitiorum Blesensium 1559 *ar* 37. Vide *Canonem in Oratorio dist.* 42. *& cap. dece*, *communit. eccles. tit.* 6. I.C. Lucius *lib.* 1. *Placitorum Curiæ tit.* 1. *Arresto* 1. *& lib.* 6. *tit.* 16. *arresto* 6.

XII.

Instauratio Ecclesiarum: In eam tertiā beneficii partem erogari oportere.

Ad appellationem, pro impediendo reparationis templi onere, quod beneficio ipsi impositum fuerat, inter Anton. Boerium Presbyterum priorem Commendatarium S. Laurentii de Moyrneaux, qui appellauerat à Balliuio Carnutensi, vel eius locum seu vices implente ab vna parte, & Procuratorē Catholicum Regiū, causam vices suas obeuntis in districtu Carnutensi suscipiērem ab altera parte appellatum: posteaquam Capellus pro Procuratore Catholico Regio & Grinellus pro appellante verba fecissent. & prædictus Boerius ipsemet dixisset, Prioratum suum non nisi Capellam Monachalem ordinis S. Benedicti esse: Curia posteaquam Aduocatus & Procuratores appellantis declarassent, nullas se scire causas validas sustinendæ appellationi appellantis, prædictam appellationem reiecit, decreuitq;, Vt id, à quo appellatum esset, plenum & integrū effectum suum sortiretur: & admissa prædicti Procuratoris Catholici Regii petitione, posteaquam à parte appellantis declaratum fuit, se nolle admissionem prædictæ postulationis impedire, præfata Curia decreuit Balliuium Carnutensem ipsummet, vel alium quem delegaret & deputaret è tribunali suo, murario & fabro lignario peritis adscitis, in rem præsentem descendere oportere, in locū videl. prædicti Prioratus S. Laurentii de Moyeneaux, parte quę appellauerat, citata: ibidemq; præsente parte simul & vices gerente Procuratoris Catholici regii in prædicto tribunali Carnutensi visitaturum ruinas, & quid eodē loci instaurandū esset, & quo pretio: vt ita præsenti lustratione facta vna cū relatione, omnique re coram Balliuio vel ipsius Locum tenente relata, omnique re ab ipso visa, ab ipso prouideatur super pręd ctis reparationibus prout rei necessitas exiget vel ratio expostulabit. Et tamen decreuit prædicta Curia, vt ad refectiones necessarias & vrgentes pręd cti loci illo tantūmodo anno, media pars redituum dicti Prioratus impenderetur: reliquis vero annis subsequentibus vsque quo cæteræ reparationes vtiles & necessariæ factæ fuissent, non nisi tertia pars prædicti reditus singulis annis. Præterea decreuit idem Senatus, vt Abbas Iosaphati citra præiudicium iuris visitandi quod magnus Archidiaconus Carnutensis in prædicto Prioratu sibi vendicat, in prædictum prioratum descenderet, eidemq; exhiberentur diplomata fundationis ipsius, atq; in diuinum officium, quod in illo prioratu celebretur, inquireret, num bene & legitime celebraretur, & p modo fundationis cōtinuaretur: eiq; rei caueret, prouideret. Decreuit itidem prædicta Curia, vt in reliquo, quod ex reditu pdicti prioratus superesset in manibus prędicti appellantis, decimis aliisq; oneribus distractis ea nummorū summa à prædicto Abbate cōstitueretur, quā celebrādo diuino officio necessariā perspiceret, eiusq; ea de re decretū executioni traderetur, nō obstante oppositione aut appellatione quacunq;, neq; his quidquā præiudicantibus. Et vt hęc omnia quę dicta sunt, effectui traderentur, pręd cta Curia partes ad Balliuium Carnutensem, eiusve Locumtenentem remisit. Et alteram postulationē admittendo factam à prædicto Procuratore regio, iniunxit prædicta Curia omnibus Balliuis, & Seneschalcis regiis prædicti districtus, qui videlicet prædictæ curiæ immediate respondent, vt diligenter inquirerent in ruinas, delolationes, deformitates ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, capellarum, nosocomiorum, xenodochiorum, quæ intra cuiusq; fines & limites essent: item in cessationem celebrandi officij diuini: iisque rebus diligenter & cum cura prospicerent: & vices gerentibus prędicti Procuratoris generalis in iisdē locis vt ea promouerent, eaq; de re ad Senatū intra 6. menses referrent: proposita pœna interdictionis tēporarię ab officiis suis pro prima vice: pro secunda vero, abrogationis seu depositionis, 13. Martii 1535.

Vide *Canonem quatuor & sequentem duodecima quæst.* 2.

XIII.

Plurimi existimarūt, Ecclesiā eo ipso quod sit fundationis Regię in regis Saluaguardia seu tuitione esse: vt notatur *in c. ex parte. extra de priuileg.* Et tamen anno 1384. contra iudicatū fuit S.C. Parisiensi: pura, quod antequam prædicta Ecclesia priuilegiatā sese dicere possit, & in regis tuitione, necessaria eam in rem sit expressa Regis declaratio, qua prædicta Ecclesia in regis tuitionem & priuilegiorum concessionem recipiatur. Ecclesia fundationis Regiæ.

XIV

Arresto Tholosano Abbas S. Ægidij in ,puincia in impensas sartorum rectorum beneficij à decessore suo non factas condemnatus fuit, ita tamen vt ex fructibus beneficij caperentur, vt per Boerium *decisione* 204. *n.* 48. & notatur *in c.* 1. *fin. de offic. ord.* & Arresto aduersus Abbatem de Vertus 27. Martij 157.. Sarta tecta beneficii neglecta à quo fieri seu præstari debeant.

Vide Arrestum 22. Febr. 1586. *Append. Infra.*

XV.

26. Nouembr. 1384. Arresto decretū fuit, executores testamentarios Prælati alicuius pro ruinis ædificiorū Beneficij conueniri posse, quæ tempore defuncti obtigerant: vsque quo in totum id reparatum seu instauratum fuisset. Executores testamentarii pro ruinis tenentur, &c.

Idem Lucius *lib.* 1 *placitorum Curiæ tit.* 4. *Arresto vlt.*

XVI.

Non ęquum est, Asyla patere iis qui pro maleficiis suis relegati sunt: alioquin leges & iustitia illuderētur, & rei criminum hominesq; perditi impunitate donarentur. Hac ratione Arresto 25. Febr. 1479. prohibitum fuit, Canonicis, & Capitulo S. Martini Turonensis, Ne intra septa sua eos, quos relegatos scirent, admitterent: ac prætrrra decretum fuit, vt illico eos quos eiusce generis penes se haberent, expellerent: quoque id fieret, posteaquam id agere recusassent, ad id tum censuris ecclesiasticis, tum brachio seculari, manuque militari cogendos. Asyla & suffugia Ecclesiarū interdicta.

Lucius *lib.* 1 *placitorum Curiæ. tit.* 2. *Arr.* 1. Suffugia locorū sacrorum, & asyla a Francisco I. anno 1539 art. 166. sublata sunt.

sunt. neque eorum amplius ratio vlla habetur adeo vt, citra metum vel fraudem aut scandalum impone etiam à maiore altari capi, abstrahi reus possit. vnde promanat clausula *et eam in loco, à* ... Quod cum ita sit complorima è sequentibus Arrestis hodie in vsu esse non possunt. Cæteroquin regnũ Franciæ omnibus seruis, peregrinis, veluti Mauris, Barbaris est & cedit asyli loco: Quod ad seruos qui in Francia pertinet vrbs Bituricensis 1. *articulo*, hoc priuilegij habet, vt quilibet qui in ea municeps sit, inde vocari & vindicari non possit. C.M.

XVII.

Asylũ carcere elapsorum & homicidarũ

Decima quarta Maij 1519. Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, Reymundum de Sylua, & Martioũ Brayũ homicidas, qui effractis carceribus euaserant, atq; intra Ecclesiam admissi fuerant, vnde rursum abstracti fuerant iussu Seneschalli Aginensis, in ecclesiam restituendos: Nihilominus tamen Arrestũ, antequam procederetur emissum est, quo decertum est, in antecessum in genus homicidij, & vulnera defunctu inflicta inquirendum. Geminum huic Arrestum datũ fuit 3. Septẽb. 1537. pro Reymundo Fayo, qui à pdicto Seneschallo à simili ex asylo abstractione post effractos carceres appellauerat. Cyn. *in auth. si quis ei. C. de adult.* & Abb. Sic. *in c. fi. de imma. eccl.* contrarium tenentur. Rationes tamen ipsorum de eo accipi debent, qui ipsum ioet locum sanctum, & asyli violauit: quo sane frui eum æquum non est; vt est sacrilegus, hæreticus, hisque similis. *c. frater. 17. q. 3. & l. 1. C. de his qui ad Eccles. confug.*

Boerius *decis. 310. num. 59.*

XVIII.

Asyla homicidarũ ex insidiis.

Joannes Grimaldus, eiusq; cõsocii, cum inhumano more ex insidiis pensoq; in cõmune consilio Castellanum de Voyron in Delphinatu occidissent, qui vocabatur Robinetus Alluzius, sese in ecclesiam impunitatis & tuitionis ergo coniecerant, & vt supplicium euitarent: dubitatum tum fuit, num inde extrahi possent: & iudicatum postea fuit Arresto Gratianopolitano, inspecta facti qualitate, & prædicto penso consilio, asyli iure frui eos non oportere, indeq; extrahendos, per *cap. 1. vbi gl. de homicidiis. & §. atque aucta. in auth. vt. de mand. princip. & gl. Cyn. & Bart. in l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug.*

XIX.

Idem.

Arresto Parisiensi anno 1394. quidam nomine Floridus Clericus tonsuratus vsus armorum, turbæ, & homicidii reus, ex asylo extractus fuit, iudicatumque, eum asyli iure non fruiturum.

XX.

Idem.

Homicidii penso cõsilio admissi accusatus ex asylo extrahi libere potest, *c. 1. de homici.* text. in eam rem est expressus *Exo. c. 21.* Si quis p insidias occiderit proximum suum, ab altari meo euelles eum. Et iuxta id iudicatum fuit Arresto Parisiensi 22. April. 1535. quo Ioan. Androyus Parisiensis, cum ex insidiis & penso consilio cultello in sphæristerio quendam nomine Ioan. Augerum occidisset, vi à magno altari S. Innocentiũ auulsus fuit. Verum tamen illod est, quod si ex processu seu gestis iudicialibus appareat, crimẽ pensoconsilio non admissum fuisse, sed in calore iracundiæ, eum Asylo restitui oportere.

Luc. lib. 1. placitor. Curiæ tit. 2. Arresto 2.

XXI.

Monachus falsarius, asylo restitutus.

3. die Maii 1449. Arresto decretũ fuit, Monachum apostatã, & accusatũ bullarũ sanctæ Sedis Apostolicæ expilatarum, & signorum in iis corruptorum, atq; ea de causa in asylum admissum, in asylum reponendum. Not. *in c. 1. de apostat. & in l. 1. C. illo tit.*

XXII.

Asylum hæreticum.

1. die Iunii 1523. iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, Petrum Pomarellum Carnificem illius loci incarceratum & accusatum blasphemiæ aduersus Dei & sanctissimæ matris ipsius honorem, qui carcere effracto in conuentum B. Virginis Carmelitanæ sese proripuerat, iure asyli frui non oportere: per *c. fin. de immun. eccles. c. conquesti. & c. cum pro causa. de sent. excom.* His accedit opinio Fabri *in l. 1. C. de his qui ad eccles. conf.*

Vide Boerium *quæst. 110 num. 7.*

XXIII.

Vltima die Iunii 1475. decretum fuit, debitorem pecuniarium sub personę suę bonorumq; obligatione, etiam in loco sancto capi, apprehendi posse: vide Lucium *lib. 1. tit. 2. Arresto 3.*

Asylum debitoris.

XXIV.

Reus asylo suo restitutus, nihilominus in custodia detineri potest, & executio d. restitutionis in asylum retardari potest, vsq; quo satisfecerit, & soluerit prouisionem pecuniariã vulnerato aduersus ipsum adiudicatam propter delictum, de quo agebatur. Ita decretum fuit Arresto Parisiensi 28. Septembr. 1534.

Alimentorum decretum asyli ius moratur.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum I.

I.

CVrio, vt ornamẽtis instruatur, & salaria sua percipiat, Matricularios conuenire potest, sed coram Officiali: Iudicatum ita pro Curione de Villiers in Engolismensi, qui à Iudice laico appellauerat. 17. Iulii 1582. Berg.

Matricularii à Curione salarii sui nominis conueniri.

II.

Etsi decreto Statuum, seu Comitiorũ Aurelianensium *art. 15.* pariter vt dispositione iuris cõmonis, non liceat quidquã p re spirituali, &c. exigere vel poscere: nihilominus cum res mixta est, & tẽporalis magis quam spiritualis: veluti p iure Recognitionis, Compensationis, vel reditus fundati in *laudabili consuetudine*, interdicto vti possidetis experiri licet. Fidem facit Arrestũ Cardinali Archidiaconi Senonẽsis, quo scita inductionis & inthronistici cõfirmata fuerunt: quib. scil. cum Archiepiscopo vel Episcopis diœcesanis excipiendis, atq; in vrbẽ primũ venientibus occurrit, ab eo marca auri & argẽti debetur 1. Feb. 1564. in qua causa pro appellato Cardinali perorabat Vernoius aduersus Archidiaconum Senonensem (pro quo Pasquierus orabat) qui q; dupla multa multatus est, quod à bulla data & concessa à Gregor. 2. Pontifice, qui tum Auenioni sedem habebat, appellasset ab abusu, quæq; & altero præterea Arresto confirmata fuit. Ita inter initia Parlamẽti semestris, quod S. Martini festum aperit an. 1580. perorante Loiselio p Pragmaticis S. Quintini appellatis aduersus Primiceriũ Scipionarium B. Ludouici, qui consuetũ cõuiuium exhibere coactus fuerat, appellatio & id de quo appellatum, reiecta fuit. Vide inferius, *Consuetudo laudabilis, hoc ipso lib. tit. 12. arrest. 1. & c. 1. de decimis, c. apostol. cap. 17. quæst. 3.* B.

Interdictũ rei sacræ nomine admissum.

III.

Pro Religiosis notandum est, quod etsi nulla habeant bona neq; patrimonia, nihilominus 19. April. 1580. in maiore Camera *contra summum ius officio iudicis*, Dominicanus fauore studiorum admissus fuit, ad conueniendum tutorem eundemq; hęredem suum, pro obtinendo dono seu subsidio aliquo: & ilico prædictus tutor ad præstandos ei decem aureos condemnatus fuit. Berg.

Religiosus studiosus alimenta aduersus cognatos suos impetrat.

IV.

Vndecima Martii 1401. Arrestum datum fuit determi-

Determinatio pro-

terminatorium inter Maior m, Scabinos, Procuratorem Regium Abbauilanom, & Episcopum Ambianensem, & Curionem pariter Abbauilanum: quo decretum fuit, pro litteris sponsalitiis duodecim denarios soluendos: duos solidos Parisienses pro literis de intercedendo Banis: duos solidos pro translationem Parochiæ ad celebrandũ matrimonium: quatuor denarios pro dando banno simplici: pro benedictione 12. denarios: pro desponsatione 13. denarios: pro Missa sponsalitia, duos solidos Parisienses: oblationẽ vero liberā fore, & de qua conueniri seu transigi posset: sepulturas pariter immunes fore, itemque partus &c. Pro testamento à Curione oblato quatuor Parisienses: pro Baptismis *ex post facto*, quod cuiusque animo cullibuerit. Berg.

Factorũ sponsalitiorum & intercessionis factum proclamationibus nuptialibus.

V.

In Ecclesiis parochialibus subsidia & annexa, nisi authoritate Episcopi superioris, eo vocato eoius oteresse potest dare non licet. Igitur qui subsidia excitare vult, petitorio coram officiali vocata parte sua experiri debet. Præterea, quando subsidium excitatum est vel Capella subsidiaria, Curio principalis Ecclesiæ Matricis & subsidiariæ parochianos prædictę subsidiarię cogere potest, vt ad dictam matricē quatuor festis annuis, quintimo & die Natali seu dedicatæ Ecclesiæ conueniant: prout iudicatum fuit Arresto, quo fuit confirmata fuit sententia Vicarij Pontesiani pro Curione, aduersus Cancelanos velut subsidiarios, in appellatione tanquam ab abusu, quæ ex grauia ceu non facta iudicata: & ipsi nihilominus multa decem librarum Parisiensium Curioni addicenda, viginti Regi condemnati fuerunt 23. Ianuarij 1576. Idem iudicatum fuit 14. Mart. 1584. pro Decano, Caconicis & capitulo S. Benedicti, aduersus Suburbanos D. Iacobi. De subsidiis Parochiarum & Beneficiorum *v. lib. 3. t. 8. Berg.*

Subsidia & annexa parochiarum.

VI.

Super quęstione, vtrum Parochiani domum Presbyteralem ad habitationē Curionis & Pastoris ædificare teneantur, an vero impensis suis habitationē pro eo conducere & domum mobilibus & supellectile instruere, datum fuit Arrestũ Maioribus diebus Trecensibus 21. Nouembr. 1583. pro fratre Iacobo Diaucy Curione Magdalenę Trecēsis petitore per libellum aduersus Matricularios: qui sane condemnati fuerunt ad reparandum & in bonum statũ reponendum vetus presbyteriũ, vt in eo Curio commode habitare posset: & vsque quo id factum esset, annuatim ei soluerent deinceps summam 25. coronatorum cum tertia coronati parte: vel habitationē ei præberent, conditioni ipsius conuenientē: Gilloto Bellossao, perorantibus: Sed & antea hoc ipsum pro Ludouico Garroto Curione Longipontano iudicatum fuerat Arresto I. Decemb. 1540. ac præterea vt domus presbyteralis mobilibus ad valorem vsque 30. librarum instrueretur quorum nomine Garottus Curio caueret, ea extra presbyterium non amota, nō tráslatairi, seq; iis boni patrisfamilias more vsurum. Vide Charondam *lib. 1. Responsorum cap. 56.* I. C.

Curionibus habitatio à parochianis præstari debet, ea que supellectile instrui.

VII.

Vicesima secunda Febr. 1586. inter Diaconum, Canonicos, & Capitulum Ecclesię Cathedralis Andegauensis, & Episcopum, admissa postulatione D. Procuratoris Catholici, Curia decreuit, Episcopum teneri deinceps quartam partem fructuum Episcopatus sui impendere in instaurandis ruinis & parietinis ædificiorum, domorum & locorum Episcopatus sui: eidemq; Episcopo oegotiom dedit, vti instaret & immineret diligenter hæredibus vel bonorũ possessoribus decessoris sui, quo ipsi labes ædificiorum eius tempore obortas sarcirent: pœna proposita, fore alioquin, vt ipse eo nomine cōueniretur. Et quod Archidiaconos, Thesaurarios & Canonicos attinet, eos teneri deinceps quartam partem fructuum seu redituum suorum in reparāda prædicta Ecclesia impendere, vsquequo tota instaurata fuisset: in quibus sarturis pariter impenderentur reliqua fastigiorum & pecuniæ destinatæ ad sarta tecta prædictæ Ecclesiæ, vide Reboffum *consil. 135.* & D. Maynardum *lib. 1. quæstionum Iuris, cap. 42* Choppinum *de sacra polit lib. 3. cap. 3. num. 2. & 6. 32. 38.* & Mon. *astic. lib. 4. tit. 3.* & quod super hac quæstione scripsi in *Collectione mea de determinationibus c. 32. & 13.* I. C.

Quota pars reditnum beneficii ad sarta tecta destinata sit.

TIT. II. DE HÆRETICIS ET Blasphemis.

a Qui sint hæretici, vide *tit. 12. c. 1. 2. 3. 4 Nomocanonum Pho tii Patriarchæ Constantinop & Canidy Constantinop c. 6 lit. 1.* C. *tit. 1 l. 1. de sum. Trin & tit. 5. c. 1. & l. 12 Nou. & 109* vbi generaliter statuuntur hæretici, qui minimum declinant à fide orthodoxa, & non communicant, & spoliantur honoribus & priuilegiis. Vide præterea Basilic. *l. 1. de hæret* qui lenissimo argumento à iudicio & tramite Ecclesiæ Catholicæ deuiarunt: quod de pertinacibus intelligitur. *l. 4 eod.*

Definitio hæreticorum.

ARRESTVM I.

EX Constitutione, blasphemi ad quartam vsque vicem inclusiue multa pecuniaria afficit: quinta vice eatamidiani, & multa arbitraria puoiri, cui soluēdæ si impares sint, in carcerem conijci, solo panis & aquæ vsu indulto, iudicis arbitrio debent: sexta, labium superius cautero eis inurendum: septima, labrum inferius, sic vt dentes promineant: octaua, lingua eis præcidenda. Et tamen si atrociter, & defœdis & contumeliosis verbis Deo & sanctissimæ eius matri, sanctis vtriusq; sexus Paradisi, *vno impetu*, blasphemiis intolerabilibus obtrectatum fuerit, pœna mortis constituta est *per gl. si. in l omnes. C. de delator lib. 1. & lo. de Plat. ibi.* Et iuxta id iudicatum fuit Arresto Burdegalensi 20. Iun. 1530. quo quidā Philippus Hurnrius dictus Gyraudem, cōdemnatus fuit, lingua prius præcisa, viui comburi pœnā sustinere. Et postea anno proxime sequente alio Arresto alius quidā blasphemus conuictus verba atrocia & iniuriosa aduersus honorem B. Virginis pronunciasse, lingua prius præcisa capite plexus fuit.

Blasphemi numinis diuini, & B. Virginis Mariæ quomodo puniendi.

Vide Arresta recentes datam *Appendice huius tituli.*

II.

Francisc. Susius, cōuictus, duos vel tres ictus crucifixo papyraceo malo animo sica impegisse, Arresto Burdegalēsi cōdemnatus fuit pœna manus amputationis primũ, mox capitis: per *l. non contrahit: ibi, lapide iactato: cum l. seq. & l. famosi ff ad l. Iul maiest.* Et idem tenet de Anchar *consil. 15.* vbi luci agit de Iudæo: de cuius pœna querebatur, qui scil. per fenestram in Crucem, quam Christianus in pompa gerebat, plenam vrina matulam effoderat: & alleg. *l. vn. C. nemini licere signū Saluat. & l si quis in hoc. C. de Episc. & Cleric.* Propositum huiuscemodi blasphemorum, qua verbis, qua factis, attendi maxime oportebat, quoniā in contemptum Dei, & eius, quod ad ipsum spectat, dirigitor: magis quam quod dicerent, & crederent, in eo, quod ita contemneretur & reiceretur, Deum male honorari & coli. Huiusmodi igitur vesaniæ desperatæ malitiæ ceu in Deum furoris eiusq; ministros vice censentor, nulla habita ratione Crucifixi, neq; crucis, quæ (vt dici solet) neq; mordent, neq; calce feriunt in imagine vel tabella. vide *Arrestum 7. tit. 2.*

Scandalū in crucifixum admissum qua ratione puniatur.

Die

III.

Die B. Mariæ Magdalenæ post exitum vesperarũ, festiuitate quadam saltatoria, ebrius quidam, more saltationum, manu gladium gestans, adeo magnum imagini Redemptoris Nostri Iesu Christi ictum illisit, vt ei dimidiatam faciem, & capillicia præcideret: Is igitur Arresto Burdegalensi, quod datũ 21. Ianuar. 1534. propter temulentiam à pœna mortis liberatus fuit: & cōdemnatus ad virgindemiam: Absq; ebrietate, iustum erat, vt moreretur: per *l. famosi. & l. nec a contrahit. cum l. seq. ff. ad l. Iul. maiest.*

Qui per ebrietatem delinquit, impetu delinquere dicitur, *l. 11. § 2. ff. de pœn.* An mitius puniatur, v. Iul. Clar. 5 *sent. § vlt. q. 60.* Bellonis *ob. 1. c. 1.* Aristotelem *Ethic. c. 6.* Senecam *ep. 12. l. 12. ff. de cust. & exhib. reor. l. vnic. C. si quis imp. maled.*

IV.

Anno 1548. 22. Decemb. quidam nomine Stephanus Rochetinus, dictus Iarnosse, in frusta crucifixum discerpsisse, & brachia duabus vel tribus sanctorũ imaginibus in Ecclesia S. Iuliani de Pommiers in Forosegusiensi rupisse conuictus, Arresto Paris. cōdemnatus fuit ad suspendiũ, & patibularē strangulationem: eiusq; cadauer ante prædictam Ecclesiā comburendum, & in cineres redigendum: non habita ratione, quod commotæ mentis, & extra se esset: Idque propter atrocitatem facinoris, quod ad exemplum pertinere visum est. *l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn.* Ego ipse de re cognoui in carcere Mombrisonis: & cum mouerer eius dementia, de eo iudicium ferre nolueram, reumq; ipsum ad Curiam transmiseram, quæ eundem ad me remisit cum Arresto, quod modo memoraui, executione eius in prædicto loco mihi demandata: vbi ipse cum reo interfui vltima eiusdem mensis Decemb. Is erat cubicularius Prioris de Pommiers, qui erat è gente Augustodunensium in Delphinatu, qui q; ipse executionem vidit, cum esset vir rectæ religione, & honestate.

Multi ætate nostra cōbusti similib. de causis reperiuntur: veluti is, qui B. Virginē l'auisus veste & ornatu suo spoliauit, in area ipsius Ecclesiæ an. 1549 cōbustus fuit. Vt & Tholosæ, quidā nomine Ioan. Baptista a 1554. quidā nomine du Four, quod vigilia S. Nicolai Franciscani, qui Missam dicebat, manibus Hostiam, quam tenebat, eripuisset, & fregisset, eo ipso die supplicio affectus est. nempe pugno prius amputato suspensus, mox semiuiuus vstulatus est. Berg.

V.

Hæreseos accusatus absolutus superiori modo in ...

Roannæ canalis est, & ductus subterraneus, qui in fossis dictis lucina scitur, & Maiorem plateam pertrāsit, atq; inde sese in fluuiũ Ligerim exonerat, eoq; sordes ciuitatis proluuntur. Quadā die tanta aquarũ copia exũdauit, vt prædictus ductus repertus fuerit ruptus, & exundatione aquæ periclitatæ sint complures ædes: ibi populus aduersus Simonē Franchonium cauponem (in domo, cui signum Delphini) cui vitre fossarum, quarum potestas erat, reparādi onus incumbebat, tumultuari cœpit: eumq; adeo vrgere, vt, quo celeriter ei rei consuleret, gradus seu cliuos quosdā lapideos, qui in domo sua iuncti erāt, demolitus fuerit. His nō sufficientibus pro sartura ductus, suadetur ei, vt veterum monumentorũ lapides, quæ in cœmiterio erāt, adsumeret. Id ipse exequitur, eaq; adhibet isti cloacæ & sentinæ. D. Ioannes de Puteo Matricularius loci, de re inquirit, & vna cum Procuratore regio in præfectura Forosegusiensi, Franchonium hæreseos incusat. Is 4. rationibus se tuetur: Primo, quidquid actum, id adigente necessitate à se factũ esse. Secundo, populum, vt dictũ est, tumultuantem auctorem sibi fuisse, vt his monumentorum lapidibus vteretur. Tertio, id consensu eorũ, quorũ erant monumenta factum. Quarto, se virum bonum esse, & verum seu genuinum Catholicũ. Visis eius allegationibus, *ex officio* probatione facta, Franchonius absoluitur, & Matricularius suo & priuato nomine cōdemnatur in expensas, damna & interesse: Ab hac sententia is appellat, appellatioq; eius admittitur in Parlamento Paris. vbi duo præcipua grauamina notat. Primũ quod in omnē euentũ, Balliuius Forosegusiēsis accusatum absoluere nō potuisset, sed tantũ eum admittere ad processum ordinariũ, ac nominatim, quod Matricularius facile aduersus prædicta allegata, & testes qui de iis fidem faciebāt, excipere nonnulla & reponere potuisset. Alterũ grauamen erat, quod illud, quod fecerat, id ex officio Matricularii fecisset, & quidē vigore decreti, quod aduersus Franchonium impetrauerat, visis informationib. quatũ allegata vera reperta fuissent & confessata: atq; ita nō debuisse se suo & proprio nomine condemnari: *cum in omnib. dolo abstinuisset.* Arresto 29. Mart. ann. 1552. dictũ fuit, bene iudicatũ fuisse, male appellatũ, atq; insuper appellatorem in multā & expēsas cōdemnatus. Ex probationibus Franchonii liquebat, istũ de Puteo Matriculariũ eorũ numero fuisse, qui tumultuati aduersus Franchoniũ fuissent, & quod eo pręsente vnanimiter Frāchonio id quod fecisset, suasum fuisset. Atq; ita notari oportet, in crimine hæreseos, accusatũ sup extraordinario, & quod hæresin ipsam nō spectat, absolui posse: ac maxime cum de accusatoris calumnia apparet. Atq; hoc axioma defendit D. Marillacus Aduocatus regius Maioribus dieb. Molini habitis die Veneris 3. Octob. 1550. qui etiam ea de re Arrestum datũ in Parlamēto Paris. pro quodam, qui vocatur Calmonius, laudabat.

VI.

Similis argumēti iam inde à 40. vel 50. annis, ex quo defunctus postremũ Rex regnare cœpit, in hodiernum vsq;, innumera extant Arresta, ex quibus non aliud sequitur quā certo habendum, eos, qui à vera Religione deuiarunt sunt, elabi non posse, quemadmodum nec elapsi sunt, qui hactenus deuiarũt: non posse, inquā, elabi, si ad mortē vsq; pertinaces & obstinati sint, pœnā mortis: pœnitētes vero, detestatione hæreseos suæ & publicā eius rei solennemq; agnitionem. Et vero de his omnib. hic cōplurima Arresta inferri possent, ex quibus Lectores nō edoceri multum possent, quoniam pauca ex iis Arresta sunt de accusationum execratione, & criminum, quorũ rei conuincuntur, quę in se causam iudicii, & causas, quibus Iudices moti Arresta dant, contineant. Atq; ita, Lector ad ea remittitur, quæ iam sunt publicata: vt est Meldunense, quod insertum Regiis Constitutionibus 4. Octob. 1546. aliaq; complurima, quibus textus negotii, & rationes dubitandi neutiquam memorantur: sed tantum relatio fit ad gesta iudicialia, non adiecta vlteriore alia explicatione. Relationes & commo[ne]ones.

VII.

Complurimis Arrestis Parisiensibus, & aliarum supremarum Curiarum libri improbatæ lectionis & Religioni aduersi, non modo interdicti, aut aliter suppressi, verum combusti fuerunt: Eaq; fuit Vlpiani I.C. *a* sententia in *l. 4. §. mala. ff. fam. ercisc.* Item, Cornelio & Belio Coss. SC. Romæ in medio foro publiceque libri reperti in monumento Numæ Romanæ Religioni aduersi combusti fuerunt: & vt SC. executioni traderetur, Q. Petilio Prætori negotium datum fuit. Libri Religioni aduersi ex decreto Senatus Romani cōbusti.

a Ait I.C. Magicos libros in defuncti hæreditate repertos non esse diuidendos inter hæredes, sed arbitrio Iudicis esse corrumpendos: v. *Nouell. iustin. 146 & cap. 3. Nomocanonis,* vbi de libris hæreticorum differitur ex *l. 3. tit. 1. lib. 1. C. l. 10. tit. 4. l. 16. & 8. tit. 5.* De matrimonio inter hæreticũ & orthodoxum seu Catholicũ, *v. tit. 12. c. 13. Nomocanonis,* (ex *l. 12. 16. tit. 5. lib. 1. C. & l. 5. tit. 1. lib. 5. & l. 6. tit. 9. lib. 1.*) vbi definitur, quod ex definitione nuptiarũ in *l. 1. ff. de rit. nupt.* coniuges vnius & eiusdem religio- Matrimonii ... hæ... ... orto.

 religio-

religionis esse oporteat: & nihilominus si post matrimoniũ contractũ, diuersitas religionis inducatur, matrimoniũ stare debere, vt ita potior sit, qui liberos ad orthodoxã fidẽ adducere vult. Et quod sponsos attinet, filios aut filia, si eam rem ignorarunt, liberi sunt, arris redditis. Aliud est, si cum Iudæa matrimoniũ contractũ sit: adulterium enim hoc est: idq. etiã confirmatur Concilio Laodiceno & Carthaginensi 6. Concilium sextum in Trullo *can* 72. non putat licere matrimoniũ inter infideles: neq. approbarunt Concilia legem 81. *lib.* 1. *tit.* 5. *Cod.* quæ non est in Basilicis: vide Basilic. *lib.* 28 *tit.* 2. *c.* 2 vbi dicitur, eum, qui sit perfectæ ætatis, si connubium recusat, sponsalitias arras in duplum reddere: sponsam minorem, & quæ a patre veniam non petiit, simplum tantum: si vero matrimonium per se consistere nequeat, simplum tantum.

b Vide Valerium Max. *de neglecta Religione*. Berg.

VIII.

Origo hæreseon & male sanarum opinionum.

Genuinum antidotum aduersus hæreses omnes, quæ post Euangelicam, & D. Pauli doctrinam emerserũt, ex eodẽ D. Paulo desumi oportet: nempe ex eo, quod Episcopis Ephesinis cõgregatis ad se andiẽdũ prædixit, fore vt illico & sępe posteaquã ab iis discessisset, viderent multos lupos gregẽ Christianum inuadere, tumq; exoriretur pdicatores, à quib. infelix & detestanda doctrina audiretur, q́ tamẽ à multis admitteretur, & reciperetur, sese à vera religione deuiantib. Atq; hæc præfationis loco sint ad deplorandũ temporum nostrorũ statũ, quotũ hæ sunt, & vegiãdes calamitates, vt vltetius progredi nõ possint citra vltimũ exitiũ & internecionẽ hominũ. Arriani diu equidem durarunt, verũ nõ eo furiarũ & æstuum furiosorũ venere, vt nostri seculi hæretici, in religione & errore suo, & tamẽ totus orbis sup eo ingemuit. Fides ipsorum & opinio Concilio Nicæno, ducẽtis ante Imp. Iustinianum annis, cõdemnata fuit: q́ tamẽ nõ ideo suppressa fuit, sed eo validi irritata fuit & successit: Nempe Arriani in tres sectas abiere, q́ in partibus Orientalibus adeo inualuere, vt iis cũ, escendis Imperatores Christiani impediti plurimũ fuerint. Post hãc hæresin postea Nestorius Episcopus Constantinop. exortus est, qui Iesum Christum virgine Maria natũ negabat: ea Concilio Ephesino per Cyrillũ Episcopum Alexandr. conuicta, condemnata fuit: nec ideo tamen extincta hęc secta, sed quam fouerent bonam partẽ Episcopi prouinciarũ orientaliũ: stetitq; ad Iustinianũ imperiũ vsq;, qui cã denuo profligauit. Deinceps exorta est hæresis alia, quam Eutyches presbyter Constantinopol. inuexit, qua asserebat Iesum Christum nonquã duas naturas in se habuisse, vt & verus Deus & verus homo foret: eiusq; hæresi Dioscorus Episcopus Alexandr. fautor & patronus accessit: Imp. Martianus equidẽ in Concilio Chalced. eam accusauit, eamq; inibi magna cura & diligentia condemnari fecit, non tamen supprimi: stetit quippe ea ad tẽpora prædicti Imp. Iustiniani, qui *Nouella sua* 130. de ea supprimẽda fategit. Processu temporis alia dogmata emerserũt Martini Lutheri Doctoris Germani in Theologia Parisiẽsi innutriti, quibus præcipuos Sacramẽti articulos negabat, itẽ super potestate Pontificis, sacrificio Missę, libet o arbitrio, inuocatione Sanctorũ, precibus pro defunctis, aliisq; rebus, de indulgentiis, de decretis Ecclesiæ Rom. q́ omnia tam vulgata sunt, vt iis cõmemorãdis amplius inhærere nil necesse sit. Ad hæc Rex Franciscus huius nominis I. posteaquã intellexisset hanc sectã nequicquã edictis, aut suppliciorũ atrocitate, aliave qua ratione à se restingui potuisse, Edictũ promulgauit emissum ad Curiã Parlamenti Paris. vbi lectũ fuit 29. Iulii anno 1535. datũ Cossiaci 26. eiusdẽ mensis: quo sc. prædict° Rex iubebat, declarabat, decernebat, vt omnes ii, qui hæreseos inuidia laborabãt, & accusati fuerãt, vel nouarũ sectarũ, aliiq; suspectæ fidei aliorũ criminum non accusati, neq; cõuicti ob eam rationẽ non

Martinus Lutherus.

Abolitio generalis hæreticorum abiurantium. Simile edictum promulgatum à Francis... a. an. ... &c. ...

requirerentur, neq; inquietarentur: quin si carcere detinerentur, eorũve bona publicata essent, iubebat, decernebat, vt plenæ libertati redderentur: absentibus itẽ & fugitiuis remeandi in Franciam, & in ea eadem securitate qua antea commorandi potestatem faciebat, nõ obstantibus relegationibus, cõfiscationibus personarũ & bonorũ propter ipsorũ cõtumaciam inflictis: ea tamẽ lege, si vt veros Christianos & Catholicos addecet, viuere, atq; à cõceptis erroribus desistere in animũ inducerẽt: eiq; rei recte pagendæ 6. menses præstituit, qui sc. à die promulgati huius Edicti cõputarentur: peragendæ, inquam, corã ipsorũ diœcesanis, vel ipsorũ vicariis & officialibus, adscito iis Inquisitore fidei, vel eius vicario: rursum ea lege, vt si in errorẽ relapsi rursum conuincerentur, summa seueritate iuxta rei qualitatẽ punirentur: non cõprehensis tamen hoc regio Edicto Sacramẽtariis, quiq; eieratione coram Magistratibus peracta in errorẽ relapsi denuo fuissent: hos quippe iuxta eorum merita puniti voluit: Addita & sanctio sub pœna publicæ traductionis fune in collũ iniecto, & rebellionis patriæ, eisq; & tranquillitatis publicæ turbatæ, ne quis legisse, docuisse, cõposuisse aut excudisse publice priuatim quãcunq; doctrinã fidei Christianę aduersam vellet. Peracta harum literarũ lectione surrexit Aduocatus regius, q ad Regis mentẽ & prædictarũ literarũ argumentũ dixit, primũ fundamentũ, pcipuum otium & reipub. securitatẽ & stabilitatẽ in religione consistere oportere, Platonem in libris suis *de republica*, Aristotelem *in Politicis suis* contestari, & ostendere: Tit. Liuium *lib.* 1. *ab vrbe cond.* & secundum eum Valerium Max. *tit. de simulata religione*, scripsisse, Numam Pompilium secundum Regem Romanorũ in auspiciis regni sui, quo imperiũ suũ & nouam Remp. Romanã stabiliret, firmaret, quã Romulus ad arma cõparauerat, nullam rem potiorem duxisse, quam si prius populũ, quẽ in manu sua & potestate haberet, ab armorũ ferocitate, & incondiris moribus ad officia religionis & ceremonias placandis Diis per sacrificia, & sacras cõstitutiones traduceret, eaq; re sola regnũ suũ conseruare posse, augere, firmare eum duxisse: Alibi, passim apud historicos Græcos, Latinos exẽpla religionẽ spectãtia occurrere: quinimo apud omnes gentes peregrinas, vicinas, aliasq; hanc rẽ adeu cutæ fuisse, vt quemadmodũ victoriarũ & negotiorũ, q́ feliciter processerant, successerant, nomine diis gratias egerunt, eorumq; causas ad cultũ & religionis officium retulerũt, ita pariter iacturis, damnis, & calamitatibus sibi contingentibus moti sint, & indoluerint, eosq; neglectę religioni imputauerint, idque tũ in negotio bellico, tũ tẽbus aliis, veluti peste, fame, sterilitatibus, inundationib. incẽdiis, iacturis, surte aduersa, q́ ipsis obtigerãt, siue publice, siue priuatim: breuiter, feliciter aut infeliciter. Hanc in rem esse præclara Camilli verba, populũ Rom. alloquentis, qui cõuenerat ob itẽ, q ad religionẽ quadantenus spectabat: *Intuemini, inquit, prætoritũ annorũ vel secundas res vel aduersas, inuenietis omnia prosperè euenisse sequentibus deos, aduersa spernentibus.* Verũ quidẽ esse, eos gentiles & Ethnicos fuisse: veriũs adhuc, religionẽ eorũ improbãfuisse, eosq; in tenebris & erroribus vixisse, cum verã fidei lucẽ, neq; rectæ religionis notitiã, vt nam nos postea cõsecuti sumus, non haberẽt: nihilominus tamen illud spectandũ, quod cum suam illam religionem pro se quererentur, vt nulla res, quæcunq; tandem illa sit, fuerit, in qua tenacius inhæserint, quã in cultu religionis suę, qualem à maioribus suis acceperãt, ne syllaba quidem immutata aut detracta, & cõmunibus animis in id tantopere inclinasse, vt p hoc vno reliqua

Sacramentani, & qui abiurarant, posteaq; in errorem relapsi fiat, venia non merentur.

Religio Numæ Pompilii.

Religio Veterum.

Fidẽ facit aurũ Tholosanum.

Summa ea tio est, quæ pro religione fiebat.

reliqua nihili ducerent, illud ſufficere & neceſſariũ credentes, deos & ſacras ceremonias colere: quod ſane non ſine ratione fuit, neq; etiam ingentibus & felicibus ſucceſſibus caruit. Enimuero rẽ probe intuenti nihil adeo populos in cultu, timore & reuerẽtia Dei continere in optimorum morum integritate, in Principum & Magiſtratuum obſequio, in legum obſeruantia rerumque omnium bonarum & ad vitam, politiam, & ſocietatem humanam, vnde fons iuris promanat neceſſariarũ, quam vnam & ſolam religionem, qua relicta & abiecta omnia diſſoluuntur, & confunduntur: Credi par eſſe, optimam rationem inſtituendæ, augẽdę, & feliciter tuendæ, & conſeruandæ Monarchiæ Francicæ, quæ tamdiu totque annos efflorruit, vt etiamnum floret, inde fluxiſſe, quod ſcilicet gens Francica præ cæteris omnibus deuota, religioſa fuerit, Regeſque ipſi Chriſtianiſſimi extiterint: non modo iam inde à Rege Clodoueo, atque ab eo tempore, quo Franci nos Chriſtiani facti ſumus: verum & ante religio ſemper in hoc Regno in magno cultu fuerit: Iulij Cæſaris *in Commentarijs ſuis* teſtimonio, qui decennali in Gallus mora & proſpectis eorũ inſtitutis ait, gentem eſſe in religionem propenſam: Principem igitur noſtrum horũ ſcientem id eadem opera perſpexiſſe, & cum eo Iudices, quibus iuſtitiæ adminiſtrandæ ius commiſit: Quod ſi augeſcere & inualeſcere noua ſecta & apoſtaſia in regnum ſuum de noua allata ſineretur, vero ſimiliter inde eius imminutum quod per religionem in ſolido locatũ eſt, atque in præſens tam feliciter adoleuit inſecutura eſſet. Proinde quando vegrande & infelix hoc fatum in Francia emerſit, & quando iam ab aliquo tempore violandæ religionis noſtræ nouæq; inducendæ flagitioſæ & pernicioſæ in contemptum fidei noſtræ Chriſtianæ & diſciplinę Catholicæ, & ad quietem publicam turbandam cõiuratione pluſquã Catilinaria libido inceſſit, toties neceſſarium fuiſſe, vt ei rei obuiam iretur, & occurreretur. Qua in re Regem præclare oſtendiſſe, ſe Chriſtianiſſimum eſſe, procurata tam ſæua, & atroci eorũ quæ diximus pœna, quæ bonorum tuitioni, & malorum terrori viſa eſt; neq; ſatis laudari poſſe, ſanctam eius voluntatem, quam exeruit ad extirpandam infelicem & execrandã illam blaſphemiam, quam cius deteſtatione cõmemorare nolo, ſed nec vigilẽ Senatus curã & ſollicitudinẽ rationemq;, q̃ in ea re tenuit, vt huic excidio ſeu prorſus incendio obuiã iretur: eius rei exempla viſa, & tñ poſteaquam ſumma Dei in nos beneficentia huiuſcemodi ſupplicijs exemplaribus furoris æſtus referbuit, refrixiſſe inſaniã & ſeditionẽ reſediſſe: Regẽ apud ſe reputantem nihil adeo maieſtati ſuæ conuenire quã miſericordiã & humanitatem, eaq; re neq; alia remere magis ad clementiã diuinã accedere *l. Imperialis. C. de Nupt. & l. fi. C. de don. inter vir. & vxor.* & vt Cicero loquitur in *Oratione pro Ligario* nulla re propius ad deos accedere Principes, q̃ ſalutem hominib. dando: rurſum reputantẽ pœnitentiam eſſe rationẽ ordinariam ad meliorem cõditionẽ reuertendi, vt dicitur *in d. l. Imperialis*: Voluiſſe hanc indulgentiam & generalẽ abolitionẽ decernere: Nõ eſſe mirandũ, ſi cũ rex hactenus vindex acerrimus violatæ religionis extiterit, hodie tã clemens, & mitis ſit: neq; n. vt Cicero *in Oratione pro Cn. Plancio* ait, inconſtantiã eſſe in Repub. adminiſtrãda ſic verſari, vt in naui, nempe prout venti exoriuntur: eundemq; Oratorẽ *pro Flacco* ſuper hac re ea dicere, q̃ & Regi & Senatui conuenientiſſima ſunt: *Sẽper graues & ſapientes Iudices in reb. iudicandis quid vtilitas ciuitatis, quid communis ſalus, quid Resp. tempora poſcerent cogitauerunt.*

Religio, medius operum cõtinendi in officio populi.

Religio Francorũ Gallorum vetus.

Religio ob ſeruata augere facit regna: neglecta, ruere.

Principes, poſteaquã ſementate ſunt ſeui, clementiã præferre debent.

Temporizans,

Mutando iudicibus, regnando.

Igitur cũ Rex & Senatus viderint tã infelix diuortiũ nñ adeo amplius timendũ, ꝓpter pœnarũ videl. q̃ cõſtitutæ & exercitæ ſunt, ꝓut res poſtulabat, acerbitatẽ clementia eos reuocare q ſuſpecti, fugitiui aut accuſati aũt: idq; bonis cõditionib. q̃ oĩa ſe poſtulare, vti Senatuſc. ad ꝓbẽtur, atq; in Regeſta referãtur. ꝙ ſane Senat⁹ decreuit Arreſto, ꝙ datũ die prædicta.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum II.

NOminis diuini blaſphemi carcere puniũtur, ſolo panis & aquæ vſu conceſſo, & mulcta arbitraria: maxime cũ cõtumacia & aduerſus iuſtitiã rebellio concurrit. Et vero Arreſto Catholicorũ 18. Febr. 1563. iudicatum fuit, cum quidã Deum deteſtatus eſſet, & coram cõmiſſario Selectorũ in Bituricenſi prouincia ſe ſiſtere recuſaſſet, atq; ob eam rem in carcerem coniectus, mulctaq; 10. librarum affectus appellaſſet, eũ male & ſine grauamine appellaſſe, & mulctatus eſt: Et tamen aduerſus blaſphemos ſatis eſt, ab initio decerni capturam perſonę, ſic deinde illum retineri. Aduerſus blaſphemos & obtrectatores datum fuit ſingulare Arreſtum politicũ in Curia Parlamenti Pariſiẽſis 31. Martii 1544. quod deinceps ſæpius renouatum eſt, vbi diſtinguuntur gradus blaſphemiarum & pœnarum repetiti in vniuerſum art. 23. Edicti Aurelianenſis & 25. Bleſenſis. Sexta Septembr. 1570. Arreſto parlamenti Rhedonenſis blaſphemus quidã & ad iurandũ facilis, nomine Ioan. Rolandus, cõdemnatus fuit in publicã & ſolemnem delicti agnitionem, & ad virgindemiam, bonorumque publicationem, Idemque aduerſus quendam, cui nomen Ridè 2. Decemb. eiuſdem anni iudicatum fuit. B.

Blaſphemi quomodo puniti.

Arreſtum ſingulare Curiæ aduerſus blaſphemos.

De pœna blaſphemorum vide Iul. Clar. *lib. 5. ſent. § blaſphemia* quæq; ſuper ea re ſcripſit Duretus *in tract. ſuo de pœnis.* & ſequentia Arreſta, quæ valde ſingularia ſunt. I. C.

Deſumptum ex Regeſtis Curiæ Parlamenti.

II.

CAmera à Rege conſtituta feriarum forenſium tempore, viſis concluſionibus Procuratoris Catholici Regii, Regiſq; imperio promulgat articulos ſequentes deſumptos ex veteribus conſtitutionibus in Curia comprobatis & promulgatis. Inhibuit ſcil. & inhibet, interdixit, & interdicit omnib. cuiuſcunque ſtatus, qualitatis, conditionis: Ne eierare, deteſtari, infrendere, blaſphemare, neque alia iuramenta de fœda & deteſtanda proferre velint aduerſus Dei, ſacroſanctæ ipſius matris, omniumq; Sanctorum & Sanctarum Paradiſi honorem: propoſita pœna pro prima vice, multæ pecuniariæ arbitrio Iudicis, cuius pars tertia prædicto D. Regi, altera ad ſarta tecta Eccleſiæ, tertia denunciatori, & accuſatori addicendæ: pro ſecũda vero, tertia & quarta vice ſub pœna ferrei collaris publico loco in collũ iniectionis, idq; vt ibidem ab hora 8. matutina ad primam vſq; pomeridianam conſiſtant, ſic rurſum vt contumelijs & probris omniũ expoſitus ſit: ac præterea mulcta arbitraria afficiantur: pro ſexta vice vero catamidiabuntur, atq; inibi ferro candente ſuperius labium eis amburetur, vſquequo dentes promineant: pro ſeptima vice pariter catamidiandi, atq; inibi verberandi deducẽtur, quin & inferius labium his ferro candẽte amburendum: & ſi caſus tulerit, vt rurſum prædicta iuramẽta & delicta admittant, linguã eis penitus amputãdam: Mandat omnib. Iudicibus ſeueriſſime ſub pœna exauctorationis ſeu abiectionis, vti aduerſus nominis diuini & Sanctorũ blaſphemos vim ſuã exeruiſſe velint, mulctis inflictis & pœnis ſupraſcriptis, adeo quidem, vt earum gratiam quocunq; tandem prætextu facere non poſſint. Et ne prædicti blaſphemi latere

poſſint,

possint, iubemus, vt omnes ii, qui audiuerint efferri, proferri huiuscemodi blasphemias & defœda iuramenta, vt ea retulisse iudici, indicasse, intra 24. horas, sub multa sexaginta solidorum Parisiensium, velint. Factum in Parlamento 15. Octobr. 1588.

Hoc Arrestum etiam cauponas, aliaq; præterea cobibet: idq; Arrestum Parisiis aliquãdiu stricte obseruatum fuit, sed exortis postea dissensionib. belloq; ciuili in Francia, neglectũ est penitus, atq; inde licentia enata repetendæ blasphematoribus vitę suę detestandæ, Qua de causa renouandæ legis necessitas enata, vt factum a Curia sequente Arresto.

Desumptum ex Regestis Parlamenti.

III.

Aliud Arrestum generale aduersus blasphemos nominis diuini.

Super, siue audita cõmonitione facta in Curia per Procuratorem Catholicũ Regiũ, quod tum Parisiis, tũ aliis iti locis, prout ipsi suggestũ est à multis vices suas in variis pręfecturis Seneschalciatib. iurisdictionibus gerentibus, inter cætera mala & horrẽdas impietates, q̃ effrenis motuũ licentia inuexit, blasphemię aduersus Dei & S. Virginis matris ipsius nomen, & iuramẽta execrãda, eierationes detestãdę, detestationes abominandæ adeo peruulgatæ sint inter omnis generis homines, vt necesse sit placandæ irę numinis diuini seueritatẽ tum veterũ Constitutionũ Regis S. Ludouici, Philippi, Caroli VIII. Ludouici XII. Henrici II. & Caroli IX. tum Arrestorũ Curię 1544. 1572. 1575. 1588. recenseri seu renouari: Qui ideo postulabat, vt ei rei Curia prospexisse vellet, & vt Arrestum, quod datura esset, legeretur, pmulgaretur voce alta p compita huius vrbis, & suburbia: itemq; in omnib. tribunalibus tum maiorib. tum minoribus Balliuatuum, Seneschalciarum, & præfecturarũ huiusce districtus: Prædicta Curia, Cõstitutiones & Arresta iam antea data secuta interdixit & interdicit omnibus, cuiuscunq; status, qualitatis & conditionis sint, Ne iurasse aut blasphemasse Dei, Gloriosæ Virginis matris eius, aut Sanctorũ nomen velint: sub pœnis, quæ prædictis Constitutionibus & Arrestis continentur: quinimo & vitæ, si rei qualitas exposcat. Mandat omnibus Ostiariis, Seruientibus, Officialibus Magistratuum, vt ilico capiant, & in carcerem coniiciant, quoscunq; blasphemasse cõpererint, vt in eos vigor Iustitię & celeriter & ad exemplum exerceatur: itemq; omnibus, qui eos iurare audiuerint, vt eos Iudicibus denuncient: quibus ideo denunciatoribus indicinæ nomine tertia multæ adiudicabitur. Itemq; decernit, vt hoc Arrestum legatur, & publicetur ad sonum tubæ, & voce publica per compita huiusce vrbis & per suburbia, & loca consueta faciendis huiusmodi proclamationibus, & per omnes Ciuitates, Burgos, Oppida, Balliuatus, Seneschalcias & Præfecturas huiusce districtus. Mandat omnibus Iudicibus prouincialibus, vti hoc Arrestum executioni tradant: & vices gerentibus Procuratoris Catholici, vti diligẽter hæc persequantur: sub pœna officii priuationis. Factum in Parlamento 26. Ianuar. 1599.

Tertia multa delatoribus.

Desumptum ex Regestis Parlamenti.

IV.

Blasphemi relegati post publicam & solennem relegationẽ.

Viso per Curiam iudicio criminali facto per Seneschallum Cenomanensem, siue per Locumtenẽtem criminalẽ in ciuitate Cenomanensi, ad postulationẽ vices gerẽtis Procuratoris Catholici Regii, actoris & accusatoris aduersus Nicol. le Mesle, incarceratũ in carcere Palatii, appellantem à sententia cõtra se data p prædictũ Seneschallũ, vel præfatũ Locumtenentẽ suũ, 14. Maii 1591. qua prædictus de Mesle ad expiationem publicã actuum memoratorũ & pbatorum in prædicto iudicio, cõdemnatus fuerat, vt publicam & solennẽ agnitionẽ faceret capite pedibusq; nudis, & gestãs facẽ ardentẽ bilibrem ante maiorẽ portam & præcipuum introitũ Ecclesiæ Collegialis S. Petri in prædicta ciuitate: inibiq; publice altaq; voce profiteretur, se temere, & malitiose aduersus nomẽ Dei blasphemasse: à quo itemq; à Rege & à Iustitia veniam deprecaretur, eoq; facto extra regionẽ & Comitatũ Cenomanẽsem quinquennio exularet: cum interminatione, ne intra prędictũ tempus in iis consisteret, sub pœnis, q̃ Constitutionib. cõprehenduntur: ac pręterea duorũ coronatorũ multa multaretur Regi applicãda, & duorũ aliorũ coronatorũ pauperum alimoniæ addicenda: Audito & interrogato in prædicta Curia pręfato reo super causa appellationis ab eo interiectę, & criminibus quorum accusabatur: Audito pariter Procuratore Catholico Regio, qui, vtpote recenter rei huius notitiã assecutus, à minima dictę sententię appellauerat, & appellationem suam recipi, iusq; sibi dici super appellatione sua & cõclusionibus postulauerat. Rebus omnibus perspectis, DICTVM fuit, q appellationem spectaret præfati le Mesle, q male & sine grauamine appellasset, & multam præiudicialẽ solueret: vice versa prædicta Curia admisit & admittit præfatũ Procuratorẽ Catholicũ in appellatione sua à minima prędictę sentẽtiæ: eũq; pro bene admisso habuit habetq;: & ratione habita appellationis ipsius, prædictã appellationẽ de Mesle & prædictum iudicium, à quo appellatũ ab ipso est, tenuit citra multã præiudicialẽ. Et quãtum ad crimina, quæ in prædicto iudicio memorantur, cõdemnauit & condemnat prædictum de Mesle ad publicam expiationem, & deprecationem ante præcipuam ianuam Ecclesiæ Paris. capite pedibusq; nudis, subucula tantum indutus, fune in collũ iniecto, manibusq; gestans facem ardentẽ bilibrem: inibiq; flexis genib. profiteretur & declararet, se impie & malitiose locutum, & protulisse blasphemias execrandas aduersus sanctum Dei, & virginis Mariæ nomen: cuius rei ipsum pœniteat, veniamq; deprecetur à Deo, Rege, & Iustitia, hoc facto linguã ei perforandã ferro candente, & duo labia findẽda: Mox ipsum relegauit & relegat extra regnũ Franciæ, idq; in perpetuum: eiq; mandat, vt ne interdictũ violet, sub pœna, si post 15. dies à die Arresti reperiatur, suspendii, & strangulationis, sine vlteriore processu & forma iudicii. Declarauit & declarat, vniuersa eius & singula bona, Regi confiscata, quæsita esse: ex iis tamen prius deducenda summa centum solidorum seu coronatorum destinata incarceratorum in carcere Palatii alimoniæ: statutum, vt gesta, super quib. hoc Arrestum interuenisset, cõburerentur. Vetat & interdicit pdicta Curia omnibus cuiuscunq; conditionis sint, Ne iurasse aut blasphemasse Dei nomẽ velint: si quis secus faxit, eũ pœnis illis subiciendũ, quę Constitutionibus & Arrestis superioribus comprehenduntur. Denique decreuit, hoc Arrestum in Auditorio Cenomanensi legi, die iuridico, & dum causæ agitãtur, id agente vices gerẽte Procuratoris Catholici in præfato auditorio. Pronunciatum prædicto le Mesle, & executioni traditum 27. Ianuarii 1599. I. C. Signatum VOISIN.

Desumptum ex Regestis Parlamenti.

V.

Viso per Curiã pcessu criminali facto p Balliuum Bituricensem, siue eius Locumtenẽtem criminalẽ in ciuitate Bituricensi, ad postulationẽ Vicesgerentis Procuratoris Catholici regii actoris aduersus Isaacũ Regnaldum otii sectatorẽ gente Pictonem & Iacob. de Pane Sphæristeriarium apud Senones in Burgundia natum incarceratũ in carcere Palatii, q appellauerant à sententia aduersus se data, qua scil. velut rei

Blasphemus morte multatus.

& le-

& legitime conuicti blasphemiarum execrandarum prolatarum aduersus sanctum Dei & sacrosanctæ virginis Mariæ nomen, ad luenda hæc crimina condemnati fuerant ad publicam & sulemnem agnitionem ante ianuam Ecclesiæ Cathedralis, vtque inibi declararēt, sese temere & malitiuse sanctum Dei nomen & sacrusanctæ Mariæ blasphemasse, & quu deius rei venia à Deo, Rege & Iustitia peterēt, hocq; facto in aream publicam quæ *pyri* vocatur deducerentur & conducerētur præcidenda inibi lingua prædicto Regnaldo: mox vtrisq; suspendendis & strangulandis in furca patibolari, quæ in eum finē in prædicta area erigeretur: & cadauere prædicti Regnaldi comburendo atque in cineres redigendo vna cum gestis iudicialibus: Audiris & interrogatis per Curiā prædicto Regnaldo & de Pane reis super causis appellationis & criminibus ipsis in prucessu imputatis, reque omni perspecta, dictum fuit, male & sine causā à prędicto Regnaldo & de Pane appellatum fuisse, eosque multa præiudiciali multandos. Et ad præsens Arrestū executioni tradendum iuxta formam suam, & tenorē Curia remisit & remittit prædictos reos ad Balliuum Bituricensem eiusve Locumtenētem criminalem. Factū in Parlamento 19. Nouembr. 1603. & 29. prædicti mensis prædictū Arrestum recitatum fuit reis per V. CL. Claudium Fraderum Locumtenentem criminalem. I.C.

TIT. III. DE CAPITVLIS, COLlegiis, Curionibus, & Ministris Ecclesiarum.

ARRESTVM I.

[illegible] ... Canonicos, & Capellanos.

CApellani Ministri & habituati Capituli vel Ecclesiæ instituti suorad supplēdas vices Canonicorum: neq; sedem, aut stallam in Choro, neque locum in capitulo vindicare sibi possunt: huiusmodi quippe iura & honores, ad Canonicos spectant, qui etsi oneribus beneficiorum adstricti sint, nobilius tamen eorū munus est, & *domini* vocātur respectu prædictorum Capellanorū, qui sunt adscriptitij, & pene serui prædictis honoribus & iuribus indigni. Ita declaratū fuit Arresto de Canonicis, & Capellanis sanctæ Capellæ, 27. Septemb. 1413. *lib. 1. tit. 5. Arresto 4.*

II.

Canonici constituto in inferioribus cathedris sedeant: neq; in Capitulo suffragium habeant.

In causa quadam inter Simonē Peregrinum Cantorem, & Canonicum in Ecclesia collegiali Beatæ Virginis de Loches appellantē ceu ab abusu & Wilhel. de S. Stephano, Franc. Marronū & cæteros Canonicos istius Ecclesiæ appellatos: & vice versa inter prædictum Marronium appellantem, & prædictum Peregrinum appellatum: & rursum inter Ioan. Marronium appellantem a Balliuo Turonensi, vel ipsius Locumtenente de Loches ab vna parte, & prædictum Peregrinum ab altera: id postulantibus Procuratoribus regiis dictū fuit Arrestu Parlamenti Paris. 5. Iunii 1554. inter alia, quantum ad decisionem prædictarū appellationū, inhibitiones fieri omnib. Canonicis pdictæ ecclesiæ de Loches, qui nō sunt in sacris ordinibus, ne ingrediātur vel suffragij ius habeant in Capitulo, neve se inferant aut sedeant in maioribus cathedris: quin decretum vt sese collocarent & sederent in inferioribus cathedris, vna cum Capellanis, & pueris in churo prædictæ ecclesiæ deseruientibus, vsq; quo reuera ad prædictos ordines promoti fuerint: idque sub pœna priuationis quotidianæ distributionis, & fructus præbendarum pro prima vice anni spatio: ac pręterea iniunctum eis fuit vt custodirent & seruarent sancta decreta, nempe quomodo diuinū officiū in ecclesia sit celebrādum, quo tempore quisq; debeat esse in churo, de tabula pendente in choro, & de tenentibus capitula tempore missæ idq; sub pœna fructuum amittendorum.

III.

Canonicus incarceratus à Capitulo suo.

Decimaquinta Octob. 1534. mane Maiorib. dieb. Molioensibus V. Cl. Gabriel Marillacus causam egit super eo, quod Canonicus Niuernensis fatigatus in quadam electione capitulari, in qua agebatur de eligendo Procuratore, alia omnia bona oiente à cæteris sentiens in huius odium fuisset corpore prebensus, in capitulo censuratus, verberatus: mox in carcerem subterraneam coniectus: à quibus se appellare dixit: atque ita quod moris & iuris, concludere. Econtrario Vyalardus pro Decano & capitulo dixit, Canonicum istum esse seditiosum, dicaculum & litigiosum, tantasque de more molestias Capitulo exhibere, vt nemo in Capitulo sit, qui non dimidia præbendę suæ parte excidere malit, quam cum eo amplius viuere, & quod in hac electione fuisset recusatus, eaque re iniunctum ei, vt foras egrederetur, ipsum contradixisse, & Capitulum iniuriis appetiisse: rursum ei iniunctū, vt foras prodiret, id facere noluisse, & reloctatum prebensum in carcerem detrusum, prout officium exposceret: id iurisdictionis esse capituli cuiusq; aduersum contumaces. Cappellus pro Episcopo Niuernensi dixit: multa in hoc capitulo desiderari: proinde se deposcere, vti Curia capitulo reformādo prouideat: ac præterea vt si prædictus Canonicus deliquisset, ad se remitteretur. D. de Monthelon Aduocatus Regius dixit sibi ex probationibus liquere, Canonicum istum nullius pretii esse, & esse membrum, quod corpori nō respondeat, & quod plus commeritus sit, quam id, cuius nomine appellat: nihilominus tamen iurisdictionem, quæ capitulo competat, non esse nisi correctionalem ad priuationem capituli, & distributionem ad tempus, vel similium, prout declarat Abbas *in c. cum contingat. col 9. de foro comp.* & Pragm. *dec. incub. §. quod si bi ad ques. in gl. in verb. pertinet. & not. in c. 4. di off. ord.* At vt manum inniecere liceat, incarcerare, detinere, istud ad Episcopum spectare: seq; proinde ita centere, perperam id a capitulo fictum præter iurisdictionē suam: adeoq; deposcere, vt Curia decernat, vt Episcopus & Capitulum in vicarius cōsentiant, qui de soperiurib. cognoscāt. Id quod Curia Arresto suo decreuit, ac præterea vt Canonicus ille sese in carcere sisteret intra 3. hebdomadas in carcere Archiepiscopali Senonēsis, qui vnus ex vicariis futurus esset: & prędictā incarcerationem iniustam pronunciauit, à qua scil. appellatum fuerat, citra expensas tamen, damna & interesse.

Iurisdictio Capituli in Canonicum.

In multis Ecclesiis Cathedralib Decanus Canonici & Capitulū Capellani, & alii Ecclesiæ ministri a iurisdictione Archiepiscoporum, Episcoporū, ipsorumq; Officialium immunes sunt, & facultatem habent deligendi, seu addicēdi vnum duosve è numero suo iudices. Ecclesię Bituricensis Decanus, Canonici, &c hoc priuilegii habēt a Clemente VII qui gente Francus erat, quiq; Auenione sedem collocauerat: superq; ea re duæ bullæ extant in gratiam, & ad instantiam Ioannis Ducis Bituricensis, qui filius erat Regis Caroli V. datæ Auenione anno 4. & 13. Pontificatus, quæ cōfirmatæ fuerunt Arrestis Curię aduersus Archiepiscopum, ann 1542. quæ ad verbum retuli *c. 1 & 2. collectionum mea*, vbi ea videre potes, *& in historia Archiepiscoporum Bituricensium, vbi de Archiepiscopo 81.* Paria priuilegia ab eodem Pontifice emeruerunt Ecclesię cathedrales Pictauiensis, & Lemouicensis ministri, eodem Duce intercedente: aliique vt refert V. Cl Choppinus *lib. 2. de sacra politia tit. 4. & monastic. lib. 1. c. vlt.* de Homodeis *in tract. priuilegiorum c. 4.* I. C.

Immunitas Capitulorum à iurisdictione Episcoporū.

IV.

Decanus à Capitulo emendatur.

Vnumquodq; Capitulum & Collegium Canonicorum Canonicos delinquētes, & Decanū, si & ipse

quid

quid admittat, iudicare debēt, vt plene notatur per Panor. *in c. irrefragabili. §. excessus. de off. ord.* Et vero iuxta id, Capitulum Carnutense Decanū mulctauerat distributionibus suis ad octiduum: eo quod verbis cōtumeliosis in medio Capitulo Canonicum quendā aduersus decus officii sui, & statuta capitularia lacessiuisset, quo omnine cum appellasset, & appellatio eius introducta fuisset, prædictus Decanus in appellatione sua non admissibilis declaratus fuit Arresto Parisiensi 391.

Canonic' incarceratus a Capitulo, quod venia non petita recessisset.

Quidam nomine Brunellus Semipræbēdatus Senonensis, condemnatus à Capitulo in carcerem triduanū, eo quod absentiuus fuisset, seq; sine venia ad parochiā suam contulisset, cum appellasset ceu ab abusu, & iurisdictionis incompetentia: partes lite liberatæ prorsus fuere, & pcędicto appellanti iniunctum fuit, vt statuta custodiret, & obedientiam præstaret: 7. Maii 1584. perorante Homedeo aduersus Gillotum.

V.

Capitulū possessionem capere propter fundationem non potest.

Capitulum Regię fundationis non admittitur ad alleganda iura, vsum, & possessionem aduersus Procuratorē Regis fundatoris sui, vltra seu præter ipsius statuta, priuilegia & fundationes. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Commune S. Quintini pro Procuratore Regio anno 1397.

VI.

Canonici immunes à residentia.

Prima Februarii 1527. Arresto Burdegalēsi maiores fructus Canonico cuidā Vasatensi, eidemq; Consiliario in Parlamento adiudicati fuerunt, vt maxime Burdegalæ non Vasate subsisteret. Nam id genus hominibus ob Principem, cui assidēt, faueri iustum est, *l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest.* & absunt Reipub. causa & Capituli commodo: ideo vt præsentes haberi debēt. *cap. vnic. de cler. non resid. lib. 6. & super specula. de magist.*

D. Boerius primus Præses in Curia Parlamēti Burdegalensis refert *in q. fun 17.* hoc Arrestum datum fuisse pro V. Cl. Ioanne de Hortis in prædicta Curia Consiliario & Canonico in Ecclesia Cathedrali Vasatensi, aduersus Decanū, Canonicos, & Capitulum prædictæ Ecclesiæ. Recētiora & noua hac ipsa de re refero Curiæ Parlamenti Parisiensis Arresta *in Collectione mea c. 9* ac nominatim vnum, quod datū 9 Iunii 1600. me perorante pro V. Cl D. Ludouico du Tillet Consiliario in prædicta Curia, eodemque Canonico in Ecclesia Cathedrali Cenomanensi: quo dictū fuit, ipsum omnibus fructibus præbendæ suæ fruiturum, exceptis tantum diuisionibus manualibus in pecunia, quæ officio diuino peracto in choro præstantur. D. Chopinus multa alia quoque refert *lib. 1. de sacra polit. tit. 5 n. 17* & Rebuffus *super concordata tit. de collation.* & D. Maynardus pariter nonnulla refert in Parlamento Tholosano data *in notabilibus quæstionib. suis lib. 1. c. 60* quem quilibet consulere potest: pariter vt Arrestum vndecimum huius tituli, *& lib. 3. tit. 13. 1. fr. de dispensationib. non residentis.*

VII.

Vtrum aliquid pro administratione Sacramentorum & Missarum celebratione accipere liceat.

Postulante de Eygun Aduocato Regio in Parlamento Tholosano in quadā causa agitata in pdicto Parlamēto inter Canonicos S. Saturnini Tholosani ab vna parte, & præbendarios prædictæ Ecclesiæ, & Baiulos mensæ S. corporum, quę in ipsa requiescūt, ab altera parte, Arresto interdictū fuit omnibus prædicti districtus curam & regimen parochiarū, curam item animarum habētibus, ne quid exigerent, caperent, imponerent ex necessitate, sacramentorum Baptismi, Extremæ vnctionis, Matrimonii, & aliorum Ecclesiæ sacramentorū nomine: sed neq; p sepulturis, humo, crucibus in funeribus prelatis, & exequiis, præterquā q ex deuotione & voluntate singulorum ipsis oblatum datū libere citra necessitatē fuerit: sed neq; pro sono campanarum in prædictis funeribus, & exequiis: eorum tantum salario excepto, qui campanarum sonitum promouent. Prędictum Arrestum pronunciatum fuit 27. Nouembr. 1542.

Constitutione promulgata ad commonitionē Statuū seu Comitiorū Aurelianensium *art. 15.* interdictum est omnibus Curionibus aliquid exigere pro sacramentorum administratione, non obstante laudabili consuetudine, quæ prætēdi potest. cui tamen constitutioni derogatū est per Blesensem constitutionem *art. 51.* vide *cap. cum in Ecclesia. extr. de Simonia,* Duareno de Beneficiis, *lib. 7 c. 7.* Arresto determinatorio quod datum inter Matricularios Ecclesiæ S. Germani Autissiodorensis Parisiis, & Canonicos Curiones primitiuos 8. Aprilis 1562 prædictis Canonicis inhibitū interdictum fuit, ne quid pro humi apertura acciperēt, nisi quod spontaneo motu datum fuisset: quo casu id, quod datum esset a Matricularius, acciperetur ad sarta tecta Ecclesiæ: non etiam Curionis commodo, iuxta *cap. ad Apostolicam. c. in tantum. c. non satis. extr. de Simon.* Hoc Arrestum integrum extat *c. 11. collectionis meæ super hac re lib. 1. tit. 1. Arrest. 2. lib. 7 tit 12. Arrest 3 lib. 15 tit. 1* Vide & Maynardum *lib 1 quæstionum ipsius c. 1. &* 70. Vide & Arresta Britanniæ nostræ collecta à Dufallio *fol.* 225. & 250. Romanum *consil.* 344. I. C. Vide & *lib. 3. tit. 1. supra.*

VIII.

Forma receptionis in Ecclesia vbi natus quis & baptizatus.

Super pluribus controuersiis, quæ inter Curionem, Presbyteros & Ministros Ecclesiæ B. Virginis Orlacensis erant, appellantes ab eo, quod Balliuus prædicti loci querelam quorundam presbyterorum admiserat, qui (nati & baptizati in lenibus seu labris & baptisteriis Orlacensibus) sese turbatos dicebant in numero recipiendorum ministrorum, ab vna parte, & Consules prædicti loci & prædictos presbyteros postulātes sese admitti, appellatos ab altera parte: & incidenter prædicti appellantes cum obtulissent libellum Curiæ ad reducendum numerum effrænem ad certum numerum moderatum ratione habita redituum: & prædicti Consules alium libellum obtulissent super emēdanda vita dissoluta prædictorum Curionum, Presbyterorum, & Ministrorum, & pariter super determinatione recipiēdorum in posterum Presbyterorum plerisque ignaris & ineptis existentibus & vitæ solutæ, Curia pronunciauit Arrestum suum 22. Martii 1547. nempe, appellatione reiecta, & quidem sine mulcta præiudiciali, & quod ad querelam attinet, partibus lite prorsus liberatis, idque ex causa, idque totum rursum citra impensas vllas, decreuit, Presbyteros qui nati sunt & baptizati in labris. baptisteriis prædictæ Ecclesiæ B. Virginis Orlacensis sese more consueto prædictæ Ecclesiæ præsentare posse recipiendos in communionem & societatem Presbyterorū prædictæ Ecclesiæ, & iuxta formam bullæ Papæ Sixti, quæ hactenus obseruata fuit in illa Ecclesia: examinandosque per Abbatem Abbatiæ Orlacensis, si præsens sit: alioquin per Officialem vel Vicarium, aliumve quem his similem committere & deputare volet, & per insignem virum Ecclesiasticum Orlacensem, qui & ipse á prædicto Abbate deputabitur: qui tamen non ex numero Presbyterorum prædictæ communitatis erit, qui eligentur ex prædicta communitate. Cęterum examen instituendum per prędictos deputatos dicti Abbatis & presbyteri electos, & prædictam communitatem, super capacitate eius, qui admitti postulabit iuxta bullam & obseruantiam eiusdem bullæ in prædicta Ecclesia: & si qui sint ex iis, qui sese admittēdos præsentant, qui notorie aut publice aliquo vitio aut crimine scandaloso contaminati essent, iudicium super prædicto crimine instituendum per Abbatem Orlacensem, Officialem ipsius, aut Vicarium specialem, quem eo fine committet & delegabit: & iudicandos antequam ad fruitionē portionis emolumenti prædictę cōmunitatis admittantur pœna canonica prout res exposcet. Prædicta purgatione peracta, seu prædicto examine, si ab eo appellatio facta fuerit: nihilominus eum, qui emendatus, punitus aut purgatus erit, examinandum & recipiendum non obstante appellatione, & citra ipsius præiudicium: nisi forte per sententiam prædictorum Vicarii vel Officialis pręfati Abbatis indignus & insufficiens ad admissionem intra prædictam cōmunitatem declaratus fuerit. Porro, quo ii, qui sese pręsentabunt, non dio proteleu-

Determinatio numeri Presbyterorum Ecclesiæ.

telenius, decernit prædicta Curia examen eorũ intra triduum peragendum, postcaquam sese præsentauerint & superius nominati eos examinare cogentur. Et quantum attinet coercitionem seu determinationem numeri Presbyterorum prędictę communitatis petitam à parte appellantium, dicit prædicta Curia super ea partibus ius reddens, quantũ attinet eos quomodo sunt recipiendi & quibus quæsitum est ius ad rem nullã coercitionẽ eorum numeri, in præsens instituendam, sed ad examen eorum procedendum vbi sese præsentauerint: quod vero eos spectat qui deinceps Presbyteri fient, sese recipiendos præsentabunt, Curia decernit, Abbaté Orlacensem vel duos viros bonus, & insigniores vrbis peritos & idoneos hac in re, quos ipse committet & deputabit, aduocatis duobus Consiliarijs tribunalis Orlacensis, & alijs quibusdam viris bonis, & honoratis rationes subducturos redituum prædictæ communitatis, & virum centum vel octuaginta, an vero alius quis numerus subductior, inde exhiberi possit absque penuria, & si compererint numerũ adeo effrænem esse, vt Presbyteri non possent honeste & competenter exhiberi, atq; inde occasio Presbyteris peragendæ rei, quæ eos minus deceret & minus honesta esset ad victum comparandum præberetur, procedendum ab iis ad restrictionem numeri & determinationis eius: excepto eo quod postcaquam numerus determinatus deminutus fuerit, Presbyteri nati & baptizati in labris baptisterii prædictæ ecclesiæ Beatæ Virginis Orlacensis, qui scilicet idonei in locum decendentium reperti fuerint, primi admittentur reiecta omni cessione locique resignatione in alterius commodum: & quidem admittendos iuxta prærogatiuam temporis: rursum eo excepto, si quo casu reditus prædictæ communitatis deinceps augebitur, in tantum vt maiorem numerũ Presbyterorum quá is qui determinatus fuerit sustinere possit, numerum augendũ p prædictum Abbatem vel duos insignes viros idoneos & peritus quos ipse delegabit, aduocatis duobus Consiliariis prædicti tribunalis Orlacensis, aliisque viris bonis & honestis: & quodcunq; ab his decretum fuerit, reuera & de facto executioni tradendum, non obstantibus oppositionibus aut appellationibus quibuscunque & citra earum præiudiciũ & prouisionaliter & absque præiudicio iuris principalis. De cætero decernit prædicta Curia, vt omnes concubinæ & suspectæ mulieres, quę sunt in dumibus Presbyterorum Orlacensium, si quæ sint in iis, realiter & de facto migrent: mandat Balliuio montium Aruerniç, vel ipsius Locumtenenti Generali Orlaci, & Officialibus Orlacensibus vt eas inde expellant, non obstantibus oppositionibus aut appellationibus quibuscunque: & si prædictæ mulieres contumaces sint, & parere nolint, aduersus eas procedant, easque puniant extra ordinem, Ac præterea prædicta Curia seu decretum conseruatrix quæ induxit, & declarauit castitatem & probitatem qua Presbyteri instructi esse debent, interdixit & interdicit prædictis Presbyteris sub pœna mulctæ arbitrariæ ac præterea animaduersionis iudicum arbitrio, ne domi suæ mulieres suspectas quascunque seruasse velint: & iniungit Abbati Orlacensi ipsius Vicario, & Officiali, vt diligenter inquirant in eos, qui huiusmodi mulieres domi continent: & si decreta quædã sint adversus prædictos Presbyteros per prędictũ Abbatem Vicariũ suũ aut Officialem mandat prædicto Balliuio montium vel eius Locumtenenti Orlaci aliisque regiis in prædicto loco Officialibus, vt brachium seculare, si opus sit, & ab ipsis postulerur impertiant, quo prædicta decreta executioni tradantur: itemque iis, aduersum quos prædicta decretá facta fuerint, iudicium instituatur, & prout res postulabit, puniantur: & quo iudicium melius instituatur, vnum ex prædictis Officialibus præsentem esse debere. Et quoniam ad prædictam Curiam spectat stabilitas tranquillitatis publicæ, interdicit prædicta Curia omnibus Presbyteris prædictæ ciuitatis Orlacensis, ne illicitos conuentus ineant, ne gladiis accincti procedant, aliisve telis instructi, ne nocte per plateas vagentur, sub pœna arbitraria, quantum ad casum priuilegiatum spectat, quantum vero ad delictum commune spectat, iniungit prædicto Abbati Orlacensi, Vicario ipsius, aut Officiali, vt diligenter inquirant in eos, qui admittunt, eosque puniant ea pœna, quæ ipsis sederit: in tantum, vt eos de communione Presbyterorum eiicere, si necesse sit, possint. Et si forte Abbas, eius Vicarius aut Officialis hac in parte negligentes & segnes reperti fuerint, mandat prædicta Curia Balliuio montium Aruerniæ, vel ipsius Locumtenenti, itemque Aduocato & Procuratori Regio, vt eam in rem inquiri faciãt, & prædictæ Curiæ denunciẽt: ac præterea prædicto Aduocato mandat, vt inquisitioni incumbat, sub pœna interdictionis annuæ ab officio suo, & plenæ interdictionis secunda vice. Item Curia remisit & remittit inquisitiones factas in causa præsente ad Abbatem Orlacensem, vel ipsius Vicarium & Officialem, vt ad decretũ procedant, prout ipsis æquum bonũ videbitur. Decernit præterea, vt inuentarium fiat ornamentorum, iocalium, & rerum pretiosarum prædictæ Ecclesiæ beatæ Virginis Orlacensis, præsente vno ex Consulibus: & vt distributiones reditus Communitatis Presbyterorũ non nisi iis Presbyteris fiant, qui officio diuino præsentes fuerint, ac non etiam absentibus. Ac præterea prohibuit & prohibet prædictis Presbyteris, ne quid exigant pro sepulturis mortuorum: præter id, quod sanctis Decretis continetur, vel quod iis locali consuetudine permittitur. Item decreuit, vt à Presbyteris, qui recẽter recepti fuerint in prædictam Communitatem, nihil in histrionici nomine exigatur, quod inter Presbyteros prædictæ Cõmunitatis diuidatur in pecunia, sed secundum cõsuetudinem loci id tantum, quod impendere consueuerunt, pro cappis, aliisq; Ecclesiæ ornamentis. Ac prętereà interdicit prędicta Curia prędictis Presbyteris, ne tympana pulsari, ne per plateas ballare in publico vllo modo veliut: quod tamen de more facere consueuerunt in nouis Missis: & iniungit prædicto Abbati Orlacensi, vt transgressores puniri curet. Denique decreuit Curia præsens Arrestum publicari in Tribunali Orlacensi, præsentibus omnibus Presbyteris, & in vrbibus vicinis, quantum ad postremum hunc articulum spectat.

Habitus Ecclesię & ... non resignatur ... honoré.

Summittendo vitæ ... habitatio ... & presbyterorũ.

Presbyteri vagari vel arma ferre non debet.

Præsentib. distributiones debentur, nõ absentibus.

Habitu ad gratis quãtum ad admittentes admitti debent.

Presbyteri ne per plateas ballent.

Hæc ipsa determinatio refertur *cap. 15. collectionis meæ de determinationib.* vna cum textibus iuris ciuilis & cannonici, vnde desumptum est: vide & complurimas alias huiusmodi determinationes factas inter Canonicos Ecclesiæ collegialis, Curiones primitiuos, Vicarios perpetuos & matriculariós, *cap. 10. collectionis meæ.* I. C.

IX.

Vulgatum est, in omnibus collationibus capitularibus pręsentes aut saltem vocatos esse oportere Canonicos, qui scil. vocari commode possunt, neque à loco longe absunt, *cap. cum in Ecclesiis, de præbendis.* Et nihilominus tamen omissio huius rei non est causa sufficiens, ad reddendam huiuscemodi collationem & deliberationé de iure nullam: vt maxime modus sit eam irritandi ad eorũ instantiam, qui prætermissi fuerunt, *d. cap. cum in Ecclesiis.* Hisque nullum aliud remedium superest, quam quod factum est, vt irritari

Collationes Capitulariæ quando nullæ sint, & quando irritæ fieri possint.

faciant, Clerumque denuo congregari, & de nouo conferri. Aliud foret, si præsentes incapaci alicui contulissent: tum enim huic rei amplius se immiscere prohibentur: vicenersa absentes qui nil deliquerunt, possunt in vnum coire, & capaci alteri conferre, *Can. quia propter, de election.* quæ quidē differentia singularis admodum est. Et vero super ea re iudicatum fuit Arresto Parisiensi ad relationem Dom. Brinonii die Lunæ 12. Febr. 1534. in magna Camera inquisitionum aduersus quendā nomine Boissetum, cui collata fuerat præbenda Encolismæ à fratre ipsius prædicti loci Canonico: eo prętextu quod frater dicebat sese à cæteris canonicis, ad electionem prædictę præbendę, vt maxime in loco ipso esset, appellatum non fuisse, & ex eo ipsorū electionem nullam esse prætendebat, atque ita omnem eius rei facultatē ad se transmissam: qui vtiq; reprobatus hac in re fuit, atque ita causa cecidit

X.

Canonic[a] Theolog[a], immunis est a seruitio,

Sancta decreta è concilio Basiliensi desumpta in pragmatica sanctione *tit. de collat. §. sequitur.* Theologo cuiusque capituli hoc detulerunt, & voluerunt, Vt ne iacturam alicuius rei absens faceret in fauorē studiorū ipsius: vnde liquet, eum à seruitio, & chori officio, & capituli oneribus immunem esse: neque eum in tabulam pendentem in churo referri debere: & iuxta hoc Arresto die Martis 20. Ianuar. 1544. dictum fuit, Officialē Carnutensem abusum fuisse, & errasse, dum Theologum prædicti loci diuisionibus manualibus eo quod lectionem suam in matutinis ordine suo non dixisset, vbi erat in tabula pendente priuaret. Abusus in eo erat, quod prædictus Officialis sese ingessisset in interpretationē sanctorū decretorū, quæ volunt eū nihil omnino perdere, cū ipse tamen eum priuauit prædictis decretis limitatis.

XI.

Canonicus studiosus maiores fructus suos consequatur.

Vnumquodque Capitulum potest & debet pro honore & debito Canonicum docilem & ad studia idoneum eligere, qui proinde studiis det operam & maioribus fructibus, itemque diuisionibus manualibus fruatur iuxta notata *in cap. super specula de magistr.* Igitur capitulū Laudunense capitulariter summam 60. librarum Turonensium annuam Canonico cuidam Parisiis studenti decreuerat, contradicente tamen vno ex ipsis qui ideo tanquā ab abusu appellat & causam suā in parlamēto Parisiensi agit: ibi docet, excessum ea in re esse, & ad summum ei non potuisse nisi maiores fructus decerni, qui annuatim nonnisi 20. libris æstimātur, quod probatur æstimatione eius rei facta anno 1597. ac præterea nulla ratione niti quod studioso isti diuisiones manuales assignassent, cum non debeantur nisi præsentibus, *c. licet de prebendis.* A diuersa parte studiosus dicebat, distributiones manuales in eo non contineri, seque probe scire eas non deberi, nisi præsentibus. *cap. 1. de clericis non residentibus lib. 6. cap. fin de verborum sign. & cap. dilecto. de prebend.* sed habere se in manibus exemplar locationis, cuius copiam præsente appellante nactus fuisset à Canonico absente factæ de præbenda sua pro pretio 80. librarum. Curia appellantem non admittendum declarat, eumque in multam ordinariam partim studioso, partim Regi addicendam condemnat.

Canonici actu studentes maioribus fructibus frui debent ex iure in corpus Canonicum relato, vt maxime ad residentiam teneantur Atque ita iudicatum fuit pro V. Cl. Antonio Loisello Canonico in Ecclesia cathedrali Laudunensi Scholari in vniuersitate Parisiensi studiis operā dante, cum causa acta fuisset 26. Maii 1583. qui vero nunc anno 1603. Consiliariam in Curia Parlamenti agit Vide collectionem meam *de determinationib, tit. 1. c. 9* vbi Arrestum integrū aliaq; id genus refero In iurgio quodam super maioribus fructib perceptione & diuisione eorū Curia decreuit, eam lateris aequitendum: & interim 100. libras dari oportere quibusdā iunioribus Canonicis Ecclesiæ collegialis S. Laurentii de Rozay in Briensi 2. Decemb 1576. Idipsum iudicatum fuit pro Scholari quodam Parisiis operam studiis dante, Canonico S Petri de Gerbroy, cui mota controuersia de maioribus fructibus & ipsorum æstimatione Curia 120. libras Parisienses pensionis nomine ab omnibus muneribus immunes adiudicauit 15. Martii 1577 ea tamen lege, ne studiosus decennium excederet: iudicatum aduersus Canonicum Ecclesiæ S Menehildis, cui adiudicatę fuerunt 50 l brę annuę viatici seu prouisionis nomine 3. April. 1576 Tholosæ certum tempus studiis præfigi solet, intra quod tempus singulis 6 mensibus studiosus Doctorum suorum attestationem proferre debet, sub pœna priuationis, & ita quidem, vt capitulo liceat perceptos fructus repetere, si beneficiatus postea matrimoniū contrahat, neq; professioni ecclesiasticæ inhæreat velit Vide Maynardum *in quæstionib suis in tabul lib 1. c 8 45 46* Charond. *lib 7. Respons. c. 67* Non tamen fruuntur distributionibus manualibus: eæ quippe solis dantur, qui canonicis horis intersunt, *c. licet, de prabend. & dignit. c. cæterorum, de cler. non residente* I. C.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad titulum III.

I.

Edictum Cremiacense, quod Iudicibus Regiis notionem Ecclesiarū & Communitatum tribuit intelligendum est de ipsis corporibus, non autem de solis Curionib. & eorum iuribus: prout iudicatū fuit aduersus Curionem Bellocēsem prope Nouiodunum pro Marchione de Nesle, cum remissio facta fuisset ad eius Balliuium 21. Nouemb. 1575. B. Edictū Cremiacense explicatū.

II.

Locationes censuum & domorum ecclesiasticarum solemniter & publice per licitationem fieri debent. Ita iudicatō Arresto Curiæ 20. Septemb. 1577. aduersus ecclesiasticos Bellouicenses. Et tamen iusta de causa, veluti si antiquus cōductor multas reparationes fecerit, locatione finita cæteris pferetur, modico tantū addito: prout præiudicatum fuit in causa Collegii Harcurtiani, instāte Procuratore & stipendiatis eius Collegii, itemq; oinopola, cui procurator cum quibusdam tantum stipendiariis locationem renouauerat: decretum fuit, antequam ius super eo diceretur in rem præsentem descendendum ad reparationes inspiciendas, 22. Martii 1586. perorante Bossano. B. Locationes censuū publice fieri [illegible]

III.

Arresto Curiæ 10. Febr. 1563. Curio de Paoze in Canomanensi eum appellasset à sententia data ad postulationem parochianorum suorū, qua condemnatus fuerat, & coactus, soluere & conferre in pauperum alimoniam, capiis pignoribus & reditibus, singulis septimanis duas minas frumenti in annonæ defectu, parte a lite penitus absolutæ fuerūt: & posteaquā Curio p questus fuisset inimicos quosdā hanc sibi tempestatem concitasse: domumq; suam pauperib. semper patuisse, prout eius rei fidem postea fecerat, inquisitione facta, admonitus fuit prædictus Curio à Curia, vt officio suo superesset, & quidem indies magis magisque: Qua re præiudicauit, Curiones, qui pastores sunt, non esse cogendos, verum admonendos, & ab Episcopis carpendos, at non etiam iustitiæ eum in modum vigore cogendos. B. Curiones in pauperū alimoniā conferre debent.

IV.

Iuxta articulum 8. Statuum siue Comitiorum Aurelianensium, quo cauetur, Vt vna ex præbendis vel ipsius Iura præbenda adfectata præceptoribus vel studiosis.

ipsius reditus præceptori cuidā detur, obseruandū esse istud in electione debitoris esse, vt vel vnam præbendam, vel eius tantum reditum præstet. Quod si literis mandetur, *vt præbenda conferatur*, quoniam præceptor destitui & reuocari potest, tunc id intelligi de emolumēto præbēdæ, quod in his consistit, io recipiendis maioribus fructibus, distributione manuali, velutique quęstuaria res sit, quinetiā in ferenda alba veste sacerdotali, in iure sedendi in Choro: excepto tamen iure quintadecimano, quod est collationis ius, quia collatio etiamsi fructus sit talis qualis, tamen non est tēporalis, sed honorificus, & spiritualis & nomine præbendæ non expressa Canonia reditus tantum quæstuarius intelligitur. Ita iudicatū fuit aduersus præceptorem Abbavillanum, perorante Menilio 11. Ianuar. 1569. B.

V.

[illegible] præce[illegible]re, ius [illegible]ouisio[illegible]us & nominationis Episcopo non præripiunt.

Decanus & Canonici Ecclesiæ Nouiodunensis Scholarchę existentes, iusque eligendi & ius suffragij in pręceptore deligēdo habētes vna cū iure inspectionis, non ideo prouisionis, & nominationis ius Episcopo pręripere possunt: iuxta Edictum Statuum, seu comitiorum: prout iudicatum fuit pro electo ab Episcopo Nouiodunensi ex Consilio magistratuum municipalium 20 Decemb. 1583. B.

VI.

Senior Canonicus, Decanus eligi debet.

Decanus Canonicorū, qui senior est, constitui debet, si iusta de causa absit & sub residentiæ conditione, prout requisitū est. Iudicatū pro Medico Pictauiensi 20. Iulij 1589. perorante Chouello. B.

VII.

[illegible]gnata[illegible]natu [illegible] ad[illegible]sa.

Capitulū Carnutense, cū prætenderet, Decanatū esse mere electiuum, atque ideo intercedere vellet resignationi factæ cuidā, quæque in Curia Romana admissa fuerat, eumque reuuēte Capitulo resignatarius literas ex tactis seriutis, seu Cācellaria impetrasset, ad iudicem Regium directas, quibus in possessione locaretur, super appellatione tanquam ab abusu interposita à prædicto capitulo, quantum ad prædictam appellationem spectat, partes lite in totum liberatæ fuerunt: & nihilominus decretum Resignatarium admittēdum saluo capitulo iure decanatui prospiciendi per viam electionis, vacante eo per mortem aut incapacitatem: Brissonio, Versorio Mouthelonio perorantibus, 2. Febr. 1569. B.

VIII.

Curio prouisus quando suum *Visa* impetrare debeat.

Curione quodam Ecclesiæ designato seu prouiso *in forma dignum*, cuique speciatim dictum fuerat, eum Diœcesanum suum adire debere ad impetrandum, quod vocant *visa*, iuxta edictum Statuum seu Comitiorum Blesensium, *art. 12. & 64.* cum noluisset maior Vicarius Episcopi Parisiensis *visa* præstare, vt rationē redderet denegationis suæ, dictum fuit super appellatione tanquam ab abusu, appellantem (Curionem scilicet) Episcopum vel alium Vicarium adire debere, vt ei prędictum *Visa* tradatur, fidesque fiat de eius capacitate aut incapacitate: agebatur de Curione S. Marcelli San-Dionysiani, 3. Iunii 1585. Berg.

IX.

Curiones ipsi prędicare debent, aut prædicatori stipendium soluere.

Curiones ipsimet ex necessitate officii sui verbum Dei annunciare, & sacramenta administrare debent. Quod si his aut non sufficiant, aut iis vacare nequeāt ex imbecillitate, ægritudine, aut aliter, eam ad rem viros dignos, & idoneos cūstituere debent, & vt minimū vna cum matriculariis ad prædicatoris stipendium conferre debent, prout iudicatum fuit Arresto 13. Decemb. 1563. Quod geminum est Arresto, quod datum in causa Curionis S. Seuerini, & S. Bartholomæi. Quantum ad patronos collatores, qui Curiones non sunt, causa ampliata fuit in causa Do. de Saueuse Prioris & Patroni Montis desiderii. Berg.

Vide Arrestum 9. *tit. 1.*

X.

Vtrum Capitulu sede vacante possit officiarios Episcopi destituere.

Quæstiones, vtrum capitula sede vacante possint Officiales iurisdictionis Ecclesiasticæ à defunctis Episcopis electos remouere: item vtrum Abbatiales, vel etiam conductores eos, qui ab Oeconomis electi fuerunt, remouere possint, decisæ fuerunt plurimis Arrestis: iudicatumque, non posse, pro D. Petro Militis officiali Episcopatus S. Flori 26. April. 1571. aliaque similia I. C.

Vtrum successores in beneficiis id facere possint.

Arresta hæc relata sunt *in caput 164. collectionis meæ de determinationibus*, vna cum nonnullis distinctionibus, quas ibi videre licet: sed & *capite sequenti* eam quæstionem tractaui, vtrum successor à beneficio teneatur seruare officiales iurisdictionis ecclesiasticæ, vel iurisdictionum secularium, quæ a beneficio suo pendent, qui scilicet a decessore suo electi fuerunt. I. C.

XI.

Absentes à Capitulo per procuratorem eligere non possunt.

Vt maxime procuratores seu mandata adinuenta sint, vt ea peragere absentes possimus, quę pręsentib. nobis peragere non detur, tamen Arresto 7. Martii 1600. dictum fuit, absentes à capitulo per procurationem eligere non posse. Eius rei ratio hęc est, quod in huiuscemodi negotiis absentes non possint intelligere rationes, quę hinc inde agitantur, & ex quibus sæpe suffragia variant: & ideo in eligente requiritur industria personæ. Vnde fit, vt absentes nec per nuntium vel procurationem, nec per epistolam vota sua transmittant. *cap. Quia propter. §. illud autem, De elect. cap. si quis iusto. §. fin eod. titul. in 6.* Atque ideo vox absentis computari non debet. Desumptum ex D. Pelæo *actionum forensium lib. 1. actione 49.*

XII.

Matricularii munere mulieres nō fungantur.

Arresto 24. Iulii 1600. (quo infirmata sententia Iudicis de Salazar) electiones mulierum in officio Matricularii prohibitæ fuerunt: non obstante contraria consuetudine in loco prædicto, Chopino iuniore & Fauerello perorantibus: *ex eodem auctore actione 51.*

XIII.

Capitulū canonicos pœnis temporalibus cogere nō potest.

In maioribus diebus Lugdunensibus 1596. iudicatum fuit, Capitulum Claromontanum non posse Canonicos eius ad obseruationem statuti Ecclesiæ suæ pœnis temporalibus, captis videlicet pignoribus seu captis bonis eorum temporalibus cogere. Quod quidem Curia iudicauit complurimis aliis Arrestis: inter alia eo, quod datum fuit aduersus Capitulum S. Maurilii Andegauensis: perorante Pelæo aduersus Mornacum. Eius rei ratio hæc est, quod iudex Ecclesiasticus nihil temporale habeat: *ex eodem auctore lib. 2. act. 39.*

TIT. IV. DE IVRISDICTIONE Ecclesiastica in personas laicas.

ARRESTVM I.

De decimis in petitorio litigatur in foro ecclesiastico.

COgnitio de decimis aduersus laicum spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, neque potest laicus forum hoc declinare, nisi agatur de possessione, & ita iudi-

iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Episcopo Baiocensi anno 1262.

Vide *tit.* 12. *Arr.* 9. & Chopinum *de sacra polit. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 8. *& appendicem ad cap.* 9 *&* 10. *tit. de decim. infra.* I C. Aufrer us & Rebuffus scripserunt tractatus *de iurisdict. eccl. scilicet* aduersus quam V. Cl. Petrus de Conetis Aduocatus Regius, anno 1329 amplas commonitiones, querelas, in Curia Parlamenti Regi Philippo Valesio fecit, aduersus Prælatos & Ecclesiasticos propter abusus, facta, & vsurpationes, quas exercebant ipsorum officiales super auctoritate, iuribus, & iurisdictione regia & suorum, & iurisdictionis secularis. Postea disputationem habuit contra Bertrãdum Episcopum Augustodunensem, qui iurisdictionem ecclesiasticam defendebat, eaq de re extat liber, quem excudi curauit Philippus Probus Bituricus *in fin. tract. Regaliorum*, quem cuilibet videre licet. Fundamentum distinctionis iurisdictionis ecclesiasticæ, & temporalis petitum est ex *Canone, duo sunt 1 gl. 1 9, 11 q 1* Distinctæ sunt iurisdictiones ecclesiasticæ & laicæ, & diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. Duæ sunt personæ, quibus mundus regitur, inquit Gratianus *in Can. nos si incompetenter,* 2. *q.* 7. Regalis & sacerdotalis: & sicut Reges præsunt causis seculi, ita sacerdotes causis Dei. I. C.

II.

Iurisdictio super matrimonio.

Iudex laicus cognoscere potest de eo, vtrũ in contrahendo matrimonio conuẽtũ fuerit per verba de præsenti, an de futuro, at non etiam vtrum ex verbis, de quibus cognouerit matrimoniũ plenum, & consummatum inducatur: huiusmodi quippe cognitio ad Iudicem ecclesiasticum pertinet, cum sit quæstio iuris, non facti: & vero prima quæstio sit tantum de facto: at si super hoc facto dubium oriatur, vt maxime sit super matrimonio, laicus iudex super eo cognoscere potest: & hæc est doctrina Bartoli *in l. commutatione. C. de sacrosanct. Eccle.* Item potest iudex laicus cognoscere super diuortio petito ab vxore aduersus maritum suum, quem leprosum asserit, tum enim de facto tantum quæritur, num scilicet leprosus sit: at si simpliciter separatio thori petatur, ad iudicem ecclesiasticum eundum est. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 24. April. 1532.

Diuortiũ petitum quãdo spectet ad iurisdictionẽ laicam.

Vide *in appendice arrestum 25 Augusti* 1581.

III.

Idem.

Cognitio de conuentionibus matrimonialibus ad obseruãtiam videlicet earum, vel si alia quæ quæstio sit super sacramento, ad iudicem ecclesiasticum spectat priuatiue & ad exclusionem iudicis laici, Id vero ita accipiendum est, si res vertatur inter ipsas partes, quæ matrimonium contraxere, sponsum, inquã, & sponsam: at non etiam si res vertatur inter alias personas: vtputa, si pater forte aut mater citarentur pactorum dotalium nomine pro liberis suis initorũ, tum enim eos ad iudicem laicum remitti oportet: Officialis quippe incompetens foret aduersus *legem nullũ, & leg. quoties. C. de iudiciis.* & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, referente Dn. Imberto *in Enchirid. suo in verbo, matrimonium.* Cognitio & materia itidem de damno & interesse, vt maxime sit, vt loquuntur, Viscerales, ad iudicem Laicum remitti debet, si petitor in petitione, & actione sua in id tantum concludat: quoniam ipsius promissio per verba de futuro obligatur per verba de præsenti, & ita dictum fuit 1. die Octob. 1540. maioribus diebus Molini habitis.

v Arrestũ 2. huius tit. Arrestum 27. tit. 17.

Vide *Arrestum 2. huius tit. & arrestum 15. lib. 7.*

IV.

Damna & interesse separationis matrimonii cognitionis secularis sunt.

Perorante V. cl. Regnardo, & agente causam appellationis ab abusu admisso in sententia data ab officiali quodã, qui post longum & diuturnũ processum duos coniuges separauerat, probatione facta, maritũ frigidum esse & maleficiatum, & prædictũ maritum in damna & interesse uxoris eodem nauetar, licentia facta vxori alibi nubendi, Arresto Parisiensi 12. Augusti 1356. dictum fuit, Officialem abusiue iudicasse in eo, quod de damnis & interesse pronunciasset: quorum nomine ideo negotiũ ad Iudicem Laicum remissum fuit; Inter Dn. Richardum Turpinum, & Dominicellam Annam Sequieram.

Robertus 3 *Rerum iudicatarum cap.* 5 simile huic Arrestum laudat, quod datum 17 Iulii 1554 Idem in aliis causis quam matrimonialibus iudicatum, Iudicem Ecclesiasticum non posse in damna & interesse condemnare, quam in rem idem Robertus Arrestum laudat 27. Maii 1591. T.

Quinta Ianuarii 1581 vigilia Regum, perorante Bodessono pro quodam, qui separatus ab vxore sua ab Officiali fuerat, & tanquam ab abusu appellauerat ob condemnationem ad damna & interesse, dictum fuit, male & abusiue, quantum ad hunc vltimum articulum, iudicatum fuisse: causaque ad iudicem secularem remissa fuit. Idem iudicatum de damnis & interesse de virginatione, 7. Iulii 1580. vide infra in Indice *abusus,* & Maynardum *lib.* 8. *quæstionum suarum, c.* 41. I C.

V.

Exceptio nullitatis matrimonii quando ad officialem remittatur.

Si cum de re prophana coram iudicibus secularibus agitur, incidenter, controuersia oriatur super validitate, aut nullitate matrimonii alicuius, remissio fieri debet ad iudicem Ecclesiasticum. prout in parlamento Parisiensi contigit circa viduam, quæ de dotario suo agebat: cui hæredes matrimonii nullitatem opponebant; quoniam alii superstiti adhuc matrimonio iuncta esset: & quamuis ipsa separationem & diuortium per sententiam propter primi mariti frigiditatem allegaret, nihilominus tamen hæredes regerebant, fidemque faciebant, appellatum ab illa sententia fuisse. Qua de causa Parlamentum rem ad iudicem ecclesiasticum remisit, prout scriptum est in 2. *Arrest. tit. de nuptiis.*

Vide *in appendice* Arrest. 20. Maii 1565 Iudex ecclesiasticus cognoscit super fœdere matrimonii, & incidenter super admissione partus & alimentis. Sed si quæstio tantum sit de partu aduersus maritum citra promissionem matrimonii, coram iudice laico agendum est, & inquisitio facienda, atque interea alimẽta peti oportet. Iudicatum 20 Maii 1565. & rursum 4. Iunii 1565. etsi ordo fuisset præposterarus, & etiamsi facta fuisset super agnitione partus & fœdere matrimonii. Partes ad Officialem remissæ fuerunt. B.

VI.

Cognitio super laico qui clericũ verberauit ad quem spectet.

Vetus controuersia, ad quem cognitio de pœna laici, qui clericum verberauit, spectet, an ad iudicem ecclesiasticum, an vero ad secularem, deciditur per *authenticas item nulla communitas*: & alia *authentica causa quæ. C. de Episcopis & Cleric. & per legem secundam. Cod. de offic. præfect. vrbis.* nempe, vt qui alterum autenerit, & primus de re cognoscit, iudex sit competens: excepto tamen, si gratia aut indulgentia impetrata fuerit: tum enim iudex ecclesiasticus manus, vt aiũt, ligatas habet, id est, de re cognoscere non potest, & solus iudex secularis competens est. Hæc omnia, quę superius dicta sunt, ita Arresto Gratianopolitano, anno 1460. iudicata fuerunt.

VII.

Scalarum mitralium ius.

Decimaquarta Augusti, 1574. dictum fuit, Episcopum Senonens. habere ius erigẽdarum scalarum prtuararũ ad condemnandũ ad mitræ gestationem, & ad publicam delicti agnitionem, non tantum intra aulam suam, vel eius ambitum, verum etiam in omnibus locis & vicinia domus Archiepiscopalis.

Vide super Episcopo Nouiodunensi duo Arresta data pro ipsis iustitia, anno 1264 *f. lib. regis.* 7. 20. 2. & Lucium *lib.* 2. *tit.* 1. *arrest.* 4.

VIII.

Laicus officialis iudicis eccles. immunis est ab eius iurisdictione.

Iudex ecclesiasticus de delicto admisso à Commentariensi suo, i. eo qui carceribus eius præpositus est, eo q custodiam dimiserit, seu euadere fuerit, aliud ve quod delictum circa custodiam admiserit, nõ potest cognoscere, sed a iudice suo laico puniendus est.

Idem

... de p... Officij iurisdictionis ... de quo in laicis fit, iudex ecclesiasticus, ... cognitionem, cum de re agatur quæ ad ... in suu p... omnino spectet. Episcopus ... laicorū officialium opera vtatur, cauere de... enim in eos id agendo vllam iurisdictionē ... sibi potest. Et ita iudicatū fuit Arresto Pa... pro Commentariensi quodam, qui ab Offi... appellauerat, tanquam ab abusu, quod da... Maiori bus dieb. Pictauensibus 18. Septemb. ... & pro Procuratore Arresto Parisiensi, 21. April. 1542.

Duæ tantum sunt actiones ciuiles, & duæ tantum crimi-nales, in quibus iudex ecclesiasticus cognitionem in laicum habet; duæ criminales sunt, hæresis, & Simonia: duæ reliquæ sunt decimæ, & matrimonia. De cætero laicus in laicos, eccle-siasticus in clericos habeat rationem Bal. in ... C. de episcop. & cler. ...

IX.

Archiepiscopus Tholosanus, cum per Officialem suum plurimas excommunicationes intonari fecis-set aduersus iudices locorum, maiores, Aduocatum & Procuratorem Regiū & Scribam in Seneschalcia Tholosana, eo quod incarceratum quēdam clericū tonsuratū, qui Raymondus Bilseus vocabatur, red-dere nolient, Arresto Tholosano 22. Decemb. 1457. ad id re iocandū & retractandū id omne, & ad absol-uendos superius designatos cōdemnatus fuit, ac præ-terea, a ... expungēda penitus de chartis suis, & rege-stis Officialitatis, nomina, cognomina prædictorum Officialium secularium: ita quidem, vt ne in poste-rum legi, intelligi, sciri possit, quid inibi quondam scriptum fuerit, idque ita cautum, si folia exinde la-cerari non possent: alioquin folia laceranda, ad ab-olendam memoriam huiusmodi actuum: ad eamq; rem peragendam eū captis pignoribus, & eius tēpo-rali, vt vocant, capto ... cogendum. Desumptum ex Aufrerio in *stylo Parlamenti Arrest parte 4.*

Priuilegio singulari Franciæ nemo Officialium Regio-rum excommunicari potest, vide Ioannem Ferant *de iuribus regni Franciæ c. 6.* & Mayoard. *in quæstione 1. l. 1* & *lib. 8. cap. 23* ubi refert Arrestum Curiæ Parlamenti Tholosani, 9. Se-ptemb. 1599 quod datum aduersus Episcopum Castrensem, quo excommunicatio facta per prædictum Episcopum ad-uersus prædictam Curiam, eo quod ipsam ad collationem pro reparanda Ecclesia Castrensi condemnasset, abusiua de-clarata fuit, & quod hoc facto in auctoritatem Regis & Cu-riæ inuolasset, eum in mulctam duo. um millium coronato-rum, Regis commodo ad instaurandum palatium cōdemna-uit, & vide *Arrestum tit. ... supra laudato loco*, & Arrestum vn-decimum *tit. 5. infra hoc ipso libro.* I.C.

X.

Rescissio permutationis beneficialis.

Rescissiones permutationum beneficialium co-ram Iudice Ecclesiastico, & non coram iudice laico agitari debent, prout Arresto Parisiensi, 6. Septemb. 1522. iudicatum fuit.

Vide infra tit. de permutationibus, & Arrestum 28. Febr. 1566

XI.

Iudex Ecclesiasticus iurisdictionē fundatam ad-uersus laicos super fœdere matrimonii habet. Hanc iu rem D. Marillacus Aduocatus Regius in causa a-gitata in Parlamento Parisiensi inter appellantem quendā tanquā ab abusu à iudice ecclesiastico, qui ipsum prouisionaliter in certā summā, pro alimentis puellæ cuiusdam grauidæ cōdemnauerat, & pro ex-pensis puerperii, & quantū ad spōsiones sponsalitias pertinet, partes ad probationem adegerat ab vna parte, & puellam appellatam ab altera, repræsenta-uit in hoc iudicio ecclesiastico aduersus laicum abu-sum esse: dixitq; verum esse, quod si voluisset & po-tuisset sponsiones matrimoniales definitiue decide-re, id ad absolutionem vel cōdemnationem laici fu-turum fuisse in casum absolutionis cum penitus iu-risdictione sua liberasset, ideoq; eum non potuisse quicquam super alimentis decernere: in casum vero condemnationis eum quidē decernere potuisse præ-dicta alimēta, nō expresse sed simpliciter, probationis onus eius iniungendo: ideoq; eum errasse, cum ali-menta decerneret. Id si ita feratur, ratumq; esse iu-beatur, viam libidinosis omnibus ad Officialē recur-rendi aperiri, & sub specie promissionum matrimo-nialium alimenta impetrandi, itemq; laicos à iudici-bus suis abducendi. Arresto 14. Iulii 1550 perorantibus D. Mesnilio, & du Luc, dictum fuit male & abu-siue iudicatum & processum fuisse, citra expensas, propter qualitatem videlicet partium.

Iudices ecclesiastici inter laicos iudicare, nisi de sacramē-tis non possunt, veluti, de sacramento matrimonii, siue sponsalia, vel matrimonium rite cōtractum, vel non, quan-do de sponsaliorū, vel matrimonii fœdere, aut validitate, vel thori separatione agitur, cum quæstio iuris est. Rursum, cum inter desponsos res agitur, non autem inter alias personas: item non cum agitur de alimentis siue desponsæ, siue par-tus, de restitutione dotis, conuentionibus, pactionibus, & conditionibus, damnis, & interesse: nam tum licet inciden-ter id fiat, & sit accessorium principalis quæstionis, super fœ-dere matrimonii motæ, & sic ne continentia causæ diuida-tur, Iure Ciuili & Canonico, *l. nulli, l. quotiens, C. de iudic. cap. tuam, de ord. cognit. c. ... 3 extr. de donat. inter vir. & uxor.* co-gnitio eorum spectat ad iudicem ecclesiasticum. Verum id in Francia non obseruatur, vt notaui ad stylum Curiæ ecclesia-sticæ Bituricensis, *artic. 15.* iuxta Arresta, quæ refert D. Bour-dinus *in ... art. 1. constitutionis* 1539. Choppinus *lib. 2. de sacra politia, cap. 1. n. 15.* Robertus *rerum iudicatarum lib. 3. cap. 5* eo quod in Francia iudices non possunt inter laicos nisi de his, quæ sunt mere spiritualia, & quæ ad sacramenta pertinent, cognoscere, ideoq; siue lis principaliter siue incidenter con-trouersa, res pecuniarias spectet, earum ratione iudex eccle-siasticus incompetens est: & si earum cognitionem sibi ven-dicet, locus est appellationi tanquā ab abusu. Vide quæstio-nes meas notabiles *quæst. 8.* & *Arrest. 7. tit. 5. supra*, I.C. Vide *appendicem ad Arrestum 16. tit. sequentis.*

XII.

Perturbatio seruitii diuini ad cognitionem officialis spectat.

Munus officii diuini ad Episcopum spectat, qui in diœcesi sua Vicarius est Papæ, *C. mandata de præsumpt.* Ideo æquum est, vt perturbatio ipsius ad eius cogni-tionem spectet, eaque de re iurisdictionem habeat contra perturbantes, *c. præterea, de off. deleg.* siue laicus sit, siue clericus: Prout iudicatum fuit Arresto ad-uersus Iacobum Cornutum, qui Aureliani verba contumeliosa aduersus cantores & presbyteros, qui tantam ipsius in pompa prætergrediebantur protu-lerat: vnde exorta turba, & ordinis turbatio, postero die ad Officialem citatus appellat ab impetratione & executione literarum citatoriarum, tanquam ab abusu. Dicebat, se purum laicum esse, & quod citatio non esset certo libellata ad fundandam iurisdictio-nem prædicti Officialis. Declaratus fuit non admis-sibilis ad appellationem, ac præterea condemnatus in mulctam & expensas: mandatumque Officiali, vt porro seu vlterius pergeret. Aliud foret, si simplex rixa esset, non procedens à contemptu sacramento-rum, vt in hac specie factum: tum enim huius sim-plicis rixæ citra contemptum, Officialis iudex ad-uersus laicum incompetens esset. Prout continetur Arresto 59. *tit. sequentis.*

Vide D. Magistri *in tract. de appellationib. tanquam ab abusu c. 7.* vnde desumptum est hoc caput. I.C.

XIII.

Citatio abusiua aduersus laicum simpliciter citatum ob cæsū presbyterū nomine non expresso.

Iure Canonico, qui offendunt & lædunt cędunt-ve ense, fuste, aliove quo telo, vel etiā pugno, calcib. vel alia qua violenta ratione presbyteros, aut cleri-cos, per constitutionē ecclesiasticā sub nomine Pa-pæ Innocentis II. publicatā excōmunicati sunt: & quidem eo rigore, vt ab huiusmodi excommunica-

 tione

tione nemo nisi à Papa vel ab Episcopo aut alio in articulo mortis absolui possit. Hęc est sententia *Canonis si quis suadente diabolo 17. qu. 4.* Hac ratione laicus qui ita deliquit, iudici ecclesiastico subiacet, & corá eo conueniri potest: & nihilominus tamen literis prædicti iudicis ecclesiastici citari non potest, nisi expressis causis, nempe, *quod hunc vel illum presbyterū verberauerit ita nominatum N. & propter excessus hos vel illos in eum admissos*: alioquin citatio abusiua erit, & ab ea laicus tanquá ab abusu appellate poterit, & eius appellatio recipietur: Prout Arresto Parisiensi 6. Ianuar. 1538. iudicatū fuit pro Gratteblè, qui ab Officiali Ambianēsi appellauerat, & á citatione nō expressa pro violenta manuū iniectione in Clericū, nomine ipsius non expresso, quæ abusiua declarata fuit. Idque concordat constitutioni regis Ludouici XII. quæ publicata anno 1512, artic. 46.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad titulum IV.

I.

Iurisdictio ecclesiastica non extenditur in personas mere laicas in causis personalibus.

CONstitutionibus, & Arrestis, Interdictum est ecclesiasticis, ne inter personas mere laicas de causis personalibus cognoscant, multo minus de realibus, aut rebus à realitate dependentibus: Prout aliquando peroratum fuit aduersus Archiepiscopū Bituricensem, qui scil. facultatē dederat fabricas & cœtus agitandi, quiq; asserebat id nō posse fieri, nisi venia & permissu suo. Et laudatū fuit à Dō. Cappello Arrestum, quod datum aduersus Episcopum Malleacensem, non obstante quæ prætendebatur præscriptione, quæ obtendi non potest aduersus id quod citra authoritatem Principis possideri nequit. Officialis nullum habet territorium: ita quidem vt incarcerare non possit nisi in auditorio suo quid delinquatur: & necesse est, vt ad decreta sua executioni tradenda brachiū seculare imploret. 12. Mart. post prandiū 1577. Clericus quidā S. Nicolai de Chande appellans tanquam ab incarceratione sui per Officialem facta, qui scilicet eum de domo sua pro furto erga Vicarium admisso in carcerem miserat, vt maxime res seu causa competens esset quoad formá tamen quantum ad abusum partes lite absolutæ seu liberatæ fuerunt, & nihilominus appellans diœcesacesano suo inibi condemnandus remissus siue redditus fuit. B.

II.

Cognitio super validitate matrimonii ad Officialē spectat.

Vicesima quinta Augusti 1581. iudicatum fuit. causā mulieris cuiusdā quę asserebat sponsionē matrimonij sibi factam, & in hoc statu se per sesquiannum tantū vxorem egisse, liberosque suscepisse, vt maxime maritus Nicolaus Ostiarius aliā in facie, vt aiunt, Ecclesiæ duxisset vxorem, remittendam ad Officialem, vt ipse de primo matrimonio cognosceret, & iudicaret, saluo iure Procuratori Regio aduersus maritum querendi, conducendi. B. Maritus quidam cū per viginti annos abfuisset, tandēque reuersus fuisset, vxore sua alteri matrimonio iuncta, aduersus eam coram iudice ecclesiastico scilicet experitur, quo ad se rediret, sibique adhæreret: alter maritus remitti se postulat ad iudicem laicum, negans primum maritum esse, cum id denegatum ipsi fuisset, tanquam ab abusu appellat, Arresto declaratum fuit, appellansem non esse admittendum, 4. Maii, 1577. B.

III.

Inter Religiosos, Priorem, & Conuentum S. Nicolai ppe Audegauos ordinis S. Benedicti, appellantes tanquam ab abusu processuum factorum coram Officiali Andegauensi, & sententia 23. Ianuar. 1602. quodq; exinde insecutum est, ab vna parte, aduersus fratrem Petrum Lamecourtium Religiosum professum prædictæ Abbatiæ Baccalaureum in Theologia appellatum ab altera parte, vel potius inter procuratores partium: Posteaquam Seruinus pro appellantibus in appellatione tanquam ab abusu conclusisset, eo quod Officialis, qui neque iurisdictionem, neque cognitionem emendationis, & disciplinæ regularis in Religiosos haber, quæ sane ad Abbatem spectat, eum remouisset, eidemq; permisisset, vt per bienniū in hac vrbe studiis incumberet, eique 200. libras annuas assignasset, vt id omne, quod male & abusiue egisset, conuentui restitueret, & vt Officiali inhibitiones fierent, ne in iurisdictionē regularem inuolaret, ac maxime cū capellæ cuiusdā ministerio obstrictus sit, aliusq; iam religiosus ad studia missus sit: Choppinus pro appellato dixit, prouisionem, à qua appellaretur, esse iurisdictionis Officialis, vtpote cū politia generalis Ecclesiæ ei commissa sit, neq; de obseruantia regulæ monachalis agatur. Ita obseruatum hactenus fuisse, idq; niti in Arrestis, & constitutionibus Blesensibus: & quatenus conclusiones capitulares contrariæ essent, appellare se tanquam ab abusu, atq; ita cōcludere se. Seruinus pro Procuratore Catholico Regio dixit, Priorem claustralem, religiosos, & conuentū Abbatiæ S. Nicolai prope Andegauos tanquam ab abusu appellasse, eo quod Officialis Episcopi ausus fuisset cognoscere de causa, in qua ageretur de disciplina religiosi cuiusdam ex ipsorū monasterio, cui nomē frater Petrus Lamecourtius, eumque ad causam agendam aduersus superiores suos admisisset, & decreuisset, ei 200. libras annuas expediendas & exsoluendas pro viatico suo in hac ciuitate Parisiensi, vbi studia sua ad exitum perducere satagat, cum tamen reuera super his soli & veri iudices eius generis personarū, cuius est Lamecourtius, sint Abbas & Prior Regulares, quibus monachi professi cum humilitate obedire debent, vtpote cum potissima eorum scientia in firma obedientiá consistat, iuxta dictum Sapiētis, *vbi humilitas ibi & sapientia*: quemadmodum in cōmune disciplina laudatur à Cypriano, vt custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis: quæ facit in Christo manere semper, ac iugiter Deo viuere, & ad promissa cœlestia, & diuina præmia peruenire: & ideo sane sectari salubre est & aduersari, ac negligere, læthale. D. Hieronymus Rustico monacho, ama sciētiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Hanc disciplinam inter homines potissimum religiosis conuenire, qui hac parte Abbatibus suis, prioribus & aliis ordinis sui superioribus subiecti sunt: non aliam esse rationem in officio religiosos seu cœnobitas continendi, siue heremitas, siue anachoretas, quæ tria potissima genera sunt monachorum, de quibus egit Isidorus Episcopus Hispalensis, *lib. 2. de offic. ecclesiast.* Rursum, non aliam esse rationem, qua ad decentem vitam adigantur, ad eorum discrimen, qui sibi, *anachoretarum* more blandiantur, aliorumque, qui *circumcelliones* vocantur, & iugum humilitatis ferre non possunt, breuiter eorum, qui pessimo Ananiæ & Saphiræ exemplo ab Ecclesia sese separantes proprias cupiditates appetebant, vt sese liberos redderēt, cuiusmodi erant Monachi, quos Sarrabaitas, aut Rennuitas lingua Ægyptiaca vocabant: nam etsi Episcopus in omnes Basilicas diœceseos suę iurisdictionem habeat: ad emendationem & pœnam criminum, eam tamē nō habet,

quantum

Episc... ve ip... O... non p... sibi vi... care cogn... ti nem u... per em... dationē & disciplina religioso... rum quod Abbas seu Pri... claustral... spectat c... cu ad ... nast... v. Abba. de re... mona 4 de or... in.

[illegible] onem, emendationem [illegible] propter non obseruatam [illegible]: vt videre est in consti- [illegible] quam recentioribus [illegible] nominatim in constitutio- [illegible] seu Comitem Aurelianensi- [illegible] quo iam prædictus religiosus [illegible] testimonium habet, ac [illegible] schola Theologorum studiis [illegible] monasterio, in quo professus est, [illegible] prædicatore opus erit, inseruire pos- [illegible] si ipsi videatur, al- [illegible] impetramentum aliquod [illegible], & licentiam, ab vna [illegible] regulæ, & licentiam, ab vna [illegible] appellationem tanquam ab abusu iux- [illegible] ab altera parte pro- [illegible] & nihilominus ab altera parte pro- [illegible] innocentia morum [illegible] vt pauper religiosus tum innocentia morum [illegible] literarum splendore illustris cursum [illegible] in Facultate Parisiensi absoluere [illegible] Theologicum in Facultate Parisiensi absoluere [illegible] ad fratrum suorum ædificationem, aliorum- [illegible] posset, ad fratrum suorum ædificationem, & sermonibus vtilitatem [illegible] que, qui ex eius lectionibus, & sermonibus vtilitatem [illegible] perceptari, doctrinamque; quæ secundum pietatem [illegible] addiscituri, qui studiosum videntes in studiis [illegible] ad eius exemplum anhelaturi, eiusque præce- [illegible] ab affectibus superbiæ à tenebris erroris & igno- [illegible] in quibus plurimi eorum, qui in Ecclesia lumi- [illegible] vsum præbere debebant, seculo nostro immersi [illegible] & sepulti liberabuntur. *Curia*, quantum ad appellationem tanquam ab abusu spectat, partes li- [illegible] iudicio liberas prorsus & absolutas dimitit, & nihilominus inhibet & interdicit officiali, ne sibi tri- bunal, iurisdictionem & cognitionem eius, quod disciplinam regularem spectat, vendicasse velit. Ac præterea validis, iustis & rationabilibus de caulis ad id sese mouentibus, decernit, vt summa in scorentia me- morata appellato præbeatur, & deinceps vsquequo cursum suum in facultate Theologica Parisiensi absol- uerit: quo facto ei iniungit, vt ad monasterium suum re- uertatur, & disciplinam regularem obseruet, Parisiis in Parlamento 17. Maij, 1603. I.C.

Nihilominus cum de criminibus à religioso admissis, quæstio est, & agitur in figura iudicij, hoc casu tribunal, iurisdictio, & cognitio ad Episcopum diœcesanum exclusis omnibus aliis iudicibus spectat *c. quando. de Offi. ordinar. ext. Can. hoc tantum. Can. Abbates,* 18. q. 2. Aufrerius *decis. Capellæ Tholosanæ* 408 quin & constitutione Aurelianensi, *artic.* 11 Choppinus *de sacra politia, lib* 2. *tit.* 8 *n.* 21. & 24. vide & quæ tetuli *lib.* 1. *c.* 7. *collectionis meæ.* I.C.

IV.

[illegible] Arresto quod datum perorantibus Aduocatis, quod quidem refertur *in collectione mea quæst.* 9. Iudicatum fuit, Episcopos vel maiores ipsorum Vicarios beneficiariis *visa* tradentes non nisi de capacitate beneficiati, cui prouisum in Curia Romana, ac non etiam de validitate prouisionis cognoscere posse: & Episcopum Matiscunensem in iurisdictionem regalem inuolasse, male & abusiue iudicasse ob admissos Decanum & Canonicos Ecclesiæ opponentes sese traditioni *visa* à tertio quodam impetratatum. I.C.

TIT. V. DE IVRISDICTIONE seculari super personis & Rebus Ecclesiasticis.

ARRESTVM I.

[illegible] IVdex Regius de decimis in causa petitoria cognitionem habet, si proponatur eas per tempus immemoriale feudo Ecclesiastico per manum laicam possessas ante Concilium Lateranense. Et ita iudicatum fuit Arresto maiorum dierum Pictauiensium 26. Septembr. 1531.

II.

Et vero Dn. Riantio & Thuano perorantibus in appellatione quadam tanquam ab abusu dictum fuit, Officialem abusiue iudicasse, eo quod in lite coram se intentata super decimis, in qua reus allegauerat se eas in feudum ante Concilium Lateranense possidere, prædictus Officialis decreuerat prædictum reum probare debere prædictam infeudationem: neque de ea prædicta infeudatione cognoscere debebat, quandoquidem reus infeudationem allegando forum Officialis declinabat, resque tota ad Iudicem Regium remittenda erat: Arresto 4. Mart. 1538. Declinatoria Decimarum, quando Officialem fugere. Quod habitum curato.

Molinæus *in Consuetudines Parisienses,* §. 46. *num* 18 existimat, cognitionem decimarum infeudatarum ad Iudicem secularem spectare, excluso Iudice Ecclesiastico. Vide Charondam *lib.* 1 *R.spo.* [illegible] & notata *ad Arrestum* 9 *tit* 12. *huius* *libro, & Arr.* [illegible] *præcedentis, & cap.* 4. *tit* 10. *infr. pro decimis infeudatis ad Ecclesiam reuersis.* I.C.

III.

Iurisdictio secularis hactenus id emeruit, sibique supra spiritualem vindicauit, vt quoties res quædam accessoria, & à iurisdictione temporali dependens, vel minimum deprehenditur, absque qua res in principali Curiæ ecclesiasticæ relinquenda foret, nihilominus necesse sit ecclesiasticam cognitionem cessare, & vero super hac re casus talis accidit. Quidam ab Officiali condemnatus vxorem sibi adsciscere, quæ legitima eius vxor dicta fuit, & declarata, appellat, & diplomata regia ad iudicem secularem emeretur, quorum præsidio intra certum tempus appellatio eius cum parte sua admittatur: quod tempus à prædicto iudice ei præfigitur, literas siue diplomata approbare: nihilominus intra prædictum tempus appellationem suam recipi non persequitur: sed antequam vlterius pergat, cum muliere transigit, & pecuniam ex transactione tradit: mulier post aliquod tempus sese deceptam comperiens adit Officialem, & sententiam emeretur, qua velut deserta appellatione decernitur, condemnatum cogendum stare seu parere priori sententiæ: is tanquam ab abusu ad Curiam appellat: & ait, postremum hunc processum factum aduersus auctoritatem, & iurisdictionem secularem. E contrario mulier allegabat, transactionem notorie ipso iure nullam esse: ac præterea iudicem secularem, de hoc negotio cognoscere non potuisse, neque potuisse tempus præfigere ad persequendam primam appellationem: & appellantem dimissa fiducia extraordinariæ huiusce viæ persequi debuisse appellationem suam intra tempus iure determinatum: atque adeo nullum aliud contemptus & negligentiæ suæ præmium ferre debere, quam vt prædictæ sententiæ parere cogatur. Arresto quod datum 27. Febr. 1551. dictum fuit appellatum citra expensas causæ appellationis, & eidem appellanti permissum, sibi qua vellet ratione consuleret.

Iurisdictio secularis ob modicam rem in Ecclesiasticam inuolat.

Transactio in causa matrimoniali.

IV.

Iudex laicus cognoscere de proprietate tonsuræ non potest: & tamen cognoscere potest, vtrum vestes, quibus clericus vestitus reperitur, conuenientes sint, an aduersæ eius professioni: huiuscemodi quippe cognitio secularis est: prout iudicatum fuit Arresto 1384.

Iudex laicus cognoscit, vtrum clericus veste clericali amictus sit.

Desumptum *ex quæstione* 43. *Galli*: & hæc ipsa quæstio tractatur per Guidonem Papæ *Decis. Delphin.* 138. Aufrerium *in repet. Clem.* 1. *de offic. ordin. collat.* 35. I.C.

V.

Curia in materia beneficiali cognoscere consueuit de controuersia, quæ est inter duos de eodem beneficio prouisos, & super validitate collationum, præsentationum, deque iure eorum, qui eas fecerunt, & vter magis potuerit, & vter sit verus patronus, & ad quem

Super prouisione beneficiali, quando dubium est seculare vel ecclesiasticum.

quę spectet ius patronatus, & prętere a vtrum solenniter factæ fuerint, & intra tempus 6. mensium: item vtrum collatio facta sit ante præsentationē, & vtrum præsentatio facta ante mortē, aliaque quæ incidere possunt in huiusmodi materias, quæ titulum beneficij spectant. Sunt hæc verba Arresti, quod datum in Parlamento Parisiensi vltima die Aug. 1370. pro Dn. procuratore Catholico Regio, & Wilhelmo Petdrigo actoribus aduersus Archiepiscopum Rothomagensem, & quendam, cui nomen Bellote, reos. At si non quęstio sit de his, quę superius expressimus principaliter, & vna partium beneficium emeruerit, supra primū prouisum, atque ita si beneficiū vacans fuisse asseratur, quod scilicet eius generis esset, quod annexam habet curam animarum, primus non ipsius id tenere non posset, nisi presbyter fiat intra annum à possessione pacifica: quod ab ipso factum non est, cum neque presbyter sit, neque in eo sit, vt fieri possit. Secundo, quoniam pacifice possidet Ecclesiam parochialem Beatæ Virginis de Heudreuille, quæ incompatibilis est cum altera. Econtrario promissus & possessor asserebat prædicti Beneficium non habere annexam animarū curam: & vt maxime quędam onera ei annexa sint, nullos tamen parochianos habere. Et sane in hac lite status causæ eo tantū recidit, vt constet, vtrum tale beneficium annexam habeat curam animarum, an vero non, quæ vtique quęstio Ecclesiastica est, de qua Curia cognoscere noluit, neque de collatione eius. Et ita iudicatum fuit Arresto anno 1394.

VI.

Curia ius habet cognoscendi super libertate Ecclesiæ Gallicanæ.

Decima octaua Februar. 1551. Curia Datario, & Referendario Legati S. sedis Apostolicæ in Francia, qui in prædictam Curiam venerant, mandauit, vt prædicto L. gato dicerent, eumq; monerent, vti iuxta promissionem, quam post publicationem bullarum legationis suæ in prædicta Curia antea fecisset ante abitum suum ex ciuitate Parisiensi in manus V. Cl. Nicolai Preuosti Consiliarii Regii in prædicta Curia, traderet regesta & acta eorum, quæ gessisset iam inde ab initio legationis suæ in præfata Curia publicatæ, itemque in manus V. Cl. Francisci Deymieru Consiliarii regii pariter in prædicta Curia traderet sigillum prædictæ legationis, prout alii legati facere consueuerunt, vel saltem ad minimum, cum prędictus legat. Lugduni versaretur, hæc omnia in manus Locumtenentis generalis in Seneschalcia Lugdunensi, vel Officialis Primatię Lugdunensis Aduocato prædicto Locumtenente generali traderet, vt inde ad prædictum Preuostium & Deymierum respectiue mittantur, deque re omni Curia certior et ur: alias nullam iis, quæ ab ipso gesta fuerint, fidem habendam, tanquam ipso iure nullis. Ex his perspici potest insignis prudentia & modestia Senatus istius, qui prædictum legatum non præcise coactum voluit, vt sigillum suum traderet, sed humana & gratiosa commonitione tantum: quique ipsi tantum detulit, vt etsi iure potuerit, hæc, quæ dicta sunt, ab eo Parisiis exigere, nihilominus ei ea extorquere noluerit, quamdiu in Francia esset: verum in exitu regni, quod est Lugduni, commeretur ea tantum inibi relinquere, idque citra vllum rigorem: atque ita facta el licentia, prout ipsi videretur hæc peragendi. Secundo, ex hoc processu liquet, ad denegationem prædicti Cardinalis Curiæ reliqui auctoritatem deliberandi & iudicandi super sigillo ab ipso gestorum, prout sequente Arresto factum est.

Adde *Arrestum primum tit. 2. lib. 2.*

VII.

Idem.

Postea, & quidem vltima die Augusti 1552. Visa per Curiam postulatione facta per Procuratorē Catholicum Regium, qua depolcebat, quoniam Arrestо prædictæ Curiæ decretum fuisset, vt Cardinalis Veraldo nouissimus Legatus Apostolicus in Francia regesta gestaque penes se constituta vna cum sigillo in manus Commissariorum à Curia deputatorum traderet, vtpote prædicto legato Romam redeunte, & tamen prædictus legatus non nisi gesta & regesta tradidisset, quæ in manibus Viri Cl. Nicolai Preuosti Consiliarii in prædicta Curia essent, ac non etiam prædictum sigillum, quod in prædicta Curia tamen decreuerat, quæ res magni momenti esset, quæque expeditiones necessarias pro partibus impedire posset, depolcebat, inquam, pro bono publico decerni, vti prædictus Preuostius Consiliarius possit vti sigillo suo, aliove sigillo, quod Curiæ decernere placuerit, pro negotio prædictorum gestorum, tanquam sigillo subsidiario in defectum prædicti Legati. Prædicto Arresto omnibusque perpensis prædicta Curia decreuit, quantum ad sigilla gestorum, vt quæ necessaria reperiuntur in regestis prædicti vltimi Legati, quæ penes prædictum Præuostium essent, posset prædictus Præuostius vti proprio signo & sigillo suo, aliove, quod delegisset, velut sigillo subsidiario, fidemque habendam prædictis expeditionibus & bullis, non secus ac si factæ & expeditæ per prædictum Legatum fuissent: fidem pariter adhibendam extractibus signaturarum, quæ in prædictis regestis essent factæ, partibus vocatis, non secus ac si bullæ fuissent in forma expeditæ.

VIII.

Executionem in catarum aduersus personas ecclesiasticas.

Quarta Maii 1537. decretum fuit, inter Wilhelmum Furetum actorem, & Protonotarium Dn, prædictum Dn Ecclesiasticum ad solutionem summæ cuiusdam pecuniariæ cogendum, in quam Arresto cōdemnatus fuerat, captis pignoribus immobilium ipsius, quæ à curatore administratentur, elocarentur, quinimo & domus, qua prædictus Do migrare cogeretur, & supellectilem suam transferre. Et ita quoque obseruatum fuerat antea aduersus Archiepiscopum Lugdunensem, Reuerendissimum, inquam, Franciscum de Rohan.

Quæ bona constituti in ordinibus pignori capi possint.

Arrestum hoc respondet constitutioni Regis Philippi Pulchri, quæ permittebat capere fundos Ecclesiastici, vetabatque capere pignori mobilia, vnde scilicet molestæ lites oriebantur, sed postea constitutione Aurelianensi, *art. 28.* & Blesensi *art. 37.* constitutorum in sacris ordinibus mobilia capi possunt pro solutione debitorum suorum: exceptis tamen mobilibus ad diuinum officium, & necessarium ipsorum, domesticumque vsum destinatis: itemque libris iuxta dispositionem Canonicam, *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constitut. ext.* Fructus quoque beneficiorum capi possunt, deducto ne egeant, usque portionem reliqui oportet, vnde alantur, *c. peruenit de fideiussor. ib. ext. gl. in Can. studeat 50. distinct. gl. & Dd. in l. moles, de remedio & in l. stipendia. C. de execut. rei iudic.* Aufrerius *decis. Capellæ Tholos. 245.* ne in opprobrium cleri mendicent *Can. diacon. 93. distinct.* & hinc fit, quod in Curiis ecclesiasticis dilatio eis detur pro ratione quantitatis debitæ, & bonorum debitoris, *ex cap. Oduardus. & ibi Dd. de solut.* prout notaui *ad art. 14. styli Curiarum Ecclesiasticarum Bituricensium.* Excipiendus est pariter titulus Presbyteri *ex prædicta const. in* [illegible] *Aurelianensi artic. 12.* & distributiones quotidianæ in pane, vino & pecunia, Choppinus *lib. 3. de moribus Paris. cap. 3. num. 16. ex cap. supra Specul. ext. de Magisterio.* Guymerius *addit. ad Annat. in verb. fructus in pragm. sanct.* Rebuffus *in Concordatis, tit. de Collationibus, §. 1. in verb. distributionum.* I. C.

De supellectile & libris.

Fructus fundorū.

Titulus Presbyteri.

IX.

Clericus qui negotia secularia gessit, iudici [illegible] eo respondere [illegible]

Presbyterum, vel Clericum tonsuratum pro negotiis secularibus, quæ gessit, administrauit, coram iudice seculari respondere cogi præscriptione fori cessante, pluribus Arrestis iudicatum est.

Aduersus cur.

Ad... Presbyterum à quo petebatur carruca cum mulo ei commodatis, quæque à denegata sibi fori præscriptione ... appellauerat, dictum fuit, eum agere debere coram loci iudice ... Augusti, 1526 vide infra Arrest. 12. B,

X.

Presbyter quidam nomine Robelot personali actione conuentus à Duce Burgundiæ, eiusque contra ... declinabat procedere, & postulabat sese ad iudicem suum Ecclesiasticũ remitti, cuius sane præ... destituebatur aliqua ratione: nihilominus tamen quoniam actores declarabant, se nihil ab ... superiore pensionē & censum, quę eis debebat ... nomine, dictum fuit eum agere debere coram iudice laico, 11. Ianuarii 1420. Lucius lib. 2. Arresto 16.

Vide in Appendice Arrestum 17. Ianuar. 1581.

XI.

Non tantum ex sanctis Concordatis inter Papam Leonem X. & defunctum regem Franciscum huius nominis primum initis, verum etiam prisco iure, & priuilegio singulari huius regni Franciæ subditi in prima instantia cogi, moneri, emendari à sanctissimo patre nostro Papa non possunt, & vero iuxta id 15. Martij, 1409. cum Archiepiscopus Rhemensis per libellos publice affixos sub bulla quadā Papę quemdam nomine Wilhelmum Marro, excommunicari fecisset, multa pecuniaria condemnatus fuit: ac præterea vt prædictū Marro suis expēsis absolui faceret, comminatione addita, nisi id faceret, immobilia eius tēporalia capi oportere. Cęterum nominatim de huius regni subditis exprimitur: siquidem alio Arresto peregrinus quidam, cum in re simili tanquam ab abusu appellasset, appellationem eius non recipiendam decretum fuit.

Lucius eodem libro, & tit. Arrest. 5 Vide Arrestum 9. tit. 4. ... libri, & tract. de magnitudine, ... & præ... regum & regni Franciæ quod excusum est anno 1505.

XII.

Clericus quidam, cū in se recepisset munus sequestri sibi iniūctum à iudice Laico, rationem reddere coram iudice Laico cogitur, & ab eodem cogi potest nulla priuilegij ipsius ratione habita, vtpote cui huiusmodi recepto, seu acceptatione renunciasse videatur: c. 2. ne cler. vel monachi reb. ... d. se immisc. remittcam en debet ad iudicē laicum, loco in quo administrauit proximum. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 10. Decembr. 1521.

XIII.

Clericus non coniugatus, in multā præiudicialem seu temerariæ appellationis, quæ ex delicto oritur, vel in multam ex delicto Regi adiudicatam condemnatus, tanquā Laicus capi & in carceribus Episcopi sui detineri vsquequo satis fecerit soluerit, potest, & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Ioannem Pocholle, pro duabus multis, quarum vna erat sexaginta librarum Parisiensium inflicta temerariæ appellationis ergo: altera vero, ducentarum librarū Parisiensium pro plagis inflictis D. Radulpho d'Orgines Notario Regio: idque triennio post Arrestum quod datum 1. Martij. 1394.

XIV.

Iudex Regius causas euocare à Iudice Ecclesiastico, si connexæ sint, & viscerales earum quarum cognitor est ipse Iudex Regius, potest: & ne partes experiantur aut alibi quam coram se si agant, prohibere potest, neve Officialis de ea cognoscat: iuxta l. quoties. Cod. de iud. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 5. Martij 1530. Quo casu necesse est, siue bene siue peram prohibitio & euocatio facta fuerit, vt Iudex Ecclesiasticus subsistat: alioquin euenire posset vt duobus in locis super eadem re agendo, duo diuersa iudicia darentur, contra l. nulli. C. de iudic. Et tamen si huiusmodi euocationem & prohibitionem iniquā & iniustam esse videat, suffugium ei appellationis tanquam ab abusu patet, & in Curia ius suum obtinere potest. Et vero iuxta id iudicatum fuit Arresto Parisiensi 11. Martij prædicto anno.

Constitutione Blesensi, euocationibus interdictū fuit: Id enim ad solam Curiam spectat, vel ad Regem per diplomata iuxta titulum de quibus rebus ad eundem iud. eat. Vide inferius lib. 4. s. 6. Arrest. 26. & lib. 7. art. 27. tit. 7. BERG.

XV.

Anno 1384. à D. Procuratore Catholico Regio, & à procuratore Ducis Burgundiæ postulatum fuit, vt Episcopo Catalaunensi in Campania, interdiceretur, ne deinceps etiam inter subditos super actionibus in rē cognosceret: veluti de feudis, possessionibus & heredijs: siue actiones illæ ex venditione, seu retrouenditione, alioue quo contractu, siue ex præscriptionibus, successionibus aut aliter manarēt, & quoniam in hæc inuo'asset, vti mulctæ subijceretur, & in expensis condemnaretur. Episcopus contra nitebatur, se id facere posse, iuxta dictum Baldi in authent. causam. C. de Episcop. & Cleric. & Canonistarum in cap. 1. de emp. & vend. Nihilominus iudicatum fuit Arresto Curiæ Parisiensis aduersus ipsum: & postulatio Procuratoris Regij, & Ducis Burgundiæ admissa fuit, citra multam tamen & expensas. Postea quoque annō 1397 Capitulum S. Maximini mulctæ ducentarum librarum Turonensium subiectum fuit, eo quod super actione in rem rigore iurisdictionis Ecclesiasticę cognouisset. Hoc Arrestum notatu dignissimum est, & maximi exempli pro iurisdictione seculari aduersus ecclesiasticam: absque hoc enim periculum erat, ne Principes Romam ad litigandum super fundis suis terris & dominiis, & è populo quique pro possessionibus suis pertraherentur.

Iudex ecclesiasticus de actionibus realib. cognoscere non potest.

Vide Gallum decis. 45. Aufrer. in re'at. Clem. 1 de offi. ordin. num. 7 I. C.

Iudex ecclesiasticus neque de actionibus realibus, neq, de criminalibus pro criminibus & excessibus corpore luendis cognoscere potest. Et sæpe iudicatum fuit, Presbyterum non posse cedere rebus secularibus, nisi malit soluere & renunciare, verum in actione personali, vt maxime Presbyter sese defenderit & egerit coram iudice seculari (sed) & in fine causæ fori præscriptione vtatur, demumq. remitti postulet, ad iudicem suum & ecclesiasticum remitti debet, in expensas tamen processuum voluntariorum eo condemnando. Neque potest iudex laicus super recognitione chirographi clericum ad prorogandam pecuniam petitam condemnare, si remitti se ad iudicem suum postulauerit. Iudicatum Arresto, infirmata sententia Præfecti vrbici Parisiensis pro D. Claudio de la Capelle, 20. Mart. 1563. Priuilegium hoc exemptionis clericalis iam inde ab anno 1318 sub Iulio indultum fuit. Sunt & qui altius iam inde a Siluestro repetant. B.

Clericus conuentus super recognitione chirographi.

Exemptionis clericalis origo.

XVI.

Iudices Ecclesiastici inter subditos de obligationibus, chirographis, pactionibus, in quibus tantum de censibus & reditu annuo, vel de summa aut re quæ ex reliquis eorum promanant agitur, iudicare non possunt, in his enim omnib. reale quid est: Et quantum ad obligationem, & actionem personalē, quę ex prædicto contractu vel chirographo super eo facto oritur, vtique nonnisi reliqua sunt ex quibus obligatio oritur: cæterum hac parte origo, seu causa originalis spectanda est. l. si cum iudicio §. qua iniuriarū ff. si quis cautionibus. Quid quod huiuscemodi contractus semper in fraudem & necem seu iniuriā iudicii secularis facti præsumuntur, l. scire oportet, ff. de excusat. tutor.

Iudex ecclesiasticus de reliquis ex obligatione personali cognoscere nō potest.

tutor. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 138;. aduersus Abbatem S. Vincētij. Et nihilominus extat Arrestū, quod datum sequente anno pro Episcopo Parisiēsi, & Consiliario quodam Cameræ Inquisitionum plane contrarium, quod verosimilius est: nam vbi obligatio est, personale omnino negotium est: at vbi nulla obligatio est, aut promissio, tum absque dubio de eo Iudex Ecclesiasticus iudicare non potest. Prout iudicatum fuit Arresto anno 1391. aduersus Abbatem & Conuentum de Colombes.

V. Gallum *qu.* 52. 106. 291. Aufret. *in d. Clemen.* 1. *de offic. ordin.* I.C.

XVII.

Personalis actio pro aliquo reali a iudice aduersus presbyterum tractari debet.

Cum Presbyter aut Clericus super rei immobilis à se venditæ traditione conuenitur, vt maxime actio personalis sit: nihilominus quia *ad immobile* comparata est actio, realis æstimari debet, vt notatur in *l.* 1. *Cod. si aduersus transactio.* atq; ita Iudex Ecclesiasticus cognoscere nequit, deq; ea iudex laicus cognoscere debet. Quid q; in hac re aliquid hypothecariæ actionis est, quæ manifeste realis est, *l. si fundus. §. cum venditione, ff. de pignor.* Et quanquam Curia Parlamenti Parisiensis, propter dubium, quod inde oriebatur, causam ampliasset, nihilomin⁹ in simili causa perorante D. Boquiero pro appellato quodam, qui Presbyterum ad designandas, tradendasque sibi quingentas arbores, quas sibi è sylua sua vendiderat, coram Iudice laico conuenerat: perorante item Dn. Marillaco p Rege aduersus Presbyterū appellantē, prædicta Curia Iudicem laicum competentem hac in re Iudicem esse declarauit, & appellantem multæ subiecit, Arresto 14. Ianuarij 1545. Quod notatu dignissimū est: Nam etsi Iudex laicus regulariter de personali actione aduersus presbyterum cognoscere non possit, neque de hypothecaria eum in modū cōnexa iudicare citra actionem personalem, tamen dubitari potest, idque fieri potest per medium causę, *l. omni nouatione. vbi not. C. de sacrosanct. eccles.*

XVIII.

Clerici pro debitis hypothecaria actione coram iudice laico respondent.

Presbyter quidam post agnitum chirographum suū de solutione interpellatur, nisi malit immobilia sua hypothecæ obligata sub hasta publice distrahi: is forum declinat & ait actionem hanc esse personalem, & si quid hac parte reale sit, id accessorie tantum fieri, & personalem sequi: E contrario dicebatur ad impediendam fori præscriptionem actionē mixtam esse, partim realem, partim personalem: & iudicem ipsius Ecclesiasticum non esse iudicem hac in re competētem, vtpote in qua aliquid reale sit: Iudicatum, eum procedere debere, fori præscripione non admissa: à quo ad Curiā appellat, cuius Arresto dictum fuit bene iudicatum, perperam appellatum fuisse, eumque temerariæ appellationis multam solutum in: mense Ianuario, anno 1545. ex tempore Pericardo perorante.

XIX.

Quæstio super reparationib. beneficiū ad iudicē laicum spectat: & quis eas p̄stare teneatur.

Patriarcha Alexandrinus nomine Cremantius Episcopatu Carcassonensi permutatione facta potitur, vbi magnas Ecclesiarum & domorum beneficij ruinas deprehendit, libellumq; Parlamento Parisiensi offert, & literas impetrat ad citādum resignantem & decessorem suum, quo super iis quæ Patriacha libello complexus fuerat, audiatur: atquę adeo super reparādis quas diximus ruinis. Decessor forum declinat, dicens hanc actionem personalem esse. Arresto dictum fuit, eum in Curia processurum, anno 1393. Idemque iudicatum aduersus Episcopum Nouiodunensem.

Vide constitutionem Aurelianensem *artic.* 21 Lucium *lib.* 2 *art.* 11. 12. 13. 14 Maynardum *lib.* 1. *singular. quæst. c.* 40. 41. 42 *& collectionem meam lib.* 1. *c.* 11. *&* 14 vbi de Ecclesiarum reparationibus tractatur, & quis iis obnoxius sit. I. C.

XX.

Ecclesia ad sarta tecta vrbis & politiæ confert.

Arresto Parisiensi, anno 1388. dictum fuit, Decanum, Canonicos, & Capitulum Nouiodunense, & Curiones prædictæ ciuitatis vna cum incolis (ac nō etiam Episcopum) per prouisionem sextam partem ad vrbis sarta tecta conferre oportere: sed non ad Capitanei stipendium. Altero Arresto Parisiensi idem dictum fuit aduersus Clerum Bellouacensem: quin & amplius aliquid. Dictum enim fuit, prædictum Clerum tam ad prædicta sarta tecta, quam ad Capitanei vrbici stipendia collaturum. Postea quoque an. 1394. idem dictum fuit aduersus Decanum, & Capitulum Ebroicense pro muris, vallo & stipendiis.

Vide *lib.* 5. *tit.* 12. *art.* 15 *& sequentibus.*

XXI.

Quæstio sartorum tectorum beneficii ad iudicem laicum spectat.

Petrus Lanoyus Decanus Aurelianensis ab vna parte, & Stephanus Nouioduuensis Thesaurarius Laodunensis ab altera parte, beneficiorum suorum parem, illi quam superius diximus permutationem instituunt, inuicemque promittunt sese vice mutua id præstituros, quod æstimatione facta ad instaurationem ædificiorum opus esse deprehensum fuerit: Mandatis ad æstimationem faciendam factis & admissis contigit, vt prædictus Lanoyus iniquam factam instaurationum in domo Thesauraria, quam à Nouiodunensi acceperat, necessariarum æstimationem conquereretur. Is igitur, antequam in eam ingrederetur, literas ad Balliuium Veromanduorum directas impetrat, quibus iniungebatur: Vt prædicto Nouiodunensi vocato, & audito, ad æstimationem instaurationum necessariarū in domibus Thesaurariæ procedat: vt ita iuxta ipsorum conuentionem ad instaurationem, prout iuris æquitas postulat, procedatur. Nouiodunensis citatus fori præscriptionem allegat, dicens, hanc actionem esse personalem, & ex contractu oriri, cuius iudex incompetens sit Balliuius: prædictus Balliuius sese competentem pronunciat, & vlterius pergit. Ab his omnibus a prædicto Nouiodunensi appellatur: & appellatio in Parlamento Parisiensi admittitur: inibi Arresto, anni 1389. dictum fuit, bene iudicatum & processum fuisse.

XXII.

Possessorium rerum spiritualium ad iudicem laicum regium, non ad alium vt maxime Ducalem spectat.

Possessorium rerum spiritualium secularis est iurisdictionis, *c. literas, de iuram. calum. & ibi gloss. in Clem. dispendiosam, de iudic.* Atque ita obseruatur, mosq; hic obtinet in hoc regno circa possessorium beneficiorum: qui mos speciatim bulla Papæ Martini V. approbatus fuit, cuius meminit Guido Papæ *quæst.* 1. Et iuxta id Arresto Burdegalensi, quod pronunciatum 19. Iul. 1524. dictum fuit aduersus prædicti loci Episcopum, qui scilicet *a* capi fecerat fructus quorundam beneficiorum, quorum rector erat D. Wilhelmus Mignautius, quique ab hac pignoris capione tanquam abusu appellauerat, male & abusiue eum processisse, ac præterea centum librarum multę fisco vindicādę subiectus fuit, sed & 50. librarū multę appellantis commodo.

v. Arrest.

a Desumptum ex Boerio *quæst.* 69. *num* 23. Hodie Constitutio Caroli IX 7. Septembr. 1561. itemque Blesensis *art.* 16. hanc in rem expressæ sunt. quibus scilicet interdicitur omnibus iudicibus præterquam regiis pignoris capione super fructibus beneficiorum. Proinde ad Iudicem regium spectat de possessorio beneficiorum cognitio. Et ita dictum fuit Arresto Parisiensi, quod datum 24 Ianuar. 1565 pro quodam appellante à Iudice Comitatus d'Eu, cui super possessorio beneficii

… conuocari denegata fuerat ad Iudicem Regium … quam poſtulauerat: in qua cauſa Procurator Catholicus Bourdin … appellationi adhæſit, & fœdus Arreſti … Iulii 1449. Choppinus lib. 2. de Domanio Franciæ tit. 7 … T.

XXIII.

Idem.

Arreſto Pariſienſi anno 1397. dictum fuit, poſſeſſionem rerum ſpiritualium non eſſe mere ſpiritualem, ſed potius quid facti; iuxta *cap. quæ frequens, de reſcript. in 6.* & Innocent. *in c. cum dilectus, de elect.* & *ſtr. ſpoliat in 6.* & Doctores *fin. de foro compet.*

XXIV.

Omnium rerum ſpiritualiū nomine, nulla exceptione, interdicto coram Iudice laico experiri licet: & extant eam in rē exempla in Curia, nempe vnum inter Capitulum Beatæ Virginis Pariſienſis, quod interdicto experiebatur ab vna parte, & Presbyteros & miniſtros Eccleſiæ S. Medardi excipientes ab altera parte, ne videlicet erectam crucem ferrent, neve in pompis aliter quam ſubmiſſa voce cantillarent. Aliud Arreſtum extat in hanc rem inter Incolas Orlacenſes interdicto experientes, & Curiones miniſtros prædicti loci, excipientes ab altera parte, ſuper eo quod prædicti excipientes impediebant, ne Presbyteri qui non nati, nō baptizati in prędicti loci labris, & baptiſteris fuiſſent, in numerum, communionem, diſtributiones, & diuiſiones Eccleſiæ admitterentur. Et vero prædictum interdictum admiſſum fuit, Arreſto 22. Martii, 1547. quod ſuperius plene extat, & memoratū eſt, vbi de prædictæ eccleſię ordinatione & vita miniſtrorum actum.

Vide Lucium lib. 9 tit. 7. arreſto 2. & collectionem meam tit. 1. cap. 15. I.C.

XXV.

Inter Priorem de Lancey interdicto experientem ab vna parte, & Priorem S. Roberti excipientem ab altera, ſuper perceptione decem ſextariorum frumēti ex decimis S. Roberti in parochia de Mendes, quorum poſſeſſionem ſibi vindicabat qui interdicto experiebatur, atque adeo interdictum Vti poſſidetis poſtulabat. At excipiens dicebat, hanc controuerſiam vtrobique tam ratione rei quam perſonarum ſpiritualem eſſe remittendāque ad Iudicē Eccleſiaſticum ſuum, neque Parlamentum Gratianopolitanum ſuper eo competentem eſſe iudicem per ea quæ tenet Antonius de Butr. *in cap. final. de iudic.* Qui interdicto experiebatur, cōtrarium aſſerebat, nempe agi de poſſeſſione, quæ ſane temporalis eſſet: prout dicit Archidiacon. *in cap. 1. de reſtitut. ſpoliat.* in quam opinionem quoque inclinet Gloſſa *in capit. literas, de iurament. calumniæ.* neque inconueniens eſſe, vt eadem res reſpectu petitorii ſpiritualis ſit, eadem vero poſſeſſorii ratione, temporalis: nihil commune habere proprietatem cum poſſeſſione, *leg. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſſione.* Arreſto Gratianopolitano, quod datū duodecima Martii 1454. excipiens à fori præſcriptione depulſus fuit: atque adeo decretum eum proceſſurum. Poſtea Arreſto, quod datum anno 1455. vigilia natalis Domini, hoc ipſum iudicatum fuit inter Priorem ſanctæ Mariæ Magdalenæ Gratianopolitanæ actorem ab vna parte, & Commendatorem ſancti Antonii prædicti loci excipientem ab altera parte ſuper poſſeſſorio, & redintegranda penſione, quam Actor ex prædicta Commenda prætendebat, quamque ſibi denegari aiebat. Aliud & tertium quidem Arreſtum anno 1455. datum, pro poſſeſſorio, interdicto Vti poſſidetis Beneficii ſanctæ Catharinæ, in vrbe Gratianopolitana.

Vide Guidon Papæ quæſt. 1. Gallum decis. … 39 & Maynard. in ſingularib. quæſtionib. ſuis lib. 1. c. 18 & 45. I.C.

XXVI.

Epiſcopus non habet ius capiendi laicos in iuriſdictione laica.

Dominus Amboſius Arreſto anni 1393. ad interdictum admiſſus fuit, & in poſſeſſione aduerſus Patriarcham Ambuſium Epiſcopum Turonenſem defenſus, impediendi videlicet prędictum Epiſcopum, ne quem laicum in ciuitate Amboſia caperet incarcerandum: cuius poſſeſſio in eo turbata fuerat, quod prædictus Epiſcopus Eccleſiaſticæ iuriſdictionis vigore laicum quendam capi feciſſet, & Turonum deduci.

XXVII.

Definitio antiqua ſuper eccleſiaſticis actionib.

Die ſexta Septembr. 1406. id poſtulante Procuratore Catholico Regio, propter auaritiam eorum, qui Eccleſiæ capita ſunt, indies augeſcentem, datum fuit Arreſtum, quo dictum fuit, Papam Benedictum de cętero amplius annatas ex Prælaturis, aliiſque huiuſce regni beneficiis non percepturum: ſed neque Cardinales percepturos id, quod percipere conſueſſent ex prædictis beneficiis primo dignitatis ſuæ anno. Prætetea decretum fuit, ne Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Archidiaconi pro viſitationib. ſuis, & tranſitu quicquam caperent, exigerent, ſiue in præteritum, ſiue inpoſterum: niſi ex vero zelo iuſtaque de cauſa tenerentur eas viſitationes & tranſitus peragerēt. Aduerſus hoc Arreſtum opponi poſſet temporum neceſſitas, & magni motus & ſchiſma, in quo Eccleſia tum fuit, quodque triginta annos circiter ſtetit, propter tres electos ad Pontificatum ambientes, tum etiam propter expreſſum Regis edictum, quo reditus pontificii admodum coarctati fuere, quæ cauſa fuit cuiuſdam epiſtolæ aduerſus Regem, Clerum, & Facultatem Sorbonæ inuectiuæ, quæ poſtea Arreſto, aperto velo infamis ſeu improba iudicata fuit, & lacerata. Quidquid huius ſit, & quidquid illud eſt, quod Curiam mouiſſe potuit, illud ſane credendum eſt, id omne diuino permiſſu euenisse. Magnus & genuinus Prælatus, & Eccleſiæ caput Ieſus Chriſtus, cum iamiam ex hoc ſęculo migraturus eſſet, & terras relicturus ad Patrem ſuum feſtinans, cum perſpexiſſet & expertus fuiſſet magnum præ cæteris diui Petri zelum, & feruorem, oculis eius prototypum & perpetuum exemplar magni iſtius & abſoluti Paſtoris ſubiecturus, iuſſit ei paſceret, & ſeruaret oues ſuas, quas ſanguine ſuo redemerat, liberauerat: neque tamen ſimpliciter id muneris ei demandauit: antequam enim id faceret, animum eius exploratum voluit, eaque inter ipſos ſtipulatio interceſſit ſæpe repetita: *Petre amas me? Vtique Domine amo te.* Atque hinc manauit magnum & perpetuum decretum huius ordinationis ſeu mandati: *Paſce oues meas:* quam rem diuus Petrus optime executus eſt, & poſt ipſum aliqui: ſed pauci admodum. Igitur vt ad rem veniamus, hic Papa Benedictus fuit ille, qui ex beneplacito ſuo, vel quia irritatus ſuperioribus Edictis & Arreſtis fuerat, bullam expediuit, quam in Franciam miſit, quaque Regem, Principes ipſius ſanguinis, & Nobilitatem ipſius excommunicabat. Hinc factum, vt Rex conſilio cum Curia ſua, & prædicta Facultate communicato capto, & Arreſto dato in prædicta Curia, 29. Iulii 1408. prædictam bullam lacerari publice fecerit, eamque damnabilem iudicari: & conſequenter 12. die Auguſti eiuſdem anni, qui prædictam bullam in Franciam attulerant, in aream inferiorem Palatii deducti fuerunt, atque inibi deriſioni omnium expoſiti, mitra capitibus impoſita, catamidiati, & ignominioſiſſime publice traducti fuerunt.

Annatæ.

Antipapatus.

Inſtitutio Pontificatus ſeu Papatus.

Bulla Benedicti Papæ in Curia damnata.

Vide

Vide Maynard. *lib.* 1. *q.* 5 Sleidan *lib. de statu Reipub. sub Carolo V.* Lucium *lib.* 1. *tit.* 4. *arrest.* 11. I.C.

XXVIII.

Idem.

Octaua die Nouemb. 1413. magnæ commonitiones & expostulationes in Curia factæ fuerunt super magnis & desperans Ecclesiasticorum abusibus: ac speciatim S. Papæ, qui scilicet hoc quadriennio vel quinquennio ex Francia pro Beneficiorum delationibus, & dignitatibus vsque ad 300000. coronatorum tulisset, qua re Regnum valde oneratum fuisset: Ad huius igitur rei emendationem Arresto decretum fuit, Vt diligenter & per omnia & in omnibus Constitutiones Canonicæ obseruarentur, super electione eorum, quibus Beneficia, & dignitates Ecclesiasticæ committerentur: Quæ res certe emendatione egebat. Item decretum fuit deligendos quosdam, qui pecuniarum Franciæ curam haberent: quique cauerent, ne Romam de cætero deferrentur: quod expresse prohibitum fuit, proposita pœna confiscandæ prædictæ pecuniæ, cuius quarta pars indicibus seu delatoribus adiudicaretur, vt ita ad officium suum excitarentur.

De non transferendis in posterum pecuniis Romam.

Eædem prohibitiones factæ fuerunt per Carolum V. aduersus Vrbanum VI per Carolum V I aduersus Benedictum decimum tertium: per Carolum septimum Pragmaticæ sanctionis auctorem, aduersus Eugenium quartum, per Ludouicum XI aduersus Alexandrum: per Henricum secundum, aduersus Iulium tertium, Edicto de mense Septembr. 1551. Vide quæ scripta sunt ad *art.* 2. Edicti quod promulgatum ad rogationem Statuum seu Comitiorum. Sed & antea per Philippum Pulchrum, aduersus Bonifacium octauum. Neque tantum auri argenti euectio Romam prohibita fuit, verum in alium quemcunque locum extra regnum constitutionibus Regia Ludouici duodecimi, anno 1506 Francisci primi, anno 1540 Henrici secundi, anno 1548. Caroli noni, anno 1566 Henrici tertii, anno 1577 & Henrici quarti, hodie imperium tenentis, anno 1594. Vide *l. de commerciis & mercatoribus. Non solum*, inquit Imp. Valentinianus, *barbaris aurum minime præbeatur, sed etiam si apud eos inuentum fuerit, subtili auferatur ingenio. Sed si vlterius aurum pro mancipiis, vel quibuscunque speciebus ad barbaricum fuerit translatum à mercatoribus, non iam damnis sed suppliciis subiiciantur.* Vide Declamationem 33. *Dom. aduocati le Bret.* & hæc vna ea causis fuit, cur Iacobus Cœur, anno 1543 qui thesaurorum Regis Caroli septimi præfectus erat, condemnatus fuerit. I. C.

XXIX.

Idem.

Vigesimaquinta Nouemb. 1517. pene similes querelæ factæ fuerunt, & ad has simile superiori Arrestum datum, quod repertum fuit, ad beneficia non deligendos alios, nisi idoneos: Item, ad impetranda beneficia, aut dispensationes, nihil amplius Romam mittere licere, verum pro huiuscemodi prouisionibus quemque iure communi contentum esse debere: item, quemque rationes subducere debere cogi pecuniarum, quæ hoc nomine expensæ fuissent: & hoc Arrestum promulgandum locis necessariis, adeo quidem, vt etiam innotescere legatis regiis Constantiæ possit: iidemque commonerentur ei parere, neque aduersus id quicquam admittere. Id omne tamen ita iudicatum fuit, sub expressa reseruatione, vt si forte contingeret S. Papam, aut Ecclesiam vniuersalem, ad incitas, & necessitatem redigi, Ecclesiam Gallicanam vna cum cæteris collationem facturam. Post hoc Arrestum variæ molitiones factæ sunt, quo id reuocaretur: & fieri potest, vt etiamnum quid super eo litteris commendatum extet: sed parte altera & hoc in Regestis extabit, rem hanc summa vi extortam, & per temporum iniuriam impetratam.

Gallorum fides erga Eccles. Romanam.

XXX.

Vigesimatertia Aprilis 1424. Arresto declaratum fuit, leges pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ publicatas, penitus custodiendas & sequendas esse: & lites, quæ eo nomine exorirentur, iuxta prædictas leges supremo Curiæ iudicio iudicandas, ita vt nulli facultas constituendi, decernendi quid aduersus eas relinquatur.

Curia ius habet cognoscendi super libertate Eccl. Gallicanæ.

Et vero 29. Martii 1582 Curia decreuit, Vti sese Nuntius Papalis in persona sisteret, eo quod sibi electionem custodis Franciscanorum vindicasset. B. Lucius *lib.* 1. *tit.* 2. *arrest.* 3.

XXXI.

Alio Arresto Parisiensi, quod datum quarta Nouembr. 1424. decretum fuit & iniunctum, Vt religiose & sancte constitutiones, quæ ad reformandam Ecclesiæ corruptionem & dissolutionem promulgatæ fuerant, obseruarentur. Idem.

Cognitio criminum Episcoporum ad Episcopos diœcesanos Prouinciæ, vel ad Synodum in prima instantia spectare debet, etsi vel hæreseos reus, aut deponendus veniat. Et ita asserunt Cardinalis Cameracensis de Aliaco *in l. b. ne de reformatione tēpore Conc. y Constantiensi iuxta antiquos Canones.* B.

XXXII.

Magistratus seculares libere clericos & priuilegiatos capere possunt, citra excōmunicationis metum: & eosdem tamen restituere, vbi id ab ipsis postulatum fuerit, debent, secundum Baldum *in auth. vt liceat matri & auiæ. § his quoque.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1385.

Index laicus clericū capere potest.

Certissimum equidem est, Iudicem Regium Presbyterum aut Ecclesiasticum capere posse, sed eum iudici ecclesiastico post interrogationem factam, vbi scilicet cognouerit eum ad iurisdictionem ipsius non spectare, vt maxime is priuilegio suo renunciare vellet, restituere debet. Quod videri potest aduersari legi, *si quis in conscribendo, C. de pactis*: qua quilibet iuri pro se introducto renunciare potest Quod mihi lex mea causa dat, en mihi vti non licebit. verum Constitutiones Canonicæ in decretales, *tit. de foro compet.* relatæ huiusmodi renunciationem prohibuerunt: ita quidem, vt Iudex iudex laicus solus non possit de Presbytero iudicare, cuiuscunque delicti nomine, siue priuilegiatum siue non priuilegiatum sit (nisi ageretur de crimine eo eiusdem causam tangente) & quamlibet in id consensisset vel renunciasset, iudicium super eo nullum foret. Rationem eius rei Canonistæ hanc adferunt: quia priuilegium hoc ordini datum fuit. D. Aerodus *lib.* 1 *de ordin. iudic.* alteram adhuc rationem specialem magis reddit: quoniam, inquit, Presbyteri, etsi foris nos versentur, quodammodo tamen a nobis sunt draulsi, & in prouincia nostra, & territorio aliam & priuatam prouinciam & territorium constituunt. I C.

Verū Presbyter cum iudice Regio accusatus priuilegio suo renunciare, eiusque iurisdictioni subiicere se possit.

XXXIII.

Clerici siue coniugati, siue non coniugati, atrocium siue priuilegiatorum delictorum nomine coram iudice laico respondere, eiusque iudicium subire coguntur, *Can. si quis suadente, quæst.* 4. & quæstioni, si res expostulet, subiici possunt, dilata tamen in sententiam definitiuam super fori præscriptione cognitione, prout delictum fuerit: & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 15. April. 1529. aduersus Ludouicum le Blanc à quæstione & denegata fori præscriptione appellantem, posteaque remissum ad iudicium excipiendum: quo iudicio ad suspendii pœnam condemnatus fuit, & appellatione pendente indulgentiam emeruit, pro felici introitu videlicet Reginæ Eleonoræ in vrbem Parisiensem.

Clerici in atrocibus delictis iudicem laicam declinare non possunt.

XXXIV.

Antiqua siue religio, siue superstitio in hoc Regno, reos criminum accusatos iudicibus ecclesiasticis tradendi occasionem plurimis præbuit, qui in se nihil aliud præter ordinis istius characterem habebant, de cætero autem male morati, & omnino perditi corruptique erant: vt hoc velut antidoto sese aduersum leges & iudicia salutaria ad publicæ quietis perturbationem munirent, & vt in vitam bonaque plurimorum inuolarent: ea audacia & fiducia, vt nullum vitiorum genus reperiri possit, cui non ipsi indulserint: & vt maxime à iudicibus secularibus capti, ad

Clerici coram laicis accusati prius super crimine priuilegio iudicatori quam remittantur ad iudicem ecclesiasticum.

pri, ad iudices ecclesiasticos remittantur, & simul iudicium casus priuilegiati reseruetur, nihilominus non ideo eius aliquid fit, sed omnes impune euadunt: qua re iustitiæ, & seueritatis vigor peruertitur, & impeditur: Procedente tandem tempore, re ad eam confusionem delapsa, vt vlterius procedere eorum nequitia nequiret, tandem huic rei adeo bene prospectum est, vt nō nisi felicissime res cesserit. Nouissime plurimis Curiæ Arrestis super huiusmodi fori præscriptionibus dictum fuit, iudicatumque aduersus huiusmodi sceleratos, quodcunque tandem eorum priuilegium sit, Iudices seculares in cognitione Regia, & priuilegiatis delictis, quorum rei essent, ad pœnā vsq; inclusiue procedere debere: & post hęc si res postularet cōmunis delicti nomine ad iudicē suū remittendos. Arresta quæ hac de re data sunt, data sunt aduersus Wilhel. Pellinierū citatū ad sese coram sistendum: & aduersus quendam Boazium simile Arrestum aduersus Ioannem Riguler ū Clericum tonsuratum, id postulāte D. Lucio Procuratore Catholico Regio æ in Tournelea Camera criminali quam *Rotulam* vocant. 23. August. 1549. qui in Arrestis suis huic rei fidem facit: remq; similiter omnino narrat. In Curia Bordegalensi agitatum fuit, super iure fori reuocandi, quod Amanuensis Ostiarii prædictæ Curiæ, sese clericum tonsuratum dicens, quique adulterii cum Domina sua admissi accusatus fuerat, postulabat: ostiarius quippe qui accusator erat, vt ius reuocandi forum impediret, aiebat, delicto priuilegiato agi, eo quod esset in regis tuitione, quam *salua guardiam* vocant, literis sibi indultis, quas *committimus* vocant, vbi clausula hæc esset, *itemque vxorem eius, familiam*, &c. Cæterum ex iniuria admissa Clericum huius saluaguardiæ infractorem esse: ac proinde iurisdictioni Regię suppositum, *per legem primam*, §. 1. *ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit*, *& leg. sed si per Prætorem*. §. *fin ff. ex quibus causis maiores.* Amanuensis contra sese priuilegio clericali tuebatur, cui prædicta salusguardia non derogasset: neque enim, prout requirebatur, sibi eam fuisse intimatam, seu significatam, prout dicit Ioannes Faber *in l. denunciamus. C. de his qui ad Eccles. confug.* per *l. si postulauerit.* §. *iubet. & §. ratio. ff de adulter.* Arresto prædictæ Curiæ dictum fuit, posteaquam adulterii conuictus fuit, agi de delicto priuilegiato: eiusque nomine in multam quinquaginta librarum Regis seu fisci commodo, condemnatus fuit, & in centum libras parti adquirendas: & communis delicti nomine ad Archiepiscopum Burdegalensem remissus: eiusve vicarios, quos delegare eam in rem cogeretur. Pronunciatum fuit hoc Arrestum 7. Decembr. 1523.

Saluaguardia infracta.

Vide Lucium *lib. 2. tit. 2. arresto* 18. Vide & *arrestum* 54. *infr.* & Tiberium *decis.* 297.

XXXV.

Septima Septembr. 1532. in Camera criminali axioma hoc constitutum fuit: Quotiens clericus criminis alicuius, vt loquuntur, qualificati accusatur, cuius ratione si verificatum id & probatum fuerit, clericali priuilegio priuandus veniat iudici seculari, coram quo conuenitur, permitti clericalis priuilegii pro tempore rationem nullam haberi, & usque quo processus penitus fuerit instructus, ita quæstionem eum subiicere posse ad eruendam criminis, cuius accusatur, veritatem. Hoc axioma est mos, & consuetudo aduersus iuris dispositionem inolita, eo quod Presbytero & Clerico per quæstionem seu tormenta grauamen irreparabile infertur: & ideo nisi crimen qualificatum bene probatum fuerit, de iure quæstioni subiiciendi non sunt.

Clericus accusatus criminis priuilegiati depon. dum cognitur, & quæstioni subiici potest.

Huius Arresti tempore, itemque constitutionis Molinensis *art.* 39. & declarationis ad prædictā constitutionem *art.* 7. Iudices Regii promiscue de delictis priuilegiatis aduersus personas Ecclesiasticas iudicabant, antequā eas delicti communis nomine iudicibus ecclesiasticis relinquerent, committerent: Verum huic rei postea derogatum fuit constitut. Meloduhensi in Cleri Francici fauorem promulgata, anno 1580. *artic.* 2. qua dictum fuit: Iudicium criminale aduersus personas ecclesiasticas delicti priuilegiati nomine coniunctim peragendum: tum a iudicibus ecclesiasticis, tum à iudicibus regiis: sic quidem, vt hi ad locum iurisdictionis ecclesiasticæ sese conferre debeant, vbi accusati iudicium simul peragant, vnusquoque actuarium suum habēte: dein singuli separatum iudicium suum ferant; & pronuncient: neque potest iudex ecclesiasticus incarceratum relaxare, quin prius de delicto priuilegiato iudicatum fuerit. Curia cum remittit, vel restituit Presbyterum accusatum iudici suo ecclesiastico, ita remittere consueuit, sub hac lege, vt iudex ecclesiasticus simul & regius præsentes adsint in iudicio, neque quicquam absente regio agatur. Et Officiali interdicit, ne accusatum carcere relaxet, citra iudicis regii decretum, idque ad curiam perferatur: prout decreuit in Camera Criminali, 21. Februar. 1586. inter Marcum Durantium Decanum Ecclesiæ collegialis de la Val veneficii accusatum appellantem, petentibus I. Chouuelino & Roberto, prout ipse refert *lib.* 1. *rerum iudicat. cap.* 6. Delicta priuilegiata seu casus regios, de quibus iudices regii cognoscunt exclusis aliis enarrantur à D. Chappino *lib.* 2. *de domanio, tit.* 8. 6. 7 & à me plenius *lib.* 12. *collectionis meæ, cap.* 67. I. C.

Forma processus criminalis super ecclesiasticis, ab ipsorum iudicibus simul & Regiis.

XXXVI.

Penultima die Maii 1377. declaratum fuit, Religiosos conuentus S. Martini de Campis, qui Abbatię Cluniacensi respondent Officiali Parisiensi subiectos non esse. Eaptopter duo ex his accusati & incarcerati Arresto restituti fuerunt Priori prædicti conuentus, qui de iis iuxta eorum iura & consuetudinem cognosceret.

S. Martini de Campis conuentus immunis ab Episcopis.

Multæ aliæ sunt Ecclesiæ cathedrales, Abbatiæ. Prioratus, Canonici, Cappellani, Vicarii, & Monachi in Francia, qui a iurisdictione Archiepiscoporum, Episcoporum, eorundemque Officialium, ex Pontificum priuilegiis immunes sunt. vide *notata ad arrestum* 3. *tit* 3. I. C.

XXXVII.

Quidam nomine Amblardus Clericus non coniugatus vsus armorum & interfecti Procuratoris officii Ducis Aruerniæ, qui erat in saluaguardia seu tuitione Regis reus eo nomine Claromontii incarceratus, posteaquam de eo cognitum fuisset, & postremum sententia Officialis Claromontani liberatus fuisset, mox delicti priuilegiati nomine à Magistratibus secularibus retractus prædicta sententia tueri sese intenderet, ea nō obstante in eius iudicio porro perfectum fuit: is eo nomine appellat, & admittitur in Parlamento Parisiensi: inibi Regii (id est, Regis iura tuente, seu fisci, publicæq; vtilitatis) postulant processum seu gesta Officialis, super quibus sententia manauerat, ad Curiam afferri. Quod quidem Arresto anno 1394. prædicto appellatori iniunctum fuit, iuxta *capitulum quoniam contra falsam, de probationib.* Is quoniam exploratum haberet ea re sibi non consuli, quantum potuit, distulit. Postremum cum in eo se constitutum videret, vt moras nectere amplius non posset, à Rege rescriptum indulgentiæ impetrauit, quod Curiæ obtulit, cōfessus homicidiū, à quo absolutus fuerat. Quare Curia euidentem Officialium corruptelā perspexit, qui de re pecuniæ emungendæ animo non etiam iuris exercendi cognouissent, aduersus *textum l. si quenquam. C. de Episcopis & Clericis.*

Iudex laicus potest iubere afferri gesta criminalia coram Officiali ex causa.

XXXVIII.

Pedemontanus quidam clericali veste amictus, delicti nomine captus fuit, & à postulata ad iudicem ecclesiasticum fori reuocatione Arresto Parisiensi depulsus, eo quod non exhiberet literas tonsuræ suæ,

Literæ tonsurales exhiberi debent ab eo qui fori præscriptionē opponit.

ræ suæ, anno 1385. quod omnino facere in bona forma tenetur, prout Bartolus ait *in l. si qua per calumniam. C. de Episcop. & Cler.* & Baldus *in cap. dudum, 1. de elect. Et nihilominus tamen*, si testibus id probare potuisset, vt maxime singularibus, ad eam rem id sufficisset, vt ait Angelus *in l. 2. §. diem. ff. quemadmodum testam. aper.* Postea iudicium de prædicto Pedemontano factum fuit, & Priori S. Martini de Campis condemnatus fuit in 43. marcas argenti; itemque in sedecim marcas, quinque vncias, & quindecim stellinas, vel eorum æstimationem, quam à fratre Ioanne Talantio prædicti loci Religioso comparauerat è capulo prædicti sancti Martini à Religioso subtractam, & prædicto Pedemontano iusto pretio & præsente pecunia venditam, sic vt eius argenti partem in massa liquefacta prædictus Pedemontanus adhuc haberet: & idem tamen allegaret, prout verisimile erat, vnde argentum illud fluxisset, sibi non constare. Culpa tamen eius in eo erat, quod argentum illud à prædicto monacho noctu emisset, q habitu seculari in domum ipsius venisset, & quod sulci adhuc qui iam apparuissent in capitibus imaginum, quod ipse deferre seu reuelare debuerat: Ac præterea condemnatus fuit in multam 40. librarum regis seu fisci commodo

Verum litera tonsurales testibus probari possint.

Verum testibus literæ tonsurales amissæ probari possint, vide Guid. Papæ *decis. 404.* Olim satis erat, videre literas tonsurales, Gallus *quæst. 161.* verum hodie ex constitutione Molinensi *artic. 4.* & Rusemonensi *articul.* tonsura seu tonsuræ probatio non sufficit, sed vt clericaturæ priuilegio quod *priuilegium fori ecclesiastici* dicitur, frui quis possit, vt minimum subdiaconi gradum obtinere quem oportet, vel clericum esse actu residentem, & beneficium suum emerentem in Ecclesia, in qua constitutus est. I. C.

XXXIX.

Clerici tuitionis infractæ & vsus armorum rei fori præscriptione vti non possunt.

Wilhelmus Pessellantius, & Ioannes Marborus Clerici tonsurati, & delictorum priuilegiatorum conuicti, puta, vsus armorum, saluaguardiæ seu tuitionis infractæ, & similium, iudicati fuerunt Arresto Tholosano: scilicet prædictus Pessellantius primus propter facti atrocitatem pro Laico habitus, & ad suspendium condemnatus fuit: Marborus autem multa centum librarum Regi seu fisco vindicandarum condemnatus fuit, quam vsquequo solueret carcere contineretur, tum Officiali suo redderetur, qui de delicto cõmuni cognosceret, ea lege ne eum dimitteret, nisi soluta prius prædicta multa: alioquin Officialem ipsum eo nomine conueniendum iuxta opinionem Ioannis Fabri in *l. addictos. Cod. de Episcop. audient.* & datum fuit prædictum Arrestum, 4. Martii 1454.

XL.

Clericus delinquẽs in habitu seculari & sine tonsura.

Arresto Burdegalensi, 22. Aug. 1554. iudicatum fuit, Presbyterum, qui capto consilio fratrem suum occiderat, atq; in habitu seculari, & sine tonsura repertus fuerat, non posse priuilegium clericale obtendere, iuxta opinionem Hostiensis. Abbat. Antiq. And. & Anton. Butrig. *in c. perpendimus, de sent. excomm.* & Pet. de Anchar. *in c. ea quæ, de reg. iur. in 6.*

Vide Guid. Pap. *decis.* 138.

XLI.

Clericus & Presbyter internecionis reus fori præscriptione vti nõ potest.

Alio Arresto Burdegalensi 14. Ianu. 1529. quidam Ioannes Regis Clericus accusatus conduxisse aliquem, qui eum, cuius vxorem adulterio polluebat, cæderit, quiq; cum verberare tantum deberent, eum interfecerunt, presbyterali priuilegio depulsus est, & punitus, & iudici seculari ad eum pœnæ subiiciendum redditus, vt maxime repertus & captus in habitu presbyterali fuisset, & tonsuratus: quia sc. de homicidio agebatur seu de internecini crimine: quo casu etiam Episcopus à iudice seculari puniri potest, per *tex. in c. 1. de homicid. lib. 6.* Id genus enim Prælati habentur ipso iure pro degradatis: & id tenent Bal. & Angel *in l. non ideo minus. C. de accusat.* Postea sententia Seneschalli Burdegalensis prædictus Regis morti addictus est: qui à mortis sententia appellauit, sed Arresto, quod datum 13. Maii 1529. prædicta sententia confirmata fuit. In cuius Arresti consultatione quinque è dominis Iudicibus fuerunt, qui vna cum D. primo præside censebant, prædictum Regis iterum quæstioni subiiciendum esse, eo quod in confessionibus suis variasset iuxta opinionem Baldi *in l. bona fides, versicul. item quæro, de confessione, Cod. de iureiurand.*

Desumptum ex Boerio *quæst. 69 n. 18.* Vide Anton Capic. *decis.* 112. Mayn. *lib. 1. q. 7.* I. C.

XLII.

Clericus captus in habitu nõ clericali fori præscriptione vti nõ potest.

Clericus tonsuratus non coniugatus, & in alio quam clericali habitu captus, pro illa vice forum declinare non potest, neque priuilegio vti. Gloss. *in cap. transmissa ver. postposito, de elect.* & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1384.

Hoc ipsum Arresto Curiæ iudicatum fuit in Curia particulari seu criminali 21 Ianuar. 1576 in appellatione, quam interponerant Clerici reperti in vestibus tubis dissolutis, & personati, seu laruati à Locumtenente criminali Andegauensi, & multæ subiecti fuerunt. I. C. Vide infra *arr st. 47. & in Appendice* illud quod datum 10 Ianuar. 1578.

XLIII.

Cleric⁹ falsi instrumenti à se producti accusatus fori præscriptione vti nõ potest.

Presbyteri & Clerici, si in causa seculari, de qua ipsi litigant, falsa instrumenta, vel fraudulenta producant, coram iudice laico respondere coguntur: vt per Speculatorem *in tit. de crim. falsi, in princ. § 3. vers. 8.* Et ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi aduersus Wilhelmum Guippie mercatorem Parisiensem, anno 1486. Postea cum de hac ipsa re ageretur, & de Presbytero quodam, qui cum interdicto experiretur, & rem immobilem quandam peteret coram iudice laico falsum cõtractus instrumentum produxisse accusatus, cumque fori reuocatione ei denegata appellasset, Curiæ Parisiensi negotium facessiuit, quæ rem ampliauit: & per prouisionem, seu interim decreuit, iudicem à quo, quantum ad prædictum priuilegium pertinet, non obstante oppositione aut appellatione quacunque in cognitione porro pergere debere, 29. Augusti 1545. D. Marillacus Aduocatus Regius in eam sententiam quodammodo propendebat, vt ad Officialem remitteretur, ea tamen lege, vt iudex laicus iudicio adesset.

XLIV.

Idem.

Iudex laicus Presbyterum laicum, siue Clericum conuictum falsa instrumẽta vel acta in iudicio quodam corã iudice laico vsurpasse, ponire debet: & ita Arresto Parisiensi Prior S. Martini de Campis, & Abbas Burgidei, qui in Curia acta quędam falsa vsurpauerat, in 300. libras multæ nomine fisco quærendas condemnatus fuit, quæ quidem ex eius reditu temporali caperentur: ac præterea officiis regiis exauctoratus, atque in posterum ab iis capessendis exclusus: mense Nouembri, anno 1388.

XLV.

Tuitio à clerico infracta delictorũ priuilegiatorum & casuum Regiorum numero est.

Iudex secularis de tuitione seu saluaguardia infracta extra ordinem cognoscit aduersus Clericum. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Canonicum quendam Lugdunensem, cui nomen Alby: etsi hoc de iure quodammodo durum sit, per ea, quæ notat Franciscus de Zabarellia *in capit. perpendimus, de sentent. excommun. at.* Nihilominus tamen generali

... Officialis, ad quem Clericus à iudice seculari ... per obseruatum

XLVI.

... communis causa remissus fuit, citra præiudicium delicti priuilegiati prædictum clericum à prædicto delicto communi absoluerit, iudex secularis nihilominus post hanc absolutionem de eo iudicium instituere potest, eumque delicti priuilegiati nomine condemnare. Et ita factum fuit aduersus Clericos quosdam, qui remissi & absoluti à tuitionis regiæ infractæ crimine fuerant: hi quippe nihilominus Arresto Parisiensi, anno 1394. in mulctam centum librarum fisci commodo condemnati fuerunt: ac præterea in trecentas libras, aduersarii commodo: sicque vsquequo prædictas summas soluerent, carcere coercerentur.

Desumptum ex Imberto *Institu. lib. 3. c. 9.* & ex Arresto quodam, quod stylo Parlamenti subiectum est, *arresto* 42. & è locis ... loco ... ... potest, annis Galli *quæst.* 172. I. C.

XLVII.

Clericus à iudice laico relegari potest. — Clerici ex iuris communis dispositione exilio damnari à iudicibus secularibus non debent, *c. 2. de cleric. excommun.* Ex consuetudine tamen huius regni pro criminis qualitate interdici solet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro tribunali sedente Dom. Præside Santandreano, aduersus quendam Clericum qui nominationes quasdam falsauerat, quod pronuntiatum vigilia Festi Beatæ virginis, quod in Augustum mensem incidit, anno 1548. Claudius Marbodus pellio Gratianopolitanus Clericus coniugatus, & non bigamus, quod Notarium quendam Gratianopolitanum, cui nomē Raymundo Fabri, ex insidiis & proprio consilio occidisset, à iudicibus secularibus repertus in tonsura sua veste breui circa collare præsecta & circa humeros sinuosa amictus, pilco è pilis pro ... captus fuit, & cum ab Episcopo vindicaretur, ei denegatus fuit, decretumque iudicium à prædictis iudicibus temporalibus ei peragendum nempe quia in habitu Clericali scilicet repertus non fuisset: *per caput quoniam, de vita & honest. Cleric. & Can. penult. 21. distinct.* Ita dictum fuit Arresto Gratianopolitano 9. die Augusti, 1457. Aliud foret in Clerico non vocato, *cap. in audientia, & cap. contingit. de sentent. excomm.* hoc casu quippe maior habitus dissolutio requireretur, & facilius coniugatus priuilegium suum amittit.

Clericus coniugatus habitu & tonsura clericali deprehensus non præsumptione ... potest. Differentia Clericorum circa habitum seu vestem.

Desumptum ex Guid. Papæ Decis. 138.

XLIX.

Clericus quidā tonsuratus non coniugatus conuictus occidisse V. Cl. Raymundum Ioannem Aduocatum in Curia Parlamenti Tholosani, Arresto pariter Tholosano 11. Septembris 1469. corrogatis omnibus Consiliariis, tam Ecclesiasticis, quam laicis, priuilegio clericali suo depulsus est: decretumque, eum iuxta criminis qualitatem nullo prædicti priuilegii respectu habito, iudicandum. Et vero post hoc Arrestum aliud Arrestum super iudicio prædicti Clerici à iudicibus secularibus emanauit, quo morti addictus fuit.

Clericus non coniugatus ... homicidio ... Aduocatum addictus.

Maynardus *lib. 1. quæst.* 23.

L.

Curia capere reditus temporales beneficiorum potest, ac præterea patrimonium Prælatorum, qui aut recusant, aut differunt nimio plus, quam par est, Arrestis, & decretis Curiæ parere. Et vero eam in rem Arrestum Parisiense extat in exemplum huius seueritatis datum aduersus Episcopum Rhotomagensem die 5. Augusti, 1573.

Pignorum temporalium beneficii capio ... laicū ...

Lucius *lib. 2. titul. 2. arresto 6. Vide in appendice arrestum 22. Martii, 1571.*

LI.

Non licet iudici regio, sed supremis tantū Curiis seu tribunalibus, super fori præscriptione iudicādo, aduersus clericum accusatum decernere, vt Episcopus delegare quendam cogatur, qui de prædicto accusato cognoscat seu iudicet, *l. cum qui iudicare. ff. de iurisdict. omn. iud.* Alia scilicet ratio est Curiæ, quæ corpus ecclesiasticorum & laicorum constat. Et ita iudicatum fuit Arresto 26. Ianuar. 1532.

Curiæ supremæ iudice clerico delegari iubent, at non etiā alii iudices.

Quod si Episcopus id facere renuat, aut differat, postquam ei significatum est, Curia quendam ex officio delegare consueuit: prout refert Dom. Maynardus de Curia Tholosana *lib. 1. Respons. c.* 25 I. C.

LII.

Rector seu Oeconomus hospitalis Presbyter coram iudice laico rationes reddere debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Rectorem quendam seu Oeconomū hospitalis Vxellodunensis, qui remiserat sese ad Officialem suū postulabat, 15. Decemb. 1544. Dictumq; fuit prædictum Rectorē seu Oeconomū rationes suas coram Locumtenente redditurū cū eo Capitulo, quod patronatus ius sibi vindicabat, itemq; Procuratore regio, & Scabineo ciuitatis Aduocatis: Et quoniam notoriæ quædam seu elogia à Dn. Marilliaco Aduocato Regio aduersus prædictum Rectorem seu Oeconomum recitata fuerunt, eorum nomine ad Officialem suum remissus est: interim tamen momentario remedio, seu vt vocant, per prouisionem eligendos à Scabinis duos viros probos, quibus administratio committeretur, & in quorum manus instrumenta traderentur: rationibus ab iis postea reddendis, exemplo tutoris suspecti, *§ si quis autem. Institut. de suspect. tut.* & iuxta Concilium Viennense, quod continetur Clementin. *a quia contingit. §. vt permissa, de relig. domib.*

Rationes Hospitalis coram iudice laico reddendæ.

Hoc Arrestum & præcedens aliud, quod datum Maioribus diebus Andegauensib. vna cum quæstionculla, ad quem spectet rationum reddendarum hospitalium, & sartorum tectorum audientia, pleno tractatur *cap. 12. collect. mea* I. C.

LIII.

Vicesima septima die Maii, anno 1544. secundum alia Arresta, quæ tum allegata fuerunt, mandatum fuit Episcopo Burdegalensi, sub pœna decem mille librarum Parisiensium, vt Vicarium in districtu Parisiensi delegaret, qui de causis districtus ipsius cognosceret: alioquin hoc non facto licere litigatoribus, coram quocunque libuerit, prædicti districtus metropolitano litigare, vel etiam iudices à Papa impetrare.

Episcopi, quorum diœceses per varia Parlamēta sunt, officiales peregrinos in singulis Parlamentis constituere debent.

Rex Franciscus Primus, vt distractioni districtus ab vno Parlamento ad aliud occurreret, Edictum promulgauit anno 1542. quo constituit, Archiepiscopum Burdegalensem, eiusque successores perpetuum Vicariatum bonis viris quibusdam idoneis & peritis in ciuitate Pictauiensi constitutis committere oportere, qui scilicet de omnibus appellationum causis cognoscerent, quæ fierent ab officialibus Diœceson & districtuum Pictauiensis, Maillezensis, Luconensis, Engolismensis, qui sane sunt in districtu Curiæ Parlamenti Parisiensis, vt ita subditi ipsius in prædictis Diœcesibus appellationum causas persequi in ciuitate Burdegalensi non cogantur, neq; alibi quam in prædicta ciuitate Pictauiensi, quæ ad districtum Parlamenti Parisiensis pertinet. Eaque constitutio postea renouata fuit constitutione Moliensi, *art* 76 & ad omnes Prælatos, Archiepiscopos & Metropolitanos, huiusce regni extensa fuit. Super hoc agitata fuit quæstio, vtrum Episcopus Augustodunēsis: (qui sane est in districtu Parlam. Burgund.) postquam constituit Molinis Borbonii, quod est sub Parlamento Parisiensi, Vicarium suum & Officialem peregrinum, vtrum, inquam, possit alium iudicem specialem delegare, eumque Augustodunum mittere, ad cognoscendum de accusato quodam e Diœcesi sua, sed in districto Parisiensi commorante? Et vero Arresto Curiæ cum N. Vicinus Presbyter ab huiuscemodi delegatione tan quam

Cuius Feriensis appellat tanquam ab abusu.

quam ab abusu appellasset: patente velo 11. Februarii 16 2. partes quantum ad appellationem spectat, iudicio liberatæ sunt, appellator vero ad Officialem peregrinum Molinii remissus fuit: Choppino rotore & Peleo perorantibus: quorum hic Arrestum refert ipsum *in Actionibus suis Forensibus*, *cap* 37. I. C.

LIV.

Iudex laicus & ecclesiasticus separatim iudicare debent.

Eo ipso die Curia improbauit, quod aduersus Clericum vel Presbyterum ad Officialem suum remissum, salua cognitione & iudicio de delicto priuilegiato tam Iudex Regius super prædicto delicto priuilegiato quam Officialis super delicto communi coniunctim iudicium haberent, instituerent, & vno elogio iudicarent. ideoque prohibitum, ne deinceps id fieret amplius, & mandatum, vti secretis seu separatis elogiis iudicium ferrent. (v. Arrestū 24.)

LV.

Iudices ecclesiastici in criminali iudicio constitutionem regiam seruare debent.

Nondum hactenus liquido definitum est, vtrum Iudex Ecclesiasticus in processu suo criminali, formā Regiæ constitutionis, quæ sancta & è visceribus Iuris tum ciuilis tum Canonici petita est, seruare debeat? Et nihilominus tamen Domini Actores Regii in Parlamento Parisiensi sæpe sunt protestati huiusmodi Iudices prædictam constitutionem sequi debere: sæpeque postularunt, id iis mandati, eosque moneri, ni id facerent, sese sibi consulturos appellatione tanquam ab abusu. Ab hoc tempore iudices hanc viam & rationem seruare cœperunt: vt sane debent, neq; etiam melius quidquam facere possunt.

Hac de Quæstione integrum caput contexui 8. *Quæstionum mearum notabilium*. I. C.

LVI.

Clericos domo pignori iudiciali capta migrare & supellectilem efferre coactus.

Aduersus Illustrissimum Franciscum de Rohan Archiepiscopum Lugdunensem, qui Arresto in summam quandam condemnatus fuerat, eamq; soluere renuebat, dictum fuit Arresto Parisiensi, eius immobilia capi, sequestro poni, iisque administrandis Curatorem præponi oportere, eumque domibus suis migrare cogendum, suamque supellectilem efferre. Quod ipsum postea quoque alio Arresto aduersus alium quendam pariter contumacem factum fuit. 4. Maii 1537.

LVII.

Quæstio super matrimonio inter tertias personas iurisdictionis secularis est.

Controuersia vtique super matrimonio iurisdictionis ecclesiasticæ est, & coram iudice ecclesiastico agitari, iudicari debet: Verum id tum demum obtinet, cum huiuscemodi controuersia inter ipsum sponsum & sponsam agitatur: alioqnin si pater & mater, aut alteruter eorum vna cum sponso & sponsa citentur, vt responsuri super promissionibus, quas fecerunt consummandi matrimonii ergo, veniant, tum hoc casu prædicti pater aut mater, vel etiam tertius seu extraneus aliquis aduersus iudicem ecclesiasticum præscribere, seque ad iudicem suum & laicum remitti postulare possunt: vel etiam ad Curiam tanquam ab abusu appellare possunt à literis videlicet citatoriis. Et vero huiuscemodi appellatio in Parlamento recipi, & pro appellantibus iudicari solet: prout refert Imbertus *in Enchiridio suo*: per *cap. si diligenti, ext. de foro compet.* Vide quę notantur *ad Arrest. 11. tit. 4. & Arrest. 3.*

LVIII.

Seditio inter laicos super reb. ecclesiasticis iurisdictionē non immutat.

In sacra pompa quadam super capparum gestatione tumultu & seditione exortis, plagæ quædam non leues inflictæ fuere: Officialis, ad Promotoris postulationē hanc in rem inquiri facit, instantibus ...æsis: Quidam laicus eo nomine personaliter citatur: is Officiali allegat, eum in se cognitionem seu iurisdictionem non habere, atq; ideo fori præscriptionem opponit: Eius ratione non habita, quinimo repulsa, iudicio sese sistere & procedere iubetur: Is non appellat: verum ad iudicem suum & secularem sese confert, à quo literas & mandatum impetrat, quibus mandatur, interdici oportere Officiali, ne super ea re, de qua ageretur, cognosceret, vlteriusve pergeret, parte altera literis illis exprimitur, huius rei cognitionem ad iudicem secularem, non vero ad prædictum Officialem spectare. Qui instabat ad Curiam appellat, & impetrationem ac executionem prædictarum literarum insinuari facit. Causa vtriusq; perorata Arresto vltima die Decembris 1549. dictum fuit, bene indultas literas, à iudice seculari: bene executorem executū: male ab appellatore appellatum: eoque idem in expensas causæ appellationis, & in multam condemnatus. In hac causa monebat D. Marillacus Aduocatus Regius, prędictum appellantem, antequam appellaret, debuisse se coram iudice laico sistere, eique, quod vellet, quod putaret, ingerere: & tum, si nulla eorum ratione habita, quid decreuisset, appellare potuisse. Subiecit nihilominus, inspecta penitus re, dici decerni oportere, eam ad iurisdictionem & notionem Officialis non spectare: de simplici quippe rixa & de seditione agi, quæ rite: ac non etiam de re in contemptum Ecclesiæ, & sacramentorum facta.

Vide Arrestum 13. *tit superiore*.

LIX.

Defloratio virginis, cuius reus laicus ad iurisdictionem officialis non pertinet.

Stuprum & copulatio carnalis in virgine vel muliere à viro mere laico admissa, non id efficere possunt, vt laicus coram iudice ecclesiastico conueniri possit: Nam si eam despondere recuset, ad id hactenus obligatur, vt eam dotare, quo virum inueniat, si virgo fuerit, eamque deflorauerit, cogatur, partumque agnoscere & exhibere, & parienti impensas pręberere: Quæ sane omnia secularia sunt, neque quidquam in his est, quod sit ecclesiasticæ notionis: Nisi forte ageretur super promissionibus matrimonialibus, quæ ad Officialem semper remittendæ sunt. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 28. Iunii 1534. pro Grugelino appellante ab Officiali Andegauensi ab vna parte, & Marguarita Porchetia appellata.

Desumptum hoc ex D. Magistr. *tract. de appellationibus tanquam ab abusu, c. p. 6.* I. C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad titulum V.

I.

Ecclesiasticus conductor appellans a denegatione forum reuocationis.

Vigesima septima Ianuarii 1581. Arresto Cameræ Particidalis aduersus quendam nomine de Vaux, perorante Loysellio, qui etsi ecclesiasticus asseretur, à corporis captura aduersus se tamen decreta appellauerat, porro ideo decreta eo quod assereretur conducto censu quodam in Glatiniaco prope Vallem Galiensem, pessime in eo versatum: item, quod adulterii accusaretur: Posteaquam igitur appellator adquieuisset, Curia decretum capturæ personalis in citationem personalem commutauit, & iudicium de eo habendum decreuit, integro manente iure, appellantem criminis conuictum postea iudici suo ecclesiastico reddendi, si adulterii causa id postularet. B.

Lucius *lib* 2. *tit.* 2. *arrest* 15 & 16. *lib.* 18. *tit.* 5. *arrest* 38. Iudex ecclesiasticus pœnam aliquam pecuniariam etiam pro crimine imponere non potest, *c. licet. de pœn.* nec pro contumacia, *cap.* 1. *de dolo & contumac.* nam alioquin multam hanc in finem

nem ſeu commodum ſuum verſutus videri poſſet, quod ei non licet. Archidiac. *in c. venerabilis, de ſentent. excommun. in 6.* Peleus *actionum forenſium lib. 2. arreſt* 38.

II.

Obſeruantia tranſactionis coram Actuario eccleſiaſtico celebrata.

Si tranſactio coram Actuario Eccleſiaſtico inter perſonas Eccleſiaſticas, & de rebus Eccleſiaſticis, celebrata ſit, ad eius obſeruantiam coram iudice laico agi poſſe iudicatum fuit: & cum ita definitum fuiſſet, appellatioque ſecuta fuiſſet, appellator in mulctam & expenſas condemnatus fuit 28. Februarii 1566.

III.

In cauſa matrimoniali, damna & intereſſe a iudice laico adiudicantur.

Iudex Eccleſiaſticus ſuper fœdere matrimonii cognoſcere poteſt: ſed in caſum diſcidii ſeu repudii non poteſt parti læſæ damna & intereſſe adiudicare, ſed eum ad iudicem Laicum remittere debet. Iudicatum ita 9. Iulii 1578. aduerſus puellam appellatam, pro appellante, non potuiſſe Officialem de damnis & intereſſe conuentionum matrimonialium cognoſcere: parteſque ad Iudicem ordinarium remiſſæ fuerunt. Idem ſtatuendum de dotis æſtimatione & alimentis, etſi Iudex Eccleſiaſticus de cauſa matrimonii & dote cognoſcat. B. (*v. ſuperiore tit. Arr. & ibi notata.*)

IV.

Papa de poſſeſſorio non cognoſcit.

Exorta cõtrouerſia ſuper inthronizatione Archiepiſcopi, Abbatum & Priorum Senonenſium: eam ſibi Archidiacono prædictæ Eccleſiæ vindicante, contradicente autem Abbate S. Rhemigii, partibus contradictorio iudicio auditis, præiudicatum fuit, Pontificem non poſſe de poſſeſſorio cognoſcere, etſi petitorium immixtum ſit: partes ipſæ ad Dominos Iudices Libellorum ſupplicum remiſſæ fuerunt. B.

V.

Remiſſio religioſi in caſu priuilegiato.

Etſi Religioſus quidam Monaſterii noui Pictauienſis in habitu adſcititio & in via publica Regia armatus repertus fuiſſet, atque adeo res hæc ad Hierarchæ notionem ſpectaret, nihilominus cum de ſtatu hominis liqueret, in cognitione ſuper appellatione à decreto capturæ, remiſſus fuit redditusque Iudici, Eccleſiaſtico videlicet, citra præiudicium tamen delicti priuilegiati, cuius ergo Locumtenens ad Officialem ſeſe conferre deberet. 19. Februarii. 1583. B.

VI.

Caſus, quo Presbyter coram iudice laico ſeſe ſiſtere non cogitur.

Iudex Laicus, ſi decreuerit Presbyterum capiendum, & de Presbyteri ſtatu ſeu conditione appareat, vt primum fori reuocatio petita fuerit, prædictus Clericus ad iudicem ſuum remitti debet, ſaluo delicti priuilegiati caſu. Quod ſi Presbyter talis ex confeſſo, ex decreto & notoria pro tali agnoſcatur, & ſic notoria ſit incompetentia, Presbyter non tenetur coram iudice laico ſeſe ſiſtere: ideoque accuſator, qui ſeſe iniuria affectum ait (ſi agat de iniuria verbis facta) iudicem eccleſiaſticum adire debet. Iudicatum Arreſto 5. Febr. 1563. B.

VII.

Clericus laicam iuriſdictionē prorogare nō poteſt.

Clericus iuriſdictionem laicam prorogare non poteſt, ſed in cauſa appellationis priuilegium ſuum allegans ad iudicem ſuum eccleſiaſticum remitti, iudicique ſuo reddi debet: Nihilominus tamen in expenſas proceſſuum ſponte factorum vſque ad exhibitionem literarum ſuarum tonſuralium, & ad ſoluendas ſportulas condemnandus venit. Arreſto anni 1531. B.

Vide Maynardum *lib. 5. cap. 24.* I. C.

VIII.

Abbas in habitu ſeculari deprehenſus.

Cum Abbas quidam in habitu laici & aulici in Camera parricidali comparuiſſet, præterquam quod partes ad forum ſuum remiſſæ fuerunt, decretum inſuper fuit, eum carceris limen ſubiturum: Præſide D. du Four 10. Ianuarii 1578. Gillotio aduerſus Briſſonium perorante. B.

IX.

Pignorum bonorum temporalium beneficiorum capio iudicibus ſecularibus interdicta.

Quintadecima die Februarii 1571. in cauſa appellationis Papparini, Decani Montiſbriſſonii, qui à decreto, & conſequenter à captura Prioratus de Satteuſe, propter neglecta ſarta tecta, factis à iudice D. de Couzeran appellauerat, appellationes, & quod appellatum fuerat, in irritum deductæ fuerunt, dictumque male & nulliter decretum, captum, Dominum Couzeranum bene appellatum: ideoque in expenſas, damna, intereſſe, decreti & capturæ relaxationem erga prædictum Priorem condemnatus fuit: Inſuper omnibus iudicibus ſubalternis interdictum, ne decreta ad pignori capienda bona temporalia Beneficiorum, ſub ſpecie ſartorum tectorum ant non reſidentiæ emitterent. Hoc ipſum iudicatum fuit 22. Martii 1571.

TIT. VI. QVANDO SEV Quibus caſibus priuilegio Clericali derogetur.

ARRESTVM I.

Clerici artem inſtituto ſuo aduerſam & vilem exercentes priuilegio ſuo excidunt.

PRima Clementina, *de vita & honeſtate Clericorum*, vult, vnumquemque Prælatum, Diœceſanos ſuos Clericos, ſi priuilegio Clericali frui velint, monere, vt honeſte viuant, neque tabernariorum, macellariorum, aliave vilia & inhoneſta officia exerceant: item, ne veſtem diſſolutam gerant: alioquin ſi non deſiſtant, ſed in vitæ ſuæ tenore perſiſtant, poſt huiuſmodi monitiones, declarantur priuilegium Clericalem amiſiſſe, ſiue coniugati ſint, ſiue non coniugati. Curia Tholoſana videns hac parte quotidie peccari, Arreſtum dedit 22. Augusti 1453. quo mandatum fuit Officiali Tholoſano, vt prædictam Clementinam aduerſus Clericos Diœceſeos ſuæ ſæpius publicaret, propoſita pœna pignori capiendi bona temporalia Archiepiſcopatus ſui.

II.

Idem.

Clericus tonſuratus, ſiue coniugatus ſit, ſiue non ſit, officium exercens, priuilegio ſuo clericali aduerſum eo vti non poteſt: neque quantum ad hoc ſe ſub tutela Eccleſiæ eſſe dicere poteſt: vt ait Panorm. *in cap. tua nos, in verbo, irregularis, num. 1. de homicid.* Ac propterea Clericus quidam, quorundam delictorum accuſatus: in exercitio Chirurgiæ, vel in rebus ciuilibus, quas adminiſtrat admiſſorum, coram iudice laico reſpondere tenetur, neque fori præſcriptionem allegare poteſt. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, anno 1594.

III.

Idem.

Secunda Octobris 1532. in Camera vacationum pro indubitato habitum, & vero ita obſeruatum fuit, in perſona cuiuſdam, cui nomē Becheuotio, qui furto ſuſtuliſſe ſupellectilis argenteæ aliquid in domo Domini Legati Pratenſis accuſatus fuerat, lanionem ſeu macellarium actu exercentem, & per ſe officium lanienæ, maxime, cum animalia conficit, non frui priuilegio Clericali, vt maxime ab Epiſcopo

aut eius officiali non ante monitus fuerit, iuxta præscriptum *Clementinæ Diœcesanis, de vita & honestate Clericorum*: quæ requirit, vt ter admonitus fuerit. Ceterum quod superius dictum est, id ita intelligi oportet, si palam lanionis officium exerceat. Et idem dictum fuit altero adhuc Attesto Parisiensi 5. Aprilis 1531. & tertio, quod datum fuit mainribus diebus Molinis habitis 5. Octobris 1534.

IV.

Clerici decenter amicti esse debent, alias pro laicis habentur.

Clerici tonsurati, vestibusque ordini conuenientibus amicti esse debẽt, alioquin priuilegio Clericali non fruuntur, *cap. vnico de Cleric. coniung. lib. 6. cum ibi notat.* Tum enim pro Laicis habentur, prout Glossa dicit *prædicto loco*: & Arresti Tholosani memini, quo Clericus quidam coniugatus, caligas indutus virgatas vel variegatas, pro Laico habitus fuit, & suspensus strangulatusque propter delictum quoddam commune nulla priuilegii ratione habita.

V.

Clericus bis ad forum suum remissus, non vltra fori præscriptione vti potest.

Clericus, qui iam bis ad Iudicem suum Ecclesiasticum remissus fuit, non amplius tertia vice forum reuocare potest, verum, tanquam vitæ inemendatæ priuilegio clericali priuatur. Et ita quidem decretum fuit deliberatione habita in persona cuiusdam cui nomen erat Valerammi Ganchint quid Præfecto vrbico Parisiensi seu eius Locumtenente, à quo condemnatus fuerat ad vigintidentiam furtorum quorundam quæ commiserat nomine, appellabat. Fuit enim prædicti Præfecti vrbici Parisiensis sententia confirmata Arresto: quod datum 9. Martii, 1531. non obstante priuilegio eius Clericali, à quo hac parte depulsus fuit. Id ipsum actitatum in persona Io. Motetelli Aduocati Carnotensis, vt maxime de nullis Officialis ipsius in ipsum condemnationibus appareret: siquidem si à prædicto Officiali suo absolut⁹ fuisset ab iis quorũ nomine ad ipsum remissus fuerat, ipse fidem his facere debebat, non alius. Et ita iudicatum fuit in Camera Franciд... [illegible], eaque vacationum tempore: Præside D. Præside Lizedo die Veneris 27. Septembris 1532. pro quo vide Panorm. in *cap. & si Clerici. col. 14. vers. & circa hoc de iud.* vbi defendit, frequentem lapsum & delictorum iterationem delinquentem plurimum adgrauare. *l. omnes Cod. de delator. lib. 10.*

VI.

Religiosus miles in habitu militari fori præscriptione vti nõ potest.

Monachus quidam vagus in numeros militares relatus, & stipendio militari accepto, veste militari succinctus, propter crimen captus, à fori præscriptione & priuilegio Clericali depulsus fuit. Quod postea Arresto Cameræ Patricidalis 21. Ianuar 1547. confirmatũ fuit, ac præterea Monachus appellator in multam condemnatus.

VII.

Si Cleric⁹ miles a Papa rehabilitatus sit, valde dubitatur, vtrũ fori præscriptione vti possit.

Clericus militiæ adscriptus stipendio à Principe accepto, citra vllam aliam declarationem (iure ipso scilicet) Clericali priuilegio excidit. Et ita demore in hoc Regno obseruatur, iuxta opinionem Innocentii in *ca. fin. de Cleric. coniug. & cap. perpendimus de sententia excommunica.* Nisi forte à Pontifice rehabilitatus fuerit, vt ait Hostiensis, & post eum Panormit in *ca. sicut dignum de homicid.* Quod tamen postremũ in hoc Regno non pro certo habetur, quin sæpe in dubium reuocatum fuit in Parlamento Parisiensi: ac nominatim Vacationum tempore 9. Octobris 1532. circa captiuum quendam cui nomen erat de Corsant, qui falsæ monetæ reus erat, quique ipse fatebatur sæpius militiæ sese adscriptum fuisse, & stipendium à Rege accepisse: qui tamen idem allegabat sese postea rehabilitatum fuisse: cui datum fuit duorum mensium laxamentum ad fidem huic rei faciendam. Neque tamen eo deuentum, quin hoc valde agitatũ fuerit: plurimi quippe huic rehabilitationi contradicebant, dicentes, rem hanc perniciosi exempli esse, quæque periculosæ rei viam muniret: quoniam & ceteri milites, sub specie rehabilitationis quæ facile impetratur, Laici Iudicis correctionem eluderent, adeo ut hac ratione Rex plerosque subditos suos amitteret. Ac præterea dicebatur, prædictum de Corsant incarceratum, tempore prætensæ rehabilitationis coniugatum fuisse. Igitur, quemadmodum iure Canonico, huiusmodi primus ordo tonsuræ clericalis coniugato conferri non potest, *cap. fin. de temp. ordi. lib. 6.* nisi se Religiosum de consensu vxoris suæ reddere velit, voto continentiæ hac ratione suscepto, ita nec rehabilitationem coniugato fieri posse. Eadem scilicet solemnitas vel habilitas requiritur in actu destructo reuocando, quæ in ordinando *l. si aut proponis. C. de nuptiis.* ac propterea, prædictam rehabilitationem prædicto de Corsant prodesse non debere.

VIII.

Clericus etiam, qui expensis suis militauit, fori præscriptione vti non potest.

In deliberatione habita in Curia super sententia capitali lata aduersus Nicolaum Dezium, appellantem & in carcere constitutum, dubitatum fuit vtrum priuilegio suo tonsuræ priuandus is esset, quod militiæ sese adscriptum fuisse fateretur, & depugnasse vna cum aliis nonnullis Brixiæ Nobilibus, pro Rege in obsidione Ticini, verum id propriis stipendiis fecisse se, nulla pecunia à Rege accepta: Nihilominus Curia Arresto suo dixit & declarauit, nullam à se rationem haberi tonsuræ appellantis, eo quod ex Clerico statum mutasset. Qui libet videre potest rationem qua Curia mota fuit: nihil scilicet differre, vtrum quis suis expensis an vero alienis inimicos interficiat, & vt maxime prius illud nobilius & liberalius aliquid in se contineat, nihilominus non facile, quæ cuiusque fuerit intentio, cognosci potest. Et sane quidquid sit hac parte, verum semper erit, vnumquemque eorum sæuis sese rebus & actibus immiscuisse. Prædictum Arrestum pronunciatũ fuit 24. Nouembris 1531. Hanc ad rem facit quod Plinius secundus *li. 10. Epistolarum* ad Traianum Imp. scribit de duobus seruis à Sempronio Celiano inter tyrones prædicti Imperatoris repertis, eidemque Plinio puniendis traditis, qua sane parte dubitabat ob hæc maxime, ꝙ prædicti serui ad sui defensionem allegabant sacramento militari sese nondum in numeros distributos: ea de re igitur Imperatorem consuluit, qui ei consulte admodũ respondet: *nempe si lecti fuerunt Inquisitorem peccasse: si vicarij dati sunt, penes eos culpam esse qui dederunt: at si ipsi cum haberent conditionis suæ conscientiã venerunt, animaduertendum in illos esse, idque multum interesse*, quod nondũ per numeros distributi sunt: *satis enim esse operam huic rei suam eos addixisse.*

IX.

Clericus falsæ monetæ reus priuilegiũ suum non amittit.

Priuilegium Clericale falsæ monetæ crimine non amittitur: quin, vt maxime crimen priuilegiatum sit, Clerici accusati ad iudicem Ecclesiasticum saluo priuilegiati iudicio remittuntur: vt dictum fuit Arresto Parisiensi 6. Iulii 1437.

X.

Bulla Regi per Pontificem indulta adversus Cle-

sicos

Officiales regij delinquentes in ipsorũ officiis, priuilegio clericali priuantur.

ticos Officiales Regios, qui in Officiis suis male sunt versati, qua priuilegio Clericali exuuntur, vt puniri eorum delicta possint, publicata fuit, & in regesta relata in Parlamento Parisiensi, 17. Febr. 1525.

XI.

Clericus tonsuratus incarceratus potest in carceribus iudicari laicus propter pecuniam mutuò ab ipso acceptam ad comparandum officium laicum.

Clericus tonsuratus ad solutionem pretii Officii Laici quod venale erat, & quo empto, ad id receptus fuerat, à vicino quodam suo duo millia Coronatorum mutuo accipit, eique ea restituturũ sese cauet, sub corporis & bonorum hypotheca: Die elapso non soluit: creditor eum in Castello Parisiensi, vigore executoriæ super obligatione ipsius à Præfecto Vrbico Parisiensi acceptæ incarcerari facit. Is remitti se se ad iudicem Ecclesiasticum postulat, eo quod Clericus tonsuratus sit: cui petitioni creditor intercedit: quique ideo ab indulta à Præfecto Vrbico forum reuocatione appellat: Curiæque allegat, eum nullo modo Clericalem vitam agere, eumque hactenus semper stipendia à Rege Officii laici nomine accepisse: Item eum inspectorem seu inquisitorem numerorum militarium peditum fuisse. D. Riantius Aduocatus Regius doctissime exposuit, eum tonsuræ suæ priuilegio frui non oportere: eaque ratione missa in hoc tantum institit, rem qua de agebatur, quodammodo realem esse: & si personale quid immixtum sit, id sane procedere, & originem suam a reali sumere, attenta debiti qualitate: atque ita non debere, neque posse eam coram iudice Ecclesiastico agitari, sed coram iudice laico: nam & idem obseruandum, si inter Presbyteros super huiusmodi re quæstio esset, vt puta de redditibus constitutis, & aliis similibus. Arresto 28. die Augusti 1554 appellatio, & id, à quo appellatum fuerat, in irritum deducta fuerunt: decretumque debitorem in Castello Parisiensi carcere continendum, quo reducendus sit: idemque in expensas causæ appellationis condemnatus.

His casibus homicidia atrocia adiici debent, vide *sub tit. de homicidiis*.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VI.

I.

Clericus propter damna & interesse incarcerari potest.

CLericus incarcerari potest à iudice seculari propter damna & interesse, quæ à vi ab eo admissa promanant, vsquequo plene ab eo satisfactum fuerit: Arrest. 22. Decemb. 1561.

Arrestum inferius *tit. de appell. tanquam ab abusu lib.* 19 proferetur, quo iudicem ecclesiasticum de vi cognoscere non posse defenditur, eiusque retractio simul adsignabitur.

II.

Clericus aduersus Clericum fori reuocationem postulare nõ potest.

Clericus coram iudice laico à clerico conuentus procedere debet. Ita iudicatum aduersus Dagonellum appellantem à denegata sibi à præfecto Parisiensi, coram quo conuentus fuerat, fori reuocatione ad postulationem œconomi Bernardinorum propter temporale aliquid prædicti collegii à nepote prædicti Dagonneau defensore administratum 3. Matii 1575.

TIT. VII. DE RELIGIOSIS.[a]

[a] Constitutionibus Canonicis, & multis Arrestis prohibitum fuit nouas Religiones, id est, nouos Religiosorum ordines recipere & admittere, *cap. vltim. extr. de relig. dom.* Inter alia extat Arrestum aduersum Iesuitas, 1565. quanquam Concilium Tridentinum vltimum aliter decreuerit, *sessione 9. cap. 7.*

ARRESTVM I.

Religiosus beneficiatus de fructibus disponendi facultatem habet.

REligiosus, qui ab Abbate suo vel Priore facultatem acceptandi beneficii cuiusdam accepit, per consequens libere disponendi de fructibus ipsius siue locationibus, venditionibus, donationibus, aliisve inter viuos contractibus facultatem habet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 7. Martii 1527. per *leg. ad legatum, & l. ad rem. ff. de procurat.*

II.

Religiosi ab vno Cõuentu in alium recepti securi sunt.

Religiosus in monasterium receptus in alio monasterio eiusdem regulæ recipi potest, etsi diuersæ sint Abbatiæ, *cap. 1. §. sane, in verb. recipiantur, de statu. lib. 6. & Can. puella, 20. quæst. 1. & Can. nullum, 18. quæst. 7.* Et quanquam receptio monachi ad Abbatem spectet, nihilominus Conuentum vocatum vel præsentem esse oportet, vt maxime non consentiat: quia res ad vtrumque respectiue pertinet, vt per *glossam in capit. finali, in verb. pertineat, de regul. lib. 6.* Abbas Vsarchiensis præsentibus tribus religiosis conuentus Officialibus non contradicentibus Fratrem Oliuarium Pilletum receperat. Posteaquam per vigintiquinque annos circiter in hoc statu & monasterio mansisset, atq; ita hoc temporis lapsu præsumptionem consensus totius Conuentus sibi quæsiuisset, ad beneficium istius Ordinis promouetur, quod affectatum erat religiosis prædictæ Abbatiæ: hoc ipsum beneficium Romæ impetratur *cum derogatione* à Bertrando Pouuererio, qui Arresto Burdegalensi repulsam passus est, & prædictus Pilletus in possessione confirmatus fuit.

Sane nouitius quidam S. Columbæ Senonensis, cum repugnante & absente Abbate receptus fuisset, eo ganatus (?) redditus est, Arresto 26 April. 1580. *B.*

III.

Carthusiani & Celestini in districtu Parisiensi adquirere nõ possunt.

Ius commune noluit acquirendi à Collegiis facultatem coercere: eaq; Panormitani opinio fuit iuxta rationem *l. penult. ff. de pact.* Nihilominus tamen Curia Parlamenti Parisiensis, effrænem auaritiam Celestinorum & Religiosorum Carthusiæ Parisiensis explaratam habens, eoque progredi, vt nihil ipsorum adquisitionem effugeret, Arresto suo interdixit, ne de cætero quicquam in districtu Parisiensi adquirerent, iuxta rationem capitis *nuper, de decimis, lib. 3.* Id omne ita factum ad cohibendam insignem istam auaritiam, quæ in religiosis magis, quam in aliis reprehendenda est, *cap. auaritia, de præbendis.*

IV.

Priores commendatarii quãdo Abbati & principi ordinis subditi sint vel nõ.

Priores Commendatarii non religiosi à iurisdictione Abbatis, à quo alioquin dependent ipsorum Prioratus, immunes sunt, neque in Capitulo Ordinario, vel inductiuo, tanquam religiosi comparere tenentur, nam literis ipsorum & commenda plena ipsis administratio prioratuum in temporalibus & spiritualibus collata est, vt ait Panormitanus in *capit. cum nobis olim, de electione.* Attamen, si pensionem prædicto Abbati ratione prædictorum beneficiorum debeant, prædictus Abbas iure non potest eas iurisdictione sua ad solutionem cogere: eoque fine eos monere, & excommunicare, si id denegent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 11. Maii 1515.

V.

Rescriptũ impetratũ ad liberationem à professione.

Infra titul. de appellat. tanquam ab abusu, memoratur Arrestum singulare inter Dom. de Torcy appellantem tanquam ab abusu ab Officiali Syluanectensi subdelegato ab Episcopo Cameracensi, qui à Pontifice delegatus fuerat, ab vna parte: & Nobilem fœminam Annam de Torcy sororem ipsius religio-

sam professam, quæ dispensationem, & rescriptum à Pontifice impetratum obtendebat, vt à professione sua liberaretur, 18. Maii 1569.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

Abbas cõmendatarius Priorẽ obedientiarium destituere nõ potest.

ABbas Cammendatarius non potest Priorẽ Obedientiarium destituere siue reuocare: verum id ad vicarium prædicti Abbatis spectat, Iudicatum 20. Iunii, 1581.

II.

De reformatione religiosorum & monasteriorum.

Vt ad reformationem Prioratus alicuius vel Abbatiæ procedatur duo ex superioribur Ordinis deputandi sunt, Aduocato in proximo constituto iudice regio: & ad expensas ab Abbate trecentæ vel quadringentæ libræ, prout res exiget, consignandæ & prorogandæ sunt. Ita decretum fuit, super reformatione Abbatiæ Burgidei, cuius Abbas est Archiepiscopus Bituricens. 20. Apr. 1564. Cæterum vbi de reformatione agitur non sunt noua statuta introducenda. Verum vetera hactenus renouari oportet: alioquin appellationi tanquam ab abusu locus est. Iudicatum ita pro Prioratu Caluimontii 9. Augusti, 1585. Ac præterea obseruandum est, reformationẽ, si superiores recusati aut suspensi fuerint, ad Officialem spectare. Ita iudicatum 1. Decembr. 1578. Brissonio perorante pro Abbate S. Martini Spernacensis B.

III.

Religiosus censum seu reditũ pecuniarium sibe cõstituere in præiudicium Abbatis non potest.

Arresto 21. Iul. 1600. iudicatum fuit, ad relationem Dn. Louerii in quinta Inquisitionum Camera, Religiosum non posse sibi reditum seu censum pecuniariũ reditus Beneficii sui in prępudicium Abbatis qui ipsius peculii successor est constituere, D. Pelæus *actionum forensium lib. 1. actione* 24.

TIT. VIII. DE RELIGIOSIS Mendicantibus.

ARRESTVM I.

Iurisdictio, correctio & disciplina custodib. cõpetens.

EPiscopo ab vna parte & Custode conuentus fratrum Minorum ab altera, super forum reuocatione, & cognitione super Franciscano quodam accusato, & in custodia detento contendentibus, dictũ fuit, attento priuilegio prędictis Franciscanis iure Canonico, eoque in Corpus iuris Canunici relato, eum Custodi suo reddendum esse 26. Februarii 1427.

II.

Monachi mendicantes hæreditatem adquirere nõ possunt.

Franciscani Monspessulani à postulatione sua depulsi fuerunt, qua bona defuncti cuiusdam postulabant à quo sese testamento heredes institutos dicebant: idque Arresto Tholosano anno 1393. iuxta doctrinam Bartoli in *l. 1. ff. de lega. 1. & Baldi in Authent. si qua mulier. Cod. de sacros. eccles.*

Idque iuxta dispositionem Concilii Viennensis 1310.

III.

Idem.

Arresto Parisiensi, quod datum 7. April. 1385. dictum fuit, quandam pensionem annuam quatuor Mendicantium Conuentibus testamento relictam ipsis non esse soluendam, verum sortem inter eos æqualiter partiendã, ea lege, vt primo anno per singulos Conuentus pro salute animæ testatoris precibus defungerẽtur, & in expensas condemnati fuerunt: quæ sententia est *Clementinæ, exiui de Paradiso, de verbor. signific.* Et hanc ad rem singularis est tractatus Bartuli in *lib. suo de fratrib. minorib.* Et tamen quoniam prædictis locis de Iacobitis non agitur, circa ipsos dubitatum fuit: addito eo, quod in eam rem scripsit Cardinalis *ad prædictam Clementinam*: sustineri nihilominus potest, prædictum Arrestum, cum quatuor ordines complexum fuerit, iuxta regulam istorum ordinum conditum fuisse, aliud foret si speciale priuilegium obtenderetur, vt ait Baldus *in l. cum acutissimi, C. de fideicomm.*

IV.

Arresto Parisiensi, 10. Maii, 1530. super appellatione inter religiosum custodem, & conuentum Fratrum minorũ Montisbrisonii, & ipsorum Amicũ spiritualem ab vna parte, & D. Carol. Labesseum ab altera parte, prędictus Labesseus ad soluendam sortem principalem reditus ab ipso prędicto conuentui debiti, quæque erat 500. librarum, condemnatus fuit, Prædicti nihilominus religiosi à postulatione sua depulsi fuerunt, qua postulabant, prædictã summam præfato ipsorum amico spirituali tradi: dictum quippe fuit eam in manus duorum ipsorum amicorum, qui tamen religiosi non essent, tradendam, præsente vel aduocato Procuratore Regio, quo ea in sarta tecta aliaque prædicto conuentui necessaria impenderetur. Et quantum ad reliqua reditus istius spectat, quandoquidem inter perorandum defuncta Serenissima Domina Lodouica Sabaudiæ Regis mater, & possessor comitatus Forosegusiensis (cuius metropolis est prædicta ciuitas Montisbrisonii) postulabat vt reliqua illa soluerentur, atque in Officialium suorum manus, in ea quæ superius dicta sunt eroganda, traderentur, parte altera quoniam præfatus Labesseus aiebat, super ea re nunquã contestatum fuisse, litigatores istorum reliquorum nomine ad Libellarios remissi fuere. Idem. Quomodo mendicantibus solutio facienda sit.

V.

Aduersus Conuentum Augustinianorum Ambianensium Arresto, quod datum 5. Decemb. 1371. iudicatum fuit, iis immobilia possidere ius non esse: itemque iniunctũ vt à sese domum quæ ipsis donata fuerat abdicarent: Vide *appendicem*. Augustiniani immobilia possidere non possunt.

VI.

Carmelita quidam, nomine Gratianus, Arresto Parisiensi, anno 1391. à postulatione sua depulsus fuit, qua postulabat, rem quandam ex re immobili procedentem, cuius obtinendæ potestatem ex dispensatione Pontificis impetrauerat: dictumque fuit, eum hæc omnia à se abdicare oportere. Idem super priuato quodam.

VIII.

Donatio quædam in Carmelitam quendam Doctorem Theologiæ, & Parisiis literis operam dantem à fratre ipsius naturali, & legitimo collata, irritata fuit, saluo tamen ipsi monasterio agendi eamque donationem persequendi coram Iudice ordinario iure: Arresto Parisiensi, 10. Maii. 1541. & in expensas Carmelita condemnatus fuit, etsi superioris sui autoritatem præferret. Quod priuatus mendicans capere non potest, id conuentus capit.

VIII.

Religiosus quidam mendicans, qui cum regni incola non esset, à Rege tamen obtinendi Beneficii in Regno ad 500. vsq; libras facultatem emeruerat seu impetrauerat, nulla tamen licentia neque à Pontifice neq; à Rege de reditu testandi impetrata, testamentum condiderat, eoque multa legata Albinatus Religiosi mendicantis.

reli-

reliquerat, quæ coram Seneschallo Pictauiensi petebantur. Contradicebatur à Procuratore regio: qui victas prima instantia causam tenuit, siue victe Parisiis Arresto, quod datum 9. Iunii, 1539. perorantibus Dominis regiis defensoribus pro iure Albinatus, (id est, pro vindicandis fisco peregrinis bonis) & D. Fabro pro Fratribus prædicatoribus, & pauperib. Pictauensib. appellatis, Præside D. Cancellario Poyeto, qui ipse Arrestũ pronuntiauit, quo scil. omnia iure Albinatus fisco vindicata fuerũt. In prædicta causæ peroratione prædictus D. Cancellarius noluit permittere, vt Curia cõpellaretur *Illustrißimi & Illustrißimorum* nomine sed hoc verbo tantum cõpellari voluit, *Domini*.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VIII.

I.

Possessio immobilium mendicantib. interdicta. Carmelitæ tr. propria quædam possidere possunt.

Concilium Viennse anno 1310. Mendicantibus interdixit ne fundos, reditus, census, immobilia tenerent possiderent, Pariter Arresto iisdem adiudicatus fuit reditus quidam tanquam incapacibus, 24. Martii 1385. & extat Arrestum illud inter vetustiora Curiæ Arresta in *quinta parte style quæst.* 62. Et non ita pridem aliud Arrestum emanauit anno 1538. aduersus Franciscanos Cenomanenses, quo dictum fuit Iulianum Malletum ad instar Eleemosynarum quod debebat soluturum. Et tamen Arresto anni 1341. Maioribus diebus Lugduni habitis, iudicatum fuit pro Carmelitis, eos propria quædam possidere posse. Item 16. Iunii 1565. iudicatum fuit eos esse posse perpetuos alicuius hospitalis administratores seu œconomos. Idque iudicatum fuit pro Carmelitis insulæ Iordani. B.

II.

Alienatio fundorum Ecclesiæ legatorum ab hærede impediri potest.

Vt maxime mendicantes legatorum immobilium incapaces fiont, nihilominus pretii & æstimationis ipsius capaces sunt, citra præiudicium tamen pactorum dotalium, & dotalitu. Ita iudicatum pro Franciscanis, quibus duæ ædes legatę fuerãt, causam agente pro ipsis Gibboso 19. Matt. 1577. Et tamen heres cognatus aut alius, cuius interest alienationem piorum legatorum impedire potest, appellatione interposita etiam ab alienationis permissione, eique alienationem factam retrahere refuso pretio licet, iuxta *Canonem filii*. Aliud foret, si eius non interesset: iudicatum 9. Maii, 1564. B.

III.

Authent. Ingressi, quando locum habeat.

Obiter notandum est, monasterium in bonis professi alicuius non succedere, nisi nominatim id in diplomate prouisionali expressum fuerit: Nam *Authentica ingreßi. Cod. de sacros. Eccles.* in Francia locum non habet: nisi vt dixi id nominatim expressum fuerit, Arrest. 1531.

TIT. IX DE IVRE ORDINandi Clericos vel Presbyteros.

ARRESTVM I.

Arresto Parisiensi anno 1393. Episcopus Ambianensis ad querelam seu interdictum intentandum admissus fuit aduersus Religiosos, Abbatem & Conuentum Corbiensem, eo quod, cum prædicta Abbatia sita esset in Diœcesi & districtu Episcopi, & ad eum solum in prædicta Diœcesi ius conferendi ordinis spectaret, exclusis cæteris omnibus etiã alias exemptis: eo quod, inquam, prædictus Abbas his non obstantibus, sub specie exemptionis seu immunitatis quam sibi vindicat, Episcopos & Suffraganeos quando ipsi videtur accersat ad ordinãdos Monachos & subditos in prædicto Conuentu. Et vero prædictus Episcopus admissus fuit, non obstante Religiosorum suorum & Conuentus immunitate, de qua prædictus Abbas fidem faciebat: cuius mentio fit, in *c. veniens de præscript.* Et pro dicto Episcopo allegatum fuit in causæ dictione, caput *per exemptionem. de priuileg. lib. 6. & c. Abbates, eod. tit. lib. 6.*

II.

Delegatus a Curia sede vacante ad ordinandum.

Sede Episcopali Parisiensi vacante, Archidiaconi cum non possent inter se conuenire, quanam auctoritate, quaq; ratione emergentia negotia discingenda essent. Et hoc dubio exorto, disputationibus indagationibus super præteriti temporis obseruantia frustra laboratum fuisset, nulla satis certa definitione facta, vsque ad 15. Februarii, qui genuinus erat dies sacrorum Ordinum anno 1420. Curia super hoc dubio propere & prouisionaliter, citra præiudicium iuris cuiusque decreuit, Archiepiscopum Senonensem, qui tum ab iis omnibus, qui Parisiis erant, pro primo agnosceretur, eos qui prædictos ordines ambiebant, expedire oportere, iisque diplomata super eo tradere: mentione tantum facta auctoritatis prædictæ Curiæ, eiusque sigillo, mutuatoque ad hoc territorio. Hac ratione prædictus Archiepiscopus impediebatur, ne postea id iure suo fecisse se dicere posset: huiusmodi enim Arresto, in expeditionibus & literis suis memorato, satis conuincebatur.

TIT. X. DE EQVITIBVS S. Ioannis Hierosolymitani.

ARRESTVM I.

Dvo Nobiles cum famulo 5. die Augusti an. 1549. strictis gladiis D. Pompeium Gouttes Secretarium & Actuarium Domanii Regii in Forosegusieosi occiderunt: idq; Montebrisonii in strata publica: atque inde sese celeriter subduxere. Super ea re inquisitione facta apparuit, alterum ex Nobilibus biennio vel triennio ante semper minatum & insectatum prædictum Gouttes, vindicandi sese animo ob sicæ ictum sibi ab ipso impactum: & quod cum eum in platea reperisset, in ipsum ex ira, quam diu fouisset animo vindictæ irruisset: adiutumque eum à sodalitio suo, id est, ab altero Nobili, & famulo suo: atque ita ab ambobus cæsum, neque ante relictum, quam animam ei exhalare vidissent. Item apparebat, Commendatorem Montisbrisonii, Equitem Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani eo sodalino illo fuisse, neque huic rei quidquam intercessisse, quin eum vna cum iis è domo Commendæ, in qua omnes pransi fuerant, in publicũ, & in officinam Sartoris cuiusdam produxisse. Igitur aduersus Commendatorem, quod huic rei necquicquam obstitisset, neque adclamasset, eum corripiendum, seu corpore prehendi duci decretum fuit, id postulãte Procuratore Regio per Balliuium Forosegusiensem: quod & factum seu executioni traditum fuit. Examinatus Commendator, atque carcere detentus, ne iudicium de se ferretur fecit, opposita fori prescriptione, seu postulata reuocatione seu remissione ad Magnum Priorem suum. Igitur remittitur & relaxatur sub cautione, cum corã predicto Magno Priore sisti,

De præsenti reo malefició quodam neq; adclamante.

Iudex Equitum ordinis Hierosol. est ipsorũ Magnus Prior.

vel

Vel coram eo Iudice, quem is delegare cogeretur: atque inde prædictum accusatum intra trium mensium spatium Acta iudicialia seu gesta relaturum, sub reseruatione cognitionis & iudicii ad Balliuium de delicto priuilegiato spectantis, Commendator dimissus seu relaxatus appellat à decreto, eiusque executione, incarceratione, suique detentione, aliisque iniuriis & grauaminibus: & in Parlamento eam appellationem persequitur vbi causa perorata fuit. Procurator Catholicus Regius, causam Vices suas gerentis in Forosegusiensi defendens, atrocitatem facti repræsentat, & culpam prædicti appellantis, eumque nimis leniter habitum: insuperque postulat, admitti se appellantem à relaxatione, & remissione prædicti Commendatoris, & vti decernatur, eum sese sistere oportere in carcere intra id spatiũ, quod Curiæ definire libuerit. Curia Arresto suo prædictum Procuratorem Catholicum à prædicta remissione & relaxatione appellantem admittit & decernit, Commendatorem prædictum sese incarcerandum sistere oportere in carcere intra mẽsem proximum: alioquin pro reo & conuicto criminum sibi obiectorum habendum, declarandum: item proposita pœna capiendorum bonorum eius temporalium: saluo interim post hæc iudicandi super prędictis appellationibus, qua prædicti Procuratoris Catholici Regii, qua prædicti Commendatoris iure.

Initium Equitum S. Ioannis fuit circa annũ 1110, & primum quidem Templarii erant, i. custodes Templorum & Hospitalium constitutorum in via illa, quæ ducit ad Terrã sanctam. Et vero Equites S. Ioannis dicuntur, quia primus locus in eo loco extructus dicitur, vbi olim Zachariæ oratorium fuerat. Prædicti Templarii a Philippo Pulchro funditus deleti fuere, sub specie maioris potentiæ, & vsurarum.

II.

Idem. Arresto Parisiensi ann. 1393. nonnulli Equites Ordinis S. Ioannis criminum rei ad Priores suos, non etiam ad ordinarios Iudices Ecclesiasticos, à quibus immunes sunt, remissi fuerunt,

III.

Equites ordinis Hierosolymitani hæretici fori pręscriptione vti non possunt.

Eques Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, vt maxime ab Episcopi iurisdictione immunis sit, in crimine hæreseos tamen conueniri & vt procedat cogi potest. Et vero in simili negotio quidam huius Ordinis cum appellasset tanquam ab abusu ab Episcopo qui de se iudicium ferre volebat, velut sacramentario, Arresto Parisiensi, quod sine data, i. citra vllã temporis circumstantiam D. Rebuffus allegat, declaratus fuit non admissibilis.

IV.

Equites ordinis Hierosolymitani pro decimis fori præscriptione non vtuntur.

In causa petitoria decimarũ nomine, Curio quidam Commendatorem quendam S. Ioannis Hierosolymitani, corã Iudice suo Ecclesiastico conuenit, quæ quidem decimæ antiquitus infeudatæ erant, & à personis laicis possessæ, postea vero in manus seu ius prædicti Commendatoris delapsæ, Commendæ suæ nomine: Hic eum in modum vt dixi petitorio iudicio coram iudice Ecclesiastico istarum decimarum nomine conuentus, literas Regias seu rescriptum ad Præfectum vrbium Parisiensem impetrat, quibus ei mandatur, vt si ei appareat prædictas decimas antiquitus infeudatas esse, causæ cognitionem sibi seruet seu vindicet, & Iudici Ecclesiastico eius cognitione interdicat. Igitur Præfectus Parisiensis decernit, vti Commendator intra certum tempus infeudationem probet, & interim Iudici Ecclesiastico cognitione interdicit: Ab eo Curio appellat, & pro caussis appellationis suæ

Equites ordinis Hierosolymit. Ecclesiastici.

ait, vt maxime antiquitus decimę infeudatę fuissent, nihilominus eas ad personam Ecclesiasticam delapsas puta ad Commendatorem, atq; ideo ea ratione ad pristinam naturam suam quæ spiritualis est regressas, & mutationem quam sensissent per infeudationem amisisse: insuper addebat in casu plane simili obtinuisse se Arrestum aduersus Decanum & Capitulum Ecclesiæ cuiusdam, quæ decimas quasdam parochiæ suæ antea infeudatas nacta fuerant: & quod illo Arresto prædictus Decanus & Capitulum depulsa fuissent ab approbatione quarundam & quidem similium iis de quibus hodie quæstio sit literarum, & ad Iudicam Ecclesiasticum remissa fuissent, quo super petitorio decimarum secundum iuris rationem procederetur. In contrarium nitebatur Commendator, qui dicebat, etsi Arrestum, quo se Curio iactaret, in terminis tale esset, vti dicebat aduersus prædictum Decanum & Capitulum, nihilominus multum differre casum illum ab eo, de quo ageretur. Decanum quippe, & Capitulum personas mere Ecclesiasticas esse, iisque constare nil mirum si decimæ in eorum manus delapsæ mere spirituales censerentur: at ordinis sui S. Ioañis Hierosolymitani viros, etsi votis sese quibusdam obligauerint, non esse tamen mere Ecclesiasticos, & cuiusdam Ecclesiastici cœtus nomine indigetari non proprie religiosos. Regerebat Curio, Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani viros personas Ecclesiasticas censeri, per *cap. Canonica, de sentent. excommunicat. & cap. cum deputati, de iudic. gloss. in Can. duo sunt genera*, 12. q. 1. D. Seguierus pro D. Procuratore Catholico Regio asserebat, causam ad Iudicem Ecclesiasticum remittendam, etsi D. Magistri assereret aliquando Arrestum in casu tantum speciali intercessisse. Cum a litigatores in principali causam ampliauit, & per prouisionem interim iudici Ecclesiastico cognitionem detulit. Pro Curione perorabat Do. Alheaumius: pro Commendatore Dom. Vergnius. Pronunciatum autem fuit Arrestum die Martis post prandium 24. Maii 1552.

Origo Equitum ordinis Hierosolymitani.

Equites S. Ioannis initio non nisi Hospitalarii erant, qui licentiam impetrarant a magno Calypha Ægypti ædificandi templi prope S. Sepulchrum, excipiendis videlicet peregrinis eo commeantibus, circa annum quadringentesimum, tempore Honorii. Postea anno 1100 (quo tempore Principes Franciæ eo sese contulere) ex deuotione alterum templum accessit: quique propius ad ipsum templũ habitabant, *Templarii* dicti fuerunt: qui vbique sparsi propter ipsorum vitia extincti fuerunt, regnante Philippo Pulchro, eorumque bona Hospitalariis adiudicata fuerunt, qui dicti sunt Equites S. Ioannis Hierosolymitani. Præter *Volaterranum* vide *Wilhelmum Tyrium*. Postea Equites Rhodii facti fuerunt: Rhodo capta Melitam translati B. vide *supra c. 2. & 3. tit. 5. & cap. 9. tit. 12.*

V.

Equites Hierosol. cũ de cõgrua portione decimarũ agitur, fori præscriptione vti nõ possunt.

Die Lunæ 26. Iun. 1553. agitata fuit appellatio quædam in magna Camera Parlamenti Parisiensis, inter Franciscum de Sole Canonicum Ecclesiæ Lugdunensis, & Curionem S. Mauritii in Gorgensi appellantem tanquam ab abusu executionis cuiusdam rescripti Apostolici, & à iurisdictione perperam vindicata vigore eius per Carolum Chaunetium Decanũ Ecclesiæ B. Virginis Montisbrisonii, ab vna parte, & fratrem Wilhelmum de Groing Equitem Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, & fratrem Ioan. Thomassinum Religiosum prædicti Ordinis Procuratorem, & Quęstorem generalẽ religionis prædicti Ordinis appellatos ab altera parte, Bartholomæus pro caussis appellationis, & appellante dixit, appellantẽ de Parochia S. Mauritii Gorgensi diœcesi Lugdunensi prouisum fuisse: In ea constitutum, citasse Commendatorem Commendę S. Ioannis

nis prope Montem Brisonium, eo quod omnes decimas Parochiç S. Mauritii in Gorgensi sibi vindicaret, idque coram Officiali Archiepiscopi Lugdunensis diœcesano, & aduersus eũ in causa conclusisse, Vti ad præbendam sibi cõgruam vel Canonicam decimarum parochiæ suæ portionẽ cõdemnaretur. Corã pdicto Officiali ad istã conclusionẽ pars citata se sistit, q̃ ait omnes Ordinis S. Ioannis Hierosol. nullis Episcopis, nullis Prælatis quibuscunq;, dempto Romano Pontifice, in omnib. & singulis causis suis, siue agendo, siue excipiẽdo subesse, & priuilegiis Ordini in id collatis sese niti, atque hoc obtentu de non vlterius procedendo concludit siue satagit: Appellator repræsentat, quæcunque tandem priuilegia Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani viri haberent, ea nonnisi ad ipsorum delicta & priuatas inter ipsos causas pertinere, neque ea ad decimarias causas extendere posse: prout deciditur in *cap. 1. de priuileg. in sexto.* Item non agi, nisi de congrua & Canonica decimarum portione, quæ vt minimum ipsi tanquã parochiæ Curioni, deberetur: neque æquum esse, vt eius rei causa Romæ litigaret vel corã Iudice Ordinis. Hac de causa ab Officiali Archiepiscopi Lugdunensis diœcesano decernitur, coram se causam agitari oportere. A quo tum Cõmendator, tum Procuratorem sese Ordinis dicens, appellant & appellationem suam persequũtur coram Officiali Primatiæ, qui partibus auditis sentẽtiam Officialis ordinarii confirmat. Et quamquam appellantes non essent admittendi ad appellandum secundo ad interlocutoria iuxta concordata, nihilominus rescriptũ Apostolicum impetrant directum ad Carolum Chauuetium Decanum Ecclesiæ Montisbrisonii, quo scilicet ei iniungitur vt de appellatione a sententia Officialis Primatiæ facta cognosceret. Huius rescripti vigore Curionem citant ad prædictum Chauuetium Montebrisonii (cæterum Lugduno ad Montembrisonium plus aliquid, quam diei spatium seu iter intercedit) nihilominus prædictus Curio S. Mauritii sese sistit: appellantes postulant, vt super appellatione eorum procedere cogatur, in cuius appellationis terminis concludunt, priuilegiaque sua allegant. Verum ea non exhibent, non magis quam coram Officiali Lugdunensi, & coram Officiali Primatiæ: quinimo nonnisi priuilegium Papæ Gregorii VIII allegant. Igitur etsi nullum priuilegium exhiberent, nihilominus Chauuetius delegati rescripto iudicis numen sibi vindicans sentẽtiam profert, qua Officiali Lugdunensi interdicit, ne porro huiusce causæ cognitionem sibi asserat, item & prædicto Curioni ne coram prædicto Officiali petitionem aliquam instituat, nempe, quia aiebat priuilegio Apostolico eius rei cognitionem ad Curiam Romanam pertinere: ac super appellatione à prædictis literis ius reddendo ait, male iudicatum ab Officiali Lugdunensi, male confirmatum ab Officiali Primatiæ, & iudicia illa emendando nihilum Curionem Romam mittit, ad postulandam ibi congruam, & Canonicam portionem suam. Ab executione prædicti rescripti Apostolici, & prauæ iurisdictionis vsurpatione, vigore ipsius facta à prædicto Chauuetio, & ab eius sententia prædictus Curio tanquam ab abusu appellat, & concludit, vti pronuncietur, male, & abusiue executioni traditũ, vsurpatum, iudicatũ fuisse: contra, bene appellatum à prædicto Curione appellante, & expensas insuper adiudicari sibi petit. Bourdinus pro appellatis dixit, causam specie ipsa prima leuem videri, & in leuioribus versari, verum magni exempli & momenti esse pro Ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani viris, qui sese totos pro fide Catholica tuenda deuouerunt: cuius rei ergo dignos eos esse, quibus priuilegia sua seruarentur intacta. Fateri quidem se, complures causas esse, quæ in prima instantia coram iudicibus ordinariis agitari debeant. Verum quando S. Papæ, à quo omnes Ecclesiasticæ iurisdictiones, quas locorum Ordinarii habent, velut à fonte ipso dependent, placeat sibi quarundam causarum cognitionem reseruare, vel ob ipsarum, aut personarum dignitatem, id non minus fauorabile videri oportere, quam iurisdictionem ordinariam. *Potestas Papæ circa iurisdictiones Ecclesiasticas.* Extare in chartophylacio sancti Ioannis Hierosolymitani innumera priuilegia Ordini isti concessa, indulta maioribus ex causis & occasionibus: extare priuilegia Papæ Alexandri tertii, Papæ Innocentii octaui, Gregorii octaui, Gregorii noni, Gregorii decimi, Paparum, & cæterorum Pontificum, qui ad Gregorium vndecimum vsque fuerunt. *Priuilegia Ordinis S. Ioannis circa iurisdictionẽ.* Hos omnes adeo Ordini isti sancti Ioannis Hierosolymitani factum voluisse fauisseque, propter maiora officia, quæ ad defensionem fidei nostræ prædicti Ordinis viri exhiberent, vti voluerint eos ab omnibus iurisdictionibus ordinariis, omniumque Prælatorum immunes esse, reseruata sibi causarum & negotiorum ordinis cognitione. Ac si quis dicere vellet, hæc priuilegia non nisi de personis tantum istius Ordinis intelligenda esse, priuilegia ipsa contrarium ostendere, in quibus nominatim comprehensum sit de omnibus rebus quibuscunque generaliter, nulla distinctione adhibita. Complurima excepta prædictorum priuilegiorum in Curia apposita fuisse, quæ nondum nancisci potuerint. Verum appellatorum causam ita sese habere, vt cessantibus etiam prædictis priuilegiis tempore immemoriali & longa consuetudine Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani viri ab omnibus iurisdictionibus ordinariis Ecclesiasticis immunes sint: neque in quibuscunque causis suis & negotiis, siue agendo, siue excipiendo vlli alii subsint, quam ipsimet & soli Pontifici. Atquin prædictum appellantem, qui sese Curionem sancti Mauritii in Gorgensi diceret, aduersus Commendatorem S. Ioannis prope Montem Brisonium pro habenda siue nanciscenda Canonica portione decimarum parochiæ coram Officiali Lugdunensi egisse. Ideo Commendatorem pro tuendis Ordinis priuilegiis id intendisse, ne coram prædicto Officiali procederetur, seque priuilegiis immunitatis defendisse: his vero non obstantibus, Officialem eius rationem non habuisse, & decreuisse, vt in hoc negotio coram se procederet: Commendatorem ab hoc appellasse: cumque videret se solum imparem ad prædicta priuilegia defendenda, eum in causa appellationis Procuratorem & Quæstorem generalem Ordinis euocasse, sibique adseruisse: his non obstantibus, sententiam prædicti Officialis Lugdunẽsis ab Officiali Primatiæ confirmatam fuisse: ab hoc tam prædictum Actorem, quam Procuratorẽ appellasse, eo quod de infirmandis Ordinis priuilegiis ageretur: exinde rescriptum Apostolicum impetrasse directũ ad Carolum Chauuetium Decanum Ecclesiæ Montisbrisonii coram eo immunitatis priuilegium se allegasse: quo viso iudicem delegatum pronunciasse male iudicatum ab Officiali Primatiæ, & pariter ab Officiali ordinario fuisse, partesque non Romam sed ad legatum, vel delegandum à summo Pontifice remisisse. Ab executione cuius rescripti, & iudicio à prædicto Chauuetio lato appellantem appellasse tanquam ab abusu, qui proinde dicat, non licuisse appellare à secunda interlocutoria, idque concordatis aduer-

fari.

sari. Ad hæc se respondere, si à secunda interlocutoria simpliciter appellatum fuisset, fassurum se ad appellationem quem admitti non oportere. Verum quando agitur de secunda interlocutoria vim definitiuæ habente, appellare licere: versari in hoc casu partes: sententiam, quippe Officialis Primatiæ, quam pars aduersa secundam interlocutoriam sententiæ Officialis Ordinarii confirmatiuam vocaret, definitiuæ vim habere: nam si ea obtineret, Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani Viri priuilegiis immunitatis suæ exciderent, quod damno irreparabili ipsis cederet: Tandem igitur concludere se, vt appellator in appellatione sua nõ admissibilis declaretur, sibiq; expensæ adiudicentur.

Sententia super competẽtia vel incompetẽtia iudicis est interlocutoria, & à tali sententia licet appellare. v. Gui. Papæ q 10. c. *significantibus & ibi Dd. extr. de off. delegat.* I.C.

¶ Riantius ꝓ procuratore Catholico regio dicit, si de appellatione tanquã ab abusu q̃stio tm̃ esset, causam facile explicari posse, verũ liquere dubiũ aliquod esse ẽt principalis respectu, de forma vide l. decernẽdi: Appellationẽ tanquã ab abusu in eo fundatã esse, quod extent duæ sententiæ conformes: primam earum, mere interlocutoriam esse, ideoque à secunda non licuisse appellare: sed in eo dubium esse, quando iudex pronunciat pro sua iurisdictione: quia post illam sententiam expectatur alia sententia, per quam Iudex pro sua iurisdictione pronũtiet: & dicitur mere interlocutoria. Sed quando pronuntiat per sententiam, vim quasi definitiuæ habentẽ, alia sententia non expectatur: Ideoque non esse sententiam mere interlocutoriam. Porro prædictos appellatos intendere à se allegata fuisse immunitatis ab Ordinariorum iurisdictione priuilegia, & ipsorum obtentu id egisse ne vlterius procederetur: super hac non procedendi exceptione iudicem pro sua iurisdictione pronunciasse, ergo sententiam non fuisse mere interlocutoriam, sed vim definitiuæ habere, quãdoquidẽ ea tolleretur & reiiceretur quod allegatũ fuerat immunitatis priuilegium, atque ita præiudicium irreparabile esse, ideoque licuisse eis à sententia priorem confirmante appellare. Hæc argumenta fuerunt vtrimque. Sed procurator Catholicus de cætero in eo subsistebat, nempe quod allegatum priuilegium esset abusiuum, neque etiam in duobus primis iudiciis vnquam exhibitum fuisse, quemadmodum ab appellante tanquã ab abusu dictum fuit. Cæterũ abusiuum esse ex eo apparere, quod Pontifex quid indulsit, nõ modo Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani Viros à iurisdictionibus Ecclesiasticis ordinariis immunes reddit, verum etiam ab omnib. vectigalibus pontium, portuum, itinerum, itaque in iurisdictionem temporalem à Pontifice inuolatũ, ideoq; aptari nõ posse negotio, de quo agitur. His de causis Curiã facile de appellatione tanq̃ ab abusu iudicare posse. Parte altera si ratio immunitatis indultæ prætendatur, eam possimum fundatam esse super correctione & disciplina fratrum Ordinis: atqui Curiam iudicasse, si delictum priuilegiatum ab aliquo fratrum Ordinis admisum fuerit, quod exauctorationem mereatur, reum remittendum ad delegatũ Ordinis pro exauctoratione peragendi, quandoquidem semel accidit, vt vnum ex his ad Episcopum Parisiensem tanquam Ordinarium remitteret. Item priuilegium vt ordinis istius Viri habeant iudicem delegatũ, q̃ de ipsorũ causis & controuersiis cognoscat, non obseruari neq; vnquã obseruatũ fuisse: & si obseruaretur, maximo incõmodo subditi regis afficerentur, quandoquidẽ Ordinis Viri id intendunt se siue agẽdo, siue excipiẽdo, in omnib. causis & negotiis, nõ posse neq; cogi alibi q̃ corã iudice delegato causam agere: itaq; si à fratre aliquo eius ordinis hoc vel illud peteretur, q̃ acturus esset in longinquo querendum, & adeundum fore iudicem illum delegatum vel Romæ, vel Melitæ, vel alibi, vbi consisteret, quod magno ipsi constaret. Igitur dato quod ordinis istius Viri generale priuilegium habeant, vt prætendunt, tamen id ad terminos iuris communis restringere oportere: Petitionem ab appellante tanquam ab abusu factam esse pro congrua & Canonica portione decimarum: Cæterum ad eam habendam vtendum officio iudicis ecclesiastici, cuiusmodi est Episcopus Ordinarius, eiusve Officialis, ad quem cognitio de decimis spectat, neque alios iudices de iis cognoscere posse. His momentis & rationibus asserere se, vna cum appellante tanquam ab abusu, priorem sententiam Officialis Lugdunensis esse mere interlocutoriam: consequenter, à secunda interlocutoria prioris confirmatiua non licuisse appellare, & prædictas duas sententias subsistere debere: tandem admittendam appellationem tanquam ab abusu ab executione rescripti Apostolici, eoq; omni quod exinde secutum est.

Priuilegiũ à Pontificibus Ordini S. Ioannis concessum nimis generale.

CVRIA dixit, male & abusiue executioni traditum, iudicatum, decretum à iudice delegato fuisse, bene appellatum ab appellante, appellatosq; in expensas causæ appellationis condemnat, & Officiali Ordinario Lugdunensi vlterius procedendi facultatem facit, iuxta ipsius sententiam confirmatam, citra præiudicium priuilegiorum Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani in aliis rebus.

VI.

Equites S. Ioannis quomodo succedant.

Equites S. Ioannis Hierosolymitani, ad successionem ascendentium, descendentium, collateralium admittuntur, siue à patre sint, siue à matre: verum id hactenus, vt ad vitæ suæ dies vtantur fruantur, velut simplices vsufructuarii: omnia quippe ad proximos eorum cognatos successionis capaces post eorum mortem redire oportet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod inferius *tit. de legitimis successionib. Arresto* 13. inseritur.

Vide infra Arrestum 8 *tit. de appell. tanquam ab abusu.*

VII.

Equites ordinis S. Ioann. Conditio ferendi nominis & insignium poni non potest.

Iudicio de hæreditatis petitione defuncti Clementis Sangnatii, qui testatus fuerat, & hæredem sibi vxorem nuncupauerat, agitato, repertum fuit instrumentum contractus quo deficientibus masculis bona proximis cognatis affectata erant: interuenerunt cognati, & filia vnica: filiæ igitur sextans adiudicatus fuit seu duæ vnciæ: prædictæ hæredi quatuor vnciæ è duodecim: cognatis reliquum atque adeo semis hæreditatis sub ferendi nominis & insignium lege onereque: interuenit Guyon Sangnatus defuncti frater, Eques ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, qui aiebat se proximum & successionis capacem: literasq; impetrat, quibus aduersus apocham, quam prædicto fratri suo defuncto minor adhuc tredecim annorum dedisset, restitueretur: asserens se admitti oportere, eo magis, quod nondum professus esset? Extorta ab eo fuit confessio, quindecim iam annos elapsos, ex quo prædictæ religionis Eques esset: & vt maxime nondum professus esset expressa professione, cupito tamẽ eum excidisse: primam quippe Clementinam §. *cæterum, de statu monachorum*, de tacita professione quoque intelligi debere: & tum demum expressam requiri, cum de beneficio inuestitus sese aptum & beneficii capacem ostendit: alioquin si vtcunque contra eum opponatur defectus, sufficere tacitam professionem, per *cap. ex parte*, Arresto Parlamenti Tholosani 17. April. 1567. prædictus Guyon Eques declaratus fuit non admissibilis seu incapax. Vnde colligitur, etsi huiuscemodi Equites successionum

Tacita professio quando admitti debeat, v[...] non.

sionum capaces ad dies vitæ & iure vsusfructus sint, non alie tamen eos sub lege feredi nominis & insignium capaces.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum X.

I.

Rescripto Papæ, quo Equitibus Hierosol. testandi de immobilibus permittitur, abusiuum declaratum.

DVodecima Martii 1571. Rege in throno suo iudiciali in Palatio sedente: Inter Equites ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, tanquam ab abusu appellantes ab impetratione rescripti impetrati à Pontifice per Equitem Seurium, quo scilicet licentiam de bonis suis immobilibus testandi emeruerat, appellatum ab altera parte: Postea quam Fontenaius pro appellantibus, & Brissonius pro appellato, du Faur pro Rege verba fecissent: Etiamsi prædictum rescriptum Pontificis probatum in prædicta Curia antea fuisset, parte tamen non audita, & postquam Regii Triumuiri conclusissent, vt attenta Regis approbatione, Curiæque auctoritate, appellatione reiecta id, à quo appellatum fuisset, plenum & integrum exitum sortiretur: Arresto, quod datum per eius Maiestatem, & prolato per Dominum Thuanum primum Præsidem, dictum fuit, iure meritoq; appellantes rescripto intercessisse, male vero & abusiue id impetratum, &c. idq; citra expensas. Creditur abusus in eo constitisse, quod neque Papa, neque alii Principes possint facultatem præbere in Francia disponendi de bonis temporalibus, verum id ad vnum & solum Regem pertineat. Item, quia appellatus licentiam non petiisset à Magno Ordinis Magistro: qui testandi ad pias causas facultatem tribuere consueuit: idque hactenus de auro & argento flato tantum: vt iudicatum fuit anno 1557. aduersus testamentum Magni Prioris Flandriæ, cui nomen erat Valee: cuius sane legata ad tertiam argenti partem reductæ fuerunt. Denique, quia Equites S. Ioannis tribus solennibus votis obligátur, vt maxime armatam militiam militent, cui exercendæ multis pecuniis opus est. B.

Quod testamentarias prædictorum Equitum dispositiones attinet, notandum est, Curiam de more, idq. iuxta ipsorum statuta, eas ad tertiam partem coarctare, vt in causa Equitis Sonii 12. Martii 1571. Ac præterea nota, Ordinem Hierosolymitanum hoc triplici redituum genere stare: per id, quod *mortuarium* dicitur, id est, fructibus ab obitu ad festum vsq; D. Ioannis: per *vacans*, quod est voius anni sequentis: & per *Desponsionem*, quod est dimidia pars reditus, quam quique conferre tenetur. B.

II.

Cleri appellatione non comprehenduntur Equites Hierosolymitani.

Arresto Curiæ subsidiorum mense April. 1598. & mense Maio 1601. Equites S. Ioannis Hierosolymitani, immunes à quadam collatione Clero imposita declarati fuerunt, quod scilicet sub Cleri appellatione generaliter elata non comprehendātur, attentis eorum videlicet priuilegiis Dominus le Bret Oratione 17.

TIT XI. DE IVRE VISITAtionis.

ARRESTVM I.

Visitatio [illegible] [illegible]gi non debet.

VIsitationis ius quod superiori competit, coarctari neutiquā potest, eam quippe pro arbitrio suo, & quolibet tempore & qua ratione iudicauerit, exercere Superior potest: resque fauorabilis est. Et sane, cum Religiosis Abbati & Conuentui S. Martini de Campis Parisiis minus placeret toties sese ab Aabbate Cluniacensi Capite ordinis sui visitari, ei reique contradicerent, asserentes sese in possessione constitutos, vt non nisi bis in anno visitarentur, repulsam passi sunt, & Abbas in possessione sua defēsus fuit, vna cum expensis, Arresto Parisiensi anno 1587.

II.

Episcopus in iure visitationis fundatus est.

Mense Ianuario 1389. agitata fuit in maiore Camera Parlamenti Parisiensis appellatio, inter Abbatem S. Mauri, & Priorem S. Eligii Parisiis appellantes ab vna parte, & Episcopum Parisiensem ab altera appellatum. In hac causa Prior S. Eligii, sese immediate Abbati S. Mauri subditum agnoscens, quoad visitationem & procurationem, contra, immunem ab Episcopo Parisiensi quantum ad hoc, eique prædictus Abbas motus hoc ipsum intendens, aiebat, Episcopum iniuria visitare & subditum sibi reddere Priorem S. Eligii sategisse, atque hanc iniuriam prædicto Abbati in eius iura inuolando illatam fuisse: ab qua re sese appellare. E contrario Episcopus Parisiensis aiebat, sese in iure communi fundatum esse vt omnes Diœceseos suæ Prioratus visitare posset. Curia immunitatem Præfati Prioris S. Eligii & Abbatis S. Mauri probari iussit, & viceuersa contrarii ab Episcopo probationem exigit: Et interim seu prouisionaliter tamen Episcopo, velut in iure communi fundato momentu beneficium (atque adeo visitandi ius) adiudicatum fuit.

III.

Visitatores quomodo Ecclesiis Parochialibus male administratis prouidere debent.

Visitator Matricularios Laicos parochię alicuius in officio suo quod delinquentes admonere vel coercere non potest, vt maxime Officium ipsorum circa res sacras & spirituales versetur, verum Curionem eo nomine pulsare debet, qui in commonendis prædictis Matriculariis negligens fuit, & in coercitione eorum per Iudicem ordinarium, quæ recta hac parte ratio est promouenda: Prout declaratum fuit Arresto maioribus diebus Molini habitis, pro Ecclesia Couplatensi in Borboniis 14. Octobris anno 1550. Visitator repererat labra quædā baptisteria aqua fœtida plena, vestes item sacras laceras, & Ecclesiam ruinarum plenam, & Matriculariis iniunxerat, vt his mederentur, cumque cessarent eos commonuerat: à quo appellauerunt tanquam ab abusu, causamque tenuerunt sub prædicta declaratione, & forma deinceps obseruanda.

APPENDIX ARRESTORVM Ad titulum XI.

I.

In ta visitationis: & quomodo visitatoribus solui debeant.

QVæstio illa sæpius in Curia agitata fuit, vtrum ius quod iure Canonico *ius procurationis, charitatiui subsidy, Cathedraticum* vocatur, quòdque Archiepiscopi, Episcopi & Archidiaconi diœceses suas obeuntes seu visitatione peragentes (quas quidem ipsimet singulis annis instituere debent ex Concilio Lateranensi quod relatum *in cap. conquerente, de offic. extraordin. extra*, & Concilio Tridentino *sessione 4. cap. 3.* & constitutionibus nostris Aurelianensi & Blesensi *art. 6. & 32.*) vtrum inquam ius illud in pecunia an vero in pastu, i. in ipsis speciebus debeatur? Et vero compluribus Arrestis iudicatum fuit, non deberi nisi in pastu: & non adæratum, id est, in pecunia certa taxata. iuxta decisionem Bonifacii VIII. quæ refertur *in cap. si Episcopus de officio ordinar. in 6.* nisi malit Beneficiatus certam pecuniam, quod

in eius est optione, seu adærationē soluere: alias Beneficiatus colligens seu excipiens superiorē suum visitantem, eumque cum comitatu suo exhibens seu pascens (quem quidem Comitatum suum beneficiati detrimento augere non debet) liberatur. Et quoties huiusmodi visitatores id adærarunt, id est, in pecunia taxarunt, aut Officiales vel Iudices Regii Beneficiatos in certam pecuniæ summam istius iuris loco condemnarunt, seu ius istud adærarunt, toties Curia iudicauit, abusum committi Arrestis suis, quorum in aduersariis meis tria integra habeo: primum, quod datum pro Fratre Vilelmo de Porta Priore Curione Firmitatis Gaochieri, appellante tanquam ab abusu ab adæratione taxatione decem librarum, facta contra ipsum ab Episcopo Meldense, pro prætenso iure visitationis annuo, vltima Aprilis 1566. Renato Choppino pro appellante: & Loysello pro Episcopo appellato perorantib. Secundum Arrestum est pro Religiosis, Abbate & Conuentu Vedasti, appellantibus tanquam ab abusu à sententia data ab Officiali Cenomanensi 9. Septemb. 1577. executoria scilicet expensarum & licentia eam exequendi ab vna parte, & Cardinalem Rãbouilletum Episcopum Cenomanensem appellatū ab altera parte: Pichonaio, pro appellante, Fabro pro appellato, & Thuano pro Procuratore Catholico perorantibus. Curia prædictum Procuratorem Catholicum appellantem à prædictis sententiis & decretis Officialis Cenomanensis admisit, & pro recte recepto admisit, & ius reddendo tam super prædicta appellatione quam ea, quam partes priuatæ interiecerant, dixit, in omnibus & per omnia male & abusiue processum, & executioni traditum, bene appellatum, saluo Episcopo iure, sibi secundum sancta decreta, & vt optimum ipsi videbitur, consulendi 12. Maii 1583. similis causa ampliata fuit in Parlamento Turonū translato vltima die Maii 1593. inter Ioan. Iousselinū Priorem Dionis Andegauensis, appellantē à sententia data per Seneschallū Andegauensem, à iudicio quod latum non obstante appellatione & eo omni quod exinde secutum est, & Illustriss. Carolum Miionium Episcopum Andegauensem appellatū, Bouttilerio, & Aduocato perorantibus: Curia appellationes & id &c. annihilauit citra multã, principalē cōtrouersiam partiū ad se euocauit: & vt ius super ea redderetur, causam ampliauit, decreuitque, vt id quod solutum fuisset vigore prædictę sententiæ prouisionalis redderetur, restitueretur appellanti, inhibitumque Iudicibus Andegauensibus cæterisque omnibus ne sententiã prouisionalem ferrent, ne sententias suas executioni traderent, nisi casibus quibus eis per Constitutiones licet: hocque Arrestum in Auditorio Iudiciali publicandum. De prætenso hoc iure vide Titulum *Decretalium de censibus ext. & in 6.* & an adquiri possit & tempore præscribi: Austerium *in decis. Tholos.* 332. Oldradum *Consil* 172. & 143. D. Choppin. *lib. 2. de sacra politia tit. 7. num* 11. & Monasticôn *lib. 2. t. 1. n.* 14. *can. inter cetera* 10. *q.* 3. & Concilium Tridentinum. *de sessione* 24. *cap.* 3. I. C.

II.

Iura Synodalia ab Episcopis aduersus Curiones prætensa.

Præter hoc procurationis, visitationis ius Episcopi aliud præterea ius sibi vendicant, quod etiam cathedraticum vel synodaticum vocatur, quod duobus solidis annuis adęratur seu taxatur per Honoriū III. *in c. conquerente de off. iud. ord. ext.* eoque quod definitum fuit in Concilio Toletano (& refertur in *can. inter cætera*, 10 *qu.* 3. ad querelam factam per presbyteros parochiales Gallicanæ prouinciæ. Est autem ius honorificum, quod Curiones Episcopo Diœcesano superiori suo debent, quod præscribi non potest. *d. c. conquerente, & c. auditu & ca. ex officij de præscript. ext.* quotitas tamen præscribi potest *c. olim. de censibus*, & secundum Consuetudinem debetur. Super eo iure causa quædam ampliata fuit inter Curionem diœceseos Niuernensis tanquam ab abusu appellãtem, eo quod Episcopus eum condemnasset ad soluendos viginti quinque solidos præter eos quos obtulisset, qui scilicet nonnisi quinque annui erant: pro quo causam orabat Ramatus, quique dicebat, clientem suum nunquam consueuisse hoc ius Episcopo appellato soluere, neque prædecessores suos Curiones: item ius hoc ei non iure communi, sed ex consuetudine tantum deberi. *d. cap. conquerente in verb. inspectis probationib. & ibi glos.* & in omnem euentum, vt maxime in iure fundatus esset ad id percipiendum: in arbitrio tamen Curionum id esse quod dare eis placeret, & vel modicum honoris causa dare licere. Chandoos pro Episcopo Niuernensi appellato contra dicebat, omnes Episcopos in iure communi fundatos esse ad postulandum, imo ad cogendos omnes Diœcescos suæ Curiones ad Synodatici solutionem: neq; ei alio titulo opus esse præter solum munus Episcopale, Pedum & Mitram: idque iuxta Curionis facultates ei soluendum: asserebatque appellantis parochiam ampli reditus esse. Curia rem ampliauit 11. Decembris 1564. Notetur, ius hoc in Francia Episcopis non solui, nisi longa & continua possessione & consuetudine eius exigendi, eaque super iusta causa fundata, nitantur. *ex c. præsenti in verb nisi de speciali priuilegio vel consuetudine iam præscripta legitime. de off. ordin. in 6* Et sane in pari dubio, Curia Arresto suo, quod datum in controuersia inter Capitulum Ambianense tanquã ab abusu appellans, Episcopum appellatum, decreuit, Episcopum longam possessionem suam probare oportere: interim iuris huius exigendi & exercendi facultate ei interdicta, 7. Ianuarii 1537. Hodie qui gratiam ...... valent, à rege Diplomata impetrare solent, quibus Balliuio prouinciæ vel eius Locumtenenti mandatur, vt hoc ius per prouisionem seu momentaneo beneficio & interim adiudicet, non obstante oppositione aut appellatione qualicunque: & quod ad principale attinet, partes ad Officialē remittat, atque ita miselli Curiones, quod ordinario ipsorum ..... soluere coguntur. Ita vsurpatum, obseruatum à viginti annis in diœcesi Bituricensi, vbi plerique Curionum adeo decimis & iuribus Archiepiscopalibus, Synodalibus, & Cathedraticis premuntur, quantum fructus Beneficiorum ipsorum valent: quæ causa est, cur parochiani sæpe Pastore suo careant. I. C.

III.

Ius Vacantium Archidiaconis permissum sit, & quando.

Curiones iura superius expressa, & ab Episcopis prætensa soluendo liberantur. Et tamen Archidiaconi (qui in iure *oculi Episcoporum* vocantur, *can. Diaconi, 93. distinct.* eo quod iam & Concilio nominatim Laodunensi, Archidiaconi in Episcopi locum subrogati sunt, eisque cura Curionum tam in vrbibus quam ruri commissa fuit, vnde etiam *Episcopi Rurales* dicti) in ius partem portionem sibi vindicant iure quod de deport vacantium, & est reditus anni primi parochię, quoties morte aut resignationē ea vacauit: quod vacantium ius abusiuum declaratum fuit, tum sacro Concilio Basiliensi *in pragmatic. sanct. tit. de annat.* iureque Canonico *in cap. nullus Abbas, 1. q. 2. can Ecclesias, 13. q. 1. & cap præsenti, de off. ordinarij in 6.* tum Arrestis Curiæ: neque solum id ius, verum etiā chirographū & promissio data Archidiacono

cono

cono pro transactione prætensi huiusce iuris, Arresto dato causa perorata, pro quodam Curione, cui nomen Co.bi..o, aduersus Archidiaconum Sablacensem in Ecclesia Sablacensi 20. Aprilis 1563. Pomeridianis horis huiusmodi controuersia ampliata fuit die Iouis 24. Martii 1588. inter Curionem Landinum in Cenomanensi, appellantem à sententia data à Præsidialibus Cenomanensibus, & Archidiaconum pariter Sablacensem in Ecclesia Cenomanensi appellatum Chezellio & Daguesо perorantibus: prædictus Archidiaconus prætendebat sese fundatũ in tempore immemoriali, eaque de re centum contractu & transactione habere se, ad petendam quartam partem fructuũ parochiarum Archidiaconatus sui, vacatione adueniente per permutationem: tertiam, per resignationem aut mortem: Dominus Fayus pro Rege perorans Curiæ supplicauit, vt modus prætenso huic iuri Vacantiui imponeretur, atque in totum aboleretur: & Archidiaconis modicum aliquod ius in parochiis, quę centum coronatorum redittum superarent, relinqueretur: iuxta sententiam Io. Andreæ *in c. inter cætera de off. ordin. in 6.* Curia nihilominus hunc ius tollerauit: quando videlicet Curiones sese intra annum ad ordines Presbyterii promoueri non faciant, ad deseruiendum parochiis, idq; ipsi in persona (quibus tamen ipsis Curia laxamentum seu dilationem dare solet, ad assumendos ordines:) vel quando propter controuersias Curio non seruit, & per Archidiaconum deseruire facit, Choppinus super ea re Arresta adducit. *lib. 1. de sacra Politia, cap. 8. n. 17. 18. & lib. 3. tit. 3. n. 4. 5. 6. 7. & in Indice libri. Monasticon in verbo Arrestum.* I. C.

TIT. XII. DE DECIMIS, NOualibus, Primitiis & congrua portione Curionum.

ARRESTVM I.

Incepcas Primitiarum.

OBlationes primorum fructuum, quas *Primitias* vocant, antiquitus ter in anno fiebant puta in, Paschate, frumenti noui: in Pentecoste, panis noui, & Septembri mense, vini noui. Plinius refert, olim ante lustionem factam, Romanos vina noua bibere noluisse, vel farra seu frumenta comedere, antequam Sacerdotes Primitias nacti fuissent: Modus harum primitiarũ ex voluntate & deuotione cuiusq; oblationem facientis esse solebat, sed postea in consuetudinem & necessitatem res hæc versa fuit, modusque certus ei præscriptus, nempe quod ad anim alia spectat, è centum vitulis vnum & ita de reliquis: de cæteris fructibus, veluti vino, frumento parrochianus non minorem quam sexagesimam partem offerre potest: & Curio non amplius quam quartam exigere potest. *cap. 1. & ibi Innoc. Panorm. & alij de decim.* & ita quidem vt hæc obligatio præcepta esse iudicetur, pariter vt decimæ: prout dicit Boerius *qu. 236. n. 2.* Neq; impedit, quod vltro tributa ordinarie nullã obligationem necessariam producant. *l. si certis annis C. de pact.* Innocen. *in cap. cum in Ecclesiæ de caus. poss. & propriet.* Id enim locum non obtinet in his, quæ ex officio charitatis procedunt, vbi sane consuetudo vltro seruata obligat. *cap. suam. de decim.* & Hyppol. *de Marsil. singular.* 191. Et hac ratione Abbates, Priores, Cõmendatores & cæteri coerceri cogi debent, eleemosynas porro præstare, quæ ab ipsorum prædecessoribus annuatim factæ sunt, & eadem ratione, sic vt non appareat eos aliter obligari, quam ex prædicta consuetudine & præstatione ordinaria: secũdũ doctrinam Pauli de Eleazar *in cap. in literis, de restitut. spoliat.* per textum *cap. ad Apostolicam, de simonia.* sed & Curio parochianos suos cogere potest, ne obseruantiam laudabilis & charitatiuæ consuetudinis, quam obseruauerunt, ad faciendas Primitiarum oblationes, pro modo vicinorum suorum & prædictæ consuetudinis *per cap. olim de consuetud. & can. Apostolica 11. qu. 1.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi pro Arnaldo Basterotio Curione Transiensi, appellato, contra Ioannem Larriguanam, Giraldũ Spauellum & consortes parrochianos ipsius appellãtes à Seneschallo Vasatensi. 2. Decembr. 1558.

Explicatio Primitiarũ de ipsarum necessitate & quota.

Consuetudo laudabilis obligat.

II.

Immunitatem Decimarum pro fundis quos possidet, nemo prætendere potest, *c. ex nobis. de decim.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano ann. 1459. aduersus Wilhelmum Valquium Capitaneum Granensem, qui condemnatus fuit decimas possessionum ad Illustrissimũ Delphinum pertinentium, & à prædicto Capitaneo officii sui ratione possessarum, soluere.

Decimæ ab omnib. non habita ratione immunitatis debentur.

III.

Præscribi Decimæ non possunt. *can. quacunque, 16. quæst. 7. & per Innocen & gloss. in cap. in aliquibus, de decimis.* Forma tamen præstandarum decimarum alia vel minore quantitate, quam legitima, puta vt quinta decima, septima decima, vicesima præstetur, præscribi potest, Et hæc opinio fuit Hostiensis *in summa de decimis*, & multorum aliorum. Et ita compluribus Arrestis Gratianopolitanis iudicatum fuit, quæ Papa *qu. 274.* sine data, i. citra temporis circumstantiã allegat.

Præscriptio quotę decimarũ.

Etsi decima sit impræscriptibilis, vt iudicatum fuit pro Curione Lignerolési in Borbonnis aduersus incolas, qui validam & certam nunquam solutæ vini decimæ probationem habebãt, mense Iunio 1574. in prima Camera Inquisitionum: Quotitas tamen tempore immemoriali, & longa possessione præscribi potest, vide *ca. olim de censibus* Bera.

Quod dicitur, decimas præscribi non posse, id de Parochianis aduersus Curionem suum, aliumve dominum decimarum intelligi debet nam Curio possessione quadraginta annorum decimas alteri Curioni vicino suo debitas præscribere potest, *argumento capitis ad aures, extra de præscriptione:* Non aliter se dici solet iura feudi & censuæ à vasallis, & possessoribus possessionum censualium præscribi non posse, præscribi tamen posse à tertio domino: Et tamen quotitas, & modus soluendi præscribitur vt in censibus, ita in decimis, dummodo solutio vniformis fuerit, id est, eadem ratione semper solutio facta fuerit, secus si difformiter, quia forte vno anno plus, altero minus solutum, iuxta Butrigarium & Bartolum in *l. 1. si soleant. de Offi. Procons. ff. & in l. cum de in rem vers. de vsuris*, D. Franciscus Marcus Decis. 667. *tom. 2. gloss. in ca. aliquibus, & ibi Hostiensis de decimis* Choppinus *li. 2. de morib. Parisiensium tit. vlt. num. 6.* Vide Arrestum tertium in Parlamento Britãniæ pronunciatum per D. Lestatium *fol. 95. Arrestorum in purpura pronunciatorum, quæ Parisiis excusa anno* 1588. Grimaudetus *in tractatu suo de decimis, lib. 3. cap.* 8. I. C.

Addec. 29. tit. de præscript.

IV.

Arresto Gratianopol. quod datum 24 Iunii, 1459. inter Decanum, & Capitulum B. Virginis Gratianopol. actores ab vna parte, & Commendatorẽ Scalarum, eiusque consortes possessores partiarios cõplurium fundorum prædictæ commendę recusantes vna cum prædicto Commendatore decimam soluere, obtentu priuilegii & exemptionis prædicti ordinis pro fundis quos ipsi possident ab altera parte, prædicti opponentes, seu excipientes summoti fuerunt ab hac præscriptione, eo quod apparuisset prædictum Commendatorem fundos fructuum partiariorum lege elocasse, iuxta *textum in c. à nobis in c. dudum de decimi. & cap. ita eodem tit.*

Immunes a decimis ipsi fundos suos colere seu exercere debẽt.

Hoc priuilegium olim commune fuit omnibus religiosis: coarctatum postea ad ordinis Cistertiensis religiosos, & Templarios, qui erant Equites, quique ita vocabantur, eo

quod Hierosolymis in quibusdam domibus templi habitarent, & nunc ad Equites Hierosolymitanos: & Melitenses pro fundis videlicet, quos colunt ipsi propriis manibus & sumptibus: alioquin si eos lege partiaria elocent, cum hoc priuilegium nnoosi personale sit, vtq; ad conductores non transit, quique iidem decimas eorum nomine soluere debent, *c. ex parte, 9. de decim. cap. duarum, de priuileg. ext. cap. nuper, de decim.* Grimaudetus *lib. 3. c. 3.* Charondas *lib. 1. Respons. c. 52. & lib. 7. c. 13.* & Arrestum 4. *& tit. 5. de decim. infra* & Decis. 207. Guid. Pap. vnde hoc Arrestum desumptum est, I. C.

V.

Constitutio Philippina super decimis insolitis.

Constitutio Philippi Augusti, quam *Philippinam* vocant, qua coactio & perceptio decimarum in regno Franciæ insolitarum prohibetur, ansam præbuit liti, quæ Arresto iudicata fuit, omnibus tribunalibus seu cameris coadunatis inter Ioannem Marguinum Curionem parochiæ Bellouelli in Bria actorem, & interdicto experientem propter decimas in loco quodam, qui vocatur Maillart in parochia sua existente prouenientes, & inter Religiosos & Conuentum Carthusianorum prope Parisios, reos & opponentes ab altera parte, super quæstione, an mutata soli qualitate debeantur decimæ: Exempli gratia, si dominus fundi, qui solum mutauit, quod consueuerat frumento conseri, ex quo decimæ soluuntur in aliã culturæ formã, ex qua nullę decimę soluũtur, veluti in prata, syluas, stagna: vtrum, inquam, decimas soluere cogatur fœni, syluæ, vel piscium, in stagno extractorum. Facti species hæc erat: quod prædicti rei lucum quendam, qui vocatur Maillart, in prædicta parochia Bellouelli adquisiuissent, atque in eo loco in aruis stagna quædam, & noua viuaria instituissent, vere aque produxissent, ex quibus aruis scilicet ante instituta prædicta stagna & viuaria Curioni decimæ præstari solebant: is igitur hac ratione piscium decimas loco decimarum frumenti, quas accipere solebat, postulabat, atque in eo bene fundatum sese asserebat, iuxta *capitulum commissum, extr. de decimis.* vbi per status mutationem, & formæ loci non mutatur, nec alteratur substantia obligationis feudalis: itaque si Curio actor antea percipere solebat decimas milii, frumenti, aliorumque fructuum ex aruis, milio, frumento, aliisve fructibus consitis, vel ex vineis, si postea frumento conserantur, vitesque eradicentur, & solum frumento conseratur, decimæ frumenti nunc eidem deberi videntur, iuxta opinionem Zabarellę *in Clementina prima, extra de decimis.* Eadem igitur ratione, Curionem, qui decimas ex prædictis terris fructuum ibi enascentium cum aruorum vsum præstabant, percipere solebat, nunc cum terræ in stagna conuersæ fuerint, decimam piscium, qui ibi producuntur, Curioni deberi, vt maxime in prædicto loco de Maillart aliisque vicinis decimæ stagnorum & piscium percipi non soleant, & decimæ insolitæ in prædicto loco. Prædictam quippe Philippinam, quæ decimas insolitas interdicit, de iis terris, fundis intelligi debere, qui fructus non decimabiles producunt, quique ab omni æuo cultæ non fuerunt, vel in statu fundorum non decimabilium, veluti si semper in statu stagnorum, pratorum, syluarum fuissent, ex quibus in prouincia decimæ præstari non solent: At cum olim & memoria hominum in statu terrarum decimabilium fuerint, atque ex fructibus ipsarum olim decimæ solutæ fuerint, vt in hac facti specie, in qua constabat multa arua, quæ dependebant à prædicto loco de Maillart, ex quibus Curio decimas frumenti, & aliorum seminum percipere solebat, à prædictis religiosis in stagna conuersa fuerant, hoc casu prædictam Philippinam locum habere non debere, argumento *cap. nuper, de decimis extra.* Econtrario prædicti rei asserebant, prędictam Philippinam indefinite accipiendam de omnibus terris fructus non decimabiles producentibus, vt maxime antea decima de prędictis terris solui consueuisset, quo tempore fructus decimales producebant: eo quod dominus decimarum siue Curio sit, siue alius, fundi dominus non est: neque possessorem cogere potest, vt conserat, & colat terram, aut impedire ipsum, quominus soli qualitatem immutet, frumento conseri soliti: cum liberum cuique sit de re sua ad ipsum pertinente pro arbitrio suo disponere etiam cum alterius damno, *l. fluminum l. Proculus ff. de damno infecto.* modo animo nocendi id non fiat, *l. cum in fundo, ff. de rei vendicat.* alioquin lapsu seu processu temporis res omnes decimarum iuri obnoxias fore: qua re plus nimio libertas hominum infringeretur. Et vero iuxta hęc pro libertate tuenda iudicatum fuit, dictumque Arresto 24. Februar. 1539. quod datum ad relationem Dn. Le Vois, Carthusianos nullas decimas isti Curioni piscium prędictorum stagnorum & viuariorum soluere cogi, quamdiu videlicet stagna manerent.

Hoc Arrestum excerpsi ex schedis prædicti defuncti D. Le Vois aliter & melius iudicio meo, quam hoc loco insertum fuerat a defuncto D. Papone I. C. Nota, quod qui habent iura decimarum in aruis, non retinent prædictum ius, si in aliud culturæ genus migrauerint. Charondas *lib. 7. Respons. ca. 135.* Grimaudetus *lib. 3. de decim. cap. 3. & 4.*

VI.

Corruptio status Leuitici.

Posteaquam status Ecclesiastici, & Leuitici mores tantopere deprauatos compertum est, decimarũ debitores, suamet aliquam sponte corruptos lubido incessit, vel paucas decimas soluere, vel etiam nullas, cum tamen iuris dispositione, & olim criminis prope capitalis instar fuerit eas non pręstare. Prędicti scilicet debitores compererunt prędictam decimam in pauperum alimenta dedicatam post presbyteros videlicet inde exhibitos, à prędictis Presbyteris omnino distrahi, sic vt nullam earum partem post honestam videlicet sui exhibitionem in prędictum secundum finem impenderent: & quod peius est, compertum fuit, presbyteros ad stipem necessariam pereuntibus pauperibus in alimoniam conferendam rogatos non modo recusasse, quin potius vt decimas ita res alias ex caritate in ipsorum manibus in pauperum subsidia magis, quam in prędictorum Presbyterorum fauorem relictas, in voluptates suas profudisse. Vnde factum, vt quisque de his pro arbitrio suo opinatus sit: adeo vt non dubitarent dicere, non æquum esse, vt vnus Presbyter, Prior, Abbas, Capitulum, aut Conuentus solus deuoret, quod tot hominibus tot generum indigentibus, fameq; pereuntibus relictũ fuerat. Et nihilominus tamen id postulantibus Episcopo, Capitulo & Clero Carnutensi, Rex Edictũ suũ super pstatione decimarum 1. Mart. 1545. còdidit, quod & postea publicatũ, lectũ, & in Regesta relatũ vltima die prædicti mensis fuit: quo sc. interdictũ frumenta decimabilia demetere, quin prius dies huic rei peragendæ publicatus esset publiceq; denunciatus ex Ambone die Dominica aliove quo die huic rei idoneo: quo videl. Dominus decimalis, i. cui decimæ debentur, eo cõperto ipse ei rei superesse possit, aliumve ad percipiẽda iura sua mittere: idq; sub condemnatione pœnę damnorum & interesse *h*aduersus ea quid facientibus: Hoc edictum non est iuris noui, sed declaratio iuris antiqui. Agricola quippe fructus citra scientiam aut pręsentiam decimatoris, aut ab eo delegati transferre euehere e non debet, *l. 2. ibi. sub aspectu Curialium, Cod. quando & quibus quarta pars. lib. 10. & C. non solum. de rei vendicat.* Neque dubium est, cum, ad quem decimæ

Edictum Regis super præstatione decimarum.

spe-

spectant partiarium fructuum dominum esse, atque adeo & fundorum: fructus enim pars fundi sunt, *l. fructus. ff. de rei vindic.* Itaque non potest agricola absq; prædicto decimario id transferre, quod ad ipsum nõ in totum spectat, &, vt loquuntur, sine personario suo, id est, partiario, cuiusve interest, *l. Paulus. ff. de procurat. & l. nam ita Diuus. ff. de adopt.* Vide quę scripsimus *in consuetudines Borbonias*, & ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1549: pro capitulo de Menhe, prædicti loci Gratianopoleos, inquam, aduersus fundorum decimabilium possessores.

a Omnibus proprietariis, dominis, possessoribus, in possessione constitutis, detentatoribus fundorum & possessionum, quæ iuri decimarum obnoxiæ sunt. B.

b Itemque confiscationis frumentorum, seu seminum, fructuum, equorum, currorum, & instrumentorum. B. Vide hoc edictum, multaque alia *cap. vlt. tractat. de decimis D. Grimaudeti.* I. C.

c Vel in ipso agro consuetudo seu consuetum ius, id est, pars debita relinquenda est. B. Simile Arrestum datum fuit 23. Iulii 1562. pro Religiosis, Abbatissa, & Conuentu Cellensi Sanctę Bautheæ: Hisque addatur noua constitutio sub forma mandati ad Præfectum vrbicum Parisiensem directa, de cogendis quibuscunque ad soluendas decimas, Campipartia, salaria, census, reditus, aliaque iura & debita, Prælatis, sub pœna capiendorum fundorum & dominiorum, quæ lecta fuit & publicata 2. Augusti. Aliud Edictum Regis pro restitutione, instauratione, & solutione decimarum, aliorumque bonorum male possessorum ad Ecclesiasticos pertinentium, idque ad prædictum Edictum 20. diei Augusti relatiuum, lectum & publicatum fuit ad tubæ sonitum, 1. Decembr. 1563. Hic obseruandum est, Edictum Blesense iubere decimas solui propositis mulctis: & tamen decima nona Iulii 1563. sententia Lugdunensis infirmata fuit in eo, quod ante pignora mulcta adiudicata fuit. B

Arrestum, quod Edictum Blesense pro præstatione decimarum interpretatur.

Maynardus *quæst. notabil. cap. 31 35 36. 37 38. 40. & lib. 2. c. 2.* refert, Arresto Tholosano omnes eos, qui decimas perciperent ad collationem in alimenta pauperum, & prædicatoris salarium condemnatos fuisse I. C.

VII.

Noualia potentia Canonicis debentur.

Etsi iuris dispositione noualia Curioni debeantur, priuatiue exclusis cæteris in parochia sua, nihilominus Arresto, quod pronunciatum fuit vigilia Pentecostes anno 1534 dictum fuit, tertiam tantum prędictorum noualium Curioni relinquendam, vna cum restitutione fructuum decennii.

VIII.

Cognitio controuersię decimalis ad Curiam ecclesiasticam spectat.

Anno 1262. Arresto Parisiensi iudicatum fuit pro Episcopo Baiocensi, cognitionem controuersiæ decimalis ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere, nisi forte de possessione ageretur.

Desumptum ex D. I ecio *lib. 2. tit. 1. arresto 2.* & extat repetitum *supra tit. de iurisdict. eccles. arrest. 1.* I. C.

IX.

Sola allegatio infeudationis sufficit ad remittendam controuersiam ad Iudicem Regium saeculi.

Si controuersia sit petitoria de decimis coram Officiali, & ilico reus infeudationem probet, vnde liqueat, eum in feudum à Domino Laico tenere, hoc casu prædictus Officialis controuersiam ad iudicem Domini, à quo decima mouerit, remittere debet: alioquin ab eo tanquam ab abusu appellare licet, & ita iudicatum fuit inter cætera Arresta Parlamenti omnium Sanctorum, Parisiis anno 1283.

Hoc Arrestum desumptum est a D. Papono è veteri stylo Curiæ Parlamenti *parte 7. cap 78.* vbi D. Carolus Molinæus recte obseruauit, id in vsu non amplius esse: nam inquit, is, qui decimas infeudatas possidet, & coram Officiali citatur super portione congrua, potest ad Iudicem regium locare, atque ab eo causæ euocationem impetrare, & interea cessat Iudex Ecclesiasticus, donec Iudex Regius cognouerit, *an sit infeudata.* Et hodie hoc iure vtimur, vt coram Iudice Ecclesiastico sufficiat allegare decimã esse infeodatam, nulla præstita probatione infeodationis, isque ad Iudicem Regium remittere debet, coram quo Curio postulabit, vti Dominus decimarum exhibeat instrumenta feudalia fidelitatis, & homagii præstiti decimarum nomine: quod si ea non exhibeat Curio, ad Iudicem suum Ecclesiasticum remitti debet, idem Molinæus *ad artic. 47. num. 16. & sequent. tit. de feudis ad consuetudines Parisienses.* D. Bourdinus *super articulum 1. constitutionis* 1539. & post eos Choppinus *lib. 2. de sacra politia, tit. 1. num. 5.* deque hac re scripsi *ad artic. 17. styli Curiarum Ecclesiasticarum Bituricensium.* Vide etiam *arrestum 1, 2. & 3. tit. 5. & arrestum 4. tit. 10.* I. C.

X.

Curio fundatus est in iure percipiendi noualia, priuatiue cæteris omnibus exclusis: nisi supra ipsum Curio primitiuus aliquis constitutus sit: tum enim Vicarius tantum perpetuus foret, neq; prædicta noualia, excluso Ordinario suo, & præsentatore, qui est Curio primitiuus, & ad quæ illæ spectant, salua tantum congrua portione prædicti Vicarii perpetui, vindicare posset. (Verum aduersus cæteros eas petere & obtinere potest, etsi illis priuilegio quodam huiusmodi noualia indulta fuerint) & vero illo casu Curia olim Arrestis Parisiensibus adiudicauit singulis eorum, videlicet ex parte dimidia: è quibus vnum Arrestum est 23. Decembr. 1545. iuxta Decisionem *c. statuto, §. statuimus, de decimis, lib. 6.*

Noualia quib competant.

Cap. *quoniam cap. ex parte. cap. in tua, de decimis* Rebuff. *in tract. de congrua portione, n. 111.* Berg Verum si super ipsa sit Curio primitiuus Vicarius perpetuus, portionis congruæ ius habet. Maynard. *lib. 1 quæst. c. 30.* I. C.

XI.

Vetus controuersia, mota super solutione Decimarum, temporibus Clementis 3. Celestini 3. & Innocentii 3. Pontificum, satis definita videtur, vt de ea amplius agi non debeat: vt est decisum *cap. tr. ex parte, cap. non est in potestate. cap. tua nobis. extr. de decim.* nempe, Decimam de fructibus fundi nulla sementis, impensarum ad culturam, & censuum debitorum, fundi nomine diminutione neque distractione facta soluendam esse. Nihilominus tamen tempestate seu seculo nostro mercator quidam Turonensis, nomine Renatus Motellus, cum prædictum dubium iudicio suo ratione niti, & quadantenus bene fundatum crederet, periculum eius fecit, fiducia rationis cuiusdam, quæ videtur & habet veri speciem quandam: nempe, quod omnino constet, Decimam nonnisi ex fructu deberi: atquin fructus domino, decimæ debitori non prouenire, nisi distractis oneribus & impensis. Ac præterea, sanctiones & Constitutiones Canonicas in contrarium conditas suspectas esse, vtpote ab iis profectas, quorum maxime interest, quique adeo in caussa propria iudices essent. His igitur rationibus æquitatem hoc tempore cognitam iri sperans, rem rursum cœpit, atque excipere aduersus interdictum vti possidetis, Decani, Canonicorum, & Capituli sancti Martini Turonensis, qui adserebant se ius & possessionem habere percipiendarum Decimarum in parochiis sibi suppositis, ac nominatim in vinea prædicti Morelli, in singulas vndenas vehas, vnam. Is itaque regerebat, vt maxime ita antea soluisset, nulla tamen id ratione factum: quandoquidem vineam illam possideret ab actoribus sub magnis oneribus & rentibus frumenti, caponum, aliarumque rerum: quibus oneribus cum impendiis circa vites deductis non superesse sibi tertiam fructuum: cuius tertiæ Decimam soluere offerebat, quæ ratione habita omnium fructuum ne trigesimam quidem partem constituebat: atquin fructus non dici, nisi deductis impensis. Deinde Canonum contrariorum compilatores, hac in re partes esse: simul & Iudices scilicet: Postremo, originem Decimarum ex sola & mera voluntate citra vllam necessitatem fluxisse, idque pro Curione solummodo. Actores in proposito perstabant: ac præterea, quod essent Curiones primi-

Decimæ soluendæ ex fructib. non deductis impensis & oneribus.

(c. cum sint homines, de decim. I. C.)

l. fructus ff. de rei vind.

tiui. Iudicio Libellariorum Palatii, causa vincunt: à quo appellatum à Morello: & admissa appellatio in Parlamento Parisiensi: vbi Arresto 7. Septembris, 1560. dictum fuit, bene iudicatum: & ipse multæ subiectus.

Ita Rex vicesimam vini per auersionem venditi exigit, non deductis impensis in vineam factis. Constitutio anni 1534.

XII.

Venditio Decimarũ à laico Ecclesiæ facta, retractui gentilitio obnoxia nõ est.

Præsupposito, lege diuina (qua Decima introducta fuit) Ecclesiasticos eos esse, quibus ea debetur, exclusis Laicis, vt continetur *vltimo capite Leuitici*: Filiis enim Leui decima reseruata est, qui in Fœderis tabernaculo ministrabant: Si Laicus decimam aliquam possideat, eamque vendat Ecclesiæ, huiusmodi venditio retractui gentilitio obnoxia non est: neque potest ad Laicum iterum redire, *ca prohibemus, de decimis.* & argum. *l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.* Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Episcopo Constantinensi.

XII.

Noualia ad Curiones priuatiue exclusis omnib. aliis spectant.

Curio [a] turbatum se in percipiendis nonalibus in parochia sua à Religiosis Abbate & Conuentu vicinis suis, dicens, eos citat, atque aduersus eos interdicto experitur: dicens sese fundatum in iure communi, in ipsorum possessione, in qua turbetur, impediatur, atque ideo concludere se, &c. Rei conuenti ei regerunt, se huiusmodi noualium possidendorum capaces esse: ac præterea fundatos sese esse in instrumento quodam peculiari & speciali eum Curione interdicto experientis prædecessore, quadraginta iam annos celebrato: prædictumque Curionem, eiusque successores reditum & ius annuum percepisse, quod rei conuenti antidori nomine præstare debebant, atque adeo in possessione esse instrumento munita & vallata. Iudicio Libellariorum Palatii Curio depulsus fuit, reique in possessione defensi fuere: Curio appellat, & appellatio eius in Parlamento recipitur: Interea euenit, vt possessor quidam parochianus syluam excinderet, atque inibi vineam institueret. Curio decimam vini exigit. Oeconomus conuentus intercedit, & ait, se ratione Officii sui claustralis ius habere exigendi Decimam in prædicto loco, eoque postulare se Decimam & noualia. Sententia Libellariorum Curio manutenetur. Religiosi, Abbas & Conuentus appellant, & in Curia appellatio eorum recipitur, vbi duæ instantiæ & appellationes coniunguntur. Arresto, quantum ad Oeconomum pertinet, dicitur bene iudicatum, male appellatum à Religiosis, vna cum expensis & multa præiudiciali. Quod ad primam appellationem spectat, Curia sententiam infirmat, & Curionem in possessione omnium noualium parochiæ suæ tuetur, appellatosque in expensas instantiarum, damnorum, & interesse turbatæ possessionis condemnat, non obstante instrumento 30. Octobris 1555. Desumptum ex aduersariis Domini Brissonii. Ita iudicatum fuit 12. Martii 1565. pro Curione Camporum prope Parisios. Notandum est etiam, Curionem ex certis causis ius suum Decimæ sui temporis parochiano cedere posse. Iudicatum aduersus Curionem Mauressandensem in Bria mense April. 1577. ad relationem defuncti Domini Matillaci. Berg.

[a] Quod noualia ad Curionem solum, ad nullum alium spectent, Charondas complurima eam in rem Arresta allegat *libro 1. Respons. c. 27. 28.* v. Maynardum *lib. 2. quæst. notabil. c. 30.* Grimaudetum *lib. 3. c. 4. de decim.* I. C.

APPENDIX ARRESTORVM

Ad titulum XI.

I.

Quando decimæ coram Iudice Regio petantur.

NOta, Decimam coram Iudice Regio peti, cum videl. de iure indubitato, seu quod in dubium nõ reuocatur, agitur: Iudicatum ita inter Commendatorem & Religiosos Andegauenses 24 Mart. 1575. Item, cum agitur, non quidem de iure ipso & continuatione ac præstatione continua, verum de solutione reliquorum vnius anni aut duorum. B.

II.

Vtrum Curio in conductione Decimarũ aliis præferatur.

Curiones in parochiis suis residentes omnibus aliis præferuntur in conductionibus Decimarum parochiæ suæ, ex Constitutione anni 1577. quæ & confirmata fuit Arresto 18. Nouemb. 1578. Berg.

Constitutione, quæ data Parisiis mense Decembri 1606. *art. 14.* continetur vt Ecclesiastici quibus videbitur, Decimas suas elocare possint, ita vt Curiones nullum in his cõducendis prælationis seu protopraxiæ ius sibi vindicare possint, nõ obstantibus quibuscunque constitutionibus huic contrariis: quas, si quæ sunt, ac constitutionem illam, reuocauimus, & soluimus, decernimusque, vt earum loco Arresto datum in Curia nostra Parlamenti Parisiensis 11. Februarii 1604 in simili controuersia, & ad impediendas huiuscemodi prælationes protopraxias inuiolabiliter custodiatur. Vide Collationem Constitutionum *lib. 1. tit. 2. par. 3. § 4.*

III.

Desumptum ex Regestis Curiæ Parlamenti.

Curiæ supremæ lite pendente super possessorio propter decimas aduersus Curionem vel propter ipsius portionẽ congruam alimenta Curioni eiusque perpetuo Vicario adiudicant, & in principali partes ad iudicem ecclesiasticũ remittunt.

HENRICVS Dei gratia Franciæ & Nauarræ Rex, Omnibus hasce visuris, salutem. Cum mense Iunio anni 1602. instantia seu lis introducta fuisset coram Consiliariis & Commissariis Libellorum Palatii nostri Tholosani, amicis & fidelibus nostris, vigore supplicis libelli in eo oblati à Ioanne Carbonello Presbytero & Rectore Recturæ Ecclesiæ parochialis sancti Blasii in loco Bastidæ Montisfortii, & annexarum ipsius, aduersus Illustr. Alphonsum Albenium Episcopum Albiensem, amicum nostrum, & Hieronymum Bandinellium Canonicum & Archidiaconum in Ecclesia Cathedrali Albiensi, velut maximam fructuum & redituum decimalium partem in parochia prædictæ Ecclesiæ, & prædictis eius annexis percipientem: quo quidem libello id agebatur, vt prædictus Carbonellus manuteneretur in tertia omnium & singulorum fructuum & redituum parte, pro congrua videlicet portione ei debita, tanquam Rectori, vt supra dictum, iuxta sancta decreta. Super quo libello supplice causa perorata 18. prædicti mensis Iunii, cum prædicti Consiliarii & Commissarii iudicio suo declarassent, quantum spectaret prædictam congruam portionem, se non impedire, quo minus sibi partes consulerent, vbi opus esset, & super prouisione interim à prædicto Carbonello postulata, decreuissent partes scripto consignaturas, daturas, producturas, quod ipsis videbitur, intra tridui proximi spatium: eumque post hoc iudiciũ prædictus Bandinellius alium libellum obtulisset prædictis Consiliariis & Commissariis, vt si locus congruæ foret portioni, ea prædictus Albenius Episcopus oneraretur, ac præterea, vt idem Albenius ad collationem in stipendia & alimoniã prędicatoris, qui prędicaturus esset in prędicto loco Bastidæ, per Quadragesimæ tempus, condemnaretur secundum & proportione habita fructuum & redituum, quos in prædicta parochia percipit: Cumque super hunc libellũ partibus admissis ad scripto consignandum & producendum 12. Iulii prædicti anni 1602. præfatus Albenius Episcopus & ipse alium libellum

can. de redditibus. can. clericis 12. q. 1.

bellum obtulisset, eo fine, vt prædictus Bandinellius cogeretur ei in causa adesse, & si forte succumberet, condemnaretur ad eum indemnem aduersus Carbonellum præstandum. Cumque super hunc quoq; libellū partes admissę fuissent ad scripto cōsignandū & producendum; præfatus Carbonellus ad sui defensionem dici curasset, quod vt maxime ad officii celebrationem in prędicta Ecclesia eiusque annexis peragendam, quinimo in loco Mauriacensi, qui leuca vna & dimidia à Bastida distat, multas & magnas impensas facere, ac maxime in salaria trium Vicariorum, & trium Clericorum, itemque magnas decimas soluere cogeretur, tamen prędictum Albenium & Bandinellium Episcopum & Archidiaconū pene omnes fructus & reditus ex illis locis percipere; adeo quidem vt quod prędicto Carbonello Rectori superesset, ad salaria præstanda prædictis Vicariis & Clericis & ad decimas soluendas non sufficeret: atque ideo concludebat, libellum, seu petitionem suam ciuilem esse & admittendam: & quo casu contradiceretur, expensas, damna & interesse postulabat: Viceuersa Bandinellius dixit contra prędictum Carbonellum, istum Carbonellum non esse Rectorem prædictæ Ecclesiæ Bastidæ: & quidquid huius esset, reditum quem Rectores eius in prædicta parochia percipere consuessent, plus satis ad eorum subsistentiā sufficere, vtpote cum deductis omnibus oneribus, plus quam centum coronatos immunes haberent: proinde his ita se habentibus concludebat prædictum Carbonellum in prædicto libello suo non esse admittendum. Contra Episcopum vero prædictus Bandinellius dixit, cum tempore secularizationis prædictæ Ecclesiæ Cathedralis Albiensis factæ iuxta Bullam Papæ Bonifacii 8. Canonicis, qui in ea instituti fuerunt, summa quinq[uagin]ta librarum, pro portione adsignata fuisset, Archidiaconis vero summa 100. librarum annuarum, ab omni onere immunium. Episcopū Albiensem postea hunc reditum super quibusdam Dioecesis suæ beneficiis adsignasse, ac inter alia reditum Archidiaconatus, quo ipse Bandinellius fruitur, super tribus partibus, toto in septem diuiso, maiorum fructuum Decimalium prædictæ parochiæ Bastidæ: atque ideo prædictum reditum valde exiguum non potuisse diminui, quandoquidem traditus fuisset vice summę centum librarum, quæ tempore prædictæ secularizationis pluris erit, quam hodie summa mille librarum, ideoque apte concludebat, vt libellus ipsius admitteretur. A parte prædicti Albenii Episcopi dictum fuit, controuersiam motam à prædicto Carbonello non spectare ad cognitionem Iudicis Laici, verum ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere, ideoque ad ipsum prædictos Consiliarios & Commissarios se remittere debere: de cætero dicebat, libellum prædicti Bandinelli ineptum esse: econtra eum, quem ipse obtulisset ad indemnitatem assequendam ciuilem esse, eo quod Bulla Papæ Clementis V. anni 1300. cuius vigore reditus prædicti Archidiaconatus super tribus partibus prædictorum fructuum decimalium adsignatus fuerat, prædicta assignatio ordinata factaque fuisset, cum reseruationibus portionum congruarum Vicariorum perpetuorum: & per consequens, si supplementum aliquod Carbonello adiudicaretur, prędictum Bandinellium id sufferre oportere: atque ita concludebat, & quo alio meliore modo: Et ad probationem intentionum cuiusque, prædictæ partes instrumenta sua exhibuerunt: primum prædictus Carbonellus exhibuit duo instrumenta elocationis factæ à prædicto Albenio quatuor partium prædictorum fructuum decimalium ad ipsum spectantium, vt ita de eius valore fidem faceret: sub data 25. Maii 1590. & 5. Iun. 1599. quorum vnius pretium prædictæ elocationis annuæ summæ quingentorum viginti duorum coronatorū respondebat: alterius vero summæ, 416. coronatorum, & quadraginta insuper solidorum. Secūdo exhibebat aliud instrumentum elocationis reditus, quē prædictus Rector percipere solebat in prædicto loco Bastidæ pro summa 25. coronatorum, datum 24. ... anni 1600. Tertio exhibebat mandata quædam susceptoris Decimarum, vt exinde liqueret anno 1601. & 1602. se pro parte prædictarum Decimarum in 57. libras sex denarios censitum fuisse, at vero prædictum Bandinellium in 54. libras sex denarios tantum, cum tamen Bandinellius tres partes reliquas è septem prædictorum fructuum decimalium perciperet. At Bandinellius exhibuit excerpta quædam, nonnullarum clausularum Bullæ continentis secularizationem prædictæ Ecclesiæ Cathedralis Albiensis: ac præterea quinque instrumenta elocationis prædictorum fructuum decimalium, quos prædictus Rector Bastidæ in prædicto loco percipere solebat, de die 26. Iulii, 1586. 29. Iun. 1587. 7. Iun. 1588. 2. Iun. 1589. & 9. Iunii 1598. Insuper, duo alia instrumenta elocationis fructuum, quos idem Rector in prædicto loco Mauriacensi, & loco Maurellensi prædictæ Rectoriæ Bastidę annexis percipere solebat, de die 8. Maii 1597. 1598. Et prædictus Albenius Episcopus exhibuit excerpta è prædicta Bulla prædicti Papæ Clementis V.

Visis omnibus his, quæ exhibita fuerant, prædicti Consiliarii & Commissarii iudicio suo, dato inter partes 2. Septembr. prædicto anno 1602. (citra præiudicium prædicti iudicii 18. Iunii, quo exprimebatur, non ideo impediri partes quin prędictę partes super congrua portione à prædicto Carbonello postulata sibi prospicere possint coram ipsorum Iudice Ecclesiastico competente) quantum ad hoc tactione habita libelli prædicti Carbonelli, ei per prouisionem quartam partem omnium & singulorum fructuum decimalium adiudicarunt, qui prouenitur in prædicta parochia Sancti Blasii Bastidæ Montisfortii, vna cum quarta onerum parte, quæ prædictis fructibus imminent citra præiudicium iurium vltro citroque pretensorum à prædicto Episcopo & Bandinello, quæ coram prædicto Iudice, vt pareret, explicare poterunt, idque citra expensarum rationem. Ab hoc iudicio prædictus Albenius Episcopus in Curia nostra Parlamenti Tholosani aduersus prædictos Carbonellum & Bandinellium appellauit: cuius occasione in prædicta Curia partibus per Procuratores suos comparentibus Bandinellius exposuit, sese prædictæ appellationi adhærere velle, ac proinde appellare sese à prædicto iudicio aduersum prædictos Albenium & Carbonellum, & consequenter super prædictis appellationibus conclusum fuit pariter, vt in processu, qui scriptura absolutus fuerat, 9. Decembr. prædicto anno 1602. & 7. Februarii nuper transacta. At prædictus Albenius grauamina sua exhibuit, quæ manifesta adserebat esse, eo quod non relaxatus fuisset à prædicta congrua portione, quodq; ad eius collationem pro quarta parte cōdemnatus fuisset, nulla ipsi indemnitate prospectum aduersus prędictum Bandinellium, & quod prædictus Bandinellius non condemnatus fuisset eam soluere, omnino iuxta prædictam Bullam Papæ Clementis V. ac præterea, quod adiudicatio prouisionis quartę partis prędictorum fructuum commodo prędicti Carbonelli esset immodica, cum certum sit, eam in Regno nostro ad quadraginta coronatorum summam redigi solere. His de causis præ-

Rationes Carbonelli.

Rationes Bandinelli.

Cal Ian. Pontificat. ... 5. Id ... 19. Decemb. 1297

Rationes Episcopi.

Bonus for. ... Constitutio Regis Philip. ... 148. 149.

(Pro hac prouisione v. Rebuff. in tr. sur. de portione congrua, q. 7. num 59. Chopp. de sac. polit. li. 3. c. 4. n. 8.

Appellatio ab vna parte interposita alteri quoq. parti prodest.

Portio congrua 40 coronatorū.

prædictus Albenius Episcopus concludebat male iudicatum, & decernendum bene appellatum seque relaxandum ab articulis & conclusionibus aduersus se intentatis, saluo regressus iure prædicto Rectori aduersus prædictum Bandinellium Archidiaconum, ac postremum expensas, damna & interesse postulabat. Similiter prædictus Bandinellius grauamina sua exhibuit, quibus exponebat, vt iam quoque fecerat coram prædictis Consiliariis, & Commissariis, prædictum Rectorem amplum reditum habere, & percipere in prædicta parochia Bastidæ eique annexis puta ducentarum librarum, oneribus omnibus deductis, multoque ampliorem quam quæ ad eius exhibitionẽ necessaria esset, quin si ipse officium diuinum vti obligatus erat celebraret, nullo Vicario opus ipsi fore, quandoquidem multi Presbyteri in prędicto loco nati sint, qui libenter in prædicta Ecclesia seruirent, lucri videlicet quod inibi de more faciebant ergo, vtpote manuali ipsius amplissimo existente: eamq; in rem allegabat constitutiones, quibus prohibebatur huiusmodi congruas portiones adiudicari, si Rectores aut Vicarii perpetui 40. coronatorũ reditum haberent: itẽque instrumenta elocationis fructuum, quos prędictus Rector in prædicta parochia, & prædictis annexis per prædictum Bandinellium percipiebat, quæ iam coram prædictis Consiliariis & Commissariis exhibuerat, quosque etiamnum in prædicta Curia nostra exhibere paratus esset, ex quibus apparebat pretium prædictæ elocationis multam prædictam 40. coronatorum summam oneribus solemnibus decretis superare: ac præterea non debuisse prædictos Consiliarios & Commissarios prædictam congruam portionem super præfatum Bandinellium adiudicare, Verum supra prædictum Albenium Episcopum, si adiudicationi locus esset, ex causis quæ in prædicta secularizationis bulla continentur: ac maxime habita ratione reditus prædicti Archidiaconatus, qui tempore assignationis ipsius non ad summam vsque prædictam 100. librarum pertingebat, quæ quidem tum temporis pluris æstimabantur, quam hac tempestate 1000. vel 1200. libræ: insuper, prædictos Consiliarios & Commissarios prædictum Bãdinellium grauasse, in eo quod prædictum Episcopum ad collationem in expensas salarii, & exhibitionis prædicti prædicatoris condemnare noluissent. His de causis prædictus Bandinellius pariter concludebat, male iudicatum à prædictis Consiliariis, & Commissariis, à se bene appellatum, atq; adeo ab articulis & conclusionibus prædicti Carbonelli se relaxandum: & in omnem euentũ nulla libelli prædicti Albieni ratione habita, sui vero habita, si prouisioni locus esset, eam in prædictum Episcopum reiiciendam, eumq; ad collationem in salarium & exhibitionem prædicti prædicatoris condemnãdum, atque omni alio meliore modo concludebat. Cæterum prædictus Bandinellius quatuor instrumenta elocationis prædicti Archidiaconatus exhibuit, 13. Iunii 1564. 10. Febr. 1575. 6. Decembr. 1576. 17. Nouemb. 1577. & 11. Septemb. 1579. itemque sedecim alia instrumenta elocationis fructuum Episcopatus Albiensis, ac nominatim fructuum prædicti loci Bastidæ anni 1294. 1295. & 1296. quos Episcopus penitus percipiebat, pro quantitate 99. sextariorum frumenti, qui minimi valoris erant, vt inde adstrueret, id quod postea ex prædictis fructibus præfato Archidiacono prædictum fuit, ne quidem summam 100. librarum æquare, quæ ipsi pensionis nomine adiudicata fuit, prędictę secularizationis tẽpore. Ex contrario prędictus Carbonellus contra dictoriis libellis defendit articulos à se coram prædictis consiliariis & Commissariis deductos, probatos nempe de medio reditu, quem ex prædicto loco Bastidæ percipiebat, deque expensis, quæ ipsi pro sui & prædictorum Vicariorum, & Clericorum exhibitione incumberent, seque verum titularium & possessorem, prædictę Recturæ esse, vti constabat ex documentis quæ coram prædicta Curia nostra exhibuerat. Igitur concludebat, prædictos appellantes declarari oportere non admissibiles vna cum expensis & multa ordinaria. Tandẽ cũ prædictæ partes dixissent, deduxissent, allegassent, produxissent, quod ipsis cõmodum videbatur. NOTVM facimus, quod prædicta Curia nostra in instantia inter prædictum Illustrem Alphonsum Albenium Episcopom, & Dom. temporalem Albiensis ciuitatis appellantem à iudicio prędictorum Consiliariorum & Comissariorum, & prædictum Hieronymum Bandinellium Canonicum & Archidiaconum in prædicta Ecclesia Cathedrali Albiensi, prædictæ appellationi adhærentẽ ab vna parte, & prædictum Ioannem Carbonellum Presbyterum, seque Rectorem prædicti loci Bastidæ indigetantem appellatum: & alio quoq; respectu inter prædictum Bandinellium pariter appellatum ab altera parte: Visoque processu, seu visis gestis causarum perorationibus, prædicto die 9. Decembr. 1602. & 7 Februar. nuper præterita, grauaminibus, libellis contradictoriis, libellis supplicibus, allegationibus, aliisque partium productionibus, Arresto suo hoc die dato, cum matura magnaque deliberatione, quantũ ad id spectat, quod prædicto iudicio præfati Consiliarii & Commissarii nullam supplicis libelli prędicti Bandinellii rationẽ habuerunt, qua parte scilicet postulabat prædictũ Episcopum ad expensas prædicatoris conferre oportere, appellationem, idque à quo appellatum est, annihilat, & annullat & hac in parte prædictum iudicium reformando, per prouisionem & citra præiudicium prædictarum partiũ, condemnauit, & cõdemnat prædictum Albenium Episcopum ad conferendum in salarium & exhibitionem prædicatoris, qui in loco Bastidæ prædicaturus est, ratione & proportione habita quantitatis fructuum, quos præfatus Albenius in prædicta parochia Bastidæ percipit: In cæteris vero omnibus prædictam appellationem annihilauit & annihilat, decreuitque & decernit, vt id à quo appellatum fuit effectum suum sortiretur. Nihilominus declarat prædicta Curia nostra præfatum Carbonellum super quartam prædictorum fructuum ipsi prædicto iudicio adiudicatam prænumerare & deducere oportere, id quod capere & percipere consueuit, tum in prædicto loco & parochia Bastidæ, tum in ipsius annexa: idq; citra expensas prædictæ appellationis iustis de causis. In cuius rei fidem sigillum nostrum præsentibus hisce apponi curauimus, &c. Datum Thulosæ in Parlamento nostro, 17. Martii, 1603.

Rationes in causa appellationis Archidiaconi, Patroni & Curionis primi.

Regis Caroli IX. an. 1571. 1572.

Conclusiones aduersus Episcopum pro contributionem impendiatum in Prædicatores.

Rationes & responsa Rectoris in causa appellationis.

Iudicium Curię Tholosanæ.

Episcopus qui decimas in parochia percipit condemnatus ad collationem salarii Prædicatoris cum aliis Domini decimatoriis.

Ita signatum *Fontaines.*

Idem iudicatum fuit in terminis altero Arresto prædictæ Curiæ ad easdem rationes, inter D. Albenium Episcopum & Ioannem Citonium Canonicum, & Archidiaconum de Podio sancti Georgii in prædicta Ecclesia Albiensi, atque hoc contemplatu, Curionem primitiuum, & patronum Ecclesiæ parochialis Catamonsii, eiusque annexarum appellantes a sententia data a Libellaris Palatii pro Huguone Richardo prædictæ Ecclesiæ, eiusque annexarum, & prædictum Richardum appellatum 9. Septemb. 1602 qua sententia non habita ratione exceptionis dilatoriæ & forum reuocationis ad Iudicem ecclesiasticum à prædicto Episcopo, & Archidiacono peritæ, decretum fuerat partes ad Iudicem ecclesiasticum itutas pro portione congrua a prædicto Richardo

Quarta pars decimarum Curioni per prouisionem pro congrua sua portione adiudicatur.

posty.

postulata: atque interim per prouisionem prædicto Richardo quarta pars fructuum decimalium, qui in territorio prædictæ parochiæ Caramousii, cuique annexis prouenirent, adiudicata fuit: Curia appellationē anihilauit, decreuitque vt id à quo appellatum fuisset plenum & integrum effectum suum sortiretur: ac insuper appellantes in expensas condemnauit Arresto 11. Iun. 1603. quod factum non fuerat in iudicio Carbonelliano, eo quod Curia perspexerat prædictum Carbonellium non tantam conquerendi occasionem, quantam Richardus habere, qui vtique ne quidem dimidiam emolumentorum ex prædicta parochia & Rectura eius, quod Carbonellus habebat, prout comperit ex gestis iudicialibus seu processu & instantiis, quæ fuerunt & etiamnū pendent, coram Officiali Metropolitano Bituricensi, coram quo prædictus D. Episcopus prætatum Carbonellum, & Richardum super principali citari fecit. I.C. Vide complurima Arresta similia apud Maynardum *lib. 1. ca. 32. 33. & lib. 2. cap. 2 quæst.*

Propter decimas infeudatas in Curia sequi ... agi debet.

IV.

Quota portionis congruæ ... arbitraria.

Canonica & congrua portio decimarum, quæ Curioni debētur residenti, & hospitanti arbitraria est pro modo & facultate decimarum laboris, & oneris, Iure Canonico scilicet in *capite extirpanda, de præbendis.* extat querela aduersus quosdam, qui Presbyteris non nisi decimam sextam portionem decimarū relinquebāt: at Pontifex huiusmodi consuetudinē improbam declarat, decernitque, vt non obstante ea portio sufficiens Præsbyteris adsignetur. Quæ quidem Arresto Parisiensi, 17. Iulii 1539. quarta pars adiudicata seu definita fuit. Sed Rebuffus huius Aresti mentionem faciens in tractatu *de congrua portione, quæst. 19.* ait Iudicem arbitrium esse huius quantitatis, eique liberum esse ea de re statuere, *argumento legis 1 Cod. de edendo.* & ita vsu obtinet in Francia, vbi congruæ portiones arbitrariæ sunt pro qualitate Vicarii perpetui, vel Curionis, pro amplitudine reditus, & spatio beneficii pro oneribus quæ inde dependent, prout scripserunt Ioannes de Selua *in tractatu de beneficiis, parte prima, q. 5. num. 113.* Rebuffus *in tractat. de congrua portione quæst. 19.* Choppinus *lib. 3. de sacra politia, capit. 4 num. 5.* & Grimaudetus *lib. 2. de decimis, cap. 7. & 8.* Et pendente processu interim prouisio adiudicari solet, vt videlicet Rector de fructibus decimalibus, qui ad ipsum iure diuino spectant, pendente processu, viuere possit, *argumento legis si iudex nutrimenti de his qui sunt sui vel alien. iur. l. quoties. C. de iudiciis, & cap. vnam. de ordin. cognit. ext.* quam prouisionem seu alimoniā Curia 40. coronatis quādoque taxauit seu adærauit, iuxta edicta Regis Caroli IX. anno 1571. & 1572. quibus decernitur, ne Curiones, quorum beneficia reditus annuos 120. librarum erunt oneribus solemnibus seu Canonicis deductis & detractis, puta decimis ordinariis, & extraordinariis, & iuribus Episcopalibus, nequam aliam præterea portionem congruam postulare possint. Arrestorum horum vnum datum fuit inter Illustrem Gasparem Biragium Priorem Chouuiniacēsem in Burbonii appellantem à Seneschallo Borboniorum, vel eius Locumtenente Molinis (eo quod prædictus Locumtenens decreuisset, sententiam quandam, quam obtinuerat Ioannes Maillerius Vicarius perpetuus Ecclesiæ parochialis S. Nicolai Suuiniacensis ab Officiali Claromontano, qua quantitas quædam fructuum pro eius portione congrua adiudicabatur, executioni tradendam non modo prouisionaliter, sed & definitiue, etsi ab ea appellatio, qua suspendebatur interiecta fuisset.) Et inter prædictum Maillerium: Curia igitur Arresto in Buissonio & Chauuelino perorantibus, quod datum 7. die Maii 1595. appellatione, eoque à quo appellatum fuerat annihilatis, per prouisionem, fru interim pendente processu appellato summam 40. coronaturū annuam præter id quod frui solitus fuisset ex reditu Prioratus sumendam adiudicauit. atque in eam summam appellantem pro reliquis præteriti tēporis condemnauit, à die videlicet petitionis, id est, a mēse Decembr. 1579. Alterum Arrestum pro Iacobo Pithardo successore Vicario perpetuo prædicti Mailleti appellato aduersus Illustrē Philippum Biraguinum successorem prædicti Gasparis Prioris appellātem tanquam ab abusu à sententia data per Officialem Primatiæ Reu. Archiepiscopi Bituricensis, pariter causa perorata datum, 15. Martii 1601. Curia iudicauit abusum admissum & nihilominus ex consequentia prioris Arresti, Priorem ad soluēdam prædictam prouisionem condemnauit. Et quanquam autores superius allegati existiment in Francia non adiudicari portiones congruas in quota fructuum, vt in Italia, *iuxta textum cap. extirpanda, de præbendis.* quod decimam sextam portionem fructuum decimalium Curioni adiudicat, & iuxta *Canonem Clericos de reditibus.* & *Can. quatuor. 12. quæst. 2.* qui quartam partem adiudicat, tamen Curię quandoque pendente processu, quartam fructuum adiudicant, prout Parisiensis fecit, pro & ad libellum Christophori Bagnocensis Presbyteri Curionis Ecclesiæ parochialis S. Dionysii Castellirasi, in Bituricensi, eo fine vt pendente appellatione tanquam ab abusu quæ in Curia pendebat, factaque fuerat ab Abbate & Religiosis Abbatiæ de Deols à sententia data per Officialem ordinarium Bituricensem, qua quarta pars fructuum decimalium parochię ipsius adiudicabatur, Curiæ placeret ei prædictam pensionem per prouisionem adiudicare, Curia Arresto contradictorio dato, ad productionem 10 Febr. 1601. decreuit, per prouisionem pendente appellatione, & citra præiudicium ipsius petitorem fruiturum quarta parte decimarum ipsi sententia Officialis Bituricensis proportione sua congrua adiudicata & rei quantum ad hunc libellum spectat, in expensas condemnauit. Curia Parlamēti Tholosani hoc ipsum iudicauit aduersus Reuerendissimum Albienum Episcopum Albiensem Arrestis, quæ continentur articulo 3. huius Appendicis, quæque ipse adiecit, I.C.

Iudicata prouisio congruæ portionis quomodo Vicario adiudicetur.

Quarta pars Decimarū per prouisionē pendente processu Curioni adiudicatur.

V.

Transactio à Curione vel Vicario perpetuo cum compatrono suo aliove Domino decimario celebrata, Curio eum obligare non potest: argumento l. gesta in, 8. & ibi DD *ff. de transact. cap. venien. eod. tit. ext.* Ac multo minus successorem obligat. Charondas *lib. 7. Responsor. cap. 5.* quia beneficiarius nonnisi vsufructuarius est, Rebuffus *in tractatu de congrua portione qu. 4. num. 25.* Maynard. *lib. 1. c. 30. qu. suarum.* Et tamen Curio potest cum parochiano suo pactum inire de non petendis ab ipso decimis, quas deinceps debiturus esset, quandiu Curio esset, nempe quod ipsi documenta ad decimas persequēdas suppeditasset. Ita iudicatum Arresto, quod refert Charondas *lib. 1. Resp. 4.* I. C.

An sup congrua portione transigi possit, & num ea successorem obliget.

Pactum inter Curionem cum parochiano suo de non petendis decimis.

VI.

Decimarii lanicii, & caruium numerare, notare, & capere die totius aliove quo die S. hebdomadæ per singulos annos decimam agnorum tenentur, eoque tempore præterito proprietarius, vel qui ab eo conduxerunt, vel eius actores computare, numerare & notare poterunt: quo videlicet in casum mortis sine fraude pelles ita notatæ repræsententur, & reddantur: qua in re prædicti proprietarii eiusve actorum, qui notauerint iureiurando stabitur: Quod si decima prædictorum agnorū post prædictam sanctam hebdomadam capiatur decimarii iustū salarium pro custodia prædictorum agnorum soluere cogentur.

Intra quod tempus agni decimandi sint.

cogentur. Ita iudicatum Arresto, quod datum inter venerabiles prædictę Capellę Bituricensis appellantes à sententia, 27. Iulii 1577. quæ data à Balliuio Bituricensi pro Francisco Tegulario Minoris Mazieres, 27 Mai 1559. ad productionem.

VII.

Curio iure minores decimas in territorio & districtu parochiæ suæ capit.

Arresto Curię Parlamenti Parisiensis 2. Mart. 1584. inter Hadrianum Iacquetum Presbyterum Curionem Spinacensem prope Luzarchiam petitorem, & Interdicto Vtipossidetis experientem, & Hilarium de Monasterio agricolam in prędicta ciuitate Luzarchia commorantem, redemptorem præfecti Canonicorum, & Capituli prædictę Luzarchię, & prędictos Canonicos & Capitulum iunctos auctores & euictionis nomine pro prædicto de Monasterio reos: prędictus Curio in possessione & gaudimento omnium & singularum minorum decimarum, quę in Parochia & territorio Spinacensi Campi Plastrensi, & Trienonensi, quorum in processu mentio fit prouenìebant, manutentus fuit: quod vero maiores decimas spectat, prędicti Prefectus, Canonici & Capitulum ab articulis, petitionibus & conclusionibus aduersus eos captis factis absoluti fuerunt; atque ita prędicti Prefectus, Canonici & Capitulum manutenti & defensi in possessione & gaudimento fuerunt prędictarum maiorum decimarum, itemq; noualium prędicti territorii & pagi Spinacensis, & locorum qui sunt intra fines & limites parochiæ Spinacensis, quinimo prędictorum locorum Campi plastri, & Trienonii citra fructuum restitutionem vltro citroque saluo iure sibi, prout ipsi videbitur, pro pretensa portione congrua consulendi.

TIT. XIII DE ALIENATIONE rerum Ecclesiasticarum.

Aduersus res sacras & sanctas præscriptio locum non habet & inalienabiles eæ sunt. Cicero *lib. 2 de Orat. re, & lib. de resp. ons. ad rusticum.* Pro bono tamen & necessitate publica, fame, bello, &c eas alienare licet, vt fecit Ezechias, qui pacis obtinendæ ergo etiam portarum templi argentum dedit 2 *Regum* 18. Ambros. *lib.* 2. *per. c.* 28. Quando possint bona Ecclesiastica in causa necessitatis alienari, v. Chassan *tit. de instruct. f.* 132. vbi citat exempla Ioas & Ezechiæ: item tractatum Rebuff. *de alienat. rer.* Ecclesiast. & in f. *tractatus de Decimis, Berg.*

ARRESTVM I.

Differētia inter nouā alienationem seu translationem & veterem alienationem, seu translationem sequi.

MVltæ solemnitates obseruandæ veniunt, cum res Ecclesiastica alienatur, vel in emphyteusin & censum annuum datur. Et hac parte tamen ita habetur, si aliquando seu olim prædicta res translata fuerit, mox in potestatem iusque Rectoris, Abbatis, Prioris aut Capituli redierit, eam nullis, earum quæ alioquin pręcise requiruntur, solemnitatibus obseruatis transferri rursum posse: de quibus inferius plenius agetur: & sufficit Ecclesiam non minorem reditum accipere. *cap.* 2. *de feud. & per* Bald. *in Authent. perpet. Cod. de sacros. Ecclesiis.* Quin & hoc ipsum in Regis dominio obtinet, ceterisque rebus omnibus quæ alienari non possunt, vt doctissime defendit Iason *consil.* 227. *vol.* 2. aduersus incolas & subditos Sūmoripanos & Procuratorem Ducis Sabaudiæ Philippi VII. Ducis, qui irritari volebat infeudationem quam Carolus propatruus ipsius sextus Dux fecerat vrbis & arcis Summoripanæ in Dominum Theodorum Rotarium, qui causam aduersus eos eo nomine tenuit. vt maxime prędictus locus limitrophus esset Ducatus Sabaudiæ, & eius dominii. At si de nouo fiat translatio, solemnitates & formæ in alienationibus Ecclesiasticis statutæ seruandæ sunt, vt ait Bartolus in *Auth. perpetuam.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1456, inter Priorem Mirobellanum ab vna parte, & Ticandos ab altera. Cæterum hac parte notandum est, ad securitatem & cautionem accipientis primo casu, i. quando Prælatus aut Capitulum alienare & in feudum dare res, quę alioquin in feudum dari solēt, possunt, non sufficere, vt in infeudatione & alienatione Prælatus aut Capitulum dicant aut exponant, res hasce iam olim infeudari aut alienari solitas: quoniam huiusmodi assertiones, à personis manant, quarum potestas ad huiusmodi actus, nisi hoc facto libera non est, suspectæ sunt, neque statim creduntur: sed necesse est id ex antiquis infeudationibus liqueat: ita consulit Baldus *in præludiis feudorum, tertia diuision. feud.*

Vide Duarenum *lib. 7. de benefic,* 9. Mazuerum *tit. de locat. num.* 18. IC.

II.

Diuersitas opinionū in Cameris Curiæ super alienationibus rerum ecclesiasticarum.

In maiore Camera Inquisitionum ita habetur, in alienationibus rerum Ecclesiasticarum factis ab Ecclesiasticis, non haberi rationem solennium iuris non obseruatorum, dummodo Ecclesiæ fraus non fiat, & alienatio facta fuerit in casum licitum, & non interdictum. Eaque est opinio Innocentii *in cap.* 1. *circa fin. de restit. in integr.* nam ita omissio formæ *Canon. fine exceptione* 12. *quæst.* 2. nil obest in casibus licitis, nisi aliud accedat. Nihilominus tamen in minore Camera Inquisitionum, forma data & introducta iure Canonico obseruatur, nulla lęsionis ratione habita, sed solennitatum tantum quæ iure requiruntur in alienationibus rerum Ecclesiasticarum. Vnde videre licet varietatem opinionum in cœtibus quę alioquin sub eodem, vt loquuntur, tecto sunt.

Ratio tuta comparandi bona ecclesiastica.

In alienationibus bonorum Ecclesiasticorum primum Inquisitio facienda est super commodo, vel incommodo; 2. tē consensus habendus totius conuentus & corporis, ratūq; habendum idonee a Superiore: hoc si ex postfacto fiat, nil prodest, ait Petrus de Ancher. *in Rubr.* 1. *de rebus Ecclesiæ non alien. ver. l. si tutor. de curator. fur.* De cætero consensus & inquisitio subsequēs valet, quæ impetrari solet, libello oblato, diœcesano, veluti Episcopo citato promotore vel Synodico, & Clero, Abbate, & religiosis, &c. B.

III.

Notabilis explicatio formæ alienandi res ecclesiasticas.

Solennia alienationum rerum Ecclesiasticarum multis a iuris Canonici & ciuilis locis exprimuntur, quæ quidem necessario seruari oportet, alioquin alienatio ipso iure nulla est, vt *in c. fine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap. dudum de rebus Ecclesiæ non alienan. lib.* 6. *authent. hoc ius correctum. C. de sacros. Eccles.* Guido Papæ de iis quoque egit *in decisionibus suis quæst.* 149. & 594. Innocentius, Hostiensis, & Ioannes Andreas, sed confusè satis. Et quoniam video argumentum hoc dignum, quod hic pertractetur & explicetur ad emendationē plurimorū errorū, qui hac parte admitti solent, mihi visum est id minutatim nunc expendere, scriptoque consignare: idque quam dilucide fieri à me poterit. Primum oportet huiusmodi solennia coniuncta esse cum causis alienandi, neque valere possunt, nisi vtrumque pariter obseruetur. Et vero ad eam declarandam oportet causam alienationis in capitulo, conuentu, collegio alioue cœtu à quo possidetur id de cuius alienatione quæritur, exponi. Ad id peragendum Conuentus ad sonum campanæ cogi debet, more solito, ad tractatum super ea re habendum, alioquin omnium consensus non valeret, nisi purius liqueat, eos de negotio proposito verba fecisse, & tractatum coniunctim habuisse. Cæterum negotium proponi oportet ab eo qui primas obtinet in cœtu, *l.* 1. *C. de decur.* Post mētionē eius iniectam idem singulorū opinionē sigillatim

v. Charon. l. 5. Respons. c. 18. Maynard. lib. 2. cap. 7.

tim exquirere debet: idque est, quod dici solet, tractatum necessarium esse inter ipsos ad deliberãdum super causis alienationis, quænã videl. prædominari debeant: absque his enim solemnia parum prosunt: Primum de necessitate alienandi agitatur, tum de vtilitate. Necessitas est causa iustissima, & omnia complectitur. *Can. sicut, & Can. non habenti, 12. quæst. 2.* Vtilitas semper admittitur, ex rationibus, quę supra secundo Arresto continentur, *Canon. sine exceptione, ibidem his verbis, meliora prospiciat.* Tertio terr; prius alienandæ incommoda maxima, & inconuenientia expenduntur, veluti si res, de cuius alienatione quæritur, longinqua sit, expensarum plena, reditus modici, derelicta, & ob neglecta sarta tecta expensis subiaceat: vel si instrumenta antiqua sunt controuersa, præscripta, male habita, & quorum instauratio; vel recuperatio reditum decem annorum absumeret: huiusmodi causa iusta est, *Can. non liceat Papæ, & dict. Can sine exceptione. §. fina.* Quarto iustissima causa est, cum Ecclesia facta alienatione lucrum facit, & plus recipit, quam dat, *capit. tua, de his, quæ fiunt à prælatis.* Quinto admittitur causa redemptionis captiuorum, & custodiarum, qui sunt in manibus Turcorum, aut hostium S. sedis Apostolicæ, *l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles.* Post huiusmodi tractatum habitum, atque ita, posteaquam de causis cõstiterit, antequam in alienationem consentiatur, illud definiri oportet, vt duo vel tres è cœtu, adscitis peritis aliquibus secularibus, viris bonis, ad ea loca sese conferant, in quibus id, de quo quæritur, situm est, vt commoda aut incommoda scire possint, verum videlicet commodo, an vero incommodo Ecclesiæ alienatio cessura sit: eaque de re postea pleno Capitulo referant: & si ex relatione appareat aliquam causam subesse, atque lucrum ea re quæri, omnes è cœtu in id consentire debent, & tum decernendum, ad prædictam alienationem procedendum esse: Quæ tamen & ipsa grata non erit, nisi decreto Superioris, Abbatis vel Episcopi approbata fuerit, vel etiam à sancto Papa, si videlicet alienaturi ab Episcopo exempti sint: & tutissimum est non stare decreto Abbatis, *per Glossam in Clementina 1. de rebus Ecclesiæ non alienand.* & tum præsus S. Papa bulla sua duos iudices delegare solet, coram quibus, vel coram Ordinario, si Episcopus hanc cognitionem habeat, Rursum inquisitio fiet lucri, vel damni alienationis faciendæ, ad petitionem eius, qui ad eam ambit, vocatis iis, à quibus instrumentum alienationis seu contractus initus est, vt ita vna cum iis & promotore, qui eum in finem creabitur, si non sit causa legitima probata, decretum interponatur. Si approbatione Episcopi aut Archiepiscopi contenti esse velint, ipse vel Vicarius eius generalis adeundus est: neque enim simplex Officialis sufficit, verum eum Vicarium esse oportet in temporalibus & spiritualibus, *Can. 2. de transact.* & ibi Innocentius, Aufret. ad hanc rem citat iudicium Tholosanum quoddam *Decis. 97.* Cæterum ad maiorem securitatem, fundatores citati & auditi oportet, siue laici sint illi siue Ecclesiastici, si qui sint, aut Patroni si quos Ecclesia habeat: est quippe eorum consensus valde necessarius quando quidem eorum interest. Atque ita examinat Ioannes Andreæ *in addit. suis ad Speculatorem in tit. de emp. §. nunc dicendum.* Quidam dicunt sufficere, vt solennia in vltimo decreto adhibeantur post alienationem, iuxta opinionem Panorm. *in cap. cum vos, de his, quæ fiunt à prælatis sine consensu cap.* Aufrerius tamen contrarium Tholosæ iudicatũ fuisse ait. Nihilominus verum est, non attendi nisi ad decretum, & sufficit si bene factum sit. Et hæc est forma è iure Canonico desumpta, quam Curia in

Decretu alienationis in Eccles.

alienatione immobilium Ecclesiasticorum obseruari vult: qua non obseruata alienationes factæ in casibus interdictis & prohibitis, per *tit. de rebus Eccles. non alienand.* complurimis Arrestis infirmatæ fuerunt, tum in maiore Camera Inquisitionum, tum in aliis, non habita ratione, vtrum Ecclesiæ fraus facta fuerit, an non: sed in casibus licitis, vt in locationibus ad longum tempus, beneficiis, albergationibus, emphyteusibus, & aliis. Eaq; opinionum diuersitas est, quam in secundo Arresto videre licet. Si simplex Curio, aut Prior absque Capitulo alienet, huiusmodi alienatio ad S. Papam referri debet; vel ad Episcopũ eiusve Vicarium generalem, qui vt minimum duos delegabunt, vt in occasionem, causam, valorem, commoditatem, aut incommoditatem huiusce modi alienationis inquirant. Hoc facto, & peracta, vt oportet, inquisitione, post approbationes, & necessarios consensus, decretum interponi oportebit. At si Episcopus, Abbas vel Prior aliive Capitula habentes alienare velint, prima illa solemnia vna cum Capitulo obseruari debent. Est & hoc notandum, quod si in manibus delegatorum à Pontifice is, qui alienat, iurauerit possessionem accipiendo se non alienaturum bona Ecclesiæ suæ, hoc casu ad huiusce modi alienationem Pontificis auctoritas requiritur: idq; ipsum in Episcopo obseruandum est. Eadem dicenda sunt de rebus ad ordinem S. Ioannis Hierosolymitani pertinentibus: eæ quippe, nisi similibus solemnibus obseruatis, & decreto interposito alienari non possunt, quod quidem non sufficit à Capitulo prouinciali impetrare, si Commendator, qui alienaturus est, in manibus Magni Ordinis Magistri, vel ab eo delegati iurauerit, & promiserit, se non alienaturum, tum enim decretũ Capituli generalis requiritur: & ita statutis prædicti Ordinis cautum est, etiam citra iuramẽtum. Vetus dubitatio est de translatione Ecclesiæ ab vno loco ad alium, siue prædicta Ecclesia parochialis sit, siue alia, eaq; translatio à necessitate aut voluntate, puta ad exornãdam & decorandam aream publicam, vel domum aliquam, causam habeat. Et vero hodie ea passim fit, dummodo obseruentur prædicta solennia, & cognita necessitate, vel vtilitate: prout factũ vidi circa Ecclesiã parochialem S. Andreæ in Roannensi prioratus Granmontani in Borbonnis. Plinius secundus Proconsul Imperatoris Traiani eum rogatus fuisset à Nicomediensibus, quę vrbs Græciæ (Bithyniæ) est, vt permitteret templum matris deorum demoliri, quod erat in angulo cuiusdam areę publicę, quam in ciuitate ipsorum instituebant, & cui exinde multum incommodi accedebat, alibi eam instauraturi, ad Imperatorem ad voluntatem exquirendam scripsit, qui ei respondit, id citra religionis contemplationem permitti oportere, ea tantummodo de causa, quod hac ratione areæ publicæ multum decoris accessurum sit, ea tamen lege, vt alibi commode templum instauretur.

Alienatio ab eo facta qui Capitulum non habet.

Alienatio facta a Capitulo Ordinis S. Ioannis & Rhodiẽsis.

Translatio Ecclesiæ ab vno loco ad alium.

ˋ Bona pauperum ad instar bonorum Ecclesiasticorum habenda sunt, atque ideo secunda Iulii 1567. prohibitum fuit, ne domus ad Hospitale Lugdunense spectantes, nisi communi consensu & consilio omnium Curatorum ad longum tempus elocarentur. Vide Charondam 5. *Respons. cap. 18.* Maynardum *lib. 2. cap. 7.*

a Alienatio rerum Ecclesiasticarum absque causa & solemnibus facta ipso iure nulla est: debeatque illa duo, quæ requiruntur, copulatiue concurrere Veritas causæ, & solemnitas formæ. Archidia conus *in c. hoc ius porrectum. 10. q. 2.* Causa est necessitas & euidens vtilitas: solemnitas, interuentus conuentionis, & consensus. Ioannes Andreas *in addit. ad Spec tit. de locat. §. 2. Clement. monasteria, de reb. Eccles. non alien.* Item, expressio omnium, Arch *in c. sine exceptione, 12. q. 2.* Item, decretum superintiacum insinuatione. Attamẽ per dispositionem Concilii Agathensis res Ecclesiæ sine solemnitate possunt alie-

Duo in alienatione Ecclesiastica requiruntur.

Casus, in quo solennitas in alienatione non requiritur.

alienari, si multæ sint, minus vtiles, nimis onerosæ, longe positæ. Cæterum possunt dari res Ecclesiasticæ in emphyteusim in casu permisso, & seruata forma. Guid. Pap. *decis. qu.* 58. V. *Canon. terrulas.* 12. *q.* 2. *authent. si quas ruinas. C. de sacros. Eccles.* B.

IV.

Locatio ad longũ tempus rei Ecclesiasticæ solennitatib. nõ adhibitis nõ valet.

Locatio ad longũ tempus, veluti ad dies vitæ conductoris, vel etiam longius, non nisi superioribus omnibus solennibus obseruatis valet: est enim veræ alienationis species, *Clem.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Et tamen obseruatis Canonis sine exceptione solennibus, huiuscemodi fundorum vacantium, quique instauratione egent: elocatio fieri potest, sub onere seu conditione instaurandi eos: hoc facto quippe lucrum Ecclesię quęritur, atque ea ratione actus sustinetur, *argumento l. non commus. C. de procurator.* etsi alienationis species sit. Et tamen hæc Arresto Parisiensi 16. Maii 1548. declarata fuit nulla elocatio ad longum tempus facta à Capitulo Bellouacensi sine solennibus facta: atq; inhibitum omnibus Collegiis, Capitulis & Ecclesiis, ne de cætero amplius huiuscemodi locationes facerent.

V.

Locatio rei ecclesiasticę ad lõgum tẽpus facta ante præcedentem elocationem finitam nulla est.

Capitulum omnisq; alia Ecclesia ad triennii spatium non amplius elocationes facere potest, vt expresse habetur in bulla Papæ Pauli 2. die Martii, anno 1468. quæ relata est *in extrauag. communibus, de rebus Eccles. non alien.* Imo, quod magis est, non potest proferre prædictam locationem, neque extendere, vel renouare, aut alii locare ante extinctam primam locationem. Idemq; obtinet in beneficiis, vel albergationibus, veluti si intra triennium locationis conductor tempore locationis nondum elapso, alterius triennii locationem à prædicto Capitulo acciperet, quæ initium sumptura esset à die prioris expiratæ, id non valet, & duabus de causis prohibitum est, quarum vna optima est, & concludens: altera communis, & notoria. Prima igitur est, quod Capitulum non possit futuri reditus pretium scire, quod sæpe variat, haud aliter ac pretia rerum non eadem sunt semper, sed pro temporum diuersitate varia, *l. pretia. ff. ad leg. Aquil.* Altera ratio est, quod fieri potest, vt qui hodie elocant, non futuri, seu mansuri sint Canonici, eo tempore, à quo secundæ elocationis initium ducunt, quodque successores non habituri sint fortasse, aut occasionem, aut voluntatem eius ratæ habendæ, atque ideo valere non debet, *argumen. l. quod sponsa, C. de donat. ante nupt.* Quinimo, quod si hæc res semel admittatur, opportuna futura sit ad præiudicandum successoribus suis in beneficio, aduersus iuris dispositionem, *§. moribus, si de feudo controu. fuer. inter dom. & agnat. vasall.* Et vero in simili casu Arresto Parisiensi, quod datum causa perorata in maiore Camera, 4. Decemb anno 1539. concessio quædam & albergatio facta à Capitulo S. Germani Antisidorensis ante finitum tempus prioris conductoris, nulla iurique contraria declarata fuit.

Regula vulgata est, Locationes factas per temporis anticipationem maioris quam sex mensium, reprobari, rescindi, & in præiudicium Ecclesiæ, Collegii, vel Communitatis factas præsumi. Fierique debent solenniter sub hasta publica, & licitationibus admissis, prout statum constitut. Blesensi *artic.* 79, & Arrestis, prout scilicet iudicatum fuit 28. April. 1581. in Camera Edictali pro Octauio Italo, 30. Ianuar. 1585. pro religiosis Possiscensibus, & antea 16. Februar. 1571. pro sartis tectis Montiniacensibus aduersus Ioannem Bertum Procuratorem in Curia, perorante V. Cl Renato Choppino, qui & ipse Arrestum hoc laudat *lib. 3. de domanio Franc. cap.* 15. *n.* 10. Rebuffus quoque *in tract. de alienat. rer. Ecclesiast.* duo Arresta laudat: vnum, de die 4. Decembr. 1539. quo contractus rescissus fuit Emphyteuticus à Religiosis S. Germani Antisiodorensis celebratus, eo quod tempus anticipassent. Alterum, de die 16 Maii 1548. quo locatio ad longum tempus à Collegio Bellouacensi facta irrita facta fuit. Item indubitati iuris est, successorem resignatarium seruare & teneri oportere locationes à resignante factas, si licitæ sint & sine fraude, maxime si conductor sit, qui impensas quasdam in sarta tecta prorogauerit. Aliud est in successore collatario, is enim locationes à prædecessore suo factas seruare non tenetur. I C Charond. *lib. 6. Respons. arrest.* 22. 23 desumptum est Rebuffo in tractatu *de alienat. rerum Ecclesiast.* & Choppinom *lib.* 3. *de sacra politia, num* 3.

VI.

Cõductor vetus nouo præferendus.

Non est æquum, vt eius rei possessione per inuidiam quis deiiciatur, in qua quis bene versatus est. Igitur, si possessor quidam ab Ecclesia rem aliquam locatione temporaria nactus sit, vel locatione ad dies vitæ, aliove quo modo, suoque locationis scilicet tempore in ea bene versatus sit, sic vt id, quod possidet, in peius ruere passus non sit, atq; tertius aliquis eam ipsi præreptam velit, cum iamiam locationis tempus exiturum est, eoque fine prædictus tertius meliorem Ecclesiæ conditionem offerat: hoc iam casu pristinum conductorem eiusve hæredem, si facta per illum augmenta suscipiant, citra vllum aliud augmentum, præferre oportebit. Item, si forte prędictus tertius nullam adiectionem faciat, sed eadem qua pristinus conditione esse velit, aut admissus fuerit, audiri nuntiquam debet, verum prædictum pristinum præferri semper oportebit, vt indicatum fuit Arresto Parisiensi 26. Martii, anno 1528. iuxta doctrinam Bartoli *in l.* 1. *C. de metallu. lib.* 11. Ludouic. Rom. *cons.* 22. & Ias. *l. fin. C. de iure emphyt. n.* 10. & *in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbor. oblig.*

Extremum huius Arresti desumptum est ex Rebuffo in *compendio alienationum rerum Ecclesiast. num* 42 Hanc in rem est textus expressus *in l. congruit. C. de locat. prad. ciuil. lib.* 11. quæ tamen in Francia non obseruatur: vt notatum est à Choppino *lib.* 3. *de domanio Franciæ, tit.* 13. *num.* 11. *& de sacra politia lib.* 3. *c.* 7. Adde Arrestum *in appendice capitis* 3. *h. t.* pro Capellanis Capellæ Passiacensis. I. C.

Lex *congruit. C. de locat. prad. ciuil.* de prælatione veterum conductorum regulariter in Francia nõ obseruatur, nisi magnis de causis & circumstãtiis: veluti, si conductores diu possederint, & canonem seu pensiones probe soluerint: vel si quis sine causa malo tantum animo veterem conductorem supplantare velit, si modo facta per illum augmenta suscipiat. Ita iudicatum pro vidua D. Bouchardi Consiliarii, quæ vtique prælata fuit ei, qui eam domo quam a Sorbona conductam habebat expellere volebat 4. Augusti 15 4 Quod si tempore locationis finito, vetus conductor conductionem non renouauit, qui primus sese locationi obtulerit præfertur, et alioquin à conductionibus alii renouentur, neue Ecclesiæ gratificandi, cui visum fuerit facultas præripiatur: prout definitum fuit compluribus Arrestis: ac nominatim pro nouo conductore reditus S. Lucæ, quod membrum ab Episcopatu Sylnanectensi pendet, aduersus veterem conductorem, anno 1564. & pro Ecclesia S. Innocentii: Ecclesia S Cosmæ aliisque Hoc ipsum & in locationibus Domanii seu Fiscalibus obseruatur: vt iudicatum fuit pro quodam cui nomen Vaulerio super domu Malesedentis super pontem S. Michaelis 5. Aprilis 1576. B.

Casus, in quo vetus conductor non præfertur.

VII.

Religiosi mendicantes non obseruatis solennibus alienare possunt.

Etsi Fratres Minores aliique Mendicantes *Ecclesiæ* nomẽ obtineant, tamen ob austeritatem voti regulæque suæ ac nominatim paupertatis, nullam rem propriam possidere possunt: Quæ causa est, cur ea solicitudine immunes sint formas inquã & solennia prædicta obseruandi in vendendis iis quæ habent immobilibus: contra, ne paupertas & mendicandi occasio eis desit, prędicta immobilia alienare, pretiomq; inde redactum ad pedes Ministrorum ordinis proiicere coguntur, exemplo eius, quod in re simili scriptum exstat *in Actis Apostolorum ca.* 6. Vendere itaque & alienare citra vllam solemnitatem possunt, iuxta Gloss. *in l. vno. in verbo domum de religios. domibus.* Cęterũ super coacta hac alienationa multa Arresta

extant

extant *infra tit. de religiosis mendicantibus.* (Non idem est in propriis Nonnarum seu Religiosarum, neque enim citra solennia alienare possunt, vt maxime prædictis mendicantibus subiectæ sint, eiusdemque Ordinis: sed necesse est, vt tractatus super hoc habitus fuerit, vt consensus ipsarum accedat, & auctoritas ipsarum Prouincialis vel Generalis, vel alterius iurisdict onem habentis, vt ait Barbat. *consil. 40. vol. 1. & consil. 24. vol. 2.*

VIII.

Religiosi ... les ... solen- ... alie ... possint.

Et tamen si agatur de alienanda re incorporata intra districtum Conuentus ipsorum, eique iuncta, solemnibus opus est, & huiuscemodi res inalienabilis est. Et vero Conuentus Augustinianorum Lugdunensium coram Seneschallo agebat, de seruitute altius non tollendi, quæ debebatur & spectabat ad prædictum conuentum, aduersus ciuem quendam prædicti loci: super hac lite transactione facta seruitus remissa fuit, eaque remissio confirmata sententia prædicti Seneschalli: à quo post aliquod tempus appellatum fuit: Igitur, & si maxime consensum fuisset, ob defectum tamen solennium id omne irritum factum est, & partes pristini status restituti fuerunt, Arresto Parisiensi 8. Iulii 1544.

IX.

Alienatio rerum Eccles. quando absque solennibus valeat.

In aliis casibus, formæ seu solennia ista non requiruntur in prædictis alienationibus, per rationem *l. si quis. §. verum. ff. ad Vellei.* nempe, cum pro defensione, & necessaria ciuitatis alicuius munitione capi & vsurpare bona Ecclesiastica oportet. Et vero, seculo nostro euenit, vt ad muniriorem ciuitatem Aurelianensem reddendam, claustrum & domos Religiosorum S. Huerti caperetur, & publico ciuitatis vindicaretur, citra vlla solennia: eaque vindicatio Arresto Parisiensi anno 1539. comprobata fuit: ea lege tamen, vt prædicti incolæ alium locum prædictis Religiosis opportunum in vicem darent. Hoc ipsum nuper maiori areæ beatæ Virginis Confortatricis Lugduni euenit.

X.

Restitutio fructuum quando in alienatione rerum eccl. reuocata locum habeat.

Quando huiuscemodi alienationes nullæ declarantur, & possessor possessione decedere cogitur, quæsitum est, an & fructus restituendi essent? Quidam putarunt, restituendos, ex regula, quæ extat in *l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccles.* nempe, quod qui aduersus formam iuris quid comparauit, in mala fide semper constitutus sit: & ita ait Felinus *in c. de quarta, num. 13. de præscript.* Alii existimarunt, non restituendos: puta Abbas *in cap. penult. de reb. Eccles. non alien.* verum tamen est, quod si Prior aut alius, qui alienauit, agat ad nullitatem hanc, & rei alienatæ recuperationem: tum emptor vel possessor ad fructus non teneatur: vt notatur *in cap. si diligenti. de fori præscript.* & *per Ioan. Fabr. in §. rursus circa fin. Institu. de action.* vice versa possessor ad fructus tenetur, si possessioni decedere eum oportere iudicatum fuerit, instante seu agente alio, quam authore ipsius, seu eo, qui alienationem fecit: ea tamen conditione, vt cum fructibus impensæ vtiles & necessariæ vsque ad earum concursum compensentur: iuxta textum *l. si in area. ff. de condict. indeb.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Priore quodam, cuius decessor albergauerat & abbeneuisauerat censu annuo, aream quandam ad ei inædificandum: propter defectum scilicet solennium, cui accedebat & læsio, possessor possessione decedere condemnatus fuit, simul & fructus restituere: saluis tamen vtilibus & necessariis in reparationes impensis. Quando præsumptio est locationis emphyteuticæ, itemque mala fidea, & possessor deneget se ab Ecclesia possidere, vel instrumenta exhibere nolit, tum grauiori condemnationi locus est: vt euenit in controuersia hæredum cuiusdam, cui nomen erat Ducis, qui volebat sibi vindicare elegantem villam Prioratus Petræfundani: in qua prædicti hæredes appellantes præter rei & fructuum restitutionem mulctæ subiecti fuerunt in secunda Camera Inquisitionum. Berg.

XI.

Lex Franciæ super alienatione Ecclesiastica.

Secunda Aprilis 1549. ante Pascha, Arresto quodam inter Religiosos S. Columbæ prope Senonas ab vna parte, & priuatos quosdam ab altera, interdictum fuit prædictis Religiosis, cæterisque Ecclesiasticis, ne bona Ecclesiarum suarum alienarent, propositis nonnullis & maioribus quidem pœnis: præterquam casibus de iure permissis, idque solennibus iure statutis omnino seruatis, adhibitis. Quod quidem Arrestum notatu dignum est, quoniam legem in Francia constituit, qua leges & capitula superius laudata confirmantur. Desumptum ex aduersariis D. Brissonii.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum XIII.

I.

Cõductio facta à duobus coniugibus & se liberisq; & ex descendentibus.

FRequenter iudicatum est, locationes ad decennium alienationum instar censeri, quæ solemnia requirunt: exceptis regionibus limitaneis, velut Picardia, in quibus locare ad octodecim annos vsque licet, citra solemnia, idque contemplatione bellorum. Et nota, quod cum maritus & vxor ad longum tempus, vel in perpetuum pro se liberisque suis possessionem aliquam conduxerunt, liberorum nomine comprehenduntur, non modo ex hoc matrimonio suscepti, verum etiam alii ex alterutro eorum in altero matrimonio suscepti: iuxta decisionem Baldi *in Authent. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. cum viri. ff. de condit. & demonstrat.* vterque enim posteritati suæ contulere voluisse videtur: argum. *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. cum auus. ff. de condit. & demonstrat.* Maxime si mens contrahentium declarata fuerit ex actibus sequentibus: scilicet ex vsu & possessione, *l. reprehendenda. C. de instit.* Arrestum mense Nouembri 1531. & 1533.

II.

Vxor conductione emphyteutica facta in solidum fruitur, &c.

Locatione emphyteutica facta marito simul & vxori pro se & hæredibus suis ex se pronatis, vxor in solidum ea locatione frui potest, post obitum mariti sui, vt maxime communioni renunciauerit. Iudicatum Arresto, quod refert Charondas *lib. 3. Respon. cap. 56. l. C.* Pariter iudicatum fuit, locationem factam *ad dies vitæ conductoris, eiusque liberorum,* in se nonnisi vsumfructum continere, neque liberorum liberos in ea succedere posse. Idem Charondas *lib. 2. Respons. cap. 74.*

Locatio ad dies vitæ nihil aliud est quam vsusfruct⁹.

Verum si Tirio facta fuerit *pro se liberisque suis, exq; descendentibus,* aliud foret: nam hoc casu repræsentationi locus est. Charondas *lib. 7. Respons. cap. 98.* At si facta fuerit *patri eiusque liberis & hæredibus,* & filia pactis dotalibus bonis patriæ renunciauerit, in ea nihil iuris vindicare potest. Idem *lib. 4. Respons. c. 16.* Choppinus *lib. 3. t. 7. de sacra politia, t. 7. num. 16.*

An filia hæres nõ existens in ea ius habeat.

III.

De locatione in septẽnium facta ab Abbate.

Notandum est, locationem in septennium ab Abbate factam, post eius obitum à Religiosis irritari seu reuocari non posse, vt maxime læsis, & quamlibet augmenta seu adiectiones ab aliis fiant. Iudicatum ita aduersus Religiosos Abbatiæ Belliloci 14.

Martii 1584. Quod si conductor areæ in ea ædificauerit, & emponemata seu meliorationes magnas fecerit? Ecclesia rescissionem locationis petere potest vel pensionem augeri: & ita iudicatum fuit 26. Ianuarii 1582. Tandem obseruandum est, locationem, sub conditione habitatione excipiendi locatorem toties quoties, Arresto 27. Februar. 1547. ad octo vices in anno coarctatam fuisse.

IV.

Alienationes ex vrgente necessitate factæ reuocantur.

Quum ex necessitate bona Ecclesiastica alienata fuerunt, ea postea retrahere ad pristinum vsum suum licet: prout iudicatum fuit super quodam iure meo- sitræ ciuitatis Vitriacensis Franciæ, cui prædictum Ius officio Ecclesiastico seu sacro destinatum, retrahere pretio refuso concessum fuit: Iudicatum fuit 8. Augusti 1564. Et notandum est, Edictum de alienatione rerum Ecclesiasticarum, publicatum Augusto mense 1563. reuocatum fuisse & retractatum, velut vi & vrgente necessitate extortum, 27. Ianuar. 1562.

V.

Desumptum ex Regestis Curiæ Parlamenti.

Vtrú conductor fundi collapsi sub conditione in eo ad certam vsq; summam ædificandi, si ter amplius impéderit, in prædicta locatione continuari debeat, aut impensæ ei p̃stari debeant, factæ vltra id, ad quod tenebatur.

Inter Capellanos Capellæ Parisiensis, quæ fundata in Ecclesia S. Geruasii & S. Prothasii, appellantes à sententia data à Præfecto vrbico Parisiensi octaua April. 1595. & ab eo omni, quod exinde secutum est, & actores vigore supplicis libelli 3. Decembr. ab vna parte: aduersus Ioannam du Bois viduam defuncti V. Cl. Iacobi Sanctionii Aduocati In Parlamento, appellatam & ream ab altera parte: & Marguaretam de Querat vxorem V. Cl. Girardi Giroultii Aduocati in Parlamento antea viduam Viri Clariss. Ioannis du Bois pariter Aduocati interuenientem ab altera, idque omne sic, vt qualitates nulli præiudicare possent. Molinæus pro appellantibus conclusit in appellatione sua, quod videlicet eum Præfectus Parisiensis de plano, siue ilico debuisset iudicare, patribus hanc legem dixisset, vt scripto consignarent intentiones suas, contradictorios libellos præberent, & saluationes. Item in libello supplice euocationis principalis controuersiæ in id concludebat, vt super eum ius reddendo appellata condemnaretur de domo decedere, eiusque accessoriis elocatis ad tempus nonaginta nouem annorum iam finitorum, sibique eorum possessionem relinquerent, citra necessitatem refundendorum sumptuum necessariorum, & emponematum prætensorum, vltra clausulam contractus. I. Arnaldus pro appellata dixit se causam agere pro vidua & pupillis, qui nõ aliud ambiãt, quam vt quæsita à maioribus conseruẽt: at appellantes iniuste sibi ea vindicare velle, quandoquidem emphyteutica locatione, quæ iam finita sit, patrimæ tantum datæ fuerint, ea lege, vt in iis ædificaretur ad eum vsque valorem, qui 8. librarum Turonensium promissarum in tuto locaret, itemque vt finita locatione redderentur, quod factum est, & eo amplius vsque ad 5000. coronatorum & amplius, quæ ædificii facti tempore iuxta relaxationem super eo factam sexcentos coronatos valebant, siue restitutionis, vel reconductionis, atquin appellantes omnia sibi vindicare velle nullo restituto, eamque causam controuersiæ esse, cui componendæ viam omnino muniat appellata, oblatione facta renunciandi restitutioni et relinquendo adhuc 40. annis, vel 50. conductionem, quo casu offerat loco 8. quinquaginta libras, alioquin adserit sese id, quod ædificiorum excedit, quam reditus securitatem vindicare debere. Audito Dureto pro vxore Giroultii, & Seguiero pro Procuratore Catholico Regio, qui dixit in hac controuersia nulli rei attendendum esse, quam factæ oblationi: contractum enim aduersus appellatam facere, & verisimile esse relictis ædificiis, quæ reditum in tuto collocant, reliqui vindicationem permitti: Curia euocauit, & euocat ad se negotium principale, & super eo simul & super appellatione ius reddendo, appellationem, idque, à quo appellatum est, in irritum deduxit citra mulctam & expensas: decernitque locatione emphyteutica finita appellatam possessionem domus controuersæ, & accessoria appellantibus nulla restitutione facta derelinquere oportere. Factum in Parlamento 3. die Martii 1597. I. C. Signatum du Tillet.

Vide l. domum. Cod. de rei vindicatione. Cuiac. lib. 10. obseruat. cap. 2.

VI.

Propter pretii vilitatem, venditio ecclesiastica rescindi potest.

Venditiones & addictiones publicæ bonorum Ecclesiasticorum non valent, & rescindi possunt propter pretii vilitatem. Arrestum maioris consilii, 30. Septembr. 1599. quo rescissa fuit venditio publica Mulendini prioratus sancti Macarii prope Burdegalam, hodie collegio Iesuitarum prædicti loci annexi aduersus Andream de la Roque, cuius matri prædictum molendinum publice addictum fuerat. Est & alterum Curiæ Arrestum 21. Martii 1600. quo rescissa fuit venditio domus cuiusdam Parisiis, pro Abbatissa de Maubuisson prope pontem Oesiæ aduersus Nicolaum Poussepinum emptorem propter pretii videlicet vilitatem. Pelæus *actionum forensium lib. 2. Arresta 52.*

VII.

Abbatis sine & Religiosorũ in alienationibus consensus requiritur.

Religiosi absque Abbatis consensu, & Abbas absque Religiosorum consensu nihil alienare possunt, etiam si distinctam & separatam habeant mensam, i. stationem, & rationem. Iudicatum Arresto 12. Decemb. 1599. quo confirmata fuit sententia Dominorum Palatii Libellariorum, quo censualis locatio fundi ab Abbate Trinitatis Vindocinensis facta, qui scilicet ad eius mensam spectabat, distinctusque erat à mensa Religiosorum, & à fundis specialiter Officiis Claustralibus Conuentus affectatis rescissa fuit. Idem *eodem libro actione secunda.*

TIT. XIV. DE AMORTIZAtionibus.

Super hac materia vide quæ scripserunt Dominus Magister, qui Primus Præses fuit, & V. Cl. Renatus Choppinus, *de Domanio Franciæ lib. 2. c. 13.* & V. Cl. Ioannes Bacquetus *in tract. suo de Domanio parte 4.* I. C.

ARRESTVM I.

Manus mortuæ quæ dicantur.

VOcabulum *Amortizationis* originem sumpsit à *Manibus mortuis.* Manus mortuæ quæ dicuntur, sunt Ecclesiæ, Capitula, Collegia, Communitates, Monasteria, Hospitalia: sic dictæ, quoniam ex deficere nunquam intelliguntur, siue per mortem, alienationem, diuisionem, donationem, hæredis institutionem, substitutionem, legatum, permutationem, siue per aliam quamcunque mutationem: sed iidem semper possessores intelliguntur citra mutationem apparentem. Qua in re dominorum feudalium & directorum plurimorũ interest, propter iura, quæ his debentur, & quæruntur facta possessionis mutatione,

ratione, veluti Quintæ, Subquintæ, redemptionis, Releuii aliorumque bonorum nobilium & feudalium nomine, vel laudimiorum, semilaudimiorum, Recognitionum, & similium bonorum ignobilium & censualium nomine. Atqui huiusmodi Capitula & Monasteria neque donare, alienare. neque confiscationi occasionem præbere seu committere possunt, item mori non possunt, vel alia qua ratione mutari, vt Dominis ius & occasionem percipiendorum horum iurium dominicorum præbere possint, semper enim, etiam post mille annos, aliudve quod tempus eædem personæ censentur, iidem possessores, nullo discrimine eius temporis, quo primum bona adquisiuerunt: id quod subrogatione successiua, & citra apparentiam discriminis eorum, qui ingrediuntur, subeunt, nascuntur, & succedunt in locum decedentium: vt singulariter ait Alphenus *in l. proponebatur 76. ff. de iudic.* his verbis: *Nam & legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij subiecti essent, & populum eundem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret. Itaque navem si adeo sæpe refecta esset, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuisset, nihilominus eandem nauem esse existimari.* Sed & aliud exemplum philosophicum Alphenus desumit a corpore humano, quia nos ipsi non iidem essemus, qui abhinc anno fuissemus: propterea quod ex quibus minimis particulis constitimus, hæ quotidie ex corpore nostro decedunt, aliæque extrinsecus in earum locum succedunt: sic vt successione aliarum renouetur, neque ideo tamen aliud fit vel diuersum sed idem corpus semper. Rex igitur eare domanium suum tacite facit: & ideo nô temere in his, quæ Ecclesia ab eo possidere potest, eius domanium vsurpatione, aliave qua alienatione, imminutionem diuisionem, aut immutationem pati debet, veluti res sacra, quæque à Corona ipsius pendet. Est scilicet domanium vera dos, quam Respublica Regi sponso suo in hoc connubio politico dicit seu affert. Atqui in dos constante matrimonio regulariter præscribi non potest, alienari aut diminui: pariter igitur neque hæc ipsi dos huiusce connubii politici, ceu primus & potissimus Coronæ flos citra consensum Reipublicæ, quæ in Tribus Regni Statibus consistit: vt pleniue ex l. catur *lib. 3. c. . . . us prims, titulo 10. de Domanio Regn.* Ex superioribus liquet, quod si Ecclesia in Francia, cuius Rex Princeps summus est, & cui omnes recognitionibus singularibus respôdere debent, aliquid adquirat siue feudi siue bonorum ignobilium, mediis, gradibus, & titulis necessariis, Regem primum esse, cuius ratione domanii sui interest. Ipse enim, tanquam supremus omnium fons est & scaturigo omnium Regni sui feudorum: feuda ipsius peculiaria census habent & debita immediata, quæ alii à Rege habent sub feudi nomine: omnique si probe perpendantur, à Corona eiusque domanio mouentur, neque Dux est quisquam, non Princeps, Marchio, Comes, Baro, neque vllus alius, qui sibi quidquam vindicare debeat, quod nô eo referat. Est igitur hæc scaturigo & fons superioritatis cuiuscunque in Francia, & ad quam omnia mediate vel immediate referuntur. Quod immediate à Rege mouetur, id est, si non per aliud sambulauerit, neque eo nomine alius dominus agnoscatur, vocatur *feudum*, & reog . . . feudalis b nn grauat . . . feudi qualitate: Quod ab alio mouetur, qui à Rege immediate tenet, vocatur *subfeudum*, sub oriere *subbanni*. Vt ecce Baro Baronatum suum à R g feudi titulo possidet: vasallus Baronis ab eo possid t subfeudi nomine. Et tamen omnia à Rege mouentur mediate aut immediate, qui semper & omnium fons est, scaturigo, dominus, & supremus Princeps. Bald. *super cap. ad hoc titul. de allod.* ait, à supremo Principe, cuiusmodi est Rex in Regno suo, fluere & vicissim decurrere omnia haud aliter atque per naturales meatus & cuniculos terræ aquæ è mari fluunt, & in id relabuntur. Hæc ita præsupposita neque inutilia sunt, neque frustratoria, sed plurimum conducunt, & duplici quidem fine. Primum, vt intelligatur Regem verè supremum iure legeque esse dominum directum omnium bonorum temporalium in Regno suo: siue à Laicis, siue ab Ecclesiasticis possideantur, & quod omnes Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Barones, Castellani, Domini, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, Cômendatores, Collegia, &, vt vno verbo dicam, omnes eius Vasalli sint, atque ab eo possideant. Alter finis est, quod æquum non sit vt Ecclesia, quæ sola se secundum legem Christi viuere profitetur, alteri iniuriam faciat. Iesus Christus capite sua lege canit, vti iura imperatori bus & Regibus debita ab Ecclesia ipsis porro præstentur, quam & ipsam ideo, qua tum ad hoc attinet, seculanibus Dominis subiectam deo quidem, vt ipsemet specimen edidetit agnita se solutione tributi secularis. Ecclesia igitur, in ca . . . suo cont . . . omnino futurum est, vt iura Dominorum temporalium supprimat, si in manu sua retineat Dominia rerum & bonorum temporalium propter prædictas videlicet causas, ex quibus prædicti Domini quintis, subquintis, redemptionibus, releuiis, laudimiis, véditionibus, semilaudimiis, recognitionibus, confiscationibus, commissis, & id genus obuentionibus, quæ directi dominii propriæ sunt, tum earum rerum nomine, quæ in feud m tenentur tum immobilium bonorum nomine. His ita à Triumuiris regiis probè cognitis, itemque à Dominis, quià Rege quid possident, visum est: postulatum & obtentum, mox complurimis supremarum Curiarum Arrestis iudicatum est, æquum esse, vti Ecclesia à sese abdicare cogeretur, & vt vocant, manus suas vacuefacere huiuscemodi bonis eaque relinquere, vel saltem homines inuicem substituere seu nominare, qui, vt loquuntur, viuentes morientes & committentes essent, i. qui certa vitæ spatia habeant, qui vitæ finem aliquando faciant, qui denique bona sua certis casibus fisco committere possint, vel denique I tem indemnitatem præstare. Aduersus hoc ius Ecclesia fortio si atiter sese opposuit, nempe, quod pars longa possessione temporis lege requisito Maioris præscripsisset. Pars vero sola sui præ . . . nixi, quia scilicet intendebant omnia ab Ecclesia possideri. Verum his opponebatur Lex Deuteronomii 10. *cap.* vbi dicitur, diuisione inter Leui, & eius fratres facta, cuique familiæ possessiones certaque loca adsignata fuisse: at familiæ Leui, quæ ceremoniis & officio diuino destinata erat, pro sorte & possessione ipsius Dominum Deum adsignatum fuisse: decretumque, vti ne in residuo terræ partem aliquam haberet: *Non habebit*, inquit, *Leui partem, neque possessionem cum fratribus suis, quia ipse Dominus possessio eius est.* Et vt *imo Leuitici capite*, Decimæ, quæ Deo debentur, Leuitis, id est, filiis Leui adsignatæ fuerunt, iisque, qui in Tabernaculo fœderis ministrabant, vt & reperitur *in c. decimas, 16 quæst. 1. & in cap. Clero. circa fin. 21. distin.* Procedente tempore per vsurpationem Ecclesia possessionem nacta est, & magnis bonis temporalibus locuples tata fuit veluti redditibus, feudis, castis, terris, dominiis, iustitiis, iuribus, quæ à Rege mouebantur, & compluribus Dominis ipsius Vasallis adeo ut instituta Ecclesiæ Primitiuæ, quæ, vt ait Papa Melchiades *cap. futuram Ecclesiam. 12. quæst. 1.* itemque Papa Vrbanus *cap. viden-*

Rex fons & caput domanii feudorum & subfeudorum.

Ecclesia cogitur vacuefacere manus suas vel hominem viuentem & morientem substituere vel indemnitatem præstare.

Ecclesiæ res temporales possidere non debent.

Leuitæ qui sint.

Ecclesia primitiua res sibi donatas vendidit & pauperibus distribuebat.

te. eadem causa & quæst. nulla bora huius generis pos sidebat: Et si quæ oblata fuissent & ad pedes Apostolorum proiecta, confestim ea ad nutriendos & fouendos egentes reddebant: idque faciebant prudentes fore, vt ipsorum Ecclesia in manus & potestatem Gentiliũ perueniret, prout etiam accidit: neque enim Gentiles tantum ceteri, verum etiam Romani nominati imperatores & principes ad eam sese contulerunt baptizatique fuerunt: Quare Ecclesia ad id fastigii conscendit, vti de suo quisque ipse quid conferret donaret: Pars quippe Ecclesias sumptuosas ædificare: Pars de possessionibus suis donationes conferre, postea quam scilicet primus Constantinus Imperator ædificandi, donandi, accipiendi libertatem fecit, qui & ipse Ecclesiam Diui Petri Romæ ædificare cœpit, eamque aliasque Ecclesias magnis bonis locupletauit: In concilio quoque Nicæno, cui ipse quoque præsedit, Ecclesię Christianę decus & authoritatem confirmauit & adauxit, palamque professus est ipsius Ministros non posse ab hominibus, verum à solo Iesu Christo compesci: Ab hoc tempore bona secularia passim acceperunt & tenuerunt, & cum venditione precioque in pauperea diuisione ea a se abdicare deberent, Contra adeo obstinate ea sibi vindicarunt, vt ea sibi propria fecerint: eo quidem vti ea Ecclesiis suis perpetua facerent, alienatione ipsorum interdicta & illicita facta: Cum tamẽ vetũ sit ea tantũ irreuocabiliter Ecclesiæ adquisita quæ ab Imperatoribus, Regibus, & Principibus aliisque superiores non agnoscentibus quæ ab aliis ea non possidebant acquisita fuerant: Nam si alii præterea bona quæ à superiore aliquo possidebant Ecclesiæ donarunt obtulerunt id in præiudicium prædicti superioris qui eam in rem non consensit fieri non potuit. Consensus igitur iste *Amortizatio* est, haud aliter, ac à superiore facta donatio consensum importat: quandoquidem donando satis & eo ipso consentit, vt donatio locum habeat citra vllam seruitutis exceptionem, sed libere, vt ait Vlpianus in *l. qui quid. 10. ff. Commun. præd.* & Paul. I.C. in *l. si quis ædes. 30. ff. de seruitutib. Vrban. præd.* Ecclesia igitur vt libere bona temporalia sibi ab alius oblata & donata libere possidere posset, dunataxat quam ab aliis, quã à Rege in hoc regno, neque cogerentur à se ea bona abdicare prætermis temporibus aliquando Domino si à quibus possidebat, adire solitę sunt, quo ipsi ea Amortizarent, id est, vt titulo Amortizationis cõententirent in id vt ea ab Ecclesiis possideri possent & irreuocabiliter à manu mortua possiderentur: Regem vero tantum adibant eorum nomine, quæ ipsis ab aliis donatę fuerant, quęque immediate ab ipso mouebãtur. Idita diu toleratum fuit, receptũ æquumdue visũ est, vt videlicet Principes, Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Barones, Domini quique, Regem recognoscentes & ab ipso possidentes amortizare, & in huiusmodi manum mortuã cõsentire possẽt: eoque iure in hoc regno vsi sunt, cum aliqua non verisimilitudine seu verispecie, scilicet vtius quod ad ipsos spectaret, remittere possent. Verum cum omnia à Rege possideantur & moueantur, definitum, cõstitutum est ad ipsum solum ius amortizandi & amortizationis indulgendæ spectare, quæ nihil aliud est quam indulgentia, dispensatio, & concessio facta iis quos *manus mortuas* vocant, bona immobilia possidendi, vt maxime ab alio Domino Immediate moueantur. Ita indicatum fuit Arresto Consistorii Regii inter cætera Arresta Festi trium Regum anno 1277. aduersus Capitulum Catalanense.

Constantinus Imperatori primus Ecclesias locupletauit, & locupletandarum exemplum præbuit.

Quę bona Ecclesiæ amortizationi non sint obnoxia.

Amortizatio quid sit.

Occasio amortizationis.

Vetus error super potestate amortizandi.

Rex solus amortizare potest.

Chopp. de Dom. Fran. vbi supr.

II.

Fratres Minores Niuernenses, ad incrementum & aporelesma structuræ Ecclesiæ suæ domum quandam ei contiguam in ciuitate Niuernensi sitam & à Comite Niuernẽsi ignobili conditione tribus oboli annui & perpetui census nomine directi Domini prædicti Ducis nomine possessam & grauatam comparatunt, Comes Ludouicus Flandriæ Dux Brabantiæ, idemque & Comes Niuernensis & Rh tensis amortizauit, & instrumentum amortizationis prædictis Religiosis dedit cessitque, & condonauit prædictum reditum pro structura & incremento Ecclesiæ suæ: diplomate 7. Augusti, Anno 1372. id in Camera Rationalium insinuandum exhibitũ est: verum responsum fuit, id admitti non oportere, neque vllo modo valere, declaratumque fuit tum cum habitum fuit in prędicta Camera Consilium, definitumque in ea, neque prędictũ Comitem Niuernensem, neque alium quemcunque, siue Baro sit, siue alterius conditionis, ius amortizandi census habere: ideoque diploma prædictum amortizationis in prædicta Camera cancellatum ad seruandum, & peculiari facciperio seu sacco habendum & adseruandum. Postea amortizatio per prædictos Religiosos à Rege postulata impetrata que fuit. Ea bis, quæ superius dicta sunt, videri posset Dominum Ducẽtum siue Feudalem, siue ignobilem non posse possessorem à tributo vel censu annuo liberare, neque posse cum prædicto possessore super directo domino paciſci: quoniam cum Rex semper & super omnes res & super omnes personas Regni sit superior sit, eius pariter semper interſit, idque ea iisdem rationibus, quæ superius datæ fuerunt Ecclesiæ contemplatu impedire possit. Qua re cognosci potest, facileque discerni, discrimen, quod est inter legata ficta Ecclesiæ, quæ *manus mortua* est, & inter ea, quæ immunis viuæ: Rursum, quæ facta homini, qui mutari necesse, & inter ea, quæ facta homini viuenti, vt loquuntur, morienti, committenti Verum tamen est in postremo casu, paulo ante in dubium vocato, directum Dominum, qui censum & reditum suum remittit, & possessionem nobilitat, quæ ipsi serua erat, tributaria & subdita, feudi sui partem amittere & alienare: Verum hac in re Regis nihil interest, dummodo possessio eum in modum nobilitata in manibus hominis viuentis, morientis & cõmittentis remaneat, qui semper erit & manebit subuassallus Regis pro subfeudo, si primus vasallus cognitionem prędicti subfeudi retinuit: Si vero nihil sibi reseruauit, vasallus immunis factus eius Feo succeder, & immediate possessionem suam à Rege possidebit, oneraque banni & subbanni pro rata sua sustinebit: haud aliter, atque is, qui alienauit, sustinebat: Atque adeo venditione facta, donatione, permutatione, legato, aliove quo alienationis genere, sunbus, Regibus locum faciet, & delictis suis possessionem committet: quæ omnia Regem eiusque domanium in tuto collocant: cum nihil simile fit in manu mortua.

Idem & exprelsius ad huc super amortizatione census.

Quemadmodum vassallus liberam reddere possit possessionem, cuius censum debetur.

III.

Archiepiscopi, & Episcopi, pates Franciæ, puta Archiepiscopus Rhemensis, Episcopus Campaniæ siue Catalaunensis, Episcopus Noniodunensis, & Episcopus Lingonensis, singulari priuilegio amortizationis Personis Ecclesiasticis & manibus mortuis tribuere possunt pro reditibus videlicet rebusque nobilibus, quæ ab ipsorum Ecclesia in subfeudum & mediate tenentur: at non etiam pro iis quæ nobili conditione ab ipsis in Feudum immediate mouentur. Hæc prærogatiua ipsis speculariter cõpetit:

Pares Franciæ Ecclesiastici sub feuda sua amortizare possunt & nobilitare.

tis: Cæteri quippe Prælati, qui Pares Franciæ non sunt, nihil amortizare possunt, siue id mediate, siue immediate ab ipsis moueatur. Ita iudicatum fuit Arresto, quod datum in Parlamento, quod tum Regem sequebatur, & in eius præsentia, inter Arresta cætera Festi Trium Regum, Anno 1277. super Amortizatione facta ab Archiepiscopo Rhemensi, itemq; altero Arresto præcedente anno 1270.

IV.

Domini directi cæteri, excepto Rege, Ecclesiam cogere non possunt ad abdicanda è manibus suis bona spiritualia, si et vice sua præbeat hominē viuentem, & morientem.

Superius satis superq; inculcatum videtur, ad Regem solum spectare ius & authoritatem amortizandi, & indulgentiā præbendi hominibus manus mortuæ cōditionis possidēdi res nobiles vel bona ignobilia in Regno suo, denegato eo iure penitus aliis eiusdem Regni Dominis. Dubium tamen est, vtrum prædicti Domini, ad quos Ius amortizationis immediate spectat, id est, quos ea res contingit; vtrum, inquam, possint cogere homines Ecclesiasticos de possessione eorum, quæ ab ipsis mouentur, decedere. Et vero in Francia definitum est non posse. Ideoque si prædicti homines Ecclesiastici parati sint vice sua seu Vicarium hominem præbere viuentem, morientem & committentem, vel si indemnitatem polliceantur, eos à prædictis Dominis Feudalibus securos fore, qui in possessione eos quietos relinquere coguntur: quoniā huiuscemodi Oblationib. prædicti Domini indemnes præstantur. Indemnitas videl. talis est, si vero Ecclesia polliceatur sese soluturam quintam, subquintam, Releuium, Feudorum nobilium, vel laudimia rerum ignobilium aut censualium directo Domino, quotiescunque Abbas mutabitur vice hominis viuentis & morientis. Verum tamen est, videri ea re nō omnino præstare indemnem Dominum: quandoquidem alienationis & commissionis casus hac indemnitate non comprehenduntur, neq; in Ecclesia locum habere possunt: atque ita Dominus huiuscemodi lucris casualibus priuari videtur. Et tamen re bene perspecta videtur eum non tantum indemnem præstari, verum meliorem eius conditionem fieri: Quandoquidem sæpe accidit, vt res feudales vel ignobiles 300. vel 400. annis ab vna & eadem familia deriuatę à patre in filios successiue possideantur citra vllam alienationem, pro quibus sane directis ita immutationibus, atque adeo pro tanto hoc tempore Dominus nihil consequitur: Atqui prædicto casu transactionis seu pactionis, quotiescunq; Prælatus mutatur, id quod sæpius euenire potest, lucrum percipit. *Hominem viuentem & morientem committentem præbere*, aliud est, quam indemnitatem polliceri: Ecclesia quippe, si quid adquirat, non ad aliud obligabitur, quam vt Domino directo rei quæsitæ nominet siue præbeat hominem, qui ipsi videbitur, qui scilicet morte sua aut commissione iuribus Dominicalibus locum faciat: Ecclesia igitur alterutrum Domino præbere potest vel hominem vel indemnitatem. Alia ratio Regis est: is enim præcise Ecclesiā cogere potest, vt de possessione bonorū quæsitorum decedat: Dominus vero non nisi, vt sibi Vicarius homo nominetur, vel indemnitas præstetur. Ab hac indemnitate manauit consuetudo illa, quæ à directis Dominis in locis seu regionibus, quæ iure scripto reguntur, vsurpatur, qua scil. successores beneficiorum inuestiunt, & laudimia sibi solui faciunt ea ratione, quam consuetudo fert rerum, quę ab ipsis mouentur, queq; ad prædicta beneficia spectant. Superiora omnia ita iudicata fuerūt Arresto Parisiensi 23. Maii 1539. inter Georgiū Chenayum scutiferum petitorem ab vna parte, & Capitulum Viuariense in Briensi ab altera parte: quo di-

Indemnitatem præstare quid sit.

Beneficia in hodie laudimia soluant, quādo beneficia sua ingrediuntur pro ipsorū temporalibus.

ctum fuit, Dominum inferiorem non posse homines conditionis manus mortuæ cogere, vt de possessione, quam amortizatam teneant, decedant: posse tamen postulare hominem viuentem morientem, committentem, aut indemnitatem: & alterutro contentum esse oportere: At solum Regem posse manum mortuam cogere, vt possessione decedat, &c.

V.

Amortizatio quādo impēsis Ecclesiæ vel donatoris impetrari debeat.

Quoties Ecclesia rem aliquam superioribus obnoxiam adquirit, ipsa Regem adire solet indulgentiæ: eius videlicet possidendę, & diplomatis amortizationis impetrandi gratia: At si huiuscemodi res prædictæ Ecclesiæ donatione mortis causa aut inter viuos, vel legato, Testamento facto adquiratur seu deferatur, is, qui rem donauit, aut legauit, amortizationem ipse vrgere, suisq; impensis indulgentiam & amortizationem à Rege impetrare cogetur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum in Camera consilii 27. Martii 1558 pro Oeconomis Hospitalis sanctæ Trinitatis Parisiensis, aduersus Mariam Briçonetam pro Feudo de l'Hiemille. Hoc Arrestum fundatum est in maxima ratione: nempe, quod is, qui donat, aut legat, scire potest & debet rei qualitatem, quā donat, nempe, quod obnoxia sit fidelitati, hominio, banno, subbanno, quintis, subquintis, redemptionibus, releuis, laudimiis, venditionibus, aliisque Iuribus Dominicalibus, quæ de necessitate præstanda sunt & iure seruitutis, de quibus disponere nequit. Insuper, quod scire possit & debeat statum & conditionem eorum, quibus donat: qui sunt *manus mortua*, & incapaces & inhabiles bonorum quærendorum, possidendorum citra amortizationem: Igitur cum donat aut legat rem ita obnoxiam & obligatam, vel ipse vel hæres eius eam immunem, liberam præstare cogitur, atque adeo eius immunitatem suis expensis impetrare, quandoquidem ipsius onera explorata habuit: vt Iulian. ait *in l. S. tibi homo quem pignori dederas, 86. in princ. de legat. 1.* & expressius adhuc Scæuol. *in l. penult. §. vlt. ff. de legat. 3.* Testator cuidam amico suo (liberto scil.) militiam legauit, quam militiam & Testator habuit, quæsitum est, an onera omnia & introitus militiæ ab hærede sint danda? Respondit Scæuola, ab hærede danda.

VI.

Explicatio materiæ amortizationis.

In hoc amortizationis scilicet argumento quinque notanda sunt. *Primum*, quod Ecclesia, quæ rem acquisiuit, & cuius possessione decedere propter manum mortuam à Procuratore Regio cogi poterat, si eam postea 30. annis pacifice possederit eius nomine nunquam inquietata, nunquam interpellata à Triumuiris Regiis, quod, inquam, aduersus Regem Ius tenendi possidendi rem prædictam præscribat, adeo vt eius possessione decedere non cogatur: atq; ita Rex huiuscemodi patientia 30. annorum ad instar Dominorum reducitur: nempe, vt non possit Ecclesiam ad aliud cogere, quàm vt præster hominem morientem & committentem, vel sane cautionem indemnitatis. De præscriptione 30. annorum mentio est expressius *titul. Si de feudo defuncti controuersia sit inter Dominum & agnatos vasalli, §. si quis per triginta annos. Secundum* notabile est, quod vt maxime complures Ecclesiæ satis habuerint, & contentæ olim fuerint generali amortizatione seu indulgentia facta à Rege toti Clero suo Gallicano, nihilominus multi sunt, qui id probare non possunt, velut suspectum, & [illegible] sui intuitiam generalitatem neque determinatam fraudibus & dolo obnoxiam, quæque in præiudicium Regis & ipsius Coronę, valere aut ad [illegible] non potest. Et vero tutius est, vt quęlibet Ecclesia minu-

Tit. amortizationis præscribatur 30 annis, & quomodo id intelligatur.

tatim seu speciatim designet fundos & possessiones quas possidet, alioquin res minus in tuto erit: prout notat Ias ad *l. cum Aquiliana. ff. de Transact.* Nihilominus tamen generalis indulgentia percrebuit: Et vero Rex Franciscus primus complurimas generales amortizationes Normanniæ, Picardiæ, Burgundiæ, Lugdunensi, aliisque Regni sui locis seu regionibus concessit, nulla speciali designatione facta rerum amortizatarum, verum sub generali appellatione eorum omnium, quæ Clerus in prædictis locis ex bonis temporalibus possident, mediante certa pecuniæ quantitate Regi promissa: & huiusmodi amortizationes generales in Parlamento admissę, verificatæ, approbatæ fuerunt. *Tertium* singulare est, quod per amortizationem Ecclesiæ concessam, vel per cautionem indemnitatis, vel per lapsum 30. annorum Ecclesia à fidelitate & homagio non ideo liberetur, verum ad eorum præstationem nihilomin' tenetur, nisi speciatim & hæc remissa fuerint: prout iudicatum fuit Arresto pro Dominu Valentiniano aduersus Abbatem & Conuentum Sancti Victoris prope Parisios 13 Mart. 1536. *Quartum* singulare est, quod Rex pecuniæ ab Ecclesia exigendæ propter amortizationem & indulgentiam superiorem ius habeat. Cæterum Taxa huius pecuniæ non alibi expressa reperitur quam in vnica Constitutione Regis Caroli sexti mense Octob. Anno 1402. Nempe tertiam partem esse valoris & æstimationis possessionum amortizatarum: eaque tertia pars constitutione illa nominatim Regis Domanio destinata est & affectata, & ea tãen hactenus in alios vsus conuersa est, atque in priuatas personas donationibus translata. Neque dubium est huiusmodi amortizationem in diminutionem prædicti Domanii vergere: cuius sie vt dicatur viscerale erat ius quod Ecclesię remissũ est: veluti onus banni, & subbanni, cominitionum, & aliorum Iurium Dominicalium, quorum alia sunt ordinaria, alia vero casualia: Proinde nihil æquius erat quam vt huiusmodi diminutio cum pecunia quæ eo nomine percipitur compensaretur: id vero fieri non potest, nisi conuertatur & Domanio applicetur, quod & natura sua & antiqua Franciæ Constitutione neque; diuisionem, neque cessionem, neque alienationem, neque diminutionem recipit. Prędicta igitur pecuniæ taxa, seu adæratio est tertiæ partis; quæ tamẽ & ipsa nõ semper obseruata fuit: liquet enim quasdã Ecclesias ita adæratas taxatas, vt pecuniam reditus sex annorum quem percepturi essent ex bonis amortizatis inferrent, aliæ vero plus minus taxatæ fuerunt, aliæ per auersionem certa summa: veluti Clerus Normanniæ summa 80. millium librarum à defuncto Rege Francisco anno 1532. Clerus Burgundiæ, summa 50. millium librarum, eodem videlicet tempore: atque ita de cæteris. *Quintum singulare* est quod Ecclesia quæ 30. annorum spatio ius possidendi huius commodi res præscripserit: nihilominus huiuscemodi pecuniam soluere cogatur, itẽque fidelitatem & hominium porro præstare teneatur, itemque banno sub, banno, aliisque iuribus Dominicalibus obnoxia maneat: id enim aduersus Regem tantum pręscripserit, quod possessione decedere non cogatur, nihil aliud.

Amortizatio generalis securitatem non probat nec legitima est.

Amortizatio præscripta ab obsequis debitis liberationẽ non pręstat.

Quænam pro amortizatione pecunia debentur.

Ecclesia quę ius amortizationis præscripsit pecuniã seu adærationẽ nihilomin' soluere cogitur.

Rex neque ro fauorem Ecclesiæ, neq; in alterius, in pręiudiciũ domini feudalis vel directi amortizare potest.

VII.

Illustris Gabriel de Valle Baro Plessiaci Tornellarum, & Illustris Ioanna Brinonia nuper ipsius Domina maioris & minoris Mitriaci & Contreurourii in Balliuiatu Plessiacẽsi, dicebãt, in prædictis dominiis omne ius feudi & subfeudi in possessionib. sitis iuxta ista dominia sibi cõpetere: sese iam inde ab anno 1551. instrumenta seu diplomata solaril quæ vocant impetrasse, eaq; publicare fecisse: Dominos autem Stipendiarios Collegii Cardinalis Monachi defensores & opponẽtes, plus quam trecenta iugera in prædictis Dominiis possidere, nulla habita prædictæ publicationis ratione: eaque de causa omnia quæ ad ipsos spectarent, pignori capta, cui rei prædicti Defensores sese opposuerint: Ideoq; concludere se, vti prædicti Defensores minutatim & specialiter prædictas possessiones earumque onera designarent & instrumenta sua exhiberent. Defensores contra dicebant, locum qui Fouyon vocabatur de quo controuersia erat, sibi à Cardinali Monacho donatum fuisse, & iam ducentos annos elapsos, ex quo amortizati prædictas possessiones fecisset, ab eo tempore fruitos citra vllorum censuum solutionem: se de amortizatione fidẽ facturos, facta anno 1419. ideoque non cogendos se designationem aliquam præbere, quandoquidem nihil deberent, eoque loco tanquã immuni libero & amortizato fruiti essent. Petitores replicabant, amortizationem à Rege factam non potuisse Domino feudali pręiudicare à quo possessiones quæ amortizatæ dicuntur habentur, cuique ius census & hominii tolli non possit: Nunquam id probari posse, se petitores vel ipsorum prædecessores censum sibi debitum remisisse: eamque in rem extare Arresta pro Ioanne de Valentiania aduersus Monachos sancti Victoris 13. Martii 1 56. per *cap. 1. de stat. Regul. lib. 6.* Item aliud Arrestum pro Ioanne de Habare domino Busti aduersus Capitulũ Droeense: item aliud aduersus Capitulum Viuariense in Briensi: Axioma esse, vti omnes personæ conditionis manus mortuæ cogantur Vicariũ hominem viuentem morientem Domino suo feudali præbere, vel sane ei indemnitatem soluere, vt maxime amortizationem à Rege impetrassent: De cętero id præscribi non posse: quandoquidem id in superioritatis signum præstetur. Sententia Libellariorum Palatii pignoris capio iusta & valida declarata fuit: decretumque eam stare debere, vsquequo Defensores designationem præbuissent possessionum quas ipsi possiderent in dominio & censu Contreurourii, oneraque quæ deberent præstitissent: item vsque quo instrumenta sua exhibuissent: condemnatique in expensas fuere: id quod postea confirmatum fuit Arresto 7. Septembris anno 1560. Quod quidẽ iuris communis dispositioni quodammodo aduersari videtur quo videlicet præstatio & onus fidelitatis & hominii in Feudis, & census annui in ignobilibus seruitus est, vt Accursius inquit in glossa sua *in l. Sicuius §. si vsusfructus, in verbo oportet. ff. de vsufruct.* & Baldus *super cap. 1. prope finem, de Controuers. inuest.* Item alibi dicitur omnes res liberas & Allodiales præsumi nisi probatio fiat aut manifesta præsumptio sit seruitutis. *l. fin. de Seruitutibus. & l. altim. C. eod.* Præterea res omnes præscribuntur etiam contra Romanam Ecclesiam, *cap. fin. de præscript. Authent quas actiones. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* ac nominatim huiusmodi annuæ præstationes: prout dicitur *in l. cũ notissimi. §. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Et tamẽ hac parte seu in hac quęstione hæc ratio adsignatur, quod huiusmodi census, aliaque præstatio debita ratione directi Dominii & Domino directo debeantur in signum & recognitionem superioritatis, eoque præscribi non possint siue à laicis siue ab Ecclesiasticis, *cap. cum non liceat, cum glos. de præscript. & l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.*

Licet ... datos legi ... nalis ... chi ... ensis I. C.

Ius fi... ru & ... mini ... statu feudi censi ... ominis ... libus ... scrib ... pore

Videatur 6. 7. 8. *cap. Decisionum* defuncti Domini Magistri primi Præsidis, & Arrestum 17. *infra tit. de Fidelitate & hominio.*

Ius Fidelitatis & hominii in feudis non præscribitur: Itaq; Vasallus

Vasallus, qui feudum suum possedit etiam vltra centum annos, non præstita fidelitate & hominio Domino feudali, præscriptione se tueri non potest. Charond. *libro* 11. *Responsi art.* 18. T.

APPENDIX ARRESTORVM Ad titulum XIV.

I.

Amortizatio fit a Rege, indemnitas vero a domino. AMortizatio fit à Rege: Indemnitas vero à Domino. Iudicatumq; fuit Arresto solemni 22. Decembris anno 1581. pro Hospitali Bononiensi, quod præsupposita Regis amortizatione, Dominus indemnitatem accipere pro modo ternæ partis, si de feudo agatur: quartæ, si de ignobilibus bonis cogatur. Tandem sciendum est, hæredem legatarium ad pias causas indemnem ab omni amortizatione præstare debere, vt ab indemnitate. Ita iudicatum pro Hospitali Montroliensi 1. Iulii 1579. vide *supra Arrestum* 5. Berg.

II.

In Parlamento Tholosano pro certo habetur, non solum ius præstationis annuæ præscribi posse, verum etiam quorum 30. annorum spatio & amplius, si modo Dominus fidem faciat de traditione censuali, & Instrumento originali, neq; sufficeret hac parte recognitio: prout scribit Dn. Maynardus in prædicto Parlamento *lib.* 4. *quæstionum, cap.* 47. I.C. Ius præstationis Tholosæ præscribitur.

III.

Ius indemnitatis, quod personæ conditionis manus mortuæ dominis inferioribus pro compensatione diminutionis feudorum debent, non præscribitur. Ita iudicatum Arresto 3. Augusti 1602. aduersus Abbatissam & Religiosos S. Pauli, quod retuli *in quæstione mea* 91. I. C. Ius indemnitatis contra dominum non præscribitur.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I. DE LEGATIS PAPÆ IN FRANCIA.

ARRESTVM I.

Tempus à quo potestas Legati incipit. DEcIMA die Martii 1547. in controuersia super Decanatu S. Eusebii Autissiodorensis inter Wilhelmum de Prato ab vna parte, & Vigilium Narium ab altera parte, tempus potestatis seu facultatis, quod Legatus Papæ in Francia sibi vindicat, non computari debet à die, quo bulla lecta fuit, publicata, & registrata in Parlamento, verum à die quo prædictus Legatus à Rege exceptus fuit. Hoc Arrestum tantum in vna Camera conceptum & definitum fuit: verum postea congregatæ omnes Cameræ in hanc sententiam quoque concesserunt, & tum conclusum fuit & pronunciatum.

Adde *Arrest.* 6. *sup. & sequentia de iurisdictione seculari in Ecclesiasticos*, & infra, *Arrest.* 1. *tit. de Simonia.* Et sciendum est, ex Constitutione Regis Francisci quę in Curia registrata fuit, Legatos nullum introitum, nullam potestatem vel authoritatem habere vtendi facultatibus, vt vocant, suis, nisi prius cauerint, & promiserint, se nihil aduersus libertatem Ecclesiæ Gallicanæ vsurpaturos, & citra limitationem & homologationem, quæ scilicet in Parlamento fieri solet, Berg.

Hoc definitum est ex Lucio *lib.* 1. *tit.* 4. *art.* 4. Vide 47 48. *& sequentia lib.* 1. *quæstionum Iuris D. Maynardi*, vbi extant limitationes, quas Curia de more adhibere solet cum facultates, id est, Bullæ Legatorum publicantur. Vide & Choppin. *lib.* 2. *de sacra politia, tit.* 4 *num.* 3. I. C.

TIT. I. DE VICARIIS ET VIcariat bus.

ARRESTVM I.

Vicariatus absque testibus non valet. VIcariatus non est authenticus, neque admitti debet absque testibus: nam si sub sigillo eius, qui Vicarium constituit, & sub signo ipsius Secretarii collatus fuerit, priuata tantum & simplex scriptura, quæ fidem nullam meretur, foret. *l. instrumenta. & l. rationes, C. de probationibus.* Et pari passu, quantum ad hoc, Vicariatus & Collationes ambulare debent, ita vt cum alterum absque testibus non valeat, neq, alterum valere debeat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 29. Iulii 1519. Collatio absque testibus non valide fit.

II.

Vicariatus insinuari debent. In causa Vniuersitatis Parisiensis, quam Dominus Riantius eo tempore prædictæ Vniuersitatis Aduocatus, hodie vero Aduocatus Regius in Parlamento agebat, repræsentatæ fuerunt magnæ imposturæ, quæ à Vicariis Ordinariorum admittebantur: quæ causa fuit, vt Arresto prædicti Parlamenti, quod datum mense Martio 1548. decerneretur, Vicariatus de cætero in Acta Tribunalium Regiorum referri oportere. Postea Edictum Regis Henrici in hunc finem intercessit amplissimum & fauorabile pro veritate conseruanda seu tuenda in materia beneficiali. 2. ann. 1553. art. 10. I. C.

III.

Arresto Burdegalensi 1. die Februarii 1518. iudicatum fuit, Vicarium conferre & recipere insinuationes extra Diœcesim posse, iuxta decisionem nouæ Rotæ *in tit. de offic. Vicar. decis. fin.* & iuxta notata *in cap. nouit. de offic. Legat.* & per Innocent. *in cap. quia diuersitatem. de concess. præbend.* Vicarius insinuationes extra diœcesin recipere potest.

Ex Rebuffo: & ideo Constitutione & Edicto Actorum insinuationum anno 1553. cautum est, vt Collatores & Patroni Ecclesiastici qui extra loca, in quibus Acta cõstituta sunt, commorantur, in prædictis locis Vicarium vel Procuratorem constituere cogantur, quibus videl. Graduati nomina & cognomina insinuare possint. Nisi hoc fiat, satis erit Collatoribus insinuare in persona Actuarii vel eius adiutoris, qui huiusce rei Acta eis præbebit, & in Acta publica referet. I. C.

IV.

Curia Burdegalensis in controuersia de beneficio Alnfagi super tribus dubiis notatu dignis aliquandiu hæsit. Primum est, verum Vicarius ab Episcopo constitutus ad collationem beneficiorum, sola alterius & secundi Vicarii ordinatione reuocatus censeatur, etsi non sit facta expressa prioris reuocatio. Secũdum, verum facta expressim prioris reuocatione in secundi Vicariatus ordinatione, verum, inquam, necesse sit eam primo significari, & si prædicta significatione non facta primus Vicarius conferat, seu conferre pergat, verum collationes ab eo factæ ratæ sint. Tertium, verum prædicta significatione facta, si ea non obstante Vicarius, qui reuocatus est, porro conferre pergat, sciente, vidente & patiente Episcopo, verum, inquam, renouata eius potestas videatur. Quod primum attinet, conclusum fuit, ordinatione secundi Vicarii primum non esse reuocatum, eoque non obstante porro conferre posse, si ne secunda ordinatio ei significata fuerit, siue non. Ordinatio ne alterius primus Vicarius non ideo reuocatus censetur.

Hanc in rem est gloss. magna in *Canon. in Galliarum 25. quæst. 2.* & Alber. de Ros. *in l. si quis cum procuratorio, §. fin. ff. de procuratoribus.* Et quanquam contrarium in procuratore obseruetur, differentia tamen est inter Procuratorem & Vicarium: quia duo Procuratores in concursu se impediunt, per *notat. in cap. penultimo, de electionibus lib. 6.* At duo Vicarii esse possunt, per *notat. in cap. prudentiam, de officio delegati.* Quod ad secundum, conclusum fuit iuxta opinionem plerorumque è dominis Consiliariis, Vicarium expresse reuocatum ante significationem sibi factã iure adhuc conferre posse, per textum *in l. si forte ff. de off. Præf.* & Bald. *in l. solent. §. sicut, per illum textum. ff. de officio Proconsul.* & sufficit, vt Episcopus, vel ipsius Secretarius, posteaquam prædictam reuocationem accepit, vel etiam alius quiuis procurator eam significationem peragat, non exacta ab eo mandati seu procurationis exhibitione, per gloss. *in Clementin. causam, §. intimatio, de electionibus, lib. 6.* Quod ad postremum dubium attinet, decretum fuit & conclusum, Vicarium restitutum, eiusque potestatem renouatam videri, atque adeo collationes ab eo factas ratas esse, velut à procuratore, ait gloss. *in l. qui mutam. §. non ideo. in fine. ff. mandati.*

Vicarius reuocatus ante significationem sibi factam conferre potest.

Vicarius se reuocatũ sciens potest permittente hoc Episcopo conferre.

V.

Vicarius reuocari seu destitui non potest.

Religiosus, vel non Religiosus ab Abbate aut Priore Commendatario Vicarius ordinatus si huiusmodi ordinatio à Papa approbata fuerit, reuocari non potest: metuendum enim esset, ne, si forte prædictus Religiosus ita ordinatus, officio suo satisfacturus pro religione, Abbati suo vel Priori minus placeret, non diu in officio isto remansurus esset. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Abbatem Commendatarium de Chaige 18. Iulii 1514. vt not. Rebuff. *in for. Vuar. Archiepiscopi & alio num. 198. in prax. benefic.* & id scribit Panormitan. *in cap. nisi essent, de prebend.* sed & Imbert. *in Enchiridio suo in verbo Abbas*, ea de re disertim agit.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum II.

I.

Vicarius Francus seu Gallus esse debet.

IVdicatum fuit 12. Decembr. 1579. Abbatem Cluniacensem Priori S. Martini de Campis ad Religiosorum videlicet professionem Vicarium dare oportere. B. & Constitutione anni 1514. omnes Vicariatus Francis seu Gallis conferri debent, & peregrini Vicariatuum incapaces sunt. I. C.

II.

Vicarius Episcopi resignationes beneficiorum admittere nõ potest.

Choppinus *lib. 2. de sacra politia, titulo 6. num. 6.* refert iudicatum fuisse Arresto Curiæ 4. Martii 1535. Vicarium Archiepiscopi vel Episcopi alicuius vt maxime potestatem plenam habeat, non posse tamen resignationes recipere & admittere, quem vide & *lib. 1. titul. 6.* Et minus adhuc ex causa permutationis. Iudicatum Tholosæ Arresto, quod refert Maynard. *lib. 1. cap. 66.* I.C.

III.

Episcopus nondũ ingressus possessionem, constituere Vicariũ, & eius Vicarius conferre potest.

Idem Choppinus *libro 1. de sacra politia, titulo 6. numero 10.* refert, iudicatum fuisse Arresto anno 1541. Episcopum electum & prouisum, vt maxime possessionem Episcopatus nondum ingressus sit, posse Vicarium generalem etiam in spiritualibus ordinare & constituere, & prædictum Vicarium in ea omnia, quæ ad Vicarii munus pertinent, peragere posse. I.C.

TIT. III. DE IVRE REgaliæ.

De hoc iure plene scripserunt Dominus primus Præses Magistri & D. Ruzeus Senator Parisiensis, Philippus Probus Biturieus Doctor & Professor in Iure Canonico Lutetiæ, Duarenus *lib. 3. de B. nefic. cap. 11.* Molineus *ad § 27. Consuetudinum Parisiens.* & Choppin. *lib. 1. de sacra polit. tit. 8. & lib. 2. de Domanio Franciæ, tit. 9.*

ARRESTVM I.

Origo regaliæ.

IVs Regaliæ ex Anglia manauit, vt ex epistola quadam, quam Rex Philippus Pulcher (qui sane hoc ius maxime fundauit) ad Archiepiscopũ Cantuariensem Angliæ Cancellarium scripsit, dum esset in Abbatis villa, & ex Responso, quod ei dedit prædictus Archiepiscopus, super dubiis quibusdam de vsu istius Regaliæ anno 1334. Eique ea veteri Edicto, *dum Episcopus*, quod in Camera computorum seu Ratiociniorum integistratum est, locus est, quoties Archiepiscopus aut Episcopus mortuus est, & immediate morte aliave vacatione Beneficium vacat, & in id Rex succedit, locumque & ius legitimę Administrationis temporalium Ecclesiæ vacantis sibi vindicat: & beneficia conferi, quæ onus animarum annexum non habent durante tẽpore Regaliæ: quæ tamdiu locũ habet, vsquequo alius Episcopus legitime ordinatus possessionem ceperit, & iuramentum fidelitatis Regi Domino nostro ipse coram, non etiam per Procuratorem, vt tenetur, præstiterit, eique diplomata seu Instrumentum confectum fuerit, quibus de prædicto iuramento præstito fides fiat, eaque registrata in Camera computorum fuerint, & Quæstor ac Commissarius prædictæ Regaliæ à prædicta Camera in mandatis acceperit, vti prædicto Ordinato *manum*, vt loquuntur, *Regiam* tollat, eumque frui possidere sinat, facta illi temporalium prędictĩ beneficii traditione: Neque ante Regalia finitur, quam prædictus Quæstor & Cõmissarius hoc mandatum acceperit: & ad eam mandati receptionem Rex ius conferendi prædicta beneficia & rationes fructuum à prædicto Commissario exigendi habet, prædictum Ius, Regaliæ scilicet, complurimis decretis & canonibus confirmatum est: verum non vsque adeo, vt vsu inoaluit: & Ius Regaliæ non tam scriptum est, quam ex antiqua traditione Patrum, qui ea sita audiuerunt, & nos deinceps de manu in manum, receptum: Cuius rei non minor est, quam scripturæ vis: iuxta id, quod in re simili scriptum est in Veteri Testamento, Iudæos præter leges scriptas scientiam & legem quandam non scriptam, quam Patres liberis suis voce declarabant, quæque *Cabala* nominabatur, habuisse, quamque Isidorus post Israelitarum reductionem in litteras & scripturã redigere voluit. Plerique Canonistarum nostrorum hoc Regaliæ ius calumniati sunt seu traduxerunt, post ea videlicet, quæ ea de re Ioannes Monachus *in cap. 2. de praben. in 6.* scripsit, qui ait, hoc ius Regaliæ nil aliud esse, quam tolerantiam & dissimulationem Papalem ad euitandum scandalum, & ferme vsurpationem esse Regum Franciæ contrariam & exorbitantẽ à iure cõmuni. Sunt hęc ipsa prædicti Monachi verba, quibus excæcati sunt plures, cum non aduerterent, prædictum Monachum auctorem nouæ istius opinionis ab omni parte suspectum esse: vtpote, qui Papæ Bonifacii, cuius domesticus erat, & à quo Cardinalis factus fuerat & Vicecancellarius, *Creatura*, vt loquuntur, esset, prout ipsemet refert *in cap. si cui. de sentent. excommun. in 6.* Item, cum non aduerterent, prędictum Papam Bonifacium esse illum, qui

Explicatio quid sit regalia.

Cabala.

Calumniatores Iuris Regaliæ.

qui his temporibus totis viribus prædicto iuri Regaliæ se opposuit aduersus Regem Philippum Pulchrum. Cæteri omnes qui veritaté & originem prædicti iuris à calumnia se vindicare voluerunt, id pluribus rationibus indubitatis fundarunt. Prima est, antiquitas & vsus perpetuus eius, vt quæ ab ista traditione, à seculo in seculum promanat. Secunda est, quod æquum sit, vt Reges Franciæ Principes propter magnas à se fundationes & dotationes factas, hoc ius & patronatus sibi reseruarent sede vacante, quod *Regalia* vocatur, quæque species Iuris Patronatus excellentior dicitur. Tertia ratio, quod vacatio Ecclesiæ & Ecclesiasticæ dignitatis Feudi vacationi similis sit: siquidem temporalia Ecclesiarum notorie monentur & à Rege manarunt, eaque ratione successores & Ordinati in prędictis Ecclesiis Iuramentum fidelitatis pro temporalibus præstare tenentur: quod quidem idem valet quod præstatio fidelitatis & hominii: & sæpe alterum pro altero accipitur: prout scribit Hostiens. *in cap. ex diligenti*, qui & allegat *cap. veritatis de iure iurando*. Hæc tertia ratio fuit, qua Curia Regi Ludouico vndecimo satis facit, & in qua Rex acquieuit, cum nosse vellet, qua ratione prædictum Regaliæ ius defendi posset. Nemini dubium est, vel incognitum, Dominum feudalem dum Vasalli aduentum expectat, *in manu sua tenere*, id est sibi vindicare feudum, vsquequo debitum seu obsequium fidelitatis, fidei, & hominii ipsi præstitum fuerit. Prouinciæ in quibus Rex ius Regaliæ habet, erant olim Senonensis, Rhemensis, Bituricensis, Burdegalensis, Turonensis, Normaniæ aliæque cis Ligerim & Prouinciæ Languedociæ seu Septimaniæ. Quin & suffraganeæ nonnullæ prædictarum ab hoc iure immunes erant: verum hodie omnes eodem iure habentur: In hoc enim Articulo & aliis nonnullis Ius Regaliæ hodie amplius est & melius intellectũ fuit & exercitum, quam antea: adeoque indubitatum redditum est prædictum Regaliæ ius ab omni parte sine nulla exceptione, vt iã anno 1364. Arresto Parisiensi Dominus Ioannes Boetius depulsus fuerit, q possessionis ius p ę Episcopo Parisiensi allegabat, cuius ius se habere prætendebat & collationes contrarias allegabat possessioni prædictæ Regaliæ aduersus Dominum Procuratorē Catholicum Regium & Dominum Petrum Soillatũ Actores. Et vero ratio, cur aduersus huiusmodi Iura nihil vsurpari possit, hæc est, quod iura Domanii & Patrimonii Coronæ, quorum numero est ius Regaliæ, ad vsum publicum in persona Principis, qui Rempublicam repræsentat, deputata sint, & de Iure extra hominum commercium sint, & temerarium foret ea alienabilia dicere & vt nonnulli dicunt *species dementiæ foret*, & per consequens præscribi non possunt etiam mille annorũ spatio. Sola pręscriptio quæ hac parte obtinet est singularis: hæc videlicet, vt si beneficium Iure Regaliæ vacauerit, conferendi ius 30. tantum annis duret, exempli gratia, si præbẽda iure Regaliæ vacauerit, & nouus Episcopus eam contulerit vel etiam Capitulũ, eaque à Rege impetrata non fuerit, at Rex intra 30. annos alii conferat iure Regaliæ, is cui collatio facta fuit admittetur & pręualebit aduersus eum qui ab Episcopo ordinat' fuerit: quia Regi 30. annorum spatium hoc competit ad exercendum Ius Regaliæ suæ, siue in prædicto casu, siue in alio hoc, puta qui sequitur. Rex viri contulit: Episcopus vel Papa vel Capitulum, ii de beneficio litigant: si Regalis, id est qui à Rege ordinatus fuit, interdictum Vti possidetis impetrat, & decedat antequã plenum possessoriũ iudicatũ fuerit, & si prædictus Regalis 20. annorũ spacio id possederit, non tamen pacifice, sed momenti beneficio, & vt loquuntur *per prouisionem* possedit, atque ita Regalia non est adimpleta, sed in suspenso manet, prędictum beneficium Iure Regaliæ vacabit & alii Rex intra 30. an. conferet. Hac de re extat Constitutio Regis Ludouici II. Anno 1499. art. 12. Qua parte valde notandum est, quod Regalis cum altero litigans qui ab Ordinario ordinatus est, non possit transigere, cedere, resignare, neque aliud quidquam facere in præiudicium Regaliæ, neque in eius potestate sit intra prædictos 30. annos de eo pro arbitrio suo disponendi: sed omnino necesse est, vt si illi locus sit, effectum suum sortiatur, & postea quam pacificus possessor fuerit de eo pro arbitrio suo disponere possit. *Regalia* est ius naturale, & annexum Coronæ, teste Paulo Æmilio *lib.* 5. quod promanat non tantum ex dotatione & fundatione, verum etiam propter conseruationem & custodiam seu tuitionem regiam: & sane Rex de beneficiis nonnullis disponit iure Regaliæ, velut conferens pleno iure ea, q̃ ad collationem Episcopi spectant sede vacante: de aliis vero disponit, iure Regio veluti in Canonicatibus & præbendis fundationis Regiæ in beneficiis electiuis per nominationem iuxta pragmaticam sanctionem. Et ita creditur, Regaliæ locum habere vbicumque Rex ingredi potest. Ita iudicatum aduersus Ecclesiã S. Flori in Aruernia 7. Septem. 1582. & 23. Iunii 1573. aduersus Ecclesiam cathedralem Andegauensem iuxta *cap. dilectus de Preb. adde & Specul. & Petrum Ferrand. de priuilegiis Liliorum*. Verum tamen est, ius Regaliæ in quibusdam Episcopatibus non obtinere: vt solenni Arresto iudicatum fuit propridie Natalis Domini Anno 1564. pro Episcopatu Petracoricensi. Itemque de immunitate Ambianensis & Baiocensis liquet ex Arr. (?) 1263 *f. l. R. 6. 20. 11.* Ac prętetea Arrestis generalibus Pentecostes 19. Maii 1564. iudicatum fuit, Regaliam locum habere mortuo Episcopo non solum in præbendis & Canonicatibus, verum etiam in semipræbendis.

Vide doctam Orationem quandã super hac re D. Brissonii tum Aduocati Regii quam memoraui *op. 2 q. meorum* Huius iuris immunitatem vindicat sibi Archiepiscopus Auscensis Episcopatus Lemouicensis & Tullensis, vide *prædictam 2. quæ. 1.* & D. Chopin. *lib. 1. de Domanio Franciæ*. I. C.

In regalia Regalium liceatum quantum si putuerit quasitã.

II.

Duobus Arrestis Parisiensibus, quorum vnum datum 20. Nouembr. 1561. super prębenda quadam Theroranensi, inter D. Petrum Dorremontium & D. Procuratorem Catholicum Regium petitores seu actores pro Regalia ab vna parte, & D. Ioannem Demoralio reum ab altera parte: Alterum vero, 20. die Martii 1563. ad concertationem D. Nicolai Dedormans, Ioannis Rupini & D. Wilhelmi Challay pro præbenda quadam Rothomagensi, iudicatum fuit per promotionem Archiepiscopi vel Episcopi ad dignitatem Cardinalitiam Regaliæ locum fieri. Quod valde notandum est, si quidem dubium nullum est promotionem ad Papatum Regaliæ locum facere: At dubium speciosum seu euidens erat, circa Cardinalem de nouo factum, vtrum Rex vindicare sibi Regaliam in Prælatura posset.

Per promotionem Episcopi ad dignitatẽ Cardinalitiam locus fit Regalię.

Hoc ipsum postea iudicatum fuit super quadam causa ampliata 29 August. 1598. ad relationẽ D. Gillotii, p D. Iacobo Ioucheray: & extãt Orationes Bouillerii & Roberti Aduocatorum partium, itemque Domini Seruini Aduocati Regii impressæ in 1. *quæstione quæst. mearum notabilium*. prout eas ex Actis Curiæ excerpsi.

III.

Inter Goffredum Voutro petitorem vi Regaliæ ab vna parte, & Rogerium Martinum defensorem ab altera parte, super Capella S. Petri Collaruilię in

Diœcesi

Diœcesi Drocensi: Actor dicebat, loco facto Regaliæ per mortem postremi Episcopi, sibi factam à Rege collationem antequam modernus Episcopus fidelitatem & iuramentum Regi præstitisset: Et vero ad id usque tempus & insinuationem mandati de ruitione commissario facti effectu ipso prædictam Regaliam durare. Defensor contra dicebat, sibi à moderno Episcopo factam collationem, posteaquam is in possessionem Episcopatus ingressus & admissus fuisset: sibique obstare non posse culpam non præstitæ fidelitatis & iuramenti Regi: quandoquidem rescriptum (u literas vt vocant patentes R. g. eis impetrasset dilatoriis, id est, quibus dilatio ei dabatur præstandæ fidelitatis & iuramenti: Cæterum hanc dilationem fidelitatis & iuramenti præstiti loco esse pro tempore in ea designato. Nihilominus Arresto Parisiensi 20. Iulii 1430 prædictus defensor causa cecidit & possessio Regali adiudicata fuit. Hinc nota, quid operetur dilatio data à Principe: nempe id hactenus operari, vt suppleat id omne quod præiudicii titulo suo lapsus téporis afferre posset, at non etiam vt ei concedatur & remittatur quod ad Principé spectat durante vacatione. Item ostenditur præstationem fidelitatis & iuramenti factam per procuratorem, Regaliam non absumere seu terminare: nam, vt Regaliæ amplius locus non sit, necesse est prædictam præstationem personaliter fieri: prout iudicatum fuit Arresto 14. Iul. 1406. super præbenda quadam Rhotomensi inter Sorpium & Bordequinum. Præterea notetur, titulum Commendæ nō impedire Regaliam: neque enim titulus est, sed depositum simplex commissi & mandatum vel procuratio, *cap. cum nobis olim. in fin. ibi, vobis in procuratorem concedimus, de Electionibus.* Eadem te extat Arrestum 15. Iunii 1315. inter subdiaconatu Baiocensi, pro Fiscatio Regali. Et tamen hodie cum Rex Ordinato possessionem tradidisset, posteaquam iuramentum fidelitatis præstitisset, Regaliam absumit sinit, non minus quia de omnibus mandatarios quam quia ad Titularios.

(Regalia vsque ad esse quale Regi fidelitatis præstatione cum eo tamio per sona, & sempe ad ueniss eó mendatarium durat.)

Arresto, quod datum pro Dominis Capellanis Sanctioris Capellæ, dictum fuit 9. Iun. 1572. ius Regaliæ usque ad ad missionem in Camera computorum seu Ratiociniorum durare & capi à possessione finiri.

Præstatione personaliter facta,) vt nouus Episcopus litteras ordinationis suæ Cameræ Computorum seu Ratiociniorum exhibuerit, inibi verificari & registrari fecerit, & vt Quæstor literas acceperit à prædicta Camera Computorú pro possessione tradenda prædicto nouo Episcopo: vide D. Magistri *tractat. de Regalia cap. 5.* Et sic vt prædictus Episcopus in plenam possessionem inductus fuerit: iuxta Arrestum 1577. quod laudatur à Charood. *lib. 1. Resp. 1 cap. 2.* Cætera quæ superius relata sunt desumpta sunt *à prædicto tractatu de Regalia cap. 2.* T.

IV.

(Regalia causam agere in possessione constitutus debet, neque adversus eum, qui tuetur, locus est.)

Regalis, (id est is, cui à Rege collatum est beneficium) quod iure Regaliæ causam agere in possessione constitutus debet, neque unquam aduersus eum qui possessor locus est. Quæ de re allegari sol & solemne Arrestum, datum Parisiis 2. Martii 1349. inter D. Simonem de Laosages Reginæ Medicum, subrogatum in locum & ius D. Rogerii Rubei petitorem vi Regaliæ ab vna parte, & D. Wilhelmum Mei sium defensorem ab altera parte, super Canonicatu & præbenda S. Germani Autissiodorensis.

Hoc Arrestum desumptum est ea D. Magistri *tractatu de Regalia cap. 2. num. 3.* Charoodas *lib. 1. Respons. cap. 6.* contrarium huic Arrestum allegat. T.

V.

(Regalis non impeditur per denegationem a Capitulo factam admittendi prouisum ante Regaliam.)

Fauor Regaliæ rigorem inducit quendam quorundam dubius videtur in specie quæ sequitur. Robertus de Pretaa Papa de Canonicatu Ecclesiæ Rotomagensi Canonice prouisus sese capitulo sistit, seque admitti postulat: quod ipsi denegatur: Post hanc denegationem euenit, vt Archiepiscopus Rothomagensis moreretur, atque adeo Regaliæ locus fieret: Rex hunc canonicatum confert Mattheo Augustello Iuris Canonici Doctori, qui sese petitorem constituit, & intendit denegationé superiorem nō sufficere ad impediendum effectum Regaliæ. Arresto Parisiensi 27. Nouéb. 1380. superior euadit, & prouisus à Papa repulsam patitur.

Charoudas contrarium tenet *lib. 1. Respon. cap. 6.* I. C.

VI.

(Regalia permutatione non impeditur, sed tempore nem Episcopus mutatur.)

Hic casus mirus adhuc magis, quam superior videri poterit. D. Iacobus Lozonius Præses Inquisitionú Canonicus Tornacensis, & D. Nicolaus Bracqueus Canonicus Parisiensis, inter sese de permutandis præbendis suis conueniunt. Resignationibus earum in Curia Romana admissis Lozonius in Canonicum Parisiis admittitur: at non etiam Tu nacti Bracqueus: quimimo eo tempore quo admissionis suæ promouendæ ergo proficiscitur, Episcopus moritur, atque ita Regaliæ in Ecclesia Tornacensi locus fit. Præbenda permutata à Rege D. Philippo Dessars confertur. Igitur controuersia oritur inter Regalem & Bracqueum Romæ prouisum ex causa permutationis: qui causa cadit Arresto Parisiensi 18. Ianuar. 1389. Verum equidem est, aduersus hoc Arrestum, vique quo Resignatarius appareat, resignátem in possessione manere: & nō resignasse fingitur: sed Regaliæ alia ratio est, quoniam nullá fictionem illa admittit.

(Regalia fictionó nō admittit.)

Charoudas eodem *prædicto lib. art. 4.* laudat Arrestum huic contrarium. T.

VII.

(Regalia locum habet in beneficiis litigiosis etiam contra possessorem.)

Sequitur alius casus notabilis, & valde dubios. Inter D. Henricum Rossillontum prouisum ex mandato Apostolico, qui que possessionem realem apprehenderat ab vna parte, & Leodium Remundum ab altera parte in Curia Rom. controuersia agitatur, super canonicatu & præbenda in Ecclesia collegiali S. Bartholomæi de Beauuoir: Ante litis decisionem locus fit Regaliæ in Ecclesia de Beauuoir: à Rege prædicta præbenda litigiosa confertur D. Nicolao de Houssaii, qui Rossillonio controuersiam mouet: is se tuetur hac exceptione, quod præbenda nó vacauerit iure Regaliæ, quod esset possessor de facto: Arresto Parisiensi 18. Ianur. 1387. Regalis superior euadit.

VIII.

(Idem.)

Similiter decisum fuit Arresto prædictæ Curiæ anno 1401. Vigilia Natalis Domini, inter Nicolaum Rossillium petitorem vi Regaliæ ab vna parte, & Wilbelmum de Belloia propter præbendá de Beauooir: quæ sine vacans iure Regaliæ declarata fuit, eo quod ea litigiosa depéhens fuisset in Curia Romana inter prædictum de Belloia ab vna parte & D. Ioanem Pellicanum ab altera, quo scilicet tempore Regaliæ locus factus est in prædicta Ecclesia de Beauooir: Quin prædictú Arresto expresse fit mentio possessiunis apprehésæ de facto prædictæ præbendæ ab altero litigatorum. Horum duorum Arrestorum 7. videlicet & octaui ratio difficulter satis reddi vel admitti potest: quandoquidem directo facit aduersus *l. Fiscus cum in priuati iur. ff. de iur. fisci.*

IX.

Duobus Arrestis Parisiensibus, quorum vnum datum 12. Febroar. 1369. inter D. procuratorem Catholicum Regium, & D. Ægidium de Malatabetna Consiliarium Regium ab vna parte, & Bertrandum de

de la Mothe defensorem ab altera pro Thesauraria Rhotomagensi, quæ in Regaliæ prædicto Consiliario collata fuerat: Alterum datum die Mercurii 15. post festum S. Martini 1338. inter D. Robertum le Gay ab vna parte & D. Wilhelmum Marchiollium ab altera parte dictum fuit, Regalem posse vti prouisione Regis vi Regaliæ, & prouisione Papæ, easque citra contrarietatẽ cumulare: Idemque de prouisione ordinarii vt de prouisione Papæ dicendum. Et quanquam duæ collationes, Regis inquam & Papæ, diuersos habere scopos & diuersa media videantur, ad eundem tamen finem tendunt, nempe vt beneficium litigiosum obtineatur, siue vna, siue altera prouisione subordinate.

Regalis prouisione Romana & sibi collatam cum Regia cumulare potest.

X.

Regalis in dubio obtinere debet.

Quoties inter Regalem & prouisum à Papa causa difficulter iudicari potest, vt maxime excommunicatione vel aliter prouisus à Papa in iure fundatus videatur, nihilominus si tergiuersetur possessio interim adiudicari Regali ea ea sola tergiuersatione debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 14. Iunii 1459. inter Hugonem Perrerium, petitorem ab vna parte & Ioanem Eygueniũ Consiliarium in Parlamento, ab altera. Vice versa, si tergiuersatio nulla sit, in huiusmodi dubiis Curia consueuit, si causa ampliata fuerit, decernere beneficium sequestrari oportere: prout iudicatum fuit Arresto, quod datũ 4. Martii 1545. inter Trouhardum petitorem vi Regaliæ præbendæ S. Germani Antissiodorensis ab vna parte, & Bourlium defensorem ab altera.

Proprie loquendo in Regalia locus non est momenti beneficio, neque interdicto vti possidetis, sed petitorie semper concludere oportet non possessorie: & si controuersia sit, officium sibi adiudicare postulare: Ita à Præside Thuano 11. Augusti 1554 repræsentatum fuit & nota officium adiudicari, cum manifesta falsitas aduersus alterutrã partium proponitur B.

Regalis in dubio momenti beneficium impetrare debet, nisi in alia instantia & antequam Regaliæ locus fieret, momentum parti aduersæ adiudicatum fuisset: hoc quippe casu prouisio Regis de nouo impetrata non posset impedire ne momenti beneficium inter easdem partes decretum per prouisionem executioni tradatur: in eam rem Arrestum Parisiense 26. Nouemb. 1560. quod Charondas *tertio Respons. iuris* allegat. Inter duos Regales momenti beneficium vt Regaliæ amplius locus non sit, non sufficit. Idem *lib. 1. arrest. 9.*

XI.

Idem.

Si vtrique res dubia sit & probandi onus vtriq; partium imponendum sit, momenti beneficium Regali potius quam alteri decerni debet. Ita iudicatum fuit Arresto 20. Martii 1416. inter Ioannem d'Estain ab vna parte & Petrum Sergueium ab altera parte.

XII.

Idem.

Si vnus litigantium moriatur, aut resignet, eiusq; successor vel resignatarius in eius ius subrogari postulet, si contradicatur momenti beneficium pendente processu Regali adiudicari debet. Et ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, quod datum prædicto anno.

Vide Chopin *lib. 2. de Domanio Franciæ tit. 2. num.* 8.

XIII.

Regalia nõ obnoxia reseruationi beneficiorũ vacantium Curia Romana.

Beneficia in Regaliam commissa, reseruationi factę à Papa beneficiorũ vacantiũ in Curia Romana non sunt obnoxia, nam vt maxime vltimus possessor beneficii huius generis in domo Papæ decederet, Rex tamen vel qui ab eo ius haberent, id conferre possent. Et vero, exorta huiusmodi controuersia de Cappella in Ecclesia S. Eustachii Parisiis quæ post mortem Cappellani & abbreuiatoris Papę Romæ mortui vacabat, collata à Papa Ioanni Varleto, itemque postea collata fuerat à Cantore S. Capellę, cuius & facultatem eius faciendę à Rege habebat Ioanni de Colomiers, hic postremus obtinuit & prædictus Varletus cum prouisione sua Apostolica Arresto anni 1388. depulsus fuit: aduersus *Capitul. statutum de præb. in 6.* propter expressum videlicet priuilegium prædictæ Regaliæ, quæ à Papa neq; eius reseruationibus ordinationibus quibuscunque impediri potest. Corona enim illi ita cohæret, vt ab ea separari nunquam possit. Eaque ratio fuit, cur hactenus Regenti, id est Administratori Regni in Francia per absentiã Regis captiui, vel etiam per eius infantiam, non licuerit beneficia quæ in Regaliam vacabant conferre. Nonnulli allegant Curiam Arrestis suis admisisse & approbasse eas collationes, q factæ fuerant à Carolo Duce Normaniæ & Delphino Viennensi Franciæ Regente, quo tempore Rex Ioannes pater ipsius ab Anglis captiuus detinebatur. Verum iidem non attendunt, Curiam eo motam, quod prædictus Delphinus Regens à Rege patre suo reuerso ratihabitionem collationum ab ipso factarum beneficiorum quæ in Regaliam vacauerant Rege absente impetrauerat: quę quidem ratihabitio in Curia verificata & registrata fuit.

Regens seu Administrator in Francia beneficia vacantia in Regaliam conferre nõ potest, sed solus tantum Rex.

Regens in Francia non potest beneficia vacantia in Regaliam conferre, sed Rex solus & de proprio motu suo, non etiam ad alterius nominationem, præsentationem aut intercessionem Charond. *lib. 1. Respons. Arrest.* 3. T. vid. Choppin. *lib. 2. de Domanio tit. 9. Arr. 8. & 9.* I. C.

XIV.

Quo tempore Cardinalis Triuultius Episcopus Baiocensis erat, vacauit præbenda prædictæ Ecclesiæ anno 1537. vel 1538. per resignationem videlicet cuiusdam, eaque collata fuit cuidam, cui nomen erat Ioanni Baptistæ Triuultio Mediolanensi, qui que prædicti Cardinalis adgnatus erat: Is igitur Ioannes Baptista per Procuratorem specialiter in id constitutum prædictę præbendę possessionem accepit, atque ab eo tempore decimas persoluit, sed in cæteris omnibus pro vero possessore gessit: Euenit anno 1547. mense Martio vel Aprili, vt Cardinalis Triuultius in fata concederet, atque ita prædictus Episcopatus Baiocensis vacauit & Regaliæ factus est locus. Filius Domini Remundi primi Præsidis Rothomagensis à Rege prædictam præbendam impetrauit veluti vacantẽ de iure & de facto, vel saltem de facto, & vigore commissionis iudicis Cadomensis in Normannia prædictam præbendam sequestrari facit, quamquam cognitio omnium Regalium priuatiue ad Curiam Parlamenti Parisiensis spectet. Posteaquam diu causa Regalistæ, id est, a Rege prouisi a Domino Menilio Aduocato agitata & defensa fuisset, & causa Ioannis Baptistæ Triuultii à Domino Boetio Aduocato causa principalis ampliata fuit: Verum prædictus Boetius libellum Curiæ obtulerat duplici fine. Primus erat, vt prædicta Curia ipsum admitteret appellãtem ab impetratione commissionis Iudicis Cadomensis: alter finis erat, vt in eandem possessionem restitueretur, in qua erat tempore factæ sequestrationis: nempe quia cognitio de Regalia non spectaret ad iudicem Cadomensem, verum ad Curiam Parlamenti Parisiensis priuatiue etiam ad cętera Parlamenta Franciæ, prout continetur constitutione Regis Ludouici XI. 19. Iun. 1464. Ea videlicet de causa, quod prædicta Curia sit prima & antiquissima omnium Curiarum. Super hoc libello supplice agitatum fuit inter Actorem & Dominos Regios Triumuiros, perorante Domino Marillaco, qui ad sui defensionem dicebant, possessionem prædicti beneficii nullam esse, eo quod ipse peregrinus esset, neq; literas, quas vocant *naturalitatis* haberet: ac præterea constitutionẽ extare, qua

Super Regalia controuersia cautio in Parlamẽto & non alibi agi debet. Vide ea re. tit. de Regalia D. Magistri.

Tam in petitorio, quã possessorio, Molinæus ad stylum Parlam. tit. 5. § 38 & § 7. n. 26. I. C.

omnibus

Peregrinus beneficiū in Francia possidere nō potest.

omnibus Capitulis interdicitur, ne in Ecclesias suas peregrinum aliquem admisisse velint, absque litteris naturalitatis: neque eo nomine possessionem alicui tribuere: eamdemque Constitutionem iubere omnibus Iudicibus Regiis, vt prædictam constitutionē obseruari faciant, neque permittant cuicunque tandem Extraneo beneficiis huiusce Regni frui, nisi *naturalizatus* fuerit. Atque his rationibus adserebant, quantum ad hoc, cognitionem ad prædictum Iudicem Cadomensem spectare, & quod constabat possessionē prædicti Triuultii velut Peregrini nullā esse, atq; ideo redintegrādæ possessionis interdicto experiri non posse: Non magis quam in materia beneficiali ex communi stylo forensi seu Palatii interdictum redintegrandæ possessionis locum non habet. Adhæc Boetius replicabat, quantū ad primam rationē spectaret, defunctū Regē Franciscū in nominatione quā defuncto Episcopo Baiocensi Cardinali Triuultio fecerat pdicto Cardinali indulsisse, seu potestatē fecisse cōferēdi præbēdas & dignitates præd. Ecclesiæ Baiocēsis omnibus personis etiā extraneis: quinimo prædictum Ioannem Baptistam Triuultium speciale priuilegium à defuncto Rege Francisco emeruisse

Interdictū redintegrādæ possessionis beneficii.

beneficia videlicet possidendi in hoc regno, quod tamen priuilegium in Camera Computorum seu Ratiociniorum verificatum non fuerat. Quantum vero ad prædictam commissionem seu decretum Iudicis Cadomensis, dicebat, non obstantibus prædictis omnibus, spoliatum ante omnia restituendum esse, *cap. I. in litteris, de restitut. spoliat. cap. cum Ecclesia, de causs. possess. & propr.* Curia admissis duobus illis capitibus libelli supplicis Clientis Boetiani eum appellātem ab impetratione commissionis admisit, & ius reddens super altero Capitulo dixit, decreuit, Ioannem Baptistam Triuultium in eundem statum restituendum reponendumque esse, in quo ante factam sequestrationem fuerat. Id ita pronunciatum fuit 19. Martii 1548.

Hoc allegatur a D. Magistro *in tract. de Regalibus, sub fin. c. 2.* & à Charonda *lib. 3. R. resp. art. 10.* T.

Quando suspensioni beneficii per dilationem locus est, ex harum causarum vna, puta, quia Beneficiarius Regni fines excessit, vel quia Peregrinus est, aut delictum aliquod admisit, eamque suspensionem vel interdictionem Papa declarauit. Tum Rex aliquem constituere potest, qui reditum percipiat, & qui huiusce modi diplomata a Rege habet, *OEconomus* vocatur: sed Papa non potest locum facere OEconomatui, citra Regis verificationem, & omnis OEconomus rationibus reddendis obnoxius est, *cap. ex his, de prab. in 6.* Seruat enim fructus futuro successori.

XV.

Regalis à Capitulo repulsam passus ad Regem recurrere potest.

Si Rex Canonicatum iure Regaliæ contulerit, & Prouisus à Capitulo non admittatur, potest libellum Regi vel eius Curiæ offerre, vt literas impetret, quibus cogatur Capitulum eum admittere, & quidem captis pignoribus, seu reditibus temporalibus prædicti Capituli. Et eam in rem allegatum fuit Arrestum citra data, i. citra temporis circumstantiam à Domino Magistro Aduocato Regio, cum peroraret 27. Martii 1549.

XVI.

Regalia solemnitatē iuris non requirit.

Collatio beneficii, quod ad Regis dispositionem & nutum spectat, valet, si sub conditione, *si vacet*, facta sit: itemque non expressa diœcesi, vt & non addito, *quod impetrans sit Clericus*: aduersus dispositionem iuris, & quantum ad conditionem spectat, aduersus opinionem Ioannis Andreæ, & cæterorum Canonistarum *in cap. in electione, de elect. in 6.* Et quantum ad omissionem Diœceseos aduersus *legem Cod. de Episc. & Cler.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1384.

XVII.

Translationē non acceptata in Regalia locum non habet.

Papa anno 1368. Bullam ad Episcopum quendam direxit, vt beneficium suum & Episcopatum, qui erat in Francia, relinqueret, & inuicem alium Episcopatum adsumeret, cum clausula & conditione, *si ita ipsi videretur*: Episcopus contradicit, id est, hanc permutationem non admittit. Rex rem ad Curiam remittit, vt sententiam eius super eo audiret: videlicet, num hac ratione Regaliæ locus factus esset, verum à prædicta Curia responsum fuit, secundum ea, quæ proponerentur, Regaliæ locum factum non esse: Id quod Regi quoque placuit.

XVIII.

Possessio ciuilis Regaliam nō impedit.

Vt iuri Regaliæ locus sit, sufficit nullum possessorem naturalem & actualem beneficii esse: Ciuilis enim possessor non impedit, quominus Regaliæ locus sit: Veluti, si is, qui Regalistæ reluctatur, possessionem præbendæ cœperit, ac à Capitulo nondum admissus fuerit: Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 4. Mart. 1545. Ad huius Arresti intelligentiam, itemque Arresti 5. 6. 7. 8. *supra*, notandum est, beneficium occupari oportere eodem genere, quo possessio est: quæ vtique triplex est: vna est, facti magis, quam iuris: secunda, iuris magis, quam facti: tertia, & facti & iuris prorsus.

Possessio beneficialis triplex.

Quantum ad primam attinet, non satis est sese in possessionem intrudere, & beneficium de facto tenere, citra titulum Canonicum: nam etsi tum de facto non vacet, de iure tamen vacat: vt est in *cap. cum nostris, de concess. prabend.* Quod ad secundam spectat, si beneficium canonice impetratum fuit, & prouisus iustum titulum habeat, non dicetur de iure vacare: sed si præfactus prouisus possessionem non sit ingressus, de facto vacabit, neque dici potest occupatum, igitur locus erit Regaliæ: atq; hic casus est 5. & 6. Arresti *supr. h. t.* quibus additur, possessionem actualem esse oportere, & prouisum eam ipsum met ingredi oportere: Nam quæ per procuratorem capitur & exercetur, non vera possessio est, sed ficta, quæ non sufficit ad impediendam Regaliam.

Possessio per procuratorem nō est vera sed ficta possessio.

Eaque de re extat Arrestum ann. 1351. super Canonicatu quodam Carnotensi inter Rogerium & sanctum Germanum: Est enim perpetua regula, Regaliam fictione non impediri. Per postremam possessionis speciem Regalia impeditur, si possessor sit pacificus & absq; controuersia: at si controuersia sit, prædicta Regalia non impeditur. Vt Arrest. 7. & 8. *supra*. Igitur vt impediatur prædicta Regalia, oportet beneficium occupari de facto & de iure ab vna & eadem persona.

Beneficiū de facto & de iure ab vna eademque psona occupari seu haberi debet ad impediendam Regaliam.

Nam vt non admittuntur duo titularii & possessores eiusdem beneficii, ita neque is, qui beneficium de iure habet, at non etiam admissus est alterius iure, qui de facto admissus est & occupauit, vti potest, & econtra. vel enim non impediret, quo minus Regaliæ locus esset: prout iudicatum fuit circa præbendam quandam Bellouacensem 18. Ianuar. 1487.

Possessio per procuratorem occupata nihilominus & naturalis & iusta & valida censetur, & ita declaratum fuit & iudicatum fuit aduersus Regalistam, neque opus esse eam in personis capere: 23. April. 1573 B a r e.

XIX.

Cardinalatus ab Episcopo impetratus locum facit Regaliæ obstante retentione.

Iunge Arrestum 2. supra.

Vetus est quæstio, & à multis agitata, vtrum Episcopi alicuius in Cardinalatum promotio Regaliæ locum faciat in Episcopatu suo, vt maxime eodem diplomate Papa Episcopo indulgeat, & potestatem faciat, vtriusque retinendi? Ab omnibus definitum est, acceptationem prædicti Cardinalatus efficere, vt Episcopatus vacet, atque ideo vt Regaliæ locus sit, per ea, quę Panorm. dixit *super cap. fin. & bona. de postul. prælat.* Dubium remansit circa reseruationem & indul-

dulgentiam Papalem. Et tamen super eo Curia complurimis veteribus Arrestis iudicauit, huiuscemodi reseruationem à Papa indultam non posse Regaliam impedire. Ratio huius rei hęc est, quod Episcopus primum fiat Cardinalis, & postea demum indulgentia ei præbeatur Episcopatus retinendi: promotioque ad Cardinalatum est prior: alioquin nisi prior esset, indulgentia frustranea esset: Itaque cum illa prior sit, per eam ipsam Episcopatus vacare cœpit, reseruatioque & indulgentia instar nouæ collationis sunt. Denique vacatio sola locum facit Regaliæ: vt maxime vel momentanea sit, sic tamen, vt ea comprehendi & intelligi possit, *l. Arthasia. ibi, momento quo parit. ff. de stat. homin.* Neque noua prouisio seu collatio Regaliam excludere potest, citra nouam fidelitatis præstationem, cæteraque, quæ superius requiri dicta sunt. Ex Arrestis illis, quæ dixi, vnum datum est 21. Nouembris 1361. Aliud circa Canonicatum Rothomagensem 20. Martii 1363. Aliud 2. Iulii 1384. Nihilominus tamē si Episcopus tātum creatus & publicatus fuerit Cardinalis, sub expectatiua tituli sui, qui ei dari & adsignari dilatus est, vsque ad tituli adsignationem, nullus erit Regaliæ locus, prout agitatum fuit pro Cardinali Ambosiæ, qui nondum titulum suum nactus fuerat, & aduersus quem adserebatur tamen locum factum esse Regaliæ in ipsius Archiepiscopatu Rothomagensi.

Cardinalis publicatus sub expectatiua tituli sui Regaliæ statim locum non facit.

XX.

Regalis reseruatione facta a resignante non impeditur.

Die Iouis 6. Iulii 1564. causa agitata fuit in Parlamento Parisiensi super eo, quod superiori mense Augusto Episcopus Siluanectensis beneficiū suum cum alio beneficio permutans per Concordatum collationem beneficiorum sibi reseruasset: & asserebatur, præbendam quandam vacasse, antequam ipsius resignatarius & successor ad iuramētum fidelitatis admissus fuisset, atque ideo declarari eam oportere in Regaliam commissam, itemq; nullā pronunciari oportere collationem eius ab eo factam Domini Triumuiri Regia admissi fuerunt appellantes à fulminatione Bullæ. qua resignans sibi reseruauerat collationem beneficiorum, idque ita Papa authoritate sua comprobauerat. Arresto de die prædicta dictum fuit super appellatione Triumuirorum Regiorum, causam ampliatam esse: interim vero possessio præbendæ Regalistæ adiudicata fuit.

Vide Charond. 1 *Respons. cap* 7.

XXI.

Collatio præbendarum ad Capitulum spectat.

Die Veneris 22. Decembr 1584. prima iudiciaria cognitione, quæ in purpura exercetur, Dominus primus Præses Thuanus vnicum Arrestum pronunciauit inter Ithierum Nauuium subrogatum in locum Petri Nauuii: quo Arresto prædictus Nauuius, qui nomēci beneficium impetrauerat, in possessione præbendæ cuiusdam Ecclesiæ Pertacoricensis, confirmatus fuit aduersus partem aduersam, quæ Regalista erat: collatio quippe prębendarum ad Capitulum sede vacante pertinet: quod Capitulum nunquam moritur, neque Regaliæ vnquam locum facit, neque de iure, neque de facto.

Vide Choppinum *lib. 2. de Domanio, tit. 9. n. 5.* I. C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum III.

I.

Quando œconomo locus sit.

OEconomo proprie locus non est, nisi tempore controuersiæ & vacantiæ iure Regaliæ, qui scil. in Archiepiscopatibus & Episcopatibus destinatur ad custodiam, administrationem, & dispensationem fructuum, bonorum temporalium. Neque potest OEconomus iste locationes reuocare aut renouare. Ita iudicatum 12. Augusti 1568. & 29. Iul. 1575. & 4. Martii 1575. Perorante Dineto pro veteribus conductoribus Quinciensibus dictum fuit eos in antiqua locatione, quę ipsis facta fuerat tempore Cardinalis Castillonensis, durare, permanere oportere. Potest tamen bona alienata reuocare. Ita iudicatum aduersus quendam ex Officialibus defuncti Burgensis Episcopi Catalaunensis. B.

Neque Officiales, vide *cap. 64. Collectionis meæ.* I.C.

II.

Resignatarius locum Regaliæ facit.

Resignatarius signaturam à Roma sub forma, *dignum habens*, sese Episcopo sistere debet, vt suum *visa* impetret: alioquin prouisio nulla est, & vacationi per mortem & Regaliæ locum facit. Et tamen adiudicatum fuit officium Resignatario cuidam, qui sese Vicario Episcopi Nouiodunensi stiterat, ad quem Episcopus ipsum remiserat: & præiudicatum fuit sufficere Episcopum in loco ipso quærere. Notabis interim obiter, super quæstione illa, vtrum Regalia insinuationi subiaceat, item, vtrum Regalista, qui primus insinuari fecit, ei præferatur, qui primus possessionem ingressus est, & vtrum deficiente prędicta insinuatione prouisio debeat nulla haberi, negatiuæ partes Marionum defendisse, & affirmatiuæ Mattasium 21. Iulii 1575. rem vero omnem ampliatam in Curia fuisse. Berg.

III.

Duo genera sunt Regaliæ, spiritualis nempe & temporalis: & in quo consistant.

Duo Regaliæ genera sunt, vnum, spirituale, quod collationem beneficiorum spectat: alterum temporale propercipiendis fructibus Archiepiscopatus vel Episcopatus: In quibusdam Ecclesiis Rex Regaliæ temporalis ius tantum habet: Capitula vero sede vacante, spirituale: qua de re vide Choppinum *libro 2. de Domanio Franciæ, tit. 2. num. 6.* Et quanquam Rex vniuersam Regaliam habeat, tamen non id omne habet, quod est spirituale, sed hactenus collationem beneficiorum. quæ sunt in plena dispositione Archiepiscopi aut Episcopi: quod superest, ad Capitulum spectat. Hæc iura speciatim describuntur & distinguuntur Arresto quodam, quod datum est inter Dominum Procuratorem Catholicum, Capitulum Ecclesiæ Bituricensis & OEconomum Ecclesiæ Bituricensis 26. April. 1580. quod plene extat *in collectione mea tit. 1. cap. 4.* Etsi Arresto anni 1277. Archiepiscopatus Bituricensis à Regalia immunis declaratus fuit. I.C.

IV.

Vtrum cū Regaliæ locus factus est, rex possit super resignatione in fauorē conferre.

Quæstio, vtrum, cum Regaliæ locus factus est, Rex conferre possit super resignatione in fauorem, definita fuit Arresto Curię in fauorē Regalistę: nempe, quia Rex parem potestatem habet cum Papa iure Regaliæ conferens: definita, inquā, inter Vincentium Morellum petitorem vi Regaliæ ab vna parte, & Felicem Belinum defensorem ab altera parte, perorantibus Montellonio & Talonio 7. Maii 1601. Oratio Dom. Seruini vna cum Arresto extat *in quæst. mea* 4. I.C.

V.

Prouisio Beneficii in Regalia à Notario Status signata esse debet.

Agitatum fuit, vtrum in materia Regaliæ prouisio siue collatio signata à Secretario quodam Largitionum, vel à Notario & Secretario Regio valeat? Et iudicatum fuit, cum ad Regem iure Regaliæ spectet dispositio beneficiorum, Maiestati quoque ipsius incumbere voluntatis suæ declarationem: quæ vtique Regis voluntas non ab alio, quam à Secreta-

rio Status, vt vocant, & mandatorum Regiorum excipitur. Arresto quod datum inter Claudium Bucherium petitorem vi Regaliæ causa acta 10. Decembris 1602. quod refero *quæstionum mearum* 5. Eodem Arresto iudicatum quoque fuit, regulam Cancellariæ Apostolicæ, *de pacificis possessoribus*, locum non habere in Regalia: defensores sese tuebantur titulo & possessione plusquam triennali, cuius tamen Curia rationem non habuit, quoniam Regalia triginta annis durat: prout tractant & definiunt Ruzeus *priuil. 23. de iure Regaliæ. gloss.* & Probus Bituricus *in pragmat. sanct. tit. de pacificis possessoribus.* Choppin *lib. 2. de Domanio, tit. 19. num. 17.* I. C.

Regula de pacificis possessoribus in Regalia locum non obtinet.

VI.

Arresto Curiæ Parlamenti Parisiensis 10. Decemb. 1601. iudicatū fuit, possessionem triennalem locum non habere in Regalia, Peleus *Action for.* 18.

Possessio triennalis in Regalia locum non habet.

TIT. IV. DE CAPACITATE aut incapacitate, vel inhabilitate possidendi Beneficia.

ARRESTVM I.

Filii beneficiis peternis excluduntur.

Expressa Iuris Canonici prohibitione interdicuntur & excluduntur omnes filii, siue legitimi siue naturales, à beneficiis obtinendis, quorum parentes ipsorum possessores fuerunt: *c. ad extirpandas, de fil. presby.* Ratio in legitimis hæc est, ne alioquin iure hæreditario & sanguinis, beneficia transmittantur: quo iure nihil odiosius est, *c. ex transmissa. & c. conquerente. eod. tit. & c. 1. de preb.* Quod satisfacere eis debet, qui, vt petitionibus suis colorem inducant, allegare solent beneficia, quæ petunt, diu in ipsorum familia constitisse: quæ res eos depelli potius quam admitti suadet, ad extirpandum videlicet ius illud hæreditarium in beneficiis: *cap. venerabilem. vers. insuper. de electíon.* Quod ad naturales attinet, res est detestanda, eos patribus in dignitate succedere, quod inter laicos in rebus profanis non toleraretur. Atque ideo de nouo anno 1533. Pontifex Clemens 7. Constitutionem edidit, qua prohibet, ne vnquam deinceps naturales, seu spurii ad beneficia patrum suorum admittantur, siue per legitimationem, dispensationem, vel aliter. Atque ita hodie nulla facta prædictæ Clementinæ mentione, dispensationes in huiusmodi casu non valent. Ante illam Constitutionem licebat naturalibus seu spuriis beneficia obtinere, quorum patres possessores fuissent, dummodo ea non obtinerent à patribus per mortem aut resignationem, sed satis erat, si prædicta beneficia per alienas manus ambulassent, & interea ea possessa fuissent per aliam personam: quia eo modo accusabatur purgatum esse vitium, dummodo tertius ille de facto & realiter beneficium possedisset, *d. cap. ad extirpandas.* Item, dummodo ne in fraudem huiusmodi suppositio facta fuisset: veluti si pater cuidam resignaret, qui idem mox naturali seu spurio resignaret: nam tum naturalis repellebatur, vt etiamnū hodie repelleretur. Rebuffus ait, id in indiuiduo ita iudicatum fuisse Arresto Parisiensi pro Abbate Sancti Amabilis & Rupibaronis super Prioratu Ambierlensi aduersus Nicolaum Scabannium filium naturalem defuncti Domini Puteani Dominum Antonium Scabannium, qui Ambierlensem Prioratum resignauerat in fauorem cuiusdam fratris sui monachi Michaelis Pontii, qui postea in fauorem prædicti naturalis resignauit. Scio tamen, post sententiam super possessione Præfecti Parisiensis vel ipsius Locūtenentis Conseruatoris pro prædicto Abbate S. Amabilis appellatum fuisse à parte Nicolai Scabannii, qui in fauorem D. Bouci resignauit, qui subrogatus fuit, & cum prædicto Abbate S. Amabilis transegit, & concordatum corroboratum fuit Romæ & in Curia, vbi prædictus Dominus Boncius Prioratum obtinuit, eumque citra vllum Arrestum possedit: & ideo lapsus est in eo Rebuffus.

In eā rem noua Clementina.

Regula huius articuli fallit in beneficiis Consiliariorum Curiæ, quæ in custodiam dantur alicui Clerico siue Presbytero. Consiliario mortuo potest custos cogi, vt resignet filio vel proximo defuncti cognato, & vt maxime successioni locus non sit in materia beneficiali, neque id obseruetur, quod in Veteri Testamento obseruabatur, & omnia procedere per electionem debeant citra visum vllum aut vsurpationem substitutionis gradualis, aut similis alterius negotiationis. Augustin. *lib. 20. de Ciuit. Dei, cap.* 20. Attamen in turbulentissimo & corruptissimo rerum statu, maxime ad tollendam hominum perfidiā, contra iuris regulas multa fieri expedit: prout repræsentatum fuit à D. Fabio Aduocato Regio, cum perorarei pro fratre Domino Vallæ aduersus famulum beneficii custodem, perorante Pasquiero 14. Iunii 1566. Berg.

II.

Superior prohibitio videri posset intelligēda tantum de filiis primi gradus, sic vt ad vlteriores gradus liberos non extendatur. Et tamen Arresto Tholosano vigilia Pentecostes, anno 1534. id ipsum iudicatum fuit circa Ioannem de Nuptiis, qui filius erat legitimus filiæ naturalis seu spuriæ Domini Rogerii Magistri: is enim à beneficio depulsus fuit, cuius auus immediatus possessor fuerat, tanquam comprehensus in prohibitione *Capituli ad extirpandas.* Quod notabile est, quandoquidem huiusmodi filius erat legitimus, cui proinde macula matris imponi, vel præiudicium ex ea inferri non deberet, cum ea non obstante ad omnes ordines promoueri possit, *Canon. Dominus. distinct.* 56. possit etiam succedere in omnibus aliis actibus dignitatum, acceptare, exercere, & admittere, nullum enim habet canonicum obstaculum: vt dicit text. *in c. vno. de ætat. & qualit.*

Nepotes nō possunt beneficia auorū suorum possidere.

III.

Bigami etiam si dispensentur, beneficiorum incapaces sunt. Igitur Arresto quodam nullius momenti declarata fuit dispensatio indulta bigamo, qua illi simplex tonsura clericalis permissa fuit ad possidendum beneficium simplex, puta præbendam in quadam Ecclesia Collegiali anno 1519. Arresto Parisiensi in quadam controuersia inter Nicolaum & Ioannem de la Loue.

Bigami dispensari nō possunt neque ad tonsuram, neque ad beneficium.

Etsi matrimonium laudabile sit ceu remedium sanctitatis plenum aduersus laqueos Diaboli, *Canone Nicano Synodus 31. distinct. canon. si quis nupt. a... distinct.* 30. Tamen secundæ nuptiæ velut profanæ reprobatæ fuerunt, & obnoxiæ pænitentiæ publicæ iudicatæ Concilio Neocæsariensi. Eusebius *ar 7. & tit. de secundis nuptiis, ar.* 1. In Concilio Laterancnsi sub Alexandro tertio benedictio lecti secūdarum nuptiarum interdicta fuit. Berg. Aduersus secundas nuptias vide 14. & 18. *quæstionum mearum.* I. C.

Bigami alii sunt de facto, & alii ex suppositione vel fictione iuris seu interpretatiue *Gloss. cap. nuper eo, de Bigamis.* Horum quatuor genera sunt: is videlicet, qui castitatem promissam violat, 27 *q.* 1 *cap. quotquot* qui matrimonium contrahit cum vidua, 33 *distinct. cap. maritum. cap. debitum. cap. à nobis, de Bigamis.* qui votum castitatis promissum violat, cum vni adhæreret, aliam postea sumendo, *cap. nuper, de Bigamis* qui sciens vxorem adulteram cognouit, *c. si laicus. c. si cuius. 34. dist.* Bigamus de facto est is, qui diuersis temporibus successiue vxores duas habuit, *cap. deinde. c. acutius. 16. dist.* Bigamus talis recte probatus in quinquennium extra fines Regni relegatus fuit, & ad agnitionem solemnem in Curia & in mulctam 100 librarum Parisiensium partis commodo, & 50. Regis seu fisci commodo, Arresto Martii 1451. B.

IV.

Parochia B. Virginis Villæbichotiæ cum per mortem D. Hadriani Arnulphi vacasset ann. 1546 Abbas Cister-

Tonsor & conuersus in Abbatia

Beneficii possidendi incapax est.

Cisterciensis, qui est ordinarius, Episcopo Augustodunensi Franciscum Guyenotum tonsorem suũ præsentauit, & in Abbatia Cisterciensi inter Conuersos allegitur: is igitur instituitur, & in possessione constituitur: At ab altera parte Romanus Nancellus eandem parochiam à prædicto Episcopo impetrat per deuolutionem, incapacitatem, alitérue, velut vacantem, eiusque possessionem accipit, mox interdicto experitur coram Balliuio Diuionense, vel eius Locũtenente, apud quem Guyenotus momenti beneficium impetrat, eo quod incapacitas ipsius consisteret in facto, cuius probatio non nisi testibus fieri poterat: & tandẽ sententia prædicti Iudicis prædictus Guyenotus plenã possessionem obtinet. Inde appellatum fuit, & Arresto Diuionensi 14. August. 1555. dictum fuit, male iudicatũ, & bene appellatum, & Nancellus appellans in possessione manutentus & appellatus vel potius in eius locum subrogatus (siquidem lite pendente decesserat) in expensis instantiarum damna & interesse cõdemnatus fuit, & restitutionem fructuum propter incapacitatem.

V.

Episcopus qui bullã suã habet, Clericos ante possessionem eã ptam ordinare non potest.

Qui titulum Episcopi habet, neque dum tamen possessionem & exercitium istius dignitatis, Clericos tonsuratos vel Presbyteros ordinare nequit: qui que ab eo ordinatus est, ad beneficiũ obtinendum qualificatus non est, eoque repelli debet. Et ita iudicatũ fuit Arresto Burdegalensi, vt refert Dominus Boerius *quæst. 171. num. 25. 1. parte. c. quanto de consuetudine*, & per Baldum & glos. in *auctor. C. in quib. caus. rest. in integ. non est necess.* glos. in *l. iusiurandũ quod ex conuentione §. 1. in verbo, non competit ff. de iureiurand.*

VI.

Professus tacitum incapax est.

Professio expressa requiritur scripta & adiecta data integ. professus probari potest, constituat. Molinens. art. 15. except. si iudicium Registrorum admissorum allegatur. I. C.

Religiosus de beneficio regulari prouisus, sese professum ordinis esse probare debet, à quo pendet beneficium, de quo quæritur: tacita quippe non sufficit possessio, *Clement. ne in agro §. certum vers. sane de stat. Monach.* Et vt maxime non nisi de momentanea possessione ageretur, non ideo tamen sufficeret allegare vel probare prædictam tacitã possessionem, & necessario produci probari oportet expressã monachi professionẽ, qui momenti beneficium imploret, & vt ex huiusmodi professione liqueat eum professum fuisse antequam beneficium ei collatum fuisset & si absque data esset, id est, absque temporis circumstantia, ad eum effectum inutilis esset. Ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi 21. Februar. 1504. aduersus Religiosum quendam, cui nomen Leoneto ad relationem Domini Gilberti, qui Leonetus primus erat in prouisione & possessione beneficii regularis, de quo quærebatur, quinimo in possessione habitus monachalis erat tempore prædictę prouisionis & decennio ante: sed & tam literis dimissoriis quã aliis instrumentis & actibus præcedentibus semper à Priore suo expressim nominatus fuerat religiosus professus appellatus, & postremo exhibebat instrumentum professionis expressæ absque data. Et his tamen omnibus non obstantibus momenti beneficio excidit: huiuscemodi quippe instrumẽtum absque data æque seu tam facile subsequutum ac præcessisse asseri potest. *cap. in præsentia de probat.*

VII.

Religiosus qui ad aliũ Conuentũ concessit, beneficiũ obtinere non potest.

Religiosus alterius Abbatiæ, qui ad aliam concessit, eiusdem ordinis, incapax est obtinendi beneficii regularis, quod à prędicta Abbatia dependet, in qua scilicet sese admissum fuisse vel professionem explesse probari non potest, vt maxime in ea maneat neque enim sola commoratio sine domicilium sufficit arg. *l. est verum C. de Incolis lib. 10. & l. cum neque eodẽ tit. & l. libertus §. Sola ff. ad Municip.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi pro Domino Antonio Sapiente, appellãte à Seneschallo Lemouicensi aduersus Dominum Antonium Fodyonum, qui sese subrogari postulabat in ius monachi cuiusdam, qui de beneficio prouisus fuerat, quod affectatum Religiosis Ecclesiæ Tullensis 7. Septembr. 1504.

in ordine vltimo, nisi ibi professionem fecerit.

Desumptum ex decisionibus Domini Boery.

VIII.

Capacitas quo tempore attenditur.

19. Februarii 1537. Conclusum fuit seu definitum inter fratrem Vincentium de Rupe & Ægidium Quesnum capacitatem prouisi tempore vacationis attendi oportere, vt maxime tempore nominationis capacitas non esset: & quod Religiosus nominatus admitti debeat & capax æstimari si ex ordine sit per translationem tempore vacationis, etsi non tempore nominationis: Et prædicta lis inter tria Camera Inquisitionum æquas sententias tulerat: postea in maiore Camera prædictarum inquisitionum dispares sententias tulit.

IX.

Capacitas plena non est, absque exhibitione literarũ tonsurę vel clericatus etiam si ab aduersa parte in dubium non reuocetur.

Pars pro possessorio beneficio contendens, siue Canonicatus sit, in quo non nisi clericatura requiritur *cap. 2. de Institutionibus*: siue sit Parochia, in qua ordo Presbyteratus intra annũ requiritur, *c. licet canõ de Elect. l. 6.* obtinere nequit, quocunque titulo munitus sit, nisi fidem faciat de capacitate sua, id est, de clericatura vel presbyteratu, vt maxime pars aduersa id non controuerterit. Nam etsi communis opinio sit non posse iudicem per se partem repellere male qualificatam, nisi id ei obiectum fuerit, prout definiunt Canonistæ in *cap. fin. de præscript.* nihilominus contrarium in Francia obseruatur, in omnibus Curiis per text. *in l. quos prohibet Prætor. ff. de Postul.* & pars de capacitate sua fidem facere debet: alioquin Iudices eam non expectata partis aduersæ postulatione reiiciunt & ita euenit Burdegalæ in iudicio, quod iudicandum erat super Officio Cancellarii in maiori Ecclesia Cadurcensi aduersus Dominum Ioannẽ de Subernayo, qui Clericaturam suam non produxerat, & iam iam omnium suffragiis reiiciendus erat, verum genio quodam admonitus eam produxit, eaq; admissa fuit aduersus omnium Curiarũ constitutionem, quę productiones non admittunt, posteaquam in causa conclusum fuit: atque hac ratione officium quod prætendebat, obtinuit ex eo quod absque titulo præbenda siue beneficium obtineri non possit. Porro hic titulus non potest verificari nisi de capacitate impetrãtis per ea quæ voluit Ioannes And. *in mercurial. in regula non licet actoribus de reg. iur. lib. 6.* Itaque etiamsi bulla sua Clericus & capax nominetur, id tamen non sufficit.

X.

Incapacitas ea communicata eo super sitte allegari debet.

Ioannes Monesterius in fauorem Protonotarii Scandillaci ex causa permutationis ius quod prætẽdebat in beneficio quodam inter ipsum & quosdam alios litigiosos resignauerat, vice mutua prædictus protonotarius sese resignaturum ex eadem causa in fauorem prædicti Monesterii beneficium quoddam promittit. Hic protonotarius prouisionem suam expediri sibi facit, & possessionem ingreditur beneficii illius litigiosi, in qua erat constitutus Monesterius: Literasque Regias, seu Rescriptum impetrat: quibus subrogetur: In hac subrogationis instantia Monesterius opponit, vt ait, Scandillaeum non esse admittendum, quandoquidem ab ipsius parte permutatio effectum non fuerit sortita, Arresto de

polsus est à literis illis subrogatoriis. Is impetrat deuolutum, & vigore ipsius in possessione manet, neque eam derelinquere vult. Monesterius resignat in fauorem Gordonii: isq; vna cum Scandillaco subrogatur: Scandillacus admittitur sese opponens Gordonio. Monesterius interea moritur. Post eius mortem Scandillaeus deuolutum suũ propugnat aduersus Gordonium, dicens, Monesterium eo tempore, quo beneficium ipsi conferebatur, à Papa excõmunicatum fuisse, & biennium in ea excommunicatione mansisse, non impetrata sui absolutione, atque ideo incapacem obtinendi beneficii fuisse, quod argumentum est, *cap. illa quotidiana. de electio. in cap. constitutus in 1. de appellat. & text. in ca. postulasti. & cap. sequenti, & in cap. si celebrat. de Cleric. excommun.* Gordonius pro titulo suo, & aduersus prædictum deuolutum, dicebat, prouisionem Papæ factam Monesterio vim absolutionis habere ad effectum: vt per Dec. *in cap. Apostolica. vers. vltim. prædicta regula. de exceptio.* debet enim ista regula operari, *l. si quando. ff. de legat. 5. & c. si Papa. de priuileg. lib. 6.* Secundo, quod post mortem Monesterii id amplius allegari non posset: nam si superstes esset ipse, de absolutione sua satis fidem faceret, *arg. l. scriptura. C. de fide instrument. & cap. imputari. eodem titulo.* Tertio, quod Scandillacus semel à prædicto defuncto Monesterio beneficium acceptasset ex causa permutationis, atq; ita titulum eius approbasset, quem hodie amplius reprobare non posset, *l. Pomponius. ff. de negot. gest. cap. accepimus. de ætat. & qualitat. & cap. distinct. vers. quorum de præbend.* Scandillaeus econtra dicebat, clausulam absolutionis ad effectum non amplius obtinere, per notat. *in cap. bone. de ætat. & qual.* & per expressam dispositionem, quę continetur *in regula cancellaria 74.* quam Boetius de verbo ad verbum *decisioni sua 290. num. 5.* inseruit. Et quantum ad prætensam probationẽ attinet, ex eo, quod ipse eius ius acceptasset, dixit confessionem suam, si quæ in eo sit, non potuisse vim titulo Monesterii incapacis tribuere: Beneficia enim titulo non confessione partium quæri debent: vt per Dyn. *in cap. beneficium. de reg. iur. lib. 6.* Cæterum se admitti oportere, allegãtem huiuscemodi incapacitatem post mortem prędicti Monesterii, quia necessario quærendum est de iure defuncti, vt cognoscatur ius superstitis, vt dicit Felin. *in cap. olim. de rescriptis.* Curiæ Burdegalensi in hoc dubio definiendo aqua hæsit, sic vt æquæ sententiæ fuerint in maiori Camera: postea vero in Tornella, vt vocant, decisum fuit. Omnes in eo consentiebant, prouisionem factam Monesterio, qui anno amplius excommunicatus manebat, nullam esse: verum in eo hærebat Curia, quod Scandillaeus distulisset id allegare post mortem ipsius demum, & eo tempore, quo iam amplius legitime contradici non poterat: ex quo dubio sese extricarunt per sequestrationem, quam decreuerunt: in quam tamen Dominus primus Præses nõ cõsentiebat, & solus in ea sententia erat, Gordonio nõ tantum momentaneam possessionem adiudicandam, verum plenam possessionem, & Scandillacum repellendum, Arresto 27. Iun. 1522. dictum fuit, prædictum beneficium sequestrari oportere.

Clausula absolutoria ad effectum.

Desumptum ex decisione 290 Domini Boery.

Excommunicatus de iure reprobatur, & antiquitus quoque, prout etiamnum, stylo Hanouiensi continetur, & tamen in Francia non habetur eius ratio, qua de re conqueritur Garson. *in tract. de vit. spirit. anim. lect. 4. propos. 5. Felin. in rub. de sent. excommun.* B.

XI.

Incapacitas viuentis incapace iudicari debet.

Vbi quis beneficium impetrauit, quod per incapacitatem possessoris vacare dicit, eoq; superstite impetrauit, eum superstitem inquietare debet: alioquin si mortem eius expectauerit, & alius per mortẽ id impetrauerit, primus ipse non audietur prædictam incapacitatem allegans. Præsumitur enim intercepisse dispensationem prædicti defuncti, & sufficit ad excludendas omnino huiusce modi impetrationes per incapacitatem, siue superstite possessore factæ fuerint, siue post eius mortem, probare defunctum diu beneficium pacifice & sine lite possedisse: Neque enim aut ipse aut impetrans per mortem fidem facere debent de dispensatione naturalitatis, aut alterius incapacitatis, quæ opinio est Caldor. *in consil. 10. de rer. permut. Gloss. pragmat. in verb. inquire. & in verb. quandocunque. de pacif. possess.* Et nihilominus tamen Hostiensis & Panor. *in c. illud. de præsumpt. & in c. cum venerabile. de excep.* dicunt, huiuscemodi possessionem defuncti id tantum præstare, vt ei, qui impetrauit per incapacitatem, probandæ incapacitatis onus incumbat. Quod cum superioribus non bene concordaret, nisi distinctionem adhibeamus Do. Molinæi *in reg. cancellar. 34. de publ. resign. num. 154.* nempe, id tum demum verum esse, quod à prædictis dicitur, quando possessio defuncti paruo tempore constiterit: at si biennalis aut triennalis pacifica, tum prædicto impetranti per incapacitatem omnem omnino facultatẽ præcisam incapacitatis probandæ, vel eius allegandæ amplius, quia ex ea pacifica possessione nata est præsumptio iuris & de iure. Et ita quidem [illegible] potest, qui impetrauit per mortem, vel per resignationem. Qua parte duo sunt valde notabilia: Vnum, enim, qui impetrauit per incapacitatem, superstite possessore pacifico, non admitti post mortem possessoris incapacitatem allegantem. Si diu possederit defunctus: ita tamen, dummodo prædictus impetrans eam non allegauerit, prædicto possessore superstite, & prædictus possessor mortuus fuerit, antequam citaretur & competta ei fuerit hæc impugnatio. Et vero hac de re extat Arrestum datum Parisiis ante viginti annos, aut circiter super Prioratu Issoriensi in Aruernia, qui Romæ impetratus fuerat velut vacans per incapacitatem, incompatibilitatem, & diutinam deuolutionem, superstite possessore prædicti Prioratus: Is scilicet citatus, lisque ei mota ab eo, qui impetrauerat, fuit: mox mortuus post factam resignationem: inde inter resignatarium & impetrantem per incapacitatem lis possessoria intentata in Curia libellariorum Palatii Parisiensis: inibi qui impetrauerat, prouisionẽ suam de Roma exhibet seu producit factam superstite prædicto possessore, & tempore priorem prouisioni resignatarii: item probat incapacitatem & incompatibilitatem: postremũ probat, quomodo possessorem ante mortem ipsius citari fecerit, eiq; significauerit impetrationem suam. At resignatarius probabat, prouisionẽ suã priorẽ esse citatione, & vt maxime posterior ipsius prouisio esset, nihilominus se vincere debere ex causis superius allegatis. Iudicio prædictorum Dominorum Libellariorum momẽti beneficium resignatario adiudicatum fuit. Ab vtraque parte appellatum: à deuolutario, nempe, ob non impetratum momenti beneficium, à resignatario, ob non impetratã plenã possessionem. Arresto Parisiensi appellationes, idq; à quo appellatum fuerat, in irritum deductæ fuere, plenumque possessorium prædicto resignatario adiudicatũ fuit. Alterũ Arrestum eodem fine extat, datum Parisiis intra hoc decennium pro impetrante quodam per mortem Do. Lodouici Seguieri, qui pacificus erat possessor beneficiorum, de quibus agebatur, quæque longo tempore incõpatibiliter possederat, & in pacifica eorum possessione decesserat, aduersus deuolutarium quen-

Vera doctrina super prædicto articulo.

quendam, qui ea per incapacitatem & incompatibilitatem, superstite prædicto Seguieto, impetrauerat, & si probaret literā à se motam aduersus prædictum defunctum pro impetratione sua eoq; inquietando: verum quoniam appatebat prædicti processus quodammodo suspecti, velut remisse facti, & quod defunctus iis non plene instructus fuisset de prædicti deuolutarii intentione, is, qui per mortem impetrauerat, in possessione vicit. D. Molinæus *prædict. loc.* mentionem facit sine data tamen prædictorum Arrestorum. Alterū notabile est, quod cum per incapacitatem beneficium pacifici poss. flotis impetratur post ipsius mortem, quod, inquam, tum prędicta discussio fiat: nempe, vt si prædictus possessor paruo tempore possederit, tum huiusmodi impetratio admittetur: At non etiam, si biennio aut triennio. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro fratre Ioanne de Neoburgo pro Prioratu S. Desiderii: quod à multis allegatur, ac nominatim à Rebuffo, idq; in schedis defuncti Dn. des Loges Consiliarii in Parlamento Parisiensi ipse vidi.

Idem.

Idem.

Causa Curionis cuiusdam, qui incapax dicebatur, quasi ne verbum quidem Latinum sciret, cum officii sui rationem reddidisset, ampliata fuit 21 Ianuarii 1585. B.

XII.

Dispensatus super ætate est dispensatus de non promouendo.

Bernardus Albertus naturalis seu spurius, & aliter adhuc incapax, cum Presbyter non esset, neque ætatis sufficientis, ab Ordinario ad resignationem alterius de Archidiaconatu Vasatensi, cui tres parochiæ annexæ sunt, prouidetur, & vigore huius prouisionis eo fruitur: biennio tandem eum vitium eius exploratum esset, ad sedem pontificiam recurrit, à qua dispensationem impetrat, partim ob id, quod illegitimus esset, & minor 17. annis, partim propter perceptionem indebitam fructuum, quam Papa ipsi dedit, insuper intrusione ab eo admissa & commissio delegatur super eo cum hac clausula, vt antequam in possessionem prędicti beneficii ingredi rursum possit, id derelinquere, & quicquid Officialis Codomensis id reponere debeat, alioquin omnia irrita fore. Is igitur dispensationem suam sibi seruat, & triennio atque ita in vniuersum quinquennio, prædictum beneficium, non facta prædicta in manus remissione Executoris delegati, neque noua possessione impetrata possidet. Intra hoc tempus triennii tertius quidam prędictum beneficium impetrat, qui asserit prędictum de Alberto eo excidisse. Primo, eo quod voluntatem Papæ non exequutus fuisset. Secundo, quod intra annum Presbyter factus non fuisset, neque dispensationem de non promouendo haberet, ac nominatim cum tres parochiæ in prædicto beneficio essent, quæ huiusmodi promotionem requirunt, *cap. licet canon. de Elect. lib. 6.* Arresto Burdegalensi, quod datum 3. Iulii 1522. Prædictus tertius, qui impetrauerat, depulsus fuerat. Quantum ad primam rationem attinet, quod scilicet non prædictum beneficium in prædicti delegati manus reposuisset. Dom. de S. Geminiano *consil.* 106. postea quam in vtramque partem in simili casu disputauit, eodem recidit sen idem definit, quod prædicto Arresto iudicatum est: quantum vero ad posteriorem rationem, ea est Baldi opinio *consil.* 440. *volum.* 3. Et vero super ætate dispensatus necessario dispensatus est de non promouendo infra annum, secundum Archidiaconum *in c. cum ex eo. de prabend. lib. 6.*

Conscri... ... in vtraque ... n'us Boe... ta. I. C.]

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum IV.

I.

Dispensa- tio subreptitia.

Dispensatio subreptitia censetur, nisi omnia exprimantur, quæ mouere aut dimouere possint, *c. non potest. c. si ex motu proprio. de preb.* & beneficium exprimi debet, quantumuis minimum, alias iudicatur gratia subreptitia: *not. in c. fin. de fil. presb. Rot. decis.* 280. *in ant. vid. cap. execrabilis, in extrauag. de prabend.* Qui multa beneficia impetrat, absque vel vnius dispensatione, omnibus priuatur, *cap. de multa de prabend. Clem. si plures. de prabend.* Vnde donec restituti fuerint fructus, & purgatum vitium, non potest beneficia retinere. Hostiens. *in c. postulasti. de resc. cap. dudum. de elect.* Et tamen si irregularitatis dispensatio iam impetrata fuerit, & si in secunda dispensatione eius non fiat mentio, non ideo quis priuabitur. Ita iudicatum Arresto anno 1531. ad relationem D. Gayantii. B.

II.

Impubes capax præbendæ in Ecclesia Cathedrali & Metropolitana.

Puer 10. vel 12. annorum, atque ita nondum pubes, declaratus fuit capax præbendæ in Ecclesia Cathedrali & Metropolitana, & in possessione & gaudimento eiusdem præbendæ Rothomagensis confirmatus fuit Arresto Maioris Consilii anno 1599. Dn. Pel. *in Act. suis forensibus, arresto* 57.

TIT. V. DE GRADVATIS.

Menses affectati simplicibus Graduatis sunt hi, Aprilis & October, Graduatis vero nominatis, Ianuarius & Iulius, *§. præfati ordinarii, de collat. in concor. latu.* I. C.

ARRESTVM I.

Insinuatio promotionis quo tempore fieri debeat.

Notatu dignum est, quod Graduatus nominatus per celebrem Vniuersitatem literas suas nominationis insinuare possit toties, quotiescunq; ipsi placuerit Collatori suo vel in persona, si eum offenderit, vel Vicario ipsius, absente prædicto Collatore simpliciter: nam post a decessu est, vt nomen suum & cognomen dicto Collatori aut ipsius Vicario insinuet, siue dictus Collator præsens, siue absens sit. Sed * si dictus Graduatus nominatus cesset per decem annos insinuare, ille à tali iure est exclusus per præsumptionem iuris, quæ ipsum declarat voluntatem habuisse iuri suo renunciandi: itaque necessario intra decem insinuare debet. *Secundo*, notabile est, quod in quocunque anni tempore insinuare possit, modo non quadragesimali: nam textus Concordati vult, solummodo eum insinuasse ante vacationem Beneficii, ad quod adspirat absque temporis determinatione, quod non debet vltra dictum textum extendi. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Foucautio mense Iunio anno 1545. pro præbenda Rupi Fucaltii, quo casu insinuatio facta fuerat mense Octobri, mors vero, vacatio & requisitio insecuta mense Ianuario sequente, & dicto Graduato nominato dicta præbenda adiudicata fuit. *Tertio*, in dicto iudicio iudicatum fuit, si inter insinuationem & requisitionem non interueniat Quadragesima, non ideo minus requisitionem atque insinuationem validam esse. *Quarto*, Beneficium debetur seniori Graduato, etiam si iunior nominatus prior insinuauerit & petierit, *cap. tibi qui in Conc.* Atque ita in dicto iudicio iudicatum fuit. *Quinto*, quod si Graduatus nominatus semel iste literas suas promotoriales intra decem annos collatori insinnauerit, huiuscemodi insinuatio 30. annos duret, neque ante præscribatur, per textum *in l. 1 ff. de nundin.* Attamen intelligendum est, quod annis, in quibus tempore Quadragesimali Graduatus nominatus nomē suum & cognomen non insinuauerit, non possit postulare, & quantum ad illum annum spectat, eo carere debet. Et ita definitum fuit & conclusum in prædicto

(* v. no. sup. art. 9 tit. 2. lib. 2. I. C.)

Notabilis doctrina, & Graduatis, in vode- cim arti- culis.

indicio. *Sexto*, Collator requisitus à Procuratore Graduati nominati non cogitur requisitioni prædicti Procuratoris aures præbere, nisi speciatim & nominatim ad hoc fundatus sit. *Septimo*, tempus quinquennii, quod requiritur ad studia Graduato-rum nominatorum, absolui potest post gradum Baccalaureei, vel alium similem adsumptum, & nihil refert, vtrum antecedat, an vero sequatur prædictum gradum. *Octauo*, testimonialis temporis in studia collocati non rite concipitur, si ea dicatur Graduatum literis operam dedisse spatio quinquenoii, verum speciatim requiritur, vt designetur eum operam dedisse literis à tali tempore vsque ad tale tempus quinquennii spatio inclusum: nam hac ratione parti aduersæ facultas contrarii probandi tollitur: & si generalis designatio prædicti temporis vaga & sine contradictione fiat, prædictæ parti fas est prædictum G aduatum cogere, vt specia im declaret tempus, quo cœpit, & tempus, quo desiit studiis operam dare, & h c ratione occasionem & rationem contradicendi arripere potest, & si ipsi videatur contrarium probandi.

Graduatus nominatus quotannis insinuare debet, *v. c. a ed tum ttt. c. coll. § in annis* vnde hoc & sequens caput desumptum est.

II.

Idem. *Nono*. Graduatus nominatus non tenetur probare quinquennio fincim et continuo studiis operam dedisse: nam vt maxime interrupta fuerint etiam quinquennio vel saltem... nihilominus si iunctis intra seannis, post d tractionem interrupti temporis factam, quinque nnium studius operam dederit, satis est, *argum l. Paulus. §. Casus ff. del liberali causa*, vbi id definitur, conditionem termend patre enim ad libertatem adsequendam expleta censeri, si seruus ante triennium ausceff rit, posteaque redit, & tempus expleuerit: & quamquam nonnulli hunc textum eludere voluerunt, ad hunc tamen est expressus, *ibi, expleto tempore libertatem sibi competere*.

Idem. Idem. *Decimo*, quod benefici v. cante mente Graduatorum simplicium sufficiat, vt in prouisione Ordinarius dicat, *tibi sufficienti & idoneo conf rmus*, &c. eque requiritur, vt dicat, *tibi Graduato*, &c. nisi id velit vltro. *Vndecimo*, si prædictis nominibus prædictus Ordinarius conferat non rite Graduato & qualificato his verbis, *tibi Graduato*, huiusmodi collatio non valet, quæ omnino valeret, si prædicta qualitas non esset expressa. Et hæc omnia, quæ superius dicta sunt, iudicata fuisse in Arresto quodam, quod vidi inter schedas defuncti Du de Leges Consiliarii in Parlamento.

III.

Graduatus c (sus per a 1 annos, promotione sua insinuate gradu suo se tueri nequit. Penultima die Iulii 1582. definitum fuit in maiori Camera Inquisitionum in quadam controuersia pendente in Curia inter Petrum Bonnatum appellantem à Libellariis Palatii ab vna parte, & Ioannem Beruietum subrogatum in locum & ius Wilhelmi Taillebois appellatum ab altera parte, in qua lite prædictus Beruietus cōfirmatus fuerat in possessione præbendæ Remorantini, definitum, inquam, fuit, male iudicatum fuisse à prædictis Libellariis, eo quod ex actis & probatis liqueret, prædictum Taillebois: qui licet Graduatum nominatum diceba, integro tantum spatio prædictam nominationem non insinuasse.

Arresto Tholosano, quod refert D. Maynard. *lib 2 quæst. c. 65* Iudicatum fuit, Graduato nihil præiudicare non insinuatam nominationem intra decennium 30. tantum annorum spatio hoc ius præscribi. I.C. *v. art. 4*.

IV.

Idem. Nihilominus, neque obstantibus iis, quæ dicta sunt tum in proxime præcedenti Arresto, tum *art. 4. & 5. singulari*, cōtraria opinio hodie sanior habetur, nempe 30. annorum spatio tantum ius insinuandi præscribi, etiam si intra decennium initium insinuationis factum non fuerit, sed sufficit primum insinuasse intra triennium, quæ resolutio est gloss. *in d.l.1. de nundinis*, nempe priuilegium publicè publicare oportere intra decennium: alioquin id admitti, & derelictum videri: at priuilegium priuatum peculiare, quale est, de quo nunc agitur, intra tricennium publicari posse, & executioni tradi. Et ita iudicatum fuit Parisiis duobus Arrestis, quorum vnum datum pro Petro Bonaio aduersus Ioannem B ruietum: alterum datum in maiore Camara Inquisitionum 5. Apr. 1541. ante festum Paschatis pro Ioan. Sansonio, qui subrog tus fuerat in ius Michaelis Norisseti Doctoris Theologiæ aduersus Petr ū Riottium. Et hoc ipsum pariter consuluerunt complurimi & celeberrimi Aduocati Parisienses super parochia Durbizensi, cuius momentanea possessio adiudicata fuerat Laurentio Mo t. ro indicio iudicis Prosoguflensis aduersus N. bilem D. Wilhelmum Dignonum, & Petrum Mortandrum Graduatos, Dominus des Lopes Arrestum illud Bunaii pro limitatione decennii *supra articulo 3.* adducit: at Dn. Rebuff. pro 30. annis. Atque ita contrarii sunt.

Vide Maynardum *lib. 5. cap 63 quæst.*

V.

Tempus studiorum absoluendum esse debet tempore gradus. In causa inter Ioannem Booinum appellantem à Præfecto Parisiensi, vel ab eius Locumtenente ab vna parte, & Ioannem Maluatium appellatum ab altera parte, in maiore Camera Inquisitionum decisum fuit, antequam Graduati Vniuersitatum nominationes impetrare, in quibus Graduati fuerint, posse, requiri, vt studiis operam dederint tempore definito & statuto sanctis Decretis Concilii Basiliensis & Regiis Constitutionibus, neque sufficere, vt prædicto tempore sequiuto studiis operam dederint tempore vacantis Beneficii.

VI.

Tempus studii ad obtinendam parochiam in ciuitate, quam dicunt muratam, muro cinctam. Curia in maiore & tertia Camera Inquisitionum, ad certis nonnullis è Consiliariis minoris Cameræ definitur in iudicio & lite perscriptum agitata, inter Wilh. Imum Eschiflorum appellantem à Libellariis Palatii ab vna parte, & Leonardum Matinum appellatum ab altera parte, Ecclesias parochiales, quæ sunt in ciuitatibus & vrbibus muro cinctis non posse conferri ab Ordinario etiam à l gato à latere, nisi Graduatis, qui vt minimum triennio studiis operam dederint, iuxta Concilium Basiliense & Concordata.

Quod si aliter factum fuerit, prouisio siue collatio nullius momenti erit, neque locum habebit decretum de pacificis possessoribus Maynard *l. 4. cap. 56.* I.C.

VII.

Forma collationis Graduatis factæ. In iudicium est, seu pro definito habetur, non necesse esse in collationibus Beneficiorum, quæ simplicibus Graduatis affectata sunt, neque etiam in collationibus Ecclesiarum parochialium, quæ in ciuitatibus & vrbibus muro cinctis sunt, addi, *tibi Graduato aut tanquam Graduato*, vel alia formula æquipollente, verū sufficere, vt prædicta Beneficia aut Ecclesiæ parochiales hominibus qualificatis iuxta prædicta Concilia & Concordata conferantur. Quod vero ad collationes Beneficiorum attinet, quæ Graduatis nominatis affectata sunt, definitum fuit, in prædictis collationibus nominatim addendum esse, *tibi Graduato*

duato nominato, aut tanquam Graduato nominato, vel aliam similem æquipollentem formulam, qua scilicet intelligi possit prædictas collationes prædictis Graduatis nominatis factas fuisse, alioquin prędictę collationes factæ prædictis Graduatis nominatis nullius momenti censeotur & habentur, si videlicet alii sint Graduati nominati qui prædicta beneficia postuleot.

VIII.

Indicatum fuit in maiore Camera Inquisitionum, anno 1533, ad relationem D. Quelini collationem Beneficii vacantis factã in mense Graduatorũ, simplicium vel nominatorum, non expresso gradu nominationis eis, nullam esse neque præiudicare alteri Graduato vel nominato, cui eiusdem Beneficii collatio facta est, expressa qualitate Gradus aut nominatione ipsius, vt maxime tempore posterior sit: quod quidem contrarium videtur decit. Panot. *in c. cum super. de off. de legat.* & Doctorum *in l. 1. C. qui pro sua iurisdict.* vbi definitur, actum simpliciter factum non adiecta qualitate declarari oportere & accipi secundum qualitatem necessariam & requisitam, vt actus valeat & non pereat. Et tamen id emendatum fuit altero Aresto, quod datum tribus Cameris Inquisitionũ coadunatis mense Maio 1536. quo videlicet dictũ fuit collationes Graduatis simplicibus factas si-

Idem.

Arrestum notabile super prædicta forma.

ne addito & non expresso Gradus, non ideo pro nullis habẽdas, sed pro iustis & legitimis, dummodo Prouisus re ipsa Graduatus sit. At quod ad Graduatos nominatos attinet, declaratum fuit in collationibus in ipsos faciendis vigore nominationis ipsis Beneficiorum quæ nominatis sunt affectata, exprimi oportere qualitatem per hæc verba, *tibi Graduato aut tanquam Graduato*, aut per alia verba æquipollentia, alioquin pro nullis habendas,

IX.

Idem.

Vigesima quinta April. 1535. post ferias Paschales iudicata fuit controuersia quædam ex scripto inter Mathurinum Gu boust appellantem à Præfecto Parisiensi, & Caneienum Brisett appellatum, definitumque fuit, si Collator beneficium Graduato cuidam mense Graduatorum conferat, non satis esse, vt prædictus Collator conferat beneficium illi tanquam bene merito idoneo & capaci, verum necesse esse, vt addatur *tanquam Graduato simplici* vel *nominato*, alioquin prædictum Graduatum non posse se tanquam Graduatum prædicta collatione tueri: Et vero hac de re deliberatum fuit cæteris Cameris Inquisitionum,

X.

Collatio ab ordinario facta cuidã nõ Graduato præuentionem Papæ impedit etiamsi ea excidat.

In lite quadam inter Arlissonium appellantem à Præfecto Parisiensi, & Wilhelmum Cauenchium definitum fuit, vt ante quoque factum fuerat in lite inter Ioan. Lormeum appellantem à Iudice Biturricensi, & fratrem Ioann. Aurelianensem appellatum, collationem factam ab Ordinario, mense Graduati nominati aut simplicis, cuidam qui Graduatus non sit, præuentionem Pontificis impedire, & si contingat vt prædicta collatio facta præfato non Graduatu annullata sit per aliam collationem factam Graduato', nun posse eum qui à Pontifice prouisus fuerit ius aliquid sibi in prædicto beneficio vindicare, etsi prior collatio annullata fuerit. Id ita iudicatum fuit 18 Februarii 1540. Et in prædicta lite definitum est, possessionẽ à prædicto appellante captam, etsi non facta mentione tituli sui & prouisionis vitiosam nõ esse, nempe quia titulum præcedentem haberet, neque alius in possessione esset.

XI.

Legatus conferre potest Graduato simplici, etsi ipse non instituisset.

Vicesima secunda Februarii 1537. conclusum fuit inter D. de Gouy Consiliarium in Parlamento, & Ioan. Githardum, Dom. Legatum (Pontificium scilicet) Graduato simplici potuisse cõferre, etsi is prędicto Legato non insinuasset, sed Ordinario, item etsi prędictus legatus prędictum beneficium alii cuidam non Graduato antea contulisset. Quæ controuersia æquas alioquin sententias tulerat in tertia Camera inquisitionum, postea vero dispares sententias tulit atque ita definitum fuit in maiore Camera prædictarum Inquisitionum

XII.

Semestre spatium Ordinarii pro Graduatis simplicibus.

Iudicio litis quæ scripto peragebatur inter Ioan. Spineum appellantem, à Pręfecto Parisiensi vel eius Locumtenente & Bellangerum appellatum super controuersia, vtrum collatio Beneficii vacantis tempore Graduatorum simpliciũ facta à superiore post requisitionem factam Patronu qui habebat ius præsentandi ad Beneficium, qui autem distulerat præsentare infra semestre infra quod Patronus præsentare debuerat, verum inquam hæc collatio valeret, an vero expectandus esset exitus prædicti semestris, quod prędictu Patruno competebat ad prę-

Graduati sex menses habent ad requisitionem.

sentandum antequã prædicto superiori liceret prædictum beneficium conferre recusante vel differente Patrono, definitum fuit in iudicio prædictæ controuersiæ quod si prædictus Patronus ad prædictum Beneficium pręsentet intra semestre personam capacem beneque & debite qualificatam, collationem factam à superiore ante pręsentationẽ factam à prædictu Patrono nullam & nullius momenti fore, & habendam, ac si facta non fuisset: vice versa, præsentationem Patroni effectum sortiri oportere, etsi collatio superioris facta recusante vel differente Patrono tempore prior esset: At si cõtingeret, vt Patronus personam incapacem præsentaret, aut quæ nõ foret bene & debite qualificata, tũ hoc casu collationem à prædicto superiore factam recusante vel differente prædicto Patrono, iustam & legitimam fore & mansuram, siue præsentatio prædicti Patroni prior esset siue posterior. Et idem in collatione Ordinarii.

XIII.

Capitulũ sede vacante Graduatis conferre potest.

Vicesima prima Iunii 1532. conclusum fuit & definitum in minore Camera Inquisitionum Parisiis, Conuentum eo tempore quo Abbatia aut Prioratus vacat conferre & præsentare ad Beneficia posse tempore Graduatorum simplicium aut nominatorum, dummodo id fiat vigore gradus & Graduato. Ratio hæc est, quod huiusmodi præsentatio siue collatio quodammodo & secundũ quid necessaria sit: quoniam si Graduatus postulans nihil in se habebat quod impediat eum qualificatum & capacem dici, Patronus siue Collator ei conferre tenetur, neque ei denegare potest: Igitur cũ huiusmodi prouisio nõ libere fiat, & Conuentus tempore vacationis in rebus quæ dependent a iurisdictione necessaria succedat, *in c. 1. Ne sede vac. in 6. & c. Ecclesia cathedrali, de supplend. negl. præl.* inde sequitur, Capitulum posse huiusmodi necessarias prouisiones expedire, nõ attento, quod prędicti textus de Ecclesiis secularibus & non regularibus loquuntur. Nam secundum communem opinionem quantum ad hoc nulla differentia est, quoniam fundamentum & causa principalis deuolutionis ad Capitulum & Capituli ad Prælatum in communione consistit, quæ est inter ipsos. Cæterũ hæc communio non minor est, imo maior, in Regularibus Abbate videlicet &

Conuento, quam inter Episcopum & Capitulum seculares, iuxta notat. *in c. dilectus. de consuet.* & *in c. nec in argu. §. Abbate, de stat. monach.* Proinde quatorum ad hoc, eiusdem generis esse debent, cum non sit diuersitas, & possunt ambo sede vacante præsentatos instituere, & Graduatis beneficia vacātia vigore gradus & nominationis respectiue conferre.

XIV.

Legatus habet potestatē in dies dispensandi in præiudicium Graduatorum.

Curia in maiore & tertia Camera Inquisitionum cum nonnullis Consiliariis minoris Cameræ congregatis super dubio, quod sese obtulit in lite iamiam iudicanda in prædicta maiore Camera inter Florentium Parmenterium actorem & interdicto expetientem pro Parochia S. Medardi maioris Ru, in diœcesi Nouiodunensi & Rodulphū Tebatiū Doct. Theologiæ & Ludouicū Clericum reos & excipientes ab altera parte, vtrum Legatus Papæ scilicet habens potestatem dispensandi super regulis Cancellariæ Apostolicæ à Papa possit dispensare super regula *si quis in infirmitate constitutus*, &c. quando scilicet vacatio beneficiorū incidit in mensibus qui Graduatis simplicib⁹ vel Graduatis nominatis affectati sunt, definiuerunt prædictum Legatum posse dispensare super prædicta regula prædictis mensibus, & quod si contingat vt resignantes decedant in illis mensibus intra 20. dies post resignationes admissas, prouisiones factas super talibus resignationibus à prędicto legato cum dispensatione prædictæ regulæ iustas & legitimas æstimandas, neque prædicta beneficia pro vacantibus per mortem habenda.

X V.

De duobus Graduatis qui postulatunt, præter quos & tertius extat qui prouisionem medio inter vtrum que tēpore habet.

Si duo sint Graduati, qui ab vno eodemque collatore sese nominatos dicant, & postremus nominatus primus postulationem suam fecerit, antequam primus & antiquior nominatus postulauerit, tertius autem quidam sit qui prouisus in Curia Romana, vel etiam ab Ordinario, etsi maxime prouisio facta prædicto tertio præferatur prædicto antiquiori veluti facta anterius postulationem, tamen quoniam antiquior iuniorem & postremum nominatum excludit quippe tertium excludit, huiusmodi prouisio prædicti antiquiori præferri deberet tertio videlicet, per regulam, *si vinco vincentem te, à fortiori vinco te:* Nihilominus hæc regula ita limitatur, vt locum habeat, quando prędicta postulatio facta à prędicto posterius nominato, facta est ab habili idoneo & debite qualificato. Haut ei beneficium deberetur nisi ab antiquiori euinceretur, sicut affecerit beneficium, alioquin nec quicquam prodesset antiquiori prouiso ab Ordinario aut Papa. Quæ limitatio fundata est in constitutione, quę loquitur de prędictis Graduatis nominatis, cuius verba important vt huiusmodi postulatio sit valida & effectum sortiatur: Quod notandum est contra opinionem Rebuffi qui indistincte loquitur, siue postulatio valida sit siue non. Propter hanc difficultatem controuersia æquas sententias tulit inter D. Bartholomæum Relatorem & D. Fabrum. Tādemq; iudicatum pro dicta limitatione, vt scriptum est à D. des Loges qui iudicio interfuit.

XVI.

Graduato nominato sufficit capacem fuisse tempore prouisionis suæ.

Notatu dignissimum est, circa id quod superius scriptum fuit in 7. *art.* 1. *Arrest. h. t.* nempe quinquennium quod ad studia Graduatorum requiritur nominatorum expleri posse post Gradum adeptum, & vt maxime tempore nominationis Graduatus sit incapax, quod ad perfectionem prædicti temporis, nihilominus posset sese capacem reddere expleto postea eo tempore, continuatis videlicet studiis & satis est vt prouisionis suæ tempore capax sit, & ab hoc tempore capacitas æstimari debet, non autem à tempore nominationis. Ita iudicatum Arresto Parisiensi 11. Februar. 1537.

XVII.

Defectus qualitatis in gradu expressæ beneficiū vacare facit.

Vltima die Ianuarii 1544. datum fuit Arrestum ad causæ perorationem, quo prouisus de beneficio à Papa longe post prouisionem Ordinarii in possessione beneficii confirmatus fuit, nō habita ratione prouisionis Ordinarii quę facta fuerat mente Graduatorum nominatorum cuidam qui talis non erat, quæ vtique valida fuisset, si simpliciter dictum fuisset *tibi idoneo*, verum quoniam in ea hæc clausula extabat, *tibi nominato Graduato & qualificato*, neque probare posset is gradum suum nominationē & insinuationem vt oportebat, repulsam passus est, & à Papa prouisus admissus fuit, qui nullo modo Graduatus erat, aut aliter qualificatus, quam simplici tonsura & post eum qui ab Ordinario prouisus fuerat (Graduatum nominatum non posse dispensari ad tenendum beneficium regulare, iudicatum fuit pro Archidiacono du Quo 6. Febr. 1564.)

TIT. VI. DE MANDATIS ET Indultis.

ARRESTVM I.

Quinam comprehēdantur in Indultis Curię concessis.

PRæsides, Consiliarii, Actuarii, Ciuiles & criminales, itemque præsentationum, vt & quatuor Notarii & Secretarii Curiæ indultis Pontificum iamdudum id priuilegii sunt adsecuti, vt à Rege & Prælatis ad obtinenda beneficia vacantia, quæ sub eorum suorum dispositione nominati possint, & in ipsorum defectum à delegatis ad eum finem. Et vero prima matricula huius nominationis facta fuit 1. die Sept. 1403. Et postea Arresto, quod datum fuit 16. Aprilis 1498. Consiliarii, Libellarii Palatii, veluti de corpore Curię existentes declarati fuerunt esse de matricula, & quidem post omnes Consiliarios, qui vt maxime Consiliariorum munere sint exuti vel functi ex honesta tamē causa, eorum nihilominus numero permaneni, post omnes tamen tam Actuarios, quam Notarios. Et ita iudicatum fuit Arresto 5. Iunii 1434.

De mandatis & indultis Curiæ Parlamenti & Cardinalium scripserunt Carolus Molinęus *ad Reg. Cancellaria Romana reg. de infirmis resignantibus* Chop. 1. 2. *de sac. polit. tit. 6 lib. 2. Monast. cap. vlt.* I. C.

II.

Mandatū specialia non valēt.

Mandatum Papæ super prouidendo ad aliquod Beneficium est nullum si sit de speciali seu peculiari aliquo beneficio: nam vt valeat necesse est sit generale, de omnibus uidelicet beneficiis vacantibus, & vt ad collationem loci spectet ad quem prædictum mandatum dirigitur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, prout scripsit Rebuffus *in tr. Benefic. tit. de Claus. & mand. n. 29. in prim. part.* Quantum ad hoc limitatum fuit ius quo poterat mandatum fieri ad dignitates tantum vel etiam ad Canonicatus, *c. executor & cap. si soli priuil. lib. 6.*

III.

Mandatū non insinuatum ordinarii ius non extinguit.

Mandatarios tam mandatum suum quam literas executoriales, quæ ad executiorem sunt directæ Ordinario insinuare tenetur, alioquin Ordinario facultas collationis nō adimitur & collatio ab eo alteri facta valida erit nō obstante prędicta insinuatione, Ita iudicatū Arresto Parisiensi in minore Camara

Inquisitionum 23. Decembr. Posteaquam super huiusmodi dubio causa æquas sententias tulisset in minore Camara Inquisitionum, ad relationem D. Longolii, Compartitore D. de Srella inter fratrem Iacobum Barillensinm, & fratrem Nicolaum Massuaninm pro possessione & gaudimento prioratus & parochię Corbrionensis & Tuyæ annexę ipsius in diœcesi Aurelianensi.

IV.

Mandatarius repulsam passus ab Ordinario, intra quod tempus per executorem prouideri debeat.

Si mandatarius insinuauerit, & postea vacare competit beneficium affectatum prædicto mandatario intra mensem beneficii vacantis postulare tenetur: Et si denegatio ei fiat, regressum ad executores suos habet, pro obtinenda prouisione. Cæterum dubitatum fuit, intra quod tempus collatio à prædictis executoribus obtineri debeat. Nonnulli existimarunt intra 6. menses: alii vero nullum certum tempus definitum esse, & ipsorum prouisionem etiam post sex menses validam esse. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in cōtrouersia super Præfectura Varenensi inter Quietierum & Chapilierum ad relationem Do. Fabri, in qua prædictus Quietierus hoc fundamento nitebatur aduersus quendam, cui Normanoo nomen erat, quod videlicet intra sex menses non fuisset prouisus: cuius rei ratio habita non fuit.

Vide Peleum *act. forens. Arrest.* 1. & alios deinceps, quantum ad indulta pertinet, & alios Authores, qui super hoc scripserunt.

TIT. VII. DE PERMVTAtione Beneficiorum.

ARRESTVM I.

Permutatio beneficii cum nō beneficio.

PErmutatio beneficii cum non beneficio facta, veluti cum Capella, quæ non nisi simplicis patrimoniæ qualitatem habet, quæq; in beneficium erecta non est, non valet, & prouisus de beneficio titulum coloratum non habet, *cap. vnico, ibi, beneficia, cum ibi not. de rer. permut. lib. 6. & cap. authoritate, de priuil. eod. lib.* Nam huiusmodi permutationes non debēt clandicare, cum sit actus indiuiduus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 1545. Verum quidem est, causam antea agitatam fuisse in Maiore Camera, & quidem doctissime 8. Decembr. anno 1544. pro præbenda quadam Bellouacensi, neque ea ex tempore decisa fuit, verum comperendinata seu ampliata: Regalista quidam præbendam illam per prædictam permutationem impetrauerat, dicens, pro Capellania de nouo fundata à Præbendario quodam, qui sibi ius patronatus reseruasset, eam detineri, & dicebat, huiusmodi Capellaniam non esse beneficium, & quod locus esset Regaliæ, *per prædict. ca. authoritate. & cap. vnic. supra allegat.* quodque tam per prædictum ius Regaliæ postea apertum, quam per mortem resignantis prædicta præbenda vacasset: Possessor permutans dicebat, Capellaniam cōsecratam ex licentia Capituli sede vacante, atque ideo permutationem tuebatur: Et is tamen causa cecidit.

In permutationibus tamen nō id attendendum est, vtrum æquales sint reditus, sed sufficit, vt vnumquodque beneficium titulum habeat: vide Arrest. quod refert Charond. *lib.* 1. *Respons. cap.* 40. I. C.

II.

Permutantes euicti ad prīstinum beneficiū suum reuerti & redire ipsi possint,

Ex iuris dispositione, si vni ex permutantibus admisso beneficium euincatur, ad suum libere reuerti potest, citra nouam collationem, si videlicet facta sit simplex dimissio bonorum, *cap. si beneficia, de præben. lib.* 6. At si resignatio vtrinque facta fuerit, noua collatione opus est, *c. cum vniuersarum, de rer. permutat. & not. in cap. cum venerabilis de except.* Hodie in Francia, siue dimissio siue resignatio facta fuerit, cum vnum ex beneficiis euincitur, is cui id traditum fuerat, ex causa permutationis, citra nouam collationem ad prius beneficium suum reuerti potest, vt not. Ioan. Andr. *in cap. vnico de rer. permut. in* 6. Et secundum hoc ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 27. Maii 1525. Et postea quoque Arresto maioris consilii pro euictione Prioratus Belliloci in Roannensi, qui datus fuerat pro Prioratu S. Triuerii in Bressia per Gayandum Decanum Aquæpersæ.

Ad prius beneficium suum reuerti potest, nisi alter permutans ante euictionem tertio alicui id beneficium resignasset, atque id beneficium per triennium possedisset. vide Arrest. Parisiense 27. Maii 1588. quod memorat Charondas *lib.* 1. *Respons. Arrest.* 12.

III.

Permutās cui non satisfactū est ad suū, ab a que noua prouisione, regressum habet.

Quando vnus ex permutantibus permutationem adimplere non potest, vel quando beneficium ab eo datum euictum fuit, tres diuersæ sententiæ super regressu eius, qui possessione beneficii sui decessit ad eam recuperandam exortæ sunt. Prima, quod citra nouam collationem id facere non possit. Anton. de Butr. *in c. cum venerabilis de except.* Secunda, quod citra prouisionem id facere possit, Ioan. Andr. *in cap. vno. de rerum permutat. lib.* 6. & Io. de Sel. *in tract. benef.* 3 *part. qu.* 32. Tertia, iudicio declaratorio opus esse, vt quisque ad beneficium suum redire possit. Albert. Lampagania *in repet. dict. cap. vnic. quæst.* 7. Postrema opinio multum habet verisimilitudinis & æquitatis, ad euitandas videlicet fraudulentas collusiones. Et nihilominus tamen iuxta opinionem Ioan. Andr. quæ secunda est inter superius numeratas, iudicatum fuit Arresto Burdegalensi 3. April 1529.

Vide Charond. *lib.* 1. *Respons. cap.* 22.

IV.

Permutās si ei nō satisfactum sit, Iudicē Laicū adire debet.

Si quis sine reseruatione beneficium aliquod permutatione resignauerit, quod postea pensione oneratum reperitur, qui cum eo permutauit eum coram Iudice Laico conuenire potest, sic vt cogatur alterutrum facere: nempe, vel prædictum beneficium prædicta pensione exonerare, vel id relinquere, quod ex prędicta permutatione possidet, & tenet. Et ita compluribus Arrestis iudicatum fuit. Et primum quidem in maiore Regis Consilio inter Cardinalem Borbonium ab vna parte, & Abbatem Corbiensem ab altera,

V.

Regressus inter permutantes propter fidem non præstitam adiudicatus.

Inter Reuerendum Dn. Antonium de Leuis de Castromorando Archiepiscopum Ebrodunensem ab vna parte, & Reuerendum Balthasarum Iarentium Episcopum S. Flori ab altera parte, hęc facti species vertebatur. Prædictę superius partes concordatum fecerant seu inierant, chirographis ipsorum signatum, quo mutuo spondebāt, se inuicem resignaturos: nempe, prædictus de Castromorando, Archiepiscopatum Ebrodunensem: prædictus vero Iarentius, Episcopatum S. Flori, ex causa permutationis: simul & euictionem pollicentur: seque inuicem ea libera & immunia ab omni pensione præstituros, adiecta clausula, vt si aliqua pensio vni ex prædictis beneficiis aut membris ipsorum impositum deprehenderetur, prædictæ partes respectiue ea exonerare tenerentur, vel soluere propriis cuiusque expensis intra sex menses tum proxime sequentes, vna cum omnibus impensis, damnis & interesse: Additū &, vt commutantes respectiue regressum haberent prædicto casu ad beneficia sua. Concordato hoc adprobato, & resignationibus factis & admissis, com-

pertum

pertum est pensionem quingentarum librarum Turonẽsium Episcopatui S. Flori impositam: prædictus D. de Castromorando in Consistono Regis aduersus prædictum Iarentium eapetitur, ad implendum prædictum concordatum: inde partes ad Maius consilium remittuntur: vbi Arresto antepaschali 27. Martii 1552. prædictus Iarentius condemnatus fuit, ad liberandum, interesse præstandum, indemnem reddendum prædictum de Leuis à reliquis iam debitis, quæque debebuntur pendente Arresti execution e, & vt pignoris capionem tolli faceret, super temporalibus & fructibus prædicti Episcopatus sancti Flori ad petitionem D. de Ioyinsa pensionarii, & propter prædictam pensionem: ac propterea condemnatus fuit prædictus Iarentius in expensas factas in instantia prædictæ pignoris capionis, damna & interesse inde emergentia prædicto Dn. de Castromorando: & vt de cætero seu in posterũ eum indemnem præstaret, simul etiam prædictum Episcopatum suum sancti Flori prędicta pensione 500. libratum intra quatuor menses proximos leuaret, & nisi intra prædictum tempus id fecisset: permissum fuit D. Castromorantio, si ipsi videretur, iure suo regressus vti, & in possessionẽ prędicti Episcopatus Ebrodunensis redire: & hæc omnia iuxta prædictum concordatum, & eius adprobationem: & prætereà prædictus Iarentius condemnatus fuit, quoniam videlicet prædicto concordato eius adprobationi inter prędictum tempus non satisfecisset, in damna & interesse, quæ huius rei & morę occasione prędictus D. Castromorantius sufferre posset.

Hoc ipsum adhoc in fortioribus terminis iudicatum fuit aduersus resignatarium quendam, qui recusabat pensionem resignanti: & dictum fuit, prædictum resignantem in possessionem beneficii sui redire posse, 8. Mart. 1565. & sæpius quoque deinceps. B.

VI.

Rescissio resignationis ex causa permutationis coram iudice Laico peragitur.

Si beneficiorum permutatio inualida dicatur ab vno ea permutantibus, qui causas sufficientes ad eam rescindendam habet, necesse est Iudicem ordinarium & Ecclesiasticum eo nomine adeat, neque potest vi diplomatis Regii Iudicem Regium tanquam de re profana adire. Et ita dictum fuit Arresto Parisiensi 6. Septembris 1522. quo scilicet Io. Russellus beneficio prædicti diplomatis depulsus fuit, cuius beneficium implorabat aduersus quendam, cui nomen Pidousio.

TIT. VIII. DE RESIGNATIONIBUS, Reseruationibus, & Reuocationibus.

ARRESTVM I.

Mandatũ ad resignãdũ elapso anno non amplius valet.

POsteaquam procuratio, i. mandatum ad resignãdum anni spatium excessit, neque intra annum effectui tradita est, præsumitur is, qui procurationem seu mandatum dedit, eius memoriam amisisse, eamque reuocaturus, si meminisset, *arg. l. 2. ff. de acquir. poss.* Atque ita non valent prouisiones factæ vi procurationis seu mandati, quod anni terminum excessit. Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano, quod Dn. Rebuffus laudat absque data seu temporis circumstantia, *super regula de verisimili notitia, gloss. 7. in fine.* Postea hac de re expressum Regis Edictum promulgatum est.

Resignatio intra 6 mẽses publicari debet.

Resignationes intra 6 menses non publicatæ quando resignans moritur in possessione, sunt nullæ, & locum faciunt vacationi per mortem: prout iudicatum fuit, pro quondam, cui Episcopus Cenomacensis vigore Edicti Aurelianensis beneficium & præbendam, cui nomen du Chemin seu Viali, qui id nepoti suo resignauerat, contulerat, secunda Aprilis 1567.

II.

Resignationes vi factæ nullæ sunt.

Resignationes sponte, non vi, metu aut dolo fieri debent, alioquin non valent, *c. accedens. de procurator.* Hac ratione Arresto Parisiensi 12. Aprilis 1510. Episcopus quidam 100. libris Parisiensib. multatus fuit, ac præterea condemnatus in expensas, damna & interesse, præter retrocessionem beneficii scilicet, eo quod Quæstorem suum, recusantem beneficium suum resignare, in carcerem coniecisset.

III.

Resignationes cum regressu & retentione omniũ fructuum in Francia illicitæ sunt.

Anno 1496. 13. die April. post ferias Paschales inter Franciscum de Stagno Resignatarium defuncti Io. de Stagno patrui sui resignatarii, id est, qui ab eo resignationem acceperat Chamarerię, quam vocant Ecclesiæ Lugdunensis, appellantem ab vna parte, & Canonicos & Capitulum Lugdunense, & Ioan. Dais appellatos, & vicissim appellantes ab altera parte, dictum fuit, resignationes factas sub retentione omnium fructuum nullas esse, interdictumque omnibus, ne prouisiones & bullas Pontificales impetrarent, quibus resignationes omnium fructuum & regressus continerentur, vtpote sanctis decretis & pragmaticæ sanctioni derogantes, proposita pœna, effectu ipsarum non potiundi. Et nihilominus tamen similis admissa fuit prædicti D. Francisci de Stagno. Boerius huius Arresti meminit *in 2. decis. 1. part.* quæ est apud Aufrer. *ord.* 192. Non præsumendum est, Pontificem huiuscemodi tes temere indulgere, secundum Felin. *in cap. nonnulli. de rescrip.* Et quantum ad regressum spectat, in Francia in omnibus & per omnia illicitus est: quantum vero ad reseruationem, Papa eam non nisi ex magna causa facere non potest, & in Francia prohibita est: vt *in Concord. de reserua. sui benefic. sine omn. fruct.*

Talis reseruatio non reddit resignationẽ nullã, sed tantum retentio sine effectu manet. Chop. *lib. 3. de sag. polit. tit. 1. n. 14.* I.C.

Retentio pensionis, & creatio ipsarum super Parochiis non amplius permittuntur. Nihilominus tamen cum quidam, cui nomen Renatus Noyer, resignasset Parochiam suam Vicario suo, reseruata sibi certa pensione, qua non soluta, ad eam redire posset, dictum fuit prædicto de Noyer, regredi licere non soluta pensione, sub onere tamen residendi 19. Septembr. 1565. perorante Versorio & Durantio. Item pariter mense Nouemb. 1569 Arresto condemnatus fuit Curio quidam resignatarius pactum conuentum præstare vel resignanti, qui sibi resignauerat, mandatum dare, idque ad expostulationem seu commonitionem Aduocati Regii Thuaoi, qui in perfidiam Resignatarii acriter inuectus fuerat. Et notandum est, propter eandem perfidiam, etsi pacta in beneficiis reprobata sint, famulum, cui custodia beneficii tradita fuerat, cogi retrocedere, cui ipsius dominus retrocedi voluerat. Ita iudicatum aduersus famulum quendam 14. Iun. 1566.

IV.

Resignatio cũ retẽtione dimidia fructuum in Francia admittitur.

Anno 1534. Mense Aprili Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, reseruationem dimidiæ partis fructuum à resignante factam, valere. Boer. *prædicto loco* ait, sępius ita iudicatum fuisse in prædicto Parlamento. Ratio hæc est, quia resignatarius ea dimidia sibi relicta Ecclesiæ inseruire seque exhibere potest. At si in totum iis priuetur, id est, si resignans omnes fructus sibi reseruauerit, Ecclesiæ seruire non potest. Æquum etenim est, vt qui Altari seruit, ex eo victum nanciscatur, *c. cum secundum. de preb.*

V.

Resignatio ante captã possessionem admittitur.

Beneficium ante captam eius possessionem & ante expeditionem Bullarum resignari potest: at non etiam ante collationẽ factã resignãri, nam vt ait Abbas Sicul. *in c. cum venerabilis. de except.* Etsi resignatarius non præcise teneatur monstrare titulum & ius resignantis sui, attamen probare debet eum in possessione pacifica beneficii fuisse. Et idem dicit Gloss. *pragmat. sanct. tit. de pacific. possess. § ordinarii, in verb. inquirant.*

rant. Et ita definitum in Parlamento Burdegalensi aduersus Petrum Larmandium Protonotarium pro Alano & fratre Antonio de Ferreriis Defensoribus.

VI.

> Reseruatio nulla propter excessum retentionis resignationis facta valet, subrio retentionis accedat.

Reseruatio facta à Resignante omnium fructuū abusiua est & integram bullam vitiat, *c. si eo tempore de rescript. lib. 6. & l. 1. C. ne rei domin. ibi, cingulo.* Et non attenta huiusmodi prouisione, si resignans intra sex menses vel postea moriatur, siue resignatio publicata fuerit, siue non, beneficium per mortem resignantis impetrare potest in odium prædicti abusus, qui totam prouisionem nullam reddit, & nontantum prædictam resignationem vt maxime Papa eam moderatus sit, & ad maiores fructus restrinxerit, nisi forte resignās postea hanc moderationem acceptauerit. Et ita iudicatū fuit Arresto Parisiensi inter Vincentium Flauertium interdicto experientem ab vna parte, & Bartholomæum Magninum opponentem sese possessorio Parochiæ Aminiacensis in Mariscononensi quæ in fauorem interdicto experientis à Nicolao Normeio vltimo possessore pacifico resignata fuerat sub prędicta reseruatione omnium fructuum, quique interdicto experiens prouisus fuerat anno 1500. & bullas suas intra 6. mēses publicauerat, possessionem rœperat, duobus annis & dimidio possederat, postea vero 15 · 5. resignans mortuus fuerat, & per mortem ipsius prædictus Magninus opponēs ab Ordinario prouisus fuerat, In hac cōtrouersia iudex Marisconensis momenti beneficium interdicto experiēti resignatario adiudicauerat: à quo opponēs ad parlamentum Parisiense appellauit: vbi dictum fuit 5. Mart. 1512. male iudicatum fuisse, & emendata sentētia momenti, beneficium prędicto appellanti adiudicatum fuit, non obstante prædicta possessione pene trienoali, eo quod nullus esset titulus coloratus.

Vide Charond. *lib. 1. cap. 46. & lib. 2. c. 26.*]

VII.

> Idem.

Si procuratio ad resignandū reseruationem omnium fructuum in se contineat, & procurator vidēs non posse id ita fieri, resignationem cum reseruatione dimidiæ fructuum faciat, prouisio non valet *c. cū dilectis de rescript.* Sed si reseruationem suam integram faciat, & Pontifex eam ad dimidiam partem moderetur, prouisio valet, officio enim suo functus est atque illi imputari potest si Pontifex potestate sua vtatur *ca. de preb. l. 6.* cui non potest modum imponere: & in omnibus rebus beneficialibus semper subintelligendum, saluo beneplacito Pontificis *cap. cum pridem de pact.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi anno 1552. quod videri posset quodāmodo superiori contrarium, in cuius specie procurator restrictionem fecerat, in hoc vero Papa Franciscus Mar. *deci.* 131. allegat Arrestum quoddam Gratianopolitanum in hanc rem. Verū tamen est, si resignans superstes sit, eum prædicto temperamento & prouisioni stare oportere.

VIII.

> Reseruatio omnium fructuum resignationem non corrupit.

Ioanna Cardelarea Abbatiam suam in manus Papæ resignas, reseruatis sibi omnibus fructibus, iurisdictione, correctione, & cæteris præeminentiis, & regressu per cessum & decessum in fauorem Catharinę sororis suæ quæ de ea prouidetur, & possessionem capit: Religiosæ, comperta hac nullitate, aliā Abbatissam eligunt. Hic controuersia nascitur: & deinceps, Arrestum, quo electio nullius momenti declarata fuit, & Catharina Cardelacea resignataria in possessione cōfirmata, non habita ratione prædictarum reseruationum tum fructuum tum regressus: 1. die Februar. 1493. Tholosæ.

IX.

> Notarius aliquid omittens in exemplari, a se conscriptæ, seu excerptæ, excusatur.

Notarius quidam, qui procurationem seu mandatum ad resignandum conscripserat, sub reseruatione cuiusdā pensionis, eius exemplar absque prædicta reseruatione conficit: falsi eo nomine accusatur, & beneficium ab alio impetratur. Arresto Curię Burdegalensis, quod pronunciatū 27. Martii 1520. pro Petro de Poilron aduersus Leonardum Cledatum interdicto experientem, postremus impetrans depulsus fuit tam ab instantia falsi quam à prætensa impetratione sua: Nā etsi ita habeatur vulgo, quod falsum in omittendo sit, vt in committendo *l. decurio C. de Decur. libr. 10. & per tex. in l. 1. §. qui in rationibus, & in l. Paulus §. Paulus ff ad l. Cornel de fals.* huiusmodi tamen omissio potius ex Notarii obliuione, quam per dolum facta præsumi decet, & semper ad euitandum falsum pro Notario pręsumi oportet, qui à publico approbatus est, & pro diligente est habendus *l. 1. C. de Ponderat. & aur. illat. lib. 10. & l. 1. C. de Susceptor.* eaque non obstante, eiusmodi resignatio vera est. Et super hac controuersia est text. *in c. cum Ioannes eremita. & ibi glos. in ver. quod libel. in fin. de fid. instr.* sed & in præsenti facti specie, testes inter se non conueniebant, neque erant omni exceptione maiores, quod alioqnin valde requiritur *ca. cum P. Tabellio de fid. instrum.* Postremo actus separari possunt & potest notarius cogi ad expediendum instrumentum ad effectum huiuscemodi retentionis pensionis & consensus super hoc præstiti, pro resignatario, quod denegare potest non requisitus à resignante: vt notatur in *d. c. cum Ioannes.*

X.

> Concordatum licet approbatū continens pacta improbata beneficiū vacans reddit.

Super causa quadam de beneficio quodam, quæ agitabatur inter Protonotarium quēdam, & Monachum quendam, concordatum seu pactum conuentum initur, quo prædictus Protonotarius in fauorē Monachi Prioratum controuersum resignat: qui vice versa spondet, sese prædictum Prioratum prædicto resignāti redditurū, vel ei, quem is nominaturus esset intra biennium ab adprobatione prędicti concordati: quod si ex causa aliqua iuris aut facti emergente is prædictum prioratum restituere non posset, eum obnoxium fore & obligatum prædicto Protonotario aut alteri quem nominaturus esset prouisionem procurare, & tradere beneficium pacificū Regulare non litigiosum neq; pensioni alicui obnoxiū cuius redditus annuus 200. librarum esset, intra prædictū vero biēnii tempus præfato Protonotario annuatim pensionem 200. librarum Turonensium præstare: eoque fine vsque ad prædicti concordati adimpletionem prædictum beneficium locabatur sub prędicta pensione annua affecto interea beneficio pro prædicto Protonotario. Concordatum istud Romę prorsus approbatur, resignatioque admittitur: Monachus prouidetur: qui inde Prioratus possessionem realē ingreditur: Post annum & dimidium Protonotarius moritur: tertius quidam Prioratum velut vacantem per mortē impetrat: is à Monacho turbatur & interdicto experitur, atque asserit eum vacasse per mortem, non per resignationem, attentis pactionibus Simoniacis, vitiosis, & dispositione iuris reprobatis. Econtra Monachus dicebat, non esse locum factum vacationi per mortem, seque possessorem esse. Iudicio Seneschalli Pictauiensis vel eius Locumtenentis momenti beneficiū Monacho resignatario adiudicatur, q interdicto experiebatur appellat in Curia Parlamenti Parisiensis inibi ita

> Præiudicia notabilis.

consultus

consultus literas impetrat quibus admitti postulat appellans tanquā ab abusu ab executione adprobationis Papalis super prædicto concordato. Causa agitata fuit apertis velis: in ea Aduocatus appellantis nihil aliud intendebat, nisi quod Concordatum istud directo conclusum, approbatū executioni traditum fuisse aduersus decretum de resignationibus sublatis & quod in eo regressus & reseruatio aduersus prædictum decretū in fraudem & ad id eludendum exciperentur. Cæterū quotiescunque de fraude facta apparet, quamlibet adprobatio secuta sit siue directa siue indirecta, abusum esse atque ita impugnari etiam regulam *de pub. resig.* Aduocatus appellati, disertus & eloquens, è contra dicebat, causæ suæ seruiens non aliud vitium in isto concordato argui posse nisi reseruationem quandam siue regressum, quæ non reprobātur neque interdicuntur nisi quoties beneficium superstitis alicuius eo inscio reseruatur, & per mortem ipsius affectatur: At non etiam cum in id consentiret, vt in hac specie: Præterea dicebat, ex prędicto cōcordato, si bene intelligatur, non posse aliud subsumi, vel colligi, quam simplicem prouisionem futurę permutationis prędicti prioratus, quando videlicet Monacho resignatario & appellato obtingeret beneficium eiusdem valoris, interim vero dum hanc occasionem expectat eum promittere fructus vel eorum valorem. Dominus Seguierus Aduocatus Regius doctissima oratione sua penitus in appellationem inclinauit, & ipse pro D. Procuratore Catholico Regio appellauit & ostendit adductis quamplurimis Canonibus & capitulis in id expressis, in hac facti specie non solum manifestum abusum admissum esse aduersus sancta Decreta, Canones, Concilia, edicta Regia, & Aresta Curiæ, verum etiā prædictū abusū pessimi exēpli esse, seu maximi præiudicii in substātia disciplinæ Ecclesiasticæ. tantumque abesse, vt sese excusare aut purgare obtentu consensus à superstite præstiti posset, vt contra exinde duplex offensa procederet: Nā loco vnius duos apparere, qui peccarent & simoniam admitterent, neque eos quicquā excusare adprobationem Pontificis, quandoquidem omnibus Conciliis & decretis ei interdictum sit ne in facto simoniæ dispenset aut dissimulet, & per consequens ne pœnam eius remittat: neque simplicium tantum resignationem hic esse, retenta pensione vel fructibus, quæ ad tertiam partem prædictorum fructuum reduci potest, verum prædicto concordato id exprimi vt si præmoreretur Monachus resignatarius, vel etiam morā admitteret, post bienniū in adimplendo eo quod spopondisset, superstes beneficium recuperaret: vnde procedit & apparet manifeste facta reseruatio & regressus abusiuus & intolerabilis. Et sane si prędictum concordatum adprobatum in statu suo maneat, biennio quod in eo præscriptum est beneficium vacaturum non est, sed superstiti semper è duobus qui concordatum fecerunt, reseruatum erit: quinimo post biennium etiā si nolit resignās resignatarium suum vrgere, aut exercere nolit clausulas resolutorias concordatas, semper prædictus regressus duraturus est: quæ via siue ratio nimis manifesta est ad præbendam occasionem ludendi, negotiandi de beneficiis spiritualibus, haud aliter ac de equis ac possessionibus, quarum tamen & ipsarum commercium semper ad honestatem publicam dirigi debet: Ac in hac facti specie neminē nō videre rē penitus inordinatam esse: atque rationibus pronunciari postulabat *abusiue* &c. & possessorium beneficii appellanti adiudicari. Hæc notabilis causa perorata fuit die Iouis 11. Februar. 1550. Curia eam non ex tēpore expediuit, verum eam ampliauit & partes cōperendinauit ad ius ipsis reddendum visis titulis siue instrumentis. Et vero postea 7. Sept. iudicatum fuit Arresto, male & abusiue processum fuisse, sub prædicto concordato abusiuo, & monachus in expensas causæ appellationis condemnatus fuit, & in principali appellans plene in possessione Prioratus firmatus fuit, & prædictus Monachus in expensas & interesse turbatæ possessionis condemnatus. Arresto pronunciatum 7. Septembr. 1551.

Regressus nullo modo permittuntur.

Nota quando in resignatione & concordato quod in Curia Romana adprobatum est, retentio pensionis est, conuenit vt non soluta prędicta pensione resignanti ad beneficium regredi liceat, regressus licitus sit. v. *art. prox. praced. de permut. Arrest 5. vna cum eius appendice.* B. Nota etiam prouisum per confidentiam & sub promissione facta in alterius commodū esse incapacem & efficere, vt beneficiū per deuolutum impetrari possit v. Charond. *lib. 7. Resp. c.* 190. I.C.

XI.

Possessor cuiusdam beneficii procurationem seu mandatum ad resignandum prædictum beneficium dat in manus Legati, cum retentione certæ pensionis, & non aliter. Procurator in eum finem constitutus resignat in fauorem eius qui in prædicta procuratione exprimebatur, isque de eo tum prouidetur nulla tamē ratione habita siue consensu non præstito super pensione reseruata à resignante, eo quod prædictus Legatus non haberet approbandi & constituendi huiusmodi reseruationem potestatē. Post aliquod tempus resignans moritur, ei tertius quidā beneficium istud velut vacans per mortē impetrat. Inter eum & resignatarium lis oritur in qua prouisus per mortem dicebat resignationem effectum suum non esse sortitam, eo quod sub conditione prædictæ reseruationis facta fuisset, eaque nihilominus omissa fuisset: Ex aduerso dicebat resignatarius, duo illa, nempe prouisionem prædicti resignatarii rigore prædictæ resignationis & constitutionem prædictæ pensionis diuidi & separari, & alterum ex his à Legato, alterum vero post aliquod tempus à Pontifice expediri potuisse. Atque ita iudicatum fuit Arresto 23. Decemb. 1536, qui causam agebat erant Iacobus Mierus & Simon Bourgesius: & prædictum Arestum singulare habitū fuit in materia beneficiali.

Resignatio cum retentione pensionis potest simpliciter expediri per legatum & pensio per Papam.

Quid si legatus pure & simpliciter super procuratione facta in fauorem prouidit: v. Char. *lib. 1. Resp. Ar.* 14. vbi ait, Aresto quondam huiuscemodi prouisionem iustam & validam declaratam fuisse.

XII.

Petrus de Cameraco Archipresbyter Campagnacensis die 6. Augusti 1523. duas procurationes seu mandata ad resignandum Archipresbyteratum suū expedit: vnam, ex causa permutationis: alterā, pure & simpliciter. Vtraque executioni tradita fuit. Inde quęsitum siue agitatum est cuinam prouisioni standum esset? Bald. *in l. falsus. §. scias tamen C. de furt.* existimat, eam sequendam esse, quę resignanti minimum præiudicat *per l. Sempronius Proculus. ff. de legat.* 2. Alexand. *in addit. suis ad Bald. in d. l. falsus.* ait vtramque nullius esse momenti. per *l. 1. §. Stipulanti. & §. si quis simpliciter ff. de v. o. & arg. l. duo sunt. ff. de Test. tut.* Arresto Burdegalensi inter D. Chenaycum interdicto experientem ab vna parte, & quendam cui nomen erat Boursino, & alterum quendam cui nomen Alberer, qui subrogatus fuerat D. Io. Theobal. iuxta primam opinionem iudicatum fuit, nempe eam prouisionem quæ ex causa permutationis facta fuerat validam esse, at non etiam alteram.

Resignatio duplici ratione facta quo modo iudicari debeat.

XIII.

Regulæ Cancellariæ Papæ Sixti IV. quæ est 50. ordine,

ordine, & Papæ Innocent. octaui, quæ est 43. & tertia Papæ Alex. VI, quæ est ordine 46, quibus prohibitum est vllo modo bullas prouisionum beneficiorum collatorum per resignationem expedire citra expressum resignantis consensum vel in eorum si ipse Romæ agit, vel per Procuratorem in id expressè constitutum si absit, & superstite etiamnum resignante: Hæ, inquam, regulæ Cancellariæ in Francia locum non obtinent, velut iuri comuni aduersæ: nequaquam iis admissis inter admissam resignationem & expeditionem bullarum resignans variare posset, & in alterius fauorem resignare aduersus *Clementinam primam de Renunc.* atque ita post mortem resignantis bullæ expediri non possent contra *l. Iulianus ff. quis fatis cog.* cum tamen procurator post mortem sc. domini possit perficere, id quod coeperat: Atqui per solam responsionem *fiat gratia*, est absoluta & negotium expeditum, & exinde Procurator ad consensum suũ præstandum cogi potest *c. quidam de renunc.* Neque enim quicquam noui facit, verum exequitur rem iam factam: & sane computatio 20. dierum iniri à die resignationis admissæ debet, vt tenet Guid. Pap. *consilio 172. v. dico quod regula cancell.* vbi id amplius dicit 20. dies computari à die renunciationis factæ corã Notario & testibus per *not. per Gloss. Innoc. Ioan. And. Ant. de Gal. in c. quod in dubiis de renunciat.* Et certe Notarius velut persona publica potest resignationẽ purã & simplicem admittere nomine Ordinarij & superioris *l. 2. ff. Rem pu. sal. fore & l. eum pro quo ff. de inius voc.* Et ita iudicatum fuit in Parlamento Tholosano duobus Arrestis quorum vnum datum 21. Augusti 1519. inter Ioan. Colarium appellantem à Seneschallo Tholosano ab vna parte, & Guidonem de Collario appellatum ab altera parte: alterum vero, 2 . Februar. 52. inter Ioan. Goarunum appellantem à prædicto Seneschallo ab vna parte, & Ioan. Rossoleum & Germanum Roquetum appellatos ab altera.

XIV.

Procurator ad resignandũ constitutus in expeditionem bullarum Resignata ij post mortem resignantis consentire potest, neque enim rem nouam facit, sed rem factam exequitur *l. herede. palam. §. si quid. ff. de testam. & c. pastoralis. §. fin. de appel.* dummodo procurationem suam habeat, eamque possideat: alioquin, quod ab ipso factum est sub sola significatione eius constituti, & quod procuratio confecta fuerit, nullius est momenti. Et quanquam in Curia Romana, propter lucrum scilicet, contrarium obseruetur, in Francia tamen, & quidem ex Regis constitutione, vt superius dictum est, obseruatur. Eaque quoque est opinio Alex. *in l. multum ff de condit. & demonst.* Pariter q; ita iudicatum fuit Arrestu Parisiensi 21. Iul. 1496. inter Petrum Girardum interdicto expedientem ab vna parte, & V. C. Ioan. Auritum Consiliatium in prædicta Curia ab altera parte, itemque Arresto Burdegalensi 5. Octobr. 1516. inter Grimoaldum & Bouualium.

XV.

Ioannes de Selua *in tr. suo beneficiali 3. part quæst. 6.* ait, pusteaquam Pontifex Iudex alicuius rei constitutus est, quæ spectat beneficium resignatum, siue simpliciter in fauorem, siue per permutationem, ordinarium sese ei immiscere non debere: nam per eã quæ dicitur *manus appositio* Pontificis prædictus Ordinarius manus, vt vocant, habet ligatas. Et ait compluribus Arrestis Tholosæ datis prædictum sanctum Pontificem iudicatum fuisse sasitum ad effectum prædicti impedimenti statim atque cursor mensæ profectus est Romã cum procuratione ad resignãdum: & ad hoc ponderat text. *in cle. 1. de re iudic.* Barb. *in consil. 48. vol. 4.* eius sententiæ fuit, eum qui semel procurationem ad resignandum fecit in Curia Romana non posse resignare in manibus Ordinarij, vt maxime prædictam procurationem prius reuocauerit. Fel. contrarium existimauit *in c. ex parte de canon. de rescript.* Arresto Burdegalensi quod datum 23. Maij 1514. iudicatum fuit secundum opinionem Barb. & Sel. pro Reinund. Beron. aduersus Anton. Rochalium appellantem à Seneschallo Petricoriensi. Et quoniam postea nonnulli dubitare coeperunt super prædicto Arresto circa defectum significationis procuratorum reuocatorum, iudicatum fuit absoluté seu simpliciter alio Arresto prædictæ Curiæ 1. Februar. 1532. opinionem prædictorum Barbat. & Sel. locum habere siue reuocatio significata fuerit, siue non, pro Wilhelmo Farquio aduersus Ioan. Croptium. Et notandum est, omnem difficultatem sitam esse in reuocatione prædictorum Procuratorum Romæ constitutorum, quod facile fieri potest & sine dubio, nisi qui constituit idem quoque promiserit se non reuocaturum, quo casu quidam existimarunt si facta sit procuratio ex causa permutationis, non posse reuocari ac in simplici resignatione posse. Decisio Dom. *de rot. 104. in antiquis:* Eaque est opin. Felin. *super prædicto c. ex parte decani.* Gloss. *in c. fin. de procur. in 6.* contrarium existimauit. Bald. *in Rubr. de Procurat.* ait, se eiusdem sententiæ esse cum Gloss. prædicta, si videlicet simplex iuramentum in procuratione fuerit de continuando, at si expressum iuramentum fit de non reuocando procuratores id obseruari debere tanquam licitum & ex eo oriri obligationem. Nihilominus plerique in contraria sunt sententia, & existimant, liberè non obstante prædicto iuramento huiusmodi reuocationem fieri posse, eaque facta posse resignantem ad ordinariũ ire, iuxta opin. Fel. contrariam opinioni Barb. & Sel. Et ita iudicatum fuit Arresto Tolosano 14. Februar. pro VVilhelmo Fillolo ab Ordinario prouiso aduersus Petrum de Tolza prouisum à Papa de Ecclesia S. Mauritij. super hac re 3. sunt Arresta contra vnum.

Procuratio ad resignandum reuocari potest re infecta iuxta *c. cum illus fo Clement. 6.*

Siue reuocatio significata fuerit siue non) dummodo alterutri puta Procurator vel superior prædictam reuocationem sciat iuxta id quod notatur à Molin. *consil. 58.* Hæc Arresta desumpta sunt ex Boët *qu. 267.*

XVI.

In permutationibus beneficiorũ omnino oportet, vt permutantes de beneficiis sint prouisi, & si alteruter non sit prouisus, io totum permutatio non valet per regulam *Cancellariæ 38.* & text in *c. 1 ab sibus beneficia de rer. perm. lib. 6.* V. C. Ioan. Sauonerius Consiliarius in Parlamento Tolosano ad iudicium pertraxit Ioannem Franciscum ad declarandum aduersus ipsum errorem qui erat in promotione, & vacatione beneficij sui bae de causa ab ipso impetrat: Pendente iudicio, prædictus Franciscus ex causa permutationis Graulatio resignat, qui rursum Ioanni Gareycoehio. Arresto Burdegalensi non habita ratione prædictæ permutationis Sauonierus beneficio potitur, eo quod huiusmodi permutatio nullam aliam causam finalem haberet, quam ad eludendam prædictam accusationẽ, neque vlla necessitas aut ratio suberat, & per consequens valere non debebat *c. post translationem. de renun.* Felinus *in c. inquisitionis de accusat.* suadet accusa-

G to ne

Marginal notes: Conclusio ordine, resignatio pro certa... tione bullarum in Francia ne... cessarios non est. — Procurator ad resignandum ... post mortem resignantis... — Resignans quibus casibus possit procuratores cõstitutos reuocare. — Ordinarius ... Papa ... — Permutatio non valet, si vnus ler, si vnus de beneficio quod tradit certus nõ sit. — Resignatio ad euitandam accusationem quando fieri possit.

to ne expectet sententiam priuationis, quādoquidem præter amissionem beneficij infamiæ locus esset *ca. cum te. de re iudicata*, non ex causa permutationis, neque enim ita securus esset. Et quantum ad tempus attinet, quo accusatus simpliciter resignare potest, istud est, videl. antequā Triumuiri Regij aduersus ipsum concluserint per *text. in l. quia pœna ibi, quia iam lege Cornelia damnatus esset vel iam futurum prospiceret vt damnaretur ff. de manumiss.* Et ita tenet quoque Felinus in *d. c. inquisitionis & in c. per tuas.* Et Dominus Præses Boerius in specie ab eo posita de Frācisco Ferronio qui pridie ante sententiam priuationis suæ procurationem emiserat ad resignandum, qui diu post Romæ supplicio affectus est: Et erat tū prædictus Ferronius contumax & fugitiuus, & appellauit à iudicio priuationis, & pœna in ipsum decreta, sed appellationem suam non est prosecutus, ita vt per desertionem seu eremodicium iudicium aduersus eum vim rei iudicatæ obtinuerit, & hac ratione ipsius resignatarius depulsus fuit tanquam submissus & in fraudem datus ad declinandum iudicium & ad illusionem priuationis *c. 2. de renunc. l. 6.*

In permutatione beneficij cum quidam conuentus fuisset ad retrocedendum aut recompensandum defectum æquiualentis beneficij dati, partes lite & iudicio liberatæ penitus sunt 26. Iul. 1583. B.

XVII.

Resignans recusante resignatario in pristino iure remanet.

Buchetellus Canonicus Bituricensis, procurationem seu mandatum emittit pro resignatione Canonicatus sui in Curia Romana, in fauorem cuiusdam nepotis sui & non aliter: Post resignationem admissam nepos iste prouisus, eiusque rei conscius, nō vult acceptare, verum expresse seu diserim [illegible] dictum beneficium recusat: Buchetellus id videns, obtinet prouisionem Papę, qua ipsi indulgetur prędictum beneficium retinere, eodem iure quo antea acceperat: Is cum id possidere vellet, & acta capitularia facere, aliaq; quæ consueuerat, a Canonicis impeditur: aduersus quos interdicto experitur retinēdæ possessionis. Canonici contradicunt per admissam semel resignationem & nouam prouisionem insecutam pro ipsius nepote Buchetellum nullum amplius ius habere retinendi istius beneficij, etsi prętenderet vltima prouisione à Pontifice impetrata nisi post recusationem resignatarij sui: requiri enim vt sese de nouo velut nouū Canonicum recipi impetraret. Buchetellus contra aiebat, sibi per illam resignationem nunquam animum fuisse à beneficio suo recedere: nisi simul etiam nepos ipsius, id susciperet & acceptaret: & vt maximè id non expressè dictum fuisset in prædicta procuratione, id tamen intelligi oportere. Et ita pro dicto Buchetello fuit iudicatum Arresto Parisiensi 13. Ianuar. 1549. idq; ex tempore & post procurationem causæ, quod pronunciatum à D. Bertrandi tum Præside, hodie vero sigillorum Cancellariæ Francicæ custode.

Vt in simili casu Arrestum pronunciatum fuit à D. Thuano vigilia B. Virginis, quæ in Septembr. incidit 1565.

XVIII.

Præsentatores resignationes admittere non possent.

Arresto Parisiensi, quod ipse in quodam breuiculo defuncti D. des Loges Consiliarij in Parlamēto vidi, iudicatū fuit Abbatem, Priorem, vel alium ad quem ius præsentandi ad beneficia vacantia spectat, non posse admittere resignationes huiusmodi beneficiorum, verum id tum demum posse si priuilegio aut aliter dispositio pleno iure ad eū spectet. Etsi nonnulli de eo dubitauerint, eo quod iis non possit resignationes remittere, quibus nō possit destituere: ac nominatim in beneficiis quibus annexum est onus animarum, hoc enim casu Curio vel alius non potest citra autoritatem superioris sui beneficium suum resignare vel cedere.

XIX.

Qui ante litem resignauit, resignatarium iudicio sistere non tenetur.

Præsupposita constitutione defuncti Regis, quæ publicata fuit anno 1539. *art.* 64. appellatus quidam ex interdicto apud Libellarios Palatij dicebat, se nō cogi procedere, quandoquidem ante iudicium resignasset, neq; quicquam amplius in beneficio iuris haberet. Actor dicebat ipsum & non alium possessionem turbasse & resignatarium suum aduocare debere: Decreto Curiæ Libellariorum dictum fuit, eum resignatariū suum aduocaturū: Ab eo appellat, & in Curia appellationem exequitur: in qua Arresto 15. Ianuarij 1545. dictum fuit, male iudicatum fuisse, & appellato permissum contra appellantem procedere super turbata possessione prætensa, & eū in finem ad Libellarios remittuntur: & de cætero prædictus appellans liberatur cum expensis causæ appellationis. Attamen si post contestationem resignatio facta fuisset, tum resignans resignatarium suum aduocare iudicioq; sistere teneretur, ex Constitutione Regis Francisci primi quæ publicata est anno 1539.

XX.

Resignationes factæ in fauorem ordinario non valent.

Resignationes factæ in fauorem in manibus Ordinarij vel aliorum quam Papæ non valent, & collationes hac ratione factæ nullæ sunt, & nullius effectus, & resignans in statu suo manere, neq; suum beneficium amittere debet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi inter Hardouinum Fornerium appellantem à Præfecto Parisiensi ab vna parte, & Renatum Vallannum appellatum ab altera parte anno 1513 Dn. Rebuff. *in tract. de pac. possess. n. 254.*

XXI.

Resignans restituitur.

Die Veneris 20. Maij 1567. postridie Ascēsionis, Brissonius pro patruo appellante à Iudicibus præsidialibus Aruerniæ & Vilareus pro nepote appellato perorantibus, partes quantum ad appellationem spectat liberæ pronunciatæ, & à iudicio dimissæ sunt. in principali vero causa Nepotem obligatum retrocedere beneficium patruo qui resignauerat metu mortis, & cum promissione. Vide Arrestum quod datum pro Dn. Benedicto Curione S. innocentij *lib. 3. tit. 11. Arrest 4.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VIII.

I.

Resignatarius repulsam in Curia Romana passus, quomodo sibi consulere debeat.

RESignationes in fauorem Romæ non nisi duob. casibus recusantur: vno, quando nimis magnā dispensationem important: altero, quando à parte resignatarij nimis magna incapacitas est. Alioquin si Procuratione seu mandato admisso à Datario, & consensu a Notario præstito Papa signaturam recusset, duæ sunt rationes vel appellandi tanquam ab abusu vel etiam interdicto experiendi, si quis possessionem accipere impediatur, vel prouisionem suam obtinendi à Collatore ordinario: & consueuit Curia in huiusmodi negotio ad requisitionem partis iniuste in Curia Romana repulsam passæ & Procuratore Regio adiuncto, eam ad Episcopum aut Archiepiscopum Diœcesanum remittere, prout iudicatum fuit in causa Longidici & Bucherij. non ita pridem, perorante Molleto pro appellante in causa Boyeri 28. Februar. 1563. cum esset Boyetus resignatarius Camesati.

I I. Si

II.

Si resignatarius non acceptauerit, nemo potest per vel post mortem eius prouisionem impetrare, verum is qui resignauit regressum habet & in possessione manutenetur & defenditur. Iudicatum Arresto leuato velo pomeridiano tempore 5. Feb. 1577.

Resignatio facta in manibus eius qui eius rei potestatem non habet verum resignanti & resignatario præiudicet vide Doctores in *c. aduenient. ca. quod in dubiis de renunc.* Dn. de Rot. *Decis. 3 & 4. in antiq* B.

III.

Arresto, quod pronunciatum in purpura, resignans quidam, ad ingrediendum rursus in beneficiũ suum, prælatus fuit, nempe quod resignatarius conuentionibus super pensione non satisfecisset, vt maxime prouisio per mortem prædicti resignatarij facta fuisset 17. Septembr. 1575.

TIT. IX. DE PROVISIONIBVS & Titulis Beneficialibus.

ARRESTVM I.

BVlla quantũ ad substantialia ipsa signatura amplior esse non potest: atque ita longe vtilissimum est parti, videre signaturam partis suæ aduersæ: nam in eo quod bulla excedit prædictam signaturam, vel si omissio sit alicuius exceptionis aut reseruationis bulla reiici potest, & signaturæ statur in eo quod contra impetraotem facit *l. cum precum C. de liberal. caus.* Er ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro signatura, in qua hæc continebantur. *Prouiso quod beneficium non sit de collatione Episcopi Pictauiensis*, contra bullam in qua talis clausula omissa fuerat: quod allegatur sine data à Dn. Rebuff. *in tract. benef. tit. tertia pars. signatura nu.* 10. Id autem ita intelligendum est, quando signatura & bulla aliquid diuersitatis habent, nam tũ signaturæ statur: sed si contrarietas quædam sit & repugnantia, tum neutri statur aut fides adhibetur *l. scriptura C. de fid. instrum. l. vbi repugnantia ff de reg iur. & .c. imputari de fid. instrum.* veluti si vnum esset cũ retentione pensionis, alterum sine pensione: Vnum, in titulum: alterum in commendam, aliaque similia in quibus formalis est repugnantia & contrarietas diametralis, in his casib. videtur semper is qui producit falsi se adstringere, neq; auditur aut admittitur huiusmodi titulis, signaturis & bullis ita contrariis vtens, verum repelli debet. omnia quippe explicari aduersus producentem debent *d. l. cum precum.*

II.

Signaturæ ad obtinendam momentaneam possessionem beneficij alicuius non sufficiunt, neq; ad probandum titulum, sed oportet vt bulla producatur: & tamen sufficiunt vt sequestro beneficij locus esse possit, & ad impetrandam prouisionem pensionis alicuius. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 22. Maij 1543.

III.

Signatura verificata vacante sede Romana fauore pauperum æquipollet bullæ, in aliis autem quam in pauperibus vel, &c. bullas expeditas habere oportet, nam signatura verificata tantundem valet ac bullæ vnico tantum casu, quando scilicet aditus ad Romam obsepti sunt, & occlusi propter bella, & non etiam cum sedes vacans est. Ita dictum fuit Arresto 13. Maij 1550. in causa quadam Dn. Deymieri Cõsiliarij in Curia, pro quo causã iunius Dn. Thuanus, qui Dn. Deymierus pauperibus reliqua pensionis sibi debitæ ex quodam beneficio donauerat. Pro pauperibus perorabat D. Marillacus vice Dn. Procuratoris Catholici Regij, & Dn. Metulius pro titulario beneficij aduersus Dn. Procuratorem Catholicum & Dn. Thuanum.

IV.

Nihilominus in beneficiis minoris valoris hodie supremæ Curiæ non attendunt, vtrum bullæ sint, sed acquiescunt signaturæ, quam Mensularij agnoscant: & eo fine Indices locorum in quib. sunt Mensularij pro hac cognitione delegantur: hac ratione vitantur itineris pericula, & litigantium parsimoniæ consulitur. Er ita sæpius iudicatum fuit Arrestis vt ait Dn. Imbertus *in verb. Diplomatum in Enchirid. suo.*

Prouisiones Ordinariorum sine testib. non valẽt.

V.

Vt falsitatibus occurreretur, quæ facile in prouisionibus Ordinariorum super beneficijs admittebantur, compluribus Arrestis Curiæ iniunctum fuit & mandatum omnibus Ordinarijs ipsius districtus, vt testes adhiberent eorumque signa in prædictis ipsorum prouisionibus, præsentationibus & aliis actibus necessariis ad hoc. Hodie Edicto Regis, quod publicatum verificatum & admissum in Parlamento anno 1532. Requiritur, vt testes alij sint quam domestici & familiares.

Collatores cũ qui ipsis præsentatur examinare non debent.

VI.

Ad Collatores non pertinet, vt inquirant & cognoscant, vtrum qui ipsis præsentantur capaces sint vel non ad beneficia de quib. agitur, sed id ad præsentationẽ tãtum spectat, vt probe perpẽdat ne quem nisi capacem præsentet. Nam hoc præsupposito, quod per præsentationem non adquiratur beneficio ius & titulus ad impediendam Papæ præuẽtionem, sed per institutionem & collationem tantum, facile fallaci præuentioni aduersus præsentatũ receptionem suam vrgentem locus fieret, puta eum sub examine diu differendo, atque ita Papa interim eum præueniẽdo. Quid quod durãte tempore talis examinis illicitæ negotiationes tractantur quæque prauæ sunt? Hac ratione in quadam lite inter Episcopum Carnutensem ab vna parte, & Capitulum ab altera, in qua partib. in eo quidem conueniebat, quod Canonici ab Episcopo Capitulo præsentabantur, at vero à Capitulo recipiebantur, prouidebantur & instituebantur: verum in eo dissentiebãt, quod Capitulum prætendebat sese in possessione constitutum ne vnum quidem admittendi, nisi eo audito à quatuor vt vocant Capituli dignitatibus, eorumdemq; super eo relatione audita: Episcopus è contra dicebat, ad eos non spectare huiusmodi cognitionem, verum eos adquiescere præsentationi quam ipse facere deberet: & quod eam non faceret nisi de viris capacibus, quæ res eius fidei commissa esset: & istiusmodi cognitionẽ in maximũ sui præiudicium vergere: quia pendente tempore quod in eam insumeretur, alij seu nonnulli è Capitulo operam nauarent vt præuentioni Papæ locus esset: alij negotiabantur: omnes non alio spectarent seu tenderent quàm vt ius suum Episcopo periret. Aduersus eum, Capitulum dicebat, se nihil inquirere in iis quos præsentaret, quin potius iis nõ auditis, neq; explorata eorum capacitate, literas ad eos admittendos sese emittere: Arresto 7. Septembris 1497. interdictum fuit prædicto Capitulo, ne de cetero circa collationẽ prædictarum præbendarum huiusmodi cognitionẽ sibi vindicaret, quarum ius transacto seu elapso semestri ad Capitulũ cessante prædicto Episcopo deuoluitur: Viceuersa, Capitulum firmatum fuit possessione non

Præsentatiõe ius nõ adquiritur

recipiendi vllum Præsentatum ad prædictas præbendas ab Episcopo per scripturam, sed tantum viua voce. Prouisio Papæ aut Legati non potest præiudicare electioni Collegij siue Capituli, quod prouisum aliquem habet de Beneficio electiuo: iuxta *cap. quia propter. & cap. fin. de election.* electioni, inquam, quæ confirmata est à superiore. Ita iudicatum pro quodam cui nomen Curtio aduersus Sanarium, super Diaconatu S. Marcelli, non obstante duplici prouisione, tam Pontificis quam Legati Tiuolij 23. Decembris 1563. Item non potest prouisio Capituli, sede vacante præiudicare prouisioni Legati vel alterius Superioris; quandoquidem prædictus Legatus omni alij priuilegio derogare potest, iuxta *cap. cum olim*. Electio ad Prioratum S. Vedasti Suessionensis Arresto abusiua declarata fuit, eo, quod non permota declaratione prædictum Diaconatum per incapacitatem vel aliter vacare, ea præcipitanter facta fuisset aduersus Edictum Aurelianense, 9. Decembris 1572.

Electio abusiua.

Hoc Arrestum malè ad annum 1497. relatum est. Molinæus *super regul. Cancellariæ de infirmis resignantib. n. 29. & num. 62.* id refert ad annum 1479. T.

VII.

Impedimentum præuentionis Papæ fauorabile est pro Ordinario

Deinceps & post superius Arrestum, & sexennio quidem post dubium emersit super facti specie quæ sequitur. Præbenda quædam Carthusianorum, quæ per mortem vacabat, a Legato qui tum erat Rothomagi impetrata fuit. Episcopus Carnutensis tum Lutetiæ agens eam scripto ea ipsa die confert: & in prouisione inseri curauit horam ipsam: nihilominus *a* alijs literis cuidam vicario suo mandat vt tertium aliquem Capitulo præsentet viua voce, vt is examen subeat, & postridie eidem si capax reperiatur, collationem conferat: id quod factum fuit, & executioni traditum, nulla facta præcedentis collationis mentione, quæ scripto facta fuerat. Hinc lis orta inter duos Prouisos, nempe inter eum qui à Legato prouisus fuit interdicto expertentem ab vna parte, & eum qui Parisiis ab Episcopo prouisus fuerat ab altera parte, coram Præfecto Parisiensi vel eius Locumtenente Conseruatore: Inibi, qui interdicto experiebatur dixit, præuentioni Legati locum factum, neque Episcopi prouisionem quicquam impedire: quoniam contra Arrestum anni 1497. scripto facta fuisset, & caput *si à sede, de præbendis in 6.* in hoc casu cessare. Episcopus videns se se hoc negotio proxime contingi, litem ingreditur, vt sese ei quem primum prouiderat iungat, ad collationem suam tuendam defendendam quam scripto fecerat aduersus præsentationem Papæ eiusque Legati. Capitulum hac Episcopi interuentione in aream & litem pertrahitur, ad manutentionem Arresti, & infirmandam collationem scripto factam. Episcopus aduersus hæc omnia dicebat, Arrestum locum habere quantum ad Capitulum, & eos qui ab ipso *b* præsentabuntur: Cæterum, viua voce Vicarij sui se vnum ipsis præsentasse: cum quo nulla lis intercedat: verum hodie rem agi cum eo qui à Legato prouisus fuit, quique dicitur præuenisse: ideoque ad euitandas scil. huiusce modi præuentiones, prædictum Arrestum se non impedisse quin collationem scripto faceret: sic quantum ad prouisum à Legato pertinet, liberas ædes habere: Illud quidem verum esse, si Capituli interesset, aut concertatio esset cum alio prouiso ob non seruatum prædictum Arrestum, colori locum fore, eo utendi Arresto Parisiensi vltima Iunij 1540. Capitulum ab interuentione sua depulsum fuit, & momentanea possessio Episcopo eique qui ab eo prouisus fuerat adiudicata fuit, sententia priore contraria infirmata.

a In materia prouisionum, quotiescunque controuersia est de prioritate vel posterioritate temporis, & ambo sese eadem hora prouisos dicunt, is qui horam designat, eamque probat, vincit, saltem quo ad momentaneam possessionem Felinus aliique DD. *sic. si a sede*, iuxta methodum Barthol. *in l. si pluribus ff. de solut.* Ita iudicatum Arresto super Regalia 7. Februar. 1563. Et notandum est, quando agitur vt per testes hora & dies probetur, oportere testes in die concordare *l. ob carmen. ff. de testib.* Si vero inter sese varient, tunc probatio vitiosa est.

b Præsentationes non ligant donec ad aures collatoris peruenerint. Felin. *in cap. cum Bert. dor. in d. c.* præsentari enim dicitur quis proprie, cum id fit in præsentia collatoris. *Clem. dudum in verb. præsentari. de sepult.* Panor. *in c. cum parati. de app. c. de iur. patr. in 6.* B.

VIII.

Articuli admitti ad stimandam prouisionem nullam.

Arresto Parisiensi, anno 1589. in materia beneficiali articuli admissi fuerunt per testes probandi quibus errata circa collationem facta proponentis reparabantur, nempe collatorem fecisse reseruationem quam fecisset talium beneficiorum pro parte vel etiam Vicariatus quem reseruasset, & quod eo non obstante tum declarasset, se eo non obstante collationem facere de qua nunc quæritur reseruationi derogare: item quod tempore prouisionis partis aduersæ quæ tempore prior erat posterior possessor mortuus nondum esset. Nihilominus momentanea possessio aduersus proponentem adiudicata fuit.

IX.

Collationes diuersæ factæ ab Episcopo & Vicario ipsius vna die per c. si à sede, iudicantur.

Si eiusdem beneficij eodem die duobus collationes factæ sint: vna ab Episcopo: altera, à Vicario ipsius, is qui ab Episcopo prouisus est propter prærogatiuam Domini præferendus est, *c. si à sede. de præb. li. 6.* At si Vicariatus primus possessionem acceperit, præfertur, per *textum d. c.* Quod caput non nisi de duabus collationibus à duobus diuersis collatorib. factis loquitur, & dubium relinquit casum de duabus collationibus factis ab eodem collatore? Multi existimarunt parem rationem esse in hoc casu, atque in superiore, & de hoc quoque casu intelligendum esse prædictum *c. si à sede.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 29. Iul. 1519. pro Dn. Petro Molinæo quod allegat Dn. Rebuff. *tract. benef. tit. de prescript. ad benef. vac. num.* 30. Arrestum quod sequitur valde notabile est & huic quodammodo contrarium videtur, cui satisfiet sub finem prædicti sequentis Arresti:

Vide Chop. *lib. 1. de sac. pol. tit. 6 nu 7.* & Charood. *li. 1. Resp. art. 74* vbi tractat, de duabus collationibus eiusdem beneficij factis, vna ab Abbate, altera a Magno eius Vicario, & existimant collationem ab Abbate factam potiorem esse vt maxime prouisus à magno Vicario primus possessionem ceperit. I. C.

X.

Collationes eiusdem Beneficij factæ eodem die a Papa duobus, nullæ sunt.

Parochia S. Martini Geneuensis per mortem vacans à Papa eodem die, eisdem verbis & bulla eiusdem tenoris confertur Ioanni Durando & Vincentio Platello: Singuli vigore tituli sui in possessione constituuntur: Durandus tamen primus in possessione constituitur. Platellus in curia Romana resignat in fauorem Petri Freuillij: is tum vigore prædictæ resignationis, tum clausulæ *aut alias quouis modo vacet* de beneficio prædicto prouidetur & in possessione constituitur coram Notario quodam Apostolico, & interdicto experitur aduersus Durandum, quem in possessione constitutum offendit. Et quoniam non tam cito prouisionem suam à Roma sub plumbo recipere poterat, Durandus momentaneo beneficio vincit, à quo Freuillius appellat. In causa appellationis cum iam bullam suam haberet, iam propius congreditur, & quod tuendo iuri suo cunque habebat,

bat exponit. Durandus sese tuetur iure Papæ Bonifacij octaui, quod dicitur, si de concursu collationum casus emergat, neque appareat vter primus prouisus fuerit, eum obtinere & vincere qui primus possessor est, *cap. si à sede. de præbendis in 6.* Freuillius contra ait, huiusmodi decretum expressum esse in eum videlicet casum, quando duę collationes ita concurrunt, vt vna à Papa facta fuerit, altera vero ab Ordinario. Verum in proposito casu rem aliter sese habere, siquidem concursum esse & fieri propter vtramque collationem factam ab eodem Papa, eaq; ratione vtramque nullam esse, & neutrum ex prouisis beneficium obtendere posse: & quantum ad se appellantem spectaret, se non tantum prouisum esse per resignationem Plarelli, verũ etiam per prædictam clausulam, aut *alias quouis modo vacet.* Res hęc multum agitata fuit in secunda Camera Inquisitionum, in qua prædicta appellatio iudicari debebat. Post communicatas cęterarum camerarum sententias Arresto dictum fuit, Durandum cui momentanea possessio adiudicata fuerat, ea semoueri, viceuersa eam prædicto Freuellio constitui momenti beneficio, vsque quo plenum possessorium discussum esset, deque eo aliter decerneretur: neque enim cõstare poterat, vter à Papa primus auditus fuisset, atque ita cui tanquam primo prouiso possessorium prædictæ Curiæ adiudicari deberet. Arrestum pronunciatum fuit 3. Iun. 1551. Relator fuit Dn. Iacobus Vigotius Consiliarius. Arrestum istud immediate præcedens quod pro Molinæo datum, huic contrarium videtur: nisi forte quis dicat, in casu illius Arresti concursum fuisse Episcopi & Vicarij ipsius: at, si idem Papa duobus contulerit, vel idem Episcopus aut alius collator, neq; appareat ex libro Collationum aut aliter, quæ prior sit, neutram valere, *arg. l. duo sunt Titij ff. de test. tut.* sed est text. insignis *in l. si ita fuerit in prin. ibi. nec apparet quis prior venerit. ff. de reb. dub. & in l. si quis ita §. si duobus. ibi. dicimus neutri legatum. ff. de adim. legat.*

XI.

Resignationi fauorabiles sunt.

Si eodem die Papa beneficium conferat ex causa resignationis cum clausula *Aut alias quouis modo etiamsi per obitum,* & cum derogatione regulæ 20. dierum: & eo ipso quoque die Ordinarius per obitum conferat, pro collatione Pontificis præsumptio est: tum propter prerogatiuam scil. Pontificis *d. c. si à sede:* tum propter rationem, quæ fauorabilis est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 24. Decemb. 1524.

XII.

Excellentioribus eodem die factis, ea in qua hora designata est, præfertur.

Duo prouisi sunt, vnus à Legato: alter ab Ordinario: & ambo possessionem acceperunt eodem die: qui ab Ordinario prouisus est, horam designat captæ possessionis, at non etiam qui à Legato Arresto vigiliæ Pentecostes 1534 quæ sententia Præfecti Parisiensis confirmata fuit, ad relationem Dn. Hacqueuillij prouisus ab Ordinario, qui de hora fidem faciebat, vicit, non attento quod alter à maiore prouisus fuisset & prouisionem accepisset.

Etiamsi Papa habeatur & æstimetur Ordinarius ordinariorum, *iuxt. c. si à sede.* & ius habeat conferendi beneficia, per præuentionem tamen Curia Parlamenti custos libertatum Ecclesiæ Gallicanæ semper in iure ei fauet, qui ab Ordinario loci & prouinciæ prouisus est, siue Patronus sit, Prior, Abbas, Capitulum, aut Episcopus. Vide *Arrestum. 5. sup.* B.

XIII.

Rex in collationibus non variare sequit, alias priuatus potest.

Patronus inferior & priuatus præsentando duos vel tres variare potest, *c. quod autem. & c. cum autem. de iur. patron.* Non idem Rex facere potest: Maiestas quippe ipsius huiusmodi rem se indignam non admittit, verum vox eius constans esse debet, velut lapis fundamentalis, vt ait Bal. *in cons. 326. vol. 4.* Atq; ita iudicatum fuit Arresto Maioris Consilij anno 1539.

XIV.

Retinendæ possessionis beneficij interdictum, ex confessu partis non viso literis iudicari nõ debet.

Arresto Burdegalensi quod datum inter Stephanum Medicum Actorem & appellantem à Seneschallo Santonensi ab vna parte, & Dn. Wilhelmũ Episcopum sese opponentem & appellantem ab altera parte, super sententia retinẽdæ possessionis beneficij à qua appellabatur data non nisi titulo retinẽdæ possessionis super simplici declaratione partis se nihil habere in beneficio, dictum fuit appellationem & id omne à quo appellatum fuerat in irritum deduci, parte ad iudicem à quo vel ipsius Locumtenentem aliũ &c. remitti, ex eo quod huiusmodi sententiæ non valent, neque enim super confessione partis recte fundantur per Glo *in c. 2. in verb. si non appareat, in vlt. solut. de rescrip. in 6.* Sed fundari debet possessionis manutentio super titulo viso *per tex. & not in c. 1. de eo qui mitt. in poss. claus. rei seru. lib. 6. & in c. vt lit. pend.* Beneficium enim sine titulo possideri non potest, *c. beneficium. de reg. iur. lib. 6.*

Vox *tituli* in Canonibus aliquando pro beneficio accipitur *c. a 70. dist. c. Episcopi. 80. dist.* aliquando pro dignitate & prælatura Ecclesiastica, *c. sanctorum, 70. distinct. c. si quis Diaconus 50. dist.* Legistæ, i. Iuris Ciuilis Interpretes hoc verbum accipiunt pro contractu, *l. 1. de postul.* aut pro actione & iure in aliqua re, *l. non est ambiguum C. famil. ercisc.*

XV.

Apprehensio possessionis, antequam titulus consequi potuerit.

Dubium est insigne, si ex duob. prouisis vno Romæ altero vero ab Ordinario eadem die, is qui Romæ prouisus fuit possessionẽ capiat vno die vel duobus post prouisionem suam Romæ, neque tamen possessionem ingrediatur, is vero qui ab Ordinario prouisus fuerit, postea: vtrum præuentio. *c. si à sede* locum habere debeat? Extat Arrestum Parisiense mense Martio 1546. ante Pascha ad relationem Dominorum Brissellij & Bellaij, omnibus Cameris cõgregatis super prouiso Romæ, quique postridie possessionem beneficij in Vindocinensi siti in ipsis locis ceperat, qui causam tenuit, etsi pars aduersa ipsi intrusionem opponeret, à qua depulsa fuit, sæpe enim Mensularij pollicentur & spondent se intra certum diem bullarum expeditionem reddituros. Nihilominus magna differentia est inter hos duos casus: nam priore casu præcipitatio non toleranda est in præiudicium Ordinarij, posteriore nulli præiudicium fit.

XVI.

Institutio præsentati ab Officiali expeditur.

Officialis vel Vicarius generalis, citra expressum mandatum, vel Vicariatum specialem, ad conferenda beneficia præsentatum ad aliq. beneficiũ vacans instituere possunt ad solam præsentationẽ Patroni ordinarij: iuxta tex *in c. ex frequentib. de instit.* & Gloss. *in Clem. auditor. de restit. arg. cap. fin. de instit. in 6.* Huiusmodi enim institutiones sunt iuris & necessitatis, at non etiam gratiæ & liberalitatis, vt sunt collationes quæ fiunt pleno iure, de quibus agitur *in c. fin. de off. Vicar.* Igitur si exercitium iurisdictionis ad Officialem seu Vicarium spectet, poterit idem instituere. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi quod pronunciatum ad relationem Dn. Longolij 15. Iun. anno 1541. inter Nicolaum Preuotium Cõsiliarium ab vna parte, & Fratrem Ioannem Baccalaureum ab altera.

XVII.

Prouisio per fauorẽ

Notanda est cautela seu ὀψεματικὸν ad viam intercludendam fauorib. inordinatis, qui Romæ & alibi

Romæ ambientis impedita, quomodo in Francia à supremis Curiis suppleatur.

visi sunt, ad impediendum ne beneficiatus beneficium resignet, quod ambiat Cardinalis aliquis vel alius qui in delitiis est Pontificis, scilicet vt ita id ad aliquem ex suis deriuet. Facti species hæc est. Præfectos S. Martini Turonensis ex causa permutarinois in compensationem alterius beneficij in fauorem Poyerij nepotis sui Præfecturam simul & eadem procuratione Prioratum situm in prouincia Andegauensi resignauerat, Illico post, procurationes seu mandata ad Dauidem Mensularium Andegauensem mittuntur, ad ea videlicet in Curia Romana comprobanda: igitur inibi sub eadem data comprobantur, & datarius Apostolicus consensum adscribit. Quo ad primum, nullum impedimentum extat, & prouisioni locus est, & adnatn facilis: quoad Præfecturam attinet, verum erat nullam diuersitatis rationem in ea esse posse, idemq; quod de Prioratu iuris esse, vt quæ vnica procuratione resignata fuissent, & consensus appositus, acceptæ s& sumptus eadẽ data esset. Nihilominus prouisio Præfecturę refurabatur. Poyetus resignatarius ob hoc impedimẽtum coactus fuit pati, vt Resignatarius ipsius post resignationem admissam fineretur, & decederet in possessione prædictæ Præfecturæ. Dn. Cardinalis de Giury vel eius Vicarius de ea prouidet non iure ordinario, sed vigore mandati Apostolici: ab eo ita prouisus possessionem capit, & frui cupit. Poyetus id impedit. Aduersus eum apud Libellarios Palatij Parisiensis interdictum intentatur: vbi aqua ei hæsit cum non posset titulum probare ad sui defensionem. Igitur momentanea possessione excidit ob defectum tituli prædicti, Appellat ad Parlamentum, vbi libellum bene consultus offert in eum finem vt Ordinarius cogatur ei expedire prouisionẽ & titulũ, aut si Curia id nollet, diceretur & pronunciaretur, extractum datæ suæ & consensus parem vim habiturum, & eundem effectum sortiturum, acp ouisionem insuper aperiebat, quo fine suo potiretur & vt id in pręiudicium partis suæ vergeret, culpam non acceptę prouisionis suæ in D. Cardinali Gyutio residere, cui Papa voluerit fauere & factum voluerit in compensationem suffragij sibi præbiti ad consequẽdum Papatum: idque fiebat ideo vt interim liberè posset de hoc beneficio disponere, & omnibus aliis quæ ad collationem prædicti D. Cardinalis spectabant ratione Archiepiscopatus sui Turonensis: & vt eo perueniret, Papa ei promiserat, se nullas resignationes admissurum, perorantibus Dn. Mallero pro Poyero actore & Desportio pro parte aduersa iudicatum fuit Arresto, quod datum ex tempore post perorationem in Maiore Camera, iniungi fuit mandari Archiepiscopo Turonensi eiusue Vicario, vti prouisionem prædicto Poyeto beneficij prędicti Præfecturæ S. Martini darent sub eodem die & data quo consensus & data procurationis ad resignandum ex causa permutationis Romæ accepta fuerat: quo scilicet hæc prouisio prædicto Poyeto in momentanea possessione & manutentione conduceret: haud aliter ac facturа fuisset prouisio Papæ: Decretumque vt interim beneficium sequestraretur. Desumtum ex schedis Dn. Buissonij.

XVIII.

Præsentatio benefici facta à possessore valida manere debet, etiamsi ius præsentantis resolutum postea fuerit.

Antonius & Paulus Perini fratres heredes patris ipsorum hereditatem inter se diuidunt, in qua ius præsentandæ parochiæ Torziensis repenebatur: ex diuisione prędictum ius pręsentationis Antonio cedit, vi scilicet Feudi cuiusdam, quod ei in diuisione adiudicatum fuit, ad quod Feudum ius istud spectabat: Posteaquam ita in possessione constitutus fuit, Parochia vacare cœpit: is igitur Presbyterum quẽdam suum præsentat, eumque ab Episcopo prouideri facit. Paulus postea agnoscens sese minorem fuisse diuisionis tempore atque adeo ea re deceptũ se, en quod reperiret prædictum Feudum ad se spectare extra communionem & iure proprio & præcipuo, integrum sese restitui postulat, & rescriptum en fine impetrat, quod præsentat, vrget & approbari facit: proinde cassationem impetrat & declarationem nullitatis diuisionis: & quod amplius est, omnia adeo reformari facit, vt iudicio Feudum cui prædictum ius collationis annexum erat, sibi adiudicaretur. In hæc omnia Arrestũ intercedit. In eius executione Paulus citra restitutionem fructuum istius Feudi, qui ipsi adiudicati fuerant de prædicta præsentatione, agit atq; adeo fructus reperit prædictę Parochię ab ipso vel en qui ab ipso pſentatus fuit perceptos: Quinimo de validitate prædictæ præsentationis disputant, quandoquidem fundamentum quo niti poterat, iam Arresto destructum esset: proinde alium præsentat, quem institui facit, & postulat vt in possessione manuteneatur & conseruetur. Igitur in hac controuersia prædictus Paulus citat Presbyterum fratris sui Antonij, qui primo prouisus fuit, qui, sese cum Domino suo defendit. Controuersia hæc scripto agitata postea iudicata fuit Arresto Parisiensi ad relationem Dn. Ferrerij Consiliarij 10. April. 1554. ante Pascha, quo Antonius & Presbyter ipsius absoluti seu liberati fuerunt: Paulus vero repulsam passus est, & à petitionibus suis, isq; qui ab en prouisus fuerat excidit, & in expensas cõdemnari fuerunt.

Vtrum curator seu commissarius præsentare possit.

Curator possessionis captæ, à quo ios præsentatioois pẽdet, præsentare potest, quando videlicet possessio voa cum omnibus iuribus suis quibuscunqoe capta est & prouisus huiusmodi præsentatione præfertur ei qui a proprietario præsentatus erit, vid. Maynard. l. 2. *Notabil quæst.* c 41 (& Io. Aloisium Riccium *Decision. Neapolit. decis* 11.)

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum IX.

I.

Ordinarius præfertur.

IN collatione & prouisione beneficij absente vel mortuo, aut non conquerente Collatore aut Patrono, tutius est sese ad Ordinarium conferre qui est Episcopus, quàm ad Papam. Et sanè Arresta semper fauerunt Ordinario, & prætulerunt iuxta c. *decernimus, cap. 1. de elect. Clem 2. de aff. Ordin.* & nominatim momentanea possessio beneficij S. Christophori in Andegauensi adiudicata fuit prouiso ab Ordinario aduersus mãdatariũ quendã Arresto 3. Febr. 1563. & Curia in possessione prouisum ab Ordinario firmauit 7. Maij 1568. præsumptio semper est pro Ordinario *c. ex frequentib. de Inst. can. omnes. basil.* 16. *qu.* 7. B.

II.

Canonicis interdictũ ne plures receptiones faciãt.

Thesaurarius quidam cum à Capitulo Noueodo neuit quod prouidendi ad Thesauri officium ius haber receptus fuisset & possessionem accepisset, & Canonicetalium admisissent qui se se præsentauerat, primus tanquam ab abusu appellauit: Arresto appellatio in irritum deducta est, & de cætero Canonicis interdictum, ne plures receptiones facerent. 8. Iul. 1574. B.

III.

Collatio officij Principalis in aliquo collegio à Papa facta nulla est.

Prouisio impetrata à Papa Principatus Collegij alicuius nulla & abusiua est, & talis Arresto declarata fuit: quoniam videlicet Beneficiũ non est, verum simplex tantum administratio: Charond. l. 3. c. 1. C.

LIBER

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I. DE REGVLA CANCELLARIÆ DE PVBLICANDIS RESIGNATIONIBUS.

ARRESTVM I.

[...] de [...] resignationib. legis in stituta Frãcia recepta



EGVLA Cancellarię de *publicandis resignationib. intra sex menses* in regesta relata fuit & à supremis Franciæ Curiis comprobata, legisque perpetuæ instar obtinet ita vt per mortem Pontificia aut aliter non reuocetur: Et ita dictum fuit Arresto Parisiensi 27. August. 1492 posteaque complurimis Arrestis firmatum fuit: quorum vnum 7. Septemb. 1526. inter Nicolaum Preud-homme ab vna parte, & Falquiũ de Cussi ab altera parte pro præbẽda quadam Podiensi: Aliud, 31. Decembris 1505. pro Hugone Rogiero, aduersus Guilhelmum Cartonũ: aliud, inter Martinum de Rogis & Episcopum Ebroicensem: Et hæc omnia, ob non acceptam videl. possessionem intra sex menses, computãdo à die resignationis admissæ, post quos resignans mortuus fuit.

II.

Resignans beneficiũ in forma resignatarius ob- [...] Regulam publicatio- [...] cessare facit.

Prædicta regula tam præcisa necessitate obseruatur, vt non reperiatur vllum Arrestum, per quod illi derogatum sit. Verum quidem est, quod propter diuersitatem occurrentium casuum, declarata fuit: veluti si resignans in possessione beneficii moriatur: & resignatarius probet postea se id conductionis titulo possedisse, tum prædicta regula locum non habet: per *l. quod meo ff. de acquir. possess.* Et tamen hoc adhuc casu necesse est, vt prædictus resignatarius superstite resignante suo publicauerit, & possessionem ceperit: ac pręterea vt prædictum resignantem suum in conductione relinquens, id non per collusionem & dissimulationem fiat, nempe nulla pensione à conductore accepta, nam tum vacaret beneficium per obitum vt ait Rebuff. *ad dictam regulam num.* 7. vbi allegat Arrestum Parisiense die 13. August. 1540. pro Gilberto Colombeio aduersus Martinum Gambardum: vel etiam, vt resignans amplius quam sex mensibus superstes sit, quorum in entionis & limitationis ratio non habetur verum resignãs superstes sit: & ita, vt si intra biennium vel triennium possessio capta sit superstite ipso, id sufficit per verba prædictæ Cancellariæ, *ibi si post modum.* Neq; quicquam prodesset ad impediẽdam istam regulam apprehensio possessionis facta die mortis: quia pro mortuo habetur qui proximè mortuus est *l. penult. ff. de testa.* ac præterea, quia non liquet vtrum ante mortem an vero postea facta fuerit & sibi ipsi resignatarius imputare debet quod sese in has ãgustias redegerit, in quibus non admittitur allegans & probans, quod possessio ipsius ante mortem eodem die capta fuerit. Sed si pridie possessionem cepisset, regula cessat, neque beneficium per mortem vacauit: Extat Arrestum maioris consilij quod allegat Rebuff. sine data *ad supradictam Regulam num.* 11. quo resignatarius quidam cum possessionem pridie mortis cepisset depulsus fuit, vt maxime mane id factum & resignantẽ vesperi eiusdem diei mortuum probasset.

Regula publicationis locum habet, si possessio capta sit post sex menses die ipso mortis.

III.

Regula pu- blicationis locum non obtinet contra impeditũ ex probabili causis.

Prædicta regula etiam locum non haberet, si resignatarius officio suo functus fuisset, seu quod in se est fecisset, pro publicanda prouisione sua & capienda possessione intra sex menses, & per resignãtem vel alium impedimento facti: puta violentiæ, metus, litis, aut aliter impeditus fuisset. Hac enim ratione officio suo functus esset, neque moram contraxisset, neq; iudicaretur prædictam regulam declinare velle, *l. non videtur frustranda ff. de iudic.* Et ita, talia etiam non facta pro actis habentur *l. in omnibus causis & l. in iure ciuili ff. de reg. iur.* alioquin etsi minoritas, ignorãtia, dolus aliaue quæ res proponatur, excusatio nulla est & prædicta regula semper obtinet, ne ad circumueniendam prædictam regulam rima aperiatur: quemadmodum fieri posset si huiusmodi res excusationem præberent *arg. l. in fundo ff. de rei vindica.* & ita quidem iudicatum fuit Arresto Maioris Consilij 2. Ianuar. 1453. pro Francisco Matthæo aduersus Nicolaum Biturticensem.

IV.

Sex mẽses Regulæ publicationis a die Bullę computantur.

Sex menses, intra quos resignationes per Regulam Cancellariæ 24. publicari debent, computantur à die & data resignationis admissæ, & prouisione facta, non etiam à die consensus præstiti à resignante vel ipsius procuratore per expeditionem bullarũ: prædicta quippe Regula introducta est in fauorem ordinariorum & impetrantium per mortem. Et ita quidem sæpius iudicatum fuit Arrestis Parisiensib. puta 14. Iulij 1541. & altero, quod datum postea in eodem Parlamento omnibus Cameris congregatis. Facti species huiusmodi erat: Prouisus ab Ordinario habebat prouisionẽ suam per mortem possessoris 13. Nouemb. resignatarius bullam suam de prima die Maij præcedentis consensum resignantis pro expeditione prædictæ bullæ de mense Augusto insequente, & sic versabatur intra sex menses, computandos à tempore prædicti consensus, & post illos à die bullæ, Curia declarauit diem bullæ & non consensus prædictum tempus regere, & beneficium adiudicatum fuit prouiso ab ordinario. Dn. Molinæus allegat istud Arrestum, sine data, *ad prædictam Regulam nu.* 108.

V.

Sex mẽses Regulę publicationis à Papa prorogari possunt.

Sex menses statuti ad capiendam possessionem à resignatario iuxta Regulam Cancellarię, à Papa ad alios sex menses, expressa prouisione prorogari possunt. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi anno 1532. cum Papa sit vltra ius positiuum. *cap. proposuisti. de conces. preb.* & fortiori ratione super Regulas Cancellariæ *arg l. sed & manente ff. de precar.* Et nihilominus tamen sunt quidam, qui hac de re magna ex causa dubitant, quæ locum obtinet in Francia: nempe quod prædicta Regula in Francia obseruetur non tam velut Regula Cancellariæ, quam velut huius Regni publicatæ & in Regesta Curiarum supremarum relatæ, & ex constitutione Regia: & huiusmodi prorogationibus peculiaribus iniuria fieret Graduatis Mandatariis & aliis, qui vacatione per mortem in beneficio succedere possunt. Neque

liquet ex Arresto aliarum Curiarum receptas seu admissas. Alii dicunt, in Prouinciis obedientiæ eas valere. *arg. cap. qui diuersitatem de concess. preb. & le, 1. ff. de iur. delib.* non alibi, citra causas quæ continentur in 2. Arresto supra: alioquin via mille abusibus aperiretur.

Desumptum ex Boerio *quest* 312. Extat Arrestum Parisiense contrarium quod allegat Charond. *1. lib. Resp. cap. 14.* & 22. vbi ait, ita iudicatum fuisse, Papam non posse super *Regula de publicand resig.* dispensare I C.

VI.

Regula publicandi, non habet locum, nisi resignans moriatur, ante apprehensam possessionem.

Regula Cancellariæ *de resig.* non habet locum, nisi resignans intra sex menses moriatur, vel postea antequam resignatarius prouisionem suam publicauerit, & possessionem ceperit: idque ex ipso text. prædictæ Regulæ, *ibi si resignantes postmodum*: Nam vt maxime resignans integrum annum absumsisset in publicanda prouisione sua, & beneficij possessione accipienda: nihilominus dummodo ante mortem resignantis id factum sit, sufficit. Hanc in rem Arrestum, quod datum Parisiis in facti specie quæ sequitur. Philippus Bernhardus Cononicus Belloiocensis Canonicatum suum in fauorem Ioannis Masietii resignauerat, Resignatio Romæ admittitur, & resignatarius prouidetur 25. Iunij 1543. Postea prædictus resignans à cogitatis suis à sententia dimotus & variandi seu pœnitendi autores ei fuere: is igitur prædictam primam resignationem reuocat & aliam procurationem seu mandatum emittit ad resignandum in fauorem Petri Bernardi nepotis sui, quæ admissa fuit 7. Septemb. sequente prædicti anni 1543. Reuocatio Ioanni primo resignatario ante ipsius prouisionem significata non fuit: sed postea Petrus tamen primus Romæ expeditur, & acceptis bullis suis eas publicari fecit, & possessionem capit, non deiecto possessione resignante, qui in possessione mansit: Anno sequenti mense Augusto 1544. in morbum incidit ex quo mortuus est: Ioannes primus prouisus hunc morbũ videns, præsentibus quatuor testib. & Notario se in possessione constitui facit prædicti canonicatus: & probabatur eo ipso die captæ huius possessionis resignantem ægrum sese vehi curasse in lectica in aliam ciuitatem & extra Bellolocum: Et quindecim post dies moritur Iudicio seu processu instructo cognitione Præfecti Parisiensis vel ipsius Locumtenentis conseruatoris momentanea possessio Petro Bernardo secundo resignatario adiudicata fuit, à quo Ioãnes appellat: & Arresto 1. Febr. 1547. impetrat, vt male iudicatum diceretur & prædicta momentanea possessio ipsi adiudicatur, partesq; propter articulos quosdam prædicti Petri ad quorum probationem admissus fuerat, neq; tamen probauerat, remissæ compendinatæ fuerunt: eaq; ratione plenum possessoriũ adiudicatum fuit prædicto Ioanni sententia prædicti Præfecti, & postea confirmata Arresto, quod datũ Augusto 1550. Ratio vero similior hæc fuit, quod illico post captam à Ioanne possessionem resignans eam reliquisset, neque possessor mortuus fuisset & eo casu non esset inquirendum de publicatione, etsi Petrus extractum factum parte vocata ex regestis Curiæ Romanæ signaturæ Ioannis exhibuisset, in his verbis *Missa 18. Octob.* Et inde inferebat, signaturam prædicti Ioannis non fuisse admissam, neque signatam à Papa, nisi vno amplius mense post expeditionem Petri: Nihilominus Ioannes expeditionem suam habebat Mense Iunio præcedente.

Etsi resignatarius diu procurationem suam adseruet, si tamen possessionem capiat ac præterea publicet ante mortem resignantis seu mensibus post impetrationem bullarum, resignatio nihilominus valet. Iudicatum 16. Decem. 1574. pro resignatario quodam Nepote Curionis Magdalenæ, contra quendam Doctorem cui nomen Amomo, qui prouisus erat ab Episcopo Parisiensi. B.

VII.

Regula ... publica. ... per signatura execu- tioni ... tur.

Regulæ Cancellariæ de publicandis resignationibus satisfit per publicationem factam super simplici signatura, dummodo bellũ sit, vel aliud quod impedimentum itineri intercedat: & Arresto Parisiensi declarata fuit huiusmodi publicatio citra bullas sufficere partibus auditis anno 1523, vbi resignatarius literis admissus fuerat ad verificandum per Mensularios prædictam signaturam, & prædictæ signaturæ ita verificatæ par ratio habita fuit, ac bullæ. Eaque doctrina est. Felin. *in cap. dilecta vers. limita septimo de rescript.*

VIII.

Possessio beneficii ... intra trienniũ ... capi ...

Si resignatarius possessionem beneficij sibi resignati & collati intra trienniũ computandũ à die prouisionis suæ non capiat, & resignantem suũ vel aliũ in possessione relinquat, eam amittit, tam ratione possessorij quàm petitorij, per text. & Gloss. *in verb. tenentur. in c. 1. de pacif. poss.* & ante triennium elapsum beneficium impetrari non potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi in lite Petri Chauuratii mense Ianuario anno 1532. Id vero ita intelligitur, tum demum cum resignans & resignatarius viuunt: Nam si resignans moriatur, & si post sex menses cõputandos à prouisione resignatarius non probetur cepisse possessionem, beneficium vacat: *Regula Cancellariæ. 34.*

Vide Peleũ *in act. forens. l. 1. Act. 3. Art.* 21. vbi ait, resignationem adseruatam plus quam triennium, non valere. Si resignans interea incapax sit, deuolutarius vincit & *art.* 30. vbi ait resignantem semper manere titularium si resignatari' possessionem non capit.

IX.

Regula publ. ... impedi... per apprehensionẽ possessionis, si resignans in possessione relictus fuerit.

Ioannes Darmius Canonicus S. Citi Niuernensis procurationem seu mandatum emittit ad resignandum in manibus Papæ Canonicatum suum in fauorem Martini Graularij: ea Romæ admissa fuit mense Octob. anno 1498. Postea mense Maio 1499. Graularius possessionem capit vel saltem testimonialem captæ possessionis de hac data citra receptionem impetrat: Resignans moritur Ianuario sequente 1499. possessor realis prædicti Canonicatus & eo tempore inuestitus & fructus percipiens, nihil autem prædictus Graularius resignatarius: is post mortem prædicti resignantis sese recipi facit & inuestiri: Gilbertus Coulonius hoc impetrat per obitum Episcopi Niuernensis, & possessionem capit, & interdictum intentat aduersus Graularium, & aduersus cum proponit seu allegat obitum & vacationem & prouisionem suam: Graularius sese tuetur resignatione sua, & capta possessione ante mortem resignantis: Coulonius dicebat, illum nunquã receptum fuisse superstite resignante: vt vt sit prędictum resignantem semper possessorẽ fuisse ad mortem vsq;. Atq; ita Regulam Cancellariæ 34. *de public. resig.* intra sex menses locum habere: & falsi se impugnare captam possessionem. Præfectus Parisiensis iudicio suo partes ad informandũ comperendinauit, & momentaneam possessionẽ resignatario adiudicat: à quo appellatum ad Curiam: vbi Coulonius qui eam habebat per obitum, plenè in possessione firmatus fuit cũ expensis, damnis, interesse principalis instantiæ, Quo Arrestũ insigne est ad intellectum pdictæ Regulę: nempe, ꝙ non sufficiat superstite resignãte publicasse, sed oporteat, vt reuera resi-

gnata-

gn[illegible] p[illegible] possessione constitutus sit: saltem illud spectandum est ne resignans possederit.

X.

Regula Cancellariæ *de publicand. resignationibus 34. intra sex menses a resignatione admissa*, obseruata fuit per prouisionem Arresto Burdegalensi, quod datum [illegible] die Martij 1520. super Officio Procurat[illegible] Regij Seneschallia Santonensi: nam vt maxime resignatario possessio capta fuisset, nihilominus in possessione is resignantem suum ad mortem vsque reliquerat postea quam Rex prouiderat. Partes erant Guilhelmus Arrer[illegible] actus resignatarius & petitor ex vna parte, & Iacobus Arnaluus opponens ab altera parte: igitur post inquisitiones partium relatas & post processum instructum sententia definitiua prædictus resignatarius depulsus fuit. Alio Arresto 20. Februar. 1521. in prædicta lite quæ sententiæ fuerunt, & postea decisi in maiori Camera inquisitionum. Et quamquam reuera resignans in beneficio nihil iuris haberet: nihilominus propter possessionem suam haberi debet Regis officiarius, & ab hoc communi errore potuit procedere noua prouisio per mortem, per *regul. leg. 2. C. de sentent. & interlo. omn. iud. & l. Barbarius Philippus de Offic. Prat & c. 1. §. tria sunt 3. q. 7.* Dn. Præses Boerius & tres aut quatuor cum ipso contrarium tenebant ex compluribus rationibus quas deducit in *Decisione sua cl. part. 1.*

TIT. II. DE REGVLA CANCELLariæ de Infirmis resignantibus & viginti diebus.

ARRESTVM I.

Regula [illegible] in Ordinariis [illegible] locum [illegible] habet. SVper veteri dubio, vtrum Regula Cancellariæ 18. *de infirmis resignantibus & decedentib. intra 20. dies post resignationem admissam*, obseruari debeat in Ordinariis. Contraria enim Arresta extant: vnum anno 1538. alterum & postremum solenne, anno 1550. Facti species quæ primo Arresto occasionem præbuit hæc erat. Claudius Vauclotius Canonicus Matisconensis cum ægrotaret Capitulo Canonicatum suum resignauit, & ad hanc resignationem Philippus Bernicotius prouidetur: is videns resignantem suum morti propinquum firmandum iuri suo resignationem suam apud Legatum qui dum erat in Francia cum derogatione prædictæ Regulæ & dispensatione 20. dierum expediri facit: resignans moritur intra 20. dies: Franciscus Bituricensis prouidetur à Capitulo per obitum. Sententia præfecti Parisiensis vel eius Locumtenentis Conseruatoris momentanea possessio prædicto Bituricensi adiudicata fuit: is appellat: Arresto Parisiensi prædicti anni 1538. dictum fuit, bene iudicatum fuisse. Et sane affirmatiua sententia tum à plerisque tenebatur & secundũ eam aduersus Ordinarios semper iudicatũ fuit, ad annum vsque 1540. A quo tempore veritas melius intellecta fuit, & quilibet incepit tum opinando tũ iudicando in negatiuam propendere: quod videlicet Regula prædicta locum in Ordinariis non habeat. Atque in eam rem complurima Arresta postea interuenerunt, tam Parisiensia, quam Maioris consilii: & nominatim illud, cuius inferius fit mentio, quod datum anno 1550. Cameris omnibus congregatis & pronunciatum à Dn. Magistro primo Præside vigilia Assumptionis 1550. die 14. mensis Augusti. Facti species hæc est, Parochia de la Boissiere in Diœcesi Andegauensi à possessore ipsius cum ægrotaret in manibus Ordinarii resignata fuit & collata 14. Iunij 1542. intra mensem Iunium & sic intra 20. dies resignans moritur ex illo morbo: Ordinarius prouidet tanquam per mortem vacaret: Prouisus iudiciũ intentat resignatario. Per sententiam Seneschalli momentanea possessio beneficii prædicto vltimo per mortem prouiso adiudicata fuit. Resignatarius appellat ad Parlamentum, vbi dictũ fuit male iudicatum esse & sententia reformata resignatarius manutentus & plene firmatus in prædicto beneficio fuit, & appellatus condemnatus in expensas tam causę appellationis, quam principalis, & damna & interesse, procedentia ex turbata possessione. Ratio huius postremi Arresti est euidens, nempe quod Papa aut Legatus per necessitatem si velint conferre ex causa resignationis conditionem in fauorē &c. seq debent, & non alias &c. Sed Ordinarius cui resignatio facta est, pure & simpliciter conferre aut recusare potest, & si conferat sibimetipsi imputare debet, si contingit vt si resignans intra 20. dies moriatur, quia simpliciter contulit & non ex necessitate. Hæc materia notatur in *cap. quod in dubiis de renunc.* facit *in arg. l. inter Astipulantem. §. Sacram de Verb. obl.* Præterea hęc Regula 20. dierum iuri communi contraria est, quo statim vt Superior cessionem & resignationē beneficii factam in manibus suis recepit & admisit idque contulit, simul collatio & prouisio valida est & perfecta, neque vlla re quæ postea superueniat infirmari potest, quemadmodum notatur in *cap. quod in dubiis de renunciat.* & in *prædicta lege inter stipulantem §. sacram* Ad hæc Ordinarius eiusue Vicarius in prouincia & in ipsis locis residentes, melius scire possunt resignantis dispositionem, quam Papa, qui procul abest à locis in quibus beneficia vacant: ac proinde hac ratione facilius circũueniri potest: ita ratio militat quæ est in *Clem. 1. de Off. ordin.* pręsumptio scilicet semper est & suspicio maior obreptionis in postulationibus quæ Papæ fiunt quam illis quę Ordinariis fiunt. Hoc quod supra amplè notatur per Petrum de Anchar. *in consil.* 297. quem sequitur Decius *consil.* 214. & Molinæus *in annotationibus ad Decium & in loco ad marginem adscripto, collationes necessaria velut in permutationibus.*

Differẽtia Collationum a Papa & Ordinario factarum.

Vide Charond L. 1. *Resp. Cap.* 18. Lucium *leg.* 4. *Arrest Tit. 4. art. 9.* Moli. ad *Reg.* 18. *n.* 34. Maynard. *l. 1. Cap.* 51 *quæst*

II.

Id quod supra dictum est, locum tantum obtinet in simplici resignatione ob liberum arbitrium Ordinarij. Et quanquam id ad resignationes ex causa permutationis extendere voluerim: nihilominus contrarium receptum est & obseruatur, nempe si resignans ex causa permutationis intra 20. dies à resignatione admissa moriatur beneficiũ per mortē vacare, dummodo tempore resignationis ab eo factæ vel procurationis emissę ægrotauerit. Nam huiusmodi resignatio in fraudem Ordinarij facta fuisse videtur, qui eam admittere ex necessitate cogitur, & voluntatem resignantis sequi, alioqoin eo recusante superior id faceret. Non igitur Ordinarius perdere ius conferendi debet superueniente casu mortis *arg. l. iure succursum est. ff. de iur. dot.* Et ita disertè iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quo confirmata sententia Balliui Trecensis pro Esmio Bizeto Præfecto Ecclesię S. Stephani Trecensis interdicto experiente super possessorio Parochię Vallonię, aduersus Michaelem Natalem opponentem 23. Decem. 1552.

Regula 20 dierum in Ordinariis

Char. *Lib.* 1. *Resp. Cap.* 28. Chop. *de Sac. polit. lib.* 1. *titu.* 6. Maynard. *lib.* 1. *ca.* 54.

III.

Etsi Regula 18. Cancellarię de infirmis resignantibus

Regula 20 dierũ prouisionib Regis exprimi solet.

tibus ex decedẽtibus intra 20. dies post resignationem admissam in beneficiis locum non habeat quæ ad plenam Regis collationem spectant, vt sunt Canonicus Sanctarum Capellarum Parisiensis Bituricensis Salrus, Vicennatum Ecclesiarum collegialiũ Cleriacensis S. Quintini B. Virginis Mombrisooij & aliarũ, eo quod Rex illarum solus sit ordinarius, neque in iis Papa quicquam iuris babeat, & ita quidem vt Concilium S. Ioannis Lateranensis multo minus in iis locum habeat, cuius mentio fit *cap. nul. de concess. prabend.* neque pariter alia forma Canonica. Nihilominus Rex prouisiones suas facit prædictæ Regulæ conformes, easque expressè ad earum formam limitat prout potest, nempe cum sit supremus, neq; alium agnoscat superiorem. Et super hoc dubio duo, cum Diplomata pronisionis à Rege Cappellæ S. Laurentij in Ecclesia Cathedrali Meldensi haberent: vnus per resignationem & primus quidem: alter vero, per mortem, eo quod apparerer defunctum mortuum esse intra 20. dies, is qui eã habebat per mortem, eam iudicio obtinuit Arresto Parisiensi prima Decemb. 1494.

IV.

Papa & eius Legatus in præiudicium Graduatorum Regulæ 20. dierum derogare possunt.

In iudicio quodam possessorio super Parochia de Grand-Ris in Diœcesi Nouiodunensi, quod pronunciatum 2. die Iunij 1536. inter Florentinum Parmentierum Radulphum Tabarierum & Ludouicũ Clericum contendentes, dictum fuit Legatum posse dispensare super Regula Cancellariæ quæ est 18. de infirmis resignantibus super diebus vitæ qui requiruntur per resignationem admissam & consensum resignantis præstitum in fauorem prouisi per vacationem quæ contigerat per resignationem factam in manibus Legati pure & simpliciter in mense Graduatorum nominatorum: Nihilominus paulo post in Maiore Camera & maiore Conuentu in dubium reuocatum fuit, nempe vtrũ Papa id ita facere posset? & super eo magna diuersitas & conflictus rationum vtrinque extitit; ac nominatim illud opponebatur, ipsius autoritatem etsi supra S. Decreta Ecclesiæ esset, & eorum gratiam facere posset: nihilominus suppositam esse S. & vniuersali Ecclesiæ & Synodo & quod vt minimum non posset citra scrupulum. aduersus concordata inita inter ipsom Regẽ & Ecclesiam Gallicanam facere in quib. huiusmodi res cõprehenderetur. Et in hac quæstiõe (iuxta id quod conclusum fuit non habita ratione bullæ in eo q derogationẽ Regulæ 20 dierum in se contineret, neq; pariter reseruationis fructuum factæ & loco pensionis) Curia Arresto suo decreuit momentaneam possessionem beneficij resignatario & dispensato ad iudicatam executioni tradendam, nõ obstante appellatione, cautione iuratoria præstita. De cetero õnes Ordinarios in absentia sua Vicarios capaces substituere teneri, qui beneficia vacãtia conferant prædictis mensibus vni ex iis quibus affectati sunt, citra præiudicium tamẽ autoritatis suę, & id ipsum per se ipsos iure faciendi, non obstantib. huiuscemodi Vicariatibus. Præterea prædictos Vicarios posse deinceps Vicariatus suos in acta Capitularia, Abbatialia, & Prioratuum referre eorum exhibitionem postulare, & ex iis extrahere quotiescunq; opus fuerit. Itemq; prædictos Ordinarios & Vicarios deinceps indiculos seu breues Collatiõnum ab ipsis factarum facere oportere ad obuiandum fraudib. ante commissis, ac nominatim detrimento prædictorum Graduatorum. Et tandem pro vnaque collatione prædictos Ordinarios vel eorũ Vicarios non amplius quam vnum Coronatum ex-

[Desumptum ex Louet lib. 1. tit. 4. Arrest. 7.]

Ordinarii, Vicarios in absentia sua relinquere tenentur.

Ordinarii plus vno coronato pro vnaquaque

acturos. Prædictum Arrestum pronunciatum fuit ex tempore post causam peroratam in prædicta Camera 19. Ianuarij 1548.

collatione exigere non possunt

Vide D. Mayoard. *quæst.* 51. *&* 52. *Lib. 1. Notabil. quæst.* vbi recitat Arrestum simile Curiæ Parlamenti Tolosani.

V.

Papa Regulę 20. dierum derogare potest. Legatus aduersus indulta non item.

Indulta à Papa Cardinalib. data qui eius electioni adfuerunt, cum decreto irritante (quo videlicet interdicitur omnibus Legatis ne Regulæ 20. dierum derogent) impediunt, ne prędicti Legati huiuscemodi derogationes licet illis non sint significata facere possint: & sic ligant ignorantes. *cap. dudum. de preb.* Et si Papa iis deroget, expressim id facere debet. Ita iudicatum fuit complurimis Arrestis Parisiensibus.

VI.

Idem q in secũdo.

Arresto Curiæ, quod pronunciatum 23. Decembris 1494. in Guilhelmum Spinassium & Dragonẽ Coinardum dictũ fuit, Regulam Cancellariæ in Curia Romana de infirmis resignantibus, qua dicitur, vt si resignans infirmus intra 20. dies post resignationem admissam in eadem infirmitate moriatur, Beneficium resignatum per mortem vacet, locu habere & obseruari in omnibus Beneficiis & Officiis Ecclesiasticis quæ ad dispositionẽ Regis pertinent.

APPENDIX ARRESTORVM AD Tit. II.

I.

Regulam 20. dierũ in collatione factam per Ordinarium ex permutatione mẽte Graduatorum locum habere, & permutationem fraudulentam admissam per Ordinariũ nõ posse præiudicare Graduato nominato prouiso de eodem beneficio per obitum.

Mora & pendente lite coram Ballliuio Nostro Bituricensi, eiusq; Locũtenente, priuilegiorũ Vniuersitatis in Vrbe nostra Bituricensi Conseruatore inter Sebastianum Alemannum Presbyterum Baccalaureum in Iure Canonico antiquum Graduatum nominatum, studiis operam dantem in prædicta Vniuersitate petitorem & interdicto experientem ratione possessorij Canonicatus S. Ciri Vxellodunensis, quem Iacobus Bulleratus tenere solebat, ab vna parte, & Franciscum Christium defensorem & repellentem ab altera parte: Super eo quod petitor dicebat se iamdudum Graduatum nominatum in prædicta Vniuersitate esse, se gradum suum in complurimis Ecclesiis collegialibus insinuasse, ac nominatim in Vxellodunensi, pariter vt nomen & cognomen suum tempore Quadragesimæ proxime præcedentis obitum prædicti defuncti Bulleratij: eoque mortuo 21. Mensis Ianuarij anno 1600. qui affectatus Graduatis nominatis, & per mortẽ eius prædicta pbenda vacante sese 26. eiusdem mensis & anni Capitulo prædictæ Ecclesiæ S. Ciri stetisse, & inibi Priorẽ & Canonicos ipsius tum Capitulariter congregatos requisisse ac nominatim Laurẽtiũ Fauchonium vnũ ex prædictis Canonicis, quem tum ordo præsentandi prædictis Canonicis & Capitulo contingebat, vt sibi videlicet prædicta præbẽda per mortem prædicti Busseratij qui prędicto mẽse Ianuario obierat vacans conferretur. Hac postulatione à prædicto Fauchonio prædictis Canonicis & Capitulo oblata, post reseruationem conferendæ sibi prædictæ præbendæ factam, sese ad Diœcesanum eiusq; maiorem Vicarium contulisse. qui ipsi collationem præbendæ dederit, veluti Graduato nominato, cuius vigore eius possessionem ceperit: adeo vt sese verum titularium & possessorem prædicti Canonicatus, & præbendæ sese dicere posset: nihilominus cum sese à prædicto possessore turbatum videret, se eum vigore priuilegij sui coram prædicto

Fama cõclusionũ possessoriarum in materia beneficiali.

di[illegible] nostro Balliuio [illegible] iasse, ad respondendum finibus & conclusionibus ab ipso captis quæ eo tendebant & concludebant, vt in possessione & gaudimento prædicti Canonicatus & præbendæ fructuum luctorum & emolumentorum ipsius in possessione & [illegible]ina defenderetur, & manuteneretur: No[illegible] prædicto possessori eum turbare & impedire, & si vlterius his procederet vt momentanea possessio ei cū expensis damnis & interesse & restitutione fructuum adiudicaretur.

[illegible] rel [illegible]

¶ A parte prædicti defensoris dictum fuit, prædictum defunctum sexagenarium, & dimidia corporis sui parte præclusum, cum ambiret seu optaret beneficium aliquod simplex non obnoxium curæ & residentiæ, & prædicto defensori fratri vterino suo consideret, qui de Capella Sanctæ Annæ non obnoxia curæ & residentiæ prouisus erat constitutione cum ea præbendam suam permutare: eo fine [illegible] 1600. mandatum emisisse ad resignandum prædictam suam præbendam, & per defensorem prædictam suam Capellam: has permutationes à Capitulo S. Ciri collatorio Ordinario admissas, iuxta eam admissionem respectiue vigore prouisionum suarum possessionem cepisse: nempe prædictum Bussetatum prædictæ Capellæ, & prædictum defensorem prædicti Canonicatus & præbendæ: & quanquam prædictus Bussetatus aliquot dieb. post decessisset, nihilominus non posse dici prædictam præbendā per mortē vacasse, quoniam mortis tempore prædictæ pbendæ non amplius possessor erat, vtpote quæ de facto & de iure per personā prædicti defensoris vigore prædictæ permutationis admissæ & effectui traditæ superstite prædicto defuncto replebatur: Regulam 20. dierum, qua petitor forte niteretur, locum non habere in collatione ordinaria, sed tantummodo in prouisione Papę & Legati: & ita iudicatum fuisse, determinatumq; autoritate Arrestorum & iudiciorum supremarum Curiarum, post captum consilium plurium celeberrimorum Doctorum huius regni nostri: ac nominatim * Arresto, quod pronunciatum Vigilia Assumptionis 1550. pro Curione Boessierię in Andegauensi: neque tantum in resignationib. puris & simplicib. verum etiam in iis quæ ex causa permutationis factæ fuint: idque ita vulgatum esse, vt de eo dubitare fas non sit: prędictam Regulā fauore Ordinariorum factā fuisse: & ad restringendam immoderatam potestatem quā sibi Papa vindicabat conferendi beneficia Franciæ, & ad occurrendum successioni beneficiorum quæ S. Decretis & constitutionibus Canonicis prohibita est: Quod in fauorem Ordinariorum factum est id non debere in ipsorum damnum & præiudicium retorqueri. Prędictos Ordinarios posse admittere vel non resignationes, at iis semel admissis non posse amplius variare: quod vtique contingeret, si prędictā Regulā ipsorum respectu locū haberet: Quod si petitor forte diceret prędictā permutationem factam in fraudem Graduatorum nominatorum, quandoquidem prędictus defunctus mense Ianuario ipsis affectato mortuus sit, inspecta proximitate obitus ipsius & cognationis prædicti defuncti, vtpote fratris vterini prędicti defuncti, item inspecta inęqualitate reditus beneficiorum permutatorum, ad id facilem esse responsionem: Primum enim, quantum ad indispositionem prædicti resignantis pertinet, collatorem potuisse super eo inquirere antequam resignationem admitteret, sed cum eam semel admisit, eaque effectui ante obitum resignātis tradita est & possessio capta, prædictam regulam ei amplius præiudicare non posse. Quod ad cognationem spectat, eam non adeo odiosam esse, contra affectiones pro resignandis beneficiis proximis cognatis capacibus & sufficientibus semper admissas fuisse, & in Ecclesia summè fauorabiles extitisse. Quod ad inæqualitatem, eam non esse consideratione dignam, quando quidem præbenda defuncti curæ & residentiæ obnoxia esset, at Capellam defensoris simplex esse beneficium non alicui oneri obnoxium: Hoc prætereà addito, quod eędem superiores rationes in Arrestis præallegatis repræsentatæ fuissent: Et nihilominus Curiam nostram nulla illarum ratione habita, prædictam Regulam locum non habere in Ordinario siue in resignatione pura & simplici siue in permutatione iudicasse. Et quantum ad qualitatem Graduati nominati spectabat, nihilo magis iuri defensoris præiudicare posset, quandoquidem priuilegium Graduatis nominatis indultum intelligeretur & obseruaretur tantū in beneficiis quæ prædictis mensibus vacarent, at non etiam cum per resignationem vel alio genere vacationis vacarent. Et vt maximè prędicta prębēda per mortem vacasset, quod tamen non concederet, prædictum petitorē semper priuilegio suo exclusum fore, propter pluralitatem beneficiorum quę contra tenorem Concordati teneret: neq; probari posse eum nomen & cognomen suum insinuasse ab 18. vel 20. annis Capitulo S. Ciri collatoris Ordinarij vt requiritur: Neq; ad hanc rem ei quicquam prodesse prætensam insinuationem pro ipso factā maiori Vicario Archiepiscopi Bituricensis eo quod id prodesse non posset, nisi in beneficiis quæ in collatione prædicti Archiepiscopi sunt, & oportere vt prædicta insinuatio fiat collatoribus Ordinariis beneficiorum quæ Graduati prætendūt, & non alii, prout per prędictum Concordatum requiritur. His rationib. fultus [illegible] se tanquam verum titularium & possessorem prędictæ præbendæ, de qua ritè & Canonicè prouisus fuit, manuteneri oportere, & firmari in possessione & gaudimento ipsius fructuum, commodorum, & emolumentorum, & quo casu his vlterius procederet momentaneam possessionem ipsi adiudicandam, vtpote cum manifestiore & notorio interueniretur. ¶ Prædictus petitor pro replicatione dicebat, permutationem inter prędictum defunctum Bussetatium & prædictum defensorem factam, notoriè nullam & fraudulentam esse. Fraudem patescere ex conditione defensoris fratris vterini prędicti defuncti, ex propinquitate mortis ipsius biduo post prædictam permutationem defuncti, vtpote qui eius factæ tempore in extremis ageret, ex inæqualitate beneficiorū permutatorum quandoquidem prædicta præbenda ad valorem & reditum annuū 300. librarum adscenderet, prædicta vero Capella S. Annæ nonnisi ad 100. solidos vel 10. libras ad summum, nullam esse proportionē, hancq; inęqualitatem solam sufficere ad arguendam fraudem & collusionem * inter resignantē resignatarium, & Capitulū S. Ciri collatorem Ordinariū, ac maxime cum procuratione à defuncto emissa 19. Ian. 1600. ad resignandum defensori præbendam suam, non misso aliquo ex Capitulo ad explorandum statum & dispositionem in quo defunctus constitutus esset, vt de more fieri semper adsolet in omnibus cōmunitatibus, prouisio illo ipso die expedita fuerit, & possessio sequenti die capta fuerit. His addebat testimonium defensoris ipsius, quod ex dictis & articularis in scriptis ipsius emergebat, nempe ex eo quod diceret prædictum Bussetatum defunctum diu beneficium aliquod simplex non obnoxium residentiæ quod ei ad vitæ suæ finem exhibēdo sufficeret

Resignatio facta cognatis fauorabilis est.

Priuilegiū Graduatorum nominatorum tantum in Beneficiis per mortē vacantib. locum habet.

Pluralitas Beneficiorum Graduatis præiudicat.

Replicationes.

Notæ fraudis.

Successio improbata in Benefic.

* [Melius [illegible] de Regul. [illegible] Rebuffus in prax. ben. [illegible] pag. 173. n. 43.]

* [cap. quia verisimile de Præsupt. cap. super hoc. de Renunciat. Rota decisio. 429. in antiq.]

ceret

ceret desideraſſe: itaque non eſſe veriſimile ſi hæc ipſius intentio fuiſſet eum huiuſmodi permutationem facturum, vt videlicet inuicem acciperet Capellam tam parui reditus qui ipſe ne quidem biduo vel triduo exhibeodo ſufficeret, neque eo contra quicquam facere, quod defenſor dicebat, prædictã Curiam noſtram eum prædicta Arreſta daret non habuiſſe ratione rationũ iſtatum quæ tũ quoq; repræſentatæ fuerant vt in præſenti ſpecie, quandoquidẽ non probari poſſet fraudem tam oculatem & manifeſtam fuiſſe vt eſt in iſta permutatione qua de agitur, neq. probari poſſet, prædicta Arreſta data fuiſſe cum Graduatis nominatis, vel aliis expectantibus in fraudem, quorum huiuſcemodi fraudulentas reſignationes prædicta Curia noſtra nunquam & approbare & confirmare noluiſſe intelligi poteſt: Quod ſi eæ locum habere poſſent, priuilegium quod indultum eſt Concilio Baſilienſi & pragmatica ſanctione in fauorem ſtudioſorũ penitus aboleretur, neque vnquam cõtingeret vt beneficium per mortem vacaret, ſi videlicet huiuſcemodi reſignationes fraudulentæ menſibus qui affectati ſunt Graduatis nominatis admitterentur. Et vt maximè ita foret, vt prædictis Arreſtis iudicatum fuiſſet prædictam Regulam in collationibus Ordinariorum locum non habere; nihilominus prædictam Curiam nunquam videri poſſe fraudes quæ in prædictis reſignationibus admittuntur velare voluiſſe contra, & in præiudicium Graduatorum nominatorum, qui tantum fauore digni eſſent quantum literæ & ſciẽtia ſtatui publico, defenſioni & ornamento Eccleſiæ neceſſariæ adgnoſcerẽtur oportere prædicta Arreſta ad caſus ſuos reſtringi, qui facto de quo nunc quæritur ſimiles non eſſent, in quibus fraus manifeſta apparet, vice verſa fauor Graduati nominati: Quod in prædictis Arreſtis non ita erat, quibus etſi petito adſentiretur iudicatum fuiſſe prædictam Regulã 20. dierũ locũ non habere in Ordinarijs. Diſtinctione tñ ſemper factã inter collationẽ voluntariã & eã quæ neceſſaria eſt, veluti in permutatiuẽ, in qua collator neceſſario cogebatur permutanti cõferre: & vero hoc caſu iudicatum fuiſſe Regulã 20. dierum locum habere: Eandem rationem non obtinere in reſignationibus puris & ſimplicibus, eo quod Ordinarius eas non niſi ex voluntate ſua admitteret, & in iis pleno iure ſuo vteretur, quod cauſam præbuit prædictis Arreſtis: & ſi proba enim iudicatum fuiſſe pro permutatione, id factum non fuiſſe pro Graduato nominato qui reſignationem impugnare poterat iuxta diſpoſitionem * iuris, ex qua diſpoſitiones factæ à perſonis in lecto ęgrotantib. morbo ex quo poſt a decedunt, & morti vicinis pro teſtamentariis & mortis cauſa factæ habentur. quod ſi huiuſmodi reſignationes beneficiorum in extremis morbis permitterentur, & potiſſimum in fraudem Graduatorum nominatorum, hereditaria hac ratione redderentur beneficia, & prædicti Graduati nominati legitima ſpe fauori ſtudiorum debita fruſtrarentur: quantum ad defectum inſinuationis præſumptum attinet, probari poſſe ſe ritè nomen & cognomen ſuum inſinuaſſe Quadrageſima præcedente obitum prædicti Buſſeratij, idque in actis inſinuationum Archiepiſcopatus, eo quod prædictum Capitulum Vicarium aut procuratorem in prædicta ciuitate noſtra Bituricenſi ad recipiendas prædictas inſinuationes iuxta conſtitutiones noſtras non conſtituiſſet. Quod diceretur, prædictum pentorem in poſſeſſione conſtitutum fuiſſe, atque ideo non poſſe aliquid iuris prætendere in præbenda, iſtud eſſe ius tertij allegare, neq; aduerſariũ Graduatum nominatum eſſe, vt ſibi hanc pluralitatem obiiceret: Quid quod non, non niſi Prioratũ B. Virginis de Salle minimi reditus haberet? His rationibus concludebat, vt ſupra, cum expenſis damnis & intereſſe.

Reſpõſum ad Arreſta allegata.

Literæ ſeu ſtudia Eccleſiæ neceſſaria.

Diſtinctio inter reſignationem voluntariam ne ceſſariam.

[l. ſi filia mea 59. D. ſolut matr l.7 §. patre D de Don. Gomezius ad Reg. Cãcell. in 18.]

¶ At Defenſor pro duplicatione ſua dixit: in facti ſpecie quæ nunc agitaretur, nihil difficultatis quantum ad ſe extare, quandoquidem ea res tam prædictis Arreſtis anno 1550. quã alio 12. Iulij 1578. pro quodam cui nomen erat Pocureto ſeu Piperaro pro poſſeſſorio Parochiæ Collonſenſis Diœceſeos Lingonenſis iudicata fuerit, cum eædem videl. tum rationes & conſiderationes in medium adductæ fuiſſent. Qualitatem Graduati nominati prætenſam à petitore non poſſe genus beneficij immutare, quandoquidem prædict. Graduati non ſint fauorabiliores Ordinario, ad quem ex antiqua Eccleſiæ diſciplina collatio & diſpoſitio beneficiorum ſpectabat, quique de ſufficientia & capacitate eorum quibus confert iudicare poterat, & vt eidem hæc libertas & poteſtas ſarta tecta eſſet prædictam Regulam 20. dierum in eius fauorẽ introductam fuiſſe, nempe quia alioquin per reſignationes, quas Papa in fauorem admittit, beneficia hereditaria reddita fuiſſent, in magnum Ordinariorum & Eccleſiaſticæ integritatis præiudicium. Atque his rationibus perſiſtebat in poſitionibus ſuis & concluſionibus, atque ita ſeſe manuteneri & in poſſeſſione prædictæ præbendæ firmari poſtulabat: & quo caſu lis protraheretur, momentaneam ſibi poſſeſſionem adiudicari. ¶ Partibus ita auditis impoſita eis lex ſiue conditio in ſcripturam dicta ſua redigendi, literas & inſtrumenta ſua producendi, contradictiones & ſaluationes præbendi, quibus omnibus reſpectiue ab his ſatisfactum eſt, tandem ad iudicium & ſententiam audiendam partib. adſignatis prædictus noſter Balliuius eiuſque Locumtenens ſentẽtia ſua 17. Nouemb. 1601. cum nil opus eſſet ſuper ſequeſtro iudicare, decreuit ſuper pleno poſſeſſorio, ambas partes intra quindecendium in communicationem allegatorum vtrinque accepturos, intra quindecendium proximum reſponſuros allegationibus contrariis, menſe ſequẽti inſtrumentos producturos, reprobationes teſtium tradituros, contradictiones, ſaluationes ſingulis octonis diebus, vt ita primo die ſequente ius eis dicatur ſuper plena manutentione prout æquum erit, interim adiudicata prædicto Alemanno prædicta momentanea poſſeſſione prædictæ præbendę, vt ſcilicet ea frueretur prouiſionaliter, data idonea & ſufficienti cautione omnibus expenſis damnis & intereſſe in definitiuã reſeruatis. Ab hac ſentẽtia à parte prædicti defenſoris ad Curiam noſtram Parlamenti appellatum fuit, in qua partibus auditis ſuper cauſis appellationum & proceſſu ſcriptura concluſo, & admiſſo ad iudicandum vtrum videlicet bene vel malè iudicatum fuiſſet, iunctis grauaminibus extra proceſſum, rationibus nullitatis prætenſis, & productione noua prædicti appellantis, quam intra tempus conſtitutione definitum traderet, iiſque grauaminibus & prætenſis rationibus nullitatis prædictus intimatus reſpondere poſſet, & aduerſus prædictam nouam productionem contradictiones daret, expenſis videlicet prædicti appellantis. Eo proceſſu, grauaminibus, reſponſis ad ea, productionibus nouis, contradictionibus & ſaluationibus prædictarum partium incidentibus ſuper adprobatione cuiuſdam libelli prædictæ Curiæ noſtræ per prædictum defenſorem oblati 5. Mart. 1602. eo fine vt euocaretur proceſſus principalis pendens inter prædictas partes

Duplicationes defenſoria.

tes coram prædicto nostro Balliuo, Arrestũ 12. Augusti, prædicto anno inter prædictum Cheriteum actorem iuxta seriem cuiusdã commissionis ab eo impetratæ, 15. Martii prædicto anno ab vna parte & Franciscum Alemannum defensorem & petitorem per libellum oblatum 30. Iulii prædicto anno ab vna parte & prædictum Cheriteum & Sebastianum Alemannum defensores ab altera parte, quo prædicta Curia nostra prędictum Franciscũ Alemãnum tertium interuenientem in prædicto iudicio admisit, decreuitque vt intra triduum interuentionis suę rationes ederet pręberet, ad quas prędictus Cheriteus & Alemannus intra triduum responderent, prædictę partes intra octiduum sequens producerẽt, id est, petitionem suam ederent, contradictiones & saluationes intra tempus constitutione definitum darent: & prædicta sententia prædicto processui adiuncta causis interuentionis responso ad ipsas, & productionibus prædictarum partium iuxta prædictum Arrestum, declaratione prædicti Cheritei & Alemanni, quod videlicet vice omniũ contradictionum vsurparent ea ipsa, quæ iam antea scripsissent & produxissent in prædicto processu, exclusione non oblatarum per prædictum Franciscum Alemannum, *Visis* & diligenter examinatis prædicto iudicio suo & Arresto non habita ratione libelli euocationis & citra expensas incidentis in eam controuersiæ appellationem in irritum citra multam deduxit, & decreuit decernitque vt prædicta sententia, à qua appellatum fuit plenum & integrum effectũ suum sortiatur, appellãtem in expensas appellationis condẽnat: Et quod ad instantiã interuentionis pertinet lite seu iudicio partes penitus liberauit, liberatque citra expensas damna & interesse, vtrimque taxatione expensarum adiudicatarum, sibi reseruata. Pronunciatum 6. Septemb. 1603. I.C.

TIT. III. DE REGVLA CANcellariæ, de non tollendo ius alteri quæsitum.

ARRESTVM I.

Ius acquisitum non tollitur etiam declarante Papa.

SI Papa idem beneficium duobus, diuersis temporibus conferat, & lite pendente vnus ex ipsis qui postremus prouisus est rescriptum à Papa impetrat, quo declaret se velle & intelligere voluisse & intellexisse vt prædictum beneficium collatum habeatur prædicto postremo prouiso, & non primo: Non obstante prædicta declaratione, neque habita eius ratione pro primo iudicãdum est: nam huiusmodi declarationes per importunitatem extorquentur, & inciuiles sunt, in eumque finem extat Regula Cancellariæ 26. *de non tollendo ius alteri quæsitum.* Et iuxta eam iudicatum fuit Arresto Maioris Consilii pro Prioratu S. Martini de campis Parisiis.

TIT. IV. DE REGVLA CANcellariæ, de verisimili notitia.

ARRESTVM PRIMVM

Regula de verisim. notitia in Frãcia recepta.

REgula Cancellariæ 24. *de verisimili notit.* In regesta supremarum huius Regni Curiarum relatã, & pro lege certa & irreuocabili recepta fuit, ita vt dispensationes Papæ aduersus eam non admittantur non magis quam eius abrogatio ab eodem facta, passim enim & quotidie legis instar obseruatur & non instar Regulæ Cancellariæ *per not. per. Gloss. cap. in cap. inprimis 2. quæst. 2. & Gloss. anniuersariæ. C. de Collatione donatarum lib.* 10. Eadem de re extat Arrestum Parisiense die 2. Nouemb. 1493.

Hic obseruandum est, Regulam *de verisim. notitia*, nullo modo Regem in prouisionibus suis obligare aut adstringere, nisi eadem rationi & naturæ conformis sit, vt nulla res vllam verisimilitudinem habeat per rerum naturam: iudicatum fuit Arresto Parisiensi 25. April. 1564. aduersus quendam qui sese resignatarium cuiusdam qui mortuus S. Quintini 14 Februar. anni 1562. eademque die prouisionem suam a Rege impetrauerat Ambosiæ constituto pretendebat. Causa perorata per Magistrum & Hamelium: *Visis*, quantum ad obseruationem dierum, prędicta Regula locũ nõ habet in prouisionibus & collationibus Regiis, prout in causa peroranda defendit Dn. Menilius: neque alius casus est quam hic, quando ex verisimili ratione falsi præsumptio est.

Regula de veris. not. in prouisione Regis non obseruatur.

II.

Prouisiones Beneficii quod per mortem vacauit à Papa factæ non valent nisi tempus sufficiens sit medium inter mortem possessoris & prædictæ prouisionis, vt verisimile fiat, Papam de morte certiorari. Et non valet, si prouisio alterius generis vacationis quam per mortem sit, veluti ex incapacitate, incompatibilitate, deuolutione, vel aliter, & per expressionem causæ, *& alias quouis modo vacet, etiamsi per obitum*, prout apponi consueuit secundum stylum Curiæ Rom. vel si is qui sese nimirum præcipitauit, prouisione sua non vtatur, verum alius hoc comperto eam postea impetrauerit, hæc omnia in fraudem legis & Regulæ pro factis habentur neque valent: vt scripsit Cassiod. *decis. 29. in reg. Cancell.* Et ita Arresto parisiensi, quod Rebuffus *in eam Reg. Gloss. 5.* allegat sine data, dictum fuit. Excipi tamen debet casus resignationis: nam si defunctus ante mortem suam resignauerit, & procuratio causam præbuerit Romam pro beneficio festinandi, si postea probetur tempore præsentationis prædictæ procurationis mortuũ esse, veluti pridie vel etiam ipso die, hæc clausula *quouis modo vacet etiam per obitum* locum habet contra prædictam regulam: tempus enim verisimilitudinis computari debet à die procurationis seu mandati & non à die mortis: quoniam præuenientis intentio nõ est viciosa, sed rationabilis *arg. l. 3. C. ad Maced.* secundum *Gloss. in §. neque verb. faciendas de collatio. in pragm. sanct.* Ac præterea in hoc casu derogatio expressa prædictæ regulæ requiritur, & absque prædicta derogatione à die obitus numerus ineuntur. Et hic vnicus est casus, quo Papa super prædicta Regula dispensat.

Declaratio Regulæ 20. dictũ,

Regula 20. dictum resignatarios per mortem prouisos non comprehendit.

Casus vnicus quo Papa Regulæ de *Verisimili. not.* derogare nõ potest.

III.

Regula Cancellariæ de verisimili not. in Francia aduersus prouisiones Apostolicas Romanas in fraudem impetratas obseruatur prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1499. pro Georgio Bitonio opponente aduersus Mathurinum de Causai super Canonicatu & præbenda S. Hilarii maioris Pictauiensis, quo confirmata fuit sententia quædam data à Seneschallo Pictauiensi, vel eius Locumtenente.

Idem cum Arresto primo.

IV.

Regula Cancellariæ *de verisimili notitia* ita intelligi debet, quod scilicet tempus dictæ verisimilitudinis non possit duci, nisi ab numero mortis possessoris: neque vnquam anticipationes factæ admittuntur sub specie falsi rumoris de morte, verum necessario veritati standum est, neque vlterius sub quacunque occasione procedendum: *argu. not. in Gloss. pen. in l. non sic. ff. Pro soc.* Neque interest mors cognita fuerit, an non. Super hac re valde notandum est, si facto patris, matris, fratris, vel alterius personæ coniunctæ, ei qui est prouisus, corpus mortuum ad decipiendum ordinarium & præuentioni Papæ aut Legati locum faciendum adseruatum sit, tum tempus prædictæ verisimilitudinis à die quo mors declarata cognitaque fuit, duci debere. Deque

Computatio temporis verisimilis notitiæ.

Custodia corporum defunctorum.

ea re extat Arrestum Parisiense 23. Feb. 1525 super Canonicatu quodam Castelleraudensi, cum id per obitum Guilhelmi Abrioni, qui Pictauiis contigit vacasset, vbi hospes ipsius corpus eius conditum aliquo temporis spatio asseruauit, intra quod Romam misit & præbendam à Papa pro filio quodam suo impetrauit: Ordinarius publicata hac morte alium prouidit, qui obtinuit & prouisum Romæ depelli fecit, vt maxime primus esset: huiuscemodi quippe præuentio fraudulenta est, & in hoc casu tempus prædictæ verisimilitudinis nisi à tempore mortis publicatæ non incipit.

V.

Derogatio Regulæ: *de verisimil. not.* non nisi in resignatione admittitur.

Retentum est in mente Curiæ per formā prouisionis, vsque quo aliter ea de re decretum fuerit, Curiam non habituram rationem aliquam derogationum Papæ, neq; defuncti Illustriss. Georgii Ambosii Cardinalis Legati aduersus Regulam Cancellariæ Apostolicam *de verisimili notitia*, nisi cum mandatum seu procuratio facta fuisset, cuius vigore beneficium resignatum fuerit, vel collatio aut prouisio insecuta fuerit cum clausula *etiam si per obitum* cum prædicta derogatione: nam si hoc casu etsi non esset tempus verisimile à morte vsque ad diem prouisionis seu collationis, dummodo tamen tempus verisimile sit à tempore quo gerulus procurationis seu mandati profectus est vsque ad diem collationis seu prouisionis cessante dolo vel fraude derogationis ratio habebitur. Idq; quod dictum est, prædicta Curia intelligit, tam quo ad tempus præteritū, quam quo ad futurum, retinendo tamen in mente quod qui præterito tempore aliquod beneficium possederunt, in vim prædictæ derogationis per annum & diem pacifice, non possint in possessorio inquietari, nisi aliud obstaculum sit: Item quod in præsens non facienda sit generalis siue certa interpretatio super verisimilitudine temporis, cuius mētio fit in prædicta regula, verum id in arbitrio iudicantium pro casus contingentia manere debeat.

Tempus proficisceu di ad collatorem in arbitrio Iudicis positum est.

VI.

Regula de verisimili not. in collationibus Ordinariorum locū habet.

Regula de verisimili notitia in collationibus Ordinariorum locum habet pariter vt in Papali: ratio quippe semper & in omnibus casibus similis est & eadem, vt scilicet ambitio euitetur *per cap. 2. & 3. de concess. preb. in 6. & gloss. in verb. faciendas. §. neque. de col. in prag. sanct.* Atque ita iudicatum fuit. Arresto Parlamenti Parisiensis 29. Augusti 1537. pro quadam præbenda S. Radegondæ Pictauiensis, & pro Germano Cornuto aduersus Tristandum. Idemque dictum fuit Arresto Tholosano quod allegat sine data Rebuffus *prædicta gloss.* 5.

Num in Regalia, in Papa, & Legato?

Reg. de verisim. not. locum habet in ordinariis (Papa & Legato, Charond *lib. 1 Respons. art. 15.* Locum non habet in Regalia, vt idem existimat *lib. 1. c. 5 & 15.* & de eo allegat Arrestum quoddam Parisiense datum mense Mart. 1572. Chop. *lib. 2. de Domanio, cap 9. num. 2.* I.C)

TIT. V. DE PENSIONIBVS beneficialibus.

Auctores, qui de pensionibus super beneficiis tractant.

De pensionibus beneficiorum ample tractarunt Ioannes Nicolaus in libello intitulato, *Flores iuris patronatus, pensionum & permutationum beneficiorum.* Hieron. Gigas, Chopin. *lib. 2. de Domanio Franciæ, tit. 9. & 16 tit. 10. n. 15.* De sacra Politia, *l. 3. tit. 3. n. 15. 16 17.* & Monast. *l. 2. tit. 6 n. 21.* Charond. *lib. 2. Respons. c. 23. 24 25.* & ample admodum & docte Robertus *Rerum iudic. earum lib. 1. cap. 7.* vbi innumera Arresta super hac materia allegant. Ex his Scriptoribus hanc summam excerpsi: Omnes pensionum creationes Simoniam redolere: quoniam fructus Beneficiorum quodammodo hæreditarios reddunt, iisque, qui nullum præstant ministerium, adscribunt. cum ex dispositione iuris beneficia propter officia dentur. Nihilominus nonnulli existimarunt, Constitutionibus Canonicis licere constituere & resignare pensiones super Beneficiis, tribus tantummodo casibus. Primum, *pro bono pacis*, ad componendum dissidium, quod est inter duos Beneficiarios: eamque in rem allegant Decretalem Innocentii Tertii, quæ refertur *cap. nisi essent. de praebend.* in permutationibus beneficiorum, ratione inæqualitatis beneficiorum, ex *capitul. ad quæstiones, de rerum permutation.* & ne resignans omnino patiatur dispendiū, vt senex beneficiarius & capularis, quiq; ministerio ecclesiastico amplius superesse non potest, habeat, quo se exhibere in senectute sua possit: neque in opprobrium Cleri mendicare cogatur. Extra tres hosce casus, si pensiones indultæ per fauorem, obreptionem, aut aliter fuissent, & tituli ii beneficiorum de eo conquererentur, eoque nomine Curias supremas adiere, bis liberati Arrestis fuere. Neq etiam indistincte in omnis generis beneficiis prædictis tribus casibus pensiones constituuntur. vtputa in his, quibus populus & cura animarum sunt annexa, veluti Episcopatus, quoniam Episcopus est primus Curio diœceseos suæ curam & solicitudinem gerens in omnibus: cuiusmodi pastores residentiam actualem facere coguntur: & rationi dissentaneum esset, vt beneficiatus residens & ministrans non fructus integros beneficii sui acciperet *cum et pensionem interdicimus*, inquit Innocentius III. *in cap. extirpanda § qui vero & cap. de preb. ne quis in fraudem de prouentibus Ecclesiæ, quæ curam habere debet proprii sacerdotis alii quasi pro beneficio conferre præsumat.* Et nihilominus in Francia pensiones tolerantur, & resignatarii condemnantur, qui beneficia veluti Episcopatus, Parochias, & Abbatias acceptant, quæ curam animarum habere videntur, ad soluendas pensiones promissas, vel ad beneficia resignantibus restituenda, *argum. l. 3. C. de condiction. ob causam.* Ne scilicet consequantur fructum & emolumentum malæ fidei & perfidiæ, & euitetur maius malum, perfidiæ scilicet. *Fides*, inquit Seneca, *sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio.* Epist. 88. Fides humana. quæ promissa seruari iubet, non patitur eum decipi, qui alterius promissioni fidem habuit: Resignatarius igitur vel soluere vel cedere cogitur: Et ita iudicatum Arrestis, dummodo pensio immodica non sit: hoc enim casu ad tertiam fructuum partem reduceretur. Et quod ad Parochias pertinet, ad eiuscemodi fructuum portionem, vt Curio commode se exhibere seu viuere possit, & oneribus Parochiæ satisfacere *Abbas in c. quærente. de Cler. non resident.* & vt ipsi supersint 120. libræ, decimis aliisque oneribus solutis: quia scilicet ex Constitutione anni 1571. & 1572. portiones congruæ ad hanc vt minimum summam limitatæ fuerunt. Curia Parlamenti Tholosani conformiter Concilio Tridentino *sessione 24. cap. 4. de reformatione*, non approbat pensiones super Parochiis nisi 100 ducatorum reditum excedentes, distractis decimis aliisque oneribus: prout ipsa iudicauit Arresto 17 Martii 1599 inter Gabrielem Pouderonsium Curionem Ecclesiæ S. Laurentii Pingemiercensis appellantem, & Carolum Fugaroaudium Canonicum Castelli Arrianorum appellatum: qua decretum fuit, prædictum appellantem rationes fructuum prædictæ Parochiæ anni nuper emensi 1598. redditurum: quo videlicet detracto ex iis ad eius emolumentum valore & summa 100. ducatorum, itemque præstatione decimarum, aliisque prædicti beneficii oneribus superfluum seu reliquum appellato tradatur sub conditione iuramenti ab appellante præstandi. Et quo casu pensiones tolerentur, non modo primus resignatarius, qui beneficium ea conditione accepit, verum etiam alius de beneficio per resignationem prouisus prædictam pensionem continuare porro debet, quia mala fides auctoris transit in successorem, *l. cum hæres. D. de diuers. & tempor. præscript.* Et ita iudicatum fuit Arresto, quod datum 21. Februar. 1575. perorante Marione & F. Chanoclino aduersus quendam, qui de quadam Parochia prouisus erat ex causa permutationis factæ cum quodam, cui nomen erat Cesero, qui ipse antea prouisus fuerat per resignationem factam in sui fauorem à primo resignatario sub onere pensionis: eiusque resignationes factæ fuerant in fraudem primi resignantis, & ad eum frustrandum pensione, quam sibi super prædicta Parochia reseruauerat, qui in appellatione, quam postremus titularius tanquam ab abusu interiecerat, erat appellatus: Curia super hac appellatione partes penitus lite absoluit, & dimisit, decreuitque appellatum beneficio suo absque noua collatione restituendum: nisi appellans mallet pensionem continuare, quod intra mensem optare seu eligere cogeretur. Idem iudicatum pro D. Lenoncurtio, qui Abbatiam sub lege pensionis resignauerat aduersus resignatariū primi resignatarii prædictæ Abbatiæ: Curia Arresto suo 21 Aprilis 1575. Marione & Chopino perorantibus, quorum hic id refert *de sacra polit. lib. tit. num. vt supra*, partes super appellatione tanquam ab abusu lite penitus absoluit, & secūdum resignatarium

Tres casus in quibus pensiones sunt permissæ.

Pensiones an possint super Curionibus quando creari.

Quare pensiones in Francia tolerentur.

An tertius prouisus de beneficio pensionem soluere teneatur & quando.

tarium condemnauit ad soluendã pensionem, vel beneficium recedendum, vt maxime allegaretur, huiusce pensionis creationem abusiuam esse, utpote quæ in Curia Romana citra Regis consensum creata & insinuata fuisset, quod fieri non poterat ex Concilio Basiliensi & Concordatis. At si beneficiatus per mortem de beneficio prouisus sit, super quo pensio ab ipsius prædecessore creata fuerat, sunt nonnulli, qui existimarunt, prouisum super mortem ad pensionem non teneri, quia ius non habeat à defuncto beneficiato, verum à collatore: Eaque de re allegant Arrestum, quod datum volo leuatn 30. Iulii 1598. inter Ioannem Monachum Curionem Ecclesiæ Parochialis Lugdunensis Andegauensis appellantem tanquam ab abusu a declaratione pensionis cuiusdam, & F. Garnierum appellatum, Roberto & Baussanio perorantibus: aduersus quod Arrestum idem Robertus *loco præallegato* refert, contrarium aliis Arrestis iudicatum fuisse super beneficiis, quibus cura animarum non est annexa, dummodo pensio immodica non sit & insinuata fuerit: quoniam huiuscemodi pensiones loco alimentorum relinquuntur, & præstantur à qualicunque successore, *per leg. 2. l. liber. §. Lucium. ff. de aliment. legat.* & ita iudicatum fuisse, & de more obseruari, etiam aduersus tertium prouisum per mortem de beneficio, cui non est animarum onus annexum, qui pensionem in Curia Rom. creatam, quandiu primus resignatarius superstes erit, continuare cogitur. Arrestum super eo datum. Doleo pro Nobiliss. Maria Thuana Abbatissa Abbatiæ Clerecianæ appellante, & Roberto pro appellato perorantibus 8. Martii 1591. Verum is, qui ita per mortem prouisus est pensionem reduci seu coerceri, si immodica sit, postulare potest. Ita iudicatum Arresto 7. Februar. 1595. post causæ perorationem inter Andream Hamelium appellantem. Quod si pensiones non sint rite insinuatæ in Curia Rom. nullius sunt momenti, neque resignatarius ad earum solutionem adstringi potest. Ita iudicatum post causam peroratam in Maiore Camera die Iouis 1. Decembr. 1588 inter Franciscum & Magdelonium Chabotios appellantes, & Cochinos appellatos. Aduocati partium erant de Campis & Dauidis. Vide super hac materia alia Arresta, quæ ab authoribus superius citatis referuntur. I C.

Omnes pensiones Romæ insinuatæ esse debent.

ARRESTVM I.

Præbenda Theologalis non potest pensione onerari.

PEnsio super præbenda Theologali ab eo, qui eius tenendæ capax est, quiq; ei ministrat, imponi non potest: necessario enim oneratus est plurimis oneribus, quæ continentur in Concilio Basiliensi, *titul. de collationibus. §. ord. hac S. Synodus.* & ibi gloss. *in verb. residente.* ac præterea huiusmodi præbenda Theologo affectata est, neque cum alio quam Theologo permutari pōt, *d. §. ord. ver. quoties.* Idemq; de p̃benda dicendum est, quæ residentiam requirit, quæque nullum alium reditum habet præter distributiones quotidianas, quæ vtique pensione onerari non possunt, *argum. l. spem eorum præmiorum, C. quæ res pignor. oblig. non poss. & cap. peruenit. de arbitriis.* vbi Baldus declarat. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi 3. Iunii 1529. aduersus Franciscum Molinæum Regalem, qui pensionem præbendæ Theologalis persequebatur.

Vide Charond. *lib. 1. c. 23.* hæc materia in ratione *l. de his. ff. de transact.* fundata est.

II.

Pensionarius decimas cõferre debet.

Pensiones super beneficio siue in quota aut quantitate collationi decimarum obnoxiæ sunt. Arresto 9. Ianuarii 1531. quod repetitur *infra titulo 13. lib. 2. de decimis.* vt sunt pariter eæ, de quibus *duobus capit. seqq.*

Pensio enim est de fructibus beneficii, ratione cuius tenetur ad onera, *in l. . . & gloss. cap. si propter publicam pensitationem. & gloss. in cap. 1. de Decimis.* Idipsum iudicatum fuit Arresto, ad relationem D. Brulartii & Burgoini: & tenetur Pensionarius in decimas appositas, siue à Rege, siue à Papa: nam vsufructuarius etiam ad onera leuia & communia tenetur, *l. quemadmodum, de vsufruct. leg.* B.

III.

Item.

12. Decembr. 1532. conclusum fuit in Camera Inquisitionum in iudicio per scripturã, inter Ioannem Griffetum Curionem Ferrierensem appellantem à Libellaris Palatii, & Ioannem Rogerium prætendentem pensionem 25. librarum Turonẽsium super prædicta Parochia appellatum, prædicto pensionario prędictam pensionem suam soluendam, deducta per prędictum Curionem portione sua & quota decimarum & subsidiorum charitatiuorum.

IV.

Pensionarius super beneficio aliquo subsidia, mutua, decimas, donationes, charitatiuas, aliaque onera, quæ emergunt, & prædicto beneficio imponuntur, vna cum Curione conferre tenetur. Et ita definitum fuit Arresto ad relationem Dn. Burgoinii pro quodam, qui Rogerus appellabatur, circa annum 1530. Idem.

Vide *notata titulo de decimis infra*, & Maynard *lib. 1. quæst. notab. l. 44.* I. C.

V.

Pensio super beneficio pro cõpensatione temporalis esse debet.

Abbas, Prior, aliusve Prælatus citra consensum Capituli pensionem ad certum tempus super beneficio pro compensatione officiorum præstitorum prædicto beneficio adsignare potest, sed in perpetuum non potest absque Capitulo. Et hæc est sententia Archidiaconi *in c. possessiones, 26. quæst. 1. vers. clericis. & in c. 1. in fin. de rebus Eccles. non alienand.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod allegat sine data Guid. Pap. *quæst.* 179.

VI.

Pensiones beneficiis quando permissæ sint.

Sanctis Decretis pensiones super beneficia non nisi duobus casibus permissæ sunt. Primus est, *pro bono pacis.* Secundus, ne nimium dispendium quis patiatur permutando vel resignando, *capit. nisi essent, de præb.* alioquin reprobantur tanquam libertati Ecclesiæ Gallicanæ aduersę. Hoc præsupposito, duo permutant, vnus resignat ex ea causa Parochiã in manibus Ordinarii, qui eo ipso die de ea prouidet: alter resignat Prioratum in manibus Papæ ex eadem causa, & in fauorem eius, à quo Parochiam acceperat: Postero die alia procuratio expeditur ad consentiendum in id, vt super prædicto Prioratu pensio permutanti constitueretur: ab executione Bullæ tanquam ab abuso appellatio interiicitur à successore in Prioratu, qui dicebat, quod vtrumque deesset, & quod pensio creata esset tum, cum consentiens nihil amplius iuris haberet in Prioratu: Arresto Parisiensi 16. Ianuarii 1544. declaratus fuit appellans non admissibilis: nempe, quia procuratio ad resignandum nondum admissa fuisset tempore consensus prædictæ pensionis, quæ constituta fuerat, ne nimium dispendium pateretur, atque ita iure optimo.

Pensiones adsignatæ super Episcopatibus ordinarie reprobantur. & super beneficiis, Prioratibus, Abbatiis, &c. tantum admittuntur. Ita iudicatum ratione Prioratus 6. Augusti 1573. Et Arresto Curiæ Octob. 1561. (Parlamento videlicet tum continuato) in appellatione quadam tanquam ab abusu aduersus executionem bullæ cuiusdam continentis creationem 500 librarum super Episcopatu Nouiodunensi ab Episcopo Abbate Giuriensi, cum Triumuiri Regii ipsimet tanquam ab abusu appellassent, dictum fuit, non habita vlla ratione prædictæ bullæ, male & abusiue fulminatum & executum fuisse, pensio extincta, & appellatus in expensas condemnatus fuit. Et postea quoque creatio pensionis super Episcopatu Trecensi a Principe Melphitano resignante declarata fuit nulla & abusiua ad postulationem Procuratoris Regii 11. April. 1564. Receptum est in Palatio citra Regis Placet, vt vocant, non posse creari pensionem super beneficiis electiuis ad nominationem Regis.

VII.

Declaratio casuũ, quib. pensiones permittuntur.

Alter ex prædictis casibus pro bono pacis, seu pro pacificanda lite quadam beneficiali, intelligi debet, etiamsi is, cum quo componitur, non habeat titulum indubitabilem: sufficit enim, vt habeat colora-

tum.

tum. Hac ratione appellans quidam tanquam ab abusu ab executione constitutę huiusmodi pensionis, cum allegaret rantum pensionarium non habere titulum validum, sed simplicem tantum signaturam & in principali iure destitueretur, depulsus fuit Arresto Parisiensi 11. Decemb. anno 1543.

VIII.

Pensiones benefic. quales admittantur.

Pensiones super beneficio constitui non debent quæ tertiam reditus partem excedant: & si maiores sint, is qui constituit suo quidem tempore reclamare non potest, non magis quam alio facto suo cõtra ire, verum successor ad postulandum huiuscemodi pensionum moderationem admittitur: prædecessor quippe eius beneficiũ diminuere nõ potuit: *cap. si quis Presbyterorum, de reb. eccles. non alie. & tit. vt Eccles. benef. si dimi. confer.* Ita iudicatum fuit eom pluribus Arrestis Patisiensibus, vnde firma hæc Regula procedit: Pensionem ad modum tertiæ reduci & reponi debere, alias abusus esse. Arresto 16. Decemb. 1563.

IX.

Retentio pensionis in permutatione super duobus benefi ciis permutatis abusiua est.

Die Martis 26. Martii 1554. perorata fuit causa quædam inter appellantem quendam tanquam ab abusu ab impetratione & executione cuiusdam bullæ permutatiõis & retentionis pensionis super duobus beneficiis respectiue permutatis à duabus partibus ab vna parte, & Dn Cardinalem Lenuncuttiũ ab altera: Res tum expediti ex tempore non potuit, ampliataque & competendinata fuit in crastinum mane: & ita factum fuit. Enimuero postea die iouis sequente 28. Martii pronuntiatum fuit Arrestum liberationis mane diei præcedentis, quo dictum fuit, male & abusiue impetratum fuisset, permutarũ & executioni traditum, omniaque in irritum redacta sunt, Dn. Roberto & Sammelotio perorantibus.

X.

Pensioni immodicæ à resignatario contra dici potest.

Die Martis 26 Februar. 1566. in Parlamento Parisiensi Troussarrus pro Ioanne du Bois appellante tanquam ab abusu à pensione 30. libr. super Parochia quadam aduersus Concilium Turonense, quique dicebat eam non amplius 80. lib. valere: Chopinus pro Dionysio Fillolio dixit, se appellanti resignasse: nẽ Pensione sua deducta, Vicarioq; nutrito, Parochiá adhuc 80. lib. valere: Appellanté ad querelam cũ sit resignatarius non admittendũ esse. Mesnilius pro procuratore Catholico appellauit & dixit, super Episcopatib. & parochiis non posse pensiones adeo immodicas tolerari vt super aliis beneficiis: Curia admisit & admittit appellantem Procuratorem Catholicum Regium à creatione prædictæ pensionis, eumque pro bene admisso habuit habetque: Et ius reddendo super appellatione ipsius dictum fuit, male & abusiua executioni traditũ fuisse, bene ab ipso appellatum & medio prædictæ appellationis admisit appellationem prædicti du Bois, & in ea partes iudicio penitus absoluit, citra expensas, damna & interesse, iustis de causis & rationibus ad id sese mouentibus, partes in eum statum reponit quo erant tempore creationis & ante creationem pensionis & resignationis, appellante nihilominus in possessione Parochiæ beneficialis remanente.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titlum V.

I.

Pensio super Diaconatu abusiua est.

PEnsio super diaconatu Ecclesię Cathedralis abusiua est: quia Episcopatũ representat: secus super collegiali Arresto 19. Iun. 1572. Ruellio & Chopino perorantibus. Et citra dubiũ est, pensiones super Episcopatibus, Parochiis & aliis beneficiis quibus cura animarum annexa est, quæque parui sunt reditus reprobatas esse, & ab iis appellari posse tanquã ab abusu: prout repręsentatum fuit à Dn. Aduocato Fabro. 9. August. 1565. Vide *Arrestum 6. & 8. supra & auth. 1. 2. & 3. de sacros. Eccles.* C.B.

II.

Resignatarius resignanti suo pensionẽ soluere debet, aut recedere: tertius nõ item.

Etsi pensio tertiam reditus in aliis beneficiis quã Parochiis excedat, nihilominus resignans pensionẽ suam amittere non potest: verum ad id quod communiter obseruari solet & quantum beneficium fer te valet, reduci potest. Vt iudicatum fuit Arresto Curiæ 19. Ianuar. 1572. super pensione impetrata & creata in Curia Romana à Resignatario Decanatus Melodunensis super Ligerim, partes super appellatione ab abusu iudicio penitus absoluti fuere: & quantum ad prætensum excessum pensionis vltra tertiam redirus ordinarii & reductionem eius ad tertiam partem, Arbiter datus est ad septa Curiæ, Chopinus *lib. 3. de sac. polit tit. 2. num. 19.* I.C.

III.

Regressus non soluta pensione competit.

Etsi disciplina Ecclesiastica regulariter pensionem super beneficio parochiali non admittat, tamen Curia hoc temperamentum de more admittere solet, ad occurrendum perfidiæ, vt Curioni qui resignauit sub onere pensionis non immodicæ vtpote tertię, regressus ei semper non soluta prędicta pensione competat, quod etiam admittitur & toleratur aduersus tertium resignatarium, siue in fauorem, siue ex causa permutationis factæ verisimiliter & in fraudem primi resignantis pensionarũ. ita iudicatũ 14. Febuar. 1569. 28. Maii 1584. & 21. Ianuar. 1586. pro Curione Varlotensi in diœcesi Ambianensi aduersus ipsius Vicarium. Aliud foret, si tertio cuidam prædictæ pensionis onus impactum seu impositum fuisset, ea quippe facile exonerari posset, & recte admitteretur ad appellandum tanquam ab abusu, cum huiuscemodi conuentio non nisi personalis sit. Et sane 28. Maii 1574. Curia terminando litem quãdam, appellantem à creatione huiuscemodi pensionis tanquã abusiuæ & reprobatæ absoluit, appellato in expensas condemnato. Simile Arrestum datum fuit 5. Decembr. 1583. perorante Chauuelino seniore. Edictum Blesense postea super reuocatione pensionis immodicæ prouidit. B.

TIT. VI. DE VACATIONIBUS beneficiorum ipso iure aut facto.

ARRESTVM I.

Relegatus beneficio suo priuatur.

PErpetuum exilium necessaria priuatio beneficii est, id est, ex necessitate priuationẽ beneficii possessi ab eo, qui relegatus est inducit: qui vtique non potest beneficio suo seruitium præstare, Prout ait Panorm. *in cap. cum non ab homine, de iudic. & inc. 2. de arb.* Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano vigilia Natalis Domini anno 1539.

II.

Forma impetrãdi beneficia ob simoniam hæresin & defectum promotionis vacantia.

Dispositione Iuris in casibus quibus beneficiatus beneficio suo priuabatur, veluti ob hæresin, simoniam, defectum promotionis, vel alium casum, requirebatur, vt antequam beneficiũ ita vacans impetraretur, vt declaratio impetraretur aduersus possessorem & tres super ea sententia expectarentur: per *text. Clem. 1. de re Iud.* Hodie in Francia contra-

tinum

rium obseruatur: Pleno quippe saltu beneficium ita vacans citra declarationem aut sententiam impetrari potest. Et potest, qui impetrauit, possessorio experiri aduersus possessorem, & litem persequi, viriumque probare, & manutentionem impetrare. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Nicolao Duriero super Parochia de Mesieres aduersus Gilbertum Dauidem, qui per resignationem simoniacam Iacobi Durieri de prædicto beneficio prouisus fuerat, vltimus quippe hic impetrans prædicto Arresto anno 1543. in possessione firmatus fuit. Hodie Dom. Cardinalis Ferrariensis Legatus in Francia confert beneficia eorum, qui prætenduntur antiqua religione derelicta nouam sequi, velut vacantia certo modo, idque citra sententiam & declarationem præcedentem, quæ priuationem importet, ea tamen conditione expressa in prouisionibus, vt impetrans intra sex menses vacationis rationem declarare & probare cogatur, citato prætenso Apostata, sub pœna priuationis, si id non fecerit intra prædictum tempus, effectu prædictæ prouisionis & damnorum & interesse prædicti possessoris.

An accusatus criminis beneficium suum post sententiam resignare possit.

De hac quæstione varie scripserunt complurimi Doctores & Practici. de Selua *in tractat. de Beneficiis, 3 part. q. 2.* Probus *in addit. Guymerij ad Pragmat. sanct. in §. item in super, in verb. dispo(?)... tit. de collation.* Reboff *de pacif. poss. §. num. 262.* Boet. *decis. Burdegal.* 160. Duaren. *de beneficiis, lib. 2. c. 6.* Dn. Maynard. *lib. 1. notabil. quæstion. cap. 61.* & Charond. *lib. 1. Respons. cap. 21. lib. 6. cap. 82. & in 1. lib. Pandectarum suarum, cap. 10.* Communior opinio est, Beneficiarium post contractum capitale crimen pure & simpliciter beneficium suum ante condemnationem resignare posse: quinimo post condemnationem pendente appellatione interposita a iudicio, vtpote quæ effectum prædicti iudicii suspendat: nisi crimen & delictum adeo atrox sit & abominandum, vt beneficium de iure & facto vacans reddat, quodque titulum nullum de iure reddat. Cuiusmodi crimina Papon. *in Notariis suis tom. 2. lib. 8. titul. de interdictis & actionib. possessoriis pro beneficiis* hæc recenset, hæresim, simoniam, falsum, vim contra Cardinalem admissam, coactionem ad resignandum, intrusionem, & possessionis captionem violentam, homicidium qualificatũ seu insigne, vel etiã parricidium rapina, latrocinium, assasinatus, D Iuris Doctores hanc quæstionem tractant *in l. quæ à latronibus. § fin. D de testam. l. qui pœna. D de manum.* Præpositus *in can. studenti. 50. distinct.* sed resignatio in fauorem non valet, argum. *l. post contractum D de donat.* I.C.

Quando per resignationem beneficium vacans esse dicatur, Quando Officium.

Beneficium vacans per resignationem titularii non potest dici, antequam admissa fuerit, sed quamprimum admissa fuerit, etiam si possessio capta non fuerit, vacat. Maynard *lib. 1. c. 62. arg. l. si forte ff. de off. præs.* secus in officiis: nam vt valida sit resignatio, necesse est, vt receptio & præstatio iuramenti interueniat, alioquin resignans semper in possessione manet, & resignatario mortuo officium vacare non censetur: Prout iudicatum fuit aduersus Selectos Aurelianenses, pro quodam du Plessis, qui alii resignauerat post mortem primi resignatarii non recepti, volẽtes dicti Selecti hoc beneficium per mortem supprimere 27 Maii 1573. apud Catholicianos perorante Rebuffo pro dictis Selectis. I.C.

III.

Declaratio, quomodo beneficia sibi possessa, qui antiquam religionem deseruerunt, vacent,

Id tamen ita intelligitur, quando demissio seu destitutio dubia est: nam si titularius beneficii inquisitus declaret, se ab antiqua religione decedere velle, & nouam prætensam reformatam sequi, hoc casu non potest euitare, quin beneficium eius sit vacans, nam prædictam religionem suam sequendo nõ amplius huiusmodi beneficio quod agat habet, verum econtra id necessario relinquere debet: alioquin sese non reformat, cum ipsius religio non permittat neque admittat rem huiusmodi. Eaque de re datum fuit in Consistorio Regis Arrestum, quo resoluuntur omnia dubia, quæ antea super hac re mota sunt de his rebus. Verum tamen est, quod si declaret se velle ad primam religionem suam redire, tum Edictis pacificationis seu Irenicis beneficium ipsius ipsi reddi debeat. Apponam tenorem prædicti Arresti ipsum. Est igitur tale, Inter Decanum & Capitulum Ecclesiæ B. Virginis Belnensis, & Ioannem Amicidium Canonicum in ipsa appellantem à delegatis deputatis pro exequutione Edicti pacificationis seu Irenici & petitores per libellum, eo fine, vt ipsorum appellatio pro bene admissa haberetur ab vna parte, & Ioannem Milotium Ministrum in Ecclesia, quæ reformata dicitur in præfectura Diuionensi ab altera parte. Visa per Regem in Consistorio suo sententia, quæ data 18. April. proxime elapso per Ioannem Moessonium, & Ioannem Baruallium Consiliarios in maiore Consilio Commissarios deputatos in Prouincia Burgundiæ pro exequutione prædicti Edicti pacificatorii siue Irenici, pro vadimonio deserto eiusque cõmodo implorato à prędicto Ioanne Milotio petitore & postulãte adprobationem quarundam literarum Regiarum die 6. Decemb. postremo præteriti, qua sentẽtia prædictus Milotius repositus fuit manutentus & firmatus in plena & integra possessione Canonicatus & præbendæ fructuum, lucrorum, redituum & emolumentorum ipsius, vt iis scilicet pacifice frueretur, prout prædictus Milotius ante concitatas in Regno turbas fruitus fuerat: Processu verbali seu relatione & notoria prædictorum Commissariorum 29. Aprilis eiusdem anni, super executione prædictæ sententiæ: Altero processu verbali prædictorum Commissariorum, quo inter alia continentur responsiones factæ à prædicto Milotio ad interrogationes prędicti Amicidii & Capituli præsentationibus factis à prædicto Capitulo: Copia libelli prædicti Milotii sese ministrum Ecclesiæ reformatæ dicentis oblati prædictis Commissariis eo fine, vt ad ipsos citarentur prædictus Amicidius & alii, vt adessent approbationi literarum à se impetratarum: Libello oblato Maiestati suæ ac Clero Burgundiæ eo fine, vt prædictorum Commissariorum processus cassarentur, quandoquidem prædictus Milotius religionis reformatæ prætensæ esset: Diplomate 20. Maii postremi eo fine, vt prædictus Milotius ad Consistoriũ Regis appellaretur: Notificationibus factis prędicto Milotio responsionem eius continentibus, hanc videl. sibi decretum ad Ecclesiam reformatam sese conferre, seq; ad eam conformare pro conscientiæ suæ quiete, & pro salute sua, seque in ea perstare velle ad mortem vsque. Prouisione siue collatione facta 17. April. 1562. à Decano & Capitulo prædicti Belni prædicto Ioanni Amicidio prædicti Canonicatus & præbendæ velut vacantis per demissionem seu abdicationem prædicti Milotii, Libello oblato prædicto Dom. & Decano prædicti Belni, eo fine, vt appellatio prædictorum supplicantium pro recte admissa haberetur: Arbitrio 16. Iunii proxime præteriti inter Aduocatos prædictarum partium: Posteaquam à parte prædicti Milotii nihil pręterea productum fuit, & ab vlteriore productione exclusus fuit 2. huius mensis: audita relatione Commissarii ad id deputati, REX in Consistorio suo habita ratione libelli oblati à prędicto Decano & Capitulo Belnensi, habuit & habet appellationem ab iis interpositam pro bene admissa, & ius super ea reddendo, appellationem, idque, à quo appellatum est, velut non facta habuit habetque, iudiciumq; emendando, prædictum Milotium à literarum ab ipso impetratarum & à libelli sui approbatione depulit, citra expensas, idque iusta de causa. Factum in Consistorio Regis, quod habitum Lugduni 8 Iulii 1564.

Post hoc Arrestum indultum fuit beneficiatis, vt maxime prædictæ religioni addicti essent: licentia, tempus & spatium beneficia sua resignandi. Consule Edicta Irenica & secretiores articulos, B.

TIT. VII. DE DEVOLVTIS.

Deeo, qui matrimonium contraxit.

Beneficiarius, qui matrimonium per verba de præsenti contraxit, efficit, vt beneficium eius vacet: *capit. ex transmisso, extr. de renunc.* Panorm. *in cap. 1. de Cler. coniug.* Maynard. *lib. 4. quæst. notabil. cap. 55 num* 8. I C.

ARRESTVM I.

Deuolutarius declarare genus vacationis debet.

QVi beneficium iure deuoluto prætendit, nominatim genus vacationis beneficii, quod impetrauit, declarare tenetur: alioquin collatio ei nihil prodest: iuxta Regulam Cancellariæ 5. *de imp. benefic.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 2. Mart. 1528. pro Ioanne Blandeto appellante à denegatione sibi facta ad libellum à se eo fine oblatum à Præfecto Parisiensi, vel ipsius Locumtenente conseruatore: huic igitur ob eam, quam dixi, causam Curia momenti beneficium adiudicauit.

Vide *art. 4. Edicti ad cõmonitionem Statuum seu Comitiorum Aurelianensium anno* 1560 *post 46. Blesense Edictum.* Et videtur declaratio incapacitatis à prædictis statibus requisita sese ad incapacitatem, quæ iuris est non extendere, quæ procedit ex non facto faciendo, quod est ex necessitate substantiæ: veluti deuolutũ aduersus eum, qui ad sacros ordines nõ est promotus, quæ iuris est incapacitas ex *cap. licet de election.* Aliud foret, & dubio careret, declaratione nempe opus esse, si incapacitas facti esset, vt super vita & moribus, non residentia, &c.

II.

Deuolutũ ante tẽpus impetratũ non valet: licet tẽpus postea aduenerit.

Super prouisione beneficii per Papam, vel alium superiorem iure deuoluti, & ante tempus facta diuersitas opinionum est, num adueniente tempore & deuolutione huiuscemodi prouisio ab initio nulla, valere possit? Abb. Sicul. *in c. cum ex offic. de præscript.* & Ioan. de Selua *in tractat. suo beneficiali,* existimarunt valere. Felinus, *in dicto capitul. cum ex officij,* existimauit contrarium. Et secundum eius opinionem iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, quod datum 19. April. anno 1520. & altero Arresto, ibidem: Boerius *Decis. Burdegal. lib.* 70. vide Molinæum *ad Reg. Cancell. de infirm. resignant.*

III.

Deuolutũ fauorabile sui origine, sed per abusum corruptũ.

Inter iura titulosque beneficiales deuolutum fauore dignum & necessarium visum est, ac nominatim propter æquitatem causarum, ex quibus receptum fuit: nempe, quod præsupposito primum cultorem interea, dum beneficium vacans repletur, fructus suos facere, verisimile sit propter eorum perceptionem prospecturum seu prouisurum, quam poterit tardissime: *cap. vno vt Ecclef. benefic.* Igitur per prædictum deuolutum ad id faciendum vrgetur. Quinimo Ordinarii hac ratione ad beneficia vacantia replenda personis capacibus mouentur, etsi ea debeantur & affectata sint aliquibus per priuilegia indulta, mandata, legem antiquam fundationum, vel aliter, prædicti collatores recusare non possunt: nam si id faciant, ius conferendi ad superiorem deuoluitur, ad quem recurri potest. *Gloss. in verb. intra. in cap. nulla. de concess. præbend & capitul. proposuit eodem,* Præterea non est bonum, neque tolerabile, gregem ouium relinqui prædæ lupi absque pastore, *cap. ne pro defectu de election.* Et hæ rationes sunt, quare huiusce rei retardatio perniciosa sit etiam vel vno die, *d. cap. nulla. & capitul. quum sit, de election. lib. 6.* Nihilominus abusus, in quem quotidie fauorabilis deuoluti titulus vsurpatur, id odiosum reddidit. Iam enim communissima hæc est via & ratio ad beneficia extorquenda, tam ex manibus Ordinariorum, quam eorum, qui canonice iis prouisi sunt: Neque facile lis reperitur, in qua non deuolutarius aliquis intersit, qui vt sæpius ab vna ex partibus vt in scenam productus obtentui est ad capiendos fructus, præcisa spe restitutionis, quoniam hoc genus hominum ferme ita electorum, pauperes sunt, incogniti, & vnde domo sint, plerumque nescitur, neque vbi reperiri possint, si citari eos necesse sit, ex quibus nisi vna partium humeros, vt aiunt, supponat, tertius supponit. Et hinc quoque promanat turbatio iniusta, quæ quotidie admittitur aduersus quietem pacificorum possessorum. Rex igitur his occurrere cupiens, non ita pridem legem siue Edictum promulgauit, cuius tenor hic est: *Henricus Dei gratia, Rex Franciæ,* omnibus præsentibus & futuris. Iam antea compluribus subditorum nostrorum querelis, & complurimorum Officiariorum nostrorum boni publici zelo incensorum commonitionibus debito modo informati seu instructi fuimus super turbationibus, molestiis & inquietationibus, quæ quotidie de mote iam fiunt, & dantur pacificis beneficiorum Regni nostri possessorib. à quibusdam terræ filiis seu incognitis, qui sub specie & obtentu deuoluti, vel maxime pacificis & iustissimis titulariis controuersiam mouere non verentur. Huic vt occurreretur, seu remedium adhiberetur, mandauimus Aduocatis nostris, & Procuratori Catholico Curiæ nostræ Parlamenti Parisiensis, vt videlicet consilia sua nobis ad hanc rem expromeret: cui rei ab ipsis satisfactum est. Significamus igitur, quod nos cupiẽtes subditos nostros a molestiis, expensis & impẽsis, in quas per prædictos deuolutarios merguntur, liberare, & viam fraudibus & abusibus, qui in prędictis beneficiorum impetrationibus admittuntur, præcludere, & post communicatam rem totam in Consistorio nostro: Ex consilio & deliberatione ipsius, & Edicto perpetuo & irreuocabili diximus, statuimus, voluimus, & decreuimus, & tenore præsentium, ex certa scientia, plenitudine potestatis, & authoritate Regia dicimus, statuimus, decernimus, volumus, nobisque placet, vt omnes deuolutarii, cuiuscunque qualitatis aut conditionis sint, de quocunque pariter beneficio agatur, antequam ad actiones intẽtatas admittantur, vel quandiu voluerint intentare & persequi aduersus titularios & possessores prædictorum beneficiorum, quæ in Regno nostro sita sunt, vt, inquã, cogantur domicilium eligere coram Iudice, coram quo in causa consistent, & sub districtu Curiæ Parlamenti, in quo beneficia litigiosa erunt Et coram prędicto Iudice idoneam & sufficientem cautionem præstare iudicatum solui, secundum iuris formam: Nisi hoc factum fuerit, iure à se prætẽso, lite causaq; cadant, neque prædicti possessores prædictam actionem accipere cogentur, nisi prædicta cautione prius præstita, sic vt nullo colore aut prætextu à Iudicibus nostris ea cautione liberari possint. A quibus ne lites immortales fiant, volumus prædictos deuolutarios ob id, quod prædictis, intra tempus, quod ipsis præfigitur, non satisfecerint, prætenso iure suo priuari seu multari, non perpenso causæ merito siue iustitia, neque inquisito iure ipsorum. Proinde in mandatis damus Amicis nostris & Fidelibus Consiliariis Curię nostræ Parlamenti Parisiensis, Præfecto item prædicti loci, eiusve Locumtenenti Conseruatori, omnibusque Iudicibus nostris & Officiariis, &c. Etiam si hactenus non obtineret, vt partes litigantes cautionem præstare cogerentur, id tamen harum præsentium literarum effectum impedire nolumus, vt nec quæcunque præterea mandata, inhibitiones, huic contraria. Datum Parisiis mense Ianuario 1557. & Regni nostri XI. Ita signatum super Replicato per Regem in Consistorio suo.

Du Thier.

Edictum Regium ad cohibendã deuolutariorum militiam.

Deuolutarius domicilium eligere & cautioné præstare tenetur.

Cautio, *iudicatum solui,* in Francia non obtinet.

Sequi-

Arrestum & publicatio Edicti.

Modificationes seu limitationes Curiæ notabiles.

Sequitur nunc tenor Attesti, qood datum Parisiis super publicatione prædicti Edicti: Visa per Curiam &c. Conclusionibus Procuraroris Catholici Regii, omnibus consideratis, Cnria decreuir & decernit pręđictum Diploma in forma Edicti primo quoque die legendum publicandum, & super replicatû eius poneudum: *Lecta, publicata, registrata, audito & requirente Procuratore Generali Regis sub modificationibus contentis in registro*: Quæ sunt, prædictam Curiam eo non comptehensos velle Graduatos nominatos, Indultarios, & alios similes impetrantes deuolota vigore Graduum ipsorum, & nominationum & indnltorum ad prælatorum refutationem vel Collatorum Ordinariorum, qnorum impetrantium contemplatu rum effectus prædicti Edicti locum non habebit, sed ramen aduersus deuolutatios qui deuolnta sua impetrauerint adnersus pacificos possessores per annum & diem, qui scilicet hoc casu idoneam & sufficientem cautionem iudicatum solui iuxta prædictum Edictum cogentur præstare: itemque natiuitatis suæ locum nominare, & domicilium sine ipsi siue per Procurarorem specialiter ad hoc constitutum, idque ante litis contestationem eligere. Iniungit prædicta Curia, Iudicibus, vt in admittendis cautionibus respectu habito seu ratione habita qualitatis partiuni & beneficii summarie procedant: Et decernit prædicta Curia vt post prædictarum cautionum admissionem Iudices procedere possint ad principalis cognitionem non obstantibus oppositionibus vel appeilationibus qoibuscunque, neque his quicquam præiudicātibus. Factum in Parlameoto 5. die Maii anno 1558. Ita signatum *Camus*: quæ publicatio facta fuit eodem die.

APPENDIX ARRESTORVM ad Tit. VII.

I.

Cautio iudicatū solui, quando in Francia locum habet [vide infra l. 8. titu. 2. art. 7]

Deuolutarius beneficium per incapacitatem alterius impetrans illico cautionem præstare debet: dictumque fuit male iudicatum à Præfecto Parisiēsi, qui partibus iniunxerat, vt titulos suos inuicem communicarent, antequam decerneret, deuolutarium cautionem pręstare oportere: Et defensor manutentus seu firmatus in possessione fuit 20. Martii 1563. Idem 20. Ianuar. 1581. aduersus quendam appellantem Deuolutarium, qui declaratus, fuit non admissibilis, vsque quo constitutioni satis fecisset. Alias deuolutarius subrogatus in locum prouisi cautionem præstare non tenetur. Ita Iudicatum 13. Decemb. 1584. B.

II.

Fideiussor iudicatum pro deuolutario ad quid teneatur.

Cautio ista, id est is, qui pro deuolutario cauit, seu fideiussor nō tantum fructus beneficii cōtentiosi, damna, & interesse restituere, verum etiam expensas litis soluere tenetur, quibus taxandis cautio ipsa citari solet, quæ in vniuersum soluere tenetur id omne in quod pars principalis condemnatur: Faber *in Auth. generaliter. C. de Episc. & Cler.* Et coguntur deuolntarii ex constitutione Blesensi, *art. 46.* litem contestari intra tres menses, computandos à die captæ ab ipsis possessionis, & in eum statū litem deducere, vt intra bienninm quo ad principale iudicari possit. I.C.

III.

Prouisiones per resignationē, & vacationis per mortē differentia.

Termini in quadam prouisione per resignationē vel alias quouis modo appositi ad vacationem per mortem extendi non possunt. Iudicatum Arresto Tholosano aduersus sententiā Rebuffi. Maynard. *lib. 1. quæstionum cap. 59.* I.C.

IV.

Deuolutarius centū coronatos consignās à cautione præstanda liberatur.

Iudicatum fuit Arresto Curiæ, Deuolutariū cautionem præstare, eoque non facto centum coronatos consignare oportere inter Oliuerium Richerium Aduocatum in parlamento, & Curionem Ecclesiæ Parochialis Sancti Benedicti Cenomanensis petitorem per libellum, & Claudium Bussonium Canonicum in Ecclesia Cenomanensi qui sese Curionē parœciæ dicebat, defensorem: Curia partibus per ipsorum Aduocatos auditis, iuxta oblationem à petitore factam, decreuit eum intra quindecim dies cautionem & certificatorem idoneum iudicatum solui præstiturum in ciuitate Cenomanensi, nisi mallet intra prædictum tempus apud acta prædictæ Curiæ summam centum coronatorum deponere: alias si id intra prædictum tempus factum non fuerit, eo prælapso ad Iudicium prædictæ litis procedendum, prout prædictæ Curiæ licuerit, non habita ratione tituli petitoris 20. Ianuarii 1600.

Existimo tamen summas arbitrarias esse, id est, ab arbitrio Iudicis pendere, habita ratione qualitatis partium & valoris beneficii. I.C.

TIT. VIII. DE VNIONIBVS Beneficiorum.

Vniones beneficiorum à Iure introductæ sunt, quando videlicet beneficia veluti episcopatus & maxime parochiæ & Ecclesiæ parochiales etiam exigui reditus sunt, vt exhibendo pastori non sufficiant, & hoc casu ordinarius alia beneficia adunare potest causa cognita, *cap. sicut vnire de excessib. Prælat. ex can. vnio. 10 q. 3. c. amen temporis & consequentes 6 q. 1.* Quod probarunt etiam Consuetudines: Aurelianensis *artic. 16* & Blesensis *art. 22* Concilium Tridentinum prętetea requirit confirmationem & approbationem Papæ *sessio. 24. de reformat. cap. 13* Et vt vniones fieri possint citari omnes debent, quorum interest: Item vt vrgens sit necessitas alioquin appellationi tanquam ab abusu locus esset, qui nullo temporis cursu confirmatur Charondas *lib. 7. responsorum ca. 118.* Neque potest subsidiaria & Annexa Parochiæ institui, in præiudicium Patroni vel curionis neque his auditis *cap. ad audientiam ext. de rescript.* Et vniones peragi debent in ipsis locis, id est, locis oculis subiectis, iuxta Concilium Basiliense, Concordata, & Arresta Curiæ Neque possunt Parochiæ aliis beneficiis vniri, quoniam vniones parochiarum cum aliis beneficiis, veluti cum ecclesiis Collegialibus aut aliis similibus abusiuæ declaratæ fuerunt. Ita iudicatum Arrestis, quorum vnum datum aduersus vnionem Ecclesiæ Parochialis Sancti Saluatoris Parisiis factam Ecclesiæ Sancti Germani Autissiodorensis 3. Aprilis 1560. Parochiæ Douacensis in Andegauensi cum Ecclesia Collegiali prædicti loci 16. Aprilis 1575 quod datum super ampliata causa 7 Maii 1571 Inter Illustrissimum Gulhelmum Ruzeum Episcopum Andegauensem & Petrum Sudorium Curionem prædicti Douacii & commanentes & habitantes prædicti loci appellantes tanquam ab abusu & Canonicos Ecclesiæ Collegialis Sancti Dionysii prædicti loci appellatos. Aliud Arrestum super parochia Blouacensi, quæ vnita fuerat Episcopatui Lemouicensi, die vltimo Aprilis 1572. Chopinus *lib 2. de sacra polit. tit. 6.* Hodie Ecclesiæ Collegiales aliæque non hac forma viuunt, verum ad beneficia, quæ ad ipsorum præsentationem spectant, nominant, vel si ad ipsorū collationem spectent conferunt alicui ex Capitulo sub cuius nomine reditu fruuntur, & parochias exerceri faciunt, qui maximam partem ignari sunt & segnioris vitæ, & cū parochiani super eo cōqueruntur, hoc responso satisfacere se putant, *approbatus est ab Episcopo quoad eius sufficientiam spectat, si vitiosus est, reum peragito.* I.C.

ARRESTVM I.

Vide Cōstitutionē Statuum Aurelianēsium *ar. 16.*

Vnio perpetua, & non tēporalis esse debet.

VNio Ecclesiarum & beneficiorum perpetua esse debet & non temporaria: de qua agitur *in cap. nisi de sede vacante & in c. quoniam Abbas de offic. deleg.* aliter in Francia non admittuntur, nam reseruationi illicitæ propiores sunt, quam vnioni: vt ait Glossa

Glossa *in c. si. de rescr. in prag. sanct.* Et ita Iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Curione Sancti Ioannis in Greua Parisiis, quæ declarata fuit nullius momenti, prout dictum est *in prædicta Glossa.*

II.

Vniones si ne consensu patroni non valēt.

Vniones à Papa vel Episcopo Ecclesiæ aut beneficiis, cuius collatio ad Patronum Laicum spectat, citra consensum patroni factæ non valent. *Glos. & doct. in c. nobis & c. cum dilectus de iur. patr.* atque ita vniones Abbatiarum aliorumue beneficiorum electiuorum in Francia, quorum præsentatio ad Regem spectat, vel membrorum ipsorum & beneficiorum quæ ab iis dependent, nullius sunt momenti in præiudicium Regis absque ipsius consensu & per appellationē domini Procuratoris Catholici Regii, tanquam ab abusu omnia annullantur: prout sæpius Arresto iudicatum fuit, tam Parlamenti Parisiensis quam Maioris Consiliū ait Rebuffus *in tit. de vnionibus benef. n. 18.* & huiusmodi appellationes tanquam ab abusu admittuntur etiam post centum annos: quotidie enim grauamen in præiudicium Regis & Beneficii cuius est patronus existit, & ideo semper appellatur, vt ait Baldus *in l. 2. C. de episc. aud.* & in hanc rem insignis est textus *in l. 1. §. fin. ff. de vsu, & vsufr. accresc. ibi, vsufructus quotid. e.*

[Vide Molinæum Cōs. 44]

III.

Forma impugnandi Vniones.

Super vnione inualida & abusiua hodie hæc ratio obseruatur: Primo beneficium vnitum impetratur: deinde interdicto possessorio experiundum. tum si vnio opponatur, & cōmunicetur, tanquam ab abusu appellatur, & hac ratione irritatur. Et ita iudicatum fuit compluribus Arrestis, quæ allegat Rebuff. *Tit. de vnionibus* aliique qui super hoc scripserunt.

IV.

Vnio cuiusdam Commendæ S. Lazari cum altera S. Ioannis reuocata.

Centum anni elapsi erant, ex quo Bullis Papæ tū sedem pontificiam tenentis, ex consilio & suffragio Cardinalium, vnio seu consolidatio facta fuerat & executioni tradita, cuiusdam Commendę S. Lazari, quæ perperam nominatur S. Ladri, cum altera Cōmenda S. Ioannis Hierosolymitani: quam vnionem postea in patria quadam quæstione ciuili obtendi contigit: verum ab hac vnione Magnus Magister ordinis S. Lazari tanquam ab abusu appellauit, & in Parlamento Parisiensi admissus fuit, ex sententia Dn. Seguieri & Molendini, qui prædictæ appellationis et autores fuerant.

V.

Commendæ S. Ioannis Concilio Costātiensi comprehendūtur.

Concilio Constantiensi vniones beneficiorum simplicium interdictæ sunt. Itaque diu dubitatum fuit, vtrum id intelligi posset de Commendis S. Ioannis Hierosolymitani: quod tandem definitum fuit à Curia Parlamenti Parisiensis in quadam appellatione tanquam ab abusu, nempe huiusmodi commendas eo comprehendi non obstante peroratione in contrarium habita, in qua inter alia dictum fuerat eas esse simplices & tēporales administrationes, sic vt in eo recurrendum non sit neque agnoscendus Papa, neque superior alius quam Magnus ipsorum Magister qui de iis prouidet priuatiue ad sedem Apostolicam: nihilominus iustis de causis agnitum fuit, eas dicto Concilio contineri, Arresto quod datum 17. Februarii. 1547.

VI.

Vniones beneficiorum ante decretum Constantiense, co- ram Pontifice nō coram Curia agitari debeat.

Concilium Constantiense habitum fuit ann. 1317. quo inter cætera decretum continetur, quo prædictæ vniones prohibentur 11. Martii in *sess. 42.* igitur in Curia indifferenter appellationes tanquam ab abusu ab vnionibus post id tempus factis admittuntur: at non etiam ab iis, quæ antea factæ fuerant: nā etsi ratio semper eadem sit, & ante & post id tempus, nihilominus decretum super eo nondum erat. Igitur cum Curtę occasio præberetur huic rei manum admouendi, cum sanctorum decretorum ipsa custos sit, de iis cognoscere, nisi post prædictum tempus non potest. Et vero appellatio quædam tanquā ab abusu ab vnione ante id tempus facta, declarata fuit non admissibilis, saluo appellanti iure Papam super eo adeundi. Lucius scribit se comperisse ex Dn. Ropefortio Aduocato in prędicto Parlamento.

TIT. IX. DE BENEFICIIS patronatus Laici.

Patronus Ecclesiæ est is, qui eam ædificari & cōstrui expēsis suis curauit, vel qui eam dotauit, id que ante ipsius consecrationem. *Benefactores* autē seu *Benefici* sunt ii, qui post extructam eam & consecratam aliquid Ecclesiæ donarunt: vide hanc in rem *Canonem pia mentis. 16. q. 7. cap. Abbatem 18. q. 2. cap. 3. de iure patronatus.* Bacquetum 5. *suo tract. de iuribus Iustitiæ.* I. C.

ARRESTVM I.

Forma irritandi prouisionem factam in prędiciū patroni laici.

PRouisio à Papa Episcopo vel ipsius Vicario beneficii alicuius, quod patronum Laicum habet, absque ipsius consensu, vacantis per resignationem ex causa permutationis factæ ipso iure valet, & vigore ipsius prouisus in necem patroni Laici fruitur. igitur patronus prouisionem istam per sententiam aut Arrestū reuocari & annullari curare debet, eoq; fine tanquam ab abusu ad Curiam appellare, & tum prędicta prouisio Papæ vel Episcopi irritabitur: Atque ita à Dn. Rotæ admissa fuit: quod scilicet ea prouisio non prorsus sit nulla, sed venit annullanda per sententiam 307. *in nouis*: Eaque de re extat Arrestū Gratianopolitanum inter Procuratorem Catholicum Delphinatus ab vna parte, & Antoniū Pelissonium ab altera super beneficio & Parochia S. Georgii. Prouisionum fit distinctio, nempe vt si necessaria sit veluti ex causa permutationis nō est omnino nulla: sed si est volūtaria, vt per obitum aut ex simplici resignatione, omnino nulla sit: *Clem. vna de rer. perm. cap. decernimus 16. quæst. 7. & Glos. sup. verb. præsenti in cap. cum dilectus de iur. patr. n.*

II.

Prouisu in prędiciū Patroni Laici fuit debet.

Arresto Parisiensi, quo confirmatum momenti beneficium adiudicatum à Seneschallo Lugdunensi anno 1534. iudicatum fuit, Patronum Laicum, vel eum, qui prouisus est ab ipso, non esse admissibilem in possessorio aduersus prouisum à Papa vel ab Episcopo, eo contempto si sufficienti tempore fruitus sit: & nihilominus prædicto Patrono remedium appellationis tanquam ab abusu superest:

Et in causa appellationis, Patronus semper præferri debet superiori, siue ordinarius sit, siue Papa: Vt olim iudicatum fuit Arresto pro Gulielmo Chaussorio mense Nouem. 1531. Sed & viduam Patroni frui debere per prouisionem, vt solita est priuilegio suo, etiam quo ad sessionem & præcedentiam iudicatum mense Iunio 1584. B.

III.

Per resignationem causa permutatiōis relicto patrono Laico Episcopus adiri potest.

Patronus Laicus cuiusdam Capellæ S. Catharinæ in Ecclesia Andegauensi causam defendens pro Capellano à se prouiso & commisso ad prædictam Capellam appellante à Seneschallo Andeganensi eiusue Locumtenente dicebat aduersus appellatum: se dominum esse Feudi, cuius vigore ad se ius cōferendi & committendi prędictā Cappellā pertineret: titulo patronatus Laici vacatione eius adueniente: postremum pacificum possessorem eam resignasse in fauorē alterius, nempe prędicti appellati ex causa permu-

permutationis cum alio beneficio in manibus Episcopi, à quo prædictus intimatus sese prouideri fecit, possessionem cepit, eaque frui nititur: & hæc omnia inconsulto Patrono, & sine ipsius consensu, ac propterea sese prædictam præbendam velut vacantem habuisse, & appellantem de ea prouidisse, qui interdicto expertus sit coram prædicto Seneschallo Andegauensi aduersus prædictum appellatum, qui causam tenuit. prædictus vero interdicto experiens, idemque nunc appellans causa cecidit, pro quo prædictus Patronus causam suscepit pro conseruando iure suo patronatus, & conclusit. Appellans contra dicebat, collationem sibi ab Episcopo factam ex causa permutationis, & sic necessariam, & de iure, iuxta Sancta Decreta & Statuta Canonica, & impossibile fuisse vel difficilimum, aliter id peragere: atque ita concludebat. Arresto, quod pronunciatum in Ordinaria pronunciatione per Dom. Lizetum primum Præsidem 16. Martii 1546. dictum fuit, bene iudicatum fuisse, & appellans in multam & expensas condemnatus fuit.

Contrarium iudicatum fuit Arresto Curiæ, quod datum in Petrum Bernardum Aduocatum in Curia prouisum de Capella Sancti Ioannis Baptistæ in Ecclesia S. Sulpitii Fani Huberti appellantem tanquam ab abusu à prouisione prædictæ Capellæ Patronatus Laici existentis impetrata ab Officiali Aurelianensi per Antonium Iabinum, & ab altera præcedente impetrata a Ioanne Roberto, & petitorem per libellum prædictum Iabinum appellatum, & Petitorem vi summationis, & Ioannem Robertum defensorem ab altera parte. Curia audita Bourillerto Mornacio & A. Roberto, simul etiam D Seruino pro D. Procuratore Catholico, qui Seruinus doctissimam perorationem & Arrestum Curiæ typis mandauit: quantum ad appellationem, tanquam ab abusu spectat, partes iudicio penitus absoluit, & ius reddens tam in principali, quam super summatione, prouisionem Iabini nullam declarauit, nullius effectus & valoris, & habita ratione literarum à Roberto impetratarum, eum in possessione & Gaudimento prædictæ Capellæ firmauit, & nihilominus eum condemnauit ad satisfaciendum permutationi factæ cum Iabino citra expensas 21. Februarii 1601. Hoc Arresto trea quæstiones iudicatæ fuerunt. Prima, Patronum Laicum non posse ad præsentandum in casum permutationis cogi. Secunda, cum prouisio nulla est, vtpote facta ab Episcopo post recusationem Patroni Laici, beneficium ad resignantem reuerti debere. Tertia prouisum absque præsentatione Patroni Laici non posse possessionem triennalem adquirere. Regula de pacificis possessoribus locum non habente in hoc casu, nisi in casu Regaliæ, cuius ●adens & speciale ius est. I.C.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad titulum IX.

I.

De iure patronatus Vniuersitatis.

VIcesima secunda Augusti 1586. perorante Seruino appellãte tanquam ab abusu pro Amiltonio Collatario Rectoris Vniuersitatis aduersus Loisellũ pro Prouiso in Curia Romana, post habitas quinque diebus perorationes super iure Patronatus Vniuersitatis magis laici quam Ecclesiastici æstimati, partes super appellatione tanquã ab abusu iudicio absolutæ sunt & partes comperendinatæ: interim vero momentanea possessio prædicto Amiltonio Scoto adiudicata fuit, posteaquam is in promptu seu ex tempore tum Latine tum Gallice perorasset.

De iure patronatus, & iuribus honorificis ad religionem prætensã reformatã viros pertinentibus.

¶ Vtrum aliquis religionis prætensæ reformatæ ius patronatus habere possit, vide quæst. Dom. Pellei *quæst.* 136 Item iura honorifica in Ecclesiis, puta sepulturam & sedem. Vtrum patroni, qui religionis, vt prætendunt, reformatæ sunt, de iis controuersiam mouere iis possint, quasi iis ipsorum prædecessores fruuntur, & vtrum probatio iuria patronatus & iurium honorificorum per testes fieri possit, vide leges Francię *Arresto* 95. *&* 96.

TIT. X. DE CVSTODIA Corporum mortuorum beneficiatorum.

Extat Constitutio anni 1539. *art.* 52. 54. 55. 56. qua ad euitandas fraudes eorum, qui corpora mortuorum occultant, constituitur, sepulturę personarũ, quæ beneficia tenent, acta siue registrum fieri oportere per Capitula Collegia & monasteria, signata ab vno Notario cum registro capitum, quod super tempore mortis beneficiati fidem postea facturum est. I. C.

ARRESTVM I.

Præuentio Papæ, cui occasionẽ præbuit occultatio corporis mortui, nõ attenditur.

IN conflictu duarum collationum, quarum vna Papæ est, qui alteram Ordinarii & postremi pręuenerat, quoniam ex processu apparebat corpus postremi possessoris beneficii, quod per mortem ipsius vacasset, celatum fuisse, ad impediendum Ordinarium, is, qui collationem Papæ habebat, repulsus fuit, & alter plene in possessione defensus: Arresto Burdegalensi, quod datum 12. Martii 1523. iuxta rationem *l. fin. & eius quod ait gloss. ibid. cum duab. Authent. quæ sequuntur, Cod. de sepulchr. violat. & in Authentic. vt defunct. seu funer. eor. in princ. coll.* 5. & quod Angelus ait *in l.* 1. *§. quotidie, de iureiur.* & Ioan. de Imola *in c. sicut,* 2. *in fine. de homi.* & ad hanc rem notandi sunt textus: nempe *l. si quis sepulchrum. § funus. ff. de relig. & sumpt. fun. & in l. at si quis impediat. §. si cui funeris. & §. idem Labeo ait. & §. Diuus. ff. eod. titul.* Ac nominatim quando defunctus mortuus fuisset in loco, in quo is, qui prouisionem habebat Papæ, potestatem habebat, atque ita de ipsius dolo constaret, qui vtrique ipsi prodesse non debet, *cap. sedes Apostolica. & cap. ex tenore, de rescript.*

Pariter, si probetur pro validanda resignatione officii corpus mortuum adseruatum fuisse ex constitutione anni 1539. id corporali pœna plectitur, ac præterea prouisio nulla est. Et dictum fuit Arresto, Officiarios Castelli Parisiensis super hoc facto inquisitionem habituros aduersus Ioannem Bargelonium 27. Iulii 1563. B.

Idem.

Supra *titulo de Regula Cancellariæ de verisimili notitia,* 4. *arresto* proponitur factum quoddam decisum in Parlamento super Canonicatu quodam Castelleraudi ad hanc rem notabile est.

TIT. XI. DE RESTITVTIOnibus Maiorum vel Minorum in materia beneficiali aduersus resignationem.

ARRESTVM I.

Minor aduersus resignatarium suum restituitur.

FRanciscus Matthæus Clericus & beneficiatus adolescens 14. aut 15. annorum, suasionibus inductus fuit ad resignandum Parochiam S. Hilarii Lunerayensis in fauorem Nicolai Bituricensis, aduersus id postea cognati resignantis libellum Regi eiusque Consistorio offerunt, ibi partibus auditis Arresto prædicti Consistorii, quod datum Rupellæ, vbi Rex tum erat, 21 die Ianuarii 1542. prædictus Bituricensis condemnatus fuit in carcerem, ad expediendam & restituendam prædicto Matthæo procurationem specialem ad resignandum in fauorem prædictum beneficium: Et prædicto Arresto interdictum fuit prædicto Matthæo, ne resignaret, aut procurationem expediret citra authoritatem aut consilium curatoris sui, & omnibus, ne eum acceptarent, sub pœna multæ arbitrariæ.

Simile Arrestum datum fuit in simili materia Burdegalæ 25. Iunii 1544. Super hoc notandum est, quod etsi compluribus casibus minor 25 annis restituatur in materia beneficiali, vt ait Pet. de Anchar. & Gemin. *in cap. si annum, de iudic.*

in 6.

in 6. Glos. & Hostiens. *in cap. ex parte de rest. spoliat.* Nihilominus huiusmodi restitutionis remedium locum non habet, quando de adipiscenda noua beneficiorum prouisione ageretur, sed tantum cum agitur de conseruandis iis quæ quis iá habet: & hoc adhuc casu iustas & legitimas causas subesse oportet, veluti metum. dolum, & alias ex quibus maiori etiam succurreretur. Omnis differentia inter maiorem & minorem hæc ēst, quod in maiore huiusmodi causæ non admittuntur, nisi sint vrgentes & tales, vt ab his sese expedire non potuerint: Veluti si agatur de metu, huiusmodi eum esse oportet qui possit terrere & mouere constantem virū, vel si de dolo agatur, requiritur, vt is qui dolum admisit, adeo vafer fuerit, vt prudentissimus quisque captus fuisset. At minori propter imbecillitatem eius imprudentiam vel minimus metus & impostura sufficiens est, vt restitui possit citra Papæ restitutionem. Ita ait Dn. Molin. *super regulam Cancellariæ de publicandis resignationibus num.* 195. *& sequent.* & potest in huiuscemodi casu, qui resignauit, interdicto redintegrandæ possessionis experiri. Ita iudicatum pro M. I. L. Canonico S. Martini Turonensis qui bellis ciuilibus vt sese carcere liberaret, & sanari seu curari faceret, filio Capitanei portæ carceris præbendam suā resignauit, & filius iste alii eidam, cui nomen Goffredo. Libello igitur a resignante Curiç oblato & partibus in facto dissentiētibus dictum fuit, interim & per prouisionem resignantem in beneficium suum restituendum, iussique suos Canonici eum admittere, proposita mulcta 600. librarum Parisiensium. David pro Presbytero perorabat aduersus Chopinum. B. Vide Charondam *libro primo Respons. cap.* 45.

Differētia minoris & maioris in resignādo decepti.

II.

Resignatarius mandatum seu procurationem ad resignandum per incarcerationem in casu regressus emittere cogatur.

Super controuersia mota inter Hieronymum Montheusium Dominum Mirobelli ab vna parte, & Ioannem Hieronymum & fratrem Andream Garnerium ab altera parte, super fraudibus & fallaciis, quas prædictus Montheusius prætendebat admissas à prædictis Garneriis in retentione Parochiarum Sancti Chalmerii, & Sancti Ioannis de Seaus: Auditis respectiue prædictis Ioanne & Hieronymo Garneriis, itemque prædicto Montheusio, & deliberatione super eo habita, deque omnibus ad Regem relatione facta prædictus Dom. Rex constituit prædictum Ioannem & Hieronymum Garnerios cogendos præstare prædicto Montheusio validam & non fraudulentam procurationem ad resignandas prædictas Parochias & Capellas, & ad id præstandum cogendos omnibus rationibus debitis & rationabilibus: quinimo & incarceratione & sui detentione. Factum in Consistorio Regis, quod habitū S. Germani in Litr[illegible]ea, primo die Martii, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, ad relationem D. Bertrandi Custodis Sigillorum Cancellariæ Franciæ.

III.

Remissio.

Alterum & notabile hanc ad rem Arrestum relatum *infra tit. de restitut. in integrum. Arresto* 3. quod datum Burdegalę septimo Septembr. anno millesimo quingentesimo, vbi notabilis est huiusce materiæ declaratio, *Titulo tertio, libro decimo sexto, Arresto* 3.

IV.

Qui in graui morbo constitutus sub promissione restitutionis resignauit, vbi conualuit, beneficiis suis restituitur.

Ad libellum supplicem Regi oblatum à Ioanne Benedicto Presbytero Doctore regente in facultate Theologica in Vniuersitate Parisiensi, quo ex causis in eo comprehensis id agebat, & concludebat, vti prædicto Domino Regi placeret, citra aliam tertiam, aut figuram processus, verum nuda veritate facti tantum cognita, iubere decernere, vti prædictus supplicans in possessionem beneficiorum suorum restitueretur, puta Parochiæ Innocentium in ciuitate Parisiensi, & Pouillacensis in Diœcesi Senonensi, ad fruendum ipsis, vt ante factam ipsorum resignationem fruebatur mense Augusto, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, in fauorem Francisci Semelli famuli sui & Vicarii in prædicta Parochia Innocentium, vtpote resignatione illa per prædictum resignantem facta, cum extremo morbo teneretur, & spe vitæ ipsi præcisa, idque per importunitatem & inductionem prædicti Semelli famuli sui & Vicarii, qui ipsi promittebat, se prædicta beneficia ei restiturum, si prædictus supplicans dominus ipsius conualesceret: hoc addito se mortem sibi malle & optare, quam autem eum falleret aut fidem frangeret: quod tamen effectui tradere postea noluerit, negās sese prouisionem aliquam fecisse quæ foret aut esset obligatoria & ad cuius obseruantiam & effectum prędictus supplicans eum posset rectè in iudicio persequi, vel extra iudiciū: Audiendis partibus: ad hunc libellū Episcopus Ambianensis & Dn. de Roissi Cōsiliarii & Magistri Libellorum supplicum Ordinariorum Palatii prædicti Domini delegati fuerunt ad relationem super eo faciendam & postea in locum prædicti Episcopi Ambianensis subrogatus fuit Dn. Christophorus Thuanus Consiliarius & Præses in Curia Parlamenti, ex cuius Decreto & prædicti Dn. de Roissi citatus fuit prædictus Semellius, isque pręsente prædicto supplicante auditus fuit, qui & scripto quædam obtulit, nempe quod propter compensationem beneficiorum à supplicante acceptorum, ac nominatim beneficia sua in sui fauorem resignandi, consentiebat, vt ad dies vitæ suæ iis frueretur, acceptis per manus prædicti Semellii nummis, & relicto sibi aliquo ad viuendum, & exhibendum se: Id quod prædictus supplicans acceptare noluit, perstans in petitione sua: Prædictus Dominus Rex in Consistorio suo audita relatione, quæ sibi à prædicto Thuano Præside, qui partes audiuerat, facta fuit, & nisi id, quod expositum ei fuerat à prædicto supplicante, & oblatione prædicti Semellii ab ipso signata, prædictus Rex ex consilio & deliberatione Consistorianorum suorum, inter quos aderant & adsistebant tum Rex Delphinus, Rex Nauarræ, Cardinalis Lotharingiæ, & Senonensis, Custos sigillorum Franciæ, Duces Guisiæ, Aumaliæ, Dominus Ægidius Magistri primus, & Petrus Seguierus in Curia sua Parlamenti Præsides, Baptista Menilius, Edmundus Boucheratius Aduocati, & Ægidius Bourdinus Procurator Catholicus dixit & ordinauit, dicit & ordinat, nulla habita factæ Oblationis à prædicto Semellio ratione, contra habita ratione petitionis prædicti Benedicti supplicantis, eaque admissa, prædictum supplicantem reponendum & restituendum in possessionem & Gaudimentum beneficiorum suorum, puta Parochiæ Innocentium & Poulliacensium, quo scilicet iis frueretur, vt fruebatur eo tempore, quo procurationem emisit ad resignandum in fauorem prædicti Semellii famuli sui & Vicarii: & prædictum Semellium restituere & resignare prædicta beneficia oportere in manibus collatorum Ordinariorum ipsorum, vt ita ab ipsis prouideatur prædictus Benedictus: & ad id faciendum cogendum prædictum Semellium per incarcerationem: sic vt carcere Palatii eousque contineatur, donec præsenti huic Arresto paruerit, idq; prorsus executioni traditum fuerit: ac præterea condemnatus fuit prædictus Semellius ad reddendos & restituendos prædicto Benedicto supplicanti omnes & singulos, quos prædictus supplicans percepturus fuisset fructus, si prædictus Semellius fidem ei nō fefellisset, deductis ea iis expensis, quas prædictus Semellius fecit pro prouisione sua, itemque eo,

Ordinarios per resignationem certum est quem teneatur prouidere.

quod

quod probauerit se soluisse prædicto Benedicto, aliisq; oneribus, quæ prædictus Benedictus agnouisset, si ipse fructus fuisset: Ac præterea prædictus Semellus in expensas huius persecutionis, damna & interesse rationabilia condemnatus fuit. Ad executionem præsentis huius Arresti prædictus Thuanus Præses delegatus est: Iniunctum prædicto Aduocato & Procuratori Catholico prædicti Domini, vt instent huius Arresti executioni, & hæc omnia non obstantibus oppositionibus & appellationibus quibuscunque, neq; his quicquam præiudicantibus: quorum cognitionem prædictus Dom. sibi reseruauit & reseruat, eam interdicens omnibus iudicibus suis supremis & inferioribus: Et quod præsens hoc Arrestum vice legis in casibus & causis similibus per totum eius Regnum, Prouincias, terras & Dominatus, quæ sub Imperio eius sunt, obseruetur, voluit & decreuit, id legi, publicari, integistrari, in regestis omnium Curiarum suarum superiorum & inferiorum: mandando omnibus Iudicibus suis & Officiariis, vt ita fecisse velint, & omnibus Procuratoribus suis Catholicis & Specialibus, vt exequutioni diligenter instare velint. Factum in Consistorio prædicti Domini, quod habitum Parisus 29. April. 1588. Collatum à Domino Cardinali Senonensi, & signatum à Thuano. ¶ Hoc argumentum digunm erat, quod à Rege, qui supremus est, neque superiorem habet, decideretur: Ea lex, quæ in de resulterat notatu dignissima est, non solum pro beneficiis, verum etiam pro officiis secularibus, in quib. renunciatum fuit, siue per simplicé resignationem, siue in fauorem ad resoluenda dubia, quæ sæpe occurrunt super interpretatione iuris cõmunis, quod regulariter resignans non admittitur ad postulandam restitutionem beneficii, quod resignauit: text. est *cap. ex transmissa. de renunc. & cap. quam periculosa. 7. q. 1.* Imo & si ipse Papa foret, qui Papatum resignasset, *cap. 1. de renunc. lib. 6.* Imo quod maius est, sola petitione & impetratione licentiæ ad resignandum, variare amplius non licet, & beneficio cedendum est, *cap. quidam cedendi licentiam. de renunciation.* Hæc omnia locum habent, quando sponte fiunt, & integra libertate, & ex certa scientia: At si potentatus intercedat, veluti superioris auctoritas, metus, indignatio, dolus, fraus, suggestio, vel alia similis causa libertati contraria, his casibus ius resignantes absque remediis non destitui, *cap. super hoc. eod. tit. & cap. Abbas quod metus causa. notat Dec. inc. 2. de rescript.* Scilicet quanquã resignationes iure stricto valeant, nihilominus qui resignauit vias habet, & modos, quibus sibi prospiciat: hos videlicet pro Officiis, actionem Prætoriam & generalem, Quod metus causa: & pro beneficiis, quoniã Iudices Laici hodie super iis cognoscere non possũt cautius in manu Regia absoluitur, ac nominatim Regis nostri, qui est supremus, neq; superiorem habet & cuius est omnia ex bono & æquo, & non summo iure expedire, vt videre est ex Arrestis præcendẽtibus huius tituli ex Arresto *secundo supra de resignationibus* aduersus Dn. quendam qui famulum suum ad resignandum coegerat. Ius huiosce Arresti facile cõcipi posset, absque obseruantia huius Regni foret q̃ odio prosequitur regressus reseruationes, & omnis generis pactiones, quibus beneficia quodammodo hereditariæ efficiuntur: alioquin nil tam æquum & officio naturæ proximum est, quam promissa seruare, neq; aliam sub specie bonæ fidei aut decipere aut spoliare. Et hæc omnia maioris considerationis sunt & ponderis in Domino, qui fidem famuli sui secutus est. At si inter pares ageretur, id obseruaretur per rationem *cap. veniens, eod. tit.* vbi expresse dicitur, resignationem non effectualem esse quando alicui fit qui gratiæ alterius se commisit: Atque hac ratione infirmata fuit sententia, qua huiuscemodi resignatio declarata fuerit necessitia & perpetua: Cæterum in proposita specie nostra causa finalis resignationis factæ à Magistro nostro Benedicto erat promissio Semellu: nam vt maxime grauis esset morbus, nunquam tamen resignaturus fuisset sine prædicta promissione retrocessionis: igitur id adimpleri debet: alioquin grauamen subest, & culpaque sufficere debet ad resoluendã huiuscemodi resignationem *c. post translationem eod. tit.* Hæc omnia vsque in hodiernum in praxi nobis incomperta erant, & multo magis adhuc modus Ordinarios adeundi, nõ missa Romã pecunia. Verũ quidẽ est quod non possint alias resignationes admittere quam simplices: verum intelligẽtes verbaliter super præsentatione simplicium procurationum quæ ipsis præsentantur, quod videlicet certum aliquẽ eo prouideant, semper illud malle debent, vt id per ipsorũ manus fiat, quam vt Romam tendi patiatur. Tandem hæc lex cogit in omnibus similibus causis Ordinarios, vt retrocessionem admittant, & ea prouideant primum cedentem & non alium: quod forte insolens vel mirum ipsis videbitur propter diminutionem videlicet libertatis eorum, sed si rem melius perpendant tantum authoritatis his accedit.

Ordinariis hac l. præiudicium non fit.

Hoc Arrestum datum pro Dn. Ioan. Benedicto in regesta Curiæ Parlamenti relatum est, 9. Maii 1588. 6. *vol. inter constitutiones Regis Henric. II fol. 447.* quo videlicet pro lege obseruaretur in casibus similibus. Et sane postea simile aliud Arrestum datũ fuit in prædicta Curia pro Dn. Gulielmo Bugnõio 22. Februar. 1578. Char. *lib. 1. tit. 46. Rebuff. Faillus in collectione sua Arrestorũ Britannica fol. 256.* & nouissime Arresto Cõsistorii Regis, non obstante quod reseruatio & retẽtio pẽsionis facta fuisset, quod postea referetur sub data 3. Iulii 16..

V.

Si post permutationem beneficiorum vnus ex permutantibus promissa non adimpleuerit, vel si dolus intercessit, atq; adeo hac de causa, vel simili huiusmodi permutatio rescissioni obnoxia sit, iudicium hoc rescissorium coram Iudice Ecclesiastico agitari debet, isque cuius interest eum & non alium libello adire debet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 6. Septemb. anno 1522. *supra titulo de permutat. Arresto vltimo.*

Rescissio permutationis beneficii corã iudice Ecclesiastico agitari debet.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum XI.

I.

Resignatio beneficii à Scholari siue studioso in fauorẽ præceptoris sui facta nullius est momenti: & vero talis declarata fuit Arresto Curiæ 18. mẽse Iunio 1554. aduersus Michaelem Scutiferum pro Maturino Longueto Secretario Regis pro resignationibus factis a Maturino Longueto Scholari filio suo præbendæ cuiusdam in Ecclesia S. Honorati & cappellæ B. Virginis in ecclesia S. Andreæ arcuũ, quas Curia nullas, illicitas, nullius effectus, & valoris declarauit: simul etiam id omne, quod resignationem illam insecutum fuisset vel deinceps insequeretur, vtpote procurationibus ad resignandum per Bartholomæum Violarium extortis à prædicto Longueto filio Scholari suo per dolum, seductionem, & subornationem, & velut tales & reprobatas lacerandas & protocolla cancellanda, inducenda ex registris Notariorum: & propterea quod prædictus Violarius prædictas seductiones & subornationes admisisset erga prædictum Scholarem suum & Conuictorem, Curia eum condemnauit ad solemnem

Resignatio a Scholari, dolo & fraude præceptoris facta nullius est momenti.

Interdictũ Præceptoribus huiusmodi resignatiões directe vel indirecte acceptare.

delicti

delicti agnitionem in septo maioris Cameræ die perorationum: sic vt is capite nudo & de geniculis manu tædam ceream ardentem tenens, diceret & declararet alta voce, se malitiose, dolo, & circumuentione induxisse, subornasse prædictum Longuetum iuniorem, cum ipsius scholaris & conuictor esset, ad prædictas procurationes faciendas, cuius rei ipsum pœniteat, veniamque deprecetur à Deo, Rege, & iustitia: eumque insuper in centum librarum multam condemnauit Regi applicandam, & in similem alteram summã, prædictis Longuetis adquirendam, & 100. adhuc lib. alias pauperibus Trinitatis Parisiensis destinandas, & in carcerem vsque quo prædictas multas plene soluerit. Insuper Ioannem Violarium, quod ita ex totis procurationibus nisus fisusque vigore ipsarum possessionem capere prædictorum beneficiorum attentauerit, condemnauit in multam 40. lib. Regi applicandã, & in parem summam prædictis Longuetis quærendam. Insuper prædicta Curia inhibuit, & interdixit omnibus Magistris, Pædagogis, aliisq; personis curam, gubernationem & administrationem infantiũ Scholarium habentibus: ne deinceps huiusmodi seductionibus & fraudibus vterentur erga prædictos Scholares suos, ne ab ipsis vllas resignationes directe aut indirecte acciperent, sub pœna nullitatis & mulctæ arbitrariæ: eoque fine Arrestum legendum in prima congregatione & conuentu, quem Rector Vniuersitatis Parisiensis habiturus esset, & vbique vbi opus fuerit, ne quis ignorantiæ causam prætendere possit: vide *infra tit. 3. lib. 16. Arresto 3.* I. C.

II.

Resignatio ab impube re facta, patre suo in carcere cõstituto, nulla est.

Arresto, quod datum in Audientia, vt vocant, Bartholomæus Puteanus, qui, cum 10. annorũ esset, Capellam quandam, patre suo in carcere constituto, resignauerat, in eam restitutus fuit ad fruendum ipsa pariter, vti ante prædictam resignationẽ fruitus fuerat, die Lunæ 16. Ianuar. 1591. Peleus id refert *in quæst. suis illustrib. c. 78. & infr. lib. 16. tit. 3. Arrest. 3.* I C.

III.

Quando pœnitentiæ locus non sit in resignatione officii.

Vbi resignatum est semel officium, & resignatio admissa semel fuit, non est amplius regulariter pœnitentiæ locus, quoad maiorem scilicet: atque ita obseruatur secundum *cap. 2. de renunciat.* vt indicatum fuit solenniter 9. Febru. 1571 pro quodam, cui nomen Herautio resignatario cuiusdam nomine Rossei, super præfectura Vassiensi, quæ adiudicata fuit prædicto Herautio, & resignans in expensas condemnatus fuit: vide *supra Arrestum 4.*

IV.

Desumptum ex Regestis Consistorii Regis.

Resignatarius beneficium propter ægritudinem aliquam resignatum restituere cogitur.

Inter Sororem Renatam Salliam Abbatissam Abbatiæ S. Antonii de Campis prope Parisios petitricem per libellum 4. Decembr. 1602. & sororem Mariam Salliam Priorissam Prioratus Hospitalis Syluanectensis defensoris, visa per Regem in Consistorio suo procuratione ad resignandum prædictam Abbatiam per dominam Ioannam Puteanam olim Abbatissam in fauorem prædictæ Renatæ Salliæ 13. Feb. 1600. Breui Maiestatis suæ mense & anno prædictis prouisionibus & bullis prædictæ Renatæ Salliæ de mense Aprili prædicti anni: Processu verbali, vt vocant, captæ possessionis prædictæ Abbatiæ 9. Iunii prædicti anni: Exemplari Arresti prædicti Consistorii mense Aprili 158. inter Ioannem Benedictum Doctorem Theologiæ, & Franciscum Semellium eo fine, vt in possessionem parochiæ S. Innocentii Parisiensis restituatur: Breui Maiestatis suæ, signatura, & bullis prædictæ Abbatiæ impetratis per prædictam Mariam Salliam 8. Februar. & 27. Iun. 1602. quibus creatio & assignatio 30. coronatorum pensionis super bonis & reditibus prædictæ Abbatiæ in fauorem prædictæ Salliæ: Processu verbali captæ possessionis prædictæ Abbatiæ per prędictam Mariam Salliam 23. Augusti prædicto anno: diplomate commissionis 4. Decembr. 1602. ad assignandam prædictam defensorem ad consilium: actu siue relatione assignationis vel citationis prædicto mense & anno: significatione patrum, patruorum, fratrum prædictarum partium factarum ab ipsis iuxta consilium decretum: relatione duorum medicorum huiusce vrbis super morbo prædictæ Salliæ eo tempore, cum resignaret prædictam Abbatiam die 12. Iun. parte nuper præteriti: Auditione Claudii Gilbertii Notarii Apostolici Diœceseos Parisiensis vltimo Iunii, qui excepit procurationem ad resignandum: Ampliatione, Admonitione, inuentariis, & omnibus iis, quę per partes producta fuerunt: Maiestas sua in Consistorio suo decreuit & decernit prędictam Renatam Salliam in possessione prædictæ Abbatiæ S. Antonii mansuram ad fruendum ea, prout fecit & faciebat, antequam procurationem ad resignandum prædictam Abbatiam prędictæ Marię Salliæ sorori suę expediret: hancq; reddituram restituturã omnes prædictas prouisiones impetratas in Curia Romana prædictæ Abbatiæ intra octiduum præcise, præcisis omnibus dilationibus: alioquin etsi intra prædictum tempus his non satisfecerit, ad id cogendam modis omnibus rationabilibus: & hæc omnia citra expensas habita ratione qualitatis partium. Factum in Consistorio Regis, quod habitum Parisiis die 3. Iul. 1603. Signatum l'Huillier.

Idẽ locum habet in resignatione cuiusdam Officii Regii facta ob morbũ sub promissione retrocessionis, resignante conualescente.

Vide *cap. 67. 1. lib quæst. Dn. Maynard. & quæst. 147. quæstion. illustr. Pelet.* Hæc lex super beneficiariis etiam locum obtinet inter Officiarios Regios, quando in graui morbo parentibus seu cognatis affinibus vel amicis resignant, sub promissione Officii conseruandi, & restitutionis, si conualescãt, & huiusce modi resignationes hanc tacitam conditionem in se habent, vt donatio causa mortis, videlicet vt conualescente resignante resoluantur, neq; resignatarius iis amplius vti possit. Charond. *lib. 2. c. 26. R sponſ.* I. C.

TIT. XII. DE SIMONIA.

Simonia, hæresis, & crimen læsæ Maiestatis eiusdem generis crimina sunt, *c. 6 quæst §. verum.* Et Canones Apostolici Presbyteros vel Diaconos simoniacos non tantum degradarunt, verum etiam excommunicarunt, & velut hæreticos publicarunt. Concil. Turon. *3. art. vlt.* Chalcedon. *art. 2.* Concil Toletan. *6. art. 6* B.

ARRESTVM I.

Factum non visibile pro potestate Legati.

Alexander & Hardoinus Furnerii fratres, spurii fuere filii Presbyteri ex soluta: Vnus ex ipsis prædictus Alexander possessor duorum beneficiorum incompatibilium & Ecclesiarũ Parochialium, quorum vnum in diœcesi Maletezensi, alterum Andegauis situm, cum ægrotaret seu infirmus esset, procurationem expedit ad resignandum in fauorem fratris sui Harduini in manibus Papæ & ipsius Legati Cardinalis Ambosii prædicta duo beneficia: Resignatio admittitur, & prædictus Harduinus prouidetur, isque possessionem capit: Renardus Valinus prædicta duo beneficia à prędicto Legato impetrat per deuolutum: Ioannes Buuautius impetrat beneficiũ, quod est in Diœcesi Andegauensi ab Episcopo Andegauensi per aliud deuolutum, & respectiue possessionem capiunt: Valinus interdicto experitur aduersus Forneriũ possessorẽ realẽ: Buuautius interuenit, qui ait, se Scholarem esse, atq; ita rem omnem Lovaniam remitti facit ad Præfectum prædicti loci, vel

ipsius

ipsius Locumtenentē Conseruatorem. Post hæc Buuarius resignat Valino qui se subrogare facit, & vtriusque iure nixus ait, beneficium non obstante prouisione Fornerij vacasse & per istam vacationem ius deuolutum ad Ordinarium esse, & emerso tempore Ordinarij id transgressum ad Papam vel ipsius Legatum. His rationibus: Prima, quia Legatus non habuit potestatem admittendi resignationes in fauorem: Secunda, vt maximè hanc potestatem haberet, non potuisse tamen super pluralitate prædictorum beneficiorum cum illegitimo dispēsare: essent enim duo singularia, quæ non possunt stare circa vnum & idem. Tertia Simonia admissa est: nam se adserere Fornerium ingentes summas pecuniæ cognatis suis dedisse qui familiares erant aduersarij fratris sui ad resignationem ipsi extorquendam, & prędictum Harduioum promisisse se non percepturū fructus prædictorum beneficiorum superstite fratre suo, & præterea ingentibus summis & insolitis cum Mēsulario egisse & depactum fuisse, pro negotij sui securitate: atque hac ratione resignationem in præiudicium resignantis valituram non etiam commodo resignatarij cessuram: per ea quæ dicit Baldus *in cap quod in dubiis de renunciat.* atque hæc est in vniuersum intentio Valini, qui his rationibus cōcludebat. Fornerius dicebat, se esse resignatarium, seque rite prouisum, & in possessione, neque beneficia prædicta vacasse: sic nullum ius conferendi deuolutum esse: Secundo ait, procurationem suam continere resignationem in fauorem in manibus Papę, Legati, vel alterius potestatem habentis, & pure & simpliciter in manibus Ordinarij. Sic si legatus non habuit potestatem admittendi in fauorem, id pro non facto haberetur, sic vt neque prodesset, neque noceret: ac nominatim cum viuente prædicto resignatario procuratio Romam remissa inibiq; admissa fuerit. Tertio præ dictum Legatum de more resignationes in fauorem admittere, atque hunc articulum inter ipsius facultates vt vocant esse. Quarto dixit, se absente prędictam procurationem expeditam fuisse, neque quicquam simoniacè actum. Quinto, se speciatim dispensatum super pluralitate beneficiorum incompatibilium & super defectu natalium: Ait præterea, vt maximè ex vitiis prædictis resignatio viciosa foret, non ideo tamen beneficium vacaturum superstite resignante, & in ipsius præiudiciū: per *not. Innocent. & Host. in c. vniuersorum de rer. permut. & decis. Rotæ. 216 & Ioan. And. in c. Audum de Simon. in 6.* Postesquam partes comperendinatæ fuerunt super momentanea possessione manutentione vel sequestro, postesquam produxissent contradixissent, Fornerius falsi incusare cœpit quædam instrumenta, q̄ prædictus Valinus producebat: is literas impetrat quibus mandatur prædicto Conseruatori, vt ipsi prospiciat data sufficienti dilatione ad bullam Romæ consequendam, & vt ipsum admitteret ad eam producendam: nam quodammodo de prouisione sua à Legato facta malè opinabatur. Valinus id impedit, atque ita incidens formatur super prædictis literis quod comperendinatum & alteri coniunctum: Tandem sententia prædicti Conseruatoris prædictus Fornerius literarum sitarum beneficio deiicitur & partes in positionibus suis contrariæ pronunciantur, & ad informandum comperendinantur, & momentanea possessio duorum beneficiorū Valino adiudicata fuit, expensis, damnis & interesse in definitiuam reseruatis. Valinus appellat, & admittitur in Curia: vbi Arresto 23. Decemb. 1511. dicitur, malè iudicatum fuisse, & prædictus Fornerius ab articulis impugnationis depellitur, aliisque ab ipso propositis, & Valinus plenè in prædictis beneficiis manutentus, cum expensis causæ principalis, damnis & interesse.

Acta Simoniaca.

II.

Sub prouisione, quam quidam Ioannes Poletus Cremiensis fecerat cuidam de Latra impetrandæ pro ipso Commendæ S. Antonij, prædictus de Latra ei realiter & propter hanc causam summam 100. coronatorum dat: postea res eo deuenit vt Poletus promissis seu conuentionibus stare non possit: Latra restitutionem 100 coronatorū ab ipso petit: Poletus contradicit, & nititur regula Iuris qua in huiusmodi causis prohibitis aut exorbitantibus ei fauetur qui possidet *l. si duo dolo. ff. de dol.* Re hac & controuersia in Parlamento Gratianopolitano agitata, quidam pro petitore censebant ad instar vsuræ repetitę per *text. in c. debitores. de vsureur.* Alij pro defensore censebant, iuxta prædictam *l. si duo:* Alij ab his diuersi hoc negotium ad instar collusorum redigere volebant, dicentes, quemadmodum si lusor aliquis qui immensam iacturam fecit promotor ludi fuisset ad repetitionem non admittitur seu repetens non auditur: vice versa si prouocatus fuit ab eo qui lucratus est repetere potest, *per not. per nos in 3. lib. in præcept. Non mœchaberis*: consequenter, eadem ratione si Latra primus author huiusce negotij simoniaci extitit, tenere debere & sidere: viceuersa, si Poletus primus author fuit, Latrā recuperare debere quod dedit: esque est opinio Innocent. *c. quia plerique. de immunit. Eccles.* Tandem conclusum & iudicatum fuit Arresto anni 1461. Poletum liberatum esse, & Latram intentione sua depulsum: Neque difficultas alia superest, quam super *cap. debitores*, quæ tamen soluitur *per cap. cum contingat. de vsureur.* nempe vsuram promissam importare crimen respectu creditoris, at non etiam respectu debitoris: nam per prædictum *caput cum contingat*, si iuramento promissa fuerit, soluenda est: at in simonia ambo crimen admittunt, & flagitium, *cap. de hoc. de Simon.*

Summa numerata pro pacto simoniaco non restituitur.

Pactio simplex de simonia non impedit decretum de pacificis possessoribus, Mayoard. *li. 1. cap 58.* I C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum XII.

I.

27. IVnij super allegatione facta aduersus Doctorem quēdam, quod pecuniā pro Parochia quadam accepisset, dictum fuit eum sese in persona sistere oportere. Notandum est etiam etsi decretum de pacificis possessorib. locū nō habeat, quādo simonia est in prouisione, tamen si post decennium quis aduersus simoniacum veniat, non eum admitti. Et vero allegatio super simonia 13. annis post prouisionē declarata fuit non admissibilis 4. Mart. 1574.

Doctor, qui pro Parochia quadam pecuniam accepit citatus ad sese in persona sistendum.

TIT. XIII. DE DISPENSATIONE non residendi.

De Residentia Curionum vide *Articulum 5. Edicti Comitiorum Aurelianensium*: Pariter, super residentia Officiariorū, veluti Balliuiorum & Seneschallorum, &c quæ officia erant personalia absque vllis Locumtenentibus vel Substitutis, nisi forte quis ex sontica morbi causa non posit. Vide *antiquam Constitutionem Philippi Pulchri, & Aurelianensem art. 48. & postea Blesensem B.*

ARRESTVM I.

INter plures articulos & causas, ex quibus seu propter quas pecunia accipi potest, vna in vsu est, quā

Episcopi nihil accipere seu ex

igere debent, pro literis de non residendo. Episcopi inter reditus suos solennes & Canonicos computant, & ipsorum Quæstores eam inter Canonicas ordinarias æras seu reditus referunt: hæc videl. quod Curiones cum non possint residere, quia videlicet alibi sunt obstricti vel obligati, siue studiorum causa, vt super hoc dispensentur, quod inquam conferre aliquid pecuniæ teneātur, quæ res etsi gratia nominetur, nihilominus in substantia & rei veritate actio & petitio est. Id quod Domini Triumuiri Regij Curiæ repræsentarunt: quæ Arresto decreuit, Episcopos de cætero nihil amplius pecuniæ ex hac caosa exacturos: quinimo cogendos id omne restituere quod eo nomine hactenus accepissent in pauperes erogandum arbitrio Curiæ, eoque fine rationes Quæstorum exhiberi oportere. Prædictum Arrestum pronunciatum fuit ex tempore 5. Februarij 1548.

II.

Casus, quo Episcopus de non residendo dispēsare nō potest. Dubio caret, Episcopos, Vicarios ipsorum, & Officiales potestatem habere dispensandi Curiones diœceseos ipsorum de non residendo, & Vicarium constituendi: At si contingeret vt duo litigarent super beneficio huius generis, & ambo huiuscemodi dispensationem vrgerent, in hoc concursu non æquum est de causa cognosci ab Episcopo scilicet, neque vni ex prædictis contendētibus prædictam dispensationem tribui. hac enim ratione momentaneæ possessioni beneficio præiudicium fieret quod ad iudicem Ecclesiasticum non spectat, verum ad Iudicem secularem ex Constitutione huius Regni. Et vero super huiuscemodi dispensatione ficta iudicatum fuit Arrestu ad appellationem tanquam ab abusu interiectam ab alterutro contendentium, dispensantem abusum admisisse 11. Februar. 1543.

III.

Dispēsatio de non residendo per Curionem quendam abusiua. Die Lunæ 27. Nouembr. [illegible] in maiore Camera in qua causæ perorantur. [illegible] domino Magistri Procurator Catholicus Regis [illegible] fuit appellans tanquā ab abusu a dispensatione non residēdi, habitusque pro bene admisso, iudicatum que Episcopum Andegauensem, qui prædictam dispensationem dederat, super ipsius appellatione intra mensem ad defensionem inuenire seu occurrere oportere: de cætero appellantem qui Curio erat residere in beneficio suo oportere: & ad id cogendum à potestatibus secularibus & Ecclesiasticis: nempe ab Ecclesiasticis, per censuras quas prædictus Episcopus exercere teneretur, à secularibus vero, capitis pignoribus.

Et tamen propter hanc pignoris capionem non ideo Vicarius possessione eiiciendus est, neque dilapidandus, aut minore pretio addicendus reditus: nam in huiusmodi casu appellationi a prædicta capione & sequestri constitutione locus esset: prout inter perorādum dictum fuit a Domino Mesmio, qui repræsentauit non oportere tam stricte & rigide edictum residentiæ interpretari. 13 Iunii 1564. *Vide Constitutionem Bles. sem articu.* 14. 15. 16. B.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XIII.

I.

De Iurib. Archiepiscoporum Bituricensiū in prouisionibus. ARresto, quod datum inter Archiepiscopum Bituricensem & Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, pro determinatione ipsorum 27. Iunij 1542. quod extat *cap. 1. collectionis mea.* Curia iuxta sancta decreta, quæ referuntur *in pragmatica sanctione Tit. de electionibus cap. vt omnia, & cap. Notarius per tot. tit. de Simonia, extr. in 6. & extrau.* Inhibuit & interdixit prædicto Archiepiscopo, ne plus vnico coronato, qui non nisi 40. solidis æstimabatur, accéperet tam pro collatione siue ex deuoluto siue aliter siue ex institutione, quam pro sigillo, cera, scriptura, expeditione prædictæ collationis aut institutionis (Id quod confirmatum constitutione Comitiorum Blesensium *art.* 20. male in eadem diœcesi obseruatum: vbi hodie accipiuntur vndecim libræ loco 40. solidorum). Et quantum ad literas non residendi spectat, & indulgentias quas præbet deseruiendi vice Curionum absentium, ei interdixit ne literas aliquas de non residendo & indulgentiis seruiendi vice absentium præberet, nisi ex causis comprehensis & expressis iure: & si quo casu ex prædictis causis præbeat, eum non amplius quam 10. solidos Parisienses exacturum: quod triplicatum hodie est. I. C.

II.

Canonici Ecclesiæ Bituricensis & alii beneficiarij dispensantur à residendo in cæteris beneficiis suis etiam in parochiis delegando Vicarios capaces vitæ inculpatæ & mutuum: Iudicatum Arresto 13. Iulij 1563. quod extat *cap. 3. collectionis mea.* Canonici Bellouacenses parem executionem sibi vendicant, ex bulla Victorij: Nihilominus in appellatione quadā tanquam ab abusu ab Officiali Turonensi, qui decreuerat Curionem Firmitatis Bernardi Canonicū Bellouacensem dispensandum à residētia parochię suæ substituto idoneo Vicario, dictum fuit abusiuè iudicatum, decreuitque eum ipsum in persona seruitia præstiturum, perorantibus Martino & Pasquiero 12. Februarij 1587. Ambianenses hoc ipsum sibi vendicant ex priuilegio Pij secundi, cui derogatū fuit à Pio quinto an. 1568. Præter hos nulli alii Canonici sunt, qui à residentia dispensantur & maiores fructus lucrantur, Pręsides puta & Consiliarij supremarum Curiarum, & Scholares: de quo vide *ca. 2. Tit. 2. lib. 1.* Cantores, Capellani, Notarij & Compositores Musicæ Capellę Regis & Reginæ, Lectores publici & Doctores, Regentes Canonici, qui in Comitatu sunt Archiepiscoporum aut Episcoporum suorum: qua de re refero Arresta integram *collectione mea. Tit. 1. cap.* 9. Vide Choppinum *lib. 3. de sac. polit.* Charondam. *lib. 7. Resp. cap.* 150. I. C.

De Canonicis dispēsatis à residendo.

TIT. XIIII. DE DISPENSAtione tenendi Beneficia quibus cura animarum imminet.

ARRESTVM. I.

Dispēsatio ad beneficia regularia, quib. cura animarū imminet. IS qui dispensatur ad beneficia regularia quibus cura animarum imminet, habetur & intelligitur pro dispensato ad beneficia regularia, parochialia, id est ad beneficia actu curam animarum annexam habentia, & non tantum ad beneficia quibus imminet cura animarum habitu, id est ad beneficium quod per Vicarium deseruiri potest citra veniam & dispensationem de non residendo. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi ad relationem Domini Longolij 15. Iulij 1541. inter V. C. Nicolaum Preuostium Consiliarium ab vna parte, & Fratrem Ioannem Baccalareum ab altera parte: agebatur de beneficio regulari parochiali Ordinis Sancti Augustini: & dispensatio super verbis concepta erat, *de beneficio Regulari etiam si cura immineat animarum cuiuscumque ordinis, etiamsi sancti Benedicti:* neque exprimebatur *etiamsi sancti Augustini*: Verum huiusmodi beneficia irregularia ordinis sancti Augustini fermè omnia sunt parochialia, at non etiam quæ sunt ordinis Sancti Benedicti.

II. Dis-

Idem

II.

Diſpenſatio ætatis pro minore 10. annis, & ad obtinendum beneficium regulare, cui annexa eſt cura animarum, non intelligitur de beneficio, quod annexam habet curam animarum actu, verum de eo quod annexam curam habitu tantum habet. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi ſuper Beneficio & Prioratu Rupeguyonij. Deſumtum ex ſchedis Domini des Loges Conſiliarij.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum XIV.

I.

Studioſi maiores fructus ſuos percipiunt.

STudioſi ad recipiendos maiores fructus ſuos, durante tempore ſtudiorum ſuorum & ad accipiendas diſtributiones prout præſentes erunt, diſpenſatur. Iudicatum menſe Februario 1575. pro Studioſo quodam Theologiæ: & poſteà rurſum 6. Maij 1577. pro pædagogo Dominorum Seguierorum.

TITVL. XV. DE PRÆCISA neceſsitate de promouendo.

ARRESTVM. I.

Annus promotionis quomodo computari debeat.

NEceſſitas prouiſionis intra annum, de biennio intelligitur: Nam poſteaquam prouiſus poſſeſſionem apprehendit, annum manet dubius ne inquietetur: At primus hic annus non poteſt dici pacificus, niſi eo demum elapſo, & tum cum iam prædictus prouiſus non poteſt inquietari, qui alium annum habet pro prædicta promotione. Nam annus qui diſpoſitione Iuris datur, à die pacificæ poſſeſſionis adquiſitæ numeratur, quod ante annum contingere non poteſt. Non eſſet æquum cogi prædictum prouiſum, vt ſeſe ſtatui Eccleſiaſtico obligaret intra primum annum, & fortè ſub finem anni turbator aliquis eum inquietatum veniret, eique beneficium ſuum præriperet: qua ratione Presbyter maneret, ſimul & mendicus, quod opprobrio eſſet ordini Eccleſiaſtico. *cap. Diaconi. v. in xciij. diſtinctione.* Cui euitando prohibitum eſt, ne quis vnquam abſque beneficio aut patrimonio ordinetur. *cap. poſtulaſti. de Reſcript. c. cum ſecundum.* & *c. Epiſcopatus. de Praebend.* Et ita obſeruatur in Francia circa computationem anni promotionis: quæ eſt nobiliſſima interpretatio Iurium, quæ hac de re loquuntur: & ſignati *capitis commiſſa. de Electionibus. in 6.* vbi gloſſa ſuper hoc laborat, neque tamen quicquam definit. Ita iudicatum Arreſto Pariſienſi menſe Februar. anni 1542. in Camera Domanij pro Petro Bernierio contra quendam Chaſtinum ad relationem Dn. Sanicetij Conſiliarij in prædicta Camera.

Presbyter ſine patrimonio ordinari non debet.

II.

Diſpenſatus vel nõ diſpenſat' de non promouẽdo, ad qd teneatur, ſi vxorem ducat.

Diſpoſitio Iuris maximè notoria (nempe, vt beneficium & Curam Parochialem habens intra annum à pacifica poſſeſſione ordinem Presbyteratus impetrare debeat, alias anno prætereelapſo, non impetrato Presbyteratu, beneficium ipſius vacet, aliique conferri poſſit: *cap. licet canon. de Electione li. 6.*) locum habere in Prioratibus conuentualibus. *Clemen. in agro. §. ceterum. de ſtat. curat.* Et etiam in Commendatariis & diſpenſatis à Papa ferendi beneficia ſecularia, Et ita iudicatum fuit Arreſto, quod in Maiore Camera Inquiſitionum, anno 1534. Vna ex principalibus rationibus *Capituli, licet. Canon. de Electio. lib. 6.* (quod videlicet ſi prouiſus de beneficio curam habens animarum annexam, non ſit Presbyter ante annum factus, beneficium amittit:) eſt hæc: ne ſub ſpecie ad Eccleſiam ambiendi, complures vſurpent & compendium faciant ex bonis Eccleſiaſticis, & poſtea ſtatum illum relinquant, ad ſeſe maritandos, *cap. commiſſa. de electio. lib. 6.* Dubium magnum fuit, ſi diſpenſatus *de non promouendo*, diu beneficium prædicti generis tenuerit, vel etiam non diſpẽſatus plus quam annum tenuerit, idque poſtea relinquat & vxorem ducat, vtrum cogatur fructus quos percepit reddere: Quidam ita exiſtimabant: *dict. cap. commiſſa*: Alij, quod non. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 21. Nou. 1522. pro Petro Gario appellante à Decano & Capitulo Ambianenſi. Omne dubium eſt, ſuper eo, qui nullam habuit diſpenſationem: Nã ſi diſpenſationem habuit peccat ex autoritate Papæ, qui poteſt velare & excuſare eum à prædicta coactione, at non etiam quoad conſcientiam: Et vtrumque prædicto Arreſto ad vnicum punctum conſcientię reducitur.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS, DE REGE ET EIVS MAIESTATE.

Vnde procedat titulus *Maieſtatis* vide *Titulum ad Legem Iuliam Maieſtatis*, & tractatum C. Goſtæ *de poteſtate & autoritate Regu.* De libertate & immunitate Regum Franciæ, qui ſuperiores non agnoſcunt, agunt Baldus, Ioann Andr. Speculat *tit. de appell. § nunc tractemus & ex. qui filij ſint leg. I. C. per venerabilem tit. de feudis. § quo.* Oldr. *conſ. 60.* Iaſon. *in lib. 2. § nunq. de ſumm. Trinit.* Bald. *conſil. 217. & 218.* Ioan. Ferrand. *de Iure Reg. Franciæ. & lib. De origine Francorum*, vide Sleidanum *lib. 8.* & contrariam ſententiam Conani *lib. 2. c. 18.*

ARRESTVM PRIMVM.

Titulus Maieſtatis vnde procedat.

DIVVS Paulus *ad Romanos cap. 13.* viam ſalutis docens, iubet Regibus obedire: oſtenditque hoc facto ipſi Deo obediri, à quo omnis poteſtas ꝓcedit: è cõtra, quiſquis poteſtati reſiſtat, Deo eum reſiſtere. *Non ſine cauſa*, inquit, *gladium portant*: Dei enim miniſtri ſunt in eo ad bonorum quietem, & pœnam maleficorum. In eo Deo miniſtrant, qui expreſſe eis iubet vt iuſtitiam diſtributiuam populo ſibi commiſſo exerceant. Inde huiuſmodi poteſtas ſancta, ſacra, ſimilibuſque appellationibus *Maieſtas* vocatur velut diuina res, non attento an Princeps Deique miniſter, qui hanc poteſtatem habet, requiſitam ſanctitatem habeat vel non. Reges Franciæ ab omni æuo *Chriſtianiſſimi* nomen ſibi quæſiuere. Ac præterea id aſſecuti ſunt, vt inter cætera Imperia, Reſpublicas, Potentes, iuſtitia in ipſorum Regno adminiſtrata maxim facta fuerit: deque iis ob innumeros actus integritatem & conſtantiam ipſius exhibentes, veluti per conſtitutiones, continuatas Curias ſupremas, aliaſque res ſanctas, quarum in hoc tractatu fit mentio, dici

Conſtituge Titul. de Dominantibus Regum ſupra.

Iuſtitia Franciæ.

possit per iustitiam eorum Maiestatem non minus conseruatam sartam tectam & auctam, quam ipsorum armis & victoriis Primus Rex Christianus Clodoueus in Iesu Christo regeneratus & denouo baptizatus per Sanctum Remigium, ipsum interrogauit super duratione Regni Francici, & hoc responsi tulit, quandiu Iustitia in eo regnatura esset. Hæc cōsideratio siue ratio inter complures alias admonitiones comprehensa fuit, quas Curia Parlamenti Regi fecit super nouitare Sedium seu Tribunalium Præsidialium mense Iulio. 1557. ad id ferendum, quod Curiis supremis cum in modum huiusmodi diuisionibus in minimas & leues partes factis, non minimum Maiestatis & Amplitudinis detracto, necessario quoque Iustitia debilitaretur: Eamq; tē tempus ipsum infinitis erroribus iam antea vt hodie comprobasse. Quod ad primam sententiam spectat, etsi Reges nostri ab obseruatione Legum * soluti sint, & supra Legem ipsam sint, veluti nullum superiorem recognoscentes, nihilominus tamen ad commouendos & continendos subditos ad continuandam obedientiam, quam sibi & Iustitiæ insę debent, voluto sese semper in controuersiis suis Parlamento Parisiensi submissos voluere, vt ex compluribus Arrestis liquet tum temporibus Sancti Ludouici, & aliis. Inferius *lib. 7. Arresto* 4. sic p[...] extat: Arresto Parisiensi. 26. Nouembr. 1419. dictū iussū, Regem obligari vendere, vsque ad triginta arpennes siue iugera sitarum Vrbi Parisiensi proximarum, & quidem pretio taxato per prædictum Arrestum pro Rege, ratio redempto[...] & pro emptoribus, ratione populi, idque ad subsidium defect[...] lign[...], qui tum erat maximus. Expr[...] Theodosij & Valentiniani Imp. Romanorum [...] nantium declaratione ad Volusianum directa: Nihil rege dignius est, nihil maius [...], & ad Maiestatem tuendam, quam Principatum suum obedientiæ Legibus submittere, idque tamen & rebus ipsis quam potest maximè, ipsi subditum, testari. Etsi in quibusdam causis Legem vitiari & corrumpi oportet, id tum demum fieri debet, cum ex iusta occasione admouenda & repellenda vis est repugnandi causa. inuerecundum est, ait Paulus IC. *in l. ex imperfecto. 23. ff de legat.* 3. Ex Imperfecto testamento legata Imperatorem vindicare confitent, quod Princeps sit, & liceat, hominem priuatum id facere non posse. id potius attendere debet, nihil tam conueniens esse, nihil dignius Maiestate sua, quam Leges seruare, quibus ipse solutus videtur: Quin & illud in animum inducere suum debet, hoc facto, maiestatem suam augeri & firmari obsequium à subditis suis debitum, qui nullam ita declinandi ansam habent, quin quodam modo sponte sua Principis exemplum sequi & imitari adiguntur. Quam ad rem grauis est locus apud Poetam Claudianum, cum ait:

[Vide Aemilium de gestis Frāco.]

[*l digna C. de legib.]

Rex obligatus populo suo subuenire.

Rex ad Maiestatem tuendam principatum suum obedientiæ legib. submittere debet.

In commune iubes si quid censesve tenendum,
Primus iussa subi: tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum
Censorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum.

II.

Lex Salica

Ex lege Salica, quæ facta fuit & publicata anno 424 à Faramundo primo Rege Franciæ, quinto ipsius regni anno, ex consilio quatuor Dictatorum suorum, & trium Regni statuum tempore Papæ Bonificij huius nominis Primi, quique Primus Romæ regnare cœpit, Honorio primo Imperatore, filiæ à successione regni siue in totum siue ex parte excluduntur: verba sont hęc, *Nulla portio hereditatis de terra Salica mulieri veniat, sed ad virilem sexum tota hereditas pertineat.* Super qua Lege notatu digna est vetus cōtrouersia inter Philippum Valesium quadragesimū Regem Franciæ ex vna parte, & Eduardum Tertiū Regem Anglię ab altera parte, super regno Franciæ, quod vterque sibi post mortem Caroli Pulchri Regis Franciæ & Nauarræ vindicabat, quæ agitata fuit anno 1327. Prædictus Rex Carolus Pulcher absque liberis mortuus fuerat, relicta tamen vxore Ioanna Burgundiæ prægnante, cœpitque prædicta controuersia inter prædictos Principes propter Curam ventris, quæ proximo debetur. Et sane Eduardus proximus erat: Philippus vero Valesius gradu remotiore. Intereà & pendente prædicta controuersia euenit, vt Regina prima die Aprilis prædicto anno filiam, cui nomen inditum Blanchæ, pareret. Eius natiuitas causam præbuit, vt prædicta controuersia magis quam antea exarserit: alioquin si filius editus fuisset, res facilè componi potuisset. Igitur vice administrationis, de qua primum controuersia enata fuerat, de regno ipsorum controuersia nata est, componendæ illi Status generales regni Franciæ, itemq; notabiles ex eis Doctores & principales iustitiarij conuocati fuere. In prędicto conuentu sese sistetont ab vna parte Philippus Valesius: & ab altera parte, Eduardus Rex Angliæ: vterque in eum, qui sequitur, modum iura sua proposuit: Philippus Valesius dicebat: Sese filium esse & hæredem Caroli Comitis Valesij: Cæterum prædictum Comitem Carolum fratrem germanum esse Regis Philippi Pulchri: Prędictum vero Philippum Pulchrum tres habuisse filios: Ludouicum Hutinum, Philippum Longum, Carolum Pulchrum, prædictos tres filios ordine & successione ab vno ad alterum transmissum tenuisse regnum ob defectum masculorum: postremum ex his Carolum Pulchrum Regem sine masculo mortuum, seque Philippum Valesium proximum esse masculum prędicti Regis, putasse patruelem esse, & in secundo gradu collaterali constitutum: atque his rationibus concludebat. Viceversa Rex Anglię Eduardus tertius dicebat: Se filium esse Eduardi Secundi, cui cognomen erat Canenarij, & Isabellæ sororis germanæ prædictorum trium regum fratrum, ac nominatim postremo defuncti Caroli Pulchri, atque ita se solum masculum superesse ex directa linea Philippi Pulchri aui sui, patris postremi Regis. Cæterum iure communi, heredes in recta linea procreatos præferri iis, qui ex linea collaterali sunt, atque ita concludebat. Fundabat sese super Lege Imperiali, quæ publicata fuit à Iustiniano in *Nouella sua, de hereditibus ab intest. venien. §. si igitur defunctus Collat. IX.* Philippus Valesius vero super Lege Salica, qui ideo asserebat cum sexus fœmineus à regni successione exclusus fuisset, excludi proinde etiam omnes masculos ab eodem sexu descendentes. Igitur Status decreuerunt Regem Franciæ, cum Imperatorem neq; alium Superiorem recognosceret, non subiacere legi imperiali, dictūque fuit partibus in hac re nullam prædictæ legis rationem habitam iri, verum legis Salicæ, atque ideo prædictas partes id agere debere vt singuli verba & mentem prædictę legis Salicę in suam sententiam vrgerent. In quod ambo Principes consensere. Rex Anglię dicebat, prædictam legem bene intellectam pro se facere: quandoquidem ea lege nonnisi filiæ simpliciter exclusæ essent, nulla facta liberorum masculorum ex iis descendentium mentione, sed econtrario omnes masculos sine discrimine vocari. Philippus Valesius dicebat, Edouardum non posse aliquid

Regni Franciæ & Angliæ cōtrouersia super Regno Franciæ.

aliquid Iuris prætendere, nisi per matrem suam. Ceterum eam disertis verbis exclusam esse pariter vt vniuersam lineam fœmineam à fœmina descendentem, Solamque lineam masculinam vocari. Tandem partibus auditis à prædictis Statibus pronunciatum fuit Arrestum de sententia omnium Principum, Prælatorum, Nobilium, insigniorum vrbium, Iustitiariorum, & notabilium, in quos partes consenserant, quo prædicto Philippo Valesio adiudicatum fuit Regnum Franciæ, declaratusque fuit ipsorum Rex genuinus & supremus dominus, exclusis cæteris omnibus, & iniunctum omnibus fuit, vt eum pro tali agnoscerent eique obedirent. Et tum inauguratus seu vnctus fuit Rhemis à Guilielmo Archiepiscopo prædicti loci, die Trinitatis, præsente prædicto Edoardo qui non intercessit, seu id ne fieret non impediuit. Id factum fuit anno 1327.

Arrestum contra Regem Angliæ

Et est eiusmodi consuetudo siue lex veterum Francorum siue Saliorum conformis legi diuinæ Israelitarum & rationi ciuili, quæ fœminas a talibus muneribus virilibus excludit: nonnulli eam appellant *Gallicam* pro *Salica* &c. Papo hic Gaguinum & alios communes Scriptores de lege Salica sequitur. Præterea notandum est, quod dicit Baldus *consilio* 418 *libro* 1. & *consilio* 218. *lib.* 7. Regem Franciæ supra omnes Reges Christianos ferre coronam libertatis & gloriæ. B.

Solamque lineam masculinam vocari] addito quod conditio nepotis non debeat esse melior quam filij aut filiæ *l.* 3. *ver. nam licet. C. de bonis mat.* Atqui Filia lege Salica exclusa est: quod ergo Iuris est de filia, debet etiam esse de descendentibus ex ea §. *hoc autem si ex qua feud. dare poss. in vsib. feud.* Vide Charondam *lib.* 3. *responsorum art.* 13. *&* *lib.* 5. *c.* 47. T. Nota bene, legem Salicam generaliter loqui *de omni terra Alodiali*: videatur inter cætera 62 *cap.*

III.

Lex qua firmatur consecrari & regnū suū administrare posse.

Ex lege Franciæ, quæ publicata est in Parlamentis anno 1407 Rex minor annis in coronam succedens, consecrari potest sine vlla ætatis limitatione, Regnumque suum administrare de consilio Principum sanguinis sui. Antea & alia lege, quæ publicata fuerat per Regem Carolum V. cognomine *Sapientē*, non nisi 14. anno ætatis & non ante huiusmodi inauguratio fieri poterat. Tempestate nostra vtraque lex vsurpata fuit in persona Regis nostri Caroli IX. à Deo vocati ad coronam, anno ætatis 10. vel circiter ... is illico post inauguratus fuit & impubes regnum suum administrauit de consilio Reginæ Catharinæ matris suæ & aliorum Principum sanguinis sui, sic vt nullus fuerit visus vel auditus qui titulum Regentis aut Gubernatoris sibi vindicauerit. Cum ad 14. ætatis annum peruenisset, sedens in Parlamento Normaniæ Rothomagi semetipsum maiorem declarauit in præsentia & ex consilio matris suæ & prædictorum Principum. Ab hac re non aliena erit quæstio hæc. vtrum quemadmodum prodigo & bonorum suorum profligatori curator datur bonorumque administratione interdicitur; rursum quemadmodum per legem minori 25. annis alienatione immobilium suorum interdicitur, vtrum inquam Regibus profusis & prodigis esse liceat, & si prodigi existant seu appareant, vtrum ab interdicto immunes sint, quemadmodū à cura immunes sunt si minores existant? Papa Innocentius Quartus *in capite grandi* (quod desumptum ex consilio Lugdunensi) *de supplen. neglig. prælato. lib.* 6. cum intellexisset Regem Portugaliæ probatum seu compertum conseruandi regni sui incuriosum esse, Principibus Regni mandauit, vt coadiutorem delegarent, cui negotia regni committerentur: *non inquit per hoc intendimus memorato Regi vel ipsius legitimo filio (si quem habuerit) prædictum regnum adimere: sed potius sibi & eidem regno destructionis exposito ac vobis ipsis in vita ipsi Regis per solicitudinē & prouidentiam comitis consulere supradicti.* Prædictus

Regis Caroli IX. quomodo ceperit

Regi interdici regni bonorum administratione an possit prodigus, ...

Rex non erat prodigus neque decoctor: sed segnis tantum & incuriosus: neque videbatur ea re interdici posse: alioquin peioris esset conditionis Rex quam priuata persona, cui in simili casu socordiæ, negligentiæ & desertæ frugalitatis non potest interdici: vt expresse ait Pomponius in *lege etiam filios* 9. *licet ff. soluto matrimonio* in his verbis. *Quia in rerum ipsius administratione non erat culpa ab eo exigenda*: Id tamen non potest in consequentiam trahi quantum ad Regem negligentem, quique profusus est, etsi id faciat citra dolum & apparentem culpam, quoniam administratio quæ tot personas respicit: puta populum vniuersum, qui ipsi à Deo commissus est, & cuius tutela & conseruatio eum debitorem teneret obligatum ad curam solicitudinem & vigilantiam, at huiuscemodi negligentia in priuato non potest incommoda esse aut præiudicare alteri quam illi ipsi & eius successoribus. Ex superiore interim exemplo apparet, Papas autoritate sua vsos, super Regnis Christianitatis. Pariter fit mentio *in cap. licet de vot.* ab alio Papa Innocentio III. regni Hungariæ & quo modo id ad primogenitum masculum pertineret: nihilominus eidem minatur; si votum patris sui non adimpleat, eum regno priuandum, atque id in manus Secundogeniti deferendum: Prædictam quæstionem tractat quoque Ioannes Faber. *super* §. *furiosi tit. de curatoribus in fine.*

Papæ supra Reges Christianos.

De maioritate Regum ab anno 12. ad capessendam Regni administrationem vide edictum Caroli V. & declarationem factam pro Carolo IX. vna cum tractatu Tilij actaenij. B.

IV.

Reges Franciæ crudelitate & seueritate non vsi.

Ex omnibus orbis totius locis nullus reperitur in quo Reges minus seuitiæ & crudelitatis exercuerint, quam in hoc Regno Franciæ: quinimo econtra tam insignis clementia, ex Chronicis quæ publici iuris facta sunt de rebus gestis Regum nostrorum apparet, vt dici possit omnino hoc Regnum esse quod minimum sanguinis effusi accusetur: Itemque confiscationum & alterius cuiuscunque crudelitatis. Eius rei sufficiens testimonium occurrit in historiis Regis Ludouici XI. & peculiare tempestate nostra, quando videlicet defunctus Rex Henricus à quodam male feriato Parisiis gladio aduersus ipsum stricto appetitus fuit. Is scilicet captus & intentionem suam expromere iussus respondit, se interficiendi Regis animum habuisse: cum plurimorum manus ad hæc verba iam iam ei necem inaturæ essent, ecce Rex præsens instantissime id egit, vt intercederet, seu id impediret: captus igitur neque per Regem factum quin absolueretur: nempe quia tam infaustas rationes allegaret, vt maniæ aliquid immixtum appareret: Nihilominus supplicio affectus fuit, quia res mali exempli esset. Eius temporibus complures aduersus ipsius personam coniurationes directæ sunt, quas dissimulauit. Postremis hisce temporibus infinitus numerus detectus fuit in quibus rigor Iuris non fuit obseruatus, quin potius clementia & edictis humanissimis in Parlamento prædicti Regni publicatis omnia sopita fuere. Sunt complurimi qui hoc clemētiæ genus incusent & supremas curias quæ in eam quoque inclinent, insuper habita altiore & suprema autoritate sua: Nihilominus tamē sunt alii sanioris indicij, qui eam approbant, quique ita existimant, non habita ratione eius quod crudeliter & exitioso fine faciendum esset, modum sine rationem hactenus vsurpatam necessariam fuisse, longeque vtiliorem probari posse ea quam seueri rigidique exposcebant. Hanc in rem insignis est Historia coniurationis Lucij Cinnæ

Exemplũ quantopere magis Principi condeceat ignoscere, quam seueritate vti.

iuuenis nobilis Romani, cui fauebant & adhærebãt complurimi, eo quod ex nobili familia esset: de eo igitur ad Augustum Cæsarem Imperatorem relatum fuit, eum eius occidendi imperium cepisse, addito loco, tempore & ratione: scilicet mane in Gallia vbi tum versabatur & inter sacrificandum. Augustus consilium aduocat: inque rei veritatem inquirit, & in præsentia ipsius de complurimorum coniuratorum vita & bonis decernitur. Liuia vxor ipsius hoc consilio intellecto, Augusto marito suo repræsentat maturè eum deliberare super eo oportere eiq; suadet, vti medicorum regulam sequatur, qui cum vident consueta remedia non succedere, ad contraria sese conferunt: Eum scire posse & debere hactenus seueritate nihil profectum esse: Eum prius amice Cinnam audire debere, eique ignoscere, vt maxime verum sit quod de eo proferatur, ac maximè cum cõiurationis compertus nihil amplius in vitam prædicti Augusti moliri possit: Sed è contra plurimũ ad eius famam posse eiusque decus si ipsi ignouerit. Augustus id consilij cœpit vt maxime à muliere datum, verum id ab eo factum quod eam prudentem & circumspectam comperisset: atque ideo omnibus monitionibus contrarius intercessit. Proinde Cinnam ad se solum venire iussit & deposita ira neque vultu effero, eum sibi in sede assidere iussit, eumque rogauit, vt patienter sese audiret, & attentè, neque se interrumperet: inuicemque ei pollicetur tempus & spatium dicendi quod collibuisset. Ibi itaque Imperator ei recensere ingentes honores & benefacta quæ ab ipso accepisset, nempe quod eũ bello cœpisset, captiuum tenuisset, postea liberasset, vitam dedisset, bonaque relaxasset citra damnum aliquod aut detrimentum: quemadmodum magistratum eum euexisse aliosque processus: tum eum rogat qua causa motus vitæ ipsius insidiari voluisset: quantum indignitatis, ingratitudinis abominationis in ipso resideret vel hæc molitum esse. Ad hæc Cinna omnibus auditis ex iuuentute sua & temeritate perspecta turbatus fuit: Neque aliud quidquam respõdit, quam vt diceret sese illorum numero non fuisse, & Imperatorem orat, ne relationibus fidem habeat: Imperator eum turbatum eum videret ei dixit, Cinna, vitam tibi largitus sum eum esses inimicus meus, nunc vitam tibi largior tanquam homicidæ, proditori & parricidæ: bono animo esto deinceps amicissimus, & deinceps fidem faciamus viuendo tuque & ego quis nostrum meliorem animum habeat, tu ne vitam mihi accepto ferendi quam mihi debes, an ego meliore animo tibi largitus sim. His dictis Imperator eum amplexus est, eumque Consulem Romæ designari fecit, qui potissimus erat magistratus secundum dictaturam aut Imperatoriam dignitatem quam tenebat Augustus. Cinna deinceps postea nõ aliud egit quàm vt ipsi deuotissimus esset, eumq; hæredem suum vniuersalem moriens instituit.

TIT. II. DE ORDINE QVI MEdio tempore inter mortem Regis, & successoris ipsius inaugurationem obseruatur.

ARRESTVM. I.

Honor q̃ Regis defuncti corpori defertur.

IN Francia ab omni æuo Solemne illud obseruatum fuit, vt post mortem Regis, idem ille Rex põpulo exhibeatur in habitu suo regio, eademq; ratione officiarij ipsius ei ministrent, ac si viueret: neque is qui ad regnum vocatur consecrari debet aut Solemnem Regium introitum celebrare, vsque quo defunctus Rex sepultus sit, isque de nouo ad coronam veniens vna cum Principibus suis B. Virginem Parisiensem salutatum venerit, atq; inde forte dubium exortum est, in quo antea Curia hæsit, sub qua autoritate pendente illo tempore expeditiones publicè fieri & sigillari debeant, an Regis defuncti, an vero noui qui nondum consecratus est? Super quo declaratum fuit Arresto 19. Aprilis 1498. Regẽ de nouo succedentem in coronam & inaugurationi proximum pro inaugurato habendum.

Rex ante consecrationẽ Maiestate sua vtitur.

Nota, quod articuli eorum & solemnium verborum quæ Rex in ingressu coronæ seu regni iurare cõsueuit, a Rege Ludouico XI. ad Parlamentum directæ seu emissæ fuerũt 22. Aprilis 1481. vt ibi videlicet in regesta referentium B.

II.

Alia forma seu solemnitas Curiæ Tholosanæ.

Anno 1460. 7. Augusti Curia Parlamenti Tholosani comperta Regis morte, deliberauit & decreuit, Interea dum Principis recenter ad coronam accedentis voluntatem expectant, conuentum Iudicialem nullum habitum iri, nullas causas actas iri, nulla Arresta pronunciata iri, verum eas tantum lites tractandas quæ iam instructæ essent, neque aliud requirerent, quam vt definirentur. Nihilominus si negotia inciderent quæ noua prouisione egerent, Curiam per literas & mandata processuram hoc titulo. *Viri Parlamenti Regij Tholosani. Les gens tenants le Parlement Royal à Thoulouze*: eaque signaturam non nisi sigillo prædictæ Curiæ nulla facta mentione Regis defuncti neque noui successoris eius.

III.

Mandata Regis parem vim habẽt post mortem ipsius ac ipso superstite.

Arresto Parisiensi 20. Februarij 1389. dictum fuit in contrarium non obstante morte Regis, nihilominus Arresta pronuncianda perindeque agendum vt eo superstite. Hoc axioma obseruatur: omnia mandata morte mandantis resolui: & nihilominus tamẽ propter vtilitatem publicam cõtrarium obseruatur in mandatis Regis quæ parem vim habent post mortem Regis ac ipso superstite. Ita iudicatum fuit Arresto 6. Octobris 1381.

IV.

Officiarij Regis post mortẽ Regis & antequam in officiis suis confirmentur, in eodem statu, quo antea permanent.

In hoc Regno ius hoc commune ab omni memoria est, vt cum Rex decessit omnes qui ab ipso habẽt Officia & munera, nouam prouisionem accipere teneantur. Et ex hoc iure dici posset per mortem Regis Officiales & magistratus non tales esse quales erant, neque idem posse quod poterant: nihilominus ex æquitate & propter vtilitatem Principis publicamq; non inferri debet aut induci eiusmodi cessatio: & optima ratione dici potest & super hoc ita æstimari, Principem successorem prædictos Officiales eorumq; ministeria approbare vsque quo aliter super eo decreuerit. Et vero Curia morte Regis Ludouici XI. comperta & in simili dubio hærens, decreuit Officiarios prædictæ Curiæ in eodem statu quo antea mansuros, Interea dum responsum exspectant à Rege, qui in coronam seu Regnum successit, ad quem Curia quosdam missura esset orando illi, vt eos de nouo in ipsorum Officiis confirmaret. penultima Augusti 1483. Desumptum ex Lucio.

Notandum est, Regem nunquam mori, & Parlamentum Parisiense in interregno ei rei semper prouidere, siue de approbatione Regentiæ vt vocant, id est administratione Regni, siue de alia re agatur, Interea dũ inauguratio vel electio expectatur: quemadmodum actitatum quoque fuit post mortem Caroli IX. quando videlicet 1 Iulii 1574. literæ Reginæ matris confirmatæ fuerunt. Et Princeps successor censetur approbare Officiarios vsque quo aliter super eo decreuerit. Ita iudicatum pro Locumtenente peculiari Stampensi,

cui

... Index intercedebat eo prætextu quod enoſcimatus non ... dict 22 Februarij 1564 B Vide *in tempore constitutionum Regiarum* formam ſiue ordinem quæ obſeruata fuerunt pro ad- miniſtratione Regni die ipſo & poſtridie deteſtandi parricidij admiſſi in perſona Henrici Magni IV. eius nominis.

TITVL. III. DE REGINA.

ARRESTVM I.

Regina pe- culiarem breuem in Parlamen. habet Con- trouerſiis ſuis.

CVria Arreſto ſuo, quod datum 27. Iun. 1422: declarauit, pariter vt Pares Franciæ, ita Reginā ad cauſas & controuerſias agitandas, dirimendas dies legitimos & ſtatos habere oportere, & peculiarem breuem iis regiſtrandis, ac præterea iiſdem partibus & gradibus ipſam prærogatiuas ſupra dictos Pares habituram vt Rex ipſe, cuius Maieſtatis ſocietatis Iure participationem habet. *Lucius.*

In Signum huius rei. Regēriæ, id eſt, adminiſtrandi regni capax eſt, ſuoſque procuratores Catholicos pariter vt Rex habet, ſub quorum nomine ipſa litigat B.

II.

Regina, cū ciuitatē pri- mū inuehi- tur, pari honore ac Rex ipſe excipiēda.

Reginæ, cum ciuitatem Pariſienſem ſolenni ritu primum inuehitur, decernitur & debetur par honos ac Regi ipſi: vt continetur Arreſto 17. *infra tit. de Supremis Curiis.* Et quāuis pro alio Principe, & Principiſſa, quam pro Rege, Domini Parlamenti non debeant neque poſſunt ferre Capitia, quas vocant, Caperones & togas pellice ſuffultas, tamen pro Regina ea ferre debent.

TIT. IV. DE CONNESTAbili Franciæ*.

Connestabilis Franciæ primus eſt inter Officia militaria & toti militiæ imperat, ac propterea & velut Caput vocatur, *Magiſter militum*, vt dicunt Impp. Valentinianus, Gratianus & Theodoſius in L. 1. C. *de Offi. Magiſtri militum.* Vnicus tantum eſt in Francia, ſub quo ſunt Mareſchalli Franciæ, qui antiquitus omnino quatuor erant. Hiſtorici Francici aiunt: Primum qui nomen & dignitatem Conneſtabilis geſſit, fuiſſe Illuſtriſſimum Dominum Bouchardum, tempore Caroli Calui & Ludouici Pii anno 840 Vide memoralia Domini Petri Miraumontii, antea Conſiliarii in Camera theſauri, nunc autem Locumtenentis maioris præfecti aulæ regiæ, item ac Caſtrenſis. *Tit. de Conneſtablia & Mareſchallia Franciæ*, vbi refert, quæ origo, autoritas & poteſtas Conneſtabilia Franciæ ſit, quæ ex regeſtis Curiæ Parlamenti & Cameræ Computorum excerpſit I.C.

ARRESTVM. I.

Iuramentū Illu- ſtriſſimi Dn Cōne- ſtabilis.

CVria in præſentem vſq; diem id honoris tulit, vt intra vnà cum Illuſtriſſimo Domino Cancellario & quatuor Franciæ Mareſchallis in Parlamento ſedentibus, Illuſtriſſimus dominus Conneſtabilis à Rege creatus iuramentum præſtare teneatur, idque Arreſto 2. Octobris 1415.

Conneſtabilis antea Officialis domeſticus, poſt cubiculi præpoſitum, nunc caput militiæ, primus Coronæ ſeu Regni officiarius ab initio erat, quem vocabant *Grand Eſcuyer*, id eſt, *Præpoſitus ſtabuli.* Hæc dignitas ſub Hugone Capeto aucta eſt: B.

Anno 1475. prima die Decembris, ſuper dubio quondam, in quo hærebat Curia, ſuper Conneſtabili Francię, qui captiuus erat in Baſtilia reus læſæ Maieſtatis, & cui per quoſdam Commiſſarios à Rege delegatos, proceſſus criminalis intentatus fuerat & inſtructus, & quorum relatione audita Curia decreuerat, neceſſe eſſe, & vt interrogationes ei factæ, vna cum reſponſionibus ab eo datis, repeterentur & publicarentur in eius præſentia, ſuper dubio, inquam, verum ex duobus fieri oporteret, an Curia ipſum adire deberet, an vero ipſe ad Curiam perducendus eſſet, Dictum fuit Arreſto, Curiam ad Conneſtabilem in Baſtilia captiuum ituram,

Nota, Conneſtabilem cum Mareſchallis ſuis ſedem & Iuriſdictionem ab antiquo habere, ad menſam marmoream Palatij, quæ nunc habetur prope Libellanos aulæ B.

TITVL. V. DE PARIBVS Franciæ.

Pares primitus ab Hugone Capeto inſtituti fuere conciliandis ſibi Ducibus ſuis, Comitibus & Baronibus. *Par antiquitus* præferebatur Regis filio, ſi is Par non eſſet. Nonnulli eos vocant *Pares* vel *Patricios*: vulgariter in veteribus memoriis Latinis vocantur *Parones.* Ita vocati autem *Pares*, quia dignitate & poteſtate pares erant, ait Beroſus. B. Alii exiſtimant, eos a Rege Carolo M primum creatos & inſtitutos, exemplo Duodecim Apoſtolorum, tum ſcil. cum expeditionem in Hiſpaniam fecit, expellendis inde Saracenis qui eam ingreſſi fuerant. Gaguinus *lib 4. Hiſtoria cap. 1*, Id quod Paſquierus *lib. 2 Curioſarum inueſtigationum Franciæ* arguit Pares Laici hi erant: Duces Burgundię, Normaniæ, Aquitaniæ: Comites Flādriæ, Campaniæ & Tholoſæ: hodie vero omnes iſti Ducatus & Comitatus Coronæ Franciæ accreuere ſeu vnita & conſolidata ſunt, excepta Flandria quæ a Rege Hiſpaniæ occupatur ſeu tenetur. Rex ſæpe Pares facit & creat: nunquequinarij numero. Quod ad Eccleſiaſticos attinet, iidem manſere, qui olim, Archiepiſcopus videl: Rhemenſis, Epiſcopus Lingonenſis, Nouiodunenſis, Catalaunenſis, Bellouacenſis, & Laodunenſis. Budæus eos vocat Patricios aut *Pares communis Reipub.* I.C.

ARRESTVM I.

ACcuſatio ſeu iudicium criminale Pari Francię intentari non poteſt, niſi in aliqua ex ſupremis Franciæ Curiis. Et ita iudicatum fuit à Rege ipſo, Paribus Franciæ & Curia Parlamenti adſidentibus 2. Martij 1386. non habita tum ratione eius quod aliquando aduerſus Ducem Amorticum Anglum aliter decretum fuerat.

Iudicium Criminale Pari Franciæ, niſi in aliqua ex ſupremis Curiis intentari nō poteſt.

II.

Duces Niuernenſis, & Mompenſerij primi olim omnium Pares Franciæ creati fuere: ſic tamen vt ex his Mompenſerius poſtremus creatus fuerit. Et vero Curia, eo tempore quo more in ea recepto Roſæ offeruntur, hæſit, vter ex his pręcedere deberet: tandem Arreſto prerogatiua Domino Mompenſerio adiudicata fuit: nempe quod cognatione Regem à parte contingeret: quæ ratio prærogatiuam præ cæteris omnibus tribuit. Pręedictum Arreſtum pronunciatum fuit. 17. Iunij 1541.

Prærogatiua inter Niuernenſes & Mōpenſerios Duces.

III.

Curia anno 1469. penultima die Iunij, creationē Ducis Niuernenſis in Parem Franciæ à Rege factam approbauit.

Approbatio Curiæ ſuper Pariato Ducis Niuernenſis.

27 Nouembris 1581. Dominus de la Valette Par factus fuit. B.

IV.

Quinta die Ianuarij 1547. in Parlamento lecta fuerunt diplomata Regis Henrici II. quibus in fauorem Illuſtriſſimi D. Franciſci Lotharingi, Ordinis Regij Equitis, Comitis Aumaliæ, prædictū Comitatum in Ducatum & Pariatum erexit: ſub hac tamen exceptione, vt ſi is abſque liberis maſculis decederet, Pariatus titulus extingueretur, ſaluo manēte Ducatus titulo.

Dux Aomaleus Par Franciæ creatus.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum V.

I.

PAres Franciæ ratione cauſarum Pariatus ipſorum ſpectantium, fori præſcriptionem in Curia ſcilicet habent, at non etiam ipſorum ſubditi qui forum ſortiun-

Pares Franciæ ratiōe cauſarum ſuarū fori

præscriptionem habent in Curia.

sortiũtur apud Iudicem Regium: Ita iudicatum aduersus subditos Cardinalis Lotharingiç 19. Nouembris 1565. Ipsi possunt pro iuribus Pariatus sui subditos quos intra iurisdictionem suam habent cõuenire coram sublimissimis magistratibus ipsorum omisso medio puta in Curia: Ita iudicatum pro Domino Cardinali Castellionæo. 11. Decembris 1564. perotãte Loisello. Præsidiales magistratus seu Iudices de controuersiis Parium cognosce re non possunt: vt dictum fuit 17. Decembris 1465. B.

II.

Pares cæteros præcedunt.

7. Ianuarij 1577 publicata fuerunt diplomata, quibus Rex declarabat, velle se vt Principes Pares cæteros in cõuentibus præcederent. Et 26. Martij 1579. definitum fuit in Curia, Episcopum Bellouacensem præcessurum Consistorianos, quãdo Curia processura esset. B.

III.

Pares in terris suis concessionis præbẽdæ super artificio aliquo exercendo potestatẽ non habẽt.

Par Franciæ potestatem non habet in terris suis constitutionis edendæ seu prębendæ concessionis super artificio aliquo exercendo, eoue immorando & innouando, verum Rex super his adeundus est. Et improbatum valde fuit in Curia, quod Dominus Niuernius sartoribus interdixisset, ne tibialia deinceps facerent, indulta licentia & artificio iis quos ipse elegerat Tibialium conficiendorum. Iudicatum 9. Februarij 1569. B.

TIT. VI.

DE SVPREMIS FRANCIÆ CVriis seu Tribunalibus ac nominatim de Parlamento Parisiensi, eiusque prærogatiua.

ARRESTVM I.

Cancellaria peculiaris cuique Curiæ supremæ.

QVælibet suprema Curia peculiare suum habet scrinium seu peculiarem Cancellariam expediendis emittendis videlicet quibuscunque prouisionibus quæ iustitiam intra districtum cuiusq; spectãt: at si in alium districtum emittantur, ipsis impune nõ paretur: & parti ab executione appellare fas est: omniaq; postea reuocantur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 17. Decembris 1543. pro Comite Sauiniganio aduersus Archiepiscopum Rothomagensem: & antea quoque 8. Martij anno 1508. inhibitumque fuit Seneschallo Pictauiensi, ne literis ex Cancellaria Burdegalensi directis pareret. Eaque ipsa doctrina est Baldi, in *l. minor autem.* §. 1 *ff. de minoribus.*

De Cancellariis in singulis sedib. præsidialibus.

Rex Henricus II. in vnaquaque sede Præsidiali paruam Cancellariam, & sigilli custodem qui idem est in Præsidali sede Consiliarius, cum eadem auctoritate, prærogatiuis, iuribus, lucris & emolumentis quæ cæteri Consiliarij prædictarum sedium habent erexit. Edictũ adprobatum fuit 14. Febr. 1717. De ipsorum potestate, & quas literas signare possint *v. tit. 4. de Cãcellariis sedium Præsidialium in Collectione mea:* & Maynardum, *li. 2. c. 27.* I.C.

II.

Autoritas Curiæ super Cancellariam Franciæ.

Si quando contingat, vt in Cancellaria literæ admissionales ad persequendam appellationem denegentur, quæ eius generis sit, cuius causa necessario eundum sit ad prædictam Cancellariam, non ideo tamen appellans grauamen à quo appellauit pręscissa spe reparationis sufferre cogetur. Nam in tali casu iam olim mos fuit ad supremam Curiam cõfugere: vt factũ in appellatione quadam quæ facta fuerat ab Irenarcha Barrensi 9. Decembris 1405. quæ à Curia admissa fuit, & postulatæ literæ appellanti expeditæ fuere, quas Illustrissimus D. Cancellarius recusauerat ad quem prædicta Curia per Actuarium Curiæ prædictas admissionales appellationis misit, vt ei sigillum apponeret: qui ad id responsum dedit, *se id facturum.* Et super similibus causis extant adhuc hodie regesta quædam in Parlamento, quæ tamen valde corrupta & vetustate arrosa sunt, quibus antiqua Curiæ dignitas & auctoritas hac parte consignatur. Prædicta scil. Curia in huiusmodi casu appellantem remedij exortem non reliquit, quin potius ei manum præbuit, & auxilium præstitit renuente Cancellaria sigillare, vel quid aliud: in tantum vt prædicta Curia admissionales appellationum dederit: Quæ ab admissionalibus prædictæ Cancellariæ nonnisi duobus distant: nempe sigillo: itẽ quod in admissionalibus Curiæ nulla prohibitio continetur de non faciendo aut attentando quid in præiudicium prædictæ Curiæ. Iuxta id paucis ab hinc diebus, duo fratres, cum ab Irenarcha in Balliuatu Forosegusiensi per contumaciam post trinam publicam proclamationem condemnati fuissent ad patibulum, statim vt adprehensi fuissent (eo quod accusati fuissent quasi adgressi fratres Marcousios mercatores, à nundinis redeuntes, & pecuniam seu pretium referentes aliquot pinguium boum, quos vendiderant, idque in via publica, in sodalitio armatorum hominum, qui in vniuersum septem fuere, eosque ad terram prostrasse & pro mortuis reliquisse, qui postea erecti pecunia nudati reperti fuerant,) interim vero decretũ fuerat, vt proposita publice imagine supplicium hoc & iudicium repræsẽtaretur: ii inquam cum ita condemnati fuissent, ad Regem eiusque Consistorium confugere, ad obtinendas admissionales appellationis à sententia prædicti Irenarchæ: quod ipsis denegatum fuit: post hãc igitur denegationem ad Curiam Parlamenti confugiunt, in qua ad libellum oblatum, admissionales à Camera impetrant, quo Irenarchę mandatur, Vt intra triduum à significatione notoriam suam seu elogium ad acta prædictæ Curiæ mittat: eique interdicitur, ne ad executionem progredi velit. Alius quidam circa idem tempus qui nominabatur Brucellus Aduocatus Petricorij in prædicto Balliuatu residens, captiuus detentus à prædicto Irenarcha quod falsæ monetæ cusæ accusaretur, iurisdictionẽ prædicti Irenarchę declinat: is eo non obstante, & reiecta eius appellatione, consummationi processus instat: ab eo appellat ad Parlamentum: Ad diem condictam sese non sistit, libellum tamen Curiæ offerri curat, in eum finem vt prędicto Irenarchæ vlterior iurisdictio interdicatur: id ei Arresto indulgetur, sub pœna talionis: addito hoc mandato, vt is elogium suum & gesta omnia ad Consistorium Regis intra triduum à significatione deferret vel mitteret. Hæ duæ prouisiones inter se valde differunt. In prima quippe Curia noluit prouisionem admissionalium dare, nisi post recusationem & denegationẽ Illustrissimi D. Cancellarij: & in eodem casu de appellatione cognitionem sibi vindicat, elogio & gestis omnib. ad se mitti iussis. In posteriore Brucelli scil. rectà, neque expectata recusatione, prouisionem admissionalium præstat: ac præterea cognitionem sibi non vindicat, verum cognitionem ad Regem eiusq; Consistorium remittit. Edictis defuncti Regis Henrici II. Caroli IX. huiusmodi remedia sublata sunt. Et sane super casibus specialibus superius expressis, Rex diplomate suo 18. Iulij 1566. in Consistorio suo expedito, & signato *Allassina*, huiuscemodi instantias interdixit, & prædicto Irenachæ iniun-

iniunxit vt processum consummaret, & iudicium suum exequeretur. Præterea si in lite aliqua pendente in prædicta Curia, vitium sit in instructione processus, & necesse sit litteras impetrare ad vitium emendandum, si huiusmodi literę in Cancellaria refutentur, instans potest Curiam libello adire: eaque auditis partibus, super reparatione prædicti vitij ius dicere solet, haud aliter ac si literæ super eo impetratæ fuissent. Attamen Curia hodie nullam amplius auctoritatem, nullum imperium in prædictam Cancellariam habet, vt ante defuncti Regis Francisci reditum ex Hispania, vbi ab inimicis captiuus detinebatur, habebat: is quippe reuersus prædictam auctoritatem sustulit in gratiam Cancellarij Pratensis qui eo irritatus fuerat, quod Curia tempore captiuitatis Regis castigandi & arguendi prædicti Cancellarij munium iam faceret.

Auctoritas Curiæ super Cancellariā; quando de clinare vel immaui lasent.

Vide hunc ipsum auctorem 2. *Notariæ tit. de Cancellaria Franciæ, lib. 5* vbi refert simile Arestum, & alterum super hac materia. I.C. Nota cum Parlamenti nomen olim proprium & peculiare Parisiensi fuerit, idem Parlamentum Parisiense quoque maiorem ceteris auctoritatem sibi retinuisse seruasse, velut de Edictis Regis cognoscendi, de controuersiis Parium, Ducum, Comitum, & de Regiis vniuersaliter, *vt constitutionem Caroli VII.* in qua prædicta Curia dicitur Caput. 1. Metropolitana & Exemplaris, &c.

III.

Delegati à Curia ad Cancellariā Parisiensem.

Vicesima prima Septembris, 1523. absentibus Dominis, Magistris libellorum Aulæ Regiæ, Curia Parlamenti Parisiensis, Dominos Alardum & Aboturn, ad exercendum sigillum in Cancellaria Curiæ Parisiensis misit. Id factum fuit ad postulationem Contrarotulatorum quos vocant & Secretariorum prædictæ Cancellariæ.

IV.

Idem Appellatio à Camera Rationalibus ad Curiam

Camera Computorum seu Rationum aduersus ius & æquitatem Secretarium quendam & Amanuensem prædictæ Curiæ officio suo deiecerat, à quo appellauit: ei Cancellarius contemplatione patruorum Regis, qui tum omnia turbabant, literas ad id necessarias denegauit: ea re comperta, & ad postulationem, Curia pro vltimo & militari refugio, aduersus tantam vim & potentatus rationem, prædictas literas concessit 28. Ianuarij 1401. Harumque exequendarum negotiũ Præfecto Parisiensi datum: qui eo ipso die officio functus aduersus Cameram Rationalium: quæ quanto poterat opere tergiuersationibus & dilationib. illusoriis, cognitionem & authoritatem Curiæ euitare satagebat.

Quando in Cancellaria expeditio admissionalium appellationis denegatur, eique *refutata* Referendarii addita, libello Curia adiri solet, eo fine scil. vt pro bene admisso ad appellationem habeatur, & partem suam ad Curiam citare liceat, nõ secus, ac si impetratæ admissoriæ appellationis fuissent: & ita obtinere vidi. Et cum quis à sententia libellariorum palatii appellat, appellatio admittenda proponitur libello Curiæ oblato, sic vt nil necesse sit alias admissionales appellationis à Cancellaria impetrare I.C.

V.

Appellatio à Maiore Consilio ad Curiam

Decima septima Februarij anno 1499. dictũ fuit, quendam qui à maiore Consilio appellauerat, in Curia admittendum: eoque fine Curia ei admissionales præbuit.

VI.

Prærogatiua Curiæ super Maioris Consilium.

In omnib. Mandatis & Edictis in quibus Curiæ Parlamenti & Maioris Consilij mentio fit *Curia* præponi debet: Et ita constituit speciali rescriptu R. Carolus VII. quod lectum, publicatum, & in regesta Curiæ relatum 13. Iunij 1499.

Omnes commissiones, omnia mandata, per Curiam Parisiensem videri debent, vt potestatem & vim aliquam habere possint. Ita iudicatum 13. Febr. 1564. B.

VII.

Præsides inquisitionum Ecclesiastici.

Præsides Camerarum Inquisitionum necessario Ecclesiasticos esse oportet. Et ita dictum fuit 19. Augusti 1517. Et hac ratione Viuianus, qui biduo post ad hoc Officium promotus seu designatus fuerat, vt in Curia admitti posset, laicum statum abdicare, seque Ecclesiæ dicare coactus fuit. Desũptũ ex Lucio.

Hoc non amplius obseruatur. I.C.

De Institutione Parlamenti, maioris Cameræ & Cameræ Inquisitionũ

Initio instituti Parlamenti vnica tantum erat Camera, quæ *Camera Parlamenti* vocabatur: quandoque etiam *Camera Prælatorum*: eo quod Parlamentum maximam partẽ Prælatis & Ecclesiasticis constaret: post institutam alteram Cameram quæ *Camera inquisitionum* vocata fuit *Maior Camera causarum perorataram* dici cœpit, ad discrimen Cameræ Inquisitionum propter auctoritatẽ qua supra Cameram Inquisitionum eminebat, in qua iudicabantur tantum controuersiæ quę scripto agitabantur: eiusq; Consiliarij, quorum plerique Ecclesiastici erant, vocabantur Cognitores & Relatores, eo quod relationes facerẽt seu referent earum Dominis Maioris Cameræ: prout scripsit Nicolaus Bayeus Actuarius. Eaque Camera iam inde ab anno 1317 instituta deprehenditur. post annum circiter 1453 prædicta Camera Inquisitionum in duas diuisa fuit: quarum prima *maior Camera Inquisitionum*, altera *minor* dicta fuit. postea propter negotiorum concursum, & causarum multitudinem, Rex Franciscus I. anno 1521. viginti Consiliarios in parlamento creauit ex quibus conflata fuit *tertia Camera* Inquisitionum: anno 1543 instituta fuit *quarta Camera*: tandem anno 1568. instituta fuit *quinta Camera*: Ex his quinq; inquisitionũ Cameris & maiore Camera conflatur Camera, quæ Tournellæ vocatur, ad iudicandas causas Criminales, quæ ita vocatur, quoniam conflata est ex consiliis prædictarum Camerarum qui in ea per vices funguntur, & ideo vocata est Camera *Tournellæ*, (non ita male dictis, *orbicularium, rotulariam*, vel *vicissitariam*.) Præter has omnes est quoque Camera, quæ *Camera Edicti* vocatur, excitata siue instituta anno 159[illegible] pro iudicandis causis eorum, qui religionis vt ipsi prætendunt, reformatæ sunt, vide *Collectionem meam determinationum. tit.* 31. *cap.* 170. I.C.

VIII.

Idem & contrariũ ea Regis mandato

Rex à viro Clarissimo Iacobo Beruyero aduocato suo, tum, cum adhuc Delphinus esset, certioratus Dominũ Spifanium Consiliarium in Curia, & vnum ex Præsidibus Inquisitionum Episcopum Niuernensem, non posse prædictum Præsidis Officium obtinere, id postulanti Beruyero donat: Spifanius eo decedere reluctatur. Cameris coadunatis Aresto, quod datum prima Aprilis 1547. prædictũ Officium vacans declaratum fuit: nihilominus decreuerat etiam Curia Regi quædam secreta ingerere per duos ipsius consiliarios, qui ad id deputati fuerunt: Verum euenit, vt hæc deliberatio non adeo secrete conclosa & complacita fuerit, quin Princeps is resciret, antequam consiliarij deputati progressi fuissent, scilicet, vt aiunt, Deus aliquis eius Locutius extitit: qua causa Rex ilico literas ad Curiam direxit, quib. declarabat, sese iam satis de iis omnib. quæ ipsi insinuare vellent super hac re certioratum, seque ea de re amplius quicquam audire nolle: iubebatq; vt omni dilatiõe postposita Beruyerus institueretur & ad prædictum Præsidis officium admitteretur: Curia hisce literis nihilum commota, in proposito stetit & prædictos duos Consiliarios à se dimisit, quibus audientia non præbita fuit, idq; tantũ retulere, *faciendum esse*. Curia videns hac in re Principis placitum, nullamq; amplius sibi rationem superesse, in opinione persistendi, sese ad Beruyerum ipsum conuertit, eique opposuit statum personæ ipsius institutioni Curiæ repugnare. Secreta, de quibus superius agitur, hæc erant, quod Edictis Regum decessorum & Curiæ decretis Præsides Inquisitionum Ecclesiasticos esse oporteret: Beruyerum vero talem esse, qualis audit, ac præterea bigamum esse, secundam quippe vxorẽ habere, cui ipse sit secundus

dus maritus. Ex his quisque videt, nil difficile seu impossibile esse ei, cui Princeps fastum & factum capit, vel etiam is qui apud Principem gratia valet. Desumptum ex prædicto *Lucio*, qui nomina silentio inuoluit.

IX.

Iudices vnius Parlamenti in alio admittuntur.

Rex anno 1465 constitutionem edidit: puta Præsides & Consilarios Parisienses & Tholosanos, si alteri in alterorum Parlamento versarentur, in eo admittendos consiliumque præbituros, non secus ac si ex ipso illo Parlamenti corpore essent. Domini Parisienses prędictam constitutionem verificare seu adprobare noluerunt, prætendentes scilicet, quod ipsi ab omni æuo id Iuris in cæteris Parlamentis habuerint, at non cætera pariter in ipsorum: Hac ratione. Anno 1466. Sexta Aprilis Curia Tholosana decreuit, Præsides vel Consiliarios Parisienses Tholosam ingredientes, Consilium ingrediendi ius non habituros, neque ad consessum admittendos, vsque quo Parlamentum Parisiense prædictam constitutionem admisisset, eique paruisset.

Hodie nulla super eo amplius difficultas est, vide Maynardum *lib. 2. quæst. cap.* 14. I. C.

X.

Prælati à consessu in Parlamēto Tholosano exclusi.

Postea anno 1469. vndecima Ianuarij Curia Tholosana Atresto & certis ad id causis permota decreuit deinceps Episcopos aut Prælatos, vt Consiliarij Parisienses aut alij quicunque forent, de cætero nō amplius adsistere vel interesse deliberationibus prędictæ Curiæ posse.

XI.

Quales prælati in Curia Tholosana adsistere possint.

Archiepiscopi & Episcopi, nisi Pares Franciæ sint, aliique Prælati, excepto Episcopo Parisiensi & Abbate S. Dionysij, sedendi in Parlamento in ordine Consiliariorum ius non habent: prout iudicatum fuit Arresto 27. April. 1463. Reperitur tamen, quod 28. Ianuarij 1482. Abbas Cluniacensis ad prædictū ordinem seu consessum admissus fuerit. Item eodē anno Legatus Austriacus pariter admissus fuit.

Et tamen si consiliarius Ecclesiasticus Episcopus fiat, nō ideo Sessionis ius habere desinit B. An Consiliarii Consistoriani sessionis scilicet in Parlamento ius habeant, vide Maynardum *lib. 1. cap.* 8. I. C.

XII.

Primus Præses vnius parlamenti in alio, loco honoratissimo admittitur.

Primo Prędidi cuidam Tholosano propter negotia quędam Parisiis existenti, Regisque declaratione seu concessione subnixo pro iure adsistendi, sedendi, sententiam suam in Parlamento dicendi, iam ad causas peroratas, quam in Cameris & deliberationibus, & ad id admitti postulanti responsum fuit, licere ei primo loco inter Laicus post Præsidem sedere, nisi fortè Par Franciæ adesset. 22. April. 1463. Hodie cura Regis declarationem loco honoratissimo, post quatuor primos Præsides admittitur.

XIII.

Admiralius in Parlamento ius sedendi non habet.

Admiralius Franciæ non habet ius sedendi in Parlamento in prædicto Ordine. Id quod Illustrissimo Gaspari Colineo Ordinis Equiti Domino Castellio nei cum Admiralius Franciæ admitteretur, Arresto disertè dictum fuit, nempe ei sedere licere tanquam Gubernatori & Locūtenenti Generali Regis in insula Franciæ, & non etiam tanquam Admiralio. 11. Ianuarij 1551 Desumptum ex Lucio.

Admiralius potestatem habet super mare & rem maritimam occidentalem & sedem suam habet in tabula marmorea Palatij Parisiis, & Rothomagi. vide tractatum quendam, qui inscribitur: *Admiralium Franciæ*.

XIV.

Lucius Inclinantis seculi statum deplorans ait, hodie minimum superesse veteris Maiestatis supremarum Curiarum, ac nominatim Parisiensis, quę non modo in Francia, verum etiam omnibus exteris gentibus in admiratione erat. Ordo hic erat, cum causæ perorabantur. Præsides & Consiliarij sedebant, nempe Laici à latere Præsidis in toga purpurea, capitiis pelle subfultis, & eodem colore vestiti: Ecclesiastici vero ab altera parte togis violaceis amicti, & capitiis pelle subfultis: Primo sub eis gradu, qui nominatur *florum Lily*, Sedebant Balliui & Seneschalli eorumq; Locumtenentes & vna cum ipsis Seniores aduocati Curiæ: neq; fas erat aliis inibi sedere. Secundus gradus sequens destinatus erat iis quorum præsentia requirebatur in litis peroratione. Tertius procuratoribus. Locus medius erat vacuus neque licebat alicui in eo consistere, siue staret siue sederet, siue de geniculis. Princeps ostiariorum toga rubea amictus, pileo aurato pelle subfulto cum pluma berulis siue vnionibus exornata causas secundum matriculā vocabat: Isq; siue Curiam ingrederetur, siue Prędides alloqueretur eum in modum amictus caput nun aperiebat: cum hodie contrariū fiat, iuxta Arrestum super hoc datum. 8. Ianu. 1452. Procuratores amicti togis longiorib. & capitiis in capite, siue verba facerent siue Præsides eos alloquerentur, vel etiam inter causam orandam in qua procurabant, frontem tantum detegebant seu aperiebant tecto reliquo capite: Tempore hæc omnia abolita fuere neq; quicquam eorum ad tempora nostra stetit, quam pileus Principis Ostiariorum. Atq; ita apparet, collatis inter se probè seculis, prout huiusmodi solennibus detractum fuit, ita & maiestatem quoque inclinasse seu imminutam.

Antiqua grauitas & Ordo Curiæ.

Ceremoniæ seu ritus antiquæ.

Fridericus 2. controuersiam habens cum Innocentio 4. Comes Namurcensis, cum Carolo Valesio: Philippus Tridērious, cum Duce Burgundiæ: Dux Lotharingiæ, cum Guidone Castillionæo. Dux Sabaudiæ, cum Delphino. Rex Castiliæ, cum Rege Portugalliæ. in arbitrium Parlamenti Parisiensis consensere: Quod abunde veterem Curiæ istius maiestatem comprobat, cum Reges & Principes exteri eam controuersiarum suarum arbitram eligere solerent. B.

XV.

Luctus domesticus non obseruatur in publico.

Dictum fuit 6. Nouembris 1473. Præsidi lugubria ferenti & vxorem suam lugenti, fas non esse atro vestiri diebus solemnibus & iudiciariis, verum veste purpurea: alioque habitu dignitati suæ & loco conuenienti, amicin oputtere.

XVI.

Decima tertia Iunij 1430. controuersia exorta super eo quod Magistri Rationalium prætendebant eodem habitu, eodemq; gradu, cum Curia incedere seu procedere dictum fuit, Consiliarius Curiæ amiciendos togis suis forensibus ostiniis: Ecclesiasticos scilicet violacea & Laicos purpurea, & capitiis pelle subfultis: Magistros vero & Amanuenses Rationalium, velut dispares rum Officiorum dignitate rum auctoritate, sese nullo modo Consiliariis prædictis immixturos, sed separatim & secretim processuros. Desumptum ex Lucio Vide Arrestum 21. infra.

XVII.

Ordo & habitus Curiæ & Rationalium.

Cum Curia Regem Carolum VIII. qui ad Coronam seu Regnum euectus fuerat recenter mox mox Lutetiam venturum certiorata, ei honorifice occurrere constituisset. Et in hac deliberatione Triumuiri Regij in prędicta Curia Parlamenti, postulassent, vt gradus ipsis adsignaretur, id est, quo gradu essent incessuri, dictum fuit, eorum gradum postremum post Officiarios prædictæ Curię esse. Et ne imposterum dubitaretur, quo loco & ordine quisq; incedere debe-

debeiet, quotiescunque in Purpura ipsis procedendum esset, hæc constitutio facta fuit: Ostiarios binos Palatium egressuros: vbi in plateam venerint, quatuor primos incessuros, quatuor alios Ordinem Consiliariorum sequuturos, ad impediendum, ne alter vlterius altero procederet, eoque fine processuros media platea à se inuicem longè separatos ad latera Consiliariorum. Quatuor *Notarios* Curiæ honestè vestitos cum atramentariis suis & capitiis pelle suffultis processuros primos binos post quatuor ostiarios præcedentes. Duos *Auditores*, eosque Criminalem & Præsentationum, similiter vestitos processuros. Post eos *Auditorum Custodem* iniecto pallio pelle subfulto oblonga toga solum successurum. *Primicerium Ostiariorum* deinceps sequuturum in pileo suo pelle imbulto, & verbena sua in manu solum in ordine hoc incessurum, vt ita inter Curiam ipsam & ministros ipsius medius intercederet. Quatuor *Præsides* cum capitiis suis & pelle subfultis Palliis & pileis sericeis cum floccis binos primos processuros: Primum, propter prærogatiuam & vt ab aliis distinguatur, pallio tocali b. præter ad vsq; ad humeros, itemq; pileo fimbria aurea. *Consiliarios* binos processuros ab vno latere Ecclesiasticos, ab altero latere Laicos togis ostrinis amictos & capitiis pelle subfultis singulos ordine suo præcedentes. Post Consiliarios processuros *Triumuiros Regios*: si velint ea quatuor ostiarius, qui postremi sunt ante ipsos binos processuros. Nemini pædagogianum suum habere licere, neque famulum in equo, verum cui visum fuerit, licere vel duos habere famulos pedibus incedentes. Ita ordine binos processuros omnes vsque ad Capellam S. Dionysij. Quando eo ventum fuerit, vt primus Præses Regem oratione sua compellet, neminem propius accedere debere, omnes Regem cum humillima reuerentia salutaturos. Sic vt apud Regem non consistant: Rege ita salutato, omnes ad Ecclesiam B. Virginis reuersuros: cum eo ventum fuerit, suo quemque itinere domum suam reuersurum, idque per alios vicos & alias plateas, quam quibus processum est. Inposterum quotiescumque tum Regi tum Reginæ occurrendum esset, vel etiam nouo Regi nondum inaugurato, aut nouæ Reginæ vel Principi aut Principissæ, quibus occurrendi honos debetur, parem ordinem seruandum: eo tamen excepto, quod si alij quam Regi sit occurrendum, abstinendum sit Capitiis & palliis pelle subfultis, nisi si huic honor Reginę nominatim decerneretur. Desumtum ex *Lucio*.

Ordo quo Curia Parlamenti in pompa procedens vb[illegible] [illegible].

Ijsque [illegible] vtebantur 1396.

XVIII.

Prædictus dominus Lucas notabilem controuersiam memorat, quæ euenit hoc Rege inter Curiam & Catholicianos, & ait: Henricum secundum anno 1552. quarto Ianuarij propter felicem successum rerum suarum in Italia, Germania & Lotharingia, & recuperato nominatim Hedino, quod ipsi ab inimicis ad id coactis restitutum fuit: Item propter nouam accepta, caetcirum Imperatoris, qui Metim obsidebat, propter intolerãda mala accepta coactũ fuisse retrocedere, non dato ipsi spatio neque commoditate impedimenta abducendi, magna deuotione ad Diui Dionysij processisse, vt Deo gratias ageret & sanctis Corporibus propter ea quæ sibi cõtigerant, & etiam ad reponendas loco suo sanctas reliquias, quas demitti curauerat tum, cum regno suo excessit, exemplo prædecessorũ suorum Regum: hac re comperta Curiam eo processisse cum viginti quatuor Catholicianis & Magistris & Amanuensibus Rationalium & aliis quos huic rei adesse oportebat: Ibi visos Catholicianos præter rubeas rogas de nouo amictos capitiis pelle subfultis: his igitur Curiam, rem nouam ab his attentari significasse, idque eis ex suprema autoritate interdixisse. Catholicianos spreta hac autoritate sese Pares vendicasse, & Curiam nihil amplius potestatis præsente Principe habere, ad eum quippe imperium & interdictionem spectare, at non etiam ad Curiam: & si potestate & autoritate vtendum esset, se tantundem potestatis & autoritatis habere in qualitate sua, & si Princeps super hoc decerneret, se obedire paratos & non aliter. Vtrinque interdicta ex potestate in alios manasse, sic vt tandem ad Principis notitiam id peruenerit, à quo dictum fuit Catholicianos capitiis suis non vsuros. Scilicet tum æquum & honestum visum est, vt Curia Parlamenti velut antiquissimum Collegium, & in quod, at non etiam apud Catholicianus, Reges, Principes & Pares Franciæ ad deliberandum super statu Regni & aliis maximi momenti rebus de more venire solent & sedere, æquum, inquam, & honestum visum est, vt quemadmodum ipsa super cæteras emineret omnes, ita quoq; necessarium esse, vt ornamentorum discrimen aliquod esset.

Cõtrouersia Curiæ & Catholicianorum

Prælatio Curiæ.

Extat determinatio inter dominos Curiæ & Catholicianos huiuscemodi, vt si lis quadam pendeat in vna, quæ pariter introducta vel deuoluta sit ad alteram: Domini Triumuiri Regij subsidiorum sese inferunt ad communicandum super eo in septo dominorum Triumuirorum Regiorum in Parlamento conferant, & si ipsis conueniat, vt aliqui ex Præsidibus prędictorum Catholicianorum sese ad maiorem Cameram ibi de re collatum conferant: & si neque his conueniat, rem omnem remittendam ad Consistorium Regis. Cæterum compertum est, Curiam Parlamenti causam cuiusdam, qui vocabatur Diotius, quæ apud Catholicianos pendebat, euocasse, decima septima Februarij in Regestis Causarum huius temporis. Eadem quoq; cognoscit de erroribus propositis aduersus Arresta Catholicianorum, veluti 17. Apri. 1047. non obstantibus literis in contrarium impetratis. vide *tit. subseq. & proximum, De potestate Catholicianorum*.

Hoc Arrestum à Papon. desumtum est ex Lucio *li. 4. ti. 1. arresto 3.* vide Maynardum *l. 2. quæstion cap. 20.*

Determinatio inter Curiã & Catholicianos.

XIX.

Quando Curia in pompa procedit, Præsides Inquisitionum non in ordine Præsidum, verum in Ordine Consiliariorum procedunt, Ita dictum fuit 8. Febru. 1419. Desumtum ex prædicto Lucio.

Vide *Collectionem meam, Tit. 3. cap. 170. I. C.*

Ordo Præsidum Inquisitionum.

XX.

Vigesima septima Ianuarij 1463. Cum Principi Curia occurreret, & vnus ex quatuor Præsidib. abesset, dictum fuit hoc casu, seniorem ea Consiliariis eius locum occupaturum, eademque veste amiciendum, qua qui abest, amictus fuisset, Ex prædicto Lucio.

Absentia vnius ex quatuor Præsidib. à Seniore consiliario suppletur.

XXI.

Super dubio, vtro in loco, Parlamenti, inquam, an Cameræ Rationum primũ legi oporteret, publicari & in Regesta referri Edicta & literas Regias, quæ ab vtroque dirigerentur, dictum fuit, initium ducendum à Camera Rationum 26. August. 1497. Ratio hæc est, quod quamuis contemplatu Rationum supremi sint, quo ad cætera tamen eos ad districtum Curiæ per appellationem ad Curiam pertinere. At forte quis aduersus hanc rationem dicere posset, quod in expeditionibus factis in Curia ad Balliuos & Seneschallos, id ipsum obseruari posset: verum dispar est in his ratio, siquidem citra vllam contradictionem vsque in hodiernum Curiam pro superiore sua agnouere, at prædicta Camera contrarium semper defendit, adeo quidem, vt sese paré

Autoritas Curiæ supra Rationales

Curiæ dirigere ausa sit. Desumtum ex prædicto Lucio.

Iunge *Arrestum* 16. *supra* B. Contrarium quotidie obseruatur, siquidem publicationis initium ducitur in Curia Parlamenti, si videlicet Edictum ad eam directum sit.

XXII.

Idem.

Dictum fuit 2. Septembris 1583. ex Camera Rationum ad Curiam appellari posse.

Curia Parlamenti de depositione seu abdicatione Amanuensis Rationum appellantis cognouit. 25 Februa. 1401. B.

XXIII.

Idem.

Rex cum Duci Borbonio Ducatum Aruerniæ donasset, eadem opera Curię & Cameræ Rationum mandauit vt verificarent, publicarent, & in regesta referrent prædictam donationem: id vero dominus Procurator Catholicus Regius impediuit seu donationi huic intercessit in Curia: itaque Curia propter hanc intercessionem prædictam donationem admittere noluit: Mox postea ea admittitur, verificatur, & in Regesta refertur in Camera Rationum: hac re comperta Dominus Procurator Catholicus Regius ad Curiam appellauit: & in Cancellaria institit ad impetrandas admissionales appellationis suę, vbi ter repulsam tulit. Post has recusationes Curia autoritate Regia & pro Iurisdictione, quam habet in prædictam Cancellariam, prædictas literas indulsit. 7. Septembris 1418. Desumtum ex prædicto Lucio.

Determinatio inter Curiam & Cameram Rationalium.

Diploma Regis Francisci extat, quo determinatio fit Cameræ Rationum & Curiæ Parlamenti, datum Blesis mense Decembri 1520. Et notandum est, quod quando Curia publicat & adprobat Edictum de expresso mandato Regis, ita habeatur, huiusmodi adprobationem locum seu vim non habere, nisi superstite tantum prædicto Rege. B.

XXIV.

Idem.

21. Martij 1464. ante Pascha Curia admisit & iudicauit super appellatione à Camera Rationum.

XXV.

Euocationes abrogatæ.

19. Februarij 1423. dictum fuit, euocatoriis causarum ex Curia in Maius Consilium non parendum esse.

Huic conformis est Constitutio edita in Comitiis Blesensibus: *articulo* 53. *fol.* 136.

XXVI.

E decem septem suffragia præualent.

Si è decem Consiliariis tres in ea sint sententia, processum nondum in eo statu esse, vt terminetur, & quod de eo amplius & melius deliberandum sit, & septem pro terminanda lite opinentur, Arrestum quod ex istorum sententia fuerit, obtinere debet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 12. Iulij 1490.

De æquis seu paribus sententiis in Iudiciis vide Maynardum *lib.* 4. *Quæst. cap.* 80. *&* 81. I C.

XXVII.

Forma periculi enacipiendi.

Consiliarius qui summam litis conjecit siue retulit, idem ille sententiam Arresti, quod conclusum fuit, per Cameram in qua relatio facta fuit, in periculum referre debet, idq; periculum postea Iudicibus, qui prædictæ relationi adfuerunt, communicare debet. Et ita decretum fuit Arresto Parisiensi 20. Nouembr. 1437. Arrestum illud sanctum est & singulare pro Iudicibus omnibus, & religiosè obseruari debet: Sicut hoc quod dictum est, Actuariis committere non debeant: inde namque mille pericula nascuntur.

XXVIII.

Emendationes Arrestorū notabiles sūt.

Non absurdum est, imo conuenientissimum, vt ij qui in manu sua habent aliorum emendationem, quandoque ipsimet errores suos emendent: iuxta textum *in cap. qualiter* 2. *de accus.* his verbis, *Non pudeat vos errorem vest[...] gere, qui positi estis, vt cæterorum errores corrigatis.* Et iuxta id supremæ Curiæ sæpius post conclusum Arrestum aliquod, priusquam id pronuncietur, comperto errore se retractare debet: eoq; siue ad iudicium reuerti: ideoque Præses cum ipsi sententia signanda affertur, si vel ex se vel ex alio errorem comperetit, eos qui sententiam dixerunt & ad quorum sententias conclusum fuit conuocare debet, & si de errore tum constet, emendandus est, nō habita ratione eius quod conclusum fuit. Et ita factum Parisiis in Parlamento 27. Nouembris 1485.

Post definitiuam sententiam maiores Iudices eam declarare & interpretari possunt *ca.* 1. *de post. prel. in gloss.* non item inferiores: neuter vero corrigere aut mutare potest: secus de interlocutoria. L. *quod iussu. ff. de re iudic. c. cum cessante. de appellat.* B. v. Maynardum *lib.* 1. *cap.* 20.

XXIX.

Consiliarius executor Arresti alicuius non plus potestatis & autoritatis habet, neq; potest insuper habere appellationem, neq; maiorem autoritatem vsurpare, quam quilibet alius Commissarius non Consiliarius. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 20. Iunij 1499.

Consiliarius executor nō plus autoritatis habet, quam alius Iudex Regius cōmissarius.

Vide infra *sub titulo de vi Rerum iudicatarum & Arrestorū.*

XXX.

Sæpius Constitutio Regis Ludouici XII *Articulo* 32. quæ publicata fuit anno 1512. impugnata fuit, quę vult vt minima trium diuersarum opinionum, minima, i. in qua minimus opinantium numerus est, vni maiori applicetur & ad eam reducatur: quandoquidem vera iudicia non numero opinantium seu opinionum æstimari debent, verum pōdere rationum: & cum quilibet Consiliatorum opinantium libertatem habeat dicendi & respondendi, quod ipsi optimum videtur, si contigit aliquando, vt exret sententia quam minor numerus amplectatur id sufficere debet, vinci eam ab iis, in quibus maior est numerus, neque cogendi sunt minore numero opinantes ab opinione sua aduersus voluntatem suam recedere, & alteram opinionem optare, quæ ipsis non probatur: Quoniam ipso temporis processu prædicta Constitutio sancta comprobata fuit, vtque occasiones confusionis tollat, Arresto Parisiensi 20. Februa. anno 1527. declaratum fuit, prædictæ Constitutioni parendum esse, & quando è numero nouendecim dominorum Consiliariorum septem eiusdem sententiæ fuerint, octo alterius, quatuor alterius: quatuor hos sese applicare debere vtri maioris numeri sententiæ cuilibet ipsorum videretur. Et hæc est vis æqua, per not. *in l. & suum. in fi. iuncta gloss. penult. ibi. Sed quæ est æquitas siue ratio, quod alij adstringuntur pactis aliorum stare?* & *in l. seq. ff. de pactis.* Et ideo plurimum valet id quod Baldus existimat *in l.* 1. *C qui test. fac. poss.* Ex tribus, vt vocant, personariis, id est, sociis, in re communi quadam, si duo eam locare velint, tertium reluctantem in id consentire cogere posse, non habita ratione eius, quod ipse tertiam partem suam retinere velit.

Opinionū trium minima, ad vnam è maioribus applicari debet.

Vide distinctionem Gellij *lib.* 9 *cap.* 18 quando plurium sententiam sequi dicamur. Et Maynard *lib.* 2 *ca* 9 Cæteris paribus benigniorem in criminib. sententiam sequimur.

XXXI.

Quando lis à pluribus articulis incidentibus cōstat, & difficultas eam terminandi in vno tantum aut duobus punctis est, at non etiam super aliis, si æquæ sint sentētiæ, iudicium partitum non est, nisi quo ad controuersum & non quo ad reliqua, de quibus pluralitate vocum seu suffragiorum consentitur: Atque ita, in Camera, in qua causa rursus plenius excutienda

Iudicium partitum de controuersi[...] relligi[...]

cutienda agitabitur, de nullo agitabitur alio, quam de articulis, qui æquas tulerunt sententias, non etiam de cæteris, qui expediti sunt. Arresto Parisiensi 4. die Ianuarii anno 1508. Et postea ita obseruatum fuit in lite inter Illustrem dominum Iustum Touronensem dominum prædicti loci ex vna parte & Illustrem Artaudom Apchonium, Dominum prædicti loci, anno 1555.

In lite in qua æquiter sententiæ fuerint, nouæ productioni locus non est. Arrestum 5. Iulii 1515.

XXXII.

Verba supremæ manus ad Curiam spectant.

Ad Curiam spectat vsurpare verba *supremæ manus*, priuatiue seu omnib. aliis iudiciis exclusis, siue Præsidiales sint, siue alii quicunq;. Et vero cū D. Thuanus Aduocatus ꝑ quodā priuilegiato Aurelian. petiisset Carnuti causæ remissionē, supoenit appellatus, qui se venditabat Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, non designato interesse suo, seque ad Castellum remitti postulauit, vigore priuilegii quod vocant *Custodia*. Ad hæc Præsidiales cognitionem sibi retinent *per manum supremam*, à quo appellat. Cauuelinus pro appellato dixit, appellantem de priuilegio suo fidem non fecisse: quantum ad intimatum vero pertinet, nil mirum, si interesse suum non designauerit, cum nec ad id faciendum interpellatus fuerit. Procurator Catholicus Regius citationem personalem postulat propter vsurpata hæc verba *Supremæ manus*. Curia dixit, male iudicatum fuisse, bene appellatum ab appellante, appellatum in expensas causæ appellationis condemnat, & partes intra quindecim dies Aureliam remittit, interdicitq; Præsidialibus, ne hæc verba *manus supremæ* vsurpent, Præsidemque ipsum sese sistere debere ad respondendum cōclusionibus Procuratoris Catholici Regii, die Lunæ 5. Aug. 1560.

Iudicium Bazochiæ.

Sub Curiis Parlamentorum tolerata fuerunt iudicia & Arresta regnorum Bazochiæ pro causis videlicet inter Clericos, quos vocant, id est, Amanuenses. quæque compluribus Arrestis comprobata sunt, sic vt suum habeant Secretarium, Cancellarium, Thesaurarios, Regesta, &c. B.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VI.

I.

Prohibitio nō factæ Curiæ, ne super negotiis ad statum Regni spectantibus amplius cognoscat.

OCcasione denegatæ approbationis & admissionis Edictorum Pacificationis seu Irenicorum, & aliarum Declarationum in Curia, Arresto Consistorii 23. Septembr. 1563. Prohibitiones factæ fuerunt Curialibus, ne in posterum in controuersiam totaliter reuocarent, opinarentur, deliberarent super Edictis Regis, quæ statum Regni spectarent: fuitque hoc Arrestum in Regesta relatum. B.

II.

Appellatio ex Camera Rationum admissa in Curia.

14. Decembris 1586. pars quædam appellans in Curia admissa fuit, & iniunctum Ostiario, vt appellationem notificaret ex Camera rationum. Idem factum 6. Mart. 1586. an. 1461. Ludouicus XI. constituit, certis casibus Curiam Parlamenti de appellationibus ex Camera Rationum cognituram. *fol. 251. in Regestis causarum peroratarum*. Præterea Curia manu suprema Præfectum Parisiensem vel alium delegare potest ad iudicium faciendum super reo, quando videlicet magnus est iurisdictionis conflictus, idque citra præiudicium iurium in cæteris casibus: vt factū fuit occasione cuiusdam Coqueti. 1. Septembris 1451. B.

III.

Maius Consilium de Euocationibus & conflictu inter Parlamenta cognoscit, veluti si partes ex diuersis Parlamentis sese esse dicant: vnus se dicat esse ex Parisiensi, alter vero se dicat ex Parlamento Burdegalensi. Ego vidi huiuscemodi causas à dominis Curialibus ad prædictum Maius Consilium remitti, 20. Ianuar. 1563. B.

Maius Cōsilium de Euocationibus cognoscit.

IV.

Cognitio de Officiis ad Curiam Parlamenti spectat.

Ad dominos Curiæ Parlamenti Parisiensis scilicet spectat priuatiue exclusis cæteris Parlamētis cognitio de Officiis: prout dictum fuit & iudicatum in appellatione quadam à Libellatis Palatii, qui processus factos à Parlamento Rothomagēsi in irritum deduxerant, sibique cognitionem asseruarant super duobus litigantibus de officio Verderii Normanniç 15. Maii 1564. B.

V.

Parlamentum Parisiense appellationem quandam à Curia Parlamenti Dolani admittere noluit.

Super appellatione quadam facta à Iudicio Curiæ Parlamenti Dolani, Curia Parlamenti Parisiensis cum nollet omnino prędictum appellantem admittere, quin prædicto iudicio honorem tribuens appellationem idque à quo, &c. in irritum deduxit, appellantem in expensas condemnauit, permisitq; vt sibi consuleret per medium oppositionis executioni prædicti iudicii, 4. Maii 1564. Brissonio perorāte pro appellante. Alio Arresto appellans quidam à significatione Arresti Catholicianorū depulsus fuit & in multam condemnatus. 26. Ianuarii 1571.

VI.

Literç Euocatoriæ quomodo intelligendæ.

Euocatoriæ de causis intentandis tantum intelligendæ sunt, non etiam de iis, quæ iudicatæ sunt & in executione consistunt. Itaque 22. Iunii 1576. quidam nomine Bernardus Heteus, pro quo causam agebat Matrasius, declaratus fuit non admissibilis, depulsus, in multam & expensas condemnatus, eo quod euocare vellet litem iam terminatam Burdegalç citra libellum, vt vocant ciuilem, sic vt nihil aliud quam executio superesset facienda. Simile Arrestum datum 22. Iunii 1582. perorante Memineo. Præterea decretum & stilus Parlamenti interdicit Procuratoribus, ne euocationem aliquam introducant: nisi literas in manibus habeat: quod confirmatum Arresto penult. Nouembr. 1564. Pariter, 1. Aug. 1558. quidam qui absque literis euocauerat, depulsus illico & in multam condemnatus fuit. Postremo Iudex appellationis euocare vel iudicare principale citra consensum partium non potest, alias Curia raro euocat in prima instantia, nisi ex magna occasione, velut si omnes Iudices sint suspecti, vt 6. Maii 1564. perorante La Rue. B.

VII.

Arrestorū executionem impedientes duplici multæ subiacent.

Omnes, qui Arrestorum executionibus intercedunt, seu eas impediūt duplici multæ subiacent, prout iudicatum fuit aduersus quendam Othicum 27. Martii 1576. vel condemnatio augetur, vt iudicatum fuit aduersus Iacobū Pelletierum Aduocatū Creciensem 28. Nouemb. 1585. De executionibus Arrestorum, a quibus & quomodo ad eas procedi oporteat, vidēda est Constitutio *ad querela statuū promulgata, artic. 46. B.*

TITV. VII. DE CATHOLICIanis & Curia Subsidiorum.

Catholiciani sub Carolo VIII. pauco numero instituti fue

Vide Schedas Domini Petri Miraumontii, vbi tractat de erectione seu institutione istius Curiæ, deque eius auctoritate discursu verissimo, quem desumsit ex Regestis Curiæ Subsidiorum & Cameræ Rationum. *Vide & caput 172. lib. 31. collationis meæ*, I. C.

ARRESTVM I.

Cõtrouersia notabilis inter Curiã & Catholicianos.

CVria Parlamenti & Curia Subsidrurum inter se dissenserunt ex veteri quadam occasione, quæ de nouo excitata fuit, & ex ea incendiom exortum est, quo Palatiũ (qou dictæ duæ Curiæ includuntur) in periculo versatum est: & postea Regis autoritate compositum euocatione totius rerã se facta & facta prohibitione, ne de eo amplius inter se agerent. 4. Martii 1418. quidam Ostiarius Curiæ ad petitionem creditoris cuiusdam ceperat, vendiderat, tradiderat debituris cuiusdam duos equos. Ex hac venditione Publicani siue Conductores Gabellæ, cum ius Gabellæ prætenderent, litem denuociant Ostiario isti curam Selectis, id est, Iudicibus subsidiorum. Is declinat, seque ad iodicem suum remitti postolat. Publicani à Curia subsidiorũ literas impetrans, quibus Ostiatio interdicitur, ne aliom sibi iudicem postuler soper eo negotio, de quo agererut. Hac re comperta Curia & aoditis prius partibus, Consiliarios subsidiorum in persona Præsidis ipsurum Abbatis S. Mauri sussatum, in multam centum marcharum auri condemnauit: eodemque Arresto iis præcipi iussit, vt cassarent, irritarent id quod ab iis factum fuisset, hoc ipsis de cętero seu inposterum prohibitum esse. Ac prætereа Publicaoos itemque Ostiarium, qui Decretum Catholicianorum executioni tradiderat, capiendos ipsos & in carceresem Palatii deducendos. Desumtum ex Luceo.

(Vide idẽ inter Cameraã ratio num & Catholicianos, *supra Arre.* 18. *Tita. de Comms, &c.*)

Catholiciani Largitiooũ & Thesaurarii possuot vsque ad suspeosionem officii maoum, vt vocaot, claodere susceptorum particularium, eisque officio ioterdicere: at non etiam eos deponere, destituere, priuare, prout iudicatum fuit 9. Martii 1595. Et sciendum est Curiam subsidiorum nisi de prædictis subsidis, quæ sunt Indoctioaes & Superinductiones, non cognoscere. Verum postea et cognitio Tributorũ, annonæ militaris, decimarum tributa fuit, Edicto, qao iostituta fuit secunda Camera, & Latine vocabatur *Cur. ammonium.* Cum agitur de Domanio Regia & executione Arrestorum Curiæ Parlamenti, etsi de sobsidiis res sit, Curia Parlamenti nihilominus de eo cognoscit. B.

II.

Curia de erroribus propositis aduersus Arresta Cathalicianorum cognascit.

Cum per propositionem, vt vucaut, Arrestũ datom à Curia subsidiorum in dobium seuocatur, cognitio eius ad Curiã Parlaméti Cameris euadunatis spectat. Et ita dictum fuit Ioanni Mortio depulso eo de præsidio literarum coutrariarum ab eo impetratatum. Idemque iudicatum fuit in alio casu. 4. Ian. 1407.

Notandum est, per erectionem seu institutionem secundæ Cameræ Curiæ subsidiarum, Catholicianis permissi soper positione erroris cognoscere. Et sane, 14. Februarii 1404 discussa ab ipsis fuir quædam huiusmodi propositio inter duos aobiles Niuernenses Carolum Damesium & Carolum Gaillardũ, io qua causa Procuratores erant Boiellus & Bernardus. Cæterum in propositione errotis posteaquam Præses erroiem declaraoit, partibus indicare soler, vti petitiooes suas, defensiones, duplicationes præbeant, saluo iure super fioibus, vt vocant, non recipiendi cognoscendi. Iudicatum 26. Nouembris 1577.

III.

Cogoitio criminalis interdicta Catholicianis, nisi incidẽter.

Catholiciani Iustitiarii prætendunt se habere ius coodemnandi supremo iudicio & suplicio afficiendi propter crimina, quæ incidunt io casus, qui spectant ad ipsorum cognitionem: id quod ipsis iam olim contradictũ fuit, vt es sequentibus apparet, scilicet 17. Maii 1494. prooounciarum fuit Arrestum in Parlameoto Parisiensi, super Secretario Regis quodam, qui in officio suo horreorum Præfecti deliquerat, quo prædictis Catholicianis appellatis & auditis dictum fuit, eos super delictis admissis circa sal cogniturós & iudicaturos ciuiliter citra corporale supplicium, & saluo hunore prædicti accusati, horum enim cognitio declarata fuit ad Curiam spectare. Hoc Arrestũ ipsi Catholiciaoi ita interpretati sunt, quasi si ei causam dederit priuilegium prædicti Secretarii Regii, oeque alio casu obtinere. Alii dicunt, nõ posse Catholicianos terminos suos egredi, puta tributa, subsidia, subuentiones, vt noo criminale aliquid contingant: eáq; io rem allegant casum quendam, qui coutigit de quæstione capitall incidente in ciuilem in ipsorum Curiam introducta, quam ipsi iudicase vulebant, tam in ciuili, quam in crimioali. Hac re cumperta Rex literas emisit ad Curiã Parlamenti directas ad iudicandum super criminali, & ad Catholicianos ad iudicandum super ciuili. Quod Duminus Lucius allegat fine data: ac prætereа aliquos vidisse pictusam in ipsorum Regestis supplicii cuiusdã capitalis: sed & se tẽpestate sua vidisse ab ipsis & ipsorum iudicio è decem testibus corruptis ad f. llom depouendũ in causa quadam, quæ ad ipsorum cognitionem spectabat, octo suspeusos, duos vero publicam agnitionem & deprecationem fecisse, corruptorem vero condemnatum ad prædictam pariter publicam agnitionem & deprecationem, fune in collum iniecto, & vt inclamaret & fateretur, sese causam mortis aliis prębuisse, seque illud supplicium promeritum, per tumultum ipse procipuisse delapsum de patibolo.

Supplicii fallorum testium & corruptoris ipsorũ.

Cogoitione criminali Catholiciaois interdictum est, nisi incidenter, pariter vt Præsidialibus. Et vidi ipse aliqaos agnitiooem & deprecationem solemoem facientes medio auditorio, f. ceis manibus B. Et ego vidi suspendi susceptorẽ tributorum iudicatum Arresto prædictæ Curiæ. I. C. Hæc ipsa Curia oon ita pridem furet homicidio admisso in via regia cognouit, admisso inquam, in persona cuiusdam litigatoris io comitatu cuiusdam Consiliarii prædictæ Curiæ de loco in locum pergentis pro instructione processus cuiusdã criminalis, aductius quẽdam susceptorem tribuiorum, etiãsi quis accusabatur, noo ipse esset homicida, verõ oepos ipsius; licet etsi Iudex territorii vel loci, in quo homicidiũ commissum fuerat, puta latrunculator, seu Ireoarcha prouinciæ respective de eo cognitiooem sibi vindicarent.

IV.

Quæstio prohibita Catholicianis.

11. Februar. 1497. Catholicianis Iustitiariis decreto Curiæ interdictum fuit, ne reum quem penes se babeant quæstioni subucerent, de cuius quæstione inter se iam conuenerant.

Cum prædicta Curia Catholicianorum potestatem habeat instruendi & iudicaodi iudicii criminalis, secundum id, quod superius dictom fuit, consequenter potestatem habet reum quæstiooi subiiciendi.

TIT. VII. DE FORMA ANtiqua eligendi Iustitiæ caput, Cancellarium, Præsides & cęteros.

ARRESTVM I.

Electio Ordinaria Cancellarii Regestis comprehẽsa primo die Sabbati cimani.

LVcius de Arrestis Curiæ & aliis rebus maioris momenti agens, rem notabilem quandam, desumtam ex Chronico Officii Cancellarii, scripsit: hanc videlicet: Anno 1375. 20. Nouambris, cum Dormanius Caocellarius Franciæ obiisset, & Rex Carolus. V. cognomento Sapiens alium in eius locum Subrogatum vellet, eminentiores viros, Consiliarios, Magistros libellorũ aliosque complurimos ad numerum vsque centum & triginta in Curiã vocauit: eosque non indicata ipsis causa propter quã eos conuocasset, foras prodire iussit, nullo alio penes se retento quam Actuario vnico & vnico ex secretariis suis, cui nomen Blanchetto. Postea separatim & peculiariter singulos vocari atque ingredi curauit, & à singulis solenne iusiurandum exegit, se ipsi cõsilium præbituros, super eo quẽ saluti Reipub. idoneum maxime crederent, qui scilicet Dormantio in Officio Cancellarii succederet, siue is Ecclesiasti-

cua

cus siue Laicus foret omnibus & singulis separatim ita auditis, reperit Petrum Orgemontium primum Præsidem centū & quinque suffragia tulisse: is vocatus & voluntate Regis audita, sese ob incapacitatē multaque alia præterea excusauit: neque tamen ideo vllo modo sese expedire potuit: Rex quippe, præterquam quod eū tot suffragiis electū videret, suo quoque suffragio eum io vice, eademque opera ei sigilla Cancellariæ Franciæ tradidit. ea ab ipso acceptata, inoxque iuramentum Regi præstitit super Sancta Euangelia: quo iurauit id, quod ipsi propositum fuit, quod est tale: Tu Orgemonti, iura, te Regi obedientissimum fore: te bona fide seu ex animi tui sententia ipsi consilia suggesturum, quod commodū dignumque Maiestate ipsius & vtile ipsi Reique publicæ æstimaueris: Te omnibus viribus tuis patrimonium ipsius remque publicam conseruaturum: Te nunquam in obsequio aut seruitio alienius, quam ipsius futurū: Te numquam ab alio quoquā, quam ab ipso suscepturum, accepturum nisi eo cōsentiente, rogam, pallium, stipendium, salarium, munus, neque aliud commodum: Te per fauorem, gratiam aut odium nihil vnquā factu ū, & si in præsenti aliquo iuramento obstrictus sis Domino alicui aut Dominæ, vel etiam obstrictus fuisti, te ipsis nunc cedere & in totū renunciare. In hæc verba formalia Orgemontius iuramentum præstitit. De cætero, omnes qui in foro versati sunt, norunt, non ita pridem idem circa quatuor primos Præsides & Triumuiros Regios obseruatum: verum id omne in desuetudinem à paucis annis abiisse: nempe Princeps, qui supra legem constitutus est, Consuetudi ē quoque hac de re pro arbitrio suo constituere potuit.

Iuramētū Cancellarii.

Electio fit aut voce per Scrutinium & suffragia viua, vt vocant, vel scripto, id est per schedulas, breuia & ipbætulas. Antiquitus electio fiebat per viam scrutinii tum Præsidum, Cōsiliariorum, tum Aduocatorum & Procuratorum Regiorū in Curia Parlamenti, ita vt is maneret qui plura tulisset: vt testatur N. Bayus & absque dubio est, Regem pro nutu & arbitrio suo Cancellarios deposuisse. Ita Guaguinus scribit Ludouicum XI. officio Cancellarii Moruillerium priuasse, qui id officium citra reprehensionem aliquam exercuerat, eique Ioannem Iuuenalem Vrsinum substituisse, qui idem fuerat temporibus patris Ludouici: pariter 21. Febr. 1371. voluntaria abdicatione Illustrissimi Ioannis Desdormans Cancellarii Franciæ frater ipsius Withelmus Desdormans electus fuit, qui Cancellarius erat in Delphinatu, & in ipsius locum in prædicto Delphinatu Petrus Durgemontius, qui postea Cancellarius extitit. In prima Electione cœtus habitus fuit in Prætorio S. Pauli ducentarum personarum, vide 7. *Registrum insuper Registrum causarum peroratarum.* Cassiodor. *Variarum lib.* 2. vide etiam Epitaphia prædicti Orgemontii & filiorum in S. Catharinę de Valle Scholarium Parisiis, & Cappellam Orgemontii in S. Innocentii.

II.

Laus Do. Cācellarii Hospitalii.

Die Martis 2. Iulii 1560. lecti fuerunt, publicati, & in Regesta Curiæ relati codicilli quos literas prouisionales vocant, concessi à Rege Illustrissimo Michaeli Hospitalio de Officio Cancellarii Franciæ per mortē defuncti illustrissimi Domini Frācisci Oliuarii, in quātū opus esset per voluntariam abdicationem sigillorum custodię factam ab Illustrissimo Ioanne Bertrando Cardinale Sedonensi in manus Regis: Dominus Menilius pro procuratore Catholico dixit, sese gratias agere Deo, quod ipsi visum fuisset, hoc consilium Regi suggerere, vt prædictū Dominum Hospitalium ad hoc Officium designaret, virum eo officio dignū fusce temporū tenebris, quib. huiuscemodi viris plurimum opus est, deque eo se posse dicere *virtutis vere custos rigidusque satelles.* Deque eius magnitudine se gratias Deo agere & Curiæ, ex qua delunctus fuisset, vt alioquin omnes veri Magistratus in ea deligantur, seque dicere posse, *vt tessera Hospitalis datus est Hospitalius ad Rempup. optime constituendam, & ornandam.*

III.

Anno 1454. 12. Febr. Curia Tholosana literas Regis admisit, quibus voluntatē suam significabat, nempe liberam nomen esse, instituendi tertii Præsidis in prædicto Parlamento, iubebatque, vt inter se disputerent, quo tres sibi nominarent, quos eo officio capaces & dignos nossent, additis eorum nominibus & cognominibus, ac nominatim, vt vnum designarent, in quo potissimum Rex acquiescere deberet: & hæc omnia probe consignata, clausa ipsi mitterent: prædicta Curia congregata, vt his satisfaceret, decreuit, vnumquemque ex iis daturum breuiculum, quo nomina trium illorum notabilium continerentur: & vero iis traditis, atque in vnum collatis quamplurimi nominari apparuerunt: nihilominus tres extitere, qui suffragiorū numero cæteros vincebant, & à quamplurimis nominati fuerant: nempe Barthelodus Consiliarius, Vernadius Præses & Gentianus Consiliarius in prædicta Curia: & relatis postea his tribus ad prædictā pluralitatem apparuit Barthelodum tredecim tulisse suffragia, Vernadium nouem, Gentianum octo; sic vt Curia hæserit, quemnā ex illis tribus designaret, in quo nempe Regi acquiescendum putaret, prout mandauerat, & nihilominus quoniam inæqualia essent suffragia, id ita ad Regem misere, eius beneplacito & voluntati re commissa. Factum in Parlamento coram vno Preside & septendecim Cōsiliariis.

Forma notabilis eligendi.

Vide in hanc rem articulum. 19 Edicti conditi in Comitiis Aurelianensibus, simul etiam antiquam constitutionem Caroli [illegible] 1358. & memorialia Nicolai Bay auctuarii in Curia Parlamenti anno 1413. Vbi pulcherrima exempla allegantur de Electione supremorum Magistratuum. B.

TIT. IX. DE CVRIA LIBELlorum supplicum seu Libellariorum. Palatii & eius cognitione & priuilegio ipsius.

ARRESTVM I.

DOmini libellorum supplicum seu Libellarii Iurisdictionem limitatam habent: cognoscunt enim de actionibus personalib. & possessoriis, at non etiam de regalibus, hypothecariis, aut reliquis debitorum. Ita iudicatū fuit Arresto Parisiensi, 19. Aug. 1530. At si personalis quodammodo hypothecariæ immixta sit, de ea cognoscunt, ob vim personalis potiorem,

De quibus caussis cognoscant Domini Libellarii.

Etsi literis Cancellariæ petitionum ad ipsos dirigantur, de eo tamen cognoscere non possunt. Ita iudicatum ab omnibus Cameris coadunatis, 7. Febr. 1519 iuxta *artic.* 40. *Consilii tunc Ludouici* XI. Anno 1537. non nisi sex Consiliarii in Curia supplicum libellorum erant:

II.

Domini libellorum supplicum Palatii Parisiis seu Libellarii nō possunt de actionibus realibus cognoscere, sed de personalibus & possessoriis tantum: Et hac ratione petitor cū agere vellet in Curia libellaria actione hypothecaria, Arresto depulsus fuit anno 1384. cum hypothecaria sit actio mere realis.

Curia Libellaria cognoscit de Actiōibus mixtis & nō de realibus.

Possunt tamen de personali & hypothecaria cognoscere, cum videlicet agitur ad solutionem & continuationem. Arrestum 21. Iun. 1545 Et notā obtinet hypothecariā esse personalem & realem aduersus possessorem ex Consuetudine Parisiensi.

Hypothecaria realis est.

III.

Domini Libellarii ius euocandi & ad se accendi

Causas, in quibus Procurator Regius partis vicem supplet, nō possunt ad se euocare Domini Libellarii. Interdictū redintegrādæ possessionis ad illos remittitur, & quo modo.

causis possessorias habēt: at criminales vel alias, in quib. Procurator Regius partis vicē supplet, vt maxime ciuiles sint, coram aliis iudicibus intentatas, non possunt. Ratio bona hæc est, desumta à distractione & translatione personali, quod difficillimum & damnosum foret. Et ita sæpius iudicatum est Arrestis. De interdicto tamen redintegrandæ possessionis, in quod quæstio criminalis incidit, propter vim scilicet, dubitatur, verum id euocari possit? Et vero extat Arrestum Parisiense 27. Nouembris 1521. quo dictum fuit plenitudine potestatis & autoritate Regia prædictum interdictum redintegrandæ possessionis remitti oportere ad Libellarios: saluo tamen, quod si per eius definitionem crimen prætensum non purgatum esset per victoriam accusati in ciuili, vt partes remitterentur ad primum Iudicem, ad faciendum prædictū iudiciū criminale. Hanc in rem notabile est, quod scriptum extat *in l. 2. §. hoc edicto, ff. Vi bonor. raptor.*

IV.

Differētia literarum, quas vocāt *Committimus*, Consiliariorum & Aduocatorum, & Procuratorum.

Aduocati & Procuratores Parlamenti forum sortientur in causis suis apud Libellarios: Verum non tam plene, quam Domini Curiales. Nam prædicti domini vigore ipsorum *Committimus*, vt vocant, possunt causas suas euocare coram quibuscunq; iudicibus pendentes, citra aliarum literarum subsidium: Aduocati vero & Procuratores id iuris tantum habent in causa pendente coram Præside Parisiensi: etsi remitti velint causas, quæ pendent coram aliis iudicibus, necesse est, muniti sint aliis literis, quibus prædictæ causæ mentio fiat expressa, quęque expressam clausulam habeant reuocandi & remittendi à cæteris prædictis iudicibus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 8. April. 1521, ante Pascha.

V.

Sollicitatores causarum vbi forum sortiantur.

Sollicitatores causarum seu litium sc. vel negotiorum apud Libellarios: forum non sortiuntur, prout iudicatum fuit Arresto 24. Decemb. anno 1521.

Verum remittuntur ad iudices ordinarios: forum tamen sortiuntur pro salariis in Balliuatu Palatii, si & ipsi sint ex eodem Palatio. Iudicatum 2. Maii 1575. Hanc in rem extat Arrestum 21. Mart. 1563. B.

VI.

Priuilegiū Curię libellorum locum habet per vniuersum regnū Franciæ.

Priuilegium Curiæ Libellorum supplicum Palatii Parisiensis Arresto 15. Maii 1508. declaratum fuit, locum habere per vniuersum regnum Franciæ, citra exceptionem aut distinctionem Parlamentorum. Et depulsus quidam fuit, qui erat ex Parlamentu Burdegalensi à fine seu conclusione non procedendi ab ipso opposita. Et postea in pari altercatione idem dictum fuit alio Arresto 27. Iunii 1514.

VII.

Petitoriū post possessorium.

Extant duo Arresta, quę inuicem contraria videntur: vnum de decimaquarta vel 15. Maii 1515. quo etsi domini Libellarii de possessorio cognouissent, & literis mandatum fuisset, vt de petitorio cognoscerent, nihilominus Arresto prædicto dictum fuit, eos super eo non posse cognoscere. a Postea anno 1539. pro Barone Montroliensi aduersus ipsius matrem contrarium iudicatum fuit: forsan ea de causa, quod in priore non plene de possessorio cognouissent, cuius occasione eo facilius petitorium terminare possent, vt notatur in eadem materia *infra tit. de iurisdict. competente, Arresto* 23.

Petitorium cessare debet, vsquequo possessorium definitum fuerit. Iudicatum 13 Aug. 1584. & 10. Decembr. eodem anno B.

a Hoc ipsum Iudicatum fuit 2. April. 1584.

VIII.

Priuilegiū Libellario-

Qui forum in causis suis apud Libellarios sortientur, nō possunt priuilegium suum ad alias causas extendere, quam quæ ex ipsorum capite fluunt, a, & non etiam ex translationibus, quæ ipsis factæ sunt, etiam titulo oneroso: veluti venditionis, permutationis, in solutum aut aliter. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 16. Iulii 1520.

rum nō habet locum in translationib. etiā onerosō titulo factis.

Vide *Constitutionem Aurelianensem articul.* 36. *Blesensem articulo* 177.

a Veluti Episcopus & Collegium pro re tantum, quæ pendet ab ipsorum Ecclesia & corpore, *C. cum capella, de priuil. eg.* Hic constitui potest Rubrica *de Iurisdictione Magistrorum, Libellorum supplicum Palatii. Qui cognoscant de controuersiis officiariorum, & de abusu sigilli, de consultatione literarum, de libellis supplicibus, de euocatione, &c.*

IX.

Quando literis *Committimus* opus non sit.

Cum domesticus domus Regiæ notorie pro domestico, & dignus priuilegio *Committimus* cognoscitur, nil opus habet literis *Committimus*: verum absq; iis, si id postulet, ad Libellarios Palatii remittendus est. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1564.

X.

Priuilegium pro causis beneficii suis pro cæteris causis non est priuilegium.

Die Veneris 15. Decembris 1564. à prandio Choppinus pro priuato quodam appellante à vindicatione seu retentione causæ à Libellariis Palatii facta aduersus Bonaltium Aduocatum Episcopi Andegauensis, qui sese Eleemosynarium ordinarium Regis dicebat, cuius rei fidem non faciebat, & dicebat, Episcopum Andegauensem & Canonicos hoc priuilegio subnixos fuisse, con ita replicabatur id intelligi, cum ageretur de iuribus Episcopatus, at in hac specie agi de Prioratu, qui ad prædictum Episcopum spectaret. Boucheratius pro Procuratore Catholico dixit, se appellanti adhærere. Curia appellationem, idque, à quo appellatum fuit, in irritum deduxit, appellatum in expensas condemnauit, partesque ad iudices ordinarios post quindecim dies remisit.

Constitutio Mulinensis *art.* 56. ait pro negotiis communibus Ecclesiarum tantum. I. C.

XI.

Catholiciani Monetarii litē pendētem apud Libellarios euocare non possunt.

Die Lunæ 5. Aug. 1560. in Parlamento Parisiensi Canayus concludebat in quadam appellatione pro vidua domini Gryes Aduocati in Castelleto ab euocatione facta à Catholicianis monetariis, litis pendentis apud Libellarios Palatii. Mango pro appellato dixit, domum Monachis deputatam esse, appellantem in ea non nisi septimam partem habere, Catholicianis non nisi cognitionem competere super locis idoneis monetis fabricandis, eum à Rege habitationem habere, eos priuilegium habere in monetis adprobatum in Curia: Curia dixit, male euocatum fuisse, male processum: bene appellatum ab appellante, cōdemnat appellatum in expensas, remittit partes post octiduum ad Libellarios Palatii. Dominus Præses post pronunciatum Arrestum dixit, Catholicianos non superiores esse Libellariorum.

De priuilegio literarum, quæ vocantur, *Committimus*, deque ipsarum differentiis, & de literis, quæ vocantur *de gardes gardiennes* Vide quæ scripsi ea de re *in meis quæstionibus notabilibus.* I. C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IX.

I.

Remissio ad Libellarios petita indulgeri debet.

Remissio ad Libellarios petita indulgeri debet citra causę cognitionem, saluo iure super eo agitandi & retromittendi, si causa subsit. Id ita cōpluribus Arrestis decisum est: ac nominatim 4. Ianu. 1563. & 7. Iunii 1574. Quod si agatur de appreciatione vel visitatione, aliaque re, quæ locis oculis subiectis à Iudi-

Iudice ordinario fieri debeot, tum remiffio neque ad libellarios neq; alio fieri debet. Iudicatum 7. Iunii 1574. B.

II.

Priuilegiũ speciale quomodo intelligi debeat.

Quando quis fefe ex priuilegio fpeciali forũ fortiri apud Libellarios Palatii allegat, veluti fi Epifcopus dicat, hoc intelligi debet, quantum ad ea, q̃ fpectant iura & bonum Ecclefiæ, & non etiam quantum ad priuatum alicuius commodum: prout iudicatum fuit Arrefto 15. Decemb. 1564. Vide *cap. cum Cappella. de priuileg.* Priuilegia in prætuptis haberi debent *c. cum olim de priuileg.* neque debent extendi. *L. ex to de Teftam. milit.* Nota præterea dominos Libellarios Palatii coguofcere fuper controuerfiis Officiariorũ quantum ad titulum officii fpectat, quantum vero ad determinationem, eundum eft ad dominos Triumuiros Regios vel ad Curiam Parlamenti. B.

TIT. X. DE PRÆFECTO Parifienfi & Priuilegio Iurifdictionis ipfius.

ARRESTVM I.

Iuramẽtũ Præfecti Parifiẽfis.

QVarto Februarii 1421. Arrefto Curiæ dictum fuit, præfectum Parifienfem iuramentum in prędicta Curia pręftare oportere: & iuramenti ipfios remiffio ad Cancellarium in Condicillis fuis contẽta, fimul etiã omne id, quod fuper remiffionis iftius admiffione factũ fuerat iuxta id caffatum fuit: prout fcripfit *Lucius.*

II.

Priuilegiũ fpeciali Præfecti Parifienfis.

Præfectus Parifieofis priuilegium habet congnofcendi priuatiue fuper cæteros iudices huius Regni fuper omnibus rebus, quæ coorienentur in contractibus, qui habiti funt fub Sigillo prædictæ Præfecturæ, ipfarum circumftantiis, & depeodeotibus quibufcunqoe inter contrahentes eorum heredes vel ius ab ipfis habentes. Nihilominus huiufmodi priuilegiom aduerfus tertios poffeffores noo extẽditur, fi aduerfus eos actio dirigatur hypothecæ nomine, quæ prædictis contractibus cootinetur. Et ita iudicatum fuit Arrecto poft peroratæ caufæ auditionem, Riantio & Roberto perorantibus. 13. Martii 1549.

In Francia tria figilla funt, quę Iurifdictionem attribuont, citra fubmiffionem aut prorogationem: nempe Caftelleti Parifienfis Monuspeffulani & Nundinarum Brienfium I.C.

III.

Procuratur Catholicus Regius Præfecturæ Parifienfis vacãtis locũ implet.

Vacante Officio Præfecti Parifienfis Cancellarius, & Coofiliarii Maioris Confilii confenferunt, vfque qoo Rex fuper eo prouideret id à Locumtenente ciuili exercendum. Curia contra Arrefto fuo decreuit, hoc Officium ad Catholicum Procuratorem Regium fpectare 11. Mar. 1420. Quod deinceps & in hodiernum obferuatum fuit: vt fcripfit Lucius.

Poft obitum de Prato Dom. Naotouilletii Præfecti Parifienfis anno 1562. id ita obferuatum fuit.

TITVL. XI. DE SEDIBVS feu Tribunalibus Præfidialibus.

De inftitutione Sedium Præfidialium, Salariis, fuppreffione, inftauratione ipfarum, deq; ipforum poteftate, numero officiariorum Regiorum, plene fcripfi, *tit. 3. lib. 3. collectionum mea.* Vide & quæ Maynardus fcripfit in *notabilibus Quæftionibus lib. 2. ca. 16.* I.C.

ARRESTVM I.

Quũ quæftio eft de

DIe Veneris 1. Decembr. 1564. Thoanus pro appellãte dixit, fe in materia retractus gentilitii citaffe appellatum, qui expofuit viginti iam annos effluxiffe, ex quo adquifiuit: Appellans dixit, eum nõdum poffeffionem nactum, neque poffeffiõem Notario & teftibus adhibitis cepiffe, imo appellatum ne quidem natum fuiffe, quando id à patre ipfius cõtra ipfum acquifitum fuit, ac proinde eius rationem nnoc haberi oportere, per *l. 1. §. Proximus. ff. vnde Cognati. L. Titius. ff. de fuis. & legit. hered.* Iudex Ganapenfis appellantem à retractu exclufit, attento temporis lapfu: à quo appellat Molinum ad Præfidiales, feque ad Edictum reftringit. Iudices Præfidiales de hoc retractu iudicant Iure fupremo, à quo appellat: eo non obftante iudicatum exequontur: cõclodit male iodicatum. Dauid dixit iam 20. annos elapfos ab adquifitione, quod omnia cenfeãtur folenniter acta, noonifi triginta quique libras in principali & fundo effe, nil opus effe reftrictione. Menilius ꝓ Procuratore Catholico dixit, eũ fefe reftringẽdo, alienare rem fibi propriam fauore familiæ, & quidem huiufcemodi quam fine familæ intereffe non effet relicturus, & obtentu eam habendi eam relicturus fit: Ac præterea cum de Retractu agatur & de interpretatione Confuetudinis Iudices Præfidiales noo potuiffe Iure fupremo de eo iudicare. Curia quantum ad primam appellatiooem pertinet, dixit, partes veiu proceffu per fcripturam, concludere: quantum vero ad id quod executum eft, non obftante prima appellatione, dixit male & nulliter iudicatum fuiffe & executum, bene appellatum ab appellante, caffat & reuocat tanquam attentatum, id omoe quod factum fuit à prima inde appellatione: appellatum in expenfas Caufæ appellationis, dãna & intereffe condemnat, & io expenfas Inftantię fopplicis libelli fuper hoc oblati.

interpretãda confuetudine aut Edicto, Iudices Præfidiales incõpetẽtes funt.

II.

Vide fupra *Arreftum 32. de fupremis Curiis*, quomodo Iudices Præfidiales non poffint vfurpare terminos *manu fuprema*. Sunt enim hi termini proprii fupremarum Curiarum, priuatiue & exclufis omnib⁹ aliis.

Iudices Præfidiales non poffunt vfurpare terminos *manu fuprema.*

III.

Vide 1. *Tit. de Retractu gentilitio Arreft. vlt.* Quomodo Iodices Præfidiales non poffint Præfidialiter fuper Retractu gentilitio iudicare, quoniam id Ius eft inæftimabile: neque poteft Retrahens fe reftringere: quoniam alienationis fpecies eft, & volens aequirere, alienaret, quod effet oppofitum in obiecto, neque pretium attendi oportet, verum illud tantum, quod res Maiorum fuit: Arreftum illud datum fuit Parifiis 8. Iulii 1560.

Iudices Præfidiales nõ iudicant Præfidialiter fuper retractu gẽtilitio.

Iudices Præfidiales non poffunt) Chopin. ad *Confuetudinem Andegauenfem lib. 3. cap. 1. tit. 4.* allegat Arreftum Parifienfe 20. Nouemb 1570. Dominus Louetius *in Arreft. fuis lit. R. arrefto 37.* & addit, neque de interpretatione Confuetudinis.

IV.

Quod Rex Edicto fuo vetat, ne Magiftratuum negotia in auditorio fuo tractentur, id intelligi debet de caufis, quæ non excedunt ipforum cognitionem Præfidialem in poftremo diftrictu: Nam fi ipforum cognitionem Præfidialem excedant, non debet prædictum Edictum obferuari: prout iudicatũ fuit Arrefto Parifienfi. 26. Iulii 1568.

Edictum fuper recufatiõe caufarum ad Magiftratus pertinẽtium.

V.

Tit. *de Legatis fpecialibus. infra*, apparet: Curiam admififfe appellantem quendam à fede Præfidiali, fuper materia triginta libras non excedente, vel circiter nullo alio ex priuilegio nullave alia ex occa-

Appellatio ꝓ 30 libr. a Præfidialibus ad Curiam.

Causas, in quibus Procurator Regius partis vicem supplet, nō possunt ad se accerere Domini Libellarii. Interdictū redintegrandæ possessionis ad illos remittitur, & quo modo.

causis possessorias habēt: at criminales vel alias, in quib. Procurator Regius partis vicē supplet, vt maxime ciuiles sint, coram aliis iudicibus intentatas, non possunt. Ratio bona hæc est, desumta à distractione & translatione personali, quod difficillimum & damnosum foret. Et ita sæpius iudicatum est Arrestis. De interdicto tamen redintegrandæ possessionis, in quod quæstio criminalis incidit, propter vim scilicet, dubitatur, vtrum id euocari possit? Et vero extat Arrestum Parisiense 27. Nouembris 1521. quo dictum fuit plenitudine potestatis & autoritate Regia prædictum interdictum redintegrandæ possessionis remitti oportere ad Libellarios: saluo tamen, quod si per eius definitionem crimen prætensum non purgatum esset per victoriam accusati in ciuili, vt partes remitterentur ad primum Iudicem, ad faciendum prædictū iudiciū criminale. Hanc tn rem notabile est, quod scriptum extat *in l. 2. §. hoc edicto, ff. Vi bonor. raptor.*

IV.

Differentia literarum, quas vocāt *Committimus*, Consiliariorum & Aduocatorum, & Procuratorum.

Aduocati & Procuratores Parlamenti forum sortientur in causis suis apud Libellarios: Verum non tam plene, quam Domini Curiales, Nam prædicti domini vigore ipsorum *Committimus*, vt vocant, possunt causas suas euocare coram quibuscunq; iudicibus pendentes, citra aliarum literarum subsidium: Aduocati vero & Procuratores id iuris tantum habent in causa pendente coram Præside Parisiensi: etsi remitti velint causas, quæ pendent coram aliis iudicibus, necesse est, muniti sint aliis literis, quibus prædictæ causæ mentio fiat expressa, quęque expressam clausulam habeant reuocandi & remittendi à cæteris prædictis iudicibus. Et ita iudicatum fuit Arrestu Parisiensi 8. April. 1521, ante Pascha.

V.

Sollicitatores causarum vbi forum sortiantur.

Sollicitatores causarum seu litium sc. vel negotiorum apud Libellarios: forum non sortiuntur, prout iudicatum fuit Arresto 24. Decemb. anno 1521.

Verum remittuntur ad iudices ordinarios: forum tamen sortiuntur pro salariis in Balliuatu Palatii, si & ipsi sint ex eodem Palatio. Iudicatum 2. Maii 1575. Hanc in rem extat Arrestum 21. Mart. 1563. B.

VI.

Priuilegiū Curię libellorum locum habet per vniuersum regnū Franciæ.

Priuilegium Curiæ Libellorum supplicum Palatii Parisiensis Arresto 15. Maii 1508. declaratum fuit, locum habere per vniuersum regnum Franciæ, citra exceptionem aut distinctionem Parlamentorum. Et depulsus quidam fuit, qui erat ex Parlamento Burdegalensi à fine seu conclusione non procedendi ab ipso opposita. Et postea in pari altercatione idem dictum fuit alio Arresto 27. Iunii 1514.

VII.

Petitoriū post possessorium.

Extant duo Arresta, quę inuicem contraria videntur: vnum de decimaquarta vel 15. Maii 1515. quo etsi domini Libellarii de possessorio cognouissent, & literis mandatum fuisset, vt de petitorio cognoscerent, nihilominus Arresto prædicto dictum fuit, eos super eo non posse cognoscere. *a* Postea anno 1539. pro Barone Montroliensi aduersus ipsius matrem contrarium iudicatum fuit: forsan ea de causa, quod in priore non plene de possessorio cognouissent, cuius occasione eo facilius petitorium terminare possent, vt notatur in eadem materia *infra tit. de iurisdict. competente, Arresto* 23.

Petitorium cessare debet, vsquequo possessorium definitum fuerit. Iudicatum 13 Aug. 1584. & 10. Decembr. eodem anno B.

a Hoc ipsum iudicatum fuit 2. April. 1584.

VIII.

Priuilegiū libellario.

Qui forum in causis suis apud Libellarios sortientur, nō possunt priuilegium suum ad alias causas extendere, quam quæ ex ipsorum capite fluunt, *a*, & non etiam ex translationibus, quæ ipsis factæ sunt, etiam titulo oneroso: veluti venditionis, permutationis, in solutum aut aliter. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 16. Iulii 1520.

ium nō habet locum in translationib. etiā oneroso titulo factis.

Vide *Constitutionem Aurelianensem articul.* 36. *Blesensem articulo* 177.

a Velut Episcopus & Collegium pro re tantum, quæ pendet ab ipsorum Ecclesia & corpore, *C. cum capella, de privileg.* Hic constitui potest Rubrica *de Iurisdictione Magistrorum, Libellorum supplicum Palatij. Qui cognoscunt de controuersiis officiariorum, & de abusu sigilli, de ciuilitate literarum, de libellis supplicibus, de euocatione, &c.*

IX.

Cum domesticus domus Regiæ notorie pro domestico, & dignus priuilegio *Committimus* cognoscitur, nil opus habet literis *Committimus*: verum absq; iis, si id postulet, ad Libellarios Palatii remittendus est. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1564.

Quando literis *Committimus* opus non sit.

X.

Die Veneris 15. Decembris 1564. à prandio Choppinus pro priuato quodam appellante à vindicatione seu retentione causæ à Libellariis Palatii facta aduersus Bonaltinm Aduocatum Episcopi Andegauensis, qui sese Eleemosynarium ordinarium Regis dicebat, cuius rei fidem non faciebat, & dicebat, Episcopum Andegauensem & Canonicos hoc priuilegio subnixos fuisse, contra replicabatur id intelligi, cum ageretur de iuribus Episcopatus, at in hac specie agi de Prioratu, qui ad prædictum Episcopum spectaret. Boucheratius pro Procuratore Catholico dixit, se appellanti adhærere. Curia appellationem, idque, à quo appellatum fuit, in irritum deduxit, appellatum in expensas condemnauit, partesque ad iudices ordinarios post quindecim dies remisit.

Priuilegiatus pro causis beneficii sui pro cæteris causis non est priuilegiatus.

Constitutio Molinensis *art.* 56. ait pro negotiis communibus Ecclesiarum tantum. I.C.

XI.

Die Lunæ 5. Aug. 1560. in Parlamento Parisiensi Canayus concludebat in quadam appellatione pro vidua domini Gryes Aduocati in Castelletu ab euocatione facta à Catholicianis monetariis, litis pendentis apud Libellarios Palatii. Mango pro appellato dixit, domum Monachis deputatam esse, appellantem in ea non nisi septimam partem habere, Catholicianis non nisi cognitionem competere super locis idoneis monetis fabricandis, eum à Rege habitationem habere, eos priuilegium habere in monetis adprobatum in Curia: Curia dixit, male euocatum fuisse, male processum: bene appellatum ab appellante, cōdemnat appellatum in expensas, remittit partes post octiduum ad Libellarios Palatii. Dominus Præses post pronunciatum Arrestum dixit, Catholicianos non superiores esse Libellariorum.

Catholiciani Monetarii litē pendētem apud Libellarios euocare non possunt.

De priuilegio literarum, quæ vocantur, *Committimus*, deque ipsarum differentiis, & de literis, quæ vocantur *de garde et gardiennes* Vide quæ scripsi ea de re *in meis quæstionibus notabilibus*. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum IX.

I.

REmissio ad Libellarios petita indulgeri debet citra causę cognitionem, saluo iure super eo agitandi & retromittendi, si causa subsit. Id ita cōplurimis Arrestis decisum est: ac nominatim 4. Ianu. 1563. & 7. Iunii 1574. Quod si agatur de appreciatione vel visitatione, aliaque re, quæ locis oculis subiectis à Iudi-

Remissio ad Libellarios petita indulgeri debet.

Iudice ordinario fieri debent, tum remiffio neque ad libellarios neq; alio fieri debet. Iudicatum 7. Iunii 1574. B.

II.

Priuilegiũ fpeciale quomodo intelligi debeat.

Quando quis fefe ex priuilegio fpeciali forũ fortiri apud Libellarios Palatii allegat, velutifi Epifcopus dicat, hoc intelligi debet, quantum ad ea, q̃ fpectant intra & bonum Ecclefiæ, & non etiam quantum ad priuatum alicuius commodum: prout iudicatum fuit Arrefto 15. Decemb. 1564. Vide *cap. cum Cappella. de priuileg.* Priuilegia in prærupcis haberi debent *c. cum olim de priuileg.* neque debent extendi. *L. ex to de Teftam. milit.* Nota præterea dominos Libellarios Palatii cognofcere fuper controuerfiis Officiariorũ quantum ad titulum officii fpectát, quaorum vero ad determinationem, eundum eft ad dominos Triumuiros Regios vel ad Curiam Parlamenti. B.

TIT. X. DE PRÆFECTO Parifienfi & Priuilegio Iurifdictionis ipfius.

ARRESTVM I.

Iuramẽtũ Præfecti Parifiẽfis.

QVarto Februarii 1421. Arrefto Curiæ dictum fuit, præfectum Parifienfem iuramentum in prędicta Curia prętare oportere: & iuramenti ipfius remiffio ad Cancellariom in Condicillis fuis contẽta, fimul etiã omne id, quod fuper remiffionis iftius admiffione factũ fuerat iuxta id caffatum fuit: prout fcripfit *Lucius*.

II.

Priuilegiũ figilli Præfecti Parifienfis.

Præfectus Parifienfis priuilegium habet congnofcendi priuatiue fuper cæteros iudices huius Regni fuper omnibus rebus, quæ continentur in contractibus, qui habiti funt fub Sigillo prædictæ Præfecturæ, ipfarum circumftantiis, & dependentibus quibufcunque inter contrahentes eorum heredes vel ius ab ipfis habentes. Nihilominus huiufmodi priuilegium aduerfus tertios poffeffores non extẽditur, fi aduerfus eos actio dirigatur hypothecæ nomine, quæ prædictis contractibus continetur. Et ita iudicatum fuit Arrecto poft perorataæ caufæ auditionem, Riantio & Roberto perorantibus. 13. Martii 1549.

In Francia tria figilla funt, quę Iurifdictionem attribuont, citra fubmiffionem aut prorogationem: nempe Caftelleti Parifienfis Montifpeffulani & Nundinarum Brienfium I.C.

III.

Procurator Catholicus Regius Præfecturæ Parifienfis vacãtis locũ fupplet.

Vacante Officio Præfecti Parifienfis Cancellarius, & Confiliarii Maioris Confilii confenferont, vfque quo Rex fuper eo prouideret idã Locumtenente ciuili exercendum. Curia contra Arrefto fuo decreuit, hoc Officium ad Catholicum Procuratorem Regium fpectare 21. Mar. 1420. Quod deinceps & in hodiernum obferuatum fuit: vt fcripfit Lucius.

Poft obitum de Prato Dom. Nantouilletii Præfecti Parifienfis anno 1562. id ita obferuatum fuit.

TITVL. XI. DE SEDIBVS feu Tribunalibus Præfidialibus.

De inftitutione Sedium Præfidialium, Salariis, fuppreffione, inftauratione ipfarum, deq; ipforum poteftate, numero officiariorum Regiorum, plene fcripfi, *tit. 3. lib. 3. collectionis meæ* Vide & quæ Maynardus fcripfit in *notabilibus Quæftionibus lib. 2. ca. 12.* I.C.

ARRESTVM I.

Quæ quæftio eft de

DIe Veneris 1. Decembr. 1564. Thuanos pro appellãte dixit, fe in materia retractus gentilitii citaffe appellatum, qui expofuit viginti iam annos effluxiffe, ex quo adquifiuit: Appellans dixit, eum nõdum poffeffionem nactum, neque poffeffioẽm Notario & teftibus adhibitis cepiffe, imo appellatum ne quidem natum fuiffe, quando id à patre ipfius contra ipfum acquifitum fuit, ac proinde eius rationem nunc haberi oportere, per *L. 1. §. Proximus. ff. vnde Cognati. L. Titius. ff. de fuis. & legit. hered.* Iudex Cænomanenfis appellantem à retractu exclufit, attento temporis lapfu: à quo appellat Molinum ad Præfidiales, feque ad Edictum reftringit. Iudices Præfidiales de hoc retractu iudicant iure fupremo, à quo appellat: eo non obftante iudicatum exequuntur: concludit male iudicatum. Dauid dixit tam 20. annos elapfos ab adquifitione, quod omnia cenfeãtur folenniter acta, nonnifi triginta quique libras in principali & fundo effe, nil opus effe reftrictione. Menilius p Procuratore Catholico dixit, eũ fefe reftringẽdo, alienare rem fibi propriam fauore familiæ, & quidem huiufcemodi quam fine familæ intereffe non effet relicturus, & obtentu eam habendi eam relicturus fit: Ac præterea cum de Retractu agatur & de interpretatione Confuetudinis Iudices Præfidiales non potuiffe iure fupremo de eo iudicare. Curia quantum ad primam appellationem pertinet, dixit, partes vtio proceffu per fcripturam concludere: quantum vero ad id quod executum eft, non obftante prima appellatione, dixit male & nulliter iudicatum fuiffe & executum, bene appellatum ab appellante, caffat & reuocat tanquam attentatum, id omne quod factum fuit à prima inde appellatione: appellatum in expenfas Caufæ appellationis, dãna & intereffe condemnat, & in expenfas Inftantiæ fupplicis libelli fuper hoc oblati.

interpretãda confuetudine aut Edicto, Iudices Præfidiales incõpetẽtes funt.

II.

Iudices Prędiales non poffunt vfurpare terminos. *manu fuprema*.

Vide fupra *Arreftum 32. de fupremis Curiis*, quomodo Iudices Præfidiales non poffint vfurpare terminos *manu fuprema*. Sunt enim hi termini proprii fupremarum Curiarum, priuatiue & exclufis omnib⁹ aliis.

III.

Iudices Prę fidiales nõ iudicant Præfidialiter fuper retractu gẽtilitio.

Vide 1. *Tit. de Retractu gentilitio Arreft. vlt.* Quomodo Iudices Præfidiales non poffint Præfidialiter fuper Retractu gentilitio iudicare, quoniam id Ius eft inæftimabile: neque poteft Retrahens fe reftringere: quoniam alienationis fpecies eft, & volens acquirere, alienaret, quod effet oppofitum in obiecto, neque pretium attendi oportet, verum illud tantum, quod res Maiorum fuit: Arreftum illud datum fuit Parifiis 8. Iulii 1560.

Iudices Præfidiales non poffunt) Chopin. ad *Confuetudinem Andegauenfem lib. 3. cap. 1. tit.* 1. allegat Arreftum Parifienfe 20. Nouemb 1570. Dominus Louetius *in Arreft. ciuil lit. R. arrefto 37.* & addit, neque de interpretatione Confuetudinis.

IV.

Edictum fuper recufatiõe caufarum ad Magiftratus pertinẽtium.

Quod Rex Edicto fuo vetat, ne Magiftratuum negotia in auditorio fuo tractentur, id intelligi debet de caufis, quæ non excedunt ipforum cognitionem Præfidialem in poftremo diftrictu: Nam fi ipforum cognitionem Præfidialem excedant, non debet prædictum Edictum obferuari: prout iudicatũ fuit Arrefto Parifienfi. 26. Iulii 1568.

V.

Appellatio p 30 libr. a Præfidialibus ad Curiam.

Tit. *de Legatis fpecialibus. infra*, apparet: Curiam admififfe appellantem quendam à fede Præfidiali, fuper materia triginta libras non excedente, vel circiter nullo alio ex priuilegio nullaue alia ex occa-

fione eam acceptandi, sub pœna multæ arbitrariæ, nisi ea quam Boutdinus Procurator Catholicus Regius absente domino Aduocato Regio repræsentarit, nempe materiam hanc petinere ad exemplum & perniciosæ consequentiæ esse, si vel solido vnico legi & dispositioni Iuris tam aperte contra iri patientia præberetur. vide Arrestum 14. Iulii 1568.

TIT. XII. DE OFFICIARIIS Regiis & aliis.

Constitutionib. Ludouici Pii, primi qui instituti & constituti fuerunt ad Iustitiam administrandam fuerunt *Comites*: hi postea ad Regem seu Regis lateri applicati & acciti Locumtenentes sibi delegerunt Præpositos, Vicarios, quos in Languedocia vocant *Viguedes*, in Normannia *Vice-comites*.

ARRESTRM PRIMVM.

Qualitas Iudicis Regii non admittitur.

SI Rex alicui ad vitæ suæ dies Ducatum, Comitatum vel Marchionatum ex Patrimonio suo dederit: Iudices non ideo Regii esse desinunt, perinde vt antea: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Officiariis Bituricensibus 3. Februarii 1525.

Hoc obseruatur in terris in Appanagium datis, in quibus Officiales proclamationes publicas faciunt, & Regis simul & Domini nomen præferunt, vide Choppinum *lib. 3. de Domanio fol.* 534 Ita iudicatum fuit contra Regem Nauarræ Patrem Regis Henrici IV. 20. Iulii 1568. pro Locumtenente Balliui Castrinoui in Thimares, & alios viros eminentes, quibus Rex terras Domanii sui in Appanagium dederat, Arrestis quæ refert Bacquetus *tracta. 5. de Iurib. iustitia cap.* 17. *numero* 5. I C.

V.

Officiarii Regii irreuocabiles.

In Francia omnia officia Regia sunt propria, patrimonialia & perpetua ad dies vitæ eorum, qui ea habent. Ex ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi aduersus dominum Albertum super eius iudice. Eorum concessione Princeps cum Officiario contrahit, à quo postea citra causam rationabilem recedere non potest. *l. Titius §. sorore. ff. de fideicom. libert.* & vt maxime Deus Leges Principi submiserit, iisque dispensauerit, nihilominus quod ad contractus attinet obligationi fidei humanæ relictus est, cui nil tam conueniens est, quam ea quæ placuerunt seruare *l. 1. in princip. ff. de pactis.* Neque quicquam magis contrarium, quam fidem fallere, *l. 1. pr. ff. de constitut. pecu.* Neque destitutioni locus est, nisi comperto crimine & probato & Officiario audito. Benedictus *in cap. Raynutius in verb. duas habens. nu.* 38. ait huiusmodi officia non nisi tribus casibus vacare, nempe, morte, resignatione & priuatione propter delictum. dominus Boerius *Decis.* 149. *part.* 1. allegat aliud Arrestum Burdegalense inter Fabianum Boudetum, qui officium custodis sigillorum Cancellariæ Burdegalensis impetrauerat, appellantem ab vna parte, & Lancellotum de Fau, Episcopum Lucensem opponentem ex altera parte.

III.

Officiarii alii quam Regii experientes interdicto quibus casibus admittantur.

OfficiariiRegii interdicto experientes admittuntur propter turbatam possessionem suam in exercitio & possessione officiorum suorum quoniam iis inuiti destitui non possunt, nisi ex delicto, quod destitutionem mereatur. At Officiarii alii quam Regii huius generis non sunt, & videntur precario, & à domino possidere: & destitutioni absque causa obnoxii sunt, atque ita non admittuntur interdicto experientes, etsi remunerandi animo, aut alias titulo oneroso, & sic, irreuocabiliter prouisi fuissent. Postquã auditus fuit Barmius Aduocatus Regius, datum fuit Arrestum Parisiense 12. Iunii 1513. quo Actuarius de Vileines, etsi prouisionem suam exhiberet, expresse causa compensationis meritorum ipsius, id est, remunerandi animo factam, ab interdicto depulsus fuit. Attamen quicquid hac de re hac tempestate sentiatur, hodie contrarium obseruatur, ex ratione admodum manifesta vel verisimili, nempe quod cur officiarii Regii interdicto experiri pro possessione sua possint, hæc vnica ratio sit, quod irreuocabiles sint. Quid igitur, si alii quam Regii certo casu irreuocabiles, vt puta, si prouisio eorum facta sit titulo oneroso, & ob bene merita. *l. si pater. §. 1. de donat.* Fel *in cap. nonit. de Iud.* vel etiam in fauorem matrimonii vt Bartolus *dictam l. priuilegia: de SS. Ecclesiis* & quanquã de piis causis tantum loquatur, nihilominus causa matrimonii quoque comprehenditur. *l. cum is, qui Pamphilum. §. si in ea opinione ff. de condict. indeb.* Proinde si huiusmodi casus emergant vel etiam emtio, atque reuocari ea non licet, quare non etiam admittentur illi interdicto possessorio pariter experientes vt regii? Et vero hanc ad rem à quinque annis vel sex complurima Arresta data fuerunt illi, quod datum anno 1515. contraria, quibus materia melius intellecta, prædicti admissi fuerunt: vnum aduersus Ducem Guysium 24. die Martii 1550. alterum aduersus Ducem Dunensem & alios plures: vt scripsit Lucius.

Quod mereatur destitutionem) Ex constitutione Regis Philippi Valesii anni 1341. & Caroli Octaui anni 1483. I.C.

Interdictum) Imbertus *in institutionibus suis forensibus lib. 1. cap.* 16. refert simile Arrestum quod datum Maioribus diebus Pictauensibus 22. Septembris. 1531. Sed contrarium in praxi obseruatur, non tantum in officiis Regiis, verum etiam in officiis Dominorum subalternorum, & vti oportet, via oppositionis non interdicti, prout scripsit Ioannes Bacquet, *in tract. suo de Iurib. Iustit.* vide & *collectionem meam Tit. vlt. De destitutione Officiariorum c.* 204. *& artic.* 2. *Tit.* 4. *lib.* 8. *infra.* I.C.

IV.

An emptor domanii à Rege venditi possit destituere officiarios.

Domino Marillaco pro appellante, & Seguero pro appellato, & Raymundo pro Rege, dictum fuit, Officiarios Regios destitui non posse, vt maxime Rex Domanium suum & dominium alienauerit, cuius est prædictus officiarius: non obstantibus rationibus allegatis à prædicto domino Segulero in contrarium: ac nominatim, quod successor particularis Colono stare non tenetur. Molini maioribus diebus die lunæ 19. Octobris, 1540. post prandiũ. Verum quidem est per *L. emptorem*, *C. Locati*, emptorem non cogi stare delegatis à venditore, sed tamen & illud verum est, si pacto expresso tacito vel aliter id ita cautum fuisset vel actum, stari oportet *d. L. emptorem*: prout fit in venditionibus Domanii, in quibus Rex hanc semper mentem habet, sequi id, quod per Legem ei licet, non aliud, nempe vt nolit neque possit Officiarios suos eo redigere, vt libere & ad nutum reuocari possunt. [*vide cap. 1. huius Tom. ii.*]

V.

Destitutio odiosa.

In Condicillis cuiusdam officii hæc clausula continetur, *vt eo fruatur, quamdiu superstes, & in seruitio nostro erit*, &c, contingit, vt is qui officium donauit vendat dominiũ & Iustitiam à quibus pendet Officium. Sic officium istud alteri à nouo domino datur. Qui primus prouisus fuerat, in Officium suum restitui postulat, vel saltem damna & interesse sibi refundi: opponitur ipsi, eum non esse in seruitio neque primi neque noui domini, & ideo non esse admittendum. Hoc non obstante postulatio eius admittitur Arresto Parisiensi 24. Martii 1550.

VI.

Remedium pro Officiariis ob regiis destitutis.

Pro officiis quæ ab alio, quam à Rege tenentur, non potest interdictum intentari pro destitutione r

verum

rerum reparatio prædictæ destitutionis impetrari potest officio iudicis, si data fuerit fauore matrimonii, vel ad remunetanda seruitia, vel emptione. Hi enim tres tituli sunt onerosi & irreuocabiles. Pro primo textus est *in l. pro oneribus. C. de iur. dot.* pro secundo *in l. sed si lege. §. consuluit. de pet. hered.* pro tertio, lex contractuum, & magnum Edictum Prætorium: *Pacta seruabo.* Ita iudicatum fuit duobus Arrestis Parisiensibus: vno 12. Iulii aut Iunii 1513. altero Arresto postero die, vt plenius notatum supra *arresto* 3. Hanc in rem singularis est textus *l. 1. ibi, prebeatur ei, qui voluntate seruo suo libertatem gratuitam prœsti. et, non qui debitam restituit. C. de libert. & eor. lib.*

De eo, quod hic proponitur, extat expressa Constitutio Caroli IX. facta Russilione, qua Domini merum imperium habentes destituere possunt Officiarios suos, nisi titulo oneroso prouisi sint, quæ etiam locum obtinet in Officiariis Dominorum Ecclesiasticorum: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat Charon. *lib. 5. Resp.* 35. Vide etiam, quæ plene tractaui in *tract. Collection. mea dicto titulo.* I. C.

VII.

Officiarii propter merita seu seruitia exhibita factus destitui nō potest.

Commendator Stampensis, idemque Dominus temporalis Cabilloni-Reginæ, destituit Balliuum prædicti loci à prædecessore suo institutum, eiusque loco alium instituit: Destitutus appellat, & admittitur in Curia Parlamenti Parisiensis, vbi repræsentat, prouisionem suam complecti, *eam nisi prolixis & gratis seruitiis, tam ei, qui prouidit, quam prædecessoribus eius exhibitis.* Arresto 19. Octobr. 1568. dictum fuit, destitutum per prouisionem fruiturum, principali causa ampliata seu comperendinata.

In hac quæstione, an successor in beneficio teneatur continuare Officiarios Iustitiæ beneficii sui, prouisos pro recompensatione distinguisolet. Et vero certum est, quod si seruitia non nisi personæ beneficiatæ defuncti exhibita fuerint, eos posse a successore destitui, secus si prouisi sint propter seruitia exhibita in conseruatione iurium beneficii. Ita iudicatum aduersus Episcopum Andegauensem Do. Mironium pro Officiariis officialitatis & aliis, quæ prolixe retuli *Collectionis meæ. tit. vlt. c.* 201. I. C. Si prouisio causata sit pro compensatione seruitiorum, & nihilominus à minore impetrata fuerit, id non sufficit, & oportet, vt prouisus probationem aliunde afferat, alias facile minor circumueniretur: vide Arresta Dn. Louetii *lit. O. cum annotationibus meis eis additis.*

VIII.

Officialis sine causa destitui nequit.

Arrestum, quod datum Burdegalæ contra Priorem S. Martini de Campis, & altero, quod datum Burdegalæ contra Episcopum Tullensem, dictum fuit, Officialem sine causa destitui non posse: contra *gl. in clem. & si principalis, in verb. & electionem. de Elect. & Ioan. Fab. in § item si adhuc. Inst. mandat.*

Desumptum ex Gallo *quæstione* 178. vide Boerium *Decis. Burdegalensi* 151. Charondam *lib. 1. Respons.* 65. Maynardum *lib. 2. cap.* 24. I. C.

IX.

Officiarius notatus in destitutione, opponendo se aut appellando reluctari potest. [vide supra *arresto* 3.]

Notandum est ad materiam huius tituli, & si Dominus alius quam Princeps possit Officiarium suum destituere pro arbitrio suo, nihiluminus tamen id fieri non debet ex causa infamante. Nam tum, si Officiarius notatus non fuerit expressa huiusmodi causa, reluctari potest, neque debet Domini in casibus, quibus eis destitutio permittitur, causam inserere. Alioquin ab ipso factum repararetur, & Officiarius ad sese purgandum admitteretur, & super eo iudicium ei peragendum esset. Hæc doctissima peroratione executus est Dominus Marillacus super Arresto maiorum dierum Molinensium 26. Septembr. anno 1550. Dom. Fabro & Puteano perorantibus.

Postea ita iudicatum pro Luca, Seneschallo Chauiniacense in Pictauiensi destituto ex causa infamante aduersus Episcopum Pictauiensem 7 Decemb. 1573. quod totum refertur *in prædicta collectione mea cap.* 207. I. C.

X.

Dominus de Aise habens pro administranda iustitia loci Iudicem quendam ordinarium, ipse Locumtenentem prædicti Iudicis creat quendam, nomine Franciscum Mandarum, vt de iure facere potest, *l. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. 1. §. à Præfectis vero Prætorio. ibi, ex mandato Principis. ff. de legat.* 3. Superque eo extat Constitutio Regia super Locumtenentibus Seneschalliarum fundata in ratione *l. à Iudice Iudex. C. de iudic.* Iudex alium sibi Locumtenentem instituit, nomine Simonem Bellibrachium, qui contra prædictum Mandatum nititur, *per l. 1. C. de off. eius, qui vic. alt. obit, & l. quidam. C. de Pedaneis Iudic.* Arresto Burdegalensi 7. Septemb 1529. prædictus Mandatus admissus fuit, & prædictus Bellibrachius depulsus.

Locumtenentes eiusdam iudicis a domino, non vero a iudice creari debent.

Desumptum ex *decisione* 152. Dn. Boerii. Vide simile Arrestum Parlamenti Tholosani relatum à Dn. Maynardo *lib. 2. notabilium quæstionum cap.* 22 I C.

XI.

Officiarii non Regii pro arbitrio destitui possūt.

Arresto Burdegalensi, quod datum 27. Ianuarii 1522. depulsus fuit Franciscus Arnoldus Fayta interdicto experiens pro officio Castellani & Capitanei Castri, quod ad Dominum Albertum spectat opponentem, quique prædictum Arnoldum destituerat, *per text. in l. si ita. § Dominus ff. de vsu & habitat & in c. 1. iuncta gl. de feud guard. & castod.* Et hoc idem iudicatum fuit Arresto, quod datum Burdegalæ 23. Octobris 1536. pro Domino Rupefucaltio, qui causam susceperat pro Francisco Fondebono, qui de nouo prouisus fuerat, quique à Seneschallo Sandonensi appellauerat aduersus Petrū Dompetram destitutum, aduersus quem prætendebatur, eum quandam ex Dominicellis Dominæ, à qua officium tenebat, seduxisse. Quæ res ad priuationem non sufficeret, nisi quoque ipsa sub potestate & subiectione Domini esset: per ea, quæ not. Andr. de Ifern. *in c. 1. §. 1. quem ibi sequitur Aluarot. quib. mod feud. amitt.*

Hic adhibenda est distinctio superius allata, nempe, vt si pure & simpliciter prouisus fuerit, destitui possit, iuxta Constitutionem Russilionensem: Et quidem quoniam Domini de Iudiciis Iudicum suorum respondere debent: secus si prouisi sint pro compensatione seruitiorum, aut titulo oneroso. I. C. Vide *Arresta Dom Louetii lit. O Arresto* 12. *& annotationes ibidem adiectas*, vbi dicitur, Officiariū simpliciter & sub clausula onerosa destitui posse, vt maxime 20. annis & amplius exercuerit: atque inibi duo Arresta laudantur.

XII.

Etsi tam Constitutione Regia, quam Iuris communis dispositione, absente vel recusato vno ex Iudicibus, cognitio & auctoritas spectet ad eum, qui eum proxime sequitur: ab eo, siue post eum, ad Seniorem Aduocatum, *l. Imperatores. §. Magistratus. ff. de appellat.* & notat Alexand. *in l more. ante fin. ff de iurisd. omn. iudic.* Nihilominus si de quibusdam actibus à Rege nominatim Seneschallo aut ipsius Locumtenenti delegatis agatur, oportet, vt prædictus Seneschallus de iis cognoscat, aut ipsius Locumtenens à Rege creatus: Neque de iis cognoscere potest Locumtenens à Seneschallo tantum delegatus: ac per consequens neque quisquam Aduocatorum, vt est notatum *in cap. cum aliquibus, de rescript. & in cap. si Apostolice, de præbendis. per illos textus. & in l. 1. Cod. de veter. iur. enucle.* Hoc præsupposito Carulus Barrerius de officio Locumtenentis Generalis Seneschalli Lanesii prouidetur, & prædicto Seneschallo, siue Locumtenenti particulari mandatur, vt ab ipso præstitum iuramentum exigat. Is igitur Seneschallum adit, is se excusat, non posse se scil. ad Tribunal conferre, prout necessarium erat: Locumtenentem particularem adit, qui à Seneschallo tantum delegatus fuerat, is eum admittit præsentibus viris Regiis & pro Tribunali: hæc receptio, siue admissio ex prædictis rationibus in dubium reuocatur: Arresto 13.

Receptio Locumtenentis generalium.

 Decemb,

Decemb. anno 1521. admissio & præstatio iuramenti pro nullis declaratæ fuerunt, & pro non factis, interdictumq; prædicto Barretio, exercitio officii sui, vsquequo debito modo admissus fuerit: ab excusatione quippe Senescalli appellare debebat ad Curiam Burdegalen. vel in ea oblato libello sibi consulere, *l. fin. §. penult. C. de appellat. & authent. in med. litu non fieri sacr. §. penult.* In districtu Parlamenti Parisiensis Locumtenentes generales receptionem suam in Curia obtinere debent.

XIII.

Forma creandi & destituendi Clerici.

Clericus Ecclesiæ, cui onus incombit lampadum accendendarum, matutinarum sonandarum, Ecclesiæ purgandæ, sacis ante Presbyterum ferendæ, & aliarum rerum iuxta cuiusq; Ecclesiæ obseruantiam, non admittitur interdicto experiēs, si in munere suo turbetur aut spolietur: Neque enim est officium hoc titulare, neque perpetuum: verum per viam libelli supplicis sibi consulere debet, & officium Iudicis superioris implorare, ne videlicet huiuscemodi res citra causam rationabilem ei auferatur. Et vero huius generis Clericus Ecclesiæ S. Marcelli in oppido sancti Dionysii in Francia à Matriculariis expulsus, cum interdicto expertus fuisset huius turbationis nomine, & vigore huius interdicti momentaneam possessionem Præfecti Parisiensis obtinuisset, Arresto ab interdicto suo depulsus fuit, declarato interdicto non admissibili. Sed quoniam apparebat, Matricularios ad prædictam destitutionem festinasse, non vocato Curione aut Vicario, neque etiam Parochianis istius Ecclesiæ, qui colligendi seu conuocandi ius habent & conferendi istius officii, Curia decreuit prædictum Clericum in munere mansurum, vsquequo à prædictis Matriculariis, Curione & Parochianis rite congregatis aliter super eo decretum fuisset, prædictum Arrestum datum fuit in maiore Camera Inquisitionum ad relationem Domini Britelli, 20. Nouembr. 1536. Eadem enim solemnitas requiritur in actu destituendo, quæ in perficiendo, *l. si vt proponis. C. de nuptiis.* & destitutio ad eum spectat, qui instituere potest. Bald. *in l. qui sub conditione. ff. de testament.*

XIV.

Matricularii Ecclesiastici per Episcopum institui nequeunt.

Officia Matriculariorum, quorum superius mentio facta est, etsi potissima pars muneris ipsorum in rebus circa res sacras consistat, sunt nihilominus laica & secularia, & vbique videre licet, ad id Laicos designari, & ipsorum iuramentum & institutio apud Iudicem secularem peragi debet, & non coram Officiali. Id quod declaratum fuit Arresto Parlamenti in appellatione quadam tanquam ab abusu aduersus Officialem Nouiodunensem, qui literas præbuerat ad citandos cuiusdam Parochiæ Matricularios, ad præstandum videlicet iuramentum, prout antea fieri solebat. Arrestum 2. April. 1542.

Hoc Arrestum referri debet ad 21 Decemb. 1539. vt videre potes *in Collectione mea tit. 1. c. 12.* I. C.

XV.

Officiarii Regii etiā ex causa onerosa destitui.

Si Dominus aliquis iustitiarius bene de se meritis & ex causa meritorum, Officia Actuarii, Notarii, aliave pro districtu suo & iurisdictione donet, si postea dominium & Iustitia ab ipso alteri vendantur, isque nouos Officiarios cōstituat, priores prouisi eum impedire non possunt: *non tenetur enim stare colono.* Nihilominus tamen admittuntur petentes à Domino, qui eos prouiderat, compensationem prædictorum meritorum: eorum quippe ratione contraxit tanquam permutando per huiusmodi prouisiones. Et ita fuit iudicatum Arresto Parisiensi 24. Martii 1550.

Iunge hunc articulum *cum articulo* 16.

XVI.

Locūtenens particularis se immiscere non potest, si in delegatione commissionis tantum mētio sit.

Si in commissione siue delegatione & mandato ita scriptum sit, *Ballivio vel ipsius Locumtenenti generali,* Particularis sese immiscere non debet: Et si id faciat, quicquid gesserit, nullius erit momenti: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 12. Augusti anno 1521. Agebatur de inquisitione facta à Locumtenēte particulari Montisferrandi sub specie commissionis, quæ dirigebatur ad Balliuium Montisferrandi vel ipsius Locumtenentem generalem, & cuius receptio respectiue postulabatur, & contradicebatur, Arresto decretum fuit testes repetendos: quæ necessaria illatio erat nullitatis prædictæ inquisitionis, id est, ex quo necessario infertur, nullam fuisse prædictam inquisitionem, sed Curia ex gratia prædictam testium inquisitionem decreuit.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XII.

I.

Officium iudicaturæ non potest resignari mediante præmio vel pretio.

OFficium iudicaturæ, 1. quod in iure dicēdo consistit, mediante præmio vel pretio resignari non potest, quia est extra commercium: vt peroratum fuit 7. Decemb. 1574. verum gratuito dari debet, & Regina Scotiæ in causa suppressorum duorum Officiorum, Officialium Valesiorum, quorum pretium acceperat, condemnata fuit, Officiariis suis & susceptoribus siue Questoribus pecuniam & interesse restituere, 4. Decemb. 1573. Item Receptum est, ex duobus Officiariis eum præferri, qui primus prouisus fuit: Iudicatum vigesimo die Mart. 1578. pro quodam Andegauensi, quem aduersarius ipsius machinatione quadam supplantauerat, & præuerterat: atque ita libellus ciuilis approbatus fuit, perorante Chanuellino contra Lucium. B.

II.

Officiarii ex causa infamante destituti. [v. cap. 170. collect. meæ. I. C.]

Officiarii Dominorum admittuntur appellantes, cum destitui fuerunt ex causa infamante, aut cum prouisio ipsorum est causata, super compensatione meritorum: alias Domino permittitur ei rei prospicere. Et vero huic conformiter, ad appellationem destitutionis cuiusdam Actuarii Siluæ de Eu, aduersus alium quendam institutum à Principe Porciano, data fuit licentia dominæ Viduæ, vt prouideret 3. Ianuarii 1569. B. vide *Arresta Domini Louetij littera O. Arresto 1. & annotatior.*

III.

Pupillus continuare debet prouisionē officii à tutore suo collati.

Protutor vel Tutor, si aliquem de aliquo Officio prouiderit, pupillus maior factus eum continuare debet. Iudicatum pro Domino Cardinali Borbonio 27. Febr. 1574. B.

IV.

Officiarii non residentes destitui possunt.

Quæri potest, vtrum Officiarius destitui ob non residentiam possit: quandoquidem extat Constitutio Philippi Pulchri, quæ insuper confirmata fuit, altera Francisci primi anni 1539. quibus iniungitur Iudicibus & Officiariis, vt munus suum & officium ipsimet exerceant in persona, non commissis seu delegatis Locumtenentibus, nisi in casu morbi aut absentiæ legitimæ; Sane in huiuscemodi casu Iudex superior non protinus inferiorem suum negligentem destituit, sed ei iniungit, id est, iniungere solet, vt veniat residere intra certum tempus, alias prouisum iri: prout fecit Curia reformando iudicium Iudicis subalterni, 23. Ian. 1563.

V.

Eadem Curia Arresto suo. 30. Decembr. 1585. destitutionem cuiusdam, nomine Richardi Mercerit Præfecti Cormelliciſis ex defectu literaturæ & experientię io re indicaria, cum peroraret pro Domino Cardinali Guysio confirmauit, & in fauorē cuiusdā oomine Coquillardi, prouisi de nuuo à prædicto Dumino Cardioali: destituto prædicto Mercerio. B.

VI.

22. Februar. 1569. processus & iudicia facta à Baliuio Nemorciensi *cassata* fuerunt & annullata ad postulationem Procuratoris Regii, eo quod pro tribunali sedisset amictus succinctiore toga cum ense & pugione, & ad compareodum personaliter citatus fuit. B.

VII.

Ita habetur, itaque iudicatur, successorem singularem oon cogi Officiarios Iustitiæ continuare, & si patet Officiarii per viginti annos antea exercuisset. Ita iudicatum pro domino Niuernoio aduersus Ballinium d'Heruy le Chastel, qui pronisus fuerat de Balliuatu à domino Principe Condæo iure Dominæ vxoris suæ cuius prædictus dominus Dux hæres erat 28. Ianuarii 1602, vide *Collectionem meam cap.* 205. I. C.

TITVL. XIII. DE IRENARCHIS QUOS *præfectos Mareschallorum* VOCANT.

Plene scripsi *in collectione mea titulo de præfectis dominorum Mareschallorum Franciæ.* de origine prædictorum præfectorum prout etiam factum est à do Miraumontio in *memorabilibus suis de ipsorum potestate & iurisdictione*, & inserui ad verbum Arresta definitoria determinatoria inter Locumtenentes criminales Baliuiorum & Seneschallorum & prædictos præfectos ipsorumque Locumteneotes, quo studiosum & curiosum lectorem remitto, I. C.

ARRESTRM PRIMVM.

Irenarchę ipsimet in persona officio suo fungi debent: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 9. Febr. 1524. oeque possunt Locumteneotes delegere, præterquam in casu necessitatis. Idemque dictum fuit altero Arresto Parisiensi 6. Iul. 1514. cum declaratione expressa, causa necessitatis cessanns, Cōmissionem quoq; seu delegationem cessare oportere: & prædicto Arresto qoidam Locum tenens cum codicillos à Rege prędicti officii impetrasset, depulsus fuit.

Hodie sunt Irenarchæ prolixioris togæ, Locumtenentes succinctoris togæ, itemque Adsessores, vt plene *in mea collectione* ostendi.

II.

Irenarchæ litem suam faciunt, & in expensas tenentur, & multæ subiicinntur, si ab ipsis appellatū, postea dictum fuerit, ab ipsis bene appellatum fuisse: oeque vllum habent districtum aut territorium: Ita fuit iudicatum Arresto Parisiensi, aono 1388.

III.

Inter Locumteoentem Generalem Laodunensē, & Irenarcham prædicti loci ab altera parte, dictum fuit Arresto 11. Decembr. 1548. prædictum Locumtenentem non habere autoritatem, potestatem neque Iurisdictionem super prædictum Irenarcham.

IV.

Literæ indulgentiæ, remissionis vel innocentiæ super casibus ad Irenarcharum cognitionem pertinentibus, & vt maxime qui impetrauut custodia vel carcere Irenarcharū contineatur, ad prædictum Irenarcham dirigi non possunt, Verum ad Balliuios & Seneschallos iis adprobandis. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi inter Irenarchum Laodunensem ab vna parte, & Locumtenentem Generalem prædicti loci 11. Decembr. 1584.

V.

Guido Sentilius sese Locumtenentem Irenarchæ in Seneschallio Santonēsi dicens cum duos adolescentes cepisset, eos die Dominica suspendi curauit, non absoluto numeris omnibus processu: quinimo ex eo ipso processu pene innocētes apparebant: Litem igitur suam facit, & lis aduersus eum intentatur, vt aduersus iudices ex officio procedentes, & sine accusatore instante & accusante fieri adsolet: Hoc enim casu loco accusatoris sunt: vt ait Bartolus *in l. 2. §. si publico. ff. de adult.* & Innocent. *in cap. in nostra. de Procurat.* Postea processu viso ex decreto Curiæ, apperehensus in carcerem Burdegalæ conijcitur. vbi interrogatus, responsionibus suis asserit, prædictos adolescētes mortem promeritos, multorum delictorum nomine, quæ memorabat: Hęsit Curia Burdegalensis, Vtrum eum ad probationem faciendam admittere deberet, Pro affirmatiua, quod Iudex probationibus & productionibus iudicium suum defendere potest post executionem, tenet Baldus *in l. Bello amissi 18. ff. de excusatio. Tutor* & consequenter, Paris de Puteo *in tract. syndic. in verb. Condemnatio in princip. per leg. si quis filio. §. ibi autem. ff. de inoff. testa.* ac oomunatio aduersus Ribaldos, & Vagos, quique vt dicit soler, gallinam persequuntur, & agros infestāt, de quibus Ireoarchæ summarię iudiciū faciunt. *l. leuia. ff. de excusat.* Sed & Iudex interpretari potest, declarare & sustinere iudicium suum, vtcunq; potest: vt per Felin *in c. qualiter & quando de accusat.* Et in hanc partem quamplurimi inclinant: idq; repetiit Baldus *in l. Æmilius vers. quarta conclus. ff. de Min.* Nihilominus tamen negatiua communior est: Superiora enim omnia locum obtinent, vbi periculum prærnptum est, & tempore belli: alias non oportet citra causam à Lege & iustitia recedere, neque Iudex admitti debet ad sustinendum iudicium suū aliis rationib. quam illis, quæ in ipso sunt Processu, quæque coram ipso scribuntur, vt *not. in L. reos. pr. C. de Appell.* Ratio hæc est: Quia condemnatus & supplicio affectus sese tueri potuisset per exceptionem *Alibi*, vt vocant, aut Aliter, vel etiam testes reprobasset, sicut omnia ad innocentiam suam facta fuissent: verum istorum omnium occasio ipsi adimitur cum ipsa vita, id quod fieri oon debet: *clem. pastoralis. de re iud. not. omnes in L. quoties. & L. fin. C. de Precib. Imp. offer.* Atque ita iudices, qui ex ira, vindicta & cit. a causam innocentes morti addicunt, puniendi sunt, iuxta id qood dicit *Bald. in L. 1. C. si ex delict. per L. Lege Iulia. §. fin. ff. ad L. Iul. Repet.* Nihilominus Arresto Burdegalensi prædictus Seruilius admissus fuit ad probationem faciendam per acta aut testes de delictis, de quibus defunctos arguebat. Et quoniam oullam probatiooem postea fecit, & defuncti innoceotes reperti fuerunt, altero Arresto condemnatus fuit ad mortem: quod pronunciatum. 14. Aug. 1528. Prius Arrestum valde gratiosum videtur, inspecta forma procedendi Locumtenētis Irenarchę, qui die Dominica huiusmodi crudelitatem exercuisset executus fuisset aduersus duos misellos adolescentes innocentes: quæ omnes circumstantiæ sunt graues & consideratione dignæ aduersus huiusmodi carnificem & inhumanum iudicem: Nam quantum ad diem executionis spectat, qui Sanctus est & cessationi

Ireoarchæ ... non debēt ... Locumte... ... bus.

Irenarchæ ... Locumte... ... gonerale ... habent ... potestatē, iurisdictio ... super Irenarchas

as adprobandi ius nō habēt

Iudices ad mittuntur defensuri iudicia sua capitalia post executionem.

Executiones capitales prohibitæ diebus festis.

commonis ad conspirationem prohibitæ, & multa arbitraria punitus fuit.

Notarius, qui supponit aut antidatat prolato vel dilato die obligationem in fauorem alicuius, morte puniendus est: & vero pro tali admisso Herbinus Notarius in Castelleto Parisiensi ad patibulum condemnatus fuit: & vero suspensus 8. Martii 1581. Arrestum istud infra reperies *lib. 22. tit. 12.*

IX.

Notarii nō tenentur communicare Registra sua.

Ex Constitutione prædicti Regis defuncti, quæ publicata fuit anno 1539. art. 177. Notarius non debet ostendere, neque communicare registra sua siue protocolla, neque expeditionem contractus à se excepti aliis quam contrahentibus ipsorum heredibus successoribus, aut aliis, ad quos ius prædictorum contractuū notorie spectat, vel si id Iudex decreuisset. Hæc postrema exceptio intelligi debet, quod Iudex ex causa possit Notarium ad id cogere contemplatu eius, qui non contraxit, neque titulum aut ius contractus habet: sed sufficit, vt eius intersit prædictum contractum sibi exhiberi, quo deinceps in aliqua re vtatur, iuxta id, quod not. gl. *in l. si quis ex argentariis. §. pertinere. ff. de edend.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1548.

X.

Notarii quomodo extendere possint clausulam: *Et cætera.*

Notarius potest in expeditione & exemplari seu copia, quam partibus dat, extendere clausulas derogatorias, & per alia verba, quæ ordinarie requiruntur pro effectu prædictarum clausularum, & secundum quod prædictus Notarius intellexisse potuit & sciuisse, certus est testes ita sciuisse & intellexisse, testatoris videlicet hanc voluntatem fuisse. Hæc fuit opinio Speculat. *in tit. de instrum. edit. §. ostenso. versicul. quid ergo si abbreuiatura. & §. instrumentum. versic. hoc puto.* atque Notario fides habenda est super prædictis extensionibus. *l. decurio. C. ad leg. Cornel. de fals.* neque regulariter præsumi oportet, Notarium aliquid amplius scripsisse, quam quod excepit, vt notatur *in l. sciendum. ff. de verbor. oblig.* Ac nominatim, cum in protocollo breuis mentio extat prædictarum clausularum, tum, *&c.* a Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano inter Ioannem Mirabellum ab vna parte, & Mariam neptem ipsius defensorem ab altera parte, 2. Augusti 1457.

Tabelliones, & de illorum potestate.

Tabelliones ante ann. 1542. nihil aliud erant, quam conductores seu publicani annui custodię sigillorū, verū postea in peculiare officium conuersi & instituti fuere. Officium ipsorum est tabellionare, id est, in mundum redigere & exemplare contractus Notariorum: & nota Tabelliones in Valesiis at non etiam Veromanduis neq; in Silitiis instrumentare posse, id est, instrumenta excipere appellatis aliquibus Notariis vel testibus. Ita iudicatum fuit 17 Febr. 1576.

Notarii debent ad lōgum exprimere effectū renunciationum in fœminarum fauorem.

a Et cætera.] Notarii non possunt extendere in obligationibus id, &c. ad corpus & incarcerationem obligati, vt compluribus Arrestis iudicatum fuit: nam & cætera restringi potius, quam extendi debent: item Notarii debent plene ad longum exprimere effectum renunciationum factarū a fœminis beneficiis in ipsarum fauorem introductis tam in autographo quam in exemplari, at non etiam, vt à quibusdam ignaris factum est, renuncians beneficii Senatusconsulti Velleiani, &c. sub pœna omnium expensarum, damnorum & interesse, proprio & priuato nomine suo, & complures huiusmodi contractus Arrestis irritati fuerunt. Quinimo & vis non addita obligationi mulieris matrimonio coniunctæ ad Velleiani explicationem in hæc verba etiam pro marito suo. Iudicatum Arrestis, quæ ad longum referuntur *in quæst. 55. meorum quæst. notabil. tenetur Notarius sicut Iudex de imperitia, l. si iudex. D. de var. & extraord. cognit. arg. l. illicitas. §. sicuti. D. de off. Præsid.* Vide etiam *cap. 140 collectionum mea de Determinationibus.* L. C. Hæ renunciationes Senatusconsulti Velleiani nihil amplius extensione aut restrictione egent, sunt enim abolitæ edicto verificato, id est, vt fœminæ non ideo minus obligatæ maneant cum maritis suis, etsi non expressa fuerit renunciatio, prædictis iuribus introductis in ipsarum fauorem.

XI.

Arresto Parisiensi, 4. Septembr. 1421. dictum fuit, Notarios teneri in præsentia partium contrahentium & testium appellatorum scribere contractus, antequam eos recipiat, sic deinde eos legere debeat alta voce & clara, iuxta text. *in l. Lucius Titius in prin. de milit. testam. & notata in l. contractus. de fide instrum.*

Forma, qua Notarii contractus recipiunt.

XII.

Notarii quomodo debeant recipere contractus in forma notabili.

Huius sermonis occasione dignum est tali Parlamento Decretum Curiæ & Arrestum datum 19. Augusti 1552. ad postulationem domini Procuratoris Catholici Regii, nempe inhibitiones & prohibitiones faciendas omnibus Notariis tam Castelleti Parisiensis, quam aliis districtus Parlamenti, ne deinceps admittant & expediant vllos cōtractus aduersus formam constitutionis Decreti & Arresti prędictæ Curiæ, item vt in scripturam redigi contractus prius curent, deinde eos in præsentia vtriusque vnum separatim legant, clare exprimant substantiam & veritatem conuentionum, neq; vllas extensiones faciant clausulæ alicui abbreuiatę, quam de effectu ipsius, idq; sub pœna priuationis officii Notariorū & mulctæ arbitrariæ, declarauitque tum prædicta Curia, omnes contractus aliter celebratos exceptos, nullius effectus & valoris, ipsisque partibus interdixit, ne iis vterentur, saluo tamen, si per ignorantiam aliter contraxerint, regressu contra Notarios, qui contra formam Arrestorum, contractus exceperint, pro omnibus ipsorum expensis, damnis & interesse, ea est Masuerii doctrina *in tex. de lit.* & not. *versicul. item Tabellio.* dum scripserit notulam, glossa *l. fideicommissa. §. 1. ff. de legat. 3.* & Bartol. plene ibidem, postea ad commonitionem Statuum Francię Aurelliis conuocatorum, & habitorum mense Decembri & Ianuar. anno 1560. ad precludendam viam falsitatibus, quę antea in innumeris contractibus eueniebant, sic vt indesinenter partes incassum laborauerint, nullo remedio proposito, à Rege Carolo Nono perpetua Lege constitutum fuit: Notarios oportere audientiare contractus ab ipsis exceptos, id est, præsentibus & audientibus partibus ex scripto recitare, & partes ipsas ad signandum adigant, testesque, si signandi periti sint, deq; ea re dictas partes interpellare, & mentionem facere sub pœna nullitatis: quæ Constitutio publicata fuit 13. die Sept. d. anni in Parlamēto Paris.

Notarii Parisienses 28 die Ianuar 1579 adstricti fuerunt & condemnati Arresto ad parendum constitutioni Aurelianensi, atque ita iniunctum eis fuit, vt partes ad signandum adigerent, vel eius mentionem facerent, ac præterea vt præter protocolla sua fidele Registrum haberent. B.

Ad signandum adigere partes & testes] Hic articulus de signatura requiri nō solum in contractibus, verum etiam in testamentis, ad quos extenditur verbum *Actus*, quo Constitutio vtitur. Itaque propter defectum huius rei testamentum quoddam declaratum fuit cassum, Arresto Parisiensi, quod datum 15. die Maii 1570. & alterum testamentorum simili Arresto 12 Decemb. 1571. Chopin. *lib. 1. de priuil. rustic. part. 2. c. 2.* Charond. *lib. 2. Respons. art 49.* Constitutio Blesensis in eandem est expressa, art 165. T.

XIII.

Commissarius alicuius protocolli nō potest expedire, si aduersa pars, cuius interest, id impediat aut contradicat.

Si Commissarius aliquis & custos Protocollorum Notarii alicuius defuncti rogetur expedire contractum aliquem reperti in prędicto protocollo, & pars aduersa, cuius interest, id impediat propter errores manifestos authentici, qui non essent manifesti in exemplari, veluti, quod defunctus Notarius eum non signauit, vel quia cancellatū est, vel quod charta non similis alteri, similiaque alia. Iudex non simpliciter decernere debet prædictam expeditionem faciendam: verum ita pronunciare debet authenticum, prout est iungendum processui, quo eius ratio que par est habeatur, & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1545. inter Dn. Muratum ab vna parte, & Dn. de Spinaco ab altera parte.

Die

XIV.

[illegible] prohibitum fuit Notariis [illegible] Parisiensis, ne Notarios sibi ad[illegible] excipiendis contractibus, nempe ne pa[illegible], frater cum fratre, patruus siue auuncu[illegible] te, socer cum genero contractus exci[illegible] possent, idque ad obuiandum vitiis quæ dete[illegible] non possunt per huiusmodi personas quæ colludūt.

XV.

Notarius non potest cogere eos qui coram ipso contraxerūt vt exemplar eius quod exceperunt sumant, verum exspectare debet vt ita ab eo postuletur, prout iudicatum fuit Arresto quod datum Maioribus diebus Martini 14. Octob. 1550. id postulāte Dn. Marillaco Aduocato Regio aduersus Dionysium de Cosū Notarium S. Gulmerij Fori-Segusij, & tum à prædicto Aduocato id defensum fuit Notarium posse salarium exigere vacationis suæ ab iis qui eius opera ad eam rem vsi sunt, & si id non exegit culpæ suæ adscribat.

APPENDIX ARRESTORVM. ad Titulum XIIII.

I.

[illegible] quomodo [illegible] possint po[illegible]lare & occupare.

ARresto 14. Maij 1565. prohibitum fuit omnibus Aduocatis & Procuratoribus ne in iis causis in quib. Notarij officio functi sunt, postulent & occupent, atq; ita hac ratione vtrumq; officium ipsis exercere licet. Iudicatum 17. April. 1584. pro Notario quodam Rugenciacensi appellante à sententia qua condemnatus fuerat optare alterutrum officium. B.

II.

Singulare est minorem Notarium non admitti seu non audiri petentes in integrum restitui beneficio minoris. Ita iudicatum aduersus Carolum M[illegible]dassium Arresto quod pronunciatum in purpura 13. Decemb. 1594. Et vero defunctus Do. de Vilaines appellans ab eo quod à postulata restitutione seu rescissione depulsus fuerat fundata super minoritate in multam condemnatus fuit, dictumq; insuper à Dn. primo præside Lizeta, Regem non vti opera minorum in pari casu 22. Nouembr. 1576. Dn. Vigneronio Procuratore Regio postulante seu petente rationes à tutore vxoris suæ qui appellabat ab eo quod coactus fuisset cautionem præstare tāquam minor, attenta eius qualitate, dictum fuit malè iudicatum fuisse & rationes pure reddi oportere, & Arrestum tutori liberationis loco fore. B.

Vide *quæst. meam* 37. I. C Arresto Dn. Louetij lit. S. cum annotatione ibi subdita. Quin & Notarius non admitti debet ante 25 ætatis annum. Constitutio Aurelianensis *art.* 83.

III.

Notarius condenat[illegible] ad exēplar contract[illegible] præbēdū, cuius a[illegible]

Arresto 21. Iulij 1564. Notarius quidam condemnatus fuit ad exēplar contractus præbendum cuius Authenticum Amanuensis amiserat.

IV.

In Francia vbi sunt Iustitiæ patrimoniales, ij qui merum imperium habent, possunt Notarios creare ad excipiendos omnis generis contractus, prorsus itidem vt in ciuitatibus Regiis: Notarij Regij non possunt in præiudicium Iurium prędictorum dominorum instrumenta cōscribere intra iustitiam prædictorum Dominorum, nisi ex consensu prædictorū Dominorum, neque Officiales Regij effectui tradere possunt sententias & iudicia subalternorum Iudicum. Et ita iudicatum fuit secundum Constitutionem Regis Philippi Pulchri de anno 1312. pro Domino Niuernensi aduersus Notarios & Officiales Regios Rhetellenses. 11. Febr. 1590. & S. Valerij Arresto 20. Septem. 1575. vide Bacquet, Tracta. 3. cap. 25. & Collectionem meam. cap. 135. & 153. I. C.

V.

Notarius minor nō potest esse tutor.

Etsi qualitas Notarij eum faciat pro maiore haberi, cum ex constitutione Notarij non possint admitti, quin attigerint annum 25. & cum personæ sint publicæ, quæ alios obligent, seipsos vtiliter obligare possint & quod allegantes minorem ætatem suam propriam turpitudinem allegent, velut occupato officio primitus periurio: nihilominus iudicatū fuit, eum non posse esse tutorem, & quod qualitas ipsius eum quidem reddat maiorem, seu constituat loco maiorum, quod ad administrationem negotiorum suorum, at non etiam, quod ad administrationem alienorum, & quando de Tertij præiudicio agitur, Arresto quo Infirmata fuit sententia Præfecti Parisiensis aduersus [illegible] Notarium in Castelleto 28. Febr. 1611. vt maximè is vitricus esset minorum & offerret bonam & sufficientem cautionem vsque quo ætatem maiorem attigisset. Vide Dn. Louet. lit. 6. Art. 9. & annotat. ibi addit.

VI.

Notarius etsi incapax, nihilominus cū pro capaci habeatur, instrumenta ab eo confecta valida sunt.

Notarius etsi incapax, nihilominus cum pro capaci habeatur, actus eius non ideo minus valent fidē que faciunt. iudicatum Arresto die Iouis 30. Decemb. 1604. quo decretum fuit, Testamentum plenum & integrum effectum sortiturum, etsi conditum fuisset coram quodam, qui sese delegatum Tabellionis cuiusdam dicebat, admissum à Præfecto loci ex consensu Præfecti Regij in Præfectura: & defenderetur, non licere tabellioni delegare, neque Iudici admittere vel instituere delegatum vel substitutum, & in omnem euentum prædictum delegatum esse incapacem ad exercendum istud officium, vtpote qui minor 25. annis sit. Atqui neminem ante eam ætatem Notarium admitti posse. Ratio qua Curia mota fuit inter alias erat ratio consequentiæ, nempe, quia prædictus delegatus innumeros contractus exceprisset, inde ab anno 1602. Et quod in possessione esset, alioquin omnes irritandos esse. Vide Arresta Dn. Louet, lit. T. Art. 11. & annotat. ibi addit.

VII.

An vidua cuiusdam Notarij defuncti ob culpam à marito suo in aliquo contractu commissā conueniri possit?

Arresto die Iouis 7. Iulij 15[illegible]5. Vidua cuiusdam Notarij liberata fuit à finibus & conclusionib. cuiusdam priuati tendētis ad id, vt prædicta vidua euictionem sibi præstaret cuiusdam contractus excepti à defuncto marito ipsius, qui eo quod non fuisset signatus à partibus & testib. testamentariis pro nullo declaratus fuerat, dicentis: Culpam à Notario procedere seu in Notario esse, qui ex constitutione tenetur, partes & testes ad signandum adigere. Contra dicebat Vidua, maritum nunquam superstitem interpellatum fuisse, ratione prætensi huius vitij, itē vxorem ex delicto mariti non teneri neque actiones pœnales in heredem dari. Rursum ex prædicto errore sine vitio nihil ad defunctum peruenisse, Communionem exinde locupletiorem non factam fuisse. *L. si ex duobus. §. pen. Si vend. fals. mod. dix.* Idem iudicatum fuit pro vidua cuiusdam Procuratoris Castelleti, cui fides derogata fuerat biennio post ipsius mortem. Arresto die Martis manè. 28. Febr. 1576. Do. Louet. *lit. N. Art. 9. & annot. & lit. A. Arresto. 18.*

VIII.

Notarij subalterni non possunt vllos contractus

 exci-

di domicilium habuerint nati sint & mortui in ipsorum iurisdictione. Atq; ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 7. Septemb. 1545. aduersus Dn. Cullantiũ pro Dn. Barreo donatario Regis: atque ita consuetudines peculiares Franciæ limitantur.

Vide Molineum *ad consuetudinem Meldensem*, qui ait, id intelligi de Albinis non commeantibus, sed domiciliũ habentib. & habitantib. Quod si prædicti Albini absq; liberis decedant, Rex ipsis succedit vt maxime ius ciuitatis impetrauerint iudicatum apud Catholicianos 19. Mart. 1587. per præsidem Morsanium. Ad hanc rem notandum est, Canonici cuiusdam Clenacensis peregrini iure ciuitatis donati, qui nullis heredibus legitimis relictis decesserat, bona Capitulo velut vacantia adiudicata fuisse non Regi 27. Maij 1579 B.

Idemque iuris competit Dominia merum Imperium habentibus] contrarium verum est, quoniam Rex solus peregrino succedit priuatiuè exclusis omnibus Dominis merum imperium habentibus Regni Franciæ. Bacquetus *prædict. tract. cap.* 17. Charondas 7 *lib. Respons. cap.* 7. in eam rem allegat Arrestum Parisiense 29. Mart. 1583. V. *Articulum vltimum huius tit.*

Iurisdictione) in Francia merum imperium habentes non possunt bastardos succedere, nisi 3 casibus simul concurrentibus: nempe vt bastardus natus sit in ipsorum terra, vt in ea commoratus fuerit, vt in ea decesserit. Bacquetus *tract. de iure Bastardia part.* 1. *cap.* 8. I. C.

II.

Declaratio singularis iuris Albinatus super successione pro liberis peregrinorũ in regno natis.

Benedictus *super cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam num.* 1042. *de testam.* meminit consuetudinem generalem huius Regni qua peregrini iure ciuitatis non donati non possunt de bonis suis disponere, quæ intra hoc Regnum habent in præiudiciũ Regis, qui in prædicta bona succedit: Attamen si peregrinus vxorem habeat: & liberos legitimos in fauorem ipsorum disponere potest, dummodo prædicti liberi in Regno nati sint: & quidem in vxore in ipso Regno adsumpta, & non peregrina: ac præterea si in Regno resideant: Vnum quippe absq; altero non sufficit. Et quanquam Dn. Rationarij addere soleant cum diploma ciuitatis siue naturalitatis adprobant hanc clausulam *Prouiso quod heredes eorum sint regnicula*, attamen præterea requiritur vt sint indigenæ & nati in Regno: nam si & ipsi non minus quam Pater peregrini sint & extra Regnum cõmorantes, vel si nati quidem in Regno essent, id est, indigenæ: at extra Regnum alibi commorarentur, ciuitate donatus nõ posset ipsos heredes instituere. Itaq; vt id procedat, necesse est ipse ius ciuitatis adeptus sit, vt liberi nati sint in Regno, vt in Regno cõmorentur, vt suscepti fuerint ex vxore adsumpta nata & commorante in Regno: Et tum his concurrentibus ei succedunt vt superius dictum fuit. Et vero de hac re extant complurima Arresta data in Parlamento Parisiensi: quorum vnum datum fuit pro quodam qui vocabatur Gringaurius, quique appellauerat à Seneschallo Pictauiensi vel ipsius Locumtenente aduersus Procuratorem Regiũ anno 1519. aliud datum 22. August. 1520. Aliud rursum datum anno 1548. in Camera Domanij pro Roberto Ripario filio Francisci Riparij nati in Lusitania aduersus Procuratorem Regium qui ceperat seu vindicauerat bona prædicti Roberti Lusitani, cui capturæ prædictus Franciscus Filius ipsi[v] legitimus & natus in Francia sese opposuit, & vero causam tenuit, & alio Arresto prædicti loci quod datum in maiori Camera inquisitionum 4. Septem. 1534. ad relationem Dn. Mommitalij: Item alio Arresto pro quodam Petro Castelleto contra Petrum & Iacobum Harãcurtios Lotharingios die Sabbathi 11. Mart. 1536. ad relationem Dn. de Lugduno. Item altero Arresto, quod datum in successione Rameloti pro Roberto Torcio cognato defuncti Peregrini aduersus Guilelmetam Ramelotam sororem prædicti defuncti natam Namurci extra Regnum, & commorantem in Francia, cui propterea quod non nisi vnum ex prædictis haberet, puta quod incola tantum esset, prælatus fuit cognatus natus & incola simul Regni, nõ obstante eo quod prędicta Guilelmeta post mortẽ prædicti Rameloti fratris sui ius ciuitatis impetrasset: neq; enim Curia eius rei rationem habuit: quoniam successio iam quæsita fuerat prædicto Torcio, neque in præiudicium ipsius Rex poterat prædictum ius ciuitatis siue literas naturalitatis indulgere, quæ sic retrotraherentur arg. *l. Gallus §. 9. & quid si tantum ff. de liber. & posth.*

Arresto singulari 7. Septembr. 1576. dictum fuit pro quadam quæ nominabatur Maria Valana nata in Anglia, eam habilem esse ad succedendum in Francia, nempe quia parentib. Francis orta fuerat, qui se eo ex necessitate contulerãt B.

Ex vxore in ipso Regno adsumpta.] Hoc non requiritur: nam liberi nati & commorantes in Francia omnino succedunt patri suo & matri peregrinis iure ciuitatis non donatis, vt notat Bacquetus *in 4 part. tract. de Albinatu cap.* 3. Et Choppinus *lib. de priuileg. Rust. part.* 3. *cap.* 8. allegat Arrestum Parisiense, quod datum 23. Iul. 1540. quo adiudicata fuit successio Galli liberis ipsius, etsi mater ipsorum peregrina esset: ibidem allegat aliud Arrestum, quod datum mense Septem. 1535. in eum scilicet finem: quod cognati peregrini iure ciuitatis donati & commorantes in Francia præferuntur in successione ipsius cognatis proximioribus extra Regnum commorantibus: quod confirmatur ab eodem Bacqueto *in* 3. *pract. prædicti tractat. cap.* 25.]

III.

Albinatus nõ habet locum in bonis peregrini qui extra Regnũ residet.

Peregrinus, qui in Regno quædam bona acquisiuit, si resideat & commoretur extra Regnum, in prædictis bonis legitimos heredes suos habet successores, etsi peregrini sint, ac non etiam Rex: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 23. Februar. 1518. Ratio eius rei bona est, quod huiusmodi acquisitio non sit facta ex precio quod in prędicto Regno quæsitum fuerit.

IIII.

Albinatui non est locus, nisi in defectum liberorum.

Benedictus & cæteri qui scripserunt de prædicto iure Albinatus ita existimarunt peregrinum in Regno decedentem, siue liberos habeat siue non, solum Regem heredem habere. In quo decepti fuerunt: nam ex lege Franciæ super prædicto Albinatu quæ est in regesta relata & religiose in Camera Ratiociniorum adseruatur, liberi legitimi & descendẽtes ex directa linea nati & commorantes in Francia patri suo, auo, vel alteri ascendenti in directa linea peregrino iure ciuitatis non donato succedunt, at non etiam collaterales. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 23. die Febr. 1515.

Vide *in Appendice huius tit. arrestum* 2.

V.

De mendicante beneficiato, siue pauper.

Superius *tit. de Religiosis mendicantib.* extat Arrestum 8 de beneficiato mendicante ex voluntate & permissu Regis, cuius reditus & reliqua adiudicata fuerunt Regi aduersus pauperes & fratres prædicatores.

VI.

Peregrinus quomodo de bonis suis disponere possit.

Peregrinus donatione vel contractu inter viuos de bonis suis disponere potest: dummodo id in fraudem fisci non fiat: Atque hac ratione iudicio Cameræ Ratiociniorum approbata fuit quædam donatio à peregrino in vxorem ipsius collata 24. Nouembr. anno 1544. per *l. vnius ne quid in fraudem patron. ff.*

VII.

Albinatus quãdo donari possit.

Decimo sexto Ianuar. 1538. Iudicatum fuit Arresto Parisiensi super appellatione quadam inter Ioannẽ Charissontũ ab vna parte, & Iacobum Cocqueborniũ Scotum ab altera, perorante Dn. Rebursio,

ante

[illegible] quam q[illegible] recte & valide caducum Albini impetret, neceſſarium eſſe vt Albinus declaratus & caducum Regi adiudicatum fuerit.

VIII.

Poſtea 30. Octob. 1550. Arreſto ſolemni, quod pronunciatum à Dn. Præſide Siguiero contrarium iudicatum fuit, nempe id quod ſupradictum, locum habere in confiſcatione, non in caduco Albini. Diſerte admodum & cum ſingulari quadam doctrina prædictus Dn. Præſes explicabat differentiam quæ eſſet inter hæc duo quo ad eorum petitionem & impetrationem donationis titulo à Rege: caducum Albini & ſimplex vocatio facti & obuentio Regi ipſo facto acquiſita citra aliam declarationem, proinde Regij ſolent & de iure poſſunt, manum Regis immittere, idque capere ſeu vindicare nullo præcedente indicio: atque adeo nihil eſt quod Regem impediat quin id donare poſſit cui & quomodo id viſum fuerit, non expectato iudicio adiudicatione aut declaratione. Non idē eſt in confiſcationib. quæ Regi acquiſitæ dici non poſſunt, niſi iuris miniſterio, & neceſſe eſt, vt antequam de iis agi poſſit quid non tantum vt ea donari vēdi vel aliter de iis diſponi: verum etiā vel ſaltē ita nom[illegible]ri, neceſſe inquam eſt, eas dici & prætendi adiu[illegible]catas Regi per mortem naturalem, ciuilem, aliudue ſupplicium accuſati.

Quod ſi Rex duobus idem Caducum Albini donauerit, prìmus in commentarios relatus præfertur. Charond. *lib. 7. c. 10. I. C.*

IX.

[illegible] Albina[illegible] ad Re[illegible] nō ad [illegible] imperium [illegible]

Arreſto Pariſienſi die Martis 29. Mart. 1580. pronunciatum fuit, bona peregrini iure ciuitatis nō donati ad dominum merum imperium habentem in cuius terra deceſſit non ſpectare iure vacantium bonorum per defectum heredum, verum ad Regem iure Albinatus ſpectare.

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum II.

I.

Mercator incola, ſi ius ciuitatis non impetrauerit, Regem heredem habet.

MErcator habitans in Francia, & in ea negotiās, ſi ius ciuitatis non impetrauerit, Regem heredem habet, velit nolit: Iudicatum 30. Mart. 1569. aduerſus heredes Pandulphi Itali, qui 22. annis Lugduni commoratus fuerat, Aliud foret, ſi proponeretur extraneus negotians & in Francia decedens. B.

II.

Adoptatus ſuccedit patri ſuo, qui literas impetrauit.

Peregrinus quidam nomine Champagnonius cū literas impetraſſet naturalitatis, hac conditione *dūmodo liberos haberet Regnicolas*, euenit vt nominis ſui aliquem adoptaret, is cum vellet ſuccedere, à Procuratore Regio impeditur, Arreſto 8. Iun. 1576. Succeſſio adoptiuo adiudica fuit. B.

III.

[illegible]beri Albini regnicolæ ipſi ſuccedūt, etſi is ciuitatis nō impetrauerit.

Si Albinus qui ſedem fixit, & matrimonium cōtraxit in Francia liberos ex eo matrimonio ſuſcipiat, huiuſmodi liberi Regnicolæ & legitimi patri ſuo Albino ſuccedunt, etſi is ius ciuitatis non impetrauerit: excluſo ſiue Rege, ſiue Domino merum ius habēte fundato in iure Albinatus. Quam in rem complurimi ſcriptores & Conſuetudines conſentiunt. Idq; etiam iudicatum fuit Arreſto, quod datum 6. Maij 1506. ad relationem Dn. Bucherij Præſidis, quo confirmata fuit ſententia Cameræ Theſaurenſium Pariſienſis 27. Iunij 1605.

IV.

Vidua Albini, qui ius ciuitatis impetrauit & Regnicola fuit et Rege excluſo ſuccedit. Iudicatum arreſto, quod datum in 3. Camera Inquiſitionum ad relationem D. Olerij, quo infirmata ſententia Conſiliariorum Theſaurenſium.

Super vtroque hoc Arreſto 3 & 4. vide Art. Do. Louet *lit. A. Art. 16. & lit. V. art. 13.* & vltimum eum annotat. ſubiecta Dn. Peleus *quaſt. illuſt. quaſt. 123. & alia.*

TIT. II. DE IVRE REPRESAliarum, quod *Ius Marquæ* vocant.

ARRESTVM I.

Ius Marquæ in quibus caſib. & quomodo indulgeatur.

IVs *Marquæ*, quod Repreſalias vocant non niſi tribus concurrentibus indulgetur. Primum eſt, vt iuſta & rationabilis cauſa ſit competendi, veluti quod quis expilatus fuerit ex nulla occaſione præcedente præbita & ſubpilatus à peregrinis & alterius ſubiectionis: vel ob retinendum aliquem qui in alia regione deliquit & merces reſq; raptas alias: alioquin ſine iuſta & vera cauſa conceſſio nil valeret *l. cum vera §. ſubuentum ff. de fideicom. libert. l. 1. §. hæc verba ff. ne vis fiat ei qui.* Secundum requiſitum eſt, vt, antequam prædictum ius Marquæ petatur, quis prius ad ius obtinendum à parte aduerſa Principem adierit, & ſuperiorem eorum qui latrocinium admiſerunt, iſque iuſtitiam adminiſtrare recuſauerit *c. dominus noſter 23. q. 2.* & per Innoc. *in cap. olim de reſtitut. Spoliat.* & Cynus *in auth. habita C. ne filius pro patre.* Nonnulli exiſtimarunt, Principe lectionum hoc denegante, adeundum eſſe ipſius ſuperiorem ſi quem habeat: & in hanc ſententiam inclinauit Bartholus *in tract. ſuo repreſaliarum q. 1. circa princ.* veluti ſi Dux Sabaudiæ ſit, ad Imperatorem recurri oportere. Nihilominus duob. Arreſtis Gratianopolitanis Anni 1448. contrarium iudicatum fuit: & alio Arreſto anni 1446. aduerſus Sabaudos pro Rupechinardo: itemque aduerſus Ducem Burgundiæ & ipſius ſubditos, pro quodam Capidoracio. Tertium eſt requiſitum, quod neceſſe ſit vt is qui prædictum ius Marquę indulget, ſit Princeps ſuperiorem non agnoſcēs: & vero ad eū ſolum huiuſmodi Ius ſpectat iure diuino *d. c. dominus noſter. 23. q. 2.* De iure Canonico ciuili dubitatur *Auth. vt non fiant pignorat. pro aliis perſ. & 16. Barthol. coll. v. ca. pignorationes de iureiurand. & dam. dat.* Et regulariter tribus his quæ dixi concurrentibus repreſaliæ indulgentur: vt complurimis Arreſtis Gratianopolitanis iudicatum fuit, etiā aduerſus Epiſcopos, Clericos, aliaſq; perſonas cuiuſcunque conditionis ſint: Ac nominatim vero Arreſto prædicti loci, quod datum 1. diē poſt Feſtum omnium ſanctorum, 1448. indultum aduerſus Epiſcopum Valentiæ, qui detinebat quendam nomine Carolum de Sancto Saturnino actorem Petri Thomaſſini Aueniotienſis, vna cum 1400. coronatis aureis falſo in Delphinatu fabricatis, & ſi boni eſſent nummi & auri obryzi: neque eum remittere volebat vt iuſtitia ſuper eo adminiſtraretur, vt maximè de eo ſæpius monitus, & requiſitus fuiſſet: quod ius ita executioni traditum fuit, vt prædictus Epiſcopus prædictos Coronatos ſimul & expenſas reddere coactus fuerit.

Marqua data contra Epiſcopum Valentiæ.

Mediante hoc Iure Marquæ in caſum rebellionis aut reſiſtentiæ ad primum cuiuslibet ciuitatis vel pagi tabellis occurſum id exerceri poteſt: ſed tamen de prædicta rebellione fidem fieri oportet. Iudicatum aduerſus Quæſtorem Carouenſem 16. Mart. 1565. vide *ſupra de Iurib. Regis reſeruatis. Art. 3* Nota ius hoc non temere concedendum eſſe: quoniam eſt iuri naturali contrarium *l. vnic. C. ne vnus ex vican. & Nouel. 53. vt non fiant oppign.*

II.

Notabilis

Anno 1389. perorata fuit cauſa Genuenſiū appellantium

petorario super Iure Marquæ.

lantium aduersus mercatores Monspeliẽses & Garcassonenses appellatos in Maiore Camera Parlamẽti Parisiensis: in ea prædicti Genuenses dicebant, se cum essent in Francia sub saluaguardia & tuitione Regis spoliatos fuisse & omnibus bonis suis exutos, quadam executione aduersus ipsos facta ad instantiam & petitionem prædictorum mercatorum, cuiusdam rei nomine cuius non tenebantur aut obligabantur, neq; condemnati fuerant: Ideoq; ab eo sese appellare: atq; ita cõcludebant. Appellati hæc repræsentari curarunt per Aduocatum suum: sese vigore Arresti cuiusdam quod datum in prædicto Parlamento, quo ius Marquæ super omnes Genuenses indulgebatur ad reparationem iniuriæ cuiusdam sibi appellatis illatæ, executoriales à prædicta Curia impetrasse anno 1389. & vigore causarum omnia mobilia prædictorum appellantium Genuensium capi curasse, eorumq; aduersus quos Arrestum Marquæ datum est: & in hac causa nil aliud quæri, quam vtrum prædictum Arrestum obtinere debeat, quod cum magnæ causæ cognitione datum sit. Appellantes regerunt, se saluum conductum à Rege habere, & licentiam residendi, eundi, veniendi, conuersandi, libereque negociandi in Francia absq; periculo, sic vt ne (sub pœna criminis læsæ Maiestatis) his ab aliquo subditorum iniuria fiat aliqua, nulla vis, violentia, extorsio, idq; ad spaciũ quadriennij, quod nondũ elapsum sit: seque vigore prædicti Saluiconductus eiusque fiducia resedisse & etiamnum residere in Francia: & quidem resedisse ante prædictum Arrestum Marquæ nonnullos Parisiis, quosdam Monspelij: neque se eorum numero esse à quibus iniuria processerit: atque his rationibus bona sua sibi restituenda. Igitur super effectu prędicti Saluiconductus agitatum fuit: & cuius vigoris esset, & quid importaret eius infractio. Mercatores appellati defendebant: quandoquidem Arrestum Marquæ datum fuisset post Saluum conductum, neque in ea reseruatio facta fuisset, appellantes eo quoque comprehendi. Curia non ex tempore seu illico hanc rem expediuit, verum decreuit bona occupata in inuentarium redigenda & sub manu Regis constituenda sequestro, & prædictos appellantes diaria sua seu calẽdaria sua repræsentaturos, vt ex his cognosci posset vtrum alia præterea bona in Francia haberent, omnibus vt superius occupandis, vsque quo decretum aliter fuisset. Post hęc prędicti Genuenses cum comperissent clam & secreto, sese Arresto condemnandos, tanta instantia apud Regem eiusque Consistorium egere, vt propter multas considerationes, & propter consequentiam Saluorum conductorum, quorum authoritas eneruari ea ratione posset, quibusque illusoriis reddendis rima aperiretur, Marqua videl. clam impetrata, quod æquè in præiudicium Regis quam aliorum vergeret, & quod huiusmodi priuata reparatio aduersus damnum publicum admitti non deberet, à Rege eiusque Consistorio declarationem impetrarunt, hanc scilicet prędicto Arresto Marquæ saluo conductui obtemperatum non fuisse & prædictis appellantibus prędictorum bonorum occupationem relaxaram esse. Hoc ius *Marqua* ita vocatur eo, quod id potissimum vsurpetur in Marchis id est limitibus Regni. Cuiac. *in l. vn. C. vt null. ex vican. pro alien. vican. debit. ten. lib.* 11. v. Budæ, *ad Pandectas.*

Saluus cõductus infringitur impetratione Iuris Marquæ.

III.

Ius Marquæ super bonis tantummodo

Ius Marquæ Arresto impetratum non incarcerationem personarum, verum bonorum tantummodo capionem importat, & ita dictum fuit Arresto Parisiensi pro Episcopo Tridentino ipsiusque subditis aduersus Nicolaum & Ioannem Seutium mercatores Parisienses, anno 1394. Et altero Arresto Parisiensi vltimo die Ianuar. 1390. pro Episcopo Morentino, qui à quibusdam captiuis diœcesanis & subditis prædicti Episcopi Tridentini accusatus fuerat, quos dimiserat & conuenerat pro iis reddendis aut summa præstanda, à quo absolutus fuit cum expensis. Hoc Arrestum singulare est ad id *quod impune dimittitur qui inique detinetur.*

impetratur.

Captiui si inique detenti sunt impune euadere possunt.

IV.

. Officialis Auenionensis propter beneficium in Parlamento Tholosano controuersum, aduersus vnam ex partibus complures excommunicationes iactauerat: puta aduersus Humbertum Bernardum. Huic id Curia indulsit, vt Officialis, etsi ad ipsorum districtum non pertineret, neque Regi subditus esset, nihilominus captis pignoribus seu temporalibus, absolutionem ei præstare & prædictas excommunicationes reuocare cogeretur, & ad id paragendum die 2. Maij anno 1463. literæ expeditæ fuere ad executionem prædicti Arresti quibus Officiales Papæ Auenioni commorantes rogabantur, vti prædictæ executioni auxilium [illegible]motem præberent, addita pollicitatione in simili casu vel maiore paria faciendi: addicta inuicem comminatione, nisi id factum fuerit, ius Marquæ dandum & executioni tradendum, iuxta opinionem Bar. *in l. nullo C. de iudic. & in tract. suo Represaliar.*

Ius Marquæ contra Officialem peregrinum iniuste procedentem.

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum III.

I.

CVm institor, siue actor, mercatoris cuiusdam Bononiensis captiuus Dubris pro Domino suo detineretur, prædictus Dominus ad institorem suum è carcere liberandum condemnatus fuit. Iudicatũ 17. Decemb. 1576. Vid. Constitutionem Aurelianensem. *Art.* 110.

Dominus condemnatus ad liberandũ institorem suum captiuum.

TIT. IV. DE NOBILITATE.

ARRESTVM I.

REx è Villano facere Equitem potest, vt in prouerbio est, id est, ex ignobili nobilem: verum alius cognoscens superiorem hanc potestatem non habet, citra superioris sui qui aliũ non agnoscit authoritatem. Et ita iudicatum fuit inter cætera iudicia, Consilia & Arresta expedita Parisiis Parlamento Pentecostes anno 1280. aduersus Comitem Flãdriæ qui eo abusus erat.

Ius Equites faciẽdi alios, quã nobiles.

II.

Aliud extat Arrestum inter cętera Arresta Parlamenti Sammartiniani, anno sequenti 1281. quo duo adolescentes propter hoc vitium in multam 1000. lib. Turonensium damnati fuerunt, & nihilominus Equites manserunt, quoniam eos degradasse oportuisset.

Equites non facile degradantur.

III.

Nobilitas non acquiritur ex eo quod quis habeat matrem Nobilem, Patrem vero ignobilem *l. liberos & ibi Bald. ff. de Senat.* Glos. *pragm sanct. tit. de collat. §. insuper in verb. vtroque* ait esse perissologiã dicere, Nobiles à patre & matre, quia Nobilitas matris non attenditur, sed solummodo patris. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, quod datum maioribus diebus habitis Liburniis 7. Sept. 1528.

Nobilitas à patre venit, & non a matre.

pro

pro [illegible] Bonaillio iuniore aduersus Franciscũ Bona[illegible] maiorem natu ipsius.

In Campania venter nobilitat.

In Campania venter nobilitat, & satis est vel patrem vel Matrem Nobilem habere: quod singulare est & decisum cõsuetudine I recensi *art.* 1 Hoc priuilegium inde manare dicitur, quod post magnam Nobilium Campaniæ in fossis Iannentibus prope Brayam cladem Comes Campaniæ ipsorum viduis concesserit potestatem matrimonium contrahendi cum ignobilibus, dato priuilegio vt venter nobilitaret: sic Æneas a Venere nobilitatem suam potius traxit quam ab Anchise

Nate Dea

——— *genus huic materna superbum*

Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

ad quam consuetudinem Dn. Pitheus existimat, huiusmodi nobilitatem non prodesse, nisi quo ad ea quæ in ipsa consuetudine continentur, at non etiam quo ad Iura Regis. I.C.

IV.

[illegible] Nobilitas proba[illegible].

Nobilitas debet vsque ad auum qui nobilium more vixerit probari, alias citra codicillos nobilitatis nemo inter nobiles admittitur, etsi deriuata à patre in filium nobilitate quis nobilis reperiatur. Ita iudicatum aduersus Dn. de la Mote Maiorfontanũ 30. Iul. 1575. & inhibitiones factæ fuerunt eidam, ne sese nobilẽ vẽditaret, cũ probatus fuisset ignobilis idq; sub pœna corporali 8. August. 1582. in Camera Edicti. Cæterum nota nobilitatem Francicam cũ Lacedemoniis conuenire, in eo quod ipsi interdictum sit artibus mannariis: vide Edictum Comitiorum Aurelianensium *aduersus eos qui derogant.*

Cõsiliarij [illegible] nobiles, vt & Aduocati nobiles [illegible]

Vt quis nobilis sit & priuilegiis nobilitatis fruatur, necesse est eam probare iam inde ab auo, hunc in modum: nempe auum, patrem, nepotem de cuius nobilitate quæritur, nobilium more vixisse: auum nobilitatẽ à maioribus suis quæsiuisse, stirpe scilicet nobili vel propria virtute aut Officiis: veluti auus Consiliarius in Curia suprema nobilitatur: Secretarius Regis si filius ipsius sit Secretarius aut Cõsiliarius. Nobilitas a Patre quæsita in personam filii ipsius continuatur: nepos qui tertius est in gradu si nobilitati non deroget, pariter nobilis est & immunitate tributorum fruitur, itemque cæteris nobilitatis priuilegiis Ita iudicatum Arresto Curiæ Subsidiorum pro nepotib. Secretarii cuiusdam Regis domus & Coronæ Franciæ, filius Consiliarii cuiusdam maioris Consilij, qui Nobilitati non derogauerant mense April. 1593. quod refert Dn. Aduocatus Brettius VII. peroratione. Idque etiam probari potest instrumentis & testibus oratione 16. I C.

Consiliarius Regius in Curia Parlamenti Nobilis est simul & ipsius liberi. Arrestum Parisiense, quod datum Pentecoste anno 1573 Chopinus *lib* 3 *de Domanio Franciæ tit.* 26. *nu.* 12. & ad *consuetud. Andegau lib.* 1. *c.* 31. *n* 3. *& l.* 2 *part.* 3. *c.* 1. *tit.* 3. *art.* 12 Attamen dubitat, vtrum liberi à tributis immunes sint & aduersus ipsos allegat Arrestum Curiæ subsidiorum Parisiensis 21 Iulij 1589.

Nobilitati non derogatur exercendo officium Iudicaturæ vel exercendo officium Aduocati: Ita iudicatum Arresto Cõsistorij quod datum Lutetiæ 4. Mart. 1447. inter incolas Rhedonenses & Tertij status seu ordinis homines in prædicta vrbe I C. Dummodo officium Aduocati in suprema aliqua Curia exerceatur.

TIT. V. DE LEGITIMATIONIBUS.

ARRESTVM. I.

Comites Palatini potestatẽ in Francia non habẽt

IOannes Nauarrus Eques & Comes Palatinus Arresto Tholosano quod pronunciatũ 25. Maij 1462. condemnatus fuit ad solemnem delicti agnitionem & ad deprecandum Regi propter abusus ab ipso cõmissos, dum videlicet in Francia legitimationes indulgeret, Notariatus, & similia quorum potestatem à Papa habebat, aduersus authoritatem Regis, omniaque ab ipso attenta nulla & abusiua declarata fuerunt. Benedict. *in cap. Raynut. fol.* 365. & Boerius *quæst.* 122.

II.

Legitimatio absque cognatis aliis quam patre fieri potest.

Antea dubitabatur, vtrum bastardus absq; consensu proximorum cognatorum legitimari posset, quandoquidem huiusmodi rescripta legitimationis Principum clausulam continent succedendi ex testamento & ab intestato cognatis & consanguineis dummodo huiusmodi legitimatio ab ipsorum consensu procedat. Sanior opinio fuit, eum ab intestato tantum successurum iis qui cõsenserint, puta patri, aliisque consentientibus: & ita tenet Bald. *in authent. præterea. C. de natural. liber.* Et quanquam Arresto Parisiensi & Burdegalensi dictum fuit, in huiusmodi legitimationibus non necessarium esse consensum alterius quam patris, non citatis consanguineis, attamen id eatenus operatur, vt patri succedant, at non etiam cæteris non auditis.

Consensu] Charond. *li* 5. *Respons. cap.* 84. ait consensum cognatorum non requiri Bacquetus *in tract. suo. de Iure Bastardia* 2. *parte cap* 12. *n* 8 I. C.

Rescripta legitimationis in Camera Ratiociniorũ adprobari debent superstite patre, alias nullius sunt effectus & valoris Chopin super eo allegat 2. Arresta Parisiensia *super Consuetudine Andeg-uensi lib* 3 *cap* 7. *Tit* 4. *Art.* 14. Et alterum, nempe patrem huiusmodi rescriptum posse impetrare pariterque auiam paternam Arresto 4. August. 1592. Chopin. *super Consuetudinibus Parisien. lib. li.* 2. *Tit.* 5. *Art.* 13. *& de Domanio Franciæ Tit.* 11. *nu.* 12. Bacquet. *in tract. de bastar. d. cap.* 12.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum V.

I.

PAter, qui filium legitimari fecit, eum postea legitima priuare non potest. Iudicatum pro Dn. G. Calumuntio 4. August. 1565. Arresto generali April. 1569. dictum fuit pro filia quadam Presbyteri legitima eam contentam fore dimidiæ successionis vsus fructus nomine. Ac præterea notandum est, liberos in concubinatu susceptos & postea legitimatos per subsequens matrimonium cum liberis prioris matrimonii succedere. & sufficit vt matrimoniũ contractum fuerit Art. 12. Iun. 1578. B.

TIT. VI. DE CAPTIVIS & Iure belli.

ARRESTVM. I.

Compositiones pro redemtione factæ non recipiunt augmenta.

SI Captiuus bello factus semel cum Domino suo, qui ipsum tenet captiuum, componat certa summa pro redemtione sua, prædictus ipsius dominus non potest postea sub specie certiorationis sibi factæ quod maiorem summam ab eo nancisci potuerit, eũ ad maiorem compositionem adigere: & si faciat semper ad priorem compositionem reductio fiet. Ita tenet Gui. Pap. *quæst.* 113. & Arrestum allegat Gratianopolitanum mense April. 1457. inter Bertrandum Papium ab vna parte & Antonium Moirapiũ ab altera parte, tempore belli Sabaudici.

II.

Debita inimicorũ capta à Rege in Francia, pace facta peti non possunt.

Belga quidã Franco cuidam 100. Coronatus mutuos dat: tempore solutionis elapso, Belga in iure debitorem vrget, Francus seu Gallus tot dilationes & tam benenectit, vt tergiuersationib. suis Belgam lite duxerit. vsque quo denunciatum fuerit bellum inter Principes vtriusq; nationis. Itaque summa vindicatur, simul & soluitur Thesaurario largitionum Regis: postea pax conciliatur, Belga debitorẽ suum repetit, debitor capione sese tuetur & solutione quæ thesaurario facta fuerat, Belga ait, hæc dolo partis suæ facta & tergiuersatione quam nexuerat. Arresto Parisiensi mense Augusto 1549. Belga

causa cadit & nihilominus Gallus id restituere quod ex prædicta summa reperietur eius lucro cessisse cōdemnatus fuit. Similis controuersia fuit in iudicio cuius meminit Quintilianus *lib. 5. cap.* 10. inter Thebanos actores & Thessalos reos: Alexander Magnus vrbem Thebas spoliauit, quā obsidione ceperat. Inter cæteras res Reipub. cautionem repetit, qua Thessali cauebant, sese mutui nomine debere simul & spondebant sese soluturos Thebanis 100. talēta quæ monetæ nostræ efficiunt summā 60000. Coronatorum: Is cautionem debitoribus restituit qui ipsi auxilium præbuerant in hac obsidione, eamque ipsis liberaliter donat. Postea per Cassandrum Thebis in antiquum statum restauratis & omnino liberatis, Ciues à Thessalis hanc summam exigunt, qui sese dono Alexandri tuentur. Hæc controuersia agitata fuit coram Amphyctionibus quod erat Græciæ Parlmentum seu concilium Thermopolis pro 10. vel 12. videlicet Græciæ vrbibus. Creditores intentionem fundatam habebant in eo, quod debitū solutum non fuisset. Debitores pariter super donatione fundatam habebant eo quod cautionem penes se haberent. Aduersus id opponebatur Alexandrum pecuniam debitam non dedisse, verum cautionem tantum neque quicquam solutum fuisse. Iudices pro more suo ex æquitate iudicarunt: & quanquam iura belli ad debitores liberādos maximè vrgerentur, nihilominus huiusmodi iura à iure humano procedunt *l. ex hoc iure gentium introductæ sunt bella ff. de Iust. & iur.* Verum æquitas est iuris naturalis ac nominatim in hoc casu in quo & in omnibus aliis similibus iure naturæ æquum est, neminem cum detrimento alterius fieri locupletiorem, quę verba sunt legis *l. iure natura ff. de reg. iur.* Quilibet apud se facile iudicare potest huiusmodi casibus alienu sese locupletandi contingentibus neminem bona fide & citra scrupulum ea occasione vti posse: atque ita sub hoc dubio satius videtur æquitatem sequi: atque hic valet prouerbium vulgatum: Quæ dubitas ne feceris *l. 1. in fin. ff de feriis l. si interruptione in fin. ff. fin. regund.* idque quod singulariter dicit Cicer. 1. *de Officiis, Bene præcipiunt* (inquit) *qui vetant quicquam agere quod dubites æquum sit an iniquum, Æquitas enim licet ipsa per se, dubitatio autori cogitationem significat iniuria.* Debent igitur omnes Iudices istam ęquitatem coram oculis habere eamque in iudicando sequi *l. quod si Ephes. in fin. ff. de eo quod cert. loc.*

Notabilis cōtrouersia inter Thebanos & Thessalos.

Amphyctiones iudices supremi.

Æquitas in iure belli attendēda.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VI.

I.

Casus dubii sunt euitandi. Redēptiones affectatæ & coloratę an solui debeant.

REdemptiones affectatæ & coloratæ ei qui tempore bellorum ciuilium fugitiuum aliquem celauit solui non debent: Quidam proinde nomine Vilerius appellans à denegatione solutionis certæ cuiusdam summæ pro redemptione debitæ declaratus fuit non admissibilis, ac præterea in multam cōdemnatus, mense April. 1580.

TITVL. VII. DE SALVIS CONductionibus & eorum infractione.

ARRESTVM I.

Saluus cōductus quādo infringi potest & de pœna.

QVidam mercatores Hispani tempore belli sub specie salui conductus quem à Rege impetrauerant negociandi mercibus suis in Francia, in nauibus suis complurimos piratas continebant, qui probabantur aliquot naues Gallorū expilasse: Mercatores capiuntur & aduersus eos concluditur, puniendos eos velut infractores prædicti Saluiconductus velut reos læsæ Maiestatis. *l. 1. ff. ad l. Iul. Maiestat.* eiusque effectu priuandos, condemnandosque ad restituendum quadruplum eius quod mercatores Galli sibi ablatum assererent. Prędictæ conclusiones firmabantur *per cap priuilegium 11. q. 3. & in cap. cū accessissent de constit. & per l. ab his qui in naucleros prædas egerunt C. de naucler. l. 11.* Nihilominus contradictum fuit quantum ad pœnam criminis læsæ maiestatis prædictam *l. 1.* non intelligendam nisi cum saluus conductus infringitur aduersus ipsum Principem qui indulsit, vel contra Rempubl. at non etiam quā do id priuatum peccatum est, vt in hoc casu, vt ait Alberic. de Rosa *in l. illicitas ff. de Offic. Præf.* Et Guid. Pap. *quæst.* 417. atque ita non nisi extra ordinem, prout casus exegerit puniendos: puta vt si homicidium aut mutilatio non fuerit, sed sola deprædatio, casum non esse adeo grauem, vt dicit Ioan. Faber *in l. denūciamus C. de his qui ad Eccles. conf.* Et iuxta hanc opinionem condemnati fuerunt mercatores Hispani Aresto Burdegalensi ad restituendum mercatoribus Gallis id quod probarent ac iurarent se reuera amisisse, & in quasdam prętereà multas Regi addicēdas.

TIT. VIII. DE IVRISDICTIOne Regia & priuilegiatæ.

ARRESTVM I.

IVdex subalternus & non Regius de causa falsa moneta cognoscere potest, verum de exposita illa: Et ita de consuetudine & complurimis Arrestis super eo datis obseruatur, quibus hoc crimen numero eorum casuum de quibus Iudices Regij priuatiuè supra cæteros omnes cognoscere debent, admissum est. Cognitio de falsa moneta & de varia eius expositione.

II.

Anno 1536. mense Iun. Arresto Burdegalensi aduersus Vicecomitem Turenium & altero Arresto anno 1507. pro Abbatissa Santonensi dictum fuit super excessu admisso ab Officiali Regio viceuersa ab alio aduersus ipsum in Officij sui exercitio iudicem Regium solum competentem esse ac non etiā Dominum Iustitiatium domicilij officialis. Et hæc est doctrina Ioan. Fabri *in l. quod promulgatis C. de Officio præf. vrbis per l. militibus ff. de custod. reor.* facit *l. 2. C. de sport.* & ibi. Faber. Boer. *decis.* 9. Cognitio de crimine officiarii exequētis, aut alterius cōtra ipsū, regia.

Exceptis Officialibus & ostiariis Castelleri Parisiensis qui iudicem habent præfectum Parisiensem pręcęteris Officialib. vid. *collectionem meam Tit. 2. de Officialibus c. 152. l. C.*

III.

Priuilegium Sigilli Regij, quod iurisdictionem attribuit, locum habet aduersus debitorem personaliter obligatum, ac non etiam aduersus alium qui accessionè obligatus esset, veluti possessorem fundi, qui debet reditum venditum vel promissum obligatione: nam tum remittendus erit *arg. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiēsi 6. Mart. 1542. Fori competentia procedens a sigillo contra tertios possessores locum non habet.

Tria sigilla in Francia sunt, quæ iurisdictionem attribuunt & prorogant, nempe Castelleti Parisiensis Monspelij, & Nundinarum Briensium, 1 C.

IV.

Casus cognitionis & Iurisdictionis Regiæ ad se trahit casus dependentes & accessorios, vt maximè de istis accessoriis & dependentibus tantum quæratur. Crimina læsæ Maiestatis, falsæ monetæ, deprædationis, hæreseos & alia cōplura coram Iudice Regio agitari debent. Etsi aliquis verbis iniuriose prola- Accessoria eiusdē cognitionis, cuius est principale, sunt.

... vocatus fuerit procliuior erga Regem vel ... parachara&es seu falsus monetarius prædo ... hæreticus, istiusmodi iniuria coram Iudice Re... & non alibi agitari debet. Et ita iudicatum fuit ... esto maioribus diebus Pictauiensibus 17. Octobris 1531.

V.

Barones, Castellani, aliique Domini Iustitiarij non possunt interdicere Notariis qui in ipsorum terris sunt iurati sub ipsorum signis, ne in contractibus quos excipiunt inserant clausulas quibus partes sese submittunt iustitiis Regis. Et ita dictum fuit Arresto Tolosano anno 1279.

Vide 1) *arrestum infra de Iurisdictionibus* & nota, nullum sigillum Regium nullam Iurisdictionem tribuere absque prorogatione Exceptis Parisiensi, & Monspelliensi.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VIII.

I.

CVm quidam duorum criminum accusatur, quorum vnum ad Irenarchæ notionem spectat, alterum vero non: Illud quod non pertinet ad Irenarchæ notionem, ad se trahit id quod pertinet: sic vt eius cognitionem tribuat Iudici ordinario at non e contrario. Iudicatum Arresto inter Ioannem Planchonium & consortes appellantea 7. Febr. 1598.

... quod ... ad Ire... ... ad ... trahit id ... od per... et.

Vide *Collectionem meam cap* 50. I.C.

TIT. IX. DE SALVAGVARDIIS, seu Tuitione & debitis Regiis quas vocāt, id est, Moratoriis præscriptionibus.

ARRESTVM. I.

ADRegem solum spectat, priuatiuè ad omnes Balliuos & Seneschallos indulgere rescripta, debitis, seu moratorias præscriptiones & Saluaguardias: Quam in rem expressa constitutio est. Et ita iudicatum quoque fuit Arresto Parisiensi 15. Iul. 1553.

II.

Idem.

Archiepiscopus & Dux Rhemensis primus Par Franciæ ius habet decernendi & expediendi debitis generalia authoritate Regia. Et ita iudicatum Arresto 6. April. 1418. ante Pascha.

III.

Opponētes se ... debitis ad co... iudices remittuntur.

Rescripta debitis à Rege indulta, non adimunt aut tolluot Iurisdictionem ordinariam, sed omnia remitti solent ad iudices eorum qui huiusmodi rescriptis intercedunt, ad quos horum cognitio spectat: ita fieri oportet, vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi 1. die Decembr. 1530. pro Regina.

IV.

Appellatio omisso medio.

Notandum est, quod si intercedens aliquis executioni alicui aduersum se factæ vigore debitis generalis à Rege impetrati, remittatur ad iudicem suum qui Regius est sed inferior, quique non sine medio ad Curiæ districtum pertinet, & appellet à quodam decreto prædicti iudicis, appellatio ad Curiam deuoluatur, & non ad Iudicem Regium superiorem. Et ita iudicatum fuit Arresto 17. Iulij 1522. & deinceps altero arresto 10. Maij 1536.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum IX.

I.

... quis sal... guar.

PArs quæ minas aduersarij perhorrescit vel metuit, tuitionem seu saluaguardiam Regis & Curię postulare potest; vt de more obseruari solet: ac nominatim in Tornella obseruatum pro Ioanne Trōcheto aduersus Dn. de Kelu 10. Decemb. 1580. B.

...diam ... postulare possit.

TITVL. X. DE DOMANIO REGIS.

ARRESTVM. I.

Declaratio Domanij regis.

DOmanium Regis vera dos est, quam Respub. Regi Sponso suo in matrimonio quodā ciuili seu politico dat, Et quoniā non nisi vnus Rex est, huiusmodi Domanium non ad alium spectare potest quàm ad solum Regem, priuatiuè supra cæteros Regis defunсti liberos, qui in eo rigore iuris nihil iuris habent. Prædictum Domanium præcipuus flos est coronæ, qui pati non potest seo nexeius cessionis, alienationis aut diuisionis, vt ait Bald. *in Auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* Atque ita iura quęad coronam spectant, quæque ex Domanio ipsius sunt, vnione quadam ad eum qui Rex est, & non ad alium spectare & perpetuo manere debent: nam si plures sint liberi, vnus tantum ex ipsis Rex est, neque cæteri Reges sunt, neque ad successionem & communionem iurium & Domanij Coronæ Regni admittuntur vtpote cum sint vt superius dictum est, vera dos Reipub. quæ nullum alium coniugem habet præter Regem, qui onera, defensionem, tutelam & conseruationem Reipubl. sponsæ sustinet. Quinimo non possunt prædicti cęteri legitimam petere: vt communiter existimant omnes Canonistæ, ac nominatim Hostiensis *in summ. de feud.* His addatur lex Franciæ, qua indiuiduè & citra imminutionem aliquam omnia ad primogenitum pertinēt. Nihilominus tamen secundogeniti liberi Franciæ iure naturali ali & exhiberi debent, & pro ipsorum exhibitione & eorum posteritatę mascula ipsis prouisio quædam datur, quę appellari solet *Appanagium*: neque tamen ita cessio aliqua aut diuisio Regni fit: proprietas enim terrarum & Dominiorū quæ ita traduntur penes coronam remanet, & proprie loquendo id quod vocamus *Appanagium*, nihil aliud est, quàm vsusfructus aut prouisio. Lex Frāciæ Salica adeo rigida est & defendi potest ea lege quæ in Regno Israelitico obseruabatur, cuius mentio fit *lib. 2. Paralip. cap.* 21. vbi Iosaphat cum sex liberos haberet, Ioramo primogenito omne Regnum transcripsit, cæteris vero secundugenitis quinque certam quandam pensionem adsignauerat, seu vt ibi habetur, magna dona ipsis fecit argenti, auri & rerum preciosarum cum vrbibus validis in Iuda, nihilum tamen de Regno ipso: & ita in Francia fieri solet. Primogenitus enim qui Delphinus appellatur, pleno iure in Regnum succedit, & secundogenitis prouisio quædam adsignatur ad ipsorum exhibitionem: quæ rea iure naturæ debetur: idque quantum ad masculos attinet: at, quantum ad filias attinet, quoniam in familiam alienam transeūt, nunquam eis terra aut portio aliqua Domanij Regij adsignatur, verum pecunia tantum. Pro, seo de hac re & æquitate istius legis quæ Regnum in integro retinet atque conseruat, notabiliter scripsit Bald. *in l. quod scitu. C. de bon. qua lib.* vbi ait ad hanc rem huiusmodi Appanagia secundo liberorum genitorū Franciæ coronæ consolidari, si vi delicti in quibus data fuerunt, ipsorum ve descendentes masculi in directa linea, absque liberis masculis decedant: alioquin paulatim patrimonium Coronæ & Domanium Regis cito eneruaretur: Et ideo aduersum ea quæ superius diximus, Reges non possunt libere contrahere, velut de re quæ pdicti Domanij alienationem

Appanagium liberorū Frāciæ.

Lex Salica iure diuino fundata.

Filiæ in Francia in pecunia appanagiatæ.

Appanagia quando coronę consolidētur.

limatus Barrensis quantum ad iura & casus regios & regalia prædictum diploma adprobatum fuit, pronunciante primo præside & audito super eo Procuratore Regio, saluo tamen & illibato iure districtus Parlamenti & sedis præsidialis Senonensis.

Nota: Donationem factam à quodam domino quarundam terrarum vel vectigalis seu conductionis, quæ partem Domanii cuiusdam Comitatus, quem Rex ipsi ex permutatione dederat, constituit, si prædictus Comitatus Coronæ consolidetur, reuocari, quocunque tandem genere confirmata fuerit. Ita iudicatum Arresto quod refert Carondas *lib. 7. Resp. 56 I. C.*

IV.

Declaratio quorundam articulorum ad uersus emtores Domanii Regis.

Defunctus Rex Franciscus huius nominis Primus vrgentibus ex causis, quibus pro Regni defensione identidem vrgebatur, & ad subleuandos subditos cæteroquin iam satis grauatos, in animum induxit suum ad alienationem Domanii sui progredi, Decimaria conditione, id est, vt habita ratione rerum alienatarum æstimationis dextantes fructus colligeret: eaque de re Edicta, declarationes & Mandata expediuit, quæ tum in Curia Parlamenti, tum in Camera ratiociniorum publicata fuerunt. Inter initia res valde dubia videbatur & anceps, & difficulter emptores reperti fuerunt, in hoc quippe negotio nouo atque insolito quilibet per se qualitatem & naturam prædicti Domanii apud se perpendebat, quod vnq; extra commercium est seu inalienabile, & quid ex eo contingere deinceps posset: Secundo, quoniam etsi alienandi causæ subessent, eius tamen nihil in præsentia apparet, quinimo vt ad id deueniri possit, causam omnium iustissimam esse ab imminente hoste defensionem seu tuitionem, & ita quidem vt prædictus hostis iam in penetralibus regni sit constitutus. Quinimo & vice versa magnos & vberes Regis reditus propter tributa, quæ in ipsius regno exiguntur, alio conuerti, qui alioquin viribus & militibus tuendis suffecturi essent. Tertio compertum erat, similes his alienationes à defunctis Regibus factas, irritatas ob defectum prædictarum rationum fuisse: ac præterea quod tres Regni Ordines siue status in id non consensissent, vt lege iurisque communis dispositione requirebatur. *l. si. ibi, non aliter vendantur, nisi Prouinciis præsentibus seu plurima parte, tam Curialium, quam honoratorum & possessorum &c. de vend. reb. Ciuita. lib. XI. C. & lib. 2. de Præd. Decur. lib. 10. ibi, consensu omnium, maximè decuriorum, & l. si. eod tit. & §. quod in fin. de legatis lib 10.* Et quanquam huiuscemodi res, puta habendi consensus trium ordinum Regni, veluti formam Reipub. seu popularis status redolens hoc tempore negligeretur, vtpote cum Rex solus cũ Parlamento suo prædictam Rempub. repræsentet, nihilominus tamen metum subesse, ne temporis processu exorirentur, qui hæc scrupulosè reuocarẽt. Quarto cõstabat, huiuscemodi vsuram dextantem seu decimariam iniquam esse, quæq; initio semel facto quotidie improbaretur, ad æquitatem reduceretur & emendaretur in Parlamentis, in priuatorum negotiis & contractibus iam inde à quinquaginta annis: per notata in *l. pen. C. de vsur.* & quod fortiori ratione ea improbari possit, supremo Principi suo cõmissa, & negotiis publicis implicato, quæ æque imo magis nostræ sunt quam ipsius, & ex quorum successu, si infelix sit, iacturam libertatis & bonorum nostrorum metuere debemus: at si felix sit, quietem & liberam felicitatem expectare & sperare: & est de vitio hoc propter excessũm vsurarum. *Text in l. duplex ibi, pretii vtilitate, ob exiguum debitum, gratiosam emtionem in fraudem tuam, vtilitatemque rationum mearum, &c. de Fide instr. lib. 10. C.* Postremum,

Consensus ordinũ in alienationem Domanii Regis.

occurrebat, seu in mentem veniebat ingens illa potestas & autoritas Principis, à quo omnia mouentur, & possidentur, quique propter Maiestatem suam ius habet de bonis subditorum suorum disponendi, ac nominatim in casum necessitatis: & quod si vltro tributis à subditis suis adiutus fuisset, eodem vltro tributorum genere imposterum etiam vtendum sit: viceuersa, si per vim & rigorem quicquid suum erat, tenuit, Maiestatem suam Populus exerceret: quicquid huius sit, ad æquitatem res omnis redigeretur: nam præsupposito in huiusmodi alienationibus certam à Lege formam præstitutam, vt que si vel in vno puncto forma neglecta fuerit, res in totum non valet. *L. si secundum Legem C. de Iur. Reipub. lib. XI.* Porro forma similis ei requiritur, quæ in venditione rerum pupillarium desideratur. *l. tempus. ædit.* Cæterum notorium esse, in venditione rerum pupillarium duo decreta requiri, cognatis auditis & cum magna causæ cognitione. *l. lex quæ tutores C. de adm. tutor.* Alia insuper attendebantur & fortè prudenter & verè. E contrario extitere, qui adfirmarent, adsererẽt, tuerentur hoc negotiũ pro iustitia Principis: à quo nihil vnquã iniusti proceßerit, ac præterea ingenium eius inuictum bellicosum, qui vtique hanc expediendæ pecuniæ rationem & viam muniturus esset & tuiturus, potius, quam malo quodam exemplo præclusurus: quo hæc expediendæ pecuniæ ratio in parato semper deinceps esset emtores bene habitos iri, alioquin neminem ad emtionem accessurum. Post agitatam ita vtrinque causam, complurimi Summatum, siue Procerum processere, qui ad id descendere, atque prædictum Domanium prædicta ratione compararere: Horum deinceps exemplo mercatores & alii à pecuniis instructi eo quidem, vt officiarii Principis & ministri, qui ab hoc negotio antea alieni fuerant, quòd cum domino suo cõmercium mutui vel emptionis periculosum asserebãt, festinarent. Breuiter, paulatim & exemplo gliscente plures emtores accessere, quàm vendibilis Domanii esset. Quæ causa extitit, vt Rex in venditione adeo perstaret, vt iam Domanii nulla amplius mentio sit, id est, nullum Domanium sit, quod non venditum sit: imo extant, qui tempore pacis vel etiam belli compararunt, qui tamen emptioni suæ nullam causam vel occasionem prætendere possent. Quinimo ex prædictis emptorib. nonnulli id affectarunt, vt prædictum Domanium cum omnimoda iurisdictione acquirerent, & distraherẽt altiorem & mediam sedium siue tribunalium præsidialium, in quibus exercebatur, quæ ea re valde eneruata sunt: subditi vero [illegible] affliciuntur & Regi fraus fit: quandoquidem prędicta iurisdictio non satis iusto pretio addicta fuit. Nonnulli citra causæ cognitionem & contra prædictam *l. Rempublicam.* per auersionem acceperunt, veluti ducentas libras aut trecentas pro Iurisdictione & maiorem inde anni spatio pecuniam fecerunt siue redegerunt, imo vel pro vnico actu iudiciali: alii vero pro portione seu ratione quinque solidorum in singulos lares, siue, vt vocãt, focos annuatim, quod ferme æquum foret, si eadem ratione haberentur, siue tractarentur, vt sub Regis ipsius autoritate. Alii nihil omnino persoluerunt, quoniam ad æstimationem respexerunt, quæ continebatur ratiociniis seu breuibus decennalibus peculiarium susceptorum desumptis ex Camera Ratiociniorum, in quibus ratiociniis vtique nullum emolumentum repertum fuit maioris & mediæ Iustitiæ. Prædicti quippe susceptores nihil eius susceperunt, quandoquidem in sede siue tribunali principali & regio id exercetur.

retur. Sed& laudimiorum ratio habita non fuit, quę priuati susceptores in commodum suum vertebant, in partem Rege ex minima parte vocato, & hodie emtores ferme plus eo nomine percipiunt: quam reditus adscendit, cuius nomine pecuniam præstiterunt. Sunt & innumeræ præterea aliæ rationes, quæ tempus ipsum Principi reuelabit, quæque tolerari non possunt citra complurimorum confusionem, quarum nonnullæ repræsentatæ deiectæ fuerunt doctissima peroratione domini Marillaci Aduocati Regii maioribus diebus Molini habitis aduersus Bariotum Procuratorem Regium Matiscone, qui ex Domanio Regis dominium Malleuacense, Belloiocense, Varenense, & Quinciacense comparauerat, & cuius Iurisdictio controuersa erat actione Canonici cuiusdam prædicti Belloioci, cui nomen erat Fabri, qui à prædicto Barioto agitatus fuerat: Arresto prædictorum dierum 10. Octobr 1550. eo quo probabatur, altiorem Iurisdictionem Varenensem non nisi viginti libris annuis æstimatã fuisse: Belloiocensem vero nullo pretio taxatam, dictum fuit, Varenensem conductionis titulo addicendam & à conductore annuatim viginti libras Barioto præstandas, reliquum vero thesaurario Belloiocensi inferendum: & pariter Belloiocensem elocandam & conductorem eius interim & prouisionaliter totum conductionis pretium in manus prædicti thesaurarii tradi oportere, vsque quo Curia aliter super eo decreuerit: Eodem Arresto prohibitum fuit, ne officiarii Regii destituerentur, & Canonicis indultum, vt Belloiocum ad se retraherent, præbita siue illata pecunia intra duos menses: Ipse ego Aduocatus fui, & in ædibus prædicti Dn. Marillaci interfui deliberationi, quam domini Triumuiri Regii habuerunt super hac re perorãda, solus existens è numero Locumtenentium generalium quos interesse oportebat ex regionib. quæ iure scripto reguntur, quæ ad districtum prædictorum dierum maiorum pertinent, puta ex Lugdunensi, Forosegusiensi, Matisconensi, Belloiocensi. Vbi inter cætera audiui prædictum Dominum Marillacum asserentem huiusmodi emtiones vt maxime in Regesta Cameræ ratiociniorum relatæ fuissent & adprobatæ, nihilominus nullas esse & irritas, si in Regesta Parlamenti relatæ non essent, atque inibi comprobatæ, eamque in rem Arresta allegabat super eo data, neque sufficere in ea publicata fuisse & admissa mandata ad alienandum, peculiari enim decreto Curiæ opus esse. Deinceps postea expressum ad eam rem textum leg. *in l. nec venditio, ibi nisi apud acta totius vel maioris partis Ordinis, intercedente decreto ineundi contractus causa probetur. de Præd. decur. lib.* 10. C.

Alienatio-nes Domanii Regii in Parlamento verifica-ri debent.

Videatur Arrestũ 5. Maii 1580. aduersus Episcopũ Bellocens. qui diplo-mate Regis impetrato ter-ras obtentu Parlamento Rothomagẽsi, vt aduersus omnium possessio-nes mem impetrata se translari restituere-tur.

Rebuff. *in Comment. sua ad Constitutiones Titul. de Domanio*, iuxta superiorem definitionem Arrestum quoddam refert die quinta Maii 1544. I. C.

V

Prouisio in fauore ad-quirentis super lon-ga posses-sione.

Dominus Procurator Catholicus Regius in causę peroratione, quæ habita in maiore Camera Parisiensi, die quodam Veneris post meridiem. 27. Iunii. 1544. adserebat aduersus Geruasium Arcuarium mercatorem Parisiensem, non obstante longa ipsius possessione, & ratiociniorum adprobatione, eum de possessione domus commerciorum Malignẽsis, quę ad Dominium Regis spectabat, quæque adeo citra decretum & auctoritatem Curiæ alienari non potuisset, decedere oportere. Arcuarius dicebat, se habere instrumentũ autoritatis, postea à Rege confirmatum vna cum adprobatione & decreto Cameræ Ratiociniorum: itemque possessionem sexaginta quinque annorum prætendebat. Curia Arresto suo die prædicta rem omnem irritauit, decreuitque nouas licitationes fieri, & impensas prædicti Arcuarii ex fructibus perceptis deduci oportere. Pariter iudicatum fuit Arresto Parisiensi, perorante Domino Marillaco Aduocato Regio aduersus Dominum Maiorem scutiferum super Burgo-Reginæ die Lunæ. 5. Maii anno 1544. per prædictam expressam *l. nec vendito.* & per *text. adhuc expressiorem in l. duplex. de fid. instrum. lib.* 10. I. C.

Pro Domina Marolensi, alias Domina Mesierensi super Baronatu Vileboia per prouisionem lite pendente, & quia Procurator Regius ampliora documenta expectabat, causa in principali ampliata dictum fuit, prædictã Dominam inspecto longo tempore & longa possessione ducentorum annorum, & eo amplius fruituram, iudicatum in maiore Camera 6. Augusti 1565. B.

VI.

Ratio redi-mendi Do-manii Re-gii.

Rex Edicto suo, quod publicatum anno 1553. os obturauit tribus petitorum generibus confiscationum, Albinatus, Obuentionũ: neq; enim quicquã aptius habet ad redimendum domanium suum, aliaque vrgentia negotia, quam huiuscemodi res casuales, quæ in casum & fiscum cadunt, iuxta expressam dispositionem *leg. multarum. Cod. de mod. multa.* Et hac ratione aliisq; maxime fauorabilibus aduersus quendam, qui a Rege donationem huiusmodi obuentionum generaliter, quæ in quadam prouincia à triginta annis obuenerant, emeruerat siue impetrauerat, domini Triumuiri Regii asseruerunt, Regem id facere non potuisse, vtpote alienatione Domanii sui facta, quod ipsi & Reipubl. adeo importat, vt ii, qui ante hoc tempus huiuscemodi dona emeruerunt, in eo sint, vt metuere debeant, ne imposterum ab ipsis extorqueantur, iuxta *text. in l. si quando & in l. fin. C. de bon. vac. lib.* 10.

VII.

Quænam Rex aliena-re possit.

Cessantibus prædictis rationibus, & quando Domanium Regis consolidatum est, citra dubium huiusmodi fortuitæ obuentiones libere peti & à Principe impetrari possunt, dummodo ei quæsitæ fuerint & adiudicatæ, & non ante. Textus est expressus *in l. 1 de petition. bon. sublat. lib.* 10. *Cod.* Atquamdiu prædictis rationibus maxime fauorabilibus locus est, tamdiu peti nõ possunt aut donari, verũ distrahi debent seu vendi. Idque Rex facere tenetur, partim ne præiudicium faciat dominis feudalibus, si alius sit præter ipsum: prout iudicatum fuit super confiscatione Mareschalli Biensis Parisiis 3. die Augusti, 1521. partim ad consolidationem & redemptionem prædicti domanii, quod inalienabile manet. Et ad hanc rem notanda est differentia huiuscemodi confiscationum & obuentionum prædicti Domanii. Illæ quippe alienabiles sunt, & fructuum loco habentur, posteriorum vero non item. Quod facit ad intelligentiam *titulorum de fide instrumentorum & iure hasta fiscalis*, itemque *de venditione rerum fiscalium*, & sequentis, *ne fiscus rem, quam vendidit, euincat, lib.* 10. *Cod.* Neque enim illi tituli de Domanio Regis, quod Coronæ annexum est, intelligendi sunt: verum de Obuentionibus fructuariis, puta confiscationibus, Albinagiis, aliisque similibus: & vero id importat vox Fisci, cui huiuscemodi fructus quæsitus est & confiscatus. Et tamen hanc ad rem valde notabile est, Confiscationes huiuscemodi duobus tantum casibus alienari non posse. Primus casus est, quando videlicet res ex delicto domini cuiusdam vasalli fisco quæsita est, qui eam tenet siue possidet alteri superiori, quę ex domanio Regis est, vnitam. Nam tum huiuscemodi res ita confiscata & vnita, eiusdem generis cẽsetur, cui vnita est, & cum ea sacra reputatur,

Confisca-tiones Do-manio in-corporatę, inaliena-biles.

Confisca-tiones in-rationes publicas relatæ ina-lienabiles.

& que ita non alienabilis, *l. final. §. fin. D. de action. empt.* Alter casus est, quando huiusmodi res confiscata vna cum Domanio Regis à susceptore Domanii administrata fuit, atque in rationes relata. Nam tum certissima regula est, si semel in rationes relata sint, eam simul etiam Domanio Regis vnitam esse, atque ita alienari non posse: textus bonus est super hoc posteriore & priore puncto *in l. prædiis §. Titio, ibi, inspiciendum, an literis, & rationibus, &c. & ibi, accepto lati, &c. & §. si per totum. ff. de legat. 3.*

Qui corpus confiscat, & bona cõfiscat.

Consuetum est in Francia, vt qui corpus confiscat, idem & bona confiscet. Et tamen id intelligi deberet de bonis mobilibus quæsitis & differentibus, at non etiam de propriis affectatis familiæ seu lineæ, quæ præferri deberet iuxta legem Caroli Magni, quæ in Saxonia & Hungaria obtinet, iuxta æquissimam sententiam Bartoli *in l. 3. D. de tutor. & relegat.* Andreas Fericios *in O[illegible] de H[illegible] pa 72* Molinæus *in Consuet. Senon.* Confiscationes extra Franciam per totam inferiorem Germaniam & Belgium reguntur, *per Auth. Bona. C. de bonis damnat.* Carolus Molin. *in Consuet. Insul.* Et nota: Mariti confiscationem vxori præiudicari non posse, non tantum quoad iura & pacta dotalia, verum etiam quoad dimidiam Communionis seu quæsitorum constante matrimonio. *C[illegible] Bituricensis*: idq; ita iudicari effecisse, ait Carolus Molinæus anno 1532.

VIII.

Mulctæ alio cõuerti non possunt.

Mulctæ Regi adiudicatæ ei adquiruntur, neque à iudicibus alio conuerti possunt, ne quidem sententia ipsa condemnationis, veluti ad sarta tecta aliaque similia citra Regis licentiam: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi mense Decembri 1504. & altero Arresto anno 1553. in quadam appellatione à Præfecto Forosegusiensi.

IX.

Vsus syluæ est pars dominii.

Prima die Iulii 1549. Curia ius vsus syluæ ad calefactionem, quod à Rege Francisco Domino Villeregio ad dies vitæ donatum fuerat, quæque donatio prædicto Villeregio continuata fuerat, à Rege Henrico reuocauit, idq; propterea, quod prædicta continuatio simpliciter facta, esset alienatio patrimonii. Nam vsus sicut vsusfructus quodammodo pars dominii videtur. Et quanquam prædicta continuatio adprobata fuisset in Camera Ratiociniorum, nihilominus quia omnis generis alienationes à Rege factas publicari & in Regesta Parlamenti referri oportet, & hæc nominatim, de qua quæritur, in ea publicata non fuisset, prædicta Curia prædictum ius vsus ad quinquennium coarctauit seu temperauit.

X.

Protocolla Notariorum mortuorum ad Domaniũ Regis spectant.

Protocolla & Registra Notariorum Forosegusiensium, Borbonensium, & Belloiocensium post ipsorum obitum ad Regem spectant: & quidẽ in Forosegusiensi, exclusis omnibus vasallis suis. Nam in Borbonensi complures sunt vasalli, qui parem habẽt authoritatem, eo quod ius sigilli habent. Huiusmodi Protocolla & Registra publice licitationibus distrahi solent, & inuentario facto ei, qui licitatione vicerit, resignantur, ad ea partibus expedienda iuxta commissionem seu potestatẽ, quæ eo nomine ei expeditur, & prædictum inuentarium in archiuis Regiis adseruatur. Et super hoc more est expressa turis communis dispositio *in authent. de defensoribus Ciuitat. in princip. versic. si vero quadam.* Nonnulli prædictorum Notariorum defunctorum hæredes huic locationi reluctari voluerunt, eamque impedire, atque Protocollorum traditioni intercedere, ac nominatim hæredes Notarii cuiusdam Sancti Boneti Castelli in Forosegusiensi, cui nomen Boerii, qui vtique in Parlamento succubuerunt, & iuxta superius dicta Arresto Curiæ condemnati fuerunt ad instantiam Philippi Hippolyti Procuratoris Regii in præfectura & districtu Forosegusiensi.

Statutum Notariorum.

Statutum Notariorum huiuscemodi extitit Registra, Protocolla & chartulas Seniores destitui aut defũcti tradi oportere tabellioni, vt exemplari, quotiescunq; opus fuerit, idq; partes exegerint, possint. Prout iudicatum fuit aduersus quendam, cui nomen Postello, 10. Ianuar. 1515. Ac præterea Notarii Registra sua ad iudices deferre debent, coram quibus contractus falsi accusantur. Ita definitum in causa quadam paucote velu 1 , Ianuar. 1520.

XI.

Domanii Regis præscriptioni non subiacet.

Die Mercurii, quem Absolutum seu Absolutionis vocant, 1. April. anno 1555. Inter alia Arresta, quæ Dominus primus Præses Magistri recitauit, dictum fuit & iudicatum Arresto aduersus detentatorem quendam Domanii Regii, qui præscriptionem allegabat & titulum onerosum irreuocabilem citra ius & facultatem luitionis seu redimendi. Non obstantibus his omnibus, neque habita eorum ratione huiuscemodi domanium consolidationi obnoxium esse.

XII.

Domaniũ Regis donari vel alienari non potest.

Procurator Regius in Camera Thesaurorum Parisiensi ex mandato dominorũ Thesaurariensium capi facit, & sub manum, vt vocãt, Regis reducit ius mensurationis, qua aridorum, qua liquidorum, aliaque iura Domanialia à priuato quodam possessa, qui huic vindicationi intercedit, qui eo nomine ad prædictos Thesaurienses citatur, vt eo præsente declaretur, prædictum ius ad Regem spectare, & simul etiam instrumenta & documenta deferat, quorum vigore in possessione constitutus fuit, & prædicta iura tenet: Hic possessor, cui nomen Gracilis, ita citatus, non comparet, seu eremodiciũ contrahit, & tandem declaratur excidisse omnibus mediis, rationibus, quas aduersus prædictam capionem opponere potuisset: & rursum citatus nõ comparet: vigore huius secundi eremodicii ad productionem Procuratoris Regii iudicatum fuit, iusta de causa prædicta iura capta fuisse, atque adeo Domanio Regis consolidata, & non comparens ad restitutionem fructuum ab eo tempore, quo frui cœpit, cõdemnatus fuit. Gracilis ita condemnatus appellat, & in Parlamento admissionales impetrat, vbi lis iudicanda admittitur, & super ea concluditur. Prædictus appellans de nouo instrumenta sua edit, causasque oppositionis nempe ait & probat, instrumentis defunctum Regem Ludouicum XI. anno 1477. sibi donasse, & quidem officii hæreditarii titulo huiuscemodi iura mensurationis aridorum & liquidorum, & codicillos eo nomine sibi expedisse in forma, vt vocant, chartæ probe signatæ, & sigillo maiore Cancellariæ Franciæ munitæ, qui in Camera ratiociniorum approbati fuerint: & hæc omnia nihilominus pro compensatione seu permutatione fundorum quorundam Regi relictorum in ciuitate Gisortiensi, & Molinensi captorum & munitioni prædictæ Vrbis destinatorum, eo videl. tempore, quo Dux Burgundiæ Normanniam inuasit: Hoc titulo, qua maiores suos, qua se prædicto iure nullo contradicente fruitos, eo tantum excepto, quod post aliquod interuallum quodamtenus in possessione turbatus fuisset à Procuratore Catholico Regio in Consistorio Regis, vbi visis instrumentis suis Arrestum datum fuit, quo capionis relaxatio ei facta: & postea quoque cum Dominus primus Præses Nicolai Ratiocinia tractaret anno 1554. pro consolidatione domanii Regii, quod alienatum fuerat, prædicta iura pariter capta fuisse, se intercessisse, & relaxationem impetrasse, editis instrumentis suis, tandem prædictum officium & iura

capta

capta ipsi confirmata fuisse à defuncto Rege Francisco Primo, eoque nomine diploma impetrasse, quod adprobatum & admissum fuerit in Camera Ratiociniorum. His rationibus concludebat, sibi prædicta iura relaxanda & relinquenda. Dominus Procurator Catholicus Regius aduersus nouam hanc productionem & rationes à prædicto appellante oppositas dixit, quantum ad donum & munificentiam à Rege Ludouico XI. factum iure quodam permutationis fundorum superius dictorum, id omne nullum esse, quandoquidem Reges nullam rem domanii Coronæ alienare possint ex veteribus Constitutionibus, nisi tribus tantum casibus: quorum primus est pro appanagio liberorum masculorum Franciæ, & ita quidem vt huiusmodi appanagium consolidationi obnoxium sit, itemque pro filia Franciæ sub onere luitionis siue redemtionis perpetuæ: ac præterea pro fundatione Hospitalis aut Ecclesiæ, & pro repellendo hoste, idque omne sub onere permutationis & redemtionis: ac propterea non potuisse Regem Ludouic. XI. prædictam alienationem facere. Aliam quoque nullitatem subesse, nempe quod prædicta donatio in Curia Parlamenti adprobata non fuisset, prout necessario in omnibus alienationibus Domanii Francici requiritur: Alioquin effectum sortiri non posse in præiudicium Coronæ. Necquicquam prodesse adprobationem factam in Camera Ratiociniorũ: semper enim ad Parlamentũ eundum esse. Quantum vero ad Arrestum Consistorii dicebat prædictus Procurator Catholicus Regius Curiam eius rationem nullam habere debere, vtpote quod absque vllo legitimo contradictore datum fuerit. Neque se Procuratorem Catholicum Regiũ in Parlaméto vllo modo agnoscere prætensum Procuratorem Catholicum Regium in Consistorio, neque alium quencumq; procuratorem Catholicum: neque debuisse prædictam controuersiam agitari in prædicto Consistorio, verum in prædicta Curia Parlamenti cum prædicto Procuratore Catholico, & non cum alio aut alibi, quoniam in ea instructus esse potest ab omnibus instrumentis, documentis iuriũ & Domanii Curiæ, vtpote quæ sint in Camera Parisiensi Thesauriensium & in Camera Ratiociniorũ, vnde statim petere ea possit: id quod prædictus prętensus Procurator Catholicus Regius in Consistorio facere non possit, qui vtique ea ignorare potest & per consequens, prædictum Arrestum nullum præiudicium hoc casu facere posse. Quantum ad relaxationem factam à Domino prædicto primo Præside ratiociniorum cum pariter nequicquam præiudicare posse, partim quia incapax persona esset, partim quia prædicta relaxatio non æquipollet alicui confirmationi aut iudicio & momenti beneficium continebat. His rationibus concludebat. Arrestum proinde emanauit Curiæ 1. die April. 1555. ante Pascha, quod pronunciatum fuit à domino primo Præside in generali, vt vocant, pronunciatione, quo videlicet appellatio & sententia Cameræ Thesauriensis irritata fuit in eo, quod opponens condemnatus fuerat ad restitutionem fructuum à tempore fruitionis. Proinde emendata prædicta sententia quantum ad hoc opponentem absoluit & relaxauit, eo tantum condemnato ad restitutionem fructuum à tempore postremæ capionis. De cætero prædicta sententia in eo videlicet, quod prædicta iura prædicto Domanio consolidata sunt, & depulso prædicto opponente plenum & integrum effectum suum sortiente: saluo tamen iure prædicto opponenti Regem adeundi, ad obtinendam compensationem fundorum amissorum & destructorum pro munitione Ciuitatis Grsortiensis.

Casus quibus domanium Regis alienari potest.

Alienatio Domanii ... ba ...

Procurator Catholicus Regi... n.

Arrestum.

Nota Iurisdictionem Thesauriensem in prima instantia de Domanio cognoscere & ad eam ordinarie a Curia causas remitti.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum X.

I.

DOnatio maioris alicuius summæ vel pecuniæ, vel etiam maioris alicuius fundi à Rege facta non valet, nisi in Camera Ratiociniorum adprobata fuerit. Itemque adquisitio per decretum citra pecuniæ & pretii solutionem realem, vt maxime quis apocha regia munitus sit & imaginaria solutione, prout iudicatum fuit Arresto pro terra Bellofortiana in Vallea, & prout peroratum fuit à Domino Aduocato Regio Mesnilio aduersus Dominum Morene cui nomen Frãcisco Suilletto, vbi causa ampliata fuit. 8 Decembr. 1595. Et notandum est, in casu dubio quando Rex titulo acquisitionis specialis possidet terram aliquam, quæ ab altero mouetur, eamque iure pignoris aut venditionis tradat, sub facultate luitionis seu redemtionis, tum in hoc dubio, qui rem adquisiuit, manu, vt vocant, suprema, relaxatioñe impetrat præstita cautione, vt dictum fuit super Comitatu Claromontano 2 Maii 1586. B.

Donatio maioris alicuius summæ vel maioris fundi in Camera ratiociniorum adprobari debet.

II.

Dominus merum Imperium habens, quem vocant, altioris iustitiæ, si transigat super iure confiscationis & expensis litis cum quodam subdito suo reo; admodum puniri debet: Et vero Dominus de veteri mansione cõdemnatus fuit, quod transegisset cum quodam vasallo suo reo incarcerato, criminis capitalis accusato in summa ducentarum librarum Parisiensium multæ & expensarum nomine, & tanquam appellans ab adprobatione cuiusdam libelli supplicis loco Procuratoria sui fiscalis in sexagintã librarũ multam, atque insuper admonitus fuit, promeritũ ipsũ, vt iustitia sua priuaretur. 2. Septembr. 1564. B.

Merum Imperium habens non potest super iure confiscationis & expensis litis transigere cum subdito suo reo.

TIT. XI. DE TRIBVTIS, INdictionibus & subsidiis, deque immunibus à tributis & non immunibus.

Tributa introducta sunt ex bellorum necessitate, facta per singulos adscriptione in casum necessitatis tempore Caroli VI. propter Anglorum vsurpationem videlicet, qui uomaniam occupabant: postea adiecta fuerant tributa pro militia ordinaria, itemq; augmenta: & propter alias necessitates 3. Rege Francisco processerunt subsidia: super vino in vigiuti videlicet, octo aut quatuor, Gabellæ & tractatus: qua de re consulenda sunt Regesta Curiæ Parlamenti & Cameræ Ratiociniorum: V. C. Ioannes Cumbesius tractatum edidit *de Tributis & aliis oneribus & subsidiis*: & post eum Fontanonius *in annotationib. suis ad Masuerium*, quas quilibet cõsulere potest: vt & doctissimas & disertissimas perorationes domini Brettii Aduocati regii tum temporis in Curia subsidiorum, hodie vero in Curia Parlamenti: & nominatim formam quadam super collectione tributorum quæ est *in oratione* 15 & Edictum *super determinatione tributorum* mense Martio 1600. I. C. v. & constitutiones super subsidiis & tributis *in collectione constitutionum lib. 10. tit 17. & sequentib.* vbi reperies complurimas decisiones tam super subsidiis quam super tributis, quæ sub hoc titulo non comprehenduntur.

ARRESTVM I.

ARresto maioris Consilii, quod datum Lugduni, anno 1507. aduersus Seneschallum Agenensem & Martialem Cortellum dictum fuit, ad neminem alium quam ad Regem in Prouinciis suis spe-

Rex solus indictiones facere permittit.

ctare ius permittendæ indictionis pecuniæ alicuius, per doctrinam *Fab. in l. 1. Cod. Non. vectigal. instit. non poss.* Idemque sæpius dictum fuit Arrestis Parisiensibus: quorum vnum datum mense Iunio 1534.

Vide *Boerium quæst. 6* Beetium *oratione 13.* Pariter Rex solus immunitatem a tributis præstare potest. Boer. *Orat. 39.* V *Constit. Aurelianensem artic.* 126. *& seqq. & inf. de muneris butor.* &c.

Indictio non fit citra expressum Regis mandatū *l. 1. C. non vectig. instit. non posse* & quanquam ad Consilii relationem Rex declarationem signauerit, opus est tamē speciali Regis mandato, *l. 2. C. de prat. Sala. lib.* 10. quo & præterea omnia in Curia approbari oportet, *l. a præcedente. C. de decur.* & audito Aduocato Fisci. *l. plant D. aetare fisci.*

II.

Notabilis doctrina de indictionis determinatione.

Causa indictionis attendenda est, vt ita secundū ipsam indictio determinetur. Dynus & Pet. de Bella Pert. duos casus constituunt: Prior est, quod si indictio fiat propter necessitates Principis, adscriptio fieri debet pro ratione eorum, quæ possident incolæ, tam in ipso loco, quam alibi extra Prouinciam & portiorem *L. rescripto. §. sciendum. in fin. ff. de Muner. & honor.* & adscriptio personæ fieri debet secundum æstimationem totius patrimonii *arg. L. 1. §. 1. Cod. de impo. lucrat. descript.* Alter casus est, si Indictio fiat contemplatione Ciuitatis, in qua quis habitat & ratione bonorum, quæ quis in ea possidet: tum etiam ciuitatis territorium excedere non oportet, neque bonorum alibi sitorum ratio habetur *l. 1. iunct. glos. fin. C. de Mulis. in quo loco munur. lib.* 12. *& §. ad has sancimus in Auth. Ecclesiasticus titulo collat.* X.

Indictio spectans æstimationem totius patrimonii.

Indictio particularis.

Rusticos qui extra ciuitatem & suburbia habitant tributo ciuitatum muro cinctarū pro quinquaginta millibus peditum ob noxios nō esse.

Et ita iudicatū fuit Arresto Gratianopolitano, quod absque data allegatur à Guid. Pap. *quæst.* 5. Hoc prodesse potest, cum de indictione agitur, quæ ciuitatibus muro cinctis fit seu imponitur, & de stipendio quinquaginta millium peditum. Super hac re dominus Philippus Præses in suprema Curia subsidiorum Monspessuli XI. *Consilio.* inter ea, quæ nō ita pridem edidit, in terminis proponit, & in vtramq; partem agitat hanc quæstionē: Vtrum facta delegatione indicendæ cuiusdā summæ ciuitatibus muro cinctis & oppidis insignioribus pro stipendio quinquaginta millium peditum: vtrum, inquam, possint illarum ciuitatum & oppidorum ciues & oppidani eos adscribere seu describere, qui extra ipsorum ciuitates & suburbia vel etiam prædicta insigniora oppida sunt. Quæstio vertebatur inter ciues ciuitatis S. Albani in Gyoodania ab vna parte, & quosdam Parochianos eiusdam ciuitatis, qui extra ciuitatem & suburbia habitabant, quique tributis & subsidiis ordinariis obnoxii erant, quique adeo intercedebant, ne adscriberentur vna cum ciuitate & suburbiis collationi ad stipendium pro quinquaginta millib. ab altera parte. His opponebatur, eos sub eadem Iurisdictione esse, Parochia & Imperio, sub eodem Cōsulatu, sub eadem delegatoria cuiuscunque generis tributorum coniunctos & cumulatos esse, pariterq; iisdem omnibus priuilegiis & commodis, quibus vrbs ipsa & suburbia fruerētur, frui promiscue & nullo discrimine, ac proinde incolas censeri debere & eiusdem naturæ. *L. 2. de Nundinis.* Nihilominus tamen aduersus ciues & incolas prædictæ ciuitatis & suburbiorum iudicatum fuit, tū propter expressos terminos delegatoriæ, tum aliis rationibus, quas ipse allegat.

III.

Casus, qui bus priuilegiatis etiā tributa imponuntur.

Si Ciuitas quædam propter quasdam publicas necessitates mutuum contrahat, & sanior, vt loquūtur, pars habitans incolarum sub hypotheca bonorū sese obliget, si ante solutionem prædicti mutui, non nulli decedant relictis heredibus aut successoribus priuilegiatis, Clericis aut presbyteris, hi vtiq; heredes priuilegiis suis sese tueri non possunt aduersus indictionem seu adscriptionem, quæ corpori Ciuitatis imponitur, sed ratione hypothecæ bonorum quæ possident, conferre tenentur. & ita iudicatum fuit Parisiensi Arresto Curiæ in Parlamento Festi omnium Sanctorum anno. 1579.

Quod concordat *cap. 1. & 2. de immunit. Ecclesiæ, in antiq. & L. 2. ad l. Rhod. ff. de iact.* In casu necessitatis priuilegiati describuntur, id est, & ipsi conferre tenentur, vt quōdam Romæ pupilli, aliique.

IV.

Indictiones super eo, vt propter publicum interesse litigetur, eos obligāt, quorum in præsens non interest.

Incolæ & subditi, vt coire & conuenire possint & in commune deliberare super lite & controuersia quæ ipsis intercedit aduersus ipsorum dominum vel alium quemcunque super re quæ communem omnium vtilitatem spectat, autoritatem & veniam iudicis habere debent: at vero ad faciendam pecuniæ collectionem diploma Regis emere seu impetrare debent: Et vero super hac re dubium est notabile, puta si dominus petat & prætendat opera carrorum, operarum corporalium vel manualium, recognitionis, vel ascriptionis in quatuor casibus ratione fundorum, qui mouētur à directa ipsius Iustitia, maiora quam ipsi offerunt, atq; super eo propter publicū interesse litigari oporteat, atque adscriptioni, quæ prædictis incolis & subditis imponitur pro expensis videlicet litis nonnulli intercedant, allegantes, quod vt maxime incolæ sint, nullos tamen fundos, nullas possessiones habeant, atque ita ipsorum in lite non interfit, sint item alii, qui fundos quidem habeant, sed liberos & immunes à prædictis Iuribus litigiosis, quæ vtique realia sunt: at corpus prædictorum incolarum dicat, quod vt maxime in præsens eius generis fundos non habeant vel ipsi vel eorum successores habituri sint, super hoc, inquam, dubio, Arresto Parisiensi 14. Iunii 1548. iudicatum fuit aduersus incolas Tonnarienses, omnes ad collationem teneri. Desumptum ex domino Lucio. Eaque est notabilis doctrina Bartol. in *L. prouidendum est. C. de Decurio. lib.* 10. & Mauri. in *L. 1. C. quo loco mul. mun. sub fol. p.* 89. *&* 190. Eamq; in rem est textus expressus, si bene intelligatur *in L. ad portus C. de operib. public.*

V.

Incolæ pagorū vrbi immunes ad instaurationem fossarum, at non etiam murorum [illegible] illustrantur.

Arresto Parisiensi anno 1388. inter incolas Vernonenses petitores collationis ad instaurationem murorum & fossarum ciuitatis Vernonensis ab vna parte, & rusticanos seu incolas pagorum suburbicariorum seu vrbi finitimorū, & viciniorum defensores & intercedentes prædictæ collationi ab altera parte, dictum fuit non obstante contraria defensione, defensores rusticanos ratione murorum immunes esse, ratione vero fossarum petitores circa probationem laborare oportere. (Hoc Arrestum & tria sequētia desumta sunt ex Ioanne Gallo *quæst.* 131. 157. 254. *&* 238. Choppi. *ad Consuet. Andegauenses lib.* 1. *cap.* 47. *n.* 6. *in fin.* simile Arrestum proxime sequenti laudat.)

VI.

Idem.

Incolæ Lagniacenses supra Matronam ad munitionem Ciuitatis suæ cuiusdam pecuniæ adscriptionem fecere, & ad eandem extra vrbanos seu extra ciuitatem habitantes deuocauere, ex quadam consuetudine eius faciendi ab ipsis vsurpata, seu continuata: Arresto Parisiensi dictum fuit, extrauibanos ad hanc collationem nō teneri, iuxta opinionē Iacobi Rebuffi in *L. restaurationi mœnium. Cod. de Diuers. præd. vrb. & rust. lib.* X.

Simile

VIII.

Idem.

Simile Arrestum deinceps datum fuit in Parlamento Parisiensi anno 1391. aduersus dominu Cordonium pro incolis Castellaniæ prædictæ luci super instauratione fortalitiu prædictæ dominæ.

VIII.

Suburbia tributis obnoxia.

Arresto Parisiensi anno 1394. dictum fuit aduersus suburbanos, id est, incolas suburbii Ebroicensis, eos ad instaurationes munitionum Ciuitatis & stipendium Capitanei conferre oportere.

Nemo à munitionibus immunis est quocunque priuilegio sit munitus. Iudicatum ita aduersus quendam Regis domesticum iuxta *L. ad instructiones C. de Epis. & Cler. & de immunit. nem. conced.* 20. April. 1572. V. *Oratio.* 17. *domini aduocati Regis Brettiu* I. C.

IX.

Indictio pro collecta & interventu non domini, absque regio diplomate illicita.

15. April. 1550. dictum fuit Arresto non licere incolis Ciuitatis ad alium Dominum spectantis quã Regem, siue Princeps sanguinis Regii sit, siue alius, collectionẽ facere inter ipsos titulo tributi siue subsidii ad collationẽ impensarum felicis introitus prędicti ipsius domini absque regio diplomate. Dom. Gillotius perorabat pro priuatis quibusdam, qui à delegatione Iudicis ad exigendum prædictũ subsidium à prædictis priuatis appellauerant. Dominus Aduocatus Marillacus pro domino Procuratore Catholico perorabat, & à Curia petiit appellantem sese admitti, id quod Arresto factum fuit dictumque male decretum fuisse, male processum ab incolis in prædicta collecta & prædictum appellantem in expensas condemnauit per *L. ordinis ambitiosa decreta. C. de Decurio. lib.* 10.

X.

Vxor loco domicilii mariti sui adscribi debet.

Subsidia præstantur in loco domicilii & non in locis, in quibus bona sunt sita, vt tenet *Bartol. in L. 1. C. de mulie. & in quo loco mun.* sub ratione tamen habita patrimonii alibi siti *L. 1. C. de mun. patr. lib.* 10. atque ita mulier loco domicilii mariti sui adscribi debet, non in suo, etiam pro bonis paraphernalibus *dicta L. 1. de mulier & in quo loco.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano. 24. Maii. 1461.

Qui plura domicilia habet in loco, quo præcipua ipsius sedes est, tributum soluere debet,

Nisi maritos & ipsa reperiantur in loco primi ipsius domicilii nulla significatione aperta facta. Ita iudicatum 23. April. 1574. Auberto perorante. Alias, etiam si duobus locis instructam domum quis habeat, tamen si in vno loco in quo præcipua ipsius sedes est, soluat, id satis est, neque in altero exigi potest Arrestum Catholicorum aduerses incolas Beati Dionysii pro vidua Capitanei tormentis Loparæ bellicis præfecti. Edicto anni 1600. quod fectum est super forme tributorum expressus est art. 22. non esotum est eos, qui, ad euitandam tributorum solutionem domicilium mutant, in loco antiqui domicilii exigendos tamdiu vsque quo anni & diei spacio commorati sint in loco in quo commorandi animum sese habere publice testati sunt. V. prædictum Edictum excusum *Codice Henricano lib.* 11. *titulo* 25. V. *oration.* 17. *Domini Brettii.* I. C.

XI.

Ecclesiastici sine consensu Papæ subsidiorũ exactione onerari nequeunt.

Rex diplomate ciuibus vrbis Ambianensis indulserat, vt imponerent & adscriberent singulis vini modiis in vrbẽ delatis summã sexaginta solidorum, qui in reparationem prædictæ vrbis impenderentur: Qui inter hos ciues erant Laici à domino Cancellario petiere, vt quoniam Ecclesiastici hac impositione expresse adscribi non possent, hoc ipsis concederet, vt prædicta adscriptione tacite comprehensi intelligerentur. Dominus Cancellarius hanc rem ad Curiam detulit ad sententiam eius super eo explorandam, & vero oratione Aduocati regii Rumpo, posteaquam is rem hanc vtrinque agitasset, Curia rogata fuit, sententiã suam super eo expromeret, id quod denegauit, allegans, euenire posse, vt super hac re lis oriretur, quę postea in Curia iudicanda esset: tandem à prædicto domino Cancellario rogata, id responsi dedit, non æquum esse, Ecclesiasticos nouis indictionibus onerari, non consulto Ecclesiæ capite: textus in *l. placet Cod. de SS. Eccles. & in cap. quanquam. de censib. lib. 6. & in cap. Clericis de immunitatib.*

Hoc refer Philippinam vel Bonifacianam Et notandum est, quod si Rex diploma indulgeat ad colligendam pecuniã specie cuiusdam mutui ab iis, quos visum fuerit, aut aliis similibus terminis, Ecclesiasticos eo non comprehendi nisi id expresse dictum fuerit propter vtilitatem publicam & in hoc caso speciali iuxta *c. ad hac. c. non minus ext. de immun. & L. ad instruendam. ff. de adm. tut.* Arrestum pro San Thomasianis Crespiensibus, & pro quodam Canonico Niuernensi 23. Iao. 1567.

XII.

Immunitas Præsidum & Cõsiliariorũ.

Præsides & Consiliarii supremarũ Curiarum pro Nobilibus habentur, ob eximiam Officii dignitatem Senatorum *L. Senatorum. L. nemo. & L. ius Senatorum. C. de Dignitat. lib. XII. & L. 1. & 2. C. de Comitib. Consist. eod. lib. VII. & L. 3. in fin. de Silentiar. eod. lib. L. fin. C. de Senator.* Eamque in rem extant complures constitutiones Regum Caroli VII, Ludouici XI. & Caroli VIII. atque ita immunes sunt ab omnibus subsidiis, tributis, pedagiis seu vectigalibus, sigillis, liberis feudis, nouis adquisitis, banno, subbanno, expresso Regis Caroli VIII. priuilegio quod publicatum anno 1487. Et quod magis est, ipsorum viduæ ac liberi durante tempore viduitatis & minoris ætatis respectiue prædicto priuilegio fruuntur? Quod firmatũ à defuncto Rege Francisco. anno 1521. Huius occasione in Parlamento Gratianopolitano dubitatum fuit, vtrum dominus Franciscus Purtatius qui officium suum Præsidis in prædicta Curia à se abdicauerat, prædictis priuilegiis adhuc frui deberet? Et vero Arresto dictum fuit eum hisce fruiturum, per *L. eam Legem. C. de excus. man. lib.* 10. Et ita id refert Pap. *quæst.* 376. & 377. Domin⁹ Præses Boetius prædicta priuilegia & Edicta memorat in suis decisionibus *quæst.* 146. *part.* 2. *sub. fin. ibi, vel nisi essent Præsidẽtes & Consiliarij. num.* 1.

Præses, qui officium suum e se abdicauit, nihilominus priuilegio suo immunitatis frui debet.

Simile Arrestum pro præside Bongeoio Parlamento Britanniæ 22. Martii. 1563. Idemque de iis qui in commentarios domus Regis & Reginæ relati sunt, vt videlicet immunes sint: interdictumque fuit vltima Decembris 1563. publicanis, ne adscriberent vel describerent eos, qui in commentarios & breues, ad Regesta seu acta Curiæ delatos relati sunt, & sufficit hac parte, susceptoris securitas seu breue, quomodo quis in commentarios relatus sit. Vide Arrestũ quoddam Curiæ Subsidiorum, quod datum Turonis mense Iulio 1593. quo videlicet Consiliarius quidam Curiæ Parlamenti Britãnici declaratus fuit immunis ab adscriptione contra ipsum facta pro solatione militiæ & præsidiorum, vice versa suppositus descriptioni pro munitione Ciuitatis Chinonẽsis, in qua commorabatur Dominus Brettius *in perorat.* [illegible] *supra titulum de Nobilitate.* & Bacquetum *in tractatu suo, de iure Nobilitatis cap.* 19. Coppinum *lib.* 1. *de legibus Andium* I. C.

De Immunitate eorum qui in commentarios domus Regis relati sunt.

XIII.

Immunitas Curiæ Parlamenti.

Consiliarii Parlamenti, Magistri, Adiutæ ratiociniorum, Secretarii item & Notarii Regis officia sua actu exercentes, immunes sunt à gabellis & vectigalibus rerum ipsis propriarum nomine pro vectura videlicet siue aque siue terra, quæque ad instructionẽ domus seu familię ipsorum pertinent: Et ita declaratum fuit Arresto 20. Septembr. 1542.

Quinimo immunes sunt, à militibus seu militum metatis. Edicto anni 61. pariter vt Curiones residentes Edicto anni 6, . 29. Nouemb.

XIV.

Cognitio contionis

Cum de indictione excubiarum stipendii peditatus, operarum, equorum ad tormenta bellica subue-

farum so per iudi-ctionibus oiterum.

henda annonæ & cæteris militaribus instructionibus controuersiæ oriuntur, ex coram Balliuis & Seneschallis agitari debent, at non etiam coram Selectis: prout compluribus Arrestis iudicatum fuit.

Nihilominus quoniam ad stipendium militare pertinet, Catholicani de eo cognoscunt ex Edicto. Idem si alienata a Rege Domanio suo sub-pabliceni fior, qui litigeat neque Regis interesse vertatur. Et vero indicato fuit Arresto aduersus Selector Lugdunenses cognitionem de rescissione vel obseruatione locationum inter priuatos, quando de iuribus Regis non quæritur, sed de Domanio coram iudice ordinario agitari oportere. 27. Iunii 1564. B. Hoc Arrestum 14. vt & superior annotatio non concordant Edictis & Constitutionibus emissis super Iurisdictione Selectorum, ac nominatim Edicta & declaratione Henrici Magni 28 Decembris 1594. Cuius verba hic proponam, vt intelligatur, quænam sit potestas & Iurisdictio prædictorum Selectorum ac nominatim Selectorum Primiceriorum. Speciales enim electi de aliis rebus cognoscunt, quã de actionibus intentatis pro solutione subsidiorum & tributorum publicanti prædictorum subsidiorũ vel exactori prædictorum tributorum facienda.

[Interpretantes Edicta & Constitutiones antea emissas in fauorem Selectorum declaramus, volumus, nobisque placet, vt plenę & antiquæ Iurisdictionis suæ authoritati, potestati & officiorum suorum exercitio restituantur. puta in adscriptionibus & peræquationibus faciendis subsidiorum, tributorum aliarumque pecuniarum exactarum & exigendarũ facta per singulos adscriptione in Ciuitatibus & Suburbiis huius Regni, munitorũ priuilegiatorũ & non priuilegiatorũ, stipendii quinquaginta millium peditum, subuentionum, donorum, compensationum, adsignationum, pecuniarum, commeatuum, indultorum, Decimarum, omnisque generis collationũ siue ordinariarũ siue extraordinariarum, quæ fient vigore delegationum nostrarum, quacunque tandem ex causa & occasione, pariter in negotio, inspectione & tutela aggerum, pontium, portuum, accessuum, itinerum, deque omnibus vectigalibus decretis & destinatis ad superiorem instaurationem & tutelam, & notionem habebũt litium & cõtrouersiarum in omnibus causis ciuilibus & criminalibus, circumstantiis & sequelis prædictorum in prima instantia, deque omnibus subsidiis quę exiguntur ex vino, animalibus, mercibus cæterisque importatis, impositionibus & adscriptionibus, æquiualentibus, auersione, octauis mensurarũ liquidorũ diminutione, Ciuitatum ingressu, adscriptionibus frumenti, ligni, materiæ, pannorum, pedis vt vocant fissi & pedis rotandi, quæque piscibus impositæ, aliisque rebus quibuscunque instructionibus, mansionibus, exactionibus equorum, seu animalium subuehendi tormentis bellicis & operis, & generaliter de omnibus subsidiis & inductionibus quacunque de causa impositis vel imponẽdis, quas ipsis, quatenus opus videbitur, de nouo eis adtribuimus, simul etiam cognitionem super pecuniis quæ exiguntur vel etiam imposterum exigentur pro mœnibus Ciuitatum, Burgorum seu oppidorum, vicorum munitionibus, ac præterea de decimis communibus indultis Ciuitatibus & communitatibus priuilegiatis, & non priuilegiatis, cæterisque omnibus decimis & subsidiis, quæ imposterum exigentur pro ipsarum tuitione & tutela: Eamque cognitionẽ & vindicationem prædictorũ omnium & præfatis Edictis comprehensorum, circumstantiarũ & sequelarum interdictum & prohibitum volumus cæteris omnibus iudicib. cuiuscunq; status & conditionis sint, iisque interdicimus, ne eas sibi vindicasse, ne his immiscuisse se quacunque tandem ratione velint, vt maxime diplomata super eo his iam antea indulta fuerint, vel etiam postea indulgebuntur & expedientur per obreptionem vel aliter, sub pœna falsi & nullitatis processuum & actorum omniũ, aliisque pœnis quæ prædictis Edictis comprehenduntur. Quapropter præfatis Iudicibus mandamus, vt in cuiuscunque generis diplomata quæ ad ipsos dirigentur, vna cũ processu & gestis quæ prædicta contingunt ad Præsides Locumtenentes & Selectos cuiusque districtus & Iurisdictionis remittant, sub pœna nullitatis iteratis &c. & reuocatis in quãtum opus erit, omnibus aliis Edictis &c. Et ne imposterũ præsentibus contrauenieturi, neque subditi nostri amplius de cætero per varias iurisdictiones prædictorum ratione vexentur, agitentur, inhibuimus & inhibemus partibus, ne alibi quam coram prædictis Præsidibus Locum-tenentibus & Selectis sibi consuluisse velint. itemque Aduocatis & Procuratoribus ne stetisse, vel postulasse ratione ipsorum: & officialibus, ne partes citasse velint ad alios Iudices, sub pœnæ mulctæ arbitrariæ mandamus Procuratoribus nostris quarumcunque Iurisdictionum, vt executioni præsentium institisse velint, & prædictas causas remitti curent ad prædictos Selectos &c.]

Nota hæc geminata verba in Edicto, *Circumstantia & Sequela*. quæ sane tanti momenti sunt, vt Arrestis tam Curiæ Parlamenti, quam maioris Consilii anno 1607. quorum vnum datum in causa quadam per appellationem delata a Balliui Autissiodorensi vel ipsius Locum-tenente, qui se iudicem cõpetentem declarauerat ad cognoscendum super dilationa postulata aduersus executoriales expensarum emissas a Selectis Tonoarientibus, quo scilicet dictũ fuit, male decretum fuisse, & partes ad Selectos remissæ fuerunt, a quibus executoriales processerant, & quidem cum expensis: Alterum vero Arrestum datum in actione quadam iniuriarum prolatarum aduersus aliquem, qui ante triennium tributa exagerat & cui priuatus quidã loci illius breuium tributarum falsificationem obiecerat, quæ quidem iniuriæ in plateorum prolatæ fuerant. Igitur cum appellatum fuisset à Sententia Selectorum Tonoariensium, qui sese competẽtes Iudices dixerant aduersus id quod iniuriatum reus postulabat sese remitti ad iudicem suum ordinarium, eique dominus loci adhærebat enim sibi vindicans, dictum fuit Arresto prædicti Maioris Consilii, bene decretum fuisse, partesque ad prædictos Selectos remissæ fuerunt ad procedendum in Instantia priuato defensore sine reo & prædicto loci domino in expẽsas condemnatis. Antequam in prædictũ Maiore Consilio sibi prædicti consulerent: domini Triumuiri Regii in Curia Parlamenti, quam appellatores primum adierant, definierant, bene iudicatum à prædictis Selectis. v. *collationem Constitutionum, vbi alia præterea Arresta referuntur ad hæc eadẽ verba. Circumstantia & Sequela.*

XV.

Ecclesiastici ad præsidium militare & instructionem annonariam Ciuitatis in qua resident conferre tenẽtur, & ad id faciendum captis pignoribus seu bonis temporalibus cogi possunt. Et ita indicatum fuit Arresto prędictę Curię, puta. 28. die Maii 1369. inter Consiliarios Ciuitatis Lugdunensis ab vna parte, & Capitulum Ecclesiæ Ciuitatis ab altera parte: & deinceps altero Arresto. anno 1379. 10. Iunii inter Consules S. Flori in Aruernia ab vna parte, & Episcopum & clerum ab altera. Textus est in *L. fin. C. De quib. mun. non lic. se excusare lib.* 10.

Ecclesiastici ad instructionem præsidiorum & ad impensas militares conferre tenentur.

Hæc ipsa quæstio tractata fuit in Curia subsidiorum Turonum translata, inter capitulum Ecclesiæ S. Aniani in Bituricensi, quod appellauerat ab eo quod adscriptione facta pro tuitione Ciuitatũ Bituricensis prouinciæ, quæ Regis partiũ erant, comprehensum fuisset. Et perpetuo definitum fuit, vt maxima Ecclesiasticis propter dignitatem ordinis ipsorum tum diuinæ tum humanæ leges sanciant, atque ab omnibus collationibus & tributis ordinariis immunes sint, ab extraordinariis tamen immunes eos non esse: cuiusmodi sunt munitiones & vallationes Ciuitatum, præsidiariorum belli tempore exhibitio: necessitate videlicet vrgente immunitatem Ecclesiasticorum cessare faciente. Et ita indicatum fuit aduersus prædictum Capitulum S. Aniani, Arresto mense Ianuar. 1593. pariter vt antea indicatum fuerat aduersus clerum Lugdunensem 18. Maii. 1361. V. doctissimã & disertissimam orationẽ *domini Bretin*. super qua emanauit prædictum Arrestum anni 1593. v. Guid Papæ *Quæst.* 79. 85. 303 & 381 *& Consilium* 32.

Idem dominus Brettius *Oratione sua* 16. refert iudicatum fuisse Arresto eiusdẽ Curiæ subsidiorum Parisiis subsistentis mense April. 1595. aduersus clerum Trecensem, qui depulsus fuit ab oppositione seu intercessione sua facta aduersus adscriptionem collationis impensarum factarum ab incolis prædictæ ciuitatis Trecensis cum Rex Henricus Quartus eam primum solenniter ingrederetur ann. 1595. decretũque fuit Ecclesiasticos cogendos captis pignoribus seu bonis temporalibus ipsorum ad soluendam descriptionem, cui adscripti fuerãt pro prædictis impensis prædicti ingressus. I. C.

Ecclesiastici collationi impensarum in honorẽ introitus Regum in ciuitates ingredientiũ obnoxii sunt.

XVI.

Hoc ipsum iudicatum fuit aduersus Episcopum & capitulum Matisconense, qui vna cum Prouincia Matisconẽsi comprehensi sunt fœdere, quod initum cũ Atrebatẽsibus: & præter superius dictum fuit eos vna cum Laicis ad instaurationem pontium & itinerum, conferre oportere, & ad id faciendum captis pignoribus seu bonis temporalibus ipsorum cogendos. De cætero quod ad collationem attinet

Ecclesiastici ad instaurationem pontium: itinerum & politię conferre tenentur.

Regi

Regi ablatam & indultam iuxta primum decretum à tribus ordinibus prædictæ Prouinciæ factum, pro supprimendo videlicet tabellionatu nouiter creato, & ad quam prædictus Episcopus & Capitulum conferre renuebant, Curia rem ampliauit 2. Martii 1552. Pro primo articulo expressa est dispositio *l. ad instructiones itinerum pontiumque. C. de sacros. Eccles. & l. absit. de prædil. August. lib. 10.* I.C.

XVII.

Idem.

In lite quadam inter ciues Laicos Laodunenses ab vna parte, & Ecclesiasticos ab altera, super collatione ad instaurationes & tutelam publicarum commoditatum, dictum fuit Arresto 29. Iulii 1404. prædictos Ecclesiasticos prouisionaliter conferre oportere, *per l. iubemus nullum. C. de sacros. Eccles.*

Vide *lib. 1. tit. 5. Arrest.* 20.

XVIII.

Idem.

Postea 19. Decembr. 1405. principale Iudicatum fuit, atque ita Arresto definitiuo dictum & declaratum, prædictos Ecclesiasticos conferre oportere ad salarium & stipendia prædictæ ciuitatis Officiariorum sequentium, puta Præfecti irenarcharum, Præfecti item Vigilum tam intra quam extra ciuitatem, portæ custodis, itemque eorum, quibus fontium & latrinarum & incendiorum cura commissa erit. Quantum vero ad eos, quibus horologii & pontium cura commissa erat, absoluti atq; immunes declarati fuerunt.

XIX.

Casus, quibus Ecclesiam cõferre oportet.

Arresto 7. Octobris anno 1550. quo maiores dies Molini habiti fuerunt, Ecclesiastici Ciuitatis Bituricensis declarati fuerunt, cõferre oportere ad instaurationem murorum ciuitatis, pontium, stratarum & viarum publicarum, hospitalis, domus destinatæ iis, qui peste sunt attacti, ad salarium Doctorum regentium, & conseruationẽ Vniuersitatis Bituricensis, viceuersa immunes declarati fuerunt à salariis Præfecti Irenarcharum, & eius Officialium, à politia & publicis horologiis, cæterisque superius non expressis, per *l. maximarum. C. de excusat. muner. lib.* 10.

XX.

Quando Clerici immunes sint.

Clerici simplicis tonsuræ studentes in Grammatica, vt aiunt, id est, in humanioribus literis, vel in Iure aut Theologia clericaliter viuere censentur, atque ideo ad tributa & subsidia deuocari non possunt, *l. 2. C. de Episcop. & Cleric. l. 2. C. qui aetat. & profess. se excus. lib. 10. & cap. vnic. de Cleric. coniug. in 6. ibi, ic literis. & Baldus in l. Presbyteri. C. de Episcop. & Cleric.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod datum 4. Iulii 1455. itemque altero Arresto, etiam quoad bona rustica ipsis quæsita, vel ad eos deuoluta, quod datum ibidem 28. Ianuarii 1460. Constitutio Regis Philippi Pulchri vltima Nouembr. 1247. vult omnes Clericos non coniugatos clericaliter viuentes à tributis immunes esse.

Actu studentes, ait Constitutio Aurelianensis *art.* 127.

XXI.

Priuilegiati indictionibus ratione prædiorum fuorũ rusticorũ onerari nõ debuat.

Ii, qui Nobilitatis priuilegio censentur (id est, qui nobilium numero sunt) vel presbyterali ordine ad tributa deuocari non possunt, aduersus ipsorum priuilegium, sub specie eius, quod propriis manibus in propriis ipsorum possessionibus operentur, vt ait Speculator *in titulo de Clericis coniugatis, §. 1. vers. verumtamen non prohibeo.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod datum anno 1457. Sed nec adscribi possunt, fundorum rusticorum nomine, quæ adquisierunt, *quia mutatione personæ mutatur conditio*

rei, vt dicit Bartolus *in l. Paulus respondit per Procuratorem. ff. de acquirend. hared.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 28. Ian. 1460. Attamen si negotientur, vel etiam publicum conduxerint, priuilegio suo se tueri non possunt, vt maxime nobilis eques esset, aut filius nobilis: Eamque in rem aduersus Presbyterum est textus *in cap. fin. de vita & honestat. Clericor.* & aduersus nobilem *in l. 3. §. 1. ff. de muner. & honor. & in l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. iuncta l. miles. C. locati.* Et aduersus vtrosque extat Arrestum Gratianopolitanum vltima April. 1461. Constitutio defuncti Regis Francisci, quæ publicata anno 1440. in eam rem expressa est. Idem fuerit, si prædicti priuilegiati officium Notarii exercerent, *per l. vniuersos. C. de Decur. lib. 10. cum Gloss. Notariatus enim vilis est, & per seruum publicum expeditur, l. impuberum. C. de adopt. facit l. 2. C de Tabular. lib.* 10.

Nobiles aut Presbyteri negotiantes.

Notariat' vilis est.

Consuetudo Trecensis *artic.* 16. permitti Nobilibus mercaturam exercere, & ignobilium more viuere: id quod de secundogenitis intelligendum est, vsque quo in Repub. versari possint. Cæterum prohibitio negotiandi Nobilibus facta, est de Negotiatione quam vocant, artificiali, veluti si quis emat, vendat, at non etiam de naturali, veluti si quis vetuncula, i. domi sibique nata vendat aut mutet. B.

Paponius finem Arresti sui desumsit ex Guid. Pap. *qu.* 90. & 292. Adde *Oldrat. cons.* 75. & Aym Crauet. *cons.* 161. & *cõsuetudinem Aurelianensem artic.* 110. 128. 129. Et nota, quod qui allegat Nobilitatem aut aliud priuilegium pro immunitate tributorum, id facere debent coram Selectis Primiceriis, dictumque fuit Arresto 20. Aprilis apud Catholicianos male & incompetenter iudicatum, eo quod processum fuisset coram Selecto delegato seu speciali. *v. Do. Brett. Orat.* 11. I.C.

XXII.

Aduocatus priuilegio nobilitatis & generis sui frui non desinit.

Nobilis vir Annas Terrerius dominus de Chappea, quoniam nobili stirpe erat ciuis Parisiensis & insignis primique nominis Aduocatus in Parlamento prædicti loci sententia Libellariorum, quæ postea confirmata fuit Arresto 1. die 1545. immunis à tributo vini vernaculi, quod per flumen Sequanam Lutetiam subuehi curabat, declaratus fuit, aduersus dominum Longolium Præsidem Inquisitionum eiusq; consortes, qui publicanorum suorum causam tuebantur, qui condemnati fuerunt ad restitutionem eius quod à vectuariis prædicti domini de Chappes exegerant, ac præterea in expensas & multam. Desumptum ex Dn. *Lucio lib. 5. tit. 1.* In hac lite tantũ abest. officium aduocati nobilitati prædicti domini de Chappes præiudicaret, vt contra ex iuris dispositione ei potius aliquid adderet ad huiusmodi præstationum immunitatem *l. sancimus. & l. Aduocat. C. de Aduoc. diuers. iudic.*

Extat Arrestum notabile pro Domino Ioanne de Villo Procuratore regio Prouini 1562. quo gente eius & genere nobili adprobatis non obstante togata militia immunis declaratus fuit: & postea quoque mense Octobr. 1579. Idem iudicatum in Consistorio Regis Francisci, 1544. inter ciues Rhedonenses & Aduocatos. Aduocatus etsi titulum Nobilis gerat non ideo tamen priuilegiatus est ratione fori vectigalis: & vero non attenta hac nobilitate causa domini N. Gudomi remissa fuit à Prædicto Parisiensi ad Iudicem de Tu. 17. Febr. 1564. B Hoc intelligendum est de Aduocatis supremarum Curiarum, at non etiam de Aduocatis inferiorũ subselliorum, qui statum nobilitatis non retinent, prout iudicatum fuit.

Officium Aduocati præiudicaret] Choppinus *3. de priuileg. rustic. parte 3. cap. 1.* de eo Arrestum laudat maioris Consilii, quod datum pro Redonensibus in Britannia. 4 Martii 1457. *supra titulo de Nobilitate.*

XXIII.

Priuilegiato propter bona sua rustica tributis non adscribun-tur.

Nobili stirpe natus aut Presbyter bona seu prædia rustica adquirentes non ideo ad tributa vocantur, & quamuis ad hoc huiusmodi bona nobilia censentur, quandiu à priuilegiatis tenebuntur. Ita tenet Boerius *quæst. 146. n. 4. in fin.* Quidẽ aliud du-

bium huic subiicit, vtrum videlicet Iudices Regii, qui a Rege salarium accipiunt, subsidia præstare debeant: Pro vtroque laudat Constitutionem Regiam, quam proponit *Ansr. in tit. de taill. & exactio.* nempe pro primo *articulum duodecimum*, & pro postremo *secundum articulum*: & addit Arresto Burdegalensi quod datum 13. die Maii 1534. ita iudicatum fuisse pro Domino Petro Laueignio Locum tenente generali Vasatensi aduersus Syndicum Salnationis & quantum ad posteriorem articulum ad immunitatem inquam iudicum & officiariorum, qui pertinent ad districtum Parlamentorum tam consuetudine quam iure contrarium obseruatur, omnisque generis subsidia præstant: vt per *glos. & Ang. in l. Allorei. C. de exact. tribut. lib. 10.* facit *l. vniuersi. de legatio. lib. eodem.* Guid. Pap. q. 378. post propositas aliquot pro ipsorum immunitate rationes, tandem concludit, generalem esse cõsuetudinem, vt ad solutionem teneantur non aliter, quam cæteri.

Iudices Præsidiales tributum soluunt.

XXIV

Presbyteri negotiantes quãdo tributis obnoxii sint.

Defunctus Rex Franciscus, huius nominis Primus Constitutione sua, quæ data Aumaliæ, mense April. 1540. & publicata Parisiis mense Septembri eiusdẽ anni vult, nobili stirpe prosatos censuum aut vectigalium redemptores seu publicanos ad tributa deuocari, non habita priuilegii ipsorum & dignitatis ratione. Quantum vero ad Ecclesiasticos pertinet, idem Rex voluit eadem constitutione, publice proclamandum & publicandum, ne de cætero priuilegio suo abuterentur, & si post publicationem factam in culpa aliqua deprehendantur, aduersus eos, vt par est, procedi oportere: Et vero iuxta hanc rationem anno 1277. Arresto Parisiensi dictum fuit, Episcopum Tholosanum rogari oportere, vt trina denunciatione omnes Presbyteri & Clerici admoneantur, ne negotientur aut mercaturam exerceant, neve se vilibus negotiis & secularibus implicent, alioquin significatum ipsi seu denũciatum, ne contrauenientes ab oneribus, subsidiis aliisque rebus secularibus de cætero amplius immunes tuerentur. Quod sane Arrestum & sanctum & singulare fuit, si modo obseruaretur: & est conformis iuris communis dispositioni, iuxta ea quæ dicit Innoc. *in cap. Ioannes, vbi gl. de cons. ag.* & Card. *in Clem. 3 de vita & honest. cleric.*

V. Constit. Aurel. *articul.* 129.

XXV

Fœmina nobili stirpe, ignobili nupta, viduitatis obtentu nobilitatem amissam repetere non potest.

Si ignobilis tributis soluendis obnoxius vxorem nobili stirpe ducat, paterna dignitate & nobilitate mulier excidit, *l. fœmina.* à contrario sensu, *ibi, parentes vero. ff. de Senatoribus.* Quin & postea si ex hoc matrimonio vidua maneat, amissam prædictam nobilitatem viduitatis obtentu relegere seu repetere non potest, *l. filii. §. vidua. ff. ad municipal.* In viduitate quippe sua eundem statum retinet, quem tempore prædicti matrimonii habebat, quod adhuc durare videtur, *§. soluto. in Auth. de nuptiis.* ac proinde tributis obnoxia est. Atque ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano pro Consulibus prædicti loci aduersus Mariam Cisteroniã viduam defuncti Stephani Nigri, hominis plebeii in prædicto loco habitantis, vigilia Natalis Domini anno 1459.

XXVI.

Fœmina vidua plebeii cuiusdam, si cũ nobili matrimoniũ repetat, nobilitatem suã religet.

Si vidua, quæ matrimonio cum plebeio contracto nobilitate sua excidit, cum nobili matrimonium repetat, amissam dignitatem recuperat, & nobilitate sua frui debet, atque adeo à tributis immunis est. Ita ait Bartol. *l. 1. Cod. de dignitat. lib. 10. in repetitione*: & ad hanc rem textus est *in l. mulieres. eodem titul.* à contrario sensu. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano mense Aprili 1491. pro Nobili fœmina Felicia Regnalda. Notandum tamen est, iacturam nobilitatis factam per matrimonium cum ignobili contractum, non eam vim habere, vt ad recuperandam amissam nobilitatem iisdem solemnibus opus sit, quibus opus esset in adquirenda primum nobilitate. Nam vt res ad eum modum amissæ facile ad pristinum statum suum reduci, restitui possunt: ita pariter prædictæ fœminæ, quæ nobilitatis suæ iacturam matrimonio fecit, facilis via esse debet & parata, ad eam repetendam & recuperandam: non equidem durante matrimonio, id enim fieri non potest, nisi ipsius maritus omnibus solemnibus requisitus in Camera Ratiociniorum nobilitetur. Verum tempore viduitatis suæ & post mortem mariti sui ignobilis diploma Regium ex maiore Cancellaria ex motu Principis impetrare potest, vt nobilitati suæ restituatur, nullis aliis solemnibus requisitis, quam vt sese coram Selectis sistat, & priuilegio nobilitatis vtatur in solutione tributorum, neque in Camera Ratiociniorum id approbandum est iuxta regulam iuris, quæ in huiusmodi casibus de more obtinẽt, quæque desumpta est ex *primo cap. de pactis. lib. 6.* puta ad rem quamcunque reducendam ad primam naturam suam, nullis iuris solemnibus, quæ alioquin requiruntur, opus esse. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in Curia Catholicianorum super appellatione quadam Sangermanẽsium Lanalti in Forosegusiensi ab vna parte, & viduam defuncti Antonii Fabri, mercatoris Ceteriæ nobili stirpe oriundæ. Et hoc ipsum tamen liberis, quos ex defuncto suo marito suscepit, nequicquam prodest. Hi quippe patris conditionem sequi debent, *l. cum legitimæ. ff. de statu homin.*

XXVII.

Fœmina plebeia nobili stirpe ortio nupta nobilitatur.

Si mulier plebeia nobili stirpe orto nubat, ipsa nobilitatur, *l. fin. C. de incol. lib. 10. & l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12.* Quinimo vidua neque plebeio sese matrimonio coniungens, nobilitatis priuilegio perfrui debet, & mariti dignitatem retinet, neque tributis adscribi debet *l. cum te. C. de nuptiis.* dummodo tamen & ipsa caste & honeste viuat: *l. qui adulterium. in fine. C. de adulter.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano mense Aprili 1461. pro vidua Ioannis Marolii.

XXVIII.

Quæ feuda tributis eximant.

Ignobiles feuda nobilia tenentes ab eo, cui tributũ debetur, ad tributa deuocari non possunt propter prædicta feuda, scilicet tribus concurrentibus: Primum est, vt tale feudum sit, in quo iustitia & subditi sint. Secundum, vt prædicti ignobiles eu inuestiti fuerint, atque in fidem & hominium à Principe admissi. Hoc facto quippe priuilegium eis quæritur. Tertium est, vt nobiliter viuant. His concurrentibus ratione istius feudi tributis adscribi non debent, vt dicit Andr. de Isern. *in lib. 10. feudor. tit. de cap. qui Curiam vendidit circa princip. ibi, propter dignitatem.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mense Aprili 1461.

Vide *annotat. ad Arrestum sequens.*

XXIX.

Feuda, quæ tributis non eximant.

Ignobiles feuda nobilia tenentes citra iurisdictionem, & citra ius Castellaniæ & subditos, verum quæ in redditu tantum, Domanio & similibus consistunt, à tributis & subsidiis immunes non sunt. not. *in l. semper. §. Diuus. ff. de iur. fisc.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1451.

Quæ his duobus *articul.* 28. & 29 continentur, non obseruan-

canosi, & quemadmodum feuda, siue iustitiam habeant, siue non habeant annexam, in Francia non nobilitant, ita neque possessores suos a tributis immunes præstant. *V. Constit. Blesensem*, & dominum Magistrum *in decisionibus suis*. I.C.

XXX.

Procuratores viles sunt, & nõ immunes.

Procuratores pragmatici, siue in Curiis supremis, siue aliis nobilitate sua ad eximendam tributorum solutionem sese tueri non possunt, verum ea præstare coguntur. Huiusmodi quippe officium vile est, nota in *l. si quis procuratorem, C. de decur. lib. 10.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano aduersus Bertrãdum Cicerinum & Vincentium Baccalaureum Procuratores, eosdemque nobili stirpe ortos.

XXXI.

Notarii & Apparitores apparitensis immunitatis consuetudine exclusi.

Cum Notarii & Officiales seu Apparitores Aurelianenses ad instaurationem murorum ciuitatis adscripti fuissent, atque iure immunitatis sese tuerentur, quo tempore immemoriali fruitos sese dicebãt, dictum ipsis fuit, huiusmodi res consuetudine non soluendi præscribi non posse. Huiusmodi quippe consuetudo improbatur, vtpote Reipublicæ aduersa. *l. viam. ff. de via publica & itiner. public. reficiend. & in vsibus feudorum, de pace iuramen. firman. l. § alliciat. & per Baldum in titul. quæ sint Regal. numero 5.* Et iuxta id aduersus prędictos Notarios & Apparitores iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1385. quo declarati fuerunt non admissibiles ad allegandam & probandam prædictam præscriptionem.

Notarii & Secretarii Regis ex priuilegio Ludouici II. ab omni indictione immunes sunt.

XXXII.

Requisita, si peregrini ciuile ius ciuitatis ... frui velit.

Inter Arresta Parlamenti Sam-Martiniani anno 1382. iudicatum fuit, negotiatores vltramontanos Parisiis commorantes tributis obnoxios esse, & ad omnia subsidia conferre oportere, quæ ciuitati Parisiensi incumbere incipiunt, neque habitationis seu incolatus iure priuilegiis & immunitate prædictę ciuitatis frui posse, nisi matrimonium contraxerint & liberos susceperint, citra spem aut verisimilitudinem in patriam remeãdi: quinimo & hoc ipso casu, dummodo societatem cum extraneis non habeant contractam, neque in patria sua tributis adscripti sint. His proinde casibus prædictis priuilegiis frui debent. Ciuitas Lugdunensis quotidie aduersus hoc Arrestum committit, promiscue quippe omnes eos admittit, qui ius ciuitatis postulant, vt maxime prædictis non satisfaciat.

De iure ciuitatis extat Constitutio Regis Ioannis. Ciuis & Burgensis Parisiensis, Suppositi item & Officiarii vniuersales immunes sint à subsidiis & indictionibus ratione vernaculorum, & ad ipsorum vsum & præsidium cõparatorum. Nihilominus tamen id eos deprecari oportet, atque seorsim a tem eo nomine postulare: quo non facto res eorum pignori capiuntur: sic quidem, vt etsi priuilegium postea probetur, nulla expensarum ratio habeatur. Iudicatum 1. Martii 1563. Ciuis ciuitatis ius habens immunis est ab inferiore & subalterna iustitia, solaque & simplici adprobatione adquiritur citra alia acta iudicialia. Arrestum 22 Ianuar. 1578. perorante Choppino. B.

XXXIII.

In ratione exactionis cuiuscunque generis Subsidiorum Consuetudo obseruatur: & si ex prædicta Consuetudine nonnulli speciatim ab his immunes sunt facti, iniuria iis eo ipso fit, si ea ab his exigantur, *l. si publicanus § fin. D. de publican. & l. fin. C. eodem.* verum si mercatores Interamnates inter duo flumina nauigabilia Alerium & Ligerim negotiantes, neque à remotiore loco commeantes, neque vlterius pergentes, vsum immunitatis à vectigalibus intra prędictos fines prætendant, ad consuetudinem recurrere eamque sequi oportet. Nonnulli existimarunt, personas priuilegiatas vectigal quidem non præstare pro mercibus, quas siue aqua siue terra ad proprium vsum subuehi curant, *l. omnium. Cod. de vectigal. & commiss.* verum pro iis, quæ ad familiæ ipsorum vsum spectãt, soluere oportere, per *l. hoc legatum. ff. de legat. 3.* vbi Albericus de Rosate hanc sententiam sequitur. Et vero in his super simili dubio lis exorta est inter publicanos maioris consuetudinis Burdegalæ seu maiorum solennium, & Dom. Cardinalem Albertum, in qua id compertum fuit & definitum ex consuetudine nunquam discrimen factum, inter ea, quæ ad domini vsum pertinent, & ea, quæ familiæ necessaria sunt, quantum ad immunitatem subsidiorum: Iudicatumque fuit Arresto Burdegalensi secundum opinionem Baldi *in l. vsurpationem. C. de vectigal. & commiss.* Familiam prædicti domini Cardinalis penitus immunem esse, *decis. 213.*

Immunitas.

XXXIV.

Minores à tributis immunes sunt.

Dommicella Philippea Pourra hodie vxor domini Wilhelmi Chaucei, Selecti Forosegusiensis; & Domanii inspectoris minor ætate & sub administratiune & tutela domini Antonii Gauteni aui ipsius materni, & Gabrielæ matris ipsius filiæ prædicti Gauteni, cum breuibus tributi Regii S. Bonneti Castelli in Forosegusiensi adscripta fuisset, diploma Regium impetrauit, eo scilicet fine, vt diceretur & declararetur male adscripta fuisse, & inserta prædictis breuibus, atque adeo vt Consules prædicti Sancti Boneti tenerentur eam expungere de prædictis ipsorum breuibus, eamque immunem habere, quamdiu minor ætate esset. Hoc diploma incidenter productum fuit in appellatione quadam interposita à Selectis Forosegusiensibus, oblatumque à dominis Catholicianis subsidiorum Parisiis, quorum Arresto partibus plene auditis prædicta appellatio iudicata fuit prædictum diploma, quod approbatum fuit, & Consules prædicti Sancti Bonneti in expensas condemnati fuerunt. Prædictum Arrestum pronunciatum fuit 20. die Martii anno 1550. Lex quæ de huiuscemodi immunitate loquitur, non adeo generalis fuit, verum de pupillis pauperibus egit, quos ob facultatum & rerum, quibus compendium faciant, inopiã, æquum est immunes esse: exempli gratia, Artifex, faber, sartor, aurifaber, pictor, aut alius quis in arte sua excellens nonnisi operæ & manus suæ pretium habet: atque adeo quandiu superstes est, inops non est: at si moriatur, liberi ipsius alienæ misericordiæ seu eleemosynæ expositi sunt. In his igitur & similibus aliis æquitas nititur, ac nominatim cum incolæ huiusmodi oneribus sustinendis idonei sunt, viceuersa si pupillus locuples sit, incolæ autem huiusmodi immunitatum oneri sustinendo & subeundo impares sint, immunes esse non debent, expressus est textus *l. cum filios. ibi, à muneribus personalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adstringentur, si cunctis inopia non est. C. lib. 10. qui ætat. se excus.* Neque obstat, quod dici posset, hanc legem intelligendã de muneribus personalibus, quæ cum facultatib. & patrimonio nihil commune habent: Nam vt maxime onera magis patrimonialia quam personalia essent, ætas immunitatem præstare non debet: Textus est expressus *in l. neque tempore ætatũ, neque numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest.* & alter *in l. etiam minores ætate. C. de mun. patri. eod. lib.* Et sane non aliam immunitatem Lex ii præstitisse videtur, quam à publicis muneribus, veluti à Consulatu vel à susceptione & exactione tributorum: prout dicit Accursius *in gloss. 1. dict. l. etiam ibi, vt*

ea

ea sustineant & persoluant, non autem vt ea exigant & administrent. & allegat *l. ad Rempubl. ff. de minoribus.* Et super hoc notabile est, quod quanquam tributa personalia sint, nihilominus secundum patrimonium tenantur. Neque omittere possunt, post hoc Arrestum tantam inopibus subditis iniuriam factam, vt omnes pupillos & minores nullo discrimine immunes factos perspexerint: viceuersa incolas in quibusdam collectionibus coactos domosque locaque deserere, eo quod impares essent oneri adscriptionis, à qua minores, qui potissimam & optimam regionis tributariæ partem tenebant, immunes declarabantur. Qui in locis ipsis versantur, huius rei consequentiam vident, & quomodo tutores & curatores compareant, compendia maiora faciant, & minorum suorum patrimonia adaugeant, interea dum cæteri oneribus sustinendis sua imminuunt. Tertius ordo prouinciæ Forosegusiensis cum sese hoc onere premi videret propter molem tributorum & subsidiorum tam ordinariorum, quàm nouorum, ante biennium Regem adiit obtinendo alicui temperamento & peræquationi, quandoquidem huiusmodi oneribus sustinendis impar esset, puta soluendis tributis pupillorum & minorum locupletum & in re lauta positorum: quinimo ex contagione fitte peste præcipuos tributarios mortuos relictis pupillis, pro quibus inopes atque egeni tributa soluere cogerētur. Ad hanc querelam à Maiestate ipsius declarationem impetrarūt, directam ad dominos Curiales subsidiorum, ne videlicet de cætero huiuscemodi immunitatum rationem vllam haberent: id quod approbare noluerunt.

Vide 41. *Orat. D. Bretty*, ex cuius Arresto constat minorem quendam Montisbrisonii in Forosegusiensi immunem à tributis declaratum fuisse, infirmata sententia Selectorum prædicti loci, & determinatione facta Selectis prædicti loci, alusque, ne minores tributis deinceps adscripsisse velint.

XXXV.

Horrearii seu partiarii coloni vbi tributum debeant.

Præsupposito, quod ii, quos *Grangeros* vocamus, seu *Horrearios*, sint coloni partiarii, qui habentur ad culturam triennali quoquo tempore in dominio siui fundo, ea quo dominus dimidiam percipit, colonus vero alteram dimidiam sub onere sationis, culturæ, & aliorum rusticorum actuum, de quibus agit *Ias. cons. 153. versic. accedat. volum. 11.* quodam tempore visum fuit & creditum, eos, si à laribus suis seu certo fixoque domicilio tantummodo abessent triennio vel sexennio, eo reuertendi animo, eos, inquam, ibidem hærere & residere credi, & non etiam in colonia, quam tenent & colunt: atque ita non adscribendos censibus prædictæ coloniæ, quin potius in loco certi & fixi ipsorum domicilii, arg. *l. nihil. de captiu. & postlim. reuer. & l. qui in vtero sunt. de stat. hom. Paul. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. 1.* Nihilominus tamen, vt argueretur & indicaretur tributa penitus personalia esse, Arresto Catholicianorum Parisiensium, quod datum 13. Mart. 1553. inter incolas Suriaci Comitialis appellantes à Selectis ab vna parte, & Ioannem Piodonium horrearium siue colonum partiariū Philippi Bertrandi appellatum ab altera parte, dictum fuit, horrearium seu colonum partiarium recte adscriptum in loco Suriacensi, in quo erat colonia, eumq; in prædicto loco tributa illaturum, quandiu ibidem horrearius seu partiarius esset: & de cætero decretum fuit, eum expungendum breuibus de Veauchette, vbi larem suum habebat, quandiu abesset, & restituendos ei nummos, quos soluisset. Multi existimarunt, horrearios seu partiarios à tributis immunes esse, arg. *l. fin. C. qui tutor. dar. poss.*

Articulus 23. Edicti, *De modo tributorum*, vult eos adscribi in loco antiqui ipsorum domicilii, vsquequo anni & dici spatio hæserint in Parochia, in quam sese receperunt.

XXXV.

Bastardi nobili stirpe sati quomodo immunes sint.

Dominus Præses Boerius *a* defendit & scripsit, in Francia obseruari tam in Curiis Parlamenti, quam apud Catholicianos, vt bastardi seu naturales insignia vindicent, cum discrimine tamen aliquo *b*, nobilitatem item, priuilegia, immunitatem tributorum aliasque prærogatiuas: attamen dominus Imbertus *c* ait, sese vidisse bastardum quendam ex insigni quadam familia bene cōsultum, seu consilio mature capto, qui impetrauerit atque adprobari fecerit Rescriptum Regis *d* ad fruendum prædictis omnibus, & vt e:pax dignitatum & bonorum dici posset: quod vtique non fecisset, nisi aliquid dubii in eo reperisset.

a Decis. Burdegal. 127. Goid. Pap. *decis.* 580.

Differentia in [illegible]

b Cum trabe videlicet per obliquum a læue initio ducto ad dextram descendendo. Nam si trabs a recta ad sinistram inclinaret, tum id non naturalitatis signum esset, verum ortum familiæ a latere fœminarum, vt videre est in insignibus domus regiæ Borboniæ. Benedict. *in c. Raynutius.*

c Inanchiridio suo in verb. In vn Auost. 6.

d Quæstio valde agitata, vtrum bastardi nobili stirpe oriundorum sint nobiles? de qua Domin. Tiraquellus varias opiniones refert, *de Nobilitate, cap. 15.* Definita est Edicto generali *de modo tributorum, art. 26.* quo cautum, bastardos vt maxime patre nobili ortos nō posse sibi titulum aut qualitatem Nobilium vindicare, nisi rescriptum nobilitatis a Rege impetrauerint, idque fundatum super consideratione meritorum ipsorum aut patrum, & insuper approbatum, vbi par est. Communi prouerbio fertur: Principum bastardos nobiles esse: nobili vero stirpe oriundorum villanos esse, id est, plebeios & ignobiles. *Vide Orat. 35. domini Bretty, & tit. 3. lib. 21. infra Arrest. 1. I. C.*

XXXVII.

Susceptoribus tributorum [illegible] permissum capere ab omnibus [illegible] ad incarcerationem.

Susceptores tributorum in Forosegusiensi propter magnas difficultates exigendi à tributariis singulares seu peculiares adscriptiones cuiusque exactionis, & quatorum ad ipsos pertinet, exactioni generali satisfaciendi diploma à Rege impetrant expeditum in Cancellaria 25. Feb. 1555. quo prædictis Susceptoribus singulis in munere suo permissum fuit, vim & coactionē adhibere pro solutione prædictorum tributorū aduersus præcipuos & Summates locorum, vrbium & pagorum, quæ ad ipsorū exactionem pertinent, quæcunque ipsis indistincte visa fuerit, prorsus ita, vt aduersus peculiares collectores locorum & ipsorum fideiussores. Secundo eiusdem diplomatis capite permissum fuit, vim vsque ad incarcerationem quoque adhibere. Mandatumque Curiæ subsidiorum & Selectis Forosegusiensibus, vt id legi, publicari, & in Regesta referri curarent, quo caso id æquum, iustum, seu rationi congruum comperissent. Circa hoc examen mense Aprili insequente in ciuitate Montisbrisonii metropolis prædictæ Prouinciæ Forosegusiensis ad tubæ sonum publicarū fuit. Dominus Antonius Clepperius Procurator in præfectura Forosegusiēsi & regionis Syndicus comperta hac publicatione velut mali exempli ab ea appellat, & in Curia subsidiorum & Catholicianorum Lutetiæ appellationem persequitur, vbi partibus plene auditis, itemque Procuratore Catholico Regio, qui repræsentauit, impetrationem huius diplomatis rationi & iuris dispositioni aduersari, nempe, vt vnus tributariorum eiusdem Collectæ seu stationis indistincte pro omnibus cogi possit tributum soluere: cum in re tributaria nemo vnus pro altero teneatur: ac præterea incarcerationem sustineri non posse, quin aduersus formam esse introductam pro collectoribus tributorum, qui nō possunt: ipsisque interdictum est, ne tributarios ad solutionem per incarcerationem ipsorum cogant: verum bona tantum

tantum capere posse, non etiam personas. Atque ita prædictus Procurator Catholicus declarauit, nulla ratione publicationem & executionem prædicti diplomatis defendi posse, ac proinde sese ab eo appellare, postulauitque sese appellantem admitti vna cum incolis Forosegusiensibus, qui per prædictum Syndicum ipsorum ad appellandum admissi sunt. Prædicta Curia Subsidiorum Arresto suo & sententia sua definitiua data parente velo & causa perorata 29. Ianuarii 1566. prædictum Procuratorem Catholicum appellantem admisit & pro bene admisso habuit, iusque reddendo tam super ipsius, quam super partium appellatione iudicauit, male publicatum processum & executioni traditum: contra bene appellatum fuisse. Et susceptor appellatus pro diplomate nitens in expensas causæ appellationis condemnatus fuit, interdictumque ipsi, ne prædicto diplomate vti velit: decretumque vti præsens hoc Arrestum in iis ipsis locis, in quibus diploma publicatum fuisset & in auditorio Selectorum publicaretur: permissumque prædicto susceptori vti ob tributa vim & capiones adhiberet more consueto. Arrestum hoc singulare est & notatu dignum, quo ad duo capita illa, quæ eo continentur: quorum vnum est, ne vnus ex vicanis seu ne priuati alioqui alicuius collectæ seu stationis pro omnibus conueniantur, nisi sint exactores vel eorum fideiussores: alterum ne tributarii ob tributa incarcerari possint." Quod ad primum attinet, sane illud nō omni dubio caruit: nonnulli quippe pro prædicto diplomate censuerūt, nempe quoties tributum aliquod indictum est alicui Iurisdictioni, Ciuitati, pago vel Parociæ, *cessante populo*, ditiores cogi posse, nam cæteri soluendo non esse præsumuntur, & frustra ii adscripti essent, qui soluendo non sunt: id quod & in aliis præterea quam collectoribus spiritualibus locum habere deberet, ac nominatim eum tributum personale est, vt sunt illa quæ in quæstione vertuntur: eaque doctrina est Bartol. *in L. semel C. de Apoch. publ. lib.* 10. & in hanc rem bona videtur ratio *in l. Honor. §. fin. ff. de Muner. & honor.* ac præterea certe in his muneribus personalibus, quæ præstationem pecuniæ annexam habent, quod alii exsoluere non possunt, reliqui præstare debent, eo quod sint de ciuitate, aut collecta, quæ adstricta est *l. sicut. ff. Quod cuiusque vniuersi. & l. Proponebatur. ff. de iud.* Ac præterea hic valet & notabile est priuilegium pecuniarum, quæ pro Regni necessitatibus exiguntur, quæ vtique res necessaria est, & in qua de summo iure quæri non debet. *tot. tit. C. de quib. mun. vel præst. nem. lic. se exc. lib.* 10. Sed & illud præterea considerandum est, nominationē seu electionem specialium exactorum & fideiussorum à ditioribus Parochiæ peragi, qui vtiq; ex ipsorū culpa tenentur, atq; ita æquū est aduersus prædictos ditiores actionē dirigi, omissa discussione, quæ in huiusmodi rebus satis subintelligitur, si exactores tempore præfinito non soluant, ac maxime cum in electione prædictorū exactorum plerumque abusus admittatur pauperioribus videlicet ad id munus electis. Tandem pro prædicto diplomate expressus est tex. in *l. iure prouisum est, ibi, denique quod ab vno committitur, ad totum delinquitur periculo numeri, &c. vsque ad finem. C. de Fabric. lib.* 11. Nihilominus communis & sanior opinio defenditur à Bartolo, Baldo Vbaldino & aliis iuxta Arrestum & aduersus diploma. Graue etenim visum est, & æquitati repugnans, alienorum debitorum causa, alium molestari: idque modis omnibus effugiendum iura omnia clamant. Hæc expressa verba sunt Zeno. Imp. alium pro alio conueniri prohibentis. Et pro prædicto Arresto expressi sunt textus *in l. C. de exactor. tribut. lib.* 10 & expressior adhuc *in l. vnic. C. vt nullus ex vica. pro alie. vica. debit. ten. lib.* 11 Quod ad secundum caput attinet, nempe coactionem per carcerem, etiam si ita vsurpetur, tamen id iuris dispositioni aduersatur, quæ expresse prohibet prædictam incarcerationem pro solutione debitorum, *l. nemo carcerem. C. de exactor. tribut. lib.* 10.

Forma generalis præscripta à Curia subsidiorum pro collectione tributorum, 17. Maii 1596 tolerat orationibus D. Aduocati Regii Brettii vult, vt in casu inopiæ post factam triplicem denunciationem exactoris & mobilium ipsorum excusationem, incolæ & quidem vel vnus vice omnium cogi possint per capionem & venditionem bonorum, saluo regressus iure, aduersus corpus incolarum & inhabitantium. Edictum super forma tributorum factum anno 1600 *artic.* 54. ait, huiusmodi coactiones aduersus priuatos quosdam incolas decerni non posse, nisi de rebellione Selecti iudicauerint, vel nisi adscriptio & peræquatio facta fuerit, & exactor nominatus, vel nisi exactores summaria bonorum discussione facta non soluendo reperti fuerint: quo casu concessiones huiuscemodi coactionum, seu executionum fignari debent ab vno ex Selectis & susceptore & dirigi aduersus ditiores Parochiæ. Antea extabat Constitutio Regis Francisci Primi adprobata anno 1541. qua executio prohibebatur, & priuatorum incarceratio pro communi Parochiæ: quæ Constitutio renouata fuit Arresto Curiæ subsidiorum mense Ianuar. 1595 & susceptor in omnes expensas, damna & interesse priuati cuiusdam incarcerati condemnatus fuit. Dom. Brettius *Orat* 14. I. C.

Titulus, *vt null. ex vican. pro alien.* locum obtinet pro exactione & peræquatione tributorum. Iudicatum 28 Martii 1570. & 11. Martii 1565. Attamen cum de exequutione rei iudicatæ agitur in odium contumaciæ, neque vllus Syndicus aut Matricularius aut Scabini soluendo sunt, primus seu obuius quisque conueniri potest, *tit. ff. ad munic. p. & titul. Quod cuiusque vniuers.* B.

XXXVIII.

Separatio indictionis seu adscriptionis nō nisi ex magna causa fieri debet.

Inter incolas & inhabitantes Valelienses indictionis separationem postulantes ab vna parte, & Consules exæquatores simul & incolas portionis Suriaci Siluensis defensores, & prædictæ separationi intercedentes ab altera parte, coram Selectis Forosegusiensibus Montisbrisonii. Petitores dicebāt, quod vt maxime ab omni æuo duo illa loca, Valelia scilicet & Suriacum, adscripta tributis Regis coniunctim & eadem delegatione fuissent, sic vt singula portionem collectæ facerent: attamen id factum aduersus Franciæ consuetudinem & morem, quo tributa per Parochias & turres nolarias adscribuntur, & locum Valeliensem veluti separatum à prædicto loco Suriacensi, & in prædicto loco Valeliensi turrem nolariam esse & Parochiam: Suriaci vero alterā turrem nolariam. Ac præterea interstitium quoddam, & Siluam mediam esse, quæ realem eorum separationem faciunt, & tantam, vt quemadmodum cæterorum, ita & indictionis separationem fieri oporteat: id vero se cum instantia postulare. Suriacenses Siluatici dicebant econtra: verum quidem esse indictiones tributorum secundum Parochias definiri, verum Suriacum & Valeliam nonnisi vnam esse Parochiam, nempe Valeliam, quæ trans siluam est: Suriacum vero esse locum capitalem iurisdictionis, atque in eo residere officiarios, & antiquitus in eo sedem habuisse dominos Comites Forosegusiens. qui propter interuallum inibi capellā extrui curauerint, vbi quidem sit turris nolaria, verum id non ideo distinctionem aliquam aut separationem inducere: ac præterea huiuscemodi separationem fieri non posse citra magnum interesse subditorum & tributariorum, ac nominatim propter multitudinem Consulum, Peræquatorum & Exactorum, qui eo casu futuri essent plures, cum si coniuncti manerent, tot non opus futurum esset. Item vnam ex partibus contendentibus altera validiorem esse, partim propter loci fertili-

fertilitatem, partim vero propter diuitias & potentiam. Proinde si separarentur inferiorem opprimendam sub sarcina tributorum: ac proinde huiusmodi separationis postulationem citra iustam aliquam causam fieri. procurator Regius in auditorio prædictorum Selectorum re minus perpensa declarauit, sese prædictæ separationi consentire: & nitebatur notoria seu relatione vnius ex prædictis Selectis qui facta transuectione seu lustratione loca oculis subiecerat. Sententia prædictorum Selectorum attento consensu prædicti Procuratoris Regii separatio fit: Suriacenses siluatici appellant, eamque appellationem in curia subsidiorum Parisius persequuntur: vbi partibus plene auditis iudicatum fuit Arresto 16. die Maii. 1560. pro appellantibus: decretumq; nullam separationem faciendam prædictæ portiunculæ Suriaci siluatici ab incolis Valeliensibus, qui insuper in expensas tam causæ principalis quam appellationis condemnati fuerunt. Cui rei institit sagacitate sua & prudentia dominus Amaius Roignardus Castellanus prædicti Suriaci, qui consequentiam istius negotii & interesse probe perspexerat. Huiusmodi separationes fieri & indulgeri non debent citra apparentes & necessarias rationes, neque vnquam factæ fuerunt: quandoquidem quo maiorem numerum incolarũ habet portiuncula, eo tributarii quoque expensis magis subleuantur: aliisque rebus: id quod omnino cessaturũ est, si in minores adhuc portiunculas subdiuidatur. Siquidem loco vnius societatis seu collegii Consulum & Perequatorum, & loco vnius exactoris duobus vel tribus opus futurum sit, ac præterea vnicam portiunculam ad peræquationem faciẽdam non amplius expensarum exposcere quam singulas duabus iam constitutis: Susceptorem tributorum tantundem expensa tum facturum in cogenda vnaquaque diuisarum portiuncularum, ac pro omnibus coniũctis. Hæc omnia consideratu sunt digna, propter expressam declarationem *l. 1. C. de suscept. lib. 10.* Est & alia ratio, eaque validissima desumta directe ex *l. omne territorium. D. de censib. & C. li. 11.* puta ꝙ præsupposito tributa tributaria validioribus adscribi sarcinam inferiorum sustinẽtibus difficile sit, vt semper eadem persona aut validior, aut infirmior nulla mutatione facta maneat. Atque ita in prædicto casu apparere, vnam ex partibus in regione & territorio fertiliorem, quam alteram esse: & fieri posse, vt grandine aliave qua calamitate altera veluti debilitata ab altera subleuanda sit: id quod prædicta separatione tolleretur & confunderetur, aduersus prædictam *l. omne territorium.* & contra dispositionem Iuris communis, quæ excogitauit & comprobauit omnis generis vias & rationes qualcunque potuit, subleuandis tributariis: & oppressiones & sarcinas extraordinarias vitauit odioque prosecuta est, quæ videlicet Principis negotiis nequicquam conferunt. Et tamen in hodiernum vsque horum nulla ratio habita est, admissis indistincte atque omnis generis postulationibus separationum: in tãtum quidem, vt vel vnicus homo & tributarius à portiuncula distraheretur seu separaretur, & peculiaris indictio facta eius nomine fuerit: adeo rursũ vt ante 25. annos loco centum portiuncularum ordinariarũ amplius quadringẽtis repertæ fuerint: quarum singulæ, quod dici solet, frænum suum arrodere ægre possunt absque vllo alio leuamento: Quinimo noua semper expensis merguntur & vrgentur.

Separationes odiosæ & aduersus iuris communis dispositionẽ.

Extat articulus in Edicto *de forma tributorum*, quo cautum. Villulas quæ ratione tributorum a parochiis separatæ fuerant, iis rursum à Selectis adscriptiones facientibus consolidari oportere. Compluria etiam Arresta Curiæ subsidiorum super hac re extant, quæ separari & distrahi villulas à corpore Parochiarum prohibent: & inter cætera extat vnũ de mense Febr. 1595. quo id omne quod factum fuerat a Selectis Stampensibus in separatione Parochiæ Boscacensis à villula, quæ dicitur pagus Crecyacensis, irritatum fuit. interdictumque omnibus Selectis destrictus prædictæ Curiæ subsidiorum, ne de cætero diuisisse distraxisse Parochias sub ipsis constitutas velint, citra diploma Regis bene & rite in Curia adprobatum, sub pœna temporariæ officii interdictionis. Dn. Brettius Arrestum istud refert & habitam super eo a se orationẽ, quæ est. 18. *Orationum ab ipso editarum.* I.C.

XXXIX.

Memorabilis est huiusce capitis species, & id omne, quod exinde sequutum est, partim propter maximam vtilitatem quę ex ipsa narratione capi potest, partim quia sub finem eius extat Arrestum, quod fixam & perpetuam in Francia legem tribus vel quatuor ordinibus constituit, (si Iustitia admittitur, vt videl. ratio habeatur regionum Prouinciæ, terrarum item adiacentium & aliarum quæ Languedociæ sunt) pro suprema videlicet decisione altercationũ, controuersiarum & iurgiorũ, quibus longo adeo tempore prædicti Ordines mutuo sese implicuerant. Non alia præfatione ad Lectorem vtar, cui hac publicatione id repræsento, nisi vt ipsum cõmonefaciã, vt attente rationes & singularẽ doctrinam eo comprehensas notet, quæ promanant à præcipuis seculi nostri viris, quique ea re omnibus etiam qui eos non audierunt sese dignos commonstrarunt argumenti tam eximii & grauis, quorum numero cum maxime hoc ipsum est in quo nihil ab ipsis prætermissum est. Proponã igitur breuiter perorationum summã & conrectionem & Arrestum Curiæ in eadem verba quibus datum est. Nam quod ad perorationem attinet, eam adeo incorrectam & male conceptam nactus sum, vt id tantum consignare quod à me intelligi potuit, coactus fuerim, alibi vero coniecturis vti, & ex omnibus causæ coniectionem conficere, quæ talis est:

De tributis quæ ante scripto reguntur.

Inter delegatos Tertii Ordinis & Popularium seu plebis & vulgi Prouinciæ petitores & postulantes publicari & approbari diploma Regis quoddam ad formam Edicti, cuius per aliud diploma cognitio & approbatio ad Curiam euocata fuit atque exinde ab ipsa vindicata, ab vna parte: & Officiarios Regios qua Iuridicundo præpositos, qua alios sese priuilegiatos asserentes, & duorum Ordinum Ecclesiastici videlicet & Nobilitatis viros in prædicta Prouincia defensores & intercedentes publicationi & approbitioni in prędicti diplomatis & Edicti, qua parte scilicet tributa & subsidia regia spectat, quibus possessiones ignobiles à prędictis defensoribus possessæ onerantur: ab altera parte, Præside domino Bertrando, Riantius pro petitoribus dixit, Curiam satis perspicere posse ex sola partium qualitate & statu, qua de re agatur, quidque inter eas controuertatur: nempe ordinem popularem seu plebeium Prouinciæ, aduersus Ecclesiasticos, Nobilitatem & Iustitiam consistere: has veras esse partium conditiones, ex quibus res admodum noua atque insolida resultat, quæque hactenus inaudita est, Quatuor videl. Ordines constitui. Romanos à primis exinde Reipub. suę fundamentis nonnisi duos habuisse: eius rei fidem facere L. Romuli vna cum cæteris ipsius legibus in Capitulo fixam in hæc verba: *Patres sacra soli peragunto ineuntoque, plebs agros colunto*: postea quibusdã de causis plebẽ cõmotam sese separare voluisse, eique Patritios metu seditionis cõcessisse, vt è prędicta plebe Magistratus caperentur, & crearentur, qui Tribuni plebis iique sacrosancti vocati fuerunt, qui-

Qualitates statum partiũ litigantiũ.

Petitio.

Quatuor ordines.

Duo ordines olim.

que

que vna cum Consulibus Rempub. curarent atque operam darent, ne qua Plebi iniuria fieret. Et postea quoque aliis de causis ad seditionem inclinantibus, datam prædictis Magistratibus plebeiis potestatem legum & Edictorum vna cum populo promulgandorum, quæ Plebiscita vocata fuerunt, quæ vtique postea Lege lata à Q. Hortensio Dictatore parem vim apud omnes Romanos cum legibus à Consulibus latis, & Senatus decretis nacta sunt. Iulium Cæsarem scripsisse, in Gallia ipsius temporibus non nisi duos ordines extitisse, puta Nobiles & ciues vrbium in dignitate positos: Plebem vero artificibus rusticis aliisque inferiorib. constitisse, qui ad instar ferme seruorum habebantur, sicut ad negotia vel consilia non vocarentur, quique ex sese nihil attentare possent, atque ita Plebem ibi pro nullo habitam & censitam. Postea exortos Reges Franciæ, qui nouam Politiam inuexerint & æquabilitatem quandã retinere voluerunt inter Summates & infimos Plebis, puta Nobiles & populares seu Plebeios, ideoque tertium quendam ordinem & statum prædictæ Plebis, constituisse, atque ab eo sicut à cæteris ordinibus petitam & admissam sententiam & consilium, quotiescunque pro Regni necessitatibus tres ipsius ordines congregari oportuit: atque exinde ita compositos atque in hodiernum seruatos, vti sint Ecclesiastici, Nobiles, & Populares seu plebs, quẽ vocant tertium Statum siue ordinem. Hoc præsupposito dixit, quanquam hæc multitudo popularis præteritis temporibus in Prouincia adeo oppressa & vexata à defensoribus fuerit, atque adeo remota, vt quoad honores & commoda non amplius videatur de corpore trium ordinum, nihilominus eam cæterorum onera sustinere & in hodiernum sustinuisse: sic vt respirare vix amplius possit. Eam occasionem fuisse Regis adeundi qui ad hanc præsentem Curiam eos remiserit, tanquam ad Asylum & locum iustitiæ, vbi tota controuersia vindicata fuerit. Hanc quæstionem quæ negotialis magis est quam iudicialis in tribus articulis seu capitibus consistere: Primum spectare numerũ & qualitatem subsidiorum & onerũ, quæ in prædicta Prouincia sustinentur. Secundum spectare formam indictionis horum onerum. Tertium in eo consistere, vt liqueat, à quibus huiusmodi onera exigi oporteat. Quod ad primum attinet, constare illius duo subsidiorum genera esse, vnum certæ præstationis, quod in subsidio consistit, quod vocatur *Focagium*, certum videlicet, quo quatuor coronati annui exiguntur ex vnoquoque foco id est, ab vnoquoque lare seu familia eodem foco vtentium. Alterum incertum esse & amplum absque limitatione vlla & indeterminatum, quod tuitionem & conseruationem Prouinciæ limitaneæ spectat prope mare mediterraneum Africæ oppositæ, atque ideo incursationibus & deprædationibus expositæ, quæ quotidie à Piratis Africanis exercentur magno sæpe numero cum nauigiis, quibus occurrendum est, atque ideo cogi Prouinciales habere idoneas custodias toto littore dispositas expẽsis vrbium & Pagorum prædictæ Prouinciæ: sæpe ob eandem causam atque etiam æstiuo tempore cogi eos custodiam augere & focagia exigere, puta duos aliquãdo homines in singulos focos, ita vt septẽ aut octo millia hominũ habeãtur stipẽdiis Prouinciæ & Prouincialium ratione tributoria. Ac præterea prædictam Prouinciam obnoxiam esse transitui maritimo exercitus Imperatorum, & Genuensium ex Italia in Hispanias, & retro ex Hispaniis in Italiam mari commeantium: id fieri non posse, nisi per littus prouinciæ commeando, atque ibidem hærendo: ob has causas prædictam Prouinciam idoneam custodiam habere oportere, quin & cogere viros, vt diximus, focagios pro tuitione locorum maritimorum, ac nominatim Massiliæ, Tholoni & Antipolis: qui quidem focagii conscribi non possunt nisi expensa triginta aut quadraginta millium librarum: rursum Regem non posse militem in Pedemontium mittere, nisi transitu per Prouinciam facto, atque ita miseram plebem cogi annonam militarem suppeditare, & mansiones instituere, quod quidẽ onus iam solenne & canonicum prope redditum est: ac præterea tres aut quatuor cohortes in præsidiis instare oportere annonis, habitatione, lignis & instrumentis, quod ipsorum personas attinet, itemque captio pro ipsorum animalibus seu equis. Ad hæc omnia accedere tuitionem & munitionem castrorum, quæ Rex quotidie excitat, operas, angarias, instructiones, pecuniam quam suppeditari oportet, instaurationes pontium & itinerum, mœnia seu muros Ciuitatum, aliaque innumera onera realia prędictę Prouinciæ seu Galliæ Narbonensis quæ olim teste Cicerone pro Marco *Fonteio* Romanorum propugnaculum erat arx seu præsidium aduersus Gallos: hodie vero versa vice præsidium Gallorum seu Francorum aduersus ipsorum hostes! Et nihilominus tamen eam ex omnibus huius Regni Prouinciis cum maxime oneratã & adstrictam, adeo quidem, vt singuli foci seculares qua ordinariis qua extraordinariis oneribus qui quinginta coronatis annuis sint onerati, id quod ad ducenta millia coronatorum & eo amplius excurrat. Hæc esse onera, quę fieri vix possint, à quibus tamen Ecclesiastici, Nobilitas & Iustitia propria autoritate sese subduxerint, vt maxime bona ignobilia & tributaria possideant: & proxime præteritorum annorum consuetudine id obtinuisse, vt prædicta onera omnia miseræ plebi relinquerent. Solum prædictæ Prouinciæ non late procurrere, maximam partem situm in locis scruposis, montibus infrugiferis: planitiem, si quæ est, aquarum inundationibus valde obnoxiam, quæ vtique in his regionibus impetuosissimæ sunt: plebi paucas vias & rationes suppetere compendii seu quæstus alicuius cum Nobilibus faciendi, eo quod Nobiles ipsimet bona sua teneant, & possideant, & colant, neque ea elocent, magnam vim animalium nutriant, frumenta & grana ipsi seponant & adseruent, vnde magnum ipsi quæstum & compendium faciant, atque ita plebi tantum emolumenti & compendii detrahi. Nam cum alioquin Nobiles in cætera Francia agros suos plebi elocent, quæ hac ratione quæstus seu compendii partiaria cum ipsis est: in Prouincia contraria plane ratione prædictos Nobiles bona sua ipsosmet colere, frumenta & animalia cumulare, quibus & parsimoniam & mercimonium exerceant, negotiari & negotiis suis vacare: hoc ipsum Ecclesiasticos & Iustitiarios facere, qui omnes rem suam adeo bene gesserint, vt processu temporis adquisiuerint, & vero hodie possideant optimos & opimos agros, & fundos ignobiles, qui à plebe antea possidebantur, quos vtique mensæ suę, vt dici solet, annexuerint, & nihilominus prædictarum possessionum onera prædictam plebem sustinere. Hanc esse formam onerum, conditionem Prouinciæ, & rationem viuendi apud Prouinciales. atque ita primum caput absolutum esse.

Quod ad Secundum spectat, aliam esse rationem indicendorum subsidiorum in prædicta Prouincia, quam in Prouincia Languedociæ. In ea quippe subsidia personis pro ratione fundorum & facultatum imponi atque adscribi, atque hac ratione tributa

Duo olim ordines in Gallia.

Plebs pro nullo olim habita.

Creatio tertii ordinis in Francia.

Controuersiæ status.

Partitio huius controuersiæ.

Subsidium Focagium & onera in Prouincia seu Gallia Narbonensi.

Forma seu ratio tributorum realis in Prouincia.

& onera prædictarum indictionum mixta dici: ea adscribi incolas locorum, ita vt is, qui extra locum habitat, & si bona rustica possideat, in eo tamen adscribi non possit, sed tantum in loco domicilii sui pro omnibus facultatibus suis sitis in diuersis locis & Prouinciis, & non etiam in loco, in quo bona sita sunt, nisi simul etiam in eo resideat: secus in Prouincia, in ea quippe fundos & possessiones adscribi, & possessores ipsorum, & huiusmodi onera & subsidia realia & patrimonialia censeri, *l. rescripto. §. fi. ff. de muner. & honor. l. indictiones, C. de an. ion. & tribut. lib. 10. l. 1. C. de indict. eod. lib. l. 1. C. de mulier. & in quo loc. mun. sub.* Rationem diuersitatis hanc esse, quod in prædicta Prouincia subsidia sint realia, eoque fine anno 1461. Commissarios siue inspectores deputatos fuisse à maiore Seneschallo Prouinciæ generali inspectioni peragendæ, & de nouo subducendo numero focorũ prædictæ Prouinciæ, qui antea trium millium subductus fuerat, vt ita peræquatio fieret ad numerum pristinum seu antiquum, iuxta fertilitatem & opimitatem territorii, vt lex requirit *per tit. de censib. & censit. peræquat. & inspector.* Mandatis ipsorum comprehensum fuisse, inspectores relaturos de omnibus iis, quæ vidissent & inspexissent, vt postea super eo per prædictum Maiorem Seneschallum decerneretur, atque ita limitate factam fuisse delegationem: id quod notari oporteat, quandoquidem aduersæ partes quadam declaratione, seu quodam inspectorum decreto niti velint, de qua postea suo loco agetur: hanc delegationẽ factam sub data 9. April. 1471. Inspectores siue delegatos mandatũ hoc exequendo focos super vnamquamque ciuitatem aut præfecturam assignasse, non habita ratione personarum, sed rerum. Nam in ciuitate Aquasextiẽsi quadraginta octo focos adsignatos, eo quod territorium ipsius non adeo amplum esset, vt maxime prædicta ciuitas Prouinciæ metropolis sit, atque in ea sedes Archiepiscopalis, Tribunal ordinarium, Consilium supremum Tribunal Cameræ Ratiociniorũ: nihilominus habita ratione territorii angusti non nisi 48. focos ei adsignatos. Tarrascone, quæ parua ciuitas est, adsignatum numerum 120. focorum ob territoriũ, quod magnum est, optimum & fertile: Hoc fidem facere focos non dici, neque statui aut adsignari pro modo aut numero personarum, sed pro modo & valore rerum. Insuper sciendum, in vnoquoque loco specialẽ peculiarem descriptionem fundorum esse vel æstimationis valoris, secundum quod dicitur in *l. omne territorium. Cod. de cens. & censitor.* & esse factam denominationem, non à personis, sed à rebus ipsis: Adscriptionem enim in hæc verba factam: *Domus huius vel illius: pratum, silua, fundus huius aut illius, &c.* Si possessoris mutatio fiat, vt quotidie fieri videmus, in capite huius adscriptionis nomen noui possessoris scribi, prout fieri videmus in libris censualibus & polyptychis, in quibus scriptæ sunt possessiones censibus annuis oneratæ, non etiam personæ, eo tantum excepto, vt liqueat, quisnam possessor sit, vt ita constare possit, quis pro solutione sit conueniendus, *l. forma. ff. de censibus. l. Imperatores. ff. de Publican.* Igitur cum focagia vel alia onera exigantur, ad Catastra recurri, atque onera à possessoribus exigi, in quocunque loco habitent, idque tributoria ratione: verum quidem esse, onus exactionis ad Consules locorum pertinere, qui ipsi teneantur, si qua in soluendo mora fiat, ita quidem, vt Thesaurarius siue Largitionalis Prouinciæ eos incarcerare soleat, de quo specialiũ posita. Summam hanc esse: Onera exigi rerum æstimatione ducta, non personarum: Præterea constare peculiari descriptione in singulis locis facta nõ com-

Forma exigendorum focagiorũ in Prouincia.

prehensos fuisse fundos, quos tum Nobiles iurisdictionem habentes feudi titulo possiderẽt, qui nunquã tributis obnoxii fuerunt, sed fundos tantũ & bona ignobilia, quæ, vt dictum est, æstimata fuerunt, vt iuxta prædictam æstimationem ad prædicta onera deuocata, eo quod æstimatio eadem manserit. Postea, post prædictum videlicet tempus anni 1471. Nobiles Ecclesiasticos & Iustitiarios quemlibet pro loci & vtilitatis suæ ratione magnam partem bonorum ignobilium prædictis oneribus nexorum acquisiuisse, & verosimile esse, ea esse vel maxime optima, quæ tributis eximere voluerint, magno Plebis incommodo, quãdoquidem ipsorum onus in tenuiores reuoluitur: id quod Deo, iuri, rationi & æquitati aduersum sit: inde mille incommoda, mille miserias, calamitates mille: esse quædam loca, in quibus Nobiles optimam & potissimam territorii ignobilis partem antea tributis obnoxiam adquisiuerint, neque quicquam præstare velle prætensa seu deriuata immunitate personæ suæ & Nobilitatis: onus ita reuolui & reiici in locos pauperiores, qui minimum possident, quique adeo pro omnibus exiguntur & incarcerantur: atque ita pro iis, quæ Ecclesia, Nobilitas & Iustitiarii debent: id onus ipsa rerum experientia nimis graue atque haud ferendum visum: & compertum esse, vnde factum, vt miseri subditi possessiones suas & lares derelinquere coacti fuerint: atque adeo cõplurima loca deserta & squalida esse: eo solo prætextu iamdudum Consules Olerienses carcere detineri ob non soluta tributa, quæ ipsi exigere non potuerint, eo quod dominus loci totum territorium adquisiuit, & id quod tributi nomine debet, præstare renuat. In summa, se in mandatis habere, vt proponat infinitas similes calamitates, quibus plebs oppressa, cum humeris amplius huiusmodi onera sustinere non posset, quæ omnibus communia sunt & esse debent, tam Nobilibus, Ecclesiasticis, quam Iustitiariis coacta fuit, adeo vocem suam efferre & conqueri, vti defunctus Rex Franciscus huius nominis Primus omnibus probe additur, anno 1534. diplomate suo decreuerit, vt prædicta onera ab omnibus possessoribus bonorum ignobilium, quæ ex antiquo tributis obnoxia erant, sustinerentur: prædictum diploma in Camera Ratiociniorum Prouinciæ in Regesta relatum fuisse, ad quam videlicet spectat cognitio focagiorum & onerum Prouincialium, cum nulli sint in Prouincia Selecti. Quinimo quoties Rex focagia à prædicta Prouincia postulauit, ea à tribus Ordinibus postulasse, vt ex eius delegatoriis in eam rem emissis apparet, prædicta focagia etiam nunquam decreta & indulta fuisse, nisi in conuentu prædictorum ordinum & ipsorum decreto indubitatum hoc argumentum esse, omnes tres ordines hoc onus pro modo possessionum, quibus onera fuerunt indicta, sustinere oportere. Et quoniã innumeræ lites super hac collatione essent, & innumeræ vicissim immunitates allegarentur: atque ita in Languedocia speciale edictum esset ad cogendos omnes ordines ad præstationem onerum pro fundis rusticis & ignobilibus iuxta veterem collationem, conclusum fuisse à tribus ordinibus Prouinciæ, vt simile edictum impetraretur pro prædicta Prouincia, exceptis Ecclesiasticis, Nobilib. & Iustitiariis, quod ad ea bona attinet, quæ titulo feudi possident: Iuxta hoc decretum trium Ordinum Regem diplomate suo & edicto generali & speciali, legeque irreuocabili probe edoctum onera prædictæ Prouinciæ realia & patrimonialia esse decreuisse, omnes possessores fundorum & bonorum rusticorum & ignobilium onera focagiorum, & cæterorũ subsidiorum, quæ

Allegatio plebis super immunitate cæterorum ordinum.

Pridem Francisci I. Edictum super hac quæstione.

Alterum Henrici Regis Edictum.

quæ prædictæ Prouinciæ indicta sunt, sustinere oporteie, baud aliter atq; veteres possessores præstare solebant, nullo discrimine habitu seu facto status & qualitatis personarum: atq; ita potentiores & summos cum inferioribus pari iure habuisse: Prædictum diploma in maiore consilio Regis lectum fuisse, ac deinceps Parlamento Prouinciæ oblatum, quo inibi publicaretur: id in prædicto Parlamento dilatum propter eorum interesse: atqui moram & reprobationem magno præiudicio esse miseris petitoribus, ac propterea impetratas de nouo, atque oblatas prædicto Parlamentu literas, vt vocant, Iussionis, quarum nullā rationē habuerit, atq; ideo alio diplomate rem totam ad se Regem euocasse, & ad hanc Curiam remisisse, quę metropolis sit, & lumen iustitiæ in hoc regno. Tandem igitur cōcludere se, vt dicatur, prędictum diploma legi, publicari, & in Regesta referri oportere, atque opistographo inscribi, *lectum publicatum, & in Regesta relatum, &c.* & quo casu ob allegata à partibus aduersis Curia quæstionem ilico expedire non posset, vt saltem momenti beneficio diceretur, seu per prouisionem prædictum edictum custodiri oportere, saluo quoque deinceps iure repetendorum eorum, quæ à plebe soluta fuerunt ad subleuationem possessionum ignobilium tributariarum ab Ecclesiasticis, Nobilibus, & Iustitiariis adquisitarum: Tandem petere se expensas, damna & interesse.

Coclusio.

Defensio Nobilium.

Seguierus pro *Nobilibus* Prouinciæ dixit, actores seu petitores ipso perorationis initio confusum velle discrimen ab omni æuo factum & seruatum inter Nobiles & igoobiles. *Nos omnes esse filios Noachi*, id verum quidem esse, & adeo verum, vt ne quidem de eo dispntari possit, quinimo iuxta Euangelium Sancti Matthæi *cap. 23.* vnum Patrem habemus, qui in cœlis est: Hunc sermonē in hac quæstione odiosum, & inter vicinos seditiosum: atque ita melius esse in eam nō descēdere: Vel hoc sufficere oportere, quod si philosophice velimus loqui, inter species Nobilitatis sola atque vnica Nobilitas sit virtus, cæteræ sint oomine & fortuna tenus, verum communiter loquendo, certe Nobilitatem quandam esse politicam & ciuilem, cuius meminerit Imp. *in l. 1. C. de dignit.* eam certe initium suum ducere à virtute, & tamen dignitatem vimque suam à Principe sortiri, *l. Imperatores, C. de Decurion.* Et vero fatendum, hanc nobilitatem citra virtutem nihil fore: quinimo in terminis ciuilibus & iuris, nobilitati sanguinis & nominis absque virtute, semper virtutis nobilitatem præferri, *l. pronunciatum. §. final ff de verb. signific.* at si nobilitas sanguinis sociata sit & comprobata virtute, vt debet (alioquin à dignitate & decore fontis sui secernitur,) vtiquetum ignobilem fateri debere, id quod negari non potest, nobilem, quantumuis sit filius Noachi, esse fauore digniorem, & priuilegiis atque prærogatiuis super ignobilem efferendum. Bald. *in l. nobiliores. C. de commerc. & mercat.* Panorm. *in c. 1. de donation.* & Cynus *in l. procedendum. Cod. de postulando.* vt ad rem veniatur, dixit, summā defensionis suæ desumi posse ex I. C. Callistrato *in l. non tantum. §. Iliensibus. de excusat. tutor. Iliensibus*, inquit ille, *tum propter inclitam nobilitatem, tum propter coniunctionem Vrbis Romanæ plenissima immunitas concessa est.* Ad negotii & causæ intelligentiam dixit, regnante Ludouicō II. Siciliæ Comite Prouinciæ 1406. controuersiam similem ei, quę hodie vertitur, obortam super solutione tributorum Prouinciæ. *Sic dum Plebs incomposita facile inuidet, facile commouetur aduersus nobiliores, sic quondam Populus Rom. nobilitatis impatiens secessit in montem Auentinum*, vt testatur I. C. *in l. 2. ff. de origin. iuris.* Regem istum Ludouicum II. controuersiam istam Arresto suo composuisse, quod datum cum magna causæ cognitione, quo decreuit inter cætera, Nobiles Comitatus Prouinciæ, qui feuda subbanno obnoxia possident, & Iurisdictionem habent, collationibus tributorum obnoxios non fore. Aliud Arrestum datum à Renato Rege Siciliæ Comite Prouinciæ anno 1448. Et id Arrestum prioris interpretatiuum, discrimine facto inter bona rustica & feudalia: Pro rusticis iudicatum fuisse, nobiles conferre teneri, pro feudalibus haud item. Quinimo quæ ipsi adquisiuissent intra feuda sua iure commissi aut prælationis, eorū nomine nihil soluturos. Postea anno 1471. inductam formam generalē per vniuersam Prouinciam ex consensu ordinum, qua videlicet adsignatio focorum facta est ad numerum trium millium et dactorum, eumq; in finem Cōmissarios seu inspectores à prædictis Ordinibus delegatos, quibus mandatum fuit, vt ad id procederent, habita ratione qualitatis personarū & facultatū ipsorū, quid ita executi sint, atq; certū focorū numerū vnicuiq; ciuitati, certum vnicuiq; oppido, certū cuiq; pago assignauerint: istum tum hanc adsignationem peragentes disertim declarasse, iuxta veterem consuetudinem, neque nobiles neque ecclesiasticos tributa soluturos pro bonis, quæ adquisituri essent *proprio iure, idest, iure prælationis, aut commissi, aut desanparationis.* Exinde ab eo videlicet anno 1471. in hodiernum vsque obseruata fuisse omnia, quæ à prædictis Commissariis gesta sunt, qua in numero & adsignatione focorum, qua immunitate nobilium. Euenisse postea, vt Comitatus Prouinciæ in iura Regis Franciæ transiret anno 1481. testamento Caroli II. Regem Ludouicū XI. in hunc Comitatum succedentem, Prouinciam in omnibus Legibus suis & immunitatibus antiquis reliquisse: sub qua expressa conditione ipsi Comitatus Prouinciæ testamento prædicti Caroli II. donatus fuerat: ac nominatim inter cæteras conditiones exprimi libertates, quæ in Ordinibus seu Comitiis Prouinciæ stabilitæ sunt. Huius reseruationis numero esse illam, de qua ageret, omnium iustissimam, & rationi consentaneam. Regem Carolum VIII. Regi Lodouico XI. successisse, qui prædictum Comitatum Prouinciæ Coronæ incorporauit & consolidauit, adiecta hac lege, vt Prouincia in legibus, immunitatibus, & solidis libertatibus maneret. Similes declarationes & confirmationes à Regibus deinceps Ludouico XII. Francisco I. postremum mortuo & Henrico hodie regnante factas. Conformiter Regum beneplacito vniuersam Prouinciā sub hac forma vixisse, semperque tributa solutā & exacta iuxta adscriptionem trium millium focorum Nobilibus in libertate sua manentibus, pro bonis, quæ intra feuda sua adquisiuerunt iure proprio vel prælationis aut commissi, aut desamparationis: atque ideo hac ratione eos Regibus aut Reipublicæ Franciæ obsequia sua præstitisse in banno & subbanno, traditis breuibus & expressione feudorū suorū comprehensis adquisitis de genere superiore: hoc certe esse reditus augmentum, & consequenter augmentū onerum & obsequiorum erga Regem ratione subbanni videlicet: hanc immunitatem in plebis iniuriā & sarcinam non redundare pro bonis quæsitis iure Prælationis, commissi, aut desamparationis: Certū enim esse, post factas infocationes, id est, focorum distributiones & adsignationes anno 1471. Nobiles plus bonorum vendidisse, quam emisse, plus alienasse, quam adquisiuisse: econtra ignobiles plus emisse, quam vendidisse, & plus adquisiuisse, quam alienasse. Ita vt rationibus omnibus subductis Nobilitas

Discrimen hominum defenditur.

Vera Nobilitas.

Ciuilis Nobilitas.

§. Iliensib., singulares

Prouinciæ minus fundorum hodie possideat, quam possidebat anno 1471. Atque ita nullam popularibus seu plebi querelæ occasionem superesse aduersus Nobilitatem Prouinciæ: Et vero certum esse, non vniuersitatem totam Prouinciæ non conqueri, sed tantum sub specie cuiusdam deliberationis factæ ab Ordinibus Prouinciæ anno 1544. ad eum finem, vt Regi supplicaretur aduersus quosdam nouos Officiarios simili libertate abutentes, neq; quicquã aduersus Nobiles attentando, actores siue petitores diploma à Rege impetrasse sub allegatione, quod tributa in Prouincia sint realia, quod falsum: & quod Plebs Prouincialis inops esset, neque vlla immobilia possideret: quod rursum falsum est. Eo diplomate mandari, vt nobiles adscribantur ratione acquisitionum ab ipsis factarum post infocationem anni 1471 huiusque diplomatis adprobationem anno in Parlamento Prouinciali postulatam, rem vero omnẽ postea huc remissam. Proinde dicit, diploma falso-suggesto impetratum: inprimis omnia tributa in Prouincia nõ esse realia, neque tamen asserere sese ea personalia esse, verum dicere ea mixta esse, quia personis pro Rebus imponuntur: si realia essent, cedendum fore, cum ab eo munere reali nemo excusetur, ne Pontifex quidem aut Primipilaris, vt expresse ait Arcadius I.C. *in l. final. §. patrocinuorum. ff. de Muner. & honor.* Sed à munere mixto, quod personis pro rebus imponitur, Nobilem excusari *l. & qui originem. ad princip. versic. hi qui in castris. d. tit.* nullum dubium esse, quin onus, de quo quæreretur, mixtum esset, per expressa eius verba, puta focagii & infocationis, anno 1471. à quibus non sit decedendum. Lucam de Penna equidem ad *l. final. C. de fundis Limitrophis.* contrarium sustinere voluisse, dicendo, eum ignarum esse, qui putat æquum esse immunitatem tributorum & onerum mixtorum Nobilibus tributam: eademque opera textu prædicti §. *hi qui in castris.* satisfacit, dicens: I. C. de iis, qui in castris & bello sunt, loqui: nihilominus tamen huic replicatũ fuisse, maiorem dignitatem esse Nobilitatis, quam belli, cui, præterquam quod nobiles operam suam impendãt, etiam ignobiles artifices, atque alii infimi ordinis stipendiis Principis militent, quiq;, etsi ignobiles sint, immunitate & libertate tantum fruantur, quandiu in castris sunt, aut in bello. Nobiles vero ad id semper paratos & velut in procinctu esse, quandocunq; occasio postulauerit: Quicquid sit, Lege in hoc regno receptũ esse, vt Nobiles à tributis immunes sint, præterquam in locis, vbi realia sunt. Ita si lex scripta deficiat, Legem Regni sufficere. Sed redeamus ad ius scriptum: Quotquot super vsibus feodorum scripsere, hoc definiuerunt: Iure feudi seruientis, Vasallum ab omnibus oneribus personalibus & mixtis excusari, ne duplici onere opprimatur, quod futurum esset, si expensis suis iuxta vires feudi sui obsequia præstaret, & mixta præterea onera solueret: Nec enim pro eodem fundo prægrauandum esse, *l. nauis onustæ. §. tum autem iactus. D. ad leg. Rhod. de iactu.* & expressius *in prædicta l. fin. C. de fund. limitrophis.* Guidonem Papæ *quæst. 94.* memorare Arrestum quoddam, quod datum in simili re pro Nobilibus Brigantionensibus, quo declarati fuerunt immunes ratione quæsitorum rusticorum intra feuda ipsorum factorum, quæ à tributis immunia dicta sunt: pariter vt ipsorum feuda principalia: & nihil mirum, cum id, quod adquiritur intra feudum, sit incrementum ipsius feudi intrinsecum, huicque accedat. & eandem naturam recipiat cum ipso feudo. Bald. *in §. si quis de manso. per illum text. de controuers. inuestit.* & super hac re est bonus textus in *l. hoc amplius. §. de iis autem. vers. Alphenus. ff. de damno inf.*

Declaratio singularis, quæ species sint tributorũ.

Tributa sunt mixta.

Feuda ad quid dentur.

Hinc sequi oportere, Si tributum à personis debeatur ratione facultatum & bonorum, vt certe debeant, Nobiles ab iis immunes esse ratione quæsitorum intra ipsorum feuda, vt minimum tribus casibus supradictis, vel Lege scripta, vel Lege Regni, vel Lege feudi. Primam rationem ad hanc rem desumptam è textu superius allegato *ex §. Iliensibus propter inclytam nobilitatem plenissima immunitas concessa*, hic repetendam pro conclusione. Neque hic omittendum ingens damnum, quod Regis & Reipublicæ obsequio inferretur: Nobiles quippe, qui in Camera Ratiociniorum breues seu designationẽ feudorum suorum tradiderunt, quiq; iis adquisita à se complexi essent, eaque ratione banni & subbanni obsequiis se neauerunt petituros ab hoc obsequio sese exonerari pro rata quæsitorum, quorum ratione tributis de nouo necterentur, in quo magnum esset Regni decrementum, & nullum aliud incrementum in re tributaria: Siquidem semper & quocunque casu Regem tributa sua habiturum, puta tria millia focorum, neque plus minusve. Postremo prædictos defensores in complurimis iudiciis & Arrestis fundatos esse, puta Arresto Ludouici II. anno 1406. Arresto Renati 1448. in declaratione Commissariorum seu inspectorum trium Ordinum anno 1471. & in complurimis Arrestis Parlamenti Prouinciæ, quæ deinceps data conformiter Arrestis & declarationibus Comitum Prouinciæ causa cognita partiumq; allegationibus auditis: ita vt iudicare debeant ad instar Edicti ad constituendam legem generalem in tota Prouincia, iuxta *l. fin. C. de legibus.* Proponere se ac repetere, Carolum Comitem Prouinciæ testamento suo cauisse, vti leges & libertates Prouinciæ suæ seruarentur: & iuxta hanc voluntatẽ defunctũ Carolũ VIII. Regem Franciæ, cum prędictum Comitatum Coronæ suæ consolidaret seu necteret, voluisse, vt prædictæ Prouinciæ priuilegia sua illibata constarent. Hanc cõsolidationem seu coniunctionem notandam, Pro secunda ratione, §. *Iliensibus.* Superius allegati in hęc verba: *Propter coniunctionem vrbis Romanæ immunitas plenissima concessa est:* & in huiusmodi casu, scilicet cum aliena Prouincia in potestatem alicuius Principis transit, immunitatem semel concessam perpetuo seruandam esse, velut ex quasi contractu debitam, per *leg. si cum mihi permisisses. ff. de dolo.* Quin hac etiam ratione semota, beneficium semel concessum perpetuum esse debere, *cap. decet. de regul. iuris.* idq; potissimum in Principe, qui velut lapis angularis est, & cuius ex ore quæ procedunt, irrita esse non debent: quin & in priuato hoc ferendum non esse, cum nemo possit in alterius iniuriam consilium mutare, *l. nemo potest mutare. ff. de regul. iuris.* Ex supradictis omnibus fluere solutiones facillimas ad rationes à petitoribus allegatas. Allegasse ipsos, tributa in Prouincia realia esse, id verum non esse: verum mixta esse, vt ex ipso textu infocationis, & re ipsa satis constare, mercatores Prouinciales diuites & opulentos nonnisi mobilia habentes nihilominus tributis adscribi pro modo facultatum suarum, iuxta rationem desumptam ex *l. omnes pro iis. C. sin. cens. vel reliq. fund. alien. non poss.* idem esse de iis, qui fœnus exercent, *leg. finali. §. sed & eos, qui fœnus exercent. ff. de Muner. & honorib.* Dicere præterea petitores, plebem debilitatam esse adquisitionibus Nobilium, cum tamen contrarium verum sit. Nam si quæsita à Nobilibus cum quæsitis ab ignobilibus conferantur nouem partibus, eiusmodi decem totum absumunt, quæsita prædictorum Nobilium superatura: & si eo res deueniret, hanc actionem plebem non adprobaturam. Hisce rationibus pro defensoribusleper-

Onus banni & retrobanni non possunt procedere in eo.

Responsiones ad allegata petitoribus.

se perstare In absolutione seu liberatiooe. Nibil iam superesse, quam vt ad postulatum momeno beneficium seu pruuisionem, vt loquũtur, respondeatur. Ad id igitur sese dicere, locum ipsi non esse: Nam vt prouisioni huiusmodi locus esse possit, pro prosequente aduersus possidentem necesse est, vt Lex aliqua communis vel singulare priuilegium pro ipso sit: Atquin hic omnia conuenientia pro reis, Legem scriptam, Legem Regni, Legem Feudi, Legem contractuum & consolidationum cum corona: iudicia & Arresta tam Comitum Prouinciæ, quam Parlamenti, antiqnam possessiooem à centum vel centum & viginti annis custoditam & obseruatam. Postremo diminutionem factam in redituum Regis & subbanni ipsius, quod ipsius ios est domaniale detrimentum. Hæc omnia si non singula, certe coniuncta prouisionem excludere, *cap. cum persona de priuileg.* Proinde concludere se & expensas postulare.

Defensio Ecclesiasticorum.

Rupifortius pro *Clero* dixit causam suam nullius præfationis egere, adeo scilicet validam eam esse, iustã fauorabilem, vtpote cum Dei ipsius & ministrorum eius causa sit. Ad ipsius defensionem se nihil eorũ quæ ab Aduocato Nobilium allegata sunt repetiturum: eo tantum se vsurum, quod dixisset in Prouincia tributa mista esse & non realia, vt reuera sunt mixta: neque tamen in eo se hæsurum. Nam siue sint personalia, siue mixta, siue realia, prætendere se & tueri velle, Clerum ab iis immunem esse. Initium orationis sese ducturum ab apologo quo *Menenius Agrippa* vsus est missus decreto Senatus ad plebem quæ coierat & irritata à Nobilibus & Patritiis Romanis in *Auentinum* secesserat, vt ad concordiam eã reduceret & cum Patriciis conciliaret.

Seditio plebis Romanæ contra Patritios & Nobiles.

Prætulisse igitur ipsum eis seu proposuisse olim mẽbra seu partes corporis humani, hoc ipsum fecisse in ventrem irritatas, qui otiosus ipse & inutilis prædicta membra haberet in opere assiduo puta caput, linguam, manus, brachia, suras, pedes, &c. quę nulli alii rei quã pro obsequio ventris parebant, qui obseqnii ipsorũ commoda & fructus omnes perciperet, & ex quibus soli illi bene esset. Hanc distinctionem seu hoc schisma eoentu ipso comprobasse quanropere exitiosa non minus membris qoam ventri ea esset: Eo quippe redacta ea vt languerent & deficerent ob neglecta solita obseqnia, comperisseqne nihil melius esse, quam vt quisque ad solita officia rediret. Hac fabulosa oratione *Menenium* ipsos & seditionem, quæ ex huiusmodi secessione oritura erat, cõposuisse, effecisseque, vt Plebs Romam reuerteretur, atq; exinde duos Ordines cœpisse melius quam antea pacifice inter se viuere. Dicere se pariter, oos omnes esse membra Iesu Christi, membra eiusdem Monarchiæ, eiusdem Reipub. sub eodem vnico Principe, puta sub Rege Domino nostro: Et nisi omnes in mutua pace & vnione viuamus, difficulter alterum sine altero subsistere posse: Sibi verba facienti hanc sententiam stare mentemque Dominos clericales ceu bonos Prælatos & pastores subleuare & adiutare plebem oportere, cum ea in pace & vnione viuere, ceu capita cum membris. Et reuera constare, eos prædictam plebem valde subleuare, dum scilicet, de quibus deinceps acturus sit, subeant, quibusq; contenta plebs esse deberet, quam vt eos nouis & grauioribus onerib. prægrauatos velint. Si plebs attentius perrendat, quid agat, eã comperturam, sese infestam esse ventri suo, sibiq; interneccionem prorsus parare: eam fateri oportere, vim omnem & potentiam suam dependere ab Ecclesia, Nobilibus & Iustitia, absq; quibus certa esse possit, se neque viuere, stare, neque tueri se posse, quicquid prædictæ plebis Aduocatus perorauerit: certe non vtile fore, vt prædicta Plebs, Nobiles, Ecclesia, & Iustitia æquales essent, iisdemque Iuribus & priuilegiis censerentur: quin contra rem eam Reipublicæ exitio futuram: id ita testari eos, qui de administratione Monarchiarum egere: Dicere quippe eos, nihil aduersum magis, nihil perniciosius in omnibus Rebuspubl. esse æqualitate: mille annos, vel etiam amplius Prouinciam in hodiernum vsque in pace absque vlla dissensiooe vixisse, eo quod quatnor membra seu quatuor Ordines in officio suo semper sese continuissent, vnoquoq; sarcinam suam & onus ferente: Hac ratione rem bene administratam.

Æqualitas in Republ. perniciosa

Proinde non transgrediendos terminos antiquos, quos posuerunt Patres nostri. Eos, qui scripserunt de distributionibus & diuisionibus antiquarum Rerumpublicarum bene compositarum, quæq; diu floruerunt, & imperium obtinuerunt, vt puta Persarum, Atheniensium & Lacedæmoniorum, quas Cicero nominat, *tria lumina mundi*, memorare, quomodo in hisce Rebuspublicis status publicus in duos ordines diuisus fuerit, in populares, inquam, & Pontifices: Pontifices eos vocasse, qui sacra procurabant, quos nec re nec verbo violare licuit, eos semper propter Augustum nomen & fauore religionis liberos & immunes ab omnibus tributis & oneribus personalibus & patrimonialibus extitisse, Romanos pari immunitate sacerdotes & ministros Religionis ipsorum donasse; Numam secundum ipsorum Regem Pontificem Maximum creasse, aliosque sacerdotes duodecim, quos Marti dicauit, Vestales insuper & alios multos sacris addictos, quos omnes omni donauit immunitate.

Libertas Ordinis Ecclesiastici vnde orta.

Postea Gallos imitatione seu exemplo istarum veterum Rerumpubl. Rempub. suam in duos Ordines diuisisse, puta Militares & Druydas, vt scribit Cæsar *libro 6. Commentar. suorum.* His duobus Ordinibus seu statibus Plebem comprehensam non fuisse. Huius tum nullam rationem habitam, vt ab Aduocato petitorum peroratum est: Druydas eos fuisse, qui diuinis rebus intererant Regibus, quique interpretabantur sacra publica, eos rerum omnino omnium immunitatem habuisse.

Druydes.

Si Rempublicam Iudæorum attendamus, eoque fine vetus & nouum Testamentum consulamus, comperiemus nullo tempore subsidiom aliquod à Sacerdotibus cæterisque ad sacras ceremonias adhibitis exactum. Pharaonem Regem Ægypti Ægyptios tributarios reddidisse, verum cum hoc ipsum faceret, possessiones Sacerdotum immunes reddidisse, atque in plena immunitate eos reliquisse, qua vsi fuerant, iussisseque illis ex horreis suis eleemosynam dari de publico. *Genes. 47. & Leuit. 27.* rationem prædictis locis adiici, quod terra Sacerdotum libera & immunis fiat ab omni tributo & seruitute. Heliodorum à Domino percussum fuisse, eo quod argentũ ex templo Sacerdorum Hierosolymitanorum authore Rege sumpsisset. *Macchab. 2. cap. 3.* Primom bellum, quod vnquam gestum fuit sub lege Mosaica, ab Abrahamo gestum fuisse aduersus Reges qninque, *Genes. 14.* Ad hoc bellum non tantum abstinuisse à subsidiis exhibendis à Melchisedecho, qui Iesu Christi & omnium Sacerdorum Christianorum typus erat, verum post victoriam de inimicis suis ipsi bona & munera obtulisse, non attento, quod prædictus Melchisedechus plenus opum & diuitiarum, neque vllius rei indigus esset: ob id Abrahamom benedictum fuisse à Domino. Si Leges Impp. & Decreta Pontificum attendamus, ex Conciliis Lateranensi, & quod OEcumenicum dicitur, Viennensi cõstitutum, huiuscemodi immunitates & plenas libertates pro Ecclesia

nontantum decretas & expressas fuisse, verum etiam grauissimas pœnas, veluti exilii, aliasque impositas & decretas aduersus eos, qui his aduersari vellent: hoc ipsum factum Legibus & Constitutionibus Imperatoris. *l. placet. C. de SS. Eccles. & noua Constitutione Friderici in Authent. item nulla communitas de Episcopis & Clericis. Can. aduersus. de immunit. Eccles. Can. Clericus. eod. tit. lib. 6. Clement. 1. ibid.* Disputatum equidem fuisse in Iure, vtrum Ecclesia à muneribus patrimonialibus immunis esse debeat, sicut nonnulli subtiles agere voluerint, & communem opinionem in Iure ciuili inuexerint, quod immunes non sint. *l. fi. §. patrimoniorum. ff. de muner.* Nihilominus Canonistas aliter sensisse, & absolute definiuisse, Ecclesiam ab omnibus tributis, siue personalibus, siue realibus, siue mixtis immunem esse. *d. c. Clericus.* idque in propriis terminis ita decidere Guid. Pap. *decis.* 581. qui dicat, ita iudicatum fuisse à tribus Ordinibus Prouinciæ Delphinatus. Quinimo & rationa bonorum, quæ antea tributis obnoxia fuerant, atque in catastra seu polyptycha relata, vtpote tum cum eo referrentur ab ignobilibus & tributariis possessa: quoniam videlicet, ex quo Ecclesiæ fuerunt adquisita, ex tributariis personarum immutatione libera & immunia facta sunt: Eam sententiam Baldi esse super prædicta *leg. Placet.* & super §. *Nos Romanorum. de Pace Constantiæ.* Neque id mirum, quicquid enim Deo semel consecratum est, perpetuo sanctum esse debere, vt dicitur *Leuit. 27. extremo.* Si L. ex Franciæ requirenda sit, vt fieri potest (quandoquidem Comitatus Prouinciæ Coronæ Francicæ consolidatus est) comperturos nos hanc quæstionem definitam fuisse à Statibus siue Comitiis in ciuitate Parisiensi tempore Regis Ludouici VI. cognomine Longi, anno 1329. qui Arrestum suum pronunciauit Ordinibus plene auditis in luco seu sylua Vicennarum, quo dictum fuerit, Ecclesiam, cui tum Iurisdictionem & libertatem suam nonnulli ademptam volebant in lustibus libertatis suæ immunitatib. & priuilegiis consuetis nullo detracto mansuram. Tantundem postea iudicatum fuisse à Comitiis habitis Turonis tempore Regis Caroli VIII. in quibus erant etiam Legati Prouinciæ. Et quamlibet superiora omnia cessarent, dixit, se fundatum in priuilegiis, statutis, iudicio & Arresto, quod datum à tribus Ordinibus Prouinciæ in possessione immemoriali, & maximis onerib. eaq; quinque capita esse, de quibus sigillatim actutus sit, eaq; apertius explicaturus. Quod ad primum attinet, constare ab omni æuo antiquitus, Comites Prouinciæ propter honorem & reuerentiam, quam religioni habebant, immunitatem & libertatem à tributis aliisque subsidiis personalibus, realibus, mixtis dedisse, eaque de re priuilegia specialia & peculiaria emanasse: ex quibus postremum à defuncto Rege Renato indultum fuerit & confirmatum à Regina Elizabetha, quo tempore regimen & administrationem Prouinciæ habebat, & postea à Rege Carolo Andegauensi, à Rege Ludouico XI. Carolo VIII. Ludouico XII. Francisco I. postremû mortuo, & à Rege Henrico, qui hodie feliciter regnû obtinet. Et quanquã in iure dubitatum fuerit, nempe priuilegium generale pro immunitate onerum patrimonialium non sufficere, attamen dubitatum nunquam fuit, quando videlicet huiusmodi priuilegium speciale esset & peculiare, vt in casu, de quo agitur, vt ait Hermogenianus *in l. sunt munera. ibi, præter eos, quibus principali beneficio concessum est, facit l. 1. de excus. muner lib.* 10. Alterum seu secundum caput consistere in statutis & decretis Prouinciæ. Cæterum ex primo decreto liquere, Regem Ludouicum II. tum Comitem Prouinciæ à subditis suis exigere voluisse summam sexaginta millia librarum, quam mutuo acceperat à Duce Sabaudiæ pro sui defensione aduersus Carolum Durasium, nepotem ipsius, qui sub specie cuiusdam iuris, quod ex cessione cognati sui Ludouici Regis Hungariæ nactus fuerat prædictum Regem Ludouicum II. regno ipsius Neapolitano expellere voluit: decreuisse tum prædictum Regem Ludouicum II. vt pro hoc onere, à quo certe nemo immunis esse poterat, Ecclesiastici soluerent & conferrent pro ipsorum bonis patrimonialibus tributariis & non obstante constitutione Friderici Imporatoris: *Item nulla communitas.* Alteram constitutionem factam fuisse ab eodem Ludouico II. qui posteaquã prædictus Durasius regnum Neapolitanum inuasisset, atque in Prouinciam impetum faceret, vt Comitatum sibi vindicaret vt sane etiam postea contigit: (nam post mortem Regis Ludouici II. Reginam Ioannam amitam suam captiuam cepit & prædictum Comitatum sibi vindicauit.) Hunc igitur Regem Ludouicum II. ante obitum suum repellendis prædicti Durasii insultibus à subditis suis subsidium aliquod exigere voluisse: Plebem tum ob vrgentem necessitatem postulasse, vt Ecclesiastici haud aliter ac laici conferrent, tam ex bonis patrimonialibus ipsorum quam eorum Ecclesiæ: ad hanc postulationem decreuisse, & statuisse, vt bonorum patrimonialium nomine tantum soluerent: Inde se, qui verba faceret, argumentum & fundamentum perpetuum desumere, cum Clerus ratione bonorum patrimonialium in casum extremæ necessitatis conferre teneatur, eum in reliquis fundatum esse immunitate & libertate.

Ecclesiam immunem esse à muneribus patrimonialibus.

Necessitas in Prouincia contra dominum Durasium.

Necessitas notanda tantum.

Quod ad iudicia & Arresta pertinet, quod quidem tertium caput est, duo extare pro Clero: quorum prius datum, à Commissariis seu Inspectoribus deputatis ad faciendas infocationes anno 1471. (quo pars aduersa aduersus Clerum vti voluit) eo scilicet Arresto expresse dici, Ecclesiasticos & cæteros conferre oportere pro bonis ipsorũ tributariis, iuxta dispositionem iuris communis & tenorem statutorum Prouinciæ, nisi expresso priuilegio aut regia dispositione aliter conuenisset: id vero summopere notandum esse: Nam quantum ad bona Ecclesiastica apparet ex eo quod antea demonstratum fuit, ea non esse neque vnquam fuisse tributaria, siue de iure siue de communi prouinciæ obseruantia. Et quantum ad prædicta statuta pertinet, iis contineri, vt dictum est, Ecclesiasticos in casum vrgentis necessitatis conferre oportere pro bonis ipsorum patrimonialibus, quorum certe nomine conferre nunquam detrectauerint, quin id semper obtulisse vt etiamnum offerunt. Et quantum ad priuilegium pertinet, sese id non repetiturum: verum contentum fore iis, quæ de eo superius dixit. Alterum Arrestum esse de anno 1519. quo quicquid pars aduersa perorauerit, à tribus Ordinibus decretum fuit, Regem adeundum esse ad impetrandum ab ipso delegationem super cogendis tantummodo officiariis, qui sese à tributis immunes volebant & nihilominus in declaratione ipsa, quæ impetraretur, Ecclesiasticos non comprehendendos: hæc duo Arresta, etsi nullæ aliæ rationes suppeterent, legis & priuilegii instar pro Clero esse oportere. Esse insuper Ecclesiasticos fũdatos in possessione immemoriali, quod quartum diuisionis suæ postremæ caput sit, eamque possessionem immemorialem agnitam & cõfessatam à partibus fuisse, talem vt vim Legis obtinere debeat & pro titulo haberi per l. 1. § *denique. ff. de aq. plu. arc. & notata*

Declaratio & oblatio Cleri nomine bonorum patrimonialium.

Onera, quæ Clerus in Prouincia subit.

notata in cap. super quibusdam §. præterea. de verb. sign. Quod quintum & postremum caput attinet, quod est de oneribus quæ Clero imminent, rogare se Curiam, vt considerasse velit, Prouinciam iure scripto regi, ac propterea quemadmodum ex sanctis Decretis, quæ continentur in cap. concesso. & in c. quatuor. 12. quæst. 2. bona Ecclesiastica in quatuor partes

Quarta beneficiorum pauperibus destinata.

diuiduntur, quarum vna pauperibus, secūda sartis tectis, tertia sustentandis ministris, quarta titularis beneficiorum destinata sit. Parem omnino diuisionem & partitionem in prædicta prouincia obseruari. Et quo Curia id ita recte intelligat, quomodo huius rei obseruantia stricte custodiatur, partes fassuras, neque derogare posse, ad huiusce rei obseruantiam constitutos pro pauperibus Aduocatos & Procuratores, quibus hæc cura incumbat: Plebem quoque ei rei incumbere cum magna vigilantia, vt pars pauperibus destinata recte custodiatur, nullo excusato seu subleuato: itemq; ea quę sartis tectis destinata est: ea parte complurima Arresta Parlamenti Prouinciæ extare aduersus moratores seu solutionem detrectantes. Hæc duo priora onera esse. Tertiū onus, quod exercitium ministerii diuini spectat, secundum voluntatem fundatorum procedere, ac præterea annuatim expensis Ecclesiasticorum prædicatores, qui verbum diuinum populo annunciant, sustentari.

Onus sub banni Clero impositum.

Quartum onus esse bannum & subbannum, ad id quoque Clerum cōferre ratione bonorum ipsius feudalium & expensis suis prędicto banno satisfacere: aliter atque nobiles.

Decimæ quomodo [illegible] & quando.

Quintum seu, postremum, onus esse grauissimum, puta decimas quæ de more ex singulis beneficiis annuatim exiguntur exacta quarta parte, vel etiā amplius. Et quantū ad hoc notādū esse, anno 1516. cū defunctus Rex vellet certam & generalem adscriptionem facere, commissarios ad id deputatos Ecclesiasticos coegisse, vt minutatim summam seu breues bonorū & redditūum beneficiorum suorum & Ecclesiarum ederent, idque exacto ab ipsis iureiurando, atque ita adscriptiones fecisse iuxta vires cuiusque beneficii ratione decimatia seu dextante, id est, exactis decem in centum, præter onera pauperum, sartorum tectorum, ministerii diuini & aliorum quorum omnium nulla ratio habita fuit. Proinde quisquis Ecclesiam ad collationē tributorum coacturus sit, eūdem saluo meliore iudicio eadem opera eandem Ecclesiam immunem à prædictis omnibus muneribus habere oportere: Ne illa sic prægrauata corruat. Postremo nolle se omittere præter supradictas rationes generalē Amortizationem Clero multoties indultam, quæ non id tantum præstat, ne Ecclesia bona à se quæsita à se abdicare teneatur (qui vetus effectus est Amortizationis) verumetiam vt immunia à collationibus omnibusque tributis reddantur bona amortizata. In summa, cum Clerus fundatus sit in dispositione omnis iuris, in lege Regni, & Comitatus Prouinciæ, in titulis, possessione immemoriali plus quam ducentorum annorum, & supradictis oneribus de quibus in promptu constat, certum esse tam in principali, quam in momenti beneficio, Clerū non posse, neque debere cōprehendi diplomate à parte aduersa impetrato, nisi eo in omnē euētum exonerato à prædictis omnibus oneribus quod detrimento redituum Regis maxime futurum sit tam ratione banni & subbani, quam decimarū. Concludere tandem se & expensas postulare.

Defensio Iustitiariorum.

Thuanus pro Præsidibus & Consiliariis Parlamenti Prouinciæ defensoribus dixit, hanc causam esse causam vt liberalem, & in qua de ingenuitate & libertate quæritur. Huiusmodi causas esse causas status, quæ maiores iudices habere debent, vt ait I. C. in l. distinguemus. §. Iulianus. vers. de liberali causa. ff. de recept. Arbit.

Causa status maiores iudices requirit.

Hoc proinde contemplatu, non posse partes aduersas conqueri, neque postulare vt ipsorum causa alibi, quam apud maiores iudices tractetur, vtpote eam ad hanc Curiam remissa sit, quæ suprema sit omnium non tantum earum, quæ in hoc Regno sunt, verum etiam in toto orbe habitabili. Extare & alterum fauorē & prerogatiuam in huiusmodi causis, nempe vt ordinata liberali causa, omnia lite pēdente in statu suo maneant, & si quis de libertate in seruitutem prouocatur, æquum sit vt pendente hac quæstione reus in libertate moretur & maneat, denturque vindiciæ lite prorogata secundum libertatē, l. 1. l. vt libertis. §. fin ff. de liberal. causa. & singularis est eam in rem Constitutio, cuius mentio fit in l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. Ex supradictis apparere, quoad prouisionem seu momenti beneficium à parte aduersa postulatum, rem siue causam ampliandam, vt natura sua ampliationem recipit. Nam enim petitores rem quæ nunquā petita fuit, seu postulata, petant, puta vt rei siue defensores adstringantur & coerceantur rei à qua semper liberi, immunes, exempti, & in pacifica libertate ab omni æuo fuerunt, rationis esse vt lis currat suo marte habeatque suum finē legitimum ex probatione & allegatione partium. Interim vero res in statu suo maneant, puta vt rei in libertate sua custodiantur, in qua sunt & antea semper fuerunt, videntibus & scientibus petitoribus:

Iustitiarii separatum ordinem non constituunt, verū ex tribus ordinibus constant, eorūque participes sunt.

Qui vtique se bene perpensa & attenta aduersus se agant, eo quod Senatores & Iustitiarii quartum ordinem non constituant, quod tamen petitores vt causæ suæ subseruirent dicere & facere voluerint, quartum videlicet ordinem Iustitiæ constituentes: sane nunquam nisi tres ordines fuisse, consistentes in Ecclesia, Nobilitate & Plebe, quem tertium ordinem appellant: Ex his tribus omnibus ordinibus, ordinem Iustitiæ desumi, qui eorum est particeps, eo quod constet Ecclesiasticis, Nobilibus, & plebeis,

Plebs de more Optimatibus inuidet.

qui nunc sese aduersus superiores & Magistratus suos erexerint: neque tamen id nouum. Iam diu enim exploratum esse, & à multis memoriæ proditum, naturale plebeiorum esse inuidere bonis & optimatibus: neque tamen his cedendum esse, verum attendendam & sequendam regulam axiomatis vice, quod nullā fallētiam seu exceptionē admittit, nempe, Potentioribus pares nos esse non posse, atque adeo rem valde nouam esse, quā petitores persuadere voluerunt, puta in rebuspublicis bene instructis omnia ad æqualitatem reduci oportuisse, paresque omnes esse oneribus suscipiendis:

Omnes Respublicæ constare debuerunt inæqualitate personarū.

Contrarium enim verum esse, atque à creatione mundi hominum discrimina fuisse: Quosdam *maiores*, nonnullos *medios*, alios *infimos* fuisse: Quam rem inductam & constitutam continendis omnibus in officio & quiete & ad tuendam societatem inter homines ad similitudinem cœlestis hierarchiæ, in qua sunt angeli, archangeli, *cap. ab exordio, sexta distinctio.* Inde quoque titulum *de maioritate & obedientia* compositum: Eum, qui contrarium asserturus sit, rebus ipsis testaturum, nihil esse tam inæquale, quam æqualitatem ipsam. Igitur hanc causam esse causam Senatorum aduersus plebeios, quæ in Senatu & apud Senatores agitur. Et ex ea re nullum aliū commodū se captare, quam putare se, Curiam libentissime inspectis meritis & mediis causæ pro defensoribus pronunciaturam, si bene fundatos ipsos in exceptionibus & defensionibus suis comperiat.

Creatio Parlamenti Prouinciæ.

Antequā ad eas accedat, præsupponendam esse creationem & institutionē Parlamenti Prouinciæ factam à defuncto Rege Ludo-

uico XII. quia potelesma ei dedit, cum initium fecisset decessor ipsius defunctus Rex Carolus VII. Ante prædictam creationem in prædicto Parlamento, eos qui instituti, admissi, & constituti in ciuitate Aquisextiẽsi in Prouincia fuerũt, in Comitatu Principis antea fuisse, & Regum Hierosolymitanorum & Siciliæ, qui eodem tempore iidem Comites erant Prouinciæ: Prædictum Parlamentum institutũ fuisse ad instar Parlamentorum Franciæ cum iisdem prærogatiuis, priuilegiis, & autoritate, cum veteribus Parlamentis: nihilominus non fuisse eam mentem Regi Ludouico XII. vt tolleret & adimeret prædicto Parlamento nouiter instituto vetera priuilegia, quæ antea habebat, cum Parlamentum esset ambulatorium & in Comitatu Principis, eamque in rem expressam esse *l. maior dignitas. C. de dignitat. lib. 12.* Et vero obseruandum, eos ex quibus prædictum Parlamentum est conflatum, cum in Comitatu Principis essent, eãdem cognitionem habuisse, quæ postea prædicto Parlamento attributa fuit, puta appellationum à Iudicibus inferioribus, easque supremo iure & vltimo districtu terminasse, atque priuilegium speciale & peculiare hoc habuisse, vt liberi immunes & exemti essent ab omnibus oneribus personalibus & mixtis, ordinariis & extraordinariis, sordidis & non sordidis, sub magnis interminationibus & prohibitionibus, ne adscriberentur, atque huius libertatis cõpotes semper vixisse, haud aliter ac compotes erant ante institutum prædictum Parlamentum, post institutionem pariter ita vsos: & sane quando Comitia ordinum indicta fuere pro simili exactione, de qua nunc agitur, toties decretum fuisse, nihil à prædictis defensoribus exigendum, eosque in libertatibus & immunitatibus solitis & pristinis relinquẽdos. Quapropter ad sui defensionem defensores dicere, sese omni priuilegio & præsidio munitos esse, seque fundatos in Iure communi, priuilegio, consuetudine, possessione immemoriali. Quantum attinet ad Ius commune, nolle se ad hanc disputationem descendere, vtrum onera & tributa de quibus agitur, sint realia personalia, an vero mixta: Rem illam sese aduocatis relinquere, qui ante se perorauerunt, quique pro sui defensione rem eam optime tractarunt: Nam siue onera realia sint, siue personalia, siue mixta certum esse quod iure communi possit certo corpori, certo collegio, plenissima immunitas tribui, quæ præstet exemtionem à muneribus realibus, quoniam ibi speciatim constitutum est: vt ait text. *in l. His oneribus. ff. de vacat. & exc. mun.* Atqui ita esse, vt defensoribus plenissima immunitas tributa fuerit & nominatim à muneribus realibus. Igitur iure communi tutos esse aduersus petitionem actorum: eo fine locũ habere priuilegium Regis Ludouici II. qui Rex fuit Hierosolymitanus & Siciliæ, simul & Dux Andegauensis, Comes Cenomanensis & Prouinciæ, de cuius potestate ambigi non potest quin potuerit huiusmodi priuilegium præstare seu indulgere: quandoquidem Comites Prouinciæ ab omni æuo habuerunt iura imperii, vt memorat Albet. *in rub. de muner. & oner.* præter ius commune, præter priuilegia defensores fundatos esse in consuetudine, quæ consuetudo præ cæteris rebus attendi debet & considerari, *l. si Publicanus. §. in omnibus. & l. locatio. §. earum rerum. ff. de publica. & vectigal.* Præter consuetudinem possessionem quoque immemorialem esse, quæ est loco Cõstituti *l. hoc iure. §. si aquam. ver. ductus. ff. de aq. quoti. & estiu.* & qua etiam regalia præscribuntur. *cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. & rer. signif.* Quocirca cum defensores fundati sint in iure communi, priuilegio, consuetudine, possessione immemoriali, habere eos abunde, quod petitioni aduersariorum obiiciant, quique adeo melius facturi essent, si sese continerent. Quicquid sit improbari non posse, si defensores, qui aliis iura reddere solent, in iure postulent sese conseruari in libertatibus & immunitatibus suis, *id quod in simili præfatur Pontifex in capital. licet. de suppl. negl. prælat.* His tandem rationibus sese concludere, simul & expensas, damna & interesse postulare.

Rationes immunitatis Iustitiariorum.

Comites Prouinciæ *antiquo vsu* iura Imperii habuerunt ante consolidationem cũ Corona factam

Pro Rege & interesse publico.

Marillacus pro Procuratore Catholico Regio dixit, Platonem *lib. 3. de Repub.* dicere, Naturã in generatione hominis mixturam quandam fecisse, in nonnullis materiæ auri, atque hos in honore habitos atque ad fastigium imperandi & regnandi euectos: in aliis argenti materiam vsurpasse, eos natos, vt succedanei essent & subadiutores maiorum, & ad res bonas adspirarent pro honorifico obsequio & auxilio Regum. Alios conflatos citra nobilium istarum venarum & metallorum mixturam, sola ferri mixtura: hosce ad obsequium & seruitium tantum natos, veluti rusticos agricolas & artifices: Ad eundem modum naturam nobis commonstrasse in Republ. ordines eiusdẽ generis esse non posse: Naturarũ quippe discrimen esse, atque ea hoc discrimine nonnullos cæteris maiores esse secundum dotes, quas Natura nonnullis dedit, eminentissimas, mediocrem statum aliis, inferiorem cæteris. Sicut aurum cætera metalla superat: ita homines quos virtutibus magis instruxit constitutos ad regendos eos, qui virtute non adeo excellunt: & hos tamen qui secundo gradu sunt instituti: magnum aliquod lumen habere, atque adeo ad Rempubl. administrandam admitti, non vt Domini sint & capita, verum vt eos iuuent, qui regunt, quique ius imperandi habent: & certe si ii qui nati sunt ad regendum, ad iuuandum & cõsulendum, ad id non deuocantur, potissimum exemplum esse & prognosticum, Rempub. non diu duraturam, si videlicet is qui ex ferro aut ære conflatus regat & imperet, qui alioquin natus & factus ad parendum erat, atque ita contrarium in finem Platonem alibi omnia ad æqualitatem reducere voluisse: At Aristotelem in Politicis suis magnis rationibus commõstrasse inter homines æqualitatem cõseruari non posse, Et omnino necesse esse, vt homines & ordines diuersorum sint generum, & variorum: iisque inter eos qui probati sunt manifesti fiant. Iisdem de causis Rempub. famosam tres diuersos hominum gradus constituisse, etsi singuli sint commendatione digni, dummodo suo quisque fungatur officio: Primum esse Statum Ecclesiasticum, qui non ad aliud tenentur, quam cultui diuino deseruire, & orationibus pro totius populi salute apud Deum vacare: Bona quæ possident impendi non oportere nisi ad exhibendos & ad succurrendum ipsorum necessitatibus, itemque in alimoniam pauperum & egenorum: Secundum Statum seu ordinem esse Nobilium, qui videlicet plebem ab omni oppressione tuerentur. Quod Iustitiarios attinet, eos commendatione dignissimos fore, si à seipsis initium ducerent Iustitiæ aliis administrandæ, atque cæteris exemplo essent. Neque enim satis esse, eam inter priuatos administrare, verum eam sibiipsi administrare oportere: Reipublicæ enim æquus esse non potest, qui domi scelestus est. Quod plebem attinet, eam inter cancellos obedientiæ contineri oportere, seque ad omnem patientiam componere, Deoque gratias agere, cum sese adscribi & subsidiis onerari videt. Deus enim solus est, q tributa & indictiones permittit. Ferendum enim esse æquo animo, quic-

Discrimen creaturarũ iuxta naturam & virtutẽ.

Æqualitas inter homines Reipubl. aduersa.

Breuis commẽdatio de tribus ordinibus, Ecclesia, Nobilitate, Iustitia, quomodo sese gerere debeant.

Tertius ordo.

mo, quicquid ab eo proficiscitur, neque inquirendum cur id permittat. Occulta enim esse eius consilia, nec discutiendam eius voluntatem, sed cum gratiarum actione suscipiendum quicquid contigerit. Quoque munere & officio suo defungente, indubie in Repub. omnia bene processura. Porro vt ad rem veniat, qua de agitur dixit, sibi in manus tradita à parte Nobilium 5. vel 6. instrumēta, quæ ponderāda sint. Vnū esse de ann. 1406. Ludouici II. Regis Siciliæ & Comitis prouinciæ, quo super quadam controuersia incolarum Brabantancensium in Prouincia, qui Nobiles ad onera quæ tum erant, deuocari postulabāt. Decretū fuit à prędicto Rege Ludouico Comite Prouinciæ Nobiles nihil soluturos feudorum nomine quæ possident Iurisdictionis & Iustitiæ titulo: Sibi videri hoc instrumentum inter cætera valde ponderandum esse. Nam ex his verbis *feuda quæ possident Iurisdictionis & Iustitiæ titulo*, totam difficultatem pendere, vtrum onera sint realia, an pure personalia: non sine causa id ponderandum esse. præiudicium enim esse, Nobiles cum immunes sint ratione feudorum quæ possident titulo Iurisdictionis & iustitiæ, onera præstare debere ratione aliorum feudorum, quæ possident alio quam Iurisdictionis aut Iustitiæ titulo: Atque ita dici posse, onera realia esse in prædicta Prouincia: Nā in Francia ac nominatim locis Lutetiæ vicinis, vbi tributa personalia censentur, vbicunque Nobiles bona habeant, siue ea bona nobilia sint, siue ignobilia, nulla tributa soluere: quoniam tributa personalia censentur. Igitur constitutionem Regis Siciliæ Ludouici II. indici & argumento esse, tributa in Prouincia non esse simpliciter personalia: verum aliquid reale continere. Et hæc de primo instrumento. Secundum instrumentum esse de anno 1448. Regis Renati, itidem Comitis Prouinciæ pro incolis, qui postulabant sese immunes reddi à quibusdā instaurationibus murorum, ciuitatum, qui in ruinas collapsi erant, & vt nobiles eas præstarent ratione bonorum feudalium, quæ possidebant absque Iurisdictionis aut Iustitiæ titulo: Hoc instrumentum, quod continet iudicium Regis Renati dictum fuisse, Nobiles præstare oportere ratione bonorum ab ipsis quæsitorum aliter quam per retentionem, *vi maioris & directi dominii*. Tertium instrumentum esse delegationem specialem, anni 1471. maioris Seneschalli Prouinciæ autoritatem à Rege, eodemque Comite Prouinciæ habentis, qua mandatum, vt inspectio fieret focorum prędictæ Prouinciæ vniuersæ, vbi indictiones per focos adscribuntur, deque eo partes consentire, & scire quantum in singulos focos præstare debeant: & quoniam multum temporis elapsum esset, ex quo inspectio focorum prędictæ Prouinciæ celebrata non fuerat, & pagi nonnulli focis quibusdam aucti fuissent, alii vero imminuti, prædictum delegatorium siue commissionem à maiore Seneschallo Prouinciæ emissam peragendæ inspectioni per totam Prouinciam & ad inquirendum super focis & facultatibus incolarum & fertilitate regionum: Hanc delegatoriam sibi persuadere, tributa non esse pura realia: verum realia magis esse quam personalia: Porro vigore prædictæ delegatoriæ, delegatos ad id nominatos & deputatos, totam Prouinciam lustrasse, focagiā constituisse, breuesque super eo confecisse, & quod in hoc vel illo pago tot focos reperissent, in hoc vel illo loco tot, in hac vel illa vrbe tot: neque se reperire post annum illum 1471. nouam aliquam inspectionem præterea factam, & forte propterea non factam controuersiam, quæ hodie inter partes est, obortam: ac præterea se non videre focationes factas à prædictis delegatis à superiore confirmatas fuisse, etiamsi iis comprehendatur, quod personæ imponantur pro rebus, & personæ contemplatione rerum tributariæ sint: sibi non liquere, vtrum hoc dictum seu hæc determinatio obseruata fuerit vel nō: attamen se nō videre aliquam immutationem factam à prædicto anno 1471. vt postea dictum iis sit, Verum reperire se anno 1476. immutatione cuiusdam foci factam ad postulationem Domicellæ cuiusdam, quæ lactauerat Regem Hierosolymitanum filium Comitis Prouinciæ: reperire se etiam anno 1416. Regem Hierosolymitanū heredem suum instituisse in prædicto Comitatu Prouinciæ Regem Franciæ Ludouicum XI. & Carolum VIII. filium ipsius, & anno 1480. Regē Carolum VIII. omnia priuilegia comprobasse, quæ Reges Hierosolymitani comites Prouincialibus largiti fuerant, decreuisseque vti custodirentur, porroque obseruarentur. Rursum Nobiles sibi edidisse Arrestum quoddam siue curiæ placitum anno 1528. quo cautum fuit nobilem Prouincialem ratione bonorum quæ dependent à feudo ab ipso quæsito, nihil tributi soluturū, at ratione bonorum ab ipso quæsitorū, quæ videlicet ab ipsius feudo non dependent, soluere oportere. Quod Ecclesiasticos spectat, eos nihil aliud sibi edidisse, quam priuilegia nonnulla ante infocationem celebrata anno 1461. Ex quibus priuilegiis liquet, eos ab omnibus subsidiis immunes esse possessionum nomine, quas iam ante prædictum annum 1471. possidebant. Et vero se credere, nihil ab ipsis peti illarum possessionum nomine, verum pro iis tantum, quas post annum 1471. acquisiuerunt. Siquidem in focatione facta prędicto anno 1471. dicitur pro possessionibus tributariis tam Ecclesiasticos, quam Nobiles tributa soluturos exceptis tribus casibus qui continentur & declarantur in prædicta infocatione. Quod Iustitiarios attinet, eos nulla instrumenta sibi edidisse. At vero à plebe siue à petitoribus sibi editum diploma Regis Francisci anno 1541. de cuius approbatione nunc agitur super cogendis Ecclesiasticis & Nobilibus ad solutionem tributorum pro bonis rusticis, quæ tenent & possident. Editum quoque sibi iudicium quoddam anni. 1534. quod datū à quibusdam Regis deputatis, puta à defuncto Præside Poilloto. Item à quodam cui nomen de Certa, aliisque, quo iudicio ad terminādam litem procedentes inter dominum Maioris Siluæ & incolas quosdam, prædicto domino de maiore Silua nitente decreto quodā delegatorum super negotio focagiorū, Prædicti deputati regii, qui octo erant, decreuerunt nō habita ratione decreti, anni 1471. facti à commissariis super negotio focagiorum, veluti quod nullum sit & abusiuum, dominum Maioris siluæ ratione bonorum ab ipsis quæsitorum soluere oportere. Pariter editam sibi rem quandam quæ valde ponderanda sit, puta catastrum, id est, descriptionem bonorum Oleriensium: Nescire se, vtrum hæc descriptio integra sit vel nō: quandoquidem cum inscriptio eius ita habeat *inuentarium bonorum nobilium*, &c. nihilominus nonnisi de immobilibus agatur, post scripta nomina & cognomia incolarum Oleriensium: in ista descriptione prædictorum fundorum vbique præterquam tribus locis tantum legi[illegible]er has occurrere *dominus d' Olires tenet*, ita vt nōnisi tres fundos reperit ex territorio Oleriēsi exceptos, quos domini Oleriēses nō possideant, Nulla alia catastra aliorum pagorū se vidisse. Preterea eos qui pro plebe seu popularibus agant sibi edidisse aliquid quod pariter ponderādum sit, idque contemplatu Iustitiariorum, pura

Instrumenta edita a partibus.

Aduersus Ecclesiasticos.

puta infocationem, in qua scriptæ sunt ciuitates & pagi prædictæ infocationi obnoxia, & quot focos vnaquæque ciuitas & vnusquisque pagus sustinere debeat: Excipi fundos, quos consiliarii & iustitiarii possident, in qua exceptione interesse aliquod verti possit: Insuper exhibuisse sibi Arrestum quoddã, quod datum anno 1544. quo nobilis stirpe satus quidam interim & per prouisionem condemnatus fuit ad solutionem pendente processu, qui inscriptis peragebatur, tributorum & indictionum, de quibus agebatur. Et hæc esse illa, quæ partes sibi ediderint. Ex quibus definitio controuersiæ inter prædictas partes resultet, Si Curia putet, id propere fieri posse. Alioquin decreturam ipsam, quod ipsi bonum videbitur: verum saluo meliore iudicio videri sibi requiri, imo necessarium esse, vt forma aliqua constituatur & ordo in prouincia, & quidem propere: Alioquin confusionem aliquam oriri posse & emotionem: videre se ab vna parte Ecclesiasticos dicentes, sese priuilegiatos & immunes omni iure ab omnibus tributis personalibus & omnibus oneribus extraordinariis, siue ea munera sint sordida siue alia cum omnibus angariis & parangariis, & vero eos verũ dicere: At quando de muneribus patrimonialibus aut realibus agitur, se non reperire eos priuilegio antiquitus immunes esse. Textum in eam rem esse, *si petit tributum Imperator*, illi soluendum est. Nam dominus *Matt.* 27. iussit Petro, vt solueret didrachma pro eo. Si Iesus Christus tributum soluit, quemnam adeo confidentem futurum, vt sese immunem dicere ausit? Igitur saluo meliore iudicio Ecclesiã, si nihil possideat, nihil etiam soluere oportere: at si fundos possideat, eam tributum præstare debere, quod eorum ratione Regi debetur. Non esse ipsorum priuilegio insistendum seu priuilegium ipsorum ad rem nihil facere: Neque enim quicquam ab iis peti eorum nomine, quæ acquisiuerunt ante annum 1471. verum pro iis tantum quæ postea acquisiuerunt, & quorum nomine adscripti fuerunt in focatione facta prædicto anno 1471. postquam omnes fundi ab ipsis non possessi tributarii facti sunt: impossibile esse vt à tributis immunes sint, & si ab iis immunes essent promiscue fundos, quos possent, omnes adquirere iis liceret, & nihilominus non nisi misera plebs solita tributa præstaret, contra æquitatem. Non posse priuilegia ipsorum extendi, ad futura incommoda misellorum incolarum, qui nullos fundos vel paucos admodũ possident: possessiones siue descriptiones prædictorum Ecclesiasticorum se nullas videre: itaque nullam rationem sibi occurrere aut veri speciem, qua sese tributis eximere possint ratione bonorum post annum 1471. quæsitorum, quæ quidem tributa sese magis realia, quã personalia putare. Cõstitutionem Regis Siciliæ qui & idem Comes Prouinciæ, Ludouici II. ipsis aduersari, vt & alteram, anni 1471. Itaq; si onera super bonis affectata sint & prædicta bona tributaria sint, se non videre aliud, quam prædicta tributa realia magis quam personalia esse. Nihil obstare, quod ii qui plus bonorũ possident. puta mercatores & artifices immunes sint. Id enim non pertinere ad exonerãda bona tributaria, neque nõ oportere, onera bonis annexa realia magis, q̃ personalia esse. Quicquid sit, nõ aliud dici posse, quam ea [illegible] esse: verũ quidẽ esse, in ciuitate Aquisextiensi plus focorũ esse quam intra decẽ leucas, seu decem miliaria quaqua versus: Neque tamen id efficere, quin realia sint tributa, atq; ideo etiam adscribi domos vrbanas, quæ tantundem vel etiam amplius valent, quam fundi rustici. In catastris, quæ viderit, se non repetire inuentarium, nisi bonorum immobilium tantum: quod satis arguat, census prædiis tantum esse impositos. Quapropter tandem cum onera magis realia quam personalia sint, non videre se quomodo Ecclesia sarcinam tributorũ defugere possit.

Quod Nobiles attinet, eos nonnisi pro vno articulo cõtendere, puta: Se nihil debere, pro bonis quæsitis ab ipsis per commissum retentionem aut desamparationem: Fundamentum ipsorum esse in decreto anni 1471. & in iudicio Regis Renati, quod superius à se recitatũ sit: Verum saluo meliore iudicio videri v. x. a genera esse recuperandi in solidum vel pro parte, puta cum reuertitur ex lege primæ inuestituræ, veluti si is, qui id possidet, inofficiosus fuerit, seu, vt loquuntur, feloniam commiserit aduersus dominum suum feudi dominantis, & tum huic feudo dominanti tanquã membro consolidatur: hoc sane casu æquum videri, vt nihil tributi præstet, dicendũq; constitutionem quę de feudis Iurisdictionem & Iustitiam habentibus loquitur, ita intelligendam & ita conditam. Dicere se nihilominus, sibi non videri adeo rationabile aut æquum, vt nobiles & Ecclesiastici ex hac retentione nihil pręstent, cum de interesse alicuius tertii agitur, prospicere se & videre incommodum quod inde sæpe oriri potest: vt ecce, Dominus feudi per seruum suum subditã sibi aut aliã suppositã personã possessionem comparari curabit, quam mox eodem pretio à subdito suo nanciscetur, diceteque, id iure retentionis fieri: Nihilominus misellus tertius ille tributum & onera soluturus est. Dominus autem qui in possessione constitutus est, quique retraxit, nihil eius soluturus est. Nihil prodesse Constitutionem Regis Siciliæ Renati his verbis: *quod ratione & vi maioris & directi dominii*: decretum quippe anni 1471. vlterius procedere & decernere, vt bona quæsita iure pręlationis tributa præstent. Atque hic dicere se oportere, quod sibi videtur, nempe commissarios seu delegatos ad faciendam infocationem fines mandati excessisse. In mandatis enim non habuisse nisi vt Prouinciam inspicerent seu lustrarent, vt terminos fundorum inquirerent atque incolarum facultates, non etiam vt aliud decernerent ipsi: Et vero nulla eius habita ratione ann. 1533. Regis delegatos, qui præclari & magni viri erant, iudicium suum dedisse aduersus dominum Maioris siluæ. Prætera reperire se, non obstante hoc decreto, controuersiam semper fuisse: vnde liquet, prędictum decretum non fuisse inuiolabiliter obseruatum. Item dixit, sese vidisse in sacciperionibus partium complurima iudicia data inter dominos & ipsorum subditos pro subditis ipsis: & alia quoque data in Parlamento Prouinciæ aduersus Nobiles solutionem detrectantes. Nec quidquam prodesse, quod Nobiles subbannũ præstent; id enim pro feudis, quæ possident, fieri, & meliore eos conditione, quam cæteros esse. Quid quod Rex cum detrimento miseræ plebis locupletari nolit, verum iure liciteque? Neque bonum esse seu vtile, vti pauperes semper & passim soluant, atque interea Nobiles adquirant. Si dicatur, Nobiles de feudis suis nonnulla rusticis dedisse, ipsimet ea retineãt, & tũ rustici nihil soluturi sunt. His rationibus dixit, se nõ videre magnũ incõmodum, vt Nobiles nihil soluant pro huiusce modi feudis. Regem quippe banno & subbanno contentum fore.

Quod *Iustitiarios* attinet, eos priuilegium, dispositionem iuris communis, præscriptionem, consuetudinem & æquitatem allegare. Igitur quoad dispositionem Iuris communis, se non reperire, vt Iustitiarii immunes sint à muneribus patrimonialibus,

Aduersus Nobiles.

Aduersus Iustitiarios seu Magistratus.

&

& ieanbus, noo magis quam Ecclesiasticos: Neque quidquam obstare, quod sint pars corporis Principis. Quantum enim ad prætensum ipsorum priuilegium pertinet, id non datum fuisse, nisi maiori Seneschallo Prouinciæ, iisque qui ordinarie in præsentia essent & in commitatu Principis ad eum Consiliis adiuuandum, de iustitiariis non loqui. Ad id, quod diceretur sese eos ipsos esse, qui Principi adsistebant, seque constituros in ciuitate Aquisextiensi ad constituendum Parlamentum, atque ita prædicto priuilegio frui oportere, respondere se argumentis ipsorum sibi insufficiens videri: Nam quoties ordo immutatur priuilegium etiam ordini datum, immutari *l. sicut municipium. ff. Quod cuiusque vniuers.* vbi Glossa ait, Quod quando priuilegium aliquod datum est in loco quodam, vt inibi seruitium exhibeatur ab iis, qui in eo loco constituti sunt, si ita constituti recedant, quod, inquam, priuilegium in illo loco semper maneat: at non etiam sequatur eos, qui inde recesserunt citra renouationem prædicti priuilegii & clausulam dispensationis *de non residendo in loco*, cuius contemplatione, seu fauore datum est priuilegium & primitus indultum: re immutata, qualitates & priuilegia nō amplius manere. Quo tempore Comes Prouinciæ erat, cum quocunque proficisceretur, suū habuisse consilium, quod eius comitatum sequebatur: Ob hanc rationem consilium immunitatis priuilegium habuisse, at posteaquam certo in loco constitutum esse cœpit, non iam Principis Consiliis adiuuādis, verum iuri partibus reddendo, in certo loco iam nouū corpus factam, & nouū ordinem, & nouam functionem. Quapropter opus fuisse priuilegii renouatione, haud aliter atque præsens hæc Curia, quæ olim Reges Franciæ secuta est, eorumque Comitatum, adiuuandis illis consilio in maioribus & vrgentibus negotiis Reip. posteaquam ea in hac ciuitate constituta fuit, ad reddendum ius partibus factus fuit nouus ordo & noua functio: ita vt iam nō iisdē priuilegiis fruatur, quibus fruebatur, cum in Comitatu Regum esset: Palam esse, eos qui quotidie in Comitatu Regis sint pro maximis negotiis, multo plus laboris & impensarum sustinere iis, qui constituti in hac ciuitate Parisiensi sedent, atque ideo plus priuilegiorum habere. In ciuitatibus & præfecturis harum regionum tributariis & non immunibus, officiarios Regis Iustitiarios tributa soluere, haud aliter ac vilissimos quosque plebeios: quinimo & Selectos ipsos & subdiuuas, qui tributa adscribunt, quique delegatorias pro adscriptionibus & actionibus expediunt: Si Iustitiarii Prouinciæ priuilegio quod allegant fruiti sint id autoritate priuata eos vsurpasse, cum nemo esset, qui sese eis opponeret, quiq; eos cogere auderet: & sic per concussionem. Proinde postulare se vti dicatur, tam Ecclesiasticos quam Nobiles & Iustitiarios Prouinciæ tributa soluere oportere pro bonis ab ipsis quæsitis, in quibus prætensam ipsorum possessionem denegat. Si *præscriptionem* allegent, tum necessario vt minimum aduersus Regem, contrariam eam esse oportere, id quod demonstrandū eis foret. Ac præterea aduersus bonam fidem id fore, atque propria autoritate id esset Regi adimere, quod ad ipsum spectat. Multo minus *consuetudine* munitos esse. De *æquitate* se quidem assentiri, Iustitiarios multum laboris in reddendo & administrando. Iure subditis Prouincialibus sustinere, verum id non ideo efficere, vt immunitatem aliquā vsurpare absque expresso Principis priuilegio possint. Et quoniam apparet, ab anno 1471. nullam factam fuisse focorum Prouinciæ inquisitionem, facileque credi potest, lapsu temporis in nonnullis locis focos numero auctos fuisse, alibi vero imminutos, Curiam suppliciter se orare, vti decernat inspectiones in locis peragendas, ad inquisitionem imminutionis & incrementi, & facultatū ad nouas focationes faciendas & peræquationes, potentiore debilioris sarcinam sustinente, & vt id statis annis Populi subleuationem perficiatur. Et si forte Curia ilico definitiue iudicare nollet, interlocutoria sententia decerneret, omnes pro ratione bonorū tributariorum per retentionem quæsitorum soluere oportere.

Riantius pro replicatione sua dixit sese probe perspicere, plebem potentes aduersarios habere: attamen non valituram ipsorum aduersus iustitiam, æquitatem & rationem potentiam. *Replicatio Actorum.* Et quanquam hæc quæstio in duobus articulis consistat: quorum vnus est facti, alter vero iuris: neq; hic considerāda sit Ecclesiæ, vel Nobilitatis aut Iustitię prærogatiua: in controuersia qua de nunc agitur: atque argumentum ratione disputandi vnius communis sit omnibus tribus, atque cōmune habeant consiliū & omnes tres priuilegia, iura, decreta, statuta, possessionem, aliasq; exceptiones seu defensiones eiusdem generis prætendant, nihilominus vnumquemque suo & peculiari vti voluisse Aduocato, atque ab vno eandem em diuerso sermone eadem substantia reperi voluisse, idque extra causam. Statum causæ esse, vtrum onera in prouincia hac Gallia Norbonēsi, realia sint, an personalia? tum &, vtrum personis ob res indicantur? Rursum si realia sint, an immunitas eorum Ecclesiasticis, Nobilitati & Iustitiæ competat: Hoc vnum ante omnia admittendum esse, quod ad bona feudalia pertinet, partibus in eo conuenire, quod de his nulla quæstio sit, quodque huiuscemodi bona tributaria non sint, quodq; in Prouincia is qui feudum nobile tenet, neque tributum neque focagium soluat: verum banno & rebanno sit obnoxius, idque prorsus, siue dominus feudi nobilis sit, siue Ecclesiasticus, siue Iustitiarius, siue plebeius, adeo vt in Prouincia eo prætextu feudo dominus feudi nobilitetur: ac proinde feudū immunitatē præstare, nō Nobilitatē, nō Ecclesiam, non Magistratū. *Feudum nobile, immune à tributis, & plebeium possessorē in Languedocia nobilitat: in Languedocia non itē.* In hac igitur quęstione tātū de bonis paganis siue ignobilibus, quæque aliquādo tributaria fuerunt quæri, vtrum videlicet ad quemcunque & quocunque titulo peruenerint, eadem conditione apud nouos possessores maneant, qua prius apud antiquos esse solebant: & in hoc consistere controuersiam, & de hoc quærendum non repetitis prolixius Rerumpublicarum formis & differentiis, quæ superflua sint aduersariorum inquisitio: *Super bonis ignobilibus nota bilis discursus.* neque se Aduocatum voluisse Ordines æquare, eosque confundere, nolle sibi dictum, quasi Nobilitas non semper modis omnibus tertium Ordinem superauerit: verum id sibi dictum, distinctionem & qualitatem personarum in hac causa attendi minus oportere, in qua tantum de æquabilitate quadam admodum fauorabili agitur, puta vti quisque proprium onus sufferat; neque pauperior ditioris sarcinam sustineat. Graue etenim; & non solum Legibus; sed etiam æquitati contrarium pro aliorum onere alios onerari & molestari *l. in fraudem. C. de an. & trib.* Id porro huic quæstioni de qua agitur, valde coniunctum esse, vnumquemque teneri pro eo quod tributarii & ignobilis possidet, onere in alios non translato sub specie cuiuscunque priuilegii: nempe eum qui hæc recusat, rem inuidiosam & seditioni proximā eum exequi. Igitur in hoc primo articulo id tantum quæri, vtrum fundi ignobiles

Prouin-

Prouinciales tributarii sint, & focagiis aliisque oneribus in prima oratione sua expressis, obnoxii, & consequenter reales? Hanc quæstionem dubio carere, quicquid in contrarium partes aduersæ dicant. Huiusmodi enim onera personis ratione bonorum indici, compluribus rationibus & argumentis comprobari. Primo enim Lege ea dici realia onera, quæ possessionibus aut possessoribus indicuntur. *L. indictiones. C. de anno. & tribut. lib.* 10. nempe possessoribus, siue sint municipes, siue non sint; personalia vero aut mixta, solis municipib. vel incolis. *l. rescripta. §. si. l. munerum. m. §. patrimoniorũ. ff. de muner. & honor.* vt proinde ad internoscendam & distinguendam realitatem & personalitatem videndum sit, an quæ tantum incolis, hæc personalia vel mixta sint? an vero quæ possessoribus etiam non incolis, aut municipibus realia sint, velut in *l. 1. C. de mulier. & in quo loc. muner. sub. Munera, inquit lex, quæ personis inhærent in locum incolatus, patrimonii vero munera necesse est, mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere; &c.*

Argumenta firma realitatis tributorũ.

Probationem hac in re promtam & paratam esse, nempe in Prouincia, focagia, aliaque onera è fundis ignobilibus & pro modo possessionum exigi, eumque in finem si catastra inspiciantur, id omnino cõpertum iri, in quibus hæc verba occurrant, quibus prædicta onera realia esse liquet: *Pratum situm in tali loco ad talem pertinet.* Item de cæteris, idque ratione tributoria: merito igitur vere realia esse *l. omne territorium, C. de cens. censito. & peraq. lib. 11. de rescript. §. fin.* Secundo partes inter se consentire, in Prouincia dominos & possessores fundorum ignobilium siue Nobiles sint, & feuda possideant, siue alo, cogi tributa & onera in loco territorii possessionum, etsi alibi habitent soluere, veluti: Incola Aquisextiẽsis possessionem ignobilem Tarrascone habens onera & focagia sustinere pro modo & rata possessionũ Tarrascone, vbi possessiones sitæ sunt, cogetur. Id vero arguere veram realitatẽ *d. l. rescripta. §. si & d. l. 1. C. de Mulier. & in quo loc. mun. sub.* Et diuersitatem omnino recte ita demonstrari. In omnibus Prouinciis, scilicet quæ appellatione *Languedoia* veniunt, Francia diuiditur à nonnullis in *Languedoc & Langued'ouy*, ex illo semel errore, quasi Languedoc dicta fuerit gens & lingua qua vsurpatur oc pro ita, quæ fatua est originatio, *& Langued'ouy*, in qua *ouy* pro ita; & in eorum breuibus tributariis, qui in ciuitatibus & pagis tributariis conficiuntur, duntaxat descriptionem personarum fieri, rerum autem nullo modo, scilicet *hunc vel illũ centum solidi*, exempli gratia adscribuntur, de possessionibus nullum verbum. Contrarium omnino obseruari in Prouincia. In Languedoia rursum nonnisi in locis domicilii solui, non etiam in locis, in quibus possessiones habentur: vt ecce, qui San-dionysii in Francia commoratur, habẽs bona apud Pictones aut alibi, non nisi in loco domicilii sui soluet, puta San-dionysii: Ergo præstationẽ esse personalem *d. l. de Mulier.* In Prouincia vbique locorum si possessiones habet: igitur realem esse. In Languedoia ignobilem feudem possidentem tributis adscribi, non etiam in Prouincia: In his partibus Nobilem tributis non adscribi quæcunque tandem bona possideat siue feudalia, siue ignobilia, quoniam inibi tributa mixta, & non plus personalitatis habere quam realitatis censentur. Hanc immunitatem nõ ex dispositione Iuris, sed ex gratia Regis nostri procedere, prout continetur in constitutione Regis Caroli VI. & absque eo sane articulus hic esset iuris controuersi. *auth. de Defens. ciuit. ibi, vt vniuersi nobiliores. elber. ad rub. de muner & hono.* In Prouincia nobilem, qui extra fundum domicilium

Differẽtiæ indictionum quæ fit vatio Lãguedocia & Languedoin.

Ignobilis ratione feudi nobilis tributarios in Lãguedoia.

suum tenet, fundos ignobiles tributa soluere, vt Aduocatus Nobilitatis in iudicio fassus est: Ergo necesse esse fateri realia esse munera. In Francia Nobilem penitus immunem esse: In Prouincia nullos esse Selectos. Nihil enim disputari super adscriptione personarũ posse. In Francia infinitas lites. In Prouincia numerũ focorũ esse certũ, nulla personarũ distinctione, in Francia Selectos teneri transire, vel transuehi per regiones suæ Selectionis ad explorandum, vtrum calamitates aut mortes intercesserint, vt postea tributorum peræquatio per cæteros pagos fiat. In Prouincia eundem semper numerum esse, numerum focorum certum & perpetuum esse in quacunque ciuitate & pago, non pro modo personarum, sed pro modo territorii, fertilitate aut sterilitate agrorum: velut in ciuitate Aquisextiensi, quæ populosa ciuitas est, non maior, imo ne tantus quidem focorum numerus est, ac in aliis minoribus ciuitatibus, veluti Tarrascone, quæ territorio amplior est, domibus & ciuibus inferior. Præterea si onera personalia essent in Prouincia, nil opus futurum Nobilitatis aut Ecclesiæ priuilegiis specialibus, nec hoc casu indici posse aliis quã incolis, & nihilominus peculiaribus quibusdam catastris contineri, quod ad marginem quorundã focorum dicatur, hunc vel illum fundum ad hunc vel illum dominum pertinere, ad hunc vel illum consiltariom, ad hanc vel illam Ecclesiam, & sic de singulis, hinc euidentissime patere, quod possessionibus indicuntur, non personis, & maxime quod Camera Ratiociniorũ Consiliarios ratione bonorum rusticorum immunes faciat: quæ exemptio esset superflua, nisi ius commune esset in contrarium, *l. 1. §. fin. ff. ad Municipal.* Non posse partes denegare se tributarios ratione bonorum ignobilium esse. Nam Regem imperare, & indicere hæc tributa & onera omnibus Ordinibus, nempe tribus Ordinibus, qui eo fine coire solent, & communi consensu seu decreto decernuntur focagia & onera quæ ex bonis ignobilibus & tributariis exiguntur. Hoc inspecto ratione concludente dici oportere, huiusmodi onera omnibus Ordinibus imminere, qui alioquin, nisi ea res oẽs tangeret, nõ cõuocarentur & nisi ratione ignobilium promiscue tenerentur. Ratione feudorum quippe focagia non exigi. Curiam iam satis superque edoctam certo in Prouincia fundos ignobiles tributarios esse & adscriptionibus obnoxios ratione tributoria, defensores ab eo immunes esse non posse, & consequenter expeditam esse facti quæstionem.

Selectis ab opus vis tributarios lia sunt.

Alteram seu secundam quæstionem quæ Iuris est, multo faciliorem & expeditiorem fore. Præsupposito, quod superius abunde probatum est, tributa & onera, de quibus quæritur, realia esse necessario sequi, omnes ea agnoscere & subire oportere. Idque Aduocatum Nobilitatis concedere his verbis. quæ inter perorandum protulit, *Si inquit, realia essent, cedendum fore, quia ab illo munere reali nemo excusaretur.* Quapropter nec fauorem Ecclesiæ, nec priuilegiũ Nobilium & Iustitiæ onera realia spectare, quantum ad possessiones ignobiles, post prædictam infocationem quæsitas *l. 2. C. de præd. & omnib. reb. nauicula. lib. x. & l. 2. C. de muner. patrimo. lib. eod ab his oneribus ff. de vacat. muner.* Non oportere tutulum aut rationem qua immobilia tributaria quæsita sunt atque in ius prædictorum Nobilium & Ecclesiasticorum peruenerunt, attendi siue iure præ rationis cõmissi aut alio. Nam in censualibus prælationem non concedi. *C. constitutus. de relig. domib. not. modern. in l. 3. C. de Iur. Emphy.* Non esse commisso nisi in feudis locum. *c. primo.*

Vtrum Nobiles tamen ac bonorũ ignobiliũ ipsis iure commissi aut prælationis quæsitorum se immunes dicere possint.

primo quib. mod. feud. amitt. vt proinde superfluum & frustraneum sit disputare, vtrũ bona ignobilia quęsita iure prælationis aut commissi tributaria manere debeant, quandoquidem in iis prædicto iuri locus non est: dubium non esse si ad prædictos Dominos feudales perueniãt, eis tributis quibus onerati sunt, obnoxia esse: Legem imperialem hoc ipsum dicere de rebus Principi quæsitis, citra vllam excusationẽ *l. 1. C. de Præd. & omnib. reb. nauicular. Domum,* inquit, *mansuetudinis nostræ in usque nauiculario nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem.* Id ipsum pariter rigide constitui in Ecclesia, *l. fin. Cod. de exact. tribut.* vbi generaliter omnes tituli modique adquirendi recensentur, deque omnibus illis nullo discrimine constituitur, Ecclesiam tributa & onera realia debere: atque inibi etiam dubium illud soluitur, vtrum quæsita iure prælationis, commissi aut aliter tributa debeant. Porro cum in Prouincia distributa fuerũt & adscirpta foegia totius territorii & omnium fundorum ignobilium, qui tenebantur & possidebantur tum ab incolis locorum habitam rationem, non fuisse iis comprehensa dominia & patrimonia dominorum, quæ tum possidedant: cæteros ignobiles ascriptos & sigillatim singulos æstimatos & censitos in libris & catastris, iuxta *l. & omne territorium. C. de censib. censitor. & peræquat.* Ideo hac id temporis seruitute impositaeum sua causa, suoque onere transiisse, quomodo *Bald.* in propriis terminis *in tit. de Pac. Constant. §. Imperialis clementia. col. 4. vers. Quid de collectis* ait: quod si dominium ab Ecclesia quæsitum tenebatur collectam & tributum ordinarium ratione tributaria soluere, vt in casu *l. rescripta. §. si. ff. de Mun. & honor.* Prædictum dominium ita oneratum, cum onere suo Ecclesiæ adquiri *l. alienatio. ff. de actio. emt. & l. omnes. C. sine cens. vel reliq. fund. alie. non poss.* Baldum ibid. rationem adducere, dicendo, huiusmodi dominium tributis oneratum eius ratione expressa hypotheca obligatum & suppositum esse, haud aliter ac reali cuidam seruituti, eaque ratione æquum esse & necessarium, vt venditum, alienatum seu acquisitũ censeatur, cum onere suo, non attento, cui: Aliam præterea considerationem subesse, vt dicatur, Dominum feudi, qui iure prælationis dominium ignobile tenet, teneri eius ratione omnia onera sustinere quæ pristinus possessor eiusque Dominus sustinebat, hanc nempe, quod is qui fundum tributis & focagiis obnoxium vendit, eum longe minoris vendat, eo quod sit tributarius, & pretiom venditionis minus sit, maius alioquin futurum, si prædictum dominium liberum & immune foret. Quapropter hoc onus & conditionem hanc tributariam partem pretii constituere *l. fundi partem. ff. de contrah. emt.* Igitur ea lege venditum, eadem lege retentum esse debere & eodem iure seruitutis quo penes venditorem fuit *l. seruus. ff. de manumiss.* Non obstare id, quod Bald. dicat *in §. si quis de manso. Si de Inuest. feud. fuer. controuers.* nam quoties Vasallus adquirit, & feudo suo rem consolidat, quæ antea ab eo distracta fuerat, hæc consolidatio tamen onera focagiorum, tributorum, aut aliarum hypothecarũ quibus erat hypothecata extinguere nõ potest: Nec enim potest huiusmodi retractus ius tertio quæsitum extinguere, *l. si pater. in fin. ff. quemad. seru. amitt.* Hæc omnia id efficere, quocunque genere dominium quæsitum fuerit, iure prælationis vel commissi, id semper cum onere suo manere: quod ipsum sequitur, non personam. Quin præterea in iure prælationis pecuniam præstari: Nam is qui fundum retrahit, emtori pretium renumerat, eiusque locum subintrat, vt eodem iure quo emtor vtatur. Hanc quæstionem iam antea decisam fuisse à Commissariis deputatis à Rege pro reformatione Prouinciæ, vti liquet, & à quo appellatum non fuit atque ita Arrestum remque iudicatam esse, cui adquiesci oporteat. Secundo id consenso trium Ordinũ definitum & decretum esse, qui videlicet in concilium coacti decreuerunt, impetrandum simile Edictum Edicto Languedociæ pro cogendis videlicet omnibus possessionum ignobilium detentatoribus ad præstationem focagiorum aliorumque onerum, & hanc quidem legem latam, à Principe editam & promulgatam fuisse: atque istud Edictum esse, de cuius adprobatione nunc agatur: eo Edicto Regem omnibus prætensis priuilegiis, prærogatiuis & actibus contrariis derogasse: Proinde prædictã adprobationem celebrandam, non attentis iis, quæ in contrarium opponuntur. Primum enim diplomate Regio Ludouici II. Comitis Prouinciæ id tantum dici, Nobiles feuda cum Iurisdictione possidentes ad tributorum præstationem non teneri. Cæterum id omnino facere aduersus Nobiles, Ecclesiasticos & Iustitiarios, quoniam extra casus exceptos manet regula, nempe: Pro feudis non habentibus Iurisdictionem conferre oportere, & vnum excipiẽdo, alterum retineri in onere *l. cum Prætor. ff. de Iud.* quin & ex eo probari, tributa & focagia realia esse, quandoquidem feudum Iurisdictionale est, quod immune est, at non etiam persona. Multo minus obstare diploma Renati, anno 1448. quo non quærebatur de restitutione minorum, & de confirmatione quantum ad onera, quinimo eo ipso mentionem fieri realitatis istorum onerum. Idipsum dici oportere de delegatione Maioris Seneschalli anno 1471. ad inquirendum super incremento focorum & ad rem omnem postea referendam in Concilio trium Ordinũ Prouincialium: declarationem istorũ delegatorum seu commissariorum contrariam esse mandato seu rescripto, non fuisse æquum aut admittendum, vt ii aliquid pronunciarent aut decernerent, neque enim id mandatis eorum contineri & vero hanc declarationem ab aliis commissariis informatam fuisse. Quod Arresta prouinciæ spectat, ea inter Priuatos data esse, atque à Iudicibus quorũ intererat, vt quilibet videre potest: vt proinde eorum ratio nulla haberi debeat, neque vllo loco esse possint in hac materia, Quinimo alia Arresta contraria esse, quibus complures Nobiles Prouinciæ speciatim erga subditos suos condemnati fuere ad collationem pro bonis ipsorum ignobilibus. Cætera instrumenta nihil obesse, atque iis potius plebis causam iuuari: Magis enim magisque iis perspici, tributa realia esse, & possessiones tributarias, idque ex eo adhuc magis liquere eo quod conductores nõ teneantur tributa præstare pro conductis prædiis, verum ipsi fundorum proprietarij siue Domini: Id vero quod Nobiles asserunt, sese plures fundos alienasse post celebratam infocationem, quam ipsi quæsiuerint, id probari non posse. Et quamlibet id verum foret & probabile, necesse fore, vt in eo loco in quo Nobilis fundum post infocationem adquisiuisset, in eo ipso loco tantundem alienasset, alioquin si in altero territorio alienasset, nihil profuturum in prædicto loco, vbi acquisiuit & in quo infocari debet: Ac proinde plebis interesse semper locum fore, nisi in eo ipso loco Nobilis tantundem post prædictum tempus alienasset, quantum vice versa acquisiuit, & paris meriti, Quantum vero ad bannum & subbannum pertinet, id vero ius plebis tollere non posse: Nam eum, qui in feudo suo fundum ignobilem obnoxium focagiis acquisiuit, non debuisse

Tributum seu Census [illegible] hypothecæ [illegible] qua fundus comparari nõ potest.

Fundus cẽsualis minoris venditur, atque ita census pars pretii loco est.

pittacio seu feudi designationi feudali insertæ, nisi emolumentorum, quod antea consequebatur, neque potuisse seruitutem impositam prædictorum focagiorum extinguere. Quidquod pittacia & designationes feudales reformari poterunt, atque ea releuari: vtcunque sit. Plebem onera & focagia prædictorum fundorum sustinere non oportere. Quod ad præscriptionem à partibus aduersis prætensam attinet, saluo meliore iudicio, ei locum esse non posse. Præscriptionem enim sine possessione non procedere. Atquin hic nullam esse possessionem. Igitur nullam præscriptionem. Quapropter non posse Nobiles immunitatem suam fundare iudiciis, præscriptione, aut alia quacunque ratione: atque ita per prædicta videri satisfactum his, quæ ex aduerso fuerunt posita.

Contra Ecclesiam.

Quod ad Ecclesiam spectat, hac in re non agi, ei tollantur, contradicantur, aut derogentur eius priuilegia, quæ habet siue ex veteri aut nouo Testamento, siue ex Iure Ciuili aut Canonico.

Ab onerib. realib. nemo prorsus immunitatem prætendere potest.

Nullo etenim iure, nulloque priuilegio ab hisce realibus muneribus, neque primipilarem, neq; veteranum, aut militem, aliumque, qui aliquo priuilegio subnixus est, nec Pontificem excusari, *l. fin. § ab huiusmodi ff. de muner.* l. C. omnia dubia soluere, quæ in hac materia occurrere possent, *in l. his oneribus ff. de vac. & excusat. muner. His oneribus*, inquit, *quæ possessionibus vel patrimonio inducuntur, nulla priuilegia præstant vacationem.* Id responsi loco esse ad omnia prætensa priuilegia singularum partium, etiam Iustinianorum. Quanquam præterea priuilegium, quod ii prætendunt, de iis tantum, qui olim ad latus Principis erant, quique eius comitatum sequebantur, intelligatur, Curiam Parlamenti Prouinciæ in locum maioris Senescballi subrogatam esse: sed vtcunque sit, nihil eis prodesse seu opitulari prætensum priuilegium. *l. 2. Cod. de præd. & omnibus rebus nauicular. lib.* 10. Ad id, quod Ecclesia dicit, sese decimas soluere, aliaq; cõplurima onera sustinere, se respondere, in Edicto, de cuius approbatione nunc quæritur, non agi de fundis, quæ fundationis antiquioris, seu insignium, vt loquuntur, sint ante infocationem, verum de ignobilibus quæsitis post prædictum tempus, quorum ratione Ecclesiæ eodem iure sint cum priuatis, *d. l. si diuinæ domus.* Ad hæc, æquitatẽ euidentem esse, quod prædicta onera, de quibus agitur, exigantur pro custodia, tuitione, & securitate Prouinciæ, & vt occurratur bellis & incursionibus, à quibus nemo sit, qui iure excusari possit, *l. iubemus nullam. & ibi Baldus C. de sacrosanct. Eccles. Bartol. in l. nullus. per illum text. C. de cur. pub. lib.* 12. Vel ipsorum iure Ecclesiasticos ad succursum prædictarum incursionum conferre oportere, *c. 2. de immun. Eccles. Abbas in c. non minus. eod. tit.* Idque non tantum ratione immobilium, verum omnium aliarum rerum nomine, puta ad collationẽ frumenti, vini & capiti, ad instructiones militares, vt ait Anastasius Imp. *in l. vnic. C. vt nem. lic. ab empt. specier. &c. lib.* 10. Id ipsum obtinere in pontibus & itineribus, in instaurationibus ciuitatum & castrorum, à quibus nullo priuilegio quis excusari potest, expressa constitutione Impp. *in l. absit vt nos. C. de priuileg. dom. August. lib.* 11. Curiam rogari, vti omnia à se dicta pro causæ suæ iustitia & æquitate rei perpendisse velit. Ex quibus concludendum sit cum Aureliano Imper. *Quod vniuersi pro portione suæ possessionis ad hæc munera conuocari debeant, vt à summis ad infimos vsque communis sarcina decurrat. l. 1. C. de quibus muner. vel præstat. ne. lic. se excus. lib.* 10. Et posse Curiam non tantum momenti beneficium seu prouisionem iudicare, verum principale, attento Regis beneplacito, qui expresse reuocat, vt iure potest, quemadmodum ait Bald. *in l. quis sepatri. C. vnde liberi.* omnia Edicta, priuilegia, & rescripta huic contraria. Concludere se vt antea.

Duplicationes Nobilium, & cæterorum defensor.

Seguierus pro duplicatione sua dixit: Primum caput huius causæ esse, vt sciatur, cuius generis sint tributa in Prouincia, an in personas, an in res, an potius in personas pro rebus. Vt prædictus articulus melius intelligatur, ait, Legem scriptam sæpius locutam esse de munere patrimoniali, & describere, illud ipsum esse, quod sumptibus patrimonii, & damnis administrantis expeditur: ita dicere Arcadium *in l. final. §. patrimoniorum. ff. de muner. & honor.* & posse tripliciter imponi.

Genera tributorũ.

Personalia.

Primum personis tantum, nulla habita ratione patrimonii, qualis est capitatio, *l. ætatem. in principio ff. de censibus. l. cum antea. C. de agricol. & cens. lib.* 11.

Realia.

Deinde rebus tantum, nulla habita ratione personarum, siue exigatur certa pars fructuum ipsius rei, *l. modio. C. de suscepto & arca lib.* 10. siue extra fructum exigatur pecunia certa pro rebus, *l. neque stipendium. ff. de impens. in reb. dotalib. fact. & l. Imperatores. ff. de Publica. & l. sine herede. §. Lucius ff. de administrat. tutorum.* Hoc onus exigi & imponi non ratione & secundum æstimationem totius patrimonii, verum ratione æstimationis vniuscuiusque fundi & possessionis, *l. 1. & 2. C. de annon. & tribut.* Et notandum, pro hoc tributo, possessionem seu fundum solum obligatum esse, & non personam: neque aliam rem possessoris, quam fundum ipsum pro speciali ipsius tributo, *dict. l. Imperatores.* Hoc tributum proculdubio esse reale, perpetuum & vniforme, vt per Baldum in *l. omnes. C. si sæcens. vel reliq. fund. alien. non poss. & in l. placet. C. de sacros. Eccles.*

Mixta.

Rursum, hoc munus imponi personis pro rebus, & hoc respectu posse censeri munus mixtum, quod non præcise imponitur personis, nec præcise imponitur rebus, sed mixtim personis pro rebus: de quo sit text. cum gloss. *in l. rescripto. §. final. & gloss. in verb. alius. & in verb. incolis. ff. de muner. & honor.*

Tributũ tertium generum pro negociatione.

Casualia.

Notandum, Iurisconsultum *in prædicta leg. final.* mentionem facere cuiusdam alterius generis tributi mixti, quod ex negotiatione & opera eius, qui tributis ascriptus est, exigitur *in §. mixta munera.* Vt ad sem redeat, dicere se, tributa in Prouincia prima sui origine casualia fuisse: eo quod Principes Prouinciæ pecuniam exegerint à populo in Concilio Prouinciali trium Ordinũ ex priuilegio patriæ, iuxta occurrentem necessitatem, quæ ipsis è plebe indulgebatur, idque ex decreto prædictorum trium Ordinum, iuxta vires prædictæ plebis, ad formã oblationis seu doni gratuiti, cum expressa protestatione, *ne in consequentiam traheretur.* Et ad faciliorem eius exactionem, indultum eis fuisse ad seruandam æqualitatem inter personas collationi prædictæ donationis obnoxias, vt prædicti ordines vel ab iis deputati, qui vices Selectorum, qui in hac regione sunt, gererent, æstimarent seu censerẽt, vniuersitates incolarũ contributioni cuiusq; ciuitatis, pagi, aut castri Prouinciæ obnoxiorũ, idq; per focos: & prædictam æstimationem celebratam inspecto numero personarum ibi habitantium principaliter reditibus Communitatum ipsarum, commoditatibus locorum, & aliis vtilitatibus, cæterisque, per quas potentiores videbantur ad ea onera perferenda. Qua æstimatione facta prædictorum focorum per omnes communitates prædictæ Prouinciæ, & inspecto vniuersali numero focorum æstimatorum rationem subductã, quousque ascenderet, summa decreta pro vnoquoque foco: postea exactam à prædictis communitatibus partem prædictæ summæ, iuxta ipsarum adscriptionem, & in quantum ipsas contingebat iuxta numerum focorum, quo censitæ fuerant & æstimatæ. Et rei veritatẽ hãc esse, quicquid prædicti defensores

ignari

ignari iuris tributarii, exceptionibus suis repræsentari fecerint,) hāc focorum æstimationem & numerum ipsorum limitatum non fuisse, neque determinationem, seu formam certam in prædicta Prouincia extitisse vnoquoq; loco aut ipsius cōmunitatib. Verū immutatos & innouatos, quādo opus esset pro iuuādo Principe in ipsius necessitate & pro oblatione ei facienda, Si imminutio facta fuisset incolarū prędictæ Prouincię, Ciuitatū, pagorū & castrorū, aliaq; damna & calamitates, idque vt æqualitas in hoc munere exequendo seruaretur, & vt communitas, quę pro solutione oblationi Principi factæ antea maiore numero focorum erat, si postea ad minorem numerū personarum reducta esset, non maneret onerata & censita eodem numero focorum, & simili onere donationis insequētis priore ęstimatione seruata, ac si æque populosa esset, vt tempore primæ oblationis ad aliam æstimationem recursum fuisse.

Recursus focagiorū, siue reinfocatio.

Hunc recursum vocatum fuisse *focagiorum recursum*, iis non adscriptas fuisse ciuitates, loca & castra dominorum Prouinciæ propter se: verum propter illic habitantes. Nam si contingeret, post vltimum recēsum aut reinfocationem, vt pagus aliquis, locus aut castrum desolatum esset, expungi solitum à prædicta indictione & focagus, vsque quo rursus inhabitatum fuisset, viceuersa, si nonnulla loca aut castra, post vltimum recensum & inspectionem prædictorū focagiorum nouo recensui aut inquisitioni locum facerent, secundum multitudinem incolarum censeri seu æstimari solita iuxta veterem Prouinciæ consuetudinem, neque esse omittendum, istiusmodi incremento aut imminutione numeri focorum prædictæ Prouinciæ nullum præiudicium Principi factum: Semper enim integram summam suam habuisse, quæ ipsi à prædictis Ordinibus offeratur: verum hanc æstimationem tantum adinuentam pro commoditate incolarum, ad seruandam æqualitatem in adscriptionibus, quæ fiebāt oblationum Principi factarum nomine, aliarumque rerum prædictæ Prouinciæ necessariarum. Et quoniam euenit, vt prædictus recensus post annum 1471. factus non fuerit siue negligentia siue dolo præcipuarum quarundam Prouinciæ communitatum, quæ sese tam viris quam facultatibus immū in modum auctas videntes, atque ideo metuentes & præuidētes per recensus & inspectiones, quæ fieri iuxta veteres Prouinciæ consuetudines potuissēt & debuissent, sese maiore focorum numero onerandas, atque ideo maiore portione prædictarum oblationum Hac ratione complures communitates viris & facultatibus imminutas post vltimam infocationem celebratam fuisse, atque etiamnum esse prægrauatas exque eo maximam inæqualitatem in his muneribus subeundis inter tributarios ad hæc vsque tempora subsecutam fuisse. Id quod non euenisset, si prædictus recensus sæpius iteratus fuisset, vt antiquitus fieri solebat, eam causam esse litius Prouincialis iurgii. Prædictam infocationem focorumque æstimationem iteratam fuisse prędicto anno 1471. eo quod mortes, bella maritima, fructuū sterilitates, calamitates, depopulationes exortę cōprobassent, focos qui superarant, atque subsidia & tributa sustinebāt, plus nimio oneratos & grauatos esse. Commissarios siue delegatos prædictam infocationem celebrasse, de personarum numero & facultatibus ipsarum probe edoctos. Attestari ipsorum relationem siue gesta, in quibus æstimatio & recensus focorum adscriptus fuit, hac expressa clausula, *inspecta qualitate personarum, & pro modo facultatum*. Ac præterea in prędictis gestis mentionem fieri onerum, *quæ*

uen- geada mali- tribu- ta.

ordinarie imponuntur personis pro rebus. Distributos tum fuisse focos *per modum vniuersi*: vtputa, hæc vel illa ciuitas tot focos, hic vel ille pagus tot focos. A prædictis cōmissariis neq; mensurationē territoriorum factam, neq; æstimationem possessionum, neque catastrum singulorum possessorum: Quemadmodum factum oportebat, si solæ possessiones indicendæ fuissent: verum collectum & designatum fuisse numerum incolarum cuiusq; loci habita ratione & situs ipsorum, & communis & verisimilis commoditatis numeri & facultatum incolarum, æstimationemque factam generaliter hunc in modum: In hoc vel illo loco tot sunt foci, in hoc vel illo tot. Id perspici ex breuibus focagiorum, qui ex archiuis Regis Aquisextiensibus excerpti sunt: Et ipso euentu atque re ipsa satis constare. Et vero vrbes & pagos ad mare sitos multo plus infocatos fuisse, quam territorium & possessiones habita ratione territorii & possessionum ad alios spectantium sustinere possent. Verum rationem differentiæ ex eo, quod superius dictum est, procedere. Quoniam videlicet infocationes æstimatæ fuerunt, prout mandatur fieri, non tantum pro possessionibus immobilium, verum pro numero personarum, itemque pro ratione mercium & negotiationis, cuius magnam copiam habent, eo quod mari vicini sint. Idipsum factum fuisse in infocatione regionum montanarum: montes steriles esse, neque in his aut frumentum aut vinum prouenire, & eos tamen rarius cæteris infocatos esse, propter numerum videlicet incolarum & negotiationum animalium, quæ in iis abundant. Idem argumentum esse pro vrbibus: Ciuitatem Aquisextiensem paruum territorium habere, & nihilominus hanc vnam ciuitatem plus focorum sustinere, quam triginta pagos circumuicinos, cum tamē pagi illi coniuncti viceties amplius territorii habeāt, quam ciuitas Aquisextiensis. Ex his igitur iam liquere, infocationes factas, distributas, & impositas vrbibus & pagis incolas habentibus, verbisq; expressis, personis pro rebus & euidentia rei pro numero personarum. Non reuocandam in dubium Commissariorum potestatē, qui infocationem celebrarūt prædicti anni 1471. Lapsum quoq; temporis ei respondere, ex quo omnia præsumuntur solenniter acta, ac præterea mandatum expressum esse, cuius vigore actum illum exercuere, idemque decretum Concilii Prouincialis anni 1469. datas ii eam rem expendendas, mandatum esse de 9. *Martii à natiuitate Domini*, relationem seu gesta, quibus executio cōtinetur, esse data à Notariis de 5. *Martii ab incarnatione Domini*: quod non ideo mandato citeriorem datam contineat: verum id procedere ex differentia *à natiuitate, & ab incarnatione*, vt fidem facit initium gestorum, ac vt redeatur ad executionem prædictæ infocationis, eam esse collectam, quæ celebretur à Consulib. locorum, qui tenentur exigere pecuniam oblationis factæ Principi, secundum numerum focorum, quo Præfectura ipsorum siue communitas adscripta fuerit, eamque tradere Thesaurario Prouinciali, qui postea eam tradat Regis Thesaurario, atque ideo adscriptionem singulis & priuatis locorum fieri. Sed & hoc ipsum diuersa ratione fieri. In quibusdam enim locis nullam adscriptionem particularem fieri, furnos quippe habere, molendina aliaque iura ad ipsorum communitatem spectantia: quorum reditus solutioni onerum impendant, quę numerum focagiorum ipsis impositorum respiciunt, eamq; solutionem valere non tantum ad incolarum liberationem, verum etiā extraneorū in prædictis locis possessiones habētium. Alia loca esse, quæ nullum com-

Diuersitas tributorū tam in genere quam in specie in Prouincia.

O 2 munem

Subsidia super fructibus & mercibus vsualibus.

munem habeant reditum, verum in iis locis adscriptiones fieri super vina, farinas, carnes, pisces, aliasq; merces in prædictis locis venditas, quæ vocãtur *Reues* verbo Prouinciali: vel etiã exigi vicesimas, decimas, duodecimas, quintodecimas fructuũ vernaculorũ, quæ in ipsorũ terris & possessionib. prædictis in locis proueniunt. Verum id omne absq; præiudicio Nobilium & dominorũ localiũ, qui ab his immunes declarantur decretis Statutorũ & Indulgentiis ad id faciendum Comitum prædictæ prouinciæ. Rursum alia loca esse, quæ nullũ reditũ habent, & in quibus neq; super vino, neq; super farina indictio fit. Verum adscriptiones fieri super priuatis pro modo facultatum, idque per encommata siue notas & incisuras in tallia lignea, prout quisq; adscriptus est, ita quemcunque soluere: Alia loca polyptycha habere, quæ vocant, catastra, nõ publica Prouincialium, sed priuata Consulum eiusmodi locorum autoritate, in quibus catastris priuatis singulis annis adscribantur pro ratione bonorũ, mobilium & immobilium opum & facultatum, idq; vsq; ad concurrentem summam siue quotam iuxta numerum focorum ipsis adscriptorum. Ex his liquere, indictionem & adscriptionem peculiarem super bona & super personas in multiplici differentia. Extare pagos, in quibus ad præstationem infocationis suæ adscriptio facta sit decem solidorum pro singulis libris, in aliis duodecim solidorum pro singulis libris: & ita de cæteris. Ita vt è duobus pagis vicinis eodem focorum numero oneratis, in vno adscriptio fiat decem solidorum, in altero viginti solidorum pro libra. Quinimo in eodem pago & iisdem personis per annum varium onus adscribi, prout crescunt aut decrescunt facultates Municipum. Vt ei rei prouideatur, deputari quosdam à Decurionibus Ciuitatum, qui eodem munere funguntur, quo in regione peræquatores & susceptores collectarum. In omnibus his differentiis seu differentibus speciebus perpetuam quandam regulam esse, nempe, omnes indictiones semper priuatis ita fieri, vt locupletes inferiorum sarcinam sustineant, vt pro æqualitate personarũ, & pro modo facultatum, ita vt personæ nulla immobilia possidentes, si tamen alias facultates habeant tantundem vel etiam amplius, quã ii, qui possessiones habent, adscribãtur. Quemnam igitur futurum, qui tributa in Prouincia realia sit indicaturus? Nam vt in commune a verbis in dubio discedendum non est: ita hic verba ex diametro pugnare. Fidem facere infocationem anni 1471. *pro numero personarum, personis pro rebus, pro qualitate personarum, pro modo facultatum.* Consulendos etiam breues focagiorum generalium, illic omnia descripta esse in vniuerso, nulla designatione fundorum, sed respectu habito per modũ vniuersi ad personas potius, quam ad res ipsas. Attendẽdum esse onus, quod magis impositum & indictum personis, quam possessionibus. Consulendam esse collectam: esse qui possessiones habeat, qui tamen nihil soluat, esse, qui non habeat, & tamen soluat. Consulenda catastra locorum, in quib. sunt. Nam in cõplurimis nulla esse. Ex his constitutũ, ea priuatim facta inter eos, qui ea fecerunt, ad distributionem onerum inter se, neque iis vnquam comprehẽsos fuisse locorum dominos, quascunque tandem terras intra territorium feudorum ipsorum possiderẽt, verum distributione seu æstimatione focorum facta ipso initio nunquam æstimationem possessionum factam catastris specialibus, quæ per æstimationem fiunt ex qualitate personarum, quę sępe amplius onerantur ex vicissitudine rerum & temporum. Non esse igitur hoc tributum reale, neq; tamen defensores adserere, id mere

Diuersitas adscriptionum.

personale esse: verum ad rem veniendo sane tributũ non esse personale: quia alioquin capitatio esset, quæ per capita æqualiter distribueretur per *gl. super rubric. C. de anna. & tribut. lib. x.* Non esse etiam reale, quia non fiat æstimatio, dum focagia adscribuntur, nisi locorum, quæ habitantur, nulla illorum habita ratione. Ac præterea eo adscribi eos, qui immobilia non possident. Necessarium itaque esse cõcludit, id mixtum esse, vt certe est. Ita tamẽ, vt plus personalitatis, quam realitatis cõtineat, & vero personis non habentibus iurisdictionem imponi pro quibuscunque rebus. In eã rẽ omnia illa, quę in oneribus mixtis videntur, argumento esse. Primum enim conuenire oneri mixto, vt omnes facultates tributarii æstimentur. *l. forma. ff. de censib. l. fin. de immu. conced.* Præterea indictionem huius tributi fieri, ratione tributoria, vt videlicet is, qui plus bonorum, facultatum & opum habet, etiam amplius adscribatur. Vice versa, vt qui minus facultatum, bonorum & opum habet, minus etiam soluat. *l. sancimus. 1. cum gloss. in verb. quadam. C. de adaoc. diuers. Iudic.* id omne in Prouincia obseruari, & ita expresse decerni textu infocationis anno 1471. Item hoc munus certum non esse, sed deforme: crescere & decrescere ex varietate temporum, & ex necessitate rerum, *l. fin.* vbi Bald. not. *C. siue cens. vel reliq.* Ita in Prouincia vsitatum, vbi focorum numerus auctus & imminutus fuit, secundum populi incrementum & imminutionem. Quandoque augmentum valori focorum æstimatorum impositum, necessitate id postulante, & quotidie augmenta fieri pro occurrentibus necessitatibus, quibus vtique necessitatibus Nobiles personis suis succurrant. Eos enim in persona obsequiũ præstare, at ignobiles in bonis suis. Accedere, quod etiã is, qui nulla immobilia habet, huiusmodi muneribus adscribitur, *l. fin. §. sed & eos qui fœnus exercent ff. de muner. & honor.* Ordinarie & quotidie negotiatores animalium altores, aliosque immobilia non habentes adscribi, & plerumq; magis, quam eos, qui habent. Stare ergo absolutũ omnibus numeris tributum in Prouincia imponi personis pro rebus & pro modo facultatum. Ex quo sequi, Nobiles ab eo immunes esse, vel lege scripta, vel lege Regni, vel lege Feudi, vt iam exceptionibus suis dixit. Hoc primum esse in causa, tributum in Prouincia origine, progressu & consuetudine non esse in rem, sed in personas pro rebus. Hanc thesin esse. Petrum Antibolum Doctorem Prouinciæ *in tract. suo de muner. & honor.* tueri & testari, tributum Prouinciæ mixtum esse & imponi personis pro rebus. Consequenter Nobiles ab eo liberos & immunes esse, quia personæ exemptæ indici non possit, *l. rescripto. § fin. ff. de muner. & honor. Bartolus in l. libertas §. sola ff. ad Municipal.* Nihil obstare, quod dicatur, tributo Nobiles onerari oportere pro modo facultatum, quas extra feuda sua possident, quandoquidem ex Lege Patriæ, & iuxta Arrestum Ludouici II. sic receptum sit, vt in collatione tributorum, quod prædictos Nobiles attinet, nonnisi feudorum ipsorum ratio habeatur, & eorum, quæ ab his dependent, & non etiam eorum, quæ extra prædicta feuda possident. Hoc esse secundum caput huius causæ, vtrum videlicet adquisita iure prælationis, commissi, aut desamparationis, & sic ex omnea contractus, intra feuda, feudalia censeri debeant, an vero vulgaria seu ignobilia maneant, vt erant, cum ab ipsorum subditis possiderentur ante acquisitionem factam à Nobilibus? Defensores dixisse exceptionibus suis, huiusmodi adquisitiones esse consolidationes vtilis dominii, quod Nobiles contractu Emphyteutico ad subditos suos transtulerunt, falno præ-

Tributa mixta videri indicentur seu cognoscantur.

Idem.

Idem.

Secunda quæstio huius materiæ, quantum ad Nobiles.

Vtrum res feudo consolidatæ pristinam suam libertatem recuperent.

no prædictis Nobilibus directo dominio, ac proinde id esse incrementum internum feudi, & cum eo eandem naturam recipere, esseque integrum, quod prius erat reuulsum. Et hanc in rem notabilem esse differentiam, quæ est inter feudum nobile & possessionem ignobilem. Feudum initio suo limitatum esse per traditionem & inuestituram, quæ vasallo à domino suo feudali facta est: prædictum dominum feudalem tradere vasallo suo massam quandã terræ circumscriptam & limitatam certo arepennium siue iugerum numero, certis confinibus & terminis. Huiuscemodi limitationem impedire ipsius incrementum extrinsecum. Proinde si vasallus rem aliquã feudo suo contiguam extra ipsius limites tamen acquirat, huiusmodi acquisitio feudum subire seu ingredi non posse, neque eius incrementum facere: quia est incrementum ab extra, & per se aliunde subsistens, *§. contrario. de inuestit. de re alien. fact.* Quid quod iuris communis regula in eandem rem sit, quod limitata res incrementum non recipiat, *l. Rutilia Polla. ff. de contrahend. empt, l. in agris limit. l. Lucius. l. stagna. ff de adquirend. rerum dom.* Sed cum vasallus feudum suum, eo quod ab initio ipsi datum est à domino feudali, augere vult, & cuius inuestituram ab eodem accepit (vt vbiq; in his regionibus vasalli sunt, qui terras feudi sui quasdam in censum elocarunt) si idem tamen fidem & hominium prædicti census nomine domino suo præstet, & postea fundum à censuali suo adquirat, tum dubium nullum esse, quin huiusmodi acquisitio feudum ingrediatur, & incrementum eius faciat, quia videlicet *ἀπὸ τῶν ἴσων* est eiusdem feudi, & intra limites & confinia feudi: nimirum hoc incrementum esse intrinsecum, coalescens cum ipso feudo, *d. §. si quis de manso*: & constat hoc incrementum vel primordio, vel ex necessitate, vel ex libera voluntate. si *ex primordio* fundus attendatur, ipso initio feudalem fuisse: & censum fundi nomine acceptum fuisse: & censum titulo feudali possessum fuisse: Postea rursum retracto fundo census nomine, atque ideo fundo remeante, eum loco census, feudalẽ manere debere, sic enim rem reuerti ad primam suam naturam: *vulgato §. pactum ne peteret* & fundum magis redditum quam translatum esse viden, *l. filio quem pater. ff. de liberis & posthumis.* Quinimo hanc reuersionem videri fieri ex quadam *necessitate*: nam censum domino feudi debitum ratione feudi: ergo domino feudi facto domino fundi, sibi ipsi censum debere non posse, *obstante confusione*: Necesse igitur esse feudo ab vno alterius vice adimpleto, domino feudi dominantis obsequia fundi loco census præstari: nec debere feudum decrescere præiudicio domini, vt careat & feudo & censu. At quia vel ex nuda volontate ipsius vasalli hoc incrementum subsistere potest, posse vasallum, postquam intra feudum suum acquisiuit, declarare sibi eam mentem stare & sententiam esse, vt corpori feudi consolidet quæsita sibi intra feudum suum, posse rursum ea designatione feudali comprehendere, posse denique circa designationem, declarationem eius facere: Nuda declaratione hoc casu sufficiente pro feudi consolidatione. Hac ratione, quod p reuersione ad primam causam solemnitas iuris alia, qui necessaria non desideretur, *cap. 1. de pactis. lib. 6.* Non obstare, quod per huiuscemodi consolidationem factam opera & pecuniis domini feudi, videri debeat diuersos titulos subesse, per *§. si cum fundus. Institut. de legat.* Et per ea, quæ ibidem Ioan. Fab. ait: aliam quippe rationem subesse, nempe, duos titulos lucratiuos non posse in vnam & eandem speciem concurrere, & vt conque duo tituli diuersi ad eandem acquisitionem concurrerent, nihilominus singulos titulos nonnisi vnam habere originem & causam efficientem, puta ius feudi, In iure, causam naturalem vincere accidentalem, *l. qui habet, ff. de tutel.* & causam ex iure antiquo repetitam trahi retro, *l. serui qui apud hostes. & l. in ratione. §. Imperator. ff. ad l. Falcid.* & in terminis propriis, quod opera & sumptus non impediunt causam trahi retro ex iure antiquo, textus *l. 3. §. si quis seruum. ff. de captiuis.* Eam in rem esse complurima Arresta data à Curia, vt iam dubitari non possit. Ita iudicatum fuisse pro Hacqueuillanis, pro Bouschardis, & aliis, acquisita facta intra feodum feudo consolidari, & consequenter feudale manere sola acquirentis declaratione. Pro defuncta Comitissa Isigniacensi iudicatum fuisse, Dominum Percium maritum ipsius non potuisse aduersus & præter sententiam ipsius, quæ erat domina feudi, vasallum nouum acquirentem admittere, qui prætendebat feudum retinere, & mensæ suæ consolidare, cum aliunde pecuniam reperiret, quã ex marsupio mariti lui redemptioni seu luitioni faciendæ. Tantam esse virtutẽ feudi, vt cum retinetur, non videatur de nouo quæri, sed ius antiquum seruari. Possessionem ignobilem non ita comparatam esse, nam vniformem esse, & huic accedere omnia, quæcunque in vsibus ipsius feudi sunt, quæ sub vna feudi appellatione designata sunt. Atque ita secundum parsimoniam, diligentiam aut negligentiam patrisf. inilias, adquirentis aut alienantis, prædictam possessionem incrementum aut imminutionem sensuram, *l. cum fundus nominatim legatus est. ff de legat. secundo. l. Seia ex parte. §. Tyranne. ff. de fund. instruct.* in feudis non ita se rem habere, quæ, vt superius dictum est, per inuestituram limitata & certa sunt. Ex his concludi posse, & consequentiam trahi, pro principali & secundo articulo huius materiæ, puta acquisitiones factas à Nobilibus intra ipsorum feuda, iure retentionis, prælationis, aut desamparationis, feudalia censeri, atque ita à tributis immunia, ne forte vna & eadem res diuerso iure censeatur. Et ita declaratum fuisse præter sententias & Arresta supradicta anno 1520 à Locumtenente Regio in Prouincia ad instantiam trium Ordinum ex quibus petitores vnum Ordinem constituerent. Sopetesse, vt respondeatur rationibus à petitoribus allatis, ad id nempe, quod aiunt, quod possessiones habentes in territorio ciuitatis aut pagi Prouinciæ, vt maxime in eo non habitent, nihilominus conferre debere ad onera focagiorum illius loci, in quo sitæ sunt possessiones ab ipsis possessæ: ergo pro rebus simpliciter, nõ pro personis, nempe, id ita indultum fuisse à Rege Siciliæ, Comite Prouinciæ, secundum Statuta prædictæ Prouinciæ. Et indubie hoc potuisse præstari per Principẽ, nulla offensione mixti muneris: itque etiam sine concessione præscribi potuisse, vt ait Bartolus *in l. vnic. Cod. de milit. & in quo loco.* Id indultum esse priuilegiũ: ergo fuisse ius commune in contrarium, nempe, peregrinum non posse ante prædictum priuilegium adscribi in loco fundi, sed tantum in loco domicilii: ergo tributa non esse realia. Ad id, quod dicant & inferant realitatem ex eo, quod Nobiles ratione bonorum rusticorum, quæ extra feuda sua possident, adscribantur, responderi, Hanc quæstionem non esse modicam, vtrum Nobiles eiuscemodi tributa, quæ personis pro rebus imponuntur, soluere debeant? eam definitam & determinatam Arrestis Comitum Prouinciæ, pro omnibus possidẽtibus feudum cum iurisdictione, in Prouincia, qui declarati fuerunt liberi & immunes ratione prædictorum feudorum & rerũ feudalium: at pro ratione rerum rusticarum, & in quibus Iuris-

Declaratio notabilis rerum rursus vnitarũ & consolidatarum.

a Feudum incipit augmentum & imminutionem.

Idem pro consolidatione rerũ feudalium intra dis tractarum.

dictionem non habent, soluere tributa debere. Hinc proinde sequi id, quod feudale prius extitit, posteaq; ad primam naturam suam, & ad corpus feudi reuertitur, priuilegiu feudali restitui debere, per ea, quæ dicta sunt superius, alioquin temporis processu feuda mansura vacua, & Regem vasallorum obsequiis destitutum iri. Cæterum ad id, quod in dubium Ius prælationis & commissi reuocant, ac nominatim in dominiis censualibus solutionem ad id ex prædictis esse: nempe per vnionem eorum, quæ acquiruntur intra limites feudi, & feudo incorporantur, restitui totum feudum, & eius nomine, vt totius feudi integri, nihil deberi, quandoquidem in primum statum suum restitutum est, atque ita in pristinum priuilegium suum, *l. tantum. ff. de rerum diuisionibus.* Nihilominus vlterius pergendo dixit, sciẽdum esse, in Prouincia Nobiles primum fuisse inuestitos, feudis ipsorum à Comitibus Prouinciæ, cum omni iurisdictione, omni territorio, & omni dominio, tam vniuersali quam singulari rerum in ipso existẽtium, & cum integro statu ipsorum locorum, iuxta *leg. si quando. C. de bon. vaca.* & postea prædictos Nobiles ita inuestitos feudis sitis à Comitibus, tam ipsos, quam ipsorum prædecessores ab omni æuo fruitos, atque eorum, quibus inuestiti fuerant, complurimas locationes fecisse, complurium fundorum intra ipsorum feuda sitorum, idque titulo emphyteuseos, & non aliter. Illam esse veluti Legem Prouincialem, omnes elocationes factas à dominis feudorum hoc titulo celebratas, non autem titulo census, vt actores interpretantur. In quo toto cœlo errant: & in hoc contractu contingere ius prælationis seu retentionis, & id obseruari in Prouincia iuxta scriptas Constitutiones *in l. 1. 2. 3. C. de iure emphyteut.* Igitur si iurisdictionem feudi intueri velimus, confiscationem, quæ inde promanat, fructum eius dicendum, *l. 2. l. eos C. de mod. mult.* vt in simili prouisio beneficiorum est fructus pro Prælato, *cap. cum olim. de maior. & obedient.* & fructus patronatus est præsentatio, *c. cum Bertoldus. de re iudicata.* Si velimus Legem Emphyteuseos attendere, regressum fundi antea alienati, siue iure commissi, vel etiam prælationis, aut desamparationis, aut retentionis, illam semper videri inesse contractui à primordio ipsius contractus, & ideo debere sequi, vt resoluto iure emphyteutæ ex natura emphyteuseos seruitutes & omnia onera imposita rei emphyteuticæ censeantur esse resoluta, argu. *l. voluntatem in fin. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol.* facit *l. lex vectigal fundo. ff. de pignor.* & super hanc regulam Ioan. Fabrum *in l. finali. C. si res al. pign. data sit.* & singulariter *in l. & in prouinciali prædio. C. de seruitut. & aqua*, dicere, regulam: *Seruitutes & onera fundis imposita non cessare cessantibus vel mutatis personis, verum perpetuo prædictos fundos comitari, in quascunque manus delabantur*, locum non habere, quando prædicti fundi ad Dominum directum redeunt: nam tum extingui & resolui per expressam dispositionem prædictæ *l. lex vectigal.* verum quidem esse, si adquisitiones factæ sint extra legem contractus, eo casu rem transire cum onere suo reali, modo illud sit vniforme & perpetuum: sic loqui Baldum *in titul. de pac. Constant.* quem in *§. imperialis.* partes aduersæ allegarunt. Eundem Baldum allegare Rubricam *Cod. sine censu vel reliq.* verum longe aliud esse in iure commissi, retentionis, aut desamparationis, quæ iura sunt, quibus dominus directus recipit & recuperat, quod ipsius est magis à seipso, quam ab emphyteuta suo, *arg. l. eum qui ciuitatem ff. de interdict. & relegat.* Quid quod onera, de quibus nunc agitur, realia non sunt, verum personalia pro rebus, à cuiusmodi oneribus ab omni æuo feu-

Quomodo vasalli elocationes speciales fecerũt quarundã partiũ feudorum suorum.

Differunt titulus emphyteuseos & census.

Confiscatio fructus est

Doctrina notabilis super quæstione, v-trum onera imposita rebus censualib. ea sequantur, cum feudo, à quo mana-runt, consolidatæ sunt.

da libera & immunia fuerunt. Quapropter id, quod à prædicto feudo distractum fuit, atque tum liberum & immune erat, si ad feudum reuertatur, pristinam libertatem suam recuperare debere, *l. vnica. §. sed vt manifestetur. Cod. de caduc. tollend.* vbi Baldus ait notabiliter, regressum huiusmodi esse oportere, vt qualis recessit, talis reuertatur. Hanc quæstionem tractatam atque ita decisam à vetusto Doctore Iacobo Rebuffo *in l. 1. Cod. de prædiis & omnibus nauicul. libro 11.* & Ioann. Fabr. *super præd. l. in prouinciali. Cod. de seruitut. & aqua.* Petitores magnifacere Catastra sua, verum ipsis tegeri tempore factæ prædictæ æstimationis & celebratæ inspectionis focorum anno 1471. vt & antea nihil vnquam per Catastra expeditum fuisse: & etiamnum hodie in complurimis locis nullam Catastrorum mentionem fieri, neq; factam vnquam, verum quidem esse, in locis quibusdam specialibus, in quibus locum non obtinebant reditus, gabellæ, vicesima, duodecima, aliæque indictiones super fructibus, ex post facto Consules & incolas inter se & sua auctoritate priuata quadã Catastra confecisse, sperantes, hac ratione faciliorem exactionem & adscriptionem tributorum suorum: verum huiuscemodi Catastra nunquam facta fuisse mandato & approbatione Concilii prouincialis, ac nominatim Ordinis Nobilium, qui hoc fieri nunquam viderunt, sciuerunt, nunquam consenserunt, neque ad id citati fuere: Proinde prædicta Catastra nihil concludere pro realitate aut personalitate, in præiudicium status publici prouincialis. In iure libros æstimorum id genus ita demum fidem facere, si auctoritate publica & inter consentientes facti sunt, *l. solemnibus. Cod. de rei vindicat. l. si pater. ff. de action. empt. l. si functiones. Cod. de donationibus.* & in propriis terminis, *l. forma. §. si ego. ff. de censibus.* Non bonam esse solutionem, quam petitores afferant ad onus subbanni, cum aiunt, breues seu designationes feudales Nobilium exonerandos pro hac proportione: huiusmodi quippe exonerationem fore imminutioni redituum Regis, & tandem suppressioni & abolitioni totius fidelitatis: eam vero rem contingi non posse nisi ex principali iussu Principis, *l. omnes. Cod. de annon. & tribut. l. vnic. Cod. de superindict.* Econtra rebus in statu suo manentibus, Regẽ integros & illibatos habere reditus suos, ac insuper obsequium subbanni percipere, in quo magnum Regis interesse vertitur. Postremum esse, (quod partes insocientur,) Plebem multo plus adquisiuisse, quam vendidisse post infocationem anni 1471. idque citra dubium verum esse compertum iri, quod in hac causa peremptorium est ad onerandam plebem, si appareat prędicto anno prædictos focos ad numerum trium millium super totam Prouinciam limitatos fuisse, & in singulos focos summam 15. florenorum annuam. 4. coronatis æstimatam, & indictos adscriptosque fuisse vrbibus, pagis, & castris Prouinciæ, eosque Canonicos, siue perpetuos, habita tantum ratione terrarum & possessionum ab ignobilibus possessarum, æstimatarum, & Catastris comprehensarum, & vniuscuiusque loci speciatim, ita vt obligati potuerint incommotabiliter sub prædictis oneribus & subsidiis prædictas possessiones, quantumuis essent ex feudo Nobilium, & titulo emphyteuseos ab ipsorum subditis intra ipsorum feuda possessæ, quod præcipuum est prætensæ realitatis fundamentum. Et vero petitores id præuidentes dicere, hanc considerationem locum obtinere non posse, nisi in iis, quæ Nobiles in ipsismet locis acquisiuissent, in quib. alienassent, aut alia qua ratione ad ignobiles transtulissent. Econtra asserere defensores, nempe, considerationem

Nouitas Catastrorum.

Libri æstimorum qui fidem faciant.

nem perpetuam esse debere pro omnibus venditionibus factis Nobilibus & pro omnibus quæsitis factis ab ignobilibus in vniuerso Comitatu Prouinciæ & in omnibus Regionibus adiacētibus, vt distributione facta per vrbes, per suburbia, & vicos fieret collatio & præquatio tam quæsitorum ab ignobilibus, quam venditorum à Nobilibus: Peræquatione prædicta super vniuerso facta vna possessione in vno loco sita pro altera in alio loco sita respondente vsque ad consummationē summæ & pecuniarum Regi debitarum, alioquin iniquitatem nimis manifestam fore, vt Nobilis immunis lege Nobilitatis, ac nihilominus Regi obsequia in bello præstans, quique post annum 1571. adquisiuit, adquisiti sui ratione tributis obnoxius esset. Et cōtra vt ignobilis naturaliter tributarius, neque aliter Regi obsequia præstās, qui adquisiuit & à feudo nobili aliquid distraxit seu distractum accepit, post annum 1471. immunis esset, & liber adquisiti sui ratione. Si petitores opponunt huiusmodi adquirentem onerandum pro rata, & huiusmodi adquisitionem suo loco habendam, hoc verum esse: verum hoc onus suo loco Nobilibus liberationi non futurum, neque aliquo Regis commodo cessurum: verum cessurum id commodo cæterorum tributorum adscriptiorum imminutione facta, quamlibet possessiones ipsorum imminutæ essent. Id enim fore tam absurdum quam iniquum. Quibus absurditatibus & iniquitatibus vt occurratur in prædicto casu remedium promptum fore, si peræquatio generalis esset, collatiōne facta omnium quæsitorum ab vna parte & alienationum ab altera factarum à Nobilibus Prouinciæ. Et quoniam rationes à petitoribus propositę ad commonstrandam seu probandam realitatem ab ipsis prætensam veræ seu probabiles non sunt futuræ, consultum fore saluo meliori iudicio per quæsitionem generalem seu specialem focorum iamiam faciendā, & quandocunque opus fuerit, per vrbes, pagos & castra Prouinciæ, in quibus incolę reperientur obsequia Principi non præstātes iuxta veteres leges & consuetudines eius. Et vt antea repræsentatum fuit, de eo constitutum ex actis & editionibus prædictorum defensorum, vt ita hac ratione æqualitas semper seruetur & custodiatur in adscriptionibus tributorum & subsidiorum super tributarios: Nobilibus & aliis feuda mobilia possidētibus in immunitatibus & libertatibus suis manētibus iuxta ipsorum possessionem, titulos, iura & priuilegia vt supra. Cæterum quod ad instrumenta spectat quę allegata fuerunt, defensores vt breuitati consulant, contenta in ipsis & ipsos vsurpare, in ijsque ius suum fundare & tandem concludere, &c.

Pro rege & Fisci vtilitate.

Marillacus pro procuratore Catholico Regio dixit, iam tempus esse, vt lis exitum sortiatur: Hac de causa sese prolixum non fore, & præcipua tantum capita breuiter perstricturum: si quidem partes in

Quæstio principalis.

facto consentirent, in eo tantum dissentire, vtrum tributa Prouinciæ sint realia, an vero personalia? Et vero hanc ad rem attendendum esse, non hic tantum agi seu quæri de Ecclesiasticis Nobilibus & Iustitiariis, verum etiam de omnibus locupletioribus Prouinciæ, qui feudum cum iurisdictione habent, q hac ratione sese immunes dicturi sunt, atq; ita miseram plebem solā mansuram tributis obnoxiam & oneratam. Hoc caput præcipuum esse, quod Procuratorem Catholicum Regium permouerit, vt miseræ plebi adhæreret, omnibus tam Ecclesiasticis, quam Nobilibus & Iustitiariis adserentibus, tributa esse personalia & tributa nō rebus sed personis imponi. Et sane si probarent in celebrandis infocationibus non solum habitam rationem facultatum infocaturū & negotiationis quam exercebant, aut fertilitatis regionis, tum profecto fore aliquid verisimilitudinis in iis quæ dicerent: verum dubium esse quandoquidem nihil eius probarent. Quinimo argumentum indubium esse, quod suadeat fertilitatis Regionum non habitam rationem, vt postea dicetur: Argumentum partiū aduersarum esse, quod ad infocationes vocati fuerunt ii, qui bona tributaria possideant & quod quantum ad ipsos attinet, ipsi bona tributaria non possideant. Coriam scire, in Francia non eam formā obseruari, quæ in Prouincia vsurpatur: Si quidem tributa à Rege, populo & subditis Franciæ indici iuxta rerum necessitatem, locupletiore inferioris sarcinam sustinente, attento quod delegatoriæ ad faciendas infucationes dicant *bona tributaria*: igitur voluisse tributo afficere possessiones, hoc argumentum sibi videri inuiolabile, & vt id probetur, præsuppont pro certo infocationes esse perpetuas: Si tributa personis pro infocationibus imponerentur, quotannis ea immutanda & quotannis inspectiones faciendas ad explorandum quātū tributi ascribendū seu imponendū esset, quādoquidem euenire potest, vt in aliqua Regione exercitus qui transiuit, omnia absumserit & vastauerit, ita vt tributum inde exigi non possit: cum partes hoc argumento vtantur, quod infocationes sint perpetuæ, Ergo reales neque ipsarum ratione inspectiones faciendas: nam in infocationibus contineri: *tantum huic vel illi*. vt ipsemet vidit, comperisse se aliquando terram aliquam valorem suum immutasse atque ea de causa infocationes immutari debuisse: quæ ratio fuit propter quam postulauit nouam visitationem seu inspectionem fieri. Præterea se non vidisse in prouincia discrimen statui Ecclesiæ à Nobilitate & Iustitia, neque Nobilitatis ab Ecclesia aut Iustitia, neque Iustitiæ ab Ecclesia aut Nobilitate: verum bonorum differentiam semper fieri. Ergo tributa non personis sed rebus imponi. Quod ad ea tributa pertinet, quæ personis imponuntur pro rebus, Ecclesiasticos nihil soluere oportere, neque priuilegiatos: verum petere se vtrum aliqui sint susceptores, qui Ecclesiam ad soluendū cogant: nam quotidie augescere in bonis: eos dicere tanquam Perusinos id fore contra libertates Ecclesiæ ratione bonorum iam Ecclesiæ quæsitorum. Verum in Prouincia eos voluisse contingere bona quæ Ecclesia possidebat, neque ab ipsis quicquam exigi ratione eorum bonorum, quæ adquisita erant ante annum 1476. sed tantum ratione eorum que postea adquisita fuerunt præterquam tribus casibus. Et vero Ecclesiam non renuere, quin prædictis tribus casibus soluere debeat, & quantū ad hoc possessiones ipsorum videri affectas tributo. Nobiles dicere, non plus rationis esse eos priuandi bonis quæsitis pleno iure Feudi, quam iuribus Feudorum ipsorum, neque contentos fuisse Arrestis datis pro forma & pro feudo. Hæc argumenta ad eumdem finem tendere, nempe Dominum posse augere vel immunere Feudum suum, verum clausulam subesse *sine præiudicio tertii*. Proinde quemadmodum maritus feudum suum in præiudicium Feudi vxoris suæ augere non potest: ita Dominū Feudalem non posse feudo suo incorporare possessionem quandam in prę̨iudiciū tertii: Arrestum Bouchardi eo tendere. Breuiter, cum de vnionibus agitur eas in præiudicium tertii fieri nō posse. Feuda enim reducta esse ad instar patrimoniorum: si vasallus vendat Feudum suum pignori nexum, & Dominus hoc Feudum redimat, vtique pignus seu hypothecam eum luere oportere: neque

Feudū consolidatiōe vel vnione, damno tertii augeri non potest.

Quando onera mēbri seu partis feudo suo dominanti consolidatæ extinguātur.

enim adquirere potuisse aliter, quam citra præiudicium tertii. Fateri quidem se, si Feudum Domino Feudali acquisitum esset, per feloniam aut per fideicommissum Dominum feudalem hypothecæ nomine non obligatum fore. Ita iudicatum fuisse Arresto huiusce Curiæ pro Domino de Lourey: ac præterea quod ad Dominum feudalem attinet, eum per retractum res ignobiles retrahere posse, neque tamē retractum feudalē fore, alioquin eum ab omnibus subditis suis fundos ignobiles adquisiturum, & Feudo suo incorporaturum, & sub hac specie nihil soluturum tributorum, quæ ratione ignobilium debentur. Quod dicitur, in rebus nouis constituendis magna attentione opus esse, id speciem quandā habere: verum Procuratorem Catholicum Regium necessitatem & habilitatem allegare: tot iam annos esse, ea quo miseri subditi soluant, Nobiles vero Ecclesiastici & Iustitiarii nihil soluerunt, forsitan fauore aut gratia Commissariorum, eorum rationem magis habentiū, quā publicæ vtilitatis. Iam tēpus esse, eos subleuari. Et vero quando senserunt clitellis sese prægrauari, quod dicitur, seque solos onerari, tum etiam vocem suam efferre & conqueri cœpisse, sed & Principis ipsius commodo cedere, si subiectos habeat locupletes. Si Ecclesiastici, Nobilitas & Iustitia ipsos subleuent, posse nihilominus Regem in necessitate sua focagia augere. Hac de causa nō opponendū neque metuendū esse, vt Rex hac parte iacturam aliquam faciat, quandoquidem non versamur in rebus nouis constituendis. Hanc ad rem notandum id, quod superius dictū est de Domino Syluæ-Maioris, super quo decretum fuit: atque ita nunc nihil noui constituendū, si dicatur, Nobiles soluere oportere. Aduocatum scrupulum suggessisse super potestate: verum nō ideo saluo meliore iudicio Curiam non decernere oportere. Neque enim ipsam numos distributuram Capitaneis seu Præpositis militaribus & castrorū, atq; in alius vsus: verū tātū iudicaturam, id quod facere potest, id quod Iuris est. Sed & Regē non solere cuiquā iniuriā facere, verū Curiæ mādasse, vt Ius redderet tā pro se, quā contra se. Propterea Curiam nō hærere debere in scrupulo quem Aduocatus Nobilium ingessit, cum dixit, Nobiles ab anno 1471. de dominio suo transtulisse in rusticos censu amphyteutico aut aliter: Respondere enim se, id equidem fieri posse, & quotidie fieri: verū communem & miseram plebem Prouinciæ dicere, id in ipsorum Prouincia non fieri: Nobiles enim vniuersum dominium suum retinere, suosque habere colonos, qui terras ipsorum colant, & nihilominus tributa non soluere. Si id ita est, rem æquissimam fore. Hac de causa, quantū ad huc attinet, prædictum Procuratorem Catholicum Regium in animum induxisse, temperamentum hoc postulare, nempe vt imposterum absolute iudicetur, omnes ratione eorum, quæ possident, conferre oportere, præterquam pro iis, quæ possiderent retentione feudali. Et in præteritum pro acquisitis ad feuda ipsorum factis. Saluo tamen, eaque conditione, vt si alias possessiones plebi tradere velint, eæ in catastra referantur. Seguierus dixit, id quod Nobiles populari seu plebi tradiderunt, quæsiturum ab ipsis loco esse.

Continuatio pro Rege.

Manll. dixit, saluo meliore iudicio, Nobiles aliosq; earum possessionum nomine, quæ in catastra relatæ reperientur, soluere condemnandos: quantum vero ad Ecclesiam spectat, quæ vocem istam *Reale* vrgere voluit, dixitque steriles quosdam montes esse, in quibus nihilominus plus tributorū soluatur, quā in locis fertilibus. Respondere se, id fieri propter animalia, quæ in montibus, in quibus bona sunt pascua, & ex quibus montani magnum cōpendium faciunt, pascuntur. Ergo tributa hac ratione realia & non personalia esse: id omne enim procedere à locis & à rebus ipsis. Rursum eos dicere, ciuitates maritimas pluribus focis, quam alias ciuitates alibi sitas longeque dissitas oneratas esse. Ergo & hac ratione realia tributa esse. Rationem enim eas prægrauādi, eam esse quod domus pluris ibi elocantur, pluri̇sque valent, quam in aliis locis. Id omne procedere à rebus ipsis, non à personis. Ad id quod dicatur, non proprietarios esse, qui soluant: verum conductores, sese ad rei veritatem prouocare. Sed petitores asserere id non ita sese habere. Quod ad priuilegia attinet, dixit, se non videre, nisi præcedentia quædam, at non videre se vlla subsequentia. Si dicant, ea etiam in futurum intelligenda esse, omnium opinionem in contrarium esse. Quantum ad Amortizationes Regis, eas nequicquam in proposito prodesse, neque aliud conferre nisi impediatur, quominus Ecclesiastici manus suas vacuefacere cogātur. Se nescire, vtrum conferant ad subbannū, saltem se nihil eius vidisse. Fateri quidem se, æquum esse, vt pro bonis quæsitis & rusticis decimas non soluant, tributa soluendo pro prædictis bonis: verum decimas soluendo, eos non ideo immunes esse à tributis, ratione bonorum illorum quæsitorum & rusticorum, saluo ipsis postea iure, Regē, vtiis videbitur, interpellandi. Quod ad priuilegiū Iustitiariorum spectat, id pro ipsis hac parte nequicquam facere. Loqui enim tantum de iis, qui ad latus Principis hærent. Ad id quod dicant, Parlamentum subrogatum in locum Consistorii Principis fuisse, atq; ideo eodem priuilegio frui oportere, quo fruebantur ii, in quorum locum substituti fuerunt. Respondere, omnia Iuris axiomata aduersus ipsos facere. Esse enim quasdam subrogationes, quæ fiant per modum cumulationis, alias esse, quæ fiant per modum nouationis: has omnes subrogationū species non seruare priuilegium eius, in cuius locum alterum subrogatum est. Fateri se Parlamentum Prouinciæ constitutum ex Consistorianis Principis & Parlamentarios in eorum locum subrogatos: nescire se, vtrum Consistoriani Principis à focagiis immunes fuerint vel non, & si immunes fuerunt, forte id non factum ex priuilegio aliquo speciali, quod haberent: verum vt fieri assolet circa quosdam Summates, qui latera Principum claudunt, quique etsi priuilegiati non sint, nihilominus, vt sæpius, immunes præstātur à tributis seu subsidiis, quæ Principes priuilegiatis & nō priuilegiatis imponi iubent, eiusque immunitatis causam esse compensationem quandam honestam officiorum & suffragiorum, quæ pro occasionibus huiuscemodi viri præstare possunt. Ac præterea, fuisse consideratum fuisse, huiusmodi Consistorianos de more in Comitatu Principis esse, & de suo expensas facere ad Principem prosequendum & consiliis iuuandum, ac præterea laborem maiorem requiri, quam si certo loco consisterent. Huiusmodi consistorium repræsentari posse ab eo, quod hodie ad latus Regis, qui & idem Comes Prouinciæ est, hæret: Parlamentarios esse statos, & dum officia sua exercent, priuatis & domesticis suis negotiis vacare posse, id quod facere non possent, si Principis Comitatum sequerentur: His rationibus videri, priuilegium quod habent ipsis in hac causa opitulari non posse, atque soluere oportere, vsquequo nouum priuilegium impetrauerint. Vt finem faciat, si Curia nolit definitiue iudicare super cōclusionibus captis ratione bonorum quæsitorum post annum 1471. quæ tributaria facta sunt, defensores seu reos

Contra Iustitiarios.

Subrogati quomodo præsentem priuilegiū retineant.

con-

condemnandos ad solutionem & collationem tributorum realium, exceptis bonis quæsitis sola feudali reuersione, idque prouisionaliter. Rogare se Curiam, vti notet, quando rusticus possessionem suam alteri rustico vendit, emtorem eo quod tributa soluat minus sortis soluere. Si dominus possessionem emat à rustico tributario, nisi tributa soluat, duplex compendium facere. Nam & minoris possessionem emere, eo quod tributaria sit, & nihilominus nihil tributorum soluere. Quapropter duplex eum lucrum facere.

Arrestum momentaneum seu prouisionale.

Curia dixit, partes correcturas perorationes suas, editurasque hincinde, quæ ipsis videbuntur: contradictorios libellos & saluationes præbituras intra tempus constitutionibus præfinitum & in consilio: Interea specie quadam momentanei iudicis, vsque quo aliter decretum fuerit, prædicta Curia decreuit & decernit omnis generis personas tam Ecclesiasticos quam nobiles & Iustitiarios, mercatores, ciues aliosque Prouinciales, qui post annum 1471. proprio arbitrio fundos acquisiuerunt, vel etiam iure prælationis retinuerunt, atque eo eam rem pecunia intercessit, deinceps tributa aliaque onera à prædictis fundis exigi solita, præstare oportere, idque ratione fundorũ, qui iam olim tributis obnoxii erant, quique in catastra relati. Saluo seu excepto, si fundi ita relati & æstimati fuissent sub onere banni & subbanni præstandorum, hoc casu diminutionem prædicti banni & subbanni pro rata faciendam. Pariter prædictam Curiam hoc Arresto prouisionali non comprehendere fundos rite amortizatos iuxta Constitutiones: cuius rei Ecclesiasticos exhibituros iusta & valida instrumenta.

Postulatio interpretationis.

Hoc Arresto pronuntiato Seguierus pro Nobilibus Curiam rogauit, declaret, num in prædicta prouisione comprehensos vellet fundos, quos Nobiles ignobilibus tradidissent, itemque fundos, quos prædicti Nobiles acquisiuerunt pro rata bonorum tributariorum. Id quod R ipsi ... pariter postulauit. & vt Clerus à decimis liberaretur. Ad id Marillacus pro prædicto Procuratore Catholico Regio dixit, sibi æquum videri, Nobiles immunes esse ratione fundorum ab eis proprio arbitrio & voluntate aut iure prælationis quæsitorum præstitis ab eis inuicem ignobilibus similibus fundis & eiusdẽ valoris qui in Catastra referentur, interim vero ipsi soluerent.

Prædicti Curia dixit, Arrestum ipsius obtinere oportere: saluo tamen & reseruato, habita ratione tam postulationis prædicti procuratoris Catholici quam partium, quod quando Ecclesiastici, Nobiles, Iustitiarii ciues & negotiatores aliique Prouinciales, habentes & tenentes feuda nobilia probati sunt, post annum 1471. se tradidisse & transtulisse in manus ignobiliũ fundos qui antea tributarii non erant, neque Catastris obnoxios, eos exonerandos pro rata valoris totidem fundis, quot aut emerint, aut iure prælationis retinuerint, idque omne ad instar & forma quadam prouisionis, & interim vsque quo ea de re cognitum fuerit, resque omnis illustrata fuerit, prædictos Nobiles, Ecclesiasticos, Iustitiarios, ciues, negotiatores & cæteros soluere oportere.

Arrestum declarationis.

Marillacus rursum pro prædicto Procuratore Catholico Regio dixit, ob hanc controuersiá, quasi incendio quodam totam Prouinciam conflagrasse, exortis inter priuatos vbique controuersiis, adeo quidem vt, quantum quidem ipse intellexerit, vel trecentæ sint pendentes atque indecisæ. Ea propter postulare se, arresto prædicto Arresto momentaneo, vt prædictæ lites omnes conquiescant, vsquequo principale, quod ampliatum est, terminatum fuerit, atq; interea inter alias priuatas personas dicatur, eos soluere oportere. Adhæc Seguierus Riantius & Rupefortius dixerunt, sese consentire in euocationem prædictarum controuersiarum iuxta Regis diploma neque se impedire posse, inspecto Arresto prouisionali, ne omnes soluant.

Arrestum idem.

Curia dixit approbando quantum ad hoc attinet, postulationem prædicti Procuratoris Catholici Regii, habitaque ratione consensus partium priuatarum sese decreuisse & decernere, vt lites quæ sunt in Prouincia, super hac controuersia, vsquequo ampliata causa in prædicta Curia definita fuerit, conquiescant. Et nihilominus per prouisionem ait prædicta Curia inter partes priuatas prædictam prouisionem custodiri & obseruari oportere. Ita signatum, Camus.

Curia dixit] Arrestum istud datum fuit, 6. Martii. 1549. vt designatur a Choppino lib. 1. de Domanio Franciæ tit. 14. n. 9. Vide perorationem Domini Bretti 39. Verum in Aquitania tributa sint realia, an personalia, & num super iis transigi possit.

XL.

Qui sese super indictum contendit, quomodo super indictum probet.

Antea praua quædam consuetudo & ratio inoleuerat: nempe, quum quis sese tributis oneratum sentiebat, remedio adhibendo, priuatum quemcunque tandem appetebat, cui sese *comparabat* & neque plus neque minus quam illum onerandum se detendebat, vnde confusio sequebatur inter contendentes minimi effectus. Postea id Arresto Curiæ Subsidiorum emendatum fuit, cuius tenor sequitur. *Viso* per Curiam Processu per Scripturam concluso, & ad iudicandum in ea admisso. 30. die Martii 1568. inter Iulianum Baissonem commorantem in Sancto Presbo Lauatte appellantem a quadam sententia contra se data à Selectis Forosegusiensibus. 13. Nouembris 1566. ab vna parte, & Mathæum Partonum appellatum ab altera parte, sententia prædicta 14. Nouembris prædicto anno 1566. grauaminibus & responsionis ad ea, req; omni cõsiderata, Curia dixit, male iudicatum à prædictis Selectis Forosegusiensibus, bene appellatũ à prædicto appellãte: & reformando iudicium, prædictum appellantem, à petitionibus prædicti appellati liberauit & liberat, eundemque appellatum in expensas tam causę principalis, quam causæ appellationis, quæ æquæ videbuntur, condemnat. Prædictaque Curia interdixit & interdicit, prædictis Selectis Forosegusiẽtibus, ne imposterum priuatum aut priuatos, aduersus quos *comparationes* instituerint, in iudicium trahi patiantur, atque æstimationẽ bonorum misisse velint: contrarium gerentes, vt Constitutiones Regias & Arresta, & formas à prædicta Curia in huiusmodi causis introductas custodiant & obseruent. Et nihilominus condemnauit & condemnat prædictos Selectos, vt reddant & restituant prædicto appellato pecunias, quas ipsi à prædictis partibus acceperunt tam pro instructione & confectione præsentiũ harum literarum, quam pro iudicio. Et vt imposterum euitetur ne prædicti Selecti in caso superindictionis huiuscemodi errorem admittant, decernit prædicta Curia opponentes seu conquerentes de superindictione, incolas Parochiæ citare oportere die festo post Missam, compellatis ipsorum Procuratoribus, vel ipsius absentibus, Matricularis, iisq; breuem citationis causasque oppositionis tradere, quo scilicet prædicti incolæ deliberent & declarẽt ad diẽ constitutum, vtrum adserere velint & contendere conquerentem bene censitum seu ascriptum fuisse,

Forma controuersiarum de superindictis.

Ratio comparationis vnius tributarii cũ altero interdicta, & quomodo in ea re procedi oporteat.

vel

vel an consentiant, eum ad antiquũ censum seu adscriptionem reducendum: vt ita visa incolarum declaratione, partibusq; sũmarie auditis & interrogatis super prædictis causis querelarum, prædicti conquerentes, si fieri possit, summarie iudicentur, aut saltem decernatur, partes in Summates Parochiæ, aut alios vsque ad numerum quatuor vel sex, consentire oportere, vt ita his auditis super querela iudicetur. Et si forte prædictæ partes consentire non possent, decernatur eas summarie allegationes suas consignaturas, & super ipsis quatuor vel sex testes producturas, iuxta constitutionem. Et si incolæ declarent se nolle adscriptionem conquerentium recte factam asserere, & censitores non dicantur fraudem admisisse, seu in adscriptione tributorum male versati, prædictos Selectos de plano & citra strepitum iudiciorum querelam terminare oportere. At si partes allegent, Censitores male versatos; Censitores oportere, prædicta mala versatione à prædictis partibus debite probata suo & priuato nomine consistere. Et præsens hoc Arrestum legi, atque in Regesta scriniorum prædictæ Selectionis referri oportere, quod inposterum prædicti Selecti in controuersiis de superindictione iuxta id sese gerant: proposita pœna exigendorum ab iis per partes omnium expensarum, damnorum & interesse. Pronunciatum 13. die Decembris 1568. & signatum *de Pras*, ad decretum Curiæ.

Articulus 6 Edicti generalis formam prope similem huic Arresto constituit, quæ scilicet obseruanda in litibus seu causis de superindictione, vt Articulus 34 Constitutionis Aureliaoensis custodiatur, atque hoc facto partibus ipsimet auditis, causæ iudicentur iuxta breues censuales trium annorum proxime præcedentium, & ex consilio trium aut quatuor Summatum, incolarum Parochiæ, vel Parochiarum circumuicinarum, in quos partes iuxta breue tempus consentire oportebit. Alioquin hoc non facto, in lites ex officio huiuscemodi Summates delecturos. Neq. partes allegationes suas in scripta referre condemnandos, neq. sportulas vllas ab his exigendas: vice versa ab horum iudiciis appellantes non esse admittendos, dummodo taxa non excedat 1 coronatos, & tertiam partem coronati sortem tributi, & tres Selecti iudiciis adfuerint, & periculum Sententiarum signauerint. L.C.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XI.

I.

Tributa sunt personalia.

TRibuta magis personalia quam realia censentur, quandoquidem personæ iis tantum in locis, in quibus domiciliũ habent, tributis adscribũtur. Iudicatum 21. Maii 1573. & altero Arresto vlt. Iul. 1573. B.

II.

Quomnodo adscriptio tributorum fiat.

Adscriptiones tributorum secundum Constitutionem iuxta Parochias fieri debent, non distractis villulis & villis pagorum, etsi separatum subsidium sit. Arrestum, pro incolis d'Onay aduersus Saugniacenses, Catholicianorum, 8. Mart. 1563. B.

III.

In casum doli citandi sunt incolæ & censitores.

In casu doli aut malæ versationis incolæ & censitores citandi sunt, & ex hac causa Præses & Scabini Montorii, vbi flumen Yonna intercidit, in expensas, damna & interesse condemnati fuerunt, Arresto 18. Decemb. 1563.

IV.

Post triennium tributum exigi nõ potest.

Constitutio prohibet, ne pro tributo post triennium quis conueniatur. Et ita iudicatum vidi 5. Martii 1566. B.

Guenois *in collectione Constitutionum*, & post eum Charondas *ad Codicem Henricianum*, Arrestum refertunt an. 1586. quo prohibitũ fuit Selectis districtus Curiæ subsidiorum Parisiensis, vbi prędictum Arrestum datum fuit, ne in posterum actiones aut petitiones pro tributis admitterentur, postesquam annus proxime sequens eum annum, pro quo tributum exigitur, elapsus fuerit. Arrestum hoc æquissimum est, vt fraudibus occurratur.

V.

Tributa extraordinaria adinstar ordinariorum ratione tributorum fortium & tegi debet.

Quando delegatoriæ à Rege pro adscribenda & indicenda quadam extra ordinem pecuniæ summa, emittuntur, adscriptionẽ fieri oportet, pariter vt in tributis ordinariis & Canonicis, seruata æquitate, & habita ratione facultatum. Quod si excessus aliquis & superindictum sit, censitores eo nomine tenentur, si eorum culpa vertitur, ex quasi delicto, alioquin Præsides & Scabini tenentur, qui id fieri curarunt. Arrestum Catholicianorum 15. Decembris 1563. pro Melodunensibus, qui à Pontificia Religione secesserunt, appellantibus à superindicto, dictumque fuit, male censitum fuisse, & adscriptio reducta, temperata, & ad instar adscriptionis tributariæ constituta fuit.

Arrestum hoc est conforme *articulo 21. edicti de forma generali tributorum* mense Martio 1600. Et quod ibi additũ, censitores eo nomine teneri ex quasi delicto, si culpa eorum vertatur, Sane hæc conditio, *si culpa eorum vertatur*, apponi non debuit. Nam nisi indictionem iuxta canonica tributa & rationem tributorum faciãt, proculdubio culpa ipsorum vertitur: atque adeo soli eo nomine tenentur, & nõ etiam Scabini aut Procuratores Syndici: nisi prædicti Scabini aut Syndici id ei iniunxissent, quo casu ambo tenentur per regulam iuris vulgatam: *agentes & consentientes, &c.* vel tanquam ad consilium fraudulentum executioni traditum.

VI.

Vtrum Equites S. Ioannis Hierosol. censeri teneantur ad... ad necessitates militares impo... [illegible]

Etsi Equites S. Ioannis Hierosolymitani inter Ecclesiasticos habiti fuerint: qui scilicet castitatem & perpetuam continentiam professi sunt, quo promptiores & paratiores ad militares expeditiones esse possint, quæ continue fiunt, ... [illegible] communium Christianitatis ... & vt tales indictionibus adscripti fuerint, quibus Ecclesiastici per bellorum occasionem & vrgentes necessitates adscripti fuerunt, siue pro Ciuitatum munitionibus, in quibus ipsorum commendæ ... sunt, siue pro Præsidiariis aliisque pecuniarum exactionibus: quin & , cum ad impediendam loci ... expilationem, aliqua pecuniæ summa Duci obsidionis promittitur: nihilominus iis immunes facti libertatique facie. Ex vero cum huiuscemodi dubium enatum fuisset, Curia rem ampliauit, vt videre est ex peroratione, quæ sequitur.

Hæc oratio est D. Ayraldi de sumpta ex editis ipsius orationibus.

Curia paulo post eandem iudicandi rationem tenuit, in quadam quæstione pro Maiore & Scabinis Castelloduncensibus aduersus Commendatarium Souseeusem, puta, Vtrum prædictus Commendatarius ad succurrendum munitioni castrorum Regis iure adscriptus, & postea coactus præstare quantitatem 20. modiorum frumenti esset. Nam non obstante Ecclesiasticorum immunitate & libertate, quæ ab omni æuo repetebatur: item etsi Equites S. Ioannis Hierosolymitani hoc præterea nitãtur, quod pro Religione militent, nihilominus posteaquam pro prædicto Maiore & Scabinis breuiter repræsentassem (alioquin tædium conciliassem in tam amplo & laro argumento) hæc priuilegia omnia tempore necessitatis & tumultus publici cessare, quia necessitati patendum sit, *quam ne dii quidem superant*: & si tum ne res quidem sacræ intactæ sint, teste Cornelio Sylla, qui aduersus Mithridatem bellum moturus, vasa, reliquias & diuitias templorum vsurpauit, quanto magis, si res sacræ in huiusmodi necessitatibus priuilegiis

Plato 5 ... & 7. de leg. Liuius Decad. 1 lib. ... Plutar. in Sylla.

uilegiis suis nō potiuntur, personas potiri non oportere, quæ nulla ratione sacræ aut sanctæ sunt, quam quod rebus sanctis ac religiosis seruiunt. Et nihilominus hanc collationem magis patrimonialem, quam personalem esse. Antiquitus Romæ Pontifices ea vacationem præterquam in tumultu Gallico habuisse, atque ideo nos oportere multo magis hanc constitutionem & hoc ius vsurpare, quod præsentem tumultum à nobis ipsis cognominatum in nosmetipsos vetterimus. Athenis ne quid. in immunes fuisse, qui ex Harmodio & Aristogitone nati essent, cum de belli necessitatibus & salute Reipub. agerentur. Et in simili, etsi Valerius Publicola decreuisset, viduas, pupillos & generatim infimam plebem ab indictione & subsidio immunem esse, quod satis stipendii soluerent, si liberos educerent, atque alerent, nihilominus necessitate Romæ oborta ob magna & diutina cum Volsiis bella omnis generis homines, & Pontifices, & pupillos adscriptos fuisse, viduas vero matrimonium contrahere coactas, quo ita honestius in persona maritorum exigerentur, minusque suspectum foret, domos ipsarum ingredi, quo casu conferre renuerent. tempore Hannibalis cum is Italiæ approquinquaret, dictum fuisse, colonos maritimos, qui sacrosanctam vacationem habere dicebantur, ad bellum nihilominus ituros, & non minus quam cæteros ad expensas collaturos. Postremo dicebam, quod si huiusmodi subsidia omnia miseræ plebi imponerentur, quæ sola ferme stultitiam & rabiem huiusmodi bellorum sustinet, recte, imo potiori iure dicturam, quod Andrienses Themistocli dixerunt: la videlicet magnum ab his tributum exigebat, & vt eos ad id induceret, repræsentabat sese ad ipsos duo potentia Numina adducere, Amorem & Vim: ea propter viderent vt alterutri numine soluerent: verum ei responderunt, sese duo Numina validiora illis habere, quæ ipsis intercederent, puta Inopiam & Impossibilitatem, Curia rem totam ampliauit, neque rem generaliter definiuit, ne daret actionem vel repetitionē eius quod solutum vel soluendum esset.

Plutarch. in Camillo.

Demosth. aduersus Leptinem.

Plutarch. in Publicola.

Tit. Liu. Decad. 3. lib. 7.

Liuius Decad 3. lib. 7.

Plutarchus in Themistocle.

2. Iulii 1594.

Hoc ipsum factum in causa inter Commendatorem Colombariensem in Bria appellantem, & incolas ciuitatis appellatos, super eo quod appellans collationi quinque millium coronatorū adscriptus fuerat, quæ Duci Parmensi promissa fuerant anno 1591. ad euitandam ciuitatis deprædationem: Arresto Curiæ subsidiorum 13. Mart. 1595. Tandem Arresto mense April. 1598. pro Commendatario Laudunensi, qui collationi viginti millium Coronatorum adscriptus fuerat quæ Rex rodiet iusserat incolis & Clero ciuitatis Laudunensis postea quam ea ad obsequium Regis redacta fuerat: is que ea exoneratus fuit: v postea quoque Commendatarius Autissiodorensis aduersus Clerum prædicti loci mense Maio 1601. v. 27. *Orationem D. Aduocati Regis Breteti.* I. C.

VII.

Arresto Curiæ subsidiorum 21. Aug. 1577. quod datum in fauorē Decani, Canonicorum & capituli Ecclesiæ collegialis S. Fursii Peronnæ appellantium à quadam adscriptione ipsis facta à Maiore & Scabinis prædictæ Ciuitatis propter Canonicas ipsorum domus: & inter prædictum Maiorem & Scabinos, appellatos dictū fuit, male processum & adscriptū, bene appellatum ab appellantibus fuisse: decretumque ipsorum bona per executionem capta, ipsis reddenda & restituenda: saluo iure appellatis, nouæ adscriptionis faciendæ pro ratione bonorum patrimonialium, quæ Ecclesiastici prædictæ ciuitatis & suburbiorum Peronnæ possident: sic tamen, vt in singulis adscriptionibus prædicta bona patrimonialia designare cogantur. Idem in regionibus quæ iure scripto reguntur. Iudicatū pro Canonicis Ecclesiæ Albiensis pro hortis ipsorum sitis extra ciuitatē Albiensem Arresto Curiæ 8. Aprilis 1603. v. *quæstione. meas notabile. c. 10.* & integram orationem pro prædictis Canonicis Albiensibus, quam D. Aduocatus Regius Seruinus publicauit I. C.

Verum Canonici cōferre debebant ad tributa pro ædibus ipsorum Canonicis.

VIII.

Domestici domus Regis in commentarios relati, & actus ministrantes ab omnibus Indictionibus immunes sunt: ac non etiam ab oneribus municipalibus veluti à munitione ciuitatum, à mutuis quæ nullum priuilegium admittunt, Iudicatum 30. die Martii. 1576. itemque Cautores ordinarii Comitatus Reg. 18. Februarii 1575.

Domestici Regis ab indictionibus immunes, non etiam ab oneribus politiæ seu municipalibus.

TIT. XII. DE PRIVILEGIIS, Prærogatiuis & immunitatibus.

Priuilegium immunitatis ad casus necessitatis & vrgentia negotia non extenditur, in quibus legi locus esse non potest: adeo vt immunes & liberi generaliter in casum necessitatis conferre teneantur, veluti in tumultu pro vtilitate publica Baldus *in l. placet. l. omnimodo, ubi cetera. Barralus Cod. de summa trinit. & fid. Cath. & tit. Cod. quib. praslat. vel mun. non. lic. se excus. & tit. de iure immunit.*

ARRESTVM I.

Consiliarii maioris Consilii fori præscriptionem habent apud Libellarios Palatii: prout iudicatū fuit Arresto Parisiensi 8. Septembris 1441.

Qui fori præscriptionē apud Libellarios habeant.

Rex subditos suos à vexationibus leuare cupiens quibus vrgeantur priuilegiis illis quæ *Committimus* vocant, quæ sibi complurimi nobilium aliique vindicant, vt ita miseros subditos ad libellarios Palatii trahant, Moliensi *art. 56.* & Blesensi 77 & 78 constitutionib. declarauit seu designauit eos qui prædicto priuilegio frui possent & quidem ipsos cum de eorum re agitur, vel ratione vxorum, & non etiam vt cessionum & translationum. vid. quæ plene de eo scripsi *quæst. 87. quæstionum mearum Notabilium.*

II.

Consiliarii qui officia sua à se abdicarunt simul etiam potestatem à se abdicant, & quadantenus honorem qui inde dependet: priuilegia nihilominus retinent. Et ita iudicatum fuit Arresto 27. Maii 1434. pro V. Cl. Io. Lamberto qui officiū Cōsiliarii in Parlamento Parisiensi à se abdicauerat, qui vtique breui comprehensus fuit, qui ad Papam pro indultis Beneficiorum mittebatur: attamen post omnes iam Præsides Consiliarios, quam Actuarios, Notarios & Secretarios.

Consiliarii qui resignarunt, retinent priuilegia.

v. titulo superiore Arrest. 12.

III.

Canonici Hospitalis Parisiensis Arresto quod datum 12. Aprilis anno 1374. post Pascha immunes à iurisdictione officialis Parisiensis declarati fuerunt, & vnus ex ipsis tum incarceratus ad Capitulum remissus.

Canonici Hospitalis Parisiis.

Canonici Ecclesiæ Bituricensis & complurium aliarum Cathedralium Ecclesiarum eodem priuilegio potiuntur. v. Collectionem meam *decisionum ... lib. 1. q. 1.* & 2. I. C.

IV.

Priuilegium tonsuræ tanto in honore semper habitum fuit & reuerentia, vt etsi in homine Laico vel seruo alio, qui eo potiri non debet, reperiatur, nihilominus eius quoque ratio habita fuerit. Et vero cum Laicus ob crimen captus fuisset, cui propere & caute post crimen admissum *corona* sacerdotalis facta & vestes Clericales indutæ fuerant, dictum fuit posteaquā criminis conuictus fuisset, eum antequam iudicaretur pristina veste amiciendum & tondendum ad delendam *coronam*, quæ ipsi facta fuerat, 13. Iunii 1371.

Stricta obseruatio priuilegii tonsuræ.

Con-

De priuilegio Clericali super remissionibus.

Constitutiones. Aurelianensis *art.* 20 Molinensis *art.* 40. legem certam huiusce modi remissionibus constituerunt, & voluerunt, ne quis priuilegio clericali frueretur, pro remissionibus ad Iudices Ecclesiasticos, vel aliis causis, nisi in sacris ordinibus constitutus sit, & vt minimum subdiaconus aut Clericus actu residens aut ministrans in officiis, ministeriis & beneficiis quæ tenet in Ecclesia: Sed si tales sint, & ad Iudices Regios citentur, remitti debere, & etiam volentes non possunt iurisdictionem prorogare, vt ait Aufrerius *de cap. sciens* 136 Fabr. *in l. si quis, Cod. de Episcop. audien.* quoniam beneficium ordini datum est, cui priuatorum pactis derogari non potest. *l. si quis in conscrib. Cod. de pact.* s. V. Cl. D. Petrus Ayraldus *libro tertio de ordine & Forma Iudiciorum parte* 5 *n* 15. alterã insuper rationẽ reddit: hanc nẽpe quia Presbyteri, etiãsi inter nos degant nihilominus quodãmodo à nobis sunt diuisi, & in alia prouincia & territorio aliud & separatũ cõstituunt *v. notat mem. ad artic.* 1 *styli iurisd. Eccles. Archiep. Bituric.* Et his casibus Iudices Regii hanc vocẽ *Remittimus* vsurpare nõ debent quoniam id denegare nõ debent neq; possunt, quin accusatus ad eorum iurisdictionem pertineat, verũ vocem *Reddimus* vel *Relinquimus* vel *partes sibi prospiciant*, vsurpare debent.

Ecclesiastici litigare debent coram ipsorũ Iudicibus Ecclesiasticis.

Remittere, Reddere & Relinquere.

V.

Quinam ius habeãt retinendorum piscium qui Lutetiam subuehuntur pro ipsorũ instructione. Episcopus Bellouacensis.

Procurator Mercatorum, iunctu illi Procuratore Regio interdici volebant Episcopo Bellouacensi, ne de cætero amplius sibi caperet pisces, quos à mari Lutetiam marinorum piscium subuectores subuehebant, transitu per prædictum locum facto: ex eo quod onus ipsorum siue quãtitas expresse destinata esset & desumta vt Lutetiam subueheretur, at non etiam in itinere seu transitu distraheretur, ac nominatim, quod id ex autoritate vsurparet. Econtra prædictus Episcopus possessione immemoriali utebatur & quod Par Franciæ esset, & quod attenta hac possessione eius haberet sibi capiendi, quam diu in eo loco versaretur pro domus suæ instructione seu cohibitione prædictum piscem per diœcesin suam subuectum iusto pretio eoque probe persoluto per *l. si quis sepulchrum ff de relig. & sumt. fun. & l. venditor. §. si constat. ff. com. prædio. & cap. super quibusdam. de Verb. sign. l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de Aqua quot. & æst.* Et ita iudicatum fuit pro eo vt supra, Arresto Curiæ Parisiensis. anno 1388. Idemque iudicatum fuit pariter pro Religiosis S. Dionysii. Et postea Arresto anni 1390. pro domino Montmorauciaco, primo Barone Franciæ, hodie vero Duce.

Abbas S. Dionysii Dux Montmorancia cus.

VI.

Priuilegiũ quæsitum post actũ inceptum attendendum est.

Iuuenis quidam studiosus, posteaquam executio facta fuisset in bonis ipsius mobilibus, eaque capta fuissent, sese Clericum tonsuratum constitui procurat, mox aduersus hanc executionem priuilegium suum clericale opposuit, Arresto Parisiensi ano. 1386. dictum fuit eum prędicto priuilegio potiturum prędictaque executio nulla & oppositio valida declarata fuit, Arrestum istud mirum visum fuit, quandoquidem prædictæ executionis tempore opponens clericus non erat, & facta bonorum captione iustitia secularis anteuertisset: illud tamen è contra consideratum fuit, quod tempore priuilegii quæsiti mobilia nondum vendita aut addicta fuissent, & potuisse euocari à iure pignoris prætorii.

VII.

Conductores fori pręscriptione qua domini & ipsi fruuntur.

Conductores hoc nomine causas siue actiones incidentes conductionum suarum nomine personales & possessorias agitare apud libellarios Palatii possunt, si istius fori præscriptionem dominus habeat per *l. cum vendente. C. vbi caus. fisca.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 5. Febuar. 1530. Tutissimum est, vt dominus liti adsistat.

Publicani seu publicorum conductores pro solutione debitorum, quæ ipsorum conductiones spectant, priuilegio Regis non fruuntur, nisi id conductionis lege expresse conti-neatur. Guid. Pap. *Quæst* 208. *& singul* 287. Boer. *Quæst.* 180. *in fi. & Quæst* 223. *in fin.* Rebuffus *ad Constitutiones in tractatu de Literar. obligator. Artic.* 21. *glos* 3. *num.* 19. Imbert. *in enchiridio sue in verbo, conductores vectigalium.* Constitutio Aurelianensis in eam rem expressa est *Artic.* 136. Ad quam Chalardus defendit complurimis iuris autoritatibus Conductores eorum, qui fori libellariorum Palatii præscriptionem habẽt, non posse sub ipsorum nomine prædicto priuilegio potiri, quod cum personale sit, in personã tertii transferri non possit, I. C.

VIII.

Domestici priuilegio dominorũ fruuntur.

Familiares & domestici eodem priuilegio, quo domini ipsorum, frui debent. *l. restituenda C. de Aduoc. diuers. iud. & l.* 2. *C. de Episc. & Cler.* Itemque dominus sæpe ciuiliter tenetur delicti à familiaribus & domesticis suis commissi nomine *l. si familia. ff. de iurisd. omn. iud.* Et pro primo articulo datum fuit Arrestum Tholosæ. 4. April. 1463. quo interdictum fuit Locum-tenenti Seneschalli Tholosani, ne de cætero amplius Iurisdictionem siue notionem in amanuenses, seruos & domesticos Præsidum & Præsidiariorum Curiæ sibi vindicaret: verum vt ad prædictam Curiam deferri curarent omnes informationes, quæ aduersus ipsos haberent seu omnia crimina, de quibus accusantur, vt ita de iis ibi iudicium fiat.

Vide Maynard, lib. 2. cap. 21. Quæst. & Constit. Aurelia. art. 26. Doctores contrarium tenent, vt notatur ab Aufrerio in tractatu, de Potestate seculari super Ecclesiasticos in secunda regula nu. 36. & Ant. Capit. decis. 12. Arrestum Tholosanum, quod hic memoratur desumptum fuit ex collectione, quæ est sub finem styli Parlamenti. artic. 26 veteris impressionis, postremæ vero. 56. vbi Molinæus ait, id iniquũ esse, neque Parisiis obseruari. T.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum XII.

I.

Modificatio Edicti Molinensis super remissione Ecclesiasticorum.

CVm Constitutione Molinensi artic. 39. constitutum fuisset, vt antequam Ecclesiastici remitterentur ad ipsorum Iudices ratione delicti communis, casus priuilegiatus prius instrueretur & iudicaretur, interpretatione & moderatione adhibita dictũ fuit: delinquentẽ siue reũ remittendũ ea conditione, vt iudex ipsi adsisteret ad decernendum super casu priuilegiati. Et ita iudicatum fuit Arresto Curiæ parricidalis, quam Turnellam vocant, 19. Aug. 1581. Cui conforme est & Edictum Melodunense.

II.

De priuilegio Protectorũ &c.

Quotiescunque agitur de priuilegio immunitatis Arcuariorum seu Protectorum Regis aliorumque, id intelligi debet, quo ad ipsorum propria pertinet. Ita iudicatum pro quodam Arcuario arietario, 8. Aug. 1565. Et nota, quod 12. Ian. 1575. quidam Arcuarii seu Protectores Regis & quidam Optio vel opinator militaris immunes declarati fuerũt, habitique ad instar domesticorum domus Regis

De Officiariis & domesticis Regis aliisque ad Regis Comitatum pertinentibus priuilegiatis, vide Artic. 126. Comitiorum Aurelianensium.

III.

Minister non potest certificatã pro Domino priuilegiato dare.

Non admittitur, vt seruus seu minister pro domino suo priuilegiato possit certificationem præbere, veluti pro Consiliario ipsius Conductor vel colonus, qui eo alioquin abuteretur, & sub ipsius nomine frumenta aliasque merces annonarias in Regis præiudiciũ deduceret. Peroratũ ita pro publicano Regis à Menilio Aduocato Regio 13. Febr. 1563. Præterea notandum est iuxta moderationem art. 39. Edicti super domum reuocatione seu remissione Ecclesiasticorum 19. Aug. 1581. dictum fuit pro stu-dio

diosis Pictauiensibus prædictam remissionem intelligendam tam pro studiosis Clericis, quàm pro Ecclesiasticis.

IV.

Notarii Castelleti singulare priuilegiū habent loco præscriptionis seu Gardæ Gardienne.

Notarij Castelleti Parisiensis singulare Rescriptū seu priuilegium super fori præscriptione, quod Gardam Gardiennē vocant, à Rege Carolo VI. emeruerūt ab aliis confirmatum, idq; locum obtinet tam agendo quam excipiendo, dummodo in Curia approbatum fuerit, & ab ea approbationem impetrauerint. Iudicatum 16. Martij 1564. B.

V.

Priuilegiū abusiuū tolerari non debet.

Priuilegium abusiuū tolerari non debet, quocūque antiquitatis longique vsus prætextu: prout iudicatum fuit aduersus incolas Laegneacenses qui sub obtentu seu specie concessionis & reseruationis, in cuius possessione ab omni æuo erant, puta, colligendorum ramorum ludosque faciendi in pratis feriis Pentecostes, omnia vastabant & deprædabantur, ipsis quippe interdictum fuit, ne de cætero id agere perseuerarent, propositis grauissimis pœnis, 13. Maij 1562. Pasquiero perorante. B.

VI.

De vi & effectu singularis super fori præscriptione, seu Gardæ Gardienne.

Rescriptum singulare super fori præscriptione seu Guarda Gardienne extra Iurisdictionem Præfecturæ & Balliuiatus, in quibus bona sita sunt & locata, extendi non potest. Iudicatum 27. Martij 1575. aduersus commendatarium Andegauensem, qui religiosas prædicti loci ad Præfectum Parisiensem citauerat. Item Ecclesiis fundationis regiæ indultū ad personas corporis prædictæ Ecclesiæ & ad iura ipsius atque intra Balliuiatum tantum, vbi bona sita sunt & posita tantum extenditur: neque id amittitur alienatione terrarum à Rege facta. Iudicatum 13. Iulij 1574. forique præscriptionem habent, vel apud libellarios vel in Balliuiatu. Præterea notandum est, priuilegium singulare super fori præscriptione seu Gardam Gardienne extendi nonnisi per districtum Balliuiatus, vnde quis est, ad conueniendos videlicet coram Balliuio eos, qui ex eodem Balliuiatu sunt, non etiam ad alienum districtum trahendos. Iudicatum Arresto 11. April. 1564. Idem Arresto. 5. Martij prædicto anno aduersus Canonicum quendam Bellouacensem. Et oportet, vt id pro bono Ecclesiæ sit.

VII.

Apparitor non potest eius vigore remissionem facere.

Vigore priuilegij singularis super fori præscriptione seu Gardæ Gardienne, non potest apparitor seu officialis iudicis iubere, vti causam remittat, eoque renuente eam remittere, id quod facere potest vigore rescripti, quod *Committimus* vocant, pro Libellariis Palatii. Iudicatum Arresto 26. April. 1566. quod à me refertur in Quæst. mea 27. vna cum aliis complurimis Quæstionibus super *Garda Gardienne* & *Cōmittimus*, & iurisdictione dominorum Libellariorū Palatij. I. C.

TIT. XII. DE DECIMIS.

Vide formam constitutam super Decimis anno 1599. quæ approbata in Parlamento 8. Martii eiusdem anni. I. C. quæque integra extat *in Collatione Constitutionum*.

ARRESTVM I.

Pensionarii beneficiorum decimas conferunt.

ONus Decimarum pro vrgentibus Regni negotiis anno 1516, impositum redditibus beneficiorum, quæ in Francia sunt per formam doni cuiusdā & oblationis charitatiuæ, temporis processu, & pro vrgentibus negotiis in necessitatem & coactionem conuersum est, hodieq; pars est subsidiorum, neq; de eo amplius dubitatur. Onus istud ad pensionarios quoque beneficiorum extenditur, qui ad hanc collationem tenentur nullo discrimine facto, vtrū pensio sit prædialis an personalis, vel etiam quotæ portionis veluti tertiæ, vel etiam quantitatis vniformis. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in quadam peroratione & ex tempore die Martis 9. Ianuar. 1531. Et postea quoque altero Arresto quod datum in prædicto Parlamento, in Camera Inquisitionum inter Ioannem Materium ab vna parte, & Ioannem Gaffetum curionem Ferrauesem ab altera parte, vigilia Natalis Domini 1532. Eaq; opinio fuit Decij in *l. pen. C. de Collatio. & in Consil.* 156. Vid. tit. 5. l. 3 cap. 4.

Arrestum istud paradoxon videtur, quoniam hodie alio iure viuimus. Nam qui pensiones habent super beneficiis, ad decimas nō cōferūt, siue ordinariæ sint, siue extraordinariæ: verum titularij tantum. Hæc Arresta non sunt intelligenda, quando pensiones super fructibus sunt, quando pensionarius pro pensione sua certam fructuum quotitatem accipit, puta tertiam aut quartam partem. Prout iudicatum fuit Arresto, quod refert dominus Maioardus l. 1 notab. Quæst. cap. 43 quo Arresto, quod datum 27 August. 569 super pēsione quadam prætensa ex prioratu Buzetiensi, Curia Tholosana super validitate aut inualiditate reseruationum pensionum partes ad iudicem Ecclesiasticū remisit, & interim decreuit, prouisos à *Papa* de prædictis pensionibus impositis super fructibus beneficij Buzetiensis per prouisionem seu interdicti & momenti beneficio fruituros, citra præiudicium iuris partium, tertia parte fructuum, redituum, & emolumentorum prædicti beneficii sub onere & conditione soluēdi & conferendi pro quotitate ad omnia onera, & indictiones tam ordinarias quam extraordinarias prædicti beneficii: at si pensiones certæ cuiusdam summæ sint, vt hodie omnes creatæ sunt & constitutæ, eiusmodi pensionarii non tenētur ad Decimas conferre. Et in ea sententia est prædictus dominus Mayoardus c. 44 & sequent. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum XII.

I.

AXioma est in materia decimarum, quod beneficium capitale seu præcipuum situm sit in diœcesi quadam: membra vero, quę ab hoc capitali dependent, in alia diœcesi sita sint, quod, inquam, vbi Capitale adscriptum est, ibidem etiam beneficia claustralia, quę inde dependēt, adscribantur, non habita ratione situs: Si caput in vna diœcesi, & mēbra in alia diœcesi, mēbra adscribi debēt in diœcesi capitis, & quidē vnica adscriptione *tale beneficium cum annexis suis*. Atque hoc axioma confirmatum fuit Arrestis Maioris Consilii & Parlamenti, & sententiis stationum Ecclesiasticarum erectarum pro cognoscendo super decimis in facti speciebus sequentib. Ab Abbatia Burgi Deolziani in diœcesi Bituricensi dependent & annexa sunt complurima beneficia inter cætera Prioratus castri Bonfacii, qui est in diœcesi Lemouicensi. Prædicta Abbatia cum annexis suis adscripta fuerat decimis in diœcesi Bituricensi, & nihilominus à Clero Lemouicensi, eundem Prioratum Castri Bonfacij decimis diœceseos suæ adscribunt. Anno 1544. Cardinalis Ambosius Archiepiscopus Rothomagensis, & Abbas prædictæ Abbatiæ & Principatus Deolzensis mandatum à Maiore Consilio impetrat ad citandum ad id Episcopum Lemouicensem: ibi tamdiu res agitata fuit, vt postea quam prædictus Abbas commonstrasset seu probasset, prædictum Prioratum à tempore immemoriali vnitum fuisse prædictæ Abbatiæ Burgi Deolzensis; Arresto quod datum in prædicto Consilio habito apud pontem Æsiæ. 27. April. 1547. dictum fuerit, prædictum Prioratum Castri Bonfacii, valut adscri-

In diœcesi in qua capitale beneficium adscriptū est, beneficij illius membra atque ab eo dependentia ibidem adscribi debent.

ptũ cũ capite seu prædicta Abbatia in diœcesi Bituricensi adscriptionibus decimarum diœceseos Lemonicensis expungendum, inhibitumq; prædicto Episcopo eiusque vicariis, ne de cętero prædictum Prioratum in prædicta diœcesi Lemouicensi adscripsisse velint, condemnatusque ad reddendos seu restituendos fructus post litem contestatam, & in expensas instantiæ.

Hoc ipsum iudicatum fuit Arresto Curię, quod datum super causa ampliata pro domino Carolo Albaspineo Consiliario in prædicta Curia & Abbate prædictæ Abbatiæ Deolzensis appellante a pignore iudiciario, atque elocatione iudiciaria fructuum Prioratus Sancti Pauli a prædicta Abbatia dependentis; & inter Nicolaum Chonllonium susceptorẽ decimarum in diœcesi Lemouicensi, quo Curia habita ratione literarum seu Rescripti super conuertenda appellatione in oppositione seu intercessione dixit, legitima iustaque de causa prędictum dominum Albaspineum sese opposuisse seu intercessisse prædicto pignori & elocationi reditus prædicti Prioratus, eique adeo prędicti pignoris relaxationem puram & simplicem dedit, & habita nulla ratione prædictæ elocationis iudiciarię decreuit, fructus prædicti Prioratus captos & perceptos vigore prædicti pignoris ipsi reddendos restituendos, vel ipsorũ valorẽ &c. 26. Apr. 1603. I. C.

Hoc ipsum quoque ita iudicatum fuit Arresto Cameræ & Stationis Ecclesiasticæ Bituricensis 18. Iunii 1601. pro reuerendissimo Iacobo Genouillaco Episcopo Tullensi actore aduersus Syndicum deputatorum Cleri Cadurcensis, quo decimis diœceseos Cadurcensis adscriptio facta Abbatiæ Rotomadoris, & Prefecturæ Veracensis, quæ membra sunt dependentia ab Episcopatu Tullensi, & nihilominus in diœcesi Cadurcensi sita, nulla declarata fuit, decretumq; eam expungendam. Aduersus hanc sententiam cum prędicti deputati Cadurcensis Consistorium Regis adiissent, atque inde ad procedendum super appellatione Bituricensi remissi fuissent ad deputatos generales Cleri Francici Parisiis constitutos, prædictus dominus Genouillacus ipsorum Arresto, die Veneris 29. Aug. 1603. relaxationem pignoris captorũ fructuum prędictorum membrorum vna cum restitutione fructuũ impetrauit, decretumque in posterũ prædictum Episcopũ Tullensem in diœcesi Tullensi adscribendum tam ratione Canonicarum seu ordinariarũ collationum, quam extraordinariarum, quæ in prædicta diœcesi exigentur, beneficiorum prædicto Episcopatui vnitorum in prædicta diœcesi Cadurcensi sitorum nomine, inhibitumque & interdictum prædictis deputatis Cleri Cadurcensis, ne prædictum Episcopum ratione prędictorum beneficiorum breuibus tributorum, quę in prædicta diœcesi Cadurcensi exigentur, adscripsisse velint sub pœna expensarum, damnorum & interesse. Et vt incommodis vel potius litibus, quæ deinceps inter successores prædictarum partium exoriri possent, occurreretur, iniunctum fuit Syndico prædicti Cleri Cadurcensis, vt breuib. & adscriptionib. antiquis decimarum prædictæ diœceseos Cadurcensis prædicta membra Episcopatus Tullensis expungeret, atque in expensas condemnati. Ego ipse in processu, qui iudicatus in Statione Bituricensi scripsi etiam I. C.

II.

Curionat' dependentes vel ad præsẽtatio nẽ Magnorũ Priorũ Cõmẽdatariorũ & Equitum S. Ioannis Hierosolymitani spectantes à decimis immunes sunt.

Arresto Curiæ Subsidiorum Parisiensis. 21. Iun. 1559. inter Ioannem Guinardum Presbyterũ Curionem Montigniaci Laterij in diœcesi Meldensi, quod ad præsentationem Commẽdatarij Mosiacensis Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani pertinet, actorẽ, iuxta comprehensa in quadam commissione impetrata in prædicta Curia 15. die Iunii 1558. ab vna parte. Et reuerendissimum Ludouicum Bressium Episcopum Meldensem reum ab altera parte, decretum fuit, prædictum Curionatum seu Parochiam breuibus decimarum Episcopatus Meldensis expungi oportere, & pecunias à prædicto Guinardo, pro prædictis decimis solutas, ei reddendas & restituendas: inhibitumque prędicto Episcopo eiusq; successoribus, ne eum Curionatum prædictis decimis adscripsisse imposterum velint, nempe quia Rex Franciscus I. (cui Clerus Franciæ decimas indulsit anno 1516.) diplomate suo ad formam Chartarum, vt vocant, anno 1542. à prædictis decimis liberasset Magnos Priores Commendatarios, Equites & fratres tam regulares, quàm seculares beneficia Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani possidẽtes: quę diplomata postea quoque alio diplomate mense Iunio. 1544. confirmata fuerũt, quo Rex declarauit, animum sibi non fuisse, vt beneficiati beneficia prædicti Ordinis possidentes, prædictis breuib. decimarum comprehenderentur, quod diploma in maiore Consilio in Regesta relatum fuit. Illud etiam in diœcesi Bituricensi obseruatum vidi, prędictos Curiones non cogi venire ad Synodos, neque soluere vlla iura Synodalia *pro rata*, neque alia iura Archiepiscopalia, quibus hodie Curiones non minus quam decimis vexantur. I. C.

TIT. XIV. DE PRIVILEGIO Scholaritatis seu Studiosorum.

ARRESTVM. I.

Priuilegium Scholaritatis de prof[...] Theo[...] Pro Gram[...]

PRiuilegium Scholaritatis in vniuersitate Parisiẽsi temporale est, & ad certum tempus restringitur iuxta genus studiorum seu professionem, & vt vocant, facultatem, in qua quisque studet, seu operam nauat, non habita ratione temporis, quo quis in ea immoratur. Regentes seu Professores eo fruuntur pro ratione temporis, quo Regentes agunt, & si 20. annis Regentes egerint seu professi fuerint, priuilegium perpetuum fit, quamdiu in prędicta Vniuersitate cõmorabũtur. Studiosi Theologię ꝑ 14. añis. In Iure Canonico & Ciuili ꝑ 7. annis. Grammatici, Dialectici & Physici pro 4. annis neque plus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1552. mense Maio.

Iunge huic tit. Tit. de Vniuersitate eiusque iurib. in Edictis Comitiorum Aurelianensium, & Blesensium & Arrestũ 20. de Tributis Ec priuilegium Vniuersitatis, quod Ecclesiasticis studiosis & Doctorib. & Regentib. competit, de iis cãtum intelligitur, qui actu & assiduo profitentur. Item intelligitur de iis, qui primas literas docent & discunt, ex constitutione Ludouici XII.

II.

Violata conseruatorum Apostolici interdicta et [...] discussionem [...]

Clericus residens in vniuersitate Parisiensi & priuilegiis vniuersitatis fruens non potest laicum ad cõseruatorem priuilegiorum Apostolicorum prędictę vniuersitatis citare aut conuenire, neque aduersus ipsum procedere monitionibus & censuris Ecclesiasticis, nisi prius legitima discussio facta fuerit mobilium & immobilium prædicti laici coram Prępecto Parisiensi. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1597.

Vide infra Tit. de Excommun. & Censuris.

III.

Studiosus Procuratoris Amanuensis fact[...] verũ priuilegium suum amittat. Nota, ad impetrandas literas vt vocant, protectionis, nõ satis esse oportere testimonialibus studiorũ & scholasticis [...]

Charondas Procurator in Castelleto habebat amanuensem, cui certis quibusdam diei horis permittebat audire profitentes in Vniuersitate, vt ista studia sua continuaret quę cœperat, antequam secum ipse commoraretur. Et nihilominus hic amanuensis, exceptis horis, diebus quas in prędictas lectiones impendebat, reliquum temporis impendebat in ministerio & praxi domini sui, vt amanuensem Procuratoris facere oportet. Is debitorem quendam suum conueniri seu citari facit coram conseruatore priuilegiorum Regiorum vniuersitatis Parisiensis. Is fori declinatione vtebatur, dicens, ipsum non esse studiosum, verum Procuratoris amanuensem, atq; eideo priuilegio studiosorum frui non oportere. Ecõtra amanuensis allegabat, se, antequam ad ædes Charondę accederet, studiosum fuisse, & assiduè studia sua continuasse: & quamlibet amanuensis foret, nihilominus se quotidie quibusdam lectionibus interesse, permittente domino suo, atque ideo priuilegium

gium studiosorum amittere non oportere. E contrario pars eius aduersa repræsentabat, cum amanuensis factus esset, eum priuilegium studiosorum amittere debere, eo quod ab officio transierat ad artificium. *arg. l. legatu seruu. §. 1. ff. de leg. 3.* Conseruator nihilominus decernit, eum procedere oportere. Is ab eo appellat. Curiæ Arresto appellatione & eo, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis appellans remissus fuit: & appellatus nihilominus in expensas causæ appellationis cõdemnatus. Pro appellatione perorabat Budeanus: pro appellato vero Aurusius. Et pronunciatum fuit Arrestum 3. Iulii 1530. à D. Præside Sant-Andreano.

Pro Amanuensi consiliarii cuiusdam studiis operam dante dictum fuit, eum fruiturum priuilegio Scholaritatis mense Maio. 1573.

IV.

Studiosus tẽpore citationis 6. mensib. studiis operã dedisse oportet.

Coram Præfecto Parisiensi conseruatore priuilegiorum Regiorum, quidam sese studiosum dicens, mense Iunio partem suam aduersam citari fecerat. Is non ante comparet, quam mense Nouembri sequẽti. Quo primum die comparuit, forum declinare cœpit, allegans prætensum illum studiosum non dedisse studiis operam spatio 6. mensium, id quod Constitutio requirat. Studiosus dicebat, sese studiis operam dedisse iam inde à mense Februario præcedente, atque ita 8. vel 9. mensibus. Ac præterea exhibebat testimonialem quæ erat de mense Iunio: ac propterea aduersarium procedere oportere. Conseruator decernit, partes coram se processuras: à quo reus appellat. Pro appellante dominus Buclieratius iuniot dicebat, Constitutionem requirere, vt studiosus, antequam alium extra forum suum trahere possit, spatio 6. mensium tempore citationis studiis operam nauarit, & liquere ex appellati confessione, studiis non nisi à mense Februario. 4. tantum vel 5. mensibus, tempore citationis, quæ facta mense Iunio, studiis operam dedisse, atq; ita Constitutioni non satisfecisse. Pro appellato D. Coigneusius dicebat, tempore decreti, à quo appellatio facta fuisset, quod est de mense Nouembri, eum 6. mensibus & amplius studiis operam dedisse, computatione facta à mense Februario præcedente: & quamquam citationis tempore nondum 6. menses completi essent, nihilominus inspecto si die, quo decretum factum, eum citasset, appellans impediri nõ potuisset, quin coram prædicto Conseruatore procederet, hac ratione bene iudicatum fuisse. Dominus Seguierus Aduocatus Regius pro appellante conclusit postulauitque, vt Rectori Vniuersitatis interdiceretur, ne de cætero amplius testimoniales studiosis daret, nisi expleto 6. mensium spatio in studiis. Curia Arresto suo 16. Octobris. 1551. dixit, male iudicatum fuisse, & bene appellatum, appellatumque in expensas causæ appellationis condemnauit. Et ius reddens super postulatione domini Procuratoris Catholici interdici Rectori Vniuersitatis, ne de cætero amplius testimoniales præberet studiosis, qui spatio 6. mensium studiis operam non dedissent.

V.

Studiosus non domũ reuocat in causa ad ius publ. ei pertinẽ & aduer. Procuratorẽ Regi.

Studiosus non potest in causa politica, id est, quæ ad ius publicum pertinet, postulare se remitti ad iudicem suum priuilegiatum: fauor enim Iuris publici, de quo quæritur, maior est ipsius fauore, qui ex ea causa cessat. Ita iudicatum fuit Arresto maiorum dierum Molini habitorum 6. Octobris anno 1550. Neque pariter in causis, in quibus Procurator Regius in ipsis locis partis locum explet: eas quippe ibi terminari oportet, vt iudicatum fuit altero Arresto Maiorũ dierum habitorũ Molini anno 1540. 22. Octobris.

Axioma in Palatio seu Foro receptũ est: nulli priuilegio, nullis literis, quas *Committimus* vocant, aduersus Regem locum esse. Iudicatum 13. Martii 1583. super Committimus.

VI.

Studiosus interueniens quando subhastationes remitti impetrare possit.

Studiosus subhastationibus à creditore quodam inceptis interueniens, rem totam ad iudicem suum cõseruatorem remitti impetrare potest, si videlicet huiusmodi subhastationes seu præconia fiant vigore alicuius obligationis, seu chirographi: at si fiant vigore iudicii seu rei iudicatæ id facere nõ potest, verũ ea absolui oportet corã iudice ordinario pro vt cœpta sunt. Hæc fuit peroratio Domini Marillaci Aduocati Regii confirmata Arresto Maiorum dierum Molini habitorum 2. die Octobris anno 1550.

VII.

Allegata contra priuilegium Scholaritatis principalis iunguntur.

Priuilegium Scholaritatis pro litibus datum fuit à Regibus Studiosis actu studentibus fauore studiorum, & in eo fundati sunt, & custodiuntur viis ipsorum testimonialibus, pro quibus præsumitur ad causam introducendam, non obstantibus omnibus exceptionibus declinatoriis. Et si semper exceptiones admittendæ essent aduersus prædictas testimoniales, nunquam quicquam studiosus priuilegio suo potiretur, quin super eo Arresto opus esset. Quapropter reus procedere tenetur in omnem finem, & saluo iure super fori præscriptione iudicandi, veluti si reus dicat se probare velle, actorem mercatorem esse, & non studiosum, aut alia qua ratione præscribat, seu declinet. Ita iudicatum Arrestis Maiorum dierum Molini habitorum 16. die Octobris, anno 1550.

VIII.

Quando Studiosus remissionẽ postulans de iure suo probare debeat.

Constitutio Regia, quæ vult, vt Studiosus antequam possit impetrare, vt causa inter alios cœpta remittatur, promiè titulo fidem faciat in beneficialib. & iureiurando in cæteris, de iis causis intelligenda est, in quibus Studiosus interuenit proprio motu, & non etiam, vt autoritatem præstet, vel etiam etsi ad autoritatem præstandam euocetur, vt autor admitti debet & quod sua res agatur: tum enim nullius alterius rei fidem facere aut approbare debet, quam testimonialem & protectionem. Attamen in beneficialibus semper fidem facere debet, siue autor sit, siue ipse interueniat item & secundo in prophanis, quando res autoritati non est obnoxia, vel etiã cum obnoxia est, & petitor impediat, ne studiosus admittatur fraudem allegans & defendens, studiosi nihil interesse. His quippe casibus non tenetur affirmare, antequam remittatur. Ita iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum Molini habitorum 22. Septembris anno 1540.

IX.

Constitutio de quatuor Dietis locum habet in priuilegiis Apostolicis.

Constitutio, quæ prohibet profectiones & citationes coram Iudicibus, conseruatoribus Vniuersitatum plus quàm quatuor Dietarum seu quatuor dierum itineris, non intelligitur de conseruatoribus priuilegiorum Regiorum, verum de Apostolicis tãtum. Prout iudicatũ fuit Arresto Parisiensi die Martis 14. Maii 1521. & altero Arresto ad relationem domini Masuerii, in maiore Camera Inquisitionum, cum quodam, cui nomen Doniato inter Arresta natalitia. 1525.

Hoc ipsum confirmatum 18. Iulii 1564. Et ita limitata fuit Constitutio, quæ est Regis Ludouici XII. cum plurimis

Arrestis Curiæ: nã quantum ad Conseruatores Regios pertinet, remissio intelligi debet per totum districtum Parlamenti, & Dietas 200 legales decem leucarum siue miliarium: verum ordinarias & consuetas diebus & pastionibus in regione solitis. Nota, quod inter suppositos Vniuersitatum comprehendantur papyri confectores, librarij iurati & alij similes, veluti tabellarij, bedelli qui fori præscriptionem habent, & immunes sunt & liberi vigore testimonialium, iuxta complurima Arresta, quæ notissima sunt.

Suppositi Vniuersitatum.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum XIV.

ARRESTVM. I.

Studiosi inserere debent domiciliũ suum in Protectionibus suis.

STudiosi in testimonialibus & protectionibus suis locum domicilij sui inserere debẽt sub pœna nullitatis. Arresto 20. Martij. 1564.

II.

Suppositi Vniuersitatis sub Rectorib. Doctorib. & Regentibus cõprehenduntur.

Cum Rectores, Doctores & Regentes Vniuersitatis sint priuilegiati & immunes ab omnibus indictionibus & oneribus, suppositi etiam sub his comprehenduntur, exceptis duobus casibus, puta quando rex vnumquemque nominatim & speciatim adscribit, & pro instauratione & necessitate fossarum, mœnium & custodia ciuitatis. Iudicatum compluribus Arrestis pro Aurelianensibus, & renouatum adhuc 19. Februarij 1575. apud Catholicianos perorante Pasquieru aduersus Rebuffum.

III.

Priuilegiũ de Vernaculis intelligitur.

Cum de immunitate à subsidiis & indictionibus agitur, ea intelligi debet de vernaculis, quod Studiosus & Regentes seu Professores attinet: quod vero principales attinet, id est, Præfectos Collegiorum, de ipsorum instructione citra distractionem. Iudicatum 20. Iulij 1565. Ad hanc rem Arrestum determinatorium extat anni 1557.

IV.

Priuilegiũ Librariorũ confirmatum.

Quod ad librarios iuratos, id est, bibliopolas Vniuersitatis Parisiensis attinet, priuilegium ipsorum confirmatum fuit Arresto 3 Maij 1594. apud Catholicianos super immunitate ipsorum à muribus, quæ vocant, foraneis, & transitus ratione librorum excusorum in causa G. Mercatij bibliopolæ. Et notandum est, 8. Februarij 1678. Arresto ad postulationẽ bibliopolarum iuratorum Vniuersitatis Parisiensis interdictum fuisse C. Rauoto, & cæteris foraneis seu peregrinis, ne libros exponant seu vẽdant aliis, quã mercatoribus librariis seu bibliopolis.

V.

Conseruatores priuilegiorũ & ipsi priuilegiati.

Conseruatores priuilegiorum ipsimet priuilegiatis sunt, forique præscriptionem habent etsi delegati tantum sint. Iudicatum pro Abbate quodam delegato à Cardinale Lutharingiæ conseruatore Turonum. 30. Maij. 1564.

VI.

De concursu priuilegiorum.

Practici, qui de concursu priuilegiorum scripserunt, vter videlicet ex duobus priuilegiatis priuilegio frui debeat, formaliter defenderunt, quod cum priuilegia sunt ęqualia, veluti inter duos Studiosos, tum regulæ standum esse, actorem sequi forum rei, & tum actorem reum coram iudice suo conuenire oportere, & si aliter faciat, reum remittendum esse, quoniam priuilegia confunduntur, & pro non priuilegiatis habẽtur. Si vero nõ sint æqualia, veluti si actor sit commẽsalis & domesticus Regis, vel aliã qualitatem præ se ferat, quæ ipsi priuilegium *Committimus* attribuat, at reus studiosus fori præscriptionem habeat coram conseruatore priuilegiorum Regiorum Vniuersitatis, in qua actu studiis operã det, vel si sit ciuis Parisiensis, Bituricensis, Turonensis, aut Rupellensis, atque ita habeat iuxta priuilegia ipsis indulta à Ludouico XI. fori præscriptionem coram iudice ordinario prædictarum ciuitatum, siue agendo, siue excipiendo, priuilegium Libellariorum Palatij, tanquam maius eminentius trahit ad se priuilegium Scholaritatis & Ciuitatis, velut minora. *l. iudicium soluitur. D. de iudicijs.* Et priuilegium Scholaritatis trahit ad se priuilegium Ciuitatis, vtpote maius & eminentius, eo quod insertum sit non tantũ Corpori seu codici Constitutionum: verum etiam Corpori ciuili, quod apud omnes gẽtes obseruatur fauore studiorum, prout scripsit Menochius *lib. 6. præsumt.* 40. n. 12. Thomas Grammatcus *decisio* 20. hac de causa ciuis quidam Rupellensis ad postulationem Studiosi cuiusdam ad Præfectum Parisiensem, conseruatorem priuilegiorum Vniuersitatis citatus opposita fori præscriptione depulsus fuit, Arresto, quod datum in Camera Edicti postrema die Augusti 1605.

Priuilegiũ Libellariorũ trahit ad se priuilegiũ Scholaritatis. Priuilegiũ Scholaritatis trahit ad se priuilegium Ciuitatis.

Peleus Quæst Illustr cap. 123. Vide quæ notaui ad priuilegia Bituricensia I. C.

LIBER SEXTVS.

TITVLVS PRIMVS, DE REBVS PVBLICIS, POLITIA, CONSVLATV, ET COGNItione quæinde dependet.

ARRESTVM PRIMVM.

Cõsules eliguntur ex suburbiis & pagis, pariter vt ex ciuitate ipsa.



ETsi verbo *Vrbis* continentia seu suburbia quoque comprehendantur, *l. 2. de verb. sig.* Item, etsi ij, qui vrbis onera sustinẽt, priuilegiis ipsis frui debeant, vt maximè extra eam habitent, siue nobiles sint, siue plebei, *per text. in §. nos Romanorum Imperator. de pac. Const.* Atque ita & hi Consules vel defensores Ciuitatis eligi quoque debeant, ac nominatim, cum necessitas id requirit, & nõ sufficiens numerus in ciuitate reperitur, *l. semper post pr ff. de iure immun.* Nihilominus contrariũ Arresto Burdegalensi indicatum fuit mense Septembri 1536. *per text. in §. 1. in. Auth. de defens. ciui ibi: sed secundum circulum. Et ibidem* Angel. tenet, Rusticos & paganos, i. pagorum incolas, vt maximè de corpore ciuitatis sint, ciuilib. tamen munerib. impediri non debere: tum quia eorum ignari sunt, tum quia ab agricultura abducerentur, residendi enim necessitas his immineret. Igitur huiusmodi munera ciuilia ordine seu gradatim ciuitatum incolis defendi debent, *iuxta prædictũ §. in his verbis, secundum circulum:* facit *l. vt gradatim. ff. de muner. & honor.* Verum hac in re maximè idonei & honestissimi eligi tantum debent *per præd. text.*

Vide

De Iurisdictione, quam Maiores Scabini & Cõsules in Frãcia hodie habent.

Vide quæ scripsi de forma eligendorum Maiorum, Scabinorum, & Consulum *in Notis meis ad priuilegia ciuitatis Biturricensis collatis cum tribus a ...* Olim penè per totam Galliam Maior, Scabini, Capitularij vel Capitales Consules Iurati, aliique Magistratus ciuitatum, omnimodam Iurisdictionem habebant tam ciuilem quàm criminalem in ciues & incolas: vt testantur *Strabo lib. 4. & Cæsar. lib 6. de bello Gallico*: Idque etiam cognoscere licet, tum ex antiqua, tum noua Biturricensium consuetudine, & iis, quæ commentatores ipsius hac de re scripserunt, *ad art. 2. tit.* 2. & iis quæ notaui *in Collectione mea Tit. 2. cap. 71. & 73.* super determinatione inter officiarios Regios Andegauenses, & Engolismẽses & Maiores Scabinos: & pleniꝰ ex iis q̃ scripsi *ad Priu. ciuitatis Biturricensis, sub fine*, quæ excusa sunt à Fuetio & Boonio Parisiis, vbi complurima Arresta refero, quibus confirmata fuit Constitutio Molinensis *artic. 71.* quæ Maioribus & Scabinis, &c. iustitiam ciuilem ademit, eisque Iustitiã super Politia reliquit: Itemque criminalem: quæ constitutio non habet locum in ciuitatib. quæ Iustitiam habent ea concessione Regis titulo oneroso, veluti S. Quintini, Peronæ, Chaoniaci, & Montedesiderij I C. Quod in hoc primo Arresto dictum est de Consulib. id etiã ad Scabinos, Capitularios Iuratos & similes extenditur.

II.

Consules, nisi communicato prius cum incolis seu ciuibus cõsilio, litigare non debent.

Consules, Syndici, Actores, aliique huius generis, neque inchoare, neque persequi litem aut appellationem, vel in horum aliquid consentire debent, nisi communicato prius & capto consilio cũ incolis seu ciuibus: alias facta ab iis reprobari possunt: vt declaratum fuit à defuncto domino Montholonio Præside, in Maioribus diebus Molinensibus, perorante Fabro 23. Septembr. 1540.

III.

Muri tempore pacis sarti tecti conseruari debent.

Tempore pacis Consules & Syndici alicuius ciuitatis muros & fossas ciuitatis corruptos relinquere non debent: Et si ea reparari faciant, & priuati incolæ contradicant atque opponant, nullum bellũ esse neque periculum, eo non obstante, per prouisionẽ soluere debent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, aduersus incolas Aurelianẽses. 15. Martij 1522.

IV.

Princeps necessitate publica vt generelegibus solutus non est.

Necessitas publica sufficiens est causa ad cogendũ quoque Principem, vt ei succurrat & subsidiũ præbeat. Et vero in eam rem datum fuit Arrestum Parisiis 26. die Nouemb. 1419. quo decretum fuit, propter penuriã ligni in ciuitate Parisiensi Regẽ vendere oportere vsq; ad tres Arepennes seu tria iugera syluarum suburbanarum, id est, ciuitati Parisiensi proximarum, pretio taxato Arresto, quod Regem attinet, ratione mercatorum: & quod mercatores, ratione populi.

V.

Absque cõsensu Domini muri ciuitatis perforari nulli permittitur.

Non licet propria autoritate & absque consensu Domini priuato cuiquam murum ciuitatis perforare, lumini visorio, fenestræ, foramini, aliuve huiusmodi rei faciendæ, neque in eo ædificare ad quemcunq; tandem vsum, *l. qui perforauerit. ff. ad leg. Iul. peculat. & l. sacra. §. muros. de rer. diuis. ff.* Verum vniuersitas siue corpus incolarum id autoritate sua facere potest: *vt dicit Gloss. in dicto §. muros. per text. in l. omne ... C. de oper. publ.* Neque pariter licet, per prædictum murũ transire seu egredi, vt not. in *l. desertorem. §. in bello. versic. nec non. de re milit. ff.* Et quantum ad hoc, hodie limitata est lex ciuilis, quæ pœnam capitalem istius murorum sanctitatis violatoribus infligit: nempe eam locum tantum habere tempore belli & in ciuitate militari seu limitanea & non aliter. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, quod pronunciatum vltimo die April. 1530. inter Syndicum ciuitatis Montis-regalis ex vna parte, & quendam nomine Benguerium ex altera parte.

Notabilis limitatio *l. desertorẽ §. in bello.*

VI.

Mercatores qui annonã subuehunt, defendi oportet.

Politiæ ciuitatis potissimum istud caput est, vt impediatur, ne mercatores qui annonam ad ciuitatẽ subuehunt, vexentur seu molestia afficiantur: iique aduersus omnes defendantur: manusque eis porrigatur auxiliaris: & si tale quid admissum sit, cognitio eius ad ordinarium spectet: & vero Publicanus Gabellæ Parisiensis, qui equos & siccos cuiusdã exteri annonam subuehentis ceperat, citatus coram Præfecto Parisiensi, cum remitti sese ad Iudices Gabellæ postularet, ab eo depulsus fuit: cumque ad Parlamentum appellasset, declaratum fuit, eum iure repulsam passum fuisse. Arresto Cameræ Patricidalis, quam *Turnellam* vocant 2. die Iulii 1551.

Bladũ seu frumentũ mercatoris retentũ & captũ pro necessitate publica.

Attamen bladum seu frumentum Mercatoris arrestari seu retineri pro necessitate publica potest. Et in simili casu dictum fuit Arresto 21. Febr. 1573. Scabinos bladum ita retentum soluere oportere, vel soluendum curare pretio forensi, quod tum erat. Et ad rem notandum est Mercatorem Stampensem appellantem ab eo, quod à Iudice ordinario condemnatus fuisset in multã ducentarum librarum, & in confiscationem bladi sui madidi in annonæ caritate *supra scamnum*, vt aiunt, *iactati*, depulsus fuit 18 Iunii 1573. B.

VII.

Pœna pistoris panẽ iniusti põderis vendentis.

Pœna pistoris venalem panem iniusti ponderis vendidisse & habuisse deprehensi pecuniaria est pro prima vice: pro secunda vero vice, relegationis: vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vltimo die Martij 1418. not. in *l. in excoctione bucellati. cod. de excoction. & translat. milit. anno. & in l. iubemus. de erogat. milit. anno lib. 12.*

VIII.

Paena põtiũ cõlet. uandi plateas mundas.

Coercitio seu pœna imposita eis, qui plateas Ciuitatis mundas non habent, executioni tradi debet aduersus omnes tam priuilegiatos, quam cæteros, non habita ratione oppositionis aut appellationis, neque his quicquam præiudicantibus, vt iudicatũ fuit Arresto Parisiensi. 19. Septemb. 1476. Textus est expressus *in l. vnica. ubi, omnibus & omnes ff. de via public. & ítin public. resic.*

IX.

Idem.

Onus platearum ciuitatis mundandarum possessoribus domorum imminet, ante domum videlicet cuique suam, & pro latitudine domus: vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi 14. Martij 1506. *l. pen §. construat. ibi, vnusquisque secundũ propriam domum. ff. de via publ.*

Platearum ciuitatis mundandarum] Et pro iis, quod par est, soluere. Vide Choppin *lib. 2. de priuileg. rustic. parte tertia, cap. 1. 12 art.* & ad consuetudines Andegauenses *lib. 2 parte 2. cap. 1. Tit. 2 art. 6.* T.

X.

Porci extra vrbem eiecti.

Compertis maximis dãnis, quæ à porcis per plateas errantibus, illata fuerant, tum propter fœtorem & sordes eorum, tum propter comesos & occisos infantes quodammodo expositos. Arresto Parisiensi 24. Maij 1400. decretum fuit, porcos ad Hospitalem domum pertinentes extra vrbem haberi oportere.

Huic Arresto, non 14. Maij adscribi debet, verum 18. Lucius ad hoc Arrestum mentionem facit cuiusdã infantis expositi ante Hospitale Parisiense, cui porcus attracto faciem ambederit, indeque mortuus fuerit. Et 7. die Martij 1580. oborta pestis suspicione, interpolæ pileorũ aliique interpolæ interdicti fuerunt: prohibitũq; porcos, cuniculos, colũbas nutrire, & interpolis pileorũ ne vllos deinceps venderent, idque momentario iudicio, seu per prouisionem. 10. Mart. B.

XI.

Variola, quæ *morbus Neapolitanus* vocari solebat,

 eotẽ-

Variolis infecti vrbib. haud aliter ac leprosi eiecti.

eo tempore, quo in Franciam inuecta fuit, adeo abominationi extitit, vt morbus contagiosus habitus fuerit, & vrbibus & sanorum cœtu expulsi fuerint ij qui ea infestarentur: haud aliter, ac si leprosi forent: Et ita dictum fuit Arresto 4. Martij 1496. Verum postea ob promta remedia, quæ tempore adinuenta sunt, malum hoc adeo promiscuum factum est, vt Arrestum hoc inefficax redditum fuerit.

Variola] Hoc xj. Arrestum desumtum est ex Dn. Ioan. Lucio. Nunquam quis ab hoc morbo sanatur, vt ait Thomas Grammaticus, *dec. 56. num. 6.*

XII.

Constitutio de vindemiis.

Arresto Curiæ Parisiensis anno 1534. super appellatione, quæ à Bellouisorio migrabat, inhibitiones factæ de noo vindemiando, aut expectando ad certum vsque tempus, inquisitione tamen non prius facta super commodo aut incommodo, nullæ declaratæ fuerunt: Et sanè huiusmodi res à voluntate & opinione solius Magistratus dependere non debet, nisi prius communicato captoq; consilio forma quidam probationis & informationis: itque ita deliberatione facta eius, quod decreto opus sit, cũ possessoribus & ex pluralitate vocum & suffragiorum.

Banni seu apertura vindemiarum.

Forma, quę obseruari debet in aperiendis vindemiis multis consuetudinib præscribitur: Bituricensi *de vindemiatorib. quarto & quinto* Niuernensi *eod. Tit. art. 1. 2. & 4* & Burgũdiæ, vbi Chassanæus plenè ad hoc scripsit: Ea apertura vindemiatum dicitur *Bannie*, quod deriuatur a Voce *Bannum*, quod significat proclamationem publicam, eo quod prædicta vindemiandi licentia publicari soleat: Cuius rei & vsus duplex est vtilitas: Prima, ne vicini aliis damni quid inferant, si antequam aliis significatum fuerit vindemient: altera, ne vineis nondum maturis vindemient: Quibus addi potest & priuatum commodum vindemiatarum decimæ. Et huiusmodi aperturæ fiunt a Iudicibus ordinariis, qui sunt Iudices Politiæ, id quod a Præsidibus Prouinciarum olim fiebat, *L. 4. D. de Feriis.* I. C.

XIII.

Sors odiosa in politia.

Pelletarius pro chirurgis Montargiensibus aduersus quendam eiusdem artificij appellantibus, ab eo quod Balliuius Montargiensis decreuisset tempore periculosæ pestis sorte decidendum, quisnam ex ipsis peste contactos visitare teneretur, dixit, sortem potuisse super valetudinarium quẽdam senem, & imbecillum, &c. cadere Remq; hanc siue modũ siue rationem sortis hac parte prohibitam esse & aduersus omnem consuetudinem, vsus, Arresta, similiaque: Brebarius pro appellato dixit, sortem esse receptam: *l. sed cum. ff. de iudiciis.* neq; ipsorum quicquam interesse: In electione, abusus admitti, & in ea cuiusque inimicum prægrauari: At in sorte neminem decipi. Menilius pro Procuratore Catholico dixit, sortem esse prohibitam, neq; eam vsurpari, nisi in diuisionibus & partib. hæreditatis constituendis ex necessitate, atq; ideo appellanti sese adhærere: Si abusus sit in electione, eam minorem esse & iuramẽsum præstari, sed & abusui occurri posse. Curia appellationem & id à quo appellatum fuit, in irritum deduxit, appellatum in expensas causæ appellationis condemnauit, decreuitque emendato iudicio, *electione* in ea re procedendum, iuxta Arresta determinatoria in similibus casibus in ciuitate Parisiensi 31. Iulij 1564.

XIIII.

Ad sustentationem pauperũ destinatũ, in alium vsum cõuerti non debet.

Incolæ Castri-Theodorici cum deliberarent de subsidio ad sustentationem Ludimagistri: quem Ludum siue Scholam pro Iuuentute ciuitatis ipsorum excitauerant, quinquaginta libras ex reditu pauperibus destinato vsurpauant: postea Arresto Parisiensi 7. Iulij 1579. ad eas restituendas vna cum expensis condemnati fuerunt.

APPENDIX ARRESTORVM
ad Titulum I.

ARRESTVM. I.

Custodia Ciuitatis & punitio Delictorũ ad quem pertineat?

CVstodia ciuitatum, vna cum punitione & animaduersione minorum criminum ad ipsius ciuitatis corpus spectat: prout iudicatum fuit pro Rhemensibus, qui Locumtenentem & duodecim Consiliarios in hunc finem habent, Præter Maiorẽ & Scabinos. Arresto 9. Aprilis 1563. & anno 1570. aduersus Archiepiscopum, quod renouatum 2. Decembr. 1576. Verum maiora crimina, sanguinis videlicet & mortis, ad Regem & Officiarios ipsius spectant. Cæterum officia vrbica, vtputa Maioris Scabinorũ, non durant neque excedunt spatium quinque annorum. Iudicatum pro Chauniaco, S. Quintino, & Feria.

II.

Custodia portarum virile onus est.

Custodia portarum virile onus est. Iudicatumq; fuit, viduam custodis portæ Nellæ possessione prædicti loci Comiti commerciorum, quem Præfectũ Mercatorum vocant, cessutam. 9. Decemb. 1572. Prętereà portæ & muri ciuitatum inter res sanctas numerantur. *Tit. de rer. diuis. §. re. sacras. Tit. ne quid in loco sacro.* Et per consequens inalienabiles, nec ad lõgos annos elocari possunt. Sed & Arresto aduersus hæredes Domini à Villategia & pro portario S. Germani. 13. Martij 1563. dictum fuit deinceps portarius habitatione gratuita in portis concessa, reliquum ædificij elocandum, non quidem in annos multos, verum in lustrum seu quinquennium tantum, vel etiã minus spatium, præcedentib. omnib. locationibus aliis cassatis. Vide *Cassiodor. in formula, de portus iure.* B.

Elocatio ędificiorũ portarũ nõ vltra lustrũ seu quinque annos fieri debet.

III.

Cõstitutio politica aduersus molitores & pistores.

Arresto anni 1419. mense Martio & Aprili sequẽti, prohibitum fuit molitoribus, ne pro molitura de cætero amplius frumentum exigerent, verum vt in pecunia eis solutio deinceps fieret. Et mense Iulio 1420. interdictum fuit pistoribus, ne molitores eligerent, ne molendina tenerent, neque se ipsis associarent & econtra. Quod Arrestum confirmatũ fuit decreto seu constitutione Politica Castelleti: quæ & ipsa postea altero mense Maio 1563. confirmata fuit sub pœna catamidiationis. 27. Iun. 1565. publicatum fuit Edictum valde amplum super modo & impensis epularum & escarum, quo Leges sumptuariæ continentur. B.

IV.

Maritus propter variolã separat.

Prima die Iunij 1558. maritus cum tanquam ab abusu appellasset ab eo, quod eum Officialis seu Iudex Ecclesiasticus in quinquenniũ ab vxore sua propter iteratam Variolam separasset, declaratus fuit non admissibilis, perorante Durantio. B.

V.

Determinatio aduersus Pistores.

Pistores ciuitatis & suburbiorum Molinensium, cum partim à Maiore & Scabinis coerciti nonnullique etiam incarcerati, eo quod aduersus prædictam definitionem fecissent, partimque à siliquarico, qui ad prædictum Maiorem & Scabinos spectat: à prædictis incarcerationibus ad Curiam appellassent: & cumplurimos libellos supplices multis articulis cõstantes obtulissent, Curia Arresto suo, quod datum super ampliata causa 29. Ianuar. 1600. Audito Domino Procuratore Catholico, appellationes idque à quo appellatum fuerat, irrita declarauit, citra mulctam, & partes in totum liberauit, citra

ita expensas, damna & interesse: insque reddens in principali, non attento rescripto Regio à prædictis Pistoribus impetrato, decreuit, prædictos Pistores ciuitatis & territorii Molinensis, vrbi & territorio panem sufficientem habituros, quà mundum, quà secundum seu sordidum & plebeium, eo pondere & pretio, quod continetur in examine & definitione super prædicto pane facta pen. Ianuar. 1576. cosque teneri eos vendere in domibus suis & ergasteriis, vt antea solebant, sub conditione visitationis in prædictis domibus & ergasteriis, pro conseruatione prædicti siliquatici debiti ciuitati, ad quod Curia eos condemnauit, soluendum scil. prædicto Maiori & Scabinis appellatis, ipsorum Publicano & Quæstori sub hoc modo: Nempe vt decimum denarium totius panis, mundi, sordidi & alterius cuiusq; quē venditurі erunt minutatim, præstent, exceptis nundinis liberis: hoc facto liberationem eis præstandam & cautiones liberandas.

TIT. II. DE RECEPTIONE, DIGNItate, Prælatione, regulaque formaque viuendi, Magistratuum, qui Iustitiam administrant.

Vide Collectionem meam tit. pen. de Prærogatiua docsis inter Ecclesiasticos & officiarios Regios & subalternos. I. C.

ARRESTVM I.

Iudices boni publici causa tene- ri opor- tet.

IVdicia seu res iudicatæ autoritatem non aliunde magis accipiunt, quàm ex opinione, quam homines habent de iis, qui ea dederunt seu pronunciarũt: & prout ipsorum nomen factum est, apud vnumquemque res ipsæ iudicatæ sacræ quoque sunt. Vice versa siue arresta sint, siue cõsulta, Decreta, siue quæ alia sint nomina ponderosa, quæ ipsis imponentur, nihilominus apud se non eo pondere is æstimabit, qui semel opinionem hanc conceptam habebit, eos à quibus promanant nihil in se iudice dignum præter nomen & honorem quendam vmbratilem habere. Proinde Reipub. plurimum interest, videat quisque quid loquatur, ac nominatim ne eo, quo dixi, redigantur. Et iuxta hoc 6. Augu. anno 1491. Curia Aduocatis iniunxit, vt tenerentur & Maiestatem dignitatemque Curiæ inter perorandum saltem reuerentiam haberent: Ideo dixitque ne honorem aliquis ex consiliariis ipsius perstrictum vellet, non petita prius venia id faciendi à Curia, addita comminatione, eos, qui secus fecissent, mulctandos. Nā vbique lex iudicem reuereri iubet. *l. 1. §. causam: de postul. & l. observandum. ff. de offic. Præsid.* Et quod magis est, etsi Iudex iam iudicium dedisset, officioq; functus esset, nihilominus is qui condemnatus est siue appellet siue non, extra infamiæ notā, ei conuitiari non potest, vt ait *l. iudices ab appellatoribus. ff. de iniur. & l. appellantes. ff. de appel.*

II.

Aduocat⁹ Regis, iudex esse nō potest.

Constitutio Regis Francisci, quæ publicata anno 1539. *artic.* 2. qua Seniori Aduocato, impedito, recusato aut absente ipsorum Locum-tenente generali vel particulari, cognitio & expeditio causarum attribuitur, de Aduocato Regio non est intelligenda: verum ab iis penitus abstinere debet ex ratione *l. sancimus. C. de Aduocat. diuers. iudic.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 20. April. 1540. Verum de cæteris Aduocatis ordinariis intelligi debet, qui causas summarias prouisionales, & priuilegiatas, quæ moram vel dilationem non patiuntur, expedire debent: & si prædictus Locum-tenens generalis vel particularis plus triduo abfit, potest prædictus senior Aduocatus leniores causas terminare: & si plus octiduo, omnis generis controuersias nullo discrimine descingere seu terminare potest: vt iudicatum & declaratum fuit prædicto Arresto anni 1540.

Seniores Aduocati quid iudiciale, absentibus iudicibus expedire possint.

Intellexi in publica peroratione Domini Menilii Aduocati Regii potestatem causas expediendi, per expediens vt vocant, non spectare nisi ad Aduocatos supremarum causarum B. vide *lib. 7. tit. 9. Art. 4. infra & Rebuff. in Tract. suo de Recusat. artic. 2. gl. ff. in verb. in 9. vnde hic § dissentiendum est,* & Imbertum *lib. 1. Instit. suar. Forens. cap. 18.* Nihilominus post hæc Arresta complurima data fuerunt contraria, pro Aduocatis Regiis & Aduocatis Fiscalibus, aduersus simplices Aduocatos, qui ad exercitium Iustitiæ seu ad administrationem admissi fuerunt absentibus ægrotis vel recusatis Iudicibus, priuatiue ad simplices Aduocatos: secus de substitutis Domini Procuratoris Catholici in sedibus seu tribunalibus Regiis. Vide *collectionem meam. Tit. 14. cap. 91. & 92.* vbi hæc Arresta referuntur. I. C.

III.

Lex Corbiēsis Cācellarii super Dominis Curialibus.

Eo tempore, quo Rex Carolus VI. in furore versabatur, & patrui ipsius regnum administrarunt, Repub. eius turbatissima Arnoldus Corbiensis Cācellarius tantum autoritatis adsecutus est, vt tum permiserit, seu voluerit, Edictum quoddam ad formam duodecim Tabularum publicari, in huiusmodi verba: *Curia citio careto: Ceteris omnibus exemplo præsto. Consiliarii in culpa deprehensi à quatuor Præsidibus coerceantor & si meruerint, deponantor.* Hoc Edictum in Parlamento oblatum, vt ibi scilicet publicaretur & in Regesta referretur, à Præsidibus reiectum fuit: sub specie honestissimæ excusationis: nempe quod indignissimum foret, Consiliarium capitis accusatum aliter audiri & iudicari, quam omnib. Cameris coadunatis, seu congregatis. Et tum datum fuit Arrestum 17. Febr. 1406. Edicto obtemperandum non esse.

Desumptum ex Lucio *lib. 4. Tit. 1. Arrest. 19.*

IV.

Prærogatiua primorum præsidum.

Prædictus Lucius refert in Arrestis suis audiuisse se à Iacobo Lucio Iurisconsulto fratre suo, defunctum Dn. Præsidem Barmeū vnum ex quatuor Præsidibus, qui antea Romam pro abroganda Pragmatica Sanctione destinatus fuerat, dicere solitum: Ex quatuor primis Præsidibus neminem neque primū neque postremum esse, & propriè loquendo, nonnisi pro vno haberi: & quod, qui primus ex iis quatuor ingrederetur & sedem occuparet & prærogatiuam Curiæ, idem ille quoque prior esset. Quod quidem hominis illius autoritate inspecta, fidem mereretur, nisi tria repugnarent. Primum, quod si eum in modum prærogatiua inter quatuor primo occupanti cederet, consequentia rerum iniquarum & intolerabilium inter Iudices oborietur, nempe cōfusio, ambitio & discordia. Secundum, quod tum temporis quartus Præses erat tam animosus & tam audax, vt si ordine suo in eum modum primum sese constitutum vidisset, forte alter iudicaturus fuisset, quàm cæteri. Tertium, quod tum & ante contrarium obseruatum fuerit. Et de hoc prædictus Lucius solemne exemplum refert, purà de Marleto, qui postea Franciæ Cancellarius fuit 22. die Maij 1403. cū primus Præses Popincourtius decessisset ac in prædicto officio Rex successorem Marleium cōstituisset, isque id acceptare nollet citra consilium & approbationem Curiæ, propter hoc responsum Cancellarius Franciæ in Curiam venit, quæ huius rei occasione tum congregata fuit, ac nominatim propter oppositionem factam à Locheto secundo Præside, qui asserebat, morte Popincourtij sese io primū locum ingressum. Huic prædictus Cancellarius non aliud dixit, quàm Regi ita placere, vti Marleius primus esset. Consiliarii verebantur apertè dicere,

Electio Marlei primi Præsidis

quid sibi super eo videretur, & vnus post alium ad antes Cancellarij accessit: vt quid sibi videretur, ipsi secreto dicerent. Tandem collectis ipsorum suffragiis Cancellarius, hæc verba, quæ sequuntur, pronũtiauit: *Quod principi placuit, id Curiæ placet. Cæterum magna res & plena difficultatum videtur, quod tu Locheree secũde Præses adeo felix fueris, vt officium istud ad præsens vsq; tenueris: & quoniam ætas iam te excusat, & minus aptum illi exercendo deinceps reddit, præstat vt nunc ab hoc officio honestè recedas, quam vt in eo amplius moreris, in honoris tui detrimentum, & turpiter ad aliquam infelicitatem prolabaris. Itaq; tantum abest, vt primus admissus sis, vt prætendebas, vt omnia tibi nunc sine relinquenda. Rex te di Officio tuo deponit, quam honestè fieri potest locoque tuo successor destinatus est Realis:* Atque id omne est, quod Cancellarius super hoc decreuit. Ex quo videtur, prædictum dominum Barmeum, id quod supra, dicere solitum ex animositate potius quadam, quam sano iudicio: Et sane quocunque modo id dixerit, habemus nostris temporibus executionem quandã, quæ in simili casu facta fuit, tum à Rege, tum à Curia, qua scilicet Sexagenarius quidam depontanus factus est, id est, ufficio suo deiectus fuit.

Grauis sermo Cancellarij Præsidem ab Officio suo deponentis.

Antiquitus vsque ad tempora Ludouici XI Magistratus partim erant Electiui, partim Collatitij & temporales & cõmissarij seu delegati, vt testatur Constitutio B. Ludouici, quæ iubet, ne durante officio quicquam in Prouincia adquirant neq; contrahant. Item, vt rationem reddant per 40. dies. In cuius rei signum singulis annis Festo S. Martini Iuramentum renouabant. Cæterum Papo de sexagenario quodã in Arresto suo sub finem agens, Lizetum intelligere videtur. Et vero Præses Malrasius Consistorionorum numero destitutus fuit: verum processu reuiso restitutus & repositus fuit. B Videantur Edicta Comitiorum Regni super Electionibus, Præsentationibus & Nominationibus Officiorum.

Magistratus olim in Francia electiui.

V.

D. Iacobus Brulardus Præses, Dominus Wilhelmus Guido Consiliarius in Camera Inquisitionum, admissi fuerunt: nempe prędictus Guido, primus: prædictus vero Brulardus, posteà, Consiliarij in maiore Camera: Dubitatum fuit, quisnam in sede præferendus esset? Guido dicebat, se primo fuisse receptum: Brulardus dicebat, se ipsius Præsidem esse, neque honestum fore, si ipse primus sederet, sibique præferretur. Arresto Curiæ 28. Iunij 1323. Brulardus prælatus fuit. Desumtum ex Lucio *lib. 4. Tit, 6. Arrest. 4.*

Primo receptus nõ semper prę ferendus est.

Attamen Officiarius, qui superstite Officiario designatur est ad officium post eius obitum, nec id exercuit, non potest eos præcedere, qui etsi postea recepti fuerint, ante tamen exercere cœperunt. Ita iudicatum Arresto 11 Iulij 1551 contra Do Archerium Consiliarium in Curia Subsidiorum, quo Curia decreuit, Consiliarios admissos post Archerium, qui tamen officia sua ante ipsum exercere cœpissent, eum præcedere oportere. Vide Senatusconsulta *Corasy cent. 4. cap. 12.* Maynard *lib 4. Quæst. Notabil. cap. 27. & Tit. penult. Collection. mear. dict. Tit. I. C*

[Cæteris paribus, prælatio pendet à prioritate conptationis siue Receptionis, quæ controuersia fuit inter Præsidẽ Dacy & Perotum.]

Præcedentia Magistratuũ in cõuentib.

VI.

Secunda Iunij 1442. Cognatellus Præses, cum diu officium suum exercuisset, depositus fuit, aliusque ei subrogatus, qui Arresto admissus est ea lege, vt deposito ducentas libras Turonenses annuas præstaret. Desumtũ ex prædicto Lucio *lib. 4. Tit. 6. Art. 4.*

Depositio Cognatelli Præsidis.

VII.

Si Consiliarius Curiæ in Maiore consilio Consiliarius erectur, Consiliariatus primus ipsius, per potiorem admissionem vacans est. Et ita iudicatũ fuit arresto Parisiensi 18. Iulij 1402. Ratio hæc est: quod assiduè Curiæ interesse oporteat, & duo tantũ menses ad quietem destinati sint: at in Maiore Consiliõ sex menses anni ad quietem destinati sint. Hodie in vnam æqualitatem omnia redacta sunt, atque ita vtrumque officium incompatibile est.

Cõsiliarij Curiæ & Maioris Consilij compatibiles.

VIII.

Prædictus Lucius *lib. 4. Tit. 6. Arrest. 1.* scribit in pdictis Arrestis suis, 9. Nouembr. 1492. Curiam admisisse Consiliarium quendam, quem tamen iusserit propter ætatis defectum, à Curia abesse, vsque quo ad iustam peruenisset ætatem: Et hic etiam est text. expres. in *l. Spurij. §. minorem. 25. anno. ff. de Decur.* vbi huiusce modi quidem admittuntur, sed interim suffragium inter cæteros ferre non possunt. Hoc Arresto etsi magna & manifesta gratia facta sit, admisso eo, qui nondum legitimam ætatem attigit, grauitas tamen & seueritas antiqua obseruatur. Non dubiũ est equidem, sæpe adolescentes extare eo prudentia & iudicio, vt miraculo propius quid sit: attamen & illud verum est, neque ei contradici potest, Senes his instructos, illis superiores esse vsu & multorum annorum experientia, qua Iuuenes destituũtur. Hac de re *Cicero* Catonem inducens loquentem de Scipione auo ita loquitur: *Consilio, ratione, sententia vteretur, quæ nisi essent in Senibus, non summum consilium Maiores nostri appellassent Senatum. Apud Lacedæmonios quidem ij, qui amplissimum Magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellantur Senes. Quod si legere & audire voletis externa, maximas Respub. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. Cedo, qui vestram Rempu. tantam amisistis tam cito?* Ad hanc percunctationem ipsemet plures responsiones affert, & hanc inprimis: *Prouehebantur ad res noui, stulti, adolescentuli. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia Senectutis.* Et ad hanc rem quoque dicebat *Gregorius Nazianzenus*: Experientia temporis plus præstat & refert, quã sapientia ingenita, seu à Natura data. *Plinius secundus* quadam *Epistola sua* ad Traianum Imp. super insigni dubio refert: *Cautum est Pompeia Lege, ne quis capiat Magistratum, neve sit in Senatu minor annorum 30. Eadem Lege comprehensum est, vt qui ceperint Magistratum, sint in Senatu. Sequutum est dein Edictum Diui Augusti, quo permisit, minores Magistratus ab annis duobus & viginti capere. Quæritur ergo, an qui minor 30. annorum gessit Magistratum possit à Censoribus in Senatum legi: & si potest, an ex iis quoq;, qui non gesserint, possit quis per eandem interpretationem ab ea ætate Senator legi, à qua illis Magistratum gerere permissum est, quod alioqui factitatum adhuc, & esse necessarium dicitur: quia sit aliquando melius, honestiorum hominũ liberos, quam è plebe in Curiam admitti? Ego,* addit Plinius, *à destinatis Censoribus quid sentirem interrogatus, eos quidem qui minores 30. annis gessissent Magistratum, putabã posse in Senatum, & secundum Edictum Augusti, & secundũ legem Pompeiam, legi: quoniam Augustus gerere Magistratum minoribus annis 30. permisisset, Lex Senatorem esse voluisset qui gessisset Magistratum. De his autem qui non gessissent, quamuis essent ætatis eiusdem, cuius illi quibus gerere permissum est, hæsitabam.* Traianus Imperator ad hæc respondet: *Hactenus Edicto Diui Augusti nouatam esse legem Pompeiam, vt Magistratum quidem capere possent ij, qui non minores 22. annorum essent: & qui accepissent, in Senatum cuiusq; ciuitatis peruenirent. Cæterum, non capto Magistratu, eos qui minores 30. annorum sint, quia Magistratum capere possint, in Curiam etiam loci cuiusque legi non posse.*

Consiliarius ætatẽ iustam nõ habens admissus.

Grauis sermo de præferendis senibus adolescentibus seu iunioribus.

Plin. li. 10. Epist. 83. 84. [Æ… Præsidis in Parlamento Tholosano 40 annorũ: Consiliarorũ vero 26. annorum Maynard. li. 6. c. 76]

IX.

Decreto & Arresto Curiæ, primo die Februarij. 1463. admissus fuit Cõsiliarius in Parlamento Parisiensi Malzardus, nõ habita ratione eius, quod Gradum non adsumsisset. Verum tamen est, quod cũ is super

Admissus in Ordinẽ Consiliariorum, etiam non Graduatus

super hoc dubio dubitaret, diploma à Rege Ludouico XI. impetrauerat, quo Curię mandabatur, vt si capax reperiretur & idoneus, ætatis rationem nõ adeo haberet. Et quanquam scripto appareat, Regem in hac opinione sua peculiarem fuisse, & solũ, nihilominus Curia non semper eius scripta seu rescripta secuta est. Qua in re non fecit rem aliquam mali exempli. Aetate quippe nostra complurimi reguati sunt, quique nil aliud præferunt, quam Gradum: alii vero absque Gradu, qui illis itidem præferuntur. Igitur Rescriptum Regis nil aliud erat, quam simplex admonitio promanans ex iudicio & summa prudentia citra autoritatem aut potestatem extraordinariam, vt scribit Lucius *lib. 4. tit. 6. artic. 2.* Nihilominus tamen postea primo die Octobris anno 1555. complures admonitiones factæ fuerunt à Do. Riantio Aduocato Regio ad querelas Doctorum Regentium Vniuersitatum, quod nẽpe Studiosi recederent penè omnes Gradu non assumto ex causis prædictis, super quo Curia decreuit, vt continetur *primo articulo 1. tit. de Aduocatis.*

Aduocati Curiæ Gradum habere debent.

X.

Quemadmodum post Leges XII. Tab. interpretatio desiderauit Prudentium autoritatem, alioquin omnia aspera valde & difficilia fuissent: ita post prędictam interpretationem penè infinitam, & in compluribus locis tenebris potius inuolutam, quàm lucidam & claram, necessaria est Praxis, antequam recte ea quis vti possit, siue postulando siue iudicando: Quid quod tanta occurrentium casuum & temporum varietas est, vt quotidie nouas formas resque nouas natura edat, de quibus nullum certum satis consilium, nulla instructio, nulla sententia è Legibus nostris, Glossis, & consiliis haberi potest, verum ex sola facti specie & propositione & re controuersa: vt proinde, si rem probè supputemus, præsupposito, quod Iurisprudentia duabus partibus consistat, Theoria & Praxi, hæc omnino tertia pars futura erit, adeo incerta, vt prudentissimi quique haud parum cunctentur. Et hac ratione nil mirum est, quandoq; viros doctos & peritos, repulsam tamen pati, quod scilicet partibus requisitis instructi non sint. Et vero anno 1447 vlt. Maij Arresto quidam, qui codicillos officij Consiliarij in prædicta Curia habebat, in id tempus quo sufficienter praxi imbutus fuisset, reiectus fuit. Desumtum ex prædicto Lucio *eod. Libr. & tit. Art. 3.*

Theorici doctique absq. praxi rarũ incapaces sunt.

XI.

Arresto Parisiensi 20. Nouemb. 1437. admissus fuit Consiliarius quidam cæcus, ea lege ne officium exerceret vsque quo visum recuperasset. Quæ formalis est sententia Accursij in *l. Cæcus. ff. de Iudiciis. sub fin.* vbi nominatim ait: cæcum retinere quidem dignitatem, at non etiam administrationem aut exercitium iudicandi. Et quanquam Bartolus, Baldus & Angelus eum in hoc reprehendant, nihilominus Curia eum in hac sententia secuta est.

Cæcus ea lege, ne officium exerceret, Consiliarius admissus.

XII.

Lucius, agens de muneribus, quæ Iudicibus dantur, à sollicitatore, quem Nomenclatorem dicere possis, quodam initium ducit (quod genus hominum sunt veri Proxenetæ ad corrumpendos Iudices) qui quod libello supplici oblato Consiliario cuidam duos coronatos addidisset inseruisset, condemnatus fuit Arresto 3. Iunii 1494. ad gerendam producente ipsum ostiario, ceream tædam, in quam prædicti duo coronati impenderentur, ad Ecclesiã B. Virginis (id est, ad solennem & publicam delicti agnitionem) interdictũ ipsi deinceps sollicitatione seu Nomenclatura. Mox subiicit idem, sermonem institutum pertexens, temporibus nostris cognitos fuisse Iudices quosdam, & ex iis etiamnum aliquos superesse, tantæ frugalitatis & continẽtiæ fama, qui non modo ab auro & argento, verum etiam ab omnibus aliis donis & muneribus in totum abstinuerint: alios contra extitisse, qui non veriti fuerint, venationem sibi oblatam vel pullatium acceptare, aliasq; res τρωξίμους iuxta sententiam Iurisconsulti Vlpiani in *l. Solent. ff de Offic. Proconf.* & autoritatem duorum Imp. *Seueri & Antonini*, quorũ Epistola ab Vlpiano in hæc verba refertur: *Quantum ad xenia pertinet, audi, quid sentiamus: Vetus prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, id est, neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Nam valde inhumanum est, à nemine accipere: sed passim, vilissimum est: & omnia, auarissimum.* Et quod in determinatione super hoc facta continetur, vt officiarius non possit capere seu acceptare, nisi id quod pro ordinario solitoq; ipsius victu cognitum fuerit, intelligi non debet, de muneribus culinariis, quæ non sunt determinanda secundum qualitatem aliorum munerum, quæ sunt extra vsum manducabilium: de his enim prædicta inhibitio intelligenda est. Prædicti munerarij seu qui non veterentur munera accipere, pro se quoq; habent autoritatem Modestini Iurisconsulti, in *l. Plebiscito. ff. de Offic. Præsidis*, qui ait, *Plebiscito continetur: Vt ne quis Præsidum, munus donum caperet: nisi esculentum, potulẽtumve, quod intra dies proximos prodigatur.* Dubium, quod multi proposuerunt, vtrum iudices ratione culinariorũ huiusmodi munerum possint prædictis autoribus & autoritatib. excusari, facile solui potest, si diff. rẽtiam temporum, quibus huiusmodi constitutiones scriptæ fuerunt & nostrorum attendamus: itemque si attendamus qualitatem Officiariorum & huiusmodi munerum. Et vero eo fine, ne alias differentias congeramus, quibus res adhuc magis magisque euanescere posset, sufficiet ea tantum proponere, quæ huic sermoni satis erunt. Quo tempore Romanum Imperium magnitudinem suam sartam tectam & illibatam tenuit, omnes Officiarij seu officia gerentes erant temporarij: at nostri & moderni perpetui sunt, & ad dies vitæ, neque citra delictũ destitui possunt. Proconsules & Præsides, de quibus nominatim prædictis locis agitur, singuli in eam prouinciam mittebantur, quæ ipsis forte euenerat: Domo sua & familia relicta Rempub. administratum ibant: at nostri penè omnes domi suæ ea officia exercent, quæ modis quibuscunque poterunt, adepti sunt, Remque publicam in manu sua habentes, rem suam luculenter faciunt in locis, in quibus ius reddunt: Ciues sunt & incolæ: Veteres autem, peregrini & hospites prouincialium suorum erant. Proinde in his munera culinaria ferri poterant, at non etiã in nostris: Ξένος quippe idem est ac hospes & peregrinus. & ξένιον idem valet, ac donum, quod hospitibus dari consueuit, ac non etiam incolis ac ciuibus. Lex duodecim Tabularum *cap. de Magistratibus* huiuscemodi est, vt neque accipere, neque dare munera possint, neque pro officio adipiscendo, neque pro re seu iudicio dicendo. Proinde omnia munera hac ratione improbantur: itemque omnes Magistratus comprehenduntur nullo excepto. Inde manauit Lex, quam Iulius Cæsar repeti & publicari fecit antea promulgatam à *L. Pisone*, aliudque Plebiscitum, ne scil. quod omnibus licebat, id Officiariis Romanis Prouincialibus illicitũ esset: itemque ne huiusmodi munera victualia, quæ ex humanitate & beneuolentia fiunt, recusantes, stul-

Sollicitator corruptor Iudicum punitus. [margin note partly illegible]

Iudices qualia munera acceptare possint. *Const. Aureliancnsis Artic. 43. & 44. hoc permissum.*

Differẽtia priscorum Iudicũ & hodierni temporis, ratione munerum.

[*Cicero lib. 2. de legib. de lege Genucia. Liuius lib. 34. Tacitus lib. 11.*]

Iulii Cæsaris & Pisonis lex de munerib. iudicibus datis.

Lex noua pro muneribus. [vide Maynard. lib 1. cap. 36.]

stulti, rustici & barbari haberentur, posteaquã expresse cætera omnia munera prohibuissent, huiusmodi munera permissa fuerunt: ea lege modoque, ne inhumanum esset à nemine accipere, ne passim vilissimum, omnia, auarissimum. Postea processu temporis contigit, vt ex consuetudine accipiendi limitatio Legis violata à Iustiniano restricta fuerit, mox & abolita penitus: qui voluit, ne quisquã eorũ, qui in Prouincias administraturi mitterentur, rem vllam acciperent: & Dominico Præfecto Prætorio rescripsit, se velle vti auaritia Defensorum cessaret, neque quicquam à subditis acciperent, præter ea quę ex publico conferri solebant, vel si non talis consuetudo esset, vt dispositioni veteri prædictorum munerum starent, in *auth vt iudi. sine quoqu. suffrag. caput. scriptum est exemplar huius Dominico. §. quapropter dum Codicillos. coll. 2.* Vnde Accursius Glossator Iuris ciuilis inferebat, munera Culinaria non permitti aut tolerari nisi in defectum stipendii siue salarij. Iudices qui à Principe annuum stipendiũ accipiunt, nihilominus capiunt, Species, vt vocant, seu tragemata & taxas iudiciorum seu processuum, quæ gesta propriè vocantur, quæ antiquitus erant permodica: & hodie ea sunt, qualia Iudicibus placent, qui debent benè attendere, quomodo in hoc sese gerant. Imo tam confidentes sunt quidam in delictis suis, vt non vereantur iactare fiducia dispositionum Iuris communis superius allegatarum se habere præter stipendia sua & species, vt vocant, solutas semper aliquid venationis, quod in paxillo culinæ suæ pendeat: imo reperiuntur adhuc magis excæcati & corrupti nonnulli eousque vt post annonam culinariam ex prædictis muneribus iubeant etiam, quod per quosdam propolas subornatos vendant, & vt coniugum auaritiæ complaceant, statum & certum quendam reditum exinde constituant. Quæ res probrosissima est præ cæteris omnibus, quę iudici honesti spretori contingere possit. Cæterum ego existimo, munera culinaria, quæ hodie in vsu sunt, non ea esse munera, de quibus Lex intellexit: verum esse corruptelas in præiudicium eorum, qui eas donant, quorum donatorum numero alii id libere faciunt, alii vero non ita facilè, neque vllus est ex istis donatoribus qui non ita opinetur, se non aliter impetrare posse, quod impetrare debet: vel se impetraturum hoc facto, quod impetrare non deberet. Hæc materia plenè digeritur per textus in *l. Plebescito ff. de offic. Præsid. in l. solent. §. non vero in totum xenijs. ff. de offic. Proconsul. & leg. in l. eadem. §. fin cum lege Iulia. ff. ad l. Iul. pecul.* Inde scilicet promanat contemptus Iustitiæ & Magistratuum & ministrorũ ipsius. Nam dum ita accipiunt, quicquid postea geratur, honor non potest integer & illibatus manere, & qui causas suas obtinent, non meliorem opinionem de prædictis Magistratibus concipiunt, quã qui causa cadunt.

XIII.

Iudices, quos dolo fefellerũt, iis restituẽre omne emolumẽta compellũtur.

Dominus Petrus Domanius consiliarius Regius in Parlamento Tholosano, eo quod in fauorem Domini Claromontani in quadam delegatione sibi à prædicto Parlamento facta abusus ea fuisset à Wilhelmo Romerio appellante ab incarceratione sui facta ad iudicium pertractus fuit, & Arresto prædictæ Curię. 2. Septemb. 1449. iudicatum, male processum fuisse, & prædictus Commissarius seu delegatus condemnatus fuit prædicto Romerio ad reddendũ 26. ducatos, quos pro vacatione & salario acceperat, simul etiam id omne, quod ipsius Actuarius & officialis accepisset: ac prætetea condemnatus fuit in summam 100. librarum Turonensium pro interesse prædicti Romerii & in expensas instantiæ. Hoc Arrestum valde singulare est pro dominis cõmissariis, qui sese ita bene gerere debent: ne ad id dedecoris prolabantur, vt litem suam faciant, *in l. cum ad quamlibet vrbem. ibi, ad damnum tuum referentur. C. de Decurionibus libr.* 10. & alter text. *in l. Iudices*, *ibi omnia quæ in administratione positi perceperunt emolumenta, reddere compellantur. C. de annon. lib.* 10. & alius text. in *l. omnes pensita. ibi, de propriis facultatibus dare compellentur, eod. tit.* Et quod magis est, non modo ad id tenentur, verum etiam in quadruplum *l. peræquatores. C. de censib. & censitorib. lib.* 11. Quid, quod ad æquitatem istius Arresti, iudici delinquenti nullum debetur salarium, *l. omnes iudices C. de Decur. l.* 10. *& per* Alexan. *in l. diem functo. de offic. adsessor.*

Omnibus istis Arrestis concordat illud quod datum inter Consiliarium Pœleum. 19 Maii. 1582. præter ea, quorum vnum datũ aduersus quendã, cui nomẽ Cancroso, anno 1496. Alterum aduersus quendam, cui nomen Liedelio 1528. Item aduersus Consiliarium Pelletarium. 20. Februarii 1581.

XIV.

Integritas Iudicis.

Iudex cauere debet, ne in iudicio criminali dissimulet, viceuersa ne nimium seuerus & rigorosus sit, siue ex fauore, auaritia, vindicta, aliove quo affectu, quandoquidem ante oculos scriptas habet pœnas ordinarias, quas sequi tenetur, si accusatus criminis conuictus sit: neque ei licet, aut seueritate aut indulgentia vti, & si ea in re sese gerat vel odio vel gratia aut cupiditate, ipsemet puniendus est. *§. si vero contingit, in Auth. Vt nulli iudic.* & quoniam sese eum in modum polluere voluit, dignitate sua deiiciendus, atque in plebem reiiciendus, quandoquidem ea hoc facto sese indignum præbuit. *l. Iudices. C. de Dignit. lib.* 12. Et vero iuxta id ob furta sua & delicta, quæ magno numero erant & insignia Petrus Ledetus Consiliarius Parisiis, Arresto Curiæ 20. Iunii 1528. condemnatus fuit ad publicam & solemnem delictorum agnitionem, & officio suo priuatus, incapax declaratus, de gradu deiectus, vesteque plebeia amictus fuit. Id quod executioni traditum fuit ad Petram seu lapidem, quem vocant, marmoreum Curiæ Palatii. Omnibus iudicibus pro vero exemplari singularis integritatis, quæ ipsis obseruãda est, ob oculos semper proposita esse debet forma, siue ratio, quam Aristides Princeps & Magistratus Atheniensis obseruabat. Nam cum is pro Tribunali aliquando sedisset, vt inter duos priuatos super eorum cõtrouersia cognosceret, atque actorem audiuisset, qui actioni suæ inseruerat complurimas iniurias ab aduersario suo aduersus honorem Aristidis prolatas, vt ita ipsum aduersus aduersarium suum irritaret, silentiũ ei imposuit, addens: *Bone Vir, hæc relinque, atque ea in his tantum inhære, in quibus ab aduersario te læsum putas. Hic enim sedeo pro te & pro illo, nullatenus pro me.*

Iudex, id quod ita partium litigantium ipsum aduersus alterum irritare vult, audire non debet.

Iudex Regius Curiæ subalternus, & inferior secundũ Constitutiones iudicare debet: itaque etsi Arresto dictum fuisset, multam restituendam attenta ignorantia & bona fide, nihilominus Locum-tenens succinctioris togæ, dictus fuit male appellatus, qui pistoletum & equum cuiusdam Parisiensis ex Flandria venientis sustulerat, eo quod post Edictum publicatum pistoletum gereret. B.

XV.

Iudices Regii in Curia apponebantur. Peculiares vero in sedibus Præsidialibus.

Ballinii & Seneschalli & ipsorum Locum-tenentes generales antequam officia sua exerceant, iuramentum præstare, atque in Curia admitti, prius debent: at vero Locum-tenentes peculiares in sedibus Regiis, quibus respondent, coram Ballinio vel ipsius Locum-tenenti generali. Neque plus duob aut tribus extant, qui per Procuratorem admissi fuerint, puta Iudex maior Tholosanus 4. Octobris. Magister seu

seu Præpositus aquarum & siluarum. 20. prædicti mensis, 1417. & Seneschallus Carcassonensis postrema die Februarij. 1418.

Iudices in Curia per receptionem examinantur & admittuntur.

Res est hodie vulgata, omnes iudices, à quibus immediatè ad Curiam Parlamenti appellatur, in ea examinentur & admittantur, ac nominatim noui Consiliarii Balliuiorum præter Præsidiales iuxta Edictum Molinense. B.

XVI.

Prælatio iudicum per legem constituta.

Curia Burdegalensis super dubio quodam hæsit, quod ideo etiam ampliauit inter quendam Secretarium Regium ab vna parte, & iudicem maiorem Locum-tenentem generalem in Seneschallia Agenensi, vtri prælatio deberetur atque honos præcedendi sedendique ad dextram. Prædictus Locum-tenens generalis allegabat pro se vsum & consuetudinem, *& l. potiores gradus Cod. de offic. Recto.* Vocari enim id genus iudices, Clarissimos. *Auth. si vero contigerit. ibi:* vna cum Clarissimo Iudice. *Cod. de Iudic.* ipsisque omnem honorem & reuerentiam deberi, vt ait textus in *l. omnem honorem. Cod. Quand. prouo. non est necess.* Ac præterea ipsos iudices esse in canlis Secretariorum & aliorum in dignitate constitutorum *l. fi. vers. ita tamen. Cod. de Senat. vel Clariss.* Prædictus

Honor Secretariorū Regiis.

Secretarius contrarium asserebat, dicens, Officium suum principalem esse dignitatem *leg. 1. Cod. de Dignit. lib. 12. ibi nobilem.* Et quoniam in Principis obsequio sit, & ad latera ipsius, ex eius fulgore aliqd trahere, vocarique Clarissimum in *Auth. scriptum exemplar. col. 2. post principium ibi, Primicerio.* & nobile esse atque immune ab omnibus Subsidiis: id quod de Locum-tenente dici non possit: ac præterea priuilegio suo frui quoque vxorem ipsius, liberos, familiam, & post ipsum viduam ipsius, prout plenè notat Zasius *in l. 2. in verb. scriba. ff. de Orig. iur.* Prædictus Locum-tenens Consuetudinem seu formam circa hanc prælationem obseruatam allegabat, in quo prædicta Curia, hæsit, partesque ad informandū Arresto ampliatæ fuerunt, iuxta *L. 1. ff. de Albo scrib.*

Caput hoc desumtum est ex decisio 222. D. Boerii, primi Præsidis in Parlamento Burdegalensi: verum postea complurima Arresta emanarunt pro præcedentia Secretariorum Regis aduersus Consiliarios sedium Præsidialium, Doctores & Professores Iuris, Auditores Ratiociniorum, quæ integra extant in collectione mea. *Tit. pen. de Præcedentia* I. C.

XVII.

Locūtenēs pro commissione seu mandato Generali conueniri respondet.

Qualitates Commissarii seu delegati, & Ordinarii diuersissimæ sunt: & cum Locum-tenens alicuius Iudicis tanquam Commissarius seu delegatus aliquid peregit, atque exinde appelletur, non satis est, citationem siue intimationem fieri aduersus prædictum iudicem. Nam ipsius Locumtenens in eo sese gessit, non tantum vt ipsius Locum-tenens, verum vt ab eo delegatus: atque prædictus Locumtenens nominatim conueniendus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. anno 1387.

XVIII.

Tuitio aliquibus subditis aduersus Iudices suum Regium non debetur.

Arresto Parisiensi, anno 1390. pro Ioanne Mileto, Præfecto Regio Laodunensi dictum fuit, Officiarios & Iustitiarios Regios non teneri tuitionem præstare Iustitiæ ipsorum suppositis, atque intra terras districtus ipsorum constitutis, ad instar dominorum Iustitiariorum, qui non tenentur subditis suis tuitionem præstare, vt notatur Arresto 5. infra *Tit. de Iuribus Dominorum.*

XIX.

Iudices possunt sibi assessores ... [illegible]

Constitutio Regia, quæ in multis casibus vult vt Iudices Regii, quo ipsorum sententiæ sint executoriæ, Consiliarios seu Aduocatos certo numero adsciscant, non impedit, quo minus possint iuxta pondus rei siue causæ alios ex aliis sedibus adsciscere, ac nominatim ex Parlamento. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 9. Ianuar. 1524. pro Balliuio Meldensi vel ipsius Locumtenente, qui consilio Domini Monthelonij vsus fuerat, aliorumq; celeberrimorum Aduocatorum, quos ex constitutione adsciscere debent. Facit *l. Gradatim ff. de muner. & honor.*

& extra Ipsorum sedē adsciscere.

XX.

Iudices firmas seu vectigalia tenere non possunt.

Arresto Maioris Consilii quod datum Lugduni 6. die Iulii anno 1536. declaratum fuit, ferri non oportere, vt officia iudicandi seu iudiciaria exercentes, quascunque tandem firmas vel vectigalia teneant conducant. Idque nominatim interdictum, de quo tum agebatur, Ioanni de Campis Locumtenenti Balliuij de Vilay in sede Montalconia, ne de cætero amplius prædicta vectigalia conduceret, tam ab Episcopo Podiensi, quàm aliis, proposita pœna priuationis Officii & mulctæ arbitrariæ. Maiore pœna dignus esset iudex, si clam conductioni loci, in quo Iudex est, participaret. *l. Curialis ibi,* nec fideiussor, aut mandator Conductoris *C. Loc. & l. Spurij. §. Decurio etiam sua Ciuitatis vectigalia exercere prohibetur. ff. de Decu. iunct. Glos. in ver. exercere,* id est, cōducere.

Vide Constitutionem Aurelianensem, & Tit. de subsidiis. Et Maynard. lib. 2. cap. 11. Qq æstio. Notabilium. I. C.

XXI.

Actor mandato instructus vlteriori alia probatione non oneratur.

Antonius Gardinus Florentinus & ciuis Lugdunensis, ad pecuniarū quarundam seu debitorum sibi exactionem Lemouicum actorem quendam suum mittit, eoque nomine mandatum ei scriptum tradit: Actor hic Lemouicum venit, & cum iudicio quendam conueniret tanquam debitorem, ab eo repellitur negante, se eum esse, qui mandato designaretur. Locumtenens generalis, cui nomen Ioanni Puheto, cum ab hoc debitore promissa pecunia corruptus fuisset, decernit, actorem probare oportere, hunc debitorem esse, qui mandato designaretur, & antequam id ab ipso præstitum fuisset, iustitiam & audientiam ei denegat. Ab eo appellatur ad Curiam Burdegalensem, vbi prædictus Locumtenens suo & proprio nomine conuenitur fiducia probationum cōuentionis inter ipsum & partem aduersam initæ super emolumento ob iniquum istud iudicium. Arresto quod datum 20. Februarii 1521. dictum fuit, malè iudicatum in eo fuisse, quod prædictus actor gerulus mandati prædicta probatione oneratus fuisset, & prædictus Locumtenens condemnatus fuit prædicto Gardino ratione damnorum & interesse in summam centum librarum & in omnes expensas. Primus articulus est iuxta opinionem Azonis *in summa C. de fid. instr. vers. quid si profertur charta.* & Hosti. *in summa ibid.* Nam cum charta mandati authentica profertur à prædicto actore, nihil amplius requiritur. Angelus *l. si procuratorem absentem ff. de Procurat. 3. quæst.* ait, se ita sæpius iudicari vidisse. Quod vero ad corruptionem iudicum attinet, textus eam ad rem est in *Auth. Nouo iure. Cod. de Pœn. iud. qui malè iudica.* not. Angel. & Iason. *in l. non dubium C. de Testament.* Et quod magis est, pro accelerandis litibus non potest neque debet Iudex pecuniam vllam accipere, vt ait Gloss. *in leg. 2. §. fin. ff. de cond. ob turp. caus.* per text. *ind. Auth. nouo iure.* quæ Glossa hoc respectu singularis habetur per Bar. Bald. & Salic. Et Iudex qui pecuniam accipit, punitur. *l. omnes C. ad l. Iul. Repet. & l. quoniam iudices. de Appel.* Si Iudex è publico stipendium non accipiat, salarium tantum operæ suæ accipere, vt ait Glos. *in l. Plebiscito ff. de offic. Præsid. cap. statutum §. insuper de Rescript. in Sexto.*

Iudex in causa ex auaritia cōponens suo & proprio nomine conuenitur.

Pœna corrupti Iudicis. [vide 13. Arr. huo tit.]

XXII. Lo-

XXII.

Locumtenentes particulares quando iuri dicundo operam date possint.

Locumtenens particularis iuri dicundo operam date potest, etiamsi Locumtenens generalis non absit, dummodo id in auditorio fiat, & in loco Maiorũ. Et hæc fuit opinio Paul. de Castr. *in l. sed si pupillus §. conditio.* per illum text. *ibi, æquissimum erat id seruari, in quod propositum est. ff. de Instit. actio.* & Dec. *in cap. quoniam Abbas. de Offic. deleg.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi. 22. Maij 1536. pro patre quodam cui nomen Baosio aduersus quendam, cui nomen du Blois, appellantem. Sanè si prædictus Locumtenens peculiaris operam iudicis date vellet domi suæ, ab ipso acta nulla fore: nisi Locumtenens generalis adesset. In facti specie prædicti Arresti prædicta pars opponebat Locumtenenti particulari, præsentiam generalis, & de nullitate protestabatur: prout Glossa in simili casu consulit, *in cap. cupientes. §. quod si per viginti.* in verb. proposita in fin. *de elect. in sext.* & Imol. *in leg. de pupillo §. si quis ipsi Pratori. ff. de oper. nou. nunciat.*

[Videatur determinatio pro Locumtenẽtib. Monfortensib. & Drocensibus.

XXIII.

Iudex criminalis nõ potest operam date causæ criminali, si ciuili accessoria sit.

Si in processu seu lite ciuili, etsi criminalis sit incidenter, & ciuilis accessoria, Iudex criminalis operam dedit informando, inquirendo aut alij rei peragendæ, vt maximè consensu partium id fiat, & ex commissione seu mãdato generali ad informãdum, omnia nullius sunt momenti, & ita declaratum fuit Arresto Parisiensi. 19. April. 1526. Textus est *in l. solemus. § latrunculator, ff. de Iudic.* & super hac re mentio fit in duobus Edictis Regiis de Locumtenentibus criminalibus, quorum vnum factum anno 1652. alterum, anno 1554. Vicenersa potest prædictus Iudex criminalis de ciuili cognoscere incidente in criminalem causam, vt colligi potest ex iis, quæ ait Iulianus *in l. interdum. 2. in pr. & §. qui furem deducit ad Præfectum Vigilum vel ad Præsidem &c. ff. de furt.*

Vide collectionem meam cap 22. & 32 & infra 10 App. Art. 8. l. C.

XXIV.

Balliuii quomodo sese gerant cum Locũtenẽtibus suis.

Balliuius vel Seneschallus togæ succinctioris adsistere potest iudiciis causarum & audientiam præbere, verum id omne ex consilio Locum-tenentis generalis vel particularis: neque potest sententias signare aut acta alia iudiciaria, neque quicquam pro sportulis accipere. Vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi Domino Riantio, Monterico & Marillaco perorantibus pro controuersia Officiariorum Senonẽsium. 5. Maij. 1541.

Idem pro Sede Siluanectensi & Drocensi, inter cæteras determinationes videatur ea, quæ processit de Nonecoduno super Sequanam & alterum de Balliuio Nemorciensi.

XXV.

Postea & quidem proximè præteritis his diebus in quadam controuersia inter dominos fratres Borbonios ab vna parte, & dominum Franchelinũ Balliuium Belloiucensem ab altera parte, quibusdam ex causis & occasionibus, quas hic expressim & speciatim non commemorabo, verum eas in medium relinquam, quemadmodum Curia quoque propter honorem personarum nihil aliud exprimere voluit, quam eius quod Arresto ipsius comprehensum est, quod mox inseretur. Determinatio facta fuit sup modo quo Balliuii sese in officiis suis gerere debent, vt etiam factum est compluribus aliis Arrestis. nihilominus quoniam illud quod inter prædictos datum est, exemplare est, & notabilis consequentiæ, id hoc loco sternendum putaui, cuius tenor hic est. Viso per Curiam processu criminali ex decreto Curiæ Maioribus dieb. qui Claromontij in Aruernia habiti, tacto ad postulationem domini Claudij Borbonij, domini de Saint-fons & Limans susceptorem Regium in Prouincia Belloiocensi, & Benedictum Borbonium Antigrapheum fiscalium prædictæ Prouinciæ, petitores in excessu criminis & delicti postulantes ad probationem duorum libellorum supplicum. 29. Septembr. & 17. Nouembris ann. 1582. aduersus Alexandrum Poncetonium, dominum Franchelinum Balliuiũ prædictæ Prouinciæ Belloiocensis defensorem & accusatum: Arresto prædictæ Curiæ Maiorum dierum, quod datum ad perorationem prædictarum partium 27. Septembris 1582. quo inter cetera processum & controuersiam inter prædictas partes euocauit, eiusque cognitionem sibi reseruauit, decreuitque sese visuram ἀναίρεσιν & elogia criminalia, acta iudiciaria, aliaque instrumenta à Procuratore Catholico memorata, atque super eo in consilio deliberaturam: prædictis informationibus seu elogiis, interrogationibus, repetitionibus, compositionibus testium factis cum prædicto Poncetonio: prædictis libellis supplicibus. 29. Septembris & 17. Nouembr. 1582. Arrestis prædictæ Curiæ Maioribus diebus 9. Augusti. Anno 1582. quo decretũ fuit, prædictum Poncetonium testes laudare oportere, quibus probare intendit allegata & exceptiones aduersus nonnullos testes cum ipso compositos, et si quos laudaret, eos audiendos & ex officio examinandos ad postulationem Procuratoris Catholici Regii, ab vno ex Consiliariis prædictæ Curiæ, qui eam in rem deputabitur: prædictarum allegationum excerptis: laudatione prædictorum testium: examine eorum facto ab vno ex Consiliariis prædictæ Curiæ ad id deputato, probationibus falsitatis datis à prædicto Poncetoniu aduersus prætensam quãdam notoriam Lallerii appatitoris sub data. 13. Aug. 1582. pariter aduersus prætensam notoriam signatam nomine Sanigny prædicto die & anno interrogationibus & responsionibus factis à prædicto Poncetonio 25. die Iannarii proximè præteriti coram vno ex consiliariis prædictæ Curiæ ad id deputato super nonnullis allegationibus & circumstantiis prædicti processus, libello inscriptionis in falsi crimen factæ apud Acta prædictæ Curiæ à prædicto Poncetonio aduersus prædicta acta: rationib. seu probationibus falsi traditis à prædicto Poncetonio aduersus prædicta acta: libellis supplicib. oblatis à prædicto Poncetonio a -. April. 1584. eo fine, vt ipsi testimonialis præberetur desertionis prædictæ inscriptionis in crimen falsi ab ipso factæ aduersus prædicta acta, super quibus interrogatus fuerat: conclusionibus ciuilibus prædictorum actorum, & responsionibus per extenuationem prædicti defensoris seu rei. Productionibus prædictarum partium respectiue: conclusionibus prædicti Procuratoris Regii cui omnia communicata fuerant: audito & interrogato per prædictam Curiam prædicto Poncetonio super iis, quorum nomine accusabatur: reque omni perspecta, Dictum fuit, posteaquam prædictus Poncetonius ob id rursum in Curiam citatus admonitus fuisset, atque commonitiones ipsi factæ fuissent, & nulla habita ratione probationum falsitatis ab ipso datarum aduersus prædictam notoriam prædicti Lallerij & alteram signatam Saoigny, prædictam Curiam decreuisse & decernere, verba initiosa actis in prædicto processu productis inserta expũgi oportere, tam ex prædictis actis quam Regestis

Acto-

Actorum prædicti Balliuiatus Belloiocensis: Et prædicta Curia prædicto Poncetonio interdixit, ne de cætero amplius contentiosam Iurisdictionem vsurparet, neque aliquid aduersus bona & personas prædictorum Borboniorum famulorum & cognatorum attentaret, quos omnes in tuitione Regis constituit & prædictæ Curiæ, prædictumq; Poncetonium in expensas prædicti processus, atque eorum omnium, quæ inde secuta sunt prædictis Borboniis, prout æquum videbitur, condemnauit & condemnat. Factum in Parlamento 15. die Maii an. 1584. Signatū Boucher.

XXVI.

Adsessores non Officiarii antequam consilium præbeant, iurare debent.

Cum iudex recusantibus aut deficientibus Consiliariis à Rege creatis, approbatis & iuratis in subsidium Aduocatos fori seu sedis adsciscit, iuramentū ab illis sub pœna nullitatis exigi ab iis debet, num forte sint vel fuerint Consiliari, vel Aduocati alterutrius partis, & vt promittant, sese, quod verum est, suggesturos, quodque æquius, iustius crediderint. Et vero eo quod id factum nō fuisset, sententia cuiusdam iudicis Regii Arresto Parisiensi 2. Februar. 1540. annullata fuit.

XXVII.

Periculum sententiæ conceptū, signatū, & in Acta relatū retractari nō debet: & tamen Arrestum nondum à de Pronunciationis vim obtinet.

Posteaquam viso processu periculum sententiæ conceptum fuit, signatum atque in Acta relatum ad id recitandum, iudices manus, vt aiūt, ligatas habent, neq; possunt aut debēt illud, aut processum ex Actis edere, vt prædictum processum retractent. Prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 17. die Decembris ann. 1558. quo super iudicio in eum modum à quadā sede iudiciali retractato, etiamsi materia Edictalem non excederet, declaratum fuit; Curiam processum visitam, interdictumque ne id de cætero amplius vsurparetur seu fieret, itemque interdictum parti conquerenti, ne aduersus sedem verba iniuriosa proferret, decretumque ea quæ in libello appellatorio inserta fuissent, vel etiam inter perorandum essent prolata, per prouisionem expungi oportere. *l. illud.1. D. de Appellatio. & si iudici. ff. de Iniur.*

v. Maynar. lib. 1. c. 10.

XXVIII.

Consiliarius primus, qui à se officium abdicauit, postea vero ad idem remeauit, pristinum gradum retinet.

V. CL. Bertrandus Lambertus Petrocoriis natus Primicerius seu Primus in sede Præsidiali prædicti loci cōsiliarius abdicato à se officio suo sese prouideri & cooptari curat inter consiliarios Curiæ Subsidiorum recenter in prædicto loco institutæ. Triennio post prædicta Curia Burdegalam, quantum videlicet Aquitaniam spectat, translata fuit, reliquum in eum statum, quo ante prædictam institutionem erat, restitutum & repositum fuit. Nonnulli ex Consiliariis compensationis loco in Parlamento Burdegalensi constituti fuere: alii vero inter Libellarios Palatii relati, qui Curiæ subsidiorum iuncti fuerunt. Prædictus Lambertus, cum sese male affectum videret, consilium Petrocorium remeandi capit, Regeque permittente officium suum Consiliarii in Parlamento à se abdicat, & officio Consiliarii in prædicta sede Præsidiali Petrocoricensi, quod per mortem V. Cl. Stephani à Costa vacabat, prouidetur. Literasque declarationis à Rege impetrat, quibus mandabatur, prædictum Lambertum recipiendum in prædicto officio Consiliarii eodem gradu, ordine, sede, quibus erat, cum id à se abdicaret, & mutaret officio Consiliarii in prędicta Curia Subsidiorum, ac nominatim, quia non aliud officium exercuisset, quam priore maius, vt in supremis Curiis. It igitur in prædicta sede Præsidiali sese sistit, cumque videret, prædictæ sedi id minus gratum esse, atque moras necteret, appellat ad Parlamentum Burdegalense, quo omnes Consiliarios, quibus sese præferendum prætendebat, appellat. Re perorata, tam super appellatione, quam super principali, quod innectum fuit ad libellum incidenter eo fine ab vtraque parte oblatum, Arrestu prædicta appellatio, atque id omne, à quo appellatum fuerat, in irritum deductum est citra multam & expensas, prædictæque literæ declarationis approbatæ fuerunt, & prælatio seu prærogatiua adiudicata fuit prædicto Lamberto eadem ratione, eodemque gradu, quo constitutus erat, cum prædictum officium suum Consiliarii à se abdicaret, idque citra expensas mense Iulii, anno 1560. ex tempore post causam hinc inde agitatam in auditorio, vbi sedebat inter cæteros Illustrissim⁹ Marreschallus seu Magister militū Santandreanus Marchio Fronsacensis, qui suffragium suum tulit. Huic Arresto concordant textus *in l. maior dignit. ꝛ nullis debet circa priorū dignitatu, &c. C. de dignit. lib. 12. & in l. Decurionibus. in pr. C de Silent. eod. in l. vt gradatim. & in l. honor in fin ff. de Mun. & honor.*

Similiter iuxta *cap. 1o literis. cap. audiuimus. de Elect.* Si quis dignitatem aut æquali aut inferiore dignitate mutet, neutiquam examen subire cogitur: Si vero quis ad superiorem conscendat dignitatem, examini obnoxius est, B.

XXIX.

Præsidiales Carnutenses more in Curia solito, ad audiendas partes quasdam apud septa, ad iudicii sui executionem Consiliarium quendam è numero suo deputauerant. Ab eo domini Regales in Parlamento Parisiensi appellationem interposuere, & repræsentarunt, constitutionem postulare, vt processus ab ipsis instituantur & iudicentur, numero septenario constitutis: & si eis liceret ad septa processum eum in modum instruere, id foret iudicem controuersiæ cōstituere in vltimo districtu vnicum Consiliarium, ab ipso quippe appellationi locus non esset, cum tamen constitutio velit eos pro instructione & iudicio numero septenario esse, Curia ad hanc appellationem Arresto suo processum omnem factum à Consiliario ita deputato nullum declarauit, prædictisque Consiliariis interdixit, ne de cætero amplius ita deputasse velint, verum septenario numero instruant, & iudicent iuxta constitutionem, decreuitque prædictum Arrestum legendum & publicandum in prędisidiali Carnutensi, die perorationum domino Menilio pro appellante perorante. Rationes, quæ Arresto 11. tit. proxime seq. de Arbitris, &c. afferuntur, huc omnino pertinent.

Præsidiales vnum de numero suo ad audiēdas partes ad septa deputare non possunt.

Idem iudicatum aduersus Aurelianenses quarta Iulii, anno 1564 I C.

APPENDIX ARRESTORUM
Ad Titulum II.

I.

Pœna iudicis incarcerationem alicuius impedientis.

DOminus I. Matthæus Consiliarius in Maiore Consilio reprehensus fuit, quod incarceratione subditi cuiusdam sui prætensi impediuisset, aduersus quem decretum incarcerationis impetratum fuerat, idemque reprehensus, quod sibi in Maiore Consilio prouidisset, spreta Curiæ interdictione, vlt. Februarii 1566. Porro iudex irreuerentiam seu contumeliam sibi illatam ipsemet punire potest. Fidem huic rei facit exemplum Præpositi Parui S. Menehaldis à quodam apparitore iniuria affecti, qui vtique cum ab incarceratione & sententia de testibus repetendis appellasset, declaratus fuit non admissibilis, remissusque ad iudicium excipiendum 7. Ianua-

rii 1556. perorante Hamelio. Aliud foret, si de iniuria personali ageretur; non etiam officio ipsi met illata. Iudicatum aduersus N. Hermannum mense Decembri 1576.

II.

Aduocatus Regius etiam nequit: verũ Procurator Regius.

Aduocatus Regius perperam Etemodicii nomine conuenitur, verum eo nomine conueniendus est Procurator Regius, si partis locum sustineat: & vt maxime Procurator Regius causa cedat, nihilominus Aduocatus Regius iudicio absoluitur. Ita iudicatum 5. Maii 1564. B.

III.

Si Consiliarius litiget lis remittatur.

Cum Consiliarius Præsidialis litigat, lis ad aliam sedem, seu ad aliud iudicium, etiamsi tantum ageretur de instantia pendente in Balliuiatu, pro instructione videlicet, & ob metum potentatus & artium clandestinarum. Ita iudicatum 13. Maii 1583. in Camera Edicti. B.

IV.

Magistrat' cum litem suam fecerun', facile excusari solent.

Magistratus cum litem suam fecerunt, de more excusari solent. Si vel minimus color sit iustitiæ ab ipsis administratæ: Sed & iniunctum partibus seu litigatoribus priuatis, vt honorem & reuerentiam Magistratui exhibeant sub pœna animaduersionis corporalis, vt iudicatum fuit 3. Martii 1574. B.

V.

Clausula 40. dierum in resignationibus officiorũ.

Clausula 40. dierum, modo resignans superuiuat, requiritur in officiis venalibus, at in officiis iudicialibus necessaria non est. Et sane Curia id non spectat, & semper resignatarium prouiso per mortem, etsi in possessione constituto, præfert. Ita indicatum pro nepote Do. Hadriani Fabri aduersus alium quendam prouisum & admissum, decretumque fuit perorante Hamelio, resignatarium remittendum. 1. Decemb. 1579. B.

V. quæ plene scripsi in collectione mea titul. 19. I C. Hoc Arrestum non adeo recte huic titulo respondet.

VI.

Iudex non potest iudicare super lite, in qua patrociniũ præstitit.

Iudex si in eadem causa, in qua iudex sedit, pro vno ex litigatoribus patrocinium præstitit, id est si idem iudex & patronus extitit, puniendus est. Vt iudicatum aduersus Foquinum Locumtenentem Balliuii Pyrunenensis. 2. Iunii 1583.

VII.

De titulo Locumtenentis generalis.

In controuersia Locumtenentis generalis Amianensis & Monstroriensis decretum fuit: Locumtenentem Amianensem solum sibi vindicaturum titulum *Generalis*: Montroriensem vero titulum sibi vindicaturum Locumtenentis Balliuii Amianensis, interdicto ei titulo Locumtenentis generalis. B.

VIII.

Ad quem cognitio criminis incidentis in ciuilem spectet.

Iudex criminalis criminali causæ, quæ ciuili accessoria est, operam seu officium suum præbere non debet: econtra iudex ciuilis incidenter de criminali, at non etiam principaliter iudicare potest, velut Præsidiales & Catholiciani. Ita indicatum fuit pro Præpositis Balliuiatus Amianensis, qui nonnisi de ciuili cognoscunt ad sexaginta solidos vsque multæ nomine. 1. Decemb. 1569. B.

TIT. III. DE ARBITRIS, compromissis & transactionibus.

Ad huius Tit. intelligentiam videantur Edicta de Arbitris anno 1560 & de Transactionibus anno 1561. vna cum art. 6, & 13 [illegible] Molinensis super arbitris iudicibus controuersiarum inter pates. & Charond. lib. 4 Resp. 43 qui de iis tractauit. Cæterum discrimen statuendum est inter arbitratorem & arbitrum, in eo videlicet, quod ille tanquam ex æquo & bono iudicat, maioremq; potestatem altero habet.

ARRESTVM I.

Compromissum cũ libera seu omnimoda potestate appellatione ab imposita.

DVo litigantes super controuersiis suis compromittunt in ea, quæ dicturi, indicaturive tres vel quinque, quos nominabant, essent, sic vt contradicere non liceret, haud aliter, ac si Arrestum foret: atque adeo his potestatem dant super eo iudicandi, decernendi, quod ipsis videbitur, atque alterutrius iura alteri addicendi, aliaque quacunque ratione agendi, prout captato inter se consilio his videbitur: addita expressa renonciatio, quibuscunque appellationibus, restitutionibus, & ad superiores regressibus, solemnique iureiurando promittunt: se nunquam contradicturos siue regressu, siue appellatione, siue restitutione implorata, iuste an iniuste iudicatum fuerit. Nihilominus si contingat, arbitros arbitrari seu decernere, pars, quæ sese læsam putat, æque prædicti grauaminis reparationem persequi potest, ac si expresse id sibi reseruasset aut excepisset, idque nõ obstantib. prædictis clausulis, renunciationibus, promissionibus, pactis, iureiurando, & ita quidem vt restitutionem postulare nil opus sit, aut iurisiurandi gratiam. Huius generis compromissum quippe quam amplum sit, hanc semper in se clausulam habet, quæ tacite subintelligitur, puta, si arbitri iuste & bona fide se gerant, *l. si libertus. ff. de operis. cap. veniens. cap. Quinta-vallis. de iureiurando.* Quinimo & hæc altera clausula excepta est seu reseruata, dummodo partes non immodice læsæ non sint. *arg. l. quaro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. quidam tum filium. de verbor. obligat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1460.

Vide infra in Append. Arrest. 1.

II.

Appellans ab arbitris & à primo iudice condemnatus, pœnã prius arbitrium inferam præstare cogitur.

Constitutione Regis Ludouici XII. quæ publicata anno 1500. art. 34. cautum est, ab arbitris appellari posse ad iudicem ordinarium, & si ab eo sententia arbitrorum confirmetur, nõ licere iterum appellare, nisi consignata prius summa, quæ compromisso inserta fuit pœnæ loco: & quamlibet sententia omnino nulla sit & inciuilis, nihilominus eadem constitutione comprehenditur. Et vero Arresto Parisiensi anno 1548. appellans quidam depulsus fuit, cum prædictam Constitutionem ita interpretaretur, ac si ea locum tantum haberet in sententia iniqua, & non etiam in sententia ipso iure nulla.

Idem iudicatum Parisiis mense Februar. 1512.

III.

Arbitri qui arbitrium in se receperunt, excusare se amplius non possunt.

Vbi arbitri semel arbitriũ in se receperunt, iudicare tenentur, officioq; suo, quod susceperunt perfungi, neq; se excusare possunt, *l. Pomponius. ff. de negot. gest. & in l. arenam. C. de inoffic. testam.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 26. Ianuar. 1534. alioquin dolo vnius ex litigantibus possent à sententia dicenda dimoueri: atque ita ad instantiam vnius partis seu litigatoris cogi possunt, *l. 3. §. 1. ff. de arbitris.*

Decima tertia Maii 1565. perorante Chapotino aduersus de Lacu iuniorem iudicatum fuit, Arbitrum non posse susceptum munus defugere, nisi ex communi consensu duarum partium, quæ compromissæ erunt.

IV.

Idem cum superiore & secundo.

Constitutio Regis Ludouici XII. quæ publicata anno 1560. artic. 34. vult appellantes à sententia Arbitrorum non ante teneri pœnam compromisso additam soluere, quam prædicta sententia à Iudice ordinario confirmata fuerit, ad quem videlicet appellatum erit: viceuersa, si ab eo ad Curiam appelletur, appellans non est admittendus, nisi pœna prius illata.

lata. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi mense Februario anno 1522. contra Ioannem Pleuosium, appellantem à Ballivio Carnutensi. Eodemque Arresto declarata fuit prædicta Constitutio in his verbis: Non ante appellans admittetur, nisi prius soluendo. Hoc enim verbum soluendo gerundiuum resoluitur in conditionem, si soluerit, *leg. si iu ex parte.* iunct. gl. *in verb. edendo. ff. de acquir. hæred.*

In *Articulo primo appendicis* ex schedis Viri Clariss. Nicolai Bergeronii memoratur, appellantem à sententia arbitrali pœnam soluere debere, eamque appellato acquiri, etiamsi appellans postea acquiescat. Charond. *prædicto loco* ea de re duo alia Arresta refert, itemque *lib. 7. cap.* 212. vbi refert iudicatum quoque fuisse Arresto, quod datum in Camera Edicti 13 Decembris 1582. appellantem a sententia arbitrali non ante admitti oportere, quam pœnam consignauerit, eamque reuera in manus Actuarii tradiderit, id quod Dominus Maynardus *lib. 1. cap. 55. Quæst.* in Parlamento Tholosano non obseruari refert. I. C. Iuxta id cum appellans quidam a sententia arbitrali, eaque à iudice ordinario confirmata diceret, se pœnam soluturum, à quo secundo appellatum, in causa appellationis decretum fuit, partes conclusuras veluti in processu per scripturam, atque interim appellato permitti executioni tradere sententiam arbitralem, quod pœnam attinet, 13. Maii 1575. post meridiem. Vide in App. Art. t. 3. & 5.

V.

Appellans secundo à sententia arbitrali, si pœnã non soluerit, ab appellatione repellitur.

Inter Ioannem Castaneum dominum Vergerii appellantem à sententia, qua confirmata quædam sententia arbitralis data à quibusdam Commissariis sub pœna ab vna parte, & Ioannem Castaneum petitorem appellatum ab altera parte, dictum fuit Arresto Parisiensi 20. Nouembr. 1532. ad relationem domini Famei ob non solutam ducentorum coronatorum pœnam, appellantem ad appellationem non admitti, sententiamq; à qua appellatum, effectum suum sortiri oportere, & nihilominus prædictum appellantem condemnari ad soluendam prædictam summam ducentorum coronatorum, quod est notandum, quia duæ hic pœnæ sunt. Eaque est Constitutio Regis Ludouici XII. art. 4.

Pœna vna cum appellatione committitur.

Ex veteri Constitutione de Arbitris pœna consignabatur, & nihilominus repeti poterat, si ab arbitris male iudicatum fuisset: verum ex posteriore Constitutione pœna committitur, etiamsi male iudicatum fuerit.

VI.

Super lite pendente in Curia, absq; venia Curiæ trãsigere non oportet.

Quando lis in Curia iam agitata est, partes absque venia Curiæ de ea transigere nõ possunt, vt plene notatur per Aufrerium *in addition. ad Panorm. in cap. finem litibus. in fine, in verb. debet indicere. de dolo & contumacia.* Et vero hac de causa Ægidius Forolegusiensis Arresto Parisiensi, quod datum anno 1386. condemnatus fuit in multam quadraginta librarum Parisiensium, eo quod Aduocatus ipsius inter perorandum fassus fuisset, ipsum cum Religiosis Fayonensibus super quadam lite pendente in prædicta Curia transegisse.

VII.

Idem.

Transactio super lite in Curia pendente nequicquã prodesse potest, etsi facta fuerit reseruata venia Curiæ, antequam à Curia approbata fuerit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Ioanna de Hames aduersus Ioannem Cassartum, anno 1386.

VIII.

Idem.

Si curia Parlamenti permiserit partibus de lite quadam apud se pendente transigere, & post hanc veniam partes transegerint, nondum tamẽ alterutri parti prædictam transactionẽ in prædicta Curia laudare, allegare, eaque se tueri licet, antequam à prædicta Curia approbata fuerit & insinuata, vt notatur super prædicto cap. *finem litibus.* Et ita iudicatum Arresto prædictæ Curiæ aduersus dominum Cossartum, anno 1387.

Hæc duo Arresta, 7. loquã & 8. vnum & idem sunt desumptum ex Ioann. Gall. quæst. 128.

IX.

Vna ex partibus approbationem transactionis in Curia impedire non potest.

Posteaquam partes super lite in Curia pendente, ex eius autoritate vel etiam reseruata eius venia trãsegerunt, id vt superius dictum est, in Curia approbari & insinuari oportet. Et tamen vna ex partibus prædictam insinuationem impedire non potest, & aduersus prædictam transactionem venire: & quãquam, cum de hac re in Curia agitaretur Aduocatus contradicentis multas rationes allegasset, vt ab hoc contractu recedere posset, nempe eum non esse perfectum nec absolutum, verum suspensum, & in quo conditio inesset, puta si ita Curiæ videretur, & sic ante conditionis euentum, alterutram partem contrauenire posse. *l. fin. Cod. de nonnum pecun. l. si. ff. qui satisd. cog. & c. si pro te de Rescrip.* Nihilominus Arresto, quod datum anno 1390. repulsam passus est, eo quod nullam aliam rationem siue causam à contractu recedendi haberet, quam quod diceret, eum sibi non placere: Item quod conditio ad Curiæ placitum esset non ad suum.

X.

Compromissum in Curia reiectum ob potentiam vnius ex litigatorib. inopiam alterius.

Curia Parlamenti adeo seu in tantum iustitiæ administrandę intendit, pro cuiusque necessitate, vt oculos quoque eo intenderit, ne tenuiores gratia vel vi metuve potentiorum opprimerentur. Et vero duo notabiles casus extant in eam rem, qui in prædicta Curia euenerunt, prior anno 1388. posterior anno 1391. In vno, cum Duci Burgundiæ lis intercederet cum quadam Domicella in prædicta Curia, inter eos conuenit, controuersiam suam committendi certis quibusdam arbitris, quos nominabant: In altero quidam appellans à iudice prædicti Ducis Burgundiæ, quique appellationem suam in Curia persequebatur, cum prædicto Duce compromittit in iudicem ipsius, à quo appellatum fuerat. Hæc compromissa Curiæ oblata a partibus, vt in ea approbarentur, Arresto refutantur seu reiciuntur. Ratio à Regis triumuiris hæc allegata fuit, quod cum misellus aliquis litigator potentiores quosdam habet aduersarios, facilius opprimatur, neque tam facile ius suum ferant in locis, in quibus prædicti aduersarii potestatem habẽt, atque in Curia, quæ omnibus promiscue absque προσωποληψίας ius reddit atque à tenuioribus & à maioribus pariter metuitur, atque ita non posse probabiliter prædictã Domicellam ius suum ferre aduersus tam potentem Dominum, & adeo timendum adeo pauperibus personis, & multo minus prædictum appellãtem, ac nominatim coram iudice prædicti Ducis & à quo appellasset.

XI.

Vnus aut alter è tribus arbitris subsitutã dum a testibus excipere non possunt, nisi nominatum cõuentum fuerit.

Sæpe Arbitri compromissarii decernere coguntur, probationem huius vel illius rei testibus fieri oportere: verum hoc casu à testibus, qui ab ipsis audiérut, omnes coniuncti iuramentum exigere debẽt, neq; vnum ex se ad id delegare possunt, neq; vnus id exequi potest, nisi id compromisso conuenerit & complurimi sint pariter vt in causæ decisione omnes interesse debent: nisi dictum fuerit, vnum aut duos reliquis absentibus partes expedire posse, itemque iuramentum exigere *l. si in tres. ff. de Arbitris.* & processum instruere. *c. prudentiam. de Offic. deleg.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 9. Iulii, anno 1543.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

ARRESTVM I.

Pœna cõp om ſſi deb· ur nouobſtã te appella. tione.

COnſtitutione anni 1559. & 1561. & Arreſtis eas confirmantibus, ſi partes ſeſe ſubiiciant & in arbitros compromittant ſub pœna, appellans prius præſtare ſeu conſignare pœnam debet, niſi euidens nullitas ſit, veluti ſi compromiſſum à minore factũ fuerit, aut manifeſta falſitas. Et quanquam allegetur probabiliter, vnum ex arbitris qui ſignauerunt, non interfuiſſe aut aliquid tale, & pars ad id probandum admiſſa fuerit, nihilominus iudicium interim & pœna executoriæ per prouiſionem declarantur. Iudicatum penult. Auguſti 1577. apud Calholicianos, petorante Briſſello aduerſus Danguechinum. B.

II.

Pœna cõpromiſſi debetur, etſi appellans poſtea appellationi renunciet.

Arreſto 23. Decembris 1566. dictum fuit, pœnam compromiſſi deberi, etſi appellans poſtea adquieuiſſet: & appellans ab huiuſmodi condemnatione & adiudicatione in expenſas condemnatus fuit, iuxta *l. Celſus. ff. de recept. arbitr.*

III.

Arbitria & compromiſſa meræ volũtatis.

Notandum eſt, Arreſto Maioris Cameræ 2. Iulii 1571. dictum fuiſſe, Arbitria meræ voluntatis eſſe oportere: id eſt, Iudices non poſſe partes ad Arbitros ſumendos adigere. Et vero, ſententia data ab Arbitro vi prætenſi cuiuſdam compromiſſi quod in ea verbis narrationis memorabatur, etſi cum ea quoque mentio fieret præſentiæ partis quæ compromiſſum inficiabatur, eo quod id non probaſſet, nulla declarata fuit 29. Decembris 1580. poſt meridiem, petorante Martino. B.

IV.

Compromiſſu nullum variis ex cauſis.

Compromiſſum variis ex cauſis nullum eſſe poteſt: puta ſi Iudex coegiſſet partes in ſe compromittere *l. 3. ff. de receptis* Item ſi compromiſſum à maiore factum ſit: vt iudicatum 2. Iunii 1573. Cum in quatuor arbitros compromiſſum fuit, & duo iudicant terno adſcito. Pariter ſi compromiſſum ab incarcerato factũ fuerit, vt iudicatũ 27. Februari 1586. B.

V.

Pœna cõpromiſſi debetur, etſi appellatio dicis cauſa facta fuerit.

v. Arreſtũ 51. *ſupra.*

Quam primum vnus ex compromittentibus in Arbitros appellauit, etiamſi dicis cauſa tantum id fecerit ad euitandam rigoroſam executionem, etſi non coluerit, neq; reſcriptum appellationis impetrauerit, nihilominus pœna acquiſita eſt & commiſſa parti adquieſcenti aduerſus contrauenientem: Ita iudicatum Arreſto ſolenni adprobato libello ſupplice eius cuius commodo ſententia arbitralis proceſſerat, propridie Natalis Domini 1582. pronunciante Domino Præſide Morſano B.

VI.

Edictum de tranſactionibus.

v. Maynardum l. 6 c. 58 *quæſtionum.* I. C.

Edicto Regis quod datum ad Fontem bellaqueum April 1560. & in Curia Pariſienſi publicatum 18. Maii 1563. confirmantur & ratæ habentur omnes tranſactiones à maioribus factæ, non obſtante quacunque læſione vltra dimidium iuſti pretii & valoris rei, citra dolum, aut vim, & decernitur, omnes qui aduerſus eas reſtitutionum diplomata impetrauerint, earum effectu & adprobatione priuandos. Iuxta id presbyter quidam condemnatus fuit ad ſolutionem iuxta tranſactionem factam, cuiuſdam ſummę immodicæ 24. Aprilis 1564. B.

VII.

Clauſula tranſactionis explicata.

Cum tranſactio & conuentio inter partes facta fuit ſuper mobilibus & conquiſitis, & ſuper omnibus quæ ſucceſſionem ſpectant, hæc clauſula nõ tãtum ad mobilia & fructus mobilium pertinet, verum etiam ad ſarta tecta ædificiorum: ita vt pars ruinarum & labium nomine conueniri non poſſit, quæ culpa prædictæ partis contigerunt, vtpote ea re per tranſactionem extincta: Arreſtum 27. Ianuarii 1563. aduerſus primicerium oſtiariorum Baratum, B.

VIII.

Conſtitutio Molinenſis de cõpromiſſis inter cognatos.

Conſtitutio Molinenſis complurimis Arreſtis confirmata iubet vti cognati omnes inter ſe litigãtes compromittant, ſeſeque ſubmittant, arbitrio propinquorum cognatorum. Verumtamen intelligendum eſt in iudicio familiæ erciſcundæ inter Maiores & quando lis nondum longe proceſſit, vt iudicatum fuit in lite inter dominum Chantelonm & M. Flourett. 16. Decembris 1568. petorãte Grangero aduerſus Dauidem.

IX.

Si ex tribus arbitris duo ſententiã ſignauerint, tertius cam ſignare debet, eoque recuſante, ſententia valet.

Si è tribus Aduocatis arbitris, qui ſententiã dederunt, vnus ex ipſis ſignare nolit, allegans ſententiam non eo modo conceptam, vti conuenerat, etſi reliqui duo eam ſignaſſent. Arreſto Curiæ Parlamenti Pariſienſis, quod datum ad relationem D. Louetii 11. Decemb. 1585. pronunciatum. 14. inſequente arbiter, qui renitebatur, ad ſignandum condemnatus fuit, eoque vlterius renitente decretum, ſententiam a duobus ſignatam parem vim habituram, atque ſi tertius ſignaſſet.

Vide Arreſta D. Louetii *lit. C. Arreſt.* 3. vna cum annotationibus D. Brodei.

X.

Tutori à ſententia arbitrorũ appellare licet non ſolum pœna compromiſſi.

Tutor quidam cum hac officii ſui ratione pro pupillis ſuis compromiſiſſet, addita pœna ei, qui contradictorus eſſet, à ſententia arbitrorum appellat, ei opponitur præſcriptio gemina, antequam in appellatione admittatur, eum pœnam ſoluere prius oportere, itemque ſententiam prius executioni tradendam iuxta conſtitutionem de Arbitris: Arreſto Pariſienſi ad relationem D. Memmæi in quinta Camera Inquiſitionum 18. Martii 1595. Reſcriptum à tutore impetratum approbatum fuit, eademque opera permiſſum ei fuit, appellationem ſuam perſequi, pœna compromiſſa non ſoluta, à qua liberatus fuit.

Delumptum ex Arreſtis D. Louetii, *lit. C. arr.* 4. vbi D. Brodeus ait, idipſum iudicatum fuiſſe velo leuato die Lunæ 18 Iunii 1608.

TIT. IV DE ADVOCATIS & Procuratoribus.

De Aduocatis ſupremarum Curiarum, ſedium, Præſidialium, Balliuatuum, Seneſchalciarum, itemque de procuratoribus duos titulos confeci *in mea co lectione*; vbi complurimas elegantes & quotidianas Quæſtiones tractaui de ipſorum officiis, receptione Procuratorum, prælatione filiorũ Procuratorum ſenioribus Amanuenſibus, quæ inibi Lector videre poteſt. I. C.

ARRESTVM I.

Aduocati in ſupremis Curiis Gradum habere debent.

DOminus Riantius Aduocatus Regius, cum in cauſa quadam cuiuſdam Aduocati in Curia perorarer prima die Octobris 1555. ſerio repræſentauit querelas ad ſe delatas à Doctorib. & Profeſſoribus Vniuerſitatum, eo quod pene omnes ipſorũ auditores & ſtudioſi Gradu non aſſumto recederent: id quod inde procederet, quod hodie promiſcue in Curiis ſupremis admitterentur ſtudioſi ad iuſiurandum ſeu officium Aduocati ſine delectu, neque viſis Gradus ſeu promotionis ipſorum teſtimonialibus, idque

idque ipsum quoque fieri circa officia iuri dicundo regia: proinde postulauit, vt repetitis antiquis Constitutionibus decerneretur, deinceps nullos, nisi Graduatos admittendos: id quod Curia Arresto suo decreuit.

Vide *l. nemini licere 11. C. de aduoc. diuers. iudic.* & *l. 5. C. de aduoc. diuers. iud.* Id quod locum obtinet non tantum in Curiis supremis: verum etiam in sedibus Præsidialibus, Balliuiatibus, Seneschalciis, & aliis sedibus Regiis, & oportet, vt prædicti gradus impetrati fuerint & obtinuti in famosis & approbatis Vniuersitatibus, prout postulatum fuit à D. Seruino pro D. Procuratore Catholico in causa agitata 27. Nouemb anno 1560 inter tres Aduocatos, quorum vnus admissus in sede seu foro Rhemensi, secundus in Ribemontano, tertius in Curia Parlamenti, qui postea omnes Guisiæ litem fixerunt super præcedentia: igitur Curia in ea causa iudicium emendando decreuit, admissum in Curia cæteris preferendum, etsi posterius receptum. Vide Collectionem meam *tit. de prærogatiua. sub fin.* Hodie qui in matriculam & numerum Aduocatorum sedis seu fori alicuius Regii referri cupit, testimoniales Licentiæ aut Baccalaureatus in Iure Ciuili aut Canonico Regalibus viris communicare debet, neq. quisquam absque iis admittitur. Quam in rem extat Constitutio Regis Francisci I. Præcipuum Aduocati munus est, Reipubl consulere, & iurgiorum materiam amputare, *l. aduocatus. C. eod. tit. de aduoc. diuers. iud.* Romæ de publico stipendium accipiebant, verum Nero iussit, vt litigantes pro patrocinus certam iustamque mercedem, pro subselliis nullam omnino darent, præbente ærario gratuita. Sueton. in Neron. *cap. 17.* I. C.

II.

Vestis propria & insignis p Forensibus.

Sexta die Octobris 1550. Curia tum Molini constituta in causa perorata appellationis inter Philibertum Boucherium Inquisitorem Autisiodorensem, & Locumtenentem generalem in Præfectura prędicti loci appellantem à quibusdam prohibitionibus ipsi factis à Regnaldo Cheualerio Locumtenente in prædicto Balliuiatu ab vna parte, & prædictum Cheualerium Locumtenentem generalem appellatum ab altera parte, Arresto suo, idque ad postulationem domini Marillaci Aduocati Regii in Parlamento Parisiensi: interdixit omnibus iudicibus Regiis istius districtus, Aduocatis, Procuratoribus, & Inquisitoribus Sedium, ne ingredi velint cancellos fori cum togia succinctioribus vel longioribus è panno Phrygio aut serico: verum decreuit, eos deinceps teneri gestare togas longiores, honestas & habitum decentem Iudicibus & Aduocatis, dictumq; fuit, prædictum Inquisitorem, cui Locũtenens foro interdixerat, quamdiu togam Phrygiam gestaret, collari resupino temere appellasse, atque in multam & expensas condemnatus fuit.

III.

Nomẽclatores siue sollicitatores pactũ de quota litis cũ domino litis inire non debent.

Dispositio *l. quisquis. §. præterea. C. de postul.* qua prohibetur Aduocatus cum litigatore, quem in propriam recepit fidem, contractum inire, vel pactionem conferre in Francia aduersus Procuratores & Nomenclatores, quos sollicitatores vocant, qui persequendæ litis manus in se receperunt, obseruatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum ex tempore ad perorationem 7. Iulii 1514. pro Balthasaro Gariato postulante contractum huius generis rescindi, perorante Domino Carterio aduersus Ægidium Courtioum reum. Dispositione iuris communis ex Senatusconsulto Volusiano huiusmodi pacta omnibus personis interdicuntur, eaque res infamiam & delictum importat: teneoturque ii, qui coeunt in alienam litem, vt quicquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicetur, L. Iulia de vi priuata tenentur, *l. ex Senatusc. ff. ad l. Iul. de vi priuata.*

[illegible]natio [illegible] aduocato

Dominus Badumvillanus hac de causa Aduocato cuidam negotium facessiuit mense Martio 1583 B.

Tertium hoc Arrestum desumptum est ex Molinæo super regula Cancellariæ 34. de publicandis resignat. n. 310. v. *l. 1 & l. si quis. C. de postul.* & Curia Parlamenti Tholosani sæpe irritauit legata omnia, donationes aliasq. dispositiones factas à litigatoribus, cum modo seu ad emolumentum Aduocatorum seu Procuratorum ipsorum, Arrestis, quæ refert Maynar. *lib. 3. c. 12.* Quæst Iuris. I. C. vide Arrestum in Appendice.

tam suum collata à litigatoribus,

IV.

Inopibus gratis supeesse debent aduocati & Procuratores.

Iudex Procuratorem & Aduocatum cogere potest gratis operam suam præstare inopi, qui nihil habet: quinimo prædictus Iudex potius de suo id præstare debet, *§. sit tibi quoque tertium studium manibent. de mandat. Princip.* Et Aduocatus, vel alius id gratis exequi renuens, nisi iustam causam præferat, officio postulandi interdicendi sunt, *cap. tria. 3. quæst. 7. & l. nec quisquam. §. aduocatos. ff. de off. procons. & legat.* Et ita à Curia Gratianopolitana obseruatum fuit: vt scripsit Guido Papæ *quæst. 561.*

Curiæ, vel domini Triumuiri Regii sæpe miserabilibus personis in casum necessitatis Aduocatos præbere solent. B.

V.

Vasallus aduocatus in quibus causis aduersus dominum suum feudalem patrocinium præstare possit.

Aduocatus, qui à domino feudum aliquod habet, aduersus directum dominum suum consilium præbere & postulare potest: vt ait Speculator *in titul. de aduocatis. §. 1. versicul. item quod postul.* Duobus tamen tum casibus exceptis, quorum primus est, cum de honore agitur: alter, cum de feudo agitur, quod à prædicto domino mouetur ratione illius ipsius domini: his quippe duobus casibus Aduocatus vasallus dominum suum feudalem defendere seu tueri tenetur, si causa sit iusta: secus, si non sit iusta: vt ait Baldus *in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. n. 4 & in tit. hic finit lex. cap. 1. num. 5.* Et ita iudicatum fuit anno 1384. Arresto Parlamenti Parisiensis.

VI.

Regina per Procuratorem in Parlamento sicut Rex, litigans admittitur.

Definitio seu regula ordinaria seu vulgata est, ab omni æuo in hoc Regno obseruata: quod in Curia Parlamenti nemo per Procuratorem litigans admittatur, solo Rege excepto. Cui tamen sub hoc Regno vel Rege, quadantenus in fauorem Reginæ Catharinæ Medicææ, coniugis Regis Henrici II. derogatum fuit: & quanquam Curia hæreret vel renitereτur, nihilominus Rex videns eo se contingit tem definire voluit, non expectata Curiæ sententia: eoque fine ad Curiam scripsit, Reginam prædicta regula non comprehendi: sibique placere, vti per Procuratorem in causis suis litigans admitteretur, haud aliter ac ipse. Id quod Curia Arresto suo, quod datum 9. die Iunii 1549. approbauit: addito temperamento tum à Regalibus postulato: nempe ad discrimen Procuratoris Reginæ, & Procuratoris Regii, nominandum V. Clar. Dominum Ioannem Lucium *Procuratorem Catholicum Reginæ* & non simpliciter, *Procuratorem Reginæ.*

Hoc ipsum priuilegium continuatum fuit pro Regina Elizabetha Austria coniuge Regis Caroli IX. quæ Procuratorẽ Generalem habebat D. Monthelonium Aduocatum in Parlamento, qui postea Custos sigillorum Regni extitit Regẽ Henrico III. anno 1588. Et pro Regina Margaretha, Lotharingia cõiuge prædicti Regis Henrici III. quæ Procuratorem suum Catholicum habuit D. Buillonium Aduocatum in prædicto Parlamento Et Regina hodie regnans, D. Duleum Aduocatum in prædicto Parlamento. I. C.

VII.

Causa terminata Procuratores nõ amplius admittuntur, & pars ipsa met ad executionem citanda est.

Litigatores (appellans & appellatus scilicet) terminari faciunt *per expeditam*, vt vocant, seu per Aduocatorum & Procuratorum emematica, & ad tertii cuiusdam Aduocati sententiam, appellationem in Curia introductam: pronunciatur, appellatione in irritum deducta, id, à quo appellatum, effectum suum sortiri oportere: appellatusque in expensas

condemnatus, & ad solutionem per prouisionẽ summæ, qua de agitur, in manus prædicti appellati, præstita ab ipso cautione: & in principali probationes hinc inde faciendas adstricti, & ad Iudicem à quo remissi. Appellatus, Parisiensis, libellum offert, ad impetrandos delegatos seu Commissarios pro cautione sua admittenda, atque inde summæ accipiendæ. Decretum emanat de intimando. Intimatio procuratori fit: is ait, mandatum se nullum amplius habere, remque omnem, quod se spectet, terminatam: atque *b* appellatum, si ita ipsi videatur, clientem olim suum conuenire oportere. Is prædictum Procuratorem & appellantem vrget ob contumaciam & eremodicium, Curia pro vniuersa adiudicatione prædictorum eremodiciorum appellatum repellit, decernitque appellantem citandum & audiendum antequam prædicta cautio admittatur: idque Arresto 14 Maii 1552.

a Causæ quas Curia voluit & decreuit per Expediens determinari, ad leuamentum litigantium & pro eorum bono sunt hæ. Causæ desertæ appellationis Appellationum incompetentiarum nomine, stultæ & prauis intimationibus, Vacationa deserta, contumaciæ, taxatio expensarum, in præsentia Procuratorum litigantium aliæque similes q̃ referuntur *in* ... *tit.* 14. & aliis collectionis meæ I. C.

b Nunc nihil opus est aduersarium ipsummet citare ex constitutione Regis Caroli IX. anno 1563. art. 7. qua constituitur, Procuratorem qui mandatum susceperit ministerium in causa præstando cogendum comparere in instantia, in qua agitur de executione Arresti vel iudicii, sic vt nouo mandato opus non sit.

VIII.

Procuratores nõ possunt esse Notarii.

Extat Arrestum Parisiense, quo Procuratoribus Balliuiatuum & Sedium districtus prædictæ Curiæ interdicitur, ne officia Notariorum exerceant. Nihilominus Procurator quidam donationem impetrat officii Notarii Regii, mox diploma Balliuio ad quem dirigebatur, vt videlicet admitteretur, offert: Notarii prædictæ receptionis prædicto Arresto intercedunt: Nihilominus admittitur, à quo appellant: Causa agitata fuit in diebus Maiutibus Andegauensibus 16. Septembris 1539. vbi appellantes asserebant attento Arresto de quo supra, quod iuri communi conforme est, *l. 2. C. de Tabul. l. 11.* eũ admitti non oportere. Nam cum Procurator sit, directo cũ prohibitioni contrauenire id agendo, vt Notarius officium admittatur. Appellatus dicebat, tũ prædicto Arresto, quam dispositione prædictæ *l. 2.* sese nõ impediri, impetrare & acquirere duo officia: id enim hactenus, si rigor iste exercendus sit, fieri posse, vt cogatur eligere, vtrum ex duobus malit, & ad eum spectat optio per prædictam *l. 2.* iunct. Glossa. *in l. vniuersos C. de Decurio. lib. x. sub fin.* Atque ideo ad summum prædictos appellantes sibi appellato id facere potuisse, vt eũ admissum videntes postularent, quo optaret Notarii aut Procuratoris officium, & tum sane cogi se potuisse alterutrum officium relinquere. Arresto quod datum prædicta die dictum fuit bene indicatum. Inferius occurret Arrestum huic contrarium.

E duobus officiis incõpatibilibus, qui vtrumque possidet, alterum optare potest.

Hoc locum obtinet in sedibus Præsidialibus, Balliuiatibus & Seneschaleis & non etiam in nudis seu simplicibus sedibus Regiis, iudicatum fuit arrestis, quæ plene refero in collectione mea *Tit. 26. artic.* 142 I. C.

IX.

Procuratores officii ...

Procuratores officii quos vocant, constituti in Iurisdictionibus Baronum, Castellanorum & aliorum dominorum non habent potestatem tractandi, persequendi, tuendi, agitandi negotia iurisdictionalia & dominicalia Domini, nisi in loco & iurisdictione domini: & si alibi in alia sede sese ingerant ad respondendum vel persequendum pro domino suo, præiudicium ipsi facere non possunt, siquidem oportet prædictos dominos citari, & ipsos conueniri, vt ait Ioan. Fab. *in §. si quis postulante Inst. de actio.* & extat Arrestum Parisiense 10. Decembris 1529. quo Dominus quidem appellans à quadam sententia contra se data se non audito cum Procuratore suo obtinuit. Et si prædicti Procuratores officii appellarunt, non possunt appellationem introducere & persequi, & intimatus expensas stultæ, vt vocãt, intimationis feret. Et nihilominus potest dominus citari ex vadimonii desertione. Prout iudicatum fuit altero Arresto Parisiensi 7. die Augusti anno 1543.

Attamen cum Procurator fiscalis limites officii sui egrediens, proprio & priuato nomine suo appellauit, citari potest, Prout iudicatum fuit Arresto 24. Februarii 1563. quo Procurator quidam fiscalis Domini de Felquens cum appellasset à quadã taxa ex proprio & priuato nomine suo, quamuis taxa esset aduersus Dominum, quandoquidem prædictus Procurator nihil egisset nisi in statu Procuratoris officii, isque Procurator citatus, desertionis nomine, appellatio declarata fuit deserta, & prædictus Procurator, qui perperam citatum se intendebat in multam condemnatus fuit.

X.

Aduocatus quando possit supplere vel emendare perorationem suam.

Quando ad causæ perorationem partes ampliantur & iubentur instrumenta sua consignare absque contradictione, pars vna ex litigatoribus perorationem suam in scripturam redigens potest re integra addere ad rem pertinentia, sic vt id significare non teneatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 7. Augusti. 1504. Aliud foret, si partes ex tempore atque ilico expedirentur. Nam tum Iudici & parti aduersæ iniuria fieret, si quid adderetur.

XI.

Libellus in vna Camera refutatus in altera offerri nõ debet.

Decima Maii. 1475. Procurator quidam in multam condemnatus fuit, eo quod libellum iam in alia Camera oblatum, & ad quem responsum tulerat, quod ipsi minus satisfaciebat ad intentionem suam, in alia Camera rursum obtulisset. id enim est obreptio, dolus & circumuentio.

XII.

Procuratores Epistolas per Amanuenses suos scribere non debent.

Propter obreptiones in complurimis litibus detectas Arresto Parisiensi expresse interdictum fuit Procuratoribus Curiæ sub pœna perpetuæ interdictionis & priuationis officii sui, ne de cætero amplius partibus suis, à quibus mandatum habent, literas scribant nisi manu sua propria scriptas vel sigillis suis signatas 12. Iulii 1552.

XIII.

Schedæ pragmaticæ Procuratoris defuncti vendi non debent.

Prohibitum ceu res mali exempli, ne Procuratoris alicuius defuncti Practica seu schedæ chartæque forenses, quas post se relinquit, ematur, idque complurimis Arrestis, Nihilominus 6. die Februarii. 1534. in causa cuiusdam viduæ Procuratoris dictum fuit Arresto Parisiensi, quod datum ad Prædictam perorationem, defensorem cogendum prædictæ viduæ singulis annis certam summam præstare, quam arbitraturi essent communes ipsorum amici propter practicam seu schedas chartasque pragmaticas defuncti mariti sui prædicto defensori cessas: idque tamen ne in consequentiam trahatur.

Nihilominus Arresto mense Nouembri 1531 pro vidua Ioannis Iosseti Procuratoris aduersus Adrianum Formeum dictum fuit constitutionem reditus factam a prædicto Formeo prædictę viduę viginti quinque librarũ annuatum pro eo præstãdam præstita cautione, a prædicta vidua pro dimidia parte, quæ heredi debebatur. B.

XIV.

Procuratores delinquentes sub ...

Ob suffugium seu futelam forensem iniquã seu irrationabile Procurator quidam in Curia admonitus seu culpatus, culpam in aduocatum quendam litigatorem

grapho indemnitatu puniatur.

tigatorem reiecit, à quo videlicet chirographum habebat, quo pollicebatur, sese prædictum Procuratorem indemnem præstiturum, idque chirographum exhibuit. Et quanquam prædicta culpa facile excusari potuisset, nihilominus Curiæ hoc chirographum maxime displicuit: & posteaquam decreto suo Aduocatus & Procurator sese in auditorio stitissent, ibique publice atque ipsis præsentibus prædictum chirographum lectum agnitum fuisset, superq; ea re Triumuiri Regii admonitiones quasdam peregissent, Arresto dictum fuit, prædictum chirographum ibidem lacerandum, & Aduocatus in biennium, Procurator vero in annum officio suo interdicti fuere cum infamia facto condigna. Lucius ait, idipsum quoque dictum fuisse aduersus tres alios Procuratores, de quibus ea modestia agit, vt nô tantum eorum nomina celari voluerit, sed etiam Arrestorum datam.

XV.

Procurator substitutus morte substituentis nô reuocatur.

Procurator ad lites substitutus Procuratoris generalis alicuius, morte substituentis non reuocatur, quin potius morte primi Constituentis, vt notatur *in l. mandatum. C. mandati.* & per Fabr. *in § recte. Instit. eod.* & per gl. idem est *l. inter causas D. eod.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1386.

XVI.

Procurator mandatum habês se sistendi coram omnibus iudicibus, admittitur coram apparitore executore.

Procurator, qui mandatum habet generale sese coram Iudicibus Ecclesiasticis & secularibus sistendi, sese coram apparitore executore sistit, & vi huiusce mandati executioni intercedit: pars, quæ executioni insistebat, dicebat, mandatum istud non esse sufficiens, neq; enim apparitorem iudicem esse, neq; in hac re quicquam executoria esse: igitur ab apparitore repulsam patitur, à quo appellat, Arresto Parisiensi anno 1393. dictum fuit, prædictum mandatum sufficiens esse ad se coram prædicto apparitore executore sistendi, & ab ipso male processum, maleque Procuratorem repulsam passum.

XVII.

Procurator generalis non potest autoritatem acceptare neq; reucere.

Procurator, nisi expressum mandatum habeat ad amittendam vel recusandam autoritatem vicariam, quæ in pecunia sit vice euictionis, quæ præcise præstari non potest, non potest vel denarium accipere. Vt iudicatum fuit decreto Curiæ Parisiensis anno 1323. Actus quippe hic tantimo maioris momenti est, quam alius quisquam totius litis, *l. si non obtulit. in pr. ff. de re iudic. iunct. gl. obtulit.*

XVIII.

Procurator generalis quando in casibus specialibus præiudicare possit.

Procurator generalis non potest se referre ad iusiurandum partis aduersæ citra expressum mandatum. Et in simili casu sententia quædam irritata fuit, quæ data fuerat ad huiusmodi iurisiurandi delationem, atque appellatus in expensas condemnatus fuit. Arresto 26. Nouembr. 1543. Attamen litigator caute attendere debet in aliis casibus, qui mandatum speciale requirunt. Nam si sub mandato generali Procurator aliquid gessit aut consensit, non satis foret dicere, eum non habuisse potestatem eius faciendi, verum vtendum est improbatione, nam alioquin ipsi præiudicaret, vt Imbertus ait complurimis Arrestis Parisiensibus iudicatum fuisse.

XIX.

Pactiones inter procuratorem & clientem ... odio...

Pactiones inter Procuratorem & clientem ipsius sunt odiosæ, & pro remunerãdo officio tantum permissæ, idque lite penitus terminata: ante litem quippe terminatam nullæ sunt, & improbãtur *l. sumptus. ff. de pact. l. si remunerandi. § finali. D. mandati. l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. l. creditori. C. de pactis. & arg. l. medicus. ff. de var. & extraord. cognit.* Et ita declaratum fuit Arresto Parisiensi 28. die Nouemb. ann. 1545. in Camera parricidali, perorante D. Riantio pro cliente.

Vide in Append. huius tit. art. 4. & arresta D. Louetii lit. N. art. 2. & lit. T. art. 4. vna cum additionibus Brodei.

XX.

Idem.

Curia Arresto suo, quod datum Parisiis 17. Martii anno 1544. Chirographum seu syngrapham à sollicitatore Aduocato factam, qua summam 6. coronatorum illi pollicebatur pro operis ipsius consultationibus & perorationibus in quadam lite, quam dominus ipsius Parisiis habebat, nullam declarauit & improbauit, reseruatis illi actionibus in Curia, in qua lis erat ad taxationem seu æstimationem salarii ipsius, & ne quid de cætero tale fieret, interdixit.

XXI.

Procurator ius retentionis habet pro recuperandis expensis à se factis.

Die Martis 27. Nouemb. (vel, vt alii volunt, 23.) anno 1543. tres appellationes Procuratoris cuiusdã in Castelleto in Parlamento Parisiensi agitatæ fuerunt. Dicebat is, se Procuratorem fuisse appellatorum in accusatione raptus, quam aduersus quosdam instituebant: se cum vno ex accusatis certa quadam summa, quã etiam acceperit nomine partiũ suarum, & eorum mandato transegisse: Intimati hanc summam ab eo postulant, contractum exhibẽt, quo is ipsorum nomine accepisse se confitetur, atq; eo nomine prædictum accusatum liberat. Is excipit, & ait, se pro ipsis in criminis accusatione multos sumptus fecisse, rationesque reddere se paratum & reliqua. Intimati pecuniam sibi ante omnia præstari postulant. Is intercedit, mox à Præfecto Parisiensi ad pecuniæ solutionem condemnatur: Ab eo appellat: non obstante appellatione ipsius dictum, eum soluere oportere. Is secundo appellat: pignora eius capiuntur: Tertio appellat, appellationem persequitur & concludit. Intimati asserebant & allegabant, intentionem ipsorum fundatam esse, exceptionem vero ipsius nullo modo, quam etiam non probaret, & vsquequo id faceret, eum soluere oportere sub cautione, quam ipsi dederint. Curia, antequam super appellationibus ius redderet, appellantem admisit ad probationem expensarum, quas in prædicta persecutione seu accusatione fecisset, reseruatis impensis, damnis & interesse ex pignorum captione procedentibus in definitiuam. Hinc notandum est, Procuratorem eorum nomine, quæ in litis alicuius prosecutione de suo erogauit, ius retentionis habere eorum, quæ probabiliter occasione prædictæ litis parti suæ debita ad manus ipsius perueniunt. arg. not. per gloss. & Bart. *in l. si non sortem § si centum. ff. de cond. indeb. in l. fin. C. commod. & in l. qui omnia. § fin. ff. de procurat.* & per Ioan. Fabr. *in l. vnic. C. etiam ob Chirograph. pec. pign. retin. poss.*

Procuratores instrumenta partibus restituere coguntur.

Huic Arresto conformiter dictum fuit 23. Iunii 1575. aduersus viduam Outrelæi, eam solutis ipsi salariis omnibus & expensis, instrumenta reddere oportere, quæ ad litigatorem pertinere probabuntur: Defunctus ipsius maritus ob denegationem & moram, quam fecerat in reddendis saccis & instrumentis causæ, per incarcerationem coactus & coercitus fuerat 9. Decemb. 1572. B.

XXII.

Procurator fines mãdati excedês quãdo reprobandus sit.

Notabilis est fori obseruantia seu praxis, quod si Procurator aliquid gesserit, quod vi mandati specialis agere & expedire potuisset, atque id præiudicio sit, nulli alio remedio locus sit, quam improbationi, quam fundari oportet super dolo, errore, vel etiam ob non captum ab Aduocato suo consilium: & tum non satis est dicere, eum non habuisse in mandatis, vt id faceret, improbatione enim opus est. Veruntamen si ea res sit, quæ mandatum speciale requirat, quam-

qoe vi mandati generalis expedire nou potest, tū si secus res cadat, citra improbationem appellare licet atque impetrare, vt omnia nulla dicantur & declarentur, iuxta Arrestum quoddam Parisieose. 26. Nouembris 1543.

XXIII.

Procurator Regius pro priuatis postulare non debet.

Arresto Parisiensi mense Iulio, anno 1323. interdictum fuit Procuratori Regio Turonis, & consequenter omnibus aliis in districtu Parlamenti Parisiensis cōstitutis, ne pro priuatis litigatoribus procurarent, postularent aut orarent, id postulante D. Procuratore Catholico Regio. Id postea obseruatū non fuit, eo quod parum interesset Regis & Reipub. & quia id ad inopiam tenderet sobstitutorum prædicti D. Procuratoris Catholici, qui in nonnullis Balliuatibus tam exigua stipendia habent, vt sese exhibere nou possint, nisi præter ordinarium officiū suom emolumentum & compendium faciant ex professione soa.

Vt obseruator io Castellero Parisiensi, & io Seoeschalcia Tholosaoa, Biturigibus & aliis, non obstante Arresto, quod datum aduersus Aduocatos Regios in Seneschalcia & sede Præsidiali Agenneosi. 11 Nouembris. 1588. Maioribus diebus Claromontii habitis. quod plene extat in Collectione mea *Tit. de aduocat. & Procurator. Regi 14. Cap. vlt.* I. C.

XXIV.

Procurator Regius quando substituere possit.

Procuratores Regii alios luco suo substituere nō possunt, præterquā io casum absentię aut morbi, Edicto Regis Francisci, quod publicatum in Parlameoto Parisiensi anno 1522. Et ita iudicatum fuit Arresto maioribus diebus Molini habitis. die Lunæ 25. Octobris 1540, post meridiem, perorante D. Raymondo Aduocato Regio.

Hodie post annum 1586. posteaquam videlicet Rex Henricus III. io vnaquaque sede Præsidiali, Balliuatu & Seneschalcia substitutum substituti D. Procuratoris Catholici in vnaquaque prædictarum sedium instituit, hæc substitutio non amplius vsurpatur. Qui videre cupiet Edictum & determinationes inter prædictos substitutos & eorundem substitutos is legat collectiooem meam prædicto tit. 14. aliasque determinatioones inter Aduocatos Regios & Substitutos prædicti D. Procuratoris Catholici, aliasque Quæstiones super ipsorū officiis. I. C.

XXV.

Procurator Notarius esse potest.

Arresto Parisiensi anni 1582. Montelonio & Bernardo perorantibus dictum fuit Notarios posse in eadem Sede seu eodem foro Procuratores esse. Sedes, de qua tum agebatur, erat Meungensis super Yparam in Bituricensi Prouincia minimi territorii, cuiusmodi ferme est Sedes Monbrisensis, quæ nūc diuisa est ad sollicitatiooem Castellaoorum.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad titulum IV.

I.

Procurator qui partis suæ instrumenta parti aduersæ tradidit punitus.

PRocurator quidam Blesensis, cui nomen Iuoneto, cum instrumenta partis suæ parti aduersæ sub promissione iodemnitatis tradidisset, Arresto condemnatus fuit, ea intra mensem restituere, eoque præterlapso in omoes expensas, damna & interesse condemoatus.

II.

Procuratores obreptionibus vtentes puniuntur.

Procuratores obreptiooe vtentes multæ subiiciuntur, proprio priuatoque suo nomine in expensas condemnantur, & nonnunquam incarcerantur. Prout iudicatum fuit aduersus quosdam, quos nūc nominare non sustineo. Arresto 15 Februar. 1569. 21. Ianuarii 1575. 18. Ianuarii 1577. & innumeris aliis. B.

III.

Procurator citra mandatū sistere se vel operam dare non potest.

Procurator sese sistere vel operam dare citra mādatum speciale non potest: & vero quidam eo quod sese stitisset citra mandatum 4. Iulii 1564. in multam 100. solidorum Parisiensium condemnatus fuit, & Arrestum publice additis prohibitionibus lectum fuit. B.

IV.

Procurator qui iura litigiosa acquirit, quomodo punitur.

Decima octaua Aprilis 1580. Procurator quidā Calesiensis seu portus Iccii cum clientis sui, qui Lusitanus erat, ius litigiosum acquisiuisset, vterque iure excidisse, declaratus fuit, & parti aduersæ res adiudicatæ fuerunt, prædictusque Procurator in multam 10 corouatorum condemnatus, perorante Brebario. B.

Vide *Arr. 19. supra.*

V.

In quibus litigator Procuratorem suū improbare non potest.

Litigator nou potest improbare procuratorem suum ob consensum præstitum vel quemcunque alium actum gestum præsente prædicto litigatore, Arresto 10. die Maii 1564. Et si absque causa Procurator improbetur, munere suo defunctus expensas, damna, & iotéresse fert. Iudicatum 6. Martii 1564. B.

VI.

Procurator Regius eo quod variasset, punitus.

Procurator Regis, eo quod in conclusionibus suis variasset, in multam 100. librarum condemoatus fuit, atq; officio suo ad anni spatium interdictus. Is erat Procurator in Camera Ratiociniorum. Arrestū de 9. Septembris 1454. B.

VII.

Sollicitator cessionem actionum acceptans punitus.

Maioribus diebus Claromontii habitis 18. Septembris 1582. Nomenclator siue sollicitator, cui cessio facta fuerat actionum iurium litigiosorum Ioannis Duchatti, sub ipsius nomine aduersus duo Arresta, libellum, vt vocant, ciuilem impetrauit. Curia conclusiones D. Aduocati Thuani, pro D. Procuratore Catholico decreuit, sollicitatorem sese sistere oportere ad respondendum conclusionibus prædicti D. Procuratoris Catholici, quas aduersus ipsum facturus esset, appellantem ab effectu libelli sui depulit, eundemque condemnauit in multam & expensas, decreuitque, si peritor in libello ciuili multam Regi seu fisco adiudicatam inferre non posset, eam à sollicitatore exigendam: & super eo quod defensor postulabat, Arrestum declarari in prædictū sollicitatorem executorium decreuit, vbi is auditus fuisset, ius reddendum, vt ratio & æquitas suaderent. I. C.

VIII.

Reductio Procuratorum ad certum numerum.

Edicto anni 1559. quo prohibentur Procuratores vltra numerum præscriptum admitti in omnibus Curiis inferioribus Parlamenti obseruatur. Hac de causa 16. Ianuar. 1564. prohibitum fuit, ne Procuratores admitterentur, nisi duobus casibus, puta si pristinus numerus non esset completus, vel nisi id ē re esse cōperiretur. 10. Februarii 1575. Arresto Catholicianorum pro quodam nooiter recepto in Electione Castellodunensi dictum fuit, eum mansurum, ea tamē lege, vt primi decedentis locus supprimeretur, interdictumque ne deinceps aliter, quam ex autoritate Curiæ admitterentur.

Vide *T. 8. de Procuratoribus* 25. *sep.* 143. Collectionis meæ. I. C. Et quæ notantur in Collatione constitut. *lib.* 2. *tit.* 4 §. 15.

IX.

Intra quod tempus Aduocati & Procuratores in-

Tempus, intra qood Aduocati & Procuratores saccos & instrumenta sibi commissa restituere teneantur, Constitutione Henrici IV. quę approbata in

Curia

strumenta reddere cogantur.

Curia Parlamenti.14. Martii 1603. definitum est: & Arresto approbationis continetur, Aduocatos & Procuratores prædictæ Curiæ, ipsorum viduas & hæredes inquietari nulla ratione posse pro restitutione saccorum, instrumentorum, processuum, instantiarum & productionum sibi commissarum, pura indecisorum, neque dum iudicatorum post decenniũ, quam eis commissa fuerunt: iudicatorum vero post quinquennium, ipsorumque viduas, liberos & hæredes, aliosve iura ab ipsis habentes fruituros prædicta liberatione tam ratione litium iudicatarum, quam indecisarum quinquennio post obitũ prædictorum Aduocatorum & Procuratorum.

Vide prædictam Constitutionẽ in *collectione mea Tit. 26. cap. 150.* I. C.

Determinationes & taxæ salariorum procuratorum.

In collectione mea *Tit.* 18 extant determinationes factæ à Curia Parlamenti, & Curia Subsidiorum de officio & salariis Actuariorum & Ministrorum Curiæ Parlamenti Tholosani formam quandam instituit inter Actuarios & præcipuos Ministros sedium Præsidialium, Seneschalciarum, & sedium Regiarum districtus prædictæ Curiæ, Arresto memorabili 9. Martii 1575. quam prædicta Curia præcise obseruari curat, vt comperi ex quodam Indice prædicti districtus designato in additione prædictæ determinationis, quam retuli in Collectione mea *tit. 1. cap. 3.* I. C.

X.

[...]anda [...]nus pro [...]atoris [...]ausis & [...]ntis fi[...]ur.

Procurator, in causa minoris Curator creatus, non potest amplius causæ operam dare post obitum Curatoris vel tutoris minoris, non magis quam Procurator, cui causa à tutore demandata est: Idemque cum impubes pubes factus est, atque ex consuetudine seu iure tutela finitur, atque minori alius Curator siue tutor dandus est ex consilio propinquorum, seruatis solemnibus: vtpote procuratore vel curatore in causa non ampliorem potestatem habente, quam cum maior pars decessit. Iudicatum Arresto 27. Nouemb. 1551.

Desumptum ex Arrestis D. Louetii *lit. C. Arr.* 27. Vide etiam *lit. I. Arr.* 13. vbi in annotatione D. Brodei dicitur, munus procuratoris in instãti mortis partis seu litigatoris finiri, iuxta vulgatam iuris Regulam: *Mandatum morte eius, qui mandauit, solu tur, l. fin. D. de solution.*

TIT. V. DE PROCVRATORIBUS, Actoribus seu Institoribus, & Negotiorum gestoribus.

ARRESTVM I.

ARresto Burdegalensi 20. Februarii 1528. iudicatum fuit pro Antonio Gordino Florentino, & ciue Lugdunensi, incognitum mandatum habentem admittendum, sic, vt probare non teneatur se ipsum esse, qui in mandato designatus sit. Vt per Angelum *in l. si Procuratorem absentem. ff. de Procuratoribus.* & Azo *in summa de fide instrument. versic. quid si Procurator.* De hoc plenius agitur supra hoc ipso libro *Tit. de Recept. Dignitat. &c. Arr.* 21. vbi facti species plene memoratur.

II.

Arresto 11. Iulii 1494. declaratus fuit abunde fundatus procurator quidam ad recipiendum & remittendum debitum eius, qui mandatum absque Notario & testibus signauerat & obsignauerat chirographo & sigillo suo, atque adeo mandatum huiuscemodi tantundem valere, ac si Notarius aut testes adhibiti fuissent.

III.

Debitor facilis esse non debet in soluenda pecunia actori vel ministro creditoris, nisi instructo mandato aut epistola, qua cõtineatur clausula de soluendo debito, quo de agitur, prædicto actori nominatim designato: à quo etiam prædictus debitor in opistographo prædictæ epistolæ apocham seu confessionem solutionis accipere debet: alioquin prædictus debitor securus non est, si sub nuda epistola commendatitia, in qua superiora omnia non exprimantur, soluat, vt ait Bartol. & Paulus de Castr. *in l. Lucius Titius. ff. de fideiuss.* Bald. & Salicet. *in l. fina. ff. quod cum eo.* & *in l. si vero non remunerandi. §. cum quidam. ff. mandati.* Facit *l. si literas. C. mandati.* Et ita iudicatum fuit Arresto Curiæ Burdegalensis absque data allegato per Boerium *quæst. 272. num. 6.*

tuto & secure Actori soluere possint.

IV.

Procurator expressum mandatum habens ad mutuam pecuniam accipiendam, vel etiam ad vendendum & euictionem præstandam, si vltra fines mandati sui nomine quoque suo interueniat, & promittat tam procuratorio nomine, quam proprio & priuato suo nomine, & ita quidem, vt vtroque nomine solus & in totum conueniri possit, à creditore primus conueniri potest citra beneficium discussionis & ordinis, & sic vt allegare non possit, se nomine alieno contraxisse. Et ita intelligendæ sunt Gloss. Bart. & Bald. *in l. si pupilli. §. 1. ff. de negot. gest. & l. Procurator, qui de euictione. ff. de Procuratoribus.* Et eligere potest petitor, vtrum aduersus procuratorem experiri velit, qui tenetur ex contractu vel aduersus constituentem, qui tenetur ex mandato, secundum gloss. & Iacob. de Aretio *in dicta l. si pupilli. §. 1.* Ratio quoque hæc est, quod actor siue petitor, qui prædictum procuratorem voluit proprio & priuato nomine suo conuenire, ipsum & eius fidem sequutus est, magis quam constituentem, vt ait Paul. de Castr. *in l. 1. § exercitorem ff de exercitor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi 7. die Septembris 1531. pro quodam Tholosano, aduersus Præfectum aulæ Archiepiscopi Foccensis.

Procuratore tam procuratorio, quam suo nomine, & ita, vt vel vtroque in totum conueniri possit, operam dante.

V.

Actor seu institor mercatoris cuiusdam Turonensis, nomine prædicti mercatoris merces quasdam acceperat vsque ad summam octoginta librarum, & quod excurrit, sub cirographo suo in hæc verba: Ego Petrus actor Ioannis profiteor, me debere summam hanc vel illam Wilhelmo pro mercibus ab eo acceptis, nomine prædicti Ioannis, quam summam polliceor me ipsi soluturum, vel solui curaturum intra hos proximos sex menses. Euenit, vt intra sex menses creditori pecunia soluta non fuerit: is actorem conuenit coram Balliuio Turonensi, vel eius Locumtenente, atque intendit, vt is sibi prædictam summam octoginta librarum, & quod excurrit, soluere cogatur. Actor pro exceptionibus suis ait, se soluere non cogi, [a] quandoquidem ipse non nisi actor vel institor sit. Quapropter creditor, si ipsi videatur, prædictum dominum suum cõueniat. Balliuius Turonensis decernit, ab actore intra certum tempus dominum suum citandum, vt creditori respondeat, atque ab eo actor non appellat. Intra prædictum tempus actor dominum suum non accersit, atq; hac de causa ad soluendam & præstandam prædictam summam condemnatur, & pignora eius capiuntur, à quo appellat. Pro causis appellationis suæ dicebat, sese non nisi actorem esse seu institorem, & vt dominum suum conueniendum esse, vt apparet ex *toto tit. de Institor. action.* Contra creditor dicebat, ipsum promisisse sese soluturum vel curaturum, vt soluatur: saltem vnam ex duabus his alternatiuis intelligendam, nomine proprio, maxime quia verba illa sunt executiua,

Institores pro syngraphis institorio nomine & pro domino factis conueniri non possunt.

tura, conceptam personã suam. Ac præterea sententia continet, eum intra certum tempus dominum suum euocaturum, à quo non appellauerit, eum huic sententiæ non satisfecisse, atque ideo iure cõdemnatum. Actor replicabat, quod quamquam verba sint execution, semper tamen intelligi debeant conferre præesse in personam domini, cuius nomine cõtractum est. per *l. fin. ff. de inst. actio.* vbi dicit Iurisconsultus, *Quos ego numerare debebo pridie Kal. Maias.* Id intelligi debet nomine domini non institoris. Arresto Parisiensi quod datum ad perorationem a. Iunii 1551. Appellatio, & id à quo appellatum in irritum deductum fuit, & appellatus in expensas causæ appellationis condemnatus fuit, & iudicium emendando dictum, creditorem dominum conuenire oportere, saluo tamen, si institorem dominum improbaret, institorem ipsum conueniendi. Pro appellante perorabat Bechetus, pro appellato Boucheratius senior. Hoc Arrestum videtur contrarium decisioni Bartoli in *l. fin. ff. de inst. act.* & Paul. de Castr. in *l.* *1. §. exercitorem. eod.*

Institor etsi polliceatur se solui curaturum, id tamen intelligitur nomine institorio, non suo *l. vlt. de institor. actio.* Verum, si promitto me soluturum vel curaturum, vt alius soluat, cum principalem debitoré me constituo, etiã filius gerat negotia patris, vt iudicatum fuit aduersus Claudiũ Ficepinum, pro quo perorabat Villecoq & condemnatus fuit in multam. vlt. Februarii 1561. Præterea notandum est, delegatum & deputatum veluti factorem seu institorem, apparitorem pro delegante suo aliquid promittentem priuilegiũ fori prædicti delegantis habere. Ita iudicatum 10. Februarii 1596 pro quodam apparitore Electionis a præposito horrei delegato. B. Vide D. Maynard. *lib. 2. Quæstio. aurea c. 25.* I. C.

Institor aut delegatus peculiari delegantis fruitur.

APPENDIX ARRESTORVM *Ad Titulum V.*

I.

INstitor, qui onus in se susceperat pecuniæ Lutetiam deferendæ, & allegabat se eius partem quandam amisisse, eo quod, dum propter latrones cursu publico seu posta, vt loquuntur, decurreret, rupta auerta id est, vidulus seu saccus, qui ephippio seu equo imponitur, fuisset: nihilominus & non obstantibus attestationibus ipsius Arrestu condemnatus fuit ad solutionem, saluo iure mercedis seu salarii exigendi. 12. Iulii 1585. in Camera Patricidali. B.

Institor si quid amittat, ad quẽ iactura spectet ad ipsum, an vero ad dominum.

Nihilominus vide quæ super hac quæstione D. Maynard. *lib. 4. cap. 6. Quæstio.* Carundam *lib. 7. cap. 186. Responsor.* qui referunt Arresta Parlamenti Parisiensis & Tholosani, quibus iudicatum fuit, si socius mercibus emendis vendendis, minister, portator vel institor mercatoris alicuius rei iacturam faciat, vt puta a latronibus captus, hanc iacturam ad dominum & socium pertinere per *l. quisquis cedit §. in hac. D. ad l. Aquil. l. cum duobus §. quidam D. pro socio* I. C.

TITVL. VI. DE ACTVARIIS, ipsorum Salariis, & Taxa.

Actuarius Curiæ solus ab initio erat, & nudus Amanuensis in præsentationibus, maslupium, vt aiunt, Secretarii habebat pro stipendio Amanuẽsium suorum: tum erant Arresta valde breuia & succincta, quando scilicet pro iis nihil soluebatur. in Curia eligebantur pariter, vt Præsides Consiliarii, Aduocati, & Procuratores Regii, vt testatur Nicolaus Bayus *in memorialibus suis, de Reformatione Actuariorum.* B.

ARRESTV I.

ACtuarius criminalis vel alius per Commissum, vt vocãt, & substitutũ officio suo fungi possunt, cuius tamen nomine tenetur honorũ suorum ratione, *l. neminem Cod. de Decur. lib.* 10. Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano, anno 1507.

Actuarius commissi sui nomine tenetur.

II.

Sæpe controuersia exorta est inter Actuarios & Iudices Regios Actuariis de prædictis Iudicibus conquerentibus, quod Amanuensibus suis tanquã Scribis vtantur, quando scilicet extraordinariæ delegationi operam dant, siue inquisitionibus peragendis, siue Arrestis exequendis, cum Actuariorũ ordinariorum opera vti deberent: nitebanturq; textu, quem Baldus in eum finem inducit in *l. fin. C. vbi & apud quem.* itemque in eo quod ait Baldus *in Auth. sed iudex. C. de Episcop. & Cler.* Et ita tenent pro Actuariis Dd. *in l. 1. C. de sportulis*: neque potest Iudex arbitratu suo scribam sibi adsciscere, verum id ad Principem & dominum Iustitiarium spectat, vt ait Innocent. *in cap. cum P. Tabellio de Fid. Instrum.* & Iacob. Rebuff. *in l. duos Tabellarios. vers. nota, quod autoritate Principis. C. de suscept. lib.* 10. Verum quidem est, si Commissio seu delegatio Decano fiat, vel alteri in dignitate constituto, qui ordinariam Iurisdictioné non habet, eum pro arbitrio suo, quem voluerit, Actuarium sibi adsciscere posse, eaque est species *cap. statutum. §. Notarium. de Rescript.* vbi iudex acerbe culpatur, qui Amanuẽsem pro arbitrio suo per auaritiam sibi asciscit ad participãdum cum ipso in salariis operæ ipsius, & scripturarum, Salicet. *in dict. l. fin. Cod. vbi. & apud quem.* per hunc ipsum text. ait, aduersus iurisdictiones & notiones esse committentis seu delegantis, vbi actuarius sese immiscere non debet, & Commissi seu delegati. Pro huius dubii solutione seu definitione quinque Arresta in Parlamẽto Burdegalensi data fuerunt, vnum pro Actuario ciuili & criminali, in Sede seu tribunali Agenensi petitore seu actore & postulante diploma Regium eo fine à se oblatum comprobari ab vna parte, & inter Ioannem Seuinum iudicem prædicti loci iuncto eidem Procuratore Regio ab altera parte, quo comprobato prædicto diplomate prædicto iudici interdictum fuit, ne de cætero amplius Amanuensi suo aliòue quo Scriba vteretur, quam prædicto Actuario vel ipsius Commisso in delegationibus tam ordinariis quam extraordinariis, & tam intra prædictum dominium quam extra: iudicatumq; id fuit 4. Maii. 1527. Et antea hoc ipsum iudicatum fuerat aduersus prædictũ Seuinum pro Alnardo Chartio, Actuario prædictæ Seneschaltiæ in Sede Condunensi, Arresto prædicti loci 20. Februarii. 1525. Et postea aliud simile Arrestũ datum fuit pro Petro Fabro Actuario Iudicis Ordinarii prædicti loci Aginni aduersus Wilhelmum Torrentium Iudicem ordinarium prædicti loci 12. Martii 1527. Et aliud lõge ante pro Ioanne Seguino Actuario Seneschalciæ Caduscinensis in Sede Martelana appellante à Ioanne Liuartio Locum-tenente generali suo & proprio nomine cõuento 27. Maii. 1508. Et quintũ pro Petro Gayo Actuario Seneschalciæ Petrocoricensis Actore, aduersus Eliam Merlium Locum-tenentem generalem prædicti loci. 1. die Augusti. 1531.

Determinatio inter actuarios & Iudices in per commissionibus extraordinariis.

Actuarii & Notarii, quod inuentariorum confectionem attinet, ita distincti fuerunt: puta, Actuarios ea confecturos, quæ ex decreto & autoritate Iudicis procedunt, id est, iudicialia: Notarios vero nonnisi voluntaria ordinarios, quando videlicet extraiudicialiter à partibus & priuatis aduocabuntur. Huiusmodi distinctio facta pro Ambosiensibus [illegible] & non ita pridem pro Lingonensibus. 16. Maii. 1550. B. Vide Collectioné meam *Tit. de Commissariis examinatoribus & tit. de Notar.* vbi reperies cõplurimas determinationes inter hæc officia. I. C.

Determinatio inter Actuarios & Notarios, quod inuentariorum confectionem attinet.

III.

Iudex acta voluntariæ Iurisdictionis ipsemet absque Actuario vel Scriba partibus expedire potest, veluti testimoniales, indulgentias, delegationes & id genus *l. Diuus. ff. de Offic. Præs.* idemque obseruatur in Iurisdictione necessaria ex tempore & de plano in

Iudices quæ acta absque Actuario expedire possint.

non caulis leuioribus & summariis expedita, *Auth. nisi breuiore. C. de sent. ex periculo recit.* at si materia sit contentiosæ iurisdictionis, id absque Actuario facere non potest *l. non arbitris. ff. de Arbitr. & cap. quoniam contra falsam. de Probat.* Et ita stylo seu vsu forensi Parlamenti Gratianopolitani obseruatum fuit, vt testatur Guid. Pap. *quæst.* 564.

Iudices acta voluntariæ iurisdictionis expedire possunt, puta quæ nudam functionem respiciunt, non iudicium, *l. vlt. ff. de iurisdict. om. iud.* B.

IV.

Decima Actuariorũ abolita.

Secretarii & Actuarii Parlamenti Gratianopolitani decimam à condemnatis in multam seu mulctatis exigere solebant citra multæ ipsius imminutionem, puta, si multa centum librarum esse, decem: mulctatusque Thesaurario centum libras persoluebat, decem vero Secretariis: idque ipsum pariter faciebant actuarii Curiarũ & Balliuatuum ad districtum prædicti Parlamenti pertinentium. Id quod Arresto 6. Augusti 1560. abolitum seu antiquatum fuit, quoniam æquum non est, vt reus seu accusatus ministerii aduersus se exerciti operam seu pretium soluat, vt ait Archidiaconus *in cap. vt officium de Heretic. lib. 6.* in Gloss. *super verb. Publicum allegat text. in §. insuper in Auth. vt nulli iudi.* Verum æstimatio prædicti ministeri super multis & expeditionibus iudiciariis, prout tum factũ fuit, exemplo styli iudicialis seu forensis Ciuitatis Ebrodunensis, in qua Notarii & secretarii operæ suæ pretium ferunt super expeditionibus Principis, neque prædictam decimam vsurpant, quæ sane propria & vera est concussionis species *l. 1.* & ibi Gloss. *ff. de Concussio.* Antea, quando priuatus actionem non instituebat priuatam, Actuarii operæ suæ mercedem exegerunt ab accusato, iuxta æstimationem iudicis, iuxta opinionem Francisci Zabarel. *in Clem. 1. vers. notarius de Heretic.* Verum post Constitutionem & Edictum Molinense, quod publicatum anno 1566. Istud tam ab Actuariis quam Iudicibus semotum fuit.

V.

Partes quibus conuenit, qua ratione saccos suos repetere possunt.

Partes quæ super lite transegerunt, ex Actis Curiæ saccos suos, quibus instrumenta litis continentur, repetere non possunt, nisi prius transactio ipsorum Arresto prædictæ Curiæ comprobata fuerit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 27. die Septembris, 1421.

Vide Tit. 3. huius libri Arrest. 6. 7 & 8.

VI.

Actuarius delegatus delegationis suæ instrumentũ a iudice signatum habere debet.

Actuarius ad aliquod negotium delegatus ipsemet delegationis suæ instrumentum conficere non potest: & necesse est, id ab alio exigi & expediri, atque à iudice signari, alioquin id quod agit, nullius est momenti. Eaque est opinio scilicet *l. iurisiurandi. C. de Testibus.* & Ioann. Andr. *in cap. quoniam contra falsam. de Probat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1461.

Desumptum ex Guid. Pap. *quæst.* 126. Idemque dictum fuit Arresto Senatus Neapolitani, vt testatur Math. de Afflict. *decis.* 317. Idemque tenet Franc. Aretin *Consil.* 31. *n.* 5. præter ea, quæ Molinæus citat in suis Annotatin. ad Alexandr. *Consil.* 213. *n.* 6. *lib.* 2.

VII.

Actuarius nihil collationis nomine exi-

Arresto quod datum 3. die Aprilis ann. 1507. Parisiis interdictum fuit Actuario Castelleti, ne aliquid exigeret à partibus pro collatione instrumentorum, nisi prius eius rei æstimatio à Præfecto Parisiensi vel eius Locumtenente facta fuerit, desumtum ex Lucio *lib. 6. Arr. 1. tit. 3. Arr. 12.*

Hodie aduersus determinationes Curiæ Iudices, vel quidã saltem eorum collationes faciunt, eas signãt & extraordinarium salarium eo nomine accipiunt, & Actuarii dimidiam partem. atq; ita in ipsorum Sedibus hoc Arrestum non obtinet. I. C.

VIII.

Delegatus ad expeditionem Actorum susceptorum à defuncto Actuario.

Arresto Parisiensi 30. Martii 1514. dictum fuit, eum, qui ius habeat à vidua cuiusdam Actuarii defuncti, posse signare & expedire acta excepta à prædicto defuncto, haud aliter ac prædictus ipsius prædecessor facere potuisset.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum VI.

I.

Actuarius ordinarii emolumentum literarum dimissoriarum percipit.

Actuarius ordinarii Iudicis emolumentum literarum dimissoriarum accipere debet, nõ Actuarius Præsidialium. Arrestum 7. Decembris 1565. Cochonio perorante.

II.

Inquisitor emolumẽtum instrumenti Inquisitionũ percipit.

Inquisitor inquisitionum instrumenti emolumentum percipit, & non etiam Actuarius. Ita iudicatum. 19. Februarii 1571. Pro Syluanecto.

III.

Iudices Actuarii esse nõ possũt, neque Actuarii Iudices.

Complurimis Arrestis stricte prohibitum fuit Iudicibus, ne Actuarii sint, neve ad id officium admoueantur. viceuersa Actuarius Iudicis officium exercere non potest. Illud quidem verum est, in re non contentiosa veluti mediis consensu partium aut Procuratorum conuentis, Actuarium instar Iudicis esse, cuius rei admonitus fuit D. Longuilletus. 7. Martii 1363.

IV.

Acta domanialia alienari possunt.

Acta sunt domanialia neque alienari possunt: at tamen iusta ex causa pro meritorum compensatione in fauorem alicuius, locari possunt, & ad dies vitæ tradi possunt, vt dictum fuit. 2. die Iulii. 1576. B.

V.

Actuarius Primicerius delegatos habere potest.

Actuarius Primicerius potest in aliis Iurisdictionibus subalternis, inferioribus & dependentibus alios delegare. Ita iudicatum Arresto pro Actuario in Electione Molinensi, Dauide pro ipso perorante 9. Ianuar. 1564. B.

VI.

Actuarius conductor à domino suo nihil accipit.

Actuarius, qui acta conduxit siue à Rege siue ab alio domino vsufructuario, nihil accipere seu exigere debet pro expeditionibus, in quibus Rex siue dominus partes sunt, idque ipsorum respectu. Ita iudicatum Arresto postrema April. 1566. in Maiore Camera aduersus Actuarium Sanctæ Menehaldis, appellante ab expunctione quarundam ærarum siue summarum de expensis & salariis, quorundam actorum traditorum pro Regina Scotiæ Regis vidua: atque adeo postulantem prædictas æras in Camera Ratiociniorũ prædictæ Dominæ sibi adscribi, scilicet cum æræ istæ expunctæ fuissent, inde appellauerat. Igitur in multam condemnatus fuit. B.

VII.

Actuarii aliæque personæ publicæ per incarcerationem cogi debent ad exhibendum.

Actuarii, Notarii & omnes personæ publicæ cogi possunt per corpus, vt vocant, id est, incarceratione restituere & repræsentare partibus inuentaria, aliaque acta communia: ad ipsorum postulationem facta. Arrestum 17. Ianuarii. 1564. Et vero hæres Actuarii cuiusdã condẽnatus post viginti annos ad exhibendum quædã acta iudicialia Arresto liberatus fuit 25. Iunii. 1582.

Iudi-

VIII.

Indicatum fuit Arrestis Curiæ Parlamenti Parisiensis. 27. Februarii. 1593. & 18. Maii 1604. Actuarium aduersus contractum venditionis immobilium restitui non posse, eo quod officium Actuarii faciat, vt pro maiore 25. annis habeatur: quandoquidem Actuarii personæ publicæ sunt, quæ partes ad instar Notariorum obligare possunt, & tantumdem potestatis, ac Notarii habēt, quodq; Arresto iudicatum fuisset, Notarios non posse se minores dicere.

Vide Arresta D. Louetii in *lit. G. Arresto* 9. & Annotationes D. Brodei.

TIT VII. DE OSTIARIIS Curiæ, viatoribus seu Executoribus, & Forma, seu Ordine, quem obseruare debent.

Vox *Sergent*, quæ Apparitorem significat, descendit ex Latino *Cæsariane*, qui sunt Officiales, Procuratores Cæsaris & Catholiciani dicuntur, in *l. penult. §. vlt. C. de Bonis Proscript.* Cuiac. in *l. 5. & l. 7. C. de iur. Fisci lib.* 10. Idem Basilicos eos dici notat in expositione *Nouel. 1. ad finem. B.*

ARRESTRM PRIMVM

Viatores legere & scribere nosse debent.

ARresto Parisiensi. 4 Octobris 1550. quo repetitum alterum simile Arrestum quod datum fuerat Maioribus diebus Ricodulensibus, anno 1546. interdictum fuit Iudicibus districtus illius, ne viatores seu executores admitterent, instituerent, nisi qui legere scirent & scribere: iniunctumque fuit ei, de quo agebatur, quique erat Apparitor Montpesseriensis, vt officium intra sex menses à se abdicaret, vel literas disceret, id est, legere & scribere: Domino Marillaco Aduocato Regio id postulante. Postea de ea re Constitutio emanauit.

II.

Viatores Clerici habitum clericalem gestare non debent, nec que cælibes esse.

Viator Clericus Tonsuratus non cōiugatus à iudice seculari cogi debet matrimonium contrahere, & vestem seu habitum mutare, atque viatoris habitum induere, & non etiam Clerici intra certum tempus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 11. Septembris. 1325: Quo Arresto dictum fuit, viatores Clericos cogendos matrimonium contrahere intra dies Purificationis proximos, atque habitum seu vestem Apparitoris induere; id omne scilicet, vt non obstante ipsorum priuilegio Clericali, Iudices seculares delinquentes eos punire possint.

Edictum quo ampliatus numerus Viatorum non nisi de Viatoribus Iurisdictionū Ordinariarum intelligendum est, non etiam de Viatoribus Selectorum, qui Regis negotiis intenti sunt & occupati. Ita iudicatum aduersus quendam Viatorem, decretumque à cæteris Viatoribus refundi oportere pretium ab ipso pro officio erogatum intercedentibus & appellantibus ob ipsius receptione. 15. Decembris 1572. At que subiacent & obnoxii sunt Edicto, quo suppressa fuerunt officia Viatorum supernumerariorum. Ita iudicatum 28. Nouembris. 1564. B. Extat Edictum Regis Henrici III mensis Ianuarii 1586. quod approbatum. 16. Iunii prædicto anno, quo potestas data viatoribus tam Balliuiatuum, Præfecturatuum, Aquarum & Syluarum, quam Electionū & Horreorum salis, exequendi per totum regnum omnis generis decreta seu mandata præstita ab ipsis pecuniæ quantitate iuxta aliud Edictum mense Maio. 1568 & Arrestum contrariū *Tit.* 27. Collectionis meæ *cap.* 151. I. C.

III.

Viatores non Regii non possunt exequi mandata Iudicum Regiorum.

Balliui & Seneschalli non possunt decreta sua aliis Viatoribus, quā Regiis exequenda tradere: & si alius quispiam manum huic rei admoueat, omnia irrita sunt. Et ita dictum fuit Arresto Parisiensi. 2. Iulii. 1523.

Desumptum ex Reboff ad Constitutiones *in tractatu de literarum obligat. art. 5. in Gloss. num.* 57. Aliud Arrestum 6. Martii 1572. quod allegat Choppinus *lib. 2. de Domanio Franciæ. tit. 7. num.* 3.

IV.

Viatores non Regii minus operæ suæ pretii ferunt quam Regii.

Ex constitutione Regis Francisci I. quæ publicata anno 1539. Viatores Regii in dies singulos viginti solidos Turonenses operæ suæ nomine ferunt. Et ita quoque antea Arresto 8. Septembr. 1471. iudicatum fuerat. Nihilominus prædicta Constitutio de aliis Viatoribus non Regiis non agit, quibus Iudices non tantum operæ suæ pretium statuere debent, verum minus iuxta ipsorum qualitatem & operam, Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano in quadam appellatione inter Syndicum Ecclesiæ Metropolitanæ S. Mauritii Viennensis, & Ioannem Palmarium Canonicum prædictæ Ecclesiæ appellantem à Iudice Viuariensi ab vna parte, & Syndicum pauperum Satillo censium appellatum ab altera parte. 10. die Octobris 1541. Maioribus diebus Nemausensibus.

Viatores exteri non capiunt intra districtum Capituli Carnotensis.

Viatores Regii vigore contractuum sub sigillo Regio celebratorum exequi non possunt intra districtum Decani Canonicorum, & Capituli Carnutensis, qui vtique vna cum Episcopo olim comites Carnutenses fuerunt ante pactum conuentum cum Carolo Valesio. 1306. Iudicatum ita 18. Ianuar. 1550. Cauchonio & Choppino perorantibus. B. Postea constitutione Caroli IX anno 1571. Salaria Regiorum aucta fuerunt vsque ad triginta solidos Turonenses diurnos tam pro ipsis quam pro ipsorum testibus. Verum quoniam taxatio hæc Salarii exigua est, existimo id intelligendum esse, quoties operam dant in loco domicilii sui, non etiam, cū ex loco domicilii sui prodeant, atque ad extera proficiscuntur, quo casu taxatio augeri potest, iuxta annonæ caritatem.

V.

Viatores seu executores gesta à se Notoria conficere debent.

Relatio seu Notoria eorum, quæ Ostiarii vel Viatores seu executores executi sunt in scripturam redigi oportet, eique, cui denuntiarunt quid, quem citarunt aut executi sunt, exemplar tradi debet, nudæ seu verbali relationi fidem non habendam. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 7. die Iulii 1549. & altero Arresto, quod datum 14. die Ianuarii 1551.

Desumptum ex Lucio lib 4. tit. 11. Arre. 8 & 9. Constitutio Rusinonēsis postea secuta est, quæ vult, executiones libellis comprehendi, & exemplar tradi sub pœna nullitatis, & expensarum citationis saluo regressu aduersus ipsum executorem. I. C.

VI.

Forma notarum relationum executoris.

Ostiarii notorias suas seu relationes conficere non debent ad speciem processuum verbalem, quos vocant: verum ad speciem simplicium relationū & executionum. Ita iudicatum fuit altero Arresto prædicti loci 21. die Martii 1449. Lucius *prædicto lib. Arr.* 7.

XIII.

Quæstio seu inquisitio quando ab executore fieri possit.

Die Lunæ 5. Aug. 1560. Arresto Parisiensi decretum fuit testes ab executione in quadam quæstione seu inquisitione examinatos, à proximo Iudice Regio examinandos: interdictumque executoribus, ne de cætero amplius vllas inquisitiones facerent & Amanuensibus Actorum, ne huius generis mandata ad ipsos dirigant, & Procuratoribus ne consentiāt, vt in hac causa factum fuerat. Mandatum super informando in criminali ad amplificandum valet, ad executorem directum, non etiam in ciuili.

VIII.

Executor improbatus ab eo, qui operæ eius vsus est.

Defunctus D. Marillacus Aduocatus Regius in Parlamento Parisiensi defendit, relatione in executoris nō informari sola improbatione partis negātis sese executorem rogasse, mandasse, vti exequeretur,

tur, & necessario requiri, vt improbans in crimen falsi inscribat: alioquin stari executioni, eumque in finem complurima Arresta allegabat. Hoc difficulter verum videri possit quandoquidem extant Arresta, quibus nudæ improbationes admissæ fuerunt, & pars, cuius interest, & aduersus quam executio facta fuit, aduersus executorem agens admissa. & executor aduersus improbantem. Lucius *præd. lib. Arr. vlt.*

IX.

Executores in quib. fides eis adhibeatur, eorúque notitia.

Executori in re, quæ ipsius officium spectat, fides ei habetur in eo quod executus est: sed si de vi & violentia aduersus ipsũ admissa agatur, vno teste præter eũ opus est: vt ait Iacob. Rebuff. *in l. prohibitum. in pr. & in additio. ad eundem ad verb. cognoscatur. Cod. de Iur. Fisci libr.* 10. Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano, anno. 1279.

Hodie in omni re duo testes requiruntur. *Vid. opp. brum tit. arre.* 3.

X.

Executor quãdo possit eũ, quẽ apprehẽdere vult, occidere.

Viatur seu executor mandatum habens rei alicuius comprehendendi corripiendi, si reus reluctetur, eum interficere potest: vt ait Bal. *in l. siue allegas in fin. Cod. ad l. Cornel. de Sicar.* & Ioan. Faber. *in l. si seruus. Cod. de his qui ad Eccl. confug.* Attamen executorem attendere seu videre oportet, ne in eo culpa eius aliqua vertatur, & vt, quod huiusce fecerit, id ex necessitate aduersus reum fecerit, puta quod is armis restiterit, neq; eum aliter quam mortuum capere potuerit. Alioquin his deficientib. executor eo nomine teneretur. *Auth. sed omnino versic. sed quæritur. C. ne vxor pro marito.* Et nisi reus resistat, debet executor in executione sua modestus esse & temperatus, siue ciuilis sit siue criminalis, neque iniuriose se gerere debet aduersus eum, quem interpellat, quin sese gerere debet decenter & honestè, iuxta ipsorum qualitatem & statum, neq; eos aut prouocare aut iniuria afficere: id enim si faciat, eo nomine punitur tam aduersus fiscum, quàm aduersus partem iniuria affectam, quæ actione iniuriarum realium aut verbalium, prout iniuria est, sibi prospicere & consulere debet, at nunc etiam appellare. *l. iniuriarum. ff. de Iniur.*

Forma agendi aduersus executorẽ, [illegible] exceptio admissa.

Et ita iudicatum fuit Arresto Catholicianutũ Parisiis, 28. Octobris. 1528. Et aduersus huiuscemodi actionem prædictus executor nullã exceptionem aliam habet, quàm si proponat & probet, reum occasionem præbuisse, dum reluctatur obedire & resistit. Nam si prædicta resistentia probetur, prædictus executor non tenebitur. *l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil.*

Huius Arresti meminit Imbertus *enit. lib* 2. *Inst. For. lat. in Commentario.* Vide insta *arest.* 2. *Tit. de Homicidiis*, quod desumtum ex Boer. *quæst.* 170 & Thoma Grammat. *decisio.* 41.

Pœna eorum, qui sese aduersus executores [illegible] officio suo fũ[illegible]

Pœna eorum, qui sese aduersus executores eriguot, officium suum exercentes, magna est, neque quia iniuria non ipsi executori fit, verum Regi, si Regius fit, & Iudici, cuius mandatum exequitur. Vt proinde facta Officiali Regio, rebellio siue iniuria ipsi Regi Maiestati vel in ipsius contemtũ facta videatur: & idem si fiat iniuria famulo, clerico & ciui, actio iniuriarum competit domino, Episcopo & ciuitati. *cap. ad Apostolicam.* & ibi Gloss. *de re iudic. n.* 6. Proinde qui executorem pulsauit, seu iniuria aliqua affecit, læsæ Maiestatis reus est, iuxta Constitutionem Henrici. VIII. *Tit. Qui sint rebelles in extrauag.* I. C.

XI.

Executor [illegible] obse[illegible] mã[illegible] iudi[illegible] carce[illegible] potest

Balliuius Amianensis viua voce cuidam nomine Tassardo du Bois seruo publico Amianensi, iubet, vt in carcerem contumacem quendam præsentem duceret. Seruus hic publicus dissimulat, & cum eũ in carcerem ducere deberet, eum domum se proripere finit, neque mandatum sibi exequitur, neque quicquam præterea agit. Prædictus Balliuius Tassardum seruum publicum capi facit, eumq; ob huiusmodi neglectum obsequium in carcerem conniciatur, à quo appellat ad Parlamentum Parisiense: ibi Arresto dictum fuit, eo quod mandatum ipsi iniunctum facilis executionis fuisset, atque obsequio suo defuisset, eum malè appellasse, remissusque fuit & cõdẽnatus in multã ordinatiã temerariæ appellationis, quantumlibet seruus ille publicus probasset comperta & agnita culpa sua, se prædictum reum in carcerem coniecisse.

Verum apparitor exequi teneatur mandatum verbale Iudicis sui.

Hoc videtur pugnare cum vulgata regula, quod nullus apparitor seu executor exequi possit vigore mandati verbalis Iudicis & in scriptutam non redacti. De quo vide quæ scripserunt Imbertus *in Instit. sua Forens. lib.* 1. *ca.* 1. & Mansacrius *tit. de citation. n.* 5. & 7 Id de causis ciuilib. intelligendum est, pro executionibus videlicet summarũ pecuniariarum, qua de re est Arrestum, quod refert Imbertus: verum cum de crimine agitur, Iudice sedente pro tribunali vel etiam reum in flagranti delicto reperiente, eoq; iubente apparitoribus suis & viatoribus, vt decretis suis non obedientes in carcerẽ trudant, vel etiam criminum reos, illico verbali eius mandato parendum est. I. C.

XII.

Executoresio Notoria sua exprimere debent & designata autorẽ & instigatorem incarcerationis.

Quotidie tam atroces inter litigantes calumniæ exoriuntur, vt, quoniã aperte proponi non possint atque ex ipsa lite educi, aliunde arcessantur, atque ita satis sit, dummodo pars aduersa vexetur, & in discrimen deducatur. Id quod sæpe compertum est tã malitiose agi, vt in vitam & delicta iuuentutis aduersarij inquisitio fieret, eaque in apertum producerẽtur, quinimo si fieri posset, etiam arcesseretur vetus quædam captura, seu corporis, quam vocant, prehẽsio, atque eam executioni tradi procurarent, ac ob rem quandam inueteratam & peremtam aliquem in carcerem trudi facerent, insciis iis, quos res contingit, & ad quos ea spectat. Ob has causas & propter consequentias, quas Curia inde emergere vidit, atque præiudicium, quod inde nascitur, Arresto Parisiensi. 10. Iulij 1546. omnibus seruis publicis, viatoribus & executoribus iniunctum fuit, vt notoriis seu relationibus suis in quibuscunque executionib. nominatim exprimerẽt, à quo seu per cuius manus mandatum acceperint, & nomen eius, qui ab ipsis postulauerint, seque vrserint & instigauerint ad executionem faciendam.

XIII.

Viatores extra Balliuiatum suum exequi nõ possũt.

Seruus publicus seu executor in vnico Balliuiatu admissus, in altero Balliuiatu & extra suum exequi nõ potest. Et hac ratione Arresto Parisiensi 26. Maij. 1521. iudicatum fuit, appellantem quendam in Curia anticipatũ, à viatore quodam alterius Balliuiatus non teneri se sistere ad citationem sibi factam à prædicto viatore, & pars litigans, quæ anticipauerat, in expensas condemnata fuit. Alij ita existimarunt partis citatæ nullum in hoc interesse verti, verum interesse tantum verti dominorum Regalium, seu eorum, qui iura Regis tuentur: Id quod durum visum est, vt priuatus nullitatẽ aduersus se commissam declarare efficere non possit, nisi ad alterius placitum, qui prout sibi videbitur, ea in re sese gesturus est.

Viator seu executor extra Balliuiatum suum iure non exequitur: excipiendus est tantum viator eques Castelleti. Vide. *l. nullum exceptor. C. de diuers. offic. & appar.* & *l.* 1. *C. de executor. lib.* 12. Extra dubium est, viatores Castelleti Præfecturæ Parisiensis fori præscriptionem habere in his, quæ spectant executionem mandatorum prædicti Præfecti: sed vtrum hoc priuilegium ad cæteras ipsorum causas extendatur, adhuc dubitatur.

XIV.

Executores pecũiã

Prima die Aprilis 1555. post peroratã causam pronuntiatum fuit Arrestũ, quo prohibitum fuit omnibus

quâ à debitorib. acceperint, seruare non debent.

bus executoribus, ne pecuniam, quam executionib. à se factis vigore Arresti sententiæ, aut executoriatû, chirographum acceperint, retineant, verum vt ilico eam tradant partibus à quibus mandatum acceperunt, & quorum nomine eam perceperunt, sub pœna interdictionis & priuationis officij, & multæ arbitrariæ, & omnium expensarum, damnorum & interesse.

Vide *artic.* 92. *Edicti Aurelianensis*, & Consuetudinem Bituricensem *Tit.* 2. *artic.* 26. 27. & 28.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VII.

ARRESTVM I.

Executores, vt testes ipsorû signent, procurare debent.

COmplurimis Arrestis, ac nominatim 22. Febru. 1577. iniunctum fuit executorib. vt testes suos signare curent, & delegatos seu Commissarios ac Iustitiæ depositarios: Item, ne amplius vna notoria seu inuentario bonorum custodiæ traditorum tradant. Neque pecuniam pro salario suo retinere possunt, saluo taxationis seu æstimationis per Iudicem iure. Arrestum 19. Decembr. 1580.

II.

Incarceratio citra scandalû fieri debet

Executores decretum aliquod incarcerationis exequentes etsi iustum sit, scandalum tamen euitare debêt: & vero executor quidam, qui Presbyterum à Missæ cantu adhuc veste sacerdotali amictum cum opprobrio ceperat & in carcerem detulerat, eo nomine conuentus in decem libras Parisienses Regi seu fisco condemnatus fuit, in octo libras parti simul & in expensas. Arresto vlt. Decembris 1563. Pariter executor in Balliuiatu Laudunensi, cum Presbyterum Curionem postridie Natalis Domini incarcerasset, iure conuentus declaratus fuit, & incarceratio iniqua iudicata, atque executor eo nomine conuentus in expensas, damna & interesse condemnatus 29. die Nouemb. 1584.

III.

Executor non Regi° munitus diplomate *Pareatis* non potest exequi

Notandum est, executorem non Regium munitum diplomate, quod vocant, *Pareatis*, posse in præiudicium viatorum Castelleti exequi. Ita iudicatû pro quodam Largicuttiano 26. Martij 1577. B.

Vide Collectionem meam *Tit.* 26. I.C.

IV.

Executores restituere debêt instrumenta & pecuniam acceptam,

Executor seu viator, qui instrumenta & pecuniá intra mensem non restituit, in duplum condemnatur & per capturam. Arrestum 23. Iulij 1571. Et vero hanc ad rem notandum est, executorem, qui salario accepto pollicitus fuerat se aliquam executionem facturum, intra annum eo non facto proprio & priuato suo nomine condemnatum fuisse ad summam præstandam, cumq; appellasset, dictum fuit, bene iudicatum fuisse, malè appellatum, atque in multam & expensas condemnatus fuit, decretumque Arresti executionem differendam vsque quo Pascha prę terlapsum fuerit. Iudicatum 13. Martij 1553. B.

V.

Captura ad nudam viatorum notoriam decerni nô debet.

In omnib. causis executorib. duob. testib. opus est secundû postremas Constitutiones. Et si de crimine quæratur, executori seu viatori fides non habetur, ac multo minus Iudex ad supplicē eius processum verbalem relationem seu notoriam capturam alicuius decernere debet: verum opus est, eam notoriam fulciri test.bus synodalibus, vt vocant, qui à Iudice repetiti fuerint, antequam decretum emittat, propter abusum qui inde emergere posset. Id quod prohibitum fuit Arresto ad postulationem D. Procuratoris Catholici 15. Decembris 1601. in Camera Parricidali, interdictumque iudici Maynio cæterisque districtus Parlamenti, ne capturam aliquam decernerent ad nudas notorias seu processus verbales executorum sub pœna nullitatis & omnium expensarum, damnorum & interesse proprio suo nomine. Chouartius pro appellante à captura eum iu mopum decreta perorabat. I.C.

VI.

Complurimis Arrestis Curiæ, quæ data pro Dominis merum imperium habentib. pariter vt articulo 18. Constitutionis Philippi Pulchri anno 1302, nullus viator Regius quicquam peragere debet in terris Prælatorum Baronû, vel aliorum Feudalium Regis, in quibus omnis generis iurisdictionem habent, supremam, mediam & infimam: nisi in casu districtus aliove quo ad Regem spectante, id est, mandatis & delegationibus Iudicum Regiorum. D. Ioannes Bacquetus eam in rem refert complurima Arresta *lib.* 5. *cap.* 26. Sed & ego ipse quoddam Arrestum plenè refero quod datum pro illustr. Francisco Cunacio, duorum Ordinum Equite, appellante à Balliuio Genabensi aduersus Philibertum Midorium & Corpus viatorum Genabensium appellatos, ad perorationem 20. Martij 1603. in Collectione mea *cap.* 153. Quinimo Iudices Regij non possunt, dum permittunt viatoribus Regiis exequi obligationes celebratas sub sigillo prædictorum Dominorum merum imperium habentium vel sententias Iudicum ipsorum addere, vt multi faciunt ad eneruandam iurisdictionem prædictorum dominorum *& in casum oppositionis, diem eis coram nobis dicimus, vt sese corā nobis sistant*: id quod Curia reformauit Arresto, quod datum pro Venerabilibus Thesaurario & Canonicis S. Capellæ Bituricensis dominis Baronibus Gracæensib. aduersus Locûtenentes D. Balliui Bituricensis in sede Regia Vxellodunensi, 7. Apr. 1601. quod extat plene in prædicta Collectione mea loco prædictû. I.C.

Viatores Regis quâdo exequi possint in istorum fabularij aut.

VII.

Nimis peruulgatum est inter Practicos, omnes executiones reales esse oportere & mobilia pignori capta cum effectu transferri seu loco moueri oportere, alioquin executionem non nisi imaginariâ esse, & primum, qui valide executus est, præferendû, prout notatur *in additione tractatus de Praconiis seu Subhastationibus* D. Magistri *cap.* 3. iudicatum fuisse Arresto 22. Ianuarij 1577. in tertia Camera Inquisitionum aduersus Girardum Ligolium Procuratorem in Maiori Consilio, id quod omnes viatores scire debent: itemque se non oportere vlla bona in custodiam tradere partibus ipsismet, quatum bona illi pignori capta sunt, neque earundem vxoribus, seruis aut domesticis. Ob hoc vitium seu ex hac culpa Petrus Paruus viator verbenatius in Castelleto Parisiê si, cum pignora cepisset, anno 1589. ad postulationem Gaucheri de l'Eschalle D. Dorouij Magistri libellorû absentis, eaq; mobilia vxori ipsius, simul & fratri aduocato in Parlamento domestico ipsius custodiæ tradidisset, posteaque prædicto Eschallio notoriam seu relationem tradidisset, atq; is Eschallius prædictam executionem perficere volens, cum côperisset prædictam coniugem & fratrem prædictum dominum Magistrum libellorum in Picardiam secessos bonaque transtulisse, prædictum viatorē côuenisset, quo scilicet condemnaretur proprio suo & priuato nomine ad solutioné, eo q perperā executus fuisset, seorētia Præfecti Parisiensis coodēnatus fuit à qua

Interdictû viatorib. ne pignora capta ipsismet dominis pignorum, aut eorû vxorib. vel domesticis custodiæ tradât.

Executiones reales esse oportet, pignoraque ipsa loco moueri.

à qua cum prædictus viator appellasset, Curia appellationem atq; id omne &c. in irritũ deduxit, partesque iudicio penitus liberauit, tuitebatur que acceptatione seu admissione notoriæ ab appellato facta, qui eam tribus mensibus seruasset, neque executionem perfici curasset: iusque reddendo super conclusionibus Procuratoris Catholici Curia interdixit omnibus ostiariis Curiæ & viatorib. ne pignora seu mobilia capta vxori eius, cuius absentis pignora capta sunt, vel seruis aliisq; domesticis custodiæ tradant: Alioquin conueniendos eos proprio & priuato nomine suo, & sub pœna expensarum omnium damnorum & interesse: verum vicinis fidis, qui q; soluendo essent, decreuitque Arrestum publicandũ in Castelleto Parisiensi die solenni seu iudiciali, quo imposterum legis vicem obtineat. 8. Febr. 1590.

TITVL. VIII. DE PROXENETIS.

ARRESTVM I.

Proxenetæ numero de finito deque eorũ prædibus.

PRoxenetæ in Repub. valde necessarij seu vtiles sunt, siue in venditionibus mercium, equorum, siue ad pecunias mutuas accipiendas: Verum non tot admittendi sunt, quot sese offerunt aut ingerũt. Et hac ratione Arresto Parisiensi 16. die April. 1370. decretum fuit, certum numerum eorum esse oportere, qui tum designatus fuit, qui videlicet admitteretur & adprobaretur à Commissariis seu Inspectoribus ad id deputatis, & antequam admitterentur, prædibus cauerent & laudatores darent, quod speciatim de mercatura pannorum decretum fuit.

Desumtum ex Lucio *lib. 6. tit. 17. Art. 12.* Proxenetæ nudi sunt & mediatores, qui rationes seu commentaria eorum quæ vendunt vel vendi procurant, conficere non tenentur, atque ideo immunes a iuramenti præstatione: alij vero præterea mercatores sunt, vt Parisiis Proxenetæ qui pecuniam accipiunt, sibique ipsis operæ suæ pretium persoluunt & reliquum mercatoribus restituunt: & hi iuramento adstringi possunt, vt sciant iuxta commentarium ab ipsis confectum quantum venierint. Arrestum 10. Maiij 1565. Cæterum nonnisi maiores 25 annis id ministerium exercere possunt. Iudicatum 5. Decembris 1579 aduersus iuuenem quendam proxenetam per mortem & resignationem patris prouisum seu admissum.

TITVL. IX. DE OPIFICIIS IVRATIS EXERCITIS A VIDUABUS POST MORTEM MARITORUM SUORUM.

ARRESTVM I.

Viduæ priuilegium defuncto rum maritorum fa. orum retineat.

IN exemplum certissimum honoris, quem mulieres à maritis suis mutuantur seu nanciscuntur, tã ipsis superstitibus, quàm post fata ipsorum, summopere notandum est Arrestum, quod datum Parisiis 19. Nouemb. 1427. inter Ioan. viduam Alani Pocquelini tonsoris & Chirurgi in ciuitate Parisiensi ab vna parte, & huius artis opifices iuratos ab altera parte, quo dictum fuit, eam per columellas seruos tonstrinam exercere, itemq; Chirurgiam per idoneos & expertos admissos & adprobatos à Commissariis seu deputatis Curiæ. Ex materia est seu hoc argumentũ *l. 1. C. de dignit. lib. 12.* & *l. fæminæ.* itemq; *l. vlt. D. de Senatorib.* Desumtum ex Lucio *l. 6. t. 17. art. 9.*

Vide de Tyrocinio & magisterio opificiorum Constitut. Aurelianensem *Artic. 99.*

TIT. X. DE ÆDIFICIIS DOMORUM, PONTIBUS, STAGNIS, &c.

Ad Maiorem & Scabinos pertinet cura ædificiorum publicorum, itinerũ, suggrũdiorum seu protectorum ad noui operis nunciationem, intercessionem & ad destruenda ea quæ contra ius vsurpantur, iuxta *... Neau ...* Hæc cura temporibus Aug. adsumpta fuit. & ... post incendium vrbis Neronianum.

ARRESTVM. I.

Arcem in fũdo ignobili absq; domini cõsensu excitare non licet

IN fundo ignobili dominus vtilis citra veniam domini sui subinarij & directi, domum munitam aut turrem excitare seu ædificare non potest, neque propugnacula aptare aut foramina emittendis seu explodendis tormentis bellicis: verum domum depressam muris & fossis cinctam, citra pontem versatilẽ & foramina tormentaria. Eaque est opinio Baldi *in l. fin. vers. sed ponè quẽdã in nobilis. C. de pact. int. emt. & vend.* & *l. opus nouum. supr.* & ibi Gloss. *ff. de operib. public.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi 22. Maij 1494. pro nobili Francisco Caumontio, Domino Barbegierensi, aduersus Marcialem Roquinum Sutorem, Dominum Pontpongeoni. Idem ... altero Arresto 17. April. 1535.

Desumtum ex Boetio *quæst. 320.* Choppinus *libro 3. de priuileg. Rusticor. part. 12. Art. 3.* duo contraria Arresta Parisiensia allegat, quibus permissum Vasallo aduersus voluntatem domini, domum suam turribus & fossis munire. Verum id intelligendum est moderate & cum permissione domini altioris merum imperium habentis: vt explicat idem Choppinus ad Consuetudinem Andegauensem *lib. 1. cap. 42. art. 15.* vel impetrato a Rege diplomate, vt Arresta ab ipso allegata aiunt, vt refert Charondas *lib. 9 Respons. cap. 21.* Imo vt huius Arresti nota, non tantum in fundo ignobili, verum etiam in fundo nobili non licere absq; venia dominį altioris merum imperium habentis munire domum suam turribus, ponte leuatili & fossis. Vide *Arr. huius tituli.*

Non licet domos nobiles absq; domini merum imperium habentis consensu munire.

Dominus altioris seu superioris Iarrean in Andegauensi Prouincia, in feudis suis inferiorem & mediam iurisdictionem tantum habens, tempore superiorum bellorum ciuilium, cum quandam domum suam propinquam arci Rupifortianæ, vt maximè sita esset intra iurisdictionem altiorem & mediam domini Brelei, Domini Castellani Milliacensis & prædictus D. Breleus dominus ipsius feudalis & Castellanus actionem aduersus ipsum intentasset, quo videlicet fossas expleret, obturaret, turres deijceret, tormentaria foramina & muros, causa ad Curiam deuoluta super appellatione a quadam incidenti & libello supplici in ea oblato ad causæ principalis euocationem, Curia audito Isaaco Arnaldo & Lancto viris clarissimis Aduocatis, itemque viro clarissimo Mariono pro domino Procuratore Catholico, dominum superioris & inferioris Iarreau ab effectu & approbatione diplomatis ab ipso Rege impetrati depulsit, eumque condemnauit vt fortalitiũ ab ipso excitatũ in Castellania domini Brelei, & absq; ipsius cõsensu, vt de more requiritur, solo æquaret & sterneret: ac nihilominus decreuit iustis quibusdã de causis, executionem Arresti differendam, vsque quo Rupifortium & Armorica seu minor Britannia ad obsequium redirent, Prima die perorationum post festum S. Martini 1597. Prædictus dominus de Iarrean, præter prædictum diploma Regium mandatum impetrauerat à D. Plesseo Mornæo, & approbationem Rupiporij Rectoris seu Præsidis prouinciæ Andegauensis. I.C.

II.

Qui viuarium excitat, fundũ alienum vsurpare potest.

In compluribus locis mos hic adseruatur, vt stagnum seu viuariũ fieri possit, quo scilicet fundus etiã alienus comprehendatur, dato inuicem fundo alio: & satis est, vt agger extructus sit in ædificantis solo, atque huiuscemodi operæ plus emolumenti percipiat, quam ij, ad quos fundi submersi pertinent, damni percipiunt, arg. *§. sed etiam insti. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* & *§ cum fun. de rer. diuisio.* Id quod dominus directus qui reditum habet, in fundis illis submersis impedire non potest, dummodo construẽs, eos in se & viuarium suũ recipiat, secundum ipsius modum, atque ita directum dominum indemnem præstet. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 27. Nouem. 1460.

III.

Post excitatum seu ędificatum pontem S. Mi-

Pontes ad aliû specta re pollûr, & aqua ipsa ad al.um.

chaelis Parisiis, Religiosi, Abbas & conuentus S. Germani de Pratis intendebant, sibi domos supra prædictum pontem excitatas seu extructas adiudicari oportere, velut sibi acquisitas ex eo, quod dominium summum, medium & infimum fluminis Sequanæ à paruo ponte eo vsq; & vlterius & latitudo vnius lanceæ ab vtraq; parte fluminis vnà cum iure piscandi, aucupij aliisq; iuribus ad ipsos spectare: cū ædificata & sata solo cedant. *§. cum quis. Inst. de Rer. diuis.* & *l. 3. §. Labeo. ff. vti possid.* Rex è contrario dicebat, eos verisimilia dicturos, postulaturos, si Religiosi suis expensis prædictū pontem excitassent, *l. si locus. §. cum via publica vel fluminis impetu. ff. quemad. ser. amitt.* Atqui cū Rex prædictū pontem excitari curauerit, domos ad ipsum quoq; spectare, & ius pontis, citra vllum impedimentum iuris Religiosorum in aqua, seu sa[...] Religiosis iure in aqua ipsa intra districtū seu modū ad eos pertinentem. *l. Lucius Titius in pr. D. de euictio.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1394. pro Dn. Procuratore Catholico Regio, iuncto ipsi Ioanne Pelleo.

Vndecima Decembris 1584. iudicatum fuit, satis esse & sufficere, vt quis priuatus super ripam fluminis vel in loco publico ædificare possit, vt veniam a Iudice, causa cognita, impetrates, neque necesse esse, diploma Principis impetrare. B.

TIT. XI. DE DAMNO INFECTO, seu ruinâ domus vicinæ præuisa.

ARRESTVM I.

Actio dāni infecti aduersus vnū ex sociis intentari potest.

Michael Clericus Ioannem Henricum iudicio conuenit, & aduersus ipsum intendit, prædictum Henricum domum habere suæ vicinam, quæ ruinā minetur, neque id euenire posse citra periculum & ruinā domus prædicti Clerici: eoq; concludebat, vt cogeretur domum suam in eo statu constituere, vt tam ipsa, quàm domus prædicti actoris securæ esse possent. Prædictus Henricus excipit, domū ad se non spectare, nisi pro quarta tantum parte, & vxorem in ea quartā partem habere, duos alios vero dimidiam: ac proinde, quod quartam partem suam attinet, paratū se esse, id facere, quod actor peteret, de cætero sese non debere, *l. ead. §. Cato in fin. ff de verb. obl. l. Prætoria. ff. de prat. stipulat.* & *l. stipulatio. §. quæsitum. ff. de nou. oper. nunciat.* Actor regerit, instaurationem quam petat, si pro quarta tantum parte fiat, vt aduersarius offerat, nihil prodesse, & huiuscemodi res, nisi perfectè & absolutè perficiantur, nequicquam prodesse, ac præterea rem istam celeritatem requirere & fauorabilem esse, ne vrbs ruinis deformetur. *l. a. §. si quis à Principe.* & *l. fi. ff. Ne quid in loc. publ.* & *l. 1. C. de ædific. priuat.* Tardum fore, si omnes & singuli domini domus conueniendi & requirendi essent, *l. si vt proponis. C. de ædific. priuat.* & quanquam singuli pro rata teneantur, nihilominus executionem insolidum fieri oportere. *l. plures. ff. de damno. inf.* Præfectus Parisiēsis prædictum Henricum condemnat saluo ei regressus iure aduersus socios suos. Ab eo appellat ad Curiam, vbi Arresto dictum benè iudicatum, malè appellatum, anno 1388.

TIT. XII. DE SALARIIS, TAXIS seu æstimationibus, mercedibus & stipendiis.

ARRESTVM. I.

Presbyter admissus ad salariū pro Missa petendum.

Vndecima Iulij 1531. Boemno & Batioto Aduocatis perorantib. ex tempore iudicatū fuit, Presbyterum admittendū ad petendum ministerij sui salarium seu operæ suæ pretium in celebranda Missa: idque tantum aduersus Lucum, & coram iudice Laico: nam etsi attenta huius sancti Sacramenti maiestate, nihil pro eius celebratione exigi debeat, nihilominus æquum non est, vt Presbyter ei rei suis expensis incumbat, non magis, quàm miles stipendiis suis militet. *can. precaria. 10. quæst. 22.* Attamen status Sacerdotalis & honestas Christiana quodammodo refragari videtur, adeo vt Presbyter, si eo facile care[...]ilit, atq; aliunde sese exhibere queat melius fe[...]t, si in ea re iniuriam potius patiatur, quàm litiget. Ita ait Lucius 1. omnium Arresto.

Vide 1. 2. 3. &c. Arrestum *Tit. 1 de Rebus sacris* & *Tit. 3 eiusdem lib. 1. Arr. 7.* quæque ibi notaui I. C.

II.

Aduocatis & Procuratori Regio pro expeditione, salarium assignari non debere.

Cum Ballinius Amboisiæ, Aduocatis, & Procuratori Regio, ob operam litis criminalis ex officio suo datam, honorarium in priuatum litigatorem æstimasset, decreuissetque summam ita taxatam seu æstimatam, non obstante seu posthabita omni prouocatione, dictum fuit Arresto 26. Aug. 1530. male seu perperam taxatū & decretū fuisse, vetitumq; ne tale quid vnquam admitteretur. Lucius li. 6, ti. 6. Arr. 1.

Salarium Aduocatorum.

Hodie contrarium obseruatur iuxta Edictum Amboisiense. 1554. art. 19 Id quod Aurelianensis & Molinensis Constitutiones prohibuerunt. I. C. Salaria Iudicibus & Aduocatis debens constitui. *l. laudabile. C. de aduoc. diuers. iudicum.* Romæ è publico salaria accipiebant, id Quod Nero prohibuit, decreuitque eos à litigatoribus salaria accipere posse. *Suet. in Nero. c. 17* I. C.

Stipendia dominorum Curialium.

Honoraria & stipendia Dominorum Curialium Edicto Regis Francisci I. super salinis, gabellis & horreis salis huius regni assignati sunt, Plin *lib. 31. cap. 6.* ait, Salaria per similitudinem a sale dicta, sine quo nihil potest seruari eduliorum, & sine stipendiis officium nemo facit. Neq; tantum prædictorum dominorum Curialium stipendia, verum etiam supremarum quatuor Curiarum, Parlamenti, Cameræ Ratiociniorum, Maioris Consilii, & Curiæ subsidiorum, & pro ipsis per horrea districtus Parlamenti Parisiensis. 28. solidi in singulos modios exiguntur, id quod etiam reseruatum generali elocatione facta Mosileto, cui cognomen Montalbano anno 1605. I. C.

III.

Viatores gratis admittendi sunt.

Vigesima quinta Ianuarii 1422. Arresto Parisiensi iudicatum fuit, Præfectum Parisiensem vel ipsius Locumtenentem nihil exigere debere ob admissum & iuramento approbatum viatorem Regiū, Actuarium vero pro actis super eo confectis nonnisi quatuor solidos Parisienses exacturum, & Sigillatorem seu Signatorem, qui sigillum apponit, totidem. Idēque pariter dictum fuit mense Maio sequente. Desumtū ex Lucio *l. 6. ti. 3. Arr. 7.* Id tamē nō obseruatur.

IV.

Determinatio feudi per sigillatore Castelleti.

Sigillator in Castelleto reprehēsus fuit, quod singularum auctionalium autoritatum nomine duos solidos Parisienses pro singulis paginis, quas rollas vocant, exigeret, totidemq; in singulas creditorum intercessiones, siue addictionem præcessissent, siue eam essent insecutæ. Sigillator sese defendebat, atque aiebat, id ita ab omni æuo agitatum & obseruatum fuisse. Arresto 15. Decemb. 1522. dictum fuit, in singulas actionum autoritates, etsi mille paginas implerent, eum non vltra duos solidos exigere debere: in singulas vero intercessiones ab ipso in Regesta seu acta relatas post prædictā addictionē (quoniam scilicet coram eo peraguntur) totidem. Iniūctumque fuit prædicto sigillatori, vt in statione sua assiduus maneret, à septima matutina ad vndecimā

vſque, & à ſecunda pomeridiana ad quintam vſque. deſumtum ex Lucio *prædicto lib & tit. Arreſt.* 14.

V.

Conſules, Syndici, Procuratores & Delegati Prouinciæ alicuius vel Ciuitatis, Tutores vel Curatores, Commiſſarij, Adminiſtratores & his ſimiles expenſas, quas fecerunt in officij ſui exercitio, recuperare debent, at non etiam operæ ſuæ pretium, niſi aliorum opera ad id vſi ſint, vel niſi tales ſint qui aliunde ſeſe ſuamq; familiam exhibere non poſſint, quá accepto operæ ſuæ pretio & ſalario, vt plené notat Bart. *in l. placet. C. de SS. Eccl.* & *in l. Reſcripto* §. *fin. ff de Mun. & honor.* Et ita iudicatum fuit pro ſolis expenſis & ſalarij excluſione. Arreſto Gratianopolitano, anno 1454. Quod ad ſalarium Tutorum pertinet, vide infra. *Arreſt. 12. tit. de tutoribus & curator. l. 15. tit. 5.*

Quinã Adminiſtratores ſalariũ non accipiant.

GuidoPap. Quæſt. 68. 1C.

VI.

Eadem eſt ratio teſtis, qui operam ſuam vendere ſeu venalem habere non debet *c. non ſané* 14. q. 5. Verum ſumtus tantum ferre debet *l. quoniam libert. C. de teſtibus*. Nihilominus ſi opifex, operator, vinitor, artifex aut alius ſit, qui manib. victum quærat, præter ſumtus operæ pretium eis præberi oportet, quia officium his non debet eſſe damnoſum: *l. ſed & ſi quis D. quemad. teſta. aperia.* Et ita in hoc Regno obtinet, atque in Curia ita obſeruatur.

Teſtis operæ ſuæ pretiũ ao ferat, & quos ſuetus

VII.

Antea ſeu antiquitus ſexaginta ſolidi Aduocato pro ſingulis cauſarũ actionibus, Procuratori 40. ſolidi decreti fuerunt, iuxta Arreſtum ſuper hoc datũ. Nihilominus auctum poſtea honorarium Aduocati fuit, & coronato definitũ, Procuratoris vero quinque ſolidis Pariſienſibus æſtimatum, altero Arreſto, quod datum poſtea Pariſiis. *Luc. lib. 5. tit 1. Arr. 6.*

Aduocatorum & Procuratorũ honorariũ in Curia.

VIII.

Procurator poſt biennium ad petendum ſalariũ ſuum à litigatore, cui operam dedit, non admittitur: ac præterea tenetur commentarium ſeu rationes cõficere, atque ea ſcripto annotare, quæ accepit à prædicto litigatore, vt ita ſciatur, quidnam de iure ei adhuc præſtandum ſit: & niſi hoc fecerit, quamlibet non integrum ſalarium acceperit, idque iureiurãdo adfirmare paratus ſit, nihil omnino petere poteſt. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, quod pronũtiatum patente velo, per D. Præſidem Sant-Andream num. 1. die Februarij 1570. idque iuxta Conſtitutionem Ludouici XII. anno 1512.

Procuratores intra biennium ſalarium ſuũ poſtulare debẽt, itẽque ſcripto annotare id quod acceperint.

Iudicatum aduerſus quendam, cui nomen Philippo Tannierio, Procuratorem Carnutenſem, idipſum quoque iudicatum in Curia Catholicianorum 29 Iul. 1575. aduerſus Procuratorem quendam Selectorum Pariſienſium.

IX.

Ciuis quidam Gratianopolitanus in vineas ſuas complures operarios operatum mittit, iiſq; pollicetur, ſe tantundem ipſis pro diurnis operis ſoluturũ, quantum cæteri ciues Gratianopolitani vinitoribus ſuis ſoluturi eſſent. Poſtea reperiuntur nonnulli in diem quindecim denarios dediſſe, alii octodecim, nonnulli etiam viginti. Dominus quindecim offert. Iudicatum fuit pro quindecim Gratianopoli, per text. expreſſum *in l. qui concubinam §. cum ita. D. de le. 3.* deſumtum ex Deciſio. Guido. Papæ.

Vinitores ſalariũ ferant, quantum minimũ alii.

X.

Vinitores mercede conducti ad operas diurnas à ſole oriente ad ſolis occaſum aſſidue operari debent: alioquin ſalarium ipſis promiſſum ſolui non debet, iuxta ea, quæ not. Bald. *in rubr. de Oper. libert.* Ioan. de Imol. & Alex. *in l. ſtipulatione. de Verb. Oblig.* & *in l. mora. ff. de Fer.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi anno 1391.

Opera diurna vinitoris.

Vide Conſuetudinem Bituricenſem, quæ præſcribit horam, qua vinitores operæ initium facere debent, & finem facere, diurnas operas aliis præſtentes.

XI.

Iudicia de Salariis vſque ad 25. libras Turonenſes executioni tradi debent, non obſtante appellatione, quãtum ad id, quod ſalarium ſpectat: alioquin ſi quædam alia res aut materia non priuilegiata immixta ſit, hoc reſpectu appellationi deferendum eſt, ſeu appellatio admittenda eſt. Veluti ſi ſeruus domino ſuo aliquid mutuo vel commodato dederit, depoſuerit, remve aliquam fideiuſsus commiſerit, vel ſi ab eo iniuria affectus fuerit, vel ancilla deuirginata & impregnata, vt oporteat eam aut dotare aut ducere. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi 7. Martij, anno 1529.

Quædam ſententiæ de ſalariis executioni ſint nõ obſtante appellatione

XII.

Aegrotus ab officij ſui exercitio excuſatur, neq; ideo minus ſalarium ſuum pro rata eius temporis, quo ægrotauit, ferre ſeu accipere debet *a*. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi 15. Iunij. 1419. & altero Arreſto 22. Septembr. anno 1483.

Ob morbũ excuſatus ſalariũ ſuum accipit

Deſumtum ex D. Lucio, *tit. de Curia conſcriptis. Arreſt.* 12. & 13. *lib.* 4. vbi vltimum Arreſtum allegatur de die 9. Kal. Octobr. 1488. Charondas *lib. 9. Reſponſor. cap.* 24. allegat aliud quoddam 26. Maij 1556. quod datum pro quodam mercede conducto ſeu mercenario. Eaque eſt opinio Gloſſæ *in l. arboribus §. de illo ff. de vſufr.* aduerſus Bartol. *in l. operas ff de vſufr. legat.* Vide Deciſionem Capellæ Tholoſanæ, *qua l.* 150 & Aufrc. *ad quæſt.* 068. Ant. Capyc. *deciſ.* 123. T.

a Iouia *l. cum heres §. Stichum ſi heres. D. de Statu liber. l. vlt. §. penult. ff. Ad l. Rhod. de iactu. & l. qui operas ff. locati.* & ibi Bartol. aliaſque quas refert D. Maynardus, qui hanc quæſtionem tractauit *lib.* 3. *cap.* 13. *Quæſtio. ſuar.* & ait, ita iudicatum fuiſſe in Parlamento Tholoſano pro quodam mercenario. Idem de Doctore & Profeſſore publico, & Medico ſalario conducto iudicandum, non tantũ, cum morbo detinentur, verum etiam, quando propter contagionem ſeu peſtem aut bella aliaque impedimenta profiteri non poſſunt, vel ægrotos ſuos inuiſere, idque plene tractatum per Franciſcum de Ripa *in tract. de Peſte à nu.* 112. Facit *l.* 1. 4. *Diuus* & ibi Bartol. *D. de variis & extraord. cognit.* & ita conſuluit Decius *Conſilio* 70 I.C.

Excuſatio propter bella.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum XII.

I.

QVæſtores ſalaria Officiariis vltro ſoluere debẽt, neque pati, vt ea iudicio à ſe poſcantur, condẽnatuſque fuit Quæſtor Dardrenſis ad ſoluenda ſalaria quadriennij Procuratori Regio prædicti loci, Arreſto 20. Decemb. 1563. B.

Quæſtores ſalaria officiariis vltro ſoluere debẽt

II.

Etſi conſtitutione & conſuetudine mercenarius, operatius poſt 6. menſes à ſalario ſuo petendo excludatur: hoc tamen in ruſticis locum habere non videtur, ſed magis in vrbanis: Et vero Arreſto 4. Feb. 1583. Colonus quidam partiarius ab hac exceptione depulſus fuit, à prædictæ, inquam, Conſtitutionis præſcriptione aduerſus miſellum quendam operarium cuius operas conduxerat.

Præſcriptio aduerſus petitionẽ ſalarii operariorũ de ruſticis intelligenda non eſt.

Vide. Arrestum vltimum *Tit. de Præscript.* & Maynard. *in Quæstio. suis lib. 6. cap. 78.* I C.

III.

Quando Procurator retentione salarij sui commode vti possit.

Procurator, qui expensas æstimatas pro cliente suo accepit, vel quid aliud ipsius nomine, retentione vti potest, sibiq; soluere id quod sibi debetur salarij nomine, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 23. Nouembris, anno 1543. per *l. si non sortem §. si centum D. de Condictio. indebiti.* Ioan. Faber. *in Enchiridio suo ad l. vnicam. C. Etiam ab Chirogra. cautio. pignus retiner. pos.* ait valdè ad rem, si quid mihi debeas, atque in manus meas deueniat vel delabatur res, quæ tibi debebatur, vel quæ ad te spectabat, eam me retinere posse, dummodo tu in mora sis mihi satisfaciendi, idque à te petiero, neque quicquam mihi obtuleris, id quod huic Arresto valde conuenit: addatur & fauor Procuratoris, qui sollicitauit, procurauit, & laborauit pro te, qui eius opera impetrasti id, cuius nomine ei satisfacere debes, nempe expensas, in quibus tacitam quandam hypothecam habet, atque ita ius retentionis.

IV.

De Procuratore, per obreptionem quid accepit.

Procurator quidam nomine la Riuiere, qui sub falsa notoria seu ementito obtentu. 20. Coronatos exsculpserat, ad eorum restitutionem pœna carceris condemnatus fuit, ac præterea in multam 10. librarum Parisiensium, atque in sexennium officio interdictus 22. Decembr. 1453. Cæterum Iudices aliiue Officiarij non possunt vllos salariorum suorum nomine sibi obligare, verum ea ab his, ad quos ea res pertinet, æstimari curare debent. Ita iudicatum in Camera Particidali. 2. Septembris. 1564. vbi huiusmodi cautiones seu obligationes irritatæ fuerunt. B.

Iudices ob possunt sibi alios obligare pro salariis suis.

LIBER SEPTIMVS.

TITVLVS PRIMVS, DE IVRE ET STATV HOMINVM.

Vide supra *Tit. de Receptione & Dignitate,* & infra *Tit. de Rescriptis moratoriis.*

ARRESTVM PRIMVM.

Filiusfamilias quando patris autoritate egeat, quá do non.

PER *l. non solum §. necessitate. C. de Bon. qualiber.* filiusfamilias agendo aut excipiendo absque patris sui autoritate procedere non potest, resque omnino nulla est. Bartol. *in l. fin. §. 1. ff. de Verb. oblig.* amplius seu prætereà ait: Filium familias minorem 25. annis pro re, quæ patrem non contingit, litigantem, non posse absque curatore in iudicio se sistere, etsi pater autoritatem præstiterit: verum in re, in qua patris interest, autoritatem patris sufficere sine curatore. Hodie stilo & obseruantia generali in patria iuris scripti, si filiusfamilias maior sit, patris autoritas non attenditur, & absque ea iure procedere potest: & si minor sit, atque de re ipsi peculiari agatur, in qua patris interesse non vertitur, con curatore ad eam rem ipsi dato procedit, renuente patre autoritatem præstare: At si patris intersit, isque autoritatē præstare recuset, officio Iudicis ad id faciendum cogitur, & vbi pater autoritatem præstat, curatore opus non est: Ita dictum fuit complurimis Arrestis Gratianopolitanis anno 1456. & aliis deinceps.

Desumptum ex decisione 54. Guido Pap. I.C.

II.

Idem.

Iuris dispositione filius familias non emancipatus, in iudicio stare non potest, autoritate patris non munitus. Not. Bartol. *in l. Diuus. ff. de Testamentis.* Nihilominus si maior sit, non ideo processum nullum aduersum se allegare potest. Ita iudicatum in actione personali Arresto Gratianopolitano. 3. Apr. 1460.

III.

Filius patrē incarceratum liberare tenetur.

Filius liberationem *a* patris sui ob debitum ciuile vel criminale carcere detenti procurare tenetur. Et si ex ratione *l. curatores & l. seq. Prætor § filium. ff. de Adm. tut. ad Cuipert.* soluere nolit, vt minimum cauere seu fideiubere debet. *Auth. vt cum de appellatione cognoscitur. §. causas,* ibi: *Si quemlibet de prædictis.* Id si nō faciat, filius ingratus iudicatur per text. *prædicta Auth.* Ex eo nonnulli inferre voluerunt, subditum, qui quatuor casibus adstringitur, teneri iuuare dominum suum carcere detentum propter crimen aut debitum aliquod ciuile, si non habeat, vnde satisfaciat. Sanior opinio fuit, cum dominum suum iuuare teneri, cū captiuus est, aliter quam per iustitiam, & iniustè, si dominus pauper sit & subditus opulentus. *cap. 1. §. item & qui delator,* ibi: *cum potuerit. Quæ fuer. prim. caus. benef. amitt.* Verum pro debito & multa non teneri. *l. qui proprio nomine. §. Procurator. versic. item contra ibi Pœnam. ff. de Procurator.* & *l. si communis familia ff. de Noxal. actio.* verum tantum pro redemtione domini sui capti ab hostibus legitimo Regis sui bello, & non aliter. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi aduersus Dominum Gymelium pro subditis ipsius prædicti loci, quod memorat D. Boerius *decis. 128. n. 8.* Vnde *b* colligi potest, bello ciuili nupero Dominos, qui partium aduersarum Regi fuerunt, captos non posse aduersus subditos suos pro adiuuanda redemtione sua ius aliquod prætendere, quoniā prædicta bella legitima non fuerunt.

Pro domino capto quādo subditi ipsius pretium redemtionis soluere cogantur.

a Hac de causa, etsi doarium consuetudinarium propria sit liberorum hereditas, quæ à patre, matre & liberis alienari non potest Curia, vxorem & liberos, quamuis minores, huic doario renuntiantes admisit, vt videlicet prædictæ possessiones doario isti obnoxiæ venderentur, pro liberando marito & patre incarcerato in carcere palatij pro crimine homicidii, fauore patris redimendi. Arresto solenni, quod pronuntiatum tempore Paschali. 18. April. 1571. à Domino primo Præside Thuano. vid. *Nouel. 115 & Auth. si captiui. Cod. de Episco. & Cler.* Glos. *in cap. 1. d. fin. 30. l. 2. Cod. de Patrib. qui fil. distrax.* Charond. *li. 4. cap. 26. & 16 cap. 28.* I.C.

b Aduersus consequentiam, quam D. Paponius ex hoc Arresto deducit, desumto ex decisionib. D. Boerij, iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum habitorum Lugduni, anno 1596. 22. die mensis Octobris, quod datum pro Domino Ioanne Rupano, Barone Sabazacensi aduersus incolas prædicti loci Sabazacensis, qui condemnati fuerant sententia Senescballi Aruernensis, vel ipsius Locum tenentis Rigodoli ad soluendum redemtionis pretium, quod ipse, cum partium aduersa-

uersarum esset, ab iis, qui partes Regis tuebantur, bello captiuus factus, soluere coactus fuerat: Curia appellationem in irritum deduxit citra multam, decreuitque id a quo appellatum esset, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, appellantes in expensas causæ appellationis condemnauit, & solutionem redemtionis ita faciendam, vt per singulos focos 30. solidi soluerentur iuxta consuetudinem Aruerniæ. Beroaldus pro appellantib. adserebat, eos non versari in casu Consuetudine expresso, vt pote quæ nominatim agat de domino captiuo apud hostes, id quod de bellis ciuilibus intelligi non posset: verum de iusto bello & licito indicto à Principe, belloque aperto, & denunciato à Supremo Domino hosti peregrino, atqui eos, qui appellatum captiuum cepissent, latrones & prædones fuisse, qui sese in arcem Montpensoriam recepissent, sine vlla approbatione absque duce, cum iam Dominus Dux Maynius Regi sese submisisset, alioquin hac ratione rimam seu fenestram aperiri Nobilibus Prouinciarum, in quib. similes sunt consuetudines per collusionem captiuitatem suam procurandi, atque ita subditos suos perdendi. Dominus Seguierus pro Rege sententiæ adhæsit. I.C.

IV.

Vsusfr. paternus in Francia nullus.

Generali huiusce Regni obseruantia pater in bonis aduentitiis filii sui vsumfructum non *a* habet: videndum est in eam rem Arrestum solenne *Tit. de Tutorib.* Id à iure patriæ *b* potestatis dependet, quæ vnque in hoc Regno non obtinet, vt ait Glos. §. 1. *Inst. de Patr. Potesta.* Et inde Alexand. de Imol. *ad l. Placet. ff. de Acquir. hered.* scripsit & tenuit, in Francia patrem in bonis aduentitiis liberorum suorum ius vsusfructus non habere. Chassanæus *in Commentariis suis ad Consuetud Burgundiæ. Tit. de Liberis ex pluribus lectis, id est, ex diuerso matrimonio susceptis*, ait, in regione Consuetudinaria contrarium iudicatum fuisse, Arresto Parisiensi, Imbertus *in Enchiridio suo* ait: inter quosdã Rupellanos hoc ipsum iudicatum fuisse, puta, patrẽ ius vsusfr. habere in bonis aduentitiis filij ipsius, & ad ipsum delatis ex successione matris, etsi pater ad ad secundas nuptias conuolasset, in Prouinciis, quæ Iure Romano reguntur, huiusmodi vsusfructus in vsu certo non est, vt in prædictis Prouinciis Consuetudinariis.

Patria potestas qualis in Francia.

a Contrarium obseruabatur in districtu seu diœcesi Parlamenti Tholosani, vt refert D. Maynard. *lib. 2. cap. 7. Quæst.* I.C.

b de Patria Potestate & autoritate vide Alcia. 2. *dispunctio.* & Phil Bugnyonium *in nouo suo tractatu de legib abrogatis*, Glos *in verb.* Romanorum § *fin. Inst. de Patr. Potest.* Bartol. *in cap. 1. de duob. fratr. & in l. qui testamento C. de Probat. & tractatum* D. Petri Ærodii Locumtenentis criminalis Andegauensis, quem ex ea occasione composuit, quod Filius ipsius primogenitus ad societatem Iesuitarum sese contulisset, vbi etiam hæsit.

V.

Vsusfr. patris in bona filii.

Mater quædam maritum suum heredem instituit ea lege, vt hereditatem filio suo restituat, cum ad ætatem 25. annorum peruenerit. Maritus ad secundas nuptias conuolat adscita vxore iuuene, & priuigno huic infestissima. Is, cum ad 25. annos peruenisset, hanc restitutionem postulat. Pater quidem assentitur: verum sibi retinere intendit vsumfructum tertiæ partis, quæ filij legitima est in bonis matris, quæ vtique non potuerit huiuscemodi institutione patrem prædicto vsufructu priuare, quæ ipsi debetur ex lege. Quæ opinio fuit Bartoli *in Auth. excipitur. C. de Bonis quæ liber.* per text. *Vt lice. matr.* Alex. *in l. cũ. ex filio. in fin. ff. de Vulg. & pupilla. substit.* nisi fortè pater prodigus esset suaque bona lapidaret. Nam hoc casu totum amittit. *L. Imperator. ff. ad Trebell.* filius reluctatur & ait, sibi omnia restituenda, non retento vsufructu prædictæ legitimæ suæ: vt tenet Gloss. *in d. Auth. vt lice. matr. & auth. in pri.* & Baldus *in l. firm. in fin. ff. Famil. ercisc.* ac nominari natiuitatis secundo matrimonio, & inspecta mala tractatione filio facta per *l. cum oportet, Cod. de Bon quæ liber.* Hæc controuersia in Parlamento Burdegalensi, & in Maiore Camera dubia visa fuit, postea que æquas sententias tulit, & rursum in Camera Libellatiorum retractata iterum pares sententias tulit, tandem cõclusum fuit, & datum Arrestum pro opinione Bartoli, in fauorem patris, aduersus opinionem Glossæ. 3. Augusti. 1525.

VI.

Filiusfam. cœ patre sciente possessionem sibi non acquirit.

Liberi sæpe cum patre, sæpe absque patre fundos ad patrem vel matrem suam spectantes excolunt si oe colunt, fructusque sibi capiunt suisque fruuntur, haud aliter ac si fundi ad eos spectarent: post mortem patris & matris hac possessione in quadam causa sese tueri volebant. Arresto Burdegalensi, penult. Nouembr. 1531. causa ceciderunt, eo quod quicquid egissent id nõ possessionẽ induceret, verũ obsequio patri & matri seu ministerium ipsorum nomine, & iure familiaritatis exhibuissent: *l. quæsitum familiaritatis. ff. de Acquir. poss. & l. & habet. §. 1. de Precar. l. ob maritorum. Cod. Ne vxor pro marit.*

VII.

Mortis causa donatio in patrem autorem facta non valet.

Donatio mortis causa à filio in patrem collata ipsius autoritate non valet, si in sacris seu patris potestate sit, quoniam filio suo in rem suam autor esse nõ potest *l. 1. §. pupillus. & l. quod diximus & l. seruus communis. ff. de autor. tut. & § fin Inst. eod.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 19. Augusti 1459.

Desumtum ex Guido Pap *quæst* 223. Contrarium defendit Molinæus *in Annotatio suis ad Alexand. in consil. 100. lib. 2. & ad Philippum Decium cons 245* Hac videlicet ratione, quod cũ patria potestas in fauorem patris introducta fuerit, in ipsius odium & præiudicium retorqueri non debeat. Atque idem quoque tenet Guil. Benedict. *in repetit. c. Raynutius in verb. matrem in super Cleram. numer. 46. de Testam.* Et Ferronius ad Consuetudines Burdegalenses *tit. de Testamentis §. 24.* T. D. Maynard. etiam *lib. 5. quæst. cap. 3.* contrarium quoddam Arrestum refert, quod datum in Parlamento Tholosano 7. Februarij 1589. vbi vide ipsius rationes. I C.

VIII.

Minor 15. annis seruus vel matris mortuæ iudicari non potest, seu de Carbonia. Edict.

Si pupillo status controuersia moueatur, & seruus dicatur aut seruilis conditionis & matris mortuæ, vt nonnulli sunt in Francia, tam in patria consuetudinaria, quam in patria Iuris scripti, ex composito actio in pubertatis tempus differri debet, postea quam videlicet 15. annum adimpleuerit. Et ita de cæteris actionibus, in quibus status controuersia pupillo mouetur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiẽsi, quo infirmata sententia quædam Libellariorum Palatij, anno 1394. Atque adeo emendata sententia dictum fuit, Causam status differri oportere, vsque quo reus annum 15. complesset, per text. *in l. Diui fratres, in princ. de liberal. caus. & in l. Carbonianum § causa vers. alia est causæ cognitio. de Carbo. Edict. ff.*

IX.

Hospitale omnis successionem eorũ, i bona ex ipsius reditu acquisiuerint, acquirit.

Presbyter Hospitale ingressus Arresto Burdegalensi declaratus fuit habere potestatem acquirendi alienandi & disponendi de bonis suis: & Syndicus seu Procurator Hospitalis id impedire volens causa cecidit 17. Iulij 1548. iuxta doctrinam Baldi *Consi. 7. volu. 2.* & text. nocti. Glos *in c. a vtlex continentia.* dummodo bona non acquisiuerit ex redito & re Hospitalis, tum enim Hospitali ipsi acquirit. *l. si defunctus. C. Arbitr. tut. Auth. licet. C. de Episcop. & Cleric.*

X.

Arresto Parisiensi, quod datum Maiorib. diebus

Mulier quando absque autoritate mariti agere potest.

Molini habitis 22. Octobr. 1540. Marillaco & Longuevallio perorantibus, processus intentati aduersus fœminam nuptam à marito suo autoritatem nō habentem, nulli declarati fuerunt: in causa nempe ciuili id ita iudicatum. At in criminali: *a* validi essent processus aduersus fœminam accusatam, haud aliter, ac contra minorem absque curatore, aduersus *l. Clarum. C. de Autor. præst.*

Mulier quando publice negotiatur dicatur.

Filiusfam. mercator obligare se atque in iudicio stare potest.

Mulier separata, quādo absque autoritate mariti sui obligare se possit.

a In causa iniuriarum & criminalibus filij familias & vxores absq. patris vel mariti autoritate stare in iudicio possunt: Masuer *tit. de Exception. art. 9. 23* Consuetudo Bituricensis *Tit. 1 § 11.* & complures aliæ huic exceptioni concordant Vide infra *Arrest. 22 & 23.* Duæ præterea exceptiones addendæ sunt, quarum prima est, cum mulier publice negotiatur, id est, cum separatim à mariti sui mercatura negotiationi insistit. Idem in filiosfamilias publicè mercaturam exercente. Is quippe se obligare potest, atque in iudicio stare, siue agendo siue excipiendo, pro rebus videlicet, quæ mercaturam spectant, absque patris autoritate, quoniam hoc casu pro patrefam. habetur. arg. *l. sed etsi §. parui. D. de instit. actio.* Altera est, cum mulier re ipsa à marito suo separata est, & hoc itidem adhuc casu sese nonnisi pro re negotia domestica spectante, vel pro bonorum suorum & reditus administratione, & pro exhibitione mariti sui, sua ipsius & liberorum suorum obligare potest, & non etiam possessiones suas alienare, iuxta *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* & distinctionem, quam Arresta Curiæ super hoc constituerunt, quæ plenè vna cum rationibus litigatorum a me referūtur in meis Quæstio. Iuris, *quæst. 49. 50. & 51.* I.C.

XI.

Expensæ aduersus mulierē sine autoritate viri citatam.

Altero Arresto prædicti loci, 22. Octobris 1540. dictum fuit, expensas aduersus mulierem sine autoritate viri citatam taxari seu æstimari non oportere.

XII.

Idem.

Absente marito fœmina conuenta & autoritate Curiæ munita aduersus Arrestum contra se in principali datum admittitur, libellum seu querelam proponens ex capite absentiæ mariti, si ea probabilis sit, atque ex belli occasione, neque ei autoritas Curiæ obesse potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiēsi. 17. Februarij. anno 1525.

XIII.

Autoritas mariti præcedere debet.

Iudex antè mulieri à marito autoritatem præstari curare debet, vel in eius defectum eove recusante ipse autoritatem præstare, antequam *a* eam cogat coram se vllo modo procedere *b*. Et ita iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum Molini habitorum. 9. Septembris 1540. infirmata sententia Balliuij Forosegusiensis, qui decreuerat, mulierem intra quindecim dies actionem excipere oportere, eoque ipso die autoritatem mariti sui interponi curaturam.

Quando sententiæ aduersus mulieres autoritate mariti destitutas executioni sint.

a Charond. *ad Art.* 234. defendit autoritatem sequentē sufficere I.C.

b Iudicium tamen, quod aduersus mulierem autoritate mariti non munitam datum fuit, executorium non est super bonis communionis, nisi post obitum mariti vel soluto matrimonio. Ita iudicatum Arresto, anno 1562 Attamen iudicatum fuit, propria mulieris bona vendi posse ad concurrētem debiti quantitatem reseruato vsufructu marito ad dies vitæ ipsius, Arresto 3. Augusti 1574. aduersus mulierem quādam, quæ sese viduam iactabat, cum tamen nupta esset, atque cum 300. librarum redituum constituisset, atque cum vrgeri meret, conueniretur. Id quod in fortioribus terminis iudicatum fuit pro marito quodam, aduersus cuius vxorem ante matrimonium iam agi cœptum erat, quique ei postea autoritatem præstare recusauerat. Nam qui æri alieno obstrictam mulierem ducit seu sibi despondet, is simul, vt dici solet, æs alienum sibi despondet, adeo vt cogatur vxori suæ autoritatem præstare Arresto 1. April. 1564. Vide *Arrest.* 17. 18. & 1 *huius tituli.* B Durum nihilominus est ei, qui sententiam condemnatoriam impetrauit, aduersus mulierem autoritate mariti destitutam, & tamen autoritatem Iustitiæ habentem, mariti mortem expectare, vt sententiam exequatur, præsertim cum mobilia extant, in quib. mulier partem habet ex bonorum communione obtentu regulæ practicæ, quæ maritum dominum constituit mobilium.

XIV.

Mulier excusare se potest, quod intra tempus legitimū non egerit, metu viri.

Mulier quæ post decennium Constitutione præscriptum restitui postulat, admittitur allegans, maritum suum impediuisse, ne intra tempus legitimū veniret, eoque nomine à marito malè habitam se & tractatam, eo quo niteretur eius consensum impetrare. Et in huiusmodi re debet iudex decernere, vt partes procedant, & reum excipere oportere omni exceptionum genere in rescindente & rescissorio, vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 2. die Decembris. 1538. Et illud obseruatur, vt nisi mala tractatio probetur, præscriptio locum habeat & currat aduersus mulierem per *cap. peruenit. de emt. & vendit.*

Quatuor Arrestis subsequentib. quæ à me referuntur in quæstio. 24. iudicatum fuit, metum maritalem seu virinon sufficere ad impediēdum cursum præscriptionis decennalis, constante matrimonio, neque sufficere solum metum reuerentialem, verum necesse esse, vt præterea accedant minæ, vel verbera. Not. *in l. 1. §. consuanda D. Quor. rer.* I.C.

XV.

Mulier in patribus scripti non est in mariti potestate & agere & conueniri potest.

In patria Iuris scripti seu Regionibus, quæ iure scripto reguntur, mulier in mariti sui potestate non est, & citra eius autoritatem & agere & conueniri potest. *l. si vxor tua.* & ibi Ioan. Faber, *C. de Conditio. inser.* & *§. 1. Inst. ad Tertullia.* vbi expresse dicitur & nominatim in d. l. si vxor tua. mulierem nuptam in potestate patris sui manere, & notatur, maritū ipsi Curatorem dare non posse. Hoc præsupposito, mulier quædam appellans à taxa expēsarum adiudicatarū, sententia data in quadam lite aduersus ipsam intentata autoritate mariti destitutam, desertæ appellationis nomine conuenta sese tuebatur prædictæ autoritatis defectu. Verum Arresto Parisiensi causa cecidit, & mulctæ ordinariæ subiecta fuit. 20. die Martij. 1528.

Contrarium postea iudicatum fuit, nempe mulierem nuptam in Prouincia Lugdunensi iuris scripti, in potestate patris sui non esse, verum in potestate mariti sui: & filiarum matrimonia seu nuptias per totam Franciam patriam potestatem cessare, & in maritum transferri. 19 Iunij 1593. ad relationem D. Lalemantij in prima Camera Inquisitionum inter Merautium Charletum ciuem Lugdunensem appellantem a Seneschallo Lugdunensi vel ipsius Locumtenente, & Ioannem Baptistam Rouuillium appellatum, I.C.

XVI.

Maritus autoritatē vxori suæ præstare cogi non debet.

Maritus autoritatem vxori suæ ad litigandū præbere cogi non potest, etsi nulla causa recusandæ autoritatis sit: neque aduersus hoc facit *l. vlt. §. necessitate. C. de bon. quæ liber.* qua pater cogi potest capus pignoribus filio autoritatem præstare: Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quo infirmata sententia data à Iudice Rupellano aduersus maritum recusantem autoritatem pręstare, quod allegat Imbertus *in Enchiridio suo.*

XVII.

Idem.

Sententia aduersus vxorem lata, executa aduersus maritū.

Attamen prædicta Curia Arresto, quod datum 27. Augusti 1543. posteaquam dixisset, malè iudicatum fuisse à iudice, qui maritum recusantem autoritatem vxori suæ præstare, condemnauerat, declarauit & permisit, vt sententia quæ contrà mulierem daretur, executioni tradi posset aduersus maritum, idque ideo, quod perspexisset, prædictum maritum iniuria recusasse.

Et po-

Et postea ita iudicatum fuit Arresto 4. Iunij 1576. Secus, si iustam habuerit causam autoritatis denegadæ. Charond. lib. 2. Responsor. cap. 46. L. C.

XVIII.

Idem.

In alia quadam facti specie, maritus quidam conuentus ad autoritatem præstandam recusat, ideo quia diceret, pactis dotalitiis sese socios esse & communes in omnibus bonis, id est, communionem omnium bonorum contractam, excepto ære alieno ante matrimonium contracto: cæterum æs alienum de quo ageretur, omnino matrimonium præcessisse. Aduersarius dicebat, mulierem tutricem suam fuisse, & in prædictam communionem intulisse complurima mobilia. Atque ideo postulat, vt marito renuente Curia autoritatem præstet, decernatq; Aresta aduersus maritum executoria fore. Curia Parisiensis Arresto suo 16. Decembris Anno 1544. prædictæ mulieri autoritatem præstitit, decreuitq; Aresta & iudicia, quæ super eo dabuntur, aduersus maritum executoria fore ad concurrentem vsque modū bonorum, quæ prædicta mulier in communionem intulisset.

Vid. quæ scripsi supra hanc quæstio. in Quæst. meis notabilib. quæst. 107. 60. I. C.

XIX.

De muliere quæ cōtraxit citra autoritatē mariti sui.

Mulier absque autoritate mariti sui contrahere nō potest. Nihilominus, si citra prædictam autoritatem contrahat, post matrimonium solutum tenetur & conueniri potest, iuxta doctrinam Ioannis Fabri *in l. Filius. C. de Pact.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat D. Tiraquellus *lib. de legib. Connubialibus sub finem.*

Consuetudo B.turicensis *Tit. 1. art. 16. 17.* contrarium statuit, *vt & art. ſi. 13.* supra iunct. Annotatio.

XX.

Mulier quomodo citra autoritatē atq; inscio marito validè se obligare non possit.

Dominicella Margareta Harentia Condaminensis nupta fuit nobili viro Iacobo Chauuetio Domino Bruyeriæ, & ex hoc matrimonio editus filius Ioānes Chauuetius qui in Delphinatu mortu' est apud materterā quandā suā. Testamētū profertur, quo mater ipsius heres vniuersalis instituitur qua de re controuersia exorta pro p̄dicta matre definita fuit. Cū vidua esset, secundas nuptias contrahit cum quodam, cui nomen Ludouico Bertolino milite Bourgi Argentalij, nimirum inæqualiter, & vtcunque admota quadam, nescio corruptione aut amore, impressione. Ita coniunctis matrimonij fœdere, quandoque benè conueniebat, quandoque non. Euenit aliquando, vt cum ipsis non conueniret, prædicta Dominicella sese recolligeret atque cognatos suos compellare vellet, cum commodum incidit in patruelem quēdam suum dominum Trocesardium, Ludouicum Harentium Condaminensem: is subsidium & auxilium ei ad diuortium inter maritum & ipsam præstat: ea inuicem prædicto patrueli suo cauet, sese ei summam 2000. Coronatorum debere, quam partim mutuam probè acceperit, vel aliter in negotia sua erogatam, eique pollicetur, se ea ipsi soluturam, omniaque & singula bona sua hypothecæ supponit. Postea Bertolinus & mulier ipsius sese quadamtenus conciliant, atque iter Lutetiam instituunt propter litem quandam super fundo quodam in Prouincia Lugdunēsi, quem sibi mulier vindicabat. Ibi in prædicta videlicet vrbe Parisiensi ipsa testamentum condit, atque eo heredem maritum suum Bertolinum instituit, mox moritur. Is hereditatem adit, & quicquid bonorum eius erat, vendit partim trāsactione facta de bonis quibusdam, ac nominatim quæ litigiosa erant, partim expressa aliorum venditione, etsi Bruyeriæ præcedens prior alia venditio esset facta sub facultate redimendi, seu luitionis, cuius nouum pretium pro confirmatione Bertolinus sumsit: quinimo consensit, prædictam Bruyeriam subhastari & adiudicari per decretum; prout etiam postea factum fuit, ita vt in prædicta hereditate nihil amplius extet, neque quicquam supersit prædicto Bertolino præter actionem duorum millium Coronatorum. Et hæc actio vtique passiua, si soluendum sit, & cautio vera sit & legitima, vel saue actiuā, si qua ratione vacua & inanis declarari posset, velut facta à prædicta Dominicella absque autoritate, venia & scientia mariti sui, vt requirebatur, etsi non eiusdem conditionis esset, qua illa. In hoc dubio rescriptum à Rege impetrat directum ad dominos Parlamenti, qui causam ad se euocauerant; eo fine scilicet directum, vt prædicta cautio irritaretur, quæ quodam modo suspecta prætenditur citrà falsi tamen actionem, vt ita prædictus Bertolinus patem summam retentam in manibus sequestri pretij addictionis Bruyerianæ admitteretur. Prædictæ partes diu multumque super validitate aut nullitate prædictæ cautionis disceptarunt, Curiaque super eo hæsit, atque ideo causa ampliata fuit Arresto 2. die Martij 1582. Etsi altero præcedente Arresto 30. Decembris 1581. inter alia multa decretum fuisset, prædicto Bertolino prædictam summam 2000. Coronatorum tradi oportere, præstita ab ipso cautione; id quod persequi non potuit, eo quod cautionem non reperiret: postea Arresto definitiuo prædicti Parlamenti Parisiensis, quod pronunciatum 14. Iulij 1584. dictum fuit, habita ratione Rescripti seu diplomatis Regij oblati à prædicto Bertolino 30. Decembris 1581. eoque approbato Curiam prædictam cautionem factam prædicto & Trocesardio à prædicta defuncta Dominicella Margareta Harentia Condaminea 14. Martij 1579. cessare & annullare: Et relaxationem prædicto Bertolino fecit, Arrestorum aduersus ipsum factorum ad postulationē prædicti Harentij Condaminei, eumque omnibus cautionibus liberauit, saluo & reseruato iure prædicto Harentio sibi prospiciendi eorum numorum nomine, quos prædictæ defunctæ tradidisse intendit, quosque in ipsius vtilitatem conuersos comprobabit, itemque ratione sumtuum, expensarum, salariorum & operarum, quas in lites & negotia ipsius fecisse & impendisse se intendit, quas ideo intra mensem designare eum oporteat, viceuersa saluis prædicto Bertolino exceptionibus suis in contrarium, & consequenter prædictum Bertolinum absoluit à petitionibus, postulationibus & conclusionibus à prædicto Harentio aduersus ipsum coram Balliuio Forosegusiensi vel ipsius Locumtenente: denique Harentium in expensas condemnat.

XXI.

Maritus qui bona quædam vxoris suæ vendidit, compensationem quandam cum ea instituere potest, atq; ita cum ea contrahere, alia videlicet bona vice alienatorum ipsi tradendo, eamque indemnem præstare, validæque erunt apochæ eo nomine ab ipsa emissæ & cautiones, quibus sese contentam profitetur. Ita iudicatum fuit pro Clemente Formano, aduersus Claudium Crusium & Annam Andreosem, appellantes à Balliuio Forosegusiensi, anno 1555. & altero Arresto Parisiensi. 9. Aug. 1540.

Maritus cū vxore sua quādo contrahere possit.

Vid.

VIII.

Iudicatum fuit Arrestis Curiæ Parlamenti Parisiensis. 27. Februarii. 1593. & 18. Maii 1604. Actuarium aduersus contractum venditionis immobilium restitui non posse, eo quod officium Actuarii faciat, vt pro maiore 25. annis habeatur: quandoquidem Actuarii personæ publicæ sunt, quæ partes ad instar Notariorum obligare possunt, & tantumdem potestatis, ac Notarii habēt, quodq; Arresto iudicatum fuisset, Notarios non posse se minores dicere.

Vide Arresta D. Louetii in *lit. G. Arresto 9* & Annotationes D. Brodei.

TIT VII. DE OSTIARIIS Curiæ, viatoribus seu Executoribus, & Forma, seu Ordine, quem obseruare debent.

Vox *Sergent*, quæ Apparitorem significat, descendit ex Latino *Cæsariani*, qui sunt Officiales, Procuratores Cæsaris & Catholiciani dicuntur, in *l. penult. §. vlt. C. de Bon. Proscript.* Cuiac. *in l. 5. & l. 7. C. de iur. Fisci lib.* 10. Idem Basilicos eos dici notat in expositione *Nouel 1. ad finem B.*

ARRESTRM PRIMVM

Viatores legere & scribere nosse debent.

ARresto Parisiensi, 4 Octobris 1550. quo repetitum alterum simile Arrestum quod datum fuerat Maiunbus diebus Ricodulensibus, anno 1546. interdictum fuit Iudicibus districtus illius, ne viatores seu executores admitterent, instituerent, nisi qui legere scirent & scribere: iniunctumque fuit ei, de quo agebatur, quique erat Apparitor Montpeoseriensis, vt officium intra sex menses à se abdicaret, vel literas disceret, id est, legere & scribere: Domino Matillaco Aduocato Regio id postulante. Postea de ea re Constitutio emanauit.

II.

Viatores Clerici habitum clericalem gestare non debent, nec que cælibes esse.

Viator Clericus Tonsuratus non cōiugatus à iudice seculari cogi debet matrimonium contrahere, & vestem seu habitum mutare, atque viatoris habitum induere, & non etiam Clerici intra certum tempus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 11. Septembris. 1325: Quo Arresto dictum fuit, viatores Clericos cogendos matrimonium contrahere intra dies Purificationis proximos, atque habitum seu vestem Apparitoris induere; id omne scilicet, vt non obstante ipsorum priuilegio Clericali, Iudices seculares delinquentes eos punire possint.

Edictum quo ampliatus numerus Viatorum nonnisi de Viatoribus Iurisdictionū Ordinariarum intelligendum est, non etiam de Viatoribus Selectorum, qui Regis negotiis intenti sunt & occupati. Ita iudicatum aduersus quendam Viatorem, decretumque à cæteris Viatoribus refundi oportere pretium ab ipso pro officio erogatum intercedentibus & appellantibus ab ipsius receptione. 15. Decembris 1572. Atque subiacent & obnoxii sunt Edictu, quo suppressa fuerunt officia Viatorum supernumerariorum. Ita iudicatum 22. Nouembris, 1564. B. Extat Edictum Regis Henrici III mensis Ianuarii 1586. quod approbatum. 16. Iunii. prædicto anno, quo potestas data viatoribus tam Balliuatuum, Præfecturarum, Aquarum & Syluarum, quam Electionū & Horreorum salis, exequendi per totum regnum omnis generis decreta seu mandata præstita ab ipsis pecuniæ quantitate iuxta aliud Edictum mense Maio. 1568 & Arrestum contrariū *Tit. 67.* Collectionis meæ *cap.* 151. I. C.

III.

Viatores non Regii non possunt exequi mandata Iudicis Regii.

Balliui & Seneschalli non possunt decreta sua aliis Viatoribus, quā Regiis exequenda tradere: & si alius quispiam manum huic rei admoueat, omnia irrita sunt. Et ita dictum fuit Arresto Parisiensi. 2. Iulii. 1525.

Desumptum ex Rebuffo ad Constitutiones *in tractatu de literarum obligat. art. 2. in Gloss. num. 57.* Aliud Arrestum 6. Martii 1572. quod allegat Choppinus *lib. 2. de Domanio Franc. tit. 7. num. 3.*

IV.

Viatores non Regii minus operæ suæ pretiū ferunt, quam Regii.

Ex constitutione Regis Francisci I. quæ publicata anno 1539. Viatores Regii in dies singulos viginti solidos Turonenses operæ suæ nomine ferunt. Et ita quoque antea Arresto 8. Septembr. 1471. iudicatum fuerat. Nihilominus prædicta Constitutio de aliis Viatoribus non Regiis non agit, quibus Iudices non tantum operæ suæ pretium statuere debent, verum minus iuxta ipsorum qualitatem & operam, Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano in quadam appellatione inter Syndicum Ecclesiæ Metropolitanæ S. Mauritii Viennensis, & Ioannem Palmarium Canonicum prædictæ Ecclesiæ appellantem à Iudice Viuariensi ab vna parte, & Syndicum pauperum Saullocensium appellatum ab altera parte. 20. die Octobris 1541. Maioribus diebus Nemausensibus.

Viatores seu executores Regii nō exequuntur intra districtum capituli Caturcensis.

Viatores Regii vigore contractuum sub sigillo Regio celebratorum exequi non possunt intra districtum Decani Canonicorum, & Capituli Caturcensis, qui vtrique vna cum Episcopo olim comites Caturcenses fuerunt ante pactum conuentum cum Carolo Valesio. 1306. Iudicatum ita 18. Ianuar. 1580. Canchonio & Choppino perorantibus. B. Postea constitutione Caroli IX anno 1571. Salaria Regiorum aucta fuerunt vsque ad triginta solidos Turonenses diurnos iam pro ipsis quam pro ipsorum testibus. Verum quoniam taxatio hæc Salarii exigua est, existimo id intelligendum esse, quoties operam dant in loco domicilii sui, non etiam, cū ex loco domicilii sui prodeunt, atque ad extera proficiscuntur, quo casu taxatio augeri potest, iuxta annonæ caritatem.

V.

Viatores seu executores gesta à se Notoriam conficere debent.

Relatio seu Notoria eorum, quæ Ostiarii vel Viatores seu executores executi sunt in scripturam redigi oportet, eique, cui denuntiarunt quid, quem citarunt aut executi sunt, exemplar tradi debet, nudæ seu verbali relationi fidem non habendam. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 7. die Iulii 1549. & altero Arresto, quod datum 14. die Ianuarii 1551.

Desumptum ex Lucio lib. 4. tit. 11. Arre. 8 & 9. Constitutio Rusciononēsis postea secuta est, quæ vult, executiones libellis comprehendi, & exemplar tradi sub pœna nullitatis, & expensarum citationis saluo regressu aduersus ipsum executorem. I. C.

VI.

Forma notariæ seu relationis executoris.

Ostiarii notorias suas seu relationes conficere non debent ad speciem processuum verbalem, quos vocant: verum ad speciem simplicium relationū & executionum. Ita iudicatum fuit altero Arresto prædicti loci 21. die Martii 1449. Lucius *prædicto lib. Arr. 7.*

XIII.

Quæstio seu inquisitio quam do ab executore fieri possit.

Die Lunæ 5. Aug. 1560. Arresto Parisiensi decretum fuit testes ab executione in quadam quæstione seu inquisitione examinatos, à proximo Iudice Regio examinandos: interdictumque executoribus, ne de cætero amplius vllas inquisitiones facerent & Amanuensibus Actorum, ne huius generis mandata ad ipsos dirigant, & Procuratoribus ne consentiant, vt in hac causa factum fuerat. Mandatum super informando in criminali ad amplificandum valet, ad executorem directum, non etiam in ciuili.

VIII.

Executor improbatus ab eo, qui opera eius vsus est.

Defunctus D. Marillacus Aduocatus Regius in Parlamento Parisiensi defendit, relationem executoris nō infirmari sola improbatione partis negātis sese executorem rogasse, mandasse, vti exequeretur,

tur, & necessario requiri, vt improbans in crimen falsi inscribat: alioquin stari executioni, eumque in finem complurima Aresta allegabat. Hoc difficulter verum videri possit: quandoquidem extant Aresta, quibus nudæ improbationes admissæ fuerunt, & pars, cuius interest, & aduersus quam executio facta fuit, aduersus executorem agens admissa, & executor aduersus improbantem. Lucius *prad. lib. Arr. vlt.*

IX.

Executoribus in quib. fides eis adhibeatur, eorúque autoritas.

Executori in re, quæ ipsius officium spectat, fides ei habetur in eo quod executus est: sed si de vi & violentia aduersus ipsũ admissa agatur, vno teste præter eũ opus est: vt ait Iacob. Rebuff. *in l. prohibitum. in pr. & in additio. ad eundem ad verb. cognoscatur. Cod. de Iur. Fisci libr.* 10. Et ita iudicatum fuit Aresto Tholosano, anno. 1279.

Hodie in omni re duo testes requiruntur. Vid. *app. bums tit. arre.* 3.

X.

Executor quãdo possit, eũ, quẽ apprehẽdere vult, occidere.

Viator seu executor mandatum habens rei alicuius comprehendendi corripiendi, si reus reluctetur, eum interficere potest: vt ait Bal. *in l. fiue allegat. in fin. Cod. ad l. Cornel. de Sicar.* & Ioan. Faber. *in l. si seruum. Cod. de his qui ad Eccl. confug.* Attamen executorem attendere seu videre oportet, ne in eo culpa eius aliqua versatur, & vt, quod huiusce fecerit, id ex necessitate aduersus reum fecerit, puta quod is armis restiterit, neq; eum aliter quam mortuum capere potuerit. Alioquin his deficientib. executor eo nomine teneretur. *Auth. sed omnino versic. sed quæritur. C. ne vxor pro marito.* Et nisi reus resistat, debet executor in executione sua modestus esse & temperatus, siue ciuilis sit siue criminalis, neque iniuriose se gerere debet aduersus eum, quem interpellat, quin sese gerere debet decenter & honestè, iuxta ipsorum qualitatem & statum, neq; eos aut prouocare aut iniuria afficere: id enim si faciat, eo nomine punitur tam aduersus fiscum, quàm aduersus partem iniuria affectam, quæ actione iniuriarum realium aut verbalium, prout iniuria est, sibi prospicere & consulere debet, at non etiam appellare. *l. iniuriarum. ff. de iniur.* Et ita iudicatum fuit Aresto Catholicianorũ Parisiis, 28. Octobris. 1528. Et aduersus huiuscemodi actionem prædictus executor nullã exceptionem aliam habet, quàm si proponat & probet, reum occasionem præbuisse, dum reluctatur obedire & resistit. Nam si prædicta resistentia probetur, prædictus executor non tenebitur. *l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil.*

Forma agendi aduersus executorẽ, qui excessũ admisit.

Huius Aresti meminit Imbertus *enc. lib.* 2. *Inst. For. lat. in Commentario.* Vide infra *arrest.* 1. *Tit. de Homicidiis*, quod desumtum ex Boer. *quæst.* 170. & Thoma Grammat. *decisio* 41.

Pœna eorũ, qui aduersus executores officio suo fũgentes rebellant.

Pœna eorum, qui sese aduersus executores erigunt, officium suum exercentes, magna est, nempe quia iniuria non ipsi executori fit, verum Regi, si Regius fit, & Iudici, cuius mandatum exequitur. Vt proinde facta Officiali Regio, rebellio siue iniuria ipsi Regi Maiestati vel in ipsius contemtũ facta videatur: & idem si fiat iniuria famulo, clerico & eius, actio iniuriarum competit domino, Episcopo & ciuitati. *cap. ad Apostolicam.* & ibi Gloss. *de re iudic. n.* 6. Proinde qui executorem pulsauit, seu iniuria aliqua affecit, læsæ Maiestatis reus est, iuxta Constitutionem Henrici. VIII. *Tit. Qui sint rebelles in extrauag.* I. C.

XI.

Executorem ... obtẽperare mã... Iudi... carcere ... potest

Balliuius Amianensis viua voce cuidam nomine Tassardo du Bois seruo publico Amianensi, iubet, vt in carcerem contumacem quendam præsentem duceret. Seruus hic publicus dissimulat, & cum eũ in carcerem ducere deberet, eum domum se proripere sinit, neque mandatum sibi exequitur, neque quicquam præterea agit. Prædictus Balliuius Tassar dum seruum publicum capi facit, eumq; ob huiusmodi neglectum obsequium in carcerem coniici curat, à quo appellat ad Parlamentum Parisiense: ibi Aresto dictum fuit, eo quod mandatum ipsi iniunctum facilis executionis fuisset, atque obsequio suo defuisset, eum malè appellasse, remissusque fuit & cõdẽnatus in mulctã ordinariã temerariæ appellationis, quantumlibet seruus ille publicus probasset comperta & agnita culpa sua, se prædictum reum in carcerem coniecisse.

Verum apparitor exequi teneatur mandatum verbale Iudicis sui.

Hoc videtur pugnare cum vulgata regula, quod nullus apparitor seu executor exequi possit rigore mandati verbalis Iudicis & in scripturam non redacti. De quo vide quæ scripserunt Imbertus *in Instit. suis Forens. lib.* 1. *ca.* 1. & Masuerius *tit. de citation. n.* 5. *&* 7. Id de causis ciuilib. intelligendum est, pro executionibus videlicet summarũ pecuniariarum, qua de re est Arestum, quod refert Imbertus: at cum de crimine agitur, Iudice sedente pro tribunali vel etiam reos in flagranti delicto repetente, eoq; iubente apparitoribus suis & viatoribus, ut decretis suis non obedientes in carcerẽ trudant, vel etiam criminum reos, illico verbali eius mandato parendum est. I. C.

XII.

Executorie Notoria sua exprimere debent & designare autorẽ & instigatorem incarcerationis.

Quotidie tam atroces inter litigantes calumniæ exoriuntur, vt, quoniã aperte proponi non possint atque ex ipsa lite educi, aliunde arcessantur, atque ita satis sit, dummodo pars aduersa vexetur, & in discrimen deducatur. Id quod sæpe compertum est tã malitiose agi, vt in vitam & delicta iuuentutis aduersarij inquisitio fieret, eaque in apertum producerentur, quinimo si fieri posset, etiam arcesseretur vetus quædam captura, seu corporis, quam vocant, prehẽsio, atque eam executioni tradi procurarent, ac ob rem quandam inueteratam & peremtam aliquem in carcerem trudi facerent, inscijs iis, quos res contingit, & ad quos ea spectat. Ob has causas & propter consequentias, quas Curia inde emergere vidit, atque præiudicium, quod inde nascitur, Aresto Parisiensi. 10. Iulij 1546. omnibus seruis publicis, viatoribus & executoribus iniunctum fuit, vt notorijs seu relationibus suis, in quibuscunque executionib. nominatim exprimerẽt, à quo seu per cuius manus mandatum acceperint, & nomen eius, qui ab ipsis postulauerint, seque vrserint & instigauerint ad executionem faciendam.

XIII.

Viatores extra Balliuiatum suum exequi nõ possũt.

Seruus publicus seu executor in vnico Balliuiatu admissus, in altero Balliuiatu & extra suum exequi nõ potest. Et hac ratione Aresto Parisiensi 26. Maij. 1521. iudicatum fuit, appellantem quendam in Curia anticipatũ, à viatore quodam alterius Balliuiatus non teneri se sistere ad citationem sibi factam à prædicto viatore, & pars litigans, quæ anticipauerat, in expensas condemnata fuit. Alij ita existimarunt partis citatæ nullum in hoc interesse verti, verum interesse tantum verti dominorum Regalium, seu eorum, qui iura Regis tuentur: Id quod durum visum est, vt priuatus nullitatẽ aduersus se commissam declarari efficere non possit, nisi ad alterius placitum, qui prout sibi videbitur, ea in re sese gesturos est.

Viator seu executor extra Balliuiatum suum iure non exequitur: excipiendus est tamen viator eques Castelleti. Vide. *l. nullum exceptor. C. de diuers. offic. & appars.* & *l.* 1. *C. de executor. lib.* 12. Extra dubium est, viatores Castelleti Præfecturæ Parisiensis sori præscriptionem habere in his, quæ spectant executionem mandatorum prædicti Præfecti: sed vtrum hoc priuilegium ad cæteras ipsorum causas extendatur, adhuc dubitatur.

XIV.

Executores pecũ...

Prima die Aprilis 1555. post peroratã causam pronunciatum fuit Arestũ, quo prohibitum fuit omnibus

à qua cum prædictus viator appellasset, Curia appellationem atq; id omne &c. in irritũ deduxit, partesque iudicio penitus liberauit, iutebaturque acceptatione seu admissione notoriæ ab appellato facta, qui eam tribus mensibus seruasset, neque executionem perfici curasset: iusque reddendo super conclusionibus Procuratoris Catholici Curia interdixit omnibus ostiariis Curiæ & viatorib. ne pignora seu mobilia capta vxori eius, cuius absentis pignora capta suot, vel seruis aliisq; domesticis custodiæ tradant: Alioquin conuenientendos eos proprio & priuato nomine suo, & sub pœna expensarum omniũ damnorum & interesse: verum vicinis fidis, quibq; soluendo esserit, decreuitque Arrestom publicandũ in Castelleto Parisiensi die solenni seu iudiciali, quo imposterum legis vicem obtineat. 8. Febr. 1590.

TITVL. VIII. DE PROXENETIS.

ARRESTVM I.

Proxenetæ numero definito deque eorũ prædibus.

PRoxenetæ in Repub. valde necessarij seu vtiles sunt, siue in venditionibus mercium, equorum, siue ad pecunias mutuas accipiendas: Verum non tot admittendi sunt, quot sese offerunt aut ingerũt. Et hac ratione Arresto Parisiensi 16. die April. 1370. decretum fuit, certum numerum eorum esse oportere, qui tum designatus fuit, qui videlicet admitteretur & adprobaretur à Commissariis seu Inspectoribus ad id deputatis, & antequam admitterentur, prædibus cauerent & laudatores darent, quod speciatim de mercatura pannorum decretum fuit.

Desumtum ex Lucio *lib. 6 tit. 17. Art. 11* Proxenetæ nudi sunt & mediatores, qui rationes seu commentaria eorum quæ venduntur vel vendi procurant, conficere non tenentur, atque ideo immunes a iuramenti præstatione: alii vero præterea mercatores sunt, vt Parisiis Proxenetæ qui pecuniam accipiunt, sibique ipsis operæ suæ pretium persoluunt & reliquum mercatoribus restituunt: & hi iuramento adstringi possunt, vt sciatur iuxta commentarium ab ipsis confectum quantum venierit. Arrestum 10. Martii 1365. Cæterum nonnisi maiores 25 annis id ministerium exercere possunt. Iudicatum 5. Decembris 1579 aduersus iuuenem quendam proxenetam per mortem & resignationem patris prouisum seu admissum.

TITVL. IX. DE OPIFICIIS IVRATIS EXERCITIS A VIDUABUS POST MORTEM MARITORUM SUORUM.

ARRESTVM I.

Viduæ priuilegium defunctorum maritorum sacrum retineant.

IN exemplum certissimum honoris, quem mulieres à maritis suis mutuantur seu nanciscuntur, tã ipsis superstitibus, quàm post fata ipsorum, summopere notandum est Arrestum, quod datum Parisiis 19. Nouemb. 1427. inter Ioan. viduam Alani Pocquelini tonsoris & Chirurgi in ciuitate Parisiensi ab vna parte, & huius artis opifices iuratos ab altera parte, quo dictum fuit, eam per columellas seruos tonstrinam exercere, itemq; Chirurgiam per idoneos & expertos admissos & adprobatos à Commissariis seu deputatis Curiæ. Ea materia est seu hoc argumentũ *l. 1. C. de dignit. lib. 12.* & *l. fœmine.* itemq; *l. vlt. D. de Senatorib.* Desumtum ex Lucio *l. 6. t. 17. art. 9.*

Vide de Tyrocinio & magisterio opificiorum Constitut. Aurelianensem *Artic 99.*

TIT. X. DE ÆDIFICIIS DOMORUM, PONTIBUS, STAGNIS, &c.

Ad Maiorem & Scabinos pertinet cura ædificiorum publicorum, itinerũ, suggrũdiorum seu protectorum ad naui operis nuntiationem, intercessionem & ad destruenda ea quæ contra ius vsurpantur iuxta *... Neander ...* Hæc cura temporibus Aug. adsumpta fuit, & præcipuè post incendium vrbis Neronianum.

ARRESTVM. I.

Arcem in fũdo ignobili absq; domini cõsensu excitare non licet.

IN fundo ignobili dominus vtilis citra veniam domini sui Iustitiarij & directi, domum munitam aut turrem excitare seu ædificare non potest, neque propugnacula aptare aut foramina emittendis seu explodendis tormentis bellicis: verum domum depressam muris & fossis cinctam, citra pontem versatilẽ & foramina tormentaria. Eaque est opinio Baldi *in l. fin. vers sed ponè quoda in nobilis. C. de pact. int. emt. & vend.* & *l. opus nouum. inpr.* & ibi Gloss. *ff. de operib. public.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi 22. Maij 1494. pro nobili Francisco Caumontio, Domino Barbegierensi, aduersus Marcialem Roquium Sexuferum, Dominum Pontpongeonũ. Idem ... Arresto Arresto 17. April. 1535.

Desumtum ex Boerio *quæst. 320.* Choppinus *libro 3. de priuileg. Rusticor. part 12. Art. 3.* duo contraria Arresta Parisiensia allegat, quibus permissum Vasallo aduersus voluntatem domini, domum suam turribus & fossis munire. Verum id intelligendum est moderate & cum permissione domini altioris merum imperium habentis: vt explicat idem Choppinus ad Consuetudinem Andegauensem *Lib. 1. cap. 42. art. 15.* vel impetrato à Rege diplomate, vt Arresta ab ipso allegata aiunt, vt refert Charondas *lib. 9 Respons. cap. 21.* Imo verbum Arresti nota, non tantum in fundo ignobili, verum etiam in fundo nobili non licere absq; venia domini altioris merum imperium habentis munire domum suam turribus, ponte leuatili & fossis. Vide *App. ...*

Non licet domos nobiles absq; domini merum imperium habentis consensu munire.

Dominus altioris seu superioris Iarreau in Andegauensi Prouincia, in feudis suis inferiorem & mediam iurisdictionem tantum habens, tempore superiorum bellorum ciuilium, cum quandam domum suam propinquam arci Rupifortianæ, vt maximè sita esset intra iurisdictionem altiorem & mediam domini Brefet, Domini Castellani Militacensis & prædicta D. Breieux dominus ipsius feudalis & Castellanus actionem aduersus ipsum intentasset, quo videlicet fossas expleret, obhumaret, turres deiiceret, tormentaria foramina & muros, causa ad Curionem deuoluta super appellatione a quodam incidenti & libello supplici in ea oblato ad causæ principalis euocationem, Curia audito Isaaco Arnaldo & Lameto viris clarissimis Aduocatis, itemque viro clarissimo Marione pro domino Procuratore Catholico, dominum superioris & inferioris Iarreau ab effectu & approbatione diplomatis ab ipso Rege impetrati depulsit, eumque condemnauit vt fortalitiũ ab ipso excitatũ in Castellania domini Brefet, & absq; ipsius cõsensu, vt de more requiritur, solo æquaret & sterneret: ac nihilominus decreuit iustis quibusdã de causis, executionem Arresti differendam, vsque quo Rupifortium & Armorica seu minor Britannia ad obsequium redissent. Prima die perorationum post festum S. Martini 1597. Prædictus dominus de Iarreau, præter prædictum diploma Regium mandatum impetrauerat à D. Plesseo Moroxo, & approbationem Rupiporij Rectoris seu Præsidis prouinciæ Andegauensis. I.C.

II.

Qui viuarium excitat, fundũ alienum vsurpare potest.

In complurimis locis mos hic adseruatur, vt stagnum seu viuariũ fieri possit, quo scilices fundus etiã alienus comprehendatur, dato inuicem fundo alio: & satis est, vt agger extructus sit in ædificantis solo, atque huiuscemodi operæ plus emolumenti percipiat, quam ij, ad quos fundi submersi pertinent, damni percipiunt, arg. §. *sed etiam ... de his qui sunt sui, vel alie. iur.* & § *cum suo. de rer. diuisio.* Id quod dominus directus qui reditum habet, in fundis illis submersis impedire non potest, dummodo construẽs, eos in se & viuarium suũ recipiat; secundum ipsius modum, atque ita directum dominum indemnem præstet. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 27. Nouem. 1460.

III.

Post excitatum seu ędificatum pontem S. Mi-

chael

Pontes ad aliū specta reposiūt, & aqua ipsa ad alium.

chaelis Parisiis, Religiosi, Abbas & conuentus S. Germani de Pratis intendebant, sibi domos supra prædictum pontem excitatas seu extructas adiudicari oportere, velut sibi acquisitas ex eo, quod dominium summum, medium & infimum fluminis Sequanæ à paruo ponte eo vsq; & vlterius & latitudo vnius lanceæ ab vtraq; parte fluminis vnà cum iure piscandi, aucupij aliisq; iuribus ad ipsos spectaret: cū ædificata & sata solo cedant. §. *cum quis. Inst. de Rer. diuis.* & *l. 3. §. Labeo. ff. de possid.* Rex è contrario dicebat, eos verisimilia dicturos, postulaturos, si Religiosi suis expensis prædictū pontem excitassent, *l. si locus. §. cum via publica vel fluminis impetu. ff. quemad. ser. amitt.* Atqui cū Rex prædictū pontem excitari curauerit, domos ad ipsum quoq; spectare, & ius pontis, citra vllum impedimentum iuris Religiosorum in aqua, seu sal[illegible] Religiosis iure in aqua ipsa intra districtū seu modū ad eos pertinētem. *l. Lucius Titius in pr. D. de euictio.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1394. pro Dn. Procuratore Catholico Regio, iuncto ipsi Ioanne Pelleo.

Vndecima Decembris 1584. iudicatum fuit, satis esse & sufficere, vt quis priuatus super ripam fluminis vel in loco publico ædificare pussit, vt veniam a Iudice, causa cognita, impetraret, neque necesse esse, diploma Principis impetrare. B.

TIT. XI. DE DAMNO INFECTO, seu ruinā domus vicinæ præuisa.

ARRESTVM I.

Actio dāni infecti aduersos vnū ex sociis intentari potest.

Michael Clericus Ioannem Henricum iudicio conuenit, & aduersus ipsum intendit, prædictum Henricum domum habere suæ vicinam, quæ ruinā minetur, neque id euenire posse citra periculum & ruinā domus prædicti Clerici: eoq; concludebat, vt cogeretur domum suam in eo statu constituere, vt tam ipsa, quàm domus prædicti actoris securæ esse possent. Prædictus Henricus excipit, domū ad se non spectare, nisi pro quarta tantum parte, & vxorem in ea quartā partem habere, duos alios vero dimidiam: ac proinde, quod quartam partem suam attinet, paratū se esse, id facere, quod actor peteret, de cætero sese non debere, *l. ead. §. Cato in fin. ff. de verb. obl. l. Prætoria. ff. de præt. stipulat.* & *l. stipulatio. §. quæsitum. ff. de nou. oper. nuntiat.* Actor regerit, instaurationem quam petat, si pro quarta tantum parte fiat, vt aduersarius offerat, nihil prodesse, & huiusmodi res, nisi perfectè & absolutè perficiantur, nequicquam prodesse, ac præterea rem istam celeritatem requirere & fauorabilem esse, ne vrbs ruinis deformetur. *l. 2. §. si quis à Principe.* & *l. fi. ff. Ne quid in loc. publ.* & *l. 1. C. de ædific. priuat.* Tardum fore, si omnes & singuli domini domus conueniendi & requirendi essent. *l. si vt proponis. C. de ædific. priuat.* & quanquam singuli pro rata teneantur, nihilominus executionem in solidum fieri oportere. *l. plures. ff. de damno. inf.* Præfectus Parisiēsis prædictum Henricum condemnat salno ei regressus iure aduersus socios suos. Ab eo appellat ad Curiam, vbi Arresto dictum benè iudicatum, malè appellatum, anno 1388.

TIT. XII. DE SALARIIS, TAXIS seu æstimationibus, mercedibus & stipendiis.

ARRESTVM. I.

Presbyter admissus ad salariū pro Missis petendum.

Vndecima Iulij 1531. Boeuino & Barioro Aduocatis perorantib. ex tempore iudicatū fuit, Presbyterum admittendū ad petendum ministerij sui salarium seu operæ suæ pretium in celebranda Missa: idque tantum aduersus Laicum, & coram iudice Laico: nam etsi attenta huius sancti Sacramenti maiestate, nihil pro eius celebratione exigi debeat, nihilominus æquum non est, vt Presbyter ei rei suis expensis incumbat, non magis, quàm miles stipendiis suis militet. *can. precariæ. 10. quæst. 22.* Attamen status Sacerdotalis & honestas Christiana quodammodo refragari videtur, adeo vt Presbyter, si eo facile carere [illegible]llit, atq; aliunde sese exhibere queat, melius fecerit, si in ea re iniuriam potius patiatur, quàm litiget. Ita ait Lucius 1. omnium Arresto.

Vide 1. 2. 3. &c. Arrestum *Tit. 1 de Rebus sacris* & *Tit. 3 eiusdem lib. 1. Arr. 7.* quæque ibi notaui I.C.

II.

Aduocatus & Procurator Regius pro opera data, accusatorum officium nihil exigere, neque percipere debent.

Cum Balliuius Amboisiæ, Aduocatis, & Procuratori Regio, ob operam litis criminali ex officio suo datam, honorarium in priuatum litigatorem æstimasset, decreuissetque summam ita taxatam seu æstimatam, non obstante seu posthabita omni prouocatione, dictum fuit Arresto 26. Aug. 1530. male seu perperam taxatū & decretū fuisse, vetitumq; ne tale quid vnquam admitteretur. Lucius *li. 6. ti. 6. Arr. 1.*

Salaria Aduocatorum.

Hodie contrarium obseruatur iuxta Edictum Amboisiense, 1554. art. 19 Id quod Aurelianensis & Molinensis Constitutiones prohibuerunt. I.C. Salaria Iudicibus & Aduocatis debent constitui. *l. laudabile. C. de aduoc. diuers. iudicio.* Romæ è publico salaria accipiebant, id Quod Nero prohibuit, decreuitque eos a litigatoribus salaria accipere posse. *Suet. in Nero. c. 17* I.C.

Stipendia dominorum Curialium.

Honoraria & stipendia Dominorum Curialium Edicto Regis Francisci I. super salinis, gabellis & horreis salis huius regni assignati sunt, Plin. *lib. 31. cap. 7.* ait, Salaria per similitudinem à sale dicta, sine quo nihil potest seruari eduliorum, & sine stipendiis officium nemo facit. Neq; tantum prædictorum dominorum Curialium stipendia, verum etiam supremarum quatuor Curiarum, Parlamenti, Cameræ Ratiociniorum, Maioris Consilii, & Curiæ subsidiorum, & pro ipsis per horrea districtus Parlamenti Parisiensis. 28. solidi in singulos modios exiguntur, id quod etiam reseruatum generali elocatione facta Moisseto, cui cognomen Montalbano anno 1605. I.C.

III.

Viatores gratis instituendi sunt.

Vigesima quinta Ianuarii 1422. Arresto Parisiensi iudicatum fuit, Præfectum Parisiensem vel ipsius Locumtenentem nihil exigere debere ob admissum & iuramento approbatum viatorem Regiū, Actuarium vero pro actis super eo confectis nonnisi quatuor solidos Parisienses exacturum. & Sigillatorem seu Signatorem, qui sigillum apponit, totidem. Idēque pariter dictum fuit mense Maio sequente. Desumtū ex Lucio *l. 6. ti. 3. Arr. 7.* Id tamē nō obseruatur.

IV.

Determinatio salarii per sigillatore Castelleti.

Sigillator in Castellero reprehēsus fuit, quod singulatum auctionalium autoritatum nomine duos solidos Parisienses pro singulis paginis, quas rotulas vocant, exigeret, totidemq; in singulas creditorum intercessiones, siue addictionem præcessissent, siue eam essent insecutæ. Sigillator sese defendebat, atque aiebat, id ita ab omni æuo agitatum & obseruatum fuisse. Arresto 15. Decemb. 1522. dictum fuit, in singulas actionum autoritates, etsi mille paginas implerent, eum non vltra duos solidos exigere debere: in singulas vero intercessiones ab ipso in Regesta seu acta relatas post prædictā addictionē (quoniam scilicet coram eo peraguntur) totidem. Iniūctumque fuit prædicto sigillatori, vt in statione sua assiduus maneret, à septima matutina ad vndecimā

vsque

vſque, & à ſecunda pomeridiana ad qnintam vſque. deſumtum ex Lucio *prædicto lib & tit. Arreſt.* 14.

V.

Quinā Administratores salariū non accipiant.

Conſules, Syndici, Procuratores & Delegati Prouinciæ alicuius vel Ciuitatis, Tutores vel Curatores, Commiſſarij, Adminiſtratores & his ſimiles expenſas, quas fecerunt in officij ſui exercitio, recuperare debent, at non etiam operæ ſuæ pretium, niſi aliorum opera ad id vſi ſint, vel niſi tales ſint qui aliūde ſeſe ſuamq; familiam exhibere non poſſint, quā accepto operæ ſuæ pretio & ſalario, vt plenè notat Bart. *in l. placet. C. de SS. Eccl.* & *in l. Reſcripto §. fin. ff. de Mun. & honor.* Et ita iudicatum fuit pro ſolis expenſis & ſalarij excluſione. Arreſto Gratianopolitano, anno 1454. Quod ad ſalarium Tutorum pertinet, vide infra. *Arreſt. 12. tit. de tutoribus & curator. li 15. tit. 5.*

Guido Pap Quæſt. 68. I.C.

VI.

Testis operæ suæ pretiū auferat, & quos sumtus

Eadem eſt ratio teſtis, qui operam ſuam vendere ſeu venalem habere non debet *c. non ſanè 14. q. 5.* Verum ſumtus tantum ferre debet *l. quoniam libert. C. de teſtibus.* Nihilominus ſi opifex, operator, vinitor, artifex aut alius ſit, qui manib. victum quærat, præter ſumtus operæ pretium eis præberi oportet, quia officium his non debet eſſe damnoſum: *l. ſed & ſi quis D. quemad. teſta. aperia.* Et ita in hoc Regno obtinet, atque in Curia ita obſeruatur.

VII.

Aduocatorum & Procuratorū honorariū in Curia.

Antea ſeu antiquitus ſexaginta ſolidi Aduocato pro ſingulis cauſarū actionibus, Procuratori 40. ſolidi decreti fuerunt, iuxta Arreſtum ſuper hoc datū. Nihilominus auctum poſtea honorarium Aduocati fuit, & coronato definitū, Procuratoris vero quinque ſolidis Pariſienſibus æſtimatum, altero Arreſto, quod datum poſtea Pariſiis. *Luc. lib. 5. tit 1. Arr. 6.*

VIII.

Procuratores intra triennium salarium suū postulare debēt, nec ferius annorum id quod acceperunt.

Procurator poſt biennium ad petendum ſalariū ſuum à litigatore, cui operam dedit, non admittitur: ac prætere a tenetur commentarium ſeu rationes cōficere, atque ea ſcripto annotare, quæ accepit à prædicto litigatore, vt ita ſciatur, quiduam de iure ei adhuc præſtandum ſit: & niſi hoc fecerit, quamlibet non integrum ſalarium acceperit, idque iureiurādo adfirmare paratus ſit, nihil omnino petere poteſt. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, quod pronūtiatum patente velo, per D. Præſidem Sant-Andream num. 1. die Februarij 1570. idque iuxta Conſtitutionem Ludouici XII. anno 1512.

Iudicatum aduerſus quendam, cui nomen Philippo Tanuierio, Procuratorem Carnutenſem, idipſum quoque iudicatum in Curia Catholicia oocum 19 Iul. 1573. aduerſus Procuratorem quendam Selectorum Pariſienſium.

IX.

Vinitores salariū servat, quantum [illegible]

Ciuis quidam Gratianopolitanus in vineas ſuas complures operarios operatum mittit, iiſq; pollicetur, ſe tantumdem ipſis pro diurnis operis ſoluturū, quantum cæteri ciues Gratianopolitani vinitoribus ſuis ſoluturi eſſent. Poſtea reperiuntur nonnulli in diem quindecim denarios dediſſe, alii octodecim, nonnulli etiam viginti. Dominus quindecim offert. Iudicatum fuit pro quindecim Gratianopoli, per text. expreſſum *in l. qui concubinam §. cum ita 1. D. de le. 3.* deſumtum ex Deciſio. Guido. Papæ.

X.

Vinitores mercede conducti ad operas diurnas à ſole oriente ad ſolis occaſum aſſidue operari debent: alioquin ſalarium ipſis promiſſum ſolui non debet, iuxta ea, quæ not. Bald. *in rubr. de Oper. libert.* Ioan. de Imol. & Alex. *in l. ſtipulatione. de Verb. Oblig.* & *in l. mora. ff. de Fer.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi anno 1591.

Operā diurnā vinitores.

Vide Conſuetudinem Bituricenſem, quæ præſcribit horam, qua vinitores operæ initium facere debeat, & finem facere, diurnas operas aliis præſtantes.

XI.

Iudicia de Salariis vſque ad 25. libras Turonenſes executioni tradi debent, non obſtante appellatione, quātum ad id, quod ſalarium ſpectat: alioquin ſi quædam alia res aut materia non priuilegiata immixta ſit, hoc reſpectu appellationi deferendum eſt, ſeu appellatio admittenda eſt. Veluti ſi ſeruus domino ſuo aliquid mutuo vel commodato dederit, depoſuerit, remve aliquam fidei eius commiſerit, vel ſi ab eo iniuria affectus fuerit, vel ancilla deuirginata & impræguata, vt oporteat eam aut dotare aut ducere. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi 7. Martij, anno 1529.

Quædam sententiæ de salariis executoriæ sint nō obstante appellatione

XII.

Aegrotus ab officij ſui exercitio excuſatur, neq; ideo minus ſalarium ſuum pro rata eius temporis, quo ægrotauit, ferre ſeu accipere debet *a.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi 15. Iunij. 1419. & altero Arreſto 22. Septembr. anno 1483.

Ob morbū excusatus salariū suum accipit

Deſumtum ex D. Lucio, *tit. de Curia conſcriptis. Arreſt.* 12. & 13. *lib.* 4. vbi vltimum Arreſtum allegatur de die 9 Kal. Octobr. 1488. Charondas *lib. 9. Reſponſ. cap.* 24. allegat aliud quoddam 26. Maij 1556. quod datum pro quodam mercede conducto ſeu mercenario. Eaque eſt opinio Gloſſæ *in l. arboribus § de illo ff. de vſufr.* aduerſus Bartol. *in l. operas ff. de vſufr. legat.* Vide Deciſionem Capellæ Tholoſanæ, *quæ* 1. 150 & Aufre. *ad quæſt.* 268 Ant. Capyc. *deciſ.* 125. T.

a Iuxta *l. cum heres §. Stichum ſi heres. D. de Statu liber. l. vlt. §. penult. ff. Ad l. Rhod. de iactu.* & *l. qui operas ff. locati.* & ibi Bartol. aliaſque quas refert D. Maynardus, qui hanc quæſtionem tractauit *lib. 3. cap. 13. Quæſtio. ſuar.* & ait, ita iudicatum fuiſſe in Parlamento Tholoſano pro quodam mercenario. Idem de Doctore & Profeſſore publico, & Medico ſalario conducto iudicandum, non tantū, cum morbo detinentur, verum etiam, quando propter contagionem ſeu peſtem aut bella aliaque impedimenta profiteri non poſſunt, vel ægrotos ſuos inuiſere, idque plene tractatur per Franciſcum de Ripa *in tract. de Peſte à nu* 111. Facit *l.* 1. 6. *Diuo* & ibi Bartol *D. de variis & extraord. cognit.* & ita conſuluit Decius *Conſilio* 70 I.C.

Excusatio ppter bella.

APPENDIX ARRESTORUM ad Titulum XII.

I.

QVæſtores ſalaria Officiariis vltro ſoluere debēt, neque pati, vt ea iudicio à ſe poſcantur, condēnatuſque fuit Quæſtor Dardrenſis ad ſoluenda ſalaria quadriennij Procuratori Regio prædicti loci, Arreſto 20. Decemb. 1563. B.

Quæstores salaria officiariis vltro soluere debēt

II.

Etſi conſtitutione & conſuetudine mercenarius, operarius poſt 6. menſes à ſalario ſuo petendo excludatur: hoc tamen in ruſticis locum habere non videtur, ſed magis in vrbanis: Et vero Arreſto 4. Feb. 1583. Colonus quidam partiarius ab hac exceptione depulſus fuit, à prædictæ, inquam, Conſtitutionis præſcriptione aduerſus miſellum quendam operarium cuius operas conduxerat.

Præscriptio aduersus petitionē salarii operariorū de rusticis intelligenda non est.

Vide Arrestum vltimum *Tit. de Praescriptio* & Maynard. *in Quaestio. suis lib. 6. cap.* 98 I C.

III.

Quando Procurator retentionne salarii sui nomine vti possit.

Procurator, qui expensas æstimatas pro cliente suo accepit, vel quid aliud ipsius nomine, retentione vti potest, sibiq; soluere id quod sibi debetur salarij nomine, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 23. Nouembris, anno 1543. per *l. si non sortem §. si centum D. de Condictio indebiti.* Ioan. Faber. *in Enchiridio sua ad l. vnicam. C. Etiam ob Chirographa. cautio. pignus retiner. posse.* ait valdè ad rem, si quid mihi debeas, atque in manus meas deueniat vel delabatur res, quæ tibi debebatur, vel quæ ad te spectabat, eam me retinere posse, dummodo tu in mora sis mihi satisfaciendi, idque à te petiero, neque quicquam mihi obtuleris, id quod huic Arresto valdè conueniit: addatur & fauor Procuratoris, qui sollicitauit, procurauit, & laborauit pro te, qui eius opera impetrasti id, cuius nomine ei satisfacere debes, nēpe expensas, in quibus tacitam quandam hypothecam habet, atque ita ius retentionis.

IV.

De Procuratore, qui per obreptionem quid accepit.

Procurator quidam nomine la Riuiere, qui sub falsa notoria seu ementito obtentu. 20. Coronatos exsculpserat, ad eorum restitutionem pœna carceris condemnatus fuit, ac præterea in multam 10. librarum Parisiensium, atque in sexennium officio interdictus 22. Decembr. 1453. Cæterum Iudices aliue Officiarij non possunt vllos salariorum suorum nomine sibi obligare, verum ea ab his, ad quos ea res pertinet, æstimari curare debent. Ita iudicatum in Camera Parricidali. 2. Septembris. 1564. vbi huiusmodi cautiones seu obligationes irritatæ fuerunt. B.

Iudices nō possunt sibi alios obligare pro salariis.

LIBER SEPTIMUS.

TITULUS PRIMUS, DE IURE ET STATU HOMINUM.

Vide supra *Tit. de Receptione & Dignitate,* & infra *Tit. de Rescriptis moratoriis.*

ARRESTUM PRIMUM.

Filiusfamilias quando patris autoritate egeat, quādo non.



Per *l. non solum §. necessitate. C. de Bon. qua liber.* filiusfamilias agendo aut excipiendo absque patris sui autoritate procedere non potest, sesque omnino nulla est. Bartol. *in l. fin. §. 1. ff. de Verb. oblig.* amplius seu præterea ait: Filium familias minorem 25. annis pro re, quæ patrem non contingit, litigantem, non posse absque curatore in iudicio se sistere, etsi pater autoritatem præstiterit: verum in re, in qua patris interest, autoritatem patris sufficere sine curatore. Hodie stilo & obseruantia generali in patria iuris scripti, si filiusfamilias maior sit, patris autoritas non attenditur, & absque ea iure procedere potest: & si minor sit, atque de re ipsi peculiari agatur, in qua patris interesse non vertitur, con curatore ad eam rem ipsi dato procedit, renuente patre autoritatem præstare: At si patris intersit, isque autoritatē præstare recuset, officio Iudicis ad id faciendum cogitur, & vbi pater autoritatem præstat, curatore opus non est: Ita dictum fuit complurimis Arrestis Gratianopolitania anno 1456. & aliis deinceps.

Desumptum ex *decisione* 54. Guido Pap. I.C.

II.

Idem.

Iuris dispositione filius familias non emancipatus, in iudicio stare non potest, autoritate patris non munitus. Not. Bartol. *in l. Diuus. ff. de Testamentis.* Nihilominus si maior sit, non ideo processum nullum aduersum se allegare potest. Ita iudicatum in actione personali Arresto Gratianopolitano. 3. Apr. 1460.

III.

Filius patrē incarceratum liberare tenetur.

Filius liberationem *a* patris sui ob debitum ciuile vel criminale carcere detenti procurare tenetur: & si ex ratione *l. curatores & l. seq. Praet. § filium. ff. de Adm. tut. ad Cu. pert.* soluere nolit, vt minimum cauere seu fideiubere debet. *Auth. vt cum de appellatione cognoscitur. §. causas.* ibi: *Si quemlibet de prædictis.* Id si nō faciat, filius ingratus iudicatur per text. *prædicta Auth.* Ex eo nonnulli inferre voluerunt, subditum, qui quatuor casibus adstringitur, teneri iuuare dominum suum carcere detentum propter crimen aut debitum aliquod ciuile, si non habeat, vnde satisfaciat. Sanior opinio fuit, eum dominum suum iuuare teneri, cū captiuus est, aliter quam per iustitiam, & iniustè, si dominus pauper sit & subditus opulentus. *cap. 1. §. item & qui delator,* ibi: *cum potuerit. Quae fuer. prim. caus. benef. amitt.* Verum pro debito & multa non teneri. *l. qui proprio nomine. §. Procurator. versic. item contra ibi Pœnam. ff. de Procurator.* & *l. si communis familia ff. de Noxal. actio.* verum tantum pro redemtione domini sui capti ab hostibus legitimo Regis sui bello, & non aliter. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi aduersus Dominum Gymelium pro subditis ipsius p̄dicti loci, quod memorat D. Boerius *decis.* 128. *n.* 8. Vnde *b* colligi potest, bello ciuili nupero Dominos, qui partium aduersarum Regi fuerunt, captos non posse aduersus subditos suos pro adiuuanda redemtione sua ius aliquod prætendere, quoniā prædicta bella legitima non fuerunt.

Pro domino captiuo quādo subditi ipsius pretium redemtionis soluere cogantur.

a Hac de causa, etsi doarium consuetudinarium propria sit liberorum hereditas, quæ à patre, matre & liberis alienari non potest Cons, vxorem & liberos, quamuis minores, huic doario renunciantes admisit, vt videlicet prædictæ possessiones doario isti obnoxiæ venderentur, pro liberando marito & patre incarcerato in carcere palatij pro crimine homicidij, fauore patris redimendi. Arresto solenni, quod pronunciatum tempore Paschali. 11. April. 1571. à Domino primo Præside Thuano. vid. *Nouel.* 115 & *Auth. si captiui. Cod. de Episco. & Cler.* Glos. *in cap. 1. de feud.* 30. *l. 2. Cod. de Patrib. qui fil. distrax.* Charond. *li.* 4. *cap.* 16. & 16 *cap.* 18 I.C.

b Aduersus consequentiam, quam D. Paponius ex hoc Arresto deducit, desumto ex decisionib. D. Boerij, iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum habitorum Lugduni, anno 1596. 22. die mensis Octobris, quod datum pro Domino Ioanne Rupano, Barone Sabazacensi aduersus incolas prædicti loci Sabazacensis, qui condemnati fuerant sententia Seneschalli Aruernensis, vel ipsius Locum-tenentis Rigodoli ad soluendum redemtionis pretium, quod ipse, cum partium ad uersa-

uersarum esset, abiit; qui partes Regis turbantur, bello captiuus factus, soluere coactus fuerat: Curia appellationem in irritum deduxit citra multam, decreuitque id à quo appellatum esset, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, appellantes in expensas causæ appellationis condemnauit, & solutionem redemtionis ita faciendam, vt per singulos focos 40. solidi soluerentur iuxta consuetudinem Aruerniæ. Beroaldus pro appellantib. adserebat, eos non versari in casu Consuetudine expresso, vtpote quæ nominatim agat de domino captiuo apud hostes, id quod de bellis ciuilibus intelligi non posset: verum de iusto bello & licito indicto à Principe, belloque aperto, & denuntiato à Supremo Domino hosti peregrino, atquin eos, qui appellatum captiuum cepissent, latrones & prædones fuisse, qui sese in arcem Moonpensoriam recepissent, sine vlla approbatione absque duce, cum iam Dominus Dux Maynius Regi sese submisisset, alioquin hac ratione rimam seu fenestram aperiri Nobilibus Prouinciarum, in quib. similes sunt consuetudines per collusionem captiuitatem suam procurandi, atque ita subditos suos perdendi: Dominus Seguierus pro Rege sententiæ adhæsit. I.C.

IV.

Vsusf. patris in Francia nullus.

Generali huiusce Regni obseruantia pater in bonis aduentitiis filii sui vsumfructum non *a* habet: videndum est in eam rem Arrestum solenne *Tit. de Tutorib.* Id à iure patriæ *b* potestatis dependet, quæ vnque in hoc Regno non obtinet, vt ait Glos. §. 1. *Inst. de Patr. Potesta.* Et inde Alexand. de Imol. *ad l. Placet. ff. de Acquir. hered.* scripsit & tenuit, in Francia patrem in bonis aduentitiis liberorum suorum ius vsusfructus non habere. Chassanæus *in Commentariis suis ad Consuetud Burgundiæ. Tit. de Liberis ex pluribus lectis, id est, ex diuerso matrimonio susceptis*, ait, in regione Consuetudinaria contrarium iudicatum fuisse, Arresto Parisiensi, Imbertus *in Enchiridio suo* ait: inter quosdã Rupellanos hoc ipsum iudicatum fuisse, puta, patrẽ eius vsusfr. habere in bonis aduentitiis filij ipsius, & ad ipsum delatis ex successione matris, etsi pater ad ad secundas nuptias conuolasset, in Prouinciis, quæ Iure Romano reguntur, huiusmodi vsusfructus in vsu certo non est, vt in prædictis Prouinciis Consuetudinariis.

Patria potestas qualis in Francia.

a Contrarium obseruabatur in districtu seu diœcesi Parlamenti Tholosani, vt refert D. Maynard. *lib. 2. cap. 7. Quæst.* I.C.

b de Patria Potestate & autoritate vide Alcia. 2. *dispunctio.* & Phil Bugnyonium *in nupero suo tractatu de legib abrogatis*, Glos. *in verb.* Romanorum §. *fin. inst. de Patr. Potest.* Bartol. *in cap. 1. de duob. fratr. & in l. qui testamento C. de Probat. & tractatum* D. Petri Ærodii Locumtenentis criminalis Andegauensis, quem ea ea occasione composuit, quod Filius ipsius primogenitus ad societatem Iesuitarum sese contulisset, vbi etiam hæsit.

V.

Vsusfr. patris in bonis filii.

Mater quædam maritum suum heredem instituit ea lege, vt hereditatem filio suo restituat, cum ad ætatem 25. annorum peruenerit. Maritus ad secundas nuptias conuolat adscita vxore iuuene, & priuigno huic infestissima. Is, cum ad 25. annos peruenisset, hanc restitutionem postulat. Pater quidem assentitur: verum sibi retinere intendit vsumfructum tertiæ partis, quæ filij legitima est in bonis matris, quæ vtique non potuerit huiuscemodi institutione patrem prædicto vsufructu priuare, quæ ipsi debetur ex lege. Quæ opinio fuit Bartoli *in Auth. excipitur. C. de Bonis quæ liber.* per text. *Vt licet. matr.* Alex. *in l. aũ. ex filio. in fin. ff. de Vulg. & pupilla. substit.* nisi fortè pater prodigus esset suaque bona lapidaret. Nam hoc casu totum amittit. *L. Imperator. ff. ad Trebell.* filius reluctatur & ait, sibi omnia restituenda, non retento vsufructu prædictæ legitimæ suæ: vt tenet Gloss. *in d. Auth. vt licet. matr. & auta. in pri.* & Baldus *in l. firmi. in fin. ff. Famil. ercisc.* ac nominati n attento secundo matrimonio, & inspecta mala tractatione filio facta per *l. cum oportet, Cod. de Bon quæ liber.* Hæc controuersia in Parlamento Burdegalensi, & in Maiore Camera dubia visa fuit, posteaque æquas sententias tulit, & rursum in Camera Libellariorum retractata iterum pares sententias tulit, tandem cõclusum fuit, & datum Arrestum pro opinione Bartoli, in fauorem patris, aduersus opinionem Glossæ. 3. Augusti. 1523.

VI.

Filiusfam. cu patre fruens possessionem sibi non acquirit.

Liberi sæpe cum patre, sæpe absque patre fundos ad patrem vel matrem suam spectantes exercent siue colunt, fructusque sibi capiunt solique fruuntur, haud aliter ac si fundi ad eos spectarent: i post mortem patris & matris hac possessione in quadam causa sese tueri volebant. Arresto Burdegalensi, penult. Nouembr. 1531. causa ceciderunt, eo quod quicquid egissent id nõ possessionẽ induceret, verũ obsequium patri & matri seu ministerium piorum nomine, & iure familiaritatis exhibuissent: *l. quæsitum familiaritatis. ff. de Acquir. poss.* & *l. & habet. §. 2. de Precar. l. ob maritorum Cod. Ne vxor pro marit.*

VII.

Mortis causa donatio in patrem a[u]torem facta non valet.

Donatio mortis causa à filio in patrem collata ipsius autoritate non valet, si in sacris seu patris potestate sit, quoniam filio suo in rem suam autor esse nõ potest *l. 1. §. pupillus. & l. quod diximus & l. si tuum. cõmuni. ff. de autor. tut. & § fin. Inst. eod.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 19. Augusti 1459.

Desumtum ea Guido. Pap *quæst* 123. Contrarium defendit Molinæus *in Annotatio suis ad Alexand. consil. 106. lib. 1. & ad Phylippum Decium cons. 245* Hac videlicet ratione, quod cũ patria potestas in fauorem patris introducta fuerit, in ipsius odium & præiudicium retorqueri non debeat Atque ita quoque tenet Guil. Benedict. *in repetit. c. Raynutius in verb. matrem se super Cleram. numer. 46 de Testam.* Et Feronius ad Consuetudines Burdegalenses *tit. de Testamentis § 24.* T. D. Maynard, etiam *lib. 5 Quæst. cap.* 3. contrarium quoddam Arrestum refert, quod datum in Parlamento Tholosano 7. Februarij 1589. vbi vide ipsius rationes. I C.

VIII.

Minor 15. annis seruus vel manus mortuæ iudicari non potest, seu de Carbonia. Edict.

Si pupillo status controuersia moueatur, & seruus dicatur aut seruilis conditionis & manus mortuæ, vt nonnulli sunt in Francia, tam in patria consuetudinaria, quam in patria Iuris scripti, ex composito actio in pubertatis tempus differri debet, postea quam videlicet 15. annum adimpleuerit. Et ita de cæteris actionibus, in quibus status controuersia pupillo mouetur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiẽsi, quo infirmata sententia quædam Libellariorum Palatij, anno 1394. Atque adeo emendata sententia dictum fuit, Caussam status differri oportere, vsque quo reus annum 15. complesset, per text. *in l. Diui fratres, in princ. de liberal. caus. & in l. Carbonianum § causæ vers. alia est causa cognitio. de Carbo. Edict. ff.*

IX.

Hospitalis non nisi succ. suorum eorũ, [...] i bona ex ipsius reditu acquisierint, acquirit.

Presbyter Hospitale ingressus Arresto Burdegalensi declaratus fuit habere potestatem acquirendi alienandi & disponendi de bonis suis: & Syndicus seu Procurator Hospitalis id impedire volens causa cecidit 17. Iulij 1548. iuxta doctrinam Baldi *Consi. 7. volu. 2.* & text. iunct. Glos *in c. a vel ex continentia.* dummodo bona non acquisiuerit ex reditu & re Hospitalis, tunc enim Hospitali ipsi acquirit. *l. si d. fundus. C. Arbitr. tut. Auth. licet. C. de Episcop. & Cleric.*

X.

Arresto Parisiensi, quod datum Maiorib. diebus

Mulier quando absque autoritate mariti agere potest.

Molini habitis 22. Octobr. 1540. Matillaco & Longueuallio perorantibus, processus intentati aduersus fœminam nuptam à marito suo autoritatem nō habentem, nulli declarati fuerunt: in causa nempe ciuili id ita iudicatum. At in criminali: *a* validi essent processus aduersus fœminam accusatam, haud aliter, ac contra minorem absque curatore, aduersus *l. Clarum. C. de Autor. præst.*

Mulier quando publice negotiari dicatur.

Filiusfam. mercator obligare se atque in iudicio stare potest.

Mulier separata, quādo absque autoritate mariti sui obligare se possit.

a In causa iniuriarum & criminalibus filij familias & vxores absq. patris vel mariti autoritate stare in iudicio possunt: Mansuer. *tit. de Exceptio art.* 9. 25 Consuetudo Bituricensis *Tit.* 1 § 12. & complures aliæ huic exceptioni concordant. Vide infra *Arrest.* 22 & 23. Duæ præterea exceptiones addendæ sunt quarum prior est, cum mulier publice negotiatur, id est, cum separatim à mariti sui mercatura negotiationi insistit. Idem in filiofamilias publicè mercaturam exercent. Is quippe se obligare potest, atque in iudicio stare, siue agendo siue excipiendo, pro rebus videlicet, quæ mercaturam spectant, absque patris autoritate, quoniam hoc casu pro patrefam. habetur. arg. *l. sed et si §. parui. D. de Instit. actio.* Altera casus est, cum mulier reipsa a marito suo separata est, & hoc tamen adhuc casu sese nonnisi pro re negotia domestica spectante, vel pro bonorum suorum & reditus administratione, & pro eliberatione mariti sui, sua ipsius & liberorum suorum obligare potest, & non etiam possessiones suas alienare, iuxta *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* & distinctionem, quam Arresta Curiæ super hoc constituerunt, quæ plenè vna cum rationibus litigatorum a me referuntur in meis Quæstio. Iuris, *quæst.* 49. 50. & 51. I.C.

XI.

Expensæ aduersus mulierē sine autoritate viri citatam.

Altero Arresto prædicti loci, 22. Octobris 1540. dictum fuit, expensas aduersus mulierem sine autoritate viri citatam taxari seu æstimari non oportere.

XII.

Idem.

Absente marito fœmina conuenta & autoritate Curiæ munita aduersus Arrestum contra se in principali datum admittitur, libellum seu querelam proponens ex capite absentiæ mariti, si ea probabilis sit, atque ex belli occasione, neque ei autoritas Curiæ obesse potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 17. Februarij. anno 1525.

XIII.

Autoritas mariti præcedere debet.

Iudex antè mulieri à marito autoritatem præstari curare debet, vel in eius defectum eove recusante ipse autoritatem præstare, antequam *a* eam cogat coram se vllo modo procedere *b*. Et ita iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum Molini habitorum. 9. Septembris 1540. infirmata sententia Balliuij Forosegusiensis, qui decreuerat, mulierem intra quindecim dies actionem excipere oportere, eoque ipso die autoritatem mariti sui interponi curaturam.

Quomodo sententiæ aduersus mulieres autoritate mariti destitutas executoriæ sint.

a Charond. *ad Art.* 534. defendit autoritatem sequentē sufficere I.C.

b Iudicium tamen, quod aduersus mulierem autoritate mariti non munitam datum fuit, executorium non est super bonis communionis, nisi post obitum mariti vel soluto matrimonio. Ita iudicatum Arresto, anno 1562. Attamen iudicatum fuit, propria mulieris bona vendi posse ad concurrē-tem debiti quantitatem reseruato vsufructu marito ad dies vitæ ipsius, Arresto 3. Augusti 1574. aduersus mulierem quādam, quæ sese viduam iactabat, cum tamen nupta esset, atq; eam 300 librarum reditum constituisset, atque eum vt redimeret, conueniretur. Id quod in fortioribus terminis iudicatum fuit pro marito quodam, aduersus cuius vxorem ante matrimonium iam agi cœptum erat, quique ei postea autoritatem præstare recusauerat. Nam qui æri alieno obstrictam mulierem ducit seu sibi despondet, is simul, vt dici solet, æs alienum sibi despondet, adeo vt cogatur vxori suæ autoritatem præstare Arresto 1. April. 1564. Vide *Arrest.* 17. 18. & 1 *huius tituli* B. Durum nihilominus est ei, qui sententiam condemnationis impetrauit, aduersus mulierem autoritate mariti destitutam, & tamen autoritatem suffultæ habentem, mariti mortem expectare, vt sententiam exequatur, præsertim cum mobilia extant, in quib. mulier partem habet ex bonorum communionis obtentu regulæ practicæ, quæ maritum dominum constituit mobilium.

XIV.

Mulier excusare se potest, quod intra tempus legitimū non egerit, metu viri.

Mulier quæ post decennium Constitutione præscriptum restitui postulat, admittitur allegans, maritum suum impediuisse, ne intra tempus legitimū veniret, eoque nomine à marito malè habitam se & tractatam, eo quo metueretur eius consensum impetrare. Et in huiusmodi re deber iudex decernere, vt partes procedant, & reum excipere oportere omni exceptionum genere in rescindente & rescissorio, vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi. a die Decembris. 1538. Et illud obseruatur, vt nisi mala tractatio probetur, præscriptio locum habeat & currat aduersus mulierem per *cap. peruenit. de empt. & vendit.*

Quatuor Arrestis subsequentib. quæ à me referuntur in quæstio. 24. iudicatum fuit, metum maritalem seu viri non sufficere ad impediēdum cursum præscriptionis decennalis, constante matrimonio, neque sufficere solum metum reuerentialem, verum necesse esse, vt præterea accedant minæ, vel verbera. Not. *in l.* 1. *§. continua D. Quar. rer.* I.C.

XV.

Mulier in patriis iuris scripti non est in potestate mariti & agere & conueniri potest.

In patria Iuris scripti seu Regionibus, quæ iure scripto reguntur, mulier in mariti sui potestate non est, & citra eius autoritatem & agere & conueniri potest. *l. si vxor tua.* & ibi Ioan. Faber, *C. de Condictio. indeb.* & §. 1. *Inst. ad Tertullia.* vbi expresse dicitur & nominatim in d. l. si vxor tua. mulierem nuptam in potestate patris sui manere, & notatur, maritū ipsi Curatorem dare non posse. Hoc præsupposito, mulier quædam appellans à taxa expēsarum adiudicatarū, sententia data in quadam lite aduersus ipsam intentata autoritate mariti destitutam, deserta appellationis nomine conuenta sese tuebatur prædictæ autoritatis defectu. Verum Arresto Parisiensi causa cecidit, & multæ ordinariæ subiecta fuit. 20. die Martij. 1528.

Contrarium postea iudicatum fuit, nempe mulierem nuptam in Prouincia Lugdunensi iuris scripti, in potestate patris sui non esse, verum in potestate mariti sui: & filiarum matrimonio seu nuptiis per totam Franciam patriam potestatem cessare, & in maritum transferri: 9 Iunij 1595. ad relationem D. Lalemantij in prima Camera Inquisitionum inter Merautium Chatletum ciuem Lugdunensem appellantem a Seneschallo Lugdunensi vel ipsius Locumtenente, & Ioannem Baptistam Rouuillium appellatum. I.C.

XVI.

Maritus autoritatē vxori suæ præstare cogi non debet.

Maritus autoritatem vxori suæ ad litigandū præbere cogi non potest, etsi nulla causa recusandæ autoritatis sit: neque aduersus hoc facit *l. vlt. §. necessitate. C. de bon. quæ liber.* qua pater cogi potest captis pignoribus filio autoritatem præstare: Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quo infirmata sententia data à Iudice Rupellano aduersus maritum recusantem autoritatem præstare, quod allegat Imbertus *in Enchiridio suo.*

XVII.

Idem.

Sententia aduersus vxorem lata, executoria aduersus maritum.

Attamen prædicta Curia Arresto, quod datum 27. Augusti 1543. posteaquam dixisset, malè iudicatum fuisse à iudice, qui maritum recusantem autoritatem vxori suæ præstare, condemnauerat, declarauit & permisit, vt sententia quæ contrà mulierem daretur, executioni tradi posset aduersus maritum, idque ideo, quod perspexisset, prædictum maritum iniuria recusasse.

Et po-

Et postea ita iudicatum fuit Arresto 4. Iunij 1576. Secus, si iustam habuerit causam autoritatis denegādæ, Charond. lib. 2 Responsor. cap. 46. I. C.

XVIII.

Idem. In alia quadam facti specie, maritus quidam conuentus ad autoritatem præstandam recusat, ideo quia diceret, pactis dotalitiis sese socios esse & communes in omnibus bonis, id est, communionem omnium bonorum contractam, excepto ære alieno ante matrimonium contracto: cæterum æs alienum de quo ageretur, omnino matrimonium præcessisse. Aduersarius dicebat, mulierem tutricem suam fuisse, & in prædictam communionem intulisse complurima mobilia. Atque ideo postulat, vt marito renuente Curia autoritatem præster, decernatq; Arresta aduersus maritum executoria fore. Curia Parisiensis Arresto suo 26. Decembris Anno 1544. prædictæ mulieri autoritatem præstitit, decreuitq; Arresta & iudicia, quæ super eo dabuntur, aduersus maritum executoria fore ad concurrentem vsque modū bonorum, quæ prædicta mulier in communionem intulisset.

Vid. quæ scripsi supra hanc quæstio. in Quæst. meis notabilib. quæst. 107. 60. I. C.

XIX.

De muliere quæ cōtraxit citra autoritatē mariti sui. Mulier absque autoritate mariti sui contrahere non potest. Nihilominus, si citra prædictam autoritatem contrahat, post matrimonium solutum tenetur & conueniri potest, iuxta doctrinam Ioannis Fabri *in l. Filius. C. de Pact.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat D. Tiraquellus *lib. de legib. Connubialibus sub finem.*

Consuetudo Bituricensis Tit. 1. art. 16. 17. contrarium statuit, vt (art. 13.) supra iunct. Annotatio.

XX.

Mulier quomodo citra autoritaté atq; insciento marito validè se obligare non possit. Dominicella Margareta Harentia Condaminensis nupta fuit nobili viro Iacobo Chauuetio Domino Bruyeriæ, & ex hoc matrimonio editus filius Ioānes Chauuetius qui in Delphinatu mortuus est apud materterā quandā suā. Testamētū profertur, quo mater ipsius heres vniuersalis instituitur qua de re controuersia exorta pro prædicta matre definita fuit. Cūvidua esset, secundas nuptias contrahit cum quodam, cui nomen Ludouico Bertolino militie Bourgi Argentalij, nimirum inæqualiter, & vtcunque admota quadam, nescio corruptione aut amore, impressione. Ita coniunctis matrimonij fœdere, quandoque benè conueniebat, quandoque non. Euenit aliquando, vt cum ipsis non conueniret, prædicta Dominicella sese recolligeret atque cognatos suos compellare vellet, cum commodum incidit in patruelem quendam suum dominum Trocesardium, Ludouicum Harentium Condaminensem: is subsidium & auxilium ei ad diuortium inter maritum & ipsam præstat: eā inoicem prædicto patrueli suo cauet, sese ei summam 2000. Coronatorum debere, quam partim mutuam probè acceperit, vel aliter in negotia sua erogatam, eique pollicetur, se ea ipsi soluturam, omniaque & singula bona sua hypothecæ supponit. Postea Bertolinus & mulier ipsius sese quadantenus conciliant, atque ites Lutetiam instituunt propter litem quandam super fundo quodam in Prouincia Lugdunēsi, quem sibi mulier vindicabat. Ibi in prædicta videlicet vrbe Parisiensi ipsa testamentum condit, atque eo heredem maritum suum Bertolinum instituit, mox moritur. Is hereditatem adit, & quicquid bonorum eius erat, vendit partim trāsactione facta de bonis quibusdam, ac nominatim quæ litigiosa erant, partim expressa aliorum venditione, etsi Bruyeriæ præcedens prior alia venditio esset facta sub facultate redimendi, seu luitionis, cuius nouum pretium pro confirmatione Bertolinus sumsit: quinimo consensit, prædictam Bruyeriam subhastari & adiudicari per decretum; prout etiam postea factum fuit, ita vt in prædicta hereditate nihil amplius extet, neque quicquam supersit prædicto Bertolino præter actionem duorum millium Coronatorum. Et hæc actio vtique passiuā, si soluendum sit, & cautio vera sit & legitima, vel saltem actiuā si qua ratione vacua & inanis declarari posset, velut facta à prædicta Dominicella absque autoritate venia & scientia mariti sui, vt requirebatur, etsi non eiusdem conditionis esset, qua illa. In hoc dubio rescriptum à Rege impetrat directum ad dominos Parlamenti, qui causam ad se euocauerant, eo fine scilicet directum, vt prædicta cautio irritaretur, quæ quodam modo suspecta prætenditur citra falsi tamen actionem, vt ita prædictus Bertolinus pertem summam retentam in manibus sequestri pretij addictionis Bruyerianæ admitteretur. Prædictæ partes diu multumque super validitate aut nullitate prædictæ cautionis disceptarunt, Curiaque super eo hæsit, atque ideo causa ampliata fuit Arresto 2. die Martij 1582. Etsi altero præcedente Arresto 30. Decembris 1581. inter alia multa decretum fuisset, prædicto Bertolino prædictam summam 2000. Coronatorum tradi oportere, præstita ab ipso cautione; idquod persequi non potuit, eo quod cautionem non reperiret: postea Arresto definitiuo prædicti Parlamenti Parisiensis, quod pronuntiatum 14. Iulij 1584. dictum fuit, habita ratione Rescripti seu diplomatis Regij oblati à prædicto Bertolino 30. Decembris 1581. eumque approbato Curiam prædictam cautionem factam prædicto & Trocesardio à prædicta defuncta Dominicella Margareta Harentia Condaminea 14. Martij 1579. cessare & annullare. Et relaxationem prædicto Bertolino fecit, Arrestorum aduersus ipsum factorum ad postulationē prædicti Harentij Condaminei, eumque omnibus cautionibus liberauit, saluo & reseruato iure prædicto Harentio sibi prospiciendi eorum numorum nomine, quos prædictæ defunctæ tradidisse intendit, quosque in ipsius vtilitatem conuersos comprobabit, itemque ratione sumtuum, expensarum, salariorum & operarum, quas in lites & negotia ipsius fecisse & impendisse se intendit, quas ideo intra mensem designare eum oporteat, viceuersa saluis prædicto Bertolino exceptionibus suis in contrarium, & consequenter prædictum Bertolinum absoluit à petitionibus, postulationibus & conclusionibus à prædicto Harentio aduersus ipsum coram Balliuio Forosegusiensi vel ipsius Locumtenente: denique Harentium in expensas condemnat.

XXI.

Maritus qui bona quædam vxoris suæ vendidit, compensationem quandam cum ea instituere potest, atq; ita cum ea contrahere, alia videlicet bona vice alienatorum ipsi tradendo, eamque indemnem præstare, validæque erunt apochæ eo nomine ab ipsa emissæ & cautiones, quibus sese contentam profitetur. Ita iudicatum fuit pro Clemente Formatio, aduersus Claudium Crusium & Annam Andrensem, appellantes à Balliuio Forosegusiensi, anno 1555. & altero Arresto Parisiensi. 9. Aug. 1540. Maritus cū vxore sua quādo contrahere possit.

Vid.

Vid. *art.* 252, Coofuetud. Patiſien.

XXII.

Minor accuſatus quando curatore egeat

Acenſatio criminalis atque eatraordinariè aduerſus minorem 25. anuis, Curatore deſtitutum intentata valida eſt: & conſequenter ſententia ſuper ea accuſatione prolata, aduerſus text. l. *Clarum. Cod de Auter. præſt.* Vt Arreſto Tholoſano iudicatum fuit, anno 1542. Attamen ſi ciuiliter agatur, atque ordinariè, minori curatore dato proſpici oportet. *d. l. Clarum.*

XXIII.

Mulier accuſans autoritate mariti munita eſſe debet, accuſata non itē,

Fœmina nupta ex communi Franciæ obſeruantia autoritate mariti deſtituta in falſi crimen inſcribere aut accuſare non poteſt: ipſa tamen accuſari & criminaliter conueniri abſque prædicta autoritate poteſt, per rationem prædictæ *l. Clarum.*

Pro his duubus articulis vid. Notata ſuprà ad Art. 10. & adde caſum quo minor abſque patris vel curatoris autoritate ſiue agat ſiue conueniatur, io iudicio ſtare poteſt, hunc videlicet, in actione ſup fœdere matrimonij Et ita in Curiis Ecleſiaſticis ſeu apud Iudices Eccleſiaſticos obſeruatur. I.C.

XXIV.

Filiusfam. Presbyter quãdo patria poteſtate liberetur.

Filiusfam. etſi Presbyter factus fuerit, patria poteſtate non ideo ſoluitur, neque emancipatus cenſetur, verum in prædicta poteſtate nihilominus manet, vt ait Bartol. *ad l. patre furioſo D. de his qui ſunt ſui vel alie.* Attamen ſi prædictus filiusfam. Archiepiſcupus aut Epiſcopus factus fuerit, patria poteſtate liberatur, ex iure Romano & conſtitutione Iuſtiniani *Auth. ſed hodie Cod. de Epiſcop. & Clericis.* Alioquin ſimplex & nudus Presbyter, Curio vel Prior ſecularis in patris poteſtate, niſi emancipatus fuerit, manet, quamlibet id, quod ex officio ſuo vel ex fructibus beneficij ſui acquirit, propria ipſius ſint, & in iis pater vſumfr. non habeat. Et ita in ſupremis Franciæ Curiis ſeu Tribunalibus obſeruatur, iuxta doctrinã Dd. noſtrorum *ad l. ſacroſanct. C. de Epiſcop. & Clericis.* ſunt enim quaſi Caſtrenſia.

Religioſus mēdicans Epiſcopus factus voto paupertatis ſoluitur, eiuſq. cognati ipſi ſuccedunt.

Non tantum Presbyter ſecularis Epiſcopus vel Archiepiſcopus factus, patria poteſtate liberatur, verum etiam religiuſus profeſſus, etſi e mendicantium ordine fuerit Epiſcopus factus votu paupertatis ſoluitur, & ad inſtar aliorum Eccleſiaſticorum reponitur, adeo vt cognati pſius ei ſuccedant, at non etiam conuentus, in quo profeſſus fuerat Ita iudicatum arreſto, quod pronuntiatum in purpura ſuper ſucceſſione D. Foullei religioſi profeſſi ordinis S. Dominici Epiſcopi Catalaunenſis 15. april. 1585. quod refert Charondas *lib. 7. Reſponſor. cap.* 127. I.C.

XXV.

Tacita emancipatio.

In Francia conſuetudine inoleuit, vt filiifamilias maiores 25. annis, etſi non coniugati pro emancipatis habeantur, omneſq; actus celebrare poſſunt, puta teſtari, codicillos facere, contrahere, mutuo ſe obligare aduerſus Macedonianum, & in iudicio ſtare citra patris autoritatem, vt ait Boetius *in commentar. ſuu ad Conſuetud. Bituricenſ. Tit. de Statu hominum.* §. 2. In patria iuris ſcripti rigor

Expreſſa emancipatio.

iuris communis obſeruatur, vt videlicet filiusfam. etſi maior 25. annis teſtari non poſſit, vt ſæpè Arreſtis iudicatum fuit. In prædicta patria emancipatio vſurpatur, quæ fit infantis impuberis, puberis vel maioris promiſcuè & abſque Reſcripto Princi-

Forma emancipationis.

pis, vt antiquitus iure Romano requirebatur: idque coram loci iudice infimam & mediam Iuriſdictionem habente: & ſufficit, vt ſimpliciter & abſque aliis ſolennibus, quibus ſuperſtitioſi vel curioſi nonnulli vti voluerunt, vt pater declaret, ſe filium ſuum poteſtate ſua dimittere & emancipare, & conſentire poſtulareque, vt id à prædicto iudice comprobetur, atque in Acta eius ſeu Regeſta referatur: id quod indulgere debebit, cæteris ſolennibus inanibus & abſque vllo fructu ſeu inutilibus. Hæc emancipatio ad

Emancipatio particularis

vnicum quoque finem tantum particularem fieri poteſt, veluti vt contrahere poſſit, negotiari, aut in iudicio ſtare vel ſimpliciter nulla re ſpeciatim deſignata, vt ſcripſerũt & tenent Bart. *ad l. x. ff. ad Trebell.* & Iaſ. *ad l. cũ quid D. ſi cert. pet.* Multũ autẽ inter hæc

Pater emancipatus [illegible] vſumfr. bonorum filij ſui amittit

duo Emancipationũ genera intereſt. Simplici quippe & generali emancipatione pater ius vſusfr. in bonis filij ſui emancipati amittit, niſi expreſſe id ſibi reſeruaret, id quod facere poteſt pro dimidia tantum parte, & non etiam pro toto, vt ait Imperator *in l. cum oportet. & in l. ſi vnua Cod. de Bon. quæ liber.* At per particularem emancipationem ad certum actum facta, pater nihil ex prædicto vſufructu amittit, & totum ſibi retinere poteſt.

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum I.

I.

Filiusfam. negotians pro patre [illegible]

Filiusfam. pro patre negotians, eum, vt inſtitor, obligare poteſt. Ita iudicatum 18. Septem. 1576. parente velo.

II.

Pater ob crimina vel delicta filij non tenetur, niſi ea filij [illegible]

Pater pro delicto filij conueniri non poteſt, & noxã caput ſequitur: vt iudicatum fuit Arreſto 27. Maij 1564 & 19. Mar. 1569. alias ꝓ filio in ſolidũ tenetur. *l. pater filio ff. Quod cũ l. 1. l. ſi mãdati C. eod. l. 1. §. ratũ. ff. quod iuſſu C. eod.* in contractibus, itemq; in iudiciis. *l. 3. §. ſidem ff. de Peculio.* Ita Arreſto 26. Nouembris 1569. Papus Conſiliarius Tholoſanus ad ſoluendas expenſas pro filio ſuo in quadam lite ſuper beneficio, in qua prædictus filius cauſa ceciderat, condemnatus fuit, & 14. Auguſti 1549. expenſæ impetratæ & taxatæ aduerſus Iacobum Marcheboninm filium, aduerſus patrẽ executoriæ declaratæ fuerunt 19. Auguſti 1557. aduerſus Ioannem Patinum, fuit etiam pater proprio & priuato ſuo nomine condemnatus ad ſoluendas expenſas, damna & intereſſe aduerſus filium adiudicata, B.

Maynardus *lib 7. Quæſt. cap.* 22 reprehendit hoc loco hanc additionem, quæ eſt D Bergeronu, & ait, Arreſtum Tholoſanum hic relatum Tholoſæ datum non fuiſſe, atque in lite, in qua id datum eſt, nullam factam expenſarum condemnationem aduerſus filium D Pappi, in qua agebatur de titulo Præbendæ cuiuſdam Eccleſiæ S. Seruini Tholoſæ, & vero id aduerſus regulas iuris eſſet, quibus cautum, ex alterius contractu neminem obligari. *l. cum te eſſ. ſtores C. Ne vxor pro marit* niſi pater contractui conſenſerit, niſi quatenus, in peculio aut in rem patris verſam. V. Cuiac. Obſeruat. *lib.* 15 *cap.* 34 I.C.

III.

Liberi nõ facile reſtituuntur ad uerſus cõtractus cũ patribus ipſorũ celebratos & initos.

Vigeſimaſecunda Decembris 1579. poſt meridiẽ ſententia quædam confirmata fuit, qua filia cuiuſdã reſtitui poſtulans aduerſus apocham patri ſuo datã eius, quod ipſi tutelæ ſuæ nomine debebat repulſã paſſa eſt, etiam non viſis rationibus, idque ob reuerentiam paternam. Ex eadem cauſa 29. Ian. 1577. Cum Pouſſenius Conſiliarius in Caſtelleto reſcindi poſtulatet & reſtitui aduerſus alienationem vitrico ſuo factam, qui doario matris ipſius eum acqui-

aſcete

efscere fecerat, alienationem inquam, domus cum redditibus permutatæ ad liberorum commodum, etsi absque decreto alienatio facta fuisset, dictum fuit, ob reuerentiam paternam factum à patre tenere oportere, præsumente videlicet Curia, quod pietas consilium pro liberis capiat. B.

IV.

Mulier pro marito obligata incarcerari non potest

Mulier, quæ pro marito suo se obligauit & intercessit, durante contractu rescissionis & restitutionis aduersus vtrumque incarcerari non potest, quicunque tandem prætextus doli sit. Ita iudicatum 19. Februar. 1577. perorante Gothofredo. Et notandum est, et si mulier regulariter non possit intercedere seq; obligare, nisi beneficio Velleiani renuntiet: nihilominus id locum non habere in cautione iudiciali, iudicatum solui vel iudicio sisti. Ita iudicatum postrema Aug. 1578. in Camera Parricidali seu criminali.

Velleiano in cautione iudiciali locus non est.

Vide quæ dixi *in Quæst. mea* 52. I. C.

V.

Maritus vxorē suā maletractans non ideo incarceratur.

Cum vxor à marito emendata seu castigata fuisset, citra probationem sæuitiæ, & socrus violenter repulsa fuisset, ad postulationem Procuratoris Regij ab ipsa suscitati maritus in carcerem coniicitur, appellatione facta Procurator Regius benè appellatus iudicatus fuit, & in expensas, damna & interesse 16. libris Parisiensibus taxata condemnatus fuit Marillaco pro appellato perorante 19. Mar. 1575. in Camera Parricidali.

VI.

Mulier cū vidua esset obligata, si iterum nupta sit non incarceratur

Mulier vidua & corporali nexu obligata, si iterum nubat, incarcerari non potest: attamen consignare debet vel relaxare in materia subhastationum.

VII.

Vxor pro marito suo nexu corporali se obligare potest.

Vxor pro marito suo se obligare potest, etiam nexu corporali in materia ciuili, maxime si renuntiauit *Auth. si qua mulier*, Velleiano, & *Auth. sed hodie*. Neq; mulier admittitur restitui postulans sub specie metus vel protestationis, iuxta *l. quamuis. D. solut. matr.* Ita iudicatum Arresto 3. Iulii 1564. aduersus vxorem Godardi, præsidis & Iudicis Præsidialis Sancti Petri Monasterii, Buissonio perorante.

TIT. II. DE VNIVERSITATIbus, communitatib. seu corporibus, aliisque.

In omnibus ciuitatib. & Rebuspub bene compositis, vt Ioannes Faber de Francia testatur *in §. Vniuersitatis. de Rer. Diuisio* nullus cœtus, nulla coitio, concilium populorum absque Regis aut Curiæ, aut alterius Summatis, qui apud Regem, venia permitti debet, ad euitandas videlicet factas & seditiones. *l. 1 §. item collegia. Quod cuiusque vniuers. l. 2. §. in summa de Colleg. illic.* attento eo, quod hinc maxima oriuntur pericula. *l. 1. in fine ff. ad l. Iul. Maiest. l. conuenticulum. de Ep. quæ ad Eccles. 1. & 2. Cod. de Sedit.* Neque etiam communitatibus vt coeant ad constituendum Syndicum pro quadam causa persequenda, absq; decreto, licentia & permissione Magistratus, alioquin puniri possunt. Guido Pap. *Decis. 87. 106.* Boerius *Decis. 60.* neq; possunt Comites Corpus erigere, neq; Primates aliquorum Officiorum in præiudicium Statutorū & potestatis Regiæ, prout Episcopo & Comiti Bellouacensi 27. Febr. 1578. interdictum fuit, perorante Hamelio.

ARRESTVM I.

SI agitata lis fuerit à domino loci vel alia priuata quadam persona aduersus vniuersitatem incolarum Castellaniæ, Baronatus aut dominij, vsque ad sententiam inclusiuè aut exclusiue: longoque postea temporis interuallo processus illos obtendere velit, aut sententiam si quæ sit, incolæ illius temporis excipere non possunt, sese eorum, qui litigarunt aut condemnati fuerunt, heredes vel successores non esse, specie rationis & regulæ vulgatæ, quia ea res inter alios acta fuerit. Enimvero quiqui sint illi, heredes vel non, cū prima instantia aduersus vniuersitatem incolarum intentata fuerit, atque eo in loco hodie sint, eandemq; vniuersitatem repræsentent, & noui sint incolæ, idē populus habentur. Textus eam in rem notabilis, *in l. Proponebatur. D. de Iudiciis.* ibi, *nam & legionem candē haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij subst tuti essent, & populum eundē hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano pro Capitulo Beatæ Virginis prædicti loci aduersus Herbricenses, anno 1458. Idemq; dictum fuit postea Arresto Parisiensi pro illustri Ludouico Riuorio, Domino Chenalardij, aduersus incolas prædicti loci. 19. Iunij 1556.

Idem tamē censetur

In hac materia in Curia Subsidiorum disputatum & agitatum fuit, vtrum incolæ Parochiæ cuiusdam, qui nuper vel recenter eo conuenerunt, conferre debeant ad solutionem debiti à Parochia longè ante contracti ad subueniendum cōmunibus necessitatibus, & vero iudicatum fuit Arresto, quod datum pro Syndico & Procuratore incolarum Maranensiū, mense Martio 1596 infirmata sententia, à qua appellatum fuerat, appellatos, qui à quadriennio tātum eo concesserāt, conferre oportere ad collationem quæ in prædicta Parochia fiebat, pro soluendo ære alieno contracto iam inde ab anno 1558 D. Brettius Arrestum ipsum refert vna cum Oratione sua, quæ est. 43. postremæ Editionis Orationum ipsi°. I. C.

Vtrū noui incolæ Parochiæ alicuius conferre debē aut ad antiquum æs alienū Parochiæ.

II.

Quandō incolæ aut Vniuersitas Syndicū creare teneatur.

SI Curio aduersus Parochianos, vel priuatus quidam aut Respublica aduersus incolas, aut aliud corpus commune agat, postulare potest, vt cogantur Syndicum eligere & creare, qui vice ipsorum citetur & respōdeat. Nam alioquin eos sigillatim citare pro occurrentibus rebus, nimis negotiosum foret. Verūtamen Iudex id non ante decernere debet, quam prius ipsi sese defendere cœperint, atq; actionem excipere. Nam postea, si se defendant iisdem exceptionibus, creatio legitimo fundamento innititur: at si diuersis exceptionib. tum priuati sunt, & non vniuersitas. Ita iudicatum fuit pro Curione quodam Aruerniæ, aduersus ipsius Parrochianos. Arresto Parisiensi quod datum Maioribus dieb. Molinis habitis, 5. Octobr. 1534. Et hic textus est, *l. qui separatim. §. quoties.* ibi, *si vna eademq; causa fuerit defensionis. Cæterum si diuersa, &c. ff. de Appell.*

Iudex Communitatem cogere potest, vt Syndicum creet. Bartol. *in l. ergo. § creditorib. ff. de Fideic. libert.*

III.

Interdictio pro publica necessitate facta, eos quoq; cōplectitur, quorum in præsēs nō interest.

Si Consules communi consilio defensionem litis cuiusdam aduersum se ceptæ pro tributis, debitis vel seruitute reali susceperunt, atq; Rescriptum impetrarunt pro indicendis pecuniis incolis, ij quoq; qui fundos huiusmodi rebus obnoxios non possident, à solutione se excusare non possunt eo prætextu: fieri enim potest, vt deinceps habituri sint. Arrestum extat in Tit. de Tributis, &c. supra Art. 4. Desumtum ex Lucio *leg. 15. tit. 3. Art. 1.*

IV.

Incolæ gesta a Consulib. suis improbare non possunt.

Consules vel Syndici litem exercere non debent, neque appellatione persequi, nisi re communicata in cœtu Vniuersitatis, & nisi communi decreto id eis impositum fuerit. Attamen si aliter fiat, non eo minus

nus condemnationes, quæ inde sequuntur, aduersus incolas diriguntur, haud aliter ac si cōsensissent, & in commune deliberassent, atque ad executionē proceditur, non admissa improbatione incolarum eorum, quæ prædictis Syndicis vel Consulibus factæ sunt: sed etiam Incolis regressus patet aduersus prædictos Syndicos & Consules, expensarum, damnorum & interesse nomine, iuxta id quod expressè dicitur in *l. qui solidum. 80. §. etiam Respub. de leg. 2.* Ita dictum fuit Arresto Maioribus diebus Molini habitis 23. Sep. 1540.

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum II.

I.

VT longioribus moris & frustrationibus occurreretur, itemq; subditi Regis sumtibus & impēsis perendinationum & dilationum subleuarentur, ad commonitionē Regalium Arresto 11. Mar. 1563. Procuratoribus iniunctum fuit, causarum vadimonia seu denuntiationes pro incolis ipsorum nomine suscipere, & non etiam Syndicorum, Procuratorū, Peræquatorum aut Collectorum, ac alioquin in casum improbationis prædictos incolas citari oporteat: interdictumque fuit prædictis Procuratorib. ne de cætero amplius in Codicem seu Album causarū litem aliquā referant nomine prædictorum Peræquatorum, Collectorum aut Syndicorum, nisi pro mala versatione aut dolo. De cætero notandum est, Curiarum Rectores vel Quæstores ab incolis interpellatos ad rationes reddendas, addita prohibitione, ne amplius sese immisceant, non posse se ingerere, neque ab interdictione appellare, neque aliquā rem retinere: actionem tantum ipsis superesse. Iudicatum apud Catholicianos. 1. Mar. 1565.

Reuocatio Rectoris ciuitatis.

II.

In materia seu causa criminali incolæ per Syndicum comparere non tenentur, neque Vniuersitas ipsorū citatur, nisi delictum communicato consilio aut tumultu commissu fuerit, veluti ad sonum campanæ: Iudicatum ita 21. Mar. 1583. pro Fecanensib. B.

Incolæ in causa criminali quomodo se sistant & puniantur.

Etsi huiusmodi infortunium acciderit, pœna in priuatos non recidit, siue ciuilis sit, siue criminalis, verum in Corpus ipsum & Commune. Vide Charond. *lib. 3. R resp. cap. 3.* Porro qui scire cupiet, quomodo executio fieri debeat pro debito aduersus Corpus incolarum, legat Arrestum 21. Tit. de Executionib. quæque ad id notantur. I.C.

TIT. III. DE CONSORTIBVS eiusdem litis.

ARRESTVM. I.

QVoties plures consortes ad expensas adiudicatas *pro rata* tenentur, veluti Religiosi, Abbas & Conuentus, aliique priuati litigatores, Religiosus, Abbas & Conuentus nonnisi vnum caput censentur seu vnius personæ vice: atque pro rata, quantum vnus ex reliquis, debent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1394. pro Religiosis, Abbate & Conuentu S. Vedasti, qui litigauerant & condemnati fuerant vna cum Duce Burgundiæ.

Diuisio expensarum inter consortes eiusdem litis.

II.

Pluribus pro temeraria appellatione in vnā multam condemnatis, singuli *pro rata* parte sua tenētur. Et ita iudicatum fuit anno 1394. Arresto Parisiensi pro Religiosis & Abbate S. Leonardi, qui integræ multæ nomine aduersus ipsos & Ducem Burgūdiæ consortem appellationis decretæ conueniebantur.

Multa temerariæ appellationis *pro rata* soluitur.

III.

Vetus quæstio, vtrum ex pluribus eiusdem delicti nomine condemnatis, vnus eorum, qui soluendo sunt, pro cęteris, qui soluendo non sunt, in solidum conueniri seu exigi potest, nondū adhuc liquido definita est. Nonnulli quippe affirmatiuam tuentur, *per l. si multi publicani. ibi, & quod ab alio præstari non potest. ff. de Publican.* & *l. Offertur. D. de iure fisci.* & Dd. *in l. 2. C. si plur. vna sent.* Alii vero negatiuam tuentur validis rationib. *per l. sancimus. C. de pœn.* & *l. si quis suo. §. legis autem. C. de inoff. testam.* Et verum quidem esse, in crimine læsæ Maiestatis affirmatiuæ locū esse, per *l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* itemque in crimine hæreseos. *cap. vrgentis. de hæret.* Alii ita dixerunt, vt si sententia expressè contineatur, vnum in solidum in cæterorū defectum conueniendū, sententiam sequendam esse *per l. Paulus respondit eos. D. de Re iudicata*, at si simpliciter condemnati sint, singulus pro rata sua teneri, neque alterum pro altero, vt tenet Gloss. *in d. l. Paulus. de re iudicat.* & *l. legatorum ff. de leg. 2.* Alii aliā distinctionem adhibent: puta, si delictum à pluribus simul, neque tamen ratione alicuius Collegij coniunctis admissum fuerit, vnum soluendo repertum pro cæteris, qui non soluēdo sunt, conueniri: Alias si à plurimis, qui eiusdē corporis sūt, Collegij, Ciuitatis, Conuētus, Capituli vel aliter, singulus pro parte sua teneri. Eaque doctrina est Bald. *in leg. 1. de Condict. furt* quam nonnulli sequuntur, *in l. ita vulneratus. §. fin.* & *in l. item Mela. §. si seruum plures ff. ad l. Aquil.* Nihilominus hodie, vt huiusmodi difficultatibus occurratur, solent supremæ Curiæ id exprimere & determinare Arrestis suis, puta, condemnatos teneri in solidum aut pro rata. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 26. Iunij 1546. pro Ioanne Podiensi Domino Cheriaci petitore & accusatore aduersus Antonium Louanium Dominum Rougnaci accusatum, vt plenè scribitur *Tit. de vi ad mipa*, & iure sibi manu sua dicto, seu iustitia propria administrata. Arresto 5. idemq; Arresto Burdegalensi pro Raymundo Cato, Rectore Abracensi, aduersus Ioan. Champagnaciū 23. Dec. 1519. Alio Arresto Burdegalensi pariter super solutione expensarum, cum vnus ex condemnatis in extrema paupertate esset. pro Wilhelmo Georgio Actore, aduersus Ioan. Chauuinū & Margaretam Ancelinam vxorem ipsius reos, 27. die Iun. 1536. Et alio Arresto 5. Ianu. prædicto anno.

Multa iudicata aduersus plures, quomodo soluenda, pro rata, in solidum, aliter.

Vide infra tit. de pœnis, expensis arresta.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

MVlta temerariæ appellationis ad Regem spectat, etiamsi procedat ex sententia iudicis non Regii: Ita iudicatum 4. Decem. 1581. Ameloto perorante pro Quæstore Mondesiderii. Et sciendum est, cum Quæstor aquarum & syluarum Rescriptū impetrasset anno 1570. quo liceret ei insuper habita appellatione multam exigere, dictum fuit 16. Ianoarii 1584. Alemanno perorante ad commonitionem D. Aduocati Regii, id intelligendum de multa delicti non temerariæ appellationis. B.

Multa temerariæ appellationis a iudice quoque non Regio procedens ad Regem spectat.

TIT. IV. DE IN IVS VOCANdo seu citationibus.

Totus pene hic tit. desūtus est ex iis, quæ D. Ioan. Imbertus de hac materia scripsit in *Instit. Forensibus lib. 1. ca. 2. & 7.*

quem

quem Lector ipse legere potest, vna cum Annotationibus D. Petri Guenois, & Constitutiones anni 1539. & 1563. I.C.

ARRESTVM I.

Citatio facta aduersus Præsidem extra ipsius domicilium valida est.

DEcimasexta Martii 1517. aduersus hæredes defuncti domini de Seluaptimi Præsidis Parisiensis Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, citationem aduersus defunctum factam tum superstitem in domicilio originis suæ ad postulationem cuiusdam retractum alicuius rei vrgentis, & ad finem temporis huic rei præstituti prope accedentis instam & validã esse, consignationque ad seu post prædictam citationem facta admissa fuit: eo quod res, de qua agebatur, in loco illo sita esset, & præterea propter difficultatem citandi prædicti defuncti in domicilio suo Parisiis, vbi primum Præsidem agebat, quod Lex siue Ius Ciuile notauit *in l. in ius vocari non oportet. ff. de in ius vocand.* atque ita conueniri potuisset in loco, vbi nullam dignitatem præferebat, vt tenet Glossa prima nuncupata singularis *in l. si Præses. C. de Episcop. audient.* Boer. *decis.* 111.

In materia dici stari condicti & citationum satis est in domicilio, vbi verisimiliter pars aduersa certiorari potest, & scire potuit, id peragi. In vasallo feudum genuinum & verum domicilium censetur. Vide Bald. *in l. 1. quo. & quando iud.* neque in Francia locum obtinet, *l. hæres absens.* Et sane iudicatum fuit, Mercatores, Consules non posse forensem seu extraneum ad se trahere sub ea specie, quod is Parisiis mercaturam exercuerit, & negotiatus fuerit, mense Nouembri 1565. Verum si sese Parisiis aut Aurelius obligauerit, ex priuilegio Mercatoribus indulto, vel si merx aut ipsius solutio inibi facienda sit. Vide *Titul.* 22. Collectionis meæ, de Iurisdictione Consulum. I.C.

II.

Citatio aduersus litigantem in loco domicilii fieri debet.

Arresto Parisiensi 10. Maii 1530. citatio ab vno ex litigantibus super beneficio in loco & sede beneficii pacifici facta nulla declarata fuit, propter captiones, quæ inde quotidie emergere possunt, & necesse est, domicilium ipsius adire, eaque est opinio Ludouici Romani *consil.* 342.

Verum cum beneficium litigiosum non est, atque de iuribus beneficii agitur, validæ sunt citationes, si fiant in beneficio ipso, vel ad fores Ecclesiæ affigantur. Ratio eius rei hæc est, quia beneficiatus residentiæ in beneficio suo adstringitur, quando videlicet pacificus est possessor, *c. sua extr. de cler. non resid. c. quoniam. §. porro.* & ibi Gloss. *Vt lite non contest. ita. cap. quamuis. de foro compet.* Imbert. *Inst. lib. 5. cap. 5.* Aufrerius *ad stylum Parlamenti, art.* 1 § 14. I.C.

Quomodo Capitulum, Collegium, & Conuentus citari debeat.

Superioribus consequenter notandum est, quod quamuis dispositione iuris huiusmodi citatio in Capitulo fieri debeat ad sonum campanæ, Religiosis & Canonicis capitulariter congregatis, *cap. si capitul. de concess. præb. in* 6. Gloss. & Dd. *in l. non pot. ff. D. de reg. iur.* Attamen moribus nostris sufficiat, citationem fieri compellato vel solo Abbate aut Priore, Decano, aut alio Religioso, aut Canonico reperto in Monasterio vel ab Ecclesia redeunti, quo scilicet postea cæteris Religiosis aut Canonicis ostendatur vel significetur. I.C.

III.

Citatio in beneficio litigioso facta nulla est.

Pars non recte citatur in domicilio & sede beneficii litigiosi, neque enim in eo residere cogitur, nisi pacificus sit possessor. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 9. Februar. 1523. iuxta opinionem Ludou. Roman. *consil.* 342.

IV.

Excerpta quomodo parte non citata sint nulla.

Pars citari debet ad videndam excerptorum confectionem, *l. de vnoquoque. D. de re iudicata.* Nihilominus si inter perorandum Iudex partes, compellatis ipsarum Procuratoribus ad eum finem, certum in locum, diem & horam comperendinet seu condicat, huiusmodi comperendinatio tantum valet, si tempus sufficiens datum fuerit, intra quod prædictus Procurator parti suæ id significare possit. Et ita iudicatum fuit Arresto 10. Maii 1521.

Quod dicitur, partem citari oportere, vt excerptorum confectioni adsit, id intelligitur de excerptis factis à Notariis, qui secreti sunt, quique tamen instrumenta nonnisi partibus contrahentibus tradunt, etsi tradiderint, fidem ea nõ faciũt, si pars ad videndam excerptorum confectionem citata fuerit. Charond. *lib. 4. c. 4.* At non etiam de excerptis Actorum, quæ sunt officinæ publicæ, vbi acta communicantur. Vide *vit. de fide instrum.* & vnde a partibus omnis generis acta peti possint, parte non citata.

V.

Citatio præconio seu clarigatione non facile indulgetur.

Curia Parlamenti Parisiensis citationes publico præconio seu clarigatione, & ad tubæ sonitum aduersus accusatos domicilium habentes, nonnisi causa cognita permittere solet, & nisi compererit, domicilia ipsa siue personas aditu difficilia esse, & conatus aliquis & animus sit, viatorem & eius superstites seu testes iniuria afficiendi, pulsandi, siue in ipso loco, siue in itinere: & tum sane huiusmodi citationes ad tubæ sonitum, & publico præconio seu clarigatione in proximæ ciuitate & loco tuti accessus domicilio accusatorum permittere consueuit: Vt iudicatum fuit Arresto 10. Iunii 1545. Et ad vadimonium non obitum seu eremodicium ita impetrata in accusatione quadam, 16. Iunii 1546. pro Ioanne Pudiensi Domino Cheriaci & Longeuillę, aduersus Antonium Lonanium Dominum Rongnaci, & consortes ad diem vadimonii non occurrentes.

VI.

Studiosi domicilium patris habens, vbi iã eo citari possint.

Citatio aduersus Scholarem studiis operam dantem in Vniuersitate priuilegiata in domicilio patris ipsius facta, etsi priuilegio scholaritatis nitatur, bona est & valida. Et ita declaratum fuit Arresto Parisiensi inter Arresta Molinensia, 19. Septembr. 1534. & hic text. est *l. lex Cornelia de iniur. compet. ff. de iniur. ver. Ponamus enim studiorum causa Romæ agere: Romæ vtique domicilium non habet.*

VII.

Citatio absque testibus designatis nõ valet.

Arresto Parisiensi 6. Maii 1542. Notoria siue relatio citationis nulla declarata fuit, in qua scriptũ erat, factam eam fuisse vicinis præsentibus, nullo alio addito, neque testibus designatis, neque vllo ex prædictis vicinis nominato.

VIII.

Citationes trium perendinorum lege quomodo celebrentur in Parlamento Parisiensi.

Citationes trinorum perendinorum simpliciter positorum lege, eum in modum, qui sequitur, fieri debẽt: puta, Viator duos sibi viros bonos & insignes testes adsciscere debet: ad domicilium rei ire cum decreto capturæ sibi dato, atq; inibi ad eum capiendum se accingere: si ipsum nõ reperiat, factæ à se diligentiæ notoriam seu breuem conficiet. Dein eum citabit, compellato eo de domo, quem insigniorem ibi reperit, vt ipse in persona tertio perendino se sistat: si neminem reperiat, vicinos compellabit, & exemplar decreti sui ianuæ rei affiget: & terminum competentem & legitimum, quo ipsi significari possit, pro locorum distantia, præstitui oportebit. Postea iudex singulis trinis dieb. eremodiciorum contractum iudicabit, non connumerato die eremodicii eius, in quem citatus est, vltimumque eremodicium iudicabitur, salua dilatione competenti, vt in prima citatione. Et ita declaratum fuit & decretum, vt id ita obseruarent Balliui & Iudices Parisienses, Arresto Maiorum dierum Molinensium, die Martis 26. Octobris, post meridiem, 1540.

Vide *Arrest. 3. Tit. de Eremodiciis.*

IX.

Citationes aduersus Dom. iurisdictionem habẽtes quomodo

Cum Dominus aliquis Iustitiarius seu iurisdictionem habens citatur, ratione iurisdictionis certi loci, veluti in causa appellationis interpositæ ab Officiatis seu Iudicib. prædicti loci, satis eum appellari seu citari, compellato Procuratore officii prædicti loci

do fieri debeant, & quando validæ sint.

Viceuersa si de alia re agatur, veluti si euocetur, vt causa aliquam siue litem inter alios pendentē cui-ctionis seu authoritatis defensurus nomine veniat, vel si de alia re agatur, quæ iurisdictionē aut munus prædicti Procuratoris officii non spectet, tum citatio in persona vel domicilio prędicti domini fieri debet, alioquin nihil valet, secundum Bart. *in l. qui absentem. C. de procur. & in l. 1. §. pœna. ff de lib. agnosc.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi ann. 1580. pro Duce Burgundiæ.

In causa appellationis, quando Procurator officii partis vicem sustinuit, Dominum proprio ipsius nomine appellare oportet, non etiam Procuratorem Fiscalem, qui veniam impetraret, quoniam Domini Iustitiarii, i. qui iurisdictionem habent, per Procuratores Fiscales nō litigant, nisi corā ipsis summet iudicibus. Nihilominus Domini, compellatis ipsorum Procuratoribus fiscalibus, recte citari possunt, ac potissimum, cum de iuribus ipsorum iustitiæ vel domanialibus agitur, & de quibuscunq; rebus cum Domini fiscales ipsi sunt, sibique adeo indulgent, vt huiusmodi citationes in persona sua vel domicilio fieri non patiantur, tum enim validæ sunt, & vt tales eas declarari vidi. I. C.

X.

Citatio absque die facta valida est.

Dies, quo reus comparere debet, mandato seu decreto citationis inseri non solet, verum viatori tantū mandatur, vt citationem faciat in certum & competentem diem, quem ipse præstituere debet: quem si omittat, valde dubitatum fuit, vtrum citatus se sistere teneatur. Nonnulli existimarunt eum teneri, puta, Cyn. *in l. fin. C. de feriis.* & Bart. *in l. liber homo. §. decem. ff de verb. obl.* alii existimarunt, eum teneri se sistere coram iudice in auditorio ipsius solennibus diebus iudiciariis: atque Io. de Imol. Phil. Franc. *c. cum parati. de appell.* per eum text. quem ad id singularem aiunt, in ea sunt sententia, citatum, quamprimum potest, sese sistere debere, ita tamen, vt non cogatur cursu publico seu dispositis equis vti, neq; adeo se præcipitare seu festinare cum magno dispendio, arg. *l. quod dicitur. & l. ratum ff de solut.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi 5. Octobr. 1528.

XI.

Citatio in repetitione rei alicuius necessaria partes, vt in primo actu.

Pendente quadam lite apud Libellarios Palatii inter Dominicellam Ioannam de Nefs, & Adamum Columbeū ab vna parte, & Michaelem Gibbosum ab altera parte dictum fuerat, lustrationē seu inspectionem fieri oportere torcularis cuiusdam prædictę Dominicellæ & Adami à materiariis seu fabris lignariis, à quo appellatum non fuit: Postea prædictæ lustrationis relatione facta, eaque processui iuncta, & post partium productiones statu causæ constituto, iudices vidētes relationem lustrationis nullam æstimationem nummariam prędicti torcularis continere, decernunt, prædictos fabros lignarios ad locum redire oportere, rursumq; inspicere, & prædictū torcular pretiu numario æstimare, quo videlicet ad iudicium prædictæ litis tutius procedatur. Igitur fabri lignarii ad loca rursum deducuntur, & æstimationē faciunt, non citato neque audito prædicto Gibboso. Hæc æstimationis relatio prædicto processui iungitur, à quo appellatum fuit in Curia. Ibi appellans dixit, id quod dictum est, fieri non potuisse se non præsente, *l. de vnoquoque. ff. de re iud.* Appellati aiunt, nihil noui in ea re factum, quandoquidem à duobus præcedentibus decretis non appellauerit: Cæterum postremum solam præcedentis declarationem esse, ad quod citatus fuerat, argum. *l. heredes palam. §. si quid. ff de testament. & cap. cum clamor. de testibus.* Arresto Parisiensi dictum fuit, male processum & decretum, anno 1591.

Iunge infra Tit. de Executionibus. & Tit. supra de viatoribus, & eorum officiis.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum IV.

I.

Rescriptum Authoritatis seu authoritas citationis per clarigationem seu præconium & ad tubæ sonitum à Rege impetrari debet, post factam diligentem eius, qui quæritur, perquisitionem, ac primum in domicilio eius, & acceptis testimonialibus notorietatis, quomodo in eo non sit, ac postea in locis, quæ frequentare solet. Alioqui huiusmodi Rescriptum, eiusq; executio nullius sunt momenti: vt notatur *in l. magis. § istud ff. de reb. eor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 2. Iunii 1534.

Citationes per clarigationem quando validæ sint.

TIT. V. DE VENIA EXEquendi literas seu decreta extra districtum seu diœcesin.

ARRESTVM I.

SI Ostiarius Curiæ aliusve executor, Arrestum aliquod Parlamenti cuiusdam, intra districtum alterius Parlamenti exequi velit, non satis est, vt literas, quas vocant *Pareatis* (quibus scilicet pareri seu obtemperari executioni faciendæ iubetur, quas *Paritorias* dicere possis) à Balliuio vel Seneschallo postulet, verum eas à Parlamento ipso districtus, in quo locus ille est, neque aliter, executio fieri potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 2. Iulii 1543. pro domino Petieto, per l. *cum vnus. §. his qui possidere. ff de reb. auctor. iudic. possid.* Curia Tholosana huiuscemodi *Pareatis* præstare non solet, & omnino recusare, allegans contractum cum Rege initum, ne extra districtum suum, ex quacunque tandem ratione transferantur.

Pareatis Parlamentalia, à quo petenda sint.

Vide Constitut. Comitiorum Blesensium *art.* 172.

II.

Nihilominus Balliuius, Seneschallus, aliusve iudex alterius districtus potest quidē capturā alicuius ab alio Parlamento impetratam concedere, dummodo intra suos carceres relinquatur, ac ipsum dimittere, id vero absq; venia Parlamenti sui non potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum in Camera parricidali, 28. Iunii, anno 1544.

Idem.

III.

Propter prædictas rationes, 10. Febru. 1454. Arresto Tholosano prohibitum fuit Iudici maiori Tholosano, ne de cætero amplius concederet, *Placet* aut *Pareatis* pro citandis subditis prædicti Parlamenti, & ad iurisdictionem suam pertinētis extra limites Parlamenti, nisi Curia consulta. Et hæc difficultas obtinendarum huiusmodi literarum in hodiernum vsq; obseruatur, neque vllæ impetrari possunt. Et vero paria eis quoque fiunt, non ex iuris ordine, verum vt mutuum eis reddatur.

Idem.

IV.

Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 12. Iulii 1552. pro exequendis mandatis conseruatoris priuilegiorum regiorum Vniuersitatis Parisiensis extra ciuitatem Parisiensem nō necesse *Pareatis* postulare. Idemque de iudiciis, sententiis & mandatis quorumcunque iudicum conseruatorum Vniuersitatum Franciæ aliusque à Rege delegatis.

Mandata seu Decreta conseruatorū Vniuersitatum non requirunt Pareatis.

V.

Viator exequens absque *Pareatis* seu literis Paritoriis, arrestari seu capi non potest: attamen equum ipsius arrestari, comprobatum fuit Arresto Parisiensi 2. die Februarii 1543.

Viator absque Pareatis exequens.

Viator

Potestas exequendi viatorum Equitum Castelleti

Viator eques in Castelleto vbique, quæ ad sigillum aut iudicatum Præfecti Parisiensis & alterius iudicis pertinent, exequi potest: Quamuis viator vel benatus seu virga[illegible] ipsum per vniuersam Præfecturam seu comitat. [illegible] tenetur. Et vero condemnatus fuit Balliuus B[illegible] Roberti, simul etiam Præfectus Ferrariis Alesiæ, eo quod viatorem Castelleti exequentem, ob non petitam veniam [illegible] rati fuisset, in omnes sumptus, damna & [illegible]. Edicto de Ampliationibus anno 1558. indultum fuit omnibus Viatoribus, vt per totum regnum exequi possent absque *Visa*, *Venia*, aut *Pareatis*, qui videlicet certam pecuniæ quantitatem contulissent, atq; ita ex hac attributione possent absque metu iudicum tam equorum quam sui respectu libere exequi.

VI.

In aula siue Comitatu Principis nulla decreta Parlamenti cum Ostiarii Curiæ exequuntur.

Ostiarii Curiæ Parlamenti non possunt, neque debent exequi, significare, aut executioni tradere vllas literas siue vlla mandata in loco in quo Princeps agit non petita venia, imo quamlibet Rex in Palatio diuersaretur: ipsius quippe Maiestas tam magnæ autoritatis est & splendoris, vt reliquæ omnes in præsentia eius cessent. Ex hac ratione Ostiarius Bourgesius, cum inconsiderate & temerarie absque venia ad Regis portam citasset, captus fuit, mox remissus, puniendus stultitiæ & arrogantiæ suæ nomine 22. Februarii, anno 1504. Scilicet id sibi persuaserat, sibi velut Ostiario omnia licere. Dominus Lucius *lib. 4. Placitor. tit. 11. Arr. vlt.* de hoc Arresto agens perstringit effrænem libertatem & licentiam, quam huiusmodi homines sibi arrogant eo vsque, vt sequi non dignentur, neque sese submittere ei, cui Consiliarius vel iudex Regius se submittit, qui vtique non nisi cum magna eorum molestia appellationem reiiciunt, neque inquisitiones peragunt seu informant absque scriba aut adiuncto seu adiutore aliquo: ac Ostiarii eius nihil audire volunt, nulli appellationi deferunt, nullumq; scribam aut adiunctum habere volunt, eaque confidentia agunt, vt notitiæ suæ fidem adhiberi velint, ac si Curia ipsa operam dedisset. verū quidem est, repeti & cōmitti cum reis testes, qui vtique ab eo recedere possunt & recedunt, quod notoria seu relatione comprehenditur: attamen & illud verū est, interim, vt aiunt, pati iustum seu innocentē vexari citatum ad sese sistendum, comprehensum, ductum, incarceratum, legibus interrogatum & cuius adeo interfit, id factum non esse, vt id vix vnquā æstimari, nedum sarciri possit. Proinde salutare foret, huiuscemodi temeritatem restringi quam tēporis prolixitati miseras partes committi & post læsam semel causam remedium quærere. *arg. l. sancimus. vers. melius. C. quib. in caus. restit. non est nec. & l. 1. C. quād. lic. si. indi. se vind.*

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum V.

I.

Permissio iudicis Regii exequēdorum Actorum aliquarum iudiciū sub alterius gradu esse debet, nō vero eadē iurisdictionē non tale debet.

SI iudex Regius licentiam præbeat exequendæ cautionis alicuius, quæ celebrata est sub sigillo dominii alicuius merum imperium habentis vel sententiā datam à iudice suo Regio viatori, pro ea re salarium aliquod accipere non debet, vt compluribus Arrestis determinatum iudicatum fuit: neque etiam addere potest in casum oppositionis, id est, si executioni intercedatur, intercedentes coram se citandos. Ita iudicatum pro Thesaurariis & Canonicis sanctæ Cappellæ Bituricensis, dominis Baroniibus Graçaiensibus in Prouincia Bituricensi aduersus iudices Regios Vxellodunenses 7. Aprilis 1601. vt retuli in Collectione mea *cap. 153. I. C.*

TIT. VI. DE EREMODICIIS, Contumacia, & adiudicatione eorum.

A[illegible] c Tit. vide Imbert. in Inst. Forensib. Constit. anni 1[illegible] & anni 1563.

ARRESTVM I.

Quot eremodicia requirantur, vt causam obtinere quis possit.

COnstitutio quæ publicata anno [illegible], duobus eremodiciis posse Actorem aduersus se non sistentem causam suam obtinere, si probationem iuris sui præstiterit, neque sit ad id aduersarium rursum citari oportere: attamē verū est, eum citari oportere, vt videat produci testes [illegible] instantes, & si res instrumento authentico probetur, necesse est tertio citetur prædictus deficiens seu absentiuus, vt si velit, productiones instrumentum in dubium reuocare, alioquin iudicatum nullum est. Et ita iudicatum fuit Arresto penultim. Decembris 1540. Parisiis.

II.

Eremodicia quomodo iudicētur.

Decima nona Decembris anno 1544. dictum fuit infirmando sententiam contumacialem Præfecti Parisiensis post duo eremodicia iudicē nonnisi absentiuum ab exceptionibus suis & defensionibus excludere posse, idemq; petitorem admittere ad probationem iuris sui per testes & instrumenta & decernere absentiuū rursum citandum ad dandos cōtradictorios libellos, & videndas productiones, vel si testes sint ad adsistendum probationi iuxta Cōstitutionem.

Eremodicia iudicari non debēt citra probationem ab actore præstitam.

Simile Arrestum datum fuit 19. Ianuarii 1563. vbi Præsēs D. Thuanus iudicem Caldimontanio Bassimanensi Prouincia reprehendit velut praxeos imperitum, eo quod eremolamentum eremodicii adiudicans absentiuum condemnasset ad petitorum instrumenta, ad [illegible] litionem, a quo reus appellauit, cum in huiusmodi casu iudex excludere tantum debeat absentiuum ab omnibus exceptionibus declinatoriis & dilatoriis, & non etiam a peremtoriis, & actori decernere, vt conditionē suā cōprobet & probationes præstet, saluo iure probationes contradicendi. Aliud Arrestum 10. Decembris 1574. 12. Februarii & 11. Decembris 158[illegible]. B.

III.

Post vnicam citationem trium perendinorum lege aduersus contumacem ad iudicium definitiuum mortis aut aliud, prout casus exegit, procedi potest sic vt nulla alia citatione opus sit: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 19. Iulii 1533. aduersus Ioānem Lanceom, Protectorem & Irenarcham Cenomanensem accusatum & condemnatum ob subornatos testes secundum text. *in l. Senatus, §. Senatus, & in l. 2. §. Senatus ff. iur. fisc.*

IV.

Clerici absentiui multati mox ad forum suum remissi multam impositam non debēt.

Constitutione defuncti Regis Francisci, quæ publicata anno 1539. veri contumaces non posse per appellationem vel aliter sententiarum aduersus se prolatarum executionē impedire: nihilominus si postea huiusmodi contumaces capiantur, & priuilegiū clericale allegent, & ad forum suum Ecclesiasticum remittantur, multæ ob contumaciam eis impositæ, ab his exigendæ non sunt, neque iudicia executioni tradenda iuxta constitutionem. Ratio eius rei hæc est: quia contumacia eorum non amplius operari potest, quam expressus eorundem cōsensus. Atqui consentire nō possunt, neque prorogare Iurisdictionem iudicis laici, semper reclamante priuilegio. Text. in eam rem est, *in cap. at si clerici, & in c. si dili. ēti. de for. comp.* & not. per Dyn. *in cap. ea quæ fiunt à iudice. de Reg. Iur. in 6.* Et ita in simili dubio executionis Arresti in causa criminali & multa iudicata conclusum fuit Arresto Gratianopolitano 13. Aug. 1460.

V.

Cōdemnationes in quibus sol oere oportet per contumaciā, anteaquam quis audiatur.

Constitutio Regia, quæ vult, vt delinquens per contumaciam à iudice & Arresto cōdemnatus, non admittatur ad postulandum, iuxta literas à se impetratas sese audiri, nisi prius præstito eo parti ciuili, id est, quæ ciuile & priuatum suum interesse persequitur, eo quod ipsi adiudicatum est, declarata fuit Arresto vltim. die Iunii 1548. locum obtinere aduersus condemnatos Arresto, citra priorem aliquam sententiam, & repulsam passus est, qui literas impetrauerat contrarium asserens, pro quo Porteus Aduocatus perorauerat in Camera Parricidali.

Idem iudicatum fuit 3. Iunii 1581. Mango iuniore perorante pro reis, & Duvallio pro mercatore expilato. Postea promulgatum est Edictum Blesense art. 25. quod vult, eum non declarari contumacem, qui sese sistit etiam cum remissione intra quinquennium à die sententiæ Arresto confirmatæ: ita iudicatum fuit in auditorio Cameræ parricidalis 7. Iulii 1583. Econtra, si falsi aliquid reperiatur, appellans quis admittitur, posteaquam quis effigie seu imagine tenus proposita supplicio affectus fuit, & absens: iure Codicis post annum & biennium ex Constitutionibus Antoniniorum & Constantini, ex Constitutione Blesensi intra quinquennium, & postea quam, vt Carolus quidā Clericus 11. annis post condemnationem suam admissus fuit, 26 Martii 1586. Porro

Arrestum Constitutionis declaratoriorum.

Constitutio Amboisiensis & Edictum irenicum seu Pacificatorie anni 1577. quæ vult, appellantem à cōdemnatione per eremodicia & contumacias expensas refundere, & e æquo intelligitur de sententia, super qua Arrestum intercessit ad postulationem partis aduersæ, & aduersus eum, qui non fuit in vrbe aliqua hostili, neque propter religionem armis vsus est. Iudicatum in Camera Parricidali, 22 Mart. 1578. B.

VI.

Appellans doob. eremodiciis causam vincit.

Appellatus non potest causa sua cadere, nisi duobus eremodiciis. Ita iudicatum Arresto Parisiensi 9. Iunii 1455.

VII.

Actuarii eremodiciorum emolumenta expedire non debent.

Olim Actuarii absque iudicio eremodicia expediebant, vna cum emolumentis, quæ res periculosa erat & praui ordinis: ea ratione Arresto Tholosano, anno 1454. & 19. Ianuarii prohibitum fuit Actuario præsentationum, ne de cætero amplius huiusmodi expeditiones faceret, antequam citationes & instrumenta causæ à Curia iudicatæ fuissent.

VIII.

Eremodicia ante litem contestatam nec exclusiones post.

Vltima die Septembris 1550. in peroratione causæ appellationis cuiusdam inter Iacobum & Ioannem Vachenonios appellantes à Seneschallo Bourbonensi, & Nicolaum Puteanum appellatum, Curia tum temporis Molini consistens omnibus iudicibus districtus sui interdixit, ne post litis cōtestationem per eremodicia deinceps procedant, verum per exclusiones tantum ilico seu ea tempore expeditas, non iudicatis vllis expeditionibus per exclusiones inquisitionum, aut aliter, itemque omnibus Procuratoribus, ne causas iudicandas præbeant eo fine, postulatis scilicet emolumentis prædictarum citationum, sub pœna interdictionis officii.

IX.

Contumaci delinquenti in causa ciuili non occlusa dicitur, contumax nō auditur.

Contumax, aduersus quem captura decreta est, in causa ciuili audiendus non est, si per Procuratorem in eodem foro causam suam agitare velit: & ita declaratum fuit Arresto Maiorum dierum Molinensium, id postulante D. Marillaco Aduocato Regio, 6. Octob. 1550. aduersus Nobilem quendam Aruerniæ prouisionem postulantem, in causa ciuili alimentorum, cui denegata fuit audientia, vsquequo capturæ paruisset.

X.

Prodigus [illegible]

Per eremodicia rite impetrata, & super citationibus, secundum Constitutionem, aut aliter legitime iure factis, potest contumax prodigus declarari, eique bonorum suorū alienatione & administratione interdici, idque ad prædicta Eremodicia, & post probatos malos ipsius mores, seu prodigalitatem & nequitiam, qua scilicet probatur decoctor, dilapidator, stultus, & tuendæ rei familiaris improuidus: ita vt exinde per sententiam aduersus se absentem & ignorantem datam, manus, vt aiunt, vinctas seu ligatas habeat, atque alienare prohibeatur, vt sæpe iudicatum fuit iuxta opinionem Felini, iuxta *capit. cæterum. de Rescriptis.* Et si contingat, vt appellet, nihilominus sententia, quamlibet per appellationem suspensa, administratione eum suspendit & interdicit: & consulte fecerit, quisquis à negotiatione cum ipso abstinuerit, quamlibet sententia à iudice domicilii tantum vadimonium deserentis, seu ad iudicium non occurrentis prolata fuerit, prædiorum autē, de quorum alienatione quæritur, in alia iurisdictione sita sint. Nam siue contra absentem, siue contra præsentem sententia interdictionis rite data fuerit, riteque ad sonum tubæ & præconio publico publicata fuerit die nundinarum aut mercatus, in loco prædicti domicilii, vbi data fuit, omnium bonorum, etsi alibi sitorum, alienationem impedit. Nonnulli id colligunt ea ratione Vlpiani in *l. relegatorum. §. interdicere. D. de interdict. & relegat.* cuius principium contrarium est, & finis non adeo expressus: attamen id ita æquum est.

Reus per eremodicia à iudice suo ratione bonorum in eo loco præsentium, cæterum extra illum locum alienare possit.

XI.

Sententiæ per eremodicia, quibus actor intentionem suam probare iubetur, certam superuenientem litis contestationem faciunt.

Omnes sententiæ per contumaciam datæ, quibus vadimonium deserens & reus declaratur exceptionibus suis exclusus, & actori permittitur intentionem suam probare, litis contestationem important: & quanquam prædictæ sententiæ Rescripto Regio postea in irritum deducantur, & reus de nouo ad excipiendum admittatur, vt antea facere potuisset, nihilominus prædicta contestatio prædicto Rescripto non aboletur aut tollitur, verum manet pariter, ac si prædictus reus libere contestatus fuisset. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi ad perorationem matutinam 27. Februar. 1533.

XII.

Eremodicia & exclusiones legitime circumducuntur, ut expensæ refundantur & satisfiat, si satisfactum non fuerit, repetuntur.

Vndecima Februarii 1537. in causa quadam perorata in Parlamento Parisiensi, repræsentatum fuit à Dominis Triumuiris Regiis complures appellationes interpositas à sententiis datis ad eremodicia contumacias & exclusiones, denique eremodiciales ad Curiam deferri, quas Curia vna cum prædictis sententiis, eremodiciis, contumaciis, & exclusionibus in irritum deducere consueuit, seu circumducere, & infectum reddere, remissis partibus ad iudicem à quo ad certum diem, intra quem appellans id præstare teneatur, quod præstare tenebatur ante prædicta eremodicia, & cuius causa prædicta eremodicia, contumaciæ & exclusiones aduersus ipsum datæ fuerant, refusis scilicet expensis istorum eremodiciorum, contumaciarum & exclusionū & sententiarum vigore istorum datarum, si aliquæ sint factæ, alias prædicta iudicia plenum & integrum effectum suum sortiri iuberi. Igitur, vt dixi, repræsentatū fuit, his non obstantibus, sæpe appellantem decreto Curiæ non satisfacere, eaque ratione partem aduersam seu actorem cogi, vel Curiæ prædictæ libellum supplicem offerre, quo scilicet, cum ab appellāte decreto eius paritum seu satisfactum non fuerit, intra diem ab ea præfixū, dicatur pure & simpliciter prædicta eremodicia, contumacias & exclusiones, iudiciis super his insequuta, effectum suum sortiri oportere: vel sane similem libellum iudici à quo offerre.

ferre cogi, qui id exequi differat, vel si id exequatur, alteri appellationi locum facere, eare causam principalem retardari, atque immortalem reddi, & actorem in expensas conuici, ideoque postulare se vti Curia bonum aliquem ordinem huic rei impposterũ dedisse velit. Curia super hac re facta deliberatione, Arresto suo ad litigatorum leuamentũ, & ad cuitandos circuitus & expensas decreuit imposterum, quando litigator ab huiusmodi sententiis vigore eremodiciorum, contumaciarum & exclusionum datis appellauerit, & Curia, id à quo appellatum fuit vna cum eremodiciis, contumaciis & exclusionibus circumscripserit seu in irritum deduxerit, partesque ad iudicem à quo intra certum diem remiserit, intra quem ei satisfiat, cuius causa prædicta eremodicia, contumaciæ & exclusiones datæ seu iudicatæ fuerunt, & si id factum non fuerit, prædictas sententias, vigore prædictorum eremodiciorum, contumaciarum & exclusionum datas plenum & integrum effectum suum sortiri: pariterque ea lege, vt expensæ prædictorum eremodiciorum, contumaciarum & exclusionum & eorum omnium, quæ exinde secuta sunt, intra certum diem post eorum taxationem veluti præiudiciales refundantur, alias prædictas sententias ad prædicta eremodicia, contumacias & exclusiones datas plenum & integrum effectũ suum sortiri oportere: Decreuit, inquam, Curia si prædicta pars appellans intra dies definitos seu præfixos prædictis non satisfecerit, diebus illis elapsis & citra aliam vlteriorem declarationem iudicis inferioris, ad quem prędictæ partes remissæ fuerint, aut prædictæ Curiæ, quæ Decretum prædictum emiserit, prędictas sententias velut Arresto prædictæ Curiæ confirmatas realiter & de facto non obstantibus oppositionibus aut appellationibus quibuscunque, executioni tradi posse: haud aliter ac cætera Arresta à prædicta Curia data. Insuper decernit Arrestum istud in Sedibus Regiis districtus sui publicari oportere, ne quis ignorantia eius se tueri possit.

Videtis. de lit. pend. & except. declin. infra.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VI.

I.

Sententia vigore primi eremodicii data, cõfirmata.

PRimum vel secundum eremodicium non importare debet, nisi exclusionem ab exceptionibus, ad quam postea citate rursum oportet ad videndum produci, & ad contradicendum: nihilominus cum vigore primi eremodicii iudex quidam à quo vlterius perrexisset & literas rescissionis approbasset, atque enormis læsio esset, appellatiu in irritum deducta seu circumscripta fuit citra expensas, sententia nihilominus in cæteris plenum & integrum effectum suũ sortiente: ita sæpe appellatio est super formalitatibus, vt loquuntur, & non etiam in causa principali. Chezelio perorante pro appellato, iudicatum fuit in principali bene fundatum & non etiam in appellatione 16. Iulii 1585.

II.

Idem.

Decima Martii 1584. aduersus Arrestum quoddã per eremodicium impetratum, cum Dn. Lieruillaeus cum ciuilem libellum impetrasset, eo quod exceptiones suas præbuisset earum exemplari tradito ante eremodicium iudicatum: at quoniam exceptiones suas commeatui iungi non curasset, id quod facere debebat: cum Curia iudicasset nulla culpa Procuratoris partis aduersæ id factum, à libellu ciuili depulsus fuit.

TIT. VII. DE FORO SEV IVRISdictione competente & Exceptionibus Declinatoriis, seu fori præscriptionibus.

Iurisdictio siue Iustitia, vel ordinaria est, & etiam ea sistere se necesse est, quamlibet eam quis declinare velit: vel delegata est, pro certis causis delegatis & tum conuentus notorietatem incompetentiæ cognoscens se sistere non tenetur *l. non videtur. & l. si quis ex aliena ff. de iudic.* In controuersia iurisdictionis interim pro Regia iudicari solet, vt 10. Ianuarii, 584 B.

ARRESTVM I.

Arrestum Tholosanum aduersus Presbyterum, Aresto Consistorii reuocatum.

VNdecima die Iunii, anno 1550. Syndici Prouinciæ & destrictus Tholosani libellum supplicem Regi obtulerunt Sancti Germani in Lirana, continentem, vt quamlibet Constitutionibus & priuilegiis personis Ecclesiasticis indultis à defuncto Rege S. Ludouico & Ioanne mediato ipsius successore dispositioni diuinæ & S. Decretis conformibus sub grauissimis pœnis Iudicibus secularibus expresse interdictum sit, ne personis Ecclesiasticis vel ipsorum mobilibus manum iniecisse velint, etiam cum de delictis agitur, quorum vtique emendatio iure diuino & humano ad Prælatos & Iudices Ecclesiasticos spectat, qui ab omni æuo separatã & distinctam Iurisdictionem à seculari habent, nihilominus nulla habita ratione prædictorum priuilegiorum Constitutionum & S. Decretorum, à Rege delegatos in Camera Iustitii seu vacationum in causis criminalibus in prædicto Parlamento Tholosano prædicto tempore Iustitii, vacationum & feriarum forensium 26. Oct. proxime præteriti Arrestũ & Iustitiũ forma Edicti dedisse, quo inter cætera iniunctum fuerit Seneschallis, Iudicibus, Maioribus Vicariis, Locum-tenentibus Dominis Iurisdictionem habentibus, Consulibus, cæterisque Magistratibus ipsorum districtus, vt caperent manumque immitterent personis Ecclesiasticis, qui accusati fuerint cum mulieribus impudicis egisse, quo postea videlicet iudicatur, prouideatur iam super crimine priuilegiato, quam super remissione seu domum reuocatione ad Iudicem Ecclesiasticum delicti communis nomine, non attento eo, quod ea prædictis sanctis Decretis prædictum crimen etsi publicum, non casum aliquem priuilegiatum in se contineat, eiusque cognitio ad Prælatos & Iudices Ecclesiasticos, exclusis Iudicibus laicis, pertinere debeat: & hoc iudicium ilico typis mandatum fuisse, publicatum, & per Palatium & ciuitatem Tholosanam promulgatum sub hoc titulo seu elogio: *Arrestum aduersus Presbyteros:* ob hanc rationem Clero prædictarum Prouinciarum complurima maiora scandala & irreuerentias à plebe impactas aduersus honorem, qui ex dispositione diuina Ordini Ecclesiastico debetur: & vero extitisse Ballliuium siue Iudicem pagi & Nobiles iurisdictionem habentes, qui cum sibi controuersiæ intercederent cum Vicariis suis aliisve in dignitate Ecclesiastica constitutis, vt se vindicarent, auctoritate sua ignominiose personas Ecclesiasticas in carcerem coniecerint, & diutino tempore intra carceres continuerint: horumque nonnullos coactos bonis suis & patria cedere, & ministerium atque administrationem Ecclesiarum suarum delinquere: alios maioribus multis subiectos fuisse, domos ipsorum confiscatas, & complures alias iniurias & grauamina excepisse seu passos: adeo vt si prædictum iudicium in statu suo maneret, necesse esset, ordinem iurisdictionum confundi, & statum seu ordinem

Ecclesiasticum intra exiguum temporis extermina-ri, magno præiudicio & detrimento fidei Catholicæ: His de causis postulare se, vt quoniam iudicium verba scandalosa & ignominiosa aduersus Dominum Ecclesiasticum contineret, plebem seu populum in eius contemptum concitaret, Rexque libertatum Ecclesiasticarum protector, S. Decretorum cõseruator esset, placeret ei declarare, prædictum iudicium nullum & abusiuum esse, ceu datum à iudicibus potestatem vel iurisdictionem non habentibus, neque auditis vel citatis prædictis conquerentibus & supplicantibus, additis aliis postulationibus in id tendentibus tam ad inquirendum de abusibus & scandalis, quæ euenerant, quam vt interdiceretur, ne de cætero aliquid tale attentaretur. Prædicta postulatio, cum in Consistorio Regis repræsentata fuisset, responsumque decreto condito ad eam fuisset, Procuratorem Catholicum Regium citandum, vt super hac postulatione audiretur, postea penultima die Aprilis 1551. Causa in prædicto Consistorio Ambosiæ perorata, prædictum Arrestum Tholosæ datum 26. Octobris, anno 1540. nullum declaratum fuit, velut datum inuolata aliena iurisdictione aduersus S. Decreta & priuilegia Ecclesiastica. Ac præterea alia Arresta & iudicia deinceps insequuta, data in prædicta Curia Parlamenti, aliaque omnia in similibus causis nulla declarata fuerunt, velut attentata & data in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ: & nihilominus pro conseruando prædicti Ordinis Ecclesiastici bono exemplo, & euitando omni scandalo maloq; exemplo, mandatum fuit prædictis Syndicis, vt interpellarent, significarent, ac monerent Archiepiscopos, Episcopos, Capitula, aliosque prædicti Cleri Prælatos, vt diligenter indagasse & inquisisse velint, super incontinentia vitæque tenore ministrorum prædicti Cleri, singuli intra diœceses sibi commissas, atque aduersus infamatos & suspectos incontinentiæ vitæque lubricæ monitionibus, aliisque iuris rationibus processisse velint, ita vt exemplaris punitio seu animaduersio fiat: & in casum negligentiæ & scandali iniunctum fuit prædicto Procuratori Regis Tholosæ, vt prædictum dominum certiorare velit, vt ei rei à prædicto domino prouideatur, vt ipsi videbitur. Pro peritoribus perorauit V.Cl. Claudius Pyrrhus, & pro prædicto Dom. Procuratore Regio V. Cl. Bertrandus d'Aigua, Aduocatus Regis in prædicto Parlamento.

Vide Commonitiones defuncti primi Præsidis Tholosani Masencalii de hac controuersia forma quadam Apologetica.

II.

E quatuor citatus in actione personali & declaratione hypothecæ vnus declinans seu fori præscriptione allegans non auditur.

Die Martis 8. Augusti 1564. Canayus pro appellante quodam Donciensi, qui coram Balliuo Autissiodorensi citatus fuerat in actione quadam personali, & declaratione hypothecæ ad cuiusdam postulationem, sese remitti ad forum suum postulat: idque ipsum pariter Dux Niuernensis postulat: actor id impedit, allegans, alias quoque partes pro eodem reditu esse, idque ipsum pariter Procurator Regis Autissiodori, attenta connexitate impedit. Reus repræsentat seu allegat causam personalem esse, eam contestatam non esse, & ante contestationem litis pendentiam dici non posse: prætereaid diuidi posse vel debere, etsi alii procederẽt, imo si condemnationem sufferrent, se alias rationes habere seu exceptiones. His non obstantibus, à postulata domum reuocatione depellitur, à quo appellat & concludit. Brulonius pro appellato dixit, quatuor appellatos esse pro hoc reditu coram iudice Regio, qui præuenerit: tres procedere: quartum appellantem domum seu ad forum suum remitti se postulare: id vero impediri attenta connexitate, per *tit. de quibus rebus apud eund. iud. cat.* Posse enim alioquin diuersas sententias emanare. Boucheratius pro Procuratore Catholico pro iustitia regia sustinebat, & quod præuentioni locus esset, atque hypotheca indiuidua esset. Curia dixit, male & sine vllo grauamine appellatum ab appellante, & multam præiudicialem inferri debere, atque in expensas eum condemnat.

Idem iudicatum fuit 23. Ianuar. 1564 scilicet, cum nonnulli conuenti ad rationes reddendas coram Iudice Trecensi fori præscriptionem allegassent, eaque depulsi fuissent, ad appellationem dictum fuit, bene iudicatum.

III.

Diaconi & Presbyteri post 4 menses capi non possunt.

Die Lunæ 1. die Aug. 1569. inter Nicolaum Petdriellum Decanum S. Germani Autissiodorensis, aduersus Dominicellam Mariam Marliam viduam defuncti Dn. Petri Magistri, Brissonius pro appellante à sententia Dn. Libellariorum Palatii dixit, ea sententia post quatuor menses ab Edicto Molinensi restitutos, eos decreuisse, ipsum corporali captura ad solutionem reliquorum, atq; altera quadam sententia condemnatus fuerat, cogendum. Atquin ipsum priuilegio Clericali niti, simul etiam Corpore Iuris eum contineri, atq; ideo speciali derogatione opus esse, neque sub generalitate comprehendi. Brebatius pro prædicto Magistro dixit, legem esse generalem, Ecclesiam tertiam partem tenere, eamq; ratione tertiæ partis limitandam. Faber pro Procuratore Regio dixit, leges generales esse, & vt tales promulgari. Quod si semel exceptione aliqua vitietur vel mutiletur, quamlibet promiscue fine a regulæ excessurum: nihilominus fortius esse Ecclesiæ priuilegium, atque ideo appellanti sese adhærere. Dn. primus Præses sententias perrogauit, mox dicit: Rex in Curia sua Parlamenti sedens appellationem, atque id, à quo appellatum fuit, circumscripsit & circumscribit citra multam & expensas, & iudicium emendando declarauit & declarat, mentem sibi non fuisse, neque esse, vt Diaconi & Presbyteri prædicto articulo comprehenderentur, aut captura corporis cogi possent: & quantum ad Clericos gradus inferioris pertinet, se in consilio deliberaturum.

Hoc Arrestum & exceptio artic. 48 Constitutionis Molinensis, anno 1566 quod quidem pronunciatum fuit præsente Rege Carolo IX postea que causam præbuit Edicto cuidam condito à Rege Henrico III. Parisiis 5. Iulii 1576. in fauorem personarum in S. Ordinibus constitutarum, eas videlicet capi non posse, neque incarcerari pro condemnatione & debito ex causa ciuili ob solutionem non factam intra quatuor prædicta Constitutione Molinensi comprehensos, ne quidem pro Decimis aliisque subuentionibus: & postea facta fuit Constitutio Comitiorum Blesensium anno 1579. vbi extat articulus 57. quo confirmatur prædictum Edictum anni 1576. I C.

IV.

Iudex laicus quando possit iudicare de solutione chirographi a Presbytero agniti.

Presbyter vel Clericus ad chirographi sui agnitionem conuentus iudicem laicum declinare non potest: At si eo agnito de solutione agatur, Iudex laicus sese immiscere non debet, & partes ad iudicem Ecclesiasticum remittere, *cap. seculares. de foro compet.* & ita sæpius in supremis Curiis iudicatum fuit. Nihilominus si prædictus Clericus aduersus creditorem suum experiri velit, pro rescissione, nullitate, vel falsitate coram iudice laico, tum incidenter prædictus iudex poterit per prouisionem seu momenti beneficio debitorem ad solutionem condemnare. Et ita iudicatum fuit pro quodam nobili aduersus fratrem suum Episcopum super solutione 1000. librarum, Arresto Parisiensi, vlt. die Iunii 1541.

Vide Constitutionem 1539. artic. 93. & Rousinoonensem artic.

artic. 1c. & Dn. Magistrum in tract. de subhastationibus *cap.* 44. Boer. decis. Burdegal. 1 4.0 8. I. C.

V.

Presbyter fori præscriptionem allegaus in eo statu, in quo citatus est, venire debet.

Clericus tonsuratus a criminis accusatus ipsemet priuilegium suum allegaturus venire debet, neque satis est, vt per procuratorem de literis Clericalibus & priuilegio suo fidem faciat. Præsentia eius quippe necessaria est, vt intelligatur, vtrum habeat adhuc, an vero amiserit prædictum priuilegium suum, & si non compareat, non obstante fori præscriptione aduersus ipsum proceditur vsque ad exilium aliasque pœnas, neque appellans admittitur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus quendam nomine Ambrosium appellantem à præfecto Parisiensi, anno 1394.

a Hodie ex postremis Constitutionib. Aurelianensi Rusciononensi & Molinensi, artic. 40. vt priuilegio Clericali quis frui possit non satis est, aliquem tonsuratum esse, verum necesse est vt in S. Ordinibus constitutus sit, & vt minimū Subdiaconus vel actu resideos, & obsequium exhibens in officiis, ministeriis & beneficiis, quæ in Ecclesia possidet seu gerit, & hi etiam volentes in criminalibus non possunt renuntiare priuilegio, cum beneficium illud fori non sit personale, sed toti Ecclesiastico collegio indultū, cui ideo priuatorum pactis derogare non potest. *l. ius publicum. de Pactis.* I. C. vide Arrest. 1. App. huius tituli.

VI.

Clericus appellans à iudice incompetente, non admittitur, nisi in statu comparuerit.

Si citatus ad sese in persona sistendum siue Clericus sit siue Laicus non compareat, vt tenetur, atque à denegata domum reuocatione seu fori præscriptione appellet, vel etiam à Processibus tanquam à iudice incompetenti, hoc casu, si Dominus Iurisdictionem habens citati non comparentis domum reuocationem postulet admittendus non est, nisi prius homo ipsius, id est, iurisdictioni ipsius suppositus comparuerit, vel nisi Curia de appellatione, si quæ interposita fuit, cognouerit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1394.

VII.

Etiamodicia aduersus Clericos valide iudicari possunt.

Presbyter vel Clericus citatus in causa ciuili coram iudice vel per se vel per Procuratorem comparere debet: & si non compareat, iudicia aduersus ipsum data iure valebunt: at si compareat, domū reuocationem postulare potest. Et ita iudicatū fuit Arresto Parisiensi, anno 1394. *per l. si quis ex aliena ff. de Iudic.* Vide artic. 30.

VIII.

Studiosus interueniens causam remitti facit, etsi terminatam.

Duo super beneficio contendunt coram Balliuo Bituricensi vel ipsius Locum-tenente: possessio alteri contendentium adiudicatur: cum eam executioni tradere vellet, ecce tertius quidem Studiosus Bituricensis aduenit, qui sese opponit & domum reuocationem propter oppositionem litam coram Conseruatore Bituricensi postulat, id quod ipsi denegatur, à quo appellat, non obstante appellatione ipsius ad executionem proceditur, à quo secundo appellat. Seguierus pro appellato asserebat, quandoquidem prædicta lis non modo contestata esset, verum etiam definita, terminata eum inibi iudicium subire oportere, & litem persequi. Arresto, quod datum Maioribus diebus Molini habitis, vlt. die Septembr. 1540. dictum fuit, male denegatum, bene appellatum atque oppositio Biturigum remissa, & appellatus in expensas condemnatus fuit: Et quod ad secundam appellationem, bene executioni traditum & processum, male appellatum, appellans condemnatus in expensas & multam. Vid. artic. 11. Appendicis.

Vid. art. 17.

IX.

Iuxta id quod ait Panormitanus *in cap. requisiuit de Restit. in Integ.* & Alexander *in l. 1. de iudiciis*, si partes coram Iudice Regio litigent & in ipsum iudicem consentiant, non potest postea dominus postulare subditum suum remitti, eoque non obstante prædictus iudex cognoscet *l. de qua re. ff. de Iud. & l. priuatorum C. de iurisd. omn. iudic.* Et ita iudicatum fuit Arresto Curiæ Parisiensis, anno 1385.

Dominus in causa ciuili non admittitur postulans, subditum suum, qui prorogauit, ad se remitti.

X.

Submissio non impedit remissionem.

Non obstante submissione facta iudici Regio, reus ad ordinarium iudicem Domini sui Iustitiarii seu Iurisdictionem habentis remitti debet: absque quo in ipsius præiudicium submissionem facere aut progressum non potest, velut dicit Bartol. *in l. 1. ff. de iudic.* & Ioan. Fabr. *in l. 1. C. de Offic. præf. vrb. per tex. in 6. transmissa. de For. comp.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi. 16. Februarii 1519. inter Bernardum & Hernerium Cordelios appellantes à Seneschallo Lemouicensi & Guidonem Lesterium appellatum. Et altero Arresto prædicti loci. 3. Iulii, 1527. inter Poncetum Farguinm appellantem à Seneschallo Petricoricensi & Buulcalium Sauihacum. Attamen ex huiusmodi submissionibus creditor optionem habet, debitorem suum conueniendi pro executione huiusmodi obligationis corā alterutro qui ipsi placuerit, vel coram iudice Regio vel coram ordinario debitoris, qui sese submittere potest & regiam iurisdictionem prorogare. Et hodie huiusmodi submissiones factæ in coercitionibus iudicum sigilli Regii, ex semet sententiæ instar valent, & paratam executionem habent, vt ait Fabr *in l. certum Cod. Fam. ercisc.* Et ita iudicatum fuit Arresto prædicti loci 7. Aug. 1529. pro Arnoldo Arelatensi aduersus Dd. Ioannem Dohersium.a

V. infra *Arr.* & 12. hoc ipso tit. & supra de iurisdictione Regia *Arr.* 5.

Desumtū ex Boerio *Decis.* 114. *nu.* 5. & 15. I.C.

Artic. 14. Edicti Cremiacensis, anno 1536. submissiones locum habebant, verum postea Domini merum imperium habentes a Rege Francisco diploma impetrarunt declaratorium præfati Edicti Cremiacensis, quodque approbatum in Curia Parlamenti 23. April. 1537. quo prædictus Dominus Rex declarauit, sibi mentem non fuisse, Edicto suo Cremiacensi iuribus Dominorū iurisdictionē habentiū præiudicare. Proinde etsi subditi ipsorū intra iurisdictiones regias consistant & speciatim ipsorum Iustitiabiles iis se submiserint atqui ipsorum sigillo subditos & iustitiabiles suos conuentos corā iudice, iurisdictioni & sigillo sese submiserunt, vindicare posse: vicissim si non vindicentur, iure conuentos habendos, neque declinare valituros, siue iurisdictionem Balliuorum & Seneschallorum siue Præfectorum Regiorum, si coram iis conueniatur, eo quod præuentioni inter ipsos locus sit, ita vt super eo conqueri non possint, neque domini merū imperiū habentes si remitti non postularunt, vt altero diplomate & declaratione Regis Henrici II. quæ data Laoduni 17. Iunii. 1554. continetur, & Arresto, quod intercessit super publicatione eius facta in Curia, 15. Nouembris, prædicto anno 1554. quod lector totum videre poterit in collectione mea de Determinationibus *Tit. 11. c. 58 59 60. & 61.* I. C.

a Choppinus super Consuetud Andega. *lib. 1. cap. 76 nu.* 2. alterum Arrestum, quod datum Maioribus diebus habitis Andegauis 27. Octobris. 1539. habet in sem allegat. T.

XI.

Priuilegiū iurisdictionis Episcopi Parisiensis in ciuitate & suburbiis.

Episcopus Parisiensis ius habet capturam iubendi atque ad se reuocandi Clericos in delictos deprehensos in Ciuitate & suburbiis Parisiensibus priuatiue & exclusis omnibus aliis Prælatis, quorum iurisdictioni forte suppositi sunt & subditi. Et ita iuxta prædictum ius iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1394. aduersus Priorem quendam S. Albini in diœcesi Cenomanensi & Episcopum Cenomanensem, & altero Arresto quod datum antea aduersus Bernardum Ropellanum, & altero adhuc simili Arresto aduersus Matthæum Rauellum & prædictum Episcopum Cenomanensem.

Hodie post Constitutionem Molinensem, Rusciononensem & Aurelianensem eos tantum, qui in S. Ordinibus consti-

ruti sunt, & vt minimum subdiaconi sunt vel Clerici actu residentes & obsequia præstantes, officiis, ministeriis, & beneficiis quæ in Ecclesia tenent v art 5 supr I C.

Quando remissio ad Ecclesiasticos denegetur.

In casibus priuilegiatis & regiis iudex laicus potest denegare remissionem ad iudicem Ecclesiasticum, vt cognoscat de prædicto priuilegio: nempe quia Iudices Regii de eo cognoscunt priuatiue exclusis aliis omnibus. quinam sint casus Regii Vide cap 6 7. & 8 lib 3. Imbert. Instit Forensi vbi eos casus accurate tractat & recenset. B.

XII.

Libellarii Iudices sunt competentis suæ.

Libellarii Palatii priuilegium habent euocandi causas cognitionis suæ à quibuscunque Iudicibus per nudum viatorem Regium vigore *Committimus*, sic vt necesse nihil sit partem instare, neque expectare, vt Iudex causam remittat: verum satis est, vt viator iudici audientiam præbenti iubeat vti causam remittat, atque eo renuente aut differente ipsemet eam remittat. Non idem obtinet in iudicibus Conseruatoribus Priuilegiorum, iudex enim id facere debet. ita dictum fuit Arresto Parisiensi, 8. die Iulii 1368. neque quicquam obstat, si dicatur, causam, quæ remittitur, ad ipsorum cognitionem non spectare. Neque enim ad iudicem spectat, super ea recognoscere, verum ad prædictos libellarios, qui prout res erit, vel eum sibi vindicabunt, vel remittent. Extat hanc ad rem altera appellatio à Locum-tenente ciuili Parisiensi, qui prædictā remissionem denegauerat, ad quem dictum fuit Arresto 1. die Aprilis 1389, perperam denegatum fuisse, resqua omnis ad Libellarios remissa saluis remissis exceptionibus declinatoriis & saluo à prædictis Iudicibus super iis iure reddendo. Atque ita dubium antiquum resoluitur, eos non posse iudices esse causarum suarum præ cæteris iudicibus, qui eandem potestatem habent, quibus interdicere seu iubere non possunt, nisi in eo, in quo delegati sunt, & commissi à Principe, in cæteris nihil. Ita si viator causam remittere velit, quæ ad ipsos non spectet, vt maxime iudex Iurisdictionem suam contra quoscunque defendere possit, etiam pœnali iudicio. *l. 1. in pr. D. si quis ius dic. non obt.* id tamen aduersus prædictos Libellarios facere non potest, qui iudices sunt de prædictis remissionibus & ad eos spectat cognitio, vtrum causa, de qua agitur, ad ipsorum Iurisdictionem spectet vel non. Neq; vllus iudex potest mandatum aut personam ipsius viatoris detinere. Et ita iudicatum fuit aduersus prędictum Locum-tenentem ciuilē Arresto anni 1497. Desumptum ex Lucio *lib. 4. tit. 8. Art. 1. 2 3.*

Hanc in re complurima Arresta data ferūt, inter cætera 18. Martii 1375. vid. *Tit. de Curia Libellariorum.*

Priuilegiū singulare & eximiū translationum ad Libellarios.

Priuilegium translationis seu remissionis ad Libellarios ita eximium est, vt Iudices quicunque sint, ei parere debeant quocunque in statu causa sit & post contestationem 1. Martii 158. Si incidenter aliquis interueniat, cuius interfit velut autor seu qui coëtionē & autoritatē debet, causa remittit debet saluo disputandi iure super prędicta translatione seu remissione coram Dn. Libellariis, qui soli iudices sunt & disceptatores competentiæ vel incōpetentiæ suę. Nota obiter. 16 Regionarios depulsos a diplomate impetrato pro consequendo *Committimus*, 4. Februar 1549.

Vide super hac materia, quæ tractauit D. Bacquetius tract. 5 cap 8. n. 53 & quæ scripsi in quęst. meis notabilib. quæst 87. vbi hasce quæstiones tractaui de Iurisdictione, potestate & autoritate Dnn. Libellariorum Palatii de iis qui fori istius præscriptionem habent, de differentia *Committimus* & Gardarum Gardienorum quas vocāt, aliasque similes, quas lector ipsemet, si placet, videre poterit. I. C.

XIII.

Domesticī domus Regis vbi cogi possint.

Goyetus Aduocatus Regis in Castelleto fori Libellariorum præscriptionem habens Forgetum Regis Secretarium citari curat ad Curiam Libellariorū, is forum hoc declinat seu præscribit & ait sese domesticum Regis, seu vt vocant, domus Regiæ esse, atque ideo remittendum ad dominos Libellarios aulæ Regiæ. Goyetus intercedit & ait, cum Forgetus duos habeat iudices priuilegiatos, actorem eligere posse pariter, vt in actione reali, vtrum iudicem è duobus velit, puta eum illius loci, in quo res de quibus quæritur, sitæ sunt; an vero domiciliarem, seu domicilii. Dictum fuit & iudicatum, Forgetum apud Libellarios Palatii procedere oportere. Inde prouocat ad Parlamentum, vbi Arresto 23. Februarii 1550. causa ampliatur, nihilominus interim causam apud Libellarios disceptari oportere, iuxta alterum simile Arrestum quod datum 60. annis ante.

Desumptū ex *Luc. lib. 4. tit. 8. art. 5.*

In concursu priuilegiorum & priuilegiatorum quid iuris.

Cum duo priuilegiati concurrunt, velati domesticus domus Regiæ, qui priuilegium *Committimus* habet, & Secretarius Dominorum Libellariorū Palatii præscriptionē, & Scholaris siue Studiosus, qui priuilegium Scholaritatis habet. coram iudice Conseruatore Priuilegiorum vniuersitatis vel etiam ciuitatis Parisiensis aut Biturigensis, qui fori Iudicis localis præscriptionem habent, excipiendo priuilegio Ludouici XI. fortius & maius priuilegium, vt est priuilegium *Committimus*, cætera ad se trahit & præualet. Proinde cæteros priuilegiatos ad Libellarios prædictae Palatii remitti oportebit per *l. iudicium soluitur D. de Iudiciis* Quod si duo priuilegiati pari priuilegio concurrant, tum priuilegia cōfunduntur, & pro non priuilegiatis habentur, *l. sed & si miles. D. de Excus. Tutor.* ac proinde ad communem iuris dispositionem redigi oportet, qua actor forū rei sequitur. Eaq; est sententia D. Bacquetii de Iuribus Iustitiæ num. 54. I. C.

Vide *Arr. 19. App. huius tituli.*

XIV.

Domini Libellarii possunt et causa ecclesiastica reuocare ad se sub specie susceptæ litis in se personali.

In Maioribus diebus Pictauiensibus singularis admodum causa & notatu digna agitata seu perorata fuit. Nobilis quidam mutuam accepturus pecuniam, fideiussorem diuitem quendam Presbyterum offert. Is admittitur, atque ita cauet additis solennibus renunciationibus beneficii, discussionis, & ordinis, seque adeo principalem debitorem constituit. Creditor postea solutionem vrgens, iudicem Ecclesiasticum adit & interpellat, coram quo Presbyter ille conuenitur. Dum id fit, interuenit Nobilis ille verus & principalis debitor, qui causam in se suscipit, vel saltem superesse ipsi cupit: Igitur priuilegium suum *Committimus* per viatorem insinuat, qui iudici iubet, vti causam remittat, eoque renuente eam ad Libellarios ipse remittit. Creditor tanquam ab abusu appellat, & ait atque allegat Presbyterū personali obligatione obligatum, & necessario coram iudice suo alibi conueniendum: neque interuentionis & in se susceptionis rationē vllam habendam, Neque enim ea Presbyterum posse immunem fieri, vel prædicto creditori eripi, aut lite seu Actione liberari. *Auth. qua in Prouincia. C. vbi de crim. agi oport.* Nobilis appellatus nitebatur generalibus & expressis verbis priuilegii seu Rescripti sui *Committimus*, quæ vtique nullos iudices exciperent, atque hanc causam de earum numero esse, de quibus Domini Libellarii cognitionem haberent. Tandem Arrestu appellans in omnibus & per omnia causam obtinuit, 25. Septembris, 1531.

XV.

Aduocatus qui foro operā non dat, fori libellariorum præscriptionem non habet.

Aduocatus qui causis orandis intentus non est, sed tamen iuramentum præstitit, quod ab Aduocatis in introitu exigitur, & in foro aliquandiu versatur mox discontinuat seu abrumpit, sic, vt prædictum munus Aduocati non exerceat, priuilegio *Committimus* frui non debet Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiēsi 7. Ianuar. 1521, pro quodā cui nomen Perdisello, qui ad iudicem suum ordinariū remissus fuit. Dn. Riantius quoque peroratione sua vlt. Septēbr. & Kal. Octobr. anno 1555. in simili dubio super Aduocato quodā sollicitatore, cui nomen

Amoroso,

Amoroso, æquitatem huius Arresti docte admodum repræsentauit.

XVI.

Iudices literis suis citatoriis seu decretis competentiam suam fundare debent.

Cum iudex literas aliquas seu decreta aliqua expedit super facto seu re aliqua, cuius est competens Iudex aduersus quosdam, quorum alioqnin iudex competens non est, summopere cauere seu attendere debet, vt in prædictis literis expressa fiat mentio causæ competentiæ suæ, cuius videlicet ratione prædicti ad se trahantur, nam si hoc omisso simpliciter eos citari faciat, tanquam ab incompetente iudice appellare possunt, & appellatio ipsorum valida erit. Ita dictum fuit Arresto Parisiensi, 8. Aprilis, 1543. pro lignariis mercatoribus appellantibus aduersus Præfectum & Scabinos Vrbis Parisiensis, qui in prædictos appellantes iurisdictionem tantum habent in flumine, cuius rei nulla mentio facta fuerit. Simile Arrestum datum fuerat ibidem 17. Februarii, 1543. pro appellante quodem à sui captura aduersus se decreta à Curia Subsidiorum & Catholicianis Parisius, qui accusabatur, Consiliarium prædictæ Curiæ ad Regem proficiscentem mandato prædictæ Curiæ iniuria pulsasse seu affecisse. Proinde dictum tum fuit: quandoquidem in decreto capturæ nulla causa expressa fuisset ad fundandam ipsorum iurisdictionem, perperam decretum & processum fuisse. Domini Regales tum perorarunt, allegataque fuit *l. 1. in fin. ibi, sciatque ex ipso nomine, quid Præfecto debeatur.* C. de Offic. Præf. vrbi. Et pro materia prædictorum Arrestorum datorum super Iurisdictione peculiari & limitata, quam vtiq; speciatim designare oportet, singularis est *l. Defensores. x. ibi, nominis sui tantum funguntur officio. C. de Defensor. Ciuitat.*

Vide Arr. 9. in App. huius Tit.

XVII.

Remissio seu remissione quando absque Domino postulari possit.

In Prouinciis, quæ iure Consuetudinario reguntur, subditus absque Domino suo fori præscriptionem allegare non potest, & remitti se postulare: at in prouinciis quæ iure scripto reguntur, id solus facere potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 11. Maii 1530. Nisi prædictus subditus iudici sese vltro subiecerit, à quo postea declinare cupit. Tum enim auxilio domini sui opus habet, & necesse est, vt approbatione eius munitus sit: quandoquidem ex capite suo prorogauit *l. 1. & 2. D. de iudiciis.*

Remissio a iudice Regio ad Iudicem non Regium non fit absque vindicatione & postulatione Domini: contra si ad iudicem Regium fiat, requisitione seu postulatione nil opus est. & oportet iudicem sponte sua remittere, quando exceptio declinatoria opponitur. Ita iudicatum Arresto. B.

XVIII.

Subditus quando prorogare possit.

Subditus alterius iudicis quam sui iurisdictionem tacite prorogare potest, vltro coram eo procedendo vel expresse litē contestando, quia contraxisse videtur *l. ait Prætor l. idem scribit ff. de Peculio l. 1. ff. de Iud.* & adeo quidem, vt nisi aduersus huiusmodi consensum Rescripto Principis restituatur, declinare amplius non possit. Et vero datum fuit Arrestum hanc ad rem super approbatione similis Rescripti, 19. die Octobris 1531. Maioribus diebus Pictauiensibus. Attamen si Dominus Iustitiarius de nouo interueniat, & hominis sui seu subditi remissionem postulet in causa criminali, is admitti potest, neq; ei prorogatio subditi sui & contestatio cum ipso facta opponi potest, vt iudicatum fuit Maioribus diebus 17. Octobris.

In causa criminali Dominus ... non ...

Post Constitutionē Ruscinonensem artic. 19. anno 1564. in causa criminali Dominus Iustitiarius hominem suum & Iustitiabilem vindicare non potest, siue coram Iudice Regio siue corā iudice subalterna conuentus, Nam si ex prædicta Constitutione delinquens in loco delicti capietur & apprehēdatur processus eius institui & perfici debet, sic vt iudex cū ad aliam iurisdictionē, in qua accusatus sese domiciliatū allegabit, remittere non tenetur. imo si a iudice domicilii sui capiatur, ad iudicē loci in quo delictū admissum, si id ab eo postuletur, remittendus est iuxta artic. 35. Cōstitutionis Molinensis quæ Ruscinonensis est interpretatiua, quæ Constitutiones in vsum reduxerunt, *l. 1. & Auth. qua in Prouincia.* *C. vbi de Crim. agi oport* Hanc ad rem Symachus dicebat *ep. spol. 7. Facinus vbi admissum est, ibi expiari debere.* Nota etiam Iudices Dominorum merum imperium habentium, non cognoscere de omnibus omnino criminibus, veluti de homicidio, raptu, incendio, & aliis casibus Regiis vt vocant, quorum cognitio Iudicibus Regiis tributa est priuatiue, exclusis Iudicibus Castellanis: de quibus vid. Dn. Bacquetum tractat. de Iuribus Iustitiæ, *cap. 6. & 7. I. C.*

nō potest. *Auth. Qua in Prouincia obseruatur.* Vid. art 37. & 58.

Iudices subalterni non de omnibus criminib. cognoscūt

XIX.

Dominus postulans subditum suum remitti necessitatem sistendi se non impedit.

Dominus non admittitur vel auditur postulans remitti subditum suum, qui citatus est ad sese in persona sistendum coram iudice Regio, quo iustitia seu iurisdictio prædicti Domini per appellationem delabitur, nisi prædictus subditus ipsemet remissionē suam petiturus erat: alioquin enim Dominis occasio præberetur, colludendi cum scelerato seu malefico aliquo subdito suo, eumque hoc obtentu pœnæ & obsequio, quod Iustitiæ debet, eripiendi. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Ducem Guisium 9. Ianuarii, anno 1545. ex Lucio lib. 12. Tit. 1. Arr. 2.

Et aduersus Dn. Castellionium altero Arresto 26. Nouembris 1551. Choppinus ad Consuetudines Andegauenses *lib. 1. cap. 77. n. 3.* T. Idem aduersus Religiosos S. Martini de Campis Arresto, quod refert Dn. Bacquetus. tractat. 5. cap. 9. num. 5. I. C.

XX.

Sigillum regium absq; submissione competentiam seu iurisdictionem non importat.

Die Lunæ quem pinguē vocant, 9. Februarii 1550. Arresto dictum fuit, Dominum posse subditum suum à Iudice Regio vindicare seu postulare, coram quo cōuenitur vigore cautionis cuiusdam sub sigillo regio celebratæ, dummodo à parte prædictæ cautioni sigillatæ submissio nulla facta fuerit: alioquin si vi sigilli Regii citra submissionem factam Domini à remissionibus suorum subditorum postulatis repellerentur, ingens præiudicium Dominis fieret, qui nullum Tabellionatus ius habent. Semper enim partes malunt coram Notario Regio, quam non Regio quid expedire, & sic Domini Iurisdictionis suę, quæ ipsis patrimonialis est, iacturam magnam partem facerent. Pro Sigillo perorabat D. Aduocatus Seguierus, aduersus ipsum D. Menilium, præses erat Dn. Magistri.

Aliud Arrestum 19 Ianuarii 1575. excipiendum est sigillum Præfecti Parisiensis, quod iurisdictionem tribuit. vt & Monspessullanum & nundinarum Briensium.

XXI.

Submissio seu remissionem à iudice Regio ad alterū Regium non impedit.

Si contractu inito subditus Regiæ iurisdictioni, alteri Regiæ iurisdictioni se submiserit, nihilominus remitti debet. Et ita iudicatū fuit Arresto quod datum in maioribus diebus Molinensibus 17. Sept. 1534.

Vide supra Arr. 10. & lib. 5. tit. 8. Arr. 5.

XXII.

Idem.

Si debitor sese omnibus Curiis Regiis, seu tribunalibus cautione celebrata non subiecerit, & extra locum domicilii sui reperiatur, & decreto iudicis Regii alterius, quā eius aduersus eum executio fiat, vel etiam quālibet sese omnibus Curiis Regiis subiecerit, & Iudex non Regius subalternus declarauerit cautionem executoriam, oppositione formata remitti se ad iudicem suum postulare potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiēsi, 15. Februarii 1529. Nemo se Iustitiæ seu Iurisdictioni ad certam causam limita-

ta

[illegible]

XXIII.

Si partes litigantes super lite in Curia pendente [illegible] transigant, & [illegible] altera integra e potest, sese male [illegible] eam Curia est, quæ [illegible] simili materia iens causam retinuit, Arresto Parisiensi [illegible] 6. Octobr. 15[illegible]

Reiectio transactionis super lite pendente in Curia [illegible] ordinaria [illegible]

Chopp. in [illegible] libro art. 6. Arrestum contrarium allegat, 3. die Decemb. 15[illegible]

XXIV.

Rescissio [illegible] debeat.

Rescriptum rescissionis pro rescindente ad iudicem Regium domicilii rei, & non etiam rerum, de quibus agitur, dirigi debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. Attamē qui impetrauit pro rescissorio eligere potest, verum malit, deque ea re extat Arrestum Parisiense, quod pronunciatum à Dn. Præside Sanct. Andreano, 13. Decemb. 1545. etsi vtrumq; cumuletur, tam rescindens quam rescissorium, prædictam quoque electionem habet. Hoc tamen dubio non caret, tempore quippe [illegible] Arresti agitarum fuit in pari causa Parisiis magno apparatu 12. die Martii, post prandium, anno 1544. inter appellantem quendam à Ballivo Aurelianensi. ab vna parte, & inter quendam, qui rescissionem impetrauerat ab altera parte pro domanio Bellouisorio sito in prædicto Balliuatu, aduersus appellantem quendam Blesensem, qui allegabat actionem mere personalem esse, quodque prædictus Balliuus de ea iudex competens nō esset. Appellatus econtra dicebat, actionem esse in rem scriptam, eo quod rescissorium cumularet, *l. in causæ. §. fin. D. de minorib.* quodque in hoc sinistri casu optionem haberet sibi prospiciendi in loco, in quo res sita esset, *l. final. Cod. vbi in rem actio.* D. Marillacus pro Rege verba faciens appellati partes sustinuit, Curiamque rogauit, ne Arrestorum ante datorum rationem vllam haberet, & vt Arrestum conderet iuri conforme, quod legis vice esset. Curia rem ampliauit, manuque suprema partes Ambosiam remisit. Similis cōtrouersia ampliata fuit Arrestis Maiorum dierum Rigodulensibus 4. die Octob. 1546.

Postea iudicatum fuit, quando rescindens & rescissorium cumulantur, impetrantem optionem habere adeundi iudicem domicilii rei, vel iudicem loci, in quo res sitæ sunt, siue comprobationem eius persequatur aduersus eum, cum quo contraxit, siue aduersus tertium detentatorem, Arresto Curiæ die Martis 8. Iulii, circiter horam tertiam, 1557 aduersus Dominū Hecquium appellantem à Ballivo Crociacensi in Bri[illegible] Prouincia. Et huiusmodi rescripta ad iudices regios dirigi debent. Quod si lis coram iudice subalterno non regio pendeat, vbi residente qui huiusmodi literas impetret, ad primum viatorem regium dirigi debent, quo scilicet is iudici mandet, vt prædictas literas comprobet. I. C.

Priuilegium ciuium Bituricensium, qui pro his [illegible] extra ciuitatem trahi non possunt, excipiendo [illegible] Rescri[illegible] pro Regio. Idem priuilegium habent Turo[illegible] Ru[illegible]

Ciues & incolæ Bituricenses complurimis eximiis priuilegiis a Regibus decorati fuere pro fide ipsorum remunerāda, & auxilio, quod ipsis intra Prouinciam Bituricensem reductis vi Anglorum & factione domus Burgundiæ ipsorum inimici. tulerant: inter cætera, ne trahi, conueniri, in ius vocari, trahi priuilegio Scholasticam, aut aliorum aliam iurisdictionem extra ciuitatē Bituricensem in prima instantia possint. Priuilegium hoc est Regis Philippi Augusti, & expressius adhuc Ludouici XI. mense Iunio 1474. Parisienses simile priuilegium ab eodē Rege habent, ex quo desumptus est art. 112. Consuetudinum Parisiensium. Iuxta hoc Bituricensium priuilegium, cum Mathurinus Matthæus & vxor ipsius, an. 1558. Verdunum Caisicum ciuem Bituricensem, coram Ballivio Bituricensi vel Locumtenente eius Vaclodani conuenisset & [illegible] citasset, vigore literarum seu Rescripti Regii ab ipsis in[illegible]

[illegible]

XXV.

Si minor hæreditatem defuncti [illegible] Rescriptum, quo restitutus [illegible] impetrat [illegible] rum dubitatum fuit, quisnam iudex [illegible] petens Rescripto comprobando, num iudex [illegible] ris, an vero iudex bonorum & domicilii defuncti [illegible] coram quo citari & audiri oporteat creditores [illegible] quorum interest? Arresto Parisiensi 15. die Decem[illegible] bris 1539. Domino Rebourtio & Marillaco perorantibus, iudicatum fuit, iudicem bonorum & domicilii defuncti Regium solum in ea re competentem esse.

XXVI.

Si Iudex Regius possessorium terminauerit, & vi [illegible] Iudex de [illegible] omnis posse[illegible] ctus super petitorio iam agere velit, res omnis possessorii [illegible] lante id alterutra partium ad iudicem ordinarium [illegible] remittetur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi Ma[illegible] ioribus diebus Molinensibus, 17. die Septemb. 1534. [illegible] Facti species hæc erat, quod scilicet vidua interdicto experiens in ipso causæ limine in possessionis tuitionem consensisset, atque ilico in petitorio conclusisset: atque ita *l. final. Cod. de iudic. & cap. fin. de caus. poss. & propriet.* in hac facti specie obseruari non possent. Tum demum enim obtinent, cum iudex de possessorio plene cognouit, atque hac ratione super petitorio iam magis instructus & eruditus: at vbi in ipso limine citra causæ cognitionem consensum est, petitorium remitti oportet. Neque vlla ratio eius vindicandi seu retinendi est.

Idem more obseruatur apud Libellarios Palatii, vbi de petitorio cognosci non potest. I. C.

XXVII.

Studiosus quomodo [illegible] possit, debeat.

Si Scholaris siue Studiosus interueniat in lite cepta, neq; dum contestata, siue voluntarie, siue ad autoritatem præstandam euocatus, nō potest litem remitti impetrare, nisi ilico & prompte de iure suo, quod in re litigiosa habet, fidē faciat, vel nisi id iuramento præstito asseueraient. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum in Maioribus diebus Molinensibus 22. die Octobris 1534. Eaque est Constitutio inter eas, quæ publicatæ fuerunt anno 1529. In materia profana assertio sufficit: at in materia beneficiali de titulo fidem facere oportet, seu instrumentum edi oportet (Vide supr. Art. 8.)

XXVIII.

Leprosi [illegible]

Cognitio super laico leproso eiusque segrega[illegible] ione seu reiectione ad iudicem laicum spectat & iudices Ecclesiastici tum demum huic se immiscere se possunt, si leprosus Presbyter sit aut Clericus, non

conta-

coniugatus, etsi antiquitus de omnis generis leprosis cognoscerent iuxta opinionem Panormitani *in c. cum sit generale. de for. compet.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in Maioribus diebus Molinensibus 12. die Octobris 1534. vbi tum Dn. Monthelonius Aduocatus Regius allegauit, Iudices Ecclesiasticos sese fundasse in eo, quod dicitur *in cap. 8. S. Matthæi. Vade & ostende te Sacerdotibus.* Quod vtique alio sic se dictum fuerit, hoc nempe, quod antiquitus, cum leprosus examinatus & ad segregandum se condemnatus fuisset, Sacerdotibus pittacium seu schedula traderetur, quo scilicet plebi publicaret, hunc vel illum leprosum esse, eiusque colloquio seu commercio abstinendum: si postea valitudinem recuperaret, prædictis Sacerdotibus sese sistebat, & de recuperata valetudine fidem faciebat, qui scilicet id postea publicarent & ab eo nihil amplius metuendum.

Interdictũ vxoribus, ne cũ mariti eisdẽ leprosis conuersẽtur.

Arresto Curiæ, quod datum 11. Iulii 1452. prohibetur vxor cum marito suo leproso conuersari, sub pœna exilii & catamidiationis, seu ad solem & pilam ludibrio omnium expositionis, ac præterea ne fructus vendat. De lepræ contagione vide Bald. *in l. nullas. C. de sum. Trin. & Leuit. c. 13. 2. Paralip. 35. extra castra solus habitabat.* Videatur Arrestum Bononiense 13. die Septembris 1578. B.

XXIX.

Selecti seu tributarii iudices litẽ coram ordinario pẽdentem euocare vel impedire nõ possũt.

Illustris Iacobus Chaugyus Dominus S. Iuliani interdicto coram iudice suo experitur aduersus tabernarium quendam siue cauponem, qui se in possessione iuris cuiusdam, quod Veria vocatur, quod ex vino minutatim vẽdito in prædicto loco, habet, turbauerat: Tabernarius iste, vt hũc processum euitaret, Procuratorem Catholicum in electione Bituricensi adit, eique repræsentat, ius istud exigi & exerceri in præiudiciũ octauæ Regi debitæ: Prædictus Procurator Rescriptum impetrat, quo res ad Selectos euocetur & prædictus dominus Chaugyus citetur ad instrumenta prædicti iuris à se prætensi edẽda. Ab his omnibus Lenteriam appellatur, vbi Arr. ito dato Maioribus diebus Molinensibus 11. die Octobris dictum fuit, in omnibus & per omnia perperam indultum & executioni traditum fuisse, bene appellatum cum expensis, resque omnis ad iudicem S. Iuliani remittitur.

Certissimum est Procuratorem Regium electionis alicuius seu stationis tributariæ posse conuenire coram Selectis partes alibi, quam coram se litigantes super re ad iurisdictioné ipsorum spectante, vt ita eis interdicatur alibi super ea re litigare. Quæ nam ad iurisdictionem Selectorum spectent, superius suot expressa *lib. 4. tit. 11. Arr. 14.* Selecti hanc potestatem habent, ita partibus litigantibus interdicendi, suãque iurisdictionem potestatem & autoritatem tuendi iudicio pœnali. Nam cui iurisdictio data est, ea concessa videntur, sine quibus iurisdictio nequit explicari. *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. § damus. Dam. inf.*

XXX.

Iudex peregrinus nõ potest cita tum cogere vt sese sistat.

Citatus ad iudicem, à quo penitus immunis est & notorie isti iudici extraneus coram eo se sistere nõ tenetur, ad opponendam fori præscriptionem & sui remissionem postulantem: alioquin, si prædictus iudex aliquo modo, & certo casu eius iudex sit, sistere se tenetur, & remissionem seu translationem postulare, si velit, etsi non agatur super vno ex iis casibus, de quibus prædictus iudex competens foret, *l. si quis ex aliena. ff. de Iud. & l. ex quacunque. & ibi Roma. ff. si quis in ius vocat. non ierit.* a. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1390. & postea ann. 1540. pro Petro Moutunio appellante à Iudice Chenayẽsi qui contra ipsum capturam decreuerat, & citationẽ trium perendinorum lege aduersus Dominum prædicti loci, remissusque fuit ad iudicem Durbisium proprium videlicet ipsius iudicem, etsi se Chenayi non stitisset.

a Hæ leges locum non obtineat, vbi notorie Iudex incompetens est, *ex con. nobis de ...* B.

XXXI.

De competentia in quæstione super re apud transeuntem agnita ab alio.

Tres diuersæ sententiæ sunt & opiniones super commeante aliquo seu transeunte, apud quem repertus est equus, mulus, pallium, merx, vel aliud quid mobilium, atque à domino rei eam agnoscẽte arrestato, remque sibi restitui postulante, vtrum prædictus commeans ad iudicem suũ remitti debeat, an vero vbi repertus est, inibi quoque respondere teneatur. Prima sententia fuit Hugolini & Accursii in Glossa, in *l. fin. Cod. vbi in rem actio,* eum remitti oportere, cautione præstita pro æstimatione rei: Si cautionem præstare non possit, rẽ sequestrari oportere, arg. *l. senatus. D. de offic. Præsid.* Secunda opinio fuit Azonis in *Tit. de rei vendicat.* eum in loco, in quo repertus fuit, respondere debere, per text. *in d. l. fin.* etsi inibi domicilium aut notitiam nullam habeat, & pro hac sententia est textus in *l. 1. ibi, à Iudice. C. vbi quis Decurial.* Tertia fuit Placentini, qui differẽtiã constituit inter rem eo delatam, vt ibi maneret, & rem quæ tantum transuehitur vel transfertur, & primo casu opinionem Azonis tenet, posteriore vero Hugolini per *l. debitor. ff. de pignorat.* Nihilominus Arresto Burdigalensi, quod datum 5. August. 1519. inter Stephanum Morellum viatorem Lemouicensem appellantem à Seneschallo Petricoricensi in sede Carlatensi, & postulantem certas merces sibi adiudicare, quas ad se spectare adferebat, & Ioannem Boutaudum & Ioannem Fabricium appellatos, Azonis sententia præualuit: & ita in Francia velut æquior, iustior, obtinet.

XXXII.

Iudex ex consensu partium iurisdictio nẽ suã excedere potest.

Si Castellani, qui iurisdictionem nonnisi ad 60. solidos habent, ex prorogatione & voluntate partiũ vlterius cognoscant, ab ipsis gesta iure valent. Eaque est sententia Saliceti *in l. certa ratione. C. quand. prouoc. non est necesse.* Et ad hanc rem facit textus *in l. de qua re § 1. ff. de iudic.* Et ita compluribus Arrestis Gratianopolitanis iudicatum fuit, quæ sine data allegantur per Guido. Pap. *quæst.* 285. id vero intelligendum est, quatenus priuatum interesse partium spectat: alioquin si Regales ab eo appellent, omnia irrita declarabuntur. Videri possit *l. priuatorum. Cod. de iurisdict. omn. iud.* huic aduersari, quæ vult rem omnino irritam esse, siue quod partium interesse spectat, siue aliter: verum ea loquitur de eo qui nulli præest iudicio, & non etiam qui iurisdictionem habet, quam ex voluntaria prorogatione excedere potest, *l. 1. Cod. eod. tit. & l. 1. ff. de Iudic.*

XXXIII

Merum imperium. V. Arrest. 26. lib. 13. tit. 3.

Die Martis 24. Nouembris 1547. in maiore Camera Curia declarauit, in omni conflictu, in quo effusio sanguinis fuerit, tenus eam ad meri imperii exercitium spectare, non ad mediam aut infimam iurisdictionem, Oratores seu Aduocati tum erant Dominus Porteus & Robertus.

Species iurisdictionum, & de potestate altiorẽ, mediam & infimã iurisdictionem habentis.

Hoc Arrestum datum subscriptam habere debet 14. Nouembris 1511, vt notat Choppinus lib. 1. de Iurisdict. Andegau. cap. 39. n. 7. Et datum fuit ad perorationem in ordine causarum Veromandouensiũ inter Comites Suessionenses Dominos merum imperiũ obtinentes, & Celestinos prædicti loci, mediam tantum iurisdictionem habentes super controuersia, quæ inter duos illos Dominos iurisdictionẽ habẽtes erat, ad quẽ videlicet spectaret cognitio cõflictus cuiusdam, in quo sanguis effusus fuerat. In Frãcia tres species iurisdictionis sunt, altior, media, & infima, quarum singularum potestas Consuetudinibus Prouinciarum limitata est, quod lector in eaẽ collatione facta à D. Petro Guenosio videre potest, *lib. 1. tit. 3.* & in iis quæ scripsit Loiselius in dissertatione de abusu iurisdictionũ pagensiũ seu pagorũ, vbi plene da-

carum

earum origine tractat post Dno. Molinæum, Choppinum, Maynardum lib. 2. Notab. quæst. cap. 19 & Bacquetum Charta antecelorum de iuribus iurisdictionum, quæ facta fuit & oblata deputatis reformandis Consuetudinibus Parisiensibus, quamque prædictus Bacquetus refert cap. Tractatus sui de iustitia ... seu iurisdictionis iura altioris, mediæ & infimæ iurisdictionis distinguuntur, altiorē quippe iurisdictionem habens de omnibus criminibus & casibus cognoscit pro quibus pœna mortis constituta est, vel mutilatio membrorū, aliæque pœnæ corporales, veluti fustigationis, ad palū adstrictionis, vel ad numellas, vel etiā publicæ & solemnis criminis agnitionis & deprecationis: itē præconia & proclamationes publicas facere potest, extra territoriū & iurisdictionē suam relegare, itemque stigmatizare, seu ferro candente inurere: cognoscere tamen non potest de vel super casibus regiis, veluti de crimine læsæ Maiestatis diuinæ & humanæ, crimine falsæ monetæ, vsus armorum, coetuum illicitorū homicidiorum seu assasinatuum, aliisque quæ prolixe referuntur à Bacqueto Tractatu de iustitia tit. 7 & 10 Corpore consuetud. Franciæ, Tit. de iuribus Regiis, & a Coppin. lib. 2. de Domanio Franciæ libro 7. Horum enim cognitio ad Iudicem Regium spectat, priuatiue exclusis cæteris omnibus. Mediā iurisdictionem habens in prima instantia de omnibus actionibus ciuilibus, personalibus & mixtis cognoscit, itemq; de delictis. in quibus mulcta quæ Iustitiæ cedit, summam 60. solidorum Parisiensium non excedit: at si tamen admissum in territorio mediam iurisdictionem habentis maiorem pœnam mereatur, id ad altiorem iurisdictionem habentem referri debet, vt is de eo cognoscat & iudicet. Infimam iurisdictionem habens, de omnibus actionibus personalibus cognoscere potest inter subditos suos, vsq. ad summā 60. solidorū Parisiensiū, ac prætetea de delictis, quorū mulcta est 6 solidorum Parisiensium, & citra eam summā; at si delictū maiorē multā requirat, ad altiorem iurisdictionem deferre debet, & ipse infimam iurisdictionem habens hoc casu mulcta iudicata vsque ad 6. solidos Parisienses consequetur.

Altiorem iurisdictionē habēs, de quæ iuri bus ad eā spectantibus.

Casus Regii de quibus Iudex Regius cognoscit.

Iura spectātia ad medi diam iurisdictionem habentē.

Iura infimam iurisdictionem habentia.

Nonnullæ Consuetudines quartam adhuc Iurisdictionis speciem constituunt, puta iurisdictionem fundialem ab infima segregatam: attamē nonnullæ prædictarum Consuetudinum inferiorem iurisdictionem vocant, iurisdictionem infimam & fundialem. alii vocant iurisdictionem infimam fundialem & nudæ inspectionis, veluti Consuetudo Andegauensis & Cenomanensis, quæ Consuetudines duæ, vt ait Corpus consuetudinarium, sane hanc materiam melius quā cæteræ consuetudines tractant. Primum enim caput harum duarum Consuetudinum hunc Tit. præfert. de infima iurisdictione, fundiali & simplici seu nuda inspectione, quæ vnum & idem sunt. Consuetudines, quæ iurisdictionem feudalem ab infima iurisdictione separare voluerunt, ei tantū attribuerūt cognitionem inter Dominos feudales, censuales & ipsorum subditos, pro Iuribus censualibus & dominicis scilicet, quo videlicet a ligant ad soluenda sibi Iura feudalia, census & reditus tantum, vt loquitur Bouticularius Titul. de infimam Iurisdictionem habente: & hæc Iurisdictio in Consuetudine Andagauensi, Turonensi, Cenomanensi nuda inspectio vocatur, & a Masuerio Tit. de Iudicibus & Iudiciis, vocatur. Iurisdictio ... in Senonensi & Altissiodorensi dicitur eum qui iurisdictionem feudalem habet, posse quidem habere viatorē ad colligenda iura sua, & mensam seu stationem ad ea percipienda: at non etiam Iudicem aut sedem aut auditorium: & Valesia dicitur, Dominos fundiales iurisdictionē non habētes, nullam Causæ cognitionē habere, neque Officiarios, verum iura sua dominicalia persequi coram iudicibus parium, ipsisque libellum supplicem offerri debere, quo scilicet eis liceat capere feuda a se mouentia vel fundos censuales censum ipsis præstantes, & non etiam vigore decretorum suorum, quod per abusum sæpe fit, ad huiusmodi captionem procedere: atque ita quarta hæc Iurisdictionis species secundū librorum consuetudines determinatur, vt lector videre potest lib. 2. tit. 3. Collationis De Guenois de queeo plene tractat Bacquetus supra citato libro. I. C.

Iurisdictio fundialis & nuda inspectio.

XXXIV.

Nicolaus Boutonnis Arresto Parisiensi anno 1390. declaratus fuit non admissibilis appellans à quadam citatione aduersus se indulta à Balliuio Bituricensi, atque à Viatore facta, atque ad prædictum Balliuiū remissus fuit, saluo ei iure domum reuocandi, iuxta not. in l. si quis ex aliena. ff. de iud. & l. ex quacumque causa. ff. si quis in ius vocat. non ierit & cap. veniens de Accusat.

Appellatio a citatione non valet.

Appellans à citatione personali ex Constitutione non admittitur, nisi appellatio fiat tanquam à iudice incompetente vel nisi iuxta cap. Statutum. tutus accessus non pateat, aut nisi iudex notorie incompetens sit, cap. nulli. de Iudicus.

Appellans a citatione personali quando admittatur.

XXXV.

Balliuius Ambianensis personaliter in Parlamēto conuentus ob quosdam excessus ab eo cōmissos à fori præscriptione opposita, puta, quod Clericus esset, Arresto anni 1390. depulsus fuit, ac nominatim quia vsus armorum reus ageretur: atque in hoc attendenda erat & attendebatur qualitas eius Balliuii quæ secularis est & cuis ratione Iurisdictioni seculari necessario subiacet, etsi de casu vel delicto priuilegiato non agitur.

Clericus vsu armorum accusatus fori præscriptionem allegare non potest.

Aliud in Sacerdote declinante Iudicatum 17. Maii 1364. Arresto quo remissio seu translatio ad Officialē seu iudicem Ecclesiasticum facta fuit ea lege, ne prædictus Officialis reum carcere dimitteret, ante finitum iudicium propter casum videlicet priuilegiatum B Nihilominus tamen is qui post crimen admissum in ordinē Ecclesiasticū se confert, priuilegio clericali frui non debet, puta vt ad iudicem suum Ecclesiasticū remittatur, quamlibet de crimine communi agatur: verum iudicium eius à iudice seculari perfici debet, ad quem tempore prædicti criminis admissi cognitio spectabat. Ita iudicatum fuit Arrestis 12. Maii 1407. & mense Augusto 1584. quæ refert Charondas lib. 7. Responsor. c. 3. I. C.

XXXVI.

Si aduersus reum aliquem plures actiones proponantur coram iudice, qui nonnisi de vna istarum actionum competens est, prædictus reus reliquarum nomine declinare & incompetentiam opponere nō potest: verum ad finem, vt loquuntur, non procedendi tendere debet Et vero hac ratione quidam, cū ab huiusmodi iudice appellasset, qui recusauerat ipsum remittere, ab appellatione sua depulsus fuit, Attesto Parisiensi 15. Iulii 1528. quæ praxis est notabilis & ad quam multi nostro seculo non probe attenderunt.

Principi ... facta declinatorę.

Vicésima Nouembris 1582 prima die perorationum sub finem orationis Dn. Præsidis Morsanti, iniunctum fuit Procuratoribus vt omnes præscriptiones mercatorias extra iudicium in septo Curiæ terminari faciant proposita mulcta. Idem de leuioribus causis B.

Antea altero Arresto, quod datum 23. Maii 1576. ad postulationem factam à Domino Procuratore Catholico decretum fuit, omnis generis instantias citationum eremodicialium, stultarum, vt vocant, denunciationum, appellationum a decretis super præscriptionibus, incōpetentiis & taxationibus expensarum prædictæ Curiæ, præsentibus partium Procuratoribus factæ ex Consilio Aduocatorū & Procuratorum deciderentur, & Procurator quid facere renueret, cētum solidorū Parisiensium mulcta plecteretur, vel etiā maiore, prout casus exigeret: & huiusmodi causarū determinatione Aduocatus & Procuratores non posse reuocari, vel eorum autoritatem defugi non posse: id quod postea complurimis aliis Arrestis determinatoriis a Curia factis pro abbreuiandis litibus repetitum fuit, quæ collecta habes in collectione mea de Determinationibus, Tit. de Procuratoribus, cap. 241. & sequentib. I. C.

Quæ appellationes ... per expeditionem ... terminari debeant.

XXXVII.

Lemouicensis quidam propter homicidium à se admissum in loco Pleusit, captus & carcere detinetur: Dominus Seruieræ, vbi natus ipse & vbi cōplurima bona habet, eum sibi vindicat, quo iudiciū eius ab Officiariis suis pagatur. Itaq; ad ipsum remittitur. Cū Iudex Seruieræ iudiciū eius ceptatus esset, is declinat seu præscribit, & ad Officiarios Auriaci remitti se postulat, allegans in iurisdictione prædicti loci sibi domicilium esse, partemque bonorum: remissio ipsi denegatur: ad Curiam Burdegalensem is appellat, vbi Arresto 10. Martii 1536. dictum fuit, bene iudicatum & nihilominus ob multas recusationis causas propositas aduersus Officiarios Seruieræ, appellans ad Seneschallum Lemouicensem remissus fuit. In hoc iudicum conflictu prima translatio seu remissio Seruieram facta, qui natalis rei locus

Conflictus Domini & accessio fit per remissione.

Vide Nou. ad Art. 3. huius Tit.

locus erat, recte facta fuerat per §. *si quis vero. in auth. vt nulli iudic.* deque eo prædictus Iudex Seruieræ cognoscere debebat, tum propter prædictos natales & bona inibi sita, tum propter translationem seu remissionem à Iudice loci, in quo delictum admissum fuerat, factam. *Cle. Pastoralis. §. quid si punitio criminis: ibi inuentis, vel ad illum de more remissis. de Re iudic.*

Vid. Arrestum 7. Martii. 1565. *in Appendice huius Tit.*

XXXVIII.

Rationum redditio litigiosa nō fit, nisi super certis seu articulis earum controuersia sit.

Susceptor seu Quæstor quidam, cum pollicitus fuisset, sese omni loco & tēpore, in quo citatus interpellatus & requisitus fuerit, rationes suas redditurum, oblaturum, communicaturum, coram iudice suo conuenitur, quo ipsi iubeatur, vt rationes suas Mechliniā in Flandria, vbi Domina, cui id pollicitus fuerat, & cuius Quæstor fuerat, residebat, deferret: id ille renuit seu recusat: igitur decernit, eum id facere oportere r appellat is ad Parlamentum: ibi Domini Triumuiri Regii partes eius tuiti sunt, non potuisse videlicet eum in terras extraneas & peregrinas distrahi, & generalem ipsius obligationem extra regnum extendi non debere. Arresto Parisiensi dictum fuit, eum rationes suas Mechliniam deferre oportere, saluo tamen, si rationes suas reddendo, inter dominam & ipsum controuersiæ oriantur, vt controuersiæ illæ non alibi agitari & iudicari, quam intra Regnum & ab ipsis iudicibus possint, 3. Decembris, 1458.

Rationes tributi oblatitii ex heminarū imminutione, ex salis vectigali, aliisque similibus redacti, in Camera Ratiociniorū priuatiue aliis Iudicibus exclusis redduntur: at vero rationes Canonicorum tributorum seu indictionum coram Selectis seu tributariis Iudicibus. De hoc postremo extat Arrestum Curiæ Parlamēti, 12. Maii 1609. pro Selectis Lugdunensibus: ac præterea Edictum de commissariis examinatoribus Selectionum hanc potestatem ei attribuit.

XXXIX.

Remissio incidentis seu de plano iudicari debet.

Iudex de plana atque illico incidentem remissionis seu translationis quæstionem expedire debet, nisi quędam allegata fuerint, quarum probatio requireretur, & tum pronuntiabit, testibus id probādum præscripto numero decem testium, seu decem testibus testimonii denuntiandi potestate facta, vel potioribus. Et ita iudicatum fuit Arresto, 24. Maii 1530. Allegata seu exceptiones, quæ admittuntur, huiusmodi sunt. *Ego alterius sum iurisdictionis. puta huius vel illius*: vel ita: *Tu ex mea iurisdictione es, & in ea domicilium habes.*

Attamen partes scripto consignare debere decernitur, si magna contentio sit super remissione pro sede præsidiali. Vid. artic. 52. Constitutio. Aurelianensis.

XL.

Iurisdictio limitata tacite non extēditur.

Castellaniæ Forosegusienses.

In Balliuiatu seu Præfectura Forosegusiensi, præter Castellanias Dominorum, Baronum & Vasallorum, triginta Castellaniæ aut circiter ad Regis dumanium pertinent; puta Mombrisoniū, Forēse, Sācti Galmerii, Sancti Germani Lauali, Ceruerii, Sancti Bonneti, Castelli, Marolsii, Suriaci Comitialis, Suriaci Siluatici, Sancti Marcellini, Sancti Hayandi, Sancti Halitus, Crozeti, Foullousæ, Fayi, id est Sancti Ioannis Bonnefonsii, Castelli noui, Sancti Victoris, Neyrondæ, Donciaci, Cleppæ, Sancti Mauritii, Villeræ, Verniaci, Roanneolii, Marcilliaci, Bourgi Argētalii, Pallei ę vel Rupiblinę, Turris lareūsis, Virigniaci, Cambeonii, Marcloptii, Lauiaci, S. Romani Podiensis, Monseuprii, aliæque ad prædictum vsque numerum, in quibus ab omni æuo Castellani fuerunt, qui de causis ciuilibus ad 60. solidos vsque cognoscerent: quod hanc summam superabat, Mōbrisonii agebatur corā Iudice Segusiēsi, quinimo super prædicta limitata cognitione vbi quoque præuentioni locus erat. Et vero aduersus id nunquam quicquam contradictum aut inficiatum fuerat, nisi post Edictum defuncti Regis Francisci, quod datū Cremiaci pro determinatione Balliuiorum, & Seneschallorum, ac Præfectorum ac Castellanorum super ipsorum Iurisdictione, publicatum Parlamento, 16. die April. anno 1537. post Pascha: quo Edicto Rex declarat, prædictos Præfectos & Castellanos habere ius cognoscendi de omnibus causis ciuilibus & criminalibus, exceptis nonnullis, quæ prædictis Balliuiis adtributæ sunt & relictæ priuatiue his exclusis. Hac publicatione freti prædicti Castellani de nouo se cognitioni ingessere iuxta textum Edicti, sic vt non amplius limitationi adhærerent, cui antea adstricti fuerant primā sui oringine atque consuetudine & possessione immemoriali: neque ex his vllus repertus fuit duobus tantum exceptis, puta Croizetensi & Santhalitano, qui prædictam limitationem excessērit: nihilominus prædicti duo vel vsurpatione quadam vel principis concessione ad instar Præfectorum & cum ampliore Iurisdictione relicti fuerunt. Officiarii Regii & Præsidiales prædicti Balliuiatus, puta V. Cl. Vitalis Chalansonius Iudex, Petrus Charillonus Aduocatus & Philippus Hyppolitus Procurator Regius, in Consistorio Regis de hac nouitate seu vsurpatione conquesti sunt, ad hanc querelam declarationem impetrant, Regi Edicto suo nunquam mentem fuisse, vt Iurisdictionem Castellanorum extenderit vltra limites, quibus limitata fuerat. Prædicta declaratio Curiæ Parlamenti Parisiensis offertur, ad quam directa fuerat, eique publicandæ & comprobandæ vt adessent, Castellani Forosegusienses citati fuere: qui reluctantur atque Edicto mordicus adhærent. Prædicti autem Iudices & Regales limitationi, consuetudini & possessioni præter prædictam declarationem, perorante pro ipsis D. Maynardo & Castellanis D. Fabro: Præses sedebat Dominus Licetus: vbi re diu vtriuque agitata, & pro vtilitate publica audito Dn. Remondo Aduocato Regio, Arresto prædicti Iudex & Regales publicationem & cōprobationem prædictæ declarationis emeruerunt: prædicti Castellani ab intercessione sua depulsi, atque in expensas cōdemnati fuerunt. 19. Iunii 1539. Prædictum Arrestum singulare est duplici fine. Prior est, quod cum per huiusmodi Edictum defunctus Rex Iurisdictionis Balliuiorum & Seneschallorum & Præfectorū & Castellanorum formam constituere ac definire seu declarare voluerit, nihil quicquam vni adiecerit, quod alteri ademerit, nec viceuersa: verum vnicuique id reliquerit, quod antea habere consueuisset: atque hoc tantummodo declarauit, quanam ratione scilicet, iurisdictionem exercere deberent, iuxta ea quæ dicit text. *l. Heredes* 21. §. 1. *vers.* nihil enim dat, sed datum significat. *ff. de Testamentis.* Alter finis est, quod etsi prædicti Iudices & Regales non habeant, quo hanc limitationē, quæ à prima Castellanorū origine facta est, vt cognitionem de 60. solidis haberent, probare possent, excepta prisca quadam determinatione à Comitibus Forosegusiensibus de illis facta, vt & per actus ac vsum eiusce rei continuum: nihilominus abunde id visum per expressam dispositionem in *l. Scæuola. vlt. ff. de Aq. plu. arc.* Ac nominatim quia prædicti actus & vsus memoriam hominum excedunt, cum tamen nonnisi 30. annorum tempus requiratur, cum sit actus continuus. Et huiusmodi limitatio semper à titulo procedere inducitur *l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æstiu.* Postea defunctus Rex & Rex Henricus II. subleuandis necessitatibus

Castellanorum species & diuersa genera.

suis maximis & iuuandis militaribus sumptibus super prædictis Castellanis pecunias acceperūt ratione decimaria sub facultate redemtionis seu luitionis perpetuæ. Atque hac ratione omnem Iurisdictionē emptoribus concessere, quæ vtique æstimata nō fuit, quamque gratis tenent: ex qua nonnulli magnū adeo compendium faciunt, vt ex actu vno iudiciali dimidiam partem eius pecuniæ quam dederunt, colligant, atque ita nulla occasione neglecta compendii faciendi magno plebis detrimento ditati fuere, quæ ab huiusmodi hominibus, qui nulli alii rei intenti sunt, quā vt rem faciant & compendium agitatur & vexatur, quam diu sub hac larua & imagine dominorum manent vel delitescunt.

XLI.

Idem.

Luc. lib. 6. tit. 4. Art. 5.

Postea alia quædam controuersia in prædicta Curia inter Præfectum Turonensem ab vna parte & Balliuium Turonensem ab altera iudicata seu definita fuit. Præfectus prædicto Edicto Cremiacensi nixus ius cognoscēdi super politia, quam vocant, id est ciuilē administrationē & ἀστυνομίαν intra Præfecturam & diœcesin seu territoriū sibi vindicabar. Balliuius contradicebat, se ab omni æuo & antiquitate istam cognitionem habuisse priuatiue & excluso Præfecto, qui nullam vnquam nisi pedaneam Iurisdictionem habuerit, adeoque obscurū habitum, vt nulla eius ratio habita fuerit, verum super omnibus rebus Balliuium adiri solitum, qui vtique auditorium Regium habebat & stipendium à Rege: at Præfectum neque sedem habere seu auditorium vel tribunal, verum conductam officinam vel domum expediendis litibus, quæ de leuissimis rebus sunt. Deinde si is Iurisdictionem intra ciuitatem & territorium Turonense haberet, Balliuiatum absque ordinaria iurisdictione futurum, quandoquidem prædictus Præfectus eius partem ferret, Archiepiscopus, Capitulum Sancti Galiani, & sancti Martini, Abbas Maioris Monasterii & alter Sancti Iuliani alteram partem; quinimo politiam valde extenuandam, neminem quippe Præfecto pariturum. Hæc erant Balliuii rationes: at Præfecti rationes non aliæ erant, quam Edicto adhærendum esse. Arrestum 16. Ianuarii 1553. ampliata causa fuit, atque interea momenti beneficio possessio Præfecto adiudicata fuit, ita vt in eodem loco, quo Balliuius, ius diceret, at nō iisdem diebus. Castellanus Mombrisonius hoc Arresto velut excitatus Rescriptum à Rege impetrat ad formam & instar ciuilis, vt vocant, libelli aduersus Arrestum suprascriptum 38. atq; Balliuium Forosegusiensem appetit: is ei opponit multum inter vtrumque interesse, sibi quippe Balliuio quinque rationes peremtorias esse, quas Balliuius Turonensis non habuisset. Primam esse statutum quoddam antiquum conditum à Comitibus Forosegusiensibus ante 240. annos, quo omnes prædictæ Castellaniæ constitutæ fuere, usque iurisdictio 60. solidorū tributa, addita prohibitione, ne quid amplius vsurparent, prædictumque statutum publicatum fuisse, comprobatum, & in Regesta rite relatum. Secunda ratio quod id ita continuo vsu, pacifico neque vnquam contradicto obtinuerit. Tertia, quod Castellani cōplurimas causas ciuiles & Criminales ad prædictum Balliuium remisemnt. Quarta quod prædictus Balliuius habeat Locumtenentem generalem, qui in omnibus prædictis Castellaniis iudex ordinarius sit supra 60. solidos. Quintam esse prædictum Arrestum, quo prædictus Castellanus depulsus fuit, ne Edictum Cremiacense vsurparet atque his rationibus prædictum Castellanum admittendū nō esse, per *l. si quid erit. ff. de Offic. Proconsul. & in l. defensores 2. & l. nulli C. de defensor. Ciuitat.* Prædictus Castellanus nitebatur vetusto quodam diplomate, quod dicebat esse Priuilegia Ciuitatis Mombrisoniæ, quæ vti neque publicata neque confirmata erant, ac multo minus obseruata & recepta, atque ita nulla per *l. primam. ff. de Nundi.* Curia postea 1. die Decemb. anno 1557. posteaquā integro septiduo instrumēta partiū expendisset, examinasset, Arrestū pronunciauit, quo decretum fuit partes suas exceptiones replicationes duplicationes in scripturam redigere oportere, & Castellanis tam testibus quam instrumentis fidem facturum, & à se allegata probare oportere, puta, ab omni æuo & vetustate, ac nominatim ante Edictum Cremiacense Castellanum Mombrisonii cognouisse in prima instantia, de omnibus causis ciuilibus & criminalibus & super ciuili administratione seu politia, quibus Præfecti Castellani aliique huiusce regni iudices cognoscere consuerunt, & Locūtenentem generalem in contrarium probationes facturum. Hoc vtique Arresto prædictus Castellanus præsidio præfati Edicti Cremiacensis depellitur.

Vltimum Arrestum super Iurisdictionem Castellaniæ Mombrisonis.

Postea prædictus Castellanus videns se prædicto Arresto intentione sua excidisse, seque nullam probationem legitimam præstare posse, Locumtenentem generalem solicitari facit, vti sibi aliquid amplius, quam quod obtinere debebat indulgeret: Locumtenens minus ambitiosus atque exonerare se cupiens minutioribus causis, atque ab hac lite se liberare, prædicta Castellano nonnulla indulget, quæ politiam manualem spectant, vilem vtique & laboriosam, veluti inuentaria pro pupillis, non pro Officiariis priuilegiatis & nobilibus, solicitudinem fimorum, specuum, cloacarum, inspectionem ponderum & mensurarum, coercitionem ludorum publicorum in via publica, creationem Consulum, cœtibus Ciuitatis adsistendi licentiam & minora alia huiusmodi, & quod ad iurisdictionem ordinariam attinet, mansuram eam, atq; ipsi competituram vsque ad 60. solidos tum in ciuili tum in criminali causa. Hæc transactio Curiæ comprobanda offertur Domini Triumuiri Regii id impediunt, quia prædictus Locumtenens generalis amplius quam par erat, tribueret, postulantque vt non obstante prædicta transactione prædictus Castellanus pristino iuri suo & consuetæ iurisdictioni reponatur, nullo addito. Nihilominus Arresto anni 1560. dictum fuit, interim & momenti beneficio transactionem obtinere oportere citra præiudicium successorum prædicti Locumtenentis generalis aliorumque qui non transegerunt.

De hac materia Determinationum videlicet, inter Balliuios, Seneschallos & ipsorum Locumtenentes & Præfectos, Iudices ordinarios Castellanos & ipsorum Locumtenentes, integros Titulos concinnaui, quibus cōplexus sum Edicta, Diplomata & Declarationes vna cum Arrestis veteribus & nouis, quæ curiosus lector in Collectione mea *Titul. 12. de Determinationibus,* videre poterit. I. C.

XLII.

Actor quidam, cum sententiam impetrasset, qua filius familias quidam in 10. Coronatorum summam ei condemnatus fuit, compulsoriales impetrat seu executoriales sententiæ, & per viatorem seu apparitorem aduersus sibi condemnatum ad executionem progreditur. Pater condemnati sese sistit & creditorem rogat, ne vlterius exequi velit, seq; soluturum pollicetur, id quod creditor acceptat. Post aliquod tempus creditor prædictum patrem coram iudice, qui iudicauerat seu ea de re cognouerat, citari curat. Pater declinat: Actor rei reponit, agi de executione rei iudicatæ, quæ alibi fieri non possit, *l. à Diuo*

Fideiussor rei iudicatæ non idoneo iudici, qui iudicauit, subijcitur.

l. à Dino Pio, ff. de re iudicat. Prædictus pater à petita remissione seu fori præscriptione depellitur; à quo appellat, & vero vincit Arresto Parisiensi 7. Augusti, anno 1545. per *l. 2. C. de except. rei iud.* videbatur enim obligatio, & sic actio esse nouata,

XLIII.

Retractus gentilitius, est actio realis.

Actio retractus gentilitii promiscue intentari potest coram iudice emptoris, vel coram iudice rei venditæ, est enim aliquid reale, & optioni retrahentis seu redimentis relinquitur. Vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi 13. Decembris, anno 1545. vt plene cõtinetur infra *in Tit. de retractu gentilitio.*

Lib. 11. Tit. 4. Art. 26. I. C.

Id intelligitur, cum rescissorium & rescindens cumulantur. & non etiam quando solum rescindens absq; rescissorio agitatur. Nam tum plus difficultatis foret. B.

XLIV.

Crimen oppositũ à quo puniatur.

Forfactura quid?

In Ciuitate Rhemensi Scabini banni, vt vocant, omnem iurisdictionem habent tribus casibus exceptis, puta homicidio, proditione & quam forfacturam vocant, id est, blasphemiam & nominis diuini matrisq; ipsius in vanũ assumptione iuxta interpretationem, quam Curia complurimis Arrestis fecit: Casus autem hi reseruati ad Archiepiscopum spectant. Euenit, vt super iniuria reali admissa cum multis blasphemiis aduersus Deũ informationes seu inquisitiones fierent ab Officiariis prædicti Archiepiscopi, & accusatio coram ipsis institueretur. Scabini rem ad se remitti postulant, allegantes de vulnere agi seu plaga, quæ ad ipsorum cognitionem spectat: Repulsam patiuntur: appellant ad Curiam: atq; in ea concludunt. Appellati aiunt, quandoquidem forfactura blasphemiarum, de quibus agitur, maior sit & atrocior cõmissione de vulnere, cognitionem ad se spectare debere. Nam ex principali crimine è duobus coniunctis æstimari & definiri competentiam oportere, *l. quæritur. ff. de Stat. hom.* ac præterea compositum crimen simplici aptari *l. 2. §. 2. D. de V. O.* atque ideo concludunt. Scabini cum Regalibus repræsentant, quod si id locum haberet, iurisdictio appellantium illusoria foret. Posito enim eos iudices esse competentes conflictuum & vulnerum, sane è centum huiusmodi conflictibus vix vnicum dari posse, cui non sit blasphemia immixta. Curia Arresto suo die Martis 16. die Decẽbris 1544. accusatum ad Scabinos remitit.

Blasphemia in omnibus rixis est incidens & accessoriũ.

XLV.

Iurisdictio Abbatis in Monachũ.

Abbas monachi sui claustralis, qui deliquit cõpetens iudex est & non etiam Episcopus, in cuius diœcesi delictum fuit admissum. Vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi, prout, ait D. Imbertus *in Enchiridio suo in Verbo. Abbas.* Attamen si vel minima aduersus Abbatem suspicio sit, Curia rem omnem ad Episcopum remittere consueuit. Cæterum huiusmodi Abbatis iurisdictio limitata intelligi debet, puta quantum transgressionem regularum Ordinis & irregularitatem Monachi & similes alias res, quæ disciplinæ sunt regularis. Textus est *in cap. ea quæ de statu Monachor.* eaq; doctrina Abbatis *in ca. cum Ecclesiarum. de Offic. Ordin.* & Felin. *in ca. Pastoralis num. 3 eod.*

In quæstione, ad quemnam correctio Religiosi alicuius Claustralis spectet, ad Diœcesanum, an vero ad Abbatem illius, hodie id obseruari solet, vt correctio & disciplina regularis Religiosorum ad Abbatem priuatiue pertineat, *c. cum ad monasterium §. Abbates de Stat. Monach, c. quanto. de offic. ordinar.* Verũ cũ de crimine aliquo enormi ac pœna illorũ agitur, in figura iudicii, hoc scilicet casu ad solum Archiepiscopum aut Episcopum cognitio spectat, *canon. hoc tantum. caus. Abbates, 18 quæst. 2. & Quæstion. Tholosan 478.* & ibi Auffer. Choppin. de eo Arresta refert *lib. 2 de sacr. Pol. tit. 8. n. 23. & 24 & lib. 1. Monastic. Tit. 2. num. 17.* secutus constitutionẽ Aurelianẽsem, *Art. 12.* & necessse est nisi Abbates ticulares distinctionem constituere, hi quippe correctionẽ ac regularem disciplinã habent, Commendatarii non item. Vide præfatam constitutionem Aurelianensem, & collectionem meam *Tit. 1. cap. 7.* I. C. Vide *Art. 6. Ianuarii 1565. in Appendice huius Tituli.*

XLVI.

Instigatores accusatoris Iudicem declinare non possunt.

Cum accusatus quis absolutus fuerit, expensis omnibus, dãnis ac interesse aduersus eum, de quo postea iudicabitur, reseruatis, instigatores etiamsi in lite nominatim non fuerint, item testes, aut conspiratores, qui calumniati sunt, ac secreto ad accusationem instituendam opem tulerunt, pro prædictis damnis & interesse, conueniri tamen coram Iudice, qui sententiam tulit possunt, aut in Parlamento, ex quo Arrestum prodiit, ita vt nullam incompetentiam ob id, quod alterius iurisdictionis aut Parlamẽti sint, opponere possint. Ita iudicatum fuit Arresto Diuionensi, 2. die Augusti 1546. & Arresto Parisiensi 26. Martii modo dicti anni pro D. Dionysio Berarderio, Actuario Belnensi aduersus D. Iacobum Fouletrum & Ioannem Pertalum, Aduocatum & Procuratorem Regis in prædicto loco Ciuitatis Belnæ,

Nos accusatores & denunciatores, Procuratores Regis & Fiscales Dominorum nominare, cum ab eis hoc requisitũ fuerit, tenentur, postquam videlicet accusatus Arrestum vel sententiam absolutoriã obtinuerit, per Constitutionẽ Aurelianensem *Art. 71.* idque propter damnorum & interesse refusionem aduersus quem iudicatum fuerit. *ex l. Senatus ff. de iure fisci.* I. C.

XLVII.

Archiepiscopus aduersus Episcopum, Prouincialem per Vicarium iudicare & procedere nequit, verum tantũ per semetipsum & ex aliorum consilio.

Archiepiscopus in Episcopum licet primarium seu principalem, qui sub illius Archiepiscopatu est, Iurisdictionem habet, atque eundem, vt coram se compareat, literis suis adesse iubere, seque in iure listere procedere, ac aduersus ipsum iudicare potest: verum id ipsum per Officialem suum Vicarium aut suffraganeum expedire nõ potest: verum per semetipsum duntaxat adiunctis sibi aliis Prouincialibus Episcopis, quos ad deliberandum in iudicium processu, quem instituturus est, conuocare debet. Et de eo duo Arresta Parlamenti Parisiensis extant, vnum pro Episcopo Niuernensi anno 1551. Alterum anni 1553. pro Episcopo Trecensi, aduersus Archiepiscopum Senonensem, qui contrarium fecerat & vsurpauerat, puta citationem decreuerat processerat & iudicauerat aduersus prædictos Episcopos aliis in consilium non adhibitis à quo respectiue ad prædictum Parlamentum tanquam ab abusu appellauerant.

XLVIII.

Sequester bonorum debitoris ... extraneus nõ potest: verum eos ibi conuenire, vbi earum dominus ageret.

Commissarius seu Sequester iudicialis bonis alicuius annotatis, captis, vel qua alia ratione sequestratis destinatus creatus debitores eius ad quem ea bona pertinent, trahere seu conuenire nõ potest coram iudice à quo mandatum accepit, quisquis ille sit, neque alibi, quam coram iudice, cura quo à prædicto bonorum captorum domino conueniendi forent, si ipse bona sua teneret, administraret, idque siue per oppositionem executioni, siue per actionẽ, vt maxime prædictus sequester literis in id subnixus sit, quæ ideo inciuiles dicentur. Ita Arresto Parisiensi dictum fuit, & scripsit Dn. Lucius *libr. 11. titul. 4. Art. 4.*

XLIX.

Viator à quo puniẽdus sit.

Viator Regius, qui, vt priuatus & extra officii sui exercitium deliquit, à iudice ordinario domicilii sui puniri debet: at si vt viator atque officium suum exercens à Iudice Regio, à quo institutus est & cui iurauit, puniendus est: vt iudicatum fuit Arresto Maioribus diebus Molinensibus, 19. die Octobris, anno 1540.

De excessibus & iniuriis Viatoribus factis, quia eam Iudices iurisdictionem habent.

Quod desumtum videtur ex doctrina Ioannis Fabri *in l. quonapemu g .ns Cod. de Offic. Præf. Vrb. Vos index*, inquit, *habet cognitionem suorum seruitorum & Officialium & d. bene remittit, ex l. de audit. bui de . usod. Reor. & l. hoc casu de apral & l. Officiales C. de Offic. Rect. P. Prouin*. Pariter si viatoribus iniuria facta fuerit in muneris sui exercitio, & cum mandata Iudicũ exequũtur, Iudices de delicto cognoscere possũt: quia iniuria Viatori facta, creditur Magistratus facta, cuius mãdatũ exequitur vide collectionẽ meã de Determinationibus *tit. 6. cap. 33* & Dionys Halicarnass *lib* 10 Excipiẽdi sũt Ostiarii & Viatores Equites Castelleti Parisiẽsis, qui prætẽdũt se nõ aliũ iudicẽ habere, quã Præfectũ Parisiensem vel ipsius Locũ tenẽtem, qua de re plene egi & Arrestum retuli in prædicta Collectione mea *tit. 27. cap.* : 53. I. C, vide *arrest.* 17. in App. huius Tit.

L.

Causæ in quibus Procurator Regius interuenit non remittuntur.

Causæ in quibus Procurator Regis locum partis sustinet, ad Libellarios, vel ad Iudices Conseruatores postulante id parte priuilegiata non remittuntur seu transferuntur. Prout iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum Molini habitorum 22. die Octobris, anno 1540.

LI.

Gardæ Gardiennæ quomodo exerceantur.

Ex iure communi Abbates, Priores aliique Vertices & principes conuentuum & Capitulorum habẽtes diuersa membra sub Principe Ordinis siue annexa sint ipsorũ mẽsis siue nõ, ratione processuũ seu litium, quæ motæ sunt vel mouendæ pro reditibus aliisque iuribus ad ipsorum Abbatias vel Prioratus spectantibus, detentatores & debitores alibi conueniri non possunt, quam coram iis iudicibus, coram quibus Priores & Administratores prædictorum membrorum eos conuenire possunt, puta Iudicibus locorum: non attento quod huiuscemodi membra naturam principalis beneficii puta Abbatię vel Prioratus sortiantur, & quod videri possit, ea eadem conuentionis lege cum iis esse, siue agendo siue excipiendo: Id quod expresse constitutum *Clem. 1. de Rescript*. Nihilominus tamen id locum non habet in Abbatibus & Prioribus, qui priuilegio & iure quodam speciali, vna cũ rebus omnib. ad se mediate vel immediate spectantibus in tuitione & saluagardia Regis sunt, eoque fine expressum priuilegium habẽt Gardæ Gardiennæ quam vocant. Hi igitur coram iudicibus locorum, in quibus res, de quibus agitur, sitæ sunt, litigare seu agere non tenentur; verum omnis generis personas tam è loco, vbi principale beneficium est, quam ex locis, in quibus membra sita sũt vel Prioratus ab eo dependentia, etsi Priores seu Administratores titulo particulari sub se habeat, coram Dominis Libellariis Palatii Parisiensis conuenire possunt, vel coram Iudicibus Regiis superioribus locis. Interim insignis differentia perspicitur, nempe quod in Curia Libellariorum indistincte omnis generis personæ, non attento districtu citari possint, at non ita pariter coram Balliuiis & Seneschallis aliisque Iudicibus Regiis, verum coram eo tantũ in cuius districtu debitores cõsistunt, vel res de quibus agitur, sitæ sunt, in alienum districtum non inuolando. Et ita obseruatur in Francia per regulam supereo datam & exacte à Supremis Curiis obseruatam.

LII.

Religiosus à quo puniatus.

Abbas Religiosi sui, qui deliquit, iudex competens est priuatiue, excluso Episcopo Diœcesano, in quem delictum admissum fuerit. Id intelligendũ est, cum videlicet huiusmodi delictum transgressionẽ disciplinæ regularis tantum spectat, alioquin & de cætero Abbas iudex competens non est, qui vtique nullam aliam Iurisdictionem habet, quam de prædicta disciplina, *c. ea qua de Stat. Monach. & per Felin. inc. pastoralis de Offic. Ordin.* Quinimo necesse est vt prędictus Abbas in Religiosorum suorum coercitione vigilans & integer habeatur. Nam si vel minima conniuentiæ & dissimulationis suspicio in eo resideat, Supremæ Curiæ pro prædicta disciplina regulari ex minima occasione coercitionem Monachorũ irregulariter viuentium & à regula recedentium ad Episcopum remittere consueuerunt. V. Art. 45. supra.

LIII.

Determinatio iurisdictionis & eius exercendæ inter Balliuum Cõuentus agentis durantibus ab vna parti, & Præfectũ locum quo Cõuentus aguntur, ab altera.

Notabile seu singulare est Arrestum, quod datũ causa perorata 5. Decembris, 1530 perorante Dn. Cappello pro Garnetio appellante à Præfecto Laodunensi, & Dn. Chomedo pro D. Matthæo Turca, Locum-tenente generali in Balliuiatu Veromanduensi appellato. Facti species hæc erat: Appellans dicebat, sese ab omni æuo & vetustate fundatum esse in iure cognoscendi de omnibus causis ciuilibus & criminalibus in prima instantia, Balliuium autem Veromanduorum vel ipsius Locum-tenentem nonnisi cognitionem de Appellationibus & reformatione iudicii habere: nihilominus eo non obstante, in Conuentibus proxime Laoduni habitis, appellatum, qui quater in anno eos agere & celebrare consueuit, & singulis quidem vicibus integro spatio 6. septimanarum sibi appellanti qui Præfectus sit, interdixisse, ne durantibus prædictis Conuentibus vllam iurisdictionem vllius rei sibi vindicaret aut exerceret, ab eo igitur se Præfectum appellare & concludere. Chomedus pro appellato dixit: cum ad cognitionem suam peruenisset, partem aduersam, durantibus Conuentibus Balliuii sibi omnium causarum cognitionem vindicare, atque ita prædictum Balliuiũ in Conuentib. suis turbare & impedire, quibus ipse etiam Præfectus interesse teneretur, ob hãc rationem & turbationem Balliuium ea, quæ appellans memorauerit, prohibuisse, ab iis se asserere prædictum Præfectum appellantem admittendum non esse, vel saltem eum sine vllo grauamine appellasse, ea enim esse Conuentuum iura, atque ita concludebat Dumiuus Alligrenus pro D. Procuratore Catholico Regio dixit, sibi non placere factas prohibitiones seu interdictiones: appellatum enim cõsuetudinem generalem allegare, qua prætendit, durantibus Conuentibus Iudices inferiores nullius rei cognitionem sibi vindicare posse: atquin si hæ interdictiones locum haberent, nihil aliud id fore, quã ordinariam Præfecti iurisdictionem penitus abolere, qui sane durantibus prædictis Conuentibus causas summarias expedire cogatur, inquisitiones facere, prouisiones decernere, super delictis inquirere, aliaque expedire, quæ differri vel suspendi non possunt neque debent. Quando quæsitum fuit, An minor in præsentia maioris iurisdictionem exercere possit, distinctionem hanc adhibitam, vt quo ad iurisdictionem reuerentialem non posset *can. volentes. de iudic. deleg.* at quoad iurisdictionem contentiosam in qua de æqualitate iurisdictionis non quæritur, vt in hac facti specie pariter non quæritur, in qua citra controuersiam appellatus Pręfecto superior est, id posse: proinde prædictas interdictiones sustineri non posse. Curia appellationem & interdictiones in irritum deduxit, ac præterea appellatum in expensas causæ appellationis condemnauit: de cætero prædictas interdictiones reformando, prædicto Præfecto appellanti iniunxit, vt Conuentibus Balliui Veromanduorum interesse velit, eique interdixit, ne durantibus prædictis Conuentibus vllum actum iurisdictionis exercuisse velit: & ne Locumtenens prædicti

dicti Balliuii fraudem aliquam admittere possit, decreuit Curia, vt prædictus Locumtenens mane tantum Conuentus agere posset, quo videlicet Præfectus iurisdictionem suam exercere possit, horis pomeridianis, diebus solitis.

Vide collectionem meam de Determinationibus, vbi hoc Arrestum integrum retuli, & alia præterea huiusce materiæ *Tit. 12. cap. 68 & 70 J. C.*

LIV.

Omnia ad tutelā pertinentia coram iudice tutelario agitari debent.

Durando & Ærodio, Aduocatis in Parlamento, super facti specie, quæ sequitur, perorantibus: Renatus Maussonius minor cum tutore suo contraxerat, quo contractu prædictus tutor à rationibus reddendis, quarum nomine obligatus erat, liberatus fuerat. Minor literas seu beneficium restitutionis impetrat, ad iudicem Salmuriensem directum, vbi tutela administrata fuerat, ad prędictam liberationem rescindendam, & prædictum tutorem ad reddendas rationes compellendum. Prædictus tutor declinat, & ait, se alibi residere, ac domicilium suum habere, quo se remitti postulet, itemque se neque subditum, neque iustitiabilem vlla ratione Salmurio esse, allegat *L. 2. C. vbi & apud quem.* Minor intercedit, seu id impedit, seque in regula, *Titul. vbi de ratiocin. Cod.* fundat. Iudex Salmuriensis tutorem à declinatoria sua depellit, ipsumque procedere oportere decernit. Is ad Parlamentum appellat, vbi datum Arrestum, quo Curia appellationem, & id omne, à quo appellatum, in irritum deduxit, & decreuit, id, à quo appellatum, effectum suum sortiri oportere, condemnato appellante in expensas appellationis. Lex igitur certissima est, omnia omnino à tutela aliqua dependentia, coram Iudice loci tutelæ, agitari debere.

Peroratio, quam defunctus D. Ærodius, qui longo tempore Locumtenens criminalis Andegauis fuit, habuit, ab ipso vna cum complurimis aliis perorationibus in lucem emissa est eum in modum sub eoque summario, vt sequitur.

Interpretatio & limitatio *l. 2. C. vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit.*

Hæc cōtrouersia solenni peroratione nō indigna visa fuit, & consequenter non indigna futura, quæ meminerit Iudicibus & Aduocatis inferiorum Sedium seu Tribunalium. Non agebatur nisi de fori præscriptione: veruntamen & hac parte Cōstitutionis, quæ translatiua dicitur, Græci in iudiciis, Romani in iure ciuili plerunq; vsi sunt, inquit Cicero. Facti species hæc erat. Cyprianus Maussonius tutor Renati Maussonii minoris annis, nepotis sui creatus fuit: tutela in ciuitate Salmuriensi administrata fuit, in qua ii commorabātur, & in cuius loci Salmurii districtu seu territorio maior pars bonorum prædicti minoris sita erat. Tutor postea tutela sese exonerari fecit, & rationes reddendo cum nepote suo quasdam transactiones & cōuentiones iniit, aduersus quas postea minor Rescriptum restitutionis in integrum ad Seneschallum Andegauensem, vel ipsius Locumtenentem Ciuitatis Salmuriensis directum impetrat, quo ipsi mandabatur, vt si ei de circumuentione & læsione liqueret, rationes tutelæ prædicti minoris retractaret, non obstantibus prædictis contractib. Porro quoniam, dum hæc peragebantur, hic Cyprianus Maussonius domicilium mutauerat, atque Lodunum concesserat, ipse vel saltem eius vidua & hęredes eo remitti se postularūt: verum repulsam passi fuere: atqui pro iis in causa appellationis V. Cl. Durandus nihil aliud allegabat præter vnicum textum expressum Imperatorum Diocletiani & Maximiani *in l. 2. C. vbi & apud quem.* in qua deciditur, omnem actionem in petitione Restitutionis personalem esse, & consequenter in eo sequendam esse regulam generalem, quam antiquissimam Græciæ fuisse, ait Thucydides, nempe: *actorem sequi forum rei. l. 2. §. idem Claudio ff. de iudic. in 4.* Vigore rescripti rescissorii id principaliter quæri, an bona fide transactum sit, & verū dolus intercesserit: Breuiter, verum Actor admittendus esset, non etiam quæri de ratiociniis: vel, si de iis ageretur, nonnisi accessorie & subordinate id fieri. Proinde iudicem Lodunensem bene fundatum esse in iure super eo cognoscendi.

Ego in contrariū pro appellato dicebam, *l. 2. C. vbi & apud quem.* haudquaquam generalem esse: verum eam intelligēdam, quando videl. nihil aliud considerandum venit, nisi vt sciatur, vbi de restitutione agi debeat, nisi quis reus quis actor sit: neque quicquam aliud, neque natura, inquam, actionis, neque qualitas negotii, neq; priuilegium alterutrius partis iurisdictionem designat, verum hæc tantum nuda regula, *actorem sequi forum rei*, tum sane locum habeat Rescriptum Impp. Diocletiani & Maximiani, exempli gratia: Pecunia à minore petebatur, creditorque coram iudice rei litigabat, interea minor dolum, atque is à lite recessum est: mox tamen Rescriptū impetrat, vt aduersus solutionem restituatur. Sane hoc casu, quia minor actor sit, neq; singulare aliquid intercedit quod hanc l. 2. vitiare possit, huiuscemodi restitutionem coram iudice creditoris, qui reus est in hac causa agitandam, idemque dici posse, si aduersus venditionem, si aduersus donationem, dotem, vsucapionem restitutio postularetur.

Verum cum restitutio ad aliquē actum tendit, qui nonnisi coram certo iudice expediri seu agitari potest, non inspecto, quisnam aut actor aut reus sit, vel etiam si actio, ad quam minor restitui postulat, eius qualitatis sit & conditionis, vt aliis expressis iuris decisionibus nonnisi coram hoc vel illo iudice agitari possit, tum hoc casu, vt ab initio a cōmuni illa regula, *actor sequitur forum rei*, receditur: ita quoq; postea si beneficio Principis hanc actionem resuscitare quis velit, ab illa l. 2. recedi, quæ non alia ratione nititur, quam ratione prædictæ regulæ illius generalis. Eam esse doctrinam Bartoli & Alberici *in d. l. 2. & in l. quoties de iure ff. de condit. indeb.* Albericum etiam exemplum desumere ex *l. hæres absens. ff. de iudic.* Verum quoniam ea in Francia non vniuersaliter vsurpantur, exemplum construebam in contractu, in quo seu cuius ratione ea obseruari posset. Fingebam scilicet Contractum celebratum sub sigillo Præfecturæ Parisiensis quod attributionem iurisdictionis impertat: (id quod de iure ordinario est) fingebam, me Rescriptum impetrasse, vt aduersus hunc contractū restituerer: sane reum, etsi extra Præfecturam & Vicecomitatum Parisiensem cōmoretur, nihilominus eo litigaturum venire cogendum, quoniam hoc inducit ratio & natura contractus. Ad exemplum Bartoli istud esse, quod hanc causam decideret, cum ait, quod siue ordinarie, siue extraordinarie, puta, per restitutionem de ratiociniis agatur, ibi agi oporteat, vbi seu priuata seu publica administratio gesta est: & vero dicebam, si ex duobus malis minus eligeretur, rationem hic rectissimam subesse, eo quod æquius sit, patrem a domicilio suo abstrahi, vt ibi de ratiociniis siue per consequentias commodius agatur, vbi tutela gesta est, quam alibi male rationes expediri, dummodo in foro rei agatur. *C. vbi de ratiociniis.* Nam cum verum sit illud, quod vulgo dicitur, *cum quæ in mixta est præparatoria, esse quoq; iudicem præparatum, l. si maritus C. de rei vendic.* eueniturum, vt comprobato rescripto rescissionis, ibidē rationes retractari oporteant, id quod commode fieri non potest, neq; rationibus excipiendis, neq; reddendis commodo. Præter Doctores dum exempla adhuc allegabam. Prius, in restitutione eius *quod vi metusve causa*, licet (vt in reliquis) actoris sit, qui restitui postulat: attamen de vi nō quęrendū, vbi reus habitat, sed ibi, vbi vis illata est, quoniam probatio, quæ hac parte facilior est & expeditior, longe fauorabilior sit, quam reo priuilegium istud, *vt domum reus aet*, seruare seu tueri illibatum. *C. vbi de poss. agi oport.* Alterum exemplum istud erat, si aduersus fiscum restitutio petatur, siue fiscus actor sit, siue reus, agetur coram Procuratore fisci & rationali, (nos hodie diceremus, coram Thesaurariis) at non etiam coram iudice ordinario. Tametsi regula *l. 2. C. si aduers. fisc.* eam in rem expressa sit, nihilominus alia lex est, quæ specialem & singularem formam huic causæ præferat, puta *C. vbi & apud quem caus. fisc.* Breuiter dicebam, in omnibus rebus ad rei veritatem recurrendum esse: in Francia nos non tantam rationem harum formularū habere, ordinarie nos rescindendos eum rescissorio cumulare, neq; quicquam parti ei, cui superetam, imputari posse, quod pleno saltu rescripta impetrasset ad irritandos & rescindendos contractus initos, ac subordinate ad petendam rationem tutelæ: quandoquidem si aliter egisset, puta, si priori loco appellantem coram iudice Salmuriensi pro reddendis rationibus conuenisset, ac postea si appellans pro exceptionibus suis contractus & transactiones allegasset, & obtendisset appellatus Rescriptū incidenter impetrasset. Quo facto, certum est, quod appellans iurisdictionem iudicis Salmuriensis euitare non potuisset: Proinde eius nihil interesse, & nihil aliud id esse, quā subtilitatibus quibusdā immorari, quæ suspicionem aliquam malę fidei secum important, & in meram rationem accedere. Tandem etsi prædictæ considerationes omnes cessarent, dicebam, decisionem Impp Diocletiani & Maximiani *in d. l. 2. C. vbi & apud quam.* inter pupillū & tutorem ipsos cessare oportere: quandoquidem æquum nō sit, tutorem, quem leges adeo & tam enixe noluerunt directe aut indirecte euitare, quin liquido & ea bona fide rationem reddat, adeo quidem, vt hanc conditionem, ne rationibus reddendis absoluatur sit ἀνεκλόγιστος, reprobent, *l. quidam decedant.*

Per l. vbi de ratiocinium.

[illegible] eiq; iore dicant sub pœna [illegible], ne cum [illegible] tentur, vel contrahant, nisi prius deposito officio [illegible] tutela vel curatione. *l. 1 § ex illo quoq; ff. de falsis.* quandoquidē, neq; æquum non sit, tutorē tam [illegible] rationibus agere, postea quam qualiquali ratione a tutelæ ratione liberatus fuit. [illegible] postea detentorē eius cō [illegible] reddere, quis domicilium mutauerit. Et quicquid [illegible] tutorem & pupillum eius gestū fuerit, semper agi principaliter de tutela: semperq; obseruandam *l. vlt. C. vbi de ratiociniis.* Præterea si beneficiū minori datū ipsum restituat ad veterem actionem, per consequens id etiam effici, vt ibi agat, vbi ante transactionē expediri potuisset: alioquin eius restitutionem non fore integrā. Curia appellationē in irritum deduxit, decreuitq; id, à quo appellatum fuerat plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, & appellantē in expensas causæ appellationis condemnauit. 11 Decemb. 565 I C.

LV.

Personalis actio per electionē hypothecariæ domicilij debitoris transferri nō potest.

Actor in actione reali optionem habet agendi aduersus reum suum coram iudice domicilij illius, vel coram iudice fundi, de quibus agitur. Ex sequela & consequentia huius regulæ, quæ vera est & fundata in dispositione iuris communis, nonnulli quidam subtiles vitilitigatores Pictauienses, & aliarum Prouinciarum stylum quendam valde perniciosum introduxerunt ad distrahendos subditos à iudice suo, & proprio seu genuino & ex ipsorum domicilio absque iusta vlla causa: sane nulla actio personalis est, quæcunque tandem illa sit, ex contractu descendens, quæ non hypothecariam coniunctam habeat, quinimo & legatarius ea actione vti potest. Stylus igitur Pictauiensis erat, vt debitor vel successor ipsius conueniretur, atque aduersus ipsum concluderetur, vt ex fundi possessione hypothecæ obligati decederet, nisi mallet summam debitam præstare. Proinde ad commonitionem Dominorum Triumuirorum Regiorum in quadam causa perorata 16. die Iunii, 1565. D. Bussonio & D. Ærodio perorantibus, & D. Meniho pro Rege: Huiuscemodi Stylus abolitus, interdictus & suppressus fuit, & declaratum fuit, hypothecariam actionem personalis accessoriam esse, eapropter personalem principalem manere & esse, & cuius nomine coram iudice debitoris litigandum sit, non habita ratione hypothecariæ, quæ pedissequa est, &c. quam quæ principalem fieri æquum non sit.

LVI.

Paradoxū quod super actione reali corā iudice rei agendū sit.

Notabile seu singulare est dubium, quod à nonnullis Dominorum Parlamenti proponitur super eo, quod hactenus obtinuit, nempe, quod in causis realibus siue in rem, siue cum aliqua personalis actionis commixtione veluti rei vindicatione, interdicto retinendæ vel recuperādæ possessionis, saluaguardia, aliove quo interdicto possessionis, retractu siue gentilitio siue conuentionali, rescissorio cum rescindente cumulato, vel etiam post rescindens intentatum & à rescissorio separatum pro eius exequutione, actione hypothecaria sola & nuda, vel etiam cum personali mixta, aliisque complurimis, petitori in huiuscemodi causis optio dari soleat adeundi iudicem rei, de qua quæritur, vel etiam iudicem possessoris vel rei, secundum iura & rationes superius allegatas, Arresto huius Titul. 22. 23. 24. Præfati quippe Domini Parlamenti his non obstantibus dicunt & adseuerant, non attento eo, quod de iure & communi obseruantia seu vsu creditum fuit, rei veritatem hanc esse, necessario & æquius iudicem rei contentiosæ competentem esse, actoremque ipsum adire debere, at non etiam iudicem possessoris. Nam vt maxime personalis actio quadamtenus immixta esset, nihilominus hanc rei veritatem semper fore, quod in ipsa actione nullum aliud subiectum principale & considerabile sit, quam rem ipsam, quæ petitur, & de qua disputatur, & nullo modo vel parum admodum actionem personalem, quæ hic non alio fine intercedit, quam quia ad rem solam agi non potest, absque persona, quæ eam possidet, & à qua recuperari & impetrari potest. Alteram adhuc rationem esse, quod videlicet perpensa probe eius, qui iudicare debet, potestate, liquebit, eum nullam aliam potestatem aut iurisdictionem habere super re, quæ extra ipsius districtum sita est: & quicquid coram ipso agatur, eam sententia sua afficere non potest, velut qui ad id faciendum incompetens sit. Præterea præcipuum in iurisdictione esse, & quo omnia tendunt, vt videlicet eius sententia exequutioni tradatur, atqui si de re ita contentiosa iudicet, eum nullo modo sententiam suam exequi posse. Complures aliæ validæ rationes hanc in partem allegantur, quæ viuæ sunt rationes & spirantes. Nondum resciui, quidnam Curia super eo sentiat, quanquam à complurimis & præcipuis quidem istius Curiæ intellexi, Curiæ decretum formam iuxta prædicta & ordinem instituere.

LVII.

Edictum Aurelian. se prohibens cessiones à patribus in filios factas iudicii mutandi causa, cessionem causa onerosa factam non habet.

Prædicto Bussonio & Ærodio 27. die Ianuarii 1564. perorantibus, cliens Ærodii nomine Villanouanus studiosus studiis operam dans Andegauis, cum à patre suo quorundam redituum cessionem haberet, in antecessum iuris & portionis suæ hæreditariæ, vigore cessionis suæ & protectionis cuiusdam, clientem Bussonii coram iudice suo conseruatore Andegauis citari curat. Citatus remitti se postular seu domum reuocat, & Edicto Aurelianensi nititur, quod ait, cessionem iudicii citandi causa, etiam à patre in filium non valere. Studiosus regerit, hanc cessionem non huius generis esse iudicii mutandi causa, & gratuitam in fraudem, verum serio factam & titulo oneroso, puta in antecessum & compensationem iuris successiui, quod sibi debetur iure naturali & ciuili, ideo non debere censeri donatum quod debitum soluitur, etiamsi præmature soluatur. Conseruator reum à postulata domū reuocatione seu remissione depellit: inde appellat. Curia irritata appellatione decreuit, id à quo appellatū fuerat affectum suum sortiri oportere & appellantem in expensas causæ appellationis condemnauit.

Sequitur Peroratio prædicti D. Ærodii, desumpta ex Orationibus eius excusis.

Limitatio Constitutionis cessionum ad postulatio statutum tit. 36. de Cessionibus factis à patre in filium, à patruo vel auunculo in nepotem.

Rationes Edicti Prætorii Tit. de Alie. mut. iud. caus. facta, & Edictorum Regum nostrorum Caroli V. Ludouici XII. & Caroli IX. hodie Regnū obtinentis vulgatæ sunt: itemque quomodo ob fraudes, quæ in dies, magis magisque admittebantur, eadē omnis generis cessiones factas trahendis causis ad alios iudices, nullæ quantū ad istū effectum declaratæ fuerint. Porro casus quidā ita emersit: Nobilis Vir Renat. Villanouanus filio suo Renato Villanouano Studioso Andegauis operam Studiis nauanti terram quādā & dominium donauerat & cesserat: eaque donatio in antecessum iuris hæreditarii facta fuerat: huius vigore & vi mandati sui, quod vocant Scholaritatis, prædictus Villanouanus filius paulo post Ioannem Gironeū & Franciscū Laudesium coram Seneschallo Andegauensi vel eius Locum tenente Cōseruatore conuenit, & quanquam rei domū reuocari ad iudicem suum Pictauiensem postulassent, repulsam passi sunt, a quo postea appellarunt. Igitur Bussonius pro appellantibus allegabit constitutionem, quæ generalis esset, hanc cessionem eo magis fraudulentā in esse, quod magis colorata & subtilius velata prorogatione quadam iuris successiui seu prænumeratione illa videretur: Si hæc donatio in fauorem matrimonii facta

facta fuisset, neque aliquam veritatis speciem habituram, neque in antecessum successionis liberis nostris alio casu quid [illegible] donare vel præsumeret [illegible] licere. Repræsentabat etiam [illegible] maius est, ætatem huius filii [illegible], conditionem eius [illegible], dico [illegible] securitate rationem ad ipsius postulatione [illegible] post [illegible] donation[illegible] & cessionis sibi tacitæ, consanguinitatem, vnicat [illegible] ident tatè quæ in [illegible] patrem & filium intercedit, his coniectur[illegible] [illegible] nimirus palam esse, cessionem hanc in fraudem Constitutionis factam fuisse, & [illegible] si hæc via aperiretur, [illegible] iuuiam lusoriam reddi donationem [illegible] appe[illegible] [illegible] datam, præsertim in minori ætate esse [illegible], [illegible] [illegible] ipsi donaret, cum ipse possessor [illegible] [illegible] dominus maneat propter patriam & naturalem potestatem quam habet. [illegible] Constitutionis probe attenuatur: cum omnino sensisse de huiusmodi donationibus, quandoquidem ita iussit ex omnibus ferme Franciæ Consuetudinibus ac peculiarim ex consuetudine Andegauensi [illegible] qua prædicta donatio facta fuit, pater & mater liberis [illegible] [illegible] licet donare possint, vel vni plus quam alteri, [illegible] in antecessum [illegible] successionis consequenter si leges ad ea, quæ frequenter accidunt, aptare & interpretari oporteat, nouam Constitutionem, quod donationes a patre in filium factas attinet, has multo magis vel saltem æque ac ceteras complecti.

Ego contra dicebam pro appellato, omnes Constitutiones & Edictum Prætoris, ad quod sese illæ referre voluerunt, locum non habuisse, nisi duobus concurrentibus, puta vera alienatio & dolo malo & iudicii mutandi causa facta fuerit: dolo malo cum re vera, qui alienat [illegible] [illegible] re onlust, & vt ait Iurisconsultus *in l. item si res ff. de Alienat. iud. mut. caus. fact.* cum rem habere vult, item ad alium transferre, vt molestum aduersarium pro se subiiciat. Consequenter si alienatio, cessio aut donatio ex alia causa facta fuerit, puta ex causa necessaria, neque mere locratiua, verum onerosa, neque Edictum neque Constitutiones, præsertim noua locum habere non possunt. Exempli gratia, si cessio facta fuerit pro liberatione a [illegible] obligationis consequenda, aut si emptor venditori [illegible] habuerit, denique (quod huic causæ proximum est) si quis alienauit vel heredem instituendo vel legando, nihil iudicii mutandi causa fecisse dici potest: quia & post mortem contestatur ac alienatio: vel alienatio necessaria est, *ex hoc l. Aucto § [illegible] & l. seq. ff. eod.* non magis quam in fraudem Legis Sentiæ is non potest videri manumisisse, qui aut hac lege erat cautus vt manumitteretur, aut cui ex causa fideicommissi libertas debebatur. *l. cum fideicommissa ff. qui & a quib. l. [illegible] ff. de Manumissio.* Igitur donationem, de qua agere ut posito quod ea pura esset & simplex primum dici non posse dolo malo factam hoc ipso, quia a patre in filium collata fuerit, cum sola ratio paternæ affectionis, fraudis suspitionem non admittat, *l. penult. ff. de [illegible] qua vt [illegible] l. penult. ff. de Bon. [illegible]* Secundo non litis sed rei factam alienationem, alienationem esse irreuocabilem esse, & factæ cessionis tempore nullam adhuc litem fuisse ceptam, neque diu post motam. Verum vlterius pergendo (quæ sane ratio fuit, in qua Curia substitit seu acquieuit) dicebam, donationem factam in antecessum iuris successiui non pro donatione quadam gratuita, pura & simplici fundata super sola liberalitate & munificentia donatoris accipiendam, verum pro concessione onerosa & velut compensationis titulo facta: quinimo etiam amplius importare, quam cum pater aut mater liberos suos connubio iungunt sub conditione solius vel principalis heredis: hoc quippe casu & dominium & vsum fructum penes patrem & matrem manere eo excepto, quod non possint certam patrimonii sui partem alienare, at in donatione facta in antecessum iuris successiui filium illico quodam modo heredem fieri adhuc viuente patre, *arg. l. [illegible] C. de Pactis.* illico possessorem fieri, fructus suos facere & patrem in eo nihil amplius iuris habere, & istiusmodi donationem adeo ad formam hæreditatis, quæ post mortem capitur, accedere, vt filius ad paternam successionem non admittatur, nisi collatione facta eius quod ex hac donatione accepit, & viceuersa ab ea abstinere non posse, nisi simul cedat & reddat id quod ita accepit patre superstite in antecessum iuris successiui. Quapropter e duobus alterum statuendum: Si hæc donatio loco institutionis vel donationis causa mortis accipiatur, dicebam de Edicto Prætoris, & Constitutione de Cessionibus locum non habere, si pro donatione inter viuos similiter, quia non simplex esset donatio, sed ob causam, *dict. l. ex hoc Edicto.* & ad id probandum seu commonstrandum dicebam, patrem, qui filio suo donauit, in antecessum iuris successiui, vt in quæstione, qua de agitur, potius id vel saltem eius partem, quod debebat reddidisse, quam donum, munus mera liberalitate obtulisse. Nihil enim adeo vulgatum esse, & non [illegible] nihil notabilius esse in legibus nostris, quam quod filius viuo patre quasi dominus sit bonorum, vt post mortem patris non tam successionem, quam rerum paternarum liberam administrationem adipisci videatur, *l. in suis ff. de liberis & post. [illegible].* Plato *[illegible] de Republica, libro [illegible] de le[illegible]* Quin[illegible] [illegible]. Plutarchus in S[illegible] [illegible] Aristoteles libro 2. & 6. [illegible] Demosthenes [illegible] [illegible], filium appellatum filium familias, æque ac patrem aut matrem familias ad demonstrandum, quod æqualiter domini sint, atque instar vnius, bonorum familiæ citra vllam aliam appellationum distinctionem, excepto quod vnus patrem designet, alter vero filium, *dict. l. in suis.* cum pluribus legibus & consuetudinibus ob hanc causam alienatione proprietorum suorum interdictum: quasi dicerent, eos alienaturos, id quod ad ipsorum liberos magis pertinet, quam ad ipsosmet, & magis [illegible] [illegible] bona, quam quæsita & industrialia. Et propterea Iurisconsultos nostros vnanimiter scripsisse, id quod filius viuo patre accipiat, id non fictione iuris, sed re ipsa, & magis pro debiti solutione, quam titulo donationis acciperet: & patrem id potius excludere, ad quod communi voto, tacita lege & ratione naturali obligatus erat, quam quod sua sponte liberalitate donare ac conferre, *l. nam etsi parentibus ff. de inofficio testament. l. scripto herede. § vltimo ff. vnde liberi, & l. cum ratio [illegible] ff. de bonis damnatorum.* Verum duos textus expressissimos in id allegabam, vnum *in l. penultima. ff. de collatio. bonorum* vbi Paulus quærit, cum filius emancipatus, & extra potestatem patris constitutus, si ad bonorum possessionem contra Tabulas venire velit, fratri suo in potestate patris relicto conferre teneatur id omne, quod tempore, quo pater mortuus est, habebat: quærit, inquam, Paulus, vtrum id, quod pater non expectata morte sua filio emancipato restituerat, quod nisi post mortem suam restituere tenebatur, id conferre teneatur, id quod Iurisconsultus negat, quia id non tam ex donatione, quam ex causa debiti accepisse & possedisse videatur. Ita dicebam, hæreditatem patris honeste liberis non nisi post mortem eius deberi, sed si superstes ipse eam ipsis præ[illegible] velit, & prorogare, eam ex debito, non ex donatione capere. Alter textus Imperatoris *in l. [illegible] C. de impon. lucrat. descriptione.* Magis adhuc expressus est, *In necessarias coniunctasque personas (ait Imperator) sub liberalitatis appellatione, debitum naturale persoluitur, & debiti potius solutio est, quam muneris oblatio, itaque filiofactam donationem à patre, quasi sit non lucrosa, sed [illegible], [illegible] esse [illegible] descriptione.* Sane durum id & crudele mihi videbatur, vt maxime ita res se haberet, quod pater a debitore suum consequi non posset, nisi fauorem priuilegii, & rationem, quam habere posset à filio suo, vsurpando, si inquam, id et vsurpare non liceret, ea qua licitum est via. Et in hac sum opinione, præcipuam hanc fuisse rationem, cur vetus Constitutio cessiones à patre in filium factas, itemque a patruo seu auunculo in nepotem permitteret, quia inuidiosum est, vt personæ tam propinquæ, quasque lex & natura vnius loco habent, priuilegia sua, auxilia & beneficia mutuo atque inter se communicare non possint, quæ respectiue iis competunt. Si dicatur, id esse aliquem molestia afficere, eum videlicet extra forum suum trahendo, sane maior molestia est misero creditori, si suum nisi lite intentata consequi non possit. Porro, vt ad ciuilem nostram contentionem reuertar, ad id quod dicebatur, *fraudem etiam fieri tempore,* respondebam id, quod Iurisconsultus scribit, *l. ait Prætor § si cum in diem ff. quæ in fraudem creditor. & l. patrem. ff. eodem. Patrem, qui non expectata morte sua fideicommissum hæreditatem maternam, filio soluto potestate restituit, vel omissa ratione Falcidiæ, plenam fidem ac debitam pietatem sequutus, creditores non fraudasse.* Consequenter, quoniam cessio, qua de agebatur, in antecessum iuris successiui facta fuerat, eam non ideo fraudulentam fuisse, & cum hac ratione Studiosus iam ex capite suo, & pro interesse suo ageret, bene iudicatum fuisse & decretum, ipsum priuilegio suo hac parte frui turum.

Cvria, Domino primo Præside Thuano sedente, appellationem in irritum deduxit, decreuitque, id, à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere: quin & appellantem in expensas causæ appellationis condemnauit, 27. Ianuar. 1564.

LVIII.

Iurisdictiones Dominis Iustitiariis patrimoniales sunt, quæ ipsis conseruari debent, vt ait F[illegible] her *in fin. de legit. Patron. Tutel.* & Iason *in thema[illegible] consf. 89. vol. 1. cons. 60. vol. 3.* Et hæc ratio est, cur ita creditum sit, reum à iudice suo ordinario & domicilii sui distractum, alioque citatum, Domini sui consensum habere oportere, qui vna cum ipso remissionem seu translationem postulet, vt expressius notat prædictus

Subditus coram iudice regio citatus à domino suo vindicari debet seu si ad alium iudicem non regium citatus fuerit.

ctus Faber sup. *l. cum aliquod. C. ubi caus. fiscal.* In patria vero scripti, sive in civili sive in criminali causa hæc solennitas requisita vel observata nō fuit, & tamen in criminali necessaria omnino est ut in patria Consuetudinaria. Postea Arresto Parisiensi ad quandam causæ perorationem pomeridianam 6. die Februar. 1544. declaratum fuit, quando subditus coram Iudice Regio superiore suo citatur, domini Iustitiarii interventionem necessariam esse, qui remissionem seu translationem postulet. At si non citatus fuerit coram Iudice Regio, sed coram subalterno, qui nullū superioritatis ius in prædictum subditum habebat, nil necesse esse, ut prædictus dominus interveniat, & satis est, ut subditus forum declinet, & ad solam & simplicem eius postulationem remittidebet.

De hac materia, quando Domini Iustitiarii seu Iurisdictionem habentes subditos suos citatos & conventos coram Iudicibus Regiis vel non Regiis vindicare debeant & possint, plenissime tractant D. Ioannes Imbertus in Instit. suis Forens. *lib. 1. cap.* 12 de Remissionibus seu Translationib. Molinæus ad *art. 3. tit. 1. Glos. 5.* antiquæ Consuetudinis Parisiensis, & Bacquetus de Iuribus Iustitiæ seu Iurisdictionis *tractat. 5. cap. 8 & 9* ubi tenent pro certo exceptionē declaratoriam forique præscriptione, corā iudice, ad quē quis citatus est, ante omnes alias exceptiones & litē contestatam allegari seu opponi oportere. Dominos teneri, subditos suos ad Iudicem Regium citatos vindicare, alioquin subditū solum non admitti postulantem remissionem seu domum revocationem duabus rationibus, quarum prior: quoniam Iurisdictio nō iustitiabili seu supposito iurisdictioni, verū Domino, cui patrimonialis est, tributa sit: altera & principalis, quoniam omnes Iurisdictiones à Rege promanāt & fluunt, in quas præventioni eius locus esse debet, ad conservandam videlicet, saltem autoritatem & præeminentiam, quam supra omnes Dominos Iustitiarios regni sui habet & ad cōmonstrandum, Iurisdictiones ab ipso fluere, proinde Dominus Iustitiabilem suum seu Iurisdictionis suæ suppositum postulare & vindicare debet. Si iudex Regius decernat, citatum procedere debere, Dominus appellare debet, tanq̄ a denegata remissione, incōpetētia & Iurisdictionis invasione & absq; Domini vindicatione Iustitiabilis eius non admitteretur appellans, quoniam Domini præcipuum interesse vertitur in translatione: id quod locum obtinet, quantumvis Dominus Par Franciæ sit: at si Iustitiabilis Domini alicuius Iurisdictionem habentis subalternam ad Iudicem alterius Domini vocetur, nil necesse est ipsum vindicari, & Iudex sponte sua remittere debet, vid. *l. si quis ex aliena ff. de iudiciis.* & Arresta a prædictis Autoribus Iustis prædictis relata, & Collectionem meam *Tit. 12. cap.* 65. I. C.

Hæc regula, quod videlicet Iustitiæ seu iurisdictiones Dominorum ipsis patrimoniales sint, non ita generaliter accipi debet, ut autoritas Regis inde detrimētū aliquod capiat.

LIX.

Viatores vigore protectionis causam remittere nō debent. Balliuius Sylvanectensis Viatorem quendā mulctæ subiecerat, eo quod in Auditorio suo causam quandam sive litem coram prædicto Balliuio pendentem ad Iudicem Conservatorem remisisset, transtulisset vigore simplicis Protectionis citra diploma Regium: ab eo prædictus Viator appellavit: Post causam appellationis peroratā & appellationi terminandæ postulantibus Dominis Triumviris Regiis Præfecto Parisiensi vel ipsius Locumtenenti Conservatori interdictum fuit, ne de cætero amplius Decreta emittant, in quibus Viatori iubeant, causam remittere iudice recusato sub pœna nullitatis decreti istius & impune ei à Viatore non parendi, neque eius quicquā exequendi. Pro appellante perorabat Croisettius 19. die Ianuarii 1545.

Vide Collectio. meam Notab. Quæstio. quæst. 87 ubi reperies differētiam inter literas, quas vocant, *Committimus* & Gardas Gardienas: quod ad translationes seu remissiones spectat, quas Viatores *Committimus* vigore tantum facere possunt. I. C.

LX.

Edictum Vicesima octava die Augusti, 1555. cum Edictum Regis determinatorium inter Præfectos & Iudices Præsidiales Trecenses in Curia oblatum fuisset, super interpretatione Edicti Cremiacensis plene agitatum fuit, & postea re ad deliberationem rursum revocata iudicatum fuit Arresto, 27. die Maii, anno 1557. dictumque Edictum publicari oportere atq; in Regesta referri, & nihilominus Iurisdictio prædictorum declarata & limitata secundum usum antiquum moremque pristinum. *Cremiacense non impedit limitationem Iurisdictionum.*

LXI.

In Francia Episcopi nullum territorium habent, atque ita abrogatum, id quod dicitur *in cap. cum Episcopus a. de Offic. ordina. lib. 6.* Episcopum posse in quolibet loco ipsius diœcesis non exemto pro Tribunali sedere, Scilicet omne id quod territorii loco habent, est auditorium ipsorum, in quo per se vel per Officiales suos ius reddere possunt, capere & carceri deputare, extra hæc decreta sua etiam contra suos exequi non possunt, nisi brachio seculari[b] implorato, quod utique ipsis denegari non debet viso ipsorum decreto. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 10. Maii 1555. pro quodā Canonico Cenomanensi appellante tanquā ab abusu ab eo quod ob accusationem adversus ipsum institutam, & ad processum eius instruēdum iudicatum fuerat, ipsum in domo sua claustrali tanquam carcere coercendum. *Episcopi & Officiales nullum territorium habent in [illegible] in suo.*

[a] D. Carolus Molinæus *in Notis suis* ad hoc Capitulum Arrestum istud notavit & ad quæstionem 276. 363. Galli, qua de re etiam tractavit D Magist. de Appellationibus tanquā ab abusu *cap. 5.* Unde hoc caput desumptum est, quod quilibet videre potest, & Choppinus *lib. 2. Tit.* I.C.

[b] Ex cap. novi. de Iudic. extra. cap. ult. de Offic. Ordinar. quam in rem est expressus arti. 21 Edicti Melodunēsis: si sententia iudicis Ecclesiastici pro crimine sit, ad Præfectum Iudicē Ordinarium vel Locumtenentem criminalem Balliui eundum est: si vero super re pecuniaria sit, ad Locumtenentem eiusdem iuxta determinationem datam inter Officiarios sedis Pictaviensis, quam retuli in Collectione mea *Tit. 6. cap.* 27. Vide etiam quæ super hac materia scripsi in stylo Iurisdictionis Ecclesiasticæ Archiepiscop. Bituricensis. I. C.

LXII.

Subiectiones omnibus & quibuscunque Curiis generaliter contractibus seu instrumentis Contractuum appositæ non sufficiunt, ut debitor cogi possit iudicium subire coram iudicibus extraneis seu peregrinis, aliisque quam Provincialibus & domicilii sui, iuxta *l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. Si quis Cautio.* At si expressa & specialis sit, ei stare non oportet. Et vero Mercator quidam Montargensis, qui prædicto in loco domicilium habebat sese Curiæ Aurelianensi submiserat, ubi conventus declinabat & remissionem postulabat, quæ ei à Balliuio Aurelianensi denegata fuit. Is ad Parlamentum Parisiense appellat, ubi Arresto 19. die Iulii 1568. dictum fuit bene iudicatum & appellans in multam & expensas condemnatus, atque ad prædictū Balliuium Aurelianensem remissus fuit. *[illegible]*

Hoc Arrestum contrarium est alteri, quod relatum à Bacqueto in tractat. de Iuribus Iustitiæ, *cap. 8.* & declarationi, quæ data super Edicto Cremiacensi à Rege Henrico II. & anno 1559. Comprobata Arresto Curiæ post mortem ipsius, 27. Iunii 1560. iuxta literas iussorias Francisci II. quæ extāt integre in collectione mea Titulo 12. 63. qua submissiones seu subiectiones Iurisdictionē non attribuunt, etsi reus intra Balliuiatum commoretur, ac multo minus si commoretur extra Balliuiatum, atq; Notariis interdicitur, ne contractibus ullas Submissiones inserant: excipiendum est sigillum Parisiense, Monspeliulanum & nundinarum Briensium. I. C.

Notandum est, appellationem tanquam à Iudice incompetente & pro Iudicibus addicendis, nude & recta ad Curiam Parlamenti deferri. Item cum Curia videt causam ob laxationem iis, eam definire solet, non obstante incompetētia. De Præsidialibus vide Tractatum de Determinationibus D. Bergeronii ad calcem horum Arrestorum. B.

APPEN-

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

Presbyteri in delicta communi deprehensi remissio quomodo fiat.

Remissiu seu translatio Presbytero ad Officialem ipsius delegari non potest, vigore priuilegii Cleocalis: si tamen casus priuilegiatus sit, veluti vsus amorum, remissio ad Officialem fit ea lege & conditione, vt prædictus Officialis, id est, Iudex Ecclesiasticus reum cateere non liberet, vsque quo super casu priuilegiato cognitum fuerit. Prout iudicatum fuit 16. Maii 1564. Attamen Constituto Ruscinonensis aduersus Presbyterum Sancti Germani pederastem annu 1577. seruata fuit, puta vt prius super casu Priuilegiato cognosceretur: eaque causa fiue lia ampliata fuit 1. Febr. 15-8. B.

Vide Artic. 22. Edicti Molinensis, anno 1580.

II.

Studiosus interuocientes causâ fuae litem remitti impetrat.

Decima septima Decembris, 1577. perorante Roberto pro studioso quodam appellato, qui causam Aurelias remitti impetrauerat, â quo vnus ex creditoribus appellauerat, appellatio in irritum deducta fuit, decretumque id quo &c. effectum suum sortiri oportere, & appellans in expensas condemnatus fuit, eo quod iam aliquot cum studioso Aurelius processissent. B.

III.

Committimus aduersus Regem locum nõ habet.

Vltima Martii 1583. iudicatum fuit *Committimus* aduersus Regem Locum non habere, vt v delicet causa ad Libellarios remittatur, atque ita cau a Procuratoris Regii auctoris ad iudicem loci remissa fuit.

IV.

Committimus aduocatis absen ob bella ciuilia seruatur.

Priuilegium *Committimus* Aduocatis absentibus ob bella ciuilia seruatur. Ita iudicatum pro D. F. Alauda 12. Februa. 1577.

V.

Committimus in causa appellationis locum non habet.

Committimus in causa appellationis locum nun habet, etsi translatio seu remissio ab auctore defensionem principaliter suscipiente postularetur. Iudicatum 10. Ianuatii, 1585.

VI.

Cessionarius non admittitur remissione seu translatio em pactu ius.

Quolibet priuilegio quis subnixus sit, nõ admittitur postulans remissionem seu translationem velut cessionarius alterius iuris post contestatam cum cedente causam, quia vbi ceptum est iudicium, ibi finem accipiat oportet. Iudicatum 13. Decembris 1565. idemque iudicatum fuit 13. Febru ..ii 1581. Et vero eum merum impetium quidam habens cuiusdam bona velut vacantia capi curasset, postcaque heredes existentes seu emergentes ius suum nobili cuidam vicino *Committimus* subnixo cessissent, isque eum qui capi fecerat, citasset, atque remissionem seu translationem postulasset repulsam passus est, indeque cum appellasset, appellatio in irritu deducta fuit, decretũque id â quo &c. 16. Martii 1575.

VII.

Procuratoribus Arresto interdictum fuit, ne *Committimus* impetrarent, nisi decẽnio post vel amplius, post depositum officium. 2. Martii 1555.

Vide Constit. Molinensem artic. 56. & Blesensem artic. 177. 178 & quæstio. 87. quæstio. meatum I C.

VIII.

Amanuensis Procuratoris etsi studiis operã daret, priuilegio Scholarhatis non fruitur. Iudicatum 29. Martii, 1576. Idem iudicatum aduersus Amanuensem Procuratoris Pictauiensis 15. die Maii 1578. B.

Procuratoris priuilegio Scholasticatis non fruitur.

IX.

Appellationis ab incompetente Iudice deserte netor.

Quando appellatio tanquam â Iudice incompetente facta fuit, Iudex obstiore appellatione vlterius pergere nõ potest, etsi reuera temerariam appellationem credat. Et ipse vidi ampliatam causam appellationis incompetentiæ. Quo ad cæteras vero appellationes, eas in adhærentia, vt vocant, in irritum deduci, appellatum in expensas cundemnari, 17. Martii 1563. B.

X.

Nobilium iudices & districtus.

Edicto Cremiacensi, ann. 1536. pro determinatione Iurisdictionum inter Balliuos, Seneschallos & Præfectos Regios, Nobiles ad districtum & Iurisdictionem Balliuorum vel ipsorum Locumtenentium in causa ciuili tam agendo quam excipiendo pertinent. In causa vero ciminali excipiendo tantum & quanquam de releoissima & summaria agatur, veluti de damno datõ â familia & domesticis, (vt exempli gratia iudicatum fuit in causa cuiusdam eonuenti coram Præfecto Vastiensi herbæ seu graminis nomine demessi seu præfecti ex prato quodam ab ipsis domesticis.) Nihilominus translatio seu remissio ad Balliuium fieri debet. Ita iudicatum fuit, 1:. April. 1574. Ab Edicto Cremiacensi instituti seu iurisdictiooes sub alterne excipiuntur.

XI.

Iudicium â iudice peregrino datum nullum.

Iudicium ab extraneo seu peregrino Iudice datũ aduersus extraneum absentem nullum est, & ab eo velut ab incompetẽtia & nullitate appellari potest: & vero Arresto 20. die April. 1564. 10 appellatione quadam â sententia Iudicum Venetutum, quæ per Canayom perorata fuit, propter reuerentiam prædictorum iudicum partes, quantum ad hucattinet, lite liberatæ fuere, absque vllis expensis & Acturi permissum, debitorem suum persequi coram Præfecto Parisiensi, quandoquidem vterque Gallus esset. B.

XII.

Declaratio Edicti Cremiacẽsis, quo ad Nobilium remissionẽ pertinet.

Edictum Cremiacense per subsequentẽ declaratio em, Domois merum impenum habentibus nullum præiudicium iofert. Igitur Nobiles etiam iustitiabiles Dominorum merum imperium habeotium, remissionem sui coram Balliuis Regalibus non habent, verum eos coram prædictis Dominis respõdere oportet, qui iudices habebunt, per quos cum Actuario iustitia exercebitur. Iudicatũ Arresto Pro Domino Longuillerio, 7. Martii 1563. B.

XIII.

Vbi ratiocinia pecuniæ oblatitiæ reddi debeant.

Rationũ redditio pecuniæ oblatitiæ aut alterius concessionis seu vltrotributi, coram Iudice Regio fieri debet, non Comitiali vel Ducali: quinimo executio ipsa rationum, aut aliud quid ab eo dependẽs coram primo iudice Regio expediti debet, coram quo rationes redditæ fuerunt. Arrestum 22. Nouembris 1564. supra quadam appellatione â sententia Balliuii Comitum Suessionensium, partesque Laodunum remissæ fuerunt. B.

XIV.

Iurisdictio quasando prorogari possit.

Iurisdictio neque prorogari neque extendi etiam ex consensu partium potest, quando iudices ad certum causæ genus tantum delegati sunt, veluti Consules. Aliter foret, euro Iudices ad vniuersitatẽ causarum delegati fuerunt: vt not. in l. 1. de iud. l. inter conuenientes

uenientes. 28. ad municipal. Et vero in appellatione quadam à Iudicibus & Consulibus, quamuis appellans remissionem sui non postulasset, verum compensationem petiisset, dictum tamen fuit male iudicatum, male processum, appellatus in expensas condemnatus, quoniam in principali quæstio erat de solutione emptorum in officina pannorum. Qua parte notabile est, iurisdictionem Consulum cum delegata sit & limitata, simul etiam & per consequens protogari non posse, non obstante partium consensu. Vide Arrest. 22. supr. B. Arrest. 13. Append. huius Tit.

XV.

Iudex commissionis & loci delicti competens est.

Iudex, à quo commissio seu decretum emanauit, competens est delicti in exequutione & sequela eius admissi. Præterea ex Constitutione Aurelianensi & Molinensi, vbi crimen perpetratum est, ibi loci iudex competens est, iuxta Titul. *vbi Senator vel clariss. Authent. quam Prouincia. d. titul. vbi de crim. agi oport.* Arresto 29. die Ianuar. 1563.

XVI.

Priuilegiū Clericale personale est.

Cum Presbyter coram iudice suo Ecclesiastico, & cum ipso laicus quis pro eodē crimine, & ad easdem, vt vocant, informationes conueniuntur, prædictus laicus, si remissionem sui postulauerit, remitti debet, priuilegium quippe clericale personale est: Iudicatum 6. die Ianuarii 1565. in Camera parricidali, & appellatio tanquam ab abusu admissa. B.

XVII.

Viatores delinquentes quos iudices habeant.

Aduersus Dominum quendam Pictauiensem, qui pignora alicuius capi fecerat pro iure, quod vocant, *de Gué*, ipsi debito, Viatore delinquente, & coram superiore Iudice Prouinciæ citato, qui remissionē Viatori pro Domino suo denegauerat, dictum fuit appellationem in irritum deductam, & id, à quo, &c. Nota etiam, quod Viator fines officii sui excedens litem suam faciat: Ita iudicatum 10. die Februarii 1579. B.

XVIII.

Cognitio de officio ad Parlamentum Parisiense pertinet, priuatiue omnibus aliis exclusis.

Domini Libellarii Aulæ Iudices competentes sunt, non tantum in casu conflictus super officio, quod controuertitur, & confiscatum est pro titulo Officii: verum etiam ad cognoscendum, vtrum officium, de quo agitur, sit hæreditarium aut domaniale & titulatum ad dispositionem Regis. Iudicatum 15. die Martii 1564.

XIX.

Secretarii Regis & Equites ordinis iure *Committimus* subnixi sunt.

Secretarii Regis, veluti Domestici & Commensales literis *Committimus* subnixi sunt: quibus à Parlamento ad Parlamentum euocatio fit: & ita fortioribus in terminis iudicatum fuit pro Magistro Libellorum supplicum Reginæ matris Regis, 26. Aprilis 1582. Viduæ Equitum Ordinis priuilegiatæ nō sunt: vt iudicatum fuit aduersus viduam domini Arnerii, 7. Decemb. 1564. Nisi Equites Sancti Spiritus forent, pro quibus in ipsorum institutione expressus extat articulus. I. C.

XX.

Edictum de Iudicibus & Consulib. Mercatorū, & de ipsorum potestate ac iurisdictione.

Mense Ianuario 1563. publicatum fuit Edictum de Iudicibus & Consulibus Mercatorum Parisiensium ad exemplum Bursæ Antuerpiensis, Rothomagensis, Lugdunensis, Tholosani. & postea simile beneficium Trecensibus, Andegauensibus & Senonensibus indultum. Edictum hoc stricte sumi debet, cum inter Mercatores res agitur pro mercibus. Veruntamen prædicti Iudices causam aliquam siue litem coram alio iudice iam intentatam & introductam ad se euocare nequeunt: nec per capturam cogere ad soluendum aduersus vim chirographi seu obligationis alicuius: ipsisque interdictiones factæ fuerunt, sub pœna nullitatis, ne iurisdictionem supra id, quod continetur Edicto etiam in volentes vsurpent, 15. die Martii 1565. neque iurisdictionem suam aduersus extraneos extendant, nisi pro mercibus Parisiis traditis, etsi debitor ibi repertus fuerit: etiam vsque ad summam quingentarum librarum prouisionaliter cognoscere possunt: & si notorie supra iurisdictionem suam vsurpent, Præsidiales neque ipsis, neque partibus cognitione interdicere possunt: verum aduersus ipsorum sententias recta ad Curiam quisque sibi per appellationem consulere debet. Iudicatum duobus Arrestis 11. die Ianuarii 1571. Cæterum nota, in præiudicium Dominorum merum imperium habentium Iudices & Consules institui non posse, & cum similis controuersia mota fuisset super Bellouacensibus, negotium ad Regem remissum fuit, 20. die Nouembr. 1564. B.

Vide Collectionem meam de Determinationibus Tit. 22. de Iurisdictione Iudicum & Consulum, vbi plene de ipsorum potestate tractaui.

TIT. VIII. DE LITIS PENdentia ad finem seu exceptionem declinatoriam.

ARRESTVM I.

Citatio quando litis pendentiam inducat.

NVda citatio seu in ius vocatio facta personæ, vel in domicilio rei coram iudice competente, & vigore decreti, quo reuera substantia negotii & facti species, ex quibus Actor acturus est, continetur, & dilationibus competentibus datis, litis pendentiam inter partes inducit, alias non, *Clem. cum lit. vt lit. pendent. nihil innoua.* iunct. gl. Et ita iudicatum anno 1460. Arresto Gratianopolitano. Vide tertium Arrest. Tit. 1. de cessionibus. in f. a.

II.

Exceptio moratoria dubia cum principali cumulatur.

Maioribus diebus habitis Andegauis anno 1539. agitata fuit appellatio cuiusdam, qui aiebat sese interdicto expertum pro vniuersa successione seu hæreditate cuiusdam cognati sui defuncti aduersus turbatorem quendam intercedentem, qui interdictum excepit: postea hunc reum ipsum aliam litem separatam intentasse, & aduersus prædictum appellantem actorem in prima lite interdictum mouisse pro fundo quodam peculiari. Appellans igitur dicebat, se non teneri procedere, neque posterius hoc interdictum excipere, vsquequo primum terminatum fuerit: quandoquidem fundus ille ex successione seu hæreditate contentiosa sit, & sub vniuersali hæreditate comprehendatur. Appellans e contrario asserit, ac nominatim prædictum fundum de illa hæreditate nō esse, verum prædecessori suo à defuncto donatum: seque ante prædictam hæreditatem delatam eius possessorem fuisse. Igitur coram primo iudice partes contestantur, & moratoriæ præscriptioni insistunt, verum procedi vel non procedi oporteat super donatione ab appellato allegata, & ab appellante denegata, qui aiebat eam effectum non sortitum: itemque locum ei isti donationi non additum, vbi facta fuerit: denique non obstante ea, defunctum in possessione fundi mortis tempore fuisse. Constituto causæ statu, iudex super ea ius reddens dixit, non habita ratione neq; obstante prædicta litis pendentia allegata appellantē interdictum excipere oportere iuxta Constitutionem, isq; in expensas

ſas incidentis cōdemnatus. A qoo is appellat & concludit. Appellatus ait, in hac facti ſpecie, de qua ipſi coouenjat cum appellante, iudicem bene iudicaſſe, quandoquidem partes in prima inſtantia nunqoam in eo conuenerint, fundum illum ex hæreditate eſſe, atque eiuſdem generis cum iis, quæ in primum interdictum venerant, oeque appellantem eius quicquam probaſſe: quinimo de cōtrario appellatum fidem feciſſe, inſtrumento & titulo à prædicta ſucceſſione diuerſo: & quod in contrarium appellans dixerit, magis dubium eſſe: quicquid ſit, omnia dubia eſſe, nempe, vtrum defunctus in poſſeſſione conſtitutus deceſſit, vel non: & in hoc dubio nos in terminis Cōſtitutionis verſari, puta, vt omnes pręſcriptiones, quæquę ſint, excipiantur. Quod agendo eadem opera appellantem potuiſſe litis pendentiam allegare, & ius, qnod ex ea prætendit: & ſi iudex declaraſſet, prædictum appellantem nō cogi procedere, poſteriorem litem terminaſſet, & appellatum effectu donationis ſuæ depuliſſet ab omni parte alienæ à titulo hæreditatio. Arreſto dictum fuit, bene iudicatū fuiſſe. Eaque eſt genuina praxis *l. ſi quis libertatem. in fi. ff. de petition. hered.* vbi Conſtitutio Imperatoris Diui Pii memoratur huic Arreſto conformis: *Quotiens autem*, inquit Vlpianus, *quis patitur controuerſiam libertatis & hæreditatis, ſed ſi non ex teſtamento liberum dicit, ſed alias vel à viuo teſtatore manumiſſum, non debere impediri liberalem cauſam, Diuus Pius reſcripſit.*

Instrumentorum abſq; loci adſcriptione vacuum ſeu inane.

a Ex Conſuetudine Marchiæ art. 59. omiſſio loci, in quo inſtrumentum celebratum, & a Notario confectum, nō reddit inſtrumentum nullum, verum efficit, vt non niſi vim ſcripturæ priuatæ habeat I C.

III.

Iudices Regii ſunt cōpetentes p præuentionem creditoris præ aliis euocationibus creditoris.

Antonius Gilbertus Mercator Burdegalenſis metuens, ne executione ſeu pignorum capione facta præueniretur, Sebaſtianum Syluanum, Menſularium Florentinum creditorem ſuum compluriмarum ſummarum citari curat ad Locum-tenentem Maioris, & Iuratos Burdegalenſes, ad exhibenda & producenda chirographa ſua ſeu ſyngraphas. Creditor eremodicium contrahit, ſeu iudicio ſe non ſiſtit, & non obſtante prædicta euocatione, debitorem ſuum ad Seneſchallum Aquitaniæ Iudicem Regium vigore ſubmiſſionis ſuæ citari curat. Debitor declinat ſeu præſcribit tam iuriſdictionis, quam litis pendentiæ nomine. A quo depellitur, litque à Iudice Regio vindicatur. Inde appellatur: ad quam appellationem Arreſto Burdegalenſi, quod datum menſe Maio anno 1521. dictum fuit, ex prædictis rationibus, bene iudicatum fuiſſe. Nullum aliud dubium eſt, niſi de litis pendentia: verum propter eam debitor ſubmiſſionis effectum inuertere nō potuit. Nam præſuppoſito hoc, creditorem eligendi facultatem habere, coram quo ex duobus iudicibus, domicilii aut Regio, agere velit, per notata tam per Gloſſ. quam Dd. *in l. fin. C. vbi in rem actio.* & Gloſſ. *in authent. habita. C. ne filius pro patre.* itemque præſuppoſito, debitorem præuenire poſſe, vt, antequam conueniatur, ſuper exceptionibus ſuis audiatur, arg. *l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ. c. conquerentes. de offic. ordin.* & not. *in l. ſi contendat. ff. de fideiuſſor. & in c. 1. de iureiurand.* Veriſſimum tamen eſt, quod ſi Iudex Regius pro actione & executione obligationis competens ſit, vt certe eſt, eundem pro exceptione pariter competentem fore: quia origo naturalis, non id, quod vltra incidit, attendi debet, *l. qui habebat. ff. de tutel.* Et ſi debitori permitteretur, eiuſmodi reuocationibus Iudicem ſibi eligere, facultas creditori data illuſoria foret. Poſtea alterum Arreſtum prędicto loco Burdegalæ, omnib. Curiis huoc in finem congregatis, datum fuit, quo 3. Febru. 1530. dictum fuit, iuxta prædictum vltimum Arreſtum, prouiſionaliter, Iudicem Regium de controuerſiis per præuentionem creditoris competentem eſſe, & alium Notarium non Regium, ſub ſigillo Regio ſubmiſſiones recipere non poſſe.

Notarius Regius ſubmiſſionem ſub ſigillo Regio recipere non poteſt.

Caput hoc deſumptum eſt ex deciſ. 114. D. Boerii. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VIII.

I.

Fori præſcriptio ante omnia terminatur.

PRæſcriptio fori declinatoria ante omnia terminari debet: Iudicatum 1. die Febr. 1577. in Camera Petricidali. Præterea cum litis pendentia coram Libellariis Palatii eſt, atque eiuſdem rei ratione ad Caſtelletum trahor, velut informatione & decreto à prædicto Præfecto factis, à decreto appellare poſſum. Arreſtum 7. Martii 1563.

II.

Iudex ſuper exceptione moratoria ius reddere debet.

Iudex ſuper præſcriptione moratoria de non procedendo expreſſe ius reddere debet, *cap. examinata. de iudic.* Cæterum Curia mulctare ac grauiter punire ſolet tergiuerſatores, eoſque, qui tergiuerſationibus, dilationibus & ſubterfugiis inopes partes vexare conſueuere: vt fecit 16. Martii 1563. B.

TIT. IX. DE RECVSATIOnibus Iudicum.

¶ Vt probe intelligatur materia de Recuſationibus Iudicum, & quænam forma in iis obſeruari debeat, lege & vide Conſtitutionem anni 1539 articul. 10. & ſequentibus, & Conſtitutionem Ruſcinonenſem artic. 12. & quæ D. Bourdinus ſuper Conſtitutionem anni 1539. annotauit, & poſt eum Fontanonius, Cuiac. *obſeruat. 9. cap 21.* Aufer. *Tractat. de Recuſation.* Ex quibus omnibus hæc tantum ſubnotabo, nempe, Iudices à partibus in perſona, vt aiunt, vel per Procuratores, qui expreſſum id ac ſpeciale mandatum habent, recuſari oportere: & cum ex proponuntur, Iudicis officium eſſe, eas veras vel non declarare, & ſi veras declaret, non tamen legitimas inueniat: veras quidem eas Iudex, non tamen admiſſibiles declarare debere, tumque ad cauſam cognoſcendam procedere. Id quod de iudicibus contentioſam iuriſdictionem habentibus intelligi debet, non vero de iudicibus, qui nudi tantum executoses, aut ſimplices examinatores & inquiſitores ſunt. Nam ſi iuriſdictionem contentioſam non habeant, decernere debent, vt qui cauſas recuſationis proponunt, apud ſuperiorem iudicem ſibi conſulant, ad prædictas recuſationis cauſas diiudicandas. Quod ſi iudex cauſas recuſationis veras non declaret, vlterius progredi eum, ſi appellatum non ſit, oportet, & ſi appellatum fuerit, nihilominus vlterius in principali pergetur, non quidem à iudice recuſato, verum ab eo, qui ipſo abſente pro tribunali iura reddit, iuxta Conſtitutionem 1539. ac nō etiam cauſa ampliabitur, aduerſus id, quod Dn. Maynardus obſeruatum fuiſſe ait in Parlamento Tholoſano *lib. 1. cap 96. Quæſt. ſuarum*, quodque continetur in generali determinatione à prædicta Curia facta, artic. 14. pro directione iuſtitiæ ſeu iuriſdictionis Seneſchallorum & ſedium Præſidialium diſtrictus prædicti Parlamenti, 9. Martii 1575. quod integrum refertur in Collectione mea *tit. 2. cap. 3.* Ne partibus, Arreſtum ait, facultas detur iudices eligendi, vel eoſdem reiiciendi abſque ſufficiente ratione, & quauis occaſione: limitatio addita eſt, niſi id fieret inſtantia vel

expreſſo

expresso consensu appellati, & non appellantis. I.C.]

ARRESTVM I.

Procurator absque mādato expresso recusare nō potest.

Recusationes per Procuratorem, cui nominatim id mandatum non est, proponi non debent. *l. nō solum. 39. §. fin. ff. de Procurat.* & not. *in l. si Procurator. ff de cond. indeb.* per Bart. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiēsi, 21. Iulii 1534. perorāte Bardonio pro appellante quodam à Domino Desmio Consiliario, & operam dante inquisitioni Dom. Rupifortii, & Cappello pro appellato.

II.

Idem & limitatio eius superioris.

Veruntamen, si Procurator Dominum suum absētem esse dicat, & longe à loco remotum & dilationem pro eius habitione postulet, audiri debet: atque interea Iudex rem siue litem contingere non debet, vt declaratum fuit altero Arresto Parisiensi 4. aut 13. Decembris 1543. pro appellante quodam à Iudice Fontenensi Comitiali: quamuis præcedentes processus voluntarii essent: Eaque est opinio Specula. *in titul. de Procurato. versic. sed nunquid in medio causæ, in prima parte.*

III.

Filius iudex appellationis aduersus patrem.

Rationi sane congruum est, vt filius Iudex non possit esse appellationis à patre interpositæ, qui primus iudicauit seu cognouit. Nihilominus eo non obstante Arrestum Parisiense datum fuit, quod Lucius *lib 11. tit. 4. Arr.* 10. absque data allegat, quo appellans quidam à Libellariis Palato recusatione à se opposita submotus fuit, aduersus Consiliariū quendā Parlamenti, filium Consiliarii Libellariorum, qui è numero illorum erat, qui iudicauerant & à quibus appellatum fuerat. Ratio hæc fuit, quod nemo sciebat, patrem in iudicatura consedisse, & fortassis non ita fuit contrarium censuerat.

IV.

Aduocatus & Procurator Regis iudices esse nō possunt.

Constitutio quæ vult, vt partes post Iudices recusatos Seniorem Sedis Aduocatum adeant, de aliis Aduocatis & graduatis, quam de Aduocatis & Procuratore Regis, qui Iudices esse non possunt intelligitur. Vt iudicatum fuit Arresto 13. Martii 1532.

Vide *lib 6. Tit 2. Arr.* 2. vbi hanc quæstionem tractaui, & citaui Arresta, quibus permissum fuit Aduocatis Regis, in casu in hoc Articulo contento Iudices esse, non autem Procuratoribus Regis: quæ plene in collectione mea *Titul.* 16. comprehenduntur, atque hoc desumtum est ex Imberto in *lib. 1. Inst. Forens. cap* 13. I.C.

V.

Forma recusādi ex tra sedem.

Quando iustus metus est recusandi aliquem Iudicem, ab eo appellari potest, tanquam à Iudice recusato & suspecto, & recusationes in curia proponi libello, quæ eas admittere consueuit. De eo Arrestō datum fuit Parisius, 22. Februarii 1526.

VI.

Idem.

Verum per eiusmodi literas nudas & absque appellationis remedio effici minime potest, vt Iudici interdicatur, ne de re cognoscat: necesse quippe est, eum de recusationibus cognoscere. Et extāt Arresta Parisiensia, vnum 20. Decembris 152 , alterum 5. April. 1530. per quæ appellans quidam ab executione eiusmodi literarum obtinuit. Eaque est materia *cap. cum specialis 61. de Appellat.*

VII.

Recusatus iudex deliberationi interesse nō debet.

Si aliquis Dominorum Parlamenti, siue Præses siue Consiliarius recusetur, & recusatio admittatur, quādiu ius recusatum præsens adesse nequit, tū cum de causa hac tractabitur, etiamsi is de ea nullum verbum facere voluerit. Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano 28. die Iul. 1463. iuxta opinionem Lāfr. de Oria. *loc. quoniam contra falsam. in verb. recusationes. num.* 3. iunct. nota seu additione marginali.

VIII.

Idem.

Alio Arresto 3. Iulii 1471. dictum fuit, eiusmodi recusatum, siue Præses siue consiliarius sit, si causa in Audientia, vt vocant, agitetur, de sede sua descendere oportere, nisi partem formalem sese dicere velit: tum enim prope Aduocatum stare debet.

IX.

Iudex recusatus non potest partes adigere vt de iudicibus conueniant.

Iudex recusatus, licet accusationes receperit, partesque eo quo oportet, ad probationem faciendam remiserit, vel etiā easdem reiecerit friuolasque declarauerit, & ab eo recusans appellauerit, non potest horum aliquo casu partes, vt de Iudice conueniant, adigere. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 21. Martii 1526. Nam quemadmodum negotii huius iudex esse nō potest, pari ratione neq; delegare neq; vt de iudice conueniatur facere potest. *c. cū ex specialis.* & per Panorm. *num. 13. de Appellat.* Id omne quod hac parte facere potest necessario de recusatoris expresso adsensu fieri oportet, vt expresse dicitur *in fin. pr. d. cap. cū specialis 61. & cap. 10. de For. cōpet.* & expressius adhuc *in cap. Iudex 5. de Offic. deleg. lib. 6.*

X.

Recusationes ex persona Procuratoris seu Sollicitatoris deduci non possunt.

Recusans recusationes suas ex persona Procuratoris seu Sollicitatoris alicuius, ob id quod Procurator amicus vel cognatus Iudicis sit, deducere non potest. *l. cum natu maior esset 14. §. si patroni filius. ff. de bon. libertor* Et ideo, cum appellans dixisset, Sollicitatorem Dom. Rupifortii consobrinum Commissarii esse, prædictoque Sollicitatori promissionem factam de consequendo Capitaneatu seu Præfecti militiæ munere, depulsus fuit Arresto 21. Iulii 1534.

Nisi Procurator aut Sollicitator in iisdē ædibus cū Iudice commorentur. Maynard. *lib. 2. c.* 91.

XI.

Recusatio a non recte fundata super collatione necessaria.

Summopere notandum est, Constitutionē Regis Ludouici XII. quæ publicata 1499. Artic. 37. Cōsiliariis aliisque quibuscunque Iudicibus prohibentem, ne in iudiciis litium Prælatorum aut Dominorum adsistant, à quibus videlicet ipsis aut ipsorum liberis, Beneficium vel Officium collatum fuerit, handquaquam de eo intelligendam esse, si ex necessitate beneficia collata fuerint, puta ꝓpter nominationē, mandata aut indulta, arg *l. 1. ff. de fundo dotal.* & *l. rē legatam ff. de adem. legat.* & hanc ad rem videtur mihi adhuc expressior *l. manumissionis. C. de Oper. liber.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 27. Augusti 1543. Veruntamen Lucius contrarium iudicatum fuisse refert, vt verisimile est.

XII.

Recusatio ob cognationem generalis nō valet.

Recusatio Iudicis ob id quod cognatus sit, non expresso gradu, non admittitur: ita iudicatum fuit Arresto Tholosano in Maioribus diebus Podiēsibus, 25. die Octobris 1548.

Vide Maynard. *lib. 1. cap.* 89.

XIII.

Recusationes aduersus Iudicem appellatam quæ a suo fonte nō valent.

Cappellani Ecclesiæ Collegialis beatæ Virginis Mōbrisoniæ, vt super distributionibus panis, vini, pecuniarum & horrorum ordinariis & quotidianis, à Decano Canonicis & Capitulo ac. ipsis siue arrosis Locumtenentem generalem in Balliuiatu Forolegusiēsi adeunt, is partibus auditis in allegationibus suis, quæ longiore disquisitione egerent, decreuit, eos

scriptis

ſcriptis inteutiones ſuas conſignare oportere, reſpõdere, producere, contradicere, ac interea per prouiſionem decernit, ſolitas diſtributiones abſque vlla imminutione ſeruandas, vſque quo aliter decretum fuerit. Pro executione huius prouiſionis, Capellani capi curant frumenta decimæ cuiuſdam ſingulis Canonicis, qui reſidentiam fecere, debitæ, Intercedunt Decanus & Canonici nominatim, qui aiunt prouiſionem ſeu momenti beneficium datum aduerſus Capitulum & non contra ſingulos Canonicos, quibus prædictum frumentum debetur. Cappellani cum hoc viderent, prędictum Locumtenentem generalem recuſant, allegantes, vnum ex prædictis Canonicis intercedentem, cui nomen Ludouico Paponio germanum ipſius auunculum eſſe, domaſticum & cum ipſo viuentem & Commenſalem, itemque prædictum Canonicum teſtamento ipſum heredem inſtituiſſe, ac præterea prædictum Canonicum Eccleſiæ Theſaurarium eſſe & cum quo in prædicta lite maximum ſibi negotium intercedat. Prædictus Locumtenens poſt factam ſibi prædictarum recuſationum communicationem, & poſteaquam Canonici eas friuolas dixiſſent, eas veluti tales declarauit, decreuitque iis non obſtantibus, ſe plenius perrecturum. Inde Lutetiam appellatum: vbi cauſa perorata, & nominatim excuſſis prædictis recuſationibus, quæ pleno auditorio lectæ fuerunt, Arreſto anni 1554. dictum fuit, benè iudicatum, & cauſa ad prædictum Locumtenentem generalem remiſſa fuit.

Iudices Canonici in cauſis Canonicorũ ſuorum iudicare non poſſunt.

Hanc ad rem nota id quod D. Maynard. *li. 1. Quaſtio. ſuar. cap. 85.* retulit, quod Parlamentorum Senatores clerici, qui Eccleſiæ alicuius cathedralis aut collegialis Canonici ſunt, ex eodem capite tanquam ſuſpecti recuſari queant, ſi alii eiuſdem Eccleſiæ Canonici coram iis litem in Parlamentis habeant. Quia arctius eſt fraternitatis coniunctionisq; vinculum inter eiuſdem Eccleſiæ Canonicos, quam inter eos, qui ſanguine & cognitione fratres ſunt, vt ait Alberic. *in l. verum D. pro Soci.*, & multo magis, ſi de Iuribus ipſorum Capituli agatur. I.C.

Recuſationes quid, & quando proponi debeant.

Recuſatio Iudicis eſt Iuriſdictionis vel audientiæ, cauſa ſuſpicionis propoſita declinatio *l. apertiſſimi C. de iudiciis. cau. quia ſuſpect. 3. q. 9.* & ideo proponi debet initio litis, & ante litem conteſtatam, *l. La apertiſſimi & l. 4. C. de iuriſd. omn. Iud.* propterea quod per litis conteſtationem approbamus Iudices *l. vlt. C. de exceptio.* niſi de nouo ad notitiam & cognitionem partis cauſæ recuſationis deuenerint, *cap. inſinuante de offic. delegat. ext.* Gloſſ. *in cap. ſecundo requiris ext. de Appellat.* id quod pars probare tenetur. I.C.

XIV.

Idem & ſequela ſuperioris Arreſti.

Idem.

Poſt hoc Arreſtum, per Sollicitatorem volẽtem omnia periclitari, prædicti Capellani aliud iterum inſiſtunt, nempe, quia prædicto Arreſto continetur, prouiſionem iudicatam executioni tradendam non obſtante vlla oppoſitione vel appellatione, aliaque nonnulla capita executionem requirentia, ex Actis literas executoriales prædicti Arreſti ad Seneſchallum Lugdunenſem & Balliuium Foroſeguſienſem vel ipſorum Locum-tenentes & ad ſingulos ad ipſos directos impetrant, eaſque prædicto Seneſchallo Lugdunenſi offerunt, ad quem prædictum Capitulum citari curant, quod declinat & ait ſe Arreſto ad Balliuium Foroſeguſienſem vel ipſius Locumtenentem non obſtantibus recuſationibus, à quibus prædicti Capellani depulſi fuerunt, remiſſum fuiſſe, & ſi directo non licuit, ſe ſe cognitioni prædicti Locumtenentis generalis ſubducere, indicere id permitti non debere. Seneſchallus Lugdunenſis vel ipſius Locumtenens Capitulum intentione ſua depellit & declarat, ſe ſuper eo cogniturum, & partes procedere oportere. Inde appellatum, & appellatio Arreſto 19. Nouembris 1555. definita, quo dictum malè decretum fuiſſe, eaſque omnia ad prædictum Balliuium Foroſeguſienſem vel ipſius Locumtenentem remiſſa fuit.

XV.

Idem.

Infra hanc ad rem extat ſingulare Arreſtum pro Balliuio Droecenſi, 15. Ianuarij 1389. lib. 8. tit. de iniuriis.

XVI.

Iudex recuſatus à parte ciuili pro Regalibus ſeu pro Regis intereſſe cognoſcere nõ poteſt.

Nonnullis Iudicibus viſum fuit, recuſationes cõtra ſe propoſitas veluti parentelæ, id eſt, cognationis ſeu affinitatis partium, vt vocant, ciuilium, id eſt, quæ ciuile ſiue priuatum ſuum intereſſe ciuili actione perſequuntur, vel etiam odij, admitti non poſſe, niſi quatenus ras intereſſe prædictarum partium ciuilium ſpectaret, & non etiam ſi aliqua res Regis intereſſe ſpectaret. Siquidem hac parte veriſimile nõ ſit, Iudicem aliter quam rectè verſari velle, & hac parte nonniſi iuſtitia procedere debeat, citra inimicitiam aut gratiam, veluti à capite iuſtitiæ, ac præterea quia obſequio Regis iurati ſunt, neque facile ab eo deſiſtere poſſunt. Nihilomin⁹ ſi prædictæ recuſationes validæ ſint & ſufficientes, etſi nonniſi partem ciuilem contingant, nihil autem fiſcũ, à iudicio propter eas in totum abſtinandum eſt. Et in iura id dictũ fuit, Iacobum Maſſotum Locumtenentem generalem in Sede Cancellariæ Belnenſis, qui recuſationes Dionyſij Berarderij Actuarij prædicti loci admiſerat, quantũ intereſſe prædicti Berarderij ſpectaret & declarauerat, quantum intereſſe Regalium ſpectaret & Iuſtitiæ, cuius & potiſſimas partes ſuſtineret, & iuratus eſſet, ſe eas non admittere, verum ſe in cauſa iudicaturum, dictum fuit, male iudicatũ, reſque omnis ad alium iudicem remiſſa fuit, Arreſto Diuionenſi, 12. Martii 1549.

XVII.

Recuſatio Iudicis ſimilem litẽ & controuerſiam habens, legitima eſt.

Recuſatio legitima eſt & admittenda, ſi dicatur iudicem recuſatum habere litem, in qua eadem vel ſimilis controuerſia ſit, & quam eadem deciſio maneat, quodque in ea eaſdem rationes alleget, quas allegat pars aduerſa, vt iudicatum fuit Arreſto Pariſiẽſi, 7. Ianuarij anno 1428. per *cap. cauſam quaſt. de Iud.* & *cap. perſona. de Teſtibus.* Veroſimile enim eſt, eum non iudicaturum aduerſus id, quod ipſemet aſſerit: hominum etenim ea corruptela, & plerunq; ſui oblita affectio, & πλεονεξία, vt ſibi omni ex parte obſequi difficile ſit, adeo, vt videretur ſibi ius dicere. Gluſ. eſt *in cap. ſuper Abbatia, de Offic. deleg. lib. 6.*

APPENDIX ARRESTORUM AD Titulum IX.

I.

Iudex recuſatus cauſas recuſationis admiſſibiles vel non declarare debet.

IVdex recuſatus decernere vel partes remittere nõ debet, niſi prius declarauerit, cauſas recuſationum admiſſibiles eſſe vel non. Arreſtum aduerſus Locumtenentem Rupellanum 21. Decembris 1563. Et ideo ſeu propere ſuper admiſſibilitate aut inadmiſſibilitate pronuntiari oportet, ac non etiam decernere, partes coram ſe proponere oportere ſaluo ſuper eo iudicandi iure. Arreſtum Catholicianorum 13. Martij 1563.

II.

Multa inſignis propter recuſationem iniuſtam.

Octaua Martij 1580. Dominus Hallo & Domina Altrauilla ob temerariam recuſationem ab ipſis factam D. primi Præſidis Thuani allegantibus, eũ Sollicitatorẽ eſſe D. Baſſum-Pertæ, ſinguli 4000. coronatorum

natorum multa affecti fuerunt : & nota ob recusationes iniuriosas neminem admitti eas vindicare cupientem post 12. annos: & vero in simili causa partes lite liberatæ fuerunt. 28. Martij 1579. B.

III.

Index recusatus vlterius pergens non potest, nisi prius declaratis recusationum causis inadmissibilib.

Iudex recusatus non declaratis causis recusationis inadmissibilibus, vlterius pergés, etsi nihil aliud faciat quam remittere, omnino litem suam facit, & in expensas condemnatur: Iudicatum 21. Decem. 1563. aduersus Locumtenentem Rupellanum.

IV.

Cõplures recusationũ causæ validæ & admissibiles.

Recusatio, quod quis partis vnius consiliarius sit valet. Iudicatum 5. Ianuarij, 1565. at non etiam valet, quod quis nudus Aduocatus fuerit, quæ valida est, si simul & aduocatus fuerit, & negotia partis direxerit: Arrestum 4. Ianuarij 1575. Valet etiam recusatio Iudicis conductoris, qui videlicet in ædibus partis cœnaculum aliquod conduxit. Ita iudicatum 15. Februarii 1564. B.

Complures aliæ recusationum validarum & admissibiliũ species sunt, quæ à Iudicibus recusatis si eas veras esse cognoscant, vt tales declarare debent: puta: quod frater sit, patruus vel auunculus, nepos, consobrinus, affinis veluti gener, Sororius, cognatus vsque ad 4 gradum. Maynard *li. 1. cap. 93. 94. & 98.* Ii, quorum præsumti heredes sumus, Constitutio Blesensis *artic.* 122. inimicus capitalis: si gener aut filius Iudicis sit Aduocatus vel Procurator partis, & cum eo habitet, secundum Maynard. *li. 1. cap.* 91. si Iudici lis intercedat cum alterutra partium, vel si alterutri parti lis intercedat cum proximo aliquo cognato Iudicis, Maynard *eod. lib. cap* 92. si notimus alterutrius partis amicus sit, eo amicitiæ genere, vti definitur in *l. lata §. amicos D de V. S.* Si votum suum emisit seu declarauit partibus vel alterutri parti præmature: si patrinus seu pater susceptitius sit. May. *ca.* 89. & aliæ similes. I.C.

V.

Recusationes terminis generalib. aduersus sedem non valẽt.

Recusationes terminis generalibus aduersus sedem aliquam integram seu totum fictæ nõ valent, & admitti non debent, Sæpe Arrestis iudicatum.

VI.

Index recusatus aliũ Iudicẽ addicere nõ potest.

Iudex recusatus alium iudicem addicere seu dare neque potest, neque debet. Et vero Balliuius Dordanensis ipsiusque filius ad Curiam citati fuere, vt ipsi compare rent, eo quod Balliuius processum seu litem in qua ipse recusatus fuerat, per filium suum terminari fecerat, 20. Ianuarij 1564. Vide supra Arrestum 3. B.

VII.

Iudex recusatus, qui causam semel remisit, neq; decernere, neque prohibere amplius potest.

Iudex recusatus, qui causas recusationis admissibiles declarauit, atq; ideo à lite semel abstinuit, nullo modo iudicare debet, verum decernere debet, vti partes sibi consulant secundum iuris rationem & æquitatem : Arrestum 15. die April. 1564. & alterum Arrestum 22. die Maij 1578. Quinimo ne quidem præsens in Camera adesse debet, quando ad definitionem litis, propter quá recusatus fuit, procedetur, verum foras prodire debet iuxta formas Curiæ datas super directione & ordine iustiniario, quas retuli Tit. 2. Collectionis meæ. I.C.

VIII.

Procurator Regius quando recusari possit.

Arrestis Curiæ quæ ad verbũ in Collectione mea *Tit. 14. cap.* 91. iudicatum fuit, Procuratorem Regiũ ab accusato recusari non posse, posse in causis ciuilib. à partibus, si inimicitias capitales, cognationem, affinitatem cũ accusatis prætendãt vel allegant, quoniam in causa criminali necessaria pars est Procurator Regius.

TITVL. X. DE FERIIS.

ARRESTVM I.

Eremodicium non agitatur aut continuatur tempore feriatum.

Messium Vindemiarumque tempore eremodicij seu desertæ causæ instantia agitari non potest, nisi partium consensu, & si defectus vt vocant, indulti fuerint, vel in inuitos quid actũ, nullius momenti ea sunt. Et ita declaratum fuit Arresto Parisiensi 22. Maij 1532. puta Præfectum Parisiensem qui hæc fecerat, malè indulsisse, iudicasse & decreuisse.

II.

Executio die festo facta quomodo nulla sit.

Vtile est nonnullis casibus Dominus Regales fauentes habere ad allegandum quid, quod pars ciuilis seu priuatus allegans non audiretur, veluti si aduersus debitorem executio facta fuerit die Dominica, vel alio die festo, etsi iure huiusmodi res sub pœna nullitatis interdicta sit *l. fin. Cod. de Feriis.* Nihilominus in Francia debitor hoc allegans non auditur: nam cum debitor sit, soluat necesse est, neque eius interest, quo die cogatur soluere: at Procurator Regius pro conseruanda religione & honestate publica nullitatem illam repræsentare potest, atq; ita debitor per eum obtinebit id quod non obtineret, si Procurator Regius ea de re verbũ non faceret. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 15. Maij 1528.

Vid. Mansuet. *tit. de Executio. num.* 8 Rebuff. *in Commentar. suo ad Constitutiones.* Tit. de Sententiis Prouisionalib. in Præfat. nu. 34 Aufrerium *ad decisio. Capella Tholosana* 158. & Bene. *decisio* 259. I.C.

III.

Calendarium Curiæ, dierumq; feriatum.

Curia Parlamenti Parisiensis ferias annuatim obseruat cessatione cognitionum iudicialium, cœtuũ & conuentuũm sub perpetuo Calendario, quod sequitur.

Ianuario mense, vel Kal. Ianuarias, 3. 6. 13. 28. diem. Notandum tamen est, etsi dies 13. qui est dies sancti Hilarij, feria forensis sit, itemque 28. qui dies est sancti Caroli Magni, nihilominus præcedente die quintadecimanam esse.

Februario mense 2. & 24. & quod secundum attinet, qui dies est Candelariæ vt vocant, siue Purificationis, Vigilia nulli Commissarij sunt.

Martio, 25. hodie vero 22,

Aprili 25.

Maio Kal Maias.

Iunio, 2. 24. 28. propter indictam seu nũdinas Sandionysianas.

Iulio, 22. 25. & 28. quorum 28. iam inde ab anno 1536: Arresto feriis connumeratus fuit.

Augusto, 10. 15. 24. 25.

Septembri, 8. 14. 21. & 29.

Octobri, 9. 18. 28.

Nouembri, Kalend. Nouembr. 2. 3. 11. 25. & 30.

Decembri, 6. 8. 21. 24. 25. 26. 27. 28.

Dominicos omnes dies totius anni.

Paschales dies septem initio facto à die Iouis absolutionis seu indulgentiali.

Pentecostes quinque dies initio ducto à die Sabbathi vigilia.

Ascensionis diem.

Festum Dei. Vigilia est quintadecimana. Post meridiem nulli sunt Commissarii.

Octauam Festi Dei,

His addi oportet tempus vacationum à medio mẽse Aug. vsque ad festum Sancti Martini, quæ feriæ sunt vindemiales. fortassis dicere volui, à festo Beatæ Virginis quod in Septẽbrem

brem incidit) vide Gloss. in *cap. vlt in verb. Vindemias. ext. de iudiciis.* His adde ferias Paschales vsque ad Quasimodo.

IV.

Causarum & litium cessatio fi- eri iustitiū ob pestem.

Occasio siue causa iustissima est, diebus Iuridicis intermittendi causarum cognitiones & consuetum Prætorium & locum relinquendi & mutandi, si pestis periculum sit & mortalitas in prædicto loco, vt declaratum fuit Arresto Parisiensi, mense Augusto 1550. Neque tamen id solo motu Iudicis loci fieri debet, verum deliberatione facta, & de commodo aut incommodo cognitione habita, captoque consilio cum Dominis Regalibus, Aduocatis, Procuratoribus, Actuariis, aliisque pragmaticis veluti de re, quæ omnes contingit.

V.

Sententia die festo data.

Sententia die feriato data infirmata fuit ob hanc tantummodo causam, Arresto Parisiensi 13. Martij 1542. Neque tamen id promiscuè obtinet. Nam si causa ciuilis sit voluntariæ iurisdictionis veluti insinuationes, emancipationes, curatorum voluntariorum creationes, tutorum testamentariorum confirmationes, aliique similes complures actus, expeditio die festo facta valida est per *l. 2. & l. Actus, C. de fer.* vbi tamen excipiuntur dies Paschales, Natalis Domini & Epiphaniæ, siue Regum: at in causis criminalibus non adeo id obseruatur, nullis non enim dieb. eæ tractari possunt, vt notatur *in l. Prouinciarum. eod. tit.* Ante cognitionem Euangelij nullum discrimen hac parte fiebat, & velut res maxime fauorabilis, Ius dicebatur omnibus diebus promiscuè, vt Suetonius de Claudio Cæsare Imperatore scripsit, qui laboriosissime ius dixit etiam suis suorumque diebus solennibus, nonnunquam festis quoque antiquitus & religiosis.

L I B E R   O C T A V V S.

TITVLVS PRIMVS, DE PLVS MINVSVE PETITIONIBVS.

ARRESTVM PRIMVM.

Creditor minus potens residuum non amittit.

REDITOR, cui centum coronati debentur, 50. petens, ad residuum redire non ideo prohibetur, etsi pro residuo nihil protestatus fuerit, vt per Ioan. Fabr. in §. si minus intentione. Inst. de Actio. Et ita iudicatum Arresto Gratianopolitano, Vigilia Palmarum, 1558.

Tit. *de plus Petitionibus* in Francia non obtinet, & reus id quod d[e]ber, offerre debet.

II.

Actor qui iudicio minus petito impetrat quando expensas recuperet seu ferat ex l. quida[m] consistentes, ff. de reb. cred.

Si creditor plus petat, quam sibi debeatur, quidam existimauerunt, reum nec debitum inficiantem, licet id quod debet, non offerat, in mora non esse, ad expensas, damna & interesse persoluēda per tex. *in l. Tutor. 41. §. 1. in ius ff. de Vsur.* Alij tenuerunt, eum vt minimum quod tenera debetur agnoscere & fateri oportere, ne videatur in mala fide: & cum fi[...]ctor non postulet id quod reus debere fatetur sibi p[...], reum extra culpā & malam fidem esse, neque ex[...], damnorum & interesse nomine teneri [...] *in fin. 21. & l. in fideicommiss. 3. ff. de vsur.* Iudex in casu quo actor ei exceptionē vidit, & petat, [...]nabiter & absque præiudicio eius quod plus est seu excedit, reus cōdemnetur ad offerendū id quod agnouerit, & de residuo iudicio experiuntur, ita reus id teneat, in mora constituunt, omnibusq; his sumptib. damnis ac interesse soluendis obnoxiū se reddit. Et hic textus est *l. qui solidū 78. ff. de le. 2.* & ita prædictæ leges conciliari possunt, quæ quodammodo contrariæ esse videntur. Hoc præsupposito,

De substituto, qui in detractiones nō consentit.

Substitutus hereditatem testatoris sibi restitui postulat, non adiecto, detractis detrahendis, nec in quartarum aliarumq; rerū detractionem cōsentiens. Heres heredis grauatus excipit, & dicit, defunctum heredem filiū fuisse, eumq; in prædicta hereditate legitimam habuisse. Præterea & secundo, se legatorū solutione muneribusq; testamentariis perfunctū esse. Tertio, debita testatoris exsoluisse. Quarto, sumptus funeris, qui ad hanc vel illam summā excurrant, fecisse. Quinto, instaurationes & emponemata seu meliorationes pro trib. quartis *l. 2. in. Gloss. ff. ad Treb.* Postremo detractis prædictis omnib. se quartā Trebellianicam retinere debere, quæ omnia ad ipsum spectent ipsiq; debeantur, quorumq; retentionis ius ipse habeat, ac proinde petitorem male omnia petere. Si super hac contestatione processus formam iuā capiat, neq; aliud quid agat reus, is in mora non est, nec ad restitutionem fructuum tenetur. At si petitor, prædicta exceptione visa, postulet, vt citra præiudicium pleno iudicio de prædictis detractionib. agi[...] interim, et restituatur id quod in confesso est, & tum reus huiusmodi petitioni non consentiat moram contrahit atque iniuria litigat, & in omnes expensis necnon fructuum pro rata restitutionem tenetur. Et id text. est *in d. l. qui solidum in pr.* Et ita iudicatū fuit Arresto Gratianopolitano an. 1460.

Desumptum est ex Guido Pap. *Decis. 27.* Vide infra *lib. 18. Tit. 2. arr. 4.* I.C.

III.

Idem.

Actor, qui non id omne quod postulat, sed partem tantum impetrat, vt iudicatum Arresto Parisiensi, omnes [a] expensas ferre seu impetrare debet, si reus nihil omnino obtulit: at ex Arresto Gratianopolitano eas pro modo eius tantum, in quo causam te[...] ferre seu impetrare debet, vt *titulo de expensis instantiæ* tenetur. Hodie in Francia prius obseruatur, non etiam posterius, etsi iuri consonum sit, vt per Glos. & D. *in cap. fin. de Confess. in 6.*

a Compensandas eas potius videtur per ea quæ notat Molin. *tractat. de Vsur. quæst. 10. nu. 152.* Id quod hic à Papponio proponitur, ex Rebuffo desumptum est *in Proœmio ad Constitutiones, Gloss. 5. nu. 53.* T.

IV.

Vnus ex pluribus hæredibus in totum agere potest sub cōditione l. 3. de v. o. l. testamento, ff. de leg. 2.

Vnus ex hæredibus plurib. id omne quod defuncto debetur, postulans admittitur: neq; debitor ipsi opponere seu excipere potest, quod alios habeat cohæredes: sane cum solutionem facturus est, ad plenissimā liberationem debitor id allegare seu excipere potest. Et ita iudicatū fuit pro Dominicella Anna Burgensi, aduersus hospitem seu cauponem Cygni in area Moberti Parisiis, mense Iunio 1543. super reditu quodam ad successionem seu hæreditatem defuncti Magistri Hardonyni Melet, Primicerii præceptoris in collegio Turonensi, per *l. qui repudiantis, ff. de inoffic. Testam.* etsi æs alienum defuncti hæredes pro portionibus virilibus & hæreditariis sequatur, *l. pro hæreditariis. C. de Hæreditar. Action.*

V.

Si actor ab initio malè fundat⁹ pendente lite ius & titulum consequatur, quando obtinere debeat. Nota etiã ius actoris ab initio debile per subrogationẽ aut cumulationem iuris & cessionis &c. validari seu firmari.

Actor, qui ab initio litis in actione à se intẽtata benè fundatus non est, condemnandus venit. Attamen, si ex causis emergentibus vel de nouo quæsitis pendente lite benè fundatus reperiatur, dubitatum fuit, vtrum obtinere seu vincere debeat. Dubitatum non fuit de exceptione rei, quin constitit, si ea super causa emergente fundata reperiatur, eam admittendam ad repellendum actorem. Non idem fuerit in actione petitoris, nisi ius, quo actionem suã firmaturus est, ei superuenerit ex causa quæ procedat & originem ducat à tempore, quod initium prædictæ litis præcessit. Vlpia. *in l. si rem alienam 9. §. fin. ff. de Pignorat. Actio.* hanc regulam ampliat. Præsupponamus, te, pro centum coronatis, quæ mihi debes, rem quandam pignori dedisse, sane pignus à me nũquam repetere potes, nisi prius debitum solueris, eo non obstante tamen, iudicio mecum experiris & pignus à me repetis, sanè malè fundatus es, neque ius aut actionem habes aduersus me vllam solutione non facta. Fingamus, te pendẽte lite debitum mihi offerre, an eo non obstante dicendum erit, te male egisse, egoque absoluar? Non sanè: Verum pignus tibi restituere & pecuniam seu debitum recipere condemnandus ero. Ratio eius rei hæc est, quia ius superueniẽs per oblationem tuã, fundatum est super causa litem præcedente, atque ideo si iam recusem, pignus liberare & debitum recipere ad interesse tuum tenebor: & tamen ante contestationem & iudicium constitutum oblationem hanc factã oportet, alioquin & sic, si ius ex causa litem præcedente non superueniat, actor obtinere non debet, verum reus absoluendus est. Atq; hæc iure ciuili. At iure Canonico aliter cautum est sub hac quæ sequitur, distinctione. Actor possessorem alicuius fundi, quem simpliciter ad se spectare, ait, non expresso seu designato titulo vel causa, conuenit: Si pendente lite dominium prædicti fundi ei acquiratur, quamlibet ex nouo titulo seu causa & post litem ceptam, non ideo minus obtinere debet, vt continetur *cap. Abbate sanct. de re iudic. lib. 6.* Si actione sua seu petitione titulũ siue causam expresserit, ex qua sese proprietariũ seu dominum ait, & pendente lite dominium ipsi acquiratur ex nouo titulo post contestationem citra dubium, si in probatione prioris tituli designati deficiat, reus absoluendus est, saluis tamẽ actori probationib. & allegationib. ex alia causa sub orta. Aliud petitionis genus fuerit, si equum tuum, quem mihi commodasse ad quædam negotia mea ais, à me repetas, egoq; contester, & actioni tuæ renitar, tuq; de dominio equi probes, pbes itẽ, te mihi eum deposito dedisse, & non etiam commodato, neque ideo tamen libellum emendes, sed simpliciter ius & æquũ postules, quænã partes erunt Iudicis? Num me condemnaturus est, vt tibi equum tuũ restituam? Videri possit, quod nõ. Id enim alioquin extra actionem à te intentatam foret: Dubium equidẽ nullum esset, si in titulo variasses Commodati & depositi, me citra expensas condemnandum. Verum actionem siue libellum mutare noluisti, neque corrigere & declarare ceptam. Nihilominus tamen ex sententia Vlpiani *in præd. l. si rem alienam §. fin.* & sententia Baldi non ideo minus ob huiusmodi culpam obtinere debes: quandoquidem ex probatione ius causæ, quæ ante litem erat, quæque te dominum rei arguit beneque fundatum, superuenit seu emergit, puta depositum, de quo actum non fuerat. Imbertus *in Enchiridio suo* hac de re agens in eam sententiam inclinat, siue ex causa præcedente siue ex noua, pendente lite ius superuenit, & de iure petitoris liquere possit, ipsum obtinere debere, ac nihilominus in expensas prædictam superuenientiã præcedentes cõdemnandum, idemq; notat, si reus postulet post prædictum nouum ius cognitum admitti ad defendendum de nouo, eum admittendum absque rescripto, verum solo meroque Iudicis officio.

VI.

Actor nõ ad exhibẽdũ instrumentũ, quo nititur, cogere nõ potest.

Canayus pro appellante dixit, clientem suũ iudicio conuentum ad agnoscendum videlicet defuncti soceri sui chirographum coram iudice Turonẽsi. Ad hæc respondisse ipsum, se non teneri, ac præterea se hereditatem repudiare: tum appellatum petitionem suam mutasse & postulasse, vt appellans sibi pacta sua dotalia ederet, seu exhiberet, vel saltem diem & annum & Notarium coram quo celebrata, designaret: clientem suum commonstrasse se ad id non teneri: nihilominus iudices Præsidiales id decreuisse: ab eo igitur se appellare & in appellatione concludere, quod videlicet dictum fuerit, eum super articulis prædicta pacta dotalia spectantib. Notarium & datam respondere oportere. Magister pro appellato dixit, aduersarium solutionem defugere, & bona soceri sui occupasse, & quanquam actor, nõ possit cogere reum ad actionem fundandam, posse tamen ad replicationem. Curia dixit, malè iudicatũ fuisse, & à cliente Canayi bene appellatum, & appellatũ in expensas cõdemnat, & emendato iudicio decernit, appellantem non cogendum respondere: ac multo minus Notarium vel datam designare. Pronuntiatum post causam peroratam 9. Iulij 1560.

Vide l. cogi neminem. ff. de Petitio hered.

VII.

Quibus casibus cautio iudicatum solui præstanda sit.

Arresto quod datum verbaliter in Audientia, vt vocant, Parlamenti Parisiensis 13. Iulij, 1498. quo confirmata sententia Seneschalli Lugdunensis decretum fuit, peregrinum & à Regno extraneum petitorem cogendum cautionem præstare *Iudicatum solui* vsque ad summam centum coronatorum.

Notandum hic est in Francia, Francos siue Gallos non teneri præstare cautionem iudicatum solui: iudicatum enim solui stipulatio in tantum committitur, in quantum iudex pronuntiauit. *l. iudicatum ff. iudicatum solui.* sed peregrinum tantum, qui fugæ suspectus est. Vt iudicatum fuit Arresto, quod refert D. Ioannes Paponius. & altero quod datum ad perorationem Stephani Pasquerij aduersus Italum quendã 24. Ianuarij, 1575. id quod temporibus Ioannis Fabri non obseruabatur, vt testatur *in § sed hodie. Inst. de satisdat.* Gallus quoque *in sua quæst. 49.* refert ita iudicatum fuisse Arresto, quod datum anno 1385. pro quodam Ligure: Vide Bugnonium *lib. 1. leg. abrogatarum in Francia cap. 25.* & D. Bacquetũ *in tractat. suo de Iure Albinatus 1. part. cap. 16.* vbi complures elegantes quæstiones super hac materia tractat. Inter duos extraneos seu peregrinos actor cautionem præstare tenetur: Iudicatum Arresto 23. Augusti 1571. Robertus rerum iudicat. *lib. 4 cap. 11.* Deuolutarius etiam quamuis Gallus cautionem præstare tenetur ex Constitutione quæ superius relata *lib. 3 cap. 8.* Arresto vltimo I.C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum I.

I.

Is qui bonis cessit cautionẽ iudicatum solui præstare tenetur.

IS etiam qui bonis cessit, cautionem iudicatum solui præstare tenetur, vt refert Choppinus, iudicatũ fuisse duobus Arrestis Curiæ, quorum vnum datum pro Francisco Gothofredo appellante aduersus Nicolaum Rulandum 14. April. 1598. & alterum 26. Aug. prædicto anno datum in 5. Camera Inquisitionum, *lib. 2. de Moribus Parisior. tit. 1. num. 16.* si vnus ex litigatoribus bonis cesserit, Iulianus scribit non esse cogendum arbitrum sententiam dicere: cum neque

conuenitri possit, *l. litem.17. D.de Recept.arbi.* Idem iudicatum patente velo 26. Iulij 1607. perorante Dochatio & Arresto Curiæ Subdustotum 20. Septembris 1606. pro Maria Babina aduersus Yuezium Landium, qui bonis cesserat ad relationem D. Heberti, I. C.

TIT. II. DE SYNGRAPHIS ET earum agnitione.

ARRESTVM I.

Chirographi agnitio causa appellationis ponstulan potest.

Merlinus nuntius Vniuersitatis Parisiensis vigore priuilegij sui illustrissimum Antonium Luxenburgium ad agnitionem chirographi sui ad Præfectum Parisiensem vel ipsius Locumtenenté Conseruatorem citari curat: Is fori præscriptionem opponit seu declinat: Ea exceptione depellitur, dictumque eum adgnoscere debere: inde ad Curiam appellat, vbi Merlinus libellum offert eo fine scilic. vt momenti beneficio seu prouisionaliter & citra præiudicium appellationis, appellans manum suam seu chirographum recognoscere teneatur: Is hoc petitioni intercedit, & ait, id absque præiudicio appellationis seu neutiquá fieri posse, super qua paratus esset, propere litigare, vel eam terminare arbitrio tertij alicuius. Merlinus ait, ex Constitutione defuncti Regis Francisci, quæ publicata anno 1539, nullam incópetentiam allegari posse, vbi de agnitione chirographi agatur. Appellans regerit, id verum esse, quoties debitor in ipso loco repetitur: alioquin viam & rationem aperiri vexandis debitorib. temere longe positis. Arresto Parisien. 15. die Iulij 1550. dictum fuit appellantem chirographum suum vel agnoscere vel abnegare cogi. Ratio, cur debitor ad prædictam agnitioné cogatur, ea est, quod hac ratione creditor debitorem suum non quidem conuenit, sed sese ad conueniendum tantum instruat seu præparet: neque potest huiusmodi agnitionem euitare, neque morato riam præscriptionem allegare, quasi tempus solutionis nondum venerit: Textus est *l. in omnibus. ff. de iudicijs.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 27. die April. 1523.

II.

Chirographû abnegatû coram Iudice incôpetente.

Verum quidem est, si post prædictam agnitioné coram Iudice incompetente factam petitor seu actor pecuniam repræsentari postulet, eum ante diem nó audiri. *l. non quemadmodum, in fin. ff. de iud.* At si coram Iudice incompetente id fiat, siue dies venerit siue non, reus ad Iudicem suum si id postulet, remitti debet. Hanc in rem expressa est Constitutio Regis Francisci, quæ publicata mense Iunio 1539. & ante quoque sæpe ita iudicatum compluribus Arrestis. At si reus chirographum iuficietur, actor à prædicto Iudice siue competens sit, siue non, ad chirographi probationem per testes admitti debet. Et ita iudicatum Arresto Parisiensi, 22. Maij 1526.

Ex Constitutione Rusinonensi omnes Iudices competentes sunt pro agnitione chirographi & debiti repræsentatione, *artic.* 10. verum id intelligendum est, cum partes præsentes sunt & ambo superstites sunt. Et nota, etsi repræsentatio pecuniæ à Iudice incompetente iudicari non possit, attamen in causa appellationis, si de debito liqueat, Curia appellatione in statum deducta, causam principalem euocat & repræsentationem iudicare solet: vt factum fuit 18. Iun. 1565. B.

III.

Chirogra. phû Laici

Vicesima Nouemb. 1533. in Maiore Camera Parlamenti Parisiensis lis agitata fuit inter creditorem quendam repræsentationem seu solutionem pecuniæ postulantē ab vna parte, & heredes debitoris ab altera parte Facti species hæc erat: Coram Officiali, id est Iudice Ecclesiastico chirographum suum debitor agnouerat: Creditor post ipsius mortem heredes eius ad Iudicem laicum citat, & repræsentationem pecuniæ seu debiti postulat. At illi allegabant, agnitionem non valere factam coram iudice incópetente. Arresto dictum fuit, eos pecuniam repræsentare non oportere.

coram Officiali vel alio Ecclesiastico ad gnosci nô debet.

IV.

Chirographum à debitore vel ipsius successore agnitum, repræsentationem pecuniæ importat: at non etiam denegatum & testibus tantum vel comparatione scripturarum comprobatum: tum enim repræsentationi pecuniæ locus non est. Quod axioma notabile est, & pro certo & indubitato in Parlamento Parisiensi obseruatum, & compluribus Arrestis iudicatum, ac nominatum ad relationé Domini Turnebullæ, die Martis post meridiem 9. Decemb. 1539. in Maiore Camera Inquisitionum aduersus viduam quandam Prouinciæ Lugdunensis, & liberos eius, prædictumque Arrestum datû fuit capto & communicato à cæteris Cameris consilio, quæ retulerunt ita sæpe Arrestis iudicatum fuisse.

Chirogra: phû testib. probatû repræsentationem pecuniæ non importat.

Iudicatum 15. die Decemb. 1575. pro vidua quadam Lugdunensi, quæ probata manu sui chirographo condemnata appellauerat. B.

V.

Chirographa, posteaquam agnita fuerunt, executoria sunt, neque audientur debitores dilationem postulantes aduersus petitam à creditoribus pecuniæ seu debiti repræsentationem, cum de re satis sint certiorati, arg. l. 1. in fin. ff. de Dot. prælegat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 12. die Maij, 1533.

Chirographû agnitum repræsentationé importat.

VI.

Arresto Tholosano, quod datum 7. die Septem. anno 1448. dictum fuit, Chirographum quoddam Philippi Leuis Archiepisc. Auscensis summæ 1000. Coronatorum aureorum pro agnito habendum, & prædictus Archiepiscopus ad repræsentationem condemnatus, vigore vnici ex modico, & id secundum Constitutionem Regis Francisci, quæ publicata anno 1539. Attamen in Parlamento Parisiensi id non nisi quoad agnitionem pertinet, ita obseruatur, at non etiam quoad repræsentationem pecuniæ, ad quam altero ex modico opus est.

Chirographû recognitû vigore vnici ex modicti.

D. Maynard *li. 3. ca. 5. fuerunt Quæstio.* ait Arrestû hoc verum non esse, de sumtû ex Aufrerio in stylo Parlamenti 4. *part.* 205. *art.* Hodie *artic.* 92. Constitutionis 1539. Syngrapha priuata etiam vnico ex modicio pro confessata habetur, & hypothecam importat, si pars ipsa & compellata & citata fuerit. I.C.

VII.

Balliuius Forosegusiensis decreuerat quendam qui tenuiti se postulabat ad forum suum, declarare oportere, verum heres esset vel non defuncti, item adgnoscere vel denegare prædicti defuncti chirographum oportere absque præiudicio declinatoriæ suæ seu fori præscriptionis. Id quod in Curia Parlamenti Parisiensis iusitmatum fuit, & appellatus in multam 10. solidorum seu assium Parisiensium, eo quod id eo agente & insistente factum fuisset, condemnatus fuit: Constitutio quippe intelligenda est, cum quis in ipso loco repetitur, Arrestû istud datum fuit 2. die Iunij 1545. vid. 1. Arrestum supra.

Chirographû non impedit remissioné nisi quis in ipso loco sit.

a Et ita nominatim declarat Constitutio anni 1539. *artic*. 10. T.

VIII.

Chirographum aduersus scribentē fidē facit, non secūdum aduersus tertium.

Syngrapha non importat vllam hypothecam, nisi ex die quo agnita fuerit, *l. scripturas & Auth. quæ sequitur. & l. cum tibi. C. qui potior. in pign. hab.* Proinde creditor chirographarius cum aliis creditoribus hypothecariis non concurrit, & debitum eius personale tantum est, quod fundum captum & sub hasta publice proclamatum non spectat. In eam rem expressa est Constitutio anni 1539. *& cap. si cautio. de Fide instrumen.* Curia, vt fraudibus & machinationibus debitorum in fraudem videlicet creditorum occurreret, apocharum, transactionum, promissionum aliarumve rerum fidem, quæ nonnisi chirographo priuataque scriptura comprobantur, eatenus tantum admisit, quatenus scilicet interesse debitoris vertitur, & aduersus ipsum, nullo modo autem, vbi de interesse tertij alicuius agitur.

Vide infra *Tit. de Prouisionib. & Repræsentationibus.*

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum II.

I.

In casum prolixioris cōtrouersiæ adiudicata.

SI quando longas moras trahat lis super agnitione chirographi, actor auditur petitam summam & chirographo insertam repræsentari postulans. Ita iudicatum vlt. die Martij, 1575. aduersus protectorem quendam Parisiis repertum. B.

De agnitione chirographi vide *cap* 44. de Subhastationibus in Decisio Dn. Præsidis. M.

II.

Syngrapha absq; causa ad repræsentationē debiti non valet.

Syngrapha absque causa inserta ex Constitutione nulla est, id quod intelligendum est, vt videlicet repræsentationis beneficium tribuere possit: attamen valet pro confessione debiti, & de causa inquirendum est, etsi 100. librarum summam excedat. Iudicatum Arrestis quæ refert Charondas *lib. 3. Responsor. cap. 53.* I. C.

III.

Syngrapha cuiusdam summæ quo casu quis ludat.

Nepos quidam auunculo suo syngrapham emittit, qua promittit sese non amplius lusurum, & si lusisse reperiatur, promittit se ei 100. coronatos soluturum: Auunculus posteà, cum nepotem suum in ludo deprehendisset, aduersus eum iudicio experitur, quo scilicet prædictam syngrapham suam agnoscere condemnetur, & prædictam summam soluere: Nepos sese tuetur. *l. iurisgentium. §. ob maleficium. ff. de Pactis.* Auunculus nititur *l. ex ea parte. §. 1. ff. de verb. obl.* Arresto Parlamenti Tholosani nepos condemnatus fuit mense Iulio, anno 1585. in Camera Edicti, quod refert Maynard. *lib. 2. quæst. suarum cap. 68.* quod lector videre poterit. I. C.

Chirographū penes debitorē repertum præsumtionem soluti debiti inducit.

Antequam hunc Tit. dimittamus, notandum est, ingentem esse disputationem, si chirographum penes debitorem reperiatur, an ei incumbat onus probandi solutum esse debitum. Doctores contrarium asserunt, cum tamen textus in eam expressus sit, præsumi scilicet pro liberatione & solutione: vide *l. 2. de Pact. l. si chirographum de probat.* Aliud in pignore: potest enim pignoris aliquis esse vsus, redditi vero chirographi nullus. T.

Item notandum est, chirographum à debitore agnitum hypothecam importare: non etiam id quod agnitum est à curatore dato bonis vacantibus, quoniam omnium creditorum loco est, neque vni ex his in præiudicium alterius cauere potest, l. fin. ff. de Curat. bonis dan. Choppinus ad Const. Andega lib. 1. Cap. 73. num. 6. T.

TIT. III. DE INIVRIIS VERBAlibus & Famosis libellis.

ARRESTVM I.

Iniuria iudicio prolata, etsi res vera sit, nihilominus pœnam meretur.

ILlustris Audoenus Calderonius Eques Præfectus Parisiensis, cum in Parlamento esset & causam plebeij cuiusdam hominis & studiosi, qui ab ipso appellauerat agitari audiret, atq; rationes edere veller, quibus motus & prædictum studiosum capi curasset, eaq; fecisset, quę tam aduersus ipsum quam contra plebeium illum hominem fecerat, adeo incaluit & exarsit, vt pleno auditorio & sæpius diceret, studiosum cū vxore prædicti plebeij concubuisse, seque id probaturum. Tum prædictus plebeius & vxor ipsius ilico postulant, præfatum Præfectum sibi condemnari in solemnem deprecationem & iniuriæ satisfactionem, itemque multam pecuniariam, idque ipsum & Triumuiri Regij postularunt, qui rem istam, circumstantiis suis omnibus exaggerant, tam ipsius proferētis ratione, à quo appellatum fuerat, quàm misellorum iniuria affectorum, qui omnium opum & diuitiarum loco nihil aliud haberent, præter honorem & existimationem, quæ plus valet, quàm omnes totius orbis thesauri, Prouerb. cap. 2. Comicum verum Censorem motum id satis perdocere cum ait; *Ego si bonam famam mihi seruasso sat ero diues*, quoniam vt ait Plautus *hominum immortalis est infamia etiam tunc viuit, cum esse credes mortuam.* Et vice reparationis grauaminum, à quibus appellassent, eos nouis iniuriis affici, his accedere maiestatem loci, & cœtus, in quo hæ iniuriæ illatæ fuissent: atque ita promtè iustitiam super eos administrandam iusque dicendum, rem denique & iniuriam vindicandam nulla vlteriori inquisitione siue de iniuriis prolatis, cum id Dominis Iudicib. notorium sit, siue de facti seu rei veritate ita iniuriosè proposita. Nam vt maximè vera foret, iniuriam tamen admissam & reparatione dignam *l. eum qui nocentem infamauit. & l. lege Cornelia. §. si quis librum. D. de iniur. l. vnic. C. de Famos. libel.* Tandem in multam fisco quærendam ordinariam eum condemnari postulabant. Præses qui tum pro Tribunali sedebat, etsi plerique censerent, prædictum Præfectum ilico huiusmodi culpam solenniter deprecari oportere, nihilominus rem ampliauit, & interea Præfectus indulgentiam à Rege impetrauit, qua videlicet liberatus fuit satisfactione parti læsæ facienda, simul etiam multa pecuniaria Regi debita, ac nihilominus in multam decem librarum Parisiensium condemnatus fuit quærendam misello isti plebeio & eius vxori. Complurimis dominorum Parlamenti id displicuit, nempe quia res ilico expediri debebat, & quia dilata fuerat, eum quem dixi terminum consecuta est. Id factum anno 1387.

II.

Iniuria in causa appellationis prolatæ aduersus primū Iudicē, pœnā meretur.

Procurator Regius in Balliuiatu Droecensi contra V. Cl. Wilhelmo de Bello-castro prædicti loci Balliuio aduersus Abbatem & Conuētum Columbensem iudicium intentat quorundam incarceratorum ab vna Iurisdictione ad aliam translationis nomine, inobedientiæ, infractæ seu violatæ tuitionis & saluaguardiæ & rebellionis factæ aduersus viatorem seu executorem: superque ea re complures testes audiūtur, liteque instructa iudicium constituitur. Antequam iudicium pronuntietur accusati videntes calus sibi impositos, & quorum nomine accusati fuerant, probatos, mandatum à Rege impetrant directum ad Balliuium Carnutensem ad repetendos vi-

deli-

rét testes, idque fundatum super inimicitia prædicti Balliuii, & super animositate, qua hac in re processe-rit, quodque ipsemet testes simpliciter audiuerit, vnico Amannensi ascito, absque vllo alio adiutu, examinatore aut inquisitore. Tandem aduersus testes dicebant, eos nunquam ea dixisse, quæ testimoniis scriptis continerentur. Hæc Rescripti Regij instantia non serio agitatur, neque vlla testium repetitio fit. Igitur aliud rescriptum Procurator Regis impetrat ad terminum videlicet constituendum seu tempus definiendum prædictis Religiosis & Conuentui & peragendam prædictam testium repetitionē, alioquin eo elapso rem omnem ad prædictum Balliuium Droecensem remittendam, atque ibi iudicandam. Tandem prædicti Religiosi aliud rescriptū impetrant, quo prædicto Balliuio malè administrati Magistratus crimen impingebatur, velutí falsa admissa lite dissoluta, & in specie in hoc ipso processu, itemque inimicitia aduersus impetrantes, eoque rescripto rea omnis ad Curiam euocata fuit. Inibi prædictus Balliuius conuentus & cum eo Procurator Catholicus Regius postulant satisfieri iniuriarum nomine, & Balliuius repræsentat: Primo se nunquā recusatum fuisse eo tempore, quo processus criminalis institutus fuit aduersus nunc euocantes, qui vtiq; voluntatiè processerint, in dictum constitui passi sint, viderint, legerint & totius rei communicationem habuerint, nulla facta suspicionis, neq; testiū repetitionis mentione. Secundo, quæ contra nunc dicant, ea non sufficere, non enim dicere aut proponere prædictum Balliuium corruptum fuisse: verum hoc tantum ipsa dicere tantum, se istum processum instituisse in Regis fauorem. Tertio prædictum Balliuiū esse graduatum, virum bonum, neque vnquam reprehensionis alicuius notam subiisse, aut malæ alicuius rei suspectum fuisse. Quarto & in specie, nunquam accusatos odio prosecutum, quin complurima iudicia extarent, quæ pro ipsis & ipsorum Conuentu dederit: Et quandoquidem non probarent, aliquod factum illegitimum aduersus ipsos, neque causam aliquam inimicitiæ vel odij, non præsumi officio suo deesse voluisse citra magnam aliquam causam. *l. fin. C. ad l. Iul. Repet.* Quinto, satis esse quod ipsemet adscito Amanuensi in causa criminali testes examinauerit. Sexto, fidem non habendam testibus, si dicant, se aliter quam testimoniis ipsorum continetur, deposuisse. Singulares enim esse aduersus prædictum Balliuium & eius Amanuensem, quibus plena fides habenda, standumque quod ad descriptum testimoniorum ab ipsis confectum, *cap. præterea. de Testib. cog.* Septimo subordinationis seu corruptelæ præsumtionem subesse, cum videlicet integro anno post, post visam inquisitionem & depositionem testium recantare atque retractare se proponuntur, id quod admitti nullatenus potest *l. fraternitatis. de Testib. Clem. fin. eod. tit. & §. quia vero sæpe in Auth. C. de Testib. & cap. tertiam de Testib.* Religiosi complurimis rationibus in contrarium nitebantur. Nihilominus Arresto Parisiensi 25. die Ianuarij 1489. dictum fuit quantum ad iniurias attinet, Religiosos actionem excipere oportere, Procuratorem vero Regium & Balliuium ad satisfactionem iniuriarum & multam postulandam admitti. Quantum vero ad euocationem & postulatam testium repetitionem pertinet, prædicti Religiosi ea depulsi fuere, lisque ad prædictum Balliuiū remissa fuit, vt in eo statu quo est, ab ipsius Locumtenente iudicetur.

Recusationes post iudicium constitutum non admittuntur, nisi de nouo, seu nuper primum ad notitiam partis peruenerint. Constitutio Caroli VIII. artic. 64. & Ludouici XI. artic. 108.

III.

Pœna Cōsiliarij aduersus Curiam contumacis.

V. Cl. Petrus Demanius Consiliarius in Parlamento Tholosano à Curia designatus ad exequendum Arrestum quoddam datum inter Ducem Borbonium & Comitem Armaniacensem super Comitatu insulæ Iordanæ & Vicecomitatu Gnurestiæ eo proficisci recusauit, dixitque quicquid Curia super eo iuberet decerneret, se eius nihil facturum, eo q Magister quidam palatij prædicti Ducis Burbonij se recusasset. Ob hanc contumaciam dictum fuit Arresto 7. Maij 1563. durante Parlamento ei ciuitate egredi non licere, atque adeo intra ciuitatem morari iussus. Vide Ludouici Rom. sing.

IV.

Iniuria aduersus Procuratorem prolata multata.

Wilhelmus Bresontius, cū in Parlamento Tholosano per Aduocatum suum in peroratione dicturasset, Ioannem Gardium Procuratorem partis aduersæ nempe fratris Antonij Barronij iactasse, se tot amicos in Curia habere, vt interdictum super possessorio Abbatiæ Congnisiæ nunquam iudicari possit: cumque ad id probādum complures dilationes habuisset, ob id non peractum, Arresto prædicti Parlamenti quod datū 20. Decembr. 1463. condemnatus fuit ad dicendum & declarandum in Curia, se male, temerarie & indiscrete hæc verba quæ diximus proferri curasse, & ad veniam deprecandā Regi & Iustitiæ, & ad soluendam multam 15. librarum, aliasq; decem libras commodo prædicti Gardij & in expensas.

V.

Iniuria ab Aduocato inter perorandū prolata, in clientē eius, si id comprobet, recidit, isque multatur.

Ioannes Balduinus Maior Belluuisurij, & V. Cl. Draco Folisius, Consiliarius Ducis Burgundiæ rei, eo quod quædam verba iniuriosa à V. Cl. Iuuenali Aduocato suo inter perorandum prolata aduersus Iaquettam Iulietam & maritum ipsius actores adprobassent, Arresto Parisiensi anno 1390. in summam quadringentarum librarum Parisiensium, & in ducentas libras Regi quærendas condemnati fuerunt. Pronuntiando istud Arrestum primus Præses dixit, Aduocati quidem vitio factum, verum cum rei id comprobauerint, eos culpam luere oportere.

VI.

Iniuria aduersus Procuratorē Regiū prolata vel scripta.

Gerardus Martinus Presbyter anno 1565. libellum Curię Parlamenti Tholosani obtulit, eoq; V. Cl. Antonium Mortonium Procuratorem Catholicum Regium in prædicto Parlamento perstrinxit, quod videlicet ob ingentia munera tam in auro, pānno, quam aliis rebus, quæ pa[illegible] aduersa ipsi contulerat, aduersus se insisteret, idque effecisset, vt beneficium quoddam in gratiam partis aduersæ resignaret, aliaq; plectenda cōplurima ipsi imputabat. Ob hæc septima Decemb, prædictus Presbyter Arresto in solennem deprecationem in Curia ostiis clausis prædicto Procuratori Catholico proprio & priuato nomine suo ob prædictas iniurias condēnatus fuit, & vt diceret ac confiteretur palam, se temerarie & proterue prædictum libellum obtulisse, eoque contenta adprobasse, cuius ipsum nunc pœniteat, ideoque veniam à Rege, Curia & prædicto Procuratore Catholico petat citra multam pecuniariam & expēsas, quib. liberatus fuit, forte ideo, quia ꝓbario prolatorum ei imposita fuisset. Quicquid huius sit, ea re ita iudicata & executioni tradita præsente vno

 Præsi-

Præside & quatuordecim Consiliariis, ominis integritati nihil additum, detractum vero apud bonos & graues viros aliquid fuit. Arrestum istud est casus is ipse, quē ponit Aodr. de Isern. *in cap. 1. Quæ sint Regal.*

VII.

Iniuria aduersus Cōsiliaōū scripta quomodo plectatur.

Wilhelmus Cutabilis sutor Parisiensis libellū Curiæ obtulit plenum atrocium & infamantium iniuriarum aduersus V. Cl. Ioannem Porteum Consiliarium in Parlamento Parisiensi, cuius nomine Arresto prædicti Parlamenti, quod datū 25. Maij 1429. condemnatus fuit ad solemnem agnitionem & veniæ deprecationem à Deo, Rege, Iustitia & prædicto Potteo Consiliario, & vt palam profiteretur, se falso & perperam prædictum libellum confici & offerri curasse, & quoniam omnino inops erat, neque quicquam prorsus habebat, condemnatus fuit io abstinentiam iotra carcerem solo pane & aqua ei reliētis. Post Arrestum pronuotiatum prædictus Porteus vir vitæ insignis & insigni modestia palā declarauit quantum ad se: trineret, se remittere solennem deprecationem, ne que vllam aliam pœnam velle intacta ea, quæ Deo & Regi adiudicata fuerat. Desumptum ex Lucio.

Pœna non habentis vnde mulctam soluat.

VIII.

Iniuria inter perorādum a Procuratore Regio in Parlamento Regio illata quomodo plectatur.

Bernardus Lanisius Procurator Regius in Seneschalcia Tholosana ad Parlamentum venit, atque ibi super politia piscium in prædicto loco venalibū nonnulla repræsentauit, dumque id faceret, arroganter locutus est, paulatimq; eo prouectus est atq; incaluit, vt sanguinem Deiuraret præsente Curia aliisque Officiariis congregatis. Et quanquam iracundia ipsius ad Curiam non dirigeretur, verum ad Aduocatum Regiū tantum, nihilominus blasphemia hæc coercitione digna visa fuit: eaq; propter in carcerem cōiectus fuit 16. Martij, & 29. eiusdem mensis anno 1434. Arresto condemnatus fuit in solemnē delicti agnitionem præsente Curia & Officiali Tholosano, & ad veniam deprecandam à Deo & à Rege, & ad soluendam multam quadraginta librarum Capellæ: id quod eo ipso die executioni traditum fuit. Nonnulli, qui huius Arresti meminere, magnam in eo clementiam notant erga blasphemiam prolatam à tali viro, qui modestiam dignitati officij sui conuenientem præferre debet, & in loco tam illustri, io quem re ipsa concurrunt & referuntur Maiestas Regis & dignitas Iustitiæ, atq; iniuria huiusmodi Collegio seu cœtui facta, crimen læsæ Maiestatis habetur *l. quisquis 12. in pr.* & ibi Ioan. Fab. *C ad l. Iul. Mai. & in Auth. qui sint rebell. ibi machinantur.* Bal. *in Tit de pac. Constantia in verbo Opizon. in pr. per illum text. in verb. vobis, & in verb. dam.* & Andreas Isernias *in tit. Quæ sint Regal.* prædictum interesse præsupponit & ait crimē esse læsæ Maiestatis *per l. quisquis. & l. fin. C. de decurio. lib. 10.*

Procurator Regius modestus esse debet.

IX.

Respōsum irreuerens Iudici faciū plectendum.

Petrus Diambleus Clericus tonsuratus non coniugatus Arresto Parisiensi anno 1391. in solemnem agnitionem & deprecationem condemnatus fuit, eo quod irreuerenter, interrogatus super quodam delicto, cuius accusabatur à duob. Dominis Parlamenti respondisset & locutus esset, idque nulla habita ratione priuilegij ipsius.

X.

Dominus libellu famosi aduersus Domionum publicati fuerint, ifque po-

Si incolatum & subditorum nomine libelli famosi aduersus Domioum publicati fuerint, isque postea eos adprobari vel improbari intendat, non satis est prædictam adprobationem generaliter & vniuersim fieri: verum peculiariter singuli super eo respondere tenentur vsque quo autores reperiantur; qui vtique puniendi postea fuit & non etiam corpus seu vniuersitas prædictorum incolarum. Et ita iudicatum fuit Arresto pro Comite Tonnariensi aduersus incolas prædicti loci, 14. Iunij 1548. Desumtum ex Lucio.

mosi & libellu dicto is is infamis tus quo modo agere debeat.

XI.

Quoniàm sępe Libelli supplices reperti fuerunt, quibus alterius honos appetitur, & alij quoque inepti super quibus postea Procuratores inquisiti sola denegatione se expediebaot, ideo Arresto prohibitum fuit, ne de cætero amplius libelli supplices offerrentur, nisi ipsorum manibus signati & designati. 12, Decemb. 1483.

Libelli supplices a Procuratore signandi debent.

XII.

Decimanona Martij 1543. Aduocatus quidam in Parlamento Parisiensi peroratione sua Commissarium & examinatorem Castelleti pecunia corruptum fuisse dixit. Postulantibus Triumuiris Regiis interpellatus fuit, vtrum id probare posset. Cliens qui aderat, declarauit, id adeo secrerè factum fuisse, vt explorari non possit. Ad hæc Curia illi Commissario Arresto suo nihil aliud iuris fecit seu adiudicauit, quam quod decreuit, verba illa ex peroratione expungenda esse, ac insuper Aduocatis interdixit, ne de cætero amplius huiusmodi criminalia perorationib. suis insererent, nisi explorarum haberent, testes esse, per quos probatiu heri possit sub pœna suspensionis & interdictionis.

Iniuriae in perorātione ... quomodo plectatur.

Simile Arrestum datum fuit 19. die Dec 1573. super iniuriis contentis formula appellationis aduersus Præfectum Prouinium. B.

XIII.

Super appellatione ad Curiā facta à Ioanoe Duterio pharmacopæo Forensi in prouincia Forosegusiensi appellante à processibus factis à Balliuio Forosegusiensi ad instantiam Ioannis Verpillii in actione iniuriarum verbalium per petitionem, exceptiones, replicationes, duplicationes, iudicium è contrariate partium circa facti speciem, iudicium super informando quinque aut sex dilationes dictum fuit & iudicatum Arresto Parisiensi 17. die Iunii 1537. à prædicto Balliuio, dum partes in facto contrarias iudicasset, easque in prædicta causa ordinariè procedere curasset, malè processum, decretum & iudicatum fuisse, omnibusq, irritaris & annullatis, partes remissæ fuerunt seu perendinatæ in mensem proximum, post quem mensem appellatus testes suos producere audiendos & examinandos in iudicio, eoque pacto ius redderetur partib. & summariè procederetur, prout iuris ratio dictat, decerneretque io dicem, qui ita processisset, ipsummet eorum se sistere oportere vt super eo responderet.

Forma procedendi in ... iniuriarum verbalium.

Similiter iudicatum fuit perorante Memynio 14. Iu. 1576. citatusque vt in persona se sisteret Præfectus Mondierius, & rursum inter Ligerium Stauttellum, vinitorem Pictauiensem appellantem à sententia data à Balliuio Bituricensi vel ipsius Locumtenente criminali Biturigib. 4. Ianuarij 1551. & Natalem Ducetum vinitorem pariter & vxorem ipsius appellatos, quod Curia prædicto Locumtenenti criminali iniunxit, vt deinceps causas istiusmodi iniuriarum verbalium summarie discingeret seu terminaret, & in causa iniuriarum testes de plano & ibeo audiret, interdixitque ne sententias suas spreta appellatione exequeretur: nisi in casibus Constitutione comprehensis sub pœna suo nomine damna & interesse

esse partibus præstandi: decreuitq; Arrestum in Sede legi oporteret a die iuridico veloque leuato id curante substituto D. procuratoris Catholici, qui de ea re Curiam intra mensem certioraret 31. seu vlt. die Octobris 1594. in secunda Camera Inquisitionum: agebatur de iniuriis verbalibus prolatis ab vna ex partibus, quæ scilicet alterum publice veneficum vocauerat. Similiter iudicatum alio Arresto, 6. Iulij 1602. inter Ioannem Pinlonium & Mariam Beroniam vxorem ipsius, & Ioannem Pomelettum appellantes à sententia data a Balliuio Bellolocensi & Noualiensi, 19. Iunij 1601. & Ambrosium Paruum appellatum ab altera parte: qua sententia prædictus Balliuius præfatos appellantes sex coronatis multauerat prædicto Paruo quærendis ob iniurias prolatas aduersus prædictum Paruum, pro omni reparatione ciuili seu priuata, damnis & interesse, singulosque dimidio coronato multauit Domino Bellolocæ quærendo, addita prohibitione, ne eo prolabi rursus velint, proposita aliorum exemplari punitione. Curia prædictam appellationem & sententiam, à qua appellatum fuerat Arresto suo citra multam in irritum deduxit, emendando corrigendoque prædictam sententiam, absque expensis, damnis & interesse ab vtraque parte penitus liberauit: ipsisque prohibuit & interdixit, ne se vel facto læderent vel verbis iniuriosis inuicem appeterent, decreuitque D. Daniel Chazeraus, Balliuius Bellolocensis & Noualicensis, summam sex coronatorum, quam pro sportulis sententiæ, quaad probationem allegatarum exceptionum & reprobationum partes admiserat, acceperat, itemque sex coronatorum pro operæ suæ pretio & salario, eo quod inquisitioni celebrandæ institisset, pariterque Rissens Procurator prædicti domini summam trium coronatorum restituere, quam pro eiusdem operæ pretio perceperat, & ad id faciendum cogendos: & substituto prædicti Procuratoris Catholici iniunxit, vti præsens hoc Arrestum executioni tradi curaret, deque ea re intra mensem proximum Curiam certioraret: & prædicto Balliuio, vt similes causas summariè & de plano secundum Constitutionem tractaret, definiret. Notetur de iniuriis cum quæstium seu actum, & de impactis nonnullis pugnorum ictibus. Hæc ratio procedendi frequentissima fuit in causis iniuriarum & leuioribus excessibus tam in Curiis Regiis quam Ecclesiasticis, & promiscuè omnis capturæ decernebantur. id quod Curia præcedentibus Arrestis reformauit & aliis innumeris, & inter cætera vno, quod datum ad causam ampliatam, 19 Februarij 1605 inter Gilbertum Montelonium Curionem Ecclesiæ sancti Bonneti Bituricensis, & antea Ecclesiæ Parochialis Monslazonte (vbi iniuriæ prolatæ fuerant) appellantem ab Officiali Bituricensi tanquam ab abusu a sententiis ab ipso datis, licentia informandi, decreto citationis personalis captura, sui incarceratione, & iis omnibus quæ inde secuta sunt ab vna parte: & Claudium Alexandrum appellatum ab altera. Curia visis grauaminibus, &c. conclusionibus D. Procuratoris Catholici, cui decreto prædictæ Curiæ processus communicatus fuerat, dixit, male, nulliter & abusiue processum, decretum & iudicatum a prædicto Officiali Bituricensi, aduersus prædictum Montelonium appellantem, irritauit & annullauit omnes processus decreuitque vt intra mensem prædictus Officialis Bituricensis in Curia se sisteret, ad respondendum conclusionibus, quas prædictus Procurator Catholicus aduersus ipsum propositurus foret, appellatum in expensas causæ appellationis condemnauit, & saluis prædicto appellanti damnis suis ac interesse aduersus prædictum appellatum & ipsi vicissim exceptionibus suis in contrarium, agebatur de iniuriis verbalibus, quas appellatus aduersus se ab appellante tum ipsius Curione prolatas prætendebat. Hæc lis iuxta Constitutiones Canonicas summariè terminanda erat, cum Iudices Ecclesiastici lites inter Ecclesiasticos ratione vel potestate componere teneantur, præsertim eas, quæ diutius agitatæ, scandalum aut officij diuini intermissionem afferre posse videntur, & si obstinati sint, celeri iudicio terminari, *Can. diffidentes. & can. sequenti. dist. 90. cap. cum ul-le. de R script. cap. penult. de Accusat. cap. v. tem. de dolo & contumacia.* quinimo sportulas accipere non debent, nisi tantum pro consilio, cum reditus habeant Ecclesiasticos, vnde viuant, *cap. cum ab omni*, & ibi Gloss. *de Vita & honest. cleric. extr.* Verum id malè obseruatur, & æque sportulas accipiunt (quamuis eorum officia ipsis gratis conferri debeant) ac Iudices Regii, & carius * coram ipsis litigatur, quam in Sedibus seu Tribunalibus Regiis, eorumque auditoria calumniis, imposturis ac strophis forensibus quæcunque Regia tribunalia longe superant. Axioma igitur est certissimum, in causis iniuriarum verbalium & pro leuibus excessibus summariè procedendum esse, reumque proprio ore defendentem se audiendum, & si iniuriam factam deneget, decernendum; vt actor duos vel tres testes producat, qui summariè audiantur, & non etiam per repetitiones aut cum reo commissionem, & examen ex officio, accusatum admittere in factis suis, vt vocant, iustificatiuis & testium reprobationibus: id quod adeo certum est, vt Arrestis determinatoriis, & inter cætera eo quod datum inter Officiarios Seneschalciæ Pictauiensis pro determinatione ipsorum munerum & officiorum (quod transcriptum extat *cap. 27. Collectionis meæ de Determinationibus*) cognitio de causis iniuriarum verbalium, vt maxime substitutus D. Procuratoris Catholici cum accusatore iunctus esset, atque in solennem agnitionem & satisfactionem multamque arbitrariam concluderent, Locumtenenti ciuili attributa sit: cognitio vero de iniuriis realibus, vbi sanguis effusus aut membrum aliquod ruptum, Locumtenenti criminali. Vide Arrestum 10. *in Append. huius Tit.*

Iudex id, quod plus æquo accepit, restituit.

Aduersus Officiales & Iudices Ecclesiasticos.

Aduersus Officiales Episcoporum.

* Nota illud & pro certo tene, & multo ca[...]

Determinatio inter Iudices ciuiles & criminales pro cognitione de causis iniuriarum.

XIV.

Compluribus Arrestis Parisiensibus maximè notabilis procedendi forma in causis iniuriarum verbalium constituta fuit, quorum primum datum 14. Martij 1507. Eaque hæc est: Quod Iniuria affectus libellum iudici offerre debeat ad habendam commissionem ac licentiam, inquirendi super prolatis prædictis iniuriis: Hoc facto & relata inquisitione alium libellum offerre debet, quo videlicet attenta qualitate iniuriæ, quæ atrox est, sibi venia detur, & permissio agendi ad reparationem seu satisfactionem, itemque decretum ad ducendum eum qui iniurias protulit, ad eas videlicet aut ad probandas aut denegandas, vt & testes, quo scilicet iij properè audiantur, si forte denegatio facta fuerit, consequendæ reparationi & iustitiæ illico: & vero hæc forma in indiuiduo valida declarata fuit Arresto Parisiensi anno 1550. pro Ioanna Chassemia vxore Emeraudi de Curia appellata aduersus Iacobum Faueronium & vxorem ipsius appellantes a Balliuio Forosegusiensi. Itemque altero Arresto, quod datū inter Dionysium Trunellum appellantem ab vna parte, & Vitalem Bessæum appellatum, 1549.

Idem & apertius.

Guenosius notauit hanc Constitutionem esse, quæ hac die in Curia regesta fuit.

XV.

Si reus actione iniuriarum conuentus vice omnium exceptionum dicat, se non le eas dictas, neque eas veras credere, quinimo fateri se, actorem esse virum bonum, & indignum iniuria, a solenni deprecatione & agnitione, itemque à multa pecuniaria liberari debet, in expensas tamen instantiæ condemnandus est, ipsique interdicendum ne de cætero amplius actori conuitietur, eumque diffamet, pœna proposita, itemque actori permittendum vt hanc sententiam pro omni reparatione *a* publicari faciat. Neque enim temere licet, huiusmodi actione & solenni deprecatione & multa pecuniaria viro alioquin bono infamiam inferre ob lubricum linguæ tātū: ac nominatim in huiusmodi materia, quæ absque dubio famosa est, quæque extra ordinem tractari debet, *l. qui iniuriarum. ff. de iniuriis.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Vitali Bessæo appellato & petitore, aduersus Dionysium Trunellum, Selectum Forosegusiensem appellantem & reum in actione iniuriarum, anno 1549.

Iniurians si dictum nolit audiendus est.

a Iniurians condemnandus tantum est, vt recantet in Sede vel in Prætorio Iudicis, & non etiam addendum, *& alibi vbiq.* pro iniuria videlicet verbali: & vero cum huiusmodi senten-

Reparatio & pœna iniuriosi, recantatio.

sententia prolata fuisset, infirmata fuit Arresto, quod datum in Audientia, 17. die Ianuarii 1579. B.

In leuioribus iniuriis sufficit, iniuriantem culpam suam coram Iudice fateri seu recantare, & actorem virum probum adgnoscere, & prolata iniuria indignum, vt verbo, quam dixerit iniuriam reparet, & satis est, si dicat, nollem dictum, nollem factum, & vt Terentius *in Adelph. act. 2. scena 1.* ait: *Nam ego vestra hac, nollem factum, iusiurandum dabitur, te esse indignum iniuria hac.* Plautus *in Amphy tr: Atq; adiurat insuper, nollo se dicta, quæ in me insontem protulit.* Nihilominus in expensas condemnandus est. Vide V. Cl. Franciscum Grimaudetum, *in Tract. suo de causis à dolo excusantibus num. 61.* Si autem iniuriæ totam familiam spectent, veluti si quidam leprosus vocatus fuerit, vel ex stirpe leprosorum; cognati actionem iniuriarum experiri possunt, vt iudicatum fuit Arresto, quod datum in Camera particulari, 12. Ianuarij 1582. quodque refert Robert. *Rer. iudicat. lib. 4. cap. 12.* Fœmina que iniurians condemnata fuit, ad recantandum in iudicio, præsentibus iniuriati cognatis, & decretum, ipsam declarare & adgnoscere debere, familiam aut stirpem eius ab omni suspicione lepræ immunem esse, seque pœnitere, quod illiusmodi iniurias aduersus honorem illius familiæ dixerit & protulerit. I.C.

Quando cognati actionem iniuriarum experiri possint.

XVI.

Si reus iniuriatum verbalium declaret, se nolle à se dicta defendere, & se ea recantare, hoc omnino satis est: neque Iudex ad vlteriorem confessionem aut eorum quæ dicta sunt inficiationem eum adigere, neque actorem ad inquirendum super eo admittere debet. Ac propterea, quoniam Seneschalus Lugdunensis litem ampliauerat aduersus mulierem quandam à mercatore quodam conuentam, eo quod illum furem appellasset, prædictum mercatorem super eo inquisiturum, nõ obstante eo quod prædicta fœmina parem, vt supra, declarationem fecisset, Arresto Parisiensi, quod datum in Maioribus diebus Molini habitis, die Iouis 15. Octobris 1534. appellationes, & id à quo appellatum fuerat, in irritum deductum fuit, parteíq; lite à Curia absq; expensis liberatæ fuerunt.

Simile Arrestum 9. die Februarij 1504. B.

Iniuriato satis esse debet, si iniurians in plena Audientia seu Auditorio, vbi plerumque plurimi ac ratiores viri congregantur, in præsentia horum recantet, seque iniurias à se prolatas indictas velle.

XVII.

Vasallus ob mendacij notam domino impactam feudo suo excidit ipse quandiu superstes est.

Cum Vasallus quidam aduersus Dominum suũ feudalem litigans, eique in iudicio mendacij notam impegisset, per sententiam ad solem eagnitionem, & ad recantandum in iudicio in præsentia Iudicis & Procuratoris Regis condemnatus fuit. Ambo ad Parlamentum Parisiense appellant, in quo Dominus libellum Curiæ offert, eo fine vt declaretur videlicet per illiusmodi iniuriam feudum vasalli sibi commissum esse. Super eo libello vasallus excipit, primum processum siue litem non de feodo fuisse, nec verba hæc feudum spectare, prædictumque libellum à processu longe alienũ esse: & quod magis est, feloniam à se nõ commissam. Dominus ait atroci iniuria se affectum, habita ratione personarum, puta quod ipse Dominus sit, iniurians vero vasallus: & loci, qui est in iudicio & coram Officialib. Regis, Curia Arresto suo, vltimo Decembris 1556. dixit, à vasallo absque grauamine appellatum, qui in expensas & multam condemnatus fuit. Quantum autem ad Domini appellationem attinet, ea & id à quo appellatum fuerat, in irritum deducta, iusque insuper prædicto libello reddendo, declarauit prædicto Domino feudum commissum, quo viuente prædicto vasallo ipse frueretur: ea lege, vt post mortem suã eius vsusfructus simul & proprietas absque infamiæ nota ad ipsius heredes redire debeat.

Arrestum istud repetitur *Titul. de Feudis. art. 18.* Vide Charond. *Lib. 2. Responsor. ar. 16.* Chop. *li. 2. de Domanio Franc. Ti. 8 num. 10.*

XVIII.

Reparatio iniuriæ verbalis quando fieri debeat.

Iudices ordinarij Sancti Desiderij Petrum Viallonium ad solenniter, deprecandum à Simone Iosserando condemnauerant, eo quod cum falsæ monetæ reum appellasset: inde appellatum fuerat, & Arresto Tholosano, quod pronuntiatum Vigilia Pentecostes, 6. Iunij 1579. hoc iudicium reformatũ decretumque fuit, prædictum Viallonium in præsentia Officiariorum prædicti S. Desiderij, & testium in inquisitione super eo facta auditorum declarare oportere, se prædictum Iosserandum virum bonum adgnoscere & habere, prædictusque Iosserandus in expensas causæ appellationis condemnatus. Reliquis capitibus prædictæ sententiæ prædictorum ordinariorum in eo quod videlicet expensas prædicto Iosserando adiudicatas spectat, in effectu suo relictis.

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum III.

I.

Verba irreuerentia aduersus iudicem punitur.

SCabinus quidam Ianuillanus, cum Iudici irreuerenter dixisset, cum scilicet egregium iudicem esse, seque melius ipso iudicaturum, Arresto in multam viginti coronatorum & in expensas condemnatus fuit, 28. Februarij 15[illegible]8.

II.

Verba iniuriosa scripto seu libello aliisque instrumentis iudicialibus inserta, [illegible] multa expungi debent, [illegible] aduersus Ioannem Tellierum, 19. [illegible]

Verba iniuriosa [illegible] expungi debent.

III.

Iniuriis aduersus iudicem delegatum [illegible] multa obnoxia.

Cum recusantes iudicem deputatum & delegatum ad id, quod iniurias aliasque res friuolas & ridiculas proposuissent, in 6. Coronatorum multam condemnati fuissent, super appellatione appellantes non admissibiles declarati, & in multam absque infamiæ nota condemnati fuerunt, 13. Maij 1585. B.

IV.

Idem aduersus Aduocatum Regium.

Cum Sollicitator quidam literis suis euocatoriis Aduocatum Regis Rotomagensem iniuria affecisset, decretum fuit, partem originale seu authenticũ & exscriptum repræsentare seu exhibere debere, vt in præsentia eius dilaceretur, cui si prædicta pars cõtumaciter non paruerit, ab hoc ipso momento eam in summam 100. coronatorum condemnandam, saluo aduersus Sollicitatorem regressu, 19. Decembris 1578. B.

V.

Idem aduersus Locumtenentem criminalem.

Cum Aduocatus quidam Locumtenentem criminalem Meldensem conuiciis appetiisset, cum eũ pro instituto suo recusare deberet, propter irreuerẽtiam & excessum verbis admissum ad relationem Domini Archerij in multam 100. coronatorum, in expensas, & in eodem cœtu ad recantandum condemnatus fuit, 15. Martij 1578. B.

VI.

Excessus à [illegible]

Cum duo nobiles in gratiam Præsidis alicuius Præsidialis, Locumtenẽtem de sede sua seu tribunali de-

Locumtenentem generalem.

li detraxisset vt præsideret, & postea prædictus Locumtenens prædictos nobiles ope & auxilio prædicti Præsidis elapsos captiuos detinuisset, is super informatione prędicti Locumtenentis, in carcerem coniectus fuit: Curia partib. auditis, prædictos nobiles in multam condemnauit, veluti absque vllo grauamine appellantes, & in multam 200. librarum Parisiensium in pauperum alimoniam, & carcerem, & vt prædictum Locumtenentem ambo nudo capite in suam sedem reponerent, Præsesque & Locumtenens ad trium mẽsium spatium officio suspensi seu interdicti. Iudicatum 22. die Martij 1574. iniunctũ Procuratori Regis vt prædictum Arrestum publicari curaret.

VII.

In actione iniuriarũ post condẽnationem pecuniariã, pœnalis repeti nõ potest.

Si iudicium in actione iniuriarum datum fuerit, quamuis pecuniaria duntaxat condemnatio facta fuerit, pœnalis repeti seu resumi amplius non potest. Iudicatum 11. Februarij 1584. B.

VIII.

Iniuriæ & cõuitia prohibita.

Super conuiciis, quæ inter ludendum proferuntur, notandum est Arrestum, quod datũ 7. Februarij 1565. aduersus Bazochios, id est, Amanuenses & pragmaticos forenses ludos suos & iocos solitos exhibẽtes, & prohibitio ipsis facta, ne quem suis iocis, nomine, notisue proderent: quod si secus facerent, ipsorum iuribus priuarentur. B.

IX.

Quando quis non admittatur ad obiiciendum conuitium priuato, & verum quis admitti debeat ad id probandum.

Doctores agitantes quæstionem, vtrum priuato alicui permissum sit, virum aut fœminam iniuriis afficere, ipsisque crimen seu culpam quam admiserint, obiicere, & vtrum ad crimen illud probandum & iniuriam à se prolatam, admitti possit, & an iniuriarum actione teneatur is, qui alteri verum crimen conuitio obiecerit, Bartolus cæterique Doctores supra *l. eum qui nocentem infamauit, non esse bonum & æquum ob eam rẽ condemnari. D. de iniuriis.* existimant, quando Reipub. non interest vitium illud, quod conuicio obiectum fuerit, manifestum fieri: eum qui iniuriauit, actione iniuriarum teneri: verum Didacus Couarruuias *variar resol. lib 1. cap. 11.* tenet, siue vtile sit, vitium seu crimen manifestum esse, siue non, in omni casu, peccatum esse non omnino ab iniuriarũ actione liberum, id quod ait ille, ex intentione iniuriantis iudicandum est, cuius peruersa voluntas rẽ malam, peruersam ac reprehensione dignam reddit, *ex can. cum minister & can. relegantes 23. q. 2.* & veritas conuicij ipsum conuitiatorem non eximit à crimine iniuriæ. *l. Iustissimos. C. de Offic. Rector. Prouinc. l. 3. C. quando & quibus quarta pars debeat. lib. 10.* vbi voluntas & intentio iniuriandi magis, quam veritas conuicij consideratur, & *l. quintiniana de Furtis.* Sic consuluit Oldradus *consil. 52.* & Gai. *practic. obseru. tom. 2. cap. 100.* Fachinæus *lib. 6. controuers. iur. cap. 10.* Aufresius Capellæ Tholos. 127. Iuxta hoc cum quidam à primo Iudice ad probandas iniurias aduersus quẽdam vicinum suũ prolatas veras esse, Arresto, quod post perorationem datum 14. Iul. 15 6. dictum fuit, male iudicatum, interdictumque appellato, ne deinceps eiusmodi actiones intentare vellet. I. C.

X.

Quando iniuriæ verbalis nomine ... li possit ...

Iniurias leues ab atrocib. distingui oportet: cum enim iniuriæ atroces sunt, pro reparatione illarum & ciuiliter & extraordinariè agi potest, & ab informatione ac captura initium duci *l. 37. §. 1. l. vlt. D. de Iniur. & l. vlt. C. eod.* Arnobius *lib. 4. aduersus Gentes. Ne vestras aures, inquit, conuiciis aliquis petulantioribus pulsaret, de atrocibus formulas constituistis iniuriis.* Ac processus istiusmodi Curia Arrestis suis approbauit, quorum vnum datum pro Perretta Combauria appellata, pro qua perorabat Dominus Isaacus Arnaldus, aduersus M. P. G. appellantem à decreto capturæ aduersus se facto à Balliuio Bituricensi vel Locũtenente ipsius criminali Bituricensi, pro quo perorabat Raguellus. Curia appellationes absque multa in irritum deduxit, principalem controuersiam, quæ inter partes erat, euocauit, deque eo ius reddens, cum appellans in præsentia declarasset, se nil nisi quod honorificum probumque esset, de persona appellati nosse, decreuit, vt testimoniales illi traderentur, quibus pro occasione & necessitate vteretur, appellantem vero in expensas viginti coronatis taxatas condemnauit. Alterum pro Antonio Compino & Ioanna Bonaltia vxore eius, mercatore cõmorante in ciuitate Duni regij seu Regioduni Bituricensi appellatis, aduersus Ioannam Chotardam viduam, tunc famulam domesticam Francisci Compini Presbyteri & Prioris Ecclesiæ Collegialis prædicti loci appellantem à sententia quadam, quæ data à Balliuio Bituricensi vel Locumtenente ipsius prædicti Regioduni, 23. Decembr. 1603. qua declaratum fuit, ipsam manifesto satis compertam ac cõuictam, prælatas atroces iniurias aduersus honorem & pudicitiam prædictæ Bonaltiæ in processu protulisse: pro separatione seu satisfactione decreuit, illã in Palatio in præsentia Substituti D. Procuratoris Catholici, prædictæ Bonaltiæ ac testium personarum quas ipsa designatura esset, declarare oportere, se temerè proterue contraque veritatem, iniurias præfatas in processu protulisse ac prædictæ Bonaltiæ improperasse: illas se recantare: Bonaltiam istam bonã honestamq; fœminam adgnoscere, ac insuper in 20. librarum multam Regi inferendam condemnata, pariterq; summam ciuilis & priuati interesse nomine prædictæ Bonaltiæ præstaret, & carcere contineretur vsq; quo prædictam summam solueret, ipsiq; iniunctum vt prædicta ciuitate & districtu in trienniũ excederet, proposita pœna corporalis coercitionis & expensarum, si contrauenisset. Curia in Camera Vacationum, Arresto 19. Septemb. 1605. postquam prædicta Chotarda ob id adscita in Camera de geniculis, declarasset se prædictam Bonaltiam probam honestam fœminam adgnoscere, nec verba iniuriosa, quorum in processu mentio facta fuit, vera putare, veniamq; ab actorib. petere, appellationẽ & sententiam à qua appellatum fuit, in irritum deduxit, absque multa, & nihilominus appellantem in decem libras Parisienses prædictæ Bonaltiæ condemnauit, & in expensas litis illis actoribus exoluendas, ipsisque permisit Arrestum hoc in Acta Regioduni referre. Iniuria hæc erat: Bonaltiã peperisse, antequam nupta fuisset, qualitas appellantis ancillæ videlicet Presbyteri, qui frater erat mariti prædictæ Bonaltiæ pœnam exaggerauit. Conueniens igitur est, iniurias & excessus leuiores, distinguere & separare ab atrocibus, quæ fiunt trib. modis: persona videlicet, tempore aut re: qua de re vide, quæ doctè scripsit Rævardus. *lib. 2. Vario. Iuris, ca. 9.* I. C.

XI.

Quod iniurias verbales * attinet id in Francia obseruatur, de iis neq; ciuiliter neq; criminaliter agi posse, si ab eo die, quo prolatæ fuerint, annus excesserit, *l. 5. C. de iniur.* vt iudicatum fuit compluribus Arrestis, & inter alia eo quod datum in Camera parricidali Parisiis die Sabbathi 19. Iunij 1563. verum si

præter

præter verba etiam verbera accessissent, etiam post annum de iis agi poterit. Iudicatum Arresto in Camera patricidali 12. Maij 1572.

* Quantum ad iniurias scripto, programmatibus affixis & libellis diffamatoriis comprehensas, eos qui eas spargunt, prima vice virgiodemia seu fustigatione, secunda vero vice capite seu vita plecti oportet, iuxta constitutionem Caroli IX. 1562.

TIT. IV. DE INTERDICTO vti possidetis.

Vide D. Ioannem Imbertum *in Instit. suis Forensibus* 1. *cap.* 56. *&* 17. Mansuerium *in praxi sua* & Rebuffum *ad Constitutiones Regias, in Tractat. de materia possess.* & Tit. de Interdictis in Consuetudine Parisiensi, Formola horum interdictorum integra extat apud Tertullianum *lib. Aduersus hæreticos*.

ARRESTVM. I.

Interdicta pro mobilibus quæ non intentantur.

INterdictum vti possidetis pro mobilibus non intentantur *l. 1. §. quotiens, ibi: tunc si res soli sit. ff. vti possid.* at mobilium nomine aliud interdictum est, quod *vtrubi* vocatur, nisi mobilia sub vniuerso comprehenderentur, veluti sub vniuersis & singulis bonis ab hoc vel illo derelictis *, aliave qua ratione. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 14. die Iulij 1537.

Vide Consuetud. Parisiensem *artic.* 97 non pro re mobili, aut singulari, verum pro vniuersitate mobilium, veluti pro successione mobilium.

II.

Interdictū pro officio claustrali danda ersus superiorē, & officiarii aduersus Dominum suum.

Camerarius S. Martini de Campis Arresto Parisiensi anno 1390. interdicto experiens admissus fuit, super officio suo claustrali & eius emolumentis aduersus inquietationem Prioris sui, quantumuis prædictus Prior pro turbatore conuentus in contrariū opponeret, prædictum Camerarium non admittendum interdicto experientem aduersus superiorem suum: atque Arresto postea aduersus prædictum superiorem suum in possessione confirmatus fuit. Ex Galli *quæst.* 173.

Vide Imbert. *in Instit. suis Forensibus. lib.* 1, *tit.* 16. & id quod plene tractatui *in Collectione mea de Determinationibus, cap.* 167. I.C.

III.

Subditus aduersus Dominum non admittitur interdicto experiens.

Subditus aduersus Dominum Iustitiarium seu Iurisdictionem habentē non auditur interdicto experiens: attamen si intra Iurisdictionem aliquam constitutus veluti in conuentu aliquo immunis fit, huiusmodi regula locum non obtinet. Et ita iudicatū fuit pro Conuentu Religiosorum, aduersus Comitem Alençonium, Vicecomitem Bellomontanum, Arresto Parisiensi anno 1394.

IV.

Stylus antiquus abolitus interdictū tribuendi ilico, parte nō audita.

Antiquitus res contentiosa sequestrari solebat, atq; ilico super interdicto ius reddi, citra causæ cognitionem neq; parte audita: attamen hic stylus postea reprobatus fuit, velut iniquus & iniquitatis plenus. Atque ideo hodie partes à Iudice audiuntur, ac nominatim intercedentes seu interdicto sese opponēs auditur super causis, quas allegat seu proponit aduersus interdictum. Prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 26. April. 1531.

Et anno 1557. quod refert Rebuffus *Tit. de Sequestrationibus artic.* 2. *Glos.* 2. *n.* 22. Vide Imbert. *in Instit. suis Forensib. lib.* 1. *tit.* 16. *&* 17. I.C.

V.

Prouisio.

In interdicti instantia nōnisi duæ sunt prouisiones, puta, sequestratio & momenti beneficium: attamen si interdicto experiens filius sit, qui hereditatem patris vindicet: aut vidua, quæ dotem suam aut doariū aut alius quis fauore dignus tam inspecta sui qualitate quàm ipso actionis genere, tum alimenta super bonis decerni non possunt. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Domino Culantio, aduersus Dominam Totouillanam, 13. Febr. 1533.

Aduersus donatarium in possessione constitutum locus non est prouisioni in Interdicto.

VI.

Damna & interesse sequestrata.

Is qui interdicto vicit, vna cum damnis & interesse potius sequestros seu Commissarios, qui administrauerunt, interpellare debet, & non etiam partem seu aduersarium: & si tum ab iis non consequatur quæ consequi debet, veluti fructus qui percipi poterant, vel si non soluendo facti fuerint, tum partem interpellare potest ad residuum consequendum, veluti damna & interesse. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in Camera Domanij, 19. Ianuarij 1547. pro Emerico Rogemuntio aduersus Curioné Cornetensem.

VII.

Damna & interesse in interdicto, quando debentur.

Si in interdicto possessorio citatus in ipso limine dicat, se nihil attentasse ad impediendam possessionem interdicentis, & consentire se, vt in possessione maneat, nullas expensas, damna & interesse debet: verum oportet, vt expresse sese opposuerit, & actualis turbatio facta fuerit: Et ita iudicatū fuit Arresto Parisiensi 1. Martij 1538. Nam damnorum & interesse adiudicatio, ex natura huius interdicti, à consensu huiusmodi non procedit, verum ex contractu tantum, vt si contendatur, vt et possideat, *l. 1. §. inter litigatores, §. sed si inter ipsos. ff. vti possid.*

VIII.

Nuntiatio noui operis ab interdicto diuersa est in eo, quod cui denuntiatio facta fuit, admittatur cautione præstita, omnia in priorem ac pristinū statum restituendi, si decernatur absoluendum opus nuntiatione interruptum. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 25. Septembris 1439. super ædificio molendinorum Ambianensium exstrui cœptorum super ponte, cuius trāsitus angustior eo reddebatur.

Vide Tit. de damno infecto n. 6.

IX.

Idem.

In interdicto iudicatum fuit in contrarium Arresto Parisiensi, 26. Nouembr. 1513. puta Libellus, quo postulata licentia in loco contentioso ædificandi, cautione præstita demoliendi, rejectus fuit.

X.

Idem.

Iuxta supradicta, Arresto Parisiensi, 27. Nouemb. 1514. illustris Dominus Gabriel Chastræus Eques (auus illustrissimi Domini Mareschalli seu Magistri militum Chastræi) à vi seu ab effectu literarum seu rescripti ab ipso obtati depulsus fuit, eo videlicet fine, quo sibi liceret pendente interdicto ædificium continuare, præstita cautione demoliēdi seu destruendi, si id ita postea iudicatum fuerit. Ratio huius rei optima est, quod satius sit iniuriæ alicui in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare, *L. 1. C. quan. lic. vnic. sine Iud. se vendicare.*

XI.

Interdi... per præ...

Inter Iudices Regios & subalternos Dominorū præuentioni locus est in interdicto: Ex compluribus Arrestis quæstio ampliata fuit, vtrum videlicet præ-

dicta

iudicé Regium aut ſubalteroñ pertinent.

dicti Iudices Regii cognitionem ſuper prædicto interdicto abſque reſcripto Regio ſuſcipere poſſint. Poſtea penult. die Nouembris 1547. iudicatum fuit, prædictos Iudices Regios de eo cognoſcere, & abſque Regis commiſſione ſeu mandato, ſimplicibus ſuis literis præuenire poſſe. Hoc ipſum pariter iudicatum fuit anno 1540. inter Antonium Theuenoniū mercatorem Crozetenſem interdicto experientem ab vna parte, & Guichardum Aurilloum Dominum S. Bonoeti excipientem.

Verumtamen ita obſeruatum, vt interdictom inter caſus Regios numeretur, & quod Iudex non Regius, niſi ex ſingulari Reſcripto de eo minime cognoſcere poſſit Iudicatum 9. Iunii. 1578 B. Et poſtea Arreſto determinatum, quod datum in Curia Parlamenti Pariſienſis, inter Officiarios Sedis Præſidialis Riguduli ab vna parte: & Officiarios ciuitatis Montpenſerii ab altera, 11. Iunii 1614. pariter, vt Arreſtis ſupra relatis conſtitutum fuit, nempe præuentioni locum eſſe, niſi hoc obſtet, quod qualitas Iudicis prædicti Montpenſerii, qui Balliuius Pariatus eſt, aut longi temporis poſſeſſio ei hanc prærogatiuam & concurſum cum prædictis Officiariis Regiis attribuerint. Cæterum notandum eſt, cognitionem ſuper omnibus interdictis & cauſis poſſeſſoriis in materia beneficiali & ſpirituali, ad Iudices Regios, excluſis Iudicibus Eccleſiaſticis, pertinere, quoniam videlicet in damna & intereſſe reſoluuntur ſeu reducuntur, de quibus Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere non poteſt, & ob alias rationes, quæ notantur in Arreſtis D. Louetii, *lit. D. arr. 29.*

XII.

Annus interdicti à turbatione incipit.

Interdicto poſſeſſorio locus non eſt ab anno turbationis, tam in Beneficiis, quam in rebus profanis, per Conſtitutionem. Nihilominus in Beneficio annus à capta poſſeſſione & non à morte aut vacatione incipit. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, anno 1540. pro fratre Gilberto Paponio Eleemoſinario Ambiarlenſi aduerſus fratrem Bertraodum de Sallignaco: exturbari autem non poteſt, qui intus non eſt: & interdicto locus factus.

Interdictum poſt annum & diem non admittitur, vt Paponius hic dicit, niſi eo caſu, quo reus nullo titulo nitetur, vide Conſtitutionem Regis Franciſci I. anni 1539. *artic. 62. B.*

XIII.

...ctū ...us ...ſtrū ...let.

Si rei à Iudice captæ nomine proprietarius interdicto experiatur aduerſus Sequeſtrum conſtitutum, prædictus Sequeſter, ſi id poſtulet, ac fidem commiſſionis ſuæ faciat, interdicto abſolui debet. Et quantum ad expenſas ſpectat, eæ illi adiudicari debent, ſi interdicenti, antequam interdicto experiatur, capio ſignificata fuerit, alioquin pronuntiandum eſt citra expenſas: vt iudicatum fuit Arreſto Maiorum dierum Molinenſium, 6. Septembris 1544.

XIV.

...ctū ...ctorē ...valet.

Interdicta non admittuntur & nulla ac impertinentia declarari debent, quæ aduerſus conductorem intra locationis tempus à locatore intentantur, qui vtique ab eis excluditur, velut declaratum fuit Arreſto Pariſienſi aduerſus Dominum Brinonium, 11. Ianuarii 1546. quo ſententia à Præfecto Pariſienſi vel ipſius Locumtenente data infirmata fuit. Prædictus Dominus Brinonius aduerſus inquilinum quendam & conductorē domus ſuæ in platea quinque adamantium Pariſiis interdicto expertus fuerat: & poſteaquam prædictus Conductor prædictam præſcriptionem moratoriam ineptam & nullitatem interdicti oppoſuiſſet, ſuamque conductionem allegaſſet, prædictus Dominus Brinonius eum improbanit, qui ſuo nomine prædictam conductionem celebrauerat, & reſcripta obtulit, quibus reſtitueretur aduerſus apochas à ſe ſignatas ſolutæ penſionis prædictæ locationis, & in omnem euentum adſerebat, interdicto experientē ſe admitti oportere per *l. ſi duo §. cum inquilinus dominum ædes reficere volentem prohibet, atque competere interdictum vti poſſidetis placuit. ff. vti poſſidetis.* Nihilominus Curia prędictum interdictum impertinens declarauit, prędictumq; Dominum Brinonium à reſcripto ſuo depulſit, & decreuit, prædictum inquilinum ad tempus locationis ſuæ fruiturum: Prædictus § *cum inquilinus* ad ipſius caſum ſingularis eſt, qui profecto alius eſt & ſpecialis, nempe quando conductor locatorem in eo quod ei *per l. æde. 3. C. locat.* permiſſum eſt, impediat, videlicet vt conductor æde, quam conductam habet, expelli poſſit, ſi locator ex neceſſitate domum corrigere ſeu inſtaurare voluerit, veluti in prædicto caſu prædictum locatorem experientem interdicto ſuo proteſtari oportet, & Paulus Iuriſconſultus in hiſce terminis conſulit, teſtari dominum non prohibere inquilinum vt habitaret, *l. de ne poſſid.* tet: puta vt eum poſt reparationem factam in prædicta domo reponat & reſtituat. Alioquin in omnibus reliquis caſibus prędictum interdictum nullius momenti, per ea, quæ Vlpianus in his terminis *in l. 1. in fin. prædicto tit. Vti poſſidetis,* ait, ſi vero ab aduerſario, non debet eum propter hoc, quod ab eo poſſidet, vincere: alioquin in omnibus aliis caſibus, locator pro penſione, damnis ac intereſſe, conductorem actione ex locato conuenire poteſt, ſi conductor corrumpat, & in locata male verſetur: & conductori ſi ad tempus conductionis frui impediatur, & in caſu neceſſario, actiones competunt, ex conducto & iniuriarum, *l. qui pendentem 25. ff. de actio. emt.* vt ait Accurſius in *Gloſ. in verb. placuit. præd. §. cum inquilinus.* Simile Arreſtum datum fuit Pariſiis, 23. Nouembris 1543. Species facti hæc erat: Conductor finito tempore conductionis domo excedere nolebat: propterea locator interdictū aduerſus eum experiri cœpit. Is declarat, ſe de poſſeſſione litigare nolle, verum id tantum dicere, locationem à locatore prorogatam fuiſſe: & ad ipſius iuramentum prouocat. Curia pronuntiauit, interdictum abſque ratione intentatum, decreuitq; actorem iurare, aut reo iuſiurandum deferre ſuper prædicta prorogatione facta debere.

Quamuis interdictum aduerſus conductorem aut locatorem non admitteretur: attamen valebit, ſi conductor de proprietate controuerſiam moueat B.

XV.

Procurator Regis in Domanio, in Seneſchalria Borbonienſi interdictum aduerſus incolas Iſeuriæ pro iure, quod vocant, *Blairie*, id eſt, pecuniæ præſtandæ ob ius compaſcuum in fundis, ex quib. iam fructus demeſſi ſunt & collecti, intentauerat. Molini Maioribus diebus D. Mouthelonius Aduocatus Regius repræſentauit, prædictum interdictum male intentatum fuiſſe pro denegato prędicto iure. Regem quippe eum eſſe, qui ſubditos ſuos tueatur & defendat: neque conueniens eſſe, vt ipſe poſtulet, ſe aduerſus ipſos manutenen & defendi: ac prætereа interdictum præſupponere turbationem, quæ ſane à ſubditis ipſius ipſi fieri neque poteſt neque debet. Arreſto 15. Decembris 1534. prędicta querela ſeu interdictum in irritum deductum fuit, atque ineptum declaratū, parteſq; ad Seneſchallum Borboniēſem, vel ipſius Locūtenentē remiſſæ fuerunt, ad procedēdum coram eo ſuper actione confeſſoria de prędicto iure *Blairie.*

Interdicto experiri Procurator Regis nō poteſt.

APPENDX ARRESTORVM

Ad Titulum IV.

I.

EMptor cui res empta tradita non eſt, interdicto experiri non poteſt. Ita iudicatum anno 1531. ex *l. ſi ex ſtipulatione. 5. ff. de acquir. poſſ. B.*

Possessoré actualem esse oportet, qui interdicto vti possidetis experiri vuls est.

Arrestum [illegible] in terminis refertur à Dn Louetio lit. C. Arresto [illegible] iudicatum eum, qui adquiritur, aut eum fondus esse [illegible] contigit, interdictum intentare non posse, nisi realem & actualem possessionem fundi, cuius ratione interdicto experiri vult, nactus fuerit, quæcunque tandem clausula constitutum aut precarii in contractu inserta fuerit: adeo quia is, qui possessionem actualem non habet, nec turbationem prætendere possit, *l. ex stipulatione ff. de acquirend. possess.* ad relationem Dn. Megreti, mense Iulio 1531. cum his æquas sententias tulisset. Vide Ioan. Fabr. *§ retinendæ num. 1. & seq. Instit. de interdict.*

II.

Fructus nó percepti in damnis ac interesse comprehensi.

Vicesimatertia Decembris 1577. Arresto generali, quod in purpura à primo Præside Thuano pronunciatum, iudicatum fuit pro actore quodam exequutionem Arresti postulante, qui possessionem in causa interdicti obtinuerat aduersus turbationem, quæ ei in beneficio suo facta fuerat, vna cum adiudicatione expensarum, damnorum & interesse, fructus, pendente lite caducos, & ab Archidiacono captos, damnis ac interesse connumerandos, & reus turbatorem eos soluere oportere, etiam si eos non percepisset: & interim à petitione sua depulsus, & à petitorio coram Conseruatoribus priuilegiorum Apostolicorum suspensus, vsquequo prædictis satisfecisset. B.

Interdictú trin iudicia, puta duas prouisiones seu momentaneas sententias & definitiuam continet.

Priusquam ab hoc titulo recedamus, notandum est, in interdicto, vti possidetis, tria iudicia pro possessione, quæ controuertitur, continetur: Vnum est sequestri, alterum momentaneæ possessionis, tertium absolutæ, & plenæ manutentionis. Antea quidam super probatione possessionis, quæ ad obtinendum in prædictis tribus iudiciis præstanda est, dubitauerunt. Omnes pro certo ac notorio tenuerunt, in plena manutentione eum, qui illú obtinere velit, plene ac sufficienter de prædicta possessione iusto testium nó reprobato: numero, probasse oportere. Si vtriusque litigantium probationes pares reperiantur, constitutione Regis, quæ cóformis est dispositioni iuris communis, reus obtinere debet. Reus enim possessor eius & prouocatus erit: Actor prouocans erit: non obstante, quod in huiusmodi instantiis vtraq. pars actoris & rei locum obtineat: ambo enim ad eundem finem, nempe, vt manuteneantur tendunt. Quantum ad sequestrú & momenti beneficium pertinet, hæc iudicio maioris momenti & præiudicii non sunt: adeo, vt antiquitus ab iis appellare permissum non fuerit, vt expresse continetur *in l. imperialis. C. [illegible] de mom. possess. sine appell.* & hac ratione abunde erat seu sufficiebat probatio summaria ab vno tantum teste facta, & tenuerunt Barto. & Bald. & eos sequentes, super *l. 2. Vbi in rem actio & l. vnic. C. Quor. bo. [illegible]* attamen Bart. super *l. admonendi ff. de iureiuran* in ea opinione est, suppletorium iusiurandum adiungi oportere. Antiqua praxis in id cósentiebat, quinimo & in minus,

Probatio prouisionis necessaria.

Probatio per vnum testem pro possessione cum iuramento suppletorio abrogata.

ea quippe viatores exequutores interdictorum illeo sequestrabant, verum id omne compluribus Arrestis abrogatum & correctum fuit, vti infra plenius *tit. de Sequestro* declarabitur, nempe, quia perspectum fuit, huiusmodi iudicia, quamuis prouisionalia, reparari que possint, nihilominus magni momenti esse, ac interesse & hac ratione ad ea obtinenda, non minus, ac si de plenaria possessione controuersia foret, plenam probationem requiri. Idem obseruare oportet in interdicto redintegrandæ possessionis, quod interdictum Iurisconsulti nostri, *vnde vi*, appellant. Felinus *super cap. cum Ioannes. de Fid.* post Io. Imol. *super prædicta l. admonendi.* Ratio peremptoria est, quod vnicus testis equidem audiatur fidemq. faciat in causis leuibus, adhibito iureiurando suppletorio, quæque non adeo maioris momenti & præiudicii sunt: verú commodum autem possessionis, siue sequestro, momenti beneficio aut redintegrandæ, haud dubie sane ac perpetuo maximi præiudicii sunt: quicquid Doctores nostri super eo dicere voluerint, nec obstante stylo veteri, quo Exequutores seu apparitores nec auditis partib. nec cognita causa sequestrabant: id quod iniustum ac iniuriarum plenum repertum, penitusque abolitum fuit. Vide de hac materia Imbertum *in suis Inst. Forens. lib. 2. cap. 16.* & id, quod defunctus Guenosius ibi notauit.

Redintegrandæ possessionis interdictum absque plena probatione iudicari nó debet.

TIT. V. DE REDINTEGRANDÆ possessionis interdicto, seu, Vnde vi.

Vide Arrestum 5. *Tit. 12. lib. 8.*

ARRESTUM I.

Spoliatus ante omnia restituendus, vid. cap. sollicite, eod.

POssessor vi spoliatus ante omnia restituendus est: neque pars seu aduersarius admittitur ius proprietatis vel possessionis opponens, nisi prius interdictum vnde vi executioni traditum fuerit, quod vtique priuilegiatum est, *cap. in literis. de restitut. spoliat. l. 1. cum Gloss. ff. de vi & vi armat. & l. si maritus. C. de donat. inter vir. & vxor & cap. 1. de restit. spoliat.* Tres tamen exceptiones addi solent, quarum prima est, si videlicet reus asserere velit, semetipsum naturalem seu verum & pacificum possessorem fuisse. Nam hoc facto possessionem ab actore prætensam excludit, & per consequens, qui possessione deiici non potuit, vt dicit Abbas Siculus *ind. cap. 1.* Neq; enim spoliatio est, possessioné suam continuare, *cap. olim. & cap. cum venissent de restitution spoliatorum*, neque satis foret, litem possessoriam allegare, & quod actor dicere vellet, quamuis possessioni corporali non insisteret, nihilominus se possessorem fuisse: neq; enim authoritate sua vti poterat, seu alterum possessione sua deiicere.

Prima limitatio.

Secunda limitatio.

Secunda limitatio seu exceptio est, si videl. agatur de munimento aliquo seu castro, quod difficulter absque magna vi recuperari non potest: tum enim petitorio seu possessorio agendum est, ac non etiam possessione priuandus, vt ait Paulus *in l. 2. in fine. C. de Edict. Diui Adr. toll.* & Iason *in cap. literas. de restit. spoliat.* Huic limitationi adiici solet, munimentum istud ita occupatum, alteri Principi subiectum esse oportere. Nam si ad eundem Principem tam actor quam reus spectarent, qui scilicet vim & autoritatem suam interponere posset, prædictæ limitationi locus non foret, vt per Iacob. de S. Georgio *in l. fin. de vi. versicul. sexto fallit. ff. de iudiciis.* qui exemplum ponit in Rege Franciæ, qui Princeps est, qui ad omne obsequium cogere potest: & tum aduersus spoliatorem quisquis sit, prædictum axioma præsuppositum seu prædicta regula obseruatur & exercetur, pura, vt spoliatus ante omnia restituatur, atque ideo hoc casu arma, & machinæ seu tormenta, & aliud quodcunque vis genus ad exequutionem adhiberi possunt: iuxta text. *in l. qui restituere. ff. de rei vindicat.* Et ita decretum factumque fuit pro exequendo Arresto quodam Tholosano, quod datum aduersus Regem Nauarræ, pro Comite Bigorrensi, quod Dn. Boerius absque data allegat decis. 238. Tertia limitatio est, si videlicet possessione deiectus in ciuili possessione ficta tátum constitutus fuisset, vti est ea, quæ à defuncto in hæredem continuatur, tum enim redintegrandæ possessionis interdicto experiri non potest, vt per Bald. *in auth. defuncto. C. ad Tertull.* Quanquam in Francia prædicta limitatio difficulter sustineri potest, quandoquidem ex consuetudine hæres se possessorem realem dicit: vt ait Io. Fab. *in §. 1. & in §. retinendæ. Instit. de interd.* Et vero iuxta prædictam consuetudinem in patria iuris scripti, & aduersus prædictam limitationem Arresto Parisiensi, penultim. die Martii 1554. iudicatum fuit pro Anna Biciella tutrice filiæ suæ hæredis defuncti Antonii Durantonii Aduocati in Balliuiatu Forosegusiensi, interdicto redintegrandæ possessionis experiente, aduersus Ioannem Regis Aduocatum in prædicto Balliuiatu, qui eo obtentu, quod prædictus defunctus, cum superstes adhuc esset, & ipse super possessorio quorundam bonorum litigassent, statim post prædictam mortem authoritate priuata bona contentiosa non sequestrata realiter occupauerat: atq; aduersus prædictam actricem opponebat, interdictum vnde vi cum interdicto vti possidetis cumulari non posse, neque locum habere aduersus talem possessorem, qualem se in primo

Tertia limitatio.

mo processu dicebat. Secundo eam non realiter in possessione constitutam fuisse, per fictam possessionem, quæ ex Consuetudine inducitur: verum ab his exceptionibus depulsos fuit, at iudicium super informando à partibus redditum.

II.

Interdictū vnde vi priuilegiatū est ad trahendam causam ad Iudicem Regium.

Dominicella Margareta, vi adhibita Petrum Rayerum Aduocatum in Parlamento Burdegalensi possessione quadam deiecit. Igitur cum metueret, ne sibi consuleret interdicto redintegrādæ possessionis coram Seneschallo Vasatensi, rescriptum à Rege impetrat directum ad iudicem ordinarium Monforensem, quo interdiceretur prædicto Rayero, ne ipsius possessionem turbaret, & in executione rescripti à se impetrati duo eremodicia emeretur. Rayerus rescriptum redintegrandæ possessionis & querelę impetrat, & p̄dictā Dominicellā citari curat. Illa moratoria præscriptione se tuetur: allegat & illico litispēdentiā superiorē repræsentat. Prædictus Seneschallus, vel ipsius Locūtenēs pronūtiat, eā procedere oportere. Illa appellat. Grauaminibus suis ait, omnē litispendentiā esse moratoriā præscriptionē, vt notant Doctor. in c. 1. de litiscōtestat. in 6. Secundo remedium ordinarium iam cœptum fuisse, neque posse vnum ex partibus extraordinarium eligere, vt not. in l. etiam. C. si tut. vel curat. interu. & in l. in causa 2. ff. de Minor. Tertio, quod ex his duobus executio vnius exceptionem alterius pariat, dicto cap. 1. de lite contestat. Nihilominus Arresto Burdegalensi, quod datum 8. Ianuarii 1531. appellatio in irritum deducta fuit, partesque ad prædictum Seneschallum Vasatensem remissæ, corā quo casus priuilegiatus intētatus fuerat, qui alios casus non priuilegiatos ad se trahit, arg. l. ficus §. fi. de accus. Ac præterea huiusmodi litispendentia verisimiliter in fraudem à prædicta Dominicella facta fuerat, quæ præuenire voluerat ad impediendam Rayeri iustitiam: res quæ reprehensionem meretur, l. in fundo ff. de Rei vindicat. Tertio possessor violentus sibi consulere non potest, neque interdicto, neque aliis remediis: is enim possessorem se dicere non potest l. si. quod vi aut clam.

Desumtum ex Decisio. 161. D. Boerii. I. C.

III.

Deuolutarius spoliator nō admittitur.

Fontenæus Aduocatus Ioannis Bonaterii, negotia Domini Maioris Scutiferi de Boisy actoris gerentis, & approbatione libelli à se Curiæ oblati postulantis, dixit, triennium iam elapsum, ex quo de Prioratu Canonice prouisus fuisset, quo post annum fruitus fuerit. Nihilominus Monachum quendam Prioratus istius deuolutum & prouisionem per incapacitatem vel aliter impetrasse, & quanquam Cōstitutione omnibus deuolutariis interdictum sit, ne se vllo modo in possessione beneficiorum, quæ litigiosa reddunt, ingerant, aduersus omnem formam propria autoritate, prædicti Prioratus possessionem occupasse, eoque integrum annum fruitū: eapropter concludere se seu postulare, vt decernatur, prædictum Bonaterium in possessionem restituendum, prout ante spoliationē erat, & Monachus deuolutarius condemnetur in restitutionem fructuū cum expēsis, damnis, ac interesse. Malletus pro Monacho, Prioratui, de quo agitur, annexam esse curam animarum, & prædictum Bonaterium non esse rite prouisum, & nullam habere intentionem, vt Presbyter esse velit, & beneficii possidendi incapacem esse: Offerre tamen se, Curiæ placito seu Senatus decreto parere, ei impēsas, quas fecisset, restituere. Curia Bonaterii libellum approbauit & dixit eū in eadem possessione restituendum, in qua erat ante spoliationem: reumque condemnat ad decedendū possessione, simul etiam in damna, interesse & expensas instantiæ. Die Iouis 3. Aug. 1564.

Vide Arrestum 14. De iure Regio.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum V.

I.

Petitorium cū possessorio iudicari non debet.

FOemina etiam matrimonio repetito, prioris mariti domum iure dotis & pro pactis dotalibus tenens, eius possessione deiecta, Arresto 5. Februarii 1577. restituta fuit. Cæterum Iudex, qui possessorem spoliatum restituere vult, bene attendat, ne petitorium cum possessorio confundat & iudicet, vti cum Præfectus Parisiensis aliquando dixisset, actorem in pristinum statum reponendum, & toto residuo tempore frui debere, dictum fuit, male iudicatum, bene appellatum, in eo quod dixisset, ipsum frui debere. Præterea nota, interdictum redintegrādæ adeo priuilegiatū esse, vt spoliatus in possessione restitui debeat, etiamsi in principali male fundatus esset. Iudicatum pro Domina Moutonia 28. Martii 1577. & omnis audientia spoliatori denegata fuit, vsque quo spoliatum in pristinum statum reposuerit, & pendente lite citatio personalis aduersus huiusmodi spoliatores decreta. Iudicatum perorāte Boutellerio, aduersus Dominum Saintsal, 12. Februarii 1587. B.

TIT. VI. DE MODIS ACquirendæ possessionis.

ARRESTVM I.

Donatarius quando se, aduersus heredē possessorē dicere possit.

DOnator quorundam bonorum, retento sibi vsufructu, per mortem suam donatariū realiter fratrinat suum possessionem constituit, qui ipso adhuc viuente ciuilis tantū possessor erat. Huiusmodi scilicet retentio vsusfructus traditionis instar est, l. quisquis, & l. si qui argentum. §. sed si quid. in. C. de Donat. Et heredes ad impediendam possessionem donatarii non admittuntur. Hi enim ex generali Franciæ consuetudine, nullius alterius rei possessionem, quam eius, in qua defunctus constitutus, cuiusque verus possessor mortis tempore fuit prætendere non possunt, l. nihil aliud est hereditas. ff. de V. S. & l. heredem eiusdem & l. non potest. de Reg. iur. Nec admittitur heres si dicat, donatarium teneri bona sibi donata propriis suisque manibus apprehendere, iuxta textū in l. filiam fratribus ff. ad Trebell. & etiam quod contractus non inducant possessionem iuris, cum facti sint, l. consilio, in fin. ff. de curator. furios. Contrarium enim obseruatur, vt supra dictum fuit, quinimo etsi donatio nascituris facta fuisset. Ac pro priore iudicatū fuit Arresto Burdegalensi mense Ianuario 1519. pro Elia Sarraceno donatario, & appellante à Ioanne Bausseo Consiliario prædictæ Curiæ aduersus Martinum Hamelium & Margaretam Sarracenam vxorem ipsius. Pro posteriore casu, qui est, quando nascituris donatum est, tum Curia maxima parte, secundum donatarios censuisset, lis euocata fuit.

Caput istud desumtum est ex Boerio, decisio. 172. Et est exceptio regulæ seu axiomatis. *Donare neq. tradere, seu retinere non valet.* id est, Donatio absque traditione non valet: neque enim donare & retinere est, cum quis proprietatem alicuius fundi donat, retento sibi ad dies vitæ aut ad tempus vsufructu, aut vbi clausula est Constituti vel precarii, & huiusmodi donatio valet. Consuetudo Parisiensis. *artic.* 275 Nam hoc casu donator facit donatarium possessorem. *l. quod meo D. de acqu. r. poss.* Guido. Pap. *decis.* 268 & 306. I. C.

II.

Donatio mortis causa si non sufficiat. Aliud foret, si quis aduersus hæredem donationem testamentariam aut mortis causa prætenderet: hoc quippe casu donatarius aut legatarius se in possessione constitutum dicere non potest: & necesse est, vt eam ab hærede accipiat, *dicta l. filiam fratribus.* Et ita iudicatum fuit Arresto prædictæ Curiæ Burdegalensis, 1 to Margareta Grammontana, hærede, appellante à Seneschallo Lemouicensi, aduersus Petrum Grammontanum fideicommissarium, 13. Augusti 1521.

III.

Constitutum precarii conditionale. Donatio ab aliquo facta, *si sine liberis decesserit*, cum constituto precarii prædicto casu, *ex nunc prout ex tunc*, donatarium à tempore mortis donatoris in possessione constituit, deficiente conditione liberorum: qui hac ratione bona sibi donata à manibus hæredis accipere non tenetur, *l. quedam. ff de rei vendic. & l. quod meo ff. de acquir possess.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod absque data allegatur à Guid Pap. *quæst.* 263. possessio enim, sicut dominium sub conditione transferri potest, *l. qui absenti. §. primo. ff. de acquir poss.*

IV.

Constitutum precarii valet ad *l. quotiens.* *L. quotiens duobus. C. de rei vend.* vult, quotiens duobus eadem res insolidum iure distrahitur, eum, cui priori tradita est, in detinendo dominio esse potiorem. Et compluribus Arrestis Gratianopolitanis iudicatum fuit, nudum constitutum titulo precarii, nomine emptoris factum, vice traditionis esse: Priorque possessor is est, qui primus à venditore eiusmodi constitutum pro titulo suo habet. Eaque est opinio Alberici de Rosat. *super d. l. quotiens.* Facit gl. ff. fin. approbat. per Bart. *in l. ab emptione. ff. de pactis.* Guid. Pap. prædicta Arresta absque data allegat, *quæst* 113.

Ex duobus qui eundem fundum eo quisierunt, prior is possessione potior est. Contrarium est Arrestum Parisiense allegatum a Charonda *lib.* 11. *Resp.* *c.* *Art.* 62. *& lib.* 5 *cap.* 9 *&* *lib.* 8. 40 58. quod pro secundo emptore datum, quide facto fructus fuerat, aduersus priorem, qui venditori rem venditam locauerat. Iason *in allegata lege l. quotiens* 4. *ait,* eam in donatione a Rege facta locum non habere: vt etiam Molin dicit *super Regu. Cancell. de infirm.* . . *num* 187 vbi tenet, in huiusmodi donatione locum esse regulæ: *Qui prior est tempore, potior est iure.* Chopp. *ad Consuetudines Andegauenses lib.* 1. *c.* 2. *tit.* 1 *n* 4. allegat Arrestum quoddam Parisiense, quod datum 4 Februar. 1548 decreuit

De duobus à Rege ad idem beneficium nominatis. que eo intelligitur, qui prior in Commentarios Regis relatus fuit: quamuis in donatione subsequens fuerit vt dicit Charondas *lib.* 8. *Resp.* 61. vbi refert ita iudicatum fuisse Arresto Curiæ subsidiorum 10. Februar. 1506. *lib.* 5. c 6 tenet, prædictam *l. quotiens.* locum habere in cessione actionis duobus diuersis tempore facta, priorumque occupantem præferri, iuxta Arrestum Parisiense, quod allegat, anni 1549. T.

V.

Constitutum in contractu nullo viciatum ditionis non est. Dominus Tiraquellus *in tractat. suo de constitut in* 3. *part. & 7. limit. n.* 221. ait, se Arresto Parisiensi indicatum vidisse, per clausulam constituti in contractu inutili appositam, possessionem non acquiri, aduersus opinionem quorundam, qui contrarium tenent, per text. *in l.* 1. *§. si vir vxori. ff. de acquir. possess.* qui hac ratione de possessione realiter occupata ac tradita intelligitur; *l. si quis rem. §. voto ff. de pollicitat.*

VI.

Forma notabilis ad firmandam possessionem hæredis. Hæres vniuersalis testamentarius ipso iure possessionem adipiscitur, ex generali Regni Franciæ Consuetudine constitutum, qua *Le mort saisit le vif*, id est, mortuus saisinat, seu in possessione viuum constituit, ac propterea remedium *ex Edicto Diui Adriani* hodie parum admodum prodest, & licet istud remedium, ac pariter interdictum *vti possidetis* à quieto possessore intentari non possint, nihilominus si hæres metuat, ne probationes nonnullæ aduersus testamentum, ex quo hæres est, fabricentur, aut in præiudicium possessionis suæ quid fiat, vt se securum super eo reddat, vel etiam aduersariis suis præludat testamentum suum in iudicio publicari, partesque ad id videndum citari curet, quas sibi aduersas esse prætendit, & aduersus illas postulare, vt iuxta tenorem prædicti testamenti ipse hæreditatis possessor declaretur: ac præterea verus hæres, & aduersus prædictos citatos definitiue in prædicta hæreditate manuteneatur, iuxta *l. diffamari.* 5. *C. de ingen. manum.* Eaque praxis conformis est textui *l.* 1. *Cod. de Carbon. Edict.* secundum vnam interpretationem affertur, & *l.* 5 5. *missam. ff. eod.* vbi Bartolus. Et iuxta eam indicatum, & hæres admissus fuit, Arresto Gratianopolitano, anno 1456.

VII.

Constitutum . . . non admittitur. Super dubio, vtrum videlicet Constitutum precarii à donatore quodam in gratiam donatarii factum, & post eum alterius substituti, post mortem huius primi donatarii valeat: & à secundo donatario extendi possit conditione existente: exempli gratia: Petrus Ioanni donat ea lege, vt post mortem ipsius omnia ad Martinum perueniant, & vtriusque nomine respectu Petrus se possidere, & titulo precarii tenere constituit: super eo, inquam, Arresta contraria data fuerunt, puta, Parlamenti Parisiensis, quod allegat Dominus Tiraquellus datum fuisse in Maiori Camera Inquisitionum, 9. Martii, anno 1548. inter Ioannem Bourgesium, & Ioannem Chazereum pro negatiua: & quod per eiusmodi constitutum prior donatarius realis possessor fieri possit, verum posterior non item, iuxta opinionem Guidon. Pap. *quæst.* 512. *in decis.* & Corn, *consil.* 175. & Stephan. Bertrand. *consil.* 276. Alterum Arrestum datum fuit in Maiori Consilio, quod allegat absque data Imbertus tam *in Institut. suis forensibus*, quam *in Enchiridio*, prædictum Constitutum posteriori donatario prodesse, iuxta opinionem Decii *consil.* 239. & Dom. Præsidis Boerii *q.* 172. nulla facti differentia constituta. Ad cautelam ad euitanda eiusmodi dubia, prædictus Imbertus suadet, vt donator expresse se nomine primi donatarii titulo precarii tenere possessionem constituat, seque insuper velle ac decernere, vt prædicta possessio primi donatarii existente conditione, commodo & vsui vltimi ac substituti cedat, ita vt prædictus primus donatarius tanquam vsufructuarius pro secundo donatario fruatur: & post mortem prioris, vsusfructus proprietati in persona posterioris consolidetur. Nihilominus tamen cum prædicto Imberto ita censerem, licet à donatore constitutum precarii nonnisi ad vtilitatem primi donatarii factum sit, secundum donatarium effectu istius constituti frui debere, seque eadem ratione, à qua primum, possessorem asserere. Idque verum dubium est: nullum quippe plane dubium foret, si constitutum in fauorem primi donatarii factum esset, & existente conditione in fauorem secundi donatarii. Pro his duobus casibus facit lex generalis Franciæ, quæ est: Mortuum saisinare, seu in possessionem constituere viuum ad successionem aptiorem, &c. quæ in omni casu substitutum donatarium possessorem facit, veluti aptiorem, per *l. filiam.* 56. *ff. ad Trebell.* & per ea, quæ ibidem Bartolus. Tum quod donatarius prius donationem cum omnibus qualitatibus, oneribus & conditionibus acceperit, nec aliter facere potuerit. Propterea iis quid detrahere aut derogare ne minimum quidem potest, *l. Caius* 23. *ff. de manumiss.* Ad hæc non est dubium, quin ad secundum dona-

natarium proprietas perueniat & pertineat. Solum dubiũ est de possessione, verũ quoad hoc vnusquisque id, quod ratio flagitat, considerabit, donatorẽ scilicet hæc duo, possessionem & proprietatem eadem ratione ordinare voluisse, & cum de his duobus, proprietate & possessione prouidisset in capite primi donatarii, pari ratione is prouidisse intelligitur in capite secundo, quod secundum donatarium spectat, & si in primo capite tantum constitutum sit, in secundo vero non, id intelligendum esse pro ambobus, quamuis de eo probabiliter disputari possit, ac per aliquas apparentes rationes demonstrari, huiusmodi constitutum ad secundum donatariũ extendi non oportere, quandoquidem pro eo expressum non sit: nihilominus æquum est eo videlicet casu, quo de proprietate nullum dubium mouetur, neque de possessione vllum fieri debere, quæ sicut proprietas, sub conditione acquiri seu tradi potest, *l. qui absens. 38. §. 1. ff de Acquir. poss.* Aduersus hæc iniquissima est & absque rationis fundamento opinio Paponii, qui duabus tantum rationibus nititur. Quarum prior est, quod duo eiusdẽ rei possessores eodem tempore esse non possint, id quod neque valet neque perspici potest, hoc casu vbi diuersa tempora sunt, quæ se mutuo impedire nequeunt: constitutum quippe vnius pro suo tempore, & alterius pro suo est. Posterior ratio hæc est, quod constitutum in id tempus collatũ est, quo constituens fruiturus non est. Huic supra satisfactum est *per d. l. qui absens.* Nihilominus prædicta cautio necessaria est, ne in istiusmodi dubia incidamus.

a Communis opinio in contrarium ac melius fundata est iuxta Molinæum in *Annotationibus ad Philipp. Dec. in consilio hic alleg. nu. 7.* & Vallam, *in libr. suo de rebus dub. tract. 2. quæst. 1. num. 22. T.*

VIII.

Ex duobus acquisitoribus iuris luendi, qui primus occupat præfertur.

Arrestum 9. *Tit. 7. de Retractu conuentionali, infra lib. 11.* maxime notabilem limitationem *l. Quotiens.* supra allegatæ cõtinet, puta, ex duobus emtoribus, ex iure Retractus Conuentionalis priorem non præferri, si sibi priori traditam teneri dicat: verum ex illis eum præferendum, licet is posterior emtor sit, qui primus pecuniam obtulit & redemit: in huiusmodi quippe iurium actuali possessione emtor à venditore nec constitui potest nisi redimat.

IX.

Declaratio clausularũ constituti, retentionis vsusfructus & traditionis instrumenti &c.

Donatores, venditores, permutatores aliiue quo modo alienantes, valide absque actuali apprehensione possessionis donatarios aut emtores suos saisinare seu in possessione constituere non possunt, neque rẽ donatam aut venditam ex nuda conuentione donationis, venditionis aut alterius contractus tradere quæcunque tandem clausulæ additæ fuerint, veluti *saisinauit, inuestiuit, tradidit, possessione sese exuit, deuestiuit, &c.* Nam eiusmodi verba neque possessionem neque traditionem important, verum nudã tantum facultatem rem donatam aut venditam propria autoritate citra aliam formam occupandi. Necessario igitur factum contrahentium requiritur, veluti traditio & occupatio actualis, si præter ipsorum cõtractum nihil aliud habeant, qui certe magis in facto, quam in iure consistit, vt probatur per ea, quæ ait Iurisconsultus in *l. Consilio 7. D. de Curat. furios.* Et Nihilominus ius ciuile tria notabilia remedia adinuenit ad cõstituendũ in possessione acquirentẽ absq; facto, quæq; ea solo cõtractu ac nudo cõsensu actualis traditionis & possessionis vicẽ obtinẽt. Primũ est, si vẽditor aut donator tẽpore cõtractus emtori aut donatario tradat instrumentũ, quo antea res donata aut vendita ipsi acquisita fuerat, huiusmodi scil. traditio actualis possessionis loco est, per expressam Cõstitutionem Imperatoris in a *l. 1. C. de Donatio.* Secundum est, clausula constituti, qua donator aut venditor se constituit res à se donatas aut venditas titulo precarii à donatario vel emtore tenere, de quo plene supra in præcedentibus capitibus actum fuit. Tertiũ est, retentio vsus fructus, quod sane prægnantius ac certius est, vt ex iis, quæ infra notabuntur, videri poterit. Clausula constituti inter plures articulos, quibus munita esse debet, quatuor principales cum primis habet, puta: Primus, vt contractus, cui apponitur, validus sit & legitime initus. Nam si inutilis & inualidus sit, prædicta quoque clausula constituti nullius momenti erit. Complures per *legem primam. §. si vir vxori. de acquirenda possess.* contrariũ tenuerũt. Tiraquell. *in tract. suo de Constit.* huc inclinat, & postea ad primã concludit, & ait, ita Arresto Parlamẽti iudicatũ fuisse: puta ad id vt quis possessor rei ex inualido cõtractu ipsi acquisitæ constituatur, clausulam cõstituti nõ sufficere, verum eũ traditionẽ & possessionẽ actualẽ habere oportere, *in 1. parte tract. sui. n. 22.* Secundus est, vt cõstituens tẽpore prædictæ clausulæ constituti, rei, quam vẽdit, donat aut alienat, realis possessor sit. Alioquin nisi possessor sit, prædicta clausula inutilis est: verum si is possessor sit, prædicta clausula sane efficax est & traditionis instar valet, si ab acquirente probetur, autorẽ suũ tum possessorem fuisse. De quo notabile est id, quod definit Paulus Iurisconsultus *in l. Quamuis. 22. §. 1. ff. de acquir. poss.* Species facti est. Proprietarius fundum suum alicui vendit, eiusque nomine eum se titulo precarii tenere constituit, eumque insuper pro certa annua pensione ab emptore conducit. Is postea eundem alteri sub eodem constituto & conductione vendit. His vtrique per aliquot annos mercedes præstat. Ad quemnam horum spectabit possessio? priorem emtorem & locatorem possessionem per conductorem rectissime retinere, prædictus Iurisconsultus ait. Imbertus in terminis fortioribus præsupponit, secundum emtorem anno & die & amplius actualiter fruitum fuisse: nihilominus eo non obstante, à possessione eum expulsum, & primum acquirentem iudicio dato manutentum seu potiorẽ habitum, *per l. quotiens 5. C. de rei vindicat.* Tertius est, quod oportat, vt prædicta clausula sit de re certa, exempli gratia, fundo aliquo vel alia re limitata ac determinata, non vero de re incerta, veluti de iure, quod in tali vel tali fundo habeo, vel etiam confuse veluti operam vt aiunt, prati aut vineæ in hoc vel illo loco accipiendam & limitandã: vt ait *Ial. cons. 88. vol. 3. & cõs. 147. vol. 2.* Quartus est, cõstitutũ huiusmodi nonnisi de eo, quod venditor aut donator, venditionis aut donationis tẽpore, nõ vero de eo, quod ei post eã acquisitum fuit, intelligi: adeo vt donator vniuersorũ bonorũ præsentiũ & futurorũ, donatarium ex clausula constituti nonnisi bonorum præsentium, non vero futurorum, possessorem constituere possit, per consequentiam eius quod ait Paulus Iurisconsultus *in l. actione 65. §. si post distractam ff. Pro soc.* Veruntamen, si vsusfructus à donatore retentus fuerit non tantum bonorum præsentium, verum etiam post adquisitorum traditio facta iure intelligitur: iuxta ea quæ dicit Iustinianus Imperator *in l. si quis argentum. 35. §. sed si quidem. 5. C. de donatio.*

a Quæ ita intelligi debet, vt ait Molinæus ad Constit. Parisiens. *§. 13 Gloss. 5. num. 14.* T.

Nota ad apprehendendam possessionem in Regionibus, in quibus Prætorio pignori locus est *en pays de nantissement*, velut in Picardia, actionem non sufficere: verum possessione reali opus esse & decreto iuris seu iudicis, iuxta consuetudines. B.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VI.

I.

Fruitio pacifica & publica possessionem acquirit.

ETsi Consuetudo aut Statutum requirat, vt possessio per Notarium præsentibus testibus apprehendatur: si tamen quiete ac publice per æquipollens quis fruitus fuerit, possessio valida est, iuxta *l. si mater. 3. C. de instit. & subst. sub condit. & l. cum pater. 77. §. hereditatem. ff. de leg. 2.* id quod confirmatum Arresto aduersus retrahentem quendam, 1. die Decemb. 1564. perorante Thuano. B.

TIT. VII. DE MANVTENtione in possessione Beneficii ex consensu partis aduersæ.

ARRESTVM I.

Beneficia nisi visis titulis, licet partes consentiant, adiudicari nō debent.

ANtea dubitatum fuit, vtrum consensus vnius litigantium in possessorio beneficii absque vllo alio sufficiens sit ad manutentionem ei adiudicandam, in quem est consensum? Anton. Butr. *in c. literis. num. 24. versic. nunquid autem. de restitut. spoliat.* ait quod sic. Veruntamen melius visum fuit, postea prædictum possessorium quodammodo cum proprietate participare: iuxta Glossam *in verb. de liberis. in l. secunda §. quadam. ff. de interdict.* Et propterea iudicium de prædicto possessorio, solo partis consensu fieri non debet, & titulis non visis: verum beneficium sequestrari oportet, interim dum prædictorum titulorum inspectio fiat, vt Boetius *quæst. 79.* Neque ita res se habet, vt in rebus profanis: Beneficia quippe absque titulo possideri non possunt, *cap. 1. de regul. iur. in 6. not. in cap. dilecto. de præbend.* neque pars aduersa beneficiu partis suæ titulum aut ius tribuendi facultatem habet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1534. quo dictum fuit, Iudicem quendam male iudicasse, eo quod litigantem quendam ex solo partis suæ consensu in possessione manutenuisset. Et postea altero Arresto, quod datum Maioribus diebus Molinensibus, 6. Octobr. 1540.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VII.

I.

NVlla manutentio, siue in materia beneficiaria, siue profana, exequutoria iudicati debet insuper habita & non obstante appellatione: ita iudicatum Arresto 27. Ianuar. 1564 B.

TIT. VIII. DE PIGNERAtione Beneficiorum vacantium.

ARRESTVM I.

Moratoria præscriptio super beneficio fisco Regis incorporato.

SI beneficium vacans sub manus, vt aiunt, Regis redactum fuit, id est, incorporatum, & quis se prouisum dicens alterum citari curet, vt ipse in possessione prædicti beneficii manuteneatur, prædictus citatus moratoriam præscriptionem opponere potest, vsquequo manus leuata, id est, pigneratio relaxata fuerit: vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Abbate Sancti Benedicti super Isaram, aduersus de Ligneris.

Huiusmodi pigneratio etiam ob instaurationis defectum, nonnisi ad Iudicem Regium spectat. Arrestum 29 Maii 1571. & complura alia. B.

TIT. IX. DE PACIFICO triennali alicuius beneficii, aliisque temporalibus præscriptionibus aduersus negligentiam ius in eo prætendentium.

ARRESTVM I.

Possessio triennalis interdicto experiendi excludit.

PAcifica possessio, siue beneficii, siue rei profanæ, triennio continuo sequestrum impedit, aliamq; prouisionem in interdicto *vti possidetis.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi Pictauii, 24. die Octobris 1531. Et in materia seculari, partes super prædicta possessione triennali ad incidens de Sequestru contestari debent, nec per saltum seu ilico sequestratio fieri debet: vt compluribus Arrestis Parisiensibus iudicatum fuit, abolito prisco stylo ilico sequestrandi. In materia beneficiaria prædictum triennale maiorem vim obtinet: excludit enim omnes controuersias ex expresso decreto *de pacificis possessoribus,* siue in possessorio, siue in petitorio, in Pragm. sanct. *de pacif. possessor.* & Clem. *vnic. de sequestr. possess.*

Vide Constitutionem anni 1539. qua *artic.* 63. interdicto post annum & diem experiens non admittitur conformiter, *l. 1 ff. vti possidetis. & l. 1. § fin. de interdictis.* B.

II.

Possessio triennalis post momenti adiudicationem.

Decretum *de pacific. possessor.* locum habet, si post momenti beneficium, momentaneus possessor beneficio, triennio completo absque litigio fruatur: id quod tum erit, si post prædictum beneficium momenti pars aduersa litem interruperit, neque de ea amplius egit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1509. inter Ioannem Tillonium appellantem à Seneschallo Andegauensi ab vna parte, & Bartholomæum Boucherium appellatum, qui ex supradicta ratione plenam manutentionem obtinuerat, aduersus rationem *l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. & cap. venerabili. de iud.* ex quibus instantiæ possessoriæ perpetuæ sunt, iuncto eo, quod momenti beneficium absq; contestatione, partibus auditis non iudicetur. Veruntamen si post hæc momenti beneficia causa trium annorum spatio non agitetur, autoritatem Arresti huius sequi oportet.

III.

Idem.

Momentaneus possessor, post momenti beneficium adiudicatū octo aut nouem annis vel amplius pacifice & absque lite, Ecclesia Parochiali, Presbyteratu nō adsumpto, fruitur: Alius beneficium ipsius impetrat, velut vacans per promotionis defectum. Curia Burdegalensis super hac controuersia diu hæsit & dubitauit: nonnulli quippe existimabant, momentaneum possessorem pacificū non esse, eo quod plenum possessorium indecisum mansisset. Maxima pars contrarium censebat, per *cap. licet canon. & c. commissa de elect. in 6.* Abbas & Dd. *in cap super inordinata. de prebend.* Et ita iudicatum fuit Arresto prædictæ Curiæ, quod refertur à D. Boerio.

IV.

Si Papa vnionem cuiusdam beneficii cum altero admiserit, neq; Bullæ superstite Papa expeditæ fuerint, neque possessio beneficii vniti capta, adeo

nionem beneficii vniti. vt omnia ob negligentiam eius, pro quo vnio facta fuit, intra executionem steterint, si interea Beneficiū vacare per mortem incipiat, ab ordinario conferri potest, nulla habita prædictæ vnionis ratione, quæ effectum sortita non est, neque postea is qui vnioni instituit, instantiam suam repetere potest per Bullas, quas sibi expediri *in forma rationi congruit* curabit. Super eo regula est Cancellariæ Sedis Apostolicæ, & text. *in cap. fin. de Concess. præb. in 6.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, pro Portaria S. Pancratii Aginensis.

V.

Possessionem de nouo per nouum titulum apprehendere non est necessarium.

Beneficium per mortem vacans à tribus impetratur. Duo ab ordinario id accipiunt eiusque possessionem capiunt & inter se contendunt. Tertius id à Papa consequitur, primusque in prouisione est: qui neque possessionem apprehendit, neque litem instituit, sed in fauorem vnius litigantium id resignat. Hic litigans, nullam aliam possessionem adprehendit, & in priore adquiescit. Tandem producendo, prædictum titulum producit, qui integro triennio posterior est apprehensa possessione ab aduersa parte: quæ contradicit, seq; aduersus hunc nouum titulum Decreto *de Pacific. possessoribus* tuetur, momēti quippe beneficium habuerat: & ait, si possessio sua litigiosa sit, id non esse ratione prædicti noui tituli, verum partis suæ, quæ titulum ab ordinario habet: & ideo interrumpenti & litiganti solum, & non exteris Decretum prodesse. Seque prædictæ parti suæ dicere posse: *quo ad te liberas ædes habeo. l. loci 4. §. penult. ff. si seruit. vindic.* quæ vna exceptio est, quæ opponi potest tam prouiso, quam cessionario, vt per Cyn. *in l. eius. C. de Compensat. & in l. si quis in rem. ff. de Procurator.* Super hoc Rebuff. Arrestum memorat *in tract. de Pacific. possessor. pag. 24. nu. 167.* Cessionarius dicebat, se ius à Papa habentem, per resignantem suum primū esse, & licet possessionē non apprehendisset, triennium sibi nocere non posse, veluti qui litigauerit & cui necesse non fuit nouam possessionem apprehendere, quam iam alio iure haberet, *§. interdum. Inst. de Rer. diuis.* & Glos. *in tit. de Pacific. possessorib. in verb. coloratum in Pragmat.* nec in beneficiis tam attenditur possessio, quam titulus. *cap. ex frequentibus de instit.* Atquin per prouisionē prædicti tertii Papam præuentum, eamq; præuentionem sufficientem causam esse ad impediendum, ne titulus ordinarii, quem momētaneus possessor habet, coloratus non sit: ac propterea possessionem ipsius quamuis litigiosa non fuisset, nullam esse, vt not. *in c. auditis. de elect. & in cap. si à sede. de præb. in 6.* Iuxta vltimam hanc opinionem, quæ ex maioris partis sententia obtinuit, iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 18. Octobris 1518. præside Domino Boerio, qui hoc Arrestum refert in Decision. 24. pro Ioanne Bellopilo, aduersum Ioannē Verum super Ecclesia parochiali Montboheriana. Simile huic Arrestum extat, quod datum pro Ioanne Mergeo interdicto experiente, super Ecclesia S. Viuiani de Valle, aduersus fratrem Ioannem Baillaudum subrogatum in iure Ioannis Textoris, & Petri Hilareti & Chaudunii Bellomontani excipientes, 7. Nouembris 1522. Et aliud simile Arrestum pro Guilielmo Blanco excipiēte, aduersus Guilielmū Vitalē interdicto experientem, quod datum mense Decembri 1535.

VI.

Decretum de Pacif. possessor. op

Cum dominus Bouguerius pro appellante quodam à Ballinio Monferrandi peroraret, dixit, interdicto actum fuisse aduersus prædictum appellantem pro possessione Beneficii alicuius, quo is triennio cum titulo fruitus fuerat; super quo literas in forma Decreti *de Pacific. possessoribus* impetrauerit, easque ipsum repræsentasse, & loco exceptionis appunctuationem super ea postulasse. Interdicto experientem postulasse, vt titulum suum exhiberet. Reum hodie appellantem respondisse se id facere paratum, si idem à prædicto experiente fieret, qui ait, se ad id non teneri. Decretum fuisse, reum * titulum suum exhibere debere: nunc ab eo se appellare & cōcludere. Igitur repræsentat, eam exhibitione vno contextu fieri oportere, & nominatim prædictum experientem initium facere oportuisse: absque titulo quippe neq; ius in Beneficio aliquo prætendere, neque interdicto experientem admitti posse. Appellatus ait, literas *de Pacific. possessor.* fundatas esse & pendere à titulo, quem exhibere debeat: & licet iure communi, reus, etiamsi nihil præstiterit, actore non probante, liberetur: nihilominus si reus opponat exceptionē, quæ litis contestationem impediat, vt in hoc casu, in quo reus actorem loco exceptionis à lite excludere velit, & interdici ne inquietetur in possessorio aut petitorio, ratione prædicti beneficii, tum reum præcedere oportere & intentionem suam probare, antequam actor ex parte sua tantundem facere cogatur. Eaque est doctrina desumpta & notata *ad cap. vnic. de litis contestat. lib. 6.* Arresto Maioribus diebus Molinensibus, 15. Septembris 1534. dictum fuit, bene iudicatum, male appellatum.

ponere possit in se de titulo suo docere tenetur.

* Necesse enim est, vt is qui Decreto *de Pacific. possessor.* frui vult, titulum, vt minimū coloratum habeat, vt tenet Maynardus *lib. 1. c. 64. Quæst. mar.* & si quis scire cupiat, quis sit titulus coloratus, videat Paponium *in f. su No. arrest. tit. de interdictis & actionibus possessoriis pro bon.* ... Et licet Beneficiatus titulum habeat, ac triennio fruitus fuerit, cum capacem tamen esse oportet ad prædictum beneficium obtinendum, velut si Parochia sit in oppido mœnibus cincto, Graduatum eum esse oportet: alioquin possessio, quamuis triennalis, ei minime prodesse potest, ad obtinendum decretum *de Pacific. possessor.* Maynard. *lib. 1. cap. 56. l. C.*

Decretum istud Curatori alicui ciuitatis alicuius mœnibus cinctæ, nō graduato non prodest.

VII.

Possessor pacificus lite inter alios contestata non turbatur.

Decretum *de Pacific. possessor.* locum habet, nec impediri potest lite intentata aduersus alium, quam pacificum beneficii possessorem, qui perpetuam exceptionem habet, *quod ad te liberas ædes habeo,* desumptam ex *l. loci. § penult. ff. si seru. vindic.* & quæcunque tandem lis super prædicto Beneficio inter alios sit, si actualis possessor in ea non comprehendatur & citetur, ratione prædictæ litis pacificus non ideo minus possessor manet, & prædicto Decreto munitur, vitium enim litigiosi personale est & non reale, iuxta notata *in l. 1. ff. de Litigios.* & quemadmodum ciuilis interruptio possessionis personalis est *l. naturaliter. ff. de vsucapio.* sic idem in hoc casu est. Imo & si aliqua ratione reale esset, res tamen litigiosa reddi non potest, nisi aduersus eum, qui eam actualiter tenet & possidet, agatur: & quantum ad actionem alteri motam attinet, collusio potius erit, quam iusta ratio seu via. Dominus Riantius in consultatione allegabat Arrestum de eo datum, ex certis causis præsumpta collusione.

VIII.

Decretum de Pacific. possessor. locum habet in Beneficio litigioso inter alios, quam pacificum possessorem non turbatum.

Pinardus interdicto experiens, Arrestum de manutentione impetrat aduersus Maillardū excipientem in possessione Beneficii alicuius. Executioni huiusce Arresti Tricaudus se opponit seu intercedit: is ab executore ad Parlamentum remittitur, vbi ait se plus triennio pacificum Beneficii possessorē esse, & consequenter, quæcunque lis inter Pinardum & Maillardum intercessent, quamuis ipso sciente fa-

factum fuisset, attento, quod eo non obstante possessor manserit, neque de facto, neque de iure in possessione sua turbatus fuit, interuenire non teneri, neque de vlla re interdicto experiri, vsquequo turbatus fuerit, vt nunc fiat, cui se opposuerit, atque ideo nunc titulum iustum & validum exhibeat, & asserat, Arrestum istud aduersus se exequutioni tradi non oportere, neq; sibi nocere, neque se vllo modo tangere. Pinardus dicit, Arrestum suum exequutioni tradi debere, eoque facto ipsum aduersus tam Maillardum, quam Tricaudum manutenendũ, quoniam lis inter se & Maillardum, prædicto Tricaudo sciente ac vidente seu palam, agitata fuerit, qui interuenire, ac de titulo suo cum illis litigare potuerit. Tricaudus in causa appellationis literas Regias *de pacif. possessor.* offert, super quo lis seu iudicium constituitur, iuncta instantia exequutionis Arrestorum. Arresto Parisiensi, 14. Augusti 1554. Pinardus à postulatione sua, præscriptionibus & exceptionibus ab ipso adductis super exequutione prædicti Arresti aduersus prædictum Tricaudum depulsus fuit, & in expensas condemnatus, saluo ei interdicto sibi consulendi iure, prout ipsi visum fuit, & ad procedendum super approbatione prædictarum literarum Regiarum *de pacific. possess.* partes ad Præfectum Parisiensem vel eius Locumtenentem remissæ.

Beneficiõ quando litigiosum fiat.

Nota ad reddendum beneficium aliquod litigiosum, & ad impediendam pacificam & triennalem possessionem, citationem solam non sufficere: verum necesse esse, vt quis instantiam, seu litem persequutus fuerit, vt exhibiti tituli, communicatiq; fuerint & litis contestatio facta fuerit, Charond. *lib.1. Respons. c.36.* I.C.

Simoniacus an decreto isto fruatur?

Obiter hic notetur, Simoniacum decreto *de pacif. possessor.* frui seu gaudere non posse. Charond *lib. 1 cap 47* Rebuff. *in tract. de pac. possessor.* Maynardus distinguit inter Simoniam simpliciter conuentionalem, veluti promissione de compensando resignanti facta, & hoc caso eiusmodi Simoniam Decretum non impedire, & ait, eam eius generis esse oportere, vt exprimitur *in Extrauag. cum detestabile de Simon. Can. cum si a eo 1 q 1.* Vide *lib 1 c.51.58 quæstionum suarum.* I.C.

Nota etiam, Decretum istud locũ habere aduersus Regalistam Chopp. *lib.2 de doman. Francia, Tit.9.num.17.* I.C.

IX.

Canonicus triennio possessor a Capitulo possessione sua destitui nõ potest, vt præbendam suam præceptori concedat.

Martineus pro Ioanne Fremerto Canonico Nouiodunensi dixit, causam misericordia plenam, & dignam commiseratione ex parte prædicti appellantis esse: Eum præbenda quadam Nouiodunensi ex causa permutationis prouisum fuisse: receptum in Capitulo, iura exoluisse, quę magna sunt, summamq; quadringentarum librarum excedunt: pacifice triennio scientibus omnibus seu palam fruitum. Tandem postquam Maior & Scabini Nouiodunenses diploma impetrassent pro præbenda quadam in eo consequenda pro præceptore Scholarum, seu studiosorum, conuenisse, & conclusionem capitularem confecisse, qua declarauerint præbẽdam, quæ nuper vacauerat, prædicto Ludimagistro tradi & offerri oportere. Postea aliam capitularem conclusionem fecisse, qua declarauerint præbendam appellantis postremam fuisse, & per hoc de possessione dimouisse eum, qui tribus annis fruitus fuerat ab eo se tanquam ab abusu appellare & concludere. Thuanus pro Decanis & Canonicis Nouiodunensibus ait, Maiorem & Scabinos Nouiodunẽses longo tempore sumptus prædicti Ludimagistri tolerasse, & fatigatos diploma à Rege impetrasse, sustinendis istis expensis præbendam quandam, quæ prima post Edictum vacauerit, destinare iuxta has regias literas, atque ipsis obtemperando destinasse se præbendam quandam, & declarasse appellantis præbendam vltimam vacantem esse, tenera scilicet illam vltimam vacantem fuisse, primamque à publicatione Edicti in Curia: dixit, eos nihil hac parte aliud fecisse, quam voluntatem Regis exequi & implere. Menilius pro Procuratore Catholico dixit, ex parte Capituli magnos affectus dominari: id enim triennio pacifice ex causa permutationis fruitum fuisse, quod non sit vacationis genus Edicto comprehensum, & quod tum vna vacauerit, & postea alia, quarum non magnam rationem habuerint. Curia dixit, male & abusiue processum, ab appellante bene appellatum, appellatum in expensas causæ appellationis damna ac interesse condemnauit: ac propterea & emendata sententia Curia decreuit, primam vacantem, quæ per mortem vacauerit, destinatam in sumptus & sustentationem prædicti Ludimagistri: ac interea vsquequo id contigerit, prædictum Capitulum & Episcopum centum & viginti libras prædicto Ludimagistro * ex Capitulo suo & ex se soluturos. Id ita iudicatum die Lunæ 27. Nouemb. 1566.

Vsquequo præbenda præceptoralis tradita fuerit, Capitula pensionẽ valore præbendæ præstare debent.

* Vide Charondam *lib.3 Responsor. cap. 61.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IX.

I.

Literas *in forma de pacific. possess.* vigore possessionis sine actu tituli obtinens, momenti beneficium semper impetrat aduersus eum, qui neque Clericus est, neque tonsuratus. Arrestum 15. Iunii 1564. Nota præterea, Regulam *in forma de pacif. possess.* non habere locum in Ptochotrophiis, Nosocomiis, Leprosocomiis. Et hoc tenet Gloss. *in tit. de pragmat. sanct. tit. de pacif. poss. in verb. beneficium. & in verb. officium.* facit *Clem. 1. de preb.* Arrestum 4. April. 1532. B.

Regulæ de pacif. possess. quando locum non habeat.

II.

Vtrum à Capella quadam, quæ certo Canonicorum numero fundata est, præbenda pro præceptore ac iuuentutis moderatore capi possit? Iudicatũ quod non, Arresto 13. Februarii 1599. aduersus Maiorem & Scabinos ciuitatis Barrensis supra Sequanam pro Capellanis Capellæ Regiæ prædicti loci. Charond. *lib. 10. cap 1.* I.C.

TIT. X. DE SEQVESTRIS seu Curatore bonis dando, & Sequestratione.

ARRESTRM PRIMVM.

QVando *a* Decretum de Sequestro seu Curatore bonis dando factum est, partes seu litigatores Sequestros nominare ad administrandas res, de quibus agitur, & in eos consentire, mox Iudex eos constituere debet: neque iudex solus absque partibus ex officio suo eos constituere potest, verum ad id faciendum, spatium eis præbere debet: quo demum elapso, prædicta in delegationem facere potest, & non ante. *l. in venditione. ff. de reb. author. iudic. possid.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 25. Aprilis 1531.

Forma sequestri iudicialis constituendi.

a Post conclusionem in causa prouisioni Sequestri locus non est Molinæus *super Regula Cancellariæ de publicand. resign. num 292. in fin.* Vide Imbert. *lib. 1. Instit. forens. cap. 16. in Glossa, verb. sequestrationem.* T.

II.

Iudex attendere debet, ne litigatoribus permittat effrenem sequestrorum iudicialium seu curatorum bonis numerum, veluti tres eligere: id enim nimis foret. Et quanquam id ita litigatores vellent, iudex id facere non debet. Igitur Sequestrorum nominatio hoc numero, trium videlicet, facta, Arresto Parisiensi, 12. Maii 1533, irrita declarata fuit.

De numero sequestrorum.

III.

Idem.

Attamen si bona per plures Prouincias administranda sint, duo Sequestri seu Curatores per singulas Prouincias ad summum eligi possunt, *arg. l, ex facto. ff. de hared. instit.* & Iudex singulos in singulis Prouinciis constituere debet, & si partes velint, plures constitui, voluntatem ipsorum sequi debet, ita tamen, vt duos non excedat, *arg. l. 1. ff. de tut. & lib.* Prout Arresto Parisiensi iudicatum fuit ad causæ perorationem in Maiore Camera, Domino du F... & Mourelonio perorantibus, 20. die Martii 1524.

IV.

Curator officii claustralis.

In sequestro officii claustralis seu curatore dando, pro officio Monasterii diuino religiosus curator cõstitui solet: pro perceptione vero reditus temporalis, laicus. Si omnia ad mensam Conuentus spectēt, & ab officio diuino separari nõ possint, tum religiosus curator datur, qui ex authoritate Abbatis sui vel Prioris, rationes & reliqua ei, qui in causa vicerit, redditurus est. Et ita iudicatū fuit Arresto Parisiensi, 29. Ianuar. 1534. pro Prioratu Longi-Pontis.

V.

Recusans rem sequestrare apud curatorem, quã pœnam sustinere debeat.

Beneficio contentioso & sequestrari iusso, alter ex litigatoribus sequestrare rem seu in manus sequestri seu curatoris constituti tradere recusat, atque ob hanc recusationem alteri parti momēti beneficium adiudicatur, à quo appellatum fuit Arresto, quod datum ex tempore, 15. Iulii 1537. dictum fuit, male iudicatum, & appellatus ad sequestrandos apud curatorem fructus condemnatus fuit, quos ex prædicto momenti beneficio perceperat, & emendata psiore sententia dictum fuit, intra certum tempus appellantem fructus, de quibus quærebātur, sequestrare cogendum, si id non fecisset, prædicto tempore elapso prædictum appellatum in possessione prædicti beneficii constituendum, & per prouisionem fructus percepturum, vsquequo iudicio momentaneæ vel plenæ possessionis aliter decretum fuisset, tam super restitutione fructuum perceptorum, quam super possessione: & interea beneficium sequestro mansurum. Id intelligendum est de fructibus perceptis & liquidis: nam pro non liquidis satis est cautionem præstari, *l. statuliber rationem. D. de statulib.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 10. die Ianuar. 1535.

Ex Lucio *lib. 2. Placitor. Cur. Tit 4. Art. 9.*

VI.

Sequestrū in speciem executoriū non obstāte appellatione.

Sæpe negotii qualitas, de quo quæritur, vel etiam rei difficultas, iudicibus occasionem præbet decernendi, sequestro nonnisi in speciem locum esse, & tum huiusmodi sententiæ, non obstante appellatione, exequutioni traduntur, æque ac sententiæ de iusta & reali sequestratione. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 9. Augusti, 1499. omnibus Cameris coadunatis.

Luc. *lib. 9. Placit. Cur. Tit. 9. Art. 1.*

VII.

Sequestrū reditus cōtentiosi.

Duo Domini eundem reditum ex eodem fundo prætendunt. Detentores, ne duobus soluere cogerentur, oblatum reditum consignare seu deponere separatos aiunt. Seneschallus Santonensis reditum istum sequestrat, à quo vnus Dominorum appellat. Pro detētatoribus appellatis, aduersus istum appellantem, 12. Martii 1519. Arresto Burdegalensi dictum fuit, bene iudicatum fuisse, & appellans in expensas & centum solidorum multam condemnatus. Similem controuersiam vidi inter illustrem Artaldum Apchunium Dominum prædicti loci, & Illustrissimum Ludouicum Calniaselinm Dominum prædicti loci, pro reditu quodam Bo...ssallensi ex eodem fundo debito: & quoniam detentatores paratos se aiebant ei soluere, cui decretum fuisset, ac postulabant super hoc negotio sententiam ferri, ne eandem rem bis soluere cogerentur: prædicti Domini apud Acta in Curatorem seu sequestrum consentire coacti fuerunt, qui videlicet constitueretur ad reditum exigendum, cuius postea restitutionem faceret ei, cui tandem decretum fuisset, per Gl. *in l. li... tibus. in verb. restituuntur. C. de agric. & cens. lib. 11.* & Bald. *in l. Lucius Titius & Titia per illum text. ff. famil. hercisc.*

VIII.

Sequestra intuper habita appellatione executoria non sunt.

Constitutio, quæ vult sequestra exequutioni non obstante appellatione tradi, de iis sequestris intelligenda est, quæ partibus auditis decernuntur, & non etiam, quæ per contumacias & eremodicia iudicantur: pars quippe contumaciam purgare potest, atque audienda est. Et ita iudicatum fuit Arresto, quod datum in Maioribus diebus Pictauēsibus, 12. Octobris 1531. Veruntamen si iudex videat, contumaciã veram esse, neque eam excusari posse, ex constitutione, quæ publicata anno 1539. ad executionē pergere potest.

Lucius *eod. lib. 9. Art. 1.*

IX.

Elocationes verum sequestratarum partibus ipsis fieri debent.

* Verum iis citationibus factis fieri debēt.

Quando res litigiosa sequestratur, Sequester seu Curator publice eam elocans, eam alterutri partium addicere neque potest * neque debet, vt maxime vidua foret, quæ repræsentaret desiderium seu cupiditatem commorandi in domo defuncti, si ex contendentibus sit, atque hæc contentio, in qua sequestrum decernitur, procedit ex actione intentata super familia erciscunda, vel à subhastationibus ceptis, vel à sequestratione in interdicto, vel aliter quocunque modo, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi inter illustrem Gabrielem Alegreum, Præfectum Parisiensem ab vna parte, & Comitem Iognacēsem ab altera, inter cætera Arresta Septembralia, anno 1527. & altero Arresto, quod datum inter duos litigatores Parisienses, puta inter dominum Ioannem Briçonnetum ab vna parte, & viduã Antonii Mallii, fine mensis Nouembris, anno 1538. & deinceps alio Arresto 13. Februarii, anno 1543. inter fratres Pradalios & viduam. Et quanquam de iure id fieri possit, & satis sit, si pars, aduersus quam sequestrum decernitur, rem accipiat à curatore titulo locationis, *l. si pignore. §. si post distractum pignus ff. de pignor. actio. l. si aliquam rem & l. qui bona fide ff. de acquir. vel omit. poss.* nihilominus id in causa non est, vt contendens possessione sua deiiciatur: primo, ne vis admittatur: secundo, vt ita partibus occasio præbeatur ad id recta via citra dolum, quod oportet, deueniendi, *l. si is cui. in pr. ff. vt in poss. leg. & l. 3. ff. de acquir. poss. & l. finita. ff. de dam. infecto.*

Lucius.

Desumptum ex Rebuff. *ad Constitutiones in tractat. de Sequestro artic. 1. Gloss. 4.* Arrestum istud extat inter Arresta D. Louetii *lit. S. Arresto* 12. quod datum 8. Februarii 1543. vbi dicitur, alioquin si id admitteretur, id est, si altera partium in possessione reliqueretur, sequestrum hac ratione eludēdum, & hac ratione occasionē præberi ei, qui possideret, litem aliquam perpetuandi & immortalem reddendi. Ibidem Glossator seu qui Commentarium scripsit, ait eo antiquitus Arrestis debitores bonorum suorum pignori captorum custodes esse non potuisse. Vide Choppinum *lib. 3 de Moribus Parisiensium tit. 3. n. 5.* Vindicans vel aliquis ex intercedentibus curator constitui non potest. Dominus Magister *in tractat. de subhastat. cap. 3. n. 2.*

Resignatarios nesequestro...

Notandum est, si plures de possessione beneficii contendentes vno & eodem genere vacationis nitantur, velut omnes per mortem, per inhabilitatem vel apostasiam, per

addictum

cum sit, impedit adversus cæteros, qui ex alia causa vacationis provisionem habent.

delictum, per resignationem absque dubio beneficiũ sequestrari debet. At si partes diuerso genere vacationum nitantur, & inter eos resignatari* aliquis sit, sequestro locus nõ est, verum momentanea possessio resignatario adiudicanda est, prout sæpe iudicatum fuit. Delumtum ex scedis Domini Bussonii.

Nota, sequestrum seu curatorem non posse beneficia præsentare vel conferre, neque etiam reuocare & destituere Officiarios. Choppinus *lib. 3. de Doman. tit. 19 nu. 5.*

APPENDIX ARRESTORVM

Ad Titulum X.

I.

Qui sequestrum postulauit, ab eo post manutentionem postulare potest.

IS, qui sequestrum postulauit, in continenti post manutentionem non ideo minus postulare potest. Iudicatum 1. Iulii 1574. B.

II.

Curatores bonis viciniores constituendi sunt.

Curatores bonis viciniores loco constituẽdi sunt, atque ideo quidam curatores tribus milliaribus à loco pignori capto remoti cum constituti fuissent, hoc onere liberati fuerunt, 4. Februarii 1575. B.

III.

Curatores bonis dati bona conducere nõ possunt.

Curatores bonis dati res pignori captas etiam per procuratorem conducere non possunt. Iudicatum Arresto, 6. Decembris 1581. B.

IV.

Debitore curatoribus non fidente vel si locus munitus sit quid agendum.

Si debitor curatoribus bonorum constitutis non fidat, vel si locus pignori captus, locus sit munitus, qui pignori cepit, id præstare debet, vel sane alii Curatores constituendi sunt, Arrestum, 20. Iunii 1564.

V.

Quænam beneficia non sequestrentur.

Arresto 20. Aprilis 1564. dictum fuit, deinceps fructuum beneficiorũ litigiosorum sequestrationẽ fieri non oportere, si beneficia ad collationem Abbatiarum & Conuentuum priuilegiatorum spectẽt, quæque potestatem habent prouidendi per electionem, & quorum beneficia obedientiaria & reuocabilia sunt: igitur si de his controuertatur à Cellariensi siue Oeconomo domus administratur. Notandum est etiam huiusmodi beneficiariorũ morte, antiquos conductores reditus temporalis prædictorum beneficiorum non mutari, & tandiu eos perfrui, vsque quo tempus conductionis expirauerit. Arrestum 16. die Maii 1564. B.

TIT. XI. DE MOMENTANEA possessione, seu momenti beneficio: *vertunt alii*, de Vindiciis.

Curia cum de momentanea beneficii possessione adiudicanda agitur, summarie procedere solet, ne Ecclesiæ destitutæ relinquantur.

ARRESTVM I.

Sequestrũ beneficii in defectũ iuris vtriusque partis.

IVdex, quam potest maxime, attendere debet, ne beneficia in eorum manus, qui ea prætendunt, delabantur seu perueniãt, absque iusto titulo & capacitate, *cap. 1. de eo qui mitti. in poss. lib. 6.* Et si videat, duobus idem beneficium prætendentibus, iudicioque super momẽtanea possessione constituto, neutrum de titulo valido & capacitate fidẽ facere, neutri etiam momentaneam possessionem adiudicare: verum beneficium sequestrari debet. Et ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, 2. Maii 1548.

Quinimo aduersus Curionem titulum vel possessionem coloratam non habentem, appellantem ab eo, quod ob defectum momentanea possessio deuolutario adiudicata fuerat, partibus remissis Arresto, 6. Iulii 1574. beneficium sequestratum fuit.

II.

Pignerationis relaxatio & momentanea possessio differunt.

Momentanea possessio & pignerationis relaxatio longe differunt. Nam momentanea possessio, nonnisi parte aduersa audita, & productione tituli hinc inde facta, vel exclusione id agendi decernitur seu adiudicatur: at pignerationis relaxatio *μονομερῶς*, neque viso titulo partis aduersæ, neque insuper habita appellatione, executioni tradi potest, vt nec momentanea possessio, quæ adiudicata fuit partibus non auditis: velut per contumaciam facta, vel per præcipitationem: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 13. Martii 1536.

Momentanea possessio non executoria insuper habita appellatione.

III.

Idem.

Si beneficio sequestrato partes processerint non impetrato iure seu iudicio super momentanea possessione, & post inquisitiones peractas, tam super ipsis, quam super titulis, id est, vtriusque vigore, momẽtanea possessio alterutri partiũ adiudicetur, huiusmodi momentanea possessio, insuper habita appellatione executioni tradi nõ potest. Et ita iudicatum fuit, 18. Maii 1508. Nam in momentanea possessione probatio per testes vel testimonia non admittitur.

Lucius *Placitor. Cur. lib. 9. Tit. 10. Ar. 3.*

IV.

Momentanea possessio iudicanda citra partium quæstione seu examine.

Et quod magis est, partes interrogari nõ debent. Et vero iuxta id, cum ante momentaneam possessionem, seu antequam momentanea possessio adiudicaretur, Seneschallus Andegauensis decreuisset, alteram partium seu alterum ex litigatoribus prius examinandum super eo, quod pars aduersa allegasset, puta quod Decretalem aliquam legere non posset, atque ab eo appellatum fuisset, 12. Maii, 1533. Arresto Parisiensi dictum fuit, male iudicatum fuisse, *cap. quam sit. de Cleric. in 6.*

V.

Idem.

Ante momentaneam possessionem, vt modo dictum est, inquisitio fieri non potest: attamen pars aduersa ad agnitionem scripturæ cuiusdam priuatæ seu chirographi adigi potest. Et quanquam Arresto quodam contrarium iudicatum fuerit, nihilominus compluribus aliis arrestis Parisiensibus pro prædicta agnitione iudicatum fuit: ac nominatim in lite super beneficio du Mesnil aduersus Secretarium Prioratus S. Martini de Campis, 19. April. 1531. post Pascha: & itidem Arresto 29. Maii 1526. aduersus Franciscum Puteanum. Hi scilicet, Secretarius & Puteanus respectiue ambo declarati fuerũt ad agnitionem adigendi, ita tamen, vt hac agnitione pars aduersa in instantia de momẽtanea possessione niti non posset, sed tantum in pleno possessorio. Ratio huius rei iustissima hæc est, quod muti possint, & postea difficulter prædicta chirographa adgnosci possent: Et hac ratione conciliantur prædicta Arresta, quæ in speciem contraria erant. Hoc ipsum tamen & de interrogationibus dici posset, quæ omni modo ante momentaneam possessionem interdictæ sunt.

Agnitio chirographi à parte in momentaneam possessione.

VI.

Idem.

In materia beneficiali siue in instãtia subrogationis siue principali, interrogationes fieri, vel partem aduersam super quibusdam articulis iuramẽto præstito respondere cogi ante momẽtaneam possessionem iudicatum nemo postulare potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 27. Iunii 1509. inter fratrem Ioannem Refugium actorem ab vna parte & Petrum Mariam & fratrem Gaufredum de Ambosia ab altera parte. Arrestum istud varium est in eo, quod

instantia

instantia subrogationis in eo inseratur, quæ videbatur nullam communionem habere cum instantia possessionis momentaneæ.

VII.

Idem. Epistolæ etiã adgnitæ in incidenti super momentanea possessione beneficii non admittuntur: & nulla eatum ratione habita ab Ordinario iudicari debet. Et ita sæpe Arrestis Parisiensibus iudicatum fuit, anno 1534.

VIII.

Momentanea possessionem prius executioni tradiã oportet, quam ad principale ptaeu sit pergatur. E duobus super possessorio beneficii cuiusdam contendentibus, is qui momentaneam possessioné impetrauit, super pleno possessorio procedere non tenetur, nisi prius iudicium momentaneæ possessionis penitus executioni traditum fuerit, siue quo ad possessionem beneficii, siue quo ad fructuum restitutionem, siue quo ad expensarum solutionem, si adiudicatæ fuerint. His concordant ex identitate Ioannes Faber & Iason *in §. item Seruiana. inst. de Actio.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 2. Augusti 1512.

Arrestũ 6. Martii 1566. Mense April. 1522. pro quodam G de Ponte aduersus I. Britonem super incidenti quodam iudicatum fuit, iudicio causæ principalis pei supersedendum, vsque quo, qui momentaneam possessionem impetrauit omnes fructus ab eo, aduersus quem momentanea possessio adiudicata fuit, acceperit, dato aliquo temporis spacio ad fructus liquidandos. B.

IX.

Momentaneam possessionem qui Arresto impetrauit, ad quid teneatur. Etsi is, qui momentaneam possessionem Arresto impetrauit, cautionem præstare non tenetur, nihilominus, si is causa cadat in pleno possessorio, eadem opera ad omnium fructuum durante possessione perceptorum restitutionem condemnatur. Et ita in materia profana, iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, anno 1394. pro Regina Siciliæ & Hierosolymitana, aduersus Comitem Vicfuenum, pro Comitatu Russiacensi.

X.

Momentaneæ possessor ex Arresto quo non tenetur cautionem præstare de beat. Is qui beneficii alicuius momentaneam possessionem Arrestu impetrauit, cautionem præstare non tenetur. Verum id intelligendum tantum est de cautione fructuum restituendorum: alioquin si mobilia sint, mobilia & iocalia ex fructus defuncti, is qui momenti beneficium impetrauit, eorum possessionem non ante, quam præstita cautione valoris seu æstimationis præstet nomine mobilium, eorum possessionem habere debet. Et iudicatum fuit Arresto Tholosano, 20. Aprilis, 1425. aduersus G Ilbertum Iourdanum, pro æstimatione mobilium Præfecturæ B. Ilomontanæ, cuius momentanea possessio Arresto ipsi adiudicata fuerat, non comprehensis fructibus præstita cautione. Et hæc materia est Speculatoris *in tit. de satisd. cog. §. viso versicul. & nota quod actor.*

XI.

Momentaneus possessor si cautionem non habeat, quid facere debeat. Si qui momentaneam possessionem impetrauit, cautionem præstare non possit, aut nolit, postulare debet, vt beneficium sequestretur, sibique à curatore fructus exigere integrum sit, quãdo cautionem reperierit, vel quando causam tenuerit, seu in causa vicerit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Petro Germano, Canonico Pictauiensi, aduersus Geruasium Coruum appellantem.

XII.

Momentanea possessio quando appellatio... Momentaneæ possessionis executio ab appellatione impediri potest, si manifeste atque illico probet, vel etiam id summarie probare offerat, notabile & irreparabile interesse, quod sibi ea re fieret, vel etiam si de iniquitate & corruptione Iudicum propè re fidē faciat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 21. Iulii 1526. ne suspendatur.

Momentanea possessio Arresto adiudicata non præstita cautione executioni traditur, & regulariter insuper habita appellatione executioni traditur, in fauorem Ecclesiæ, ne viduata sit pastore. B.

XIII.

Idem. Executio momẽtaneæ possessionis inter aliquos adiudicatæ, à tertio opponente seu intercedente, qui in lite neque auditus neque citatus fuit, impeditur, *cap. 1. de caus. possess.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 28. Februarii 1537.

XIV.

Idem. Momẽtanea possessio insuper habita appellatione executoria non est, nisi sex Consiliarii aut Aduocati fori seu Sedis illius ad deliberandum citati fuerint, hique vna cum Iudice signauerint, deque eo Actuarius in breuiculo sententiæ gesta confecerit. Et præterquam quod id Constitutione continetur, ad commonitionem insuper defuncti Do. Capelli Aduocati Regii in parlamento Parisiensi, Arresto decretum mandatumque fuit, tam Iudicibus quam Actuariis districtissimè, 5. Maii 1539. Hanc ad rem allegata sententia Baldi *in cap. 1. fin. de restit.*

Vide supra Arrestum 13.

XV.

Capitulares consuetudo super fructibus præbendæ alicuius abolita. Priuilegium, statutum, aut consuetudo, qua in cõpluribus Ecclesiis collegiatibus aut cathedralibus, fructus Canonicatus alicuius contentiosi (licet vnus litigantium momentaneam possessionem impetrauerit, vel etiam sequestratio decreta fuerit, vel tantum, & vna partium ex consensu alterius ad præsidendum delegata in canonicatu contentioso fuerit) Capitulo acquiruntur, non valent: neque eo obstante, is qui momentaneam possessionem impetrauit, vel etiam in quem tanquam sequest un conuenit, fui debet. Nihilominus tamen prædicti fructus probabiliter tẽpore vacationis Capitulo acquiri possint, dummodo Capitulum de præbendis prouid. fendi ius habeat: aliud fuerit, si non habeat. Eaque in materia, *l. quia sæpe.* vbi Glossa expressa in *verb. collegiatis, de elect. in 6. & cap. præsenti. de offic. ordin. in 6. & cap. cum vos. eod. tit.* Et ita Arresto Burdegalensi, 5. Iunii 1525. iudicatum fuit.

Nona die Iulii 1565. in causa quadam Canonici cuiusdam præbendarii S. Iusti Lugdunensis appellantis tanquam ab abusu, à Consuetudine & Statuto Ecclesiæ suæ, petorante Domino Fabro Aduocato Regio, per prouisionem dictum fuit, maiores & manuales fructus prædictarũ præbendarum æqualiter distribuendos & diuidendos esse, seclusa senioribus electione prædictarũ partium: causa in principali ampliata. B.

XVI.

Momentaneus possessor quãdo cautionem præstare teneatur. Si beneficium sequestratũ fuerit, partesque postea super momentanea possessione processerint iudicioque constituto produxerint, is qui momentaneam possessionem impetrat, cautionem præstare tenetur: verum si eam absque præcedente sequestro obtinuerit, præstandæ cautionis onere grauari non debet: nisi duobus tantum casibus: quorum primus est, si Iudex aliquantum bereat, postea, si appellatum fuerit. Ita Arresto Parisiensi 10. Februarii 1520. iudicatum fuit.

XVII.

Cautio à momento a neo possessore præstita. Si pars, quæ momenti beneficio excidit, videat, cautionem præstitam idoneam non esse, & ad incitas redigi, vel etiam processus tam longe protrahitur, vt

quando recusari seu recusari possit. vt perceptio fructuum longe maior fiat quam vires prædictæ cautionis patiuntur, postulare ea potest vti aduersarius aliam cautionem præstet *l. si ab arbitro. 10. ff. qui satisd. cog. l. Pratoria. 4. ff. de prator. stipulat. & l. si quo tempore. ff. de petit. hered.* Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 20. Aprilis. 1518. ante Pascha, cū agerentur de approbatione similis libelli.

XVIIII.

Momentanea possessio quando principali præiudicet. Iudicium momentaneæ possessionis, aliaque prouisionalia seu momentanea iudicia, principali præiudicant, nisi partes vel vna saltem earum titulos aut probationes in pleno possessorio vel principali præstet, quæ ante prouisionem edita non fuerant: vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi, ad relationem Domini Auberii, 28. Iunii 1555.

APPENDIX ARRESTORVM

Ad Titulum XI.

I.

Falsi accusatio ante momentaneam possessionem non attenditur. SI pars aduersa aduersarii sui titulum falsi insuser, aut impugnet, eo non obstante momentanea possessio iudicari & executioni tradi debet: eiusmodi quippe exceptio falsi in pleno possessorio discutienda est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 3. Aprilis 1521. *per l. lite ordinata. C. de liberal. caus.*

II.

Cessio bonorum fructuum beneficii alicuius nomine non admissa. Is qui fructus percepit, prædictorū fructuum nomine bonis cedere non potest. Ita iudicatum in Parlameto Britanniæ, Arresto, quod datum super causa ampliata, 24. die April. 1557. quo Curia decreuit, Capænum integros fructus Parochiæ Iouensis Rabailio per Arrestum adiudicatæ restituere oportere isque Capænus beneficio cessionis quam fructuum perceptorum nomine facere intendebat, depulsus fuit. Faillus inter Arresta Britaniæ. *fol.* 3. I.C.

TIT. XII. DE PETITORIO post Possessorium.

ARRESTVM I.

Petitorio dirempto, super possessorio litigare amplius non licet. PRior Caldosontanus cum iuri suo, quod in Beneficio quodam haberet, cuiusque possessorii nomine in Parlamento Parisiensi litigauerat haud satis fideret, id egit vt super petitorio prædicti beneficii litem coram Iudice Ecclesiastico induceret. Et hunc in finem tertium quendam actorem in scenam produxit, qui productum in scenam, cæteros ad iudicium pertrahit, & quidem partes, quæ super possessorio iam egerant. Tandem per sententiam, vnus eorum in petitorio Romæ causam aduersus prædictum Priorem Caldonfontanum obtinuit. Hac sententia is, qui obtinuerat munitus in Parlamentum venit, atque ait, hac visa, prædictum Priorem non amplius prędictæ litis super possessorio insistere posse, seque aduersus ipsum obtinere debere, quandoquidem petitorio expedito, possessorium quoque expeditum sit. Et ita iudicatum fuit Arresto anni 1391.

Adde *Arrest. 4. infr.* Idē iudicatum Arresto mense Decembri 1499. nempe actione petitoria contestata eum qui eam intentauit, ad interdictum *Vti possidetis* mouendum non admitti. reusq; manutenendus est aduersus quem vtramque actionem intentauit. Charondas *lib. 5 Respons. cap.* 28. Masuer. *tit. de Actionibus possessoriis, num.* 59 quod pugnare videtur cum *l. naturaliter. §. nihil commune. ff de acquir. poss.* & quādoque possessorium & petitorium cumulari possunt: Quando autem id fieri possit, vide Masuerium *prædicto loco*, Imbertum *instit. forens. lib. 1. cap.* 9. I.C.

Contra *Arrestum VII. Tit. de Curia Libellariorum*

II.

Ne super beneficio Romæ postha litigetur. Antea petitorium Beneficii alicuius Romæ agitari solebat: & complura extant Arresta quæ iudiciorum Romæ agitatorum super Beneficiis Franciæ mentionem faciunt, quorumque rationem Curia habuerit: ac nominatim aduersus Priorem Caldofontanum: cum enim is causa super petitorio Romę cecidisset, ad possessorium in Curia persequendum non amplius admittendum eum declaratum fuit. Arrestum hoc datum anno 1391. Nihilominus postea prohibitum fuit Arresto 27. Ianuarii 1419. ne deinceps super Beneficiis Franciæ lites seu actiones petitoriæ Romæ agitarentur.

Et hinc iuxta Decretum *de Causis in Pragmatica & Concordatis*, vbi constitutum fuit ex autoritate Concilii Basiliensis, neminem Romam pertrahendum, omnesque causas in Prouinciis tractandas, comprehensis etiam causis criminalibus quinimo & in causis appellationum ab Officialibus Archiepiscoporum & Episcoporum, rescriptum à Papa impetrari solet, ad Ecclesiasticos in dignitate eiusdem Prouinciæ constitutos directum, quibus Papa causæ appellationis decisionem delegat, neque necesse est post Concilium Basiliense (quod habitum anno 1433. sub Carolo VII.) Romam litigandi causa proficisci, neque in prima neque in secunda instantia. I. C.

III.

Possessorio dirempto ad petitorium deueniri potest, non ante. Capellanus quidam in Ecclesia Beatæ Virginis Parisiensis habituatus, interdicto experitur coram Dominis Libellariis Palatii super reditu quodam annuo, cuius se possessoré in eoque turbatum à Petro Castello aiebat: & post quam diu in causa ista possessoria litigasset, causa cecidit, & opponens seu intercedens possessione sua contraria manutentus fuit. Igitur Capellanus iste mox aliam viam ingreditur: ac proinde ait & proponit, prædictum reditum annuum ad se ratione Beneficii sui spectare, in his & illis fundis à prædicto Castello possessis constitutum, qui decennio in solutione cessauerit, ac concludit, eum ad reliqua prædictorum annorum sibi soluenda condemnandum. Reus ait, huius ipsius rei nomine inter partes iam antea litem institutam, in qua ipse vicerit: neque actorem absque præiudicio prædictæ sententię eum in modū concludere posse. Sententiis Libellariorum declaratum fuit, actorem non admittendum esse: ab eo is ad Curiam appellat: in qua Arresto anni 1390. dictum fuit, male iudicatum & decretum, reum litigare & excipere oportere: possessorio quippe dirempto actor, prout etiam fecit, ad petitorium deuinire potuit.

IV.

Idem, & declaratio superioris. Vsquequo possessorium omnibus partibus terminatum fuerit, vna partium ad petitorium transire non potest, nisi prędicto possessorio idem renuntiauerit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 3. Ianuarii 1397. inter Cardinalem Tussenum ab vna parte, & fratrem Ioannem Mercerium ab altera parte, super causa Prioratus cuiusdam inter eos contentiosi,

V.

Constitutio anni 1539. Artic. 49. explicata. Constitutio defuncti Regis Francisci, quæ publicata fuit anno 1539. quia is qui in pleno possessorio super beneficio aliquo succubuit, ad petitorium transire non potest, vsquequo possessorium plene executioni traditum, damna & interesse soluta fuerint, ac restitutio fructuū, si adiudicata sit, facta fuerit: Constitutio, inquam, hæc hodie in rebus profanis ex identitate rationis obseruatur. Et ita Arresto Parisiensi iudicatū fuit, 13. die Maii 1544. Et cūprimis notabile est, eam etiam aduersus spoliantē condemnatum locum habere: vt iudicatum fuit altero

Priuilegii interdicti Vade vt.

Arresto

Arresto, pro Domino Montalio, aduersus Dominũ de la Rochebrou in Aruernia anno 1541. in Maiore Camera. Pariterque de expensis iudicatum Arresto 20. de Nouembris anno 1543. pro priore S. Martini de Campis.

Vide Tit. pl. Vnde Vi.

a Alioquin appellatio tanquam ab abusu locum habebit, si Iudex Ecclesiasticus cognitionem de petitorio in materia beneficiaria vindicaret possessorio prius non dirempto, neque sententia executioni tradita, tam in principali quam pro fructibus, damnis, interesse & expensis. D. Bourdinus ad prædictam Constitutionem. I. C.

VI.

Idem. Et quod tẽpus ei præfigatur qui in possessorio obtinuit.

Cæterum hac parte considerandum est, quod si is, qui in possessorio obtinuit, ad impediendam litem in petitorio, longas moras in exequendo iudicio, & damnis ac interesse liquidandis nectat, Iudex certũ tempus definire debeat, intra quod omnia peragãtur, addita denunciatione, Nisi intra prædictum tempus id factum fuerit, eo elapso in petitorio procedere eum teneri, per l. in iure ff. de Reg. iur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Petro Puteano, aduersus Iacobum Vollantium, 4. Decembris 1531.

Vide in append. huius Tit. arr. 1.

VII.

Idem

Constitutio supra dicta ex Arresto quodam Parisiensi desumpta fuit, quod datum 2. die Augusti 1512. pro Dionysio Ioberto, aduersus Dauidem Bonissigneum, qui super Beneficio S. Radegondæ Pictauiensis contendebant.

VIII.

Expensæ sub damnis ac interesse cõprehenduntur.

Prædicta Constitutio de expensis non agit, verũ de damnis tantum & interesse. Dubitatum igitur fuit, vtrum expẽsæ pariter vt reliqua antequam procedere quis teneatur, præstari debeant? Actor quidam in petitorio, aduersus exceptionem rei, qui plenum possessorium obtinuerat: adserebat expensarum in Constitutione mentionem nullam fieri. Officialis decernit, reum absque præiudicio expensarum suarum procedere debere, ut reo restituaris: absque retraditione petitorii: Ab eo prædictus reus, tanquam ab abusu ad Parlamentum Parisiense appellat: vbi Arresto, 22. die Nouembris 1543. dictum fuit, male & abusiue processum & decretum fuisse. Ratio optima est, eo quod verba hæc a Damna & interesse. implicitè expensas * contineant, quæ æque ac damna patrimonium imminuunt, l. quod dicitur 15. ff. de impens. in re dotalib. fact.

* Iidem que hospitii & carceris expensas, Arresto 15. Febr. 1585.

a Desumptum ex Rebuffo ad Constitutiones in Tractat de senten. executor. art. 6. in fin. & allegatur a Choppio lib. 11. de Sacr. Polit. tit. 1 num. 14. Ita videtur sentire Alexander consil. 34. in fin. lib. 5. Veruntamen textus in contrarium est in cap. in nostra de iniur. per quem complures censuerunt, sub dãnis & interesse expensas non comprehendi, prout notatur à Boerio quæst 52. nu. 7. Similiter expensæ damna ac interesse non comprehendunt Gloss. fi. in l. 1. & ibi Bart. & Alexand. in addit. ad Bartol. ff. de alienat. iudic. mut. caus. fa. Bald in l. 3. C. de fructib. & lit. expens. Iason in l. 1. § fin. num. 27. ff. si quis ius dic. non obtẽpera. Boerius præallegato loco num. 5. Rebuff. ad Constitutiones in Tractat. de expen. art. 3. num. Et damna ac interesse, neque principale neq. fructus comprehendunt: super priore decisio est Alexand. Consil. 168 lib. 2. super posteriore Bald in tit. de Pace Constant. § possessiones, in verbo fructibus, in 2. sib. Feudor & Molinæus in Tractat. de eo quod interest, n. 9. in fin. aduersus opinionem Philippi Decii in Rubr. C. de sent. quæ pro eo quod int. prof. In. f. T.

IX.

Damna & interesse non liquida.

Prædicta constitutio nullam inter damna & interesse liquida & non liquida differentiam constituit. Et sæpe contingit, vt propter cognitionẽ, quæ in non re super non liquidis necessaria est, petitorium maxime tardetur, si me retardetur, qua re actori magnum præiudicium fit. Et ideo æquissimum est prædictam Constitutionem ita interpretari, vt liquida prompte soluantur vel eorum nomine, satisfiat & pro reliquis cautio præstetur, iuxta l. statuliber rationem. ff. de statulibe. quæ hanc in rem expressa est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiẽsi, 13. Maii 1544. super cap. 5. allegato.

condemnatus cauerat.

X.

Conductor & colono in actione petitoria non petitorio.

Conductor & colonus in actione petitoria contentus, vt possessione fundi decedat vel rei vindicatione & hyporbecæ declaratione, dominum & proprietarium fundi rantum, à quo fundum habet & possidet, nominare neque eum citare, vt causæ adsistat, tenetur: quia conductor rei restituendæ facultatem non habet, l. officium D. de rei vindicat. quippe eum retineat possessionem nomine domini, l. 18. D. de acquir. l. nunquam §. si seruus, D. de Vsucap. & hæc controuersia inter iuris ciuilis interpretes in d. l. officium, & inter Canonistas in cap. accedens & cap. quoniam, extra. vt lite non contest. agitata fuit, & in ea Canonistarum sententia obtinuit, & secundum eam complurima Arresta data fuerunt: quibus conductores vel coloni post nominationem & designationem dominorum prædictis actionibus cum conuenti fuissent, liberati fuerunt.

rei vindicatione & hypotheca nominare tenetur si satis est ab iis proprietariũ fundi designari.

Choppinus de priuileg. rustic. lib. 3. c. 2. n. 4. super actione petitoria Arrestum quoddã eam in rem refert, 14. Septembris 1563. quod datum post causam peroratam Super actione & declaratione hypothecaria duo Arresta ipse refert, quorum vnum datum Maioribus diebus Pictauiensibus 18. Septembris 1579 alterum Maioribus dieb. Trecensibus, 21. Nouembris 1581. Id quod ita intelligendum est, dummodo dolus & fraus a parte conductorum vel colonorum in nominandis dominis & proprietariis fundorũ non admittatur: suo quippe periculo eos nominare tenentur. Vide q. ust. o. ... 18. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XII.

I.

Executio possessorii in re facta non ita oportet fieri debet, vt præiudicio irreparabile importet.

IN executione iudicii possessorii super re sacra & Ecclesiastica, (quandoquidem in huiuscemodi re potius quasi possessio, quam vera possessio dicitur) quãdo Arresto quis in possessione sua manutenetur & custoditur, in exequendo res figurate, & dicis causa atque in specie in expedire debet potius, quam realiter & de facto: ita videlicet, vt nihil fiat, quod præiudicium facere possit irreparabile & perpetuum. Atque in principali super petitorio partes coram iudice Ecclesiastico litigare deberi, coram quo si aliquid expensarum exigendarum & executioni tradendarum superfit, quantum ad prouisionem pertinet, pars condemnata liquidam summam consignate, pro non liquida cautionem præstare debet, prout Arresto, 8. die Februarii 1563. iudicatum fuit inter Dominum Gumencourtium & Abbatissam Morgueuallensem. Prædictus Gumencourtius appellauerat à reali executione Arresti facta à Domino Riuiere Consiliario, qui nolas seu campanas detrahi turrimque nolariam destrui, labra baptisteria deiici, atque incinctum cœmiterii cuiusdam Capellæ à prædicto domino Gumencourtio in subsidium excitatæ distturbari curauerat: dictumque fuit prædictam executionem mandationem pro prædicta Abbatissa reformando, Et Ecclesiam & cœmiterium muris tantum cincta habere oportere, vsque ad exitum petitorii, & Abbatissã in expensas cõdemnata, & quantum ad appellationem à prædicta Abbatissa interposita à decreto Officialis seu iudicis Ecclesiastici, qui coram se procedi oportere decreuerat

uerat, partes iudicio Curiæ liberatæ fuerant, atque ad prædictum Officialem remissæ sub prędicta conditione. B.

II.

Tempus præstitutũ intra quod exequutio sententiæ liquidationis fructuum terminanda.

Cum Prior quidam aduersus Curionem quendam decimarum ratione seu nomine coram Seneschallo Cenomanensi possessorium impetrasset, Curio Priorem actione super portione congrua coram Officiali seu Iudice Ecclesiastico conuenit. Prior declinat, seu fori præscriptionem opponit, in eamque rem laudata constitutione an. 1539. repræsentat, sententiam super possessione redintegranda nondum prorsus exequutioni traditam, ac propterea non potuisse se portionis congruæ nomine coram Iudice Ecclesiastico citari, quæ vtique petitorium spectet. His non obstantibus Officialis sententia portio congrua Curioni adiudicatur: ab ea Prior tanquam ab abusu appellat: & pro fundamento suo prædictam Constitutionem, complurimaque Arresta, quibus prædicta Constitutio confirmata allegat. Appellatus excipiebat, exceptionem ab appellante coram Iudice Ecclesiastico propositam dilatoriam tantum, peremptam fuisse contestatione & voluntario prædicti Prioris processu. Curia super appellatione tanquam ab abusu, partes Curia sen lita liberauit, citra expensas, ac præterea decreuit, Priorem instantiam executionis sententiæ super liquidatione fructuum, damnorum & interesse, intra statutum ab ea tempus terminari curare oportere: alioquin eo elapso Curioni integrum fore, litem petitoriam pro portione sua congrua persequi. 14. Septembr. 1479. post causam perorataam. Charondas *lib. 1. c. 61. suor. Responsor. & lib. 7. c. 5.* LC.

TIT. XIII. DE REI VINDICATIONE.

ARRESTVM I.

Reparatio turbationis valida exceptio est aduersus petitorem in rei vendicatione.

VLtima die Aprilis 1532. in Parlamento Parisiensi lis agitata & perorata fuit, inter Dominũ Lausinium petitorem seu actorem in rei vindicatione ab vna parte, & Dominum Aubignyum reum ab altera parte. super eo videlicet, quod prædictus Dominus Aubignyus dicebat, se pendente petitoria lite in possessione sua turbari, neque pacifice rebus, de quibus agerent, frui, ac proinde in possessione sua pacifica se relinqui postulabat, & turbationes reparari, asserens, vsquequo id factum fuisset, se in petitorio procedere non cogi. Dominus Lausinius econtra dicebat, prædictum reum in omnem euentum procedere cogi, ac nominatim, quia de turbatione fidem non faceret. Dominus Aduocatus Regios Lizetus huius rei controuersiam duobus verbis expediuit: nempe, etsi Iason *in §. aeque. Instit. de action.* distinguat, vtrum actor ignoret, an vero sciat, vtrum possideat, val non, item, vtrum alius fruatur, possideat, an vero ipse: nihilominus missis his scrupulositatibus, petitorem de re certum esse oportere, priusquam litem instituat. Nam si rei vindicationem instituat, necessario eum agnoscere reum possessorem, *§ omnium. Institut. de action l. fin. C. de rei vindicat. & l. officium. ff. eod.* & si prædictus reus in possessione sua turbetur, posse eum interdicto possessorio sibi consulere, puta, per querelam, si vis adhibita non fuerit, val per interdictum *vnde vi*, si vis adhibita: & aduersus aduersarium suum petitionem instituere posse, qui vtique non admittetur opponens, attenta ipsius confessione in petitorio: proinde si per actionem eo fine sibi consulere possit, multo magis per exceptionem posse, *l. 1. §. quod autem ait. ff. de superficiebus.* Curia Arresto suo prædictum Dom. Aubignyum ad probationem allegatorum admisit, decreuitque, interea, & vsquequo aliter decretum fuisset, litem petitoriam conquiescere oportere.

II.

Cõtestatio in terminis generalibus periculosa. Vid. Art. 1. Const. Rol. Scunone. super litis contestatione, & Arrest. 11. infra de Cautio. & Fideiussoribus.

Dominos Menucontrios actor proposuit & repræsentauit, octuaginta arepennium seu iugerũ terræ numerum, velut intra feudum suum & iurisdictionem Menucourtianam sitorum ad se spectare, atque ideo duplici modo in rei vindicatione concludebat, partim qua Dominus directus, partim vero, qua Dominus vtilis, his verbis, *ad se spectare*, quorum vi ad restitutionem fructuum à nouendecim annis concludebat. Reus absoluendum se in terminis generalibus concludebat: inde ad hanc generalem contestationem secuta sententia, cuius vi super duobus prædictis capitibus responderat, & contrastatus fuerat, nempe prædicta octuaginta iugera intra fundum & iurisdictionem Menucourtianam sita non esse, verum intra feudum & iurisdictionem Gurtimanchensem ad se reum spectare, qui in directo dominio fundatus esset. Item, prædicta octuaginta iugera ad petitorem non spectare. Atq; exinde sequebatur, per prædictam generalem contestationem, ac nominatim, quod ad secundum articulum, negãdo, petitorem vtilem dominum esse, ipsum sibi se offerre velut possessorem, atque ideo pro possessore deinceps habendum, ita quidem, vt si petitor postea dominus & proprietarius prædictarum rerum à se petitarum iudicaretur & declararetur, reus, etsi possessor non esset, in fructus teneretur, eo quod se aduersarium & contradictorem, ceu verum possessorem, exhibuisset. Ab hac sententia super prędicta contestatione prolata ad Curiam appellatũ fuit: at prædictus reus, Consilio in Palatio capto, metuens, ne contestatio ipsius nimium generalis fuisset, diploma Regium in prædicta causa appellationis impetrat, quo sibi liceret, prædictas conclusiones ceu nimium generales exprimere & limitare: Actor adprobationi huius diplomatis intercedit, atque ita iudicium constituunt: Super quo Curia aliquandiu hæsit, tandem vero perspectum fuit & exploratum, reum eadem contestatione, quantum ad primum articulum attinet, adstruisse, prædicta octuaginta iugera intra feudum suum sita esse, non etiam intra feudum actoris: & quoad alterum articulum attinet, eadem pariter contestatione minutatim declarasse, ad quem prędicta octuaginta iugera spectarent, quantum ad vtile dominium pertinet, & quinã ea detinerent & possiderent, designatis & expressis speciatim nominibus prædictorum vtilium dominorum, possessorum & detentatorum: & quamquam non diserte negasset seipsum possessorem esse, perinde tamen esse, cum alios possessores nominaret: duos enim non posse in solidum dominos esse vel possessores eiusdem rei, *l. possideri. §. ex contrario ff. de acquirend. possess.* Atque inde videbatur prædictam contestationem sufficientem esse, eo quod per eam in secundo articulo petitori satisfactum esset, vt iam scire posset, reum possessorem non esse, ac proinde, cum ita certioratus fuisset, in ipso culpa erat, qui rei vindicationem persequeretur aduersus non possessorem: hæc quippe actio necessaria duobus extremis nixa esse debet, puta, vt proprietas rei vindicatæ ad petitorem spectet, & possessio penes reum sit, *l. in rem in princ. ff. de rei vindicat & l. officium. eod. tit. ul.* Igitur si reus in rei vindicatione, q nõ possidet, procedat, & simpliciter contestetur, per denegationem

intentionis petitoris: quamuis postea possessor non reperiatur, pro tali tamen habebitur, atque in fructus condemnabitur, quia se liti obtulit, nisi manifestis probationibus prædictus reus probet, petitorem in ipso limine litis, & ante contestationem vel etiam litis contestatæ tempore exploratum habuisse, se reum non possidere. Neque satis est probare, actorem id post contestationem compertũ habuisse: lite quippe semel contestata, in eodem statu lis decurrere debet, *l. licet. §. idem scribit. ff. de peculio*. Atque ita necessaria est expressa denegatio possessionis: & qui ante iudicium acceptum negat se possidere, actorem non decipit, iuxta *l. is qui se obtulit. cum l. seq. ff. de rei vindicat. & l. qui se liti obtulit ff. de petit. hereditat.* Quapropter, cum prædictus reus in contestatione sua cum, qui prædicta iugera possideret, & velut Villis dominus detineret, designauit, expresse satis ac manifeste actori declarauit, se possessorem non esse. His, inquam, rationibus Arresto Conclusiones in primo processu à reo iuste concludentes declaratæ fuerunt, ob exceptiones videlicet ipsius tam in prædicta Contestatione insertas, quã in cæteris Actis & scripturis iudicialibus, quæ ad contestationem pertinere iudicata fuerunt. Nam si in prædictis scriptis aliud quid inseratur, addatur, quod in prædicta contestatione allegatum non fuit, pars aduersa id expungi curare, atque reiici id postulare potest: at si aduersus ea nihil proponat, in omnibus & per omnia approbantur. Quapropter prædictum diploma Regium liti principali nexum fuit, vt eodem iudicio & Arresto prædicto iudicaretur, secundum prædictos textus, quorum praxis in his articulis singularis est.

Rationes seu exceptiones scripto rus comprehensæ contra cõtestationem reiiciendæ.

Litis contestatio in ciuili negotio intelligitur, cum post petitionem & exceptionem, atque adeo post narrationem negotii iudex officium suum interponit, & iudicium constituit. Ita iudicatum aduersus consignatarios, 2. die Decemb. 1556. Vel etiam, cum reus eremodicium contrahit, atque duobus eremodiciis ab omni exceptionum & defensionum iure excluditur, *ex consuetudine Parisiensi artic. 104*. Atque hæc iudicii constitutio intelligenda, siue iudicium constitutum fuerit ad litem scriptis peragendam, siue ad perorandam per Aduocatum. Ita iudicatum Arresto Curiæ, perorante Domino Antonio Aroaldo pro quodam appellante, qui contrariũ adserebat, 19. Ianuarii 1557. Appellatio vertebatur a iudicio quodã, quo decretũ fuerat, reũ in actione retractus gentilitii procedere oportere iuxta præcedens Decretũ ante biennũ datum, quo decretum fuerat, partes super petitionibus & exceptionibus ad causam per Aduocatos perorandã venire oportere: Appellans scilicet existimabat, decretum istud seu iudicium vim litis contestationis non habere, & sic instantiam retractus extinctam lapsu anni & diei, atque adeo actionem velut annalem præscriptam: verum, vt dixi, contrarium iudicatum, & appellans in multam condemnatus fuit. Vide *Quæst. mons, cap. 95*. I. C.

Litis contestatio quid sit.

Per Decretũ quo ad causam perorãdã, partes conducuntur, litis cõtestatio inducitur.

III.

Vt proprietarium se p[illegible] actor eius rei, quam petit & vindicat, dic[illegible] posse, sufficiens non est probatio, si dicat & prob[illegible] quaquæritur, à quodam, qui eius poss[illegible] adquisiuisse. Nam etsi is, qui in possessione fundi moritur, proprietarius ipsius de[illegible] præsumitur, iuxta ea quæ dicit Accursius *in Glossa sua l. 1. C. de Prim leg. Fisci*, & opinionem Guido. Papæ. *in quæstio. sua 142*. Nihilominus tamen hæc præsumtio non sufficit, & pleniore probatione opus est: ex qua appareat, auctorem istũ factæ cessionis v[illegible] mortis suæ tempore proprietariũ & possessorem fuisse, alioquin reus possessor liberatur. Neque prædicto reo quicquam nocebit, seu obesse poterit declaratio, quam olim fecerit, quod nihil iuris in fundo, de quo nunc quæritur, vindicet seu prætendat. Nuda hæc quippe declaratio quacunque tandem ratione facta declaranti non obest, neque petitori prodest: eamque in rem singularis est *l. nec vtilem. D. ex quib. caus. maior.* ex qua colligi potest, proprietarium nuda declaratione, vel aliter quam expressa cessione alteri facta, proprietatem à se abdicare non posse: neque enim (quæ ipsissima verba sunt Papiniani *in prædicta l. nec vtilem*) intelligitur amissum, quod oblatum alteri non est. Attamen istud de proprietate & non etiã de possessione intelligitur, & Vlpianus notabiliter declarat *in l. si quis. 7. §. differentia. ff de acquir. poss. Differentia, inquit, inter dominium & possessionem hæc est: quod dominium nihilominus eius manet, qui dominus esse non vult: possessio autem recedit, vt quisque constituit nolle possidere. Si quis igitur ea mente possessionem tradidit, vt postea ei restituatur, desinit possidere.* In eam rem expressum est etiam, quod Paulus scribit *in l. possideri §. in amittenda. eod. tit. In amittenda, inquit, possessione, affectio eius, qui possidet, intuenda est. Itaque si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere, protinus amittis possessionem. Igitur amitti & solo animo potest, quamuis animo acquiri non potest.*

Proprietas seu dominium nõ sufficienter probatur per simplicem possessionem defunctoris vel auctoris ipsius.

Nuda declaratio, quod quis in fundo alio nihil iuris habet nil obest, nisi cessio alteri facta fuerit.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum XIII.

I.

REi vindicatio locum non habet rei in aliam naturam & qualitatem mutatæ nomine: velut si quis pecuniam loco massæ vindicaret *l. 1. C. quo. & quib. quart. pars.* Cæterum nota, actionem ad exhibendum esse præparatoriam rei vindicationis, & reus instrumentum, quo se iactauit, exhibere tenetur. Arrestũ 13. Decembris 1568. B.

Rei vindicatio pro re mutata locum nõ habet.

TIT. XIV. DE DESCENSV in rem præsentem, seu, locorum, quorum nomine controuersia est, lustratione & oculari inspectione.

Vingen-[illegible]

ARRESTVM I.

HEreditatis petitor vel bonorum relictorum, dominiorum, Baronatuum, & similium rerum vniuersalium r oculis subiicere non tenetur, neque exprimere minutatim singula istius Vniuersitatis. Et ita dictum fuit Arresto Parisiensi aduersus Dominum de Tertida, super interdicto aduersus ipsum intentato, dimidiæ partis Vicecomitatus G. ynensis nomine, anno 1391. Et al[illegible] simili Arresto pro Comitissa Barrensi, aduersus Ducem Burgundiæ.

Petitor iuris vniuersi alicuius, loca singula oculis subiicere non tenetur.

Carondas *lib. 7. Respons. artic. 95* Arrestum quoddam Parlamenti Parisiensis laudat, [illegible] Iunii 1 82. quo iudicatum fuit, in petitione rerum seu iurium vniuersalium oculari inspectioni locum non esse: & alterum vltima die Decembris, 1556 quo iudicatum fuit, ea[illegible] actionem postulantem rei iudicatæ seu Arresti super familia erciscunda aduersus tertium detentatorem cuiusdam fundi, petitoris ad familiam seu successionem, quæ erciscenda seu diuidenda est, non tenere oculis eius subiicere. T.

II.

Illustris Claudius Cremiaucensis Eques, prædicti loci dominus recentari seu renouari curans libros suos censuales seu polyptycha, & professiones, Claudium Gonarium & ipsius consortes subditos suos & iurisdictioni suæ suppositos, in Curia Libellariorum Palatii, apud quos fori præscriptionem habet, eo quod nobilis domus Regiæ esset, conuenit, ipsisque certos fundos scripto designat, quos ab ipsis possessos dicat à directo dominio suo mouentes, atque ideo postulat & concludit, vti sibi nouam professionem facere seu edere teneantur censuum seu redituum debitorum tam in frumento, quam

Dominus directus cõsus sui nomine ocularem demõstrationẽ facere non tenetur.

in pecunia, quibus videlicet prædicti fundi onerati sunt & nexi, & iuxta antiquas prædecessorum ipsorum professiones. Ad hanc postulationem prædicti oculatem inspectionem prædictorum fundorum postulant: Actor replicat ex designatione, quam ipsis dederit, adscriptis finibus & terminis satis intelligere posse, quid possideant. Iudicio * Libellatiorum dictum fuit, citra prædictam ocularem lustrationem eius actioné excipere oportere. Inde ad Parlamentum appellant, vbi causa à partibus perorata, Dn. Marillacus Aduocatus Regius dixit, rem istam ad exemplum pertinere. Nam si, quoties dominus polyptycha sua recentare volet, vt sciatur, quinam ipsi census debeant, necesse sit, singulorum nomine ocularem inspectionem peragere, seu in rem præsentem descendere, eo rem redigendam, vt plus impensarum facere teneatur, quam reditus & census adscendant, atque ita satius fore aliquando, iuri suo renunciare, ac nominatim propter longissimas alias moras & eurematica in eiuscemodi processibus, Ac præterea quod magis est, vnumquemq; qui fundum possideat scire oportere, quisnam ipsius censualis dominus sit, idque domino possessores declaratum ire oportere. Nam censum ita priuilegiatum esse, vt dominus censualis eum postulatum ire non teneatur, verum certo & statuto die ad eum deferri oporteat: atque ideo appellatores nullam iustam & probabilem excusationem habere, siquidem cum dominus eos citari curat, id ipso effectu facere, quod ipsimet facere, deberent, puta professionem ei tradere ex polyptychis eius, in quibus prædecessores ipsorum sese inscripserant, exceptam, atque ita prædictos appellátes vt minimum id profiteri debere, *Nos ab hoc possidemus, vel ab eo non possidemus, verum ab alio, hoc vel illo.* Atque ita cum appellato concludebat. Curia Arresto suo, 18. die Decembris 1530. iudicauit, bene iudicatum fuisse, partesque remisit, & appellantes in multam & expensas condemnauit.

Idem iudicatum fuit in Andiencia, perorata Marrinio, & dominus declaratus fuit immunis à demonstratione oculari. 3. Iunii 1502.

Tantundem dictum fuit & iudicatum, 3. die Augusti anno 1566. Arresto prædicti Parlamēti, quo confirmata sententia Balliui Forosegusiensis vel ipsius Locumtenentis, pro Domino Cremiacensi appellato, aduersus Ioannem Paulatum Dominum Portenm appellantem, qui legi super eo iam in prædicto Parlamento conditæ non acquiescens, iudicii aleam rursus subire voluit, allegans, fines seu terminos vetustate obscuratos neque satis dignosci aut perspici posse. Insecuto tempore nonnulli possessores videntes sese non iure posse dominum suum hac demonstratione fundi onerare, nouam cautelam & nouum euremáticum commenti sunt: puta, vt postularent, vt dictus dominus è duobus alterutrum facere cogeretur, puta, vt vel fundos nouis limitibus circumscriberent, vel prædictam demonstrationem expensis postulantium facerent: id quod aliquid verisimilitudinis & probabilitatis habere poterat, quoniam omnis actor seu petitor certus esse debet de eo, quod petit, atque de eo reum certiorare. Nihilominus nonnullis Iudicibus id iniquū visum fuit, his rationibus: quod directus dominus possessorem censualem cogere possit, professionem omnium fundorum, quos à se & directo suo dominio tenet, edere, itemque quos census eorum nomine debeat, vt ita de nouo ipsum dominum agnoscat. Vt nuper Arresto Parisiensi iudicatum fuit, pro Priore Cl. ppensi, proxime elapso mense Iunio, Proinde mirum foret, & prædictæ rationi contrarium, si necesse esset, prædictum dominum ipsummet profiteri & declarare. Altera ratio est, quæque necessario concludere videtur hæc scilicet, Dominos directos polyptycha sua & suum territorium habens, solutionem exigit, non inquirendo super mutatione fundorum, vtrum videlicet ex prato ager factus sit, an vero ex agro vinetum, aut vice versa. Núc ponamus, eum polyptycha sua recentari negligere, vel patri suo succedendo, vel alio quopiam in polyptychis ipsius cóplures fundos reperiente, quorum situm & confinia seu terminos nesciat, sane possessori, vel ei, qui possessor dicitur, nullam iniuriam faciet, si ipsum interroget, & ab eo petat, *vtrum id, quod polyptychis suis continetur, possideat vel non:* neque quisquam est in orbe, qui certius de eo respondere possit, quam is qui conuenitur. Scire enim potest, vtrum possideat, & optime sciet, vtrum non possideat, & liberatur *dicendo non*, seu negando: neque dominum directum onerare debet: vt doceat, eique locum demonstret, eique confinia seu limites designet siue expensis suis siue non. Fieri enim potest, vt prędictus domin⁹ directus huius nihil faciat. Quicquid sit, verum semper est, possessorem magis scire posse, quam ipsum.

* Paponius hic complurimis Arrestis probat, directum dominum pro censu suo ocularem demonstrationem nō facere. Attamen Masuerius contrarium tenet *in Tit. de locato §. item dominus directus tenetur, & tit. de feud. §. item non sequitur*, & Rebuff. *ad constitutiones in tract. de dilat. artic. 2. num.* 16. Ioan. Gallus *quæst.* 5. ad eā rem Arrestum quoddā Parisiense allegat, datum aduersus Religiosos Pontiacenses, vbi Molinæus ait, id intelligendum de eo, qui non recognoscit Dominum. Vide Choppinum *ad Consuetud. Andegauenses lib. 2. parte.* ... *tit.* 1. *n.* 7 vbi Arresta refert, quibus iudicatum fuit dominum feudi pignori capientem feudum, non cogi vassallo suo, cuius feudum captum, ocularē demonstrationem facere. Vide etiam quæ notauit defunctus Dn. Guenoisius *super cap.* 19 *lib.* 1. *Inst. Forensi. Dn. Ioānis Imberti.* vbi plene tractatur materia ocularis demonstrationis, & quomodo celebretur, & quare, & existimat hodie dominō censualē ocularem demōstrationē facere cogi, si id ab eo postuletur. I. C.

III.

Auctor euictionis nomine euocatus seu laudatus, postquam litem seu causam eius nomine, qui ipsum laudauerat, in se suscepit, non admittitur postulans ocularem demonstrationem. Nam præsumtio necessaria est, cū euictionis periculum in se receperit, quod de eo, de quo quæritur, certus sit. *l.* 1. *ff. de Actio emt. & cap. ab excommunicat. de Rescript.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Wilhelmo Brothoo anno 1327.

Auctoris damni causam se suscepit demonstrationem ocularem postulans non potest.

Similiter, qui dilationem ad defensionem accipit, etsi se nondum defenderit, non amplius admittitur postulans dilationem ocularis inspectionis. B.

IV.

V. Cl. Stephanus Monmiralius Consiliarius in Curia, cum lis ipsi intercederet apud Libellarios aduersus Ioannem Clericum, ocularis inspectionis & designationis locorum & fundorum, de quibus inter ipsos in prædicta lite quærebatur, iudicium emeretur. In ipsis igitur locis constitutus allegat seu repræsentat, prædictum Clericum reum multos fundos inter viuariū quod altioribus muris cinxerit, inclusisse, atque hoc facto omnem viam, & rationem limites fundorum, de quibus quæritur, dignoscendi, conturbasse, neque certam amplius demonstrationem fieri posse, ac propterea se eam non aliter facere posse, quam per circuitum prædictorum murorum, allegans, intra hos muros controuersiam ipsorum consistere. Hæc ocularis demonstratio à Clerico veluti insufficiens arguitur. Iudicio Libellariorum iusta declaratur: ab eo ad Parlamentum appellat, vbi Arresto dictum fuit, bene iudicatum.

Ocularis demonstratio fundorum intra viuarium confuse.

TITVL.

TITVL. XV. DE OBLATIONIBUS & Acceptationibus,

ARRESTVM I.

Oblatum in totum acceptari debet, neque diuidi potest.

CVm iudex super oblatione facta iudicium profert, nullam aliam rationem habens qua iudicium suum fundare possit, quam super prædicta oblatione, necesse est eam oblationem omnimodo sequatur, neque partem eius amplecti potest & sequi alteram vero aspernari vel etiam emendare & immutare: similiter vt inter partes ipsas, si quid oblatum sit, id eo modo prorsus agnoscendum aut reiiciendum. l. *cum quaeritur. ff. de admin. tutor.* Et ita indicatum fuit Arresto Parisiensi. 7. Martii, 1529. Gueo & Lamesio petoi antibus.

Arrestum istud desumptum è *lib. 1. Inst. For.* Dn. Ioannis Imberti *cap. 49. in fine.* vide Charond. *lib. 7 Responsor. cap. 91. & 102.* I. C.

II.

Idem.

Inter Claudium Contrinom & Ioannam Souchetiam vxorem ipsius à Balliuio Aurelianensi appellantes, & Ioannem Britonem appellatum. Setuinus pro appellantibus dixit anno 1579. Memmium Durandum dominum quandam & fundos sitos Sammartini Zoretti Ioanni Britoni locasse sub redētionis lege & facultate. Decima septima Februarii eiusdem anni eundem Durandum aliam locationem celebrasse pro reditu annuo vnius solidi seu coronati aurei ad frustrandos gentiles siue cognatos fors retracturos. Postero die appellantes, quibus prima locatione via patefacta fuerat, appellatum coram Præfecto Aurelianensi citasse, quo scilicet, id quod acquisiuisset, iure retractus gentilitii sibi relinqueret. Appellatum pro exceptionibus suis posteriorem locationem sibi factam ostendisse. Appellantes protestatos, se falsam hanc locationem asserere, & replicationibus suis dixisse, priorem locationem sub conditione redemtionis seu luitionis factam. Cæterum hoc casu per articulum 295. & 296. Consuetudinis retractui locum esse: ac præterea repræsentasse, intimatum sibi obtulisse prædictos fundos relinquere citra litem & actionem: item prima locatione facta numeratam fuisse pecuniam. Cæterum, quotiens pecunia numerata est, aut res æquipollens, per articul. 287. & 300. eiusdem Consuetudinis gentiles ad retractum vocari, vt maxime in contractu in scripturam redacto nulla eius mentio facta fuisset: & quamquam rationes hæ validæ essent, atque appellantes iustam occasionem habuissent adiecendi fraudem à parte appellati admissam, propter κρυφίως λεγομένως & quoniam veritatem aperto marte non detegeret, attamen reo instantiæ à se intentatę commeatum dari obtulisse: dummodo tamē id citra expensas fieret, adserentes oblata à se diuidi non posse: & si appellatus ea solida acceptare recusaret, & qualia facta fuissent, appellantes declarasse, sese allegata probaturos. Post hanc oblationem appellatum animos collegisse, atq; à conclusionibus appellantium absolui se vna cum expensis postulasse. Et vero sententia Præfecti prædicti Aurelianensis, 5. Augusti 1579. prædictum appellatum absolutū fuisse, atque appellantes in expensas condemnatos: inde eos ad Balliuium & Sedem Præsidialem appellasse, vbi prior sententia confirmata fuerit. Ab hoc iudicio appellationem interpositā atque transactā fuisse ex consilio V. Cl. Renati Choppini, partes scilicet consensisse, vt appellatione, atque eo, à quo appellatum fuerat, in irritū deductis, & omnibus expēsis reseruatis, partes ad Prædictum Aurelianensem vel ipsius Locumtenentem alium abeo, qui iudicauerat, remitterentur, coram quo allegationes suas proponerent, easque qua scripto qua testibus probarent: verum Valliū Aduocatum appellati in id consentire nolle: ea propter appellantes nunc concludere; male iudicatum fuisse, atque expensas postulare. Vallio pro appellato audito, & Thuano pro Procuratore Catholico Regio, quod dixit oblationes appellantium diuidi non potuisse, atque articulos Consuetudinis Aurelianensis legi fuit recitatui, Curia dixit, tam à Balliuio quam à Præfecto Aurelianensi, male iudicatum fuisse, decreuitque partes allegationes suas proponere, easq; probare qua scriptis qua testibus oportere, appellatusque in expensas causarum appellationis condemnatus fuit, 2. die Octobris 1582.

Carondas hoc ipsum Arrestum refert *lib. 7 Responsor. cap. 101.* Vide Dn. Mayoard *lib. 8. quæstio. cap. 78.* & Notata ad *Arrestum 21. Tit. 1. lib. 9* I. C.

TITVL. XVI. DE REASSUMTIONE litis per mortem alterutrius litigantium interruptæ.

De hac materia vide Dn. Ioaonem Imbertum *in Inst. Forens. lib. 1. cap. 59.* Vide infra *lib. 11. Tit. 3. Arrest. 16. & seqq.*

ARRESTVM I.

Lis interrupta intra annum repeti debet.

LIs morte rei interrumpitur: verum actor intra annum à prædicta morte litem repetere tenetur: alioquin non amplius admittitur. Et ita indicatum fuit Arr: sto Parisiensi aduersus Dn. Tounyensem super lite cœpta aduersus episcopum Parisiensem anno 1390. Idemque dictum fuit altero Arresto pro Marcelleto Menilio aduersus Ioan. Pettacourtium.

II.

Vnus è pluribus reis moriens omnia interrumpit.

Vno è reis pluribus mortuo actor, antequā cæteros ad procedendum cogat, defuncti successorem citare tenetur ad repetendam, vel ad deserendam litem, & interea instantia aducrsus cæteros cōquiescere debet, vt maxime ab initio duelli seu separari potuerint. Et ita Arresto iudicatum fuit anno 1327. pro heredibus Nicolai Pashasii & consortibus ipsorum primorum reorum, aduersus Comitissam Artisiæ seu Atrebatensem, iuxta text. *inl. etiam. ff. de Minor. & cap. tantis 3. q. 6. cap. quippe. cap. ad petitionem. de accusatione.*

III.

Interruptio intra triennii ex Rescripto remittitur.

Inter Remundum Castellanum, Petrum Tragi num, & Dionysium Iuonem controuersia maxima exorta est, vtrum videlicet post contestationem super pleno possessorio beneficii cuiusdam eamque triennio post pene integro interruptam, ex rescripto prædicta lis repeti possit. Et sane super hac controuersia in vtramque partem contraria Arresta in Maiore Camera Inquisitionum, vbi incidens hoc iudicandum erat, ad relationem Dn. Fabri Consiliarii producta fuerunt, & super hoc dubio cæteræ Cameræ congregatæ fuerunt. Tandem Arresto, quod datum 1. die Februarii 1547. prædictum rescriptum comprobatū fuit, isque qui impetrauerat, ad litem repetēdam admissus. Ratio prædicti Arresti, vt postea ex motu, vt vocant, Curiæ compertum est, hæc fuit, quod videlicet per litis contestationem actiones, siue pro rebus temporalibus siue pro spiritualibus quadriennio à protogantur, atque intra hoc tēpus neutra pars præscribere potest, ita vt vnaquæque ex ipsis intra prædictum tempus melius faciat, si instantiam repetat & excitet, vt maxime diu conquieuerit, quam vt nouam instantiam ineat.

a Constitutio Ruscinonensis *artic.* 15. huic Arresto derogauit, & instantia triennio spatium prorogatur.

IV.

Cohæres simpliciter litem repetens omnes expensas debet.

Morte vnius ex litigantibus lis interrupta ab vno ex ipsis heredibus simpliciter, non expressa parte, pro qua heres esset, repetita fuit, atque ita condemnatur: aduersarius ipsius aduersus ipsum omnes expensas taxari postulat: ipse excipit, se nonnisi quartam debere pro rata videlicet portione sua hereditaria, aduersarius regerit, id eum repetitæ litis tempore allegare potuisse, verum eo semel celato seu suppresso, in solidum teneri. Arresto Parisiensi, 7. die Aprilis 1516. dictum fuit, eum solidum soluere oportere, saluo pro tribus quartis aduersus cohæredes suos regressu.

Lucius *lib. X. Placitor. Cur. tit. 17. Ar. 6.*

V.

Lis petitoria interrupta possessorio præscribit.

. Maior, Iurati & Consules Ciuitatis Nouiodunensis, litem petitoriam, quorundam iurium nomine, aduersus Episcopum pariter Nouiodunensem instituerant. Lis hæc biennio interrumpitur: post hoc tempus, prædicti Actores interdicto super possessione horum iurium aduersus prædictum Episcopum experiuntur: is præscriptione eos repellit, attenta videlicet lite petitoria iam instituta. Actores dicunt, se, eo non obstante, admittendos, & quod interea possessionem acquirere potuerint, & quidem vel vnius anni spacio, seque tuentur textu, qui in hanc rem singularis est *in cap. pastoralis. de cauf. poss. & proprietat.* Nihilominus Arresto Parisiensi, anno 1325. declarati fuerunt non admissibiles.

VI.

Vacante Episcopatu quomodo Episcopatus causam spectans iuro continuari possit.

Si aduersus Episcopum quorundam iurium ab Episcopatu ipsius dependentium nomine agatur, atque is moriatur, quisnam litem reassumere tenebitur, antequam alius Episcopus prouisus & admissus fuerit? Videri posset, Oeconomum, qui durante vacatione administrationem redituum temporalium habet, huius rei capacē esse. Et nihilominus tamen Curia Parlamenti Parisiēsis Arresto, 13. Februarii 1579. decreuit, Dominum Procuratorem Catholicum Regiū sufficiēdum seu substituendum, & cum ipso, vt cum defuncto Episcopo, procedendū: nempe quia Rex Conseruator & protector est Episcopatuum Regni sui: ac propterea processus validus erit, velut factus cum legitimo defensore bonorum & iurium Ecclesiasticorum. Attamem, si successor seu nouus Episcopus prætendat in processu non omnia deducta seu allegata fuisse, ad rescribendum, & de nouo informandum admittetur, si opus sit, ea lege, vt aduersario quoque, si videatur, respondere deque nouo informare liceat, saluo iure decernendi in sententia definitiua super expensis.

Vide *cap.* 228. *lib.* 7. *Responsor.* Do. Ludouici Carondæ I.C.

VII.

Heres ad repetendā instantiā conuēctus, vel eam repetere debet vel repudiare hereditatem.

Is, qui ad reassumendam instantiam morte vnius litigantium interruptam conuenitur, vel hoc facere tenetur, vel defuncti hereditatem repudiare: neque satis erit, si heredem non esse dicat & declaret: verum necesse, vt à prædicta instantia deinceps excludi possit, vt repudiauerit & expresse hereditati renuntiauerit: Atque ideo heres quidam, cum simpliciter protestatus esset, se heredem nō esse, neque coactus fuerat renuntiare & repudiare, declaratus fuit admissibilis velut heres ad repetendam prędictam instantiam etiam intra 30. annos, Arresto Parisiensi quod allegauit D. Aduocatus Samuelorius in consultatione Molini anno 1566. mense Februario, præsente defuncto Dn. Mareschallo Bourdillonio, & Dominis Chezedio & Seguiero Præsidibus.

APPENDIX ARRESTORUM
Ad Titulum XVI.

I.

In materia beneficiali lis reassumenda est, si in processu per scripturam cōclusum fuerit.

IN materia beneficiali, quādo in processu per scripturam agitato conclusum fuit, alterutra partium mortua, ad iudicium litis non proceditur, nisi à subrogatore reassumta fuerit. Superstes tamen in Maiore Camera manus relaxationem postulare potest: secus in materia profana seu seculari. Arrestum anni 1531. B.

Si beneficiarius pro iuribus à beneficio suo dependentibus litigat, isque Religiosus sit, satis est, successorem citari ad processum reassumendum: si vero Presbyter secularis sit, citandi sunt heredes ipsius super fructibus rei, de qua quæritur, & super expensis litis: quoniam ex generali Franciæ Consuetudine cognati Presbyterorum secularium iis succedunt. Vide Gloss. *Tit. de Pacific. poss. in verbo: possidet, in Pragmat. Sanctio.* I. C.

II.

Pari præscriptionē legans non potest post litem reassumtam.

Post reassumtam defuncti litem nemo admittitur postulans remissionem, id est, fori præscriptionem allegans vel aliam moratoriā præscriptionem. Iudicatum 25. Martii 1566. B.

III.

Instantia post annū interrumpitur, post triennium perimitur.

Iuxta dispositionem Iuris instātia post annum interrumpitur, post triennium perimitur, *l. properandum. de iudic. & c. venerabilis. eod.* Ita iudicatum inter cætera Arresta generalia, quæ pronuntiata à Præside Morsanio, anno 1570. iuxta Edictum Molinense. Videatur Edictum Ruscinonense art. 15. Ad commonitionem Dn. Aduocati Fabri iudicatū fuit, 25. Iunii 1571. & cōpluribus aliis Arrestis, puta 22. Nouembris 1575. & 1. die Martii 1585 peremtæ instantiæ exceptionem (excepta actione intra 30. annos nata) locum habere aduersus minores etiam post litem contestatam, saluo minoribus aduersus tutores negligentes regressu. Et nota, etsi exceptione instantiæ locus sit post triennium, nihilominus actus probatorios saluos manere, veluti inquisitiones. Iudicatum 19. Ianuarii 1574. Sed neque interrumpitur instantia nuda citatione vt iudicatum 8. Martii 1575. Rursum locum non habet in executione Arresti, neque in Curia, quādo processus per scripturam conclusus est: quia ex eo tempore factum est Iudicis, nō partis. Item in appellatione verbali, si causa siue lis in numerum & breuem causarum siue ordinum relata fuerit, videtur peremtæ instantiæ exceptio male fundata esse super *l. properandum*, quæ generaliter vult, litem nō vltra triennium durare. Scilicet super hac re quinque matutinis perorationibus Mangoto & Mariono perorantibus, causa Dn. Montpensierii aduersus Reginam pro Comitatu Claromontano vertebatur: tandem 2. Martii 1574. instantia peremta declaratum fuit, saluo iure intentandæ de nouo actionis. Ad eundē modum Comitatus Blesensis Regi vigore peremtionis adiudicata fuit. Cæterum nota, ad renouandam instantiam non sufficare productionem apud Acta, ad iudicium videlicet impetrandum, verum iudicem *à quo* in mora constitui oportet: secus in Curia. Ita iudicatum 11. die Ianuarii 1575. B.

Citatio nō interrumpit.

Hæc appendix siue nota paucissimis verbis multa complectitur. qui omnes quæstiones ea contentas plenius tractatas videre cupiet, is legat *quæst. meas Notab. à c.* 90. *vsque ad* 96. & ea quæ infra sum narraturus *ad articulū* 17. *&* 18, *tit.* 3. *lib.* 12. I. C.

Pars

IV.

In instantia reassumpta condemnatio posteà mortuo ignorantem famam qualitatem quis condemnatur. Pars ordinaria iuxta qualitatem reassumptæ litis condemnari solet, veluti si maret litem tam suo nomine, quam tutorio reassumsit creditori sub ea qualitate ad soluendum condemnabitur, quamuis postea coniugali communioni renunciet, citra præiudicium eorum, quæ aliunde debentur. Ita iudicatum 15. die Maii 1564. B.

TIT. XVII. DE SVBROGATIONIBUS IUDICIALIBUS.

ARRESTVM I.

Prouisus morte litigantium, si possideat, subrogari se curare non tenetur. IN Francia alterutro ex litigantibus super beneficii cuiusdam possessorio mortuo, & beneficio à Papa vel Ordinario collato, prouisus si non possideat, subrogari se curare potest. Nam si possideat, in possessione sua pacifica manere potest, neque verbum mutire, atque adeo ignorantiam instituta litis prætendens auditur. Et quemadmodum post annum non admittitur subrogari se postulans (prout compluribus Arrestis Parisiensibus, ac nominatim Arresto quodam aduersus Iacobum Polingeum, & Abbatem quendam Vaudalensem iudicatum fuit, iuxta notat. *in cap. 1. & 2. de eo qui mittit in possession.*) ita pars ipsius seu aduersarius interdicto aduersus ipsum experiri; aut post annum pacificæ possessionis interpellare volens non admittitur. Eaque limitatio ad obseruationem subrogationum cumprimis notabilis est, nempe eum, qui possidet, non teneri postulare, vt subrogetur, vt ait Rebuffus *in titul. de subrogat. num. 51.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Ianuar. anno 1544. Attamen si non possideat, intra annum postulare, vt subrogetur, tenetur, & eum in finem Rescriptum impetrare: nisi prima para vnius litigantium resignasset, vel etiam morte ipsius vnus prædictorum litigantium prouisus fuisset: tunc enim absque subrogatione & absque noua possessione litigans primi ius persequi[?] licet enim ex pluribus causis possim possidere, vnica tamen possessio sufficit, *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. possess.* Atque subrogatus vel non subrogatus prædecessoris sui ius & instantiam persequi, nec biennio interrumpi pati debet: posteaquippe ad repetendam eam non admittetur, etiamsi Rescripto niteretur, propterea quoniam eiusmodi actiones sunt, quæ contestatione non fiunt perpetuæ: vt iudicatum fuit Arresto, 14. die Decembris 1528.

Vnus colli tigantium aliem subrogari potest, & ius alterius cum suo cumulare.

II.

Post momentanei possessoris mortem fa partes pars manus relaxationem consequi debet. Interim dum subrogatio expectatur, ilico post mortem possidentis momenti beneficio vel alter, pars libellum offerre potest, vt Beneficii manus relaxationem consequatur. Et si tertia pars sit, quæ non possideat, impedire id, sumque titulum eahibere potest: Curiaque, visis titulis, ei prædictis partibus propere manus relaxationem largiri consueuit, cuius titulus manifestior ac eminentior est: vt ait Rebuffus *titul. de subrogat. numer. 39.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1553. pro Ludouico Paponio, Canonico Beatæ Virginis Montbrisonii, manus relaxationem postulante Parochiæ S. Georgii Altonillani, post mortem Martini Bazodii momentanei possessoris, aduersus Ioannem Giraldum deuolutarium, Prædictus Paponius, vbi ipsius titulo, non obstante contradictione Giraldi, qui deuolutarius erat, prædictam manus relaxationem impetrauerat: id quod summopere notandum est. Nam prædictus Paponius, a quo ius habebat, momenti beneficium amiserat: & nihilominus eo non obstante, Rebuffus *in tract. defens. exc. in ordin. gl. 4. nu. 4.* tenet, post momenti beneficium iudicatum, huiusmodi manus relaxationem non fieri: verum illud intelligi potest, si momentaneus possessor non moriatur. Alterum singulare est, quod prædictus Paponius nondum subrogatus fuerat, & ipsius subrogatio à Bazodio momentaneo possessore impediebatur, cuius morte, eo non obstante, quod non subrogatus fuisset, ipsi prædicta manus relaxatio facta fuit. Et ita altero Arresto Parisiensi, 29. Iulii 1519. pro Petro Poussausio aduersus fratrem Guilielmum Vaillantium iudicatum fuit.

III.

Subrogatio intra annum postulari debet. Nemo ad postulandum sui surrogationem in locum resignantis litigantis, post annum captæ possessionis admittitur, nec Rescripta, quibus restitutio post anni lapsum petitur, admittuntur: Vt Arresto Parisiensi iudicatum fuit, aduersus fratrem Iacobum Pontiquium, actorem, & approbationem duorum Rescriptorum postulantem, quorum vnum ad subrogationem, alterum vero ad restitutionem post anni lapsum impetrandam tendebat, & pro Ioanne Draco, Canonico Carnutensi, die Iouis 8. Ianuarii 1514.

Petens enim se subrogari debet infra annum sui tituli venire, nec sufficit infra annum possessionis suæ Arrestum anni 1541. B. Vide Arresta D. Louetii *lit. C. Arr. 5. & annotationem subiectam*, quæ hoc axioma confirmat.

IV.

Idem. Matthæus Gualterus Theologiæ Doctor, de Prioratu Sauignacensi Conuentuali Ordinis Cluniacensis, morte Ludouici Rupicauardii, cum superstes esset, Episcopi Santonensis vacante prouidetur, possessionemque eius capit. Petrus Maria Aduocatus in Parlamēto Parisiensi eam impetrat: vt & Gaufredus Ambosius, Religiosus Ordinis Cluniacensis, ac vterque eorum possessionem apprehendit. Gualterus pro possessione prædicti Prioratus aduersus prædictos Mariam & Ambosium turbatorea interdicto experitur, ac inter illos lis aliquandiu ventilatur. Tandem expensas litisque moras metuens, per Procuratorem Romæ resignat, in fauorem fratris Ioannis Reffugii, Religiosi Ordinis sancti Benedicti, qui de eo hac ratione, 10. Septembris 1506. prouidetur post annum prouisionis suæ, is prouisionem suam Gualtero suo resignante superstite capit: ac duo Regia Rescripta post hæc impetrat, quibus se in prima prædicta lite in ius Gualteri subrogetur; vnum eorum in Decembri, alterum in Ianuario, quæ Præfecto Parisiensi vel eius Locumtenenti Conseruatori, coram quo prædicta lis pendebat, offert, & approbationem postulat. Prædicti Maria & Ambosius id impediunt, & aiunt, eum post admissam resignationem annum labi passum, nec beneficii possessione apprehensa, neque prædictæ litis se sistendo, quæ hac ratione interrupta manserit: ac nominatim huiusmodi instantias anno & die perimi, si nemo eas inchoet: ut si semel inchoatas per annum nemo persecutus sit: nec quicquam prodest, quod Gualterus in causa semper fuerit: neque enim litem persequutus est, vti nec persequi poterat, eo, quod quantum ad ipsum pertinet, beneficium vacans esset. Accedit alia ratio, quod intra annum, iuxta obseruantiam huius Regni, se subrogari curare debuerat, quo lapsu, amplius nemo admittitur. Prædictus Reffogius dicebat, se nunquam de resignatione illa, nec de prouisione Romæ impetrata commonitum, nisi tum, cum possessionem capit, & Rescriptum subrogationis obtinuit, & asserebat,

Instantia possessoria anno perimitur.

ſeptædictam poſſeſſionem opportuno tempore ce-piſſe, neciure tempus vllum ad id expediẽdum conſtiturum, modo reſignans viuat. Iudicium inter partes conſtituitur, atque hinc Inde producunt ipſæ, & contradicunt. Poſtea ſententia prædicti Præfecti prædictus Reffugius ſubrogatur, Reſcripta approbantur, expenſæ in definitiuam reſeruantur: ab eo à prædictis reis ad Curiam appellatur, vbi Religioſus Amboſienſis libellum offert, quo petit, vt Gualterus & Reffugius ipſius reſignatarius actor, ſuper notitia prædictarum reſignationum, ac nouæ prouiſionis iureiurando præſtito interrogentur. Curia Arreſto ſuo, 23 Iunii 1509. eos ab hac poſtulatione depellit, & ait, à prædicto Præfecto male iudicatum fuiſſe, ac iudicium emendando, prædictum Reffugium ab effectu Reſcripti ſubrogationis depellit, eumq; in expenſas principalis inſtantiæ condemnat, abſque expenſis cauſæ appellationis, eo quod appellatus eſſet. Atque ab eo tempore, vt & antea, vſque ad annum 1540. ſtylus hic, ne quis appellatus in expenſas condemneretur, obſeruatus fuit: verum poſtea contrarium ob multitudinem calumniantium viti obtinuit, vt ait D. Molin. *ſuper Regula, de Public. num.* 309.

Stylus vetus da non cẽd mnao do in expenſas appellato.

Nonnunquam Reſcriptum ſubrogationis poſt annum approbatur, ſi pars impetrans diligentiam adhibuerit: ita iudicatum 18 April 1504. perorante Chouelino. Nota etiam, Regaliſtam ſubrogatione opus nõ habere, vt pote cum ſit Principis Collatarius. B.

V.

Subrogatio intra annum captæ poſſeſſionis.

Quarta die Maii 1540. iudicatum fuit, reſignatarium quendam, licet intra annum tituli ſui non emeruerit ſeu venerit, verum intra annum duntaxat poſſeſſionis ſuæ, ſubrogari oportere, non obſtante præſcriptione à parte ſeu aduerſario ipſius ſupra allegata: quod eſt admodum notandum, cæterum inter Gabrielem Sallignacenſem actorem & fratrem Claudium Baſt umieum, Dominus Barthelotus relator erat. Annus vnus t. eſq; menſis poſt prouiſionem elapſi fuerant, atque poſſeſſio intra annum tituli ſui capta. Notandum tamen eſt, quod quamuis videatur ſufficere, ſi quis intra annum poſſeſſionis ſuæ veniat, tamen ſi probaretur notitia reſignationis, ante prædictam poſſeſſionem videretur computandum ab anno huiuſmodi notitiæ ſeu ſcientiæ. Aliud ſimile Arreſtum Pariſiis, 2. die Decembr. 1543. datum fuit.

Annus ſubrogationis vnde præciſe computari debeat.

VI.

Vnius litigantium morte prouiſus primam litem perſequi debet.

Prouiſus de iure vnius litigantium nouam litem poſſeſſoriam inchoare non poteſt: verum neceſſe eſt, vt ſe per Reſcriptum per iudicem ſubrogari curet, ac primam litem prædictam repetat, ea ratione, vt eſt in *l. nullis C. de iudic.* Et ita Arreſto 11. die Maii 1525. iudicatum fuit.

VII.

Duo pro ſubrogatione concurrentes ſuper titulis illorum audiri debent.

Non eſt nouum, eum, qui ſe ſubrogari poſtulat à parte principali litigãte, verum etiam ab altero quodam tertio, qui pariter ſubrogari cupit, impediri. Nam quamuis vltimus prouiſus, & vltimus veniſſet, audiri tamen debet, ſi primum ob incapacitatem, inhabilitatem, aut defectum validi tituli excluſum velit: & tum lis de titulo ac prædictis incapacitatibus admittitur. Et ita Arreſto Pariſienſi iudicatum fuit, pro Hadriano Gemolio Theologiæ Doctore, aduerſus Ioannem Hais, 9. Februar. 1526. & poſtea altero ſimili Arreſto 27. die Martii 1527.

Res litigioſa in præiudicium tertii...

Quando quis rem litigioſam in præiudicium tertii alicuius contendentium acquirit, prædictus tertius ſubrogari & prædictum petere poteſt, iuxta *l. per diuerſas, & ab Anaſtaſio.* ceſſante fauore cedentis, qui nonniſi perſonalis eſt, veluti minoritatis, filiationis, ſi filius aduerſus teſtamentum paternum reſtitui volens, ius ſuum alteri ceſſiſſet, fauor ipſius ceſſaret. B.

VIII.

Subrogatio aduerſus impedimentum aut notorietatem admiſſa.

Quando is, qui ſubrogari poſtulat, à Papa cum clauſula ſubrogationis prouiſionẽ habet, vt & eundem in finem Reſcripto Regio munitus eſt, coram iudice laico tantum ſubrogationem eius aduerſa pars ob defectum tituli impedire poteſt: verum perſonali vitio, incapacitati aut inhabilitati, ad impediendam ſubrogationem inſiſtere non debet, niſi vitium iſtud notorium eiuſque probatio parata ſit & in promptu. Alioquin, ſi cauſæ cognitionem requirat, prædictus de nouo emergens ſeu veniens ſubrogari debet, prædicta allegatione non obſtante, quæ nectetur, ac in principali lite reſeruabitur: ac impediens in expenſas condemnabitur. Et ita Arreſto Pariſienſi, anno 1514. iudicatum fuit.

IX.

Subrogatus ... quod prædeceſſor ipſius ...

Si poſt momentaneam poſſeſſionem beneficio alicuius alteri litigantium adiudicatam, is, qui eam amiſit, moriatur aut reſignet, prouiſus loco ipſius ex Reſcripto ſubrogari poſtulans, à momentaneo poſſeſſore impediri poteſt, ne admittatur, vſquequo omnes fructus à reſignante ſuo aut defuncto perceptos reſtituerit, ac expenſas, damna & intereſſe adiudicata ſoluerit: Nam qui beneficium ſimul cum inſtantia ac iure primi acceptat, huic oneri ſe obnoxium reddit ſeu ſupponit, *l. alienatio. D. de contrah. empt.* Adde, quod ex eo, quo ſententia pronunciatur, beneficium eo nullo modo oneretur: id quod ante ſententiam ita non erat. Ac propterea notabilis differentia eſt, ante momentaneam poſſeſſionem ſubrogari, quo tempore quis nonniſi de ſuo tempore & de ſuo facto tenetur: aut poſt, & tũ ſubrogatus ad omnia tenetur. Alioquin quiuis ita condemnatus, ad condemnationem euitandam, alterum quendam ſuo locũ ſupponeret. Id omne, quod ſupra dictum, Arreſto Pariſienſi, 11. die Maii 1542. pro Ægidio Durando, aduerſus Petrum Combaurium iudicatum fuit. Veruntamen ſi Curia dicat, non obſtante ſubrogatione, reſignantẽ in lite permanere debere, ſubrogatus ad id non tenetur. Idque quandoque commode fit, quoniam reſignans in facultatibus conſtitutus eſt, alter vero non item.

Cautio fraudis ... aduerſus ...

X.

Subrogationis ſpecies, quæ ad expenſas, damna ac intereſſe ducit.

Is, qui ſe ſubrogari poſtulat, conditionem aſſequi, qua ſubrogari velit, bene attẽdere debet, ac nominatim poſt adiudicatam momentaneam poſſeſſionem: Nam ſi pure in inſtantia quis ſubrogetur, in ius poſſeſſionis & litis, reaſſumendo vetera cauſæ veſtigia, in omnes expenſas, damna & intereſſe, tam ſui temporis quam illius, in cuius locum ſuffectus eſt, tenetur. Et ita Arreſto 3. Aprilis ante Paſcha 1516. iudicatum fuit. Et poſtea altero Arreſto, quod datum Maioribus diebus Pictauienſibus, 27. die Octobris. 531. pro Ioanne Funtenæo, aduerſus Antonium Pellerium.

Luc. *lib* 11. *t.* 5. 16. *Ar.* 7. vid. Charondam *lib.* 1. *c.* 30. *Reſponſ. iur.* I C.

XI.

Idem.

Subrogatus in inſtantia & poſſeſſione vnius litigantium, cuius ius vacauit, & in ſubrogatione in actorem collatum fuit, ad expenſas ſui temporis tantum, nec temporis primi teneri debet, *c. fin. vt lit. pend. 106. & cap. ſi tibi abſenti. de preb. eod.* Et ita Arreſto Pariſienſi, 3. die April. ante Paſcha, 1508 iudicatum fuit. Ac pariter ad reſtitutionem fructuum à prædeceſſore

sore ipsius perceptorum non tenetur. Beneficium quippe ab eo non obtinet. Id not. Paruf. *in cap. præsentis de offic. ord. in 6.* Facit *l.* 1. *C. de administrat. tutor.* Et ita Arresto Parisiensi, quod datum mense Februar. 1536. iudicatum fuit.

XII.

Resignatarius subrogatus ante momentaneam possessionem iudicatam, nonnisi in expensas sui temporis tenetur, verum post momentaneam possessionem in omnes tenetur: Arresto Parisiensi 13.... 1540. quod datum in Maiore Camera, perorantibus Corlocio & du Bois. Et altero Arresto, 11. die Maii 1542. inter Ægidium Durandum, & Petrum Combautium.

XIII.

[gnan- / ... tra li. / ... resi- / ... tarios / ... venire / ... re non / ... ntur.] Si pendente lite beneficium litigiosum ex Constitutione Regis resignetur, resignans resignatarium suum in ius venire curare tenetur. Superque eo in Parlamento peroratum fuit, vtrum videlicet id aduersus resignantem ante litem obseruari possit: & Arresto dictum fuit, quod non, mense Ianuario 1545.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XVII.

I.

[...oga- / ...s ob- / ...bus / ...no- / ...con- / ...ad.] SVbrogatio in lite, quicquid tandem allegetur, denegari non potest: & vero ad appellationem à sententia, qua partes circa facti speciem dissentire, atque ideo circa probationem laborare debere iudicatum fuerat (propterea scilicet, quod pars aduersa allegauerat, defunctum hæredi suo mandasse, vt litem desereret, hæres vero subrogari se postulans id negabat) à Curia dictum fuit, subrogationem admittendam, saluo allegata impugnandi & probandi iure, 16. Iulii 1565. B.

Nota etiam, subrogatum frui posse possessione prædecessoris ipsius, cuius in locum & iura subrogatus, arg. *l. cum quæsi ff. de fideicom. libert. & l. præponebatur de iudic.* Ita iudicatum Arresto. Charond. *lib.* 1. *c.* 51. *Respons. suor.* I.C.

II.

[...a- / ...na- / ...ne- / ...té / ...e- / ...ve] In materia beneficiali lite in Curia conclusa, morteque vnius litigantium interueniente, valide iudicari non potest, nisi à subrogato in defuncti locum lis reassumpta fuerit: attamen pars, quæ obitum probat in Maiore Camera in plena audientia manus relaxationem postulare debet. Iudicatum mense Ianuario 1530. Secus in materia profana: Nam posteaquam lis conclusa est, & in eo statu, vt iudicari debeat, mors vnius litigantium iudicium non impedit. Differentiæ ratio est, quod in beneficialibus successorem non habemus, verum in profanis iudicium aduersus hæredē executioni traditur: etsi hæres nullus sit, aduersus bonorum vacantium curatorem.

Desumptum *ex Arrestis Dn. Louety. lit. S. Arr.* 5.

III.

Omnia Rescripta subrogationis, tam in materia profana, quam beneficiaria, absque præiudicio præscriptionum moratoriarum approbari debent. Nam dispositione iuris, iudicia particularia, quæ vniuersali præiudicium non pariunt, non debent differri, quoad iudicium vniuersale finem accipiat, *l. si quis libertatem. 7. de petit. hereditat. ubi Dd.* veluti iudicatum fuit in causa inter Dominos & Dominam de Guysia, actores vi Rescripti subrogationis, & Dominum Ducem Ascotanum reum. Arresto die Iouis 7. Martii 1571. lite per quinque matutinas audientias agitata.

Desumptum ex Commentario ad Arrest. prædicti Dom. Louetij vbi supra.

IV.

A duabus Cameris iudicatum fuit, subrogatum, qui in expensas condemnatur, non tantum sui temporis, verum etiam, quæ tempore prædecessoris sui factæ fuerunt, debet. Id quod intelligitur eo casu, cum litem pure ac simpliciter reassumpserit. Et postea altero Arresto Maiorum dierum Pictauiensium, 17. Octobris 1541. Regulariter quippe subrogatus nonnisi diei subrogationis expensas debet, eo quod omnes expensæ personales sunt, vt altero Arresto, 3. Aprilis ante Pascha 1508. iudicatum fuit. Hæc Arresta referuntur à Rebuffo *in Praxi benefic. parte secunda. titulo 2. de subrogat. num.* 47. 48. *& tomo 3. ord. Reg. tract. de expensis.* [Subrogatus in expensas condemnatus quasnam debeat.]

Hoc Arrestum extat *in Commentario Arrest. D. Louetij lit. S. Arrest.* 11.

TIT. XVIII. DE FORMA seu modo in regesta vel Acta publica referendi.

Videatur Arrest. 51. Constitutionis anni 1559.

ARRESTVM I.

CVm res aliqua intimari, & apud Acta iurisdictionis partium insinuari debet, id de ordinaria, prima & immediata, & non de suprema & Regia intelligitur, arg. *l. metus autem. §. sed licet.* & ibi Bartolus *ff. quod metus causa. & l. socium qui in eo. ff. pro socio.* Et ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit, quod absque data allegatur à D. Tiraquello *in tract. suo de retract. gentilit. §. 36. gloss. 19.* pro interpretatione Consuetudinis Pictauiensis, ibi, *annus retractus currit à die, quo acquisitio in Acta iurisdictionis, in qua fundus quæsitus situs est, relata seu insinuata fuerit.* [Iurisdictio simpliciter de ordinaria intelligitur.]

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XVIII.

I.

EX supradicta ratione compluribus Arrestis iudicatum fuit, Articulum 58. Constitutionis Molinensis interpretando, non sufficere insinuare (quod nihil aliud est, quam in sede seu foro iudiciali, quo tempore habetur, legi seu recitari, & donationes in Regesta vel Acta publica referri) in Sedibus generalibus & principalibus Balliniaruum & Seneschaltiarum, in quibus res donatæ sitæ sunt, & partes commorantur; verum necesse esse, vt eæ apud Sedes Regias ordinarias & particulares insinuentur. Exempli gratia cum donatio fundorum quorundam sitorum in Castellania Regia Crosantiæ in Marchia, quæ simul partium domicilium erat, apud Sedem principalem Seneschaltiæ Marchiæ Gueretii insinuata fuisset, nulla declarata fuit Arresto, quod datum in secunda Camera Inquisitionum, ad relationem D. Picardii, 24. Ianuarii 1579. inter Paulum Faleonatinum, qui de prædicta donatione aduersus Catharinam Brandoniam viduam impugnabat. Item, si de rebus ac fundis nobilibus & inter Nobiles quæstio agitaretur: vt iudicatum altero Arresto 12. Augusti 1600. quod vna cum aliis plene refertur, *cap. 73. & 74. Quæstionum mearum notabilium.* I.C. [Insinuationes donationum in sedibus regiis peculiaribus fieri debent.]

LIBER

LIBER NONVS.

TITVLVS PRIMVS, DE PROBATIONIBVS, TESTIBVS, INQVISITORIBVS, AC modo inquirendi.

Qui videre volet Determinationes inter Iudices, Inquisitores, Commissarios, & Examinatores, Adiunctos & taxationem eorum salarii & operæ, quam Inquisitoribus ad confectionem Inquisitionum procedentibus præstans, quod vtique nonosi salarii iudicis, Inquisitoris, Commissarii, Examinatoris, media pars esse debet, legat *Titulum 15.16. & 17. Collectionis meæ Determinationum*. I.C.

ARRESTVM PRIMVM.

Testes quãdo produci & iuramẽtũ ab iis exigi possit, absque Adiuncto seu Adiuncto.

ETSI Inquisitor testes absque Adiuncto seu Adiuncto examinare non possit, nihilominus tamen eundem expectans partibus præsentibus, aut ad hunc finem legitime citatis, in absentia prædicti Adiuncti productionem admittere, & iuramentum à testibus exigere potest: Vt Arresto iudicatum fuit, omnibus Cameris coadunatis, 3. die Iunii 1535. inter Ioannem Chartinum Dom. d'Yuoy ab vna parte, & Petrum Meussonium Procuratorem in Parlamento ab altera parte. Ac tantundem altero Arresto, 15. die Maii prædicto anno.

Inquisitio cum Adiũcto incepta, & absque eo cõtinuata, nulla declarata.

Vide Maynardum *lib. 4. cap. 71. quæst. fuar.* Arresto Tholosano decisarum: vbi refert idem Arresto Tholosano iudicatum fuisse: & c. 62 vbi ait, Arresto Tholosano, Inquisitionem quandam nullam declaratam fuisse, eo quod Inquisitor vna cum adiutore testes examinare cœpisset, atque postea inquisitionem illam solus continuasset, 6. Ianuarii 1583. etiamsi rum adfereretor, id, quod in præsentia Inquisitoris & Adiuncti gestum fuisset, valere ac subsistere debere, cum vtile per inutile non vitietur: verum regula hæc in individuis locum non habet, & iis, quæ ita connexa sunt, vt diuisionem non recipiant, *l. si stipulat. § 5 generaliter ff. de donat. inter vir. & vx. l. 1. §. quadam. de rerum diuis. l. si pu... ... ff de verb. obl.* I.C. Vide Luc *lib. 1. tit. 3. ... arr. 3.* Vide quoque Constitutionem Molineusem *art. 54*

II.

Adiunctus iurare debet.

Inquisitor, aut alius ad inquisitionem faciendam procedens, ab Adiuncto ante omnia iuramentum exigere debet: quod cum ab ipso factum non fuisset, inquisitio nulla declarata fuit, Arresto Parisiensi, 4. die Martii 1534.

III.

Responsa categorica aduidicem nec ad Inquisitiorẽ pertinent.

Iudices exclusis Inquisitoribus priuatiue responsa categorica audire debent. Et ita iudicatum fuit pro Locumtenente generali & particulari Leodiensi aduersus Inquisitorem prædicti loci, Arresto Parisiensi, mense Iunio 1518. *per cap. cum Ioannes de fide instrument.*

Vide proxime *lib. huius tit. 3. arr 1. de Responsis categoricis.*

IV.

Idem.

Inquisitores responsa categorica excipere, quæ vna partium super articulis alterius dat, non possunt, nisi expresse decernatur: at bene ad id delegari possunt. Et ita Arresto Parisiensi, Maioribus diebus Pictauiensibus, 26. Septemb. 1519. iudicatum fuit.

V.

Inquisitor inquirẽdo in rem præsentem descendere nõ potest.

Inquisitor aliud nihil agere potest, nisi testes producendos admittere & audire: ac si producens, vt in rem præsentem descendat, postulet, ut eum & eius tormaiu testes videant, in rem præsentem descendere non debet. Atque ita in simili casu, perorante Domino Poteto & Chermoulleo, dictũ fuit, male processum, Arresto Parisiensi 8. Iulii 1527. *per l. diligenter. §. ff. mandati.*

VI.

Si pars, quæ inquisitionem peragendam habet, inops sit, Inquisitor impedire non potest, quin mandatum extra locum impetret, in quem Inquisitorem equo proficisci, ac impensas facere oporteret. Ita Arresto Parisiensi, 26. Ianuarii 1519. iudicatum fuit. Et altero Arresto, quod datum mense Februario 1524. pro inope quodam Scholari beneficium quoddam in Lugdunensi Prouincia habente. Idemque altero Arresto, quo sententia contraria Præfecti Parisiensis vel eius Locumtenentis infirmata fuit, die Veneris post prandium 23. die Nouembr. anno 1543.

VII.

Inquisitiones, & ... Iudices determinãtio.

Arresto Parisiensi, anno 1534. determinatio super Inquisitoribus facta fuit, puta, ad inquisitores spectare inquisitiones ciuiles & criminales causarum, quæ ciuiliter instituuntur, examina ad futuram rei memoriam, repetitiones non decretas ex officio, informationes, rationum auditiones, quæ per formam iurisdictionis cõtentiosæ fiunt, & taxationes expensarum, ablentibus, impeditis, vel recusantibus Locumtenentibus generalibus & particularibus, & inuenta ... Vrbem: at criminales inquisitiones, informationes super bona fama, repetitiones ciuiles decretæ ex officio, rationum amicabiliter redditarum auditio, taxatio expensarum, inuentaria intra ciuitatem vel extra ciuitatem locupletiorum, vel etiam aliorum, si partes id postulent, ad iudices spectant. Obsignatio bonorum ea ratione, qua intea, signis ... oculares inspectiones, vbi testium examen instituendum erit ad iudices adsesso Inquisitore Adiuncto pertinent.

Vide *Tit 15.16 & 17. Coll... meæ.* I.C.

VIII.

Inquisitores Adiũcto adsistente debent.

Commissarii & Examinatores, tam Castelleti Parisiensis, quam alii, nec debent, nec possunt de rebus litigiosis inquirere, absque Adiuncto adsesso: Iudicatum 2. Iunii 1487.

IX.

Inquisitores a sedibus ... remoti ... possunt.

Inquisitores deputationem extra prouinciam ... non possunt.

Determinando controuersiã inter Locumtenentem generalem, & Inquisitores Turonenses dictum fuit, Inquisitorem omnes inquisitiones peragere oportere, exceptis eis, quas Iudex sibi reseruaret, id quod ei facere integrum esset, prædicto tamen Inquisitore pro Adiuncto adscito. Præterea dictum fuit, si partes Commissarios seu delegatos extra P. ouinciam postulent, ad examinandos testes extra Prouinciam residentes Iudex id tribuere debet. Arrestum hoc est Parisiense de die 24. Ianuarii 1488. Lucius *eod. lib. & tit. Arrest. 2.* Postea complures abæ de-

terminationes factæ fuerunt isti derogantes super directione Iustitiæ & muneribus inter iudices & Inquisitores.

X.

Adiuua abesse non debet.

Arresto Parisiensi 9. Februarii 1547. Curia videns, ex quadam facti specie quæ tum vertebatur, partium maxima interesse, ne Inquisitor aut Adiuua alterutro absente testes examinet, ne de cætero id amplius fieret, maximis pœnis propositis interdixit.

Iunge *Arrestum 1. huius Tit.*

XI.

Quinam delegari possint ad inquisitiones peragendas.

Balliuius ad inquisitiones intra districtum suum peragendas, nullos alios delegare debet, quam Officiarios Sedis suæ vel districtus, puta Inquisitores, si qui sint: vel si non sint, alios de prædicto districtu. Ratio huius rei & quidam optima hæc est, quod aduersus eum, qui ex districtu adsumptus est libere procedi possit, si in Inquisitione peragenda delinquit, at non item aduersus peregrinum seu extraneum citra veniam, quæ cum magna difficultate impetrari solet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 12. Ianuarii 1494. Huic Arresto adde *Arrestum 6. & 9. in fine supra.*

XII.

Testes morientes ante repetitionem.

Si nullitas sit in inquisitione, & testes repeti oporteat, vel etiam ita decretum fuit ex causa, atque interea aliqui ex testibus moriantur non repetiti, testimonia ipsorum non valent, Ita Arresto Parisiensi 20. die Martii 1510. iudicatum fuit aduersus Ioannem Daumonium.

Lucius *eod. lib. & Tit. Ar. 1.*

XIII.

In duabus diuersis depositionibus, cui standum oporteat.

Cum testis bis seu iterato inquisitus fuit seu interrogatus, & varie deponat & contraria super eo, de quo quæritur, attendi solet, vtrum postrema depositio post priorem publicatam facta fuerit: tum enim priori statur, non attenta posteriore Eaque est opinio Bartoli *in l. si post dicaerit. §. penult. ff. de Adult.* & Glossæ. *in Auth. de Testibus §. illud tamen.* Alii dixerunt, ob periurium & inconstantiam, quæ inde resultat, vtramque depositionem reiiciendam esse: verum tamen Bartoli sententia obtinuit. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano. Verum si posterior depositio ante publicationem facta fuerit, & per repetitionem, propter nullitatem prioris, posteriori statur, vt notat per Speculator. *in tit. de Testib. §. 1* vel etiam si conflictus probationum ab vtraque parte præstitarum sit, & iudex ob prædictum conflictum hæreat, atque ex officio decernat, testes a se audiendos & repetendos in loco ipso controuerso, & si in prædicto loco testes apertius loquantur, vel etiam ex occasione manifestæ iam controuersiæ desistant seu retractent, & recanteut, vel etiam prioribus depositionibus suis coram iudice addant, tum repetitioni isti & posteriori depositioni ita factæ fides adhibebitur, si solenniter in ea processum fuerit, & decreto præcedente. Ratio hæc est, quod repetitio decreta hunc effectum habere debeat, vt testes addere, detrahere ac prorsus controuersiam declarare possint, alioquin inutilis futura esset: atque ita nisi à prædicto decreto testium repetendorum appellatum fuerit, absque dubio testes diuersimode & varie loqui seu deponere possunt. Ita expresse Arresto Parisiensi 21. Iunii 1561. iudicatũ fuit, quo cõfirmatur sentẽtia Balliuii Forosegusiẽsis vel eius Locumtenentis, pro Petro Meandro Notario Ceruerii, Andrea Finsio, Michaele Occedaro appellato, aduersus Natalem & Blasium Rupanũ, & consortes appellantes, qui in multam & expensas condemnati fuerunt. In prædicta causa vel processu notabile illud est, quod appellantes, cum communicationem processuum super loco controuerso factorum habuissent, & repetitionis testium iis cõprehensæ, & videntes iudicem controuersiæ iam super loco controuerso, omnia quæ necessaria erant ad rei veritatem cognoscendam & iudicium litis, puta explorasse, facta ingeratione & mensuratione, & rei ipsius veritate testium oculis subiecta, quique adeo inibi aliter locuti fuissent, quam in prioribus inquisitionibus factis extra & procul à loco illo. Singulare, inquam illud est, quod appellantes in falsi crimen inscripserant, atque coram prædicto Balliuio prædictum processum impugnauerãt, atque post nonnullos ex eisdem testibus produxerant, qui deponebant, prædictum iudicem nihil aliud circa sa fecisse vel à se exigisse, quam vt priorem ipsorum depositionem repeteret, cui nihil detraxissent, neque addidissent: igitur ea re Iudex & Actuarius loci & prædictæ partes criminali accusatione impediti fuerunt, quæ peracta fuit per repetitiones, commissiones, examen ex officio testium: Officiarii & partes processum suum probauerant, non sine captatione testium instrumentariorum, qua & quibudã aliis malis artibus appellati, prædictos Officiarios calumniari seu infamare voluerant: verum hi prædicto Arresto plene absoluti fuerunt, & accusatores appellati mulctæ subiacti fuerunt propter calumniam, & parti principalis causa adiudicata iuxta processum habitum in ipso loco.

Desumptum ex Guid. Pap. *quæst. 546. & quæst. 593.* Agitur de duabus diuersis depositionib. factis in iudicio, in materia ciuili: & communis opinio est, priori standum esse: In materia criminali posterioris maior ratio habetur, vel potiꝰ neutri statur, propter testis variationem, qui ea de causa falsi suspectus est Probationes enim criminum luce meridiana clariores esse oportet, *l. vlt. C. de Probatio.* At si ex duabus diuersis probationibus prior extra iudicium, altera iudicialiter facta fuerit, absque dubio posterior valebit, Bald. *in l. nullum in prin. C. de testib.* & *in l. fin col 11. C. de renunc.* Lud. Roma. *consil.* 505. Alexand *consil.* 74 *col* 3 *lib.* 10. Aufrer. *in decis. Capel. Tholos. quæst.* 280. Vide Alciatum *de præsumptio regul. 2 præsumptio.* 20. I. C.

XV.

Testes quando denegant, ita dictum nũcupatum fuisse.

Si ad Inquisitionem aut contractum quendam, testes dicant, sese ita non deposuisse, vel etiam contractum aliter fuisse, & Notarius vel inquisitor adserat contrarium, cui stare oporteat, magnum dubiũ est, quod ex existimatione Notarii aut Inquisitione resoluitur: ea quippe si bona sit ac laudabilis, ei statur: Si vero eadem suspecta sit, testium depositioni inhærendum est. Eaque est sententia Speculat. *in tit. de instru. edit. §. restat. versic. quid si additiones publicantur.* Et ita Arresto Gratianopolitano anno 1460. iudicatum fuit.

XVI.

Probatio feloniæ perfecta esse debet.

Probatio admissæ feloniæ à Domino feudali aduersus vasallum suum, per quinque testes summæ atque integræ opinionis fieri debet, *ca. vnic. Quot. test. sunt necessar. ad proband. feud. ingrat. 57. lib. 2. feud.* Vbi Aluarotus optimam rationem assignat, puta, quod ei obuiandum sit, ne Dominus feudalis feudum Vasalli sui sibi appropriandi cupidine opera testium mercede conductorum, suppositorum & exigui valoris vti possit. Et ita Arresto Gratianopolitano 10. Martii 1438. iudicatum fuit inter Dominum Sancti Germani ab vna parte, & Dominum de la Gard de Dominum feudalem ab altera parte. Gloss. *in d. cap. vnic.* dubitat, an id obseruari debeat.

XVII.

Proprietatis probatio diuersa est iuxta instantias in

Probatio proprietatis quomodo fieri debeat.

in quibus de ea quæstio vertitur, puta: si in instantia de prædicta proprietate principaliter quæritur, velut in Rei vindicatione, vt proprietas illa adiudicetur, non sufficit probare, longo tempore fundi possessorem fuisse, & pro domino habitum: huiusmodi quippe causæ non concludunt, & aliis etiam æque ac proprietario accidere possunt: verum necesse est probare causas, propter quas Actor proprietarius sit, nempe quia eius, qui proprietarius erat, iure nitatur, & ex causis concludentibus, & propter quas iure prædicta proprietas acquiratur, vt aiunt Bartol. in *l. cum res. C. de Probat. & in l. prius ff. de oper. nou.* Alioquin si in instantia de prædicta proprietate principalis quæstio non sit, verũ incidenter, probatio facilius fieri potest. Exemplum est in Actore in Negatoria. Is ait, hæc prata ad ipsum spectare, seque eorum proprietarium & possessorem esse. Secundo ea libera esse & reo nullam seruitutem debere, & id negando, ei licere prætendere & ius seruitutis pascendi in iisdem vsurpare. Tertio reum contrarium moliri. Concluditur ad interdictionẽ faciendam & declarationem libertatis & negatoriam seruituris: quæ libertas probata, quantum ad proprietatem, sufficere debeat ad probandum prædictum actorem eius possessorem esse, & notorie dominum habitum, vt not. Gloss. in *l. sicut. §. si quæratur. ff. si seru. vend.* & probatur in *l. 1. iuncta sua gloss. ff. fam. ercisc.* Et ita Arresto Gratianopolitano anno 1447. iudicatum fuit.

XVIII.

Testes quo numero examinari possint.

Ex Constitutione nemo admittitur ad inquisitionem faciendam super vnoquoque articulo proposito, maiore numero, quam decem testium. Nonnulli Constitutionem istam calumniari voluerunt ac dicere, super articulis generaliter propositis & sub hoc articulo. *Item, quod supradicti articuli veri sunt, notorii & manifesti, & super his vox atque fama publica est,* in tantum quantum quis vult, examen instituere posit, & de nouo cumulationẽ super iisdem articulis abundantis probationis ergo reassumere. Veruntamen plus in vno quam in altero rationis inesse non videtur, sed e contrario quod directe prohibitum [illegible], id per obliquum fieret, & ad certum testiũ numerũ coarctandum, constitutio hæc decreta fuit, ne alioquin partes expensis mergantur. *cap. cum causa [illegible] testibus.* Ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit [illegible] Dum. procuratorem Regium, iuncta Do. [illegible] reana ab vna parte, & Wilhelmum Molanum ab altera parte, anno 1394.

XIX.

Idem & singulare.

Prædicta Constitutio, ne plures quam decem testes super vno articulo producantur, ita intelligi debet, vt, si duo litis consortes sint, qui vna eosdem articulos posuerint, quilibet illorum super quolibet articulo decem testes producere possit, atque adeo pro his duobus viginti testes adducentur. Et huius rei bona ratio est, quoniam si separatim scripsissent quilibet suam productionem faceret, & hic coniunctio damnum iis afferre non potest, arg. *l. si communem. ff. quemad. seru. amitt.* Et ita similiter in casu Arresto Parisiensi anno 1388. dictum fuit.

Prædicta constitutio de numero testium audiendorum, de causis ciuilibus & non criminalibus, & propter eundem articulum intelligitur. Ita iudicatum compluribus Arrestis. Vide *Arrest. 34. huius Tit.* B.

Maynard. *lib. 4. cap. 6. Quæstio. suar.*

XX.

Idem

Constitutioni de examine instituendo vsque ad decem testium numerum, super vnoquoque articulo, nec plurium, sæpe ex causa derogatum fuit, non quidem eius permissionem dando: verum si vnus litigantium plures quam decem testes adhibuerit, & Curia postea videat, magnitudinem causæ hoc requirere, eximẽ testium supernumerariorũ admittere consueuit, & ex eadem ratione alteri partium idem eundemque testium numerum concedere, non tamen maiorem, ea ratione, quod quisq; iuris in aliũ. Et ita Arresto Parisiensi, anno 1394. iudicatum fuit. Præterea prædictam Constitutionem interpretari oportet de decem testibus separatim auditis, non vero de iis, qui per turbas audiuntur, quæ vniuersitas ordinarie decem testium est, ac nonnisi pro vno teste, quantum ad effectum Constitutionis istius, habetur: Et ita sæpe Arresto Parisiensi iudicatum fuit.

Turba pro vno teste habetur.

Huiusmodi turbæ seu turmariæ probationes de more fiunt ad speciem maiorem probationis. Quãquam non fiant, nisi ad probandam consuetudinẽ aliquam, quæ non nisi per populum induci potest, qui decem personis vt minimum constare debet. Et quanquam nonnulli dicant, consuetudinẽ minore quam decem testiũ numero probari posse, non est tamen hæc sententia verisimilis. Nam si quinque vel sex dicant, se ita facere consueuisse, & fieri de more vidisse ad cõsuetudinis probationem seu consuetudinem inducendam non sufficiens est numerus. Cynus id de duobus testibus ita scripsit *in l. 2. C. quæ sit long. consuetudo.* Curia raro huiusmodi turbas & turmarias probationes approbare solet, eo quod ea res mali exempli sit: via enim alioqnin Iudicibus muniretur ad admittendam subinde nouam cõsuetudinem & veteres emendandas, admissis videlicet probationibus turmariis, id quod ad Curiam tantum spectat, & non etiam ad iudices subalternos: quia quod huiusmodi probatio est practica seu cautela post constitutionem adinuenta, & ad eam circumueniendam, neque lex vlla vel capitulum de ea agit.

Turba ad quid fiat & quo numero testiũ constet.

Turba a Curia non approbatur.

Probatio per turbas seu turmaria ex auctoritate Parlamenti fieri debet, neque Iudices subalterni eam decernere possunt, vt definitum Arresto 8. Iunii 1577 quod refert Choppinus [illegible] *Gallicar. C. [illegible] pr[illegible] parte 1 quæst. 2 in fine.* F.

Probatio per turbas ex decreto Curiæ fit.

XXI.

Aduocatus & Procurator partis aduersæ cogi nõ [illegible] clientẽ suum litis dominũ deponere [illegible], *l. Mandati, & not. cap. [illegible] lib. 6.* Et ita Arresto Parisiensi anno 1386. iudicatum fuit.

Aduocatus & Procurator cõtra clientẽ suũ nõ deponunt.

Iudicium quod allegatur per expediens, non Arresto datũ fuit, vt memorat Ioannes Gallus, quæst. 75. Vide Arrestum 31. infra.

XXII.

Confessio facta in iudicio, ei qui eam fecit, in alia instantia nocet, etiam inter alias partea, *cap. in quisitionem de elect.* Aliud dicendum de inquisitione, quæ non prodest, nisi in instantia, seu inter personas instantiæ illius, in qua facta fuit, *cap. inter dilectos. de fid. instrum* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod allegat absque data Guido Pap. *quæst.* 254. Ratio hæc est, quia testis reprobationi obnoxius est atq; ita non plene probat, *l. si quis libertatem, & ibi Bart. ff. de iureiur.* In Confessione secus est, cui fides sua semper constat, neque ab eo, qui eam fecit, reprobari potest, *l. generaliter C. de non num. pec.*

Cõfessio partis semper fidẽ facit, inquisitio non item.

Raochinus *ad decis. Par.* 254. tenet cum Baldo *in l. 2. C de edendo.* confessionem factam in vna instantia prodesse in alia inter easdem personas tantum, non inter alias: sequitur Io. Imolcol. *in cap. per inquisitionem, de Electio. ext.*

Testes

XXIII.

Examen in futurā rei memoriā quando absque repetitione proſit.

Teſtes ad futuram rei memoriam a & valetudinarij, examinati ante litem conteſtatam, rurſus examinari debent, ſi tempore iudicij ſuper informādo ſuperſtites ſint: vt notatum fuit à Bartol. *in l.ſi quis nauicularius, C.de naufrag.lib.* 11. Attamen ſi examen illud primum ex autoritate Curiæ Parlamenti factum fuit, teſtes rurſum examinari non debent, etſi ſuperſtites forent: & examen velut validum liti nectidebet: Et ita Arreſto Curiæ Pariſienſis, anno 1585. iudicatum fuit.

Hoc in materia ciuili tantum intelligendum aſt: Iudicatum 5. Martij 1575. in Camera parricidali. B.

a Hoc deſumtum eſt ex Ioanne Gallo quæſt. 50. Attamen Charondas 4. *libr. Reſponſor. cap* 74. teſtatur, ſe vidiſſe contrarium obſeruari. Vide Imbertum *lib.* 1. *Inſt. For. cap* 43. T.

XXIV.

Iudicium ſuper informando

Si actor allegationem ſuam propoſuit, eamque reus ſimpliciter denegauit, non propoſita contraria allegatione, & Iudex pronuntians actorem ſuper allegatione ſua informare oportere, eadem opera dicere debet, reum in contrarium informare poſſe, *l.petenda.C.de temp. in integr.reſtitut.* Et ita Arreſto Pariſienſi iudicatum fuit, 20. die Decembris 1519. pro Domino Cruceo.

XXV.

Dilationes ad informādū, ſeu probationes cōquirendas

Duo mercatores Lucēſes commorantes vel ſanè frequentantes nundinas Lugdunēſes, mercatorem quendam Turonenſem nomine Perdriellum nundinas pariter frequentantem coram Conſeruatore ſeu Comite commerciorum prædictarum nundinarum citari curant, eo ſcilicet fine, vt ſolueret & præſtaret ſummam quandam quadam ſyngrapha comprehenſam, & vt eam vel conteretur, vel inficiaretur: prædictus Perdriellus negat, ſe eam vnquā aut ſcripſiſſe aut ſignaſſe. Prædictus Comes commerciorum decernit, prædictos mercatores Lucenſes intra proximas nundinas ἀγίων ſeu omnium Sanctorum informare oportere. Huic Decreto cū prædicti Lucenſes non ſatisfeciſſent, aliam adhuc dilationem poſtulabant, vt informare poſſent: id Iudex eis indulget, decernitq; vt omnium præfixionum & dilationum loco intra nundinas proximas Regum informarent, ſeu probationes conquirerēt. Hoc tempore elapſo prædicti actores aliam dilationem poſtulant, eo quod nulli mercatores Turonenſes, quib. teſtimonium ſuper prædicta Syngrapha denuntia i poſſet ad recognoſcendum, vtrum à prædicto Perdriello facta fuiſſet, ad prædictas nundinas commeaſſ[illegible]. Igitur Iudex nouam dilationem eis dat, vſque ad n[illegible]dinas Paſchales: ab eo prædictus reus appellat: cauſæ appellationis ipſius hærant, quod Conſtitutio [illegible] prohibitum [illegible] dilationes ad peragendam inquiſitionem, quā [illegible] ones tribui, atquin prædictum Comitem C[illegible]iorum tres indulſiſſe: Pro appellāte Bouch[illegible] appellabat, ꝑ appellato Putean⁹ qui aieb[illegible], nihilominus eſſe rei, ſi Iudex tertiā dilationē tribuiſſet: intra dies priores actorē non potuiſſe inquiſitionē peragere, quandoquidem nulli mercatores Turonenſes ad nundinas Lugdunenſes commeaſſent. Curia appellatione citra multam in irritum deducta decreuit, id à quo appellatum fuit, effectum ſuum ſortiri oportere, expenſis cauſæ appellationis in definitiuam reſeruatis, parteſque ad Comitem Commerciorum remiſit. Arreſtum hoc datum fuit 1. Iulij 1549.

XXVI.

Mulier teſtis aduerſus maritū ſuum.

Quodam modo iniquum videtur & irrationabile, vt mulier aduerſus maritum ſuum teſtimonium ferre cogatur, vt ait Baldus *in l. Etiam. C. de Teſtibus.* Attamen Arreſto Pariſienſi, 9. Ianu. 1530. contrariū iudicatum fuit, pro Franciſco Paillardo appellatu aduerſus Carolum Paillardum, appellantem à Balliuio Ambianenſi, pro quo Bodinus perorabat, pro appellato verò Bordellus, qui iniuſtam probationū opponebat, & laudabat *l. reſponſo. ff. de Probatio. & l. tum probatio.eod.tit. & l.quæro an ſi ſeruus §.fin.ff.de adilit. Edict.* Cæterum cauſa ciuilis vertebatur, in criminali quippe aliud foret.

Caput hoc deſumtum eſt ex Imberto *lib.* 2. *Inſt. Forenſ.cap.* 41. Ioannes Faber *in l.* 2. *C. de Teſtib.* in hac ſententia eſt; Maſuerius verò *in Practica ſua de Teſtib num* 5 in cōtraria ſententia eſt, poſt Baldū & Cynū, *in l.eād. C. de teſtib.* niſi ex defectū probationum. Vide etiam *Capella Tholoſana deciſio.* 3. I. C.

XXVII.

Mater aduerſus filiū quando teſtis audiatur.

Appellatio à Balliuio Aurelianenſi interpoſita, qui decreuerat matrem, cui teſtimonium denuntiatum fuerat aduerſus filium ſuum, audiri non oportere, in irritum deducta fuit, decretumque prædictam ſententiam, à qua appellatum fuerat, plenum & integrum effectum ſuum ſortiri oportere, licentiā tñ appellanti præbita, interrogādi prædictā matrem partis ſuæ aduerſæ, quo ſcilicet interrogatione ea peculiari ſacco incluſa, eius ratio, prout æquū viſū fuerit, habeatur: Arreſto 24. Octobris 1546. Maioribus diebus Rigoduli habitis. Nam etſi de iure communi pater, mater, auus vel auia non cogantur *l.parentes. C. de teſtibus.* excepta tantummodo ætatis probatione, *l. etiam ff. de Probatio.* Attamen teſtes, quantum ad hoc, plus priuil[illegible] habere non poſſunt, quam pars ipſa aduerſus quam producuntur, quæ ex Conſtitutione Regia iuramento præſtito reſpondere cogi poteſt.

Vide *Arreſtum* 10. *in App.*

XXVIII.

Idem.

Quinque diebus poſt & in eodem loco, 19. Octobris eiuſdem anni agitata fuit veroſimilis materia in lite agitata inter liberos, qui de fructibus & eorum æſtimatione, quos videlicet defunctus ex bonis neptis ſuæ ex filio, cuius tutor erat, perceperat, diſceptabant: quoniam videlicet liberi & heredes eorū rationem reddebant. Res erat domeſtica, in qua vidua eademque mater audienda erat, non equidem aduerſus liberos ſuos, verū inter liberos, in quib. par affectionis ratio erat: & nihilominus tñ idē ꝙ ſuperiore Arreſto dictum fuit. Idemque dicendum eſt de aliis perſonis et ſuppoſitis, aduerſus quem teſtium productio fit. Nam vt maximè aduerſus eum cui obſequium debet, produci non poſſit, interrogari tamen poteſt, deque facto & ſcientia ſua reſpondere cogitur. *l. quæro. in fin. ff. de adilit. Edict. & l.ſeruos. C. de Teſtibus.*

Domeſtici teſtes quādo admittantur.

In re ſeu facto de nocte admiſſo & domi, domeſtici teſtes admittuntur, *c.dilecto.de Offic. Arch. in antiq. l. conſe fin. §. verum. Cod. de repud. l. quoties. C. de naufrag.lib.* 12. Guid. Pa. ſingulari 84.

XXVIII.

Cauſa prorogationis dilationis arbitrariæ

Sæpe perdifficile eſt, probare impedimentū aliquod, quo quis impeditus fuit, quo minus intra decretā dilationem inquiſitionem faceret, quæ ex cauſa per Conſtitutionem prorogari debet: & ex hac cauſa arbitrio Iudicis relinquitur, partem prorogationem poſtulantem præſtito iuramento ſuper prædicto impedimento, *cap.* 1. 22. *quæſt.* 1. & Speculat. *in tit. de appell. §. nec breuiter. verſ. quid ergo* & Salic. *in l. Præ-*

ses. de Appell. Et ita Arresto Gratianopolitano dictum fuit, secundo die Iuridico post Quasimodo, 1459.

XXX.

Testes examinati post dilationem.

Curia Gratianopolitana obseruat sufficere vt testes intra dilationem producantur & iurent, etiamsi postea examinentur: vt & die quodam feriato iuramentum ab iis exigatur, quamuis die non feriato examinentur: omne quippe ad diem iuramenti ipsorum refertur, vt not. Bart. *in l. si quando. C. de Testib. in fin.* Hoc semper tutum non est, ac videtur litigantem melius facturum, si intra dilationem testes suos audiri curet.

Desumtum ex Guido Pap. *decis.* 125. Adde Rot *decis.* 1. *Testib. in nouis.* *Felin. in c. licet causam. num.* 19 *de Probat.* Carondas *lib.* 4. *Respon. for. cap.* 74. *sub fin.* refert se vidisse iudicare Aresto post longam disceptationem, testes, qui intra dilationem iuramentum præstiterant, post illam examinari posse, nisi expressa inquisitionem faciendi exclusio obstitisset. I. C.

XXXI.

Procurator testimonium perhibet aduersus clientem suum.

Procurator ad litem, iureiurando super articulis partis aduersæ deponere tenetur, iuxta opinionem Bartoli *in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iur. fisci*, & Glossæ *in c. Romana. de Testib. in* 6. & alterius Glossæ *l. etiam C. de Testibus*, & *in l. final. ff. eod.* Et ita Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit, 8. April. 1454. aduersus Ioannem Hugonem, Procuratorem Antonij Neter, ad libellum Celestini Columberij, Regnicolæ: *supra hoc tit. num.* 21. contrarium Parisiense Arrestum extat.

Arrestum istud desumtum est *ex decisio.* Guido Pap. 45. vbi plenius & manifestius refert, quod quando cliens aliquis suum Procuratorem ad lites in testimonium adhibere velit, (idem dicendum de Aduocato) eum non admitti debere. Id quod locum habet, etiamsi neque Aduocati neque Procuratores amplius forent, idque in causa appellationis, *ex cap. fin. cum gloss. de Testib. in* 6. quod procedit etiamsi Procurator esset reuocatus in lite pendente. Rota *decisione* 126. si pars aduersa illos in testimonium producere velit, admitti eos debere. Id quod etiam Arrestis Parlamenti Parisiensis iudicatum fuit, 5. Decembris 1579 & 18 Iunij 1580 quæ refert Robertus, *rer. iudicat. lib.* 2. *cap. vlt.* & saluis partibus aduersa rio refutationibus. Qui quæstionem hanc plenius tractatam videre desiderat, legat *additiones ad prædictam decisio. Pap.* & Franciscum Marcum *decisio. Delphinalis quæst.* 681. & 1316 & *par.* 2 *quæst.* 182 vbi tenet, locum hoc habere ob defectum aliarum probationum. I. C.

XXXII.

Religiosi testes admittuntur.

Monachi, Religiosi, & Mendicantes, testes in contractibus & testamentis adhiberi possunt, quoniam expressè ab eiusmodi actibus prohibiti non reperiuntur, ac propterea idonei sunt, *l. 1. ff. de testibus.* Ioannes Faber *Instit. de Testa. §. testes*, contrarium tenet, verum expresse nihil allegat, ne pro sententia sua. Et pro priore, Arresto Gratianopolitano, an. 1460. iudicatum fuit.

XXXIII.

Presbyteri quando & quomodo deponere cogantur.

Presbyter aut Religiosus in causis criminalibus testimonium perhibere non potest, nec ad id à Iudice laico, absq; Episcopi sui, Abbatis aut Prioris autoritate cogi potest, vt ait *Innoc. in cap. extra. de Iuram. calum. & in c. 2. de postul.* verum si absque hoc illi deponant, depositio illorum valet. At in lite ciuili à Iudice cogi possunt, leui coercitione, velut arrestatis illorum equis, non tamen ipsorum persona, nec expectata illorum venia, quæ necessaria non est. Atque ita compluribus Arrestis iudicatum fuit, tam Gratianopoli, vt ait Guid. Pap. *quæst.* 45. quam in aliis supremis Curiis. Hodie in Francia amplius hoc non obseruatur, vbi Presbyteri seculares & Regulares coguntur à Iudicibus secularibus tam in ciuilibus quàm in criminalibus litibus deponere, absque venia Episcoporum diœceseos & Abbatum: ipsorumque depositiones valent, & sufficit, Presbyteros iusiurandum præstare, dextra manu ad pectus apposita, non tactis sacrosanctis Euangeliis. Ex Buignonio *lib.* 3 *leg. abrogatarum.* Guido Pap. *decisio.* 542. Imbert. *lib.* 1. *instit. suar. cap.* 4. I. C.

XXXIV.

Constitutio de decem testibus cum criminalibus locum non habet.

Constitutio Regia, ne plures decem testibus super vnoquoque articulo produci possint, in criminalibus locum non habet, nec pariter iuris axioma, non posse testes post publicationem produci, vt plene Arresto 10. *infra tit. de nouis articulis seu positionibus*, dicitur.

XXXV.

Testes qui iam sunt accusato ad mittuntur.

Accusatus pro suæ innocentiæ & exceptionum seu defensionum probatione, & testibus etiam iis, quos ipsemet reprobauit, & secum commissi collatique fuere, vti potest, nec ob id in periculum. *l. si quis testibus. C. de testib.* incurret, vt Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 24. Augusti 1545. pro quodam Dannonæo nomine: adulterij accusato: Ipsius quippe defensio tam fauorabilis est, vt testibus cuiuscunq; tandem generis sint, vti possit, siue domestici a sint, cognati, suspecti, vitiosi aut alio quouis modo reprobati: eaq; doctrina est Bald. *in l. parentes C. illo tit.*

a De domesticis & cognatis seu parentibus præter doctrinam Baldi hic allegatam, agit Speculator *in tit. de Inquisit.* §. 1. *vers. sed nunquid* etc. Alexand. *consil.* 5. *lib.* 2. Thom. Grammat. *decis.* 34. *num* 14. T.

XXXVI.

Inquisitor recusatus, recusationis suæ causas friuolas aut impertinentes declarare non potest: id quippe à iurisdictione dependet, *l. cognitio. de offic. eius cui mandat. est iurisd.* quam is non habet: verum partes coram Iudice prædictarum recusationis causarum remittere debet. Et si eo insuper habito vlterius procedat licet appellatum ab eo non fuerit, pars quæ recusauit, via nullitatis inquisitionem improbari atque irritari curare potest. ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 12. Maij, anno 1545.

Inquisitor ad decidendas propositas recusationes non potest. Arrest. des 4. Nouembr. 1570.

Et quando Inquisitor periculo partis vltra progreditur & adhærendo appellatur, Curia decreuit, de recusationis causis informandum, vtrum pertinentes sint, vt Iudex facere debet, ad quem Commissarius remissionem fecerit. Causæ recusationum iustæ sunt, sollicitatorem in causa esse, iuxta *c. vlt. de appell. in* 6. commensalem esse: Iudicatum Arresto 18. Februarij 1563. B.

XXXVII.

Adiunctus necessario signare debet sub pœna nullitatis.

Iudex controuersiam seu litem super inquisitionibus ab Adiuncto non signatis dirimere non debet. De eo Arrestum in Parlamento Parisiensi, 7. die Augusti, anno 1546. datum fuit, decretumque, priusquam in iudicio prædictæ litis procedatur, inquisitionem in Prouinciam referendam, quo ab Adiuncto signetur, prædicti Iudicis expensis, qui in expensas, damna & interesse condemnatus fuit. Et eodem Arresto omnibus Iudicibus interdictum fuit, ne litem in qua inquisitiones sunt, dirimant, nisi eæ à Commissario & adiuncto signatæ fuerint, sub pœna omniũ expensarum, damnorum & interesse partium.

Decretumque prædictum Arrestum in Sedibus districtus Parlamenti publicandum esse.

Postes

Postea promulgatum fuit Edictum de Adiunctis, quod eiusmodi controuersiam definit seu determinat.

XXXVIII.

Aduocat' Senior absentib. Iudicib. non delegatus inquisitionē facere non potest.

Constitutio, absentibus aut recusatis Iudicibus, Locumtenentibus generalibus aut peculiarib. cognitionem seu notionem Seniori Aduocato aut Sedis Pragmatico attribuit. Idque pro expeditione causarum obseruatur, vt supra suo loco plenè tractatum fuit. Prædicta Constitutio de Inquisitionibus faciendis non loquitur. Qua ratione prædictus Senior Inquisitionibus operam dare non potest, nisi à Iudice aut Locumtenente delegatus fuit. Arresto Parisiensi, 15. Decembris 1550. Inquisitio quædam nulla declarata fuit, eo quod à Seniore Aduocato, loco Præfecti & Locumtenēte ipsius absente, ad id non delegato facta fuerat.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum I.

I.

Probatio per testes non admittitur aduersus tenorē instrumēti.

CONstitutione Molinensi nemo ad probationē per testes aduersus instrumenti alicuius tenorem admittitur, constitutumque de omnibus reb. quarum summa centum libras excedit, vnica solutione præstandarum, contractus celebrari per scripturam oportere: præterque contenta in illis, probationem per testes non admittendam. V. Maynar. *lib. 4. cap. 82.* Iuxta hanc constitutionem Arrestum penult. Decembris 1568. aduersus Dominum Campanum datum, dictumque fuit Constitutionem hanc obseruandam. Attamen Arresto, 22. Mart. 1571. articulus quidam aduersus contractus tenorem admissus fuit: puta solutū fuisse, & apocham seu quittantiam signatam non fuisse, eo quod Notarius repertus non fuisset. Hanc ad rem notandum est, licet omnia Acta iudicialia per Acta seu Regesta probentur: nihilominus illorum subtractionem per testes probari posse. Arrestum Catholicianorum, 10. Ianuarij 1564. Vide gloss. *cap. 1. de Censibus*. B.

Acta in-iudicialia con-[illegible].

Exceptio [illegible] super [illegible] data de [illegible] o con-[illegible] ditione [illegible].

Præscriptiones peremtoriæ desumtæ ex Constitutione Molinensi *artic.* 54. quæ prohibet in causis centum libras excedentibus vllam probationem per testes præter contenta in contractibus admitti, non eliduntur decreto contrahentium, vt notatur a Caronda *libr. 2. Responsor. Art. 91. sub fin.* & [illegible] *cap. 76.* Ioannes Fyma tributorum susceptor, tempore belli ciuilis syngrapham quingentarum librarum Simoni de Villa [illegible] præbet, eamque vt susceptor signat. Cum creditor summam istam ab illo peteret, prædicta qualitate se defendebat, quæ capitaneos Actor adserit, eum proprio ac priuato suo nomine sibi promisisse: is regerit, allegationem istam iuxta Constitutionem non admitti: super hac allegatione coram Iudice contestatio fit, eaque probatur non obstante rei appellatione. Postea lite ad Parlamentum Tholosanum remissa, cum reus Rescriptum Cancellariæ impetrasset, vt ad persequendam appellationem admitteretur, quam a contestatione interposuerat, Rescriptum ipsius adprobatum fuit Arresto, 21. Maij 1581. Hanc ad rem Arrestum Parisiense allegatur à prædicto Caronda *lib. 3. Responsor. suor. cap. 50.* & alterum *lib. 6 cap. 74.* Prædicta Constitutio locum habet in omnibus contractibus, etiam in deposito. Arrestum Parisiense pronunciatum in purpura, 13 Augusti 1575. Carondas *lib. 3. Respons. cap. 52. & lib. 9. cap. 35.* aduersus opinionem Cuiacij *in paratit. l. Cod. Tit. deposit.* cui tamen conforme Arrestum idem Carondas allegat, *lib. 7. Respons. cap. 126.* cuius postea datam *lib. 8. cap. 58.* puta die 23. Octobris 1582. designauit. T.

[illegible] ali- locū io [illegible] to.

II.

Ad postulationem partium, antequam inquisitio celebretur, inspectio, iugeratio, mensuratio, adæratio seu æstimatio fieri potest: ita iudicatum 29. die Nouembris 1576. aduersus appellantem quendam Andegauensem. Præterea antequam ad inquisitionem peragendam procedatur, necesse est, vt in allegata & articulos apud Acta partes consentiant, & non per eremodicium: alioquin nullitati locus est. Ita præiudicatum in causa quadam perorante Ripario 13. die Augusti 1584. Nota præterea, neminem teneri testes nominari, antequam iurauerint, & deposuerint. Iudicatum, 12. Februarij 1571. B.

Inquisitio nulla ob articulos non adprobatos.

III.

Testes male inquisiti ex officio, absque postulatione, post publicationem repetuntur.

Si inquisitor per imprudentiam, errorem aut aliter, testes inquirere super articulis vel eorum circūstantia, ratione & causa scientiæ intermiserit, aut etiam obscurè depositionem prædictorum testium conceperit: Iudex ex officio suo decernere debet, prædictos testes à se audiendos super iis, quæ ipse notauerit, & secreto in mente retinuerit. Et res probabilis est, licet inquisitiones publicentur, & partibus earum communicatio facta fuerit: verum etiam opus non est, vt pars se ingerat ad id postulandum: hæc quippe postulatio suspecta ac periculi plena foret: ac propterea non admitteretur: verum pars aduersa ea excludi debet, vt notat Baldus *in l. si. versicul. renoco in dubium C. de Testibus.* & in *cap. constitutus eod. tit.* Et ita Arresto Parisiēsi iudicatum fuit, anno 1591. Ac necesse est, vt Iudex proprio motu ex officio Iudicis procedat, qui considerare debet, Inquisitoris culpam parti præiudicare non debere. Hic textus est *in cap. per tuas versic. nisi forte.* & ibi Innocent. & Ioan. Andr. *in Nouel. de testibus.* & sententia Bald. *in l. si quis. §. nec iterum ff. de Edendo.* Et ita Arresto Gratianopolitano * iudicatum fuit, 23. Iunij 1463.

* Ego puto autorem huius collectionis hic referre velle Arrestum 23. Iunij 1457. quod extat *in Decisione Guid. Pap.* 124. vbi tenet, quod si Iudex aut Inquisitor omiserit vnum testem examinare super vno articulorum, eaq; omissio ad notionem partis producentis peruenerit, ante Inquisitionis tamen publicationem, postulante id prædicta parte, Iudex rursum audire & examinare testem potest, & subnectit, etiamsi dilatio Inquisitionis peragendæ expirauerit: sufficit quippe, testem productum fuisse, ac iurandum intra dilationem præstitisse: quia error iudicis non debet nocere parti, *cap. per tuas.* & ibi Innocentius *ext. de Testibus.* Bald. *in l. si quis §. nec iterum ff. de Edendo.* V. Cl. Laurentius Rabotius, Consiliarius in Parlamento Gratianopolitano, *in suis Notis ad Decisiones Guidonis Papæ* 72. refert, hoc ita Arresto prædicti Parlamenti iudicatum fuisse, die Sabbathi Dominicæ Palmarū 1544. Secus post dicta testificata, ad euitandam testium subornationem, super iisdem articulis, *cap. fraternitatis. cap. per tuas. ext. de testib.* Ita iudicatum fuit Arresto 4. Martij 1573. pro Ducissa Montmorancea, aduersus viduam Seneschalli Ag.nnensis, non licere videlicet testes vllos iterato super iisdem articulis audire per Inquisitionem, super quibus articulis Inquisitio facta fuerat, aut examen ad futuram rei memoriam parti communicatum, atque id omne, quod postea factum fuisset, nullum declaratum fuit. Secus, si Iudex id faceret, proprio motu ad informandā ei' religionē, depositionibus confusis atque intricatis existentibus. Paritérque post Inquisitionis publicationem pars non admittitur, si audire velit testem, qui citatus fuerat, & non comparuerat, etiam durante dilatione, & huiusmodi sententia Iudicum & Consulum Pictauiensium infirmata fuit Arresto, q. datū 16. Maij 1575. appellatus in expensas causæ appellationis condemnatus, peroratoribus Rigoletio & Fontenæo: subest enim hoc casu subornationis suspicio, & per decretum publicandæ inquisitionis, partes a citationibus ad postulationem suam factis aduersus testes ad deponendum, recedunt. Insuper in materia criminali postquam testes repetiti ac cum accusato cōmissi fuerint, ad partis ciuilis postulationem, iterum audiri & interrogari non possunt, propterea quod vindicandi sui & reprobationis suæ animo, ex odio facile aduersus accusatum deponerent: ita iudicatum perorante Amaritonio pro Setio Aduocato Lociensi, appellante à Locumtenente criminali Lociensi, aduersus Quintioum, pro quo Robertus in Camera parricidali perorabat, 4. Martii 1591. quamuis D. Seruinus Aduocatus Regius nixus atrocitate accusationis, raptus videlicet filiæ Quintini appellati, quæ octo tantum

Testes quando in causa ciuili & criminali rursus audiri possunt.

annorum erat, pro appellato conclusisset. Id quod tamen fieri potest, si pars ciuilis id non postulet, sed solus Iudex ex officio procedit, cum in eo non sit aliqua mali præsumtio, vt notat Innocentius in cap. cum clamor. ext. de testib. Guido. Pap. *decisione*. 72. I.C.

Sumtum ex Guido. Pap *quæst*. 124. adde Gloss. *in §. illud. in Nouel. de testib. & in c. cum Ioan. in verb. postquam. de Fide instrum.* Lodou. Roman. *consil*. 479. Iason. *in l. non hoc C. vnde legitimi, num.* 8 Ant. Capyc. *decis*. 61. Arrestum Parisiense quod hic allegatur, sumtum est ex Ioanne Gallo *quæstio*. 258. Et hoc quod supra dictum, videlicet id ex proprio motu ac officio Iudicis procedere oportere, verum quidem est: verum nihilominus fieri id optime potest, etiamsi pars id postulauerit. Alexand. *consil*. 238. *num*. 4. *lib*. 6. Steph Bertrand. *Consil*. 48 *in fin. lib*. 1. I.C.

IV.

Productio testiū post inquisitionis publicationē nō admittitur.

Post inquisitionis publicationem ad nouos testes producendos quis non admittitur, corruptionis metu. Arrestum 26. die Maij 1575. B.

Arrestum istud conforme est *Cap. Fraternitatis*. 17. *de testib. & attestat. Extr.*

V.

Inquisitor litem decidere non potest.

Inquisitor quamuis iudicare neq; decernere seu iudicium constituere possit, verum ad Iudicem remittat, attamen se ad id quod sibi demandatum, processurum, pronuntiare potest, puta ad inquisitionis confectionem. Iudicatum 23. die Iulij 1577.

VI.

Vtrū duo testes ex abundanti saluo alios reuciendi iure audiri debeant.

Iudex, cum decreuisset, duos ex abundanti testes audiendos, saluo alios duos reprobandi iure: appellatione & id &c. in irritum deductis, id emendandu decreuit, postulationem cæteris litis instrumentis ostendam vt de ea postea decernatur: 21. die Nouembris 1577. B.

VII.

Informatio super libello de informando de vita & morib. nulla.

Non oportet, pendente dilatione, quæ alterutri partium data fuit, vt scilicet paratus veniat ad se defendendum, alteri permittere informare: ita iudicatum, 6. die Februarij 1564. aduersus sententiam Consiliariorum Thesauri. Hinc ad rem notandum est, informationem factam super libello oblato ad informandum de vita ac moribus, non valere, sed oportere informationem super positionibus articulatis fieri: Arrestum 12. Ianuarij 1571. Idem diserte iudicatum fuit 16. Martij 1585. B.

VIII.

Non semper qui bene fundatus est in appellatione à multiplici dilatione.

Appellans à tertia aut quarta dilatione, quæ dilatio nonnisi octidui vel quindecennij erat eo quod à primis præiudicialibus non appellasset, in multam & expensas condemnatus fuit, 2. Augusti. 1564. B.

IX.

Confessio in materia ciuili diuidi non potest.

Quemadmodum oblationes ab vna partium factæ, diuidi nō possunt, & integræ acceptari debent, vt dictum est supra *tit*. 15. §. 1 *lib*. 8. ita pariter confessio partis vnius in materia ciuili diuidi non debet, vt in hac facti specie, Cum mulier quædam coram Balliuio Veromanduorum vel ipsius Locumtenente Rhemis conuenta fuisset, ad postulationem cuiusdam, cessionem ab Hispano quodam habentis, quo ei redderet & restitueret catenam quādam auream, quam pignoris loco ab Hispano isto habebat: atque ea confessa fuisset, penes se esse catenam fuisse: verum sibi debitam summam 300. coronatorum, eamq; catenam ex decreto prædicti Iudicis distractam, sese nihilominus paratam aliam catenam cōfici curare, dummodo prius sibi summa 300. coronatorum solueretur. Cessionarius cum adseruisset, mulieri nonnisi 300. francos deberi, Iudex decreuit mulierem curaturam aliam catenam auream confici, nō addito prius solui oportere ei, quod debebatur. Igitur cum ab eo appellasset, perorante Roberto pro ipsa appellante & Durero pro appellato, Arresto, 12. Decembris 1594. Curia appellatione & eo, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, atque emendato iudicio decreuit, appellanti debitam summam solui oportere. I.C.

X.

Vtrum auia & consorores aduersus nepotē & sororium testimonium perhibere possint.

Auia testimonium perhibendo aduersus nepotē suum, 6. Septembris. 1519. liberata fuit. Pariter die Veneris 20. Iulij 1562. perorante D. Pulero, qui nūc Magistrum libellorum supplicum agit pro appellante, & Valla pro appellato, Arresto iudicatum fuit, sororium in actione iniuriarum non cogi aduersus sororium suum testimonium perhibere, vide Robertum *rer. iudicat. lib*. 12. *cap. vlt*. In casu diuerso Arresto, 25. Februarij 1556. matri iniunctum fuit, vt testimonium perhiberet in causa testamentaria inter viduam primogeniti & alterum, vtrum videlicet prædictus primogenitus testatus fuisset, iuxta *l. qui testamentum. §. per contrarium. ff. de test.* B.I.C.

XI.

Depositū centum summam 100. librarum per testes non probatur.

In quinta Camera Inquisitionum, 28. Iulii 1595. iudicatum fuit, ad relationem Dn. Louetij, in lite inter Catharinam Areus & Bayum depositum 100. librarum summam excedens, testib. probari nū posse: & quanquam à decreto contrarietatis appellatum non fuisset: quinimo etsi executioni traditum fuisset, atque inquisitio admissa, nihilominus inquisitionem videndam non esse, vtpote futuram prorsus inutilem, cum agatur de depositione testium deponentium super re centum libras excedente. Id quod in deposito fauorabile & singulare est. Nam cum depositum totum eius fidei, cui custodiendum datur, committatur, vtique is, qui bona fide depositum accepit, periculum facilè incurreret, imo existimationis suæ iacturam faceret, admissa vel duorum testium depositione. Breuiter qui omnis probationis loco à se depositi, non nisi fidem eius, cui id commisit, habet, eandem fidem in restituendo & repetendu deposito sequi debet,

Arrestum hoc desumtum est ex Dn. Louetio *lit D. Arresto* 31. vbi in vtramque partem rationes extant, vide locum ipsum, vna cum doctissimo Commentario Dn. Brodei, qui alia quædam eiusdem generis Arresta refert.

TIT. II. DE FORMA PROCEDENDI in causis leuioribus.

ARRESTVM I.

Causis leuioribus lig... & de plano expediri debent. Vide Constitutiones Aurelianens. art. 7. & Blesensiū art. 153.

VIcesima septima die Maij 1544. datum fuit Arrestum Parisiis, quo decretum fuit, Iudicem Niortium, qui passus fuerat litigatores quosdam coram se pro quinque solidis ordinariè procedere, sese coram Curia sistere oportere, & processus annullatus ac litigatoribus regressus reseruatus pro expēsis suis, damnis & interesse aduersus Aduocatos suos & Procuratores, & de cætero prædicti litigatores iudicio penitus liberati fuere citra expensas & multam. Domini Triumuiri Regij tum perorando doctissimè repræsentarunt formam & ordinem proce-

deodi

dendi in causis leuioribus, hunc nempe, reum cogeodem illico respondere, negare, inquam, aut confiteri: si fateatur, condemnandum: si neget, decem ẽdum, vt is primo die iuridico nulla vlteriori dilationi testes suos adducat, qui ante omnia alia à Iudice audiri debent, hoc facto, Iudicem pronuntiare oportere citra vlteriorem processum, neque in dicio per scripturam dato, iuxta *Auth. nisi breues C. de sent. ex breui. recit.* tunc enim, inquit, sine scriptis, & sine aliqua expensa cognoscere præsidem oportet.

II.

Idem. Aliud simile Arrestum super appellatione quadam Sancti Bonneti Castelli datum fuit pro summa 60. solidorum, anno 1535. quo iniunctum fuit Castellano prædicti loci, vt huiusmodi causas summariè expediret, neque litigatores processu ordinario detineret.

APPENDIX ARRESTORUM ad Titulum II.

I.

Idẽ cursus in materia ciuili & criminali. PRæfectus & Procurator Regius Montheriensis, citati personaliter fuerunt, eo quod processum per scripturam fecissent, cum summariè procedere debuissent super quibusdam iniuriis & leuioribus vulneribus, perorante Memmino, 14. Iulij 1576. Et sæpe Curia Procuratoribus & Aduocatis iniunxit, vt causas leuiores per expediens, vt loquũtur, determinarent. Et vero, 10. Iunij 1586. Gillotoperorante, Iudici à quo interdictum fuit, ne litem seu processum super materia summaria & moratoriis præscriptionibus institueret, atque appellatio à decreto in scriptis procedendi in huiusmodi causis leuioribus admittitur. Iudicatum 22. Nouemb. 1574. Hanc ad rẽ facit Constitutio Caroli V. quæ prohibet iudicari partes seu litigatores in facto contrarios esse, cum res per viam iuris terminari potest: & Constitutio Blesensis *artic.* 154.

TITV. III. DE REPROBATIONIBUS Testium.

Super hac materia vide tractatus Aufrerii *de Reprobationibus testium*, & Rebuffi, qui plene tractãt de reprobationibus & saluationib. testium, ac post illos Do: Petrum Ærodium Locumtenentem criminalem Andegauensem, *de ordine & forma iudicij criminalis*. Do. Ioannem Imbertum *in Institutis, sua forensib. lib.* 1. *cap.* 47. atq. ibibi Guenoisiũ. I.C.

ARRESTVM. I.

Reprobationes quã do admittantur. REprobationes testium admittuntur, siue traditæ fuerint, siue ad id peragendum seu admitti postulatum fuerit, vt admitterentur, si absque his processus determinari possit, iuxta Constitutionem Imperialem per *l. ad probationem*. 21. *C. de Probatio.* Et ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit pro Domino Castroboucheto, aduersus Dominum Muntrochetium, & altero Arresto, quod datum in lite Domini Rocæ, postulantis adprobationem cuiusdam Rescripti Regij à se impetrati, eum in finem, vt ad reprobandos de nouo testes admitteretur.

II.

Reprobatio à mino re post publicationẽ facta. Minor ex Rescripto Principis ad proponendas reprobationes aduersus testes post publicationem, absque aliis solennibus admittitur, dummodo in eo statu esset, vt absque iis causa caderet. Et ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, pro Domino Bellopilo, aduersus Dominum Grinotum, Aufrerius *ad decis. Capel. Tholosa.* contrarium tenet, iuxta *decisionem* 53.

III.

Testis quãdo reprobari possit ab eo, qui eũ pro se produxit. Ex dispositione Iuris communis pars ad reprobandum testem à se productum, veluti à parte aduersa, non admittitur, siue examinatus fuerit, siue non, *l. si quis testibus.* 17. *C. de testibus.* Attamen Doctores Canonici *in cap. præsentium, illo tit.* hic distinctionem fecerunt, vt, in causa, in qua eum produxi, mẽ eundem reprobare non posse, si pars mea seu aduersarius eum examinari curauerit. Verum si in alia lite, alia pars eum produxerit, & aduersus me audiri fecerit, ad eum reprobandum me admittit, neque obiici mihi posse, quod eum in alia re produxerim, siue eum examinari siue non curauerim. Hodie ea sentẽtia inualuit, in eadem causa huiusmodi testem ab vtraque parte productum reprobari poss: si noua faciendi huius occasio supervenerit, *d. l. si quis testibus, & d. cap. præsentium*, vel etiam de nouo & nunc primum causa cognita fuerit, licet maximè antiquior sit. Et ita Arresto Burdegalensi causa quædam iudicata fuit inter Dominum Castroboucherum ab vna parte, & Ioannem du Bois ab altera parte.

IV.

Reprobationes in causa appellationis admittuntur. Guido Papa *quæst.* 300. ait, se quadraginta annis, ex quo iam in Parlamento Gratianopolitano Aduocatum egisset, de stilo & consuetudine prædicti loci obseruari vidisse, obiectus contra testes admitti ad probandum in causis appellationis, qui non fuerant probati in prima instantia aduersus *cap. præsentium de testibus.*

V.

Reprobationes in incidenti prouisionis non admittuntur. Nemo ad reprobandos testes super momentanea possessione & prouisione inquisitos admittitur: & si reprobationes proponantur, prouisio insuper iis habitis iudicatur, vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Iunio 1497. Ratio huius rei bona est, eo quod huiusmodi incidens summarium sit & reparabilis præiudicii sit, licet duæ instantiæ, puta plena manutentio, ac postea petitorium persequẽdæ sint. In quarum vnaquaque pars vna facile reassumere omnia potest, quæ sibi vtilia fore cognoscet, ac nominatim in negotio prædictarum reprobationum. Hanc ad rem notabilis est textus *in l. penul. ff. de his qui sui vel alien. iuris sint.*

VI.

Protestatio necessaria reprobationis. Pars, quæ productioni & iuramento testium à parte sua aduersa, pdnctorũ adest, protestari debet, de iis reprobãdis post exitum inquisitionis, alioquin reprobationes illius postea non admittuntur. Et ita Arresto Parisiensi pro Petro Bouchero, aduersus hippocomum quendam, anno 1489. indicatum fuit.

Vid. Maynard. *lib.* 4. *Question. fuar. cap.* 70. I.C.

VII.

Testis nõ obstante reprobatione admitti & audiri debet. Inquisitor non ideò minus testem reprobatum audire debet, etiamsi ad reiiciendum eum reprobationem idoneam ac sufficientem esse, ilico & de plano ei demonstretur: verum absque præiudicio obiectis vlterius procedere debet, non obstante eo & oppositione vel appellatione quacunque, iuxta Constitutionem Regis Ludouici XII. *art.* 85. quamuis ex dispositione Iuris prædictæ reprobationi de plano deferatur, vt ait Felin. *in cap. ex parte. de testibus.* Arresto Parisiensi, 14. Martij 1532. dictum fuit,

Commissariorum, qui huiusmodi reprobationes admiserat iisque paruerat, vt earum probatio fieret, malè decreuisse, eumque super eo coram respondere debere.

Vide *Arrestum* 10. infra.

VIII.

Testem à me productum, eius refutandi causa me neque sistere, neque indicare teneri.

Patrono, qui prædio clientelari manum iniecerat, & clientis heredibus, de fructib. caducatus disceptantibus, ambigebatur quo tempore cliens fatis concessisset? Posuerat patronus, eum certa in acie cecidisse, & commilitonum aliquot testimoniis (vt existimabatur) probauerat. Dicebant heredes, testium refutandorum causa, de iis se terra marique inquisiuisse: neque de laribus, neque de focis, neq; de cuiusquam censu quicquam vsquam fuisse inuentum. Ne igitur testium fidei, forsan de medio sumptorum & maximè insectandorum, nihil obtrectaretur: petierant, vt qui eos produxerat, sisteret, aut saltem indicaret: quod & ipsi impetrauerant. Sed appellatæ Curiæ placuit, patronum hoc onere non fuisse grauandum. Ex tempore, Seguerio Hastei causam orante. 6. Calend. Iul. M.D.L.

Lucius *lib.* 11. *Placitor. Curia Tit.* 8. *Arr. vlt.*

IX.

Generalē testium omniū reprobationē admitti

Productos in se testes generatim omnes vna vel altera partium intestabiles esse dixit. Huiusmodi generalem testium omnium reprobationem, licet nō speciatim contra cuiuslibet testis personam opposita fuisset, admitti placuit. Tantum quippe in omnibus generale valere, quantum singulare in singulis. Et ita Arresto Parisiensi 14. Februarij 1450. ab omnibus Inquisitionum Cameris conclusum & iudicatum fuit. Ac postea altero Arresto, vltima die Augusti 1509.

Lucius *lib.* 11. *Placitor. Curia Tit.* 8. *Arr.* 2.

X.

Reprobationes generales aduersus vnū quemlibet testium nō admittuntur.

Reprobationes testium non admittuntur in terminis generalibus, veluti infames esse, periuros, adulteros, homicidas, fures domesticos atque alias eiusmodi, nisi speciatim particulares circumstantiæ, nempe loci ac temporis admissi delicti, vel sententiæ super eo datæ, & à quonam iudice, vt sciatur, competens is sit necne, aliæve huius generis circumstantiæ additæ fuerint. Eaque doctrina est Innocentii *in c. præsentium. §. testes. de testibus lib. 6. per l. libellorum. ff. de accusatio. & in l. in causis. ff. eod.* Et quantum ad tempus attinet, mensem & annum exprimi sufficit, & in accusatione necesse est diem & horam addi, *d. l. in causis*, & ibi Gloss. *in verb. tempus, & in verb. secretarum.* Ita tribus Arrestis Burdegalensib. iudicatum fuit, quorum vnum anno 1528. aduersus Franciscum Malerium: alterum anno sequente, aduersus nobilem Gabrielem de l'art Dominum Aubiaci: tertium denique, aduersus Benedictos Lemouicenses datum fuit.

V. Lud. Roma *cons.* 290. Adde *decisio. Cappel. Tholos.* 53. Maynardum *lib* 4 *cap.* 90.

XI.

Idem.

Reprobatio generalis à Curia admittitur, hoc addito, partem, quæ ita generaliter eam proposuit, expressius & specialius tempus designare debere, vt & locum, personas & casus à se propositos in confuso: vt ita pars è contrario testes saluare possit: pro quo facit *cap. præsentium*, & quæ illic scribit Philip. Franc. *in §. testes cum Gloss. in verb. interrogatoria de testibus in* 6. Lud. Roma. *cons.* 290.

XII.

Reprobationes aduersus testes ob crimina qualia qualia non admittuntur, nec validæ sunt, si testes, aduersus quos proponuntur confessi *a* non fuerint: aut pacti aut per sententiam condemnati. hoc quippe satis non est ad conuincendos eos: quoniam id sæpe per falsos testes euenire potest: ac Princeps eos ex indulgentia honoribus ac existimationi restituere. Et ita Arresto Parisiensi, omnibus Cameris congregatis, iudicatum fuit, 12. die Augusti 1538.

Reprobationes [...] admittuntur.

a Iuxta *l. furti de iis qui not. infam.* P. Anchar *consil.* 25. Boetius *decis.* 230. tamen accipiuntur ad eleuandum testimonium. And. Barbat *consil.* 4 *lib.* 3. At tamen in Curiis Ecclesiasticis contrarium obseruatur, iuxta dispositionem Canonicam, *in c. super eo.* & ibi notat. *ext. de testibus.* vbi delictum in grauioribus ipso iure infamat, atque parti recusanti testes conuincere permittitur, si iam conuictus non fuerit: Mansuetius, *Tit. de Testibus, num.* 17. & Dn. Maynardus *lib.* 4 *cap.* 75. & 76. refert in Parlamento Tholosano, si testis reprobetur, quod leno suæ vxoris sit, huiusmodi reprobationem admitti etiamsi sententia de eo dicta non fuerit, ob facinoris videlicet enormitatem, item si [...]ctius testem obiiciatur, eum patrem aut matrem suam verberasse, duas vxores habere, ordinarium diuini nominis blasphematorem esse. huiusmodi, inquam, reprobationes admitti, etsi de eo testis neque conuictus neque condemnatus, neque etiam de eo pactus fuerit. Id quod in Curia Parlamenti Parisiensis non obseruatur, neque in sedibus ad illius districtum pertinentibus. Verum quæritur, vtrum qui in pœnam aliquam corporalem condemnatus fuit, exempli gratia, fustigationis, exilij, aut alteram similem, ac sententia executioni tradita, a Principe Rescriptum impetrauerit, quo bonæ famæ & existimationi restitutus fuerit, verum, inquam, ea ob causam ad testimonium perhibendum admitti possit? Prædictus Dn. Maynardus *lib* 4 *cap* 93. tenet, quod non, eo quod vulnus istud restitutione ac reuocatione haud ita plenè coalescat, quin cicatrix seu vestigia adhuc remaneant & appareant, & vt Ouidius canit:

Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Carondas in contraria sententia est, *l.* 4 *Respons. suor. ca.* 34. I. C.

Quando & in q[...] Curiis admittantur.

Leno in[te]stabilis reprobabilis.

XIII.

Reprobatio [...] singularis specialis esse debet.

Reprobatio aduersus testem facta, specialiter casum, locum & tempus continere debet: vt is, qui prædictum testem produxerit, eundem saluare possit. Pro quo vid. Paul. Castrens. *in l. Turpia. ff. de legat.* 2. ac cum aliter proposita fuisset, compluribus Arrestis reiecta fuit.

XIV.

Reprobatio ob corruptionem admittenda.

In Maiore Camera Inquisitionum obseruatur, reprobationem testis, qui inductus & ad deponendum pecunia corruptus esse dicitur, idoneam esse: etiamsi reprobans non adiiciat, prædictum testem falsum deposuisse, aut se contra veritatem depositurum promisisse: sufficit enim pecunia fuisse corruptum proferendo testimonio, licet non arguatur, quod testimonium falsum dixerit. Ita tenet Panorm. *in c. licet causam de Probat.* Bartol. *in l. Diuus. ff. de re iudic.*

Maynardus *lib.* 4. *cap* 91. hoc loco Paponium reprehendit, eo quod Bartolum & Panormitanum allegauerit, qui (ait ille) in locis citatis de hac facti specie non loquantur, & addit, Parlamentum Tholosanum reprobationem ob corruptionem non admittere, nisi speciatim particulares circumstantiæ, veluti pecuniæ quantitas, corruptionis modus, locus & tempus corruptionis exprimantur, & allegat Paul. Castrens. *in l. turpia. D. de legat.* 1. I. C.

XV.

Reprobatio [...] mendicantis admittenda.

Arresto Parisiensi, mense Augusto 1532. iudicatum fuit, mendicantem *a* per plateas idoneum testem non esse, eo quod facilimè corrumpi possit, propter

propter extremam, in qua constitutus est, paupertatem, iuxta id, quod vulgo dicitur: *En grande pauureté n'y a pas grand' loyauté.* hoc est, *in magna paupertate, nō esse magnam fidem.* Masueri. *in tit. de testib. col. 2.* & Alex. *in Consil. 2. 7 volu 6.* Glos. *in l 3. in verb. egens de testib.* Altera ratio ex Platone *lib. 9. de leg.* sumitur, qui in Republica bene constituta mendicantes tolerari non vult, & Magistratibus, cui Reipub. onus incumbit, iniungit, vt eos, qui mendicitati exercendæ totos se dedunt, expellant: inde quippe ignauiam ac pusillanimitatem procedere. Ac idem Plato *lib. 8. de Republica* ait; necessario vbi complures in Vrbe aliqua mendicantes sint, complures pariter maleficos reperiri. Atque hanc ad rem lex est Mosaica *Deutero. cap. 15. Ne sit inops aut mendicus inter vos.*

Mendicantes pub. mendicantes reipub. noxiosi.

Aduersus huiusmodi ignauiæ sectatores, inertes, & desides, Athenis lex quædam promulgata fuerat, quam Solon a Rege Ægipti Amasi, vt & Spartæ didicerat. Nos in Iure duas Constitutiones aduersus mendicantes non inualidos habemus, puta *l. vnic. de mendic. valid. C. Iustin. lib. 11. tit. 15.* & *Cod. Theodosia. de mendicant. non inualid.* & *Nouella 80. de Quæstore.*

Reprobatio ob paupertatem insufficiens.

Alioquin absque huiusmodi vilitate & mendicitate, paupertas in teste non reprobatur, vt ait Plinius Secundus ad Traianum scribens, *Summa sæpe in integritas in paupertate.* Tiberius Cæsar, vt Suetonius scripsit, in testamento suo, testes pauperes adhibuit, idque obsignauit etiam humillimorum signis. Hanc ad rem faciunt verba *§ siu. de suspect. tutor. instu.* I. C.

XVI.

Reprobatio ob inimicitiam in omnib. casib. admissa.

Quamuis in accusatione criminis læsæ Maiestatis testes, infames, qui ius accusandi nōn habent; viles item ac alii improbioris notæ admittantur, *l. famosi. ff. ad l. Iul. Maiesta.* veruntamen de inimicis accusati testibus recipiendis id non intelligitur: ac reprobatio ob inimicitiam pertinens est, & legitima, nam in teste inimico timetur mendacium, iuxta *l. 1. § propterea ff. de Quæstio. ibi, præterea inimicorum quæstioni fidei haberi non debet, quia facile mentiuntur:* ita dicit Bartol. *l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. Maiesta* Ego ita scriptum vidi, Arresto Parisiensi iudicatum fuisse *in Schedis defuncti Domini de Loges Consiliarij.*

Attamen reprobatio ob inimicitiam affectatam non admittitur, Dn. Maynardus *lib. 4 Quæstio. iuur. cap. 84.* neque inimici reconciliati, idem Maynardus *lib. eod. cap. 98.* Pariter reprobatio illa non admittitur, si dicatur testem intimum amicum esse illius inimici, aduersus quem producitur. Idem Maynardus *l. c. 4 cap. 81.* Itemque reprobatio ob familiaritatem, aut seruitia non admittitur, nisi ordinarius domesticus sit, P. Anchoranus *Consil. 246. 289.* neque ad leuandum aut diminuendum testimonium, Andreas Barbatius *consil. 3. iu 3* I. C.

XVII.

Mulieres testes produci possunt.

Mulieres testimonii dicendi ius tam in ciuilibus, quam criminalibus, ex depositione Iuris communis habent, *l. eo co. ff. de testibus. l. qui testamento. §. Mulier. ff. de Testam. § possunt. inst. de testam.* Consuetudo Laudunensis Prouinciæ olim hæc erat, vt mulieres in criminalibus quidem admitterentur, verum in ciuilibus non item: iure Canonico è contrario in criminalibus testimonio iis interdicitur, in ciuilibus autem admittuntur, *cap. Forus. de verb. signif.* Arresto Parisiensi inter prima, quæ data post festum S. Martini, anno 1393. prædicta Consuetudo correcta & reprobata fuit, atque hæc res ad dispositionem iuris communis reducta.

Consuetudo correcta.

XVIII.

Reprobationes quando admittuntur.

Iudex decernere non debet, vt partes respondeāt per *credo, vel non,* & hodie cathegoricè super articulis in Reprobationibus testium comprehensis: neque pariter decernere, vt partes probationem præstent super articulis in prædictis reprobationib. comprehensis, nisi prius, vtrum ii probabiles seu pertinentes sint vel non, videant, ac præterea prædictas reprobationes vlterius specificare seu designare oporteat. Inquisitionem quippe facere super reprobationib. nō concludentibus, nihil aliud foret, nisi vexare, partesque inanibus ac superfluis sumtibus onerare. Ita in Maiori Camera Inquisitionum iudicatum fuit, die Veneris 16. die Augusti 1532. ad relationem Domini Harlæi, sententia Aurelijs data infirmata, qua aduersus Constitutionem Regis Ludouici XII. *arti. 39.* videlicet ex iis, qui anno 1512. publicati fuerūt, decretū fuerat, partes seu litigantes, quorum relationem tum temporis Dominus Harlæus fecerat, per *credo, vel non,* respondere debere, super reprobationibus, & super iisdem inquisitionem faciendam, non visis iis neque iudicatis pertinentibus seu admissibilib. Præterea eo quod ante publicationem inquisitionum, reprobationes dantur, fieri potest, vt huiusmodi testis reprobetur, qui non deposuerit, rem quæ producenti prosit, ac proinde non futura necessaria reprobationis probatio.

Superius iā formetur.

Plerumque testes in reprobationibus auditos, reprobare non permittitur: Arrestum mense Iunio 1551. Et notandum est, si iniuriosa reprobationis allegatio, siue causa ex affectato partis alterius consilio atque animo procedat, actionem pro reparatione iniuriæ aduersus prædictum consiliū intentari posse, Arrestum 22. Ianuarij 1563. Vide Appendicem *Arrest.* 1. infra.

XIX.

Anno 1497. mense Iunio & Iulio, omnibus Cameris coadunatis lis quædam super terra & dominio Montmorensi Bellai iudicata fuit atque Arresto dictum, reprobationes testium non videndas, eo quod inquisitiones & instantia de momentanea tantum possessione erant, eamque ob rem certus testiū numerus præfinitus fuisset. Supra hoc titulo Arrestum quintum simile huic est, ac ut eadem facti specie fuisse videtur.

Reprobationes in incidenti momentaneæ possessionis non admittuntur.

Lucius *lib. 11. Placitor. Curiæ, Tit. 8. Arr. 4.*

XX.

Coram Seneschallo Cunomanensi, vel Locumtenēte ipsius criminali, inter duos lis criminalis mota fuerat, vnus eorum prædictum Seneschallum recusauit, & causas recusationis scripto exhibuit, super quas informare oporteret: ex hac ratione se ad Locumtenentem generalem conferunt: coram quo, super causis recusationis testis producitur. Pars aduersus quam is productus fuerat, impedit, quo minus admittatur, eo quod ipsi suspectus sit & summus aduersæ partis amicus. Alter contrarium ait non impedire videlicet id testis admissionem, saluo ei illū reprobandi iure. Ex altera parte, pars replicabat, exceptionem legitimam contra testes à principio recipiendam esse, *cap. præsentium, de testibus.* Panorm. *in cap. ex parte, eod. tit.* Præterea in casu, de quo quæritur, eū reprobationes porrigere non posse: tum quippe super Iudicis recusatione ordinariam litem instituere: atque hanc ad rem Arrestum datum conforme dispositioni iuris: quod ait, in summario iudicio nō posse obiici exceptionem in personam testiū, Ioann. Andr. *in cap. venien. 2. de testibus.* Locumtenens generalis Cenomanensis decreuit, testem illum admitti non debere: ab eo appellatur. Arresto Curiæ, quod datum in Camera parricidali, 7. die Martij 1550. dictum fuit, male iudicatum & bene appellatum, appellatusque in expensas causæ appellationis condemnatus.

Testis audiri debet non obstāte reprobatione.

natus. Pro appellante perorabat Regnardus, pro appellato, Rubeus. Supra hoc titulo simile extat Arrestum septimum.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

Actio reprobatio-num diffamatoriarū quando pmissa.

REprobationes iniuriosæ & diffamatoriç idoneç sunt & in iudicio admittontur. Arrestum 10. Decembris 1584. neque super iis informationem fieri neq; super recusanoois ignominiosæ causa, nisi lite finita. Arrestum 28. Martii 1579. in Camera patricidali. B.

II.

Cognati quo gradu reprobentur.

Videtur, cognatos, qui ex dispositione Iuris, testimonium neque pro cognatis neq; contra eos dicere possunt, *l. testis idoneus. D. de testibus. l. parentes. C. eod. tit.* accipiendos duntaxat in gradu, siue ascendentium siue descendentium, siue denique collateralium, eos qui ex Constitutione iudices esse non possunt, vt sunt parentes, liberi, generi, fratres, sororii, patrui, auunculi, nepotes, fratres patrueles aut consobrini, vel ab iis descendentes, Blesensis *Artic.* 117. 120. Attamen Maynardus. *lib. 4. quæstio. suar. cap.* 92. vlterius progreditur ac tenet, intelligendum hoc de cognatione vsque ad quartum gradum, & ita in Parlamēto Tholosano obseruari: nisi quæstio sit de probatione ætatis, & affinitate, *l. etiam. C. de testibus. cap. videtur. Qui matrimon. accusar. possunt.* I.C.

Compater testis.

Testis, cuius infans, è sacro baptismate à parte, à qua in testimonium producitur susceptus fuit, a testimonii dictione repellitur, *ext.* non è contrario, si partis producentis infans è sacro fonte a nunc producto susceptus fuerit. Maynard. *lib. 2. cap. 89.*

III.

Reprobatio aduersus testem sententia iudiciali reprehēsum notari debet.

Reprobatio aduersus testem iudiciali sententia reprehensum, de crimine infamante notanda est, bene supplendo, etiamsi verbum, *condemnati*, additū non fuerit. Ita iudicatum ad relationem Domini Iabioli in quinta Inquisitionum.

IV.

Reprobatoria reprobatoriis non admittuntur.

Vigesima prima Iun. 1531. in causa Regnaldi Marlei Arrestum datum fuit, dispositio. *cap licet 49. Ext. de testibus* non obseruari, quæ reprobatoria reprobatoriorū admittit: & ab eo actor depulsus fuit, quod voluerit etiam in causa criminali ad reprobandos testes in inquisitione audiri super articulis reprobationum: Arrestum istud sub antiquo Palatii stilo datum, quo reprobatoria reprobatoriorum non admittuntur, fallit in arduis, ac in religione Iudicum relinquitur, probationem ex magna causa admittere, vbi suspicio subornationis testium, quos reprobari quis cupit, animaduertitur: verum istud potius Iudicis officio, quam parte requirente admittitur.

Arrestum istud nec non præcedens desumta sunt ex Arrestis Dn. Lonetij *lit. R. Art. 4 & c* vbi Commentator ait, reprobatoria reprobatoriorum fieri non posse nominatim in materia ciuili & in materia criminali, cum de re minima agitur, idque propter infinitatem vitandam, & hanc ad rē laudat Arrestum 6. Febr 1568, Vide locum ipsum.

* *
*

TIT. IV. DE PVBLICATIONE inquisitionum.

ARRESTVM I.

Publicatio inquisitionis necessaria.

EX sententia Glossæ in *l. prelatam. C. de sen. & interloc. omn. iud.* publicatæ inquisitionis defectus processum nullum reddit. Nihilominus eo non obstante vsque ad publicatam ann. 1539. Constitutionem, huiusmodi res strictè obseruata non fuit. Postea in eam sententiam magis inclinatum fuit, idque necessario ob cōplura Arresta Parisiensia prædictæ Glossæ, *ibi, & publicentur*, conformia.

II.

Publicatio in Curia non fit.

Arresto Parisiensi, anno 1376. dictum & decretum fuit, ne vlla Inquisitionum publicatio in Parlamento fieret: verum tantum in Balliuatibus, Seneschaltiis, aliisque iurisdictionibus ad Parlamenti districtum pertinentibus.

Post Arrestum istud, cuius Articulus 86. ex constitutione anno 1539. publicata, cuius mentio in primo huius tituli Arresto facta, desumtus fuit, altera Constitutio Ordinum seu Statuum Blesensium interuenit, *Art. 150.* qua dicitur, publicationem Inquisitionum deinceps in Curiis Parlamentorum, & apud Libellarios Palatii fieri oportere, tanquam coram ordinariis Iudicibus: id quod æquissimum est, res quippe nocentissima est ac periculorum plenissima in tenebris & obscuro litigare. Hac ratione Imbertus refert, Dominos Curiæ Parlamenti Tholosani nunquam Articulum istum prædictæ Constitutionis 1539. veritate sea approbare voluisse: *lib. 1. Instit. suar forens. cap. 47* Auferius super veteri stilo Curiæ Parlamenti ait, practicam hanc introductam, vt omne scādalum euitaretur Publicatio Inquisitionis aliud nihil est, quam relatio eius, quando Inquisitiones in Acta referuntur & admittuntur, partesque communicationem eorum acceperint, atque reprobationes aduersus testes fecerint, aut iis exclusi fuerint, ac post publicationem istam amplius non admittuntur, vt titulis præcedentib demonstratum fuit. I.C.

Publicatio Inquisitionis quid sit.

III.

Reprobatio post publicationem.

Post publicationem Inquisitionis, minor ad reprobandos testes ex Rescripto admittitur. Arresto secundo *supra Tit. de Reprobationibus testium.*

TIT. V. DE RESPONSIS CATHEgoricis.

ARRESTVM I.

Articuli ad respondendū cathegoricè cōmunicandi.

IS, qui partem suam aduersam cathegoricè respondere super articulis à se positis postulat, prædictos articulos prædictæ parti suæ communicare tenetur, nec prædictæ communicationis recusatio admittitur, sub prætextu eo quod petitor dicat, prædictam partem omnium copiam seu exemplum habuisse, cum prædictos articulos proponeret. Et ita Arresto Parisiēsi iudicatum fuit, quod datum in Maiore Camera perorantibus Dominis Thuano & Nullio Aduocatis, 15. Decembris 1529. per *l. qui interrogatur. 5. ff. de interrog. actio.*

V. Constitutionem 1539. Artic 37.

II.

Audientia responsionū Cathegoricarū ad Inquisitores non spectat.

Exceptio seu audientia responsionum cathegoricarum ad Inquisitores non spectat, atque ab ea exclusi fuerunt Arresto Maiorum dierum Pictauiensium 26. die Septembris 1519. vt supra *Tit de Probationibus Arresto 3. & 4.* notatur.

III.

Respōsio

Nonnulli super praxi Constitutionis Roscinonensis

... *Artic.* 5. pern... ... mordicus adhæserant, dicentes, omnem responsionem cathegoricã per procuratorem speciali mandato subnixum fieri posse, nec eiusmodi responsionem exigentes nouos articulos adiungere posse, vt super iis respondeatur: verum iis contenti esse debent, qui in instantia proponuntur, neque alios proponere super eo Arrestum ... Nouembris 1584. in Parlamento Parisiensi inuenit, quo prædicta Constitutio confirmata, ac declaratum fuit, eiusmodi responsionem in persona propria fieri oportere: omnes quæ articuli ad materiam pertinentes admittuntur, quantuis positi non fuerint: perorantibus Pulchro & Corblundello.

TIT. VI. DE IVREIVRANDO.

Olim diuersæ Iurisiurandi formę extitere, exempli gratia, *per fratres, ... per purgationem ...*, nonnunquam solennibus quibusdam verbis in aliquibus locis, per sonum Campanæ, super sanctis reliquiis: verum huiusmodi ceremoniæ veluti abusiuæ reprobatæ & reiectæ fuerunt duobus Arrestis Maiorib. dieb Claromontij habitis, 22. die Iunii 1582 & 28. die Martii 1585. B.

ARRESTVM. I.

Maxima differentia est inter iusiurandum deferente parte præstitum, & alterum, quod Iudex ipse detulit. Illud enim à litigatore delatum, transactionis speciem continet, atque maiorem, quàm res iudicata, autoritatem habet, sic vt non amplius is qui detulit, ad probationem contrarij admittatur: quoniam expresse iurandi ... voluerunt, vindictam contemptæ religionis iurisiurandi istius Deo, quem satis vltorem habeat: relinquendam, *l. 2. C. de iureiur.* In altero vero non ita est, potest enim pars cuius interest, si noua instrumenta aut testes se inuenisse dicat, ab integro causam agere: nihilominus tamen, ... dubitatum fuit, deque quo duo Arresta ... extant, quæ inuicem sibi non respondent: quorum prius ... in Camera ... à defuncto Domino Præside Montelonio: posterius die 9. Iunii 1550. Facti species prioris hæc est, ... expensas à se impetratas taxari seu æstimari curans ... non liberet, vnde demonstrare posset, ... à se solutas fuisse, ad iusiurandum admittitur ... ipsi summa decem coronatorum æstimatur, præsente Procuratore condemnati, qui ... conuentus fuit & exactus. Accidit ... condemnatus rationibus repertis, & cum sententiæ breuiculo, quo sportulatum modus continebatur, collatis, petitorem pro quinque decem ... deprehenderet. Tum is periurij petitorem insimulat, & actionem personalem impetrat. Causa siue lis in Camera particulali contestatur, vbi prædictus appellatus asserit, nihil se nisi sancte ac vere iurasse. Arresto Partes absque vllis expensis à Curia abire iubentur. Alterius Facti species est, Antonius Calumus, postquam soluisset expensas aduersus se Augustino Colino taxatas, seu adiudicatas, de periurio prædicti Colini informari curat, eo quod multa de itinere, aliisque rebus perperam affirmasset, cuius nomine accusatio admissa fuit: ac postea probatione non concludente litigatores ad ordinarium processum admissi.

Ex Lucio *lib* 11. *Tit.* 16 *Arr.* 19. & 20. Vid. *l.* 21. *quod si & seq ff de Dolo* & Cicero 2. *de legib.* qui ait *Periurij pœnam diuinam, exitium esse, humanam dedecus.*

II.

Simplex iurisiurandi delatio ab actore reo facta, ac simpliciter acceptata, dubia & anceps fuit: nonnulli quippe tenuerunt, si actor asserat se mutuo centum coronatos dedisse, ac ad iusiurandum partis seu aduersarij sui prouocet: atque reus iuret, verum quidem illud esse, istos coronatos sibi mutuo datos, verum sub onere quodam postea adimpleto, aut sub conditione quæ postea extitit, aut etiam illos se soluisse, huiusmodi, inquam, iuramentum, quoad confessionem pertinet, valet: quoad exceptionem non itẽ. Atq; Actor partẽ alterã approbare, alterã vero reprobare potest, *l. perfecta 4. C. de dona. quæ sub mod.* vt notatũ est in prima gloss. *in l. siquidẽ. C. de exceptio.* Bart. & Bald. hanc sententiam tenent per *text. in l. publica, §. finali ff. depositi.* Et ita Burdegalæ iudicatum fuit, vt scriptum reliquerunt Petrus de Bella Pertica, Doctor Borboniensis *in l. vnic. C. de confess.* & Boet. *quæst.* 243. & 253. *num.* 7. Alii contrarium existimauerunt, ac sanius huiusmodi iusiurandum præstitum sub exceptione, partim acceptari, partim vero reprobari non posse. Eaque sententia fuit Ioannis Fabri, in §. *si quis postulante. de Actio. in pr.* & ab omnibus probis approbata fuit, & communis est, ac ab iis prædicta sententia reprehensa & infirmata: nec Arrestum istud fuisse crediderim. Hodie alia praxis est, nempe reum Consilio prius capto excipere debere, se super intentione actoris iurare non teneri, nisi simul & eadem opera defensioni & exceptioni suæ fides adhibeatur, super quo Iudex decernere debet. Et ita tenet Iason, *in consilio 87. nu.* 1. *volum.* 1. & si actor contrarium vrgeat, reus pro absolutione sua iurare potest, ac excipere, neque mutuum ..., neque obligationem, à qua non liberatus sit, ... teneri, ac expresse petitionem negare, ... per Specular, *tit. depos.* §. 10. *versic. quod si debes ...*, ... sufficere, aduersus actorem, qui super eo contumaciter ac obstinate litigat, iurare, *ego debeo, aut nihil debeo.* Atque iuxta vltimam hanc sententiam Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, pro Domino ... reo, aduersus Martialem Belcerium actorem, 13. Februarii 1531.

Delatam, additis exceptionib. suis iurare potest.

Vide *Arr.* 2. *Tit.* 15. *libri.* 8.

III.

Cum de minori aliqua summa quæstio est actoris iuramento statur, siue de rationibus siue de alia re agatur, modo bonæ vitæ, famæ nec suspectę sit. Ea que est sententia Bartoli, in *l. si quis pro redemtione,* §. *penult. C. de donatio.* Et ita Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit.

Lis lenior iuramento dirimitur,

IV.

Decima septima die Iulii 1521. Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, actorem vel reum, si à parte sua ei iuramentum deferatur, super intentione sua aut defensione seu exceptione iurare teneri: nec id impedire potest, si dicat, se per testes probationem suã facturum, ac nominatim cum & super actione & super exceptione iurandum est. Eaque est doctrina Bartoli, quæ hanc ad rem notatur, in *l. fin. ff. de in lit. iura.*

Iuramentũ delatũ recusari non debet

Sumtum ex Do. Boetio *decis.* 95. *nu.* 2. *Manifestæ turpitudinis est nolle iurare, nec iusiurandum deferre, l. Manifestæ D. de iureiur.*

V.

Pars alteri parti, quæ probationem suam præstitit, iuramentum deferre non potest, *cap. sicut consuetudo. de Proba.* & ibi Bald. & Felin. Et ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, pro Ioanne Godino, aduersus Stephanum Vilbanom appellantem, 19. die Octobris 1536. Postea Cõstitutio interuenit, quæ publicata anno 1539, qua pars cogi potest, in quacũq; parte li-

Iuramẽtũ ei, qui probationem præstitit, delatum non admittitur.

te litis, per iusiurandū * respondere. Prior istius Aresti sententia *infra Arrest.* 8. plenè declaratur.

Vid. *Art.* 6. & 7. Constitutionis Ruscinonensis.
* Super articulis pertinentibus.

VI.

Idem & cōtrarium.

Omnibus dilationibus præstandæ probationis elapsis, actor se ad iusiurandum rei referre potest, nisi contrariam per testes probationem præstiterit. Ita iudicatum Arresto Burdegalensi, mense Iunio 1531.

Desumtum è Dn. Boerio, loco citato *art.* 4. *nu.* 6 Aliter Iudicatum fuit, 20. Iunij 1516 iuxta *l. admonendi.* 31. *D. de iur.* B.

VII.

Delatio iusiurandi quādo impediat repræsentationē pecuniæ.

Si creditor repræsentationem per prouisionem postulat, debitor autem solutionem alleget, seq; ad iusiurandum à creditore præstitum referat, repræsentatio ista differri debet, si creditor præsens sit, aut vnius alteriusue diei itinere absit: verum si longius quam duorum dierum spatio abfuerit, dici debet, intra præfinitum tempus eum iurare, ac interea debitorem apud Acta consignare debere: saluo postea iusiurandum præstitum decernendi iure. Et ita Arresto Burdegalensi, 1. die Aprilis, 1526. iudicatum fuit.

Huius Arresti mentionem facit Rebuffus *ad Constitutiones in Tract. de literar. obligator. artic.* 5. *gloss* 5 qui tamen id Parlamento Parisiensi attribuit, non autem Burdegalensi, vt hic Paponius facit. B.

VIII.

Iuramētū à creditore, qui probationem suam præstitit, exactum.

Dubium à Doctoribus nostris motum, in *l. admonendi. ff. de iureiur. & in cap.* 2. *de probatio.* puta præsupposito, post plenam probationem creditoris delationem iurisiurandi debitoris non admitti, resolutum fuit Arresto Parisiensi, 12. Maij 1539. vt si reus actorem iurare velit, vtrum scilicet comprehensa in obligatione seu instrumento vere ac iustè debeantur, eum non admitti debere: instrumentum quippe plenam ac sufficientem eius fidem facit: isque casus est prædicti *cap.* 2. Verum si postulet, vt actor iuret, vtrum videlicet ei solutum fuerit: ex æquitate audiri oportet, vt notant prædicti Doctores, *in l. admonendi.* Arrestum superius 6. idem est.

IX.

Casus, quibus iuramentum suppletoriū admittatur aut non admittatur.

Complures casus sunt, quibus ex dispositione iuris communis iuramenta suppletoria deficiente probatione non admittuntur: veluti in matrimoniali causa, *cap. mulieri, cap. fin. de iureiur.* & Gloss. *in l. ait Prætor.* §. *quacunque, in verb. agatur. eod. tit. ff.* & cum quæstio est de maiore summa aut quantitate, Gloss. *in l. admonendi. eod.* Præterea in lite criminali, vt *in dict. Gloss.* In cæteris casibus, licet stilus non sit ea admittendi, inspecta Constitutione de decem testibus attamen dispositione Iuris admittuntur, si probatio dimidio plus perfecta sit: puta, si duo testes sint, quorum alter non reprobetur, aut etiam si nonnulla indicia vna cum idoneo teste adsint. Et ita duobus Arrestis Burdegalensibus iudicatum fuit, quorum vnum datum pro vidua quadam Rupellana nomine Ioanna Seuerina, alterum pro Lamberto Laneollo appellante, Vigilia omnium Sanctorum, anno 1520.

Caput istud desumtum est ex *Decisio.* 85. & 86. Dn. Nicolai Boerii Aduocati in Balliuatu & Officialatu Bituricensi, postea ae tempore, quo munera & officia publica iudicialia venalia non erant, Consiliario in Maiore Consilio, & tandem primo Præside in Parlamento Burdegalensi. Super hac quæstione vide *Decision. Capellæ Tholosanæ* 161. & ibi Aufrerium Corasium Miscellan. *lib.* 3. *cap.* 4. Hippolytum de Marsilis *singul. num.* 27 Panormitanum *in d. cap. nam nos. de iureiur.* vbi indistincte arbitratur, iuramentum necessarium reo deferri, per *cap. attestationes. de desponsat. impub. &c.* In actore propter negotii arduitatem dubitat, tandem concludit, hoc totum Iudicis prudentiæ esse committendum, qui pro causæ personarumque dignitate & qualitate deferendum esse statuet, Corasius in eadem sententia est tam respectu actoris, quam rei, cum de matrimonio contrahendo agitur: secus si de matrimonio dissoluendo, vel etiam si agatur pro matrimonio, sed sit præiudiciū alteri matrimonio, de quo cōstat clarissime ita decisū in Capella Tholosana. I. C.

X.

Iusiurādū suppletoriū in causa iniuriarum pœnam pecuniariam ... sit.

Arresto Curiæ Burdegalensis, quod datum 17. die Augusti anno 1531. Gratianus Cheurius appellans à Seneschallo Landensi, in actione iniuriarum ad suppletorium iuramentum admissus fuit, in qua ad pœnam tantum pecuniariam, ad palinodiā absque infamię nota cantandam, concluserat, per text. *in c. fin de iureiur.* Absque solenni quippe agnitione infamiæ nulla nota infligitur. Desumtum ex eodem Boerio *decisio.* 86.

Attamen quando condemnatio multæ pro quocunque tandem conuitio infligitur, nota infamiæ incurritur, attentissimum est a Curia adiici *citra infamiæ notam*, B.

XI.

Iusiurādū suppletorium in retractu conuentionali.

Arresto Burdegalensi, 19. Iulij 1533. inter Dominum Montguyonium actorem in retractu conuentionali ab vna parte, & Dominum Ramefortium reū ab altera parte, super depositione vnius solius testis se præsentem fuisse dicentis, cum prædictus reus in facultatem retrahendi actori consensisset, ac in præsentia partis ita confessus fuisset & cum aliud testes quoque deponerent, rumorem hunc esse, actori iusiurandum delatum fuit, pro probationis supplemēto, posteaque eo audito, reus ad reuendendum condemnatus: probatio quippe plus quam semiplena fuerat. Ea est sententia Ioannis de Imol. *in consil.* 92. incipien. visis & consideratis, & Aleaand. *in consil.* 120. *lib.* 11. & Philippi Decij *consil.* 17.

Vide Boerium *decisio.* 13.

XII.

Iusiurādū suppletoriū in Parlamento non admittitur.

Iuramenta soppletoria in Parlamento Parisiensi non admittuntur, veluti rem, quæ saluti æternæ præiudicet, eo quod hominum hac huiusce seculo infelicitate deprauati & corrupti mores explorati fuerint, adeo huiusmodi iurisiurandi religionem vel in leuissimis causis contemnunt. Rebuffus in Præfatione sua Tomi primi Constitutionum, inter leges nostras, quę non obseruantur, casum hunc velut abolitum posuit. Attamen nonnulli contrarium * tenent. Illud scio, in Palatio Parisiensi huiusmodi iuramenta consulta non videri.

* Veluti Imbertus *in Enchiridio suo in verb iusiurandum.* Vide Duarenum *li.* 2. *Disputat Anniuersa. cap* 33. vbi Stilum Parlamenti Parisiensis aduersus cōmunem opinionem defendit.

XIII.

Iusiurādū actui tēre limitato appositū limitatione non derogat.

Iuramenta semper intelliguntur iuxta qualitatē actuum, super quibus interueniunt, & iuxta terminos iuris, *l. fin. qui satisd. cog. l. fin. C. de non num. pecun.* Quapropter si filius heres, cui ex quacunque ratione alienatio interdicta, vt & omnis legitimæ & Trebellianicæ detractio prohibita fuit, quique approbauit & iurauit, voluntatem huiusmodi se obseruaturum, tam ante, quam post testatoris mortem, alienare nō prohibetur, ad dotādas filias suas, huiusmodi

modi quippe alienatio necessaria est, & lege permittente fit *l. si ita quis. §. ea lege donatum ff. de verb. oblig. & per Bald. in l. ea lege C. de cond. ob caus.* Et ita Arresto Gratianopolitano, vigilia Natalis 1455. iudicatum fuit.

XIV.

Iusiurādū Presbyterorum.

Iuramenta à Presbyteris aut Religiosis, tactis sanctis Euangeliis præstari debent: nec sufficit manus pectori admouere, *cap. nuper. ext. de testibus.* Guido Pap. ait, in Parlamento Gratianopolitano, suo tempore depositiones ab huiusmodi hominibus aliter factas nullas declaratas fuisse.

Hoc desumtum est ex *decisione* 65. Guid. Pap. verum istud amplius non obseruatur, & sufficit, Presbyteros, Religiosos, aut seculares, iusiurandum præstare, manu dextra ad pectus apposita, quemadmodum idem Papa refert obseruari de stilo patriæ Delphinalis, *in decisione sua* 635. Du. Maynardus *lib.* 2. *quæstio. suar. cap.* 63. Rebuffus *in præfatione tractat. Rogiar. Glos.* 5 *num.* 27. Aufrerius *ad decisio.* 160. *Capel. Tholosa.* I.C.

XV.

Iuramenta super reliquias in criminib. superflua & periculosa.

Arresto Burdegalensi, quod datū 20. Iunij 1518. super purgatione rei accusati & vnico teste conuicti, decretum fuit, Ipsum super reliquias Domini S. Antonij iurare oportere, iuxta Glossam * *in verb si ita est.* & ibi Abb. & Felin. *de homicid.* Huiusmodi iuraméta in criminalibus delata periculosa sunt, nec quicquam prosunt, quoniam verisimile est, reum vt pœnam effugiat, non dubitaturū peierare ac sanguiné suum qualiter qualiter redemptum velle, *l. 1 ff. de Bonis eor. qui mort sibi consc.*

* Desumtum ex Boerio *quæstio*, 86. Verum hic principium *cap. 1. significasti*, omissum fuit.

XVI.

Iuramenta decisoria disquisitio non ... obnoxia.

Si parte aduersa in iudicio iusiurandum decisorium deferente, pars altera iuret, ob periuriū postea conueniri nō potest. Nam vindicta periurij soli Deo relinquitur, *l. 2. C. de iureiur.* etsi cert. petat. Ac licet Iason. *in §. si quis postulante aduersario. Inst. de Actio.* contrarium tenuerit dicens generaliter, eum, qui alterius periurio prægrauatur, de periurio agere posse: nihilominus eo non obstante huiusmodi opinio nō inualuit, quando deferente vna partium iuramentum decisorium, altera iuret, & necesse sit, vt iuret, aut iusiurandum alteri parti referat, *l. manifesta. ff. de iureiur.* Nec de vllo alioquin oportet, nisi verum conformiter delationi iuratum sit vel non, *l. nonerit. §. dato. ff. illo tit.* & d. *§. si quis postulante.* Hoc quippe, quod ita iuratum est, pro veritate habetur, *l. 1. & 2. illo tit.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 10. die Octobris 1512. quo cum periurium notorium criminaliter quis persequeretur, repulsam passus est.

Quando videlicet iusiurandum à parte parti, & non à Iudice delatum fuit: V. supra *Art.* 1. & *Artic.* 6. Constitutionis 1563.

XVII.

Idem & limitatio præcedentis.

Postea Arrestum aliud in prædicto Parlamento datum fuit, mense Octobri 1531. quod præcedentis limitationem continet, & quod declaratio tum facta, ne si quæstio sit de re particulari litigiosa inter personas priuatas, accusatio de periurio admittatur, siue respectu partis priuatæ, siue etiam Fisci: verum si periurium huiusmodi rem publicam concerneret, & publicum crimen in se contineret, aliud fore.

XVIII.

Idem & sequela.

Deinceps, anno 1532. die 23. Decembris à Curia Burdegalensi Cameris congregatis Arrestum datum fuit, vbi prædicta duo Arresta disceptata fuerunt, ac in omnibus & per omnia prius obtinuit, nulla habita ratione limitationis posterioris.

XIX.

Iusiurādū in testamēto derogatorium est.

Iusiurādum in secundo testamento appositum, quo testator iurat, se nolle, prius testamentum valere, sufficiens est, ac omnium specialiorum derogationum ad reuocandum prius necessariarū vicē obtinet, quo priore omnibus aliis testamentis derogatum fuerat, vt per Bartol. *in l. si quis. in pr. ff. de lega.* 3. & *l. eam quam C. de fideicomm.* notatur. Et ita Arresto Gratianopolitano, 2. die Augusti 1457. iudicatum fuit.

XX.

Iusiurādū super re præscripta.

Arresto Parisiensi, penult. Ianuarij 1544. declaratum fuit, creditorem videlicet post biennium iurare teneri, super exceptione pecuniæ numeratæ, contra *l. in contractibus. C. de non numer. pecun.*

XXI.

Delatio iusiurandi expressum mandatū requirit.

Iusiurandum decisorium per Procuratorem, cui id specialiter mandatum non est, deferri non potest. Et si aliter factum fuerit, parsque super delatione huiusmodi iuramentum præstiterit, & in causa obtinuerit, omnia nulla sunt, etsi pars condemnata improbatione non vtatur, vt necesse non est: in re quippe per se nulla, huiusmodi improbatio necessaria non est. Appellans quidam à sententia absolutoria pro reo data, qui pro se super huiusmodi delatione absque expresso mandato facta iurauerat, causam obtinuit Arresto Parisiensi, 26. Nouemb. 1543. absque vlla improbatione. Isque textus est, *l. iusiurandum quod ex conuentione. § fin. iuncta seq lege ff. de iureiur.* & Gloss. *in cap. nonnullis. §. cum autem eod. tit.*

XXII.

Iusiurādū super veritate pretij in subhastatione præstitū.

Arresto Iudicatum fuit non admittendum libellum supplicem eo fine oblatum, vt emtor per subhastationem super veritate pretij, & verum tantum, quantum scripto cōprehensum est, dederit, iuraret: res quippe ea omni parte notoria & manifesta est, propter subhastationem, vt notatur super *l. emtorem.* 12. *ff. de Actio emt.* Quid quod nunquam res adiudicetur decursis hastis, nisi prius pretium in Acta relatū fuerit, iuxta *l. à Diuo Pio. §. fin. de re iudic. ff.*

XXIII.

Iusiurādū valere non facit id quod de iure reprobatum est.

Dispositione iuris communis religio iurisiurandi summam vim & efficaciam habere creditur, veluti in specie *cap. ex rescripto. de iureiur.* in quo cum mulier quædam pro Abbate fideiussisset, & iuramento promissioni suæ se staturam cauisset, Velleiani exceptionem opponere non potest, etsi nominatim eius mentionem non fecerit. Nouella Constitutione Iustiniani Imperatoris *in Auth. Sacramenta puberum. Cod. si aduersus venditio.* quamuis venditio à minore facta rei immobilis, omnibus partibus nulla sit, nihilominus eo non obstante, si minor rem immobilem alienet, ac iusiurandum tactis sacrosanctis Euangeliis corporale præstiterit, prædictam alienationem se seruaturum, restitutionē in integrum petere postea non potest. Hodie tamen in Francia, huiusmodi interpositio iurisiurandi non nocet, nec eo obstante, tam supradictis casib. quā

alie

aliis remedus iuris locus est, æquè ae si nullum iuramentum præstitum fuisset. Et ita sæpè compluribus Arrestis Curiarum supremarum iudicatum fuit.

XXIV.

Iusiurãdũ de maiori ætate à minore præstitum, quando & quomodo ad excludẽdam restitutionem valeat.

Arresto Parisiensi, quod datum aduersus Dominũ Nono castri in Bituricensi prouineia, anno 1560. obseruata fuit *lex Imperialis, si alterius circumueniendi causa. Cod. si minor se maior dixer.* cuius tria notabilia capita sunt. Primum est, si minor ætate maior appareat tam aspectu siue statura, quàm sagacitate, prudentia & astutia, & publicè pro tali habeatur, & ab omnibus maior esse credatur, qui libere cum eo negotientur & contrahant, si, inquam minor his quæ egit, per circumuentionem contrauenire velit, sub colore & prætextu minoris ætatis, ac nihilominus in omnibus aliis in quibus de commodo suo agitur maiorem se esse adseueret, non admittitur. Idem pariter ait *l. 2. præd. tit.* Secundum caput est, quod si per dolum vel circumuentionem aduersarij, cum quo contraxit, minor ætate maiorem se asserat seu alleget, hoc casu, si se sufficienti probatione minorem probet, restitui debet, non obstantibus huiusmodi simplicibus allegationibus & assertionibus. Quinimo necesse non est, vt minor, quo restitui possit, prædictæ partis circumuentionem probet: satis enim est, vt prædicta pars non possit probare, minorem dolo vsum fuisse: hoc quippe si non demonstretur, semper præsumetur, minorem absque dolo egisse: atque hoc casu restitutioni, non obstante prædicta sua adseueratione, locus erit, si de minori sua ætate fidem faciat. Tertium est, si in instrumento per sacramenti religionem tactis corporaliter sanctis Dei Euangeliis minor maiorem se esse ad eit: auerit, postea non admittetur, minorem se allegans, neque per testes vllo modo minorem ætatem suã probare poterit, probario quippe tantum ea admittetur si palam, euidenter ac propere ex instrumẽti prolatione de minoritate fidem faciat, præcisa omni alterius remedij spe. Et vero prædictis de causis cum prædictus Dominus Nouo Castelli per testes equidem se minorem esse probasset, nec scripto id demonstrare potuisset, repulsam passus est, eo quod actualiter affirmasset, & corporali iuramento præstito se maiorem esse adseuerasset.

Iusiurãdũ quale præstari debeat ad asserendam maiorem ætatem.

Vide Arrestum 20. Tit. de Filiabus nuptis, & Arrestum 8. de crimine falsi.

XXV.

Solennitas iurisiurandi superstitiosa.

Arresto, quod datum Maioribus diebus Claromontensibus in Aruernia, anno 1582. habitis, perorantibus Ranelio & Brigardo, sententia quædam confirmata fuit, qua Iudex Aurilliacensis decreuerat, maritum, qui vxorem suam malè tractauerat, iusiurandum præstare debere, solenni ac consueta in Prouincia formula, super eo, quod in Aruernia appellatur, *Te igitur,* aut super sanctis Euangeliis, aut super cruce, præsente Iudice, in Ecclesia, in Cõuentu populi, ad sonum campanæ, ac super articulis, quos vxor ipsius aduersus ipsum proposuerat, quibus affirmabat, eum mobilia & iocalia subtraxisse.

Arrestum hoc datum 8. Octobris 1582. inter Oliuarium Teulurium appellantem a sententia data à Balliuo montiũ Aruernix, aut eius Locumtenente, & Præsidiales Aurilliacenses & Dominicellam Annam Cæssotam, vxorem ipsius appellatam. Vide Tertullianum *de testimonio animæ.* & Lactantium *lib. 2. cap. 1.* Robertum *rer. iudicatar. l. 1. cap. 1.* I.C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VI.

I.

Quando iuramento aduersus tutorem fides adhibetur.

IVramento aduersus tutorem, qui neque inuentarium confecit, neque iuxta illud rationes reddidit, ad rationes reddendas conuentum fides adhibetur: item aduersus heredem suum, si lis aduersus defunctum contestata fuerit. Iudicatum 5. Augusti 1566. B.

II.

De iurando in terris subditorũ [illegible]

Quando in materia Subsidiorum, veluti pro vino ad mensuras vendito iuramentum exactum fuerit, & publicanus contrarium probare velit, non licet monitionem scandalosam, vt vocant, vsurpare, neque de periurio inquirere, verum partes contrarias in facto esse decerni oportet. Iudicatum pro appellante quodam, tanquam ab abusu, à Catholicanis, 3. Iulij 1577. B.

Vide Collationem Constitutionum *lib. 10. tit. 17.* vbi publicano super contrario Iurisiurandi informare permittitur.

TITVL. VII. DE PRODVCTIONE & communicatione seu editione instrumentorum, & actorum.

ARRESTVM I.

Quæ reo edenda sunt.

MAximum discrimen est, vtrum actor in intentione sua mentionem faciat actorum Curiæ, Rescriptorum & litispendentiæ, an vero titulorum, vt vocant, epistolarum & instrumentorum, quibus se tempore probationis vsurum dicat. Quantum enim ad acta & rescripta Regia attinet, si eorum communicationem reus postulet, antequam excipiat, eam consequetur: non vero titulorum, epistolarum & instrumentorum, ac sufficit ea produci tempore productionis, nisi aduersus successorem quendam ageretur, aut etiam actor vnicum fundamentum in contractu & instrumento poneret, quod necessario à reo videri debet, antequam vlterius procedatur, veluti cessionis aut debiti, atque tum actor id recusare non debet, nominatim quando reus affert, se si id validum sit, vltro cessurum. Eaque doctrina est Innocentij *in cap. 1. de probat.* At si per simplicem assertionem id alleget, non principaliter super eo se fundando, ad id non tenetur. Eaque declaratio est Bartoli *in l. si legatum. ff. de edend.* per illum text. vel etiamsi instrumenti illius notitiam certam reus habeat. Et ita, vt supra dictum fuit Arresto aduersus Ducem Aquitaniæ anno 1323. iudicatum fuit.

Vide Constitutionem Rusciooensem, *Art. 5.* quæ hanc quæstionem in hoc capite tractatam decidit, & id quod scripsit Carondas *lib. 1. cap. 35.*

II.

Priuilegiatus priuilegio vti volens, id edere debet quo fidem [illegible]

Si actor priuilegium alleget, vel aliud quid, quod iure communi absque expresso priuilegio frui non debet, in ipso limine statim titulum suum seu instrumentum reo edere tenetur. *cap. cum persona. de priuil. in 6.* Et ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit, anno 1322.

facere tenetur. 1322. pro Procuratore officii Domini Tournace . sis aduersus Procuratorem ciuitatis prædicti loci.

Ciues & incolæ Bituricenses, ex priuilegio Regis Ludouici XI. mense Iunio 1474. approbati in Curia Parlamenti 6. Augusti 1475. citati, conueniri aut ad vlam aliam iurisdictionem extra ciuitatem Bituricensem in prima instantia pertrahi non possunt: quod priuilegium eousque maturum fuit Arrestis prædictæ Curiæ, vt apparet ex collatione, quam in lucem edidi, prædictorum priuilegiorum & complurium priuilegiorum metropoleon huius Regni. Hoc præsupposito, ciuis quidam eiusdem oomine (qui præcipuus priuilegii effectus est) a tertio quodam in alia iurisdictione euocatus litem excipit, ac se ad iudicem suum ordinarium, protectorem priuilegiorum, Balliuum Bituricensem remitti postulat vigore priuilegii, cuius fidem non faciebat, quodque a reo in dubium vocabatur, repulsam patitur, mox appellat. Ego existimo bene iudicatum fuisse, ex ratione c. i. porro de Priuilegiis. ext. & prædicto cap. ... quod ait Bonifacius, ... ordinariis ostendere, & ea legendum integraliter exhibere. Hoc priuilegium facti est & iuri contrarium, quod propterea Iudex supplere non debuit, licet ipsi notorium esset, vt scripsit Antonius Capycius Decision. Neapol. 209 num. 7 per doctrinam Cyni in l. omnibus. C. de fid. instrument. (aliud foret Parisiis, vbi artic. 112. Consuetudinis, quæ Parisiorum ius commune est, hoc priuilegium insertum & comprehensum) ita vt Doctores, Professores, Suppositi & Studiosi Vniuersitatis, qui sua priuilegia habent, coram Conseruatore priuilegiorum voluerit aut, nihilo minus si declinare velint, nec de testimoniali & garda gardienoa fidem faciant, inde excludantur: & Commensales Regis a suo Committimus. I. C.

III.

Idem. Pariter fructor possessionem rei alicuius prætendat, cuius titulum allegat, illum ante omnia edere tenetur, *cap. ordinarii. de offic. ordin.* Nam etsi nemo aduersario suo titulum possessionis suæ dicere cogatur, si nolit, *l. cogi de petit. hered.* attamen si titulus allegetur ac contrarius iuri communi esse videatur, actor edere eum cogitur. Et ita Arresto Consistorii iudicatum fuit, per Sercomonium Castellanum Iauciç aduersus Maiorem & Iuratos S. Quintini.

IV.

Forma rationum mercatoris exhibendarum. Si in incidente pecuniæ repræsentandæ, debitor solutiones aliquas alleget, & ad creditoris diarium seu rationes diurnas prouocet, postulans, vt id exhibeat, quo videri & inspici possit, Iudex id ita ante omnia decernere debet. In simili casu, cum ante hoc præstitum iudicium repræsentandæ pecuniæ, Lugduni datum infirmatū fuisset, appellatus perorario ne sua allegabat, se codicis sui editionem obtulisse ea parte sui eius temporis quo appellans soluisse se designaret, ipsique hoc maximo præiudicio fore, si negotia sua hoc modo diuulgaret, Appellans aiebat, se tempus declarare non posse: se quippe ipsum non soluisse, verum institorem suum. Curia Parisiensis Arresto suo 2. Iunii 1545. decreuit, appellatum libros suos rationum eius anni exhibere debere, quo appellans soluisse se prætendebat in manus i... alicuius mercatoris Lugdunensis, qui iurare deberet, se nihil reuelaturum, excepta solutione, de qua partes inter se contenderent, & appellantem iuramento cauere debere itaquoque se facturum.

Vide l. quadam §. numularios. l. Argentarius ff. de Edendo.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VII.

I.

Ephemeridas diurna rationibus mercatorum aduersus quem fides. Ephemeridibus seu diurnis rationibus, non nisi aduersus eum, qui eas scripsit, fides adhibetur, *l. admonendi*, & ibi Bart. *de iureiur. l. cū pretium l. exemplo l. quæ sit fi pernitiosum. C. de Probatio.* Et ita aduersus heredes iudicatum fuit mense Iulio 1577. ad relationem Domini Curini Nisi de parua & exigua summa agatur & ad liberationem naturalis obligationis. Ac pro mercatore faciunt semiplenam probationem, si sit probatæ fidei.

Vide infra lib. 12 Tit. 3. Arrest. 21.

TITVL. VIII. DE FORMA Instrumentorum legitima.

ARRESTVM I.

Instrumentum non signatum non est executorium. Instrumentum, nisi signatum fuerit executorium non est. *cap. consuluit. de appellat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi quod datum Maioribus diebus Molini habitis, mense Octobri 1550. quo omnibus Iudicibus districtius interdictum fuit, ne instrumentis non signatis fidem adhibeant.

At nullæ sunt executiones, quinimo & pœna proposita viatori executionem facienti, super eiusmodi instrumentis obligationis non signatis, ex Edictis Regis Caroli IX anno 1568 & declarat. ue 6. Febr. 1571 item ex Edicto de duplicatione Iuris minoris sigilli. ... Regiarū Franciæ, 18. Februar 1595 quod app... sed prædicti mensis & anni... debet: quoniam vigore Edicti prædicti multa in bonis Viatoris capi non potest, verum ... Viatore quodam ... Rea, aduersus custodem sigilli, 8 Februarii 1575. I.C.

II.

Idem. Postea Arresto, quod datum in Parlamento Parisiensi, prima die Decembris 1552. nulla declarata fuit executio rea ad postulationem Thomæ Parni facta, super bonis Huberti Marleti, super instrumento quodam obligationis non signato: & prædictus Parnus, in expensas damna ac interesse condemnatus fuit.

III.

Idem & de appositione sigilli. Quamuis expressè nominatim per obligationem debitor quidam coercioni Iudicis Regii se submittat, nisi tamen prædicta obligatio sigillo Regis signata fuerit, vigore eius prædictus debitor cogi non potest, arg. *l. non aliter infr. ff. de legat. 3. & l. constitutionibus. ff. ad municip. iunct. l. quidquid adstringenda. ff. de v. o.* Et ita Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit, 24. Martii 1458.

Instrumentum celebratum coram Iudice non Regio, prima facie executorium non est, attamen ex eo prouiso & repræsentatio pecuniæ debitæ peti potest, si, vti oportet, authenticum sit. Et post appositionem sigilli fieri a magistratu, verum manus factatio coram Iudice loci supremæ iurisdictionis postulari debet. B.

IV.

Contractus a duobus acceptus & ab vno expeditus. Expeditio siue descriptum instrumenti contractus a Notario vno è duobus, qui eum conceperunt, seu apud quos celebratus fuit, executorium est, modo propere probetur (si contradicatur) authenticū siue originale à duobus signatum esse, *l. si quis decurio C. ad l. Corn. de fals. & § si vero mortantur. in Auth. de fid. Instr. & §. item verborum. Inst. de Inutil. stipulat. & arg. cap. si ... de Procurat. in 6. & per l. itemque ... §. cum in plures ff. de arbitr.* Et ita Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit, mense Iulio 1457. inter Catherinam Pebo, viduam Antonii Burgundi Romanensis, actricem ab vna parte, & Desiderium Villarium & Ioannem Alleum reos ab altera parte.

V.

Breuiculum Notarii si ... non facit. Breuiculum Notarii attestans, tali anno, tali die, tali loco, inter tales contractus se concipisse, in quo substantia contentorum continetur vna cum signatura Notarii, sufficiens non est. Nam quamuis probat

A a &fidem

& fidem faciat, vt postea in mundum redigator, & ad id Notarius rogatur, nihilominus eo non obstante in iudicio fidem non facit, neque etiam exequutioni tradi potest. Hæc fuit sententia Cyni & Baldi *in l. contractus. C. de fide instrument.* Et ita Arresto Gratianopolitano vigilia Dominicæ Palmarum, anno 144.. iudicatum fuit, super mandato quodam, de cuius instrumento tanta non fit disputatio, vt de principali aliquo litis instrumento, exempli gratia, testamenti, cui Balliuus Forosegusiensis sub pari testimoniali Notarii cuiusdam Podiensis, qui instrumentum istud conceperat, adhærere noluit, nihilominus sedes Præsidialis ei adhæsit, & repudiationem prædicti Balliuii, quod in consequentiam trahi non oportet, reprobauit.

VI.

Mandatú cuius tenor inseritur instrumento, satis eo ipso probatur.

Instrumentum satis completum & validum est, absque vllo alio, in quo is, qui vendit aut contrahit nomine alieno aut procuratorio, mandatum suum authenticum exhibuisse dicitur, cuius tenor prędicto instrumento de verbo ad verbum inseri debet, neque amplius opus est, vt prædictum mandatum, eo tempore, quo prædicto instrumento quis vti velit, exhibeat. Et ita Arresto Parisiensi, ad relationem & assertionem Dom. Carleti Consiliarii iudicatum fuit, quod D. Lucius absque data in eodem titolo allegat. Complures in contraria sententia fuerunt, iuxta *Authent. si quis in aliquo. C. de Edendo.* Verum hæc authentica intelligi debet, si nuda tantum ac simplex instrumenti iam celebrati mentio fiat, nec vel tenor, vel textus eiusdem inseratur, in præsentia partium concepti, & in scripturam redacti, quæ confiteri debent se vidisse & audiuisse insertum tenorem: hoc quippe casu aduersus prędictam authenticam fidem facit, alias non: prædictaque authentica cap. sequente declaratur: nihilominus si venditione facta, venditor rum absens postea dicere velit, se mandatum non dedisse, id demonstrari & exhiberi oportebit, vt continetur Arresto 10. infra.

Auth. si quis in aliquo. explicata.

Desumptum ex Lucio *lib. 11. tit. 9. Arr. 1.*

VII.

Vidimus, seu descriptum publicum instrumenti ex exéplari partium, originalis instar est,

Archiepiscopus Rhemensis, cum se fundatorem Scabinorum prædicti loci diceret, instrumentum prædictæ fundationis se amisisse allegar, ac postular, vt prædicti Scabini ad exhibendum instrumentum cogantur, & in Acta Curiæ referendum, ac exemplum inde præsentib. illis approbatum sumere permittatur, quod originalis instar sit. Id quod ii recusarunt. Hæc materia tractatur à Bartolo & Iasone *in d. authent. si quis in aliquo. C. de Edendo.* Et iuxta illorum sententiam prædicta postulatio aduersus prædictos Scabinos approbata fuit, anno 1384.

Ex Lucio *eod. lib. Arr. 4.*

VIII.

Vidimus, seu descriptum publicú fieri nó debet, vt in alia causa aduersus producentem prosit,

Si vna partium producat instrumentum, quo in alia causa aduersus producentem vti se posse aduersarius ipsius cognoscat, extractum aut copiam eius originali suo collatum, præsente producente, postulare non potest, nisi ea in eadem causa vti velit, nec in alia vti poterit, Panormitan. *in cap. causam quæ. & in cap. veniens. de testibus.* Ita iudicatum fuit Arresto in lite quadam per appellationem à Castelleto ad Parlamentum deuoluta, inter fratrem Robertum Bartellum, Religiosum sancti Antonii, postulantem quædam descripta seu exemplaria, fratri Ioanni de l'Estoc tradita à Hugæo Loiæo, à quo depulsus fuit 29. Maii 1508. Ratio est, eo quod minime conueniat, ex officina aduersarii, instrumenta & probationes aduersus ipsum petere.

Vide Charondam *lib. 1. Respons. suor. cap. 35.*

IX.

Postea 16. die Maii 1536. idem iudicatum fuit Arresto, quod omnib. Cameris coadunatis cóclusum, ac præcedens Arrestum obtinuit, & in mente Curiæ retentum fuit, obseruari id, etiam inter easdem partes, & in eodem iudicio debere: veruntamen copiam seu exemplar non signatum dari oportere. Relator Dominus Alardus fuerat. *Idem.*

X.

Mandatú insertum instrumento cuiusdá, qui alieno nomine contraxit, fidé non facit, & originale ipsum exhiberi poterit.

Prima die Februarii 1538. in ordinaria pronunciatione Arrestorú in Parlamento Parisiensi, Arrestum pronunciatum fuit inter Ioannem Charterium & vxorem ipsius, appellantes à Præfecto Parisiensi ab vna parte, & Petrum de Domo & consortes appellatos ab altera, quo appellatione in irritum deducta, appellati condemnati fuerunt ad restituendos fundos prędictis appellantibus in instrumento quodam venditionis designatos, quo prædicti appellati vti volebant, celebrato à quodam, qui se Procuratorem illorum appellantium dicebat expresse ad vendendos prædictos fundos constitutum, à qua venditione appellati exclusi fuerunt, eo quod mandatum non exhibuissent, non etiam eo obstante, quod tenor eius prædictæ venditioni insertus fuisset: cuius nulla ratione habita, Curia prædictam venditionem nullam declarauit.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum VIII.

I.

Mandatú Procurationis verú præsumptum, nisi falsum dicatur.

Mandatum Procurationis verum esse præsumitur, nisi falsum esse dicatur, & tum rationibus falsi designatis, & admissibilibus declaratis, pars mandatum procurationis exhibere tenebitur: ita iudicatum 1. Februar. 1574.

II.

Verum in instrumento cótractus, in cuius protocollo additio quædam reperitur, a parte nó signata fides adhiberi debeat.

Si in contractu, testamento, aliove quo instrumento a Notario concepto, in margine appendix quædam exter, quæ à parte, quæ signare potest, aut à testibus non signetur, ei fides adhiberi non debet, licet Notarius vir bonus habeatur. Nam si hoc locum haberet, & quis fidem adhibere huiusmodi appendici teneretur, Notariorum potestati nimio plus attribueretur, in quorum potestate foret clausulas quascunque pro lubitu ipsorum contractibus apponere, mutare, corrigere hominum dispositiones, & nihil non sibi vindicare. Hanc ob causam Doctores huiusmodi appendices reprobarunt, (Bartolus *in l. Imperator. ff. de Statu hominum.* Baldus *in l. nostram. C. de testam.*) veluti nullius momenti. Et Constitutione Regis Francisci I. an. 1535. *c. 19. art. 8.* Notariis interdicitur, ne quidquam in Regestis suis vacuum relinquant, neque vel in margine vel à principio additionem faciant, verum si opus sit, vult eam ad finem concepti instrumenti poni, & infra, antequam signatur. Atque iuxta ea, propter apostillas margini annexas testamenti alicuius, in lite inter Claudium Cotardum appellantem à Libellariis, aduersus Iacobinam Chapperoniam & Philippum Carreum appellatos, testamentum Magdalenæ Chapperoniæ, à Ioanne Michaele Notario Regio Bituricensi exceptum, nullum declaratum fuit, & personalis citatio data aduersus prædictum Michaelem, & vsque eo interdictum, Arresto, quod datum ad perorationem,

nem, 11. die Maii 1604. Vide de hac materia Charondam *lib. 5. c. 49. & 7. c. 169.* I.C.

TIT. IX. DE EXCLVSIONIBUS.

Vide infra Tit. de Eremodiciis & contumaciis & Art. 2. 3. & 4. Constitutionis 1563.

ARRESTVM I.

Exclusio excedere non debet.

EXclusiones ilico & ex tempore post litis contestationem iudicantur, & hoc est, quod in iure dicimus: Omnes dilationes post litis contestationem peremptorias esse. Verum bene obseruare oportet, vt huiusmodi exclusiones non nisi de eo fiant, cuius nomine pars excludens tum satisfacere debuerat: vt declaratum fuit Arresto Maioribus diebus Pictauiensibus, 16. Septemb. 1531.

II.

Commodũ exclusionis est, vt in causa concludatur.

Si pars in causa appellationis, aut alia, concludere non possit, iudex aliud agere non potest, quam per exclusionem, litem aut appellationem pro conclusa habere, ac statum causæ constituere, secundum notata per Bald. *in c. 1. si de inuestit. int. dom & vasall. lis oriat.* Et ita Guid. Pap. q. 588. in Parlamento Gratianopolitano obseruatum se vidisse dicit.

APPENDIX ARRESTORVM

Ad Titulum IX.

I.

Exclusiones in terminis generalibus nõ sufficiunt.

EXclusiones in terminis generalibus appositæ, nisi Arresto vel Decreto satisfiat, non sufficiunt: verum necesse est speciatim exclusionem fieri à facultate scribendi, informandi, producendi, &c. vt admonitum fuit à Domino Aduocato Buissonio, 13 Januar 1580. B.

II.

Exclusiones à præstandis saluationib. aut responsis ad grauamina nõ sunt necessariæ.

Arresto 29. Maii 1589. sententiis per omnes Cameras perrogatis, decretum fuit, exclusiones à præstandis saluationibus aut responsis ad grauamina necessarias non esse, nec præstare eas, qui noluit: & dilationes decreto præstitutas, præterlapsas ipso facto satis excludere.

III.

Exclusiones tẽpore vacationũ seu feriarũ forensium acquisitæ nonnisi mandati instar sunt.

Iudicatum Arresto in quinta Camera Inquisitionum, aliarum sententiis exquisitis 24. Nouembris 1596. exclusiones pendente Camera vacationum acquisitas, nonnisi mandati instar esse, & post Parlamenti seu fori aperturam, nouam insuper exclusionem impetrari oportere, antequam lis in eo statu sit, vt iudicetur. Id quod intelligendum est de litibus aut incidentibus in Camera Inquisitionum distributis, vel de ampliatione alterius litis per scripturam iunctæ, & in prædictis inquisitionibus distributæ: itemque dicendum de euocationibus, quæ ab vno Parlamento ad aliud non valent.

Duo ista Arresta ex Arrestis D. Louetii & D. Brodei Commentatoris ipsius *lit. S. Arr. 2.* desumpta sunt

TIT. X. DE FALSI INSTRVMENTI INDICIIS & ARGUMENTIS,

ARRESTVM I.

Argumẽta falsi singularia.

WIlhelmus Marcellus Parisiensis, cum aduersus dominum Riparium chirographum quoddam summam mille librarum Turonensium continens produxisset, descriptum in membranæ frustulo, signatum, & sigillo prædecessoris domini Riparii munitum, de falso conuictus fuit, atque ex integro instrumento concidisse, membranam intra finem prædictæ scripturæ & sigillum, albam manentem, at de nouo prædictum chirographum aptasse, & proposito suo accommodasse: quo promissio & confessio prædictæ summę comprehendebatur, & argumenta seu indicia falsi huiusmodi, vt sequitur, fuerunt: Primo, quod vestigia apparerent complurium ductuum scripturæ & literarum veteris scripturæ, qui supra marginem noui descenderent. Secundo, membranæ incisura aspera valde erat, & manifeste apparebat, eam factam cum forficibus, & non directo. Tertio, admodũ male confecta erat, cum tamen prædecessor Riparii scilicet amanuenses semper habuisset, qui optime pingerent, quique adeo omnes inquisiti nunquam potuerunt hanc scripturam agnoscere. Quarto, prædictus defunctus nullis titulis & honorum insignibus designatus fuerat, quæ alioquin de more præferre solebat, puta, Equitis, Domini Riparii, primi Regis Camerarii. Quinto, in data siue temporis adscriptione loco anni 1370. extabat tantum, anno 70. Sexto, actor huius debiti nullam vnquam mentionẽ fecerat, nisi à quadriennio. Septimo, cum actor aliquando dixisset, defunctum debitorem suum esse, atque super eo inquisitus fuisset, seu interrogatus, vtrum chirographum seu syngrapham haberet, id negauerat. Octauo, prædictus actor, si defunctus ipsi quidquam debuisset, facultatem habuerat solutionis accipiendæ, vtpote cum omnia eius negotia gereret. Nono, post multum temporis hoc debitum exegerat. Super his indiciis & argumentis probabilibus & probatis, secreto à nonnullis Dominis Parlamenti inquisitus falsum confessus est, atque id eo in mulctam mille librarum condemnatus, & prædictus Dominus Riparius à debito absolutus fuit, saluis suis damnis & interesse, Arresto Parisiensi anno 1394.

Sunt & alia falsi argumenta seu indicia, puta, quando pergamena seu membrana in prima scriptura sua interscalpta est. item cum scriptura recentior apparet respectu datæ instrumenti: quando pergamena vel charta nonnullis in locis præcisa est, & scissura recens apparet, atque forficibus non etiam scalpello facta. quando stylus ipsius instrumenti à stylo Notarii, qui signauit, diuersus est. quando instrumentum interscalptum est variis locis, vel interlitum, & in his inductionibus seu lituris alicuius momenti res continetur: cum de debito defuncti agitur, cuius solutionem à superstite consequi potuit, atque longum tempus præterlabi passus est, nulla facta exactione: cum creditor superstite debitore, ac nominatim eo ex morbo decumbente nullam debiti mentionem fecit. item attendendum est ad datam, atq; explorãdum, vtrũ tempore ipsius Notarius & testes in Prouincia tum fuerint: Rursum, si inquisitionis instrumentum & interrogationis sit, quod plures paginas contineat, attendendum est, vtrum folia seu paginę quędam forte mutatæ fuerint, id quod dignosci potest ex nota chartæ, ex colore & magnitudine, itemque ex distantia & proportione linearum quę continentur paginis de falso suspectis, & cæteris, item ex atramento & calamo, aliisque similibus præsumptionibus. I.C.

II.

Producens nec tamen postea vtẽs instrumento contractus falsi impugnato, nõ ideo immunis seu impunitus est.

Si producens contractum de falso impugnatum, dicat, se eo vti nolle, eum in expensas, damna & interesse impugnantis condemnari debere existimatur: vt Arresto 18. Maii 1514. dictum fuit pro Do. Monimario aduersus Bonauenturam Pronillum. Id quod verum est, si de falso quis non informauerit: quod si enim quis informauerit, huiusce modi declaratio falsi litem non moratur: vt notatur 6. & 7. Arrestis *infra tit. de Falso.*

Alioquin si instrumento falso vti persisteret, veluti falsarius puniretur, *l. penult. C. d. probat.* Rebuff. *tom. 3 ad Constitut. tract. de matern possessione art. 12. gloss vnic. n. 9.* Boerius *decis. 82.* Guido Papæ *decis. 455* Adde Arrestum *5. Titul. 22. lib. 22.* Vide

 Charon-

Charondam *lib. 4. Responsor. cap. 28.* qui in contraria est sententia circa litis videlicet iacturam, I.C.

III.

Acta Curiæ côtra falsi accusationem e mendantur.

Acta Curiæ aliter quam scripto probari non debent, *l. à Proconsulibus. C. de appellat & cap. quoniam contra falsam. de probat.* Verum tamen si prætendatur, Actuarium per errorem scripsisse aut quid omisisse, partes vel alteutra patrium eius per testes probationem præstare potest aliter, quam per instantiam falsi.arg.*not. in l. errore. C. de testa.* vbi Cynus eiua sententiæ est, quæ Arresto in Parlamento Gratianopolitano obtinuit, aduersus Bartol. qui contrarium tenet *in l. cum proponebatur. ff. de legat. 2.*

IV.

Imbreniatura instrumenti seu descripti impugnati de falso à quo in iudicio exhibeni debeat.

In titulo *de crimine falsi infra, articulo vltimo,* Arrestum extat admodum notabile super formam criminis inscribendi, rationes falsi proponendi, super iis informandi. Hæc practica adiungenda, de qua sæpius disputari & dubitari vidi, cui incumbat onus exhibendi schedam & protocollum Notarii, ex quo descriptum desumptum fuit, quod impugnare de falso quis vult. Et vero rationi maxime congruum est eo onere producentem grauari, & eum qui eo vtitur, si in descripto seu exemplari suo manifestum vitium deprehendatur, quod id suspectum reddat: verum e contra si illud integrum sit, ipsi iniuria fieret, eo quod ꝓ ipso præsumendū & ꝓ prædicto descripto, quod authenticum est & fidem facit nullo alio præterea requisito: Pro his omnibus expressus textus est *l. iubemus, 24. C. de Probatio.* Nihilominus si pars aduersa id vt falsum impugnaturum se declaret, ac inscribens se in crimen impugnet, æquitas postulat, antequam argumenta & indicia falsi præstet, producentem protocollum Notarii edere debere. Et ita compluries Parisiis iudicatum fuit: eamque in rem expressus textus est *l. final. C. de fid. instrumentor.* quæ producentem in prædicto casu proferendæ schedæ seu chartæ onere grauat. Notanda quoque est prædicta lex produbio, quod sæpe emersit, putaverum, si Notarius, qui chartam illam concepit & in protocollum retulit, mortuus sit, & protocollum deperditum, siue viuente eo igne concrematum, incursu latronum vel hostium ablatum, aliove quo fortuito ac violento casu deminutum, abreptumque fuerit, veruntamen quam, producens vltra probationem prædicti fortuiti casus tale iuramentum teneatur, *quod nec habebat tandem alio titulum, nec dolo malo fecerit, quo minus ea appareat, sed e vera ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita & productio eius sibi impossibilis sit.* Et si tale subeat sacramentū, ab huiusmodi necessitate relaxetur. Quod si prædictum iusiurādum subire minime maluerit: tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires adu[r]sus eum contra quem prolata est, sed sit penitus euacuata. Atque hi legis huius termini sunt.

V.

Instrumentum contractus citra falsæ. cusationē emenda. tum.

Species facti Arresti 11. Tit. sequ. de nouis articulis singularis est, de lite inter Dominos d. la baltie & de Cheutieres, si addantur seque [illegible] tis: Ebti antevenditionis contractum, qui . e reditu Coindræ celebratus fuit, additum fuisse, ab iis [illegible] pro venditore intercedebant, *ipsum nihil, nisi quod ipse teneret & ad ipsum spectaret, vendere velle*, nihilominus eo non obstante Notarius schedæ suæ inseruerat & capita memoranetar, quæ is non teneret : ac præterea, prædictum venditorem vendere comprehensa in respon[s]is tabularum [illegible] rittorii seu reditus annui, quas emeuri dedit, quibus etiam prædicta capita continerentur. Atque dubium in prædicta lite huiusmodi mouebatur, puta vtrum allegationem venditoris aduersus tenorem venditionis illius admitti oporteret, nempe quod tam antea quam tempore venditionis, semper asseruisset & declarasset per se vel per suos, se nolle vendere nisi quod ipse possideret & ad ipsum pertineret: eaque ciuiliter probari posse citra falsi accusationem & inscriptionem in crimen. An vero contractus qui tra nouissime post omnes prædictas declarationes celebratus fuerat, præferri & seruari deberet per *l. pacta nouissima. Cod. Pact.* Arresto 23. die Augusti, anno 1560. sententia Balliuii Forosegusiensis, vel Locumtenentis ipsius, qua prædictum venditorem absoluerat, & actorem in expensas condemnauerat, confirmata fuit dictumque bene iudicatum fuisse, male appellatum, & appellans in expensas atque multam condemnatus fuit.

TITVL. XI. DE NOVIS POsitionibus seu allegationibus.

ARRESTVM PRIMVM.

Noui positiones post publicationem admittuntur.

Post testes & inquisitiones publicatas, & postquam partes eorum communicationem acceperunt, vna alteraue partium positiones siue per Rescriptum siue libellum proponere non potest, quæ eædem sint aut directe contrariæ iis, quæ primo propositæ fuerunt, ac super quibus prædictas partes informare debere, siue in eadem instantia, siue instantia appellationis decretum fuit, *cap. fraternitatis, de testibus. Clem. fin. eod. tit.* Legistarum super hoc diuersæ opiniones extiterunt, & nominatim quo ad causam appellationis, *in l. per hanc. C. de tempo. actio.* Nihilominus eo non obstante, Arresto Gratianopolitano, quod datum mense Aprili 1445. iuxta opinionem Conomstitum iudicatum fuit. Ac notandum est, vt prædictæ positiones reprobari possint, necesse esse quod eædem sint, aut contrariæ directe: admitti quippe possent, si indirecte essent eædem aut contrariæ, p. Gloss. *in Clem. testibus.* Casus quoque extant, quibus huiusmodi positiones, vt supra, admittuntur, vt per Spec. *tit. de testib. §. satis vtiliter.*

II.

Idem.

Dom. de la Bastie in Delphinatu, ex stipulatione amitæ suæ Dominæ de Diesme emit à Domino de Cheutieres reditum quendam, quem à Coindræo habuit iuxta tabulas reditus annui, quas ei tradit, quibus debitores reditus & possessores inscripti erant, a quibus is debebatur, & in pluribus capitibus, vt i Pellosino & aliis. Nouem aut decem annis post emtor prædictum venditorem interpellat, atque repræsentat, sibi eā omnia, quæ in prædictis tabulis cōtinentur, absque vlla exceptione vendidisse, atque ita teneri a se habere: nihilominus eo non obstante Gayaudum Secretarium Regis partē vnam ex optimis tenere, quam ipsi à patre prædicti venditoris venditam fuisse probat: ideoque postulat & concludit, vt sibi illa vt cæteris frui liceat, vel etiam venditor in damna ac interesse condemnetur, & in omnem euentum vt sibi fructus nō percepros restituat. Venditor excipit & ait ante venditionem & in tractatu qui venditionē præcessit, quinimo & cōtractus tépore, semper se declarasse Dominæ de Diesme amitæ emtoris, se nihil aliud, nisi quod ipse possideret & ad se spectaret, vendere velle: ac nominatim prædictam Dominā optime sciuisse Gayaudum possidere & acquisiuisse id, de quo hodie controuersia

uersia agitatur: tempore quippe tractatuum prædictorum eam sæpe declarasse his, qui contractum prænominatũ celebrabant prædicti venditoris nomine, prædictum Gayandum prædicti reditus partem optimam & opimam possidere, & si omnia coniuncta manerent, eam maiori pretio empturam, etiam vltra quingentas libras amplius, quam reuera tum emeret, inspecta prędicta distractione: vice versa qui pro venditore intercedebant, semper dixisse eum venditũ nolle, nisi quod ad se spectaret, quodque possideret, quinimo eum ipsum tempore celebrati contractus hoc ipsum coram notario dixisse, cum membra seu particulæ designãtur. Igitur, quoniam in prædicto contractu seu instrumento Pellosinus designatus fuerat, emtor postulat, vt interim seu prouisionaliter contractus obseruetur, cui à venditore contradicitur. Super hoc incidenti prouisionali seu momentaneo lis seu iudicium constituitur, posteaq; à Iudice principali neaum & citra eius pręiudicium partibus probationis necessitas imposita. Prædictus venditor positiones probat, inquisitiones publicantur, atque in principali iudicium constituitur: & productionibus factis emtor admittitur ad probationem reprobationum aduersus testes: id quod ipse præstat. Et antequam hæc probatio referretur, rescriptum impetrat, quo iudici mandatur, vt eos admittat nouas positiones in causa decisiuas proponentes, puta, quanquam prædictus venditor ante declarasset: se venditum nolle, nisi quod possideret: nihilominus eum tempore celebrati contractus declarasse, se omnia vendita velle, & vero vendere omnia, quæ contractu designarentur. Igitur emtor prædictum Rescriptum comprobari postulat: ei contradicitur: Sententia Balliuii Forolegusiensis vel ipsius Locumtenẽtis dictum fuit, positiones prædicto rescripto comprehensas nõ admitti oportere, atq; impetrans prædicti rescripti approbatione depulsus fuit, decretumque, vt in principali ius dici posset, eum relationem, & receptionem inquisitionis, quam super reprobationibus fecisse se allegat, intra mensem impetrare posse, atque in expensas incidentis condemnatus. Inde ad Parlamentum Parisiense appellat, ibique de reiectis positionibus suis pertinẽtibus & decisiuis conqueritur, quæ sane directo cõtrariæ nõ essent: posse enim positiones aduersarii sui veras esse, & suas simul veras esse posse. Secũdo super eo cõqueritur, quod Iudex non eadem opera principale iudicasset. Postea quam libellum Curiæ obtulisset, vt ipsi placeret, prædictũ processum principalem iudicare, & inquisitionem suam reponi curasset, Arresto vltima die Maii 1555. repulsam passus est, dictumque fuit bene iudicatum fuisse, & prædictus appellans in multam & expensas causæ appellationis, & incidentis libelli condemnatus fuit. Hic scil. textus est *in Clem testibus*, vbi Glossa singularis est, *in verb. de directo contrarius, insi.* ibi, quando talia & similia de eisdẽ actibus, & personis, & de eodem instanti temporis sic formarentur. Postea principale iudicatum fuit à prædicto Balliuio vel ipsius Locumtenente: atque hoc facto reus absolutus fuit cum expensis: Inde Parisios appellatũ, vbi Arresto 23. Augusti 1560. dictum fuit, bene iudicatum, & male appellatum, & appellans in expensas & multam condemnatus fuit, vt supra cõtinetur titulo præced. Arresto 5.

Arrestum definitiuũ.

Arrestum istud datũ fuit ante Constit. Molinensem artic. 54. quem nota, dum.

III.

Antonius Faber, Dominus du Lac, cum à Domino Rollato dominium Campirõsianũ acquisiuisset, quod Petrus Mureus à prædicto Rollato possidebat sub facultate & lege redimendi, atque id redimere vellet, à prædicto Mureo repellitur, allegante, ante emtionem prædicti Fabri, prædictum Dominum Rollatum sibi consensisse, si addictionem terræ suæ seu fundi quandoque venderet, eũ ipsum fore non alium, vel sane eodem semper pretio nancisci posse, atque ideo velle, vt prædictæ promissionis nomine terra prædicta affectata esset. Igitur prædictus Mureus afferebat ei pretium, quod eo nomine dedisset. Inde contestatio fit, simul & probationes conquiruntur: moxque publicantur. Faber, videns probationibus aduersarii sui se intentione sua excludi rescriptum impetrat, eo fine scilicet vt sibi liceat nouas positiones proponere, puta: ante emtionem prædictam Mureum sibi dixisse, se prædictũ dominium nolle, & tantundem declarasse prædicto Domino Rollato, ac iuri suo retentionis seu retractus renunciasse: cuius rescripti approbationi contradicitur, moxque prædictus Faber iudicio prædicti Balliuii Forosegusiensis ab eo depellitur: inde ad Curiam cum appellatum fuisset, Arresto anni 1532. dictum fuit, bene iudicatum.

IV.

Positiones diuersæ post publicationem admittuntur.

Ponamus, in lite quadam ab vna parte positionem proponi simul & probatam, rem de qua quæritur, centum libras valere: Si pars aduersa post testes publicatos & inquisitiones visas proponere velit, & probare: eam centum & quinquaginta libris valere, admitti debet: Huiusmodi quippe articulus contrarius non est, sed diuersus tantũ: vtrumq; enim esse potest: quæ est Bartoli sententia *in l. cum furti. circa fin. ff. de in lit. iurand.* Et ita iudicatum fuit in lite Rupechinatti, inter Claudium Alemannum ab vna parte, & Ioannem Alemannum ab altera, Arresto Gratianopolitano, anno 1460.

V.

Positionẽs nouæ absque rescripto non admittuntur.

Nouæ positiones siue appellantis alicuius in causa appellationis: siue in prima instantia absq; rescripto Regio, non admittuntur: vt Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 2. Maii 1521. pro Ioanne Vallesio, aduersus Iulianum Buchetium appellantem. Si vero rescriptum impetratum sit, facile approbari debet, dummodo prædictæ positiones pertinentes & litis decisiuæ sint: nec eædem sint cum positis in prima instãtia, vel etiam directo contrariæ iis, quas aduersa pars posuerat, non sint: itemque vbi subornationis suspicio sit, *Clem. 2. de Testibus. & cap. Fraternitatis illo tit.*

Rebuffus *ad Regias Constit. tit. de testibus.* sub onere & lege, vt pars aduersa respondere possit, expensis proponentis prædictas nouas positiones. quæ conditio rescripto Regio comprehendi debet. Alioquin Imbertus tenet, id videlicet inciuile futurum, *libro 1. Inst. For. cap 11.* I. C

In causa appellationis, itemque in supplicatione, quam vocant, ciuili, quis admittitur, proponens positionem rei sue litis decisiuam: veluti *Habes penes te instrumentum, quod representare damnatus sum:* & post positionem ita positam cõcludi potest. Ita iudicatum 6. Martii 1564. B.

VI.

Cum tertius in lite quadam intervenit, dubitatum fuit, vtrum is iuxta processum iam institutum procedere & exclusiones iam iudicatas pati & sufferre debeat, an vero de nouo audiri: super hoc dubio ita obseruatur, vt si tertius iste litem sciuisset, aut etiam probari posset, eum de lite certioratum fuisse, statum litis, in quo eam reperit, mutare non posse: verum si nihil eorum sciuerit, de nouo audiri debere. Eaque doctrina est Ioannis Fabri *in l. principaliter C. de liberal. caus.* Facit textus *in cap. cum super de re iud.* Et ita Arresto Parisiensi, 26. April. 1543. iudicatum fuit.

VII.

Nouas positiones proponens quando in expensas teneatur, quando non.

Singulare est in praxi, quod, præsupposito eo, impetrantem rescriptum eum in finem, vt sibi nouas positiones proponere liceat, regulariter in expensas teneri, quas aduersa pars fecerit, in probandis contrariis positionibus ab aduersa parte propositis, ad excludendas prædictas nouas positiones, si contingat, vt ea pars probationem intra primam dilationē quæ ei data fuit, non præstet, ac alteram seu secundā dilationem impetret: quod, inquam, hoc secundæ dilationis beneficio prædictus impetrans, & nouas positiones proponens, liberetur, nec in expensas probationis amplius teneatur, quam quas aduersa pars intra prædictam secundam dilationem suarum contrariarum positionum factura est: verum è contrario prædictus impetrans prædictæ probationi adsistere poterit, expensis partis aduersæ. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 17. die Decembris 1543. Atque hac parte impetrans diligenter animaduertere debet, vt tempore prædictæ secundæ dilationis parti suæ datæ, addi aut exprimi curet, hoc sub prædicto onere fieri: alioquin si beneficium prædictæ secundæ dilationis absque onere prædicto conferri passus sit, sumtus inquisitionis soluere debet.

VIII.

Expensæ præiudiciales si non soluantur &c.

Aduersus quamcunque nouam productionem, pars aduersa contradictoria opponens admittitur, expensis producentis, ac præiudiciales expensæ esse debent, Quæ cū non soluerentur, productio quædā reprobata fuit Arresto Parisiensi, in quinta Camera inquisitionum, 5. Ianuarii 1537. salua licentia eas inter triduum soluendi, quo præterlapso prædicta productio exinde reprobata fuit.

IX.

Expensæ nouarum positionū quales taxari debebant.

Duodecima Maii 1541. Arresto declaratum fuit eum qui ad nouas positiones proponendas & informandum admissus fuerit, & eum expensis causæ appellationis obtinuerit, inter expensas refusione ac connumerare eas posse, quas ob prædictas nouas positiones fecerit: non tamen eas, quas aduersæ parti refuderit: atque in taxandis seu æstimatione faciendâ expensarum. Dionysius Arnoldus appellatus fuit, aduersus Dionysium Clementem, appellantē à Balliuo Meldensi, aut Locumtenente ipsius Monteræcensi.

Nota, quamuis nouæ positiones articulatæ admissibiles declarentur, nihilominus contractus resque iudicatas exsecutorias esse per prouisionem cautione præstita ex constitutione art 49 quæ tamen de Ecclesiasticis non intelligitur Iudicatum Arresto 18. die Ianuarii 1574. B.

X.

Accusati ad proponendas & probandas nouas positiones admittuntur.

Constitutio de non audiendis pluribus quam decem testibus super vnoquoque articulo, in lite criminali locum nō habet, nec in ea maxima iuris axioma iuris locum habet, puta, quod quis post inquisitionum publicationē articulos directe contrarios proponens non admittatur: accusatos quippe homicidii aut alterius criminis, post testium contestis compositionem seu commissionem (quæ publicationi æquipollet) proponere & *alibi* suum vt vocant, probare, aliaque ad sui defensionem proponere potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 24. Augusti 1551. Idque est *Cap. ex tenore, & c. fraternitatis. de testib.*

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XI.

I.

Positio apochæ, quæ penes creditorem remansit.

Positio de accepta apocha Chirographi cuiusdam, quæ penes creditorem remāsit, admissibilis post iudicium declarata fuit: ab eo appellatum, & in causa appellationis eo demonstrato, principalis lis absque rescripto euocata fuit, & appellans reus cū expensis absolutus, 19. April. 1581. B.

II.

Positiones contrariæ admissibiles nō sunt.

Positiones cōtrariæ quæ scripturæ contrariæ sunt citra inscriptionem in falsi crimen non admittuntur: verū si huiuscemodi positio sit, puta scriptum quoddam esse veluti antapocham, quæ contractui derogat, dubitatum fuit, vtrum positio hæc aduersus constitutionem esset: nominatim si appellaretur ab eo, quod partes in facto contrariæ iudicatæ fuissent post inquisitionem factam & admissam? Et vero huiusmodi appellatione in irritum deducta, decretum fuit, id à quo appellatū fuisset, effectum suum sortiri oportere, saluo libellaris super præscriptione peremptoria iudicandi iure, 24 die Maii 1576.

III.

Explicatio Constitutionis Molin. artic. 54. Positiones non admissibiles.

Iuxta Constitutionem Molinensem, quæ vult, positiones & probationem per testes rei, quæ summam 100 librarum excedat, non admitti, vidua Peltrei Secretarii Regis absoluta fuit, appellans ab eo, quod partes in facto contrariæ iudicatæ fuerant, vt eius quod alius quidam Secretarius prætendebat, se defuncto 60. coronatos, in castris Rupellensib. verbali tantum obligatione mutuo dedisse, atque appellatus non admissibilis declaratus fuit. Idem iudicatum fuit 18. die Martii 1595. pro Quæstore principis Condei, qui 80. coronatos hippocomo cuidā soluturum se promiserat, eo quod nihil scripto cōprehensum fuerat, & appellans constitutione subnixus esset. Pariter cum Dominus Borlaruillerius prætenderet apocham in rationes Fraxinei Quæstoris relatam imaginariam esse, & quod è 6000. libris, 2000. accepisset tantum pro filio prædicti Quæstoris, pro quo perorabat Loiselius, Constitutio Molinensis obseruata fuit, positioque non admissibilis declarata fuit, 24 die Februarii 1573 Idem pariter obseruatur, si quid præter tenorem contractus allegetur, vt in hac facti specie, Dominus Moueus, cū M. I. Corbio prædium suum *de l'Eschel* vendidisset, non facta continuandæ elocationis ad 19. annos cōductori suo mentione, atque is à prædicto conductore, instante scilicet Corbio proposuisset, conuētum fuisse, vt conductio continuaretur, repulsam passus est. Marione perorante pro appellato, 7. Decembris 1573. Pariter positionis seu allegationis promissæ videlicet elocationis, eiusdemque coram Notario celebrandæ per testes probatio nō admissibilis declarata fuit: ac Dominus Spifamus remissus & absolutus, 29. Decembris 1583. Porro positiones non admissibiles deque rebus illicitis volūtariis processibus velari non possunt: & vero in huiuscemodi casu 28. die Nouembris 1581. appellatio à decreto cōtrarietatis, à Ioanne Budino interposita admissa fuit, non obstantibus voluntariis processibus

Positiones admissibiles.

Prædicta Constitutio Molinensis artic. 54. quæ prohibet conuentiones 100. libras excedentes probare per testes non intelligitur de positionibus & adminiculis conuentionis, quæ solutionem spectant, aut circumstantiam, cum solutio confessata est: atque huiusmodi positione admittuntur. Ita iudicatū aduersus appellantē à decreto cōtrarietatis quod super eo datum, quod pars negabat, sibi 100. coronatos, quod vini venditi pretium erat, solutos, quod vinum prædictus appellans emisse se fatebatur, Arresto 16. Decembris 1577. Item positio alia scripta præsumtione subnixa per testes probari potest: veluti in

in lite Sangani Locumtenentis Equitis seu Præfecti Vigilum, qui admissus fuerat ad probandum reditum 50. librarum, cuius dimidiæ partis nomine conueniebatur, à se redemptum fuisse, in cuius rei signum penes se haberet instrumentum constituti reditus cancellatum, quod utique solum argumentum sufficiens non est ad inducendam solutionem, *l. si chirographum. de probationib. l. i. C. de Lat. lib. toll.* & ibi Glossa. Iudicatum 21. die Maii 1576. Pariter positio nudi & simplicis mutui seu crediti admittitur. Iudicatum pro Madronero 21. die Aprilis 1574. Constitutio quippe Molinensis intelligitur, quando conuentio quædam ficta inter partes: præterea si de delicto agatur, 21. die Februarii 1578. Item positio directo contraria contractui ad eneruandum ipsum, quo infertur simulatio & fictio aduersus eius seriem seu contextum admittitur. Iudicatum 21. die Ianuarii 1577. pro Dominicella Maria Capella. Et 27. die Iulii 1580. in Audientia, perorante Domino Aduocato Thuano, admissa fuit positio eius, qui asserebat contractum permutationis loco contractus venditionis simulatum, & 200. libras auctarii, epimetri seu corollarii specie solutas pretii supplementum esse. Rursum, si dolus partis aduersæ allegetur, veluti, si Quæstor dicatur diarium, quo 200. librarum acceptarum ratio cōtinetur, celare, huiusmodi, inquam, positio admittetur, nō obstante Constitutione Molinensi. Ita iudicatum 4. die Augusti 1578. & 7. die Augusti 1582. Pariter positio emptoris cuiusdam œnopolæ, dicentis, se de pretio conuenisse, pretiumq; in scripturam redactum, & penes venditorem relictum, qui postea scripturā lacerauerit, in Auditorio seu Audientia admissa fuit, quoniam videlicet de dolo & fraude aduersæ partis ageretur. Similis positio, puta, quod mutuum contractui insertum suppositum esset & relatum, idque dolo aduersarii, admissa fuit, 21. die Februarii 1584. Et vero 3. die Aprilis 1582. cum vidua quædā hypothecaria conuenta 100. librarum reditus nomine, atque domus quædam à defuncto ipsius marito empta huic hypothecæ nexa diceretur, eaque poneret seu allegaret, actorem, cum contractui venditionis præsens adesset, hunc reditū per dolum celasse, Domini Libellarii decretum contrarietatis iudicii constitutione immurarunt, à quo cum appellatum fuisset, partes contrariæ iudicatæ fuerunt, perorante Chauueto aduersus Valium. Obseruandum est, eos, qui Constitutioni fraudem facere volunt, vt supra summam 100. librarum per testes probationem præstare possint, summas separare, easque cumulare, designatis die & loco. Veruntamen in controuersia solutionis ab eo factæ, qui prętendebat probare, se soluisse, fide habita creditori de solutione in opistographo chirographi adscribenda, causa ampliata fuit, atq; interim creditori per prouisionem appellātiā decreto informationis permissum fuit, obligationem suam exequi, 29. die Decembr. 1586. Aduersus Constitutionem anni 1513. quæ nonnisi sex mensium spatium indulget, ad exigendas æras rerum ex officina aliqua desumptarum, segmentarius admissus fuit ad informādum seu probandum, Dominū de Sorty sibi promisisse, ante decennium vel duodecennium se soluturum æras segmentorum seu clauorum cuidam Domino præstitorum 5. die Martii 1584. Attamen eodem die & anno similis quædam causa seu lis ampliata fuit.

Positiones non comprehensæ in Constitutione Molinensi.

Positiones admissibiles Constitutionem anni 1513. de præscriptione sex mensium.

Vide notata pro interpretatione huius Constitutionis *ad art. 1. tit. 1. hoc eod. lib. supra.*

TITVL. XII. DE NOVIS Productionibus.

ARRESTVM I.

INgens desiderium, quod iudices præ se ferre debent, veritatis cognoscendæ super eo, quod coram iis agitatur, quo videlicet iudicium suum exactè fundare possint: parte altera, ingens commodum, quod ad litigatores redundat, quo videl. ab omni parte lite liberentur, nullo semine nouæ litis relicto, eumq; in finem nullo iurium suorum vel astutia vel impudentia celato, hæc, inquam, in causa fuerunt, quamlibet Arresto Parisiensi, 22. Febr. 1498. dictum fuerit, decretumq;, posteaquam lis in eo statu esset, vt iudicaretur, atq; productiones visæ relatæ, ac, vt loquuntur, *euangelizatæ* fuissent, partes ad faciendas nouas positiones non admitterentur, atq; Constitutio Regia eiusdem substantiæ emanauerit: nihilominus quotidie & passim ad id quisque admittatur aduersus prædictas Cōstitutiones & Arresta. Id quod primum introductum fuit à Domino de Prato, primo Præside, mox & Cancellario, & deinceps Cardinali & Legato in Francia, quinimo & Pontificatus candidato, qui sane tanta æquitate fuit, vt diceret in omnibus litibus coram se agitatis & definitis, se nouas productiones à partibus factas semper admissurum, quocunque in statu lis foret, seque nullam repudiaturum. Verum equidem est, id aliquid ex iniquo habere: verum id etiam æquitate publica rependitur.

Nouæ productiones fauorabiles.

Dominus de Prato eiusq; morū & honorū elogia.

Nota, cum id euenit, partem aduersam contradictoria præstare, expensis de nouo producentis, pro quibus executoriales præstantur ab eo, qui relator fuit in lite in Curia Parlamenti: Vt ad nouas productiones faciendas quis admittatur, libellus Curiæ eo fine afferri solet, quo ea admittatur vna cum ipsa productione nexa liti per scripturam agitatæ, quo scilicet tempore iudicii eius ea ratio habeatur, prout æquitas suaserit. Hoc facto relator decernere solet, prædictam nouam productionem parti communicandam, quo scilicet aduersus eam contradictoria præstet, expensis producentis intra octauum diem. Qui tædium moræ nolunt huiusmodi impensis immorari non solent, verum libello oblato prædicta cōtradictoria complectuntur, & loco seu vice omnium contradictoriorum prædictum libellum præ se ferunt, quem Curia decernere solet producenti significandum, atq. gestis litis nectendum. I. C. Arrestum istud sumptum est ex D. Lucio *lib. 11. tit. 4. Arr. 8.*

II.

Contradictoria nouarum productionum expensis producentis fieri debent: atque taxatione expensarum contradictoriorum comprehendi debent sumptus itineris, nuntii missi pro recuperandis instrumentis ad conficienda contradictoria, si id pars adseruerit: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, omnibus Cameris congregatis, vltima die Februarii 1499. Postea contrarium iudicatum fuit Parisiis, Arresto 16. Iunii 1509. allegato infra tit. de expensis, &c. Arrest. 17.

Sumptus itineris ad contradictorios nouæ productionis prestandos.

III.

Appellans, qui rescripto aut libello ad nouam productionem faciendam admittitur, compulsoriales impetrare non debet, seu literas ad excerpta facienda, nisi citra litis retractionem seu moram: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod Cameris Inquisitionum coadunatis datum fuit 10. die Martii anno 1510.

Noua productio litē morari nō debet.

Desumptum ex Lucio *lib. 10. tit. 10. Arr. 6.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum XII.

I.

NOuæ productiones gratis communicari debent: dictumque fuit bene iudicatum, male ap-

Productio noua gratuita.

appellatum, pro appellante quodam ad producendum de nouo admisso, refusis 8. coronatorum sportulis, 18. Iulii 1564. B.

II.

Noua productio nō admittitur in literis, quę æquas sententias tulit.

Decimanona Aprilis 1532. iudicatum fuit inter Galoppeum & Versorium, in lite, quę æquas sententias tulerat, nouam productionem non admitti: veluti per Constitutionem non admittitur, cum lis in eo statu est, vt iudicetur. Et tandem decretum fuit, ad euitandas prolixiores motas, & pręiudicium euitandum, ne videlicet falsis instrumentis fabricandis occasio præbeatur, neve iudiciis mora iniiciatur, atque partium diligentia excitetur, non admittendos libellos supplices, neque instrumenta, posteaquam lis æquas tulit sententias. B.

LIBER DECIMVS.

TITVLVS PRIMVS, DE OBLIGATIONIBUS executoriis.

ARRESTVM PRIMVM.

Obligationes conditionales executoriæ.

SECVNDVM stylum Curiæ Delphi S. Marcellini in Delphinatu, aduersus compulsorias à dicta Curia super instrumento obligatorio ad vires & submissiones dictæ Curiæ confecto, non admittuntur, nisi tres exceptiones, videlicet falsi, solutionis, & nouationis, ita quod alii remedio nō sit locus. Hoc præsupposito, contigit, vt in prædicta Curia nobilis Ludouicus de Balma, & Antonia de Salicis coniuges, impetrauerint compulsorias super quodam instrumento, ad vires dictæ Curiæ sumpto, pro summa mille florenorum, pro prima solutione sex millium florenorum, contra D. Principem Aurasiæ, qui dominus Princeps nullā ex dictis tribus exceptionibus opposuit: sed opposuit inter alia, quod contractus contentus in dicto instrumento, ex quo petebantur dicti mille floreni, cōditionalis esset, videlicet si domina ratificaret dictum contractum, infra tunc proximum festum S. Ioannis Baptistæ, per verba ibi adiecta: *Aucas toutes fois*, &c. quia ille ablatiuus absolutus addit & demonstrat contractū conditionalem, *l. à testatore. ff. de condi. & demonstr. & l. si quis ita §. si duo. ff. de statulib.* Præterea, dicit Bart. *in l. quibus diebus. in §. fin. ff. de condi. & demonstr.* quod quando dubitatur de verbis, an faciant modum vel conditionē, & potest tacite vel expresse apparere de mente disponentis, quod voluerit primo aliquid fieri, quam commodum consequatur, tunc dispositio deregitur conditionalis, sicut in casu isto: quia Princeps Aurasiæ primo voluit ratificationem fieri, quam soluere dictos mille florenos. Quod patet, quia debeat dicta ratificatio in proximo tunc festo S. Ioannis, & solutio postea in festo Natalis Domini tunc proxime sequente fieri: & sic longe post Dominus de Balma & ipsius vxor compulsoriales impetratas defendunt, & aiunt, prædictum Principem nouam hanc exceptionem & aliam, præter prædictas tres exceptiones in stylo declaratas proponere nō posse. Princeps regerit quod sic, eo quod cōditione non adimpleta, nulla exactio sit, nec obligatio, iuxta § *ex conditionali. Inst. de verb. obl.* & stylum solummodo de obligationibus executoriis loqui. Duabus sententiis repulsam Princeps passus fuit: & tandem Arresto Gratianopolitano, quod datum anno 1445. dictum fuit, male iudicatum, & prædictus Princeps ad proponendam & impugnandam prædictam conditionem admissus.

Ablatiuus absolutus conditionem importat.

Obligationes conditionem in se continētes executoriæ non sunt nisi post euentum conditionis, et præterea per viam exceptionis opponi potest.

Caput hoc desumptum est ex *decisione* 15. Guidon. Pap. & Rebuffo *ad Constitutiones, tractat. de literis obligator. gloss. unic. art. 2. num. 71.* vbi dicit, obligationem contractus conditionalis executoriam non esse, si conditio nondū extiterit, quia debitor pendente conditione nō est simpliciter debitor, ideo in eum executio fieri non potest: quid enim interest, debitor quis non sit, an nondum conueniri possit? ait Fulcinius *in l. cum diem. D. ex quibus caus. l. hoc iure. O. de verb. oblig.* ideoque creditor probare debet conditionem euenisse & contigisse ante executionem. Ex hac ratione executionem quandam nullam adieci vidi, eo quod facta fuisset vigore obligationis cuiusdam 60 coronatorum, pro venditione equi cuiusdam, qui tum præstaretur, cum emptor cauponam accederet, aut tesseris luderet, atque actionem intentari oporteret, probationemque pręstari, conditionem euenisse, emptoremque in caupona fuisse, aut lusisse: huiusmodi stipulationes legitimæ videntur, quæ maleficium impediunt, & ex bonis moribus conceptæ sunt, *Lex ea parte. 121 §. 1. de verb. oblig.*

II.

Exceptio a debito ex obligatione resultans admissibilis.

Cum debitor exceptionem opponit, quæ manifestò ex obligatione resultat, Iudex eam admittere debet: arg. horum, quæ notat Bartol. *in l. si is à quo. ff. vt in possess. leg.* veluti si creditor facere quid debeat, quod non fecit, aut si obligatio conditionalis sit, aut sub lege aliqua, vel etiam liquidatio integra non sit, nec omnibus partibus absoluta. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 19. Februar. anno 1544. pro Typographo Breuiatiorum Bayonensi.

III.

Obligatus facti possibilis iurati præcisè est implendo.

Dispositione iuris communis, is, qui rem aliquam facere obligatur, non præcise ad factum à se promissum tenetur, nec cogi potest, si damna & interesse præstet, *l. stipulationes. §. Celsus. ff. de verb. obl. & l. si quis ab alio ff. de re iudicata.* Attamen si huiusmodi promissio iurata fuerit, ad id præcise cogi, nec ab eo se liberare per oblationem damnorum & interesse potest, si modo ei possibilis sit, *capitul. ex rescripto. de iureiurand.* & Gloss. *in l. si pecuniam. in princip. in verb. necesse est. ff. de condict. ob causam.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 12. Septembris 1460. inter Ioannem Faucherantium, ciuem Gratianopolitanum, & Andream de Salicis.

Idem.

Idemque iudicatum Arresto Curiæ, 11. Iulii 1585. Aliud foret, si promissio ea impossibilis ei esset, Arresto, quod datum mense Iulio 1532. aduersus quendam, qui intra certum tempus molēdinum se extructurum promiserat, quo elapso, cum id sibi impossibile esse demonstrasset, in damna ac interesse condemnatus fuit.

IV.

Obligatio tacita debitoris agnitione instar est.

In Francia dispositio *l. si filiusfam. 16. ff. ad Maced.* obseruata fuit, cuius species hæc est: Emisi ad te literas, quibus te admonui, vt te parares ad soluendam mihi summā quandā, quam ex hoc vel tali tēpore tibi mutuo dedi, vel etiā aliud quid, quod mihi debes. Tu literas meas recepisti, nec testationē contrariæ voluntatis interposuisti: atq; hoc ipso debitum confiteris, atq; te mihi obligas: taciturnitas quippe pro sufficiēte debiti agnitione habetur, cuius in emissis literis mentio facta est. Veruntamen necesse quoq; est, vt, postquam visis intellectisq; literis meis, contrariam testationē opponere cessaueris, eas includas ac seponas: sola enim taciturnitas ac cessatio non sufficeret, ac nominatim si literas illas continuo laceraueris aut abieceris: id quod protestationis & denegationis instar foret.

V.

Die Iouis 7. Septembr. 1564. in Parlamento Tanchonius

Syngrapha & promissio mercatoris confessa executoria inter mercatores aduersus alterum mercatorem. ehonios ptu mercatore quodam Cenomanensi dicit, se coram Iudicibus & Consulibus Mercaturum citatum fuisse eum in finem, vt Syngraphani quandam recognosceret, quam ipse neque scripsisset, neque signasset: verum quidem esse, fratrem ipsius eam confecisse, & signasse: & quāuis illi omnino incompetentes iudices essent (pro Mercatoribus quippe Parisiensibus tantum constituti sunt) eum tamen interrogauerunt. Is agnoscit, fratrem suum Syngrapham prædictam confecisse, fateturque se socium fratris sui fuisse: verum ait, tempore confectæ prædictæ Syngraphæ societatem illam vno mense iam amplius antea dissolutam fuisse: id quod tamen denunciare non potuisset, ob locorum distantiam: & licet commune nihil haberent, nihilominus ad repræsentandam pecuniam condemnatus fuit: à quo is appellat: quo non obstante, executio fit: is rescriptum Regium impetrat, vt aduersus confessionem suam restitueretur. Amelotus pro appellato ait, plus in hac causa subtilitatis, quam solidæ rationis inesse. Appellantem fratrem eius esse, qui obligatur, eosq; socios esse: Appellantem cōiugatum esse, alterum non esse coniugatum: verum cum prædicto appellante fratre suo commorari, & nonnisi eandem negotiationem esse: eum se liberatum velle, vt inops iste Mercator iacturam debiti sui faciat: prætensam solutionem societatem præsupponere: & vero de ea certum se esse. Nam eundem illum prædicto absenti, vigore literarum prædicti appellantis, dedisse, qui ei fratri suo merces pro more tradere mandauerat: id eum fecisse, nec vnquam quicquam de prædicta dissolutione ei constitisse: & nonnisi captiosam subtilitatem esse ad mercatorem circumueniendum: & vero reuera eam dissolutionem non prætēdi, nisi sub chirographo priuato, postea enim tantum Rupellam profectos, ibique coram Notario protestatos, se societatem distraxisse: ac præterea eum aduersus fratrem suum regressum habere, cuius bona explorata habeat & securus esse possit, & omnia inter eos communia esse: concludit, &c. Bouchetatius pro Procuratore Carbolico ait, quantum ad formam, illos incompetentes: verum in principali pro appellato æquitatem stare. Appellantem enim neque se minorem dicere, neque dolum vel fraudem allegare. Curia dixit, nulla habita rescripti Regii ab appellante impetrati ratione, à quo eum depulit, appellantem male & absque grauamine appellasse, ipsumque temeritatis prouocationis mulctam Inferre oportere, eumque in expensas condemnauit.

E duobus mercatoribus socijs vnus pretium venditorum lignorum recipit, seque absentat: alter rem vend. tam tradere in solidum tenetur. Charondas lib. 7. Resp. suorum fuerum cap. 101 I. C.

VI.

Syngrapha & instrumentū nominis amissi quomodo & Debitor exsoluisse, ac solutiones à se factas in opisthographo instrumenti relatas, ad id se prouocare. Sæpe in terminis visa & agitata fuit controuersia de creditore quodam, qui asserebat se nominis sui instrumentum amisisse, ac Notarium qui illud conceperat, sollicitabat, vt id conficeret & expediret. Debitor super eo citatus & auditus dixit, se nomen exsoluisse, ac solutiones à se factas in opisthographo seu tergo instrumenti relatas, ad id se prouocare. Creditor id negat. Primus iudex dec euit prædictam expeditionem. Arresto dictum fuit, male iudicatum, decreuitque prædictum creditorem deperditi instrumenti sui probationem præstare oportere, debitorem vero solutionem factam i appellatusque in expensas causæ appellationis condemnatus, anno 1564.

Charond. lib. 7. Respons. cap. 112. Arrestum illud 20. Iulii 1564. datum fuisse refert I. C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum I.

I.

Syngrapha emissa quo casu debitor ludere vel caupona adiret, valida est. CVm nepos quidam auunculo suo chirographum dedisset, eoque ei centum coronatos se soluturum promisisset, *si tesseris luderet*, atque auunculus nepotem suum ludentem deprehendisset, eum in ius vocat, vt chirographum istud recognosceret, atque comprehensam in eo pœnam penderet, eo quod conditio eius euenisset. Nepos se tuetur *per l. iuris gentium. § si ob maleficium. ff. de pactis.* in qua promissio de non delinquendo concepta obligationem non parit. Nihilominus Arresto Tholosano, mense Iulio 1585. quod relatum à Maynardo *lib. 2. cap. 68. quæstionum suarum.* (vbi hoc Paponius *in Notariis suis, lib. 3. fol. 90.* dicit, descripsit,) nepos ad soluendam prædictam summam auunculo suo condemnatus fuit.

II.

Obligatio chirographum summæ soluendæ quo tēpore vxor liberos suscepisset, legitimum est. Obligatio summæ cuiusdam nummorum, cum mulier liberos suscepisset, soluendæ, conditionem non infert, verum eum soluendi, qui tum, cum mulier decedit, existit: attamen si obligationis causâ à venditione equi, aut alterius rei similis oritetur, emptor ad soluendum iustum valorem ac legitimum equi pretium cōdemnari debet, prout tempore contractus venditionis valebat. Ita iudicatum fuit Arresto, 1. die Augusti 1582. in Audientia, quod Charondas *lib. 7. Respons. c. 230.* refert, quodque ego alibi, anno 1583. datum esse vidi: atque prædicto Arresto omnibus interdictum fuit, ne huiusmodi promissiones imposterum facerent. I. C.

III.

Vsuræ vsu in iudicio non petitæ debentur. Arresto, quod datum in Audientia die Iouis 8. Augusti 1601. super appellatione quadam à Balliuio Turonensi aut Locumtenente ipsius Luciensi, iudicatum fuit, interesse seu vsuras obligationis alicuius non deberi, nisi ex in iudicio petitæ fuissent, iuxta Constitutionem Aurelianensem & Molinensem, prædictumque vsuras sponte solutas in principalem sortem imputari oportere. Contrarium iudicatum fuit in tertia Inquisitionum, huiusmodi vsuras vltro solutas repeti non posse, eo quod spontanea hæcce solutio maioris momenti sit, quam petitio in iudicio facta, nec repetitionem fauorabilem esse.

Vide Arresta D. Louetti *lit. I. Arr. 8.* Vide quoq. notas eiusdem, & Arrest. *41 lit. D. & Arr. 6 in prædict. lit. I.*

TIT. II. DE OBLIGATIONIBUS nullis ob causæ defectum.

ARRESTVM I.

Obligatio sine causa nulla est. INstrumentum obligationis, in quo causa mutui, venditionis, depositi aut alterius conuentionis non exprimitur, executorium non est & nullum: quinimo si aduersus executionem oppositio fiat, seu exceptioni intercedatur, Iudex ilico & ex tempore omnia nulla declarare, nec vllam prouisionem parti adiudicari debet: attamen partes super debito ex integro audire potest. per *l. 2. §. circa. ff. de dol. & met. except. l si cautio. C. de fide instrum. & l non solum in fin. ff. de pecul. & l. cum de indebito. § fin. ff. de probat.* Et ita Arresto Parisiensi, 23. Februarii 1511. iudicatum fuit. Hanc ad rem insignis est sententia Romæ à C. Aquilio, viro magnæ auctoritatis, & scientia iuris ciuilis excellento

lente data, & à Valerio Maximo *lib. 8. c. 2. de priuatis iudiciis* relata. Species facti erat. C. Varro graui morbo correptus, trecenta millia numum ab Octacilia Laterensi, cum qua cõmercium libidinis habuerat expensa ferri sibi passus est. Eo consilio, vt si decessisset, ab heredibus eam summam peteret, quam legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Euasit deinde Varro ex illa tempestate aduersus vota Otaciliæ. Quæ offensa, quod spem prædæ suæ morte non maturasset, ex amica obsequente, subitam districtam fœneratricem agere cœpit nummos petendo, quos vt fronte inuerecunda, ita inani stipulatione captauerat. De qua re C. Aquilius, iudex addictus, adhibitis in consilium Principibus Ciuitatis, prudentia & religione sua mulierem repulit. Non absimilis alia actrix aduersus heredes Thesaurarii Ecclesiæ Bellouisorii, repulsam tulit Arresto 7. Septembris anno 1558. Atq; hanc ad rem notatu dignum est, confessionem alicuius, qui libere actum citra interuentionem t: alem eius, quod confitetur, exercere non potest, fidem non adhiberi, verum vt suspectam repudiari, ne fraus legi fiat, *l. si forte. ff. de pecu.* Gloss. Bartol. & cæteri. *in l. si donatione. C. de collat.* nominatim vero in testamento, vt expresse ait Scæuola, *in l. cum quis decedens, §. Titia honestissima. ff. de leg 3.* & expressius adhuc *in l. quidam testamentum. ff. de probatio.*

Confessio suspecta meretrici facta nõ obligat.

Excipiendæ sunt syngraphæ Thesauriensium seu Thesaurariorum. Iudicatum 12. Martii 1576. Adde *Arrest. 1. Art. in Appendice.*

II.

Attamen notandum est, nonnunquam causas præsupponi pro qualitate creditoris & debitoris: exempli gratia, si Scholaris debitum fateatur, ac istud Rectori Collegii siue Scholæ se soluturum promittat, : aut viator quidam, qui in diuersorio quodam constitit, hospiti se soluturum polliceatur: ægrotus medico: vlceratus Chirurgo: miles armifabro aut hippocomo: litigans seu cliens Procuratori suo: in his, inquam, casibus causæ notorie præsupponun- seu præsumuntur æque ac si scriptæ essent. Quod si dubium moueatur, creditor ad probandum admittitur, debitor vero ad pecuniam promissam repræsentandam condemnatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 2. Decembris 1544. Hanc ad rem plurimum facit, obligationes conditionales sine causa validas esse: conditio quippe causæ locum obtinet, licet ea debitoris commodum non spectet, verum vtilitatem tantum creditoris: veluti si Wilhelmo centum curonatos promittas sub conditione, si vxorem ducat, si literis operam dauet, si Romam proficiscatur, aut aliis similibus casibus, qui sæpe contingunt. Eamque ad rem singularis est textus, *in l. à Titio ita stipulatus sum, si quam ibi nupserit. ff. de v. obl.* itemque est, licet conditio alterutrum horum non cõtingat, dummodo inhonesta non sit, *l. si quis ita stipulatus fuerit. eo. tit.* Si causæ huiusmodi deficiant, actori necessitas probandi debiti incumbit, partes videlicet ante obligationem immediate de causa sufficienti tractasse, quæ obligationem pepererit, eamque ex contractu prius habito ortam fuisse, Hęc singularis est Duareni doctrina, *in interpretatione l. triticum. ff. de v. o. per l. Titia. § idem respondit. t. eod. tit.* (*& in l. ita stipulatus. de verb. oblig.*)

Obligationes absque expressione causæ quænã sint admissibiles.

III.

Si maritus vxori, aliaue persona, quæ potestatem donandi non habet, ei, cui se debere confitetur, vel ab ea rem dotalem, aurum, argentum, aut mobile quid accepisse, ac se restituturum promittat, neque aliud faciat, quam confiteri & promittere absque realitate, omnia nullius momenti nec executoria sunt, nominatim inter personas prohibitas, *l. qui testamentum. ff. de Probationib. l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraud. patro.* & *l. cum quis decedens. ff. de legat. 3.* cum iis quæ ibidem Bartolus notat. Et ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit pro Ioanne Lucato, aduersus viduã Damioti, quæ apocha quadam dotis suæ à marito suo confecta citra expressam numerationem, vti voluit, aduersus prædictum Lucatum, tertium bonorum hypothecæ suppositorum detentatorem, quæ repulsam passa fuit. Hæc expressa decisio est Ioannis Fabri *in l. scripturas. C. qui potior. in pign. habe. & in l. sed iam necesse. C de donat. ante nupt.* isque est textus *l. 1. C. de dot. caut. non numerat.* Huc ea faciunt, quæ sub finem *Arresti 1. huius Tit.* scripta sunt. Vide Iasonem *in Consil. 227. col. 3. in fin. & 4. in princip.* & *Arrestum 8. Tit. de Hypotheca. infra.*

Confessio inter coniunctas personas.

IV.

Die Martis 26. Iulii 1569. in parlamento Parisiensi, Hamelius pro Nicolao Masseo, mercatore Lingonensi, in appellatione à Iudice Lingonensi, qui eum à conclusionibus suis repulerat, concludit eũ ad finem tendens, vt sibi quingentos coronatos soluerentur, quos pro redimendo prædicto appellato hostibus rebellibus soluisset, quorumque operaũ saluus illorum potestatem effugisset, seque negotiũ eius vtiliter gessisse allegat *l. nam & Seruius. ff. de Negot. gest.* Hic ei syngrapham 500. coronatorum tradiderat, quos ab eo exigit. Geleus pro Antonio *de Vineis* Aduocato Lingonensi appellato ait, illos à latronibus captos fuisse, qui appellantem hominem diuitem, non vero se quærebant: appellantem capturæ occasionẽ prębuisse: ac reuera eo q; appellantẽ locupletẽ viderent, eos coegisse illum ad fideiubendum pro appellato, postea appellatum coegisse, vt appellanti promissionem quandam pręstaret, omnia vi gesta, ac propterea eum teneri non debere. Nam si subtili alia ratione euasisset, propter vim non obligari: prædones quippe esse ac hostes publicos. Faber pro Procuratore Catholico dixit, appellantem viliori pretio euasisse, quam redemptionis pretium foret; ergo, si is pro appellato soluerit, dubium esse, vtrum id nullum fuerit: ait enim se euasisse, cum Dominus Aumalius versus Montisbelgardum tendit: allegauitque *l. 2. & fin. de. capt. & postlim. reuers.* Nihilominus videri potest, eum vtiliter negotium gessisse. Curia causa in principali ampliata, interim per prouisionẽ appellatũ ad represẽtandos quingẽtos coronatos condemnauit.

Obligatio & promissio redemptionis, quæ pro redemptione ... latronibus ...

Simile Arrestum anno 1590. mense Iulio datum vidi, pro Meateo, aduersus Equitem, qui vterque Sollicitatorem in Palatio agebant, quique ambo capti fuerant super vallu suburbii S. Michaelis, Vigilia omnium Sanctorum, prædicto anno 1590. Scilicet abducti fuerant moxque Eques liberatus ad cautionem a Meateo præstitam: Arresto Eques condemnatus fuit, vt se vel captiuũ redderet, vel Meateũ dimidia parte constituti redemtionis suæ pretii liberaret. I.C.

APPENDIX ARRESTORUM ad Titulum II.

I.

Confessioni patris, quã filium suum reditum quendam redemisse, pro filio confessus est, aduersus reliquos heredes fides adhibetur. Arrestum 12. Februarii 1571.

Confessio patris ... fit.

II.

Obligationes etiam ex aliis rationibus (quam ob causæ defectum) nullæ sunt: exempli gratia, quæ in ... carcere

Causa ...

carcere fiunt, *l. qui in carcerem. ff. quod met. caus.* Arrestum 22. Ianuarii 1413. Attamen si iniustus sit carcer, & ex parte rei oblatio fiat, captiuus aduersus eam nō restituitur. Iudicatū ita pro Domino Alemāno Consiliario, aduersus Dominum Monsium. Item pro expensis à minore in caupona quadam factis, obligatio cassata seu rescripto irrita facta fuit, 17. Decembris 1584. itemque obligatio, quæ promissionē facti alterius continet, nulla est: ita iudicatum 25. Ianuarii 1565. Iudicatum quoque fuit, obligationem, quæ nullitatis arguitur, ex falsa causa & sine causa facta fuit, cui probabilitatis exigua species insit, pecuniæ repræsentationi obnoxiam non esse, aduersus Franciscum Barbançonium, Dominū de Can. 24. Martii 1575. Vide Carondā *lib. 3. Respōsor. suor. cap. 3.* I. C.

TIT. III. DE LOCATIONE.

Vide de laxamentis & delationibus præstandæ pensionis locationis *sub. Tit. de Moratoriis praescriptionis cessionis*, &c infr.

ARRESTVM I.

Emtor quando locationi à venditore suo factæ stare teneatur.

ETsi emtorem necesse non sit stare conductori, cui prior dominus locauit, *l. emtorem C locat.* attamen si conductori pro re ei locata expressam ac specialem hypothecam locatori constituerit, necesse est locationi prædictæ stare: neque hic generalis bonorum omnium hypotheca eiusdem efficaciæ foret. Eaque doctrina est Bartoli & Ioannis Fabri, *in d. l. emtorem C. loca. & in l. si filio familias*, & ibi Alexander, *ff. solut. matrimo.* Et ita Arresto Parisiensi in ordinaria ac solemni Arrestorum pronūciatione ante Paschatis festum iudicatum fuit, anno 1543. Quo Arresto sententia, à qua appellatum fuerat, infirmata fuit: qua Iudex à quo pro conductore iudicauerat sub specie geminæ rationis, vna erat, quod prædictus conductor mercedem seu pensionem anni non tam ea ipsi prorogasset, altera, quod hypothecæ generalis subesset. Aliud foret, si fundus totus venditus nō esset, veluti si arbores tantum, aut tegulæ & materia ædificii venisset: conductor quippe durante conductione, quominus cædantur aut ædificium diruatur, impedire potest. Eaque est sententia Alexandri Imol. *Consil.* 118.

Vide Carondam *lib. 6. cap 56* Ita iudicatum 11. Iulii 158 . Arrestum istud Paponii desumptum est ex Rebuffo ad *Constitutiones, tractat. de constitut. rent. artic 1 glos. 4. num* 10. & ex Imbert. *enchiridio, in verbo* Louage. V. & Molinæum *ad consuetud. Parisiensem, tit. 1 §. 10 Quæst 27 & seq*

Emtor aut singularis successor conductionis locationi stare non tenetur.

Hoc diserte exprimitur in *Articul* 71 Consuetudinis Sedanensis, emptorem aut successorem singularem locationi à venditore factæ stare non teneri, nisi contractus venditionis ea lege celebratus aut etiam fundi venditi specialiter hypothecæ pro continuanda conditione ipsa suppositi fuissent. Idem lege Hispaniæ cautum refert Couarruuias *var. lib. 2. cap.* 15. Quid si locator aut emtor conductori damnum ac id quod eius interest offerat, teneturne conductor domo egredi ac emtori possessionē eius concedere? Ita videtur, cum qui pignoris iure rem persequitur rei vendicatione remouetur, si qualiscumque possessor debitum offerat, *l. 23. in fin ff. quib. mod. pignus.* Rolandus à Valle hanc quæstionē tractat, *1. consil 6* & alii Doctores quos refert D Gothofredus *in notis ad l. empto. C. locati* Quid si locator promisit se non alienaturū domū locatam, & in eā rem domum ipsam specialiter obligauit? ius retentionis conductori cōpetere eo caso putat Negusantius *in tractat. de pignoribus, in pr. arg. l. 7. in pr. qui potior in pignor* I. C.

Certum est, maritum in Francia, qui bonorum vxoris suæ administrationem habet, prædia vrbana & rustica ad nouennium in Prouincia tempus elocare posse, verumtamen vt id infra decennium fiat, alioquin quippe alienatio videretur. ita deciditur noua Consuetudine Parisiensi, *Art* 227. quæ adiungit verba hæc *Sans fraude, absque fraude*: quoniā si locatio in fraudē vxoris suæ facta fuisset, veluti viliori pretio cognatis mariti, & conductor fraudis particeps esset, locationē factā vxor reuocare poterit, iuxta Edictū Prætoris *in l. 1. ff Quæ in fraud. creditor.* & vxor huiusmodi locationi à marito celebratæ stare tenetur *l. si filio familias. § fin. D. sol. matr. &c. l. 1. in fi. ff. de fund. dotal.* Bartolus *in l. si quis domum D. locati.* Idem est, si tutor aut curator pupilli siue minoris fundos elocauerit, *l. si tutela D. de administr. et. tutor.* Angelus *cōs.* 24 V. Choppinū *lib. 3. de Domanio Franciæ, tit. 13. nū. 3.* I. C.

Item verū in vxore, locationi à tutore suo factæ.

II.

Locator quando conductorem expellere possit.

Dispositione *l. ade. C. Locati* locator inquilinum & conductorem æde conducta expellere potest, si in ea degere velit, aut eam probabili causa reficere. Arresto Parisiēsi, quod datum ad relationem Domini *de la Haye* prædicta lex nō habet locū in conductore ad longum tempus, veluti decenniū: quia habet vtile dominium & huic competit interdictū possessorium *l. 1. ff si ager vectigal.*

Idem iudicatum 4. die Maii 1582. post meridiem. Vide *in Appendic. Arr.* 11.

III.

Cōductor ex necessitate locatoria migrare coactus damna ac interesse consequi non debet.

Communis Doctorum doctrina *in l. ade C. locati.* quæ vult, domus elocatæ dominum, ea conductorem suū expellere posse, si aliā, in qua habitet, domum nō habeat, sub cōditione tamē soluendorum damnorum ac interesse, locum non habet, si prædictus dominus necessario domum locatā recuperare cogatur, velut in sequēti facti specie: Commissarius Castelleti Parisiensis Arrestis Curiæ coactus fuerat in regione sua habitare, in qua domus erat ad ipsum spectans, quam cuidam fœminæ elocauerat, quæ aliam quoque domum ad se pertinentem habebat, quamque ipsa pariter elocauerat. Commissarius fœminam domo ad se spectante expellebat: fœmina pari modo conductorem suum excedere cogebat. Hic conductor consentiebat, si modo damna ac interesse sibi soluerentur: fœmina asserit, se ad horū solutionem non teneri, eo quod non sponte sua & voluntate propria, sed necessitate cogente, domum suam inhabitare vellet, Arresto quod datum 12. die Iulii 1552. dictū fuit, conductorem domo citra damnorum ac interesse rationem excedere debere. Pro fœmina Marnius perorabat, pro conductore Gauchetus.

Adde huic Arresto *Arrestum 7.* huius tituli.

IV.

Hypotheca priuilegiata in mobilibus locatæ domus.

Pensio conductæ domus ex mobilibus in ea post mortē cōductoris repertis satisfieri potest, licet prædicta mobilia ad vnum tantum ex heredibus spectent. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 4. Februarii 1514.

Idem.

Consuetudine Parisiensi, *Art.* 171 proprietarii prædiorum vrbanorum & rusticorum in bonis mobilibus suorū inquilinorum aut conductorum præferuntur, etiamsi adsportentur, donec autoritate & decreto Magistratus vēdantur & tradantur, aut alia ratione, bona fide & absque fraude, vt primi solutionem consequantur pensionis suæ vel colonicæ: neque distinctio iuris amplius obseruatur, illata videlicet in vrbana prædia tacite obligata esse, in rustica vero fructus tantum, quę est *in l. eo iure & in l. in prædiis rusticis. In quib. cau. pign. vel hypothec. in l. certi, Cod. de locat.* quando debitor non nisi mobilia bona possidet, quæ æri alieno exsoluendo non paria sint, creditores post priuilegiatos tributaria ratione ad ea perueniunt: atque ordo hic obseruatur vt ea nummis soluantur: *Primo*, sumptus iudiciales sigilli, inuentarii & mobilium vēditionis: *secundo* impēsæ exequiarū & funeris, pro arbitrio Iudicis inspecta qualitate & facultatib' defuncti *Tertio* mercedēs seu pēsiones domus in qua defunctus habitauerat, minoris refectionibus annumerata. *Quarto* medicamenta ac salaria Medicorum, qui defuncto in morbo vltimo, quo conflictabatur, auxiliarem operam præstiterant Atque vltimus domus proprietarius aut locator priori præfertur, si vna cōcurrant: Ratio hæc est, quod proprietarius secundus cum primo eodē ac cōpari priuilegio nitatur, atque praeter priuilegium, mobilium domus suæ possessionē habeat, in quorum possessione constitutus & sic præferendus, cum in pari causa melior sit conditio possidentis. Id quod tamen intelligi

Ordo interesse creditores ad mobilia defuncti venientes.

Quisnam ex duobus proprietariis domus locatæ, in mobilibus præferatur.

relligi

telligi debet, cum primus diu distulit pignora seu mobilia capere post cœptam secundã domum locatam illationem, ac elapso solutionis secundo proprietario præstandæ tempore: atque hoc casu iterum conuenit: si duo illi prin. legiati debitis sui solutionem consequi non possint, vt tributoria actione ad pecuniam ex distractis prædictis mobilibus confectam deueniant. Proprietariis quoque prædiorum vrbanorum & rusticorum ratione pensionis sibi debitæ ex præfectur, qui rem aliquam mobilem vendidit, & terminum pretii eius soluendi præfixit, quæ domum occupauit, pro portione loci, quã res occupauerit & pro rata temporis, quo ia domo fuerit. Idem dicendum, quando quis rem custodiæ seu depositi nomine locatario tradidit: prædicta quippe mobilia, etiamsi ad locatarium non spectent, pignori capta ad postulationem proprietarii domus, quam occupant, in subsidium solutioni pensionum obligantur, habito respectu loci, quem in prædicta domo occupauerint, & pro rata temporis, quo ibi demum fuerint, *l. eo ... in verbo, marit's heres ... D. qui pot. in pignor.* Quando conductor mobilia transtulit, eademque pignori dedit, proprietarium prælationem non habere videtur, ex art. 81. *Consuetud. Parisiensis, & l. si creditor. §. ult. ff. de distract. pign.* quæ vult, creditorem, cui possessio pignoris tradita, præferri: id quod nonnulli non fatentur, nisi proprietarius in longa possessione fuerit, antequam mobilia conductoris sui capi curaret, & creditor bona fide longo tempore rem mobilem pignori sibi traditam possederit. Nec tantum proprietarius in bonis mobilibus primi conductoris, verum etiam in bonis secundi siue subconductoris, priuilegium habent: Verum eadem est ... mobilia pignori capta, vt friuola illa ad vniuersam pensionem teneri possunt, conductori restitui oportere, si conductionis mercedem soluerit, pro ea parte cœnaculi, quam conduxit, *l. si ... §. ... solutum. versic. plane. ff. de pignor. act.* Vnde latius fuit *Art.* 162. nouæ Parisiensis Consuetudinis, cuius contradicit sententia Molinæi, quæ contraria est huic Consuetudini, *super Art.* 16. veteris Parisiensis Consuetudinis. Pars harum resolutionum deprompta est ex Choppino, *de Moribus Parisiorum, lib. 3. tit. 3.* & e Bacqueto, *de Iuribus Iustitiæ, cap. 21. à numero 272.* I C.

Mobilia deducta conductoris specta ... pro pensione obligantur.

Decoctum mobilia pignori tradita sunt.

An mobilia subconductoris ad vniuersam pensionem teneantur.

V.

Idem.

Mobilia Clericorum non coniugatorum, licet clericalem vitam degant, pro pensione locatarum ædium capi possunt. Ratio est, quoniam propter pensionem huiusmodi ea ... priuilegium in mobilibus conductoris competit, *l. est differentia. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contr. l. ... C. locat.* quod priuilegium per priuilegium personale extingui non potest. *Not. in Auth. ... Cas actiones. C. de sacros. Eccl.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Iunio, anno 1511.

Quæsitum fuit, vtrum, si quis priuato cuidam partem domus locauerit, in qua quantitas mobilium, etiam pretiosorum, reperiatur, vtrum, inquam, priuatus huius conductoris mobilia pro vniuersa locationis pensione pignori capi possint. Idem, quæsitum fuit de subconductore, qui singulare aliquod prædium rusticum conductionis vniuersæ subconduxit, vtrum videlicet fructus subconductionis suæ tempore nati, a domino prædii propter vniuersam pensionem capi possint. Molinæus *super Artic.* 163. *Consuet. ... Parisiensis in Annotationibus* arbitratur, eos non obseruare *l. solutum. § solutam. versic. plane. ff. de pignorat. action.* dominumque totum a priuato illo petere posse, eo quod fructus illi in suo fundo nati sint, mobilia etiam in domo sua constituta, regulam inuecta & illata non distinguere, generalem esse contra quemcunque inquilinum seu colonum, qui ignorare non potuerunt, non tam à colono, quam a domino locationem factam fuisse. Verum hæc opinio reformata fuit *Art.* 162. *Consuetud. Paris.* subconductorem pensionem suam soluentem liberari, quod omnino conforme est dictæ *l. solutum. § solutam. versic. plane ff. de pignor. act.* nec credibile hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem sublocatarii friuola mea tenerentur. Verum videtur, Molinæum se in verbis prædictæ Consuetudinis Parisiensis fundasse, quæ prædictæ *l. solutum.* derogare videtur. V. Choppinum *lib. 2. de priuil. rust. part. 3. c. 3. nu. 5.* Bacquetum *tract. de iuribus Iustitiæ, cap. 21. n. 183.* Labbeum *ad Consuet. ... tit. 9. de executionibus, Artic.* 57. Rebuffum *tract. ... glos. 2. num. 13.* Add. *l. similiter 27. § fin. ... ff. Locat.* Ludouic. Roman. *singul.* 586. verum secundum ... lutionem obtulisset, proprietarium in præiudicium huius oblationis (quæ in iure & extra interesse constituitur) subconductorum conuenire, quinimo ne quidem pro eo, quod ... occupat, vt iudicatum fuit veteri quodam Arresto 17. Decemb. 1515. Desumptum ex Arrestis Dn. Louetii *litt. L. Arr.* 16.

VI.

Maioribus diebus Turonensibus hæc facti species agitata fuit, Locator, cum videret inuito eo, tempore locationis iam elapso conductorem domum possidere velle, post plurimas denunciationes & testimoniales renunciationis suæ propria auctoritate domum suam intrat, assumpto Notario & testibus, & præsentibus illis omnia mobilia conductoris eiicit, eaque in inuentarium redigi curat. Conductor hic conqueritur, informari curat, & personalem citationem aduersus locatorẽ impetrat, Locator cum comparuisset, & factum fassus fuisset, condemnatur, vt mobilia illa loco suo, vnde eiecerat, reponeret. Is ab eo appellat, & prædictis Maioribus diebus concludit, vbi Arresto causam obtinuit, & absolutus fuit: aduersus sententiam Baldi *in c. 1. § denique. qua fuit pri. caus. benef. amitt.* & aliorum complurium, qui dispositioni iuris scripti non consentiunt, qua huiusmodi factum domino ædium concedebatur, citra iuris & iustitiæ ordinem. Atque ad pleniorem articuli huius intelligentiam, aliorumque plurium huic haud absimilium, notandum & tenendum est, ex generali Franciæ praxi, (licet prædicto iure priuatis permittatur propria quid autoritate aduersus alterum facere, siue proprio suo, siue alterius nomine) semper necessarium esse, autoritatem Iudicis siue Magistratus in eo interuenire, vt scripsit Rebuffus *tom. 1. Comment. ad Constitutiones, fol.* 116. Ex qua ratione præsumendum est, Curiam prædicti locatoris denunciationibus, & quod Notarium publicam personam adhibuisset, nec non contumacia & fuga conductoris motam fuisse. Nihilominus satius est, si locator iudicem conueniat, & decretum ab eo parte aduersa audita eliciatur. Quamuis Guido Papæ * scripserit, suo tempore in Parlamento Gratianopolitano ita obseruatum fuisse, vt locator finita locatione, domum suam locatam claudere possit: id quod ipse ita demum intellexit, si conductor fraudulenter & absque vlla causa egredi nollet.

Locator autoritate priuata conductorem expellere nõ potest.

Authoritate propria compulsionibus, lege ... cessa, absque iudicis ordine ... nõ potest.

Arrestum illud sumptum est ex Enchiridio Imberti, *in verb. conuent.* D. Renatus Choppinus *lib. 3. de priuileg. rustic. part. 1. cap.* 1 Arrestum quoddam Parisiense laudat, quod datum ex tempore. 11. Ianuarii 1564. quo Emphyteuta cum finito emphyteusi, citra authoritatem publicam iudicis, possessione expulsus fuisset, possessioni suæ restitutus fuit. Vide Fabrum *in Codice definitio. Senatus Sabaud. a lib. 4. tap. 11. tit. de ...* I C

* Quæst. 480 V Boerium *de ... fil* 7.

VII.

Locator ob inopinatum casum, conductorem, vt migret, cogere potest, si ibidem ipse habitare velit, nec aliud, in quod se conferat, domicilium habeat: verum hoc ita accipitur, vt prædictus conductor ratione interesse sui indemnis præstetur, eo quod locationis lex non obseruatur: iuxta *l. emptorem. C. locat. & l. 2. § quia autem. de superfic.* Alioqnin ex hac ratione conductor domo expelli non posset, mobiliaque afferre cogi. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 4. Decembris 1522. Aliud sane foret, si ob manifestam domus illius, in qua locator habitabat, ruinam prædictum cõductorem expellere oporteret: hoc quippe casu conductor id, quod sua interest, non consequitur: verum remissionem pensionis tantummodo pro rata temporis locationis, vt deciditur *in l. si in ... anno. § vbicunque ff. locati.*

Conductor, durante conductionis tempore, migrare cogitur, quando id quod sua interest, qui debet ... quando non.

Vide Arrestum 2. & 3. *supra hoc tit.* Arrestum illud ... 4 Decembris 1522. extat inter Arresta Domini Louetii, *... Arrest.* 4. & alterum vltimo laudatum simile allegatur ...

AP. EN-

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum VIII.

I.

Locatio ad tempus vitæ liberorum & aliorum superstitum.

IVdicatum fuit Arresto 7. Septembris 1563. quod à Dn. Thuano primo præside pronunciatum, nempe si locatio celebrata fuerit, *ad vitam vsque liberorum & aliorum superstitum*, atque vnus heredum partem suam alii, qui eius stirpis non sit, elocauerit, etiamsi vnus tantū ex hac stirpe superesset, solus iste tamen vniuersa bona possidere & extraneū possessione sua destituere non potest. Obiter hic nota, actionem ex locato personalem haberi: & in ea remissionem ad Iudicem priuilegiatum postulari poss·, veluti ad Libellarios, aut Conseruatore: & ita compluribus Arrestis iudicatum fuit.

II.

Conductor expellitur, si in re locata male versetur.

Si conductor male versatus sit, impune expelli potest, exempli gratia, si loca in ruina labi & abire passus sit, si vitam inhonestam agat. Hanc ad rē notandum est, proprietarium non posse conductorem expellere, qui legibus locationis non obtēperauit, si nulla prædictæ locationis resolutoria clausula sit: verum relinquendus est: salua proprietario pro dānis ac interesse suo actione. Idē de colonia seu locatione rustici prædii. Arrestum 13. Martii 1576. & 4. eiusdem mensis 1577. in Audientia. Verumtamen Arresto 24. Maii 1585. iudicatum fuit pro conductore ad nouem annos domus cuiusdam ad Collegium Montis acuti spectantis, prędicta resolutoria clausula non obstante. B.

Idem iudicatum fuit Arresto, quo infirmata sententia Præfecti Parisiensis data, eo quod lapidicina quædam locata corrupta atque in ea cōductor male versatus fuisset, quoque Arresto Curia locatione rescissa, Conductorem ad loca pristino suo statui restituenda & in expensas condemnauit. V. Arresta. D. Louetii, *lit. L. Art. 4. cum annotationibus.*

III.

Quando conductor migrare non teneatur.

Conductor domo sibi locata egredi non tenetur, si ea sub lege locationis vendatur, neque potest per captionem domus ob æs alienum emtoris eiusdemque conductoris expelli, si prædictus conductor prædicti debiti solutionem offerat: quo casu nouus acquirens ei actiones suas cedere eique autoritatem seu euictionem præstare tenetur. Ita iudicatū 9. Aprilis 1565. Idem est, si pecuniam pro refectione domus prænumerauerit *l. si cui. C. locat.* quod si domus citra locationis continuandæ legem vendatur, conductor, vt maxime promissionem chirographariam à proprietario habeat, de non vendēda domo absq; prædicta lege, migrare debet, saluo ei aduersus locatorem suum omnium expensarum, damnorū ac interesse regressu. Iudicatū 11. Augusti 1580. quinimo absque prædicta promissione sua is damna & interesse à locatore consequi debet: ita iudicatum pro cōductore quodā Arresto, 8. die Maii 1571. Hanc ad rem; cum colono cuidam ad 6. annos viduæ cuiusdam dotalitii sui nomine fundum possidētia, quæ quatuor mensibus post mense Octobri mortua fuerat, à proprietario ferū, id est, impēsas culturæ & semina offerente sex mensibus post denuntiatum fuisset, vt locationem deserere ac migrare vellet: is consentit, fundū migrare post perceptos fructus, solutis de more migrationis interesse, & vero ita iudicio obtinet, ab eo cum app: llatum fuisset dictum fuit male & absque grauamine appellatū, 20. Decembris 1560. B.

VI.

Priuilegiū

Priuilegium proprietarii locatoris ad conductorem qui reconduxerit, non extenditur. Ita iudicatū 16. Aprilis 1572.

locatoris proprietarii ad conductorem nō extēditur.

V.

Priuileg. ū locationis domus aduersus vxorem non cōmuno s.

Etsi inter maritum & vxorem nulla communio sit: attamen si vxor mobilia locatæ domus ceperit, soluere ea tenebitur, vsque ad captorum bonorum concurrentem summam. Arrestum penultima die Decembris 1563. B.

VI.

Oeconomus locationibus à defuncto beneficiato celebratis stare debet.

Iudicatum fuit, Oeconomum ad regimen & gubernationē redituum Episcopatuum & Abbatiarū, quæ ad nominationem Regis spectant constitutum, vsque quo Titularii prouisionem à Papa acceperint, (id quod intra 6. menses fieri debet,) locationibus à defunctis Beneficiariis celebratis stare oportere; quoniam omnia in suo statū conseruare debet, donec Beneficiatus prouisus sit. De quo extant Arresta, anni 1568. 1569. & maiorum dierum Pictauiensium, 1579. quæ in *Collectione mea veteri, Tit. de restitutione Officiariorum, cap, 1.* I.D.

VII.

Quandò successor in Beneficio teneatur stare locationi à prædecessore suo celebratæ.

Complures hanc quæstionem tractarunt atque generaliter & indistinctè tenuerunt, successores Beneficiorum, elocationibus à prędecessoribus Beneficiariis celebratis stare teneri, siue per cessum, decessum aut resignationem ius habeant à Beneficiario, dummodo locatio absque fraude facta & licita sit, *cap. querelam. Ne Prælati vic. fug.* Bald. & Cynus *in l. iubemus. C. de Sacros. Ecclesiis*, Anchoranus *consil. 116.* quoniam quod nomine beneficii vel administrationis fit, successorem sequi oportet, æque ac administratores reum publicarum ei stare oportet, quod ab illarum prædecessoribus ratione muneris & officii factum fuit: * Minores itidem locationi factæ à tutoribus stare debent: mulieres tempore viduitatis, locationi ab ipsarum maritis celebratæ, alioquin conductores quotidie deciperentur, & iuris autoritate circumuenirentur: id quod rationi consentaneum non est. arg. *l. 1. C. de his qui venia ætat. impetr.* Hoc tenet Angel. *cons. 243.* Socinus *consil. vol. 1. cons. 32.* & ample *cons. 125. præd. vol. 1.* Natta *consil. 517.* vbi quæstionem hanc affirmatiue tractat, vtrum Eques Maltensis successor in Commenda quadam, locationi prædecessoris Commendatoris stare teneatur, V. Marcum *decis. Parlam. Delphinal. lib. 1. quæst.* 102. [illegible] *2. quæst. 2. & quæst.* 296. Rotam *in nouis. decis.* 232. *Tit. de locat.* Papam *decis.* 480. Couarruuiam *variar. lib. c.* 15. Ruseum *regalio. priuileg.* 30. Arresta sententiam hanc sequuntur aduersus resignatarios prouisos per resignationē, siue putam siue ex causa permutationis, nisi Curio aut alius Beneficiatus sit, qui ad Beneficium deseruiendum, in eo habitare & deberet & vellet: ita iudicatum fuit Arresto, quod datum ad perorationem, 20. Decembris 1584. locationem resoluendam, sub lege conductorem indēnem præstandi, licet locatio nōnisi ad trienniū facta fuisset. Idem, si locatio distributionum quotidianarum facta fuisset. Vide super hoc Choppinum *lib. 3. de sacr Polit. Tit. 7. num. 6.* D. Maynardum *lib. 1. Quæstio. notab. cap. 63.* I.C.

VIII.

De prælatione inter cæmentarium, pharmacopolam, & cōductorem qui proprietario pecuniam

Agitatum in Curia fuit, quisnam in pensionibus seu mercedibus locationi debitis & debendis, arrestatis seu captis præferri debeat? pharmacopolane pro pharmacis suis, cæmentarius, qui domum locatam restaurauit, aut conductor ratione pecuniæ prorogatæ proprietario pro pensionibus, propter

quod

prorogauit. V infr. tit. 3. lib. 1. Art. 15.

quod retentionis ius ei competit, *iuxta l. Proculus. ff. de negot. gest. l. peculium. l. sed etsi. D. de peculio.* Aduersus cæmentarium asserebatur, eum hypothecam tantum in fundo & proprietate domus, quam ædificauit, habere: Arresto 23. Iulii 1592. quod datum perorantibus Garne io & Chrzellio iudicatum fuit, Cæmentarium præferendum esse, confirmata sententia Libellariorum Palatii, arg. *l. creditor. ff. de rebus credit. l. 1. ff. de cessa. bonor.* eo quod Pharmacopola actionem personalem tantum haberet, cæmentarius vero hypothecariam ad rem, cuius causa pensiones debentur, & cuius pecunia totius pignoris causam saluam fecerat, & absque cuius labore & materiis in loco illo ædificando insumptis, creditores omnes hypothecam amisissent, ad quam spem habebant, iuxta *l. interdum. 5 ff. qui potior in pigaor. & l. seq. eod. tit. Interdum* (ait Iurisconsultus d. l.) *posterior creditor potior est priori: vtputa, si in rem istam conseruandam impensum est*, quæ vna exceptio est regulæ, *qui prior est tempore, potior est iure.* I.C.

IX.

De tacita reconductione & executione aduersus conductores locatione finita.

Impleto primo locationis tempore, continuata tacite locatio videtur, & hoc in ipso anno, quo conductor in conductione remansit, obseruandum est in rusticis prædiis: in vrbanis prædiis, prout quisque habitauerit pro primo, dimidio, aut quarta anni parte, obligatur: ita iudicatum 15. Iulii 1585. v. *l. item quæritur. 13. §. qui impleto. ff. locati. & Articulum* 149. *Consuetudinis Autissiodorensis.* Verum locationum tempore finito, proprietarii pro solutione annorum tacita reconductione continuatorum, bona conductorum pignori iudicialiter capi curare non possunt, verum actionis via eo venire debent, eo quod contractus locationis effectum limitatum habebat. Guido Pap. *decis* 480. Vide Choppinum *ad Art. 161. Consuetudinis Parisiensis, lib. 3. tit. 3. num. 3. ex Molinæi astu ad §. 124.* I.C.

X.

Verum ob rumorem & horrorē spectrorū conductio resolui possit.

Controuersia hæcce à tam multis clarissimis nostri seculi Doctoribus tractata, & in Curiis Parlamentorum agitata fuit, vt satis futurum sit, si hoc loco lectorem ad ea, quæ doctissimi viri de ea scripserunt, remittamus. Dispositione ciuili, in *l. habitatores. §. 1. ff. locati.* propter instantis periculi metū remittitur merces conductori, vnde Doctor Gothofredus occasionem desumpsit super *dict.* §. annotandi, ipso adolescente in Parlamento Parisiensi for[illegible] e am danre, D. Ludouicum Sanctonium dis[illegible]tissimum in foro Parisiensi Aduocatum, & cognatum ipsius, clienti cuidam suo remissionem pensionis impetrasse, conquerenti se propter spectra, idola seu φάσματα domus conductæ infesta frui non posse. Litigantium partium argumenta & rationes præcipuas prædictus Do. Gothofredus prædicto loco summarie recenset. Didacus Conarruuias Episcopus Toletanus in Hispania. *variar. resolut. lib. 4. cap. 6.* ita iudicatum se vidisse refert, semel atque iterum, in Prætorio Granatensi, vbi ait, *Vix poterant hæc non fabulosa aut commentitia à Iudicibus censeri, nisi rei testibus integris ac fide dignis probata forent.* Huius opinionis est Portius *in §. final. instit. de locato.* Si Arrestum istud Parisiense verum est, eadem Curia, vt & Curia Burdegalensis postea ita iudicare noluit, quoniam controuersia illa ad Religionem, seu ad Curiam Ecclesiasticam spectaret. Arresto enim Parisiensi, quod datum super appellatione quadam à Balliuio Turonensi interposita, per Danielem Macquerellum, & consortes, proprietarios domus alicuius, infirmata prædicta sententia, qua locatio domus cuiusdam, in qua appellatus per testes demonstrauerat, vxorem appellantis noctu in spectro obambulantem conspici, resoluta fuerat, Curia Arresto suo 6. Martii 1576. ampliata causa, atq; interim sententia per prouisionem reformata, decreuit, locationi stari oportere, perorantibus Nauio & Choppino, qui Arrestum illud, doctasque eius rationes refert, *lib. 3. de sacra polit. tit. 7. num. 9.* ex quo loco Charundas desumpsit, ac Gallico idiomate reddidit *quæst 232. lib. 7. Responsor. suor.* Et Arresto Parlamenti Burdegalensis, quod pronunciatum in purpura à D. Præside Neemonio 29. Martii 1595. quodque prædictus Charondas refert *libro 8. Responsor. suor. cap. 232.* & post eum Pelens idem refert de 20. Martii, ea forma, qua pronunciatum fuit, *in suis illustribus quæstio. cap. 150.* In lite mota coram Seneschallo Aquitaniæ, vel Locumtenente ipsius, inter Robertum *de Vineu*, proprietarium domus cuiusdam Burdegalæ sitæ, appellantem: & Ioannem Tapium conductorem appellatum, Curia appellationem, & id, à quo appellatum fuerat, in irritum deduxit, ac interim Commissarios delegauit, qui ad loca illa se conferrent, domos tam appellati, quam vicinorum visitarent, vt Iudices oculari essent facti in lite propositi: Curia huiusmodi spectris & illusionibus φασμάτων prætensis difficulter fidem adhibente, vt plenius antea annotauit doctissimus Arnoldus Feronius Consiliarius in illo Parlamento, *in Commentario suo ad Consuetudines Burdegalensis, §. 3. titul. de locato.* vbi ait, controuersiam hanc suo tempore propositam esse, eam tamen non resoluit. I.C.

XI.

Pro decisione controuersiæ istius, Charondas *lib. 6. cap. 32.* allegat duo Arresta, quorum vnum datum pro Lemço Procuratore in Parlamento, alterum pro Dominicella Clerica, aduersus conductorem domus cuiusdam Parisiis sitæ, quæ Arresta sibi inuicem cōtraria sunt. Priore enim Lemçus in possessione domus sibi à tutore locatæ conseruatus fuit, aduersus acquisitorem singularem successorem, qui eam à minore quodam præscriptis iure solemnitatibus non obseruatis, acquisiuerat. Posteriore conductor, vt intra præfinitum tempus domo excederet, condemnatus fuit, solutis sibi damnis suis ac interesse à prædicta Dominicella. Alterum Arrestum super eo fundatum fuit, quod venditio ex sententia cognatorum minoris facta fuerat. Ego contrarium iudicatum vidi pro Francisco Pallereo Procuratore in Balliuiatu Aurelianensi, appellante à citatione quadam prædicti Balliuiatus, & actore in euocatione principalis, aduersus Dominum Claudium Chotardum Aduocatum in prædicto Balliuiatu appellatum & reum, die Martis post meridiem, anno 1589. in specie, quæ sequitur. Chotardus locationem domus cuiusdam Aureliis sitæ, à tutore liberorum defuncti D. Erasmi Parisii, ad 6. annos acceperat: anno 1587. tutor, cum vnam minorum suorū elocare vellet, ex consilio cognatorum, mutuo fœnebrem pecuniam ratione quintadecimaria octingentos coronatos accipit, qui in dotē isti puellæ dantur: in pactis dotalibus conuenitur, maritū ad amortizandū reditum istum de propriis fundis sponsæ suæ vendere posse: diuisio hæreditaris fit, domus ista locata puellæ isti pro nongentis coronatis adiudicatur. Maritus igitur eam Palleteo vendit pretio mille & ducentorum coronatorū, atq; contractui pactum hoc inerat, eum summam illam ad prædictum reditum amortizandum retinere debere, quamprimum fœmina annum 25. attigisset, quod anno 1593. fiebat (quo tempore Chotardi locatio expirabat) & valide prædictum

Vtri c… dictor… locati tractus re… diciones … legare… fel… uersus … pcorum, conductio… ad interest.

ctum venditionis contractum approbasset, & ratum habuisset, atque excurrentis summæ vsuræ constituebantur, forte principali post ratihabitionem soluenda: præsentibus eodem Notario & testibus, Palleteus venditoribus per antapocham promittit, se, si locationi Chorardo factæ nō stetisset, eis omnes expensas, damna ac interesse soluturum, quæ prætendere posset, quod ei frui non licuisset, pro residuo prædictæ locationis tempore, ac ex omni parte eo nomine se prædictos venditores indemnes præstiturum, atque ita celebrata prædicta venditione, licet scriptum nihil fuisset, conuentum fuisse. Palleteus Chorardum coram Præfecto Aurelianensi citari curat, concludit ipsum condemnandum, vt intra festum sancti Ioannis migret, eique omnes expensas, damna ac interesse offerat, in quæ venditores teneri possent. Conclusiones suas fundat in *l. emptorem. C. locat*, emptorem non teneri stare colono, & in *l. ade. C. eod. tit.* quæ ait, Colonum aut inquilinum expelli posse, si Dominus propriis vsibus necessariā domum esse probet, asserit in casu & specie eorum textuum se versari. Ad hæc reus respondet inprimis, id quod in prædicta *l. emptorem* dicitur, locū habere non posse, si acquirens rem sub lege locationis acquisiuit, vt in hac facti specie antapocha ac promissio indemnitatis locationis acquirentem obligabat adeam continuandam: condemnationem quippe in damna & interesse, nunquam locum habere, nisi quando res præstari non potest, alioquin quem præcise ad ipsius rei traditionem teneri, *l. qui restituere de rei vindicat.* Quantum ad priuilegium *l. ade.* attinet, id hoc in casu locum non habere, verum tantum in eo, quem Glossa interpretatur, tum videlicet, cum inopinatus casus aliquis proprietario superuenit, qui prævideri non potuit, quo proprietarius domum suam inhabitare cogitur, sed istud proprie ad succ[e]ssorem adaptari non posse, ac nominatim ad successorem, qui locationi se statutum promisit, aut si approbationi locationis prædictæ non stetisset, ad solutionem damnorum & interesse se obligauit: Palleteo enim, cum post contractum excedere coactus non fuisset, nihil quicquam superuenisse, quod occasionem eiciendi conductoris præstaret. Dicebat insuper, ac nimam nullitatem contractui isti inesse, quæ acquisitionem tesc[i]nderet & reuocaret, quo facto ineptum ac inepte eis dictū fore, acquisitionem prædicti Palletei locum minime habere, nihilominus tamen eum conductorem expellere posse: diuisionem seu adiudicationem male ac nulliter factam, & venditionem magis nullam, quoniam prædium minoris sine decreto iudicis alienari non potest, ex consilio cognatorum 6. vtriusque cognationis, vt nominatim contractus ipse satis demonstrat, acquirentem id probe sciuisse, cum noluisset vel vnicum nummum dare, nisi maior fœmina facta, & venditionis ratihabitione secuta, adeo vt redditus constitutio potius sit, quam venditio, quæ est in suspenso, neque acquirens se immutabilem & irreuocabilem dominum valide dicere potest: atque super eo fundatum Arrestum, quod Procurator Meeus impetrauit. Hisce nullitatibus propositis Palleteus replicabat, Chorardum de iure tertii excipere, id oque audiendum non esse, etsi contractus in suspenso esset, tamen verum se dominum esse, atque vt verum dominum rei vendicationem habere. Quod ad ea, quæ ad *l. emptorem.* respondebantur, attinet, quod ea lege emptor emisset, maximam differentiam esse, domum istam sub lege continuandæ locationis acquisiuisse, quæ exceptio est prædictæ legis, aut sub lege a damnis & interesse venditores liberandi, in quæ teneri possent, si locationi stare non possent. Sententia prædicti Præfecti, Palleteus finibus & conclusionibus suis vna cum expensis obtinet: ad Balliuatum appellatur, vbi causa ampliatur, a quo prædictus Palleteus ad Curiam Parlamenti appellat, eique libellum ad finem euocationis tendentem offert. Causa perorata, Curia appellationem, & id, &c. in irritum deducit, principalem lit. reuocat, & super eo ius reddendo Chorardum condemnauit, vt intra proximum tum S. Ioannis festum domo excederet, nisi reditum mille & ducentorum coronatorum soluere mallet, quos appellatus pro acquisita prædicta domo soluebat, donec legitimam fœmina ætatem attigisset, appellatum vero in expensas causæ appellationis condemnauit, die Martis post prandium sub finem anni 1589. D. Aoozeo Roberto pro appellato perorante. I. C.

XII.

In controuersia pignoris capionis à creditore factæ super colono, qui complures fundos à diuersis personis titulo colonario possidebat, verum quis eorum pignoris fructuum fundi sui elocati interuenire possit, tam ratione pretii seu pensionis locationis currentis anni, quam reliquorum debitorum, & ratione illorum aliis creditoribus fructus pendentes capienti præferri: Arresto vltimo Decembris 1594. in quinta Camera Inquisitionum, proprietarius in pecunia ex fructibus captis facta prælatus fuit, tam ratione solutionis currentis anni, quæ ei debebatur, quam reliquorum præteriti temporis. — *Proprietarius in capio ne fructuū fundorum suorū à colono possessorum præferuntur.*

Vide Arresta D. Louetii lit. F. Arr. 4. *Consuetudo de Parisiensis, art. 171.* & auctores citatos a Fortino *in Collatione sua Consuetudinum edit secunda.* In prædictis allegato Arresto 4. D. Louetius vtriusque partis rationes & argumenta collegit.

TIT. IV. DE CAVTIONIBUS, fideiussoribus, adfirmatoribus, debitoribus obligatis in solidum, & de beneficio diuisionis, ordinis iuris, & discussionis.

ARRESTVM I.

Maximum discrimen est, in lite ciuili & criminali id tubere: nam in lite ciuili fideiussor, qui iudicatum solui promisit, sub obligatione corporis ac bonorum suorum, absque discrimine beneficii, a sua vice condemnatur, quam principalis partis, incarceratione cogi potest, *l. 1. ff. iudicatum solui l. si in fi. C. de vsur. rei iudicatæ.* pro ratione vidicet dicti, quod huiusmodi acerbitatem exigit. Atque hoc idem Arrestum Parisiense exstat, quod datum Mori bus dicbus Turonensibus 1533. Verum in criminali causa fideiussor ad iudicatum solui, ob ignorat se non potest. Peccati enim suos teneant author sunt, quis ob alterius delictum conueniri potest, *l. sancimus. C. de pœnis.* Ex hac ratione, licet ea delicto pecuniaria tantum multa iudicata fuerit, actor tamen pro prædicta multa fideiussorem carcere retinere non potest: verum bona tantum illius pignori capi debent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in Camera parricida'i, 26. Februarii 1546. Species facti hæc erat: Mercator quidam Andegauensis pro ino pe quadam fœmina iudicio sisti & iudicatum solui fideiusserat, ea post a, ad instantiam Domini de Gié, in ingentē multam Regi & Actori inferendam condemnata fuit. Quam soluere cum recusaret, is in carcerem cōiicitur, donec satisfaciat. A b eo appellat — *Fideiussor in causa ciuili absque discussione cogitur, secus in criminali.*

pellat & ait, se satisfecisse, fœminam condemnatã sistendo, quæ ideo nunc incarcerata sit. Appellatus dicebat, obligationem fideiussoriam duo continere: vnum iudicio sisti, atque huic appellantem satisfecisse: alterum esse iudicatum solui, cuius causa is nunc carcere contineretur, & sententia Guido. Pap. *quæst.* 26. & Glossæ *in d. l. fi. C. de vsur. rei. iudic.* nitebatur: Dominus Riantius pro appellante dicebat, istud in ciuili cautione intelligendum esse, atque verba hæc (*iudicatum solui*) accipienda eo casu, quo iudicio non sistatur. Viso instrumento fideiussionis seu cautionis apparebat, fideiussorem interrogatum, vtrum sciret, quidnam ageret, respõdisse, ita. Prędicto fideiussore in carcere mortuo: filius ipsius causam persequebatur & causam appellationis perorari curauit. In ea dictum fuit, male executioni traditum fuisse, bene vero appellatum, & appellatus in expensas, damna & interesse, ad centum & sexaginta libras Parisienses redacta & liquidata cõdemnatus, ad quarũ solutionem appellatus incarceratione sui cogi deberet.

V. Guido Pap. *decis.* 4?9 & 270 Mansuetium *in praxi sua, tit. de Pœnis, num.* 17. Rebuffum *tom.* 1. *tractat. de liter. obligator. artic.* 5. *gl.* 9. *num* 8 Boerium *decisio.* 314. *nu.* 123. & *Decisio.* 315. *nu.* 1. Ioannem Fabrum *in §. in omnibus. Instit. de Fideiussoribus, & cap. 7. huius tit.* I. C.

II.

Fideiussores quomodo se obligare debeant.

Fideiussor bene attendere debet, qua ratione pro accusato se obliget. Nam si pro certa quantitate accessit, in eam tenetur per *leg. 2. in fin. ff. qui satisdar. cogant.* verum si certa quantitas designata non sit, iudicii aleę subiacet, quod dabitur tam à primo iudice, quam à iudice appellationis, si Iudex eam non declarauit. Nam si simpliciter iudicatum solui satis detur, quod aduersus accusatum dabitur, fideiussor* tenetur tam ob primum iudicium quam secundum à Iudice appellationis datum. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalẽsi, 9. Martii 1535. aduersus quendam nomine Alabatũ. Eaque est sententia Wilhelmi Cunei, *in l. Iulia. ff. qui satisd. cogant.* aduersus opinionem quorundam, qui cõtrarium tenuerunt, per *l. cum apud Sempronium. ff. iudicat. solui. & l. non à Iudice. §. si quis alio. ff. de iudic.* Verum sententia ista non adeo probabilis est, hac quippe ratione via accusato aperiretur elabendi, & fideiussorem suum subducendi ad nouam instantiam subeundam, quod rationi consentaneum non est, *l. nec in potestate fideiussorum. ff. de arbitris.* Et tantundem altero Arresto in prædicto parlamento dictum fuit, pro Bernardo Testario, aduersus Wilhelmum S. Iohannis, 3. Septembris 1537. Pars igitur litigans de cætero caute aget, si instrumento fideiussionis partis suæ (vt dubia, q̃ occurrunt, euitentur) hanc clausulã apponi curet, fideiussorem promittere *iudicatum solui omnibus condemnationibus, sententiis & iudiciis satisfacere, quæ tam in hac instantia, quam aliis totius litis, toties quoties, quolibet modo, quolibet tempore, quolibet iudice, qui de eo iudicat, qualibet sententia data, tam iudice qui fideiussionẽ admittit, quã alio ei succedente, vel etiam Iudice appellationis*

Forma tutissima fideiussoris adhibẽdi.

* In prima instantia in causa appellationis tenetur. Molinæus *tra. De d. iudic. & ind. ...., in 1. part. num.* 548, duo Arresta citat, quorum vnum Rotomagense, datum penult. Ianuarii 1519 Alterum Parisiense, 4. Martii 1518. Insuper fideiussor conductoris ad solutionem conductionis continuatæ seu prorogatæ non tenetur, *l. item quæritur. § qui im... ff. locati l. si cuius Herm... Cod. eodem l. 3. § cum quinquennium. ff. de iur. Fisci* Arresto Catholicianorũ, quod datũ pro fideiussore cuiusdam Thesaurarii Rotomagẽsis, mense Martio 1?7 Choppinus *lib. 3 de Domanio Franciæ, tit. 14. n. 3.* T: Vide Maynardũ *lib. 8 cap 28* Boeriũ *decisio. 314.* I.C.

Fideiussor in prima instantia in causa appellationis tenetur.

III.

Fideiussio criminalis limitata ad summam certam de eo, quod iudicandum est, eo quod iudicatũ fuit, non comprehenso, intelligenda.

Sententia in lite criminali extraordinaria data dictum fuerat partes in lite ordinaria admitti, quo ad principalem accusationem: accusatusque relaxatus cautione præstita, vsque ad summam centum librarum & iudicatum solui. Atque insuper ob mobilia nonnulla surrepta, accusatus rum in summam ducentarum librarum condemnatus fuerat: ea summa syngraphis & instrumentis non comprehensis, quæ in principali accusatione, discutienda veniunt. Ab hac sententia appellatur, quæ Arresto Burdegalensi confirmata fuit. ab hac facti specie dubia aliquot oriuntur, vtrum cautio iuxta Arrestum præstita, tantummodo de summa tum temporis taxata, centum librarum, intelligatur, an vero illa comprehendat ducentas libras prædicta sententia adiudicatas, quæ coniunctæ summam trecentarum librarum efficerent? Nonnulli tenuerunt per ea quæ notantur in *l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & in cap. secundo requiris. de appellat.* & per *l. 1.* & ibi Glos. & Iason *ff. de in lit. iuran.* eum videlicet non teneri ad id quod liquido iudicatum fuit, verum tantum ad id quod iudicandum reseruatum fuit. Contrarium iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 11. Maii 1529. pro Antonio Noerio pharmacopola actore, aduersus Ioannem Piscatorem in lite subhastationũ, *per l. si quis pro eo. § si nummos* & ibi Paul. de Castro *de fideiussoribus.*

Desumptum ex Boetio *decisio.* 314.

IV.

Fideiussor criminalis in solemnẽ agnitionem tenetur, conuersam in mulctam pecuniariã, præter ordinariam pecuniariam.

Super altero singulari dubio, puta, vtrum fideiussor accusati criminaliter carcere relaxati, & ad litem ordinariam seu ciuilem admissi, cogi possit, pręter vtilem & pecuniariam mulctam, ad solennem agnitionem, si condemnatum non sistat in hoc, vt ea in pecuniariã conuertatur, sub simplici permissione aut promissione, de iudicato soluẽdo? Arresto Burdegalensi dictum fuit, quod sic, 22. Augusti 1530, pro Margareta Guiora, aduersus Ioannem Vicarium Scutiferum appellantem, & solemnis agnitio ad summam centum librarum redacta fuit, in condemnati contumaciam. Et ita pariter iudicatũ fuit Arresto Burdegalensi, 7. Septembris 1532. pro Ioanne Lestelerio, aduersus Bertrandum Doulzeum fideiussorem Domini Briannei. Fideiussor enim simpliciter acceptus, intelligitur in omnem causam, quę oriri potest, *lib. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiussor. & l. 1. iudicatum solui. 1. ff. iudicat. solui.* Attamen si in satisdatione certa quantitas expressa esset, puta trecentarum librarum summa aut alia, neque simpliciter, de iudicando soluẽdo, in maiorẽ quantitatẽ fideiussor non tenetur, l. 2. §. *fin.* ibi, *tanti quanti ea res erit, nisi pro certa quantitate accesserit. ff. qui satisd. cog.* Boerius. *decis.* 315.

V.

Socius criminis idoneus fideiussor non est.

In Camera S. Ludouici Parisiis, die sabbathi, 3. Augusti 1549. Arresto dictum fuit, delicti de quo quæritur, consortem, non esse fideiussorem idoneũ *toties quoties* reum sistendi. Interdictumque omnibus Iudicibus fuit ne huiusmodi fideiussores amplius admitterent.

VI.

Idem & contrarium.

Attamen Curia incarceratum suorum sociorum fideiussorem admittere consueuit: vel etiam si inuicem ac mutuo satisdationem ac submissionem alter pro altero præster, iuxta doctrinam Bartoli in *l. Romanus Appulus*, per illum textum *ff. de tutor. & curat. ab his.* & Angel *in l. reos. ff. de duob. reis, & in tract. malef. in glos. pro quibus Antonius fideiussit. quæro an vnus ex malefactoribus.*

VII.

Fideiussor incarcera-

Ioannes Operarius filius Wilhalmi Operarii de Puteo

li barathro relaxati, ad mortē cōdemnari, io multas non tenetur.

Puteo Cornello in Prouincia Cadurcensi, incarceratur, stupratæ virginis de nocte in templo quodam accusatus: atque furto subrepti iumenti ad Bertraudum ab Insula. Pater supradicti cum filium suum carcere contineri videret, ex barathro eum relaxati curat, & pro eo fideiussorem Cabineum dat; qui promittit, se carcerem subiturum, eum iudicio *toties quoties* sisturum, iudicatumque solui. Prædictus pater indemnitatem promittit. Iudicio constituto, & instructo, in capitis pœnam condemnatur, cadauere in quatuor partes distracto, bonis confiscatis, & in multā vt & in expensas prædicti ab Insula, quæ taxatæ fuerunt. Pro expensis & multa sibi adiudicata prędictus ab Insula Cabinei bona pignori capi curat. Supradictus Wilhelmus Pater causam defendendam suscipit, intercedit, & ait, satisdationem præstitam, etsi de iudicato soluendo sit, intelligi debere, si videlicet condemnatum sistere oporteret: cæterum eum continuo carcere detentum fuisse, ac cautionem iudicatum solui accipiendam in subsidium, si iudicio incarceratus nō sistatur, ac præterea terminos suos de more inseri solere, sicut non tacite subintelligantur. Arresto Tholosano 6. April. 1566. prædicta executio nulla declarata & reuocata fuit, & tam pater, quam Cabineus fideiussores absoluti à petitionibus prædicti ab Insula fuere.

D. Maynardus Arrestum istud *lib. 8. cap. 28. quæstion. suarum notabilium*, plenius dilatat, & note cum Guid. Pap. *decis.* 570. V. *Arrestum 1. huius tit.* I.C.

VIII.

Fideiussor idoneus nō est, qui fori præscriptionē habet.

Fideiussor idoneus non est, si fori prescriptionem apud Libellarios Palatii habeat, *l. si fideiussor. 7 ff. qui satisdar. cog. & l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit.* Nihilominus eo non obstante, si is, cui huiusmodi fideiussor offertur, Parisiensis sit, aut proximo prædictæ Libellariorum Sedi loco oriundus, eius nihil interest. Atque hanc ad rem Aduocatus & Procurator quidam in Parlamento, à Petro Pasquierio Castelleti iurisdictioni subdito fideiussores dati, Arresto Parisiensi, 14. Octobris 1534. in Camera vacationum admissi fuerunt.

IX.

Cautio prompre & reipsa præstari debet, neque sufficit nuda eius oblatio.

Ad cautionem præstandam obligatus in mora esse non desinit, oblatione nuda: verum, vt dici solet, fideiussorem ad manum habere debet, *l. si dubitetur in pr. ff. de fideiussor.* & si recusetur, eum, vt à iudice admittatur, curare oportet: atq; huiusmodi ●stantia loco consignationis & præstitæ cautionis est: ac proinde, qui cautionem præstare tenetur, vel eum penes se habere debet, vel syngrapham eius, *l. seruus si haredi in fin. ff. de Statulib.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 19. Iunii 1533. pro conductoribus Episcopi Aginensis actoribus, aduersus Ludouic. Pontatum, Secretarium Regis, & susceptorem tributorum Arminiacensium.

X.

Fideiussor quomodo se obligare debeat.

Iudex, qui bonorum curatores, cautiones & fideiussores admittit, bene animaduertere debet, vt hi sese subiiciant, ac ad omnia, quæ oportet, obligent: ac præterea, vt expresse ac specialiter omnibus declinatoriis fori exceptionibus, remissionibus, & incompetentiis renuncient, addita expressa ipsius iudicio subiectione. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 29. die Iulii, anno 1533. per *l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit.*

XI.

Adfirmatores in subsidium ... tenentur; si illi nō fuerint idonei, contra eos ... (margin: Adfirmatores in subsidium ... fideiussorum insoluendo)

Adfirmatores fideiussorum aut curatorum bonia in subsidium pro iis tenentur; quos idoneos esse adfirmauerunt, si reuera idonei non sint, *l. cum ostendimus. 4. in fin. ff. de fideiuss. tut.* verū si eo tēpore, quos idoneos esse adfirmauerunt, soluendo essent, & postea ad inopiam redigantur, adfirmatores prædicti non tenentur. Præter prædictos adfirmatores, in subsidium etiam tenentur illi, qui commissarios aut fideiussores admiserunt, *l. 1. ff. de Magistrat. conueniend.* Et ita iudicatum fuit Arresto, 11. Augusti 1534. In Maiori Camera.

Iudices fideiussores subsidiarii sunt.

XII.

Adfirmator conueniri nō potest, indiscusso fideiussore.

Fideiussoris adfirmator obligatur, ac fideiussoris vicem sostinet, qui nisi adfirmatus, admissus non fuisset. Nihilominus Adfirmator recta cogi non potest, veluti fideiussor conueniri potest, verum tantum excusso prius fideiussore, eoque soluendo non existente, licet maxime promissio indemnitatis præstita fuisset. Hanc ad rem Arresto Parisiensi, quod datum post Quasimodo, anno 1564. executio quædam aduersus huiusmodi adfirmatorem nulla & iniusta declarata fuit, eo quod fideiussor prius, an soluendo esset, necne, excussus non fuisset, ac quamuis non soluendo appareret, animaduertere oportebit, vtrum tempore adfirmationis soluendo fuerit: eo quippe casu adfirmator non tenetur, iuxta præcedens Arrestum.

XIII.

Fideiussor momentanei possessoris incarceratione cogitur.

Si beneficii sequestrati momentanea possessio vni partium adiudicata & sub cautione executioni tradita fuit, non obstante appellatione, postea Arresto dicatur, male iudicatum fuisse, fideiussores incarceratione cogi possunt, etsi ad id non obligati fuerint: eo quod in locum Commissariorum sequestri succedant. Et ita Arresto Parisiensi, 26. Nouembr. 1533. iudicatum fuit.

XIV.

Iudices quo ordine vt fideiussores teneantur.

Iudex fideiussores admittens: aut etiam curatores bonis non idoneos dans, in ipsorum defectum non ilico conueniri potest: prius enim eos soluendo non esse, constare oportet: quorum excussis facultatibus veniendum ad adfirmatores: tertio loco ad iudicem, *l. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tutor.* & per Bald. *C. de Episcop. & Cler.* Et ita Arresto Parisiensi, 21. Aug. 1534. iudicatum fuit.

XV.

Fideiussor momentanei possessoris, quando onere fideiussionis se liberare possit.

Si fideiussor momentanei possessoris iustā causam & occasionem habeat sui relaxationem & liberationem petendi, exempli gratia, si longum iter instituere velit, pro Regis & Reipublicæ bono, aliove quo legitimo modo, ad id admitti potest, eo nō obstante, quod vna vel altera partium reluctetur. Attamen prædictus momentaneus possessor eius loco alium dare cogendus est: alioquin beneficium sequestrabitur, prædictaque cautionis remissio tam pro præterito, & præsente, quam futuro tempore fiet. Ita iudicatum fuit Arresto 18. die Iunii 1535. in lite inter Philippum Boncquetum ab vna parte, & Dionysium Hullozum ab altera parte, super possessorio Prioratus Aluiæ. Ea est sententia Doctorum nostrorum *in l. si pater. C. de collat.*

XVI.

Idem.

Si momentanea possessio, à qua appellatum fuerat, Arresto confirmetur, momentaneus possessor coram executore Arresti postulare potest, vt fideiussores, quos prædictam suam momentaneam possessionem exequendo dedit, liberentur; tam pro præterito, quam pro futuro. Id quod fieri debet, vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Septemb. 1537.

pro Ioanne Blōdeto, aduersus fratrem Ioannem Tabourellum, pro prioratu S. Martini, in diœcesi Trecensi. Et altero Arresto 18. Nouēb. 1507. inter Matthiam Clauellum ab vna parte, & Stephanum Anuetium ab altera.

XVII.

Momentaneus possessor, quando nouā cautionē præstare teneatur.

Si fideiussores à momentaneo possessore dati facultatibus labantur, aut lis tandiu protrahatur, vt fructibus, qui capiuntur, non sufficiant, pars aduersa libellum offerre potest, quo postulet prædictum momentaneum possessorem alios fideiussores dare cogendum: id quod impetrabit. At si prædictus momentaneus possessor alios fideiussores non det, fructu & execution momentaneæ suæ possessionis priuari, ac beneficium ipsum sequestrari debet, arg. *cap. 1. de cleric. non resident. & l. 1. §. si. quis vltro. ff. de quæst.*

XVIII.

Cautio iudicatum solui.

Theobaldus Dussonius Arresto Parisiensi, anno 1,85. repulsam passus est, ab eo quod postulabat, vt actor (erat is Lombardus) cautionem præstaret de iudicato soluendo. Hæcque materia est, quam tractat Panormitanus *in capit. quod consultationem. in fin. de re iudica.* & Bartolus *in l. filius. ff. de Iudic.* Hodie in Francia huiusmodi cautiones in vsu non sunt.

V. *in Appendice huius tit. Arrestum* 8. velut Arresti huius sequelam.

XIX.

Fideiussor, incepta subhastatione, necdū finita, conueniri nō potest.

Si creditor debitorem suum conueniat, & bona eius subhastari curet, quæ ei ex decreto pro vniuerso suo debito addicta fuerunt, licet nondum saisinatus, neque in possessionem illorum missus sit, relictis & spretis huiusmodi processibus, ad fideiussorem regredi non potest, per tex. *in l. à Diuo Pio. ff. de re iudic.* neque obstant textus in contrarium, *in l. 2. & in l. omissis pignoribus. Cod. de fideiussorib.* nec ea quæ scripsit Bartolus, *in l. inter reos. ff. de fideiussoribus.* Prædicti quippe textus nō intelliguntur de pignoribus datis à debitore, & à creditore distractis: verum è contrario, si distracta sint, creditor plus à fideiussore exigere non potest, si pretium distractorum pignorum sufficiens sit: quod si vero sufficiens non sit, prædictus creditor residuum à fideiussore petere non prohibetur & non aliter. Textus eam ad rem expressus est in *l. pignoribus datis. Cod. de fideiussor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mense Decembri 1456.

Articulus iste desumptus est ex Guido. Pap. *decisio. 94.* & ibi Ranchinus. I.C.

XX.

Fideiussor, quando principalem debitorem conuenire possit, vt se liberet.

Fideiussor aduersus debitorem suum agendi potestatem habet, tribus in casibus: Primus est, si prædictum debitorem diu in solutione cessantem videat, nec vlla ratione ad librandum se componat aut præparet. Secundus est, si debitor iste ad paupertatem inclinare videatur, & bona sua dissipare incipiat. Tertius est, si fideiussor conuentus & ad soluendum debitum condemnatus sit. Isque textus expressus est *in l. Lucius Titius. 38. ff. mandati, in l. si pro ea contra quam supplicas. C. eod. tit. & in cap. fin. de fideiussor.* Atque super eo, vt intelligatur, quando debitor in debiti sui solutione diu cessare dicatur, variatum fuit. Hostiensis quippe & Anto. de But. *in capit. cum inter. de Iudiciis* dixerunt, biennium requiri. Alii iique melius tenuerunt, hoc iudicis in arbitrio esse. Quod superius dictum fuit omne, iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 10. Decembris 1459. aduersus Eustachium Ciuem fideiussorem, iuxta prædictam *l. si pro ea* & prædictum *cap. fin.*

Ita Arresto iudicatum fuit, perorante Bretonio, aduersus Oudinetum Irenarcham Pictauiensem, 10. Iulii 1581. etiam si de eo sermo non fuisset, *cap. fin. de fideiussorib.* vbi Glossa quartum casum adiungit, si ab initio ita inter principalem debitorem & fideiussorem conuentum fuerit, *ex d. l. si pro ea, & l. fideiussor. ff. de fideiussor.* & Panormitan. *super prædicto cap.* quintum proponit, si fideiussor longam peregrinationē instituere velit, agere eum aduersus debitorem posse, vt eum liberet, *arg. l. aut longa. 23. ff. de Procuratoribus.* Speculator *tit. de iudicem. §. 3. vers. quod si debitor* Romanus *consilio 356. num. 17.* alium casum addit, quo fideiussor debitorem principalem conuenire possit, vt eum onere fideiussionis liberet, si videlicet grauis inimicitia inter debitorem & fideiussorem superuenerit. Quod si fideiussor indemnis reddi debet, velut iudicatum fuit Arresto quodam, quod decimum est *in Appendice huius tituli:* Arrestum istud Paponii desumptum est ex Guido. Pap. *decision. 117.* I.C.

XXI.

Exceptiones discussionis & ordinis ante litis contestationem opponi debent.

Exceptiones discussionis atque Ordinis, quibus expresse renunciatum non fuit, antequam lis contestetur, opponi debent: alioquin non admittuntur, iuxta doctrinam Bartoli *in l. prolatam. Cod. de sent. & interloc. omni. Iudic.* ibi, *& ideo ex hoc habes.* & Bald. *ibidem in versicul. sed oppono,* ibi, *est ordo, &* Bartolus *in l. a. Cod. commun. diuid.* Ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, vigilia Dominicæ Palmarū 1457. inter Perronium Compeum, mercatorem Valentiæ, appellantem ab vna parte, & Alanum auri-fabrum prædictæ Valentiæ, appellatum ab altera parte.

Desumtum ex Guido. Pap. *quæst. 94.* Ita tenet Iason, *in §. item si quis in fraudem, num. 81. Instit. de Action. & in l. patre furioso. 38. De his qui sui vel alien. iur. sunt.* I.

XXII.

Beneficiū diuisionis post eorum condemnationem admittitur.

Fratres, siue vniuersi condemnati fuerint, siue vnus eorum in solidum tempore executionis exceptionē diuisionis opponere possunt, licet ante eam non opposuerint: quia semper intelliguntur condemnati in viriles, licet conclusum sit in solidum. Baldus *in l. ea qua, C. fam. ercisci.* & licet illa exceptio sit dilatoria & ordinarie opponenda ante litem contestatam, vt Cynum *in l. exceptionum. Cod. de exceptio.* tamen in exceptione admittitur. *l. Paulus. ff. de diuid. tut.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, mense Iulio 1519.

Desumptum ex Boerio *decisio. 59.* V. infra *tit. de Tutoribus in Appendice.*

XXIII.

Syndici Prouinciarū vel Reipub. pro rationibus ipsorum beneficiū diuisionis habent.

Decima tertia Iunii 1573. Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, Syndicos & Administratores Prouinciæ alicuius vel Reipublicæ in reddendis rationibus & reliquis opponere, & ad beneficium diuisionis admitti posse, si omnes administrauerint: vel etiam ad beneficiū ordinis, si qui non administrauerunt, per l. *Imperator, cum l. sequent. ff. Ad Municipal. & l. 1. & 2. ff. quo quisq. ordin. conue. debe.* & nominatim *in l. quid ergo, ff. ad municipalem.*

XXIV.

Fideiussor quando primus conueniri possit.

Fideiussores adiudicatarum multarum, ordinis tantum & discussionis beneficio frui possunt, iuxta Authentic. *præsente. Cod. de fideiussor.* si principalis debitor domicilium in loco & iurisdictione habeat, vbi promisit & condemnatus fuit, atque præsens sit, nec latitet, facileq; conueniri possit: absente quippe reo, fideiussores primi conueniri & incarceratione sui cogi possunt. Eaque est sententia Angeli, *in dicta Authentic. præsente.* Atque si prædictus principalis debitor latitet, pro absente habetur, *l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in poss. eatur.* Ita iudicatum fuit aduersus dominum de Dreme, & Valentinum Baccalaurium, ciuem Gratianopolitanum, fideiussores Domini de

Stampis

Stampis cōdemnati in quinquaginta marcas argenti, mense Aprili 1461. Arresto Gratianopolitano.

Desumptum ex decis. Guid. Pap. 570. I. C.

XXV.

Fideiussores plures quādo singuli in solidum conueniri possint.

Vi horum verborum: a *Sese obligarunt, & quilibet eorum solus & in solidum, citra diuisionē, &c.* vnusquisq; debitorum in solidum conueniri potest, solidumque soluere debet: & indicatum fuit Arresto Parisiensi, 19. die Decembris 1527. viceuersa: b Siverba illa, citra diuisionem, non adiiciantur, & priora tantum reperiantur: *& quilibet eorum solus & in solidum*, conueniri non possunt, nisi vnusquisque pro parte tantum sua. Textus est in *l. 1. alis; que legibus. C. de duobus reis.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 16. die Iulii 1514.

Attamen inter Arresta generalia medio mense Augosto 1584. pronunciata à Domino Præside Morlano, priore casu, denunciationis vnius correorū fideiubendi ratio habita fuit, & rei coodemnati, vt vnusquisque pro sua parte & portione solueret, eo quod omnes soluendo essent. B.

a *V. Rebuff ad Constit. tract. de liter. obl. g. art. 2. n. 33. Molin. tract. de vsur. quaest. 7. n. 133.* T

b Exceptionem huius regulæ vide in *Art. 30. huius tit.* quando videlicet vnus obligatorum extraneus sit, nec conueniri possit. Charondas idem Arrestum refert *lib. 5 c. 69* Huic exceptioni aliam adde, quando de obligatione aut promissione facta à compluribus mercatoribus in mercaturæ negotio agitur, vt infra in *Append. Arresto 11.* dicetur.

XXVI.

Fideiussores quomodo conueniri debeant.

Generalis renunciationis clausula instrumento fideiussionis inserta, aut fideiussoris, qui se principalem debitorem vna cum debitore principali constituit, hisce verbis: *renuncians*, &c. in originali à Notario in descripto ad beneficium ordinis & discussionis, quod vnum idemque est, extendi non potest. Verum eo non obstante, principalis debitor excuti debet, quo non soluendo existente, si præsens fit: aut absente eo fideiussori dilatio, antequam soluat, concedi debet, vt principalem debitorem citet, eique vt soluat, denunciet. Attamen notandum bene est, si prædicto instrumento fideiussionis verbum hoc, citra discussionem, inferatur, tantum id valere, quantum expressam renunciationem. Et vero cum Ioannes Sanguinus Dominus Augeruilerii soluturum se promisisset, si tempore instrumento comprehenso solutio à Ioanne Floriacensi principali debitore facta non fuisset. Tempore præterito, prædicti Sanguini bona indiscusso Floriacensi pignori capiuntur. Hic se opponit, & ait, discussionem factam non fuisse, quæ lapsu temporis tolli non potest: neque renunciationem factam: & licet renunciationis beneficii discussionis in descriptio mentio fiat, nihilominus in originali aliud nihil extare, quam *renuncians*, &c. Notariumque huiusmodi extensionem facere non potuisse. Sententia Præfecti Parisiensis repulsam patitur, ad soluendum condemnatur, & decernitur, manusinectionem duraturam, vsquequo plene solutū fuerit: saluo ei regressu, aduersus quē æquum fuerit. Ab eo ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi Arresto, anno 1528. dictum fuit, male iudicatum fuisse, & emendata sententia decernitur, discussionem fieri oportere. Dicto enim, *& cætera*, non potest extēdi ad casum hunc dependentem ex vnius contrahentium voluntate, argumento borum, quæ notat Socinus in *l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu.* & Alciat. in *l. 1. §. si quis ita n. 7. ff. de verb. obl.* singularis quippe est, & magna renunciationis huius efficacia, ac proptereа specialem expressionem requirit, alioquin non subintelligitur, argumento *l. item apud Labeonem. §. Prætor ait. ff. de iniuria*, adeo vt sæpe huius alteriusve generis notabiles clausulas, male instrumentis insertas, eff. ctum non sortiri videamus: ac pro securitate eiusdem Notarius fideiussorem admonere debet, vtrum quid sit, intelligat, per *l. triticum. & l. quicquid adstringendæ. ff. de V. O.*

Notarii quomodo extendere possint sua & cætera, v. Art. 3. tit. de Notariis, supra.

Arrestum, cuius hic mentio fit, datum fuit perorante pro appellante Mohoræo, vt scripsit *in annot. sua ad Alex. cons. 28. lib. 2. & in tract. de Vsuris quaest. 7 sub fin.*

XXVII.

Hæredes quando teneantur, & vnusquisque eorum in solidum.

Notandum est, quando obligatio personalis obligationi hypothecariæ iungitur, tunc si plures hæredes sint, vnumquemque *pro rata* seu virili portione teneri, qua hæres est, habita ratione personalis obligationis, etsi personaliter agatur. Verum habita ratione hypothecariæ, etsi hypothecaria actione agatur, vnusquisque *in solidum* tenetur. Hanc ad rem laudatur Arrestum Galopi, & textus *in l. vnus ex multis. C. de distra. pign. & l. mulier. iuncta gloss. qui potior. in pignor. hab.* Species facti hæc est: Antonius redituum centum librarum mihi debet, sub generali vniuersorum bonorum suorum hypotheca. Is moritur, & Petrum atque Ioannem hæredes suos relinquit. Petrus ratione personalis obligationis tum pro dimidia tenetur: verum ratione hypotheca, in solidum: adeo vt ratione prædictæ hypothecariæ solidū soluere teneatur, aut hæreditatem defuncti, pro ea parte, qua successit, deserere. Quo facto, altera parte dimidia liberabitur, nec creditorem cogere potest, vt pro prædicta altera dimidia personalem actionem aduersus secundum hæredem intentet, & pro sua dimidia bona & fundos illius secundi hæredis excuti curet: verum hypothecaria ager in solidum aduersus quemlibet prædictorum hæredum, si prædictam portionem, quā possident, repudiare nolint. Et ita prædicto Arresto Galoppi iudicatum fuit, quod Parisiis datum & solenne est. Verum notandum quoq; est, si personalis hypothecariæ non coniuncta sit aduersus tertium possessorem, aut aduersus singularem successorem, huiusmodi possessores non teneri, nisi principali debitore & fideiussoribus ante discussis: etiam si post discussionem illam prædicti possessores ratione hypothecariæ teneantur: atq. ita intelligenda est Authentica *Hoc si debitor. C. de pignor.* nempe in casu, quo personalis hypothecariæ non iungitur: verum duntaxat: si hypothecaria absque personali sit, aduersus tertium possessorem aut singulares successores.

V pro hac materia *Arrest. 5. tit. de hypothec. instr. & Articulos 332. 333. 334. I. C. in Append. huius tit. Arrest. 5.*

XXVIII.

Declaratio insignis, quam quis à fideiussore exigere potest.

Singularis hæc praxis est, atque ad præcidendam omnem dubitandi occasionem notāda, si quis fideiussorem conuenire velit, eum, cui iudicialis cautio, siue in ciuili siue criminali, præstita fuit, admitti posse ad postulandum, vt pars aduersa, qui prædictam cautionem præstat, in præstatione cautionis præcise declarare & exprimere cogatur, vtrum bene omnia, ad quæ se obliget, ac per quæ obligatum se vult, bene intelligat. Hoc præsupposito, Domina Bellara cum impetrasset, vt præstita cautione per prouisionem frueretur, aduersus Dominum Castillioneum, fideiussorem dat, qui ad restitutionem fructus & rem adiudicatam, si in fine litis id diceretur, sese obligat. Prædictus Dominus ait, cautionem huiusmodi validam non esse: oportere quippe prædictum fideiussorem expresse ad restitutionem rei litigiosæ absque detentione faciēdam se obligare, prædictamque Dominam ea, vt bonum patremfamilias decet, fruituram, ac in damna, quæ in ea secideiint, teneri debere. Curia Arresto fuo fideiussionem validam declarauit, ea tamen lege, vt prædictus fideiussor rem apud Acta declararet, se fideiubendo ad omnia se.

Quomodo fideiussorem vail de quis ob ligare pos.

omnia, quæ supra, obligatum velle: ad relationem Domini Hospitalii, 14. Octob. an. 1536. Hæc doctrina desumpta est ex *l. stipulatio ista: Habere licere. §. in stipulationibus. & in l. quicquid adstringenda. & l. triticum. ff. de verborum obligation.* Atque verosimile est, prædictum Dominum Castillioneum occasionem habuisse, id quod dicebat, opponendi, ne prædictus fideiussor, qui ei dabatur, postea diceret, se errasse, neque intellexisse, neque reuera sciuisse, quod ageret, argumento *l. sed & si quis rei. § item quæritur. ff. si quis caution.* vbi Vlpianus notabilem distinctionem facit fideiussorum. Prius membrum hoc est, si in re; in qua eorum quadamtenus interest, se obligauerint, quæque ipsos quacunque ex ratione contingit, veluti, quod facti consortes sint, aut aliter, postea allegare errorem suum non possunt. Verum si in re, de qua agitur, neque directe, neque indirecte ipsorum interfuit, sane simplici & generali obligationi ab se præstitæ stare non coguntur, veluti principalem debitorem iudicio sistere, aut etiam pro eo satisfacere, ac exceptione erroris opposita ab hac obligatione se liberare possunt. Aliud foret, si speciatim & peculiariter res ipsis exposita fuisset, de quo dubitare non possunt, & super eo cautionem fideiussoriam præstitissent: tum quippe amplius non admitterentur.

Desumptum è Lucio *in Arrestis suis pag.* 179.

XXIX.

Cautio extra Prouinciam quādo admittatur.

Momentaneus possessor sententia Balliuii Turonensis, cautionis præstandæ onere grauatus, locupletem mercatorem Ciuitatis Cenomanensis, quæ decem circiter miliaribus Turonibus distat, fideiussorem offert. Ei contradicitur, etiamsi se iudicio sistere ac iudicium coram Balliuio Turonensi subire submitteret, ac prædictus momentaneus possessor offerret sumptus faciendos ad perquisitionem idoneitatis prædictæ cautionis. Pars aduersa excipit, cautionem, quæ sententia iudicis præstatur, necessariam esse, & saltem intra Prouinciam dari oportere, * *l. fideiussor §. fin necessaria. Qui satisdar. cog.* Dictio hæc, *Prouincia*, communiter pro Balliuiatu aut Seneschaltia accipitur, vt Ioannes Faber *in l. fin. C. de præscript longi temporis.* Prædictus Balliuius prædictam cautionem minus idoneam declarat. Arresto Parisiensi die Martis 14. die Aprilis 1556. appellatione, & id, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, decreuit, prædictam cautionem facta submissione antea oblata admittendam. In causa appellationis cognitum fuit, prædictum momentaneum possessorem eam intra Prouinciam præstare non posse.

Quid appellatione *Prouinciæ* intelligatur.

* Arrestum Parisiense 2. Maii 1564.

XXX.

Vnus debitorum indiuisorum in solidum conueniri potest, si alter extraneus sit, nec regnicola, licet non addatur, *citra discussionem.*

Pasquierus pro Religiosis, Abbate & Conuentu sancti Theodorici appellantibus à sententia quadam, quæ data à Balliuio Senonensi, vel Locumtenente ipsius dicebat, Dominum Cardinalem Guisium Abbatiam S. Theodorici mercatori cuidā Tornaci in Flandria habitanti elocasse, sub fideiussione mercatoris cuiusdam Galli. Locationis lex erat, *hos duos obligari ad soluendam summam, vnum pro altero, & vnum solum ac vnumquemlibet eorum solum in solidum.* Nulla renuntiationis beneficii diuisionis, ordinis & discussionis mentione facta. Mercatore illo Tornacensi in soluendo moram nectente, fideiussor, qui in Francia habitabat, conuenitur. Huius bona pignori capiuntur in solidum. Is se opponit seu excipit. Is coram Balliuio Barrensi ad exponendas oppositionis suæ caussas citatus, à quo oppositionis suæ repulsam patitur, & decernitur exequutionem peragendam: ab eo Senonas appellat, vbi dictū fuit male iudicatum fuisse, & emendata sententia, pro parte dimidia executio iniusta declaratur. Religiosi appellant. Appellationem suam fundant in eo, quod versentur in specie & casu Authenticæ. *Habita, Cod. de duobus reis.* & Authent. *Præsente. de fideiussor.* in qua expresse constituitur, duorum huiusmodi debitorum vno præsente, altero vero absente, præsentem in solidum conueniri posse. Domini Triumuiri Regii appellationi patrocinati sunt, ac pro appellantibus asseruerunt, à Balliuio Senonēsi male iudicatum fuisse, dicentes, appellantes fidem mercatoris, qui in Francia erat, secutos, qui se liberare ea deberet, nec partem offerre posse. Arresto, quod 14. dia Martii 1563. pronuntiatum, dictum fuit, à prædicto Balliuio Senonensi male iudicatum fuisse, ab appellantibus vero bene appellatum, appellatus in expensas vtriusq; causæ appellationis condemnatus, & decretum seu sententiam prædicti Balliuii Barrensis plenum atq; integrum effectum suum sortiri oportere.

Arrestum istud limitationis instar est Arresti 25. eiusdem tit. V. Maynard. *lib. 8. cap. 97. quæst. suar.*

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum IV.

I.

Fideiussor incarcerati sub conditione relaxati; si euadat, antequam carceri restituatur: eum apparitor eum non incarcerasset, ac is mortuus fuisset, prædictus, inquam, fideiussor parti aduersæ condemnatus fuit, saluo ei, aduersus quem æquum esset, regressu. Iudicatum perorante Carpentario, 24. Martii 1582.

Fideiussor incarcerati relaxati & elapsi, ad quid tenea tur.

II.

Fideiussor idoneus non habetur, qui non nisi mobilia habet, quorum nulla hypotheca est, & facile alienantur. Id quod iuri communi consentit, *l. secundum ff. Qui satisdar. cog.* Arrestum anni 1531.

Fideiussor, qui mobilia tantum possidet, idoneus non est.

III.

Arresto Parisiensi, 26. Maii 1575. cum quidam pro Domino Tornonio pro centum libris reditus fideiussisset, prædictus Dominus Tornonius eum se redemptutum, & fideiussorem liberaturum promisisset: quo non facto, cum fideiussor conuentus & soluere coactus fuisset, viduam Molinum citari curat, vbi contractus celebratus fuerat: vidua declinat, & vigore rescripti euocatorii remissionem sui postulat, à quo depellitur. Ea appellat: dictum fuit bene iudicatum, male & absque grauamine appellatum: & in principali eam intra sex menses reditum redimere oportere. B.

Debitor ad postulationem fideiussoris ad amortizandum redditum quendam conueniri potest.

IV.

Syndicus aut Procurator Vniuersitatis & Ciuitatis vsquequo rationes reddiderit, municipum & incolarum nomine conueniri potest: & priuati obligari pro corpore quodam condemnari possunt: Iudicatum ita aduersus priuatos quosdam Carnutenses, 8. die Decembris 1573. Attamen cum Syndicus quidam in corporalem apprehensionem condemnatus fuisset, dictum fuit, male iudicatum fuisse hoc respectu, sententia in reliquo effectum suum sortiente: 10. die Iulii 1580.

Syndici, Procuratores, qui rationes non reddiderunt, pro corpore incolarū tenentur: & priuati & Vniuersitate obligati.

V.

Constitutio an. 1539. ordini discussionis modum adhibuit, nec amplius obseruatur *l. à Diuo Pio, §. 8. ff. de re iudicat.* Attamen obsignatio bonorum & Officiorum

Venditio officii venalis absque præ-

cedente discussione si etiam non debet.

ciorum venalium venditio absque præcedente discussione fieri nō debet, vt Arresto, 3. die Martii 1563. iudicatum fuit pro ostiario Launæo, appellante ab interdictione officii sui pignori capti. B.

VI.

Fideiussor non tenetur ob falsum cōmissum in instrumento illius, pro quo fideiussit.

Fideiussor, qui promisit se apochas cuiusdam ratiociniis publicis obnoxii relaturum, si eas retulerit & falsas quis arguere velit, de eo non tenetur, verū principalem debitorem conuenire oportet. Ita iudicatum, 28. Maii 1565. B.

VII.

Fideiussor iudicialis absque præcedēte discussione recte conuenitur.

Fideiussor iudicialis, indiscusso reo principali, conueniri potest, Bartolus *in l. 2. ff. Iudi. solui.* Glossa *in l. fin. in verbo, soluere,* & ibi Dd. C. *de vsur.* secus si in contractu obligationi accesserit, Autheot. *Præsente. Cod. de fideiussor.* vbi Faber ita distinguit, nō adfirmator, qui, nisi discussis principali debitore & fideiussore, conueniri non potest, *vt hic.* Nihilominus si fideiussor conuentionalis, qui adfirmatorem dedit, se restitui velit, adfirmator, qui fideiussorem locupletem, idoneum, & soluendo adfirmauit, conueniri potest, vt petitionem fideiussoris, qua se restitui petit, cessare faciat, eo nō obstāte, q nō alleget, se indiscusso prius principali debitore & fideiussore conueniri nō posse: atq; iuxta ea iudicatū fuit Arresto, q a Domino Præside Minardo in purpura, 11. Maii anno 1554. pronontiatum fuit, pro ostiario Linganrio, aduersus adfirmatorem quendam nomine Episcopum fideiussorem tertii cuiusdam conductoris partis reditus Abbatiæ S. Remigii Carnutensis. Attamen tenetur indicare bona fideiussoris, quem soluendo adfirmauit, ac diligente inquisitione facta soluere tenetur. Ita iudicatum, 28. Aprilis 1564. perorante Dauide pro appellante ab eo, q ad designandum aut soluendum condemnatus fuerat, & appellans in multam condemnatus fuit. I. C.

VIII.

Verum literæ cōmendatitiæ obligent, in casu, quo is, in cuius gratiam seu fauorē scriptæ fuēre male versatus fuerit.

Mercator quidam Lugdunensis literis commendatitiis duos filios cuiusdam sui amici Pædagogo commendauerat prædictisque literis inter alia inseruerat, patrem horum adolescentum virum bonum esse, ac mercedes ipsum probe soluturum. Patre mortuo, cum nullam solutionem impetrare potuisset, ad prædictum commendatorem se conferr, & concludit aduersus ipsum, vt in subsidiū teneatur, ac condemnetur vt vel solutionem procuret vel ipse soluat: ab eo apppellatur: in causa appellationis, cum appellans manifestum fecisset, pædagogum cum patre rationes iniuisse, appellatio & id &c. in irritum deductum fuit, appellans absolutus permissumque appellato heredes patris cōuenire: eo quod appellās animo cōmendandi id fecerat, *l. vlt. de constit. pecun.* Inter Arresta generalia die Natali, 25. die Decembris 1575. à primo Præside Thuano pronunciata. Idem Arresto Tholosano, 8. Martii 1574. iudicatum fuit, ad relationem D. Maynardi, vt ipse scripsit *lib. 8. quæst. suar. cap. 29.* eo quod huiusmodi & similes literę generales commendationes continentes, nullam obligationē pariant, *l. si vero non remunerandi. §. cum quidam. ff. Mandati, l. fin. §. neque. C. Quod cum eo.* Simile dubium & controuersia non ita multo post in Parlamento Parisiensi proposita fuit, cuius species hæc erat: Cappius Regis medicus literis primum, postea incoram Domino Marchioni Pisano, nobilem quendam Pedem ontanum commendar, eumque probum, virtutibus ac familiæ nobilitate insignitum, ac optimis negotiis expediundis adhibitum fuisse prædicat. Supra hac commendatione Dominus Pisanus, præfectum aulæ suæ eum constituit, qui 24. diebus post Dominum suum derelinquit, cōclaue Dominę Marchionissæ ingreditur, atque inde monilia pretio 3000. coronatorū surripit, prædictum Cappium adit, ipsique exponit, se Dominum suum Sancti Mauri siue in castro Bagaudarū aditurum, ipsumque rogauit, vt pro se equi nomine fideiuberet: id quod ab ipso impetrat: nihilominus is abit, nec amplius reuertitur. Domin⁹ Marchio cum domesticum hoc furtum resciuisset, Cappium conuenit, & aduersus ipsum ad solutionem æstimationis monilium concludit, ceu fideiussorem & cautionem furis istius: interrogatus denegat res veras & indifferentes: nihilominus tandem commendationem & fideiussionem pro equo à se præstitam fatetur. Curia Arresto suo prædictum Cappium liberauit, & citra expensas absolutum remisit, iuxta *l sciendum. ff. de ædilit. Edict.* & *Artic. 56. Constitut. Molinens.* qui interdicit probationem per testes rei centū librarum summam excedentis, perorante D. A. Arnaldo pro Cappio, D. A. Loisellio, pro Domino Marchione, qui monilia recuperauerat, salua tabula quadam adamantina, quam 3000. coronatorum æstimabat. D. Seruinus pro D. procuratore Catholico, 12. Februarii 1599. I. C.

IX.

Cautio iudicatum solui in Francia non præstatur.

Dieppensi quodam ad cautionem *iudicatum solui* præstandam condemnato, appellante, appellatione & eo &c. in irritum deductis appellatoque in expensas condemnato, declaratum fuit, appellantem non teneri cautionem *iudicatum solui* præstare, etiamsi alterius Parlamenti iurisdictioni subiaceret, 4. Ianuarii 1575.

Vide de hac materia Maynardum *lib. 8. cap. 30. Robertum rerum iudicatar. lib. 4. cap. 11.* & ea quæ notaui ad *Arrestum 3. Tit. 8. lib. 3. supra.* I. C.

X.

Fideiussor vsuras reliquorum quæ creditori principalis debitoris soluit, postulare potest.

Inter Mathurinam Danisiam viduam defuncti Iacobi Buridardi Procuratoris in Curia, nomine tutorio pupillorum prædicti defuncti & ipsius viduæ heredum ex beneficio inuentarii prædicti defuncti, & Robertum du Bois Consiliarium, Notarium & Secretariū Regis petitores ad fines impetratæ cuiusdam commissionis, 22. Augusti 1595. & iuxta contenta in replicationibus suis præstitis 15. Martii 1600. ab vna parte: & Iacobum Benardum Dominū *de la Haye* reum ab altera. Visa à Curia in Camera Edicti prædicta commissione, petitione, exceptionibus, replicationibus, causæ constitutione, &c. dictū fuit, prædictam Curiam nulla habita prædicti rescripti ratione, condemnasse & condemnare prædictum reum, vt prædictos actores à reditu 250. Coronatorum liberet, in quos nomine prædictus defūctus Buridardus & du Bois tribus instrumentis obligati erant 7. Iunio 1594. defunctæ Stephanæ Bougueriæ, viduæ defuncti D. Petri Rupifortii, & Francisco Chauuelino & Thomæ Rupifortio, Aduocatis in prædicta Curia, iisdemque actoribus restitueret omnia reliqua prædictorū redituum ab iis solutorum, ac præterea illos ad vsuras ratione duodecimaria, seu fœnere vnciario à die cuiusq; solutionis prædictorum reliquorum, & ad instantiæ expensas, prout æquæ iudicatæ fuerint, condemnauit. Pronuntiatum Parisiis, 17. Aprilis 1601. I. C.

XI.

Inter mercatores renuntiatione ordinis diuisionis, & discussionis opus non est.

Quādo de obligatione aut promissione à pluribus mercatoribus pro re negotiationem spectante agitur, etsi promissio nullam clausulā diuisionis neq;

di-

discussionis contioeat, nihilominus cum eadē promissione breuiculo vel obligatione obligati sint, licet socii non sint, atque vnus illorum partem debiti soluerit, quæ ad id quod ab ipso admissa diuisione debetur, ascendebat, attamen vous in solidum tenetur, saluo ei regressu, eo quod inter mercatores, qui bona fide contrahunt, potius ad id quod conuentum est, respici oportet, quam ad magnas subtilitates & formalitates Iuris Romani, vt Bartolus *in l. fideiussor. §. quidam. ff. mandati* Baldus *in l. si pro ea. Cod. eod. tit.* Et ita Arresto iudicatum fuit, 19. Iulii 1590. Bacquetus *tract. de Iuribus Iustitia, tit. 23. num. 248.* Carondas *lib. 8. Responsor. cap. 38*, pro Inselino mercatore Parisiensi, multo magis, quando chirographum à mercatoribus negotiationis sociis confectum fuerit, licet chirographum simplex sit, tamē singulos tāquam inuicem exercitores, institores, præpositos aut magistros in solidum obligat, *l. habebat. §. fin. & l. seq. ff. de instit. actio.* Ita iudicatum fuit Arresto 29. Aprilis 1564. Carondas *ibid. lib. 7. cap. 103.*

XII.

Proxeneta pro altero obligatus citra discussionem tenetur conuenitur.

Arresto, 9. Maii 1577. pro mercatore Altissiodorensi iudicatum fuit, petorante Loiselio, proxenetā, qui se proprio ac priuato suo nomine obligauerat, licet pro altero obligetur, citra discussionem, absq; præiudicio regressus sui soluere debere: actione enim receptitia aut de constituta pecunia tenetur.

XIII.

Vtrum is qui bonū nomē pro alio præstitit aut solutum promisit, debitore nō soluente in tra certum tēpus citra discussionē principalis debitoris conueniri possit.

Sæpe contingit, vt pro obligato quodam, amicus nomen bonum faciat & soluturum se promittat, si videlicet intra certum tempus principalis debitor non soluat: Tempore elapso, creditor, cui solutio nondum facta fuerat, fideiussorem istum conuenit, ab eo summam istam exigit: is recusat & asserit, ad id se non teneri, nisi discusso prius principali debitore, & vsque quo id factum fuerit, creditorem expetiti non posse aduersus se, eo quod beneficio discussionis non renuntiasset, iuxta *l. decem. ff. de v. o.* ē contratio, creditor asserebat, eum secundo obligatus debitum suum proprium fecerit, renuntiatione opus non fuisse: ad hæc insuper, tempore & die, qui pro homine, vt dicitur, interpellat elapso, debitorem in mora constitutum fuisse, *l. cum quis in diem. & l. seq. ff. de Obligat. & Actio l. magnam. Cod. de contrah. stipulat.* Atque motam huiusmodi fideiussori præiudicare, vero debito, semel interpellato. Super hac controuersia Charondas *l. b. 2. cap. vlt. Respons.* refert Arresto 17. Iulii 1537. iudicatum fuisse, pro quodam nomine Spina, aduersus Eustathium Allerium creditorē videlicet aduersus fideiussorem agere non posse, nisi discusso prius principali debitore. Verum Bacquetus *tract. 5. de Iuribus Iustitiæ cap. 23. num. 15.* refert contrarium Arresto iudicatum fuisse aduersus Lusitanum Notarium, iuxta *l. fideiussor. 16 §. fin. ff. de fideiu.* Propterea quod ea non simplex aliqua fideiussio sit, in qua discussione opus sit, neq; constitutum quoddam, verum principalem obligationem factam sub conditione soluendi, si debitor non soluat. I. C.

XIV.

Nouatione a creditore cum debitore facta fideiussor liberatur.

Duo obligati erant, vnus veluti principalis debitor, alter vero simplex fideiussor. Creditor cum debitore nouā obligationē init, in qua prius debitum complectitur absente fideiussore, addita tamen clausula *citra derogationem aut innouationem prioris obligationis*: fideiussor prætendit hac nouatione facta liberatum, adiectione videlicet summæ & diei mutatione, ex *l. nouatione. Cod. de Fideiussor. l. 1. Cod.* *Etiam oblig. chirographar. pign.* Non obstante protestatione, velut actui quem creditor celebrabat, contraria. Ita iudicatum Arresto, 7. Februarii 1570. pro quodam nomine ab Insula, quod refert Charondas *lib. 7. Responsor. ca. 74.* I. C.

XV.

Vtrū prorogato obligationis termino, fideiussor liberetur.

Idem Charondas prædicto loco refert, Arresto iudicatum fuisse aduersus quendam nomine Fortem, 26. Aprilis 1558. si creditor terminum solutionis principali debitori prorogauerit, nō ideo fideiussorē liberari, eo quod prædicta obligatio in suo vigore ac statu permaneat, arg. *l. sed si manente ff. de Precario*, licet ante tempus prædictæ prorogationis conueniri non possit, *l. fideiussor. 57. ff. de fideiussor.* Verum in hac quæstione, quæ aeditet inter Doctores agitata fuit, distinctionem adhibere oportet, quam Ranchinus affertet *ad decisionem Guido. Pap. 117. & 570.* vbi fideiussorem quis se pro obligato ad certum tempus constituit, veluti si quis se obligauerit ad custodiam castri ad sex menses, & pro hoc tempore dederit fideiussores: elapso tempore fideiussores liberabuntur: quia obligatio ad certum tempus facta fuerat: quod si hoc tempore seu termino elapso ad huc prorogatū fuerit tempus absque fideiussoris consensu, fideiussor non tenebitur: quia elapso termino liberatus est, & limitata causa limitatū effectum producit, *l. si ma gros. ff. de ter. mot.* Et ita intelligenda *l. si Hermes. ff. locati*, vbi ad quinquennium locatio facta fuerat; quare eo lapso fideiussores sunt liberati, etsi locatio extendatur ad aliud tēpus. Verū si obligatio & mutuū purū sit, & citra tēpus adiectū à creditore, veluti si quis pure pecuniā mutuo det: debitor vero ad certū diē solutionē promittat, hoc casu si fideiussor interueniat, licet creditor solutionem in aliud tempus differat, huiusmodi prorogatione fideiussor nō liberabitur. Induca enim ad vnum effectum contrarium non debet operari. Hic enim tempus solutionis prorogatur, nō causa nouandæ obligationis, sed causa differendę solutionis. Quare fideiussor non erit per hoc liberatus, quia finito termino dato ad soluendum, semper fideiussor tenetur. Hac distinctione vsus est Aufrerius *ad decis. 181. Capellæ Tholosanæ.* & ita decisum est in tota, vt videre est *in antiquis Rotæ decisionibus, decis. 840.* vbi concludit, fideiussorem non esse liberatum, & prædictus Ranchinus refert, ita se iudicatum vidisse duobus Arrestis Gratianopolitanis. I. C.

XVI.

Correi debēdi ad vinculū sol uendū, à sua cessione actionū non possūt.

Conformiter *l. his consequenter. 18. §. casus. ff. Familiæ ercisc.* iudicatum fuit Arresto, quod datum in tertia Inquisitionum, ad relationem D. Tiraquelli, pronuntiatum in purpura à D. Præside Morsanio die Martis 14. Augusti 1584. vnum è correis debendi solidum, conuentum & condemnatum, antequam soluat, & citra vllam actionum cessionem, cæteros correos suos, vnumquemq; propatte & portione sua conuenire & cogere posse.

Iuxta hoc Arrestum, die Lunæ 1597 confirmata sententia Dominorum Libellariorum Palatii, Curia confideriosforem pro parte seu viril ad redimendum reditum quendam, condemnauit. Atque cum eadem quæstio in eodem Auditorio proposita fuisset, die Veneris 15. Iunii 1607. D. Poretio Præside, vt & altero Arresto, 17 Maii, super appellatione à Libellariis, qui conformiter prædicto Arresto iudicauerāt, causa ampliata fuit. V. *Arresta Louetii, lit. F. Art. 27. & annotatio.*

TITVL. V. DE SOLVTIONIBUS, forma solutionum, & quitantiis seu apochis.

Vtrum forma solutionis census aut reditus solarii præscribi possit.

In reditu solario forma solutionis non præscribitur, si de Constitutione liqueat. Arresto Parisiensi sententia quædam data à Senescallo Lugdunensi, confirmata fuit, qua possessor quidam ad duodecim coronatos veteres condemnatus fuerat, quos reditus solarii nomine debebat, ratione domus cuiusdam Lugduni sitæ, iuxta veterem Constitutionem, etsi ipse & prædecessores sui, 14. libras Turonenses tantum soluturos se constituissent, spacio plus quinquaginta annorũ. Valla *lib. de rebus dubiis tract. 19 num. 1.* Alterum Arrestũ 12. Maii 1581. quod datum pro Comite Marlio, super solutione caponis, qui reditus nomine debebatur pro quo possessores annuatim quinque solidos publicanis prædicti domini Comitis soluerant, & spacio 60. annorum prædictam solutionem continuauerant Choppinus *ad Consuetud. Andegauensis lib. 1 part. 2. cap. 2. tit. 1 art. 4. in fin.* Atque hanc ad rem facit Arrestum datum 6 Februarii 1574. quod refert Carondas *lib. 3. Responsor. cap. 15* quo continebatur, for releui seu luitionis solui debere iuxta Cõsuetudinẽ locorũ nõ obstãte acceptatione præcedentium Dominorũ certæ summæ, quæ ipsis suis vasallis soluta fuerat, quæ successoribus ipsorum non præiudicat. Vide quæ notantur ad *Tit. De Hypothecis 13. lib. 11. Arrest. 1. & ad Arrestum 14. Tit. 2. lib. 13.*

ARRESTVM I.

Creditor æstimationem speciet, quæ ipsi debetur, exigere nõ potest.

NOn magis quam res inuito creditore, pro altera solui non potest, sic ea à debitore exigi nõ potest, *l. Paulus respondit. ff. de solutionibus.* Quare Arresto Gratianopolitano vigilia Natalis Domini 1461. iudicatum fuit, Antoniam de Monte acuto non potuisse exigere à Domino de Ponte, centum florenos pro vestimentis & iocalibus vxoris suæ, eo quod cẽtum isti floreni in obligatione reperti non fuerant. Ita dicit Bartolus *in l. si quis stipulatus fuerit decem. ff. de solutio.* Et res promissa, non vero eius æstimatio peti debebat, *l. cum dotem.* iuncta Glossa. *C. de iur. dot. & l. fin. ff. solut. matrimo.*

II.

Solutio in quibus speciebus fieri debeat.

Dos constituitur definito numero coronatorum Regiorum tribus liliis insignitorum aureorum & iusti ponderis, quorum vnusquisque valeat viginti septem solidos, sex denarios Turonenses. Longo tempore post contigit, valore coronatorum aucto, eam exigi: vbi quæsitum fuit, vtrum valor temporis prædictæ Constitutionis * attendendus sit, an vero temporis exactionis? Super eo diuersæ opiniones extiterunt, ac nisi valor tum eodẽ contractu declaratus fuisset, maior adhuc difficultas foret, atque eo inclinare oporteret, creditorem aliam solutionem acceptare non debere, quam monetæ speciarum expressæ, non habita augmenti ratione, per *l. Paulus 2. ff. de solutio. l. semper in stipulationibus. ff. de R. I. l. si quando. ff. de leg. 1. & capit. si Papa de priuileg. in 6.* Ratio optima est, puta, quoniam vtrisque creditoris & debitoris periculum versatur: nam si coronatus valore diminueretur, damno id creditori esset: si vero cresceret, commodo eiusdem cederet, & ita notat Bartolus ad *dictam l. Paulus.* Alioquin si coronatus æstimatus fuit, iuxta æstimationem solui oportebit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vlt. Decembris 1522. Et Arresto Burdegalensi, quod datum 3. Augusti 1530. & altero Arresto quod datum 1531. Tantundem postea Arresto Parisiensi dictum fuit, pro quodam, qui reditum cui obnoxius erat, redimere volebat constitutum ob sortem ducentorum coronatorum, æstimato quolibet coronato viginti septem solidis, cum tempore redemtionis coronatus quadraginta solidos valeret. Et hac ratione creditor solutionem in specie seu in coronatis sibi fieri volebat. Curia sententiam Curiæ monetariæ rogauit, quæ retulit, viginti septem solidos illius temporis, tam bonitate quam pondere æque valere ac quadraginta huius temporis. Quamobrem dictum fuit, sortem & reliqua soluenda, præstitis pro coronato quadraginta solidis. Postea huiusmodi antiquitates expresso Edicto defuncti Regis Henrici, quod publicatum 8. Iulii 1551. & altero præcedente de valore monetarum, decisæ fuerunt. His Edictis interdictum fuit, ne in coronatis, verũ tantum in libris contraheretur: & decretum obligationes & debita antea in speciebus auri contracta, soluenda esse æstimatis singulis coronatis quadraginta sex solidis Turonensibus, quem valorem Rex Edicto suo, mense Iulio, coronato solari attribuerat. Ego nescio, vtrum hoc tempore, quo prædictus coronatus in tantum valore suo excreuit, vtrũ, inquã, prædicta Constitutio obseruaretur. Crediderim quidem, quoad debita Edictum istud, mense Iulio 1551. publicatum præcedentia, prædictam æstimationem quadraginta sex solidorum sequendam: non vero quoad postea contracta atque eo tẽpore, quo coronatos plus quam quadraginta sex solidos valuit. Eaque est dispositio Papæ Innocentii III. *in cap. olim. de censibus.* & ita notat Accursius *in Glossa sua ad l. eleganter. §. qui reprobos ff. de pignorat. actio. &* Guido Pap. *quæst. 493.* aduersus sententiam Ioannis Fabri *ad authenticam: hoc nisi. num. 11.* qui ait, stylum Franciæ hunc esse, si Princeps Constitutione sua valorem monetæ imminuat: eam nihilominus soluendam pro tali, qualis ante imminutionem facta fuerat: vice versa si Princeps valorem augeat, æstimationem & valorem temporis contractus sequi oportere. Contrarium prædictis Arrestis iudicatum fuit.

V. infra *Arrestum 8. & lib. 12. tit. 7. Arr. 18.* vide *Boerium decisio. 327.*

De Augmẽto coronati & solutione in specie facienda.

* Omnium hæc resolutio est, si creditor coronatos mutuo dedit, aut pretium emtionis in coronatis quis stipuletur, coronatos restituere oportere, aut tantũ quantũ tempore solutionis valent, siue valor eorum creuerit siue diminutus sit nisi tempore mutui æstimati fuerint. Ita tenet Cuiacius *in l. 59 in fine, de verbor. obl.* vbi ait, se nullam legem nosse, quæ hanc controuersiam tractet, præter *l. 2. Cod. de veter. numismat. potestat lib. 11.* B. Attamen Rex Henricus IIII Edicto suo, mense Septẽbri 1602. super generali monetarum suarum determinatione promulgato, & augmentationem specierũ continente, (puta vt coronatus aureus solaris, põderis duorũ denariorum, quindecim granorũ, quinque solidos ponderans, pro sexaginta quinque solidis æstimaretur, cum antea nonnisi 60. solidis æstimaretur) volens prouidere controuersiis, quæ inter subditos suos intercedere possent, ratione contractuũ ad coronatos celebratorum constituit, solutiones, quæ fieri deberent conceptarum summarum in coronatis debitarum, ex quacunque causa & occasione, fieri & dissolui posse in speciebus, prædicto Edicto memoratis, iuxta pretiũ, quod illis eo Edicto tribuebatur, adeo vt qui tredecim coronatos deberet, præstitis & solutis, duodecim coronatis aureis solaribus, aut etiam quadraginta octo quadrantibus coronatorum & duodecim solidis, aut triginta nouem libris in moneta, se liberare posset, & qui centũ coronatos deberet, se liberare posset, soluendo nonaginta duos coronatos viginti solidos in specie coronatorũ aut trecentas libras in speciebus prædicto Edicto comprehẽsis eoque pretio, quod eodem Edicto constituitur, ne augmentum coronati damno debitorum, qui coronatos debebant, cederet. Quæ fuit sententia Molinæi *ad consuetudinem Parisiensem § 23. glos. 8 n. 2. & tractat. de vsuris, n. 736.* qui tenet, debitorem solum teneri soluere æstimationem, quam erat tempore cõtractus. Vide quoq. Boeriũ *dec. 327.* Guido. Pap. *decision. 493.* Tiraquellum *in tractat. de retractu gentilitio §. 1 glos. 18 n. 73.* Et Choppinũ *ad Consuetudin. Andegauensis lib. 1. cap. 3. nũ 9. & lib. 3. c. vlt. Ar 11. & lib. 3. de sacra politia, lib. 4. c. tit. 6. Artic. 15.* Carondam *lib. 5. Responsor. art. 73. & lib. 4. c.* ubi duo Arresta Parisiẽsia ad hanc rẽ citat *57. & lib. 7 c. 31.* vbi duo Arresta Parisiẽsia Maynardũ *lib. 3. cap. 30.* & Robertũ *lib. 1. rer. iudicatar. cap. vlt.* Vide Edictũ Monetariũ, anno 1577. Art. 10. Hanc quoque ad rem Arrestum extat inter Carolum Mazelinum Secretariũ Domini Marescalli Chastrei, appellatẽ à Balliuin Blesensi & Sebastianũ Garneriũ appellatũ, 24. Aprilis. 1599. quo confirmatæ duæ sententiæ Præfecti & Balliuii Blesensis, quibus Garnerius condemnatus fuerat ad derelinquendam possessionem vacuam prædicto Mazelino domus cuiusdam quæ

…endam
…iusdam
quæ

aduersus debitorē faciunt.

ditoris sui cessionarium, aduersus prædictum debitorem præsumptio est, cum non soluisse, prout iudicatum fuit 2. Maij, 1564. perorante Villecoco pro appellante, & Chipparo pro appellato.

II.

Apochæ trium annorum solutionem præcedentium præsupponūt.

Apocha solutionis triennalis præcedentium annorum solutionem præsupponit, prout iudicatum fuit. 26. Februarij 1577. pro domino Zacharia, qui condemnatus fuerat ad soluendum censum annorum præcedentium triennium, cuius ratione apochas habebat.

III.

Moratoribus debitoribus Curia dilationē præstare solet addita pœna.

Cum quis in solutione moratur, Curia dilationē præstare solet, & nisi intra diem præfinitum solutū fuerit, dupli pœnam vel carceris addicit. Ita iudicatum 14. Decembris. 1581.

IV.

Cum à sententia quadam data ab amicis & fidelibus nobis Consiliarijs Libellarijs Palatii Parisiensis in hac causa delegatis, pro amico & fideli nobis Consiliario in Curia nostra subsidiorum, V. Cl D. Ioanne Hennequino & Domicella Anna Mollica vxore ipsius reis, aduersus Domicellam Franciscam de Ferrenis viduam defuncti .... Fournij, Domini Domuntii & Metnij, actorem in causa luitionis reditus 200. librarum Turonensium: qua sententia prædicti Consiliarij nostri iuxta oblationem factam à prædictis reis, eos condemnauerant ad reditum prædictum à se abdicandum, præstita à prædicta actrice vnica solutione summa 1200. coronatorum solarium, iuxta contractum prædictæ reditus Constitutionis, solutisque reliquis præteriti temporis in moneta vsuali & legitimis expensis, & insuper expensis instātiæ. Cum ab hac, inquam, sententia prædictus actor ad Curiam nostram Parlamenti appellasset, partibus auditis & processu ad iudicandum admisso, iunctis grauaminibus, & ad ea responsionibus prædictarum partium, eoque processu viso & diligenter examinato, PRÆDICTA CVRIA NOSTRA iudicio & Arresto suo dixit, malè iudicatum fuisse, & bene appellatum à prædicto appellante, atque emendato iudicio, atque habita ratione oblationis à prædicto appellante factæ, prædictos appellatos condemnauit, ad abdicandum à se prædictum reditum, soluta à prædicto appellante 2400. librarum Turonensium, in iisdem speciebus coronatorum aureorum solarium, qui pro constitutione prædicti reditus dati fuerant ad concurrentem vsque summam 2400. librarum, & iuxta valorem prædictarum specierum aurearum modernum, solutis insuper à prædicto appellante reliquis, quæ ad diem vsque prædictæ luitionis aut actualis consignationis, quæ facta fuerit, deberi constabit: ac præterea prædicta Curia nostra prædictos appellatos in expensas tam instantiæ principalis, quam prædictæ causæ appellationis condemnauit, earum taxatione sibi reseruata. Pronuntiatum 14. Februarii 1599. IC.

Signatum

DV TILTAT.

TIT. VI. DE CONDICTIONE indebiti vel vltra debitum so uti.

ARRESTVM. I.

Repetitio indebitæ

SI debitor per sententiam condemnetur, vt in instrumento quodam contenta obligationis prædecessoris sui soluat, & is soluat ac postea apocham summæ debitæ exhibeat, restitutio eius fieri debet, quod indebite soluit. Et ita Arresto Parisiensi, anno 1590. iudicatum fuit, iuxta doctrinam Bartoli *in l. plures apochis. Cod. de fid. instrum. lib.* 10.

II.

Monetæ æstimatæ valor auctus debitoris commodo cedit.

Creditor in aliam formam nummos accipere, quā eos quos dedit, quique designantur, non est cogendus, si ex ea re damnum passurus sit, *l. Paulus. ff. de solutio.* Quod etiam in rei venditæ pretio, si ea redhibenda sit, restituendo, locum habet. Sed si nummi eiusdem formæ nummi, quo ad valorem & æstimationem Edicto Principis creuerint, merito dubitatur, id quod interest ad quemnam spectare debeat? an ad redhibentem, an ad primum emptorem? Et vero exempli gratia, Parisiensis quidā pecuniæ indigens, annuam centum aureorum pensitationem mercatori cuidam vendit, qui venditori non confidens, ab altero securitatem sibi præstari cupit. Dominus Dormantius Consiliarius, amici officio perfungens nomen suum accommodat, seque in solidum obligat, pactumque redimendi ad certum tempus adijcitur. Dormantius cessationem venditoris videns, ac die redimendi appropinquante, sortem mercatori præ numerat mille & ducentorum coronatorum solarium, in iisdem speciebus, in quibus emtio facta fuerat, nec prædictus Dormantius memor illius erat, coronatos in prædicta emtione quadraginta quinque solidis Turonensibus æstimatos, postea vero quadraginta sex publicè æstimatos: qua ratione sex generalibus Turonensibus se ipsum fraudauerat: eos igitur à mercatore sibi restitui petit tā quam indebite solutos. Mercator è diuerso proponit, non plures quam datos coronatos se recepisse, nec augmentum illorum quicquam obstare, quos si asseruasset aut etiam citius recepisset, lucrum ipsi cessurum. Is sententia Libellariorum Palatii absoluitur: ab eo Dormantius appellat ad Parlamentum, vbi Arresto, vigilia Natalis Domini 1552. dictum fuit, male iudicatum, & mercator ad restituendum indebite solutum condemnatus.

V. Molinæum *in tr. de contractibus vsurariis*, & D. Lucium *lib.* 10. *tit.* 6. *arrest* 5. *v. infra Arrestum* 18. *de retractu gentilitio*, *& Arr.* 2. *Tit præcedent.*

III.

Iura dominicalia soluta ob contractum postea resoluto repetuntur.

Ostiarius Richerius * fundum quendam feudi titulo ditionis Ormeensis possessum ab affine suo dono acceperat. Is cum Domino Ormeo de iuribus dominicalibus ex causa donationis illius debitis transigit ad octoginta coronatorum solarium summam; qua soluta admittitur & inuestitur: Heredes donatoris defuncti rescriptum, quo prędicta donatio in irritum deduceretur, impetrant, quæ ob minorem ætatem donatoris, aliasque complures rationes approbatur. Richerius fundo priuatus, Dominum Ormeum conuenit, sibi octoginta coronatos, quos indebite soluisset ratione prædicti contractus resoluti, restituat. Prędictus Dominus Ormeus contrarium asserit. Sententia causam obtinet, &

net, & Richerius repulsam patitur: is appellat ad Parlamentum Parisiense, in quo vincit & dictũ fuit, malè iudicatum, & prædictus Dominus Ormeus ad reddendam octogintacoronatorum summam prædict. Richerio condemnatur, 7. die Septembris 1538. Tantundem altero Arresto prædicti loci, 7. Maii 1542. dictum fuit. Hæc controuersia vsque ad prædictum Arrestum indecisa mansit. Quamuis enim ex contractu nullo aut ariti vitio obnoxio, laudemium aliaue dominicalia iura non debeantur, vt tenuit Ioannes Faber *in l. per illum re ve. Cod. quando lic. ab emtio. reced*; Attamen vbi soluta fuerint, variæ distinctiones factæ fuerunt, vtrum resoluto contractu repeti possint, necne. Nonnulli existimarunt, si à minore emtum fuit, quem emtor minorem sciuisset, & soluisset, postea repeti non posse, *l. si quis negotia sui fine. ff. de negot. gest. & l. si quis domum. §. 1. ibi, & aut non recepturum, quia id euenire posse prospicere debuit. ff. locati.* Verum si emtor id nesciuisset, nec præuidisset, neque intellexisset vitia contractus, à quibus nullitas aut rescissio oritur, veluti ex prohibita alienatione, aut aliis postea detectis, eo casu repetitionem locũ habere, vt in casu, quem prædictus Faber ponit *in d. l. 1. & in l. fin. num. 10. Cod. Commun. delegat* Hæc omnia vera sunt, si nullitas sententia declarata fuerit, alias repetitio non admittitur, eaque est sententia prædicti Fabri *in l. 1. ibi. si contractus iudicetur nullus.* Altera distinctio, si emtor contractum nullum prospiciens soluerit, repetere non potest, *l. 1. ff. de condict. indeb. & l. cum qui. §. 1. ff. de inoffic. testa.* Si vero de eo dubitet & litiget, si cum protestatione soluat, repetere potest, *l. pro dubietate. C. de condictio. indeb.*

* Desumtum ex Molineo, qui Arrestum istud de ostiario Richerio citat de mense Iunio, *ad Consuetu. Paris. § 22 n 32.* sub eadem data, qua hic, refertur a Caronda *lib. 3. Responsor. cap. 70.* Vide Choppium *ad Consuetudines Andegauenses lib. 2. part. 1. cap. 2 tit 3 Art. 4. & part. 2. cap. 2. tit. 1. Artic. 7. & ad Consuetu. Parisiensi. lib. 1 tit. 3. Artic. 5.* T.

V. Tit. *de iuribus dominicalibus. infra & c. & sub fin. de laudimiis & venditionibus ac. essariis.*

TIT. VII. DE PRIVILEGIO NVNdinarum.

ARRESTVM I.

Priuilegiũ nundinarũ & qualitates ipsius

PRiuilegium nundinarum omnes has qualitates habere debet: puta, vt obligatio celebrata in nundinis fuerit, hoc est, in loco & ciuitate nundinarum: intra tempus & dies nundinarum: & pro mercibus in nundinis coemtis. Alioquin si extra ciuitatem, vt maximè nundinarum tempore, contractũ fuit, aut etiam in prædicta ciuitate, verum nundinis iam finitis, aut denique durantibus nundinis & in ciuitate: verum pro alia re & merce, quàm nundinaria, prædictum priuilegium locum non habet, not. *in l. 1. & ceteris. ff de priuileg. creditor.* Et ita Arresto Parisiensi in Maiori Camera, 13. Iulij 1542. iudicatũ fuit.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

NVndinæ hoc priuilegio gaudent, vt omnes merces in iis vẽdendæ à doanna, id est, vectigali pro introitu & exitu pendendo immunes sint, etsi merces distractæ non fuissent, modo alibi non vendantur: & ita 7. Februarii 1576. iudicatum fuit, pro mercatoribus pannos Normandiæ diuendentibus nundinas S. Germani adeuntibus, & à publicanis vectigalis pannis impositi arrestatis, ad postulationẽ Cardinalis Bourbonii, Arrestum relaxatum fuit, addita interminatione, & mercatores expensis aduersus publicanum & Comitem commerciorum absoluti & remissi. Prædictum ius nundinarum à Ludouico XI, indultum fuit.

TIT. VIII. DE RESCRIPTO, QVO Iustitium, seu dies dissisus esse iubetur.

Rescriptum huiusmodi est rescriptum dilationis, vt appellatur in Edicto Regis Ludouici XII. anno 1512 quod in maiore Cancellaria impetratur, ad sistendum cursum & statũ causæ in tempus aliquod, ex causa absentiæ legitimæ, ad obeunda Principis munia, siue in bello siue legatione. Iulius Cæsar etiam obtinuit, reus ne fieret, cum Reipub. causa abesset. Sueton. *in Iulio cap. 23* Hoc Rescriptum in omnib. promiscue causis nõ conceditur, vt videre licet toto hoc tit. I. C.

ARRESTVM I.

AD Regem solum spectat, concedere Rescriptũ iustitii: & sane ob causam rescriptum eiusmodi à Bouciquaudio Connestabili Franciæ datum reprobatum fuit, eique interdictum, ne deinceps id concederet, Arresto Parisiensi anno 1393. — Rescriptũ iustitii quis concedat?

II.

Rescriptum iustitii etiam ex alia absentiæ causa, quam belli concedi potest: modo ea propter negotia Reipub. & Regis sit: nihilominus si absenti salarium & sumtus absentiæ suæ soluti fuerint, prædicto rescripto non gaudebit: quia affectata absentia videtur. Et ita iuxta sententiam Corseti *singul. incipien. Ambasiator*, Arresto Parisiensi, anno 1391. iudicatum fuit aduersus Balliuium Altissiodorensem in Burgundia agentem ob inquisitionem quandam Regis nomine expediundam, cuius sumtus in dies singulos ei soluti fuerant. — Absens cui salarium præstitũ, rescripto iustitii gaudere non debet.

III.

Rescriptum iustitii à Principe datur ob probabilem absentiam impetrantis bello impediti: ac nisi eo Princeps asserat & declaret, se bene nosse, impetrantem bello implicari, aut impetrans testimonialiCapitanei sui fidem eius faciat, Rescriptum, inquam, huiusmodi approbari non debet, licet id aliunde ciuile fuisset. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, aduersus Dominum Tournonium, anno 1390, per doctrinam Felini, *in cap significante de rescri. & per not. in Clement. literis. de probat.* — Rescriptũ iustitii causæ cognitionem desiderat.

IV.

Anno 1537. & 16. die Iulii, in Parlamento Parisiensi & in peroratione Maioris Cameræ, Rescriptum Iustitii in instantia quadam propositionis de errore aduersus quoddam Arrestum approbatum fuit. — Rescriptũ iustitii in propositione erroris.

V.

Rescriptum iustitij non admittitur ad differendam pronuntiationem sententiæ cuius periculum iam scriptum est, aut etiam si iudicium iam cõstitutum est, Arresto Parisiensi, 6. Martii 1456. — Rescriptũ iustitii nõ impedit decisionem litis.

VI.

Rescriptum iustitii in iudicio iam constituto & productionibus, contradictionibus & saluationib. — Idem.

instructo, sic vt in eo statu sit, vt iudicetur, etsi, qui impetrauit, legationis vel belli causa absit, non admittitur. Et ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit; 17. Martii 1456.

Desumtum ex Lucio *lib. 11. tit. 4. Arr.*

VII.

Rescriptũ iustitiæ in prouisione, interdicto possessorio locum non habet

Rescriptum iustitiæ in causis summariis non admittitur, neque ordinariis iam constitutis & multo minus in prouisionalibus, & ab eo impetrans repellendus est: vti iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 3. Maij 1537.

In interdicto vti possideris, Arrestum 27. Martii 1347.

VIII.

Rescriptũ iustitiæ aduersus Regem locũ non habet

Si Rex nobili rescriptum iustitiæ ad omnes litea ipsius in triennium vel aliud tempus tribuat non intelligitur de controuersia, quæ nobili isti cum Rege ipso intercedit, nisi expressa eius mentio fiat: quia sub hoc sermone generali, persona loquentis non intelligitur, *l. inquisitio veritatis. Cod. de solutio.* Et ita Arresto Parisiensi, anno 1386. iudicatum fuit, Gallus *quæst.* 105.

IX.

In subhastatione.

Rescriptum iustitiæ in materia subhastationum locum non habet: vt iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 23. Februarii 1518.

X.

Rescriptũ iustitiæ inquisitionẽ partis nõ impedit.

Rescriptum iustitiæ postulationem aduersæ partis neque impedire neq; differre potest, neq; pariter processum reassumendæ aut derelinquendæ litis interruptæ morte prædecessoris, ante inquisitionũ confectionem: hoc enim foret inquisitionum differre: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Domino de Ambosia, aduersus Comitem d'Eu & sororem ipsius, heredes patris ipsorum, anno 1389. Atq; tantundem dictum fuit anno 1390. pro Capitulo Beatæ Virginis Parisiensis, aduersus Abbatem & Cõuentum Fescanum.

XI.

Idem.

Reus quidam aduersus petitionem actoris sui nihil quicquam aliud excipit, nisi quod neget se heredem defuncti debitoris, cuius is heres dicebatur, qua denegatione facta in bellum abit. Is rescriptum iustitiæ impetrat, cui à prædicto actore interceditur, eo quod nihil amplius in lite præsente agendum esset, quàm vt partes in facto contrariæ à Iudice pronuntientur, & ab actore informationes præstentur, cuius probationes data dilatione perire possent, atque sibi examine ad futuram rei memoriam prospiciendo sumtus tantum fieri & periculum incurri, neque sibi absentiam partis aduersæ damnosam esse debere, cui consentiat, vt, si reuertatur, alios excusationis suæ articulos, prout bonum ipsi videbitur, proponere & ad eorundem probationem admitti possit. Arresto Parisiensi in Maiori Camera Domanii, 14. Ianuarii 1552. prædictus reus ab effectu rescripti sui repulsus fuit, & partes vtrinque probationes præstare iussæ intra certum tempus, ea lege vt prædictus actor domum reuersus, si sibi videretur, de nouo excipere & probationem præstare posset.

Desumtum ex Lucio *lib. 11. tit. 4. Arr. 10.*

XII.

Rescriptũ iustitiæ præsentationẽ aut pecuniæ, executionem sententiæ non impedit.

Generalis Morletus agnito chirographo quodã, quo se ex causa mutui debere confitebatur, & se Illustri Iacobo Belnensi Domino Semblancæo soluturum pollicebatur, in Heluetiam extra Regnum legatus proficiscitur. Prædictus Belnensis repræsentationem summæ actione aduersus prædictum Morletum instituta exigit. Procurator ipsius absentiam fauorabilem & priuilegiatam allegat. Dictum fuit eo non obstante petitam summam repræsentandam intra sex menses, quo intra prædictum tempus certiorari posset. Sub exitum sex mensium pro eo Rescriptum iustitiæ offertur, cuius approbationem creditor impedit. Arresto Parisiensi à prædicto Rescripto depellitur, & decretum fuit, sententiam repræsentandæ pecuniæ, præstita cautione effectum suum sortiri oportere.

Arrestum istud desumtum est ex Ioanne Gallo, *parte 7. Arrest. cap.* 141. vbi D. Carolus Molinæus notat idem in eadem Audientia, 25. Ianuarii prædicto anno, iudicatum fuisse. I.C.

XIII.

Rescriptũ iustitiæ in criminali

Rescriptum iustitiæ in causa criminali propter absentiam belli causa, non admittitur, & ab eo impetrans quidam, cum in castris Perpignanensibus versaretur, Arresto Tholosano, mense Augusto, anno 1542. per textum *l. fin.* quæ fuit allegata ab Aduocato Regis, perorante in Audientia, *ibi etiam simulantes docebuntur, Cod. de libert. eorum liber.*

De aliis differentiis Rescripti huius videantur Protocolla Cancellariæ.

TIT. IX. DE RESCRIPTIS. QVIbus debitoribus laxamentum seu respiratio conceditur, ac nominatim, de induciis quinquennalibus.

Respit (id est, induciæ seu laxamentum certi temporis, quod debitorib. conceditur) à respirando dicitur, quia eo rescripto illo, quo huiusmodi induciæ anni vel quinquennii dantur, respirat quodammodo pressus egestate debitor: Et hoc verbo vtitur Cassiodorus *lib. 11. variar. epist.* 38 vbi huiusce rescripti formulam tradit: *Ne, inquit in hoc bienny spatio quicquam ex credita summa æstimetis postulandum, quatenus sub induciis supradictis & datam possint repa... pecuniam, & aliquam tamen debitorum valeat respirare substantia.* Sunt igitur dilationes datæ debitoribus ad soluenda debita, anni vnius, duorum, trium, quatuor & quinque, quæ in nonnullis Consuetudinibus appellantur beneficia anni & quinquennij, & a Iustiniano in *l. vlt. C. qui bo. ced. poss.* quinquennale spatium, & introductæ sunt a lute *d. l. vlt. & l. 4. C. de precib. imp. offer.* Antiquitus huiusmodi dilationes rescriptis è scriptis Cancellariis Parlamentorum Franciæ impetrabantur, vsque ad Constitutionem Comitiorum Aurelianensium sub Rege Carolo IX. *Art.* 61. qui expeditionem huiusmodi rescriptorum prohibuit, ac constituit, vt debitores sibi coram Iudicibus ordinariis prospicerent, oblatis libellis, pro relaxamento impetrando, iiq; summariè de contentis in prædictis libellis informarent, ac citatis creditoribus decernerent. V. Ioannem Imbertum *Institut. Forens. lib. 1. cap.* 63. I.C.

ARRESTVM. I.

Quinquennales induciæ quibus ex causis impetrentur.

QVi quinquennales inducias & temporis certi laxamentum impetrare desiderant, allegare & probare debent, qua ratione vel fortunæ iniuria coacti, vel ad inopiam redacti vel iacturam maioris bonorum suorum partis passi ad huiusmodi veniant adiutorium, iuxta *l. final. Cod. qui bon. ced. poss.* ac sufficit eiusmodi incommoda post contracta debita obuenisse. Verum si per errorem in prædicto rescripto dicatur ante contractum æs alienum ea contigisse: probetur vero, ea post demum aduenisse, prædictũ rescriptum approbari non debet, Et ita Arresto Parisiensi,

tisiensi, 1. die Decembris 1553. iudicatum fuit *per l. si librarius. ff de R. I. & l. error. C. de iuris & facti ignor. & l. errore. Cod de testam.*

II.

Debitor laxamētum impetrans repræsentare pecuniā non debet.

Impetrans Rescriptum induciarum anni vnius, aut quinquennij, cuius approbatio impeditur, pendente lite repræsentare pecuniam non debet, iuxta ea, quæ notantur *in l. quoties. Cod. de precib. Imp. offer.* Et ita duobus Arrestis Parisiensibus iudicatum fuit, quorum vnum datum 4. Februarii 1537. alterum 26. April. prædicto anno. Limitatio sequens valde notanda est.

III.

Idem & limitatio superioris.

Attamen si rescriptum induciarum post condemnationem ad repræsentandum impetretur, non obstante eo condemnationem executioni tradi oportet: idemque, si dictum esset, capta pignora per prouisionem distrahi debere: & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Martij 1526.

Hæc duo capita desumta sunt ex Rebuffi *Commentario ad Constitutiones, tract. de liter. dilationib. cap. 157. art. 1. glos. 2. num. 15.* & D. Ioanne Imberto *Instit. forensi cap. 63.* Boerio *decis. 296.* Vide Oldradum & alios Doctores *ad l. vniuersa. Cod. de precib. Imp. offer.* Et practici Galli hæc duo Arresta ita conciliant, priore videlicet, quo debitor ad repræsentandam pecuniam condemnatus fuit, debitorem iam ante a Iudice Regio ad repræsentandam pecuniam condemnatum fuisse, qui Curiæ Parlamenti districtui seu territorio immediate subiaceret, ac proinde quoniam laxamentum non conceditur aduersus debitum sententia contradictoria adiudicatum, ob autoritatem & vim, quæ sententiis huiusmodi Iudicum tribuitur Curiam debitorem ad repræsentandum condemnasse: verum in altero Arresto anni 1526. Condemnationem repræsentandę pecuniæ, ante impetratum induciarum rescriptum factam non fuisse. Constitutiones quæ post Arresta ista interuenerunt, controuersiam istam determinarunt. Per eam quippe, quæ edita a Rege Francisco, anno 1535. *cap. 8. Art. 31.* Iudicibus Regiis iniungitur, summariè super induciis & laxamentis ab illis postulatis cognoscant, & litem intra mensem dirimant, quo tempore pendente dilatę & suspensæ erunt omnes executiones aduersus debitores: per Constitutionem vero Aurelianensem, *Artic. 61.* prædicto, dictum fuit, si libello nondum oblato, quem ad inducias impetrandas debitor hodie Iudici ordinario offerre debet, executionis vi, a bona pignori capta sint (id quod non nisi vigore sententiæ aut obligationis fieri potest) manum leuari seu laxari non debere, nisi a debitore præstita cautione de iis restituendis. Etsi debitor incarceratus est carcere cōtineri debet, aut cautionem pstare, iuxta prædictā *l. vniuersa,* nisi rescripto aliter comprehendatur: vt iudicatum fuit aduersus Quæstorem appellantem, Arresto promeridiano, die Lunæ 24. Aprilis 1577. I. C.

IV.

...tor in ...tatus ...ita- ...m vi- ...eferi ...stitui

Post citationem factam vigore rescripti, quo dilatio debitori ad annum vel quinquennium cōcessa, si creditor debitorem, qui rescriptum impetrauit, incarcerari curet, quærit it; vtrum debitor in pristinum statum restitui debeat, atque aduersus Principis autoritatem ea re attentatum fuerit: an vero antequam carcere admittatur debitor, debitum consignare debeat? cum de hac re aliquando in Curia Burdegalensi dubitaretur, nonnulli ex Dominis Parlamenti existimabant, attento rigore subiectionis seu submissionis, vi ipsius obligationis & sigilli, eum consignare oportere, neque quicquam creditorem impedire posse: quandoquidem rescriptum impetratum nondum approbatum in Curia esset, neque approbatio saltem eius postulata, vt maxime citatio eum in finem facta fuisset. Alii dicebant, manifestè attentatum aduersus Principis autoritatem fuisse, qui prædictum rescriptum dilatorium indulserat, atque ideo rem reparari oportere, secundum decisionem Iasonis, & textum *in l fin. Cod qui bon. ced. poss.* & Bal. *in l. qui diuersas. quæst 15. Cod. Mandati, & l. 1. Cod. de execut. rei iudic. & arg. l. non solum. 2. §. illud. ff. de lib. leg.* Ac licet omnibus, quæ supra dicta maximè probabile argumentum opponi possit, non adeo videlicet prægnantem rationē esse & causam differendi debiti, vsque quo prædictum rescriptum approbetur, nihilominus Arresto in Camera patricidali concluso, iudicatum fuit, incarceratum, nomine Belinum, appellantem à Seneschallo Aquitanniæ in pristinum restitui oportere à Iocabina Bonneta appellata.

V.

Impetrans rescriptum dilationis, ad id approbandū, certum tempus intra quod securus esse habere debet.

Appellans quidam in Camera Patricidali Parisiis litigans, allegat, se rescriptum dilationis quinquennalis aduersus appellatum obtulisse, qui approbationem impediat, & dolo, non expectato litis fine; debitum suum filio suo cedat; qui manum iniici curat, atque appellantem carcere detinet. Appellatus ait, litem in tantum produci, vt nulla ratio sit, ob quam debiti sui solutio retardetur. Curia Arresto suo, 6. Februarii anno 1545 omnibus in arrestum deductis decernit, appellantem id actum, vt lis intra duos menses terminetur, iisque elapsis, appellatum obligationem suam executioni tradi curaturum.

VI.

Laxamentum pro debita annona.

Debitor emti panis fide de pretio habita, subducto numero ad rescriptū induciarum admissus fuit; Arresto Parisiensi, 11. Decembris 1533.

VII.

Laxamētū temporis, debita postea contracta nō cōprehendit.

Debita contracta, post Quinquennales, aut vnius anni inducias oblatas, non admittuntur neque intelliguntur comprehensa in priuilegio à Principe indulto, *arg. l. Aurelio §. Caius Seius. & l. Aurelius. §. Titio Seio. ff. de liberat. lega.* & ita sæpe Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit: ac notandum est, tempus illarum a die, quo datæ sunt, duci seu numerari, *arg. c. eam te. de rescrip. & cap. dilecti. de prębend. & cap. si propter de rescript in 6.* Atque ita de Franciæ stilo obseruatur.

VIII.

Laxamētū iudicata debita nō cōprehendit.

Laxamentum vnius anni aut quinquennale executionem rei debitæ & Arresto iudicatæ, aut sententiā, à qua appellatum non fuit, differre nō possunt. Eaque est sententia Cyni & Baldi *in l. quoties. Cod. de precib. Imp. offer.* Et ita Arresto iudicatum fuit, præsente Domino Valla, Gubernatore Delphinatus, Domino Montaynardo Locumtenente ipsius, Archiepiscopo Ebrodunensi, Naturali Arminiacensi, Mareschallo Delphinatus, à Dominis Parlamenti Gratianopolitani, vigilia Natalis. 1456.

IX.

Laxamētū in liberatione locū non habet.

Quæstor quidam alicuius rationibus redditis, & subductis iis reliquator deprehensus, à rescripto dilationis vnius anni ab ipso impetrato depulsus fuit: ei tamen ex gratia & causa (creditore non admodum reclamante) dilatio sex mēsium indulta fuit: Arresto Parisiensi, 14. Ianuarii 1547.

E Lucio *lib. 10. Tit. 6. Art. 3.*

X.

Laxamētū in pretio debito locum non habet.

Emtor domus, cum pretium eius non soluisset, verum tantum pro prædicto pretio obligatus fuisset, ac postea laxamentum vnius anni impetrasset, ab effectu rescripti à se impetrati depulsus fuit, Arresto 21. Ianuarij 1533.

XI.

Laxamētū in debito iudicato locum nō habet.

Rescriptum Quinquennalis spatii post sententiam aduersus debitorem datam, locum amplius non habet: id quod pro indubitato in Curia obseruatum fuit, & iudicatum in Maiore Camera inquisitionum, ad relationem Domini Mateei, die Iouis 17. Mart. 1540. perrogatis prius sententiis Dominorum Maioris Cameræ in qua causæ perorantur. Simile Arrestum datum fuit Maioribus diebus Tholosanis, Podii habitis, 16. Octobris 1548.

Mansuerius *Tit. de Solutionibus, ex l. post rem iudicatam, D. de re iudicata.* I C.

XII.

Laxamētō in annua frugū aut pecuniæ pensione locum nō habet.

Ad relationem Domini Auberti, ante Pascha 13. Aprilis 1548. iudicatum fuit, in locatione fundi rustici ex qua fruges aut pecunia præstatur, laxamentū vel quinquennale, aliamue quam Principis dilationem locum non habere: ratio hæc est, eo quod fructus tetræ pro alimentis habentur, quæ priuilegiata sunt & fundi pars esse censentur. Deinde, in obligatione in futurum laxamentum quoque locum non habet, non magis, quam in deposito, aut re gratis commodata, veluti equo, aliaue re mobili. Absurdum quippe & iniustum foret, alterius rem, inuito domino, sub specie laxamenti retinere: ac propterea obligatio ad præstandos annuos fructus obligationi depositi aut crediti, quod commodatum appellatur, exæquatur.

* Præstatio frugum (*Moison de grain*) est solutio, quam coloni in frumento præstant. Molinæus *tract. de Vsuris nu.* 212. Idem in cessione bonorum: Arrestum Parisiense, quod datum, 28. Martii 1583. Carondas *lib. 3. Responsor. cap. 5.* T.

XIII.

Idem.

Quamuis autem Arrestum supra citatum inter partes Parisienses datum fuerit ac diuersa ratio allegari possit, eo quod Consuetudo Parisiēsis expressā sit, in obligatione reditus, laxamenti aut quinquennale beneficiū non admitti: in omnib. tamen cæteris Prouinciis, quibus huiusmodi specialis Consuetudo non est, prædicta præscriptio valida est & obseruari debet. Atq; ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit, vt vidi in schedis defuncti Domini *des Loges*.

XIV.

Idem & fortiorib. in terminis.

In terminis fortioribus, si reliquorum huiusmodi reditus rationes subductæ fuerint, atque transactio & noua obligatio personalis contracta, quarealis innouaretur, priuilegium tamen realis prouentus integrum manere debet, quandoquidem eadem causa subest. Et altero Arresto ad relationem Domini Martinæi, vt scriptum reperi in schedis Domini *des Loges*.

XV.

Laxamētū in quibus debitis locū non habet.

Rescriptum induciarum quinquennalium & laxamenti vnius anni locum non habent, nec admittuntur aduersus priuilegiata debita, veluti consignationes deposita voluntaria, & alia, *l. si quis vel pecuniam. Cod. deposit.* Et ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, 3. Maij 1524. pro Hispano quodam ibi incarcerato, appellante à Seneschallo Aquitanniæ, aduersus depositarium suum appellatum.

Quibus in casibus laxamento locus non sit.

Octo posteriora capita desumta sunt *ex decisio. 296.* Domini Præsidis Boerii & Masuerii *tit. de solutionib.* Vide Choppinum *lib 3 de Domanio Franciæ, tit. 19.* Et Consuetudines, Parisiensem, *artic. 3.* Altissiodorensem, *artic. 150* Borbonensem 68. Aurelianensem 424. 428. Bituricensem. *tit 9* de executionibus, *artic. 21. 22.* Ex quibus collegi casus, in quibus laxamento locus esse non potest, quique sequuntur, puta, in reliquis redituum solarium, in annua frugum præstatione, in pensionibus domorum, colonia & conductione fundorum, fructuum & redituum illorum, in pensione & alimentis scholarium discipulorum aliorumque conuictorum, in debitis minorum cum minoribus vel ipsorum tutoribus, tempore minoritatis contractis, in reliquis administrationis tutelæ minorum, serum Respub. aut Ecclesiæ, prodigorum aut dementium seu furiosorum, in alimentis debitis pupillis minoribus, inopibus orphanis, indigentibus viduis, aliisque pauperibus, qui dilationem pati non possunt, in sumtibus funerum, in re deposita, & pignore non reddito, in emtoribus alimoniæ & victualium, in venditione frumenti, vini, pecudum, inter mercatores, à mercatoribus ad mercatores, idem in venditione doliorum & vasorum, quibus vinum reconditur in vinetis, vt Consuetudine Altissiodorensi continetur, & D. Ferronius refert *ad tit. de vasis vinariis. in Consuetudine Burdegalensi*, & iudicatum fuisse Arresto Parlamenti Burdegalensis, idq; ex causa imminentis periculi, quod in publicum redundaret, si tempore vindemiarum non reperirentur vasa, quibus vinum reconderetur. Idem iudicatum refert in institore, pro debito ex delicto aut maleficio procedente, in re iudicata per sententiam contradictoriā & definitiuam à Iudice Regio, qui immediate districtui Curiæ Parlamenti subest, aut sententia ex consensu partium data, de salario & diurna mercede operariorum. I C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum XI.

I.

Laxamētū in emtione bonorum sub hasta publica locum nō habet.

EMtor bonorum ex hasta publica carcere cogi potest, nec laxamenti rescriptum opponere seu eo frui: Iudicatum 16. Septembris Maioribus diebus Molini habitis, quod allegatur à C. M. *ad Consuetud. Aurelianensem*.

II.

Dilatio libello impetrata loco rescripti dilatorii.

Loco rescripti dilatorij, hodie libello oblato, dilatio à Curia impertatur: Curia quippe, cum creditorum rigorem & acerbitatem in exigendo debito videt, debitoribus bonæ fidei dilationis terminum concedere consueuit, vt 9. Decembris 1574. decreuit, Dominum Lansacum iuniorem, intra quadrimestre spatium tam sortem principalem, quam expensas, damna ac interesse soluere oportere. Curia quoque ex gratia pauperibus debitoribus laxamenti beneficium indulget, eos relaxat, quinimo obligationem ipsam attemperat & moderatur: vt inter alia 19. Ianuarii 1573. inops quidam rusticanus ob ducentos coronatos incarceratus, ad sex menses relaxatus fuit, & obligatio centum & viginti librarum ad octoginta libras reducta. Eadem ratione 7. Ianuarii 1581. dilatio soluendi intra sexennium æqualibus præstationibus cuidam pauperi incarcerato indulta fuit: isque relaxatus, cautione quam posset præstita. Summa erat 400. coronatorum, & Gillotius perorabat.

III.

Minor creditorum numerus cogitur sub-

Si plures vnius debitoris creditores sint, prędicta Curia sæpe cogit minorem creditorum numerum subsignare maiori & maioris summæ ad præstandā debitori dilationem: ita iudicatum fuit in Auditorio, 3.

scribere maiori ad dilationē debitori tribuendā.

rio, 3. Maij 1575. Antea mense Februario prædicto anno, Lotharingus ad postulationem quorundam creditorum incarceratus, à cæteris repetitus, Arresto Curiæ relaxatus fuit, consentiente maiore creditorum parte, ea lege vt residuum bonorum ipsius subhastaretur, ac creditores coram Commissario quodam ad id negotij delegato diaria sua exhiberent, quo de numero creditorum in dilationis terminum consentientium constaret. Postea dictum fuit, Arrestum datum pro nonnullis ratum futurum, pro reliquis vero executionē ad sex menses differendam, 2. Martij 1575. Huiusmodi dilationis beneficium debitori tribuendum, ex maioris partis creditorum consensu, minorem numerum ad se trahente, extraneis non indulgetur: attamen si inter cæteros conueniat in fauorem extranei, minor numerus accedere cogitur: Iudicatum perorante Seruino aduersus Lucium 6, Februarii, 1582. post meridiem. B.

Extranei excluduntur à beneficio dilationis & iuramenti.

TITVL. X. DE CESSIONE bonorum.

ARRESTVM I.

Cessio bonorum in multa pro uocationis.

CEssio bonorum aduersus multam temerariæ prouocationis admittitur: multa quippe hæc non est ex delicto. Et ita Arresto Parisiensi, anno 1397. iudicatum fuit pro Hermula Gallo, aduersus Scutiferum quendam. Aliud foret, si multa ex mero delicto procederet. Vide *Arrestum 17. huius tituli.*

II.

Cessio bonorum ex leui causa admitti non debet: verum cum summa causæ cognitione, propter interesse videlicet complurium creditorum. Primū enim oportet, vt de instantia aduersus ipsum ad personæ suæ detentionem facta liqueat. Secundo vt bona non habeat. quibus satisfacere possit, *l. 1. & fin. Cod. qui bon. ced. pos.* ac si bona aliqua habeat, ea declarare debet. Item debiti qualitas attendenda est. Nam si ciuilis multa parti aut fisco adiudicata fuerit, & bona habeat, quibus satisfacere possit: verum non tam cito, Iudex non habens potestatem admittendæ cessionis bonorum, propter prædictam multam, personæ qualitatem considerare debet, puta verum vilis sit, aut honesta: atque si vilis sit & tantum ex quo satisfiat, habeat, bona eius hastæ publicæ submittere debet, nec eam audire ad pœnam pecuniariam in corporalem conuertendam; sunt enim nonnulli, qui fustigationem lubentiori animo patiantur, quam vt multam soluant. Eaque est ratio textus *in l. pollicitationibus. ff. de pollicitat.* & Alexandri *in l. fin. ff. de in ius voca.* verum si inopia laboret & vilis sit, virgis cædi potest & exilio multari, *l. fin. de in ius vocando.* Quam in rem partis consensu opus est: absque eo quippe id Iudex agere non potest: verum debitorem in carcere detinere debet, vsque quo soluere possit, secundum Baldum *in l. quod si minor. §. si seruum. ff. de minoribus.* Ratio est, quod creditori inuito aliud pro alio solui non possit. *l. 2. ff. si certum pet.* Attamen si aliam, præter iuratoriam, cautionem præstare possit, ea admittitur: creditori quippe minime permittitur, debitorem suum vinculis perpetuis ad mortem vsque continere, vt notatur *in l. incredibile. C. de pœnis.* Ad alterum membrum quod attinet, si bonis cedens talis sit, vt honor ipsius curari debeat, Iudex aduersam partem audire non debet, quo prędicta pœnæ commutatio fiat: respectu quippe honestiorum, minor corporalis pœna grauior illis est: quam maxima pecuniaria damnatio, *l. in seruorum. 10. in fin. ff. de pœnis. & in l. si seuerior,* & ibi Salic. *Cod. ex quibus caus. infamia irrogetur.* igitur sibi fideiussores dari curare debet, & prædictæ multæ solutionem ad complures annos redigere seu diuidere. Ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi pro Nicolao Pooges, 3. Iulii 1533.

Si quis ad cessionem bonorū ... multa quænā ... (margin, partly lost)

Aduersio ... ciui ... corporalem modo de... (margin, partly lost)

V. & infra Arr. 8.

Vicesima prima Iulii 1581. pro quodam nomine Brisonio, pœna ciuilis & pecuniaria, in pœnam corporalem fustigationis commutata fuit, nisi pars aduersa solutis & in manum datis 20. coronatis dilationem ei concedere mallet, ita vt residuam quantitatem per singulos sex menses persolueret: optione intra quindecim dies facta. Quod si incarceratus carcerem diu perpessus sit ac bonis obitus, lenius tractatur: Sic, cum 11. Augusti 1576. falsarius ad postulationem suam condemnatus fuisset, vt intra carcerem ac priuatim virgis cæderetur, ac a summa 900. librarum, damnorum & interesse liberaretur; generalis Pictauiensis Thesaurarius appellans, reumque in quadriuio castigandum postulans, auditus non fuit, verum decretum, id a quo appellatum fuerat, effectum sortiri oportere, B.

Pœna ciuilis in corporalem commutata.

III.

Cessio bonorū aduersus renuntiationem etiam iureiurādo confirmatam admittitur.

Iudex Brigantionensis anno 1459. Vincentium Mazeum Pedemontanum ad bonorum cessionem sententia sua admisit, eo non obstante, quod à quodam nomine Mornisteo caupone prædicti Brigantionis impediretur, quoniam expresso iureiurando præstito prædictæ cessioni prædictus Mazeus renunciasset: ab eo prædictus Mornisteus ad Curiam Gratianopolitanam appellauit. In ea ob appellationis suæ causas dictum fuit, Iudicem à quo huiusmodi renuntiationem instrumento obligationis prædicti Mornistæi comprehensam reprobare non posse, nisi prædictus Mazeus aduersus id restitutus fuisset, aut ad minimum gratiam iureiurandi à Prælato obtinuisset, vt per Bart. *in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & cap. debitores. de iureiurando.* Eo non obstante, Arresto prędicti Parlamenti, quod datum 22. Nouembris prædicto anno dictum fuit à prædicto Iudice Brigantionensi bene iudicatum fuisse, eo quod renuntiatio huiusmodi, veluti inhumanum quid, & tam libertati hominis, quam honestati seu bonis morib. contraria fieri non possit, *arg. l. alia. §. eleganter. ff solut. matrimo.* Et ita notant Bartolus & Cynus *in l. 1. Cod. qui bon. ced poss.*

Desumtum *ex decisio* Guido Pap. ar 1. Idem tenet Ioannes Faber *instit. de actionibus §. final. & in l. 1. Cod. qui bon. ced poss.* Aufrerius *Cappel. Tholosa. 61. 128 230.* Molineus *de Vsur. quæst. 36. num. 271.* I. C.

IV.

Fœmina in delicto ad cessionē bonorū non admittitur.

Ex Consuetudine Franciæ generali mulier in multam pecuniariā condemnata carcere contineri potest, vsque quo eam persoluerit, neque vel ad cautionem præstandam, vel Cessionem bonorum admittitur, notatum à Baldo *in l. 1. Cod. qui satisd. cog.* ne quidem ad cautionem iuratoriam, sed eam fideiussoriam præstare debet. Atque ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, pro Ioanna Martina, appellante à Seneschallo Aquitaniæ, aduersus Mariam Eyguam, incarceratam appellatam, 4. Septembris. 1526.

Desumtum *ex decisionib. Burdegalensibus,* D. Boerii 349. I. C.

V.

Cessio bonorū non infamat.

Cessio bonorum infamiam * non irrogat, nec in numero rerum, quæ infamant, accensetur, *in l. 1. ff. de his qui not. infam. & l. debitores. Cod. ex quib. caus. infam. irrog.*

eo quod beneficium iuris est, *l.1.ff. de Cessio. bonor.* Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 18. die Sept. anno 1543. quo tempore nullæ Parlamenti vacationes fuerant.

*Velutamen ea veluti notam quandam & characterem infamiæ imprimit, & honorem admodum imminuit, autoritati & bonæ cessionarii existimationi derogat, vt perfacile ex nouella Iustiniani Imperatoris 4. & 135. colligi potest. prodigi quippe ac dissoluti patresfamiliæ, qui bona sua vniuersa dissiparunt, postea vero creditorib. suis bonis cedunt, inter honestos viros aliquomodo infamia notantur: neque tamen ideo intestabiles constituuntur. Solon eos legib. suis infames esse iussit, vt Diogenes Laertius scripsit. Cicero *Philippica. xi.* Seneca *lib. 2. declamatio* & Quintilianus *declamat. 30.* referunt, Cessionariis & bonorum decoctoribus Romæ in Theatro ad spectandos ludos publicos peculiarem ac ab aliis distinctum locum adsignatum fuisse, vt creditorum huiusmodi fraudatores inter omnes dignoscerentur, nominatim vero in nonnullis Franciæ Ciuitatibus cessio bonorum fiebat, percutiendo lapidem quendam podice tribus vicibus, in loco publico: id quod fit Burdegalæ & Lugduni, vt Guido Papa *decisio.345.* refert. Attamen Bugnanius *lib. 1. leg. abrogatar. cap. 156.* testatur, formam hanc Lugduni amplius non obseruari, & cessionem bonorum per ipsum debitorẽ, non vero per Procuratorem, in iudicio diebus ordinariis Sessionum & perorationum vti præscribitur *Artic. 70. Constitutionu, anno. 1512.* I.C.

VI.

Cessio bonorũ aduersus cõmentariensem.

Incarceratus seu ob debitum ciuile seu criminale, ad bonorum cessionem pro carceratico aduersus Commentariensem, admittitur, vt Arresto Parisiensi, 19. die Decembris 1524. pro Iacobo Pinæsio incarcerato in castelleto, aduersus Nicolaum Chauuellum Commentariensem seu præpositum carceri.

Idem iudicatum Arresto, quo confirmata sententia Iudicis Lauallij, quod in Arresto 18 huius tituli allegatur. Vide *Arrestum. 18 infra.* I.C.

VII.

Cessio aduersus debitum necessarium nõ admittitur.

Cum expresso Regis Henrici Edicto extra vsum forensem iussi fuissent seu interdicti duodecimani seu asses denariorũ duodecim, tredecimani, & decimani aerosi, iussumq; fuisset, vt ad proximã monetã deferrentur, quo noua moneta ex iis cuderetur, mercator quidam Lugdunensis huiusmodi asses ad monetam Montis-lynardi ad summam vsque 3000. librarum detulit, & cuius summæ securitatẽ à præposito monetæ retulit. Allapso tempore solutionis debitum suum exigit, recusante debitore, eum capi atque in carcerem conici curat. Hic Præfectus rei monetariæ ad bonorum cessionem faciendam admitti se postulat. Mercator ei intercedit. Is ab intercessione sua repellitur, debitor admittitur. Is appellat: in causa appellationis conqueritur & ait se summa ratione grauari, puta, quod id, quod egerit, ex Regis mandato egerit, atque vt ei obediret & Edictum ipsius sequeretur, adeo vt debitum hoc non voluntarium, sed omnino necessarium sit. Demonstrat differentiam, quæ est inter commodare & dare, volente vel inuito animo: & hac parte neque creditum, neque negotiationem iniuisse: verum tantum obedientiam præstitisse, quam Maiestati Principis sui debet, ne pœnam incurreret. Contra dicebatur, debitorem, in eo quod promissis nõ stet, malè versari, neque perfungi officio Præpositi monetæ: verum è contrario delictum & culpam cõmittere, in quo Cessio locum non habet. Debitor excipit & ait, quacunque tandem ratione seu modo mercator id accipere velit, tamen nonnisi simplex & purum debitum esse, ac semper tria millia librarũ ciuiliter deberi, nihil vero amplius: item ait, cessionem bonorum adiutorium esse debitorib. ad inopiam redactis indultum & constitutum aduersus rigorem creditorum, ad euitandam sui incarcerationem. Insuper demonstrat paupertatem sibi non culpa sua & dolo contigisse, verum iniuria fortunæ & temporis, & negotiorum multitudine, quæ ipsum obiuerunt. Postulat supplexque Curiam rogat, vt si à prædicta Cessione arceatur, ad minimum tantum ratione sortis, non vero ratione vsurarum seu interesse conuenti & promissi id fieret. Huic creditor intercedit, dicens prædictas vsuras accessorias esse, ac nominatum ratione mercatoris, quæ alterius conditionis aut naturæ esse non debent, quàm sors ipsa principalis. Curia Arresto suo ex tempore & ilico, perorantibus Rupifortio & Becheto, 12. die Ianuarii 1553. ait, malè iudicatum fuisse, atque prædictus monetæ Præpositus à Cessione repulsus & postulatione ratione vsurarum facta. Pro priore singulares textus faciunt *in l. si fundus in fin ff Locati, & in l. Lucius Titius de Euictio.* Pro interesse textus *in l. quaero. in pr. ff. Locati.*

Vsuræ & cessiones secundũ sortẽ principalem determinantur.

VIII.

Pœna pecuniaria quando in corporalẽ commutetur.

Pro certo axiomate obseruatum fuit, ex crimine condemnatum, ad cessionis auxilium pro summa parti ciuili, aut Fisco adiudicata non admitti: verum ordinariam viam esse, vt si non habeat in ære, in corpore luere debeat, neque prædicto casu cessionis remedium inuocare possit: quæ sententia olim Socratis fuit, ab Aristotele approbata. Dispositio iuris communis eam in rem est, *l. si quis id.* ibi, *eorum, qui in opia laborant, corpus torquendum est. ff. de iurisdict. om. iud. l. fin. de sn ins voca. l. 1 in fin. ff. de pœn. & l. quicunque in pr* ibi, *quod si ad pœnam soluendam, &c. C. de seru. fugiti.* [V. infrà Art. 27.] Nihilominus praxis huius rei in arbitrio Iudicum est posita, qui vtique qualitatem delicti, ac personarum, id est, condemnati & accusatoris accuratè considerabunt & pensitabunt: prout diuersimodè compluribus Arrestis iudicatum fuisse constat: quorum vnum pro stricta huius legis obseruantia, de conuersione scilicet pœnæ pecuniariæ in corporalem, datum in Parlamento Parisiensi. 10. die Decembris 1534. Alterum pro Ioanne Goffredo * cõdemnato ex delicto ad multam Wilhelmo Fabro inferendam, quo, cum prædicto condemnato prædictam multam soluere impossibile fuisset, dictum fuit, ipsum corporali pœna propterea non afficiendum: verum bonis cedere cogendum, Arresto 29. Martii, anno 1427. Postea 25. die Maii, anno 1429. aliud in prædicto Parlamento Arrestum omnino diuersum datum fuit, quo pars pœnæ pecuniariæ aduersus condemnatum iniuriarum iudicatæ in necessariam inediam & ieiunium commutata fuit. Vide *Arrestum 10. tit. de Pœnis, infra.*

Arrestum hoc fundatur in axiomate: *qui non habet in ære, luat in corpore.* Verumtamen illud catendi aut relaxari debet, ac bene perpensis prius circumstantiis impetrari. B.

* Arrestum istud, vt & sequens sumta sunt è Lucio *lib. vii. Tit. 8.* verum illud de ieiunio, altero postea Arresto 14. Ianuarii 1586. reprobatum fuit. Robertus *rer. iudicatar. lib. 2. cap. 15.* T.

Multa pecuniaria Regi adiudicata in corporalẽ mutari potest, secus vero si parti ciuili addicta sit.

Controuersia hæc diuersa iudicata fuit Arrestis, quæ in hac collectione extant, & *Tit. 10. Arr. 10. lib. 24. & tit. 16. Arr. 4.* Vt vero ea concilientur, distinctio adhibenda est, quam proponit D. Seruinus Aduocatus Catholicus, perorans pro Rege in parricidali causa in Camera parricidali, 29. April. 1590. inter multam Regi adiudicatam, & multam ciuili parti pro interesse suo ciuilis addictam. Vt, quantum ad multam Regi adiudicatam spectat, pecuniaria pœna in corporalem cõmutari possit, ac Regi reseruatus regressus ad bona con-

ne condemnaci, quo casu bona habuisset. integer: verum non item quo ad multam ciuili parti addictam, eo quod iuris sit, aliud pro alio, inuito creditore, solui non posse. *l. Paulus & aliis ff. de solutio.* Iuxta ea Curia actorē quendam repulit ab approbatione libelli cuiusdam, quo postulabat multam pecuniariam tertio cuidam pro interesse ciuili ac furti restitutione, in corporalem permutari, perorante Fabro pro actore, & Fautræo pro prædicto reo, Præside D. Forgeto. V. Quæstionem hanc plene tractatam à Francisco Hottomanno *Quæstio. illustr. cap. 26.* & *C.V. Arrest. 17. huius tituli.*

IX.

Cessio in prouisione adiudicata aduersus homicidā quādo admittatur.

Superioribus consequenter, impetrans quidam indulgentiam in Parlamento Parisiensi, præscriptione repulsus fuit, vsque quo Arresto prouisionali satisfecisset, quod datum antea aduersus ipsum contumacem fuerat, quo per prouisionem condemnabatur, ad quandam summam viduæ occisi soluendam. Is cum videret, hæc sibi necessario peragendum & impositam multam persoluendam, bona sua publicari ac hastæ publice subiici curat. Emtore nullo reperto, in carcere diutius continetur. Cum id videret, rescriptum Regium Curiæ offert, eum in finem, quo ad bonorum cessionem admittatur. Super eo perorarunt Domini Vulcocus & Laurentius Aduocati. Arresto dictum fuit, antequam supra prædicta cessione decernatur, eum qui indulgētiam impetrauit, intra certum tempus maiorem diligentiam adhibere debere ad distribuenda bona sua, eaque hastæ subiicienda, vt summæ prouisionariter adiudicatæ satisfiat, atque interim extraordinariè procedendum super prædicta indulgentia & inquisitione super innocentia in ea allegata, & super reprobatione testium, quam opponeret. 3. die Septembris. 1555.

X.

Mercator publicus bestiarum vendēs ad Cessionem non admittitur. * 1566.

Perorantibus Buissonio & Fauerio, 9. Februarii 1564. * in Camera particidali Arrestum datum fuit inter Ioannem Bonnetum dictum Bridassonium lanionem in ciuitate Biturigum, appellante à Balliuo Bituricensi, vel Locumtenente ipsius ab vna parte, & Nicolaum Regularum, Ioannem Godartum & Ioannem Panem appellatos ab altera, quo confirmato iudicio prædictus Bonnetus à cessione bonorum repulsus fuit, quam appellans facere volebat, pro pecunia ex venditione pecudum debita, quas prædictus appellans minutatim in macello diuendiderat.

V. Arrestum. 2. in Appendice huius tituli.

XI.

Cessio bonorum nō admittitur pro expensis carceris.

Decima quinta die Februarii anno 1549. in peroratione quadam in Camera particidali Arresto iudicatum fuit, pro pecunia debita ob custodiam & impensas incarcerati, debitorem ad cessionem bonorum faciendam non admitti, siue in carcere publico siue etiam in domo ostiarii aut viatoris, incarceratus fuerit, atque huiusmodi pecuniam priuilegiatā esse.

V. supra hoc eod. tit. Arrestum 6.

XII.

Peregrin* Cessionem bonorū ... ca fa ... a ppo

Mercator quidam extraneus * & extra Regni limites constitutus, alteri cuidam Parisiensi mercatori in Francia pro summa quadam numorum ob merces ei venditas & traditas, obligatus erat. Is Parisiis deprehenditur, & propter debitum prædictum in castelleto incarceratur. Curam Præfecto Parisiensi vel Locumtenente ipsius ciuili ad bonorum Cessionem faciendam admitti postulat. Creditor ipsius Parisiensis ei intercedit, & ait, Cessionis beneficium nonnisi inter ciues regionis alicuius, qui que sub eiusdem Principis imperio viuunt, non autem extraneo aduersus alterum competere, alioquin commercii fidem violatam iri, captionem hanc fore, si huiusmodi debitor, cum in Francia nihil rerum possideat, ad prædictam Cessionem admitteretur: atque eam ob causam prædicto creditori necessitas imponeretur extra Franciam proficiscendi, & discussionem bonorum debitoris faciendi. Supradictis rationibus non attentis, Præfectus Parisiensis prædictam cessionem admittit: à quo appellatur ad Parlamentum, in quo dictum, male iudicatum fuisse, & appellatus debitor ad prædictam Cessionem non admissibilis declaratus fuit. Ita iudicatum fuit, Præside Domino Pybracio, 7. die Iunii 1578. perorante Serrino.

* Choppinus *de Domanio Franciæ lib. 1. tit. 11. num. 7.* Simile Arrestum allegat, quod datum ex tempore post prandium, 22. die Aprilis 1565. aduersus mercatorem Lubecensem prope Daniam. Bodinus id memorat *lib. 1. de Republica. cap. 6.* Charondas *lib. 3. Responsor. cap. 57.* & Bacquetus *tractatu de iure albinatus. cap. 16.* Alioquin extraneus pro commodo ac emolumento proprio sanguinem ac medullam veluti Gallorum exugere & haurire, & postea pedem strucre seu fugere, aut si præueniantur ac incarcerentur, sola cessione satisfacere posset.

XIII.

Die Martis 3. Septembris 1566. appellatio quædam perorata fuit inter Quennelium appellantem à Balliuio Bellouacensi vel Locumtenente ipsius; & reo aduersus libellum, perorante Villerio pro ipso ab vna parte, & Tribolleto appellato, eodemque prædicti libelli ratione actore, pro quo perorabat Aubelius, in Camera particidali præside Domino Seguiero. Cuius facti species, & Arrestum quod id insecutum fuit, notatu digna sunt. Quæ ita se habent: Tutor pro reliquis rationū suarū Cessionē facere nō potest neq; postulare, vt differatur debitum;

Quennelius & Tribolletus vnius eiusdemque pupilli tutores ambo creati fuerant. Inter se contractum celebrant, quo conueniunt atque inuicem promittunt, sibi mutuo ac vicissim vnum alteri rationes administratæ tutelæ redditurum, vt ab onere tutelæ liberentur, & reliqua rationum incarceratione sui soluturum. Quennelius iuxta hunc contractum, cum appellatum Tribolletum ad inopiam vergere videret, coram Iudice Nouiodunensi eum citari curat, ad rationes & reliqua administrationis suæ reddenda, audiri & rationes examinari curat: quibus subductis reliquator summæ octingentarum librarum apparet, ad cuius solutionem incarceratione sui condemnatur: ab eo appellat ad Curiam, postea causæ acquiescit, cum iam in ordinem causarum relata fuisset. Aliquo tempore posteaquam acquieuisset absentem se & fugitiuum è ciuitate Nouiodunensi reddit, neque alibi quàm in ciuitate Bellouacensi apprehendi potest, in ea, quoniam prædictam octingentarum librarum summam non soluisset, in carcerem conücitur. Prædictus Tribolletus carceri inclusus libellum offert, quo se ad Cessionis bonorum adiutorium admitti postulat. Quennelius, qui domicilium in ciuitate Bellouacensi elegerat, ad electum domicilium citatur, vt super postulata Cessione procedatur. Is declinat & ait, se non teneri coram prædicto Balliuio procedere, postulat, vt causa ad Balliuium Nouiodunensem remittatur. Tribolletus petit, vt Quennelius ipsum in carcerem Nouiodunum deduci suis expensis curet, nisi eo loci procedere malit. Quennelius allegat, se eo loci procedere non teneri, remittique ad Iudicem suum postulat: ait insuper, Cessionem

sionem cum omnibus creditorib. citatis fieri oportere: rationes Nouioduni redditas, sententiam à Iudice Nouiodunensi datam, & consequenter, executionem eiusdem sententiæ ad illum Iudicem omnibus reliquis exclusis spectare. Quantum vero ad alterum libelli caput attinet, asserit, se non teneri, vt eum in carcerem Nouiodonum deduci curet, ipsi potius id incumbere, vt, si bonum ipsi videatur, se eo abducendum curet. Iudex decernit, Quennelium cogi oportere, vt Tribolletum suis sumtib. in carcerem Nouiodunum deduci curet, nisi Bellouaci procedere malit. Ab eo Quennelius appellat. Aliquo tempore post Tribolletus libellum offert, eum in finem tendens, vt Quennelius condemnetur, sibi in carcere agenti alimenta & victum suppeditare: super eo prædictus Iudex Quennelium condemnat, vt singulis diebus quatuor solidos Parisienses Tribolleto soluat, qui adhærendo Quennelius rursus appellat. Aduocatus prædicti appellantis sub ea nuda facti narratione concludit.

Cessio bonorũ fauorabilis.

Tribolletus appellatus & pro eo Auberius allegat, Cessionem beneficium iuris esse adeo fauoris plenum, vt solo verbo, per epistolam, aut alia quauis ratione fieri possit, ac propterea de competentia Iurisdictionis nec disquirendum, nec disputandum esse, eo quod extra ordinem, & citra ordinarium remedium ad prædictam bonorum Cessionem faciẽdam admitti possit: & facti speciei, quæ offertur, nullam difficultatem inesse, quin bene diiudicata fuerit, Nam quoniam appellans eum citari & Bellouaci incarcerati curasset, atque eum iurisdictione huius iudicis coegisset, eum ad procedendum cogi debere, excipiendo coram eodem iudice, aut se ad iudicem suum abduci curare, vt suas exceptiones opponat, & paulo maiori cura sollicitationi causæ suæ operam nauet, Quantum ad Cessionem, allegat, nullam in orbe legem extare, qua decidatur, tutorem ad cessionis beneficium aut remedium admitti non posse, quoad reliqua rationum suarum, cum nullus dolus in eo deprehenditur, nominatim vero legem noluisse, vt tutor corporaliter cogi posset, nisi quo casu pupilli pecuniã otiosã relinqueret, idque contumaciter, & in contemtum iustitiæ recusaret eiusdem pecuniæ fœnus commodo pupilli exercere seu eam collocare, quo casu extra ordinem puniri potest, *l. ob fœnus. ff. de administr. tutor.* Insuper priuilegium coactionis huiusmodi pupillo duntaxat personaliter competere, quod alteri neque cedi neque ad alterum transmitti potest, quinimo nec in heredem prædicti pupilli transire, eo quod priuilegium hoc bona & facultates non concernat: verum vnice tantum minoris personam, cui fauorem præcipuum mereri succurritur, *l. ex pluribus. ff. de administrat. tutor.* Præterea legem eiusdem tantum priuilegiorum tutoribus in bonis minorum tribuere, vt eos dominorum loco habuerit, *l. Tutor. 27. ff. eod. tit.* vsque adeo, vt illis potestatem faciat, sibi ipsis soluendi, id quod sibi debetur. Itemque non tantum à contutoribus suis mutuum accipiendi: verum etiam sponte mutuam pecuniam pupilli accipiendi seu vsurpandi pro suis & propriis tutorum scilicet negotiis, *l. non existimo l. quotiens. §. sicut, & §. non tantum. ff. de admin. tutor.* Et his casibus non reperiri, quod lex videlicet voluerit condemnare tutorem ad incarceratioñe personæ suæ: multo minus quod tutori beneficium cessionis bonorum denegauerit, aut plenum & integrum vsum ac contrectationem bonorum minoris siue pupilli sui: verum eam tantum tutorem onerasse solutione vsurarum pecuniæ pupillaris, si quam in vsum suum consumserit. Id Tribolletum minime recusare, si Curiæ videatur, æquitati consentaneum id esse, postquam ad meliorem fortunam peruenerit: verum eum carceris continuo fastidio enecare, qui sponte sua munus prædictæ tutelæ in se nõ susceperit, sed coactus officio Iudicis eam acceptauerit, id vero perdurũ & inhumanitatis plenissimum opore.

Tutor otiosam pupilli pecuniam relinquens culpatur.

Tutor quã autoritatẽ & potestatem in bonis pupilli sui habeat

Finita doctissima peroratione Domini Fabri Aduocati Regii, qui nihil eius quod dicendum ipsi fuit, pro laudabili more suo prætermisit. Arrestum 3. Septemb. 1566. pronuntiatum fuit, quo Curia, appellationibus & eo à quo appellatum fuerat in irritum deductis, & iudicio emendato, decreuit, appellantem non teneri curare, vt prædictus appellatus in alium carcerem abducatur, vt ei alimenta ipse exhibeat, ac alimentorum copiam comparet, & eũ in expensas causæ appellationis condemnauit. Quantum vero ad libellos attinet quorum vno Cessio bonorum petebatur, altero dilatio postulabatur, Curia ab iis prædictum appellatum & actorem in prædictis libellis depellit, & in expensas condemnat. Arrestum hoc singulare est ac magni exempli & momẽti, nihilominus intellectu perdifficile. Quod cum intelligeret præfatus D. Præses, antequam illud alta voce & diserte pronuntiaret, vt solet, declarauit, tutorem veluti publicum depositarium esse, pecuniam minoris instar consecratæ rei esse, quam tutor nisi ex autoritate & decreto iudicis contingere non potuisset, adeo vt dolus & furtum esset in contrectatione pecuniæ pupillaris. Tutorem igitur non magis ad Cessionẽ bonorum propter dolum admittendum, quam depositarium iudicialem, quàm Quæstorem alicuius fundi. Rem pessimi exempli futuram. Atque cum lex voluerit, tutorem extra ordinem puniri debere propter abusum in pupillari pecunia à se commissum, minus præsumi legem voluisse, vt pupillo reliqua rationũ tutoris incuriosi & negligentis per Cessionẽ bonorũ soluantur.

Tutor instar publici depositarii est in bonis pupilli sui atque ita reliqua & omnia illius capita admitti ipsam priuilegiata sunt.

Idem iudicatum fuit Arresto Tholosano, mense Iunio 1587. quod refert D Maynardus *lib. 4 Quæstio. fser. cap. 15.* Item altero Arresto Parisiensi in solenni peroratione iudicatum fuit. die Martis 16 Februarii 1580. quod refert Bacquetus loco præallegato, Choppinus alia de ea re refert *lib. 2. de Morib. Parisi. tit. 7. num. 13.* Nota præterea, depositarium, susceptorem & administratorem bonorum Reipublicæ, minorum & Ecclesiæ, bonis cedere non posse, ob præsumtionem malæ fidei, qua præsumitur is in vsus suos alienos numos consumsisse, quos instar depositi seruare debet, facit *l. ob fœnus ff. de administrat. tutor.* Idem Choppinus de eo Arresta refert, *de priuileg. rusticor. lib. 3 cap. 5.* Carondas *lib. 3. cap. 38. & lib. 4. cap. 25.* V. Supra *tit. de res. rept. quib. debit. respiratio conced.* ea quæ notantur ad *Arrestum 15.* I. C.

Susceptor & administrator bonorum alienum.

Debitori incarcerato, nec ad beneficium Cessionis admisso, creditor diurna alimenta suppeditare debet, ac in singulos dies id prænumerare & soluere, quod Iudex arbitratus fuerit, Glossa ad hoc singularis, quam laudat Guido Papa *decisione 21*. *vel fin. C. de erogat. ann. milit lib 12.* vbi ait, *ita observ. de consuetudine generali.* Id quod locum non habet, quando manifesto apparet, ex parte debitoris, dolum, fraudem & malam fidem versari, ita refert Carondas *lib. 4. Responsor.* I. C.

De alimẽtis eius qui ad cessionẽ non admittitur.

XIV.

Die Lunæ 4. die Iulij anno 1564. perorante Buissonio pro Wilhelmo Goddardo & Maria Vergeria vxore ipsius, Arresto iudicatum fuit, debitorem * aduersus fideiussorem suum ad Cessionem bonorum non admittendum esse, qui pro eo gratis se obligasset, nec emolumenti quicquam inde acciperet. Item, fœminam aduersus Anthentic. *sed hodie novo iure. Cod. de offi. diuer. iudic.* & Auth. *Hodie novo iure. De Custod. & exhib. reor.* corporaliter sese obligare posse, ad redimendum incarceratum & captiuum

Debitor Cessionẽ facere aduersus gratuitum fideiussorem nõ potest.

tuum maritum suum. Dominus Gallopeus è contrario pro heredibus defunctæ Wilhelmi Pyonij perorabat: quamuis antea huiusmodi corporalis obligatio à fœmina inita, quæ prædictis prius Authenticis non renuntiauerat, nulla declarata fuisset. In hac controuersia quid tandem cognitum, puta super emtione officii Consiliarii, ambitioso voto vxoris.

Arresta cōtraria.

* Carondas Arrestum istud refert *lib. 4. Responsor. cap. 6. & lib. 3. cap. 37. & lib. 5. cap. 63.* refert contrarium Arresto iudicatum fuisse, mense Iulio 1571. quod D. Choppinus ait, 13. prædicti mensis Iulij datum fuisse, *lib. 3. de Domanio Franc. tit. 14. nu. 4.* puta debitorem cedere bonis posse fideiussori suo. Pariter iudicatum fuit Arresto, quod datum in quarta Camera Inquisitionum, ad relationem D. Longolii, quod relatum infra in Appendice huius tituli, Art. 8.

XV.

Colonus bonis cedere non potest.

Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum à Domino Præside Thuano, die Mercurii, 22. die Decemb. 1579. colonus quidam debitor à postulata Cessione bonorum repulsus fuit, mercedis seu pensionis frumentariæ nomine, etiamsi calamitatem, tempestatem & militum deuastationem allegasset. Tum allegatum fuit, altero Arresto antea iudicatum fuisse, colonum bonis cedere non posse, licet frumentum adæratum seu pecunia æstimatum fuisset.

Compluties iudicatum fuit, pro pensione frumentaria Cessionem non admitti, id quod nonnullis Consuetudinibus exprimitur, nominatim non ita pridem in Auditorio colonus Granuillenij repulsam passus fuit, non obstantibus damnis ac deprædatione belli tempore facta, quia mora præcesserat casum, 28. die Martii, anno 1583. Alterum & præcedens Arrestum Auditorii, 20. Maii 1576. & aduersus colonum Belsiæ Prouinciæ in Auditorio 11. Martii 1579. V. Bacquetum citato loco. Id quod Biturigibus obseruatur pro vltimo tantum anno. Fideiussor quoque pro annua frugum præstatione ad cessionem non admittitur, Arresto, Maioris Cameræ, 6. die Februarii, anno 1570. si videlicet liqueat, eum fructus percepisse & administrasse.

Fideiussor coloni ad cessionem non admittitur.

Item pro colono cuiusdam Nosocomii fideiussore decretum fuit, antequam vlterius procederetur, œconomos Nosocomij appellatos probare oportere, appellantem a cessione depulsum administrasse. 4. die Augusti, anno 1576 perorante Honcero pro Nosocomio. V. D. Louetum *lit. C. Art.* 57. qui super ea re Arrestum allegat de anno 1607.

XVI.

Nequā aleatore cōdemnatus ad restitutionem.

Quidam nomine Philippotius Caletum à patre suo ablegatur, negotiationis ergo. Illico vbi is Caletum appulit, Anglus quidam nequam aleator eum sibi familiarem reddit, & quamuis aleatori isti sub certa pœna alea interdictum esset, id quod prædictus Philippotius ignorabat, nihilominus alea ludunt, & Anglus iste ducentos coronatos ab eo lucratur. Philippotius eo perculsus coram Iudice Caletensi conqueritur, ac incarcerationem prædicti Angli impetrat. Is incarceratus & pecunia priuatus, quam cum altero quodam nequam aleatore perdiderat, excipit, se non in alea fefellisse & ad eius rei probationem allegat, quod si fallaciis instructus fuisset, nunquam se tantum pecuniæ perditurum fuisse. Nihilominus ob prædictum interdictum, ad reddendos ducentos coronatos condemnatur, & carcere continetur, vsque quo eos restituisset. Is cum se adeo pressum videret, vt satisfacere non posset, libellum offert, eoque ad miserabile Cessionis bonorum auxilium admitti postulat, aut vt actor et pro quotidiano victu in singulos dies quinque solidos adsignet. Id quod Iudex decreuit: ab eo prædictus Philippotius appellauit ad Parlamentum Parisiense, in quo causa a Domino Aduocato Regis perorata allegatum fuit, huiusmodi bonorum Cessionem, ex l. Iulia duntaxat subditis impensam, non extraneis competere, per *l. 4. Cod. qui bon. ced. poss.* Quantum vero ad assignationem quinque solidorum pro alimentis exhibendorum, apud Gallos ex causa delicti, vel quasi delicti incarceratum ab aduersa parte alimenta postulare non posse. Nihilominus Arresto decretum fuit, appellantem appellatum ad Cessionem bonorum admittere, aut ei duos solidos in singulos dies pro nutritione ipsius assignare debere. Pronuntiatum 20. die Decembris 1581.

Cessio bonorum in delicto impedita si prouisioni locus sit.

V. *Arrestum infra eod. tit. & §. 1. Tit. 4. lib. 24.*

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum X.

I.

Is cui dilatio data fuit, postea ad Cessionis beneficium admittitur.

IS qui elegit & recipit fauorem rescripti laxamenti & dilationis, beneficio cessionis seipsum priuasse videtur. Accursius eius sententiæ est, in *l. fin. Cod. qui bon. ced. poss.* vbi ait, electione vnius eum alteri renuntiasse. Verum id non obseruatur, contrarium quippe Curia iudicauit Arresto, quod datum in peroratione, 18. Martii 1570. & relatum à Caronda *lib. 5. Respons. cap.* 16. eum videlicet recte ad Cessionē admitti, ac postea pariter iudicatum fuit perorante Bernardo & Pasquierio, 7. Maii 1585.

II.

Mercator frumenti ad Cessionem nō admittitur.

Decima sexta Ianuarii 1574. cum quidam incarceratus ob venditionem frumenti tanquam publicus mercator, ad Cessionem bonorum admitti postularet, repulsam tulit, quamuis allegaret venditionem priuatim factam fuisse. Ab eo appellat, dictum fuit, bene iudicatum, male vero appellatum.

III.

Cessioni locus non est, vbi dolus aut delictum est.

Cessio ordinarie non permittitur, vbi dolus aut delictum est: iudicatum aduersus quendam qui pro tutore falso se gesserat 2. die Ianuarii, anno 1565. perorante de Platea. Sunt & alii casus, quibus Cessio bonorum non admittitur, veluti, pro alimentis, & incarceratus quidam nomine Dominus de Podio à postulatione sua repulsus fuit in Auditorio, 22. die Februarii anno 1577. Pariter in deposito, nominatim vero, cum quis vt depositarius bonorum iudicialis obligatus est: ita iudicatum aduersus eo nomine Domini Guysij, perorante Calidonio, 20. die Ianuarii, anno 1578. In præiudicium nundinarum Lugdunensium, inter mercatores nundinas frequentantes. neque cum tutor contutori suo corporaliter obligatus pro reliquis rationum minoribus debitis, Arresto, 2. die Septembris anno 1566. sedente D. Seguierio Præside in Camera particulari, aduersus sententiam Aduocati Regii Fabri. B.

Pro alimentis.

Pro deposito.

In præiudiciū nundinarū Lugdunensiū.

Pro tutore, qui cōtutori suo obligatus est.

IV.

Cessio bonorū pro mulcta ex delicto debita siue Regi siue parti ciuili non admittitur.

Inter Stephanum Villanouanum, actorem & approbationem cuiusdam Regii rescripti postulantē ab vna parte: & Heliotum Planchonium ab altera. Brunus pro actore dixit, quæstionem, quæ proponitur, ita se habere: An condemnatus ex delicto possit cedere bonis, respectu pecuniariæ condemnationis, quæ partis ciuilis interesse spectat. Id vero duobus aut tribus Arrestis decisum esse, eum bonis cedere posse, appellans condemnatur ad 40. libras parti, & 20. libras Procuratori fisci, is nonnisi eo nomine accusatus fuerat, quod homicidā fortiorē reddidisset, incarceratus integro quinquennio rescriptū Regiū impetrauit, quo ad Cessionē bonorū

admit-

admitteretur, quo ad cōdemnationem attinet, quę partis ciuilis commodum spectat, conclusit ad approbationem eiusdem rescripti, & expensas quoq; postulauit. Cotlæus è contra ait, controuersiam hāc ampliatam fuisse Maioribus diebus Turonensibus: ac nominatim condemnationem factam ob contumaciam & eremodicium: verum hodie quæstionem esse de condemnatione partibus auditis propter homicidam quendam facta, & medietate applicata seu adiudicata ad Deum orandum pro defuncti anima, cuius interest & qui fauorem publicum meretur, & hac ratione actorē à rescripto Regio à se impetrato, & cum expensis repelli debere. Curia repulit & repellit actorem ab effectu & approbatione prædicti rescripti Regii, ipsumque in expensas instantiæ condemnauit, citra præiudicium postulandi, vt pecuniaria pœna in pœnam corporalem conuertatur 22. Octobris 1539. V. Aufretium *decisio* 134. *Cap. Tholos.* Fabrum *in l. 1. Cod. qui bon. ced. poss.* & Ranchinum *ad decisio.* 211. *Guidonis Papæ.* I.C.

V. §. 8. *huius tituli.*

V.

An omnes cessionarij & decoctores biretū viride teneantur ferre.

Ex quibusdam Consuetudinibus ij, qui bonis cedunt, tenentur illis se exuere & discingere seu rezonare in iudicio, in quo Cessiones tantum in persona fiunt, non vero per Procuratorem, & Iudice pro tribunali sedēte, ac zonam in terram proiicere, (iuxta formam, quæ Constitutione Ludouici XII. anno 1512. præscribitur, *artic.* 70.) ad declarandum, se bona sua relinquere iis nominatim designatis & iureiurando præstito, se cessionem non fraudulēter facere, se si ad meliorem & maiorem fortunam rerum suarum perueniant, creditoribus suis satisfacturos: ex aliis Consuetudinibus illi qui bonis cedunt, viride biretum portare, notæ seu insignis loco, tenentur, eum in finem, vt ita dignoscantur, per localem Consuetudinem Lauallensem & Statuta Romana, *tit. de cessione bonorum & iudiciis*, non admittuntur, nisi qui se fatalia damna, calamitates, & fortuitos casus, vel alia aduersa, post contracta debita incurrisse docuerint, nec audiuntur nisi publicè, & palam Biretum viride, ita discoopertum, quod ab omnibus videri possit, in capite deferant, alioquin ipso iure beneficio priuari censentur, & sine nouo decreto contra eosdem, si sine bireto viridi reperti fuerint, executores quicunque exequi possunt. Iuxta hoc, Curia Parlamenti Parisiensis Arresto suo, 29. Iunii 1582. perorante Lamio, sententiam quandam Iudicis Lauallij confirmauit, quæ data aduersus Wilhelmum Bouhicum, 9. Septembris 1581. inter prædictum Boubicum appellantem, & Martinum Monachum appellatum, qua prædictus Bouhicus ad beneficium cessionis bonorum admissus fuerat, tam pro postulatis summis, quàm pro expensis carceris, & decretum (cum id prædictus Monachus postulasset) vt prædictus Bouhicus deinceps pileum aut biretum viride in capite ferret, quod Monachus ei suppeditaret, quod si is sine bireto aut pileo isto viridi repertus fuisset, prædicto Monacho, aliisque ipsius creditoribus permissum iri, eum rursus in carcerem coniicere: appellatio in irritum deducta fuit, citra multam & citra expensas, decretumque, id à quo appellatum fuerat, plenum atque integrum effectum suum sortiri oportere. Arrestum istud altero Arresto pomeridiano, 12. Martii 1583. tēperatum fuit, quod datum pro fideiussore quodam Lauallii, decretumque eum singulis mensibus centum libras solvere debere, quo non facto eum Arresto obnoxium fore, quod datum aduersus Bouhicū, id est, biretum aut pileum viride ferre debere, verū solennitas huiusmodi & pudoris aut turpitudinis nota strictè non obseruatur: sed duntaxat aduersus fraudulentos decoctores, qui gula & ingluuie & luxu bona sua & creditorum dissiparunt: prout iudicatum fuit pro paupere quodam sutore Lauallensi, 18. Februarii 1586. ad commonitionem D. Aduocati Catholici Mangoti. Vbi vero Consuetudo de nota huiusmodi, id est, bireto viridi nihil disposuit, Curia Parlamenti Parisiensis non approbauit sentētias, quibus debitores bonis cedentes, ad ferendum biretum viride condemnantur: ita iudicatum, perorante Germano, pro appellante quodam à Balliuio Ambianensi, ab eo quod decretum fuerat, vt ad cessionem admitteretur, eoque facto, biretum viride portaret, & Bernagio pro appellato, Arresto, quod iuxta conclusiones D. Marionii datum fuit, intercessione appellati non obstante, decretum fuit, appellantem ad cessionem admittendum, iuxta Consuetudinem Ambianensem, & ad id peragendum ad prædictum Balliuium vel Locumtenentem ipsius remissus, alium quàm eum, à quo appellatum fuerat, 5. Decembris 1600. Curia Parlamenti Rotomagensis certam formam super hoc constituit, Arresto generali 15. Martij 1594. in lite inter Thomam Triboutium, appellantem à duabus sententiis datis à Balliuio Rotomagensi vel Locumtenente ipsius, & Ioannem Menautum & alios creditores prædicti Tribouti appellatos. Curia audito Procuratore Catholico Regio, citra multam appellationem in irritum deduxit, & decreuit id, à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, eumque in expensas condemnauit, nihilominus habita ratione declarationis à prædicto Procuratore Catholico factæ, & attento eo quod hoc primum iudicium esset exemplare ad facti speciē, quæ proponebatur, Curia appellantem à pileo viridi ferendo dispensauit. Dataque sententia super conclusionibus prædicti Procuratoris Catholici, prædicta Curia, vt frequenti decoctorum multitudini, illorum fraudibus ac confusis dolis, qui in præiudiciū bonorum & honestorum creditorum exercentur, occurreretur, decreuit, vt deinceps ii, qui ad beneficium Cessionis admitterentur, & carceribus dimitterentur, si Iudici minus propere, de iactura bonorum suorum fortuita, citra fraudem & dissolutam familiæ administrationem, fidem non facerent, pileum viridem in capite ferre teneri ac cogi, quo ab omnibus cognoscantur, nec per imprudentiam admittantur ad contrahendum fide habita nec vlla cautione data: & quo casu absque pileo isto viridi reperti fuerint, prædicta Curia exinde creditoribus permittit eosdem in carcerem coniicere, non obstante indulto beneficij Cessionis bonorum, Atq; quo cunctis manifestum ac notorium hoc Arrestum esset, prædicta Curia decreuit, hoc Arrestum ad Sedes Balliuiatuum districtus illius Curiæ mitti oportere, vt in iis publicaretur & obseruaretur, I.C.

¶ Postea in Curia Parlamenti Parisiensis, tandē decretum fuit legem generalem condi oportere, nempe omnes nulla distinctione facta, qui bonis suis cederent, & ea à se abdicarent, biretum viride in capite ferre oportere. Arresto 7. Septembris 1606. quod datum ad relationem D. Bauini, inter Vimondum & Loisellum. Et altero Arresto eadem controuersia diiudicata fuit ad relationem Domini *de Here* pro quodam nomine Valero, 16. Decembris prædicto anno 1606. postquam prædictus Dominus Bauinus

inus super specialibus quibusdam, quæ nonnulli in Arresto ipsius fuisse dicebant, auditus fuisset: adeo vt amplius dubitandum non sit de hac quæstione. Dn. Louet. in *Arrestis suis lit. C. Artic. 56*, cuius annotatione complura alia consimilia Arresta referuntur.

Fœminæ hac generali lege biretum gestandi viride non comprehenduntur, ob pudorem & infirmitatem, atque imbecillitatem sexus: Bugnonius *in tract. de legib. abrog. art. 116.* Id enim pro genuino pudore, proque animi teneritudine tolerare non possunt, arg. *l. 1. C. de offic. diuers. iud. l. 1.* iuncta Authent. *seq. C. de custod. reor.* Etiamsi alii in contraria sententia sint, quoniam fœminæ in noptæ Constitutione Molinensi comprehenduntur, ac post quatuor menses captura cogi possunt: Verum prior sententia æquior videtur.

VI.

Cessio in eo, qui vinú in cella & foro vinario emit, locum non habet.

Cessio bonorum ei non permittitur; qui vinum in cella ciuis cuiusdam emit, vt id ad mensuram aut in taberna vinaria venderet ex priuilegio Parisiensi, vtpote cella ciuis loco fori vinarii existente. Ita iudicatum Arresto ad perorationem dato, 3. Maii 1585. atque forum vinarium pro foraneis siue exteris intelligitur.

V. Bacquetum *prædicto libro*, & Guenoisium *ad collationem Constitut. tit. De cessione bonorum.* qui idem Arrestum refert de 22. Maii, die Iouis, super appellatione quadam a Præfecto Parisiensi. Vt & pro vino empto in foro vinario, Consuetudo Altissiodorensis expressa est, *art. 150.* & Ferronius *ad Consuetudinem Burdegalẽ sem, tit. de la vente des Vaisseaux & Barriq ...*, id est, de venditione vasorum & doliorum Ita iudicatú fuisse refert Burdegalensi Arresto, pro vino diuendito a mercatore alteri mercatori. I.C.

VII.

Maritus propter frigiditatem separatus, propter iustitiam vxoris ...

Iudicatum fuit, maritum, qui corpore separatus fuit propter frigiditatem ab ea, quam duxerat, quique ad restituendam vxori suæ dotem condemnatus fuit, ac postea post quadrimestre spatium incarceratus, pro restitutione dotis & pactorum dotalium, ad cessionem bonorum non admitti, 20. Aprilis 1599. in Camera parricidali, clausis foribus, perorante Gillotio & Galantio. Peleus *lib. 8. cap. 1. action. suar. forens.* I.C.

VIII.

Arresto, quod datum in quarta Camera Inquisitionum, ad relationem D. Longolii, inter Iac... Reuellium, appellantem à sententia quadam, quæ data à Balliuio Genabensi vel Locumtenente ipsius, ... & Do. Iacobum Furonium Aduocatum in prædicto Balliuiatu appellatum, 1. Febr. 1603. Furonius, qui se actorem coram iudice à quo constituerat, aduersus prædictum Reuellium, ad id, vt is condemnaretur ad soluendam sibi summam, cuius nomine à creditoribus rei conuentus ipse fuerat, veluti fideiussor eius, ac propterea eũ carcere includi curauerat: reus debitum cõfitetur, verùm ait, se soluendo imparem, postulat se ad cessionem bonorum suorum admitti. Actor intercedit, & ait, se obligationi gratis accessisse, citra vllam vtilitatem & commodum, & consequenter, reum ad cessionem admitti non debere, alias officium sibi damnosum fore, aduersus omnem æquitatis speciem. Iuxta id, Balliuius Genabẽsis prædictum Reuellium à cessione repulit. Curia appellatione & eo, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, emendatoque iudicio, declarauit, appellantem ad cessionem admittendum. Curia præcipue eo nitebatur, quod Dn. Fradetus (vnus è Dominis Cameræ) mihi retulit, qui hoc Arresto me adiuuit, quod videlicet fideiussor fauorabilior eo, qui ex causa mutui, gratuito mutuum dat, non sit, quia non solum præstat operam, sed & pecuniam, cui nihilominus rectè permittitur bonis suis cedere: secundo, quod fideiussor certior esse debeat de illius facultatibus, pro quo intercedit, & se obligat, quam creditor, qui nimirum se ex amicitia obligat, & ob familiaritatem seu notitiam, quam habere debet de eo, pro quo is se obligat. Tertio, quod cum cautio aut fideiussio petitur, is, quem quis fideiussorem accipit, præsumere debeat, suspicionem quandam subesse, quo minus debitor soluendo sit, & ita sibi cauere debet. I. C.

V. *Annot. ad Arrestum sequens*, quod de fideiussore pensionum frumentariarum tractat.

LIBER VNDECIMVS.

TITVLVS PRIMVS, DE DONATIONIBVS, REVOCATIONIBVS, RETENTIONIBVS, & insinuationibus.

Donationis appellatione id venit, quod liberaliter & nullo cogente datur. Donatum id tantum videtur, quod nullo iure cogente conceditur. Complures donationum species sunt: Donatio inter viuos, quando videlicet donator ea mente donat, vt res statim ad donatarium spectet, & donator donationem à se factam reuocare non possit. Atque hæc donatio plerumque irreuocabilis est. Donationis species altera est mortis causa donatio, cum magis se vel rem a sa donatam quis habere vult, quam eum, cui donat: magisque eum, cui donat, quam hæredem suum. Hæc donationis species plerumque reuocari potest semper & quandocunque donatori videatur: atque hæc mortis causa donatio ad exemplum legatorum redacta est: iuxta Iustinianum *in Inst. tit. ... § 1. de donationibus.* Est & alia species inter viuos donationũ, quæ donatio propter nuptias vocatur. Vide eos, qui de donationibus scripserunt, vt & Leges Romanas siue ciuiles, exempli causa Charondam *in Pandectis suis, & reliquis scriptis*: Arresta D. Louetii *edit. postrem.* vbi maximam inuenies copiam elegantissimarum quæstionum & axiomatum iuris & praxeos.

ARRESTVM PRIMVM.

Donatio à patre in filium facta quando valeat.

DONATIO simplex à patre in filium non emancipatum facta, dispositione iuris communis non valet, *l. 2. C. de inofficios. donationibus. l. donationes. C. de donation. inter virum & vxorem.* Nihilominus si pater iusiurandum adiecerit, se ei non contrauenturum, sed prædictam donationem validam velle, ea hodie pro valida habetur, iuxta sententiam Baldi *in l. fin. C. de vsucap. pro donation.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mens. Iunio 1461. in ... litis Rupichinartii. Singulare tamen est & notatu dignum, iure communi huiusmodi donationem valere, pro dote filiæ factã: vt notatur *in l. Pomponius Philadelphus. ff famil. erciscund.* & à Baldo *in l. pactis. C de collation.* Alioquin reuocari *ea potest, nec nisi per mortem confirmatur, *l. ... cum ibi notat. cap. si quis alter vel sibi. & l. donationes quas. Cod. de donat. inter vir. & vxor.*

Dd Idem

Idem de donatione facta à patre in nepotem, Arresto anni 1522. Si donatio à patre in filium facta immodica sit atque inofficiosa in præiudicium reliquorum, querela inofficiosi ad legitimum subsidium reduci solet. Vide Maynardum *lib. 4. cap. 7 qua". fuur*

* Etiamsi iusiurandum appositum fuerit, prout resoluitur aduersus communem opinionem, a Molinæo *in suis annota. tionibus ad Alexandrum, consil. 19 lib. . & ad Philipp. De cum consil. 30 repren. & consil. 65* nominatim si reuocans alios liberos habeat, & velit, vt omnes ex æqualiter succedant Arrestum Parisiense, quod pronunciatum in purpura, 21. Martii 1570 Charond. *lib. 4. Respons. cap. 80.* T.

II.

Hæredum appellatione qui veniant.

Donatio *alicui atque hæredibus suis* facta, de hæredibus quibuscunque intelligitur, siue liberi sint & sui siue extranei, dispositione iuris non attenta seu obstante, quæ vult, eos tantum esse suos hæredes, qui in potestate sunt, *§. sui. I. de hered. qualit. & differen.* Atque in hanc sententiam optimus textus est, & id, quod ad eum notatur, *in l. facto. §. fin. ff. ad Trebellian.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1459.

III.

Pater & filius in acquisitis pro vno non censentur.

Ex consuetudine neque donari, neque testamento relinqui potest, nisi vsque ad quintam partem, eius generis partes quinque solidum bonorum suorum constituunt. Ex alio capite, maritus & vxor alter alteram vel directe vel indirecte per interpositas personas constante matrimonio commodis augere seu ditare non potest, siue donatione inter viuos, siue testamentaria seu mortis causa. Hoc præsupposito, vxor testamento mariti filiæ, quam ipse ex alio matrimonio sustulerat, omnia mobilia sua legauerat, quæ post mortem ipsius petuntur. Hæredes contradicunt, & se prædictis Consuetudinibus defendunt, nominatim ea, quæ omnia commoda inter coniunctos prohibet, & vt pessime res caderent, reductionem ad portionem prædicta Consuetudine limitatam fieri debere. Arresto Parisiensi, 16. die Februarii, anno 1552. legatariæ quinta controuersorum mobilium pars per prouisionem, iuxta prædictam Consuetudinem adiudicata fuit, reliquum vero hæredibus: nullo ad alterum Consuetudinis caput respectu habito. Nam quod filio acquiritur, in hoc Regno patri non acquiritur, siue ex vsufructu, siue aliter, atque in eo non obseruatur *l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* & de eo Arresta extant, quæ inuicem sibi contraria sunt.

Vsusfructus filii an patri debeatur?

V. *Tit. de vsufructu, Arrestum vltimum.*
E Lucio *lib. 8. tit. 6. Arrest. 2.*

IV.

Donationum quib. manifestus dolus inest ob proximitatē personarum nō valent.

Attamen bene attendendum est, vt fraus manifesta aduersus Consuetudinem, aut prohibitionem, vel præsumptio & operimentū fraudis absit, quemadmodum altero casu contigit, inter Annam Fagiani ab vna parte, & Aligretos ab altera parte: vbi, cum vxor testamento marito suo, quicquid Consuetudine donare poterat, donasset, residuum atq; id, quod ea donare non potuisset, filiæ mariti sui donauit. Curia hoc casu dolo facile detecto, id quod prædictæ filiæ relictum fuerat, non deberi declarauit, Arresto die Sabbathi de Libera, anno 1551. Domino Viola Consiliario Parisiensi relatore.

E Lucio *eod. lib. & tit. Arr.* 3. Idem iudicatum fuit pro Ioanne Galoppeo patre Isabellæ Galoppeæ, vxoris I. Vellotii Aduocati, cuius liberis ex alio matrimonio prædicta Isabella omnia sua mobilia donauerat: quæ donatio velut in fraudem & præiudicium Consuetudinis facta, irrita & reuocata fuit: præsumitur quippe id per obliquum marito donari, *l. 3. § si mater. ce donat. int. l. cum si tesam. de leg. 1.* & suggestionem subesse: ita iudicatum anno 1512 mense Ianuario. Attamen, vbi appatet, nullam suspicionem doli aut suggestionis subesse, alia vice contrarium iudicatum fuit, anno 1547.

V.

Retentio dispōnēdi inter viuos de quadam re.

Donator vniuersorum bonorum, qui sibi reseruat potestatem liberam disponendi de iis, & ea alienandi vsque ad tertiam aliamve partem, *dum viueret*, testamento, codicillo, donatione mortis causa, aut alia qua dispositione mortis causam aut occasionem continente de bonis illis disponere non potest: hæc verba quippe, *dum viueret*, de contractibus inter viuos intelliguntur, vt not. *in l. viuus. ff. ne quid in fran. patron.* Et ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit, quod à Lucio allegatur *in titul. de Conditionibus. libro 8. Arresto 2.*

Vide Charondam *lib. 7. cap. 59.*

VI.

Donatio inofficiosa est si vniuersorum bonorum sit, sibi retentis rebus quibusdam quæ vniuersa bona complectuntur.

Domnicella Maria Bineta, vidua defuncti Simonis Richebourgii, Domini de Sylua, tres filias habens, ab vna illarum blanditiis pellecta (quæ Carolo de Lestat nupserat) fundum quendam nomine Hersam, genero suo & filiæ donat, & omnia, quæ prædicto in loco acquisiuerat, vsufructu sibi retento, ac ea lege, vt testamenti sui voluntatem adimpleret: quod vniuersa eius bona complectebatur. Donatione perfecta anno 1523. & cōfirmata anno 1527. onera testamētaria ad quadringentas libras restringuntur. Prædicta Domnicella omnibus his confectis moritur. Alia ex filiabus ipsius nupta, nomine Iustina, vxor Ioannis Lauder, ex beneficio inuentarii pro hærede se gerit, atq; in hac qualitate hæreditaria interdicto aduersus prædictos donatarios experitur coram Præfecto Parisiensi, vel eius Locumtenente Conseruatore: vbi sententia data 26. April. an. 1532. interdicto experientes manutenentur (nulla prædictæ inofficiosæ donationis ratione habita) in bonis donatis, saluis reis & donatariis actionibus propter successionem defunctæ donatariæ, si simpliciter eius hæreditatem adire & acceptare vellent. Inde ad Parlamentum Parisiense appellant, vbi Arresto, 13. Martii 1533, bene iudicatum. Arrestum istud singulare est: Actores quippe pro dote certam summam à defuncta acceperant: & prædicta quoque donatio non de vniuerso, verum certarum rerum fuerat: nihilominus ea de prædicto prædio Hersa erat, quod vniuersam prædictæ defunctæ substantiam comprehendebat, quæ sic alienata & ad donationem faciendam inducta fuerat, vt merito eius respectus nullus haberi debuerat, *l. si libertus §. plane. ibi, ea alienatio nullius momenti est. ff. de iure patron. l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de legat. 2.* Hoc Arrestum extat *in tract.* D. Molinæi *de inoffic. donat. & dotib. num. 59.*

Inofficiositas mala & sollicitata.

V. *Arrestum 5. in Appendice.*

VII.

Donare & retinere in matrimonio valet.

Donare & retinere valet ex iure, ex Consuetudine vero non valet, *l. si quis argentum. §. sed si. & l. fin. autem. C. de donation.* In compluribus Prouinciis, quæ Consuetudine reguntur, expresse limitatur, id locum tantum habere extra contractum matrimonii, veluti in Borbonensi Prouincia, *articul.* 212. Attamen in Prouinciis, in quibus per Consuetudinem huiusmodi limitatio non exprimitur, ea satis intelligitur & obseruari debet, in contractu & in fauorem matrimonii, *donare & retinere* valere. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 24. die Martii 1521. in minore Camera Inquisitionum, pro illustri Æmundo Fontisqueo, & Domina Anna Lanalla vxore ipsius, aduersus illustrem Philippum de Suze.

VIII.

Decima septima Ianuar. 1538. in lite inter Petrum Tabouxum,

Donatio absenti facta valet.

Tabouræum, appellantem à Præfecto Parisiensi vel eius Locumtenente, aduersus Ioannem Pelletarium, tutorem & curatorem Crispini Clementis, appellatum, Arresto in tertia Camera Inquisitionum decretum fuit, donationem absenti, *Notario stipulante & acceptante pro absente*, factam, legitimam & validã esse: & retento vsufructu à donatore, prædictam donationem facientem eo, vti supra dictum, modo, puta *Notario stipulante & acceptante pro absente* possessionem in donatarium absentem transferri, quamuis ei de ista donatione nihil constiterit, nisi post mortem prædicti donatoris: nec non donatarium intra diem & annum post mortẽ prædicti donatoris, ex causa illius possessionis in se translatæ interdicto experiri posse. Nonnulli datam Arresti istius retulerunt de 1. Februarii prædicto anno, idque pronuntiatum fuisse à defuncto Domino Præside Monrhelonio. In eo agebatur de domo quadam Parisiis sita, in platea quæ vocatur, *de la Harpe*. Eaque est sententia Decii, *in l. contractus ff. de Regulis Iuris & in consil. 236.* Dominus Molinæus in postremo *consil. & 60. tomi primi, nũ. 9. & seqq.* ita tenet & ait, hoc obseruari totius orbis praxi, & allegat Bartolum & alios Doctores *in l. stipulatio ista. §. si stipuler. per l. non aliter. ff. de adoptio. & l. 1. §. eligere. ff. de magistrat. conuen. & l. 2. Cod. eodem.* omnia, quæ superius dicuntur, locum habent in donationibus à minoribus factis, verũ non iis, quæ à maioribus factæ sunt: vt ait Dominus Mulinæus *prædicto loco, ad finem.*

Vsufructus retentio traditionis instar est.

Retentio est instar traditionis. prætarii. infra h. t. Art. 8.

V. Lucium *lib. 8. tit. 5. Arrest. 1.* & Mainardum *lib. 7. suar. Quæstio cap. 84. & lib. 4. cap. 7. & Quæstionem meã* I. C. Post Arrestũ illud superuenit, Articulus 33. Constitutionis 1539. continens nullitatem donationis ante acceptationem donatarii, V. *in appendice huius tituli, Art. 5.*

IX.

Donatarium aere alieno contracto & contrahendo onerarus.

Eodem Arresto, præter duos articulos suprã notatos dictum fuit, ex clausula in donatione comprehensa *donatarium onera & debita soluere oportere quæ donator debet, quæque is tempore mortis suæ debiturus est*, non esse donare & retinere. * Secundo, mentionem mortis in donatione alibi, quam in dispositione factam, veluti, vt eo post mortem ipsius frueretur, mortis causa donationem non inducere.

* Donatio retento vsufructu facta, * ea lege, vt donatarius voluntatem vltimam donatoris testamento expressam impleret, reuocari non potest. Arresto Parisiensi, 7. Decemb. 1549. quod allegat Choppinus *lib. 3. de priuileg. part. 3. cap. 4. num. 3.* T.

X.

Idem.

Ante Constitutionem Regis Francisci I. publicatam anno 1539. qua dictum fuit, donationes inter viuos non valere, & effectum nullum habere nisi à die, quo acceptatæ fuerint, extat Arrestum quoddam Parisiẽse solenne; quo donatio inter viuos absenti facta, citra acceptationem Procuratoris & Notarii, nulla declarata fuit. Arrestum istud locum habet in donationibus tam minoribus quam maioribus factis, cum deficiat concursus simultanei consensus. In quo substantia donationum consistere debet, vt in cæteris omnibus contractibus, qui citra consensum duarum partium valere non possunt, *l. consensu. de actio. & obligatio.* Atque ita alius casus est, quam Arresti 8. supra dicti, atque alius quam Arresti 12. infra: nam octaui Arresti species locũ habet in minoribus donatariis. duodecimi vero; in maioribus: istud vero; in vtrisque. Eaque est expressa decisio *l. 3. ff. Rem pupil. salu. for. & l. 1. §. 1. ff. de verb. obl.* adeo vt Constitutio supra allegata in donationibus impuberibus factis, per prædictos textus locum non habeat.

XI.

Donatio mortis causa absenti facta quando valeat.

Donatio mortis causa, Notario stipulante pro donatario absente valet. Eaque est sententia Bartoli, *in l. tam is. §. filiofamilias. versic. quæro an ista donatio causa mortis. ff. de donat. caus. mort.* eo non obstante, quod ex dispositione iuris communis præsentia donatarii requiratur, *l. inter mortuos. ff. de donation. caus. mort.* & per Ioannem Fabrum *in §. 1. Instit. de donatio.* Verum præsentia & stipulatio Notarii defectum absentiæ donatarii supplet, eadem omnino ratione, vt in contractu, cuius naturam huiuscemodi donationes magis sapiunt: per ea quæ not. *in l. 2. circa pr. ff. de dot. prælegat.* & ideo validatur stipulatione Notarii, *l. non tamen. ff. de adoptio. & l. 3. ff. Rem pupilli salu. for.* Et ita Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit, 19. Augusti inter Arnoldum Rolandum ab vna parte; & Iacobum Matonium & consortes ab altera.

XII.

Donatio superstite donatore non acceptata, nulla.

Pater quidam Lugduni resignans, cuidam filiorum suorum non emancipato absenti fundum quẽdam donat, seque nomine prædicti donatarii possidere constituit, seu addita clausula constituta & retento vsufructu. Donatio ista vsque ad mortem patris celatur, quo tempore liberi æqualiter succedunt, & familiam inter se erciscunt seu diuidunt. Donatarius de donatione sibi facta certior factus, rescriptum impetrat, vt aduersus prædictam diuisionem restituatur, & ad donationem suam regrediatur. Is Lugduni causam obtinet. Postea Parisiis Arresto causa cadit, & donatio nulla declaratur. Idque longe ante Constitutionem anni 1539 actum fuerat, quæ quæstionem hanc clariorem reddidit, pleniusque super eo prouidit. Nihilominus Curia secuta rationem prædictæ Constitutionis, quæ postea interuenit, eo respexit, quod acceptatio tẽpore habili facta non fuerat, puta viuente donatore: post mortem quippe non valet, *l. si ego §. res alieni. ff. de iure dot.* & quoniam ea donatio publice facta non fuerat, & bona fide, *l. donatio. Cod. de donatio.* Alterum expressius Arrestum de fundo Vilierii Moyerii, sito in Balliuiatu Carnutensi extat, qui donatus fuit à Ioanne Morerio filio suo absenti, nec acceptãti, qui patre mortuo prædictam donationem acceptare, & hereditatem repudiare voluit, sed ab eo repulsus fuit, eo quod viuente donatore prædictam donationem non acceptasset. Arresto 26. Maii anno 1531. quod allegatur à D. Molinæo *in postremo consil. numero 8. Tom.* Ad differentiam horum trium Arrestorum 8. 10. & huius 12. quod in maioribus locum habet, Vide *Arrestum superius*, prædictum D. Molinæum, *consil. 60. Tom 1. num. 23.*

XIII.

Donator vniuersorum bonorum dimidiæ partis, fundum quendam ex iis in solidum vendere non potest.

Venditor dimidiæ partis vniuersorum bonorum, alteri in solidum fundum ex prædictis bonis vendere non potest: verum ex vnoquoque fundo dimidiam partem venditam emtori suo reseruare tenetur. Idem plane est in permutatore. Verum aliter se res habet in donante medietatem omnium bonorum suorum, qui ex speciali donationis fauore, & ne liberalitas ipsi præiudicio sit, valide & cũ effectu in solidum atque integrum fundum ex prædictis bonis vendere aut alienare potest. Et tum donatarius contentus esse debet eo quod altera bonorum retentorum dimidia parte compensatio fiat, adeo vt nihil perdat, nihilque eius intersit, *l. si quis argentum. Cod. de donat. & l. non amplius §. cum bonorum ff. de legat.* Et ita Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit, anno

1461. diremta lite Rupichioardii, inter fratres Alemannos.

Caput hoc desumtū est ex *quæstio.* 62. Guido. Pap. V. Dn. Maynardū *lib.* 6 *Quæstio. suar. notab. cap* 32. vbi ait, in venditore & permutatione locum hoc non habere, atque ita Arresto Tholosano iudicatum fuisse.

XIV.

Donationes ex causa meritorum quando citra probationem eorū valeant?

In dubio, vtrum merita donationibus terminis generalibus inserta, quibus quis donationem sibi factam emeruit, ante omnia probari debeant? Cōmunis opinio est, quod sic, in donationibus videlicet, quæ absque causa & merito iure prohibentur, tam personarum respectu habito, quam æstimatione rerum donatarū attenta: huiusmodi quippe mentio generalis meritorum siue causarum fraudulosa est arg. l. *qui testamentum, in fin. de probat.* & notat. per Ioannem Fabrum *in* §. *item si quis fraudem.* & §. *de pecunia autem. Inst. de actis.* ac nominatim inter personas, inter quas Donatio prohibetur, vti tenent & aiunt Decius *in consil.* 20. & Iason. *consil. clix. volum.* 2. sicut exheredatio à patre facta citra probationem causæ sufficientis effectum sortitur, bununique argumentum à testamento ad contractum ducitur, *l. pactum. ff. de pact.* Sic etiam in donationibus licitis & non reprobatis * probatio huiusmodi meritorum & causarum non requiritur. Ita tenet Bartolus *in l. si forte. ff. de castrens. pecul. vers. vlt. ibi. & hoc dico.* Ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mense Decembri 1455. inter Dominum *de Sepeluthe*, ab vna parte, & Antonium Breum, qui ab Æneo Berliono ius habebat, super donatione bonorum Wilhelmi Mirebelli, Domini Portæi ab altera parte.

* Et in eo donatarii à donatoribus probatione liberantur.

XV.

Donatarius quando accipere è manibus heredis debeat.

Donatarius aut legatarius postulare & apprehendere traditionem ab herede tenetur, neque in possessionem propria sua autoritate ingredi: Nihilominus si possessores sint, cōuenire heredem nō possunt, vt traditio rei donatæ aut legatæ ipsis fiat, atque iustitiu, heredem licet is iuris, non vero de facto possessor sit, rem donatam retinere, nec quicquam prætendere potest: Et ita Arresto Parisiensi iudicatū fuit, pro heredibus Carpentarii, aduersus viduam Alemannam, 5. Martii 1558 Isque textus est, *l. si vt certo.* §. *si duobus. ff. commod.*

E Lucio *lib.* 8. *tit. de legat. Arrest.* 6.

XVI.

Idem.

Altero Arresto Parisiensi, 3. Decēbris 1535. tantundem dictum fuit, in diuersa tamen facti specie, puta donatarium à primo statim limine heredē conuenire non posse, si tertius quidam possessorem in re donata turbet. Atque sufficit, heredem eam nō possidere, neque alterum ab eo aut dolo eius: verum si heres eam possideat, donatario aut legatario tradere eam tenetur.

E Lucio *ibid. Arrest.* 6.

XVII.

Idem.

Quamuis instrumētum donationis aut testamentum falsi accenseatur, nihilominus traditio propere fieri debet, per prouisionem, donatario rei ab herede, si eius possessionem tenet, præstita cautione. Vti iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 19. April. 1543. inter Ioannam Barbā & Antoniam Tronconias ab ab vna parte, & Ioannē Montetellū ab altera parte.

E. Lucio, *eod. libr. Arrest.* 7.

XVIII.

Donatarius donatio-

Mater quędam in filium donationem contulerat, tria capita in se complectentē: Primū, castri alicuius, Secundo quadringētarum librarum reditus: tertio omnium suorum mobilium. Filios donatarius cum videret, maius æs alienum matris esse, quam mobilia illa valerent, & ex Consuetudine Pictauiensi debita ea mobilibus soluenda esse, prędictam donationem, quoad tertium eius caput, quod de mobilibus agit, repudiat, in reliquis eam acceptat. Arresto Parisiensi, 1. die Decembris 1558. dictum fuit, eum donationem vel omnino acceptare vel omnino ea omnibus partibus repudiare oportere.

nem partim acceptare, partim repudiare non potuit.

V. Maynardum *lib.* 7. *Quæst suar. cap.* 58.

XIX.

Donationes ratis liberis renouantur.

Disposito *l. si vnquam. Cod. de reuocan. donat.* hodie In Francia obseruatur: puta, Donationes factas omnium bonorum, aut dimidiæ partis, tertiæ aut quartæ, siue in fauorem matrimonii, siue alia ex causa (nisi consuetudo localis repugnet) ipso iure ita vt nullius hominis ministerio opus sit, reuocari, si donator donatione iam perfecta liberos legitimos & naturales susceperit. Et ita compluribus Arrestis Parisiensibus iudicatum fuit, inde à 25. annis: vno in lite quadam ad relationem Domini Rouillardi Consiliarii, coram domino Sanct-Andreæ secundo Pręside. Altero Arresto ad relationem Domini Forestii Consiliarii, qui postea Præses Gratianopoli fuit.

Attamen Donatio ab auunculo in nepotem in fauorem matrimonii, velut heredem suum facta, retento à donatore in vitæ suæ dies vsu fructu, non obstante liberorum superuenientia, confirmata fuit Arresto Curiæ, 13. Ianuarii 1581. perorāte pro donatario Magistro Aduocato, & Gillonio pro donatore appellante, considerato matrimonio, ac certa vsusfructus retentione, & quarundam remunerationum & seruitiorum à donatario exhibitorum ratione habita, quo casu locum non habet *l.* 2. *C. de resciend. vendit. neque d. l. si vnqud.* V. Maynardum, qui interpretatur hoc Arrestum, & Arresta Parlamentorum Burdegalensis & Tholosani refert *lib* 4. *Quæstio. suar. Notab. cap.* 12. *& lib.* 6. *cap.* 61. V. etiam *tractat.* Molinæi, *de inofficiosis donatio.* I. C.

XX.

Idem.

Ex dispositione *l. si vnquam. Cod. de reuocand. donationib.* donationes inter viuos tacitā conditionem in se continent, *si donator liberos non habeat*: nam si liberos postea suscipiat, eæ reuocantur. Super huiusmodi dispositione D. Molinæus Aduocatus in Curia, cum vniuersa bona a sua fratri suo donasset, qui sese gratum postea non exhibuit, sed occasionem ei præbuerat, vt huiusmodi eum pœniteret liberalitatis, & quo iure eam reuocare posset, vxorē duxit, ex ea que liberos suscepit. His igitur superuenientibus rescriptum impetrat ad reuocandam prędictam donationem: cuius approbationi donatarius ob complures rationes intercedit, quarum vna eaque magis prægnans erat, quod in contractu videlicet matrimonii à donatario contracti donatio ista facta fuisset, & ante prædictum quoque matrimonium prædictus donator publicasset, se prædictam donationem facere valle, si prædictus donatarius bonam pro fratre suo conditionem videret. Igitur hac fiducia vxorem, quam haberet, sibi contigisse: cui ea hac ratione ingens doarium constituerit, absque quo eā nunquam nactus fuisset. Itaque si reuocatio huiusmodi admitteretur, nihil aliud hoc fore, quā imposturam approbare & fraudem in matrimonio contrahendo admissam. Donator rescriptum suum tuetur, quod in prædicta *l. si vnquam.* fundatum esset, quæ vtique indistincte & citra exceptionem vllam loquatur. Arresto Parisiensi, die Sabbathi Dominicæ de Libera, 22. April. anno 1551. iudicatum fuit, prædictum rescriptum approbandum esse, quo facto, nulla ratione habita illius, quod in contrarium disputatum & allatum fuerat, donationem reuocatam declarandam,

allatæ aduersa contra & dot. ind. Magnalii & feuda Episcopi & Gratianopolitanum.

dam citra doarii * præiudicium ex bonis donatis, si videlicet bona donatoris huic rei non sufficerent.

V. Decisio. 159. Parlamenti Burdegalensis, è D. Boerio Prædictus D. Molinæus hanc *l. si vnquam* explicuit, atque controuersiam hanc late deduxit *in commentario quodam ad prædictam l. consilio.* Quod si donatio de media parte bonorum od esset, ob superuenientiam liberorum non reuocaretur. Ita iudicatum Arresto quod in purpura pronuntiatum, anno 608 & quod in *Quæstio mea* 73. latius & plenius retuli & deduxi. I. C.

An esse dictus *l. si vnquam* in præteritū retrotrahat. * Hinc concluditur beneficium istius *l. si vnquam*, de reuocanda donatione in præteritum non retrahere in præiudicium creditorum donatarii & hypothecarū, nec eas reuocari, iuxta sententiam Alberici & D. Tiraquelli super prædicta lege: nisi donatarius post liberorum superuenientiam donatoriſ res donatas in fraudem dubie hypothecæ obligasset: quo casu beneficium reuocationis reuertitur ad diem superuenientium liberorum: post quem donatione reuocata, donatarius rerum donatarum dominus esse ipso iure desiit. Chassondus *lib. 3. Responsor. cap. 63. V. Respons. 7. lib. 4.* C.

XXI.

Idem. Cum conditiones matrimoniales agitarentur inter Wilhelmum Pellegruenum, & Dominicellā Ioannam Gaumontiam filiam Baronis de Lauzuno, Bertrandus Pellegruenus Protonotarius & sponsi frater, in fauorem prædicti matrimonii, & in casum, *quo liberos ex eo suscepisset*, partem & portionem, imo vniuersum ius, quod sibi tum & in futurum, in bonis, successione & hereditate patris ipsorum defuncti cōpeteret & competiturum esset donatione elargitur. Quo facto, prædictæ Dominicellæ sponsæ pro dotario in casum, quo ea superuixisset, fundus quidam & ditio sita Agini ex prædictis bonis, vna cum vsufructu reliquorum bonorū adsignatur, constituitur ac pacto conuento destinatur. Prædictus Bertrandus tempore isto duos è concubina quadam spurios susceperat, quos domi suæ seruabat: & sex mensibus postea prædictam donationem ratam habuit, & omnia in prædicto contractu contenta confirmauit. Matrimonium istud consummatur: ex eo duæ filiæ suscipiuntur. Bertrandus toto vitæ fratris sui tempore nunquam præ se tulit, prædictæ donationi contrauenire velle. Prædictus Wilhelmus moritur. Bertrandus duarum illarum neptumad aliquot annos tutor existit. Postea cum videret, se fratri suo deficientibus masculis substitutum fuisse, concubinam suam in vxorem ducit, atque eo modo duo illi spurii legitimi fiunt. Tum duas suas neptes, ipsarumque matrem conuenit, & tam ex capite suo, quam pro legitima sua, nec non (nullo ad prædictam donationem respectu habito) pro capite substitutionis paternæ, bona, citra vllius respecti auxilium petit. Ei prædicta donatio obiicitur, quæ tam legitimam, quam substitutionem, atque adeo omnia complectitur. Is ait, ob superuenientiam liberorum suorū, quos sibi eo matrimonio, & legitimatione adgnasci contigit, prædictam donationem reuocatam, per *l. si vnquam. Cod. de reuocand. donat.* & Baldum *in l. fin. Cod. de inoffic. donat.* Hanc ad rem summus fauor & maxima matrimonii priuilegia allegantur, quod ita contemplatione huius donationis contractum fuerat. Lis conclusa in Parlamento Burdegalensi, postea ad Consilium Maius euocata fuit, in quo Arresto, 9. Fabruarii 1545. rei condemnati fuerunt ad restituenda prædicto Bertrando omnia bona, quæ patris erant, substitutioni obnoxia, vt & legitimam istius actoris: legitimam à defuncto patre relictam & filiabus detractam: & fructus post litis contestationem percepptos, pro Trebellianica computatos. D. Boerius Præses *in decisio.* 157. 159. 160. ea de re plene tractat.

V. in Appendice huius. tit. Arr. 1.

XXII.

Idem. Antea, 13. die Maii 1528. in Parlamento Tholosano, simile Arrestum datum fuerat, & magis singulare, eo quod super dubio reuocādæ donationis translatum fuerat. Ioannes Iobertus in fauorem matrimonii Marcellino Crozeto vniuersa & singula bona sua, 27. Martii 1495. donauerat. Donator iste vxorem duxerat Margaretham Tardiuam, & ex ea Petrum & Stephanum filios suscepit. Pater ipse moritur: & donatarius pariter decedit, relicto Ioanne filio suo: Aduersus hunc vidua rescriptum offert, quo prædict. *l. si vnquam*, aduersus prædictam donationem, tanquam inofficiosam obseruetur, ac insuper allegat; defuncto donatori, contra promissionē alimenta denegata fuisse. Commissarius Balliuius Velleins in Sede Montsalconia, aliquo modo rescripti rationem habens, reum condemnat; vt à bonis donatis legitimam liberorum donatoris detrahat. Vidua eaque mater non appellat. Crozetus ad Parlamentum Tholosanum appellat. Vidua capto eo: filio rescriptum impetrat, capto eo appellante admittatur, & conqueritur, quod donatio in solidum reuocata non fuerit. Ea vincit Aresto vna cum restitutione fructuum à lite contestata, & expensis causæ appellationis & principalis: nulla ratione habita transactionis initæ aduersus prædictam reuocationem, quæ in irritum deducta fuit.

V. Maynardum lib. 4. Quæstio. suar cap. 12. qui limitationem eius refert, & ait, si donatio remuneratoria sit, eam valituram ratione valoris rei remuneratæ. I. C.

XXIII.

Donatio fauore matrimonii collata pro pter ingratitudinem & inobedientiam reuocata. Petrus Petrichonius mercator S. Bonneti Castelli, & Anna Vilatella vxor ipsius duas filias, Ioannam & Margaretham habent. Ioannam natu maiorem Petro Brialt elocant, 6. die Augusti anno 1548. ei in fauorem prædicti matrimonii, dimidiam partem vniuersorum & singulorum ipsorum bonorum donant, & societatem ineunt, puta prædicti Petrichonius & Vilatella pro parte dimidia, & prædicti Brialis & Ioanna Petrichonia pro parte altera dimidia. Constante hac societate quædam emtiones nomine illorum quatuor celebrantur, aliæ peculiares & priuatæ nomine patris & matris. Euenit postea, vt prædicta donataria Ioanna in id fecinus prorupetit, adeo vt odio parentem & matrem suam persequuta, eos iniuriis afficeret, tam domi ipsorum, quam in publico, vsque eo vt manus eis inferret violentas, eos fugere cogeret, expelleret, atque ad huiusmodi extremam necessitatem compelleret & redigeret, vt etiam bona ipsorum vēdere coacti fuerint, nec prædicta Ioanna ab illis rogata & requisita ne frustulo quidem vnico panis eis subsidio esse voluerit. Præterea, quo illos ad maiorem miseriam redigeret, citari eos curat, quā prædictis suis parentibus bona emerunt, & iuxta tenorem donationis instat, vt prædicti fundi venditi sibi addicantur: possessores prædictum Petrichonium & vxorem ipsius, & mortuis his, prædictam Vilatellam euictionis nomine conueniunt: quod eis tantum negotii facessit, vt prædictus pater rigorem filię suæ sequi & litigare coactus fuerit, ac interdum nesciuerit, quā ratione regrederetur, & mendicare cogeretur. Tandē, cum plura non posset, consilium ceperunt, Margaretham alteram ipsorum filiam matrimonio iungendi, eamque Ioanni de Gutta pragmatico prædicti S. Bonnetti elocant; qui postea litem ipsorum in se suscepit, tam ad repellendā ingratitudinē & insolētiam prædictę Ioannæ, quā ad subsidiū ferēdum & prædictis parētibus alimēta exhibēda: qui donatione inter

 viuos

viuos in prędictos de Gutta & Margaretham ipsorũ filiam vniuersa & singula sua bona præsentia & futura, vltima die Septembris 1578. contulerunt. Atqui postea prędictus pater morti proximus testamentum condidit eoque contractam societatem & donationem celebratam cum prædicta Ioanna reuocauit, ob ingratitudinis ipsius causas, memoratas & prædicto testamento expressas, ac in solidum heredes scribit prædictos de Gutta & Margaretham filiam suam, prædictamque Ioannam exheredauit, legatis ei tantum quinque solidis. Patre mortuo prædicti heredes & donatarii ad vindicandam ingratitudinẽ & indignæ istius Ioannæ facta, & ad exequendam prædictam reuocationem, & exheredationem operam impendunt: eumque in finem prædictam Ioannam in ius vocant, quo eius os impudens occludatur, manusque ligentur, ne deinceps de prædicta donatione & societate se iactet, ac quacunque ratione præualere seu illarum cõmodis frui possit. Insuper, vt actiones aduersus complures tertios possessores intentatas sisteret, in quibus prędicta Villarella mater velut auctor appellata fuerat, cum pro nonnullis causam in se suscepisset, prædicti vero actores pro aliis: ac prędicta Villarella præterea in instantia reuocationis donationis intercessisset, ac omnibus simol iunctis partes coram Ballinio Forosegusiensi vel Locumtenente ipsius Mombrisonii processerunt, in qua lite, interim dum probationes expectarentur, prædictæ Ioannæ per prouisionem ad sui sustentationem, super prædictis bonis, cuiusdam summæ annuæ pensio adiudicata fuit. Ab ea plene ac late defensum & exceptum fuit, omnia sibi à patre & matre, ex mutua reconciliatione remissa & cõdonata fuisse, tam ante renocationem, quam post cã, & tam eam quæ in secunda donatione continebatur quam in testamento: & super eo partes scripserunt, informarunt, iudicioque constituto produxerunt, exceperunt, contradictorios præbuerunt & salnationes. Sententia prædicti Balliui hæc insecuta fuit, qua dictum & iudicatum fuit, iusta ac legitima causa prædictum defunctum Petrichonium & vxorem ipsius prædictam donationem reuocasse & societati renuntiasse, in bonum & commodum prædictæ Ioannæ Petrichoniæ ipsorum filiæ, & hac de causa ob prædictam reuocationem, eam exheredari ac legitima priuari omnibus bonis oportere, quæ ex genere prædictorum parentum suorum proe dederent, siue auita siue gentilitia essent, iisque indignam ex eo iudicatam, ob ingratitudinis causas, ob opprobria & iniurias aduersus eos admissa: eique interdictum fuit, ne quicquam prætenderet, aut cuiusquã rei nomine se iactaret, aut alia quacunque re frueretur, præter quinque solidos ei legatos: nec vllum detentatorem vel possessorem tertium fundorum è bonis istis, aut quemcunque iura à prædictis suis parentibus habentem conueniret. Quantum vero ad pensionem an re hac ei per prouisioné adiudicatam, ab ea tũ definitiuè depulsa fuit, ita vt eius deinceps nil postulare posset, siue in præteritum, siue in futurũ: hactenus tamen vt percepta iam ab ea repeti non possent, atque quantum ad ea, quæ à dictis parentibus suis acquisita fuerunt, aut nomine illorum, vt & à marito suo Petro Briali, & ab ea ipsa, ei dimidiam partem illorum relinquendam, tam pro suo capite, quam pro capite defuncti sui mariti, cuius ipsa heres esset, nihilque in acquisitis prætendere posset, in quibus vel ea vel ipsius maritus nominati non essent, atque etiam citra præiudicium fundorum & bonorum, quæ actrici illi obtigerant, alio tamen modo, quam ex prædicta societate & donatione, ex qua nullam rem ad se pertinere prætendere posset, pro suo capite aut prædicti Brialis: ex cuius capite ei reseruaretur, si vel minima res ipsius propria à prædictis parẽtibus alienata deprehenderetur, in ea prędictam ream indemnem præstandam, eaque de cetero ab omnibus actionibus & petitionibus aduersus tertios possessores prędictorum bonorum donatorum nomine intentatis depellitur, & ab iis Simon Gentiallonus, Pouderosius prædictique actores, qui litem in se velut auctores susceperant, absoluti fuerunt: vt & Petrus Chossius & prædicta Villarella, qui litem in se pro illo susceperant: Villarella præterea admissa fuit, in prædicta instantia principali interueniens, & prædicta Ioanna Perrichonia condemnata in expensas instantiæ, à quo ea appellauit ad Curiam Parlamenti Parisiensis, cuius Arresto, 5. Ianuarii 1585. dictum fuit, nulla habita præscriptionum oppositarum ratione, male & absque grauamine ab appellante appellatum fuisse, eaque in expensas instantiæ appellationis & multam condemnata fuit. Arrestũ istud magni exempli est, pro obedientia patri & matri debita, & ad submouendos vel renocandos omnes donatarios ab ingratitudine: cuius generis donatarii sane detestandi sunt & execrabiles, iuxta illud, quod ait Plautus: *Omnia maledicta dixeris, si* INGRATVM *gratum dixeris.*

XXIV.

Alterum Arrestum prædicti Parlamenti Tholosano sequitur, quod pronuntiatum in purpura à D. Pręsidè Fabro, 13. Septembris 1564. Species hæc est: Claudius Beras Scutifer, anno 1510. omnia bona sua donationis titulo in Claudium filium suum vnicum, in contractu matrimonii contulerat, ea lege, vt prædicta bona donata spectarẽt & restituerẽtur primo filio masculo nato ex prædicto matrimonio, & deficientibus masculis prædicti matrimonii, ad primũ alteri⁹ secũdi matrimonii à prędicto donatario initi filium pertinerent, ac dotem tunc designatã & limitatam filiabus, tam primi quam secundi matrimonii solueret. Contigit, vt ex prædicto matrimonio masculus nõ susciperetur, sed vnica tantum filia, quã pater donatarius Iacobo Chambisortio elocat, eoque facto ei dimidiam partem suorum bonorum donat: filia ista moritur relicta alia filia ex se & prædicto Cambisortio marito suo: cui, ceu pater prædictæ filiæ, prædictus Claudius primus donatarius commodo & bono prædictæ suæ neptis donationẽ facit, reseruata pensione quadam alterius prædictorum suorum bonorum non donatorum partis dimidiæ. Ea omnia coram Iudice ordinario & Arresto prædicti Parlamenti insinuantur. Donator hic auus, & primus donatari⁹, mortua vxore sua & filia vnica, domi suæ concubinam habet, ex qua in concubinatu isto vnicum filium & filiam vnicam suscepit: & vt eos legitimet, prædictam concubinam in vxorem ducit, quo facto eos legitimos habet. Cum se omnibus bonis suis destitutum videret, & mediis priuatũ, quo in prædictos filium scilicet & filiam conferret, ad praxim supra allegatæ *l. si vnquam*, exercendam se confert, & rescriptum impetrat, quo prædictas duas donationes ob natiuitatem duorum liberorum reuocari curet. Gener, pater postremæ donatariæ filiæ suæ, ei rei intercedit & excipit, prædictos liberos longe ante matrimonium natos fuisse. Et licet tẽpore pdicti matrimonii legitimi facti fuissent, eiusmodi legitimationé iure retrahi nõ posse, p c. *quãuis.*

Donatio fauore matrimonii collata, propter ingratitudinem & inobedientiã reuocata.

de

de rescript. in 6. Quicquid sit, non nisi legitimatu eos habere debere. His ita agitatis, impetrans prædictum rescriptum moritur, filium suum heredem instituit, & iure institutionis nepti ex filia centum libras donat. Filius hic heres litem reassumit: ambæ partes litigantes in duos Aduocatos & alios duos ipsorum amicos compromittunt: ibi prædicto actori legitimam suam adiudicant, quam ipsi reducunt ad diuisionis onus euitādum, ad certam pensionem quæ redimi posset: is appellat ad prædictum Parlamentum Tholosanum, vbi appellatio concluditur. Ex eo tempore & post prædictam conclusionem & grauamina proposita, prædictus appellans moritur, & testamento sororem suam ex concubina, heredem instituit: quæ litem resumit. Arresto quod pronunciatum, 13. Septembris 1564. appellatione & eo à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, dimidia prędictorum bonorum appellanti isti adiudicatur, altera dimidia vero appellatæ, quæ ad consignandas quingentas libras intra quindecim dierū spacium condamnatur, ad diuisionem celebrandam, & ad alimenta prædictæ appellanti, pendente prædicta diuisione præbenda: cuius celebrandæ tēpore rationem reparationum & meliorationū à prædicto appellato factarum habendam. Arrestum istud complures dubios reddere posset, quandoquidem prædicta *l. si vnquam*, non obseruetur, nisi pro dimidia parte, cum tamen donator expresse in solidum egisset & conclusisset. Et sane necesse est, vt ad prædictum Arrestum fundandum alia ratio esset, quam concubinatus & legitimatione subsequentis: reuera enim nullum dubium est, quin idem plane sit, ac si matrimonium prius contractum fuisset, & in eo liberi nati. Itque textus est *cap. tanta. Qui fil. sint legit.* Prædictus Dominus Præses tempore prædictæ pronunciationis id celare non potuit, sed cœtū dubio isto liberauit, & declarauit, Curiam in eo se fundasse, quod filius, ita legitimatus, mortuus fuerat, nec nisi soror superstes manserat, atque duos illos, auum nempe & patrem, semper declarasse, se masculos prælatos velle, & filias postpositas: & ea fuit duntaxat occulta causa, absque ea quippe probabiliter prædicta *l. si vnquam* limitari nō posset: verum iuxta eam vniuersa bona donata donatario adiudicanda fuissent.

Super hoc Art. V. Boerium *decisio. 159.* Choppinum *de morib. Parisio. lib. 2. tit. 4. n. 18.* Carondam *lib. 7. cap. 94.* Maynardum *lib. 4. cap. 15.* I. C.

XXV.

[...]atio [...]tis [...] non [...]ua.

Donationes eæ tantum, quæ statim valent, insinuari debent, non vero eæ, quæ mortis causa fiunt: eæ quippe non valent, nisi sequuta morte. nihilominus olim, si eæ quingentos coronatos excederēt, eas insinuari oportebat, *l. donatio C. de donat.* Verum postea correctum id fuit per *l. fin. Cod. de donat. caus. mort.* modo eæ quinque testibus munitæ sint. *l. si quis pro redemtione. C. de donatio.* Et ita * Arresto Gratianopolitano anno 1461. iudicatum fuit, definita lite Rupichinardii, inter fratres Alemannos.

* Desumptum ex Guido Pap. *Quæst. 610.* V. Ant. Rub. *consil. 57. in pr.* Maynardū *lib. 3. cap. 6. Quæstio. suor.* licet Donatio nō nisi duobus testibus præsentibus celebrata fuerit, si mortis causa donatio sit, cuiuscunque tandem summæ, insinuationi obnoxia non est, iuxta edictum & declarationem Regis Henrici II. anno 1549. *Adde Arrest. 30. infra.* I. C.

XXVI.

[...]tio [...]u- [...]cō- [...]nō

Donationes coram Iudice incompetente valide seu cum effectu insinuari non possunt: cum enim huiusmodi insinuationes ad euitandum dolum & fraudem introductæ sint, *l. data C. de donat.* partes ea ratione colludendo & ad decipiendum alterum, Iudicem ex compacto ad nutumque ipsorum eligere possent. Eaque sententia fuit Baldi *in l. illud. Cod. de SS. Eccles.* Ita compluribus Arrestis Gratianopolitanis iudicatum fuit, quæ absque data allegat Guido Pap. *quæst. 325. numero 1. in fine.* Quod ad hanc insinuationis materiam attinet, Constitutione nullum tempus insinuandi præstitutum est, ex qua ratione, intra 30. annos insinuari posse videtur. *l. licet. Cod. de iur. deliber.* modo id superstite donatore fiat, etiamsi ipsius consensus ad insinuandum non sit necessarius, sed sufficiat * id à solo donatario fieri, donatore inscio, atque eadem parique ratione sufficiet, si donator absq; donatario insinuari curet, *l. cum multa.* & Authentica, *eo decursum. de donation. ante nuptias.* Pariter non minus insinuatio valebit, si postquam donationi ob defectum insinuationis contradictum fuerit, fieret. Insinuatio quando & per quem fieri possit.

Ad interpretationem huius capitis nota, omnem donationem insinuationi obnoxiam, ad ipsius validitatem insinuari debere, in Sedibus ordinariis & particularibus Præfecturæ, Balliuiatus aut Seneschalliæ, vbi partes donātes domicilium habent, & res donatæ sitæ sunt, nec validam futuram, si in Sedibus principalibus Catholicis insinuata fuisset: exempli gratia: si domus quædam sita in ciuitate Bituricensi donata fuisset ab extraneo quodam extra ciuitatem & intra Balliuiatum habitante, alteri cuidam, qui in eodem loco domicilium suum haberet, hoc casu non sufficeret, insinuatam fuisse donationem in Balliuiatu Bituricensi, & Sede Principali Biturigibus: verum necesse est vt insinuata fuerit in Sede Præfecturæ, & id eum in finem, vt vnusquisque eius magis specialem notitiam habere possit: ita cōpluribus Arrestis iudicatum fuit, quæ late *in quæstio. mea 73. Notab. quæstio iuris vetusti.* Donatio in Sede regia particulari, nō in sede generali insinuari debet.

V. *Constitutiones anni 1549. 1566. artic. 58* Bourdinū *ad artic. 32. Constitutiones anni 1539* Charondā *lib. 3. cap. 4.* qui ait, insinuationem fieri debere corā iudice ordinario domicilii donantis & donatarii, & situs rerum donatarum: quod si in diuersis Iurisdictionibus sitæ sint, insinuatio nō nisi pro iis rebus valebit: quæ ibi sitæ sunt, vbi insinuatio facta fuit. Maynardus *lib. 2. cap. 57. & lib. 6. cap. 65.* I. C.

* Sufficit donationem insinuari a donatore aut donatario, Baldus *in l. cū multa hic allegata, & in l. hac. Cod. de donatio.* Angelus *consil. 1579. in fin.* Alexander *consil. 157. n. 9. lib. 2.* Imbertum *enchiridio, in verbo, insinuatio, in fin.* Caronda *lib. 2. Respons. Ar. 78.* de eo Arrest ā quoddam Parisiense laudat 23. Maii 1561. Tempus, intra quod insinuatio fieri debeat, hodie Constitutione limitatur & definitur ad quatuor menses, & sex menses pro iis, qui extra Regnum habitant. I. C.

XXVII.

Nicolaus du Creux Presbyter Donzius in Foro-segusiensi, in fauorem contractus matrimonii, inter Antonium Napolerium & Antoninam Tinardam donatione inter viuos irreuocabilis & propter nuptias prædicto Napulerio nepoti suo, dimidiam partem vniuersorum ac singulorum bonorum suorum elargitur. Et quo casu *intestatus decederet*, alteram dimidiam partem simul eodemque modo donat: atque extunc vt ex nunc se bonis suis exuit, eaque precario titulo nomine prædicti donatarii possidere constituit. Prædictus du Creux donator moritur: legitimi sui heredes interdicto aduersus donatarium experiuntur. Is excipit & asserit se possessorem esse, & donationem insinuatam, attamen mortuo iam donatore allegat. Præterea ait citra prędictam donationem matrimoniū non cōtrahendū fuisse, prædicto du Creux dotem prædictæ Tinardæ solutam fuisse & aduersus heredes omnia quæ supra locum habere: Constitutionem quippe de insinuatione pro hypothecis creditorum esse. Heredes aiunt, donationem, eo quod viuente prædicto du Creux insinuata non fuisset non valere: eiusque rationem nullam habendam, nec ad fauorem matrimonii respiciendum, adduntque cum non esset vniuer- Insinuatio post mortē donatoris non valet.

viuos in prędictos de Gutta & Margaretham Ipsorũ filiam vniuersa & singula sua bona præsentia & futura, vltima die Septembris 1578. contulerunt. Atqui postea prędictus pater morti proximus testamentum condidit eoque contractam societatem & donationem celebratam cum prædicta Ioanna reuocauit, ob ingratitudinis ipsius causas, memoratas & prædicto testamento expressas, ac in solidum heredes scribit prædictos de Gutta & Margaretham filiam suam, prædictamque Ioannam exheredauit, legatis ei tantum quinque solidis. Patre mortuo prædicti heredes & donatarii ad vindicandam ingratitudinẽ & indigna istius Ioannæ facta, & ad exequendam prædictam reuocationem, & exheredationem operam impendunt: eumque in finem prædictam Ioannam in ius vocant, quo eius os impudens occludatur, manusque ligentur, ne deinceps de prædicta donatione & societate se iactet, ac quacunque ratione præualere seu illarum cõmodis frui possit. Insuper, vt actiones aduersus complures tertios possessores intentatas sisteret, in quibus prędicta Villarella mater velut auctor appellata fuerat, eum pro nonnullis causam in se suscepisset, prædicti vero actores pro aliis: ac prędicta Villarella præterea in instantia reuocationis donationis intercessisset, ac omnibus simul iunctis partes coram Balliuio Forosegusiensi vel Locumtenente ipsius Mombrisonii processerunt, in qua lite, interim dum probationes expectarentur, prædictæ Ioannæ per prouisionem ad sui sustentationem, super prædictis bonis, cuiusdam summæ annuæ pensio adiudicata fuit. Ab ea plene ac late defensum & exceptum fuit, omnia sibi à patre & matre, ex mutua reconciliatione remissa & cõdonata fuisse, tam ante reuocationem, quam post eã, & tam eam quæ in secunda donatione continebatur quam in testamento: & super eo partes scripserunt, informarunt, iudicioque constituto produxerunt, exceperunt, contradictorios præbuerunt & saluationes. Sententia prædicti Balliui hæc insecuta fuit, qua dictum & iudicatum fuit, iusta ac legitima causa prædictum defunctum Perrichonium & vxorem ipsius prædictam donationem reuocasse & societati renuntiasse, in bonum & commodum prædictæ Ioannæ Perrichoniæ ipsorum filiæ, & hac de causa ob prædictam reuocationem, eam exheredari ac legitim- priuari omnibus bonis oportere, quæ ex genere prædictorum parentum suorum procederent, siue auita siue gentilitia essent, vtque indignam ex eo iudicatam, ob ingratitudinis causas, ob opprobria & iniurias aduersus eos admissa: eique interdictum fuit, ne quicquam prætenderet, aut cuiusquã rei nomine se iactaret, aut alia quacunque re frueretur, præter quinque solidos ei legatos: nec vllum detentatorem vel possessorem tertium fundorum è bonis istis, aut quemcunque iura à prædictis suis parentibus habentem conueniret. Quantum vero ad pensionem ante hæc ei per prouisionẽ adiudicatam, ab ea tũ definitiuè depulsa fuit, ita vt eius deinceps nil postulare posset, siue in præteritum, siue in futurũ: hactenus tamen vt percepta iam ab ea repeti non possent, atque quantum ad ea, quæ à dictis parentibus suis acquisita fuerunt, aut nomine illorum, vt & à marito suo Petro Briali, & ab ea ipsa, ei dimidiam partem illorum relinquendam, tam pro suo capite, quam pro capite defuncti sui mariti, cuius ipsa heres esset, nihilque in acquisitis prætendere posset, in quibus vel ea vel ipsius maritus nominati non essent, atque etiam citra præiudicium fundorum & bonorum, quæ actrici illi obrigerant, alio tamen modo, quam ex prædicta societate & donatione, ex qua nullam rem ad se pertinere prætendere posset, pro suo capite aut prædicti Brialis: ex cuius capite ei reseruaretur, si vel minima res ipsius propria à prædictis parẽtibus alienata deprehenderetur, in ea prędictam ream indemnem præstandam, eaque de cetero ab omnibus actionibus & petitionibus aduersus tertios possessores prędictorum bonorum donatorum nomine intentatis depellitur, & ab iis Simon Gentiallonus, Ponderosius prædictique actores, qui litem in se velut auctores susceperant, absoluti fuerunt: vt & Petrus Chossius & prædicta Villatella, qui litem in se pro illo susceperant: Villatella præterea admissa fuit, in prædicta instantia principali interueniens, & prædicta Ioanna Perrichonia condemnata in expensas instantiæ, à quo ea appellauit ad Curiam Parlamenti Parisiensis, cuius Arresto, 5. Ianuarii 1585. dictum fuit, nulla habita præscriptionum oppositarum ratione, male & absque grauamine ab appellante appellatum fuisse, eaque in expensas instantiæ appellationis & multam condemnata fuit. Arrestũ istud magni exempli est, pro obedientia patri & matri debita, & ad submouendos vel reuocandos omnes donatarios ab ingratitudine: cuius generis donatarii sane detestandi sunt & execrabiles, iuxta illud, quod ait Plautus: *Omnia maledicta dixeris, si* INGRATVM *gratum dixeris.*

XXIV.

Alterum Arrestum prædicti Parlamenti Tholosano sequitur, quod pronuntiatum in purpura à D. Pręsidẽ Fabro, 13. Septembris 1564. Species hæc est: Claudius Beras Scutifer, anno 1510. omnia bona sua donationis titulo in Claudium filium suum vnicum, in contractu matrimonii confert, ea lege, vt prædicta bona donata spectarẽt & restituerẽtur primo filio masculo nato ex prædicto matrimonio, & deficientibus masculis prædicti matrimonii, ad primũ alterius secũdi matrimonii à prędicto donatario initi filium pertinerent, ac dotem tunc designatã & limitatam filiabus, tam primi quam secundi matrimonii soluere. Contigit, vt ex prædicto matrimonio masculus nõ susciperetur, sed vnica tantum filia, quã pater donatarius Iacobo Chambifortio elocat, eoque facto ei dimidiam partem suorum bonorum donat: filia ista moritur relicta alia filia ex se & prædicto Cambifortio marito suo: cui, ceu patar prædictæ filiæ, prædictus Claudius primus donatarius commodu & bono prædictæ suæ neptis donationẽ facit, reseruata pensione quadam alterius prædictorum suorum bonorum non donatorum partis dimidiæ. Ea omnia coram Iudice ordinario & Arresto prædicti Parlamenti insinuantur. Donator hic auus, & primus donatarius, mortua vxore sua & filia vnica, domi suæ concubinam habet, ex qua in concubinatu isto vnicum filium & filiam vnicam suscepit: & vt eos legitimet, prædictam concubinam in vxorem ducit, quo facto eos legitimos habet. Cum se omnibus bonis suis destitutum videret, & mediis priuatũ, quo in prædictos filium scilicet & filiam conferret, ad praxim supra allegatæ *l. si vnquam*, exercendam se confert, & rescriptum impetrat, quo prædictas duas donationes ob natiuitatem duorum liberorum reuocari curet. Gener, pater postremæ donatariæ filiæ suæ, ei rei intercedit & excipit, prædictos liberos longe ante matrimonium natos fuisse. Et licet tẽpore prædicti matrimonii legitimi facti fuissent, eiusmodi legitimationẽ iure retrahi nõ posse, pe. *quãuis.*

Donatio facta in matrimonii cõsilio, propter ingratitudinem & inobedientiã reuocata.

de

de rescript. in 6. Quicquid sit, non nisi legitimam eos habere debere. His ita agitatis, impetrans prædictum rescriptum moritur, filium suum heredem instituit, & iure institutionis nepti ex filia centum libras donat. Filius hic heres litem reassumit: ambæ partes litigantes in duos Aduocatos & alios duos ipsorum amicos compromittunt: hi prædicto actori legitimam suam adiudicant, quam ipsi redicunt ad diuisionis onus euitãdum, ad certam pensionem quæ redimi posset: is appellat ad prædictum Parlamentum Tholosanum, vbi appellatio concluditur. Ex eo tempore & post prædictam conclusionem & grauamina proposita, prædictus appellans moritur, & testamento sororem suam ex concubina, heredem instituit: quæ litem resumit. Arresto quod pronunciatum, 13. Septembris 1564. appellatione & eo à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, dimidia prędictorum bonorum appellanti isti adiudicatur, altera dimidia vero appellatæ, quæ ad consignandas quingentas libras intra quindecim dierũ spacium condemnatur, ad diuisionem celebrandam, & ad alimenta prædictæ appellanti, pendente prædicta diuisione præbenda: cuius celebrandæ tẽpore rationem reparationum & meliorationũ à prædicto appellato factarum habendam. Arrestum istud complures dubios reddere posset, quandoquidem prædicta *l. si vnquam*, non obseruetur, nisi pro dimidia parte, cum tamen donator expresse in solidum egisset & conclusisset. Et sane necesse est, vt ad prædictum Arrestum fundandum alia ratio esset, quam concubinatus & legitimatione subsequentis: reuera enim nullum dubium est, quin idem plane sit, ac si matrimonium priua contractum fuisset, & in eo liberi nati. Itque textus est *cap. tanta. Qui fil. sint legiti.* Prædictus Dominus Præses tempore prædictæ pronunciationis id celare non potuit, sed cœtũ dubio isto liberauit, & declarauit, Curiam in eo se fundasse, quod filius, ita legitimatus, mortuus fuerat, nec nisi soror superstes mansarat, atque duos illos, auum nempe & patrem, semper declarasse, se masculos prælatos velle, & filias postpositas: & ea fuit duntaxat occulta causa, absque ea quippe probabiliter prædicta *l. si vnquam* limitari nõ posset: vetum iuxta eam vniuersa bona donata donatario adiudicanda fuissent.

Super hoc Art. V. Boerium *decisio.* 159 Choppinum *de morib. Parisio. lib. 2. tit. 4 n.* 18. Carondam *lib. 7. cap.* 94. Maynardum *lib. 4. cap.* 15. I. C.

XXV.

...tio ...is non ...a Donationes eæ tantum, quæ statim valent, insinuari debent, non vero eæ, quæ mortis causa fiunt: eæ quippe non valent, nisi sequuta morte. nihilominus olim, si eæ quingentos coronatos excederẽt, eas insinuari oportebat, *l. donatio. C. de donat.* Verum postea correctum id fuit per *l. fin. Cod. de donat. caus. mort.* modo eæ quinque testibus munitæ sint. *l. si quis pro redemtione. C. de donatio.* Et ita * Arresto Gratianopolitano anno 1461. iudicatum fuit, definita lite Rupichinardii, inter fratres Alemannos.

* Desumptum ex Guido Pap. *Quæst.* 620. V. Ant. Rub. *consil.* 57. *in pr.* Maynardũ *lib. 3. cap. 6. Quæstio. fuer.* licet Donatio nõ nisi duobus testibus præsentibus celebrata fuerit, si mortis causa donatio sit, cuiuscunque tandem summæ, insinuationi obnoxia non est, iuxta edictum & declarationem Regis Henrici II. anno 1549. *Adde Arrest.* 30. *infra.* I. C.

XXVI.

...atio ...iu- ...cõ- ...eas Donationes coram Iudice incompetente valide seu cum effectu insinuari non possunt: enim enim huiusmodi insinuationes ad euitandum dolum & fraudem introductæ sint, *l. data C. de donat.* partes ea ratione colludendo & ad decipiendum alterum, Iudicem ex compacto ad nutumque ipsorum eligere possent. Eaque sententia fuit Baldi *in l. illud. Cod. de SS. Eccles.* Ita compluribus Arrestis Gratianopolitanis iudicatum fuit, quæ absque data allegat Guido Pap. *quæst.* 3 a 5. *numero* 1. *in fine.* Quod ad hanc insinuationis materiam attinet, Constitutione nullum tempus insinuandi præstitutum est, ex qua ratione, intra 30, annos insinuari posse videtur, *l. licet. Cod. de iur. deliber.* modo id superstite donatore fiat, etiamsi ipsius consensus ad insinuandum non sit necessaria, sed sufficiat * id à solo donatario fieri, donatore inscio, atque eadem parique ratione sufficiat, si donator absq; donatario insinuari curet, *l. tum multa.* & Authentica, *eo decursum. de donation. ante nuptias.* Pariter non minus insinuatio valebit, si postquam donationi ob defectum insinuationis contradictum fuerit, fieret. Insinuatio quando & per quem fieri possit.

Ad interpretationem huius capitis nota, omnem donationem insinuationi obnoxiam, ad ipsius validitatem insinuari debere, in Sedibus ordinariis & particularibus Præfecturæ, Balliuiatus aut Senescalliæ, vbi partes donãtes domicilium habent, & res donatæ sitæ sunt, nec validam futuram, si in Sedibus principalibus Catholicis insinuata fuisset: exempli gratia: si domus quædam sita in ciuitate Bituricensi donata fuisset ab extraneo quodam extra ciuitatem & intra Balliuiatum habitante, alteri cuidam, qui in eodem loco domicilium suum haberet, hoc casu non sufficeret, insinuatam fuisse donationem in Balliuiatu Bituricensi, & Sede Principali Biturigibus: verum necesse est vt insinuata fuerit in Sede Præfecturæ, & id eum in finem, vt vnusquisque eius magis specialem notitiam habere possit: ita cõpluribus Arrestis iudicatum fuit, quæ late *in quæstio. mea* 73. *Notab. quæstio Iuris vetulo.* Donatio in Sede regia particulari, nõ in sede generali insinuari debet.

V. *Constitut onis anni* 1549. 1566. *artic.* 58. Bourdinũ *ad artic.* 31. *Constitutionis anni* 1539 Charondã *lib. 3. cap.* 4. qui ait, insinuationem fieri debere corã iudice ordinario domicilii donantis & donatarii, & situs rerum donatarum: quod si in diuersis Iurisdictionibus sitæ sint, insinuatio nõ nisi pro iis rebus valebit: quæ ibi sitæ sunt, vbi insinuatio facta fuit. Maynardus *lib. 2. cap* 57. *& lib. 6. cap.* 65. I. C.

* Sufficit donationem insinuari a donatore aut donatario, Baldus *in l. cũ multa hic allegata, & in l. har. Cod. de donatio.* Angelus *consil.* 1579. *in fin.* Alexander *consil.* 157. *n.* 9 *lib.* 2. Imbertus *in enchiridio, in verbo, insinuatio, in fin.* Caronda *lib. 2. Respons. Ar* 78. de eo Arrestũ quoddam Parisiense laudat 23. Maii 1561. Tempus, intra quod insinuatio fieri debeat, hodie Constitutione limitatur & definitur ad quatuor menses, & sex menses pro iis, qui extra Regnum habitant. I. C.

XXVII.

Nicolaus du Creux Presbyter Donzius in Forosegusiensi, in fauorem contractus matrimonii, inter Antonium Napolerium & Antoninam Tinardam donatione inter viuos irreuocabilis & propter nuptias prædicto Napulerio nepori suo, dimidiam partem vniuersorum ac singulorum bonorum suorum elargitur. Et quo casu *intestatus decederet*, alteram dimidiam partem simul eodemque modo donat: atque extunc vt exnunc se bonis suis exuit, eaque precarii titulo nomine prædicti donatarii possidere constituit. Prædictus du Creux donator moritur: legitimi sui heredes interdicto aduersus donatarium experiuntur. Is excipit & asserit se possessorem esse, & donationem insinuatam, attamen mortuo iam donatore allegat. Præterea ait citra prędictam donationem matrimoniũ non cõtrahendũ fuisse, prædicto du Creux dotem prædictæ Tinardæ solutam fuisse & aduersus heredes omnia quæ supra locum habere: Constitutionem quippe de insinuatione pro hypothecis creditorum esse. Heredes aiunt, donationem, eo quod viuente prædicto du Creux insinuata non fuisset non valere: eiusque rationem nullam habendam, nec ad fauorem matrimonii respiciendum, addunt eam non esset vniuer- Insinuatio post mortem donatoris non valet.

falem, retentiones nonnullas esse, prædictumque donatarium nihil ex parte sua largiri. Iterum iudices, cum partium articulos seu allegata non sufficienter probarentur, tam pro interdicto experientibus, ipsos videlicet legitimos heredes esse, quam alios excipientis siue rei articulos, partes informare oportere decreuerunt. Ab excipiente appellatio interponitur ad Parlamentum Parisiense directa, vbi partes nouas productiones faciunt, tam allegationum, quam instrumentorum. Arresto, 27. Iulii 1555. quod datum ad relationem Domini Senetonii, quocum alius Dominus ad perorandas aliarum Camerarum sententias delegatus fuerat, dictum fuit & iudicatum vigore illius quod de nouo factum fuerat, appellatione atque eo à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, Ioannem Iaconium Presbyterum Forensem, iura prædictorum heredum habentem, plene ac definitiue manutenendum, & excipientem donatarium ab acceptione sua depellendum, & in expensas causæ principalis & interesse ob excitatas hasce turbas condemnandum, salua ei actione de dote, quæ à defuncto receptam fuisse prætendebatur, & saluis appellato exceptionibus suis in contrarium. Atque hoc in Prouinciis quæ iure scripto reguntur, obtinet & omne fundatur super defectu insinuandi superstite donatore, iuxta sententiam Phil. Corne. *consil. xxi. volum.* 2. per *l. cum multæ.* §. *similique modo Cod. de donatio. propter nuptias.* aduersus sententias complurimum magnorum virorum, qui contrarium censuerunt.

Ex *artic.* 58. Constitutionis Molineosis addi oportet, nisi insinuatio intra quatuor aut sex menses a prædicta Constitutione præfixos facta fuerit, eo casu donationem non ideo minus valere, etiamsi post mortem donatoris facta fuerit. V. Charondam *lib.* 4. *Responso. cap.* 4. I. C. Alterum simile Arrestum extat anni 1546. Charondas *li.* 6. *cap.* 81.

Ratio insinuandi donationem post quatuor menses.

Quatuor aut sex mensibus elapsis, si mandatum a donatore ad postulandam insinuationem emittatur, insinuatio quæ intra quatuor menses a die mandati numerandos fiet, valida erit, atque hoc ordinarie obseruatur, quando tempus insinuationis elapsum fuit. Charondas *lib.* 5. *cap.* 27. *Responsor.* D. Maynardus. *lib.* 2. *Quæst.* *cap.* 59. alioquin donatio nulla declarabitur, absque vlla restitutionis spe, ac nequidem Regio rescripto impetrato iure maiores: Charondas *l.* 7. *cap.* 18. *Responsor.* V. pro minoribus id quod notatur ad *Arrestum* 30. I. C.

Aduersus defectum insinuationis nemo restituitur.

XXVIII.

Donatio iureiurando præstito insinuationi renuntiare potest, ac promittere neque à se neque à suis huiusmodi defectum vnquam oppositum iri. *c. cum contingat. de iureiur. & cap. licet. eod. tit. in* 6. & *l. si quis pro eo ff. depositi*. Atque hoc ratione eius, quod donatorem & heredes eius attinet, intelligitur: non vero quoad tertium, cuius ratione hypothecæ postea acquisitæ interest. huiusmodi quippe res fraudulosa foret, quæ ex Constitutione postrema tolerari non potest. Atque ita vt supradictum, Arresto Gratianopolitano anno 1433. iudicatum fuit inter dominum Cruflu, Balliuum Matisconensem Seneschallum Lugdunensem ab vna parte, & Dominam E[illegible] Tournonium. Atq; altero simili Arresto, quod datum, mense Iunio 1461. pro Arce Rupichiuarii.

Donatio, in qua insinuationi renuntiatum fuit, aduersus quem seu cuius respectu valeat?

Arrestum illud desumptum est ex Guido. Pap. *decisio* 350. quod D. Maynardus. *lib.* 6. *Quæstio. cap.* 23. reprobat, atqui Constitutionem Molinensi, & quia maior pars rationis huius Arresti in insinuando fundatur, hodie cesset, eo quod insinuatio essentialis donationum forma sit, ei renuntiari non posse. & huiusmodi defectum actum nullum reddere solo iure intellecto, quod dicitur *ipso iure*. D. Bourdinus *ad artic.* 3. *Constitutionis anni* 1539. adeo vt donatio etiam ea quæ in fauorem contractus matrimonii celebrata, non præiudicet creditoribus, nisi à die insinuationis. D. Maynardus *lib.* 2. *cap.* 13. *Quæstio. sin.* I. C. Illud sane certum est, donatorem de defectu insinuationis aduersus donatarium excipere posse prout iudicatum fuit 20. April. 1571. Adde *Arrestum* 40. *huius eiusdem tituli.* B. Vide Maynardum *prædicto loco, & lib.* 7. *cap.* 93.

XXIX.

Consuetudo Borboniensis Prouinciæ approbat donationes mutuas inter maritum & vxorem constante matrimonio, de illorum mobilibus & immobilibus acquisitis, sub hac clausula: *dummodo liberi nō extent non addito liberos huius vel alterius præcedentis matrimonii*, atque adeo, vt sæpe in dubium vocatum fuerit, vtrum si vnus coniugum, quorum vnus alteri respectiue seu mutuo donauit, ex altero præcedente matrimonio liberos habeat, vtrum, inquam, huiusce donatio à prædictis liberis impediri possit, pari ratione ac si donatio illa à liberis communibus ipsorum matrimonii impediretur? Et vero super hoc dubio Arresto Parisiensi, iudicatum fuit, quandoquidem Consuetudo indistincte loquatur de liberis, & quod per eos donatio mutuo impediatur, nullo discrimine facto, ex quo matrimonio nati sint, huiusmodi donationem à liberis alterius thori impediri.

Mentio liberorum in matrimonio facta, de quibus intelligatur.

Vtrum spurii legitimati hic comprehendantur, legitimati, inquam, siue per subsequens matrimonium, siue per Rescriptum Principis, disputat Boerius *dec sio. Burdegal.* 159. *num.* 5. Charōdas *lib.* 1. *cap.* 23. *dec.* 4. *l.* 44. & *lib.* 7. *cap.* 94. I. C.

XXX.

In Parlamento, ante Constitutionem publicatam anno 1539. quæ formam insinuationum constituit, dubitatum fuit, puta, vtrum pro absente acceptante Notario, retentio vsusfructus traditionis instar esset, & proprietatis & possessionis in donationibus translationem importaret? Super eo allegabatur fictio iuris. per *l. quisquis*, & *l. si quis argentum.* §. *sed si quidem. Cod. de donatio.* & *l. quod meo. ff. de acquir. poss.* & *l. quædam. ff. de rei vendicat.* Nihilominus prædicta fictio intelligi debet pro præsente, non vero pro absente. Attamen decretum fuit, dubium non esse, quin à tutoribus vel curatoribus minorum, donatio acceptari possit, & à filio pro patre, à seruo pro domino, & à procuratore, non vero aliter. Ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit, inspecta vtilitate publica. Ego Arrestum illud desumsi ex schedis Domini Desloges Consiliarii.

Vsusfructus retentio quando donationis traditionem [illegible].

XXXI.

Donatio reciproca & mutua inter maritū & vxorem, insinuationi non est obnoxia, tam quoniā ea aliquo modo naturam donationis mortis causa sapit eo quod reuocari possit, quam quod ea honesta quædam inter coniuges prouisio sit, plena incertitudinis, à fortuna dependens, vt dicunt Iason & Salicetus *l. si pater puellæ. Cod de inoffic. testa.* Et ita Arresto Parisiēsi iudicatū fuit, quo momentanea possessio donatario adiudicata fuit, & causa in pleno possessorio ampliata. Hodie contrarium obseruatur.

Donatio reciproca insinuationi obnoxia nō est.

Adde *Arresta* 35. 36. & 40. *huius tituli.* I. C.

D. Renatus Choppinus *tractat. de priuileg. rustic. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 3. & post eum Charondas *lib.* 6. *Responsor. cap.* 83. refert Arrestis Curiæ iudicatū fuisse, rusticitatem & simplicitatem donatariorum, eos propter defectum insinuationis excusare non posse. I. C.

XXXII.

In nonnullis Prouinciis donationes reciprocæ inter maritū & vxorem, approbantur, sub libertate reuocandi eas vsque ad mortem: vt disponitur & notatur in *l. cū hic status.* §. *primo. ff. de donatio. inter viri* &

Libertas reuocandi donationis reciprocæ quando vsu-[illegible] datur.

& vxor. Id quod nominatim ac singulariter explicatum fuit Arresto quodam, quod datum in Parlamēto Parisiensi & à D. Imbertu absque data allegatur, puta, id locum tantum tum habere, cum huiusmodi reuocatio ab vno Cooiugum fiat alteri denuntiata, & quando renocans corpore & animo sanus est, nec de proxima ipsius morte dubitetur, per *l. filia agra. ff solut. matrimo.*

Huc locum habet in Consuetudine Pictauiensi, dummodo, donatario id significetur & denuntietur per certam denuntiationem, vel per literas expressas, vel per nuntium, vnde certa sit scientia, *in cap. si tibi absenti, cograb. in 6. cap. sacra. de sint. exec.* Card. *Clem. cansam. de ele.*

XXXIII.

Donatio inter viuos in testamēto facta insinuari debet.

Doctá peroratio Dominorum Segnierii pro appellante, & Thuani pro appellato, super hac admodum dubia facti specie, Curiæ facessiuit negotium. Mater quædam testamento io quendam filium suum absentem sua acquisita & omnia mobilia, donatione contulerat, quam expresse declarabat velle se irreuocabilem esse, cum larissima constituti clausula: & altera clausula prædictum filium suum & donatarium testameoti soi executorem decernebat. Mater moritur: ante mortem ipsius hæc donatio neque insinuata neque acceptata fuerat. Heredes aduersus donatarium ioterdicto experiuntur, qui & mobiliū & acqoisitorum possessiooem apprehendit. Is excipit & ait, quantum ad mobilia, eos aduersus se agere noo posse, veluti donatarium & tanquam executorem, quantum vero ad immobilia, se ex clausula coostituti in illorum possessione esse. Hi ei regerunt, ex Constitutione hanc donationem ei absenti factam, nec donatrice superstite ab eo acceptatam, nec insinuatam, non valuisse. Iudex ex tempore atque ilico, decernit, heredes ex momenti beneficio in possessione permāsuros. A donatario appellatur. Pro eo Dominus Seguierus clare repræseotabat, hanc donationem, si valere vt donatio inter viuos non potuit, at certe vt legatum valuisse, *l. cum pater. §. tor. & l. miles ad sororem. ff. de legat.* 2. Secundo, in huiusmodi rebus non attendi quumodo, verum tantum cui à defuncto relictum fuerit. *l. cum pater. §. donationis. illo tit.* Tertio quantum ad verba de non reuocando in donatione apposita, quæque hoc dubium inducunt, ea in fauorem donatarii expressa esse: ac absurdum fore, illa in odium ipsius retorqueri: oee oō in dubio, semper ad id attendendum esse, quo actus magis valeat, quam pereat, *l. quoties. ff. de reb. dub.* Dominus Thuanus pro heredibus dixit, oullam causam esse, ob quam controuersia de ea moueatur ne huiusmodi donatio semper donatio inter viuus sit: allegatasque rationes locum non habere. Primo, si verba actus id non permittant *l. tutores. §. 1. ff. de administrat. tut.* Secundo, quando eo facto testatoris voluntas excederetur, *l. verbus ff. de vulg.* Tertio quando damnum alterius vertitur, *l. fin. §. in computatio. Cod. de iur. liber.* Quarto, præsumtionem tantum esse, pro heredibus autem, qui liberi sunt, multo magis præsumi, *l. a. ff. de iniusta, rupt.* Addit qualitatem succedendi, *leg. quæsitum. §. sed & ipse. ff. de fund. instrum.* Curia, causa ampliata, seqoestrum decreuit, & Arresto suo intra tres aut quatuor menses seotentiam, à qua appellatum fuerat, confirmauit.

* Donatio inter vinos non tantum testamento, verum etiam codicillis facta, insinuari debet, neque insinuatio testamenti sufficeret, verum & codicillus insinuari debet: etsi codicillus vna cum testamento eadem scriptura & instrumēto conciparetur, & testamentum insinuetur, nihilominus si insinuatione non comprehendatur, codicillum insinuatum fuisse. & donationem in eo memoratam, prædicta donatio pro insinuata nō habebitur, neque valida erit: ita iudicatū fuit Arresto quod refert Charondas *lib.* 1. *Responsor. fuer. c.* 78. En quod actus distincti & separati fint. I. C.

V. Arr. 15. *huius titulo.*

XXXIV.

Donationes mutuæ elandicare non debēt.

Riantius pro vidua Domini Bouleti dixit, defunctum & prædictam actricē mutuā donationē omnium suorum bonorum mobilium, immobilium, propriorum & acquisitorum: & huiusmodi donatiooem ex Consuetudine Lotriensi permissam esse, vbi coniuges domicilium habuerant, in casu oi, *quo liberos nullos haberent*, veluti o ipsorum matrimonio contigit. Conclusit ad hoc, nempe viduam aduersus heredē manutenendam, visis clausulis possesionē ab voo io alterū superstitem continuantibus. Prouisiooem io casum cootradictionis postulat. Seguierius pro herede ait, partem bonorum viduæ sitam esse in Valesia, partem Senonibus, vbi Consuetudo dooationem propriorum interdixit: omnia vero bona viduæ propria esse. Hinc sequi, eam marito suo nihil donasse: Consuetudinem quippe id impediuisse, quam pro determinatiooe bonorum ibi sitorum sequi oportet. Quantum autem ad maritū, bona ipsius in Loriensi regione sita, vbi donatione mutua de iis disponere poterat. Propterea asserit, ex eo donationem factam simplicem esse, quæ iure prohibita est. Riantius replicat, ex vna & ex altera parte acquisita esse, & Consuetudinem in personam cōceptam esse: eaodem vero eam domicilii mariti esse, quæ mutuam dooationem acquisitorum & propriorū permittit. Curia Arresto suo, 27. Martii, anno 1546. viduam quoad donationem manutenerit in possessione mobilium & acquisitorum immobiliū: quaotum ad propria bona, causam ampliauit.

XXXV.

Donatio mutua in casū superstitis absque insinuatione legitima est.

Petrus Faber Actuarius ciuilis in Parlamento Parisiensi actor, aduersus Ioannam & Pasquietam Verdunias heredes Mariæ Lardieriæ, vxoris, dum viueret, prædicti Fabri dicebat, pactis dotalibus inter se & prædictam Lardieriam, eo quod præsentem pecuniam multam ooo haberet, coouentū fuisse, quo casu ea ante maritū suum decederet, se bonorum eius vsumfructum toto vitæ suæ tempore citra cautionem habiturū, ea lege vt omnia integro in statu conseruaret, aliaque onera sustineret. Ac viceversa si prædictos Faber prædecederet, eá pari modo ipsius bonorum vsumfructum habituram. Quid fit? Prædicta Lardieria prior vita fungitur, Is concludebat ad hoc, vt sibi prædicto vsufructu iuxta contractum frui liceret. Heredes excipiebant, constitutionem defuncti Regis Francisci I. publicatam anno 1539. & alteram Regis Henrici publicatam 1549. & quod ob defectum insinuationis, etiamsi ea in pactis dotalibus fuisset facta, huiusmodi donatio non valeret, atque ita de eo Arresto iodicatum fuisse. Præterea dona & commoda hæc inter coniuges ioterdicta esse. Donationem inæqoalem esse: nam bona prædictæ vxoris plus ducentis libris reditus valere: è cootrario vero prædictum Fabrum nihil rerum habere. Inæqualitatem personarum hic subesse, & minorem vxorem fuisse, nec decretum interueoisse: donationem mutuo factam in fraudem Consuetudinis, *arg. l. verum. §. si minor. ff. de minoribus.* Faber actor replicabat, contractum reciprocum & fortunæ aleæ obnoxium fuisse, nec vel voius vel alterius meliorem conditionem, verum huiusmodi titulū onerosū fuisse, *l. Attilius. ff. de donatio.* id loco pecuniæ numeratæ extitisse: inæqualitatem bonorum non considerandam: nec necesse fuisse, vt decretum ob minoritatem vxoris suæ interponeretur, eo quod alienatio proprie

tatis

taris non interuenisset. Ex cõsuetudine donationem mutuam permitti. Rex Regium rescriptum impetrant, vt lis iudicetur, non habita ratione contractus cum minore citra decretũ celebrati, Sententia Præfecti Parisiensis rescriptum approbatur, actor repulsam patitur, rei absoluuntur, actor in expensas condemnatur; à quo appellat. Curia dixit, male iudicatum fuisse, bene appellatum. Emendato iudicio appellatos à Regio rescripto ab ipsis impetrato repulit, & decreuit appellantem fundis & reditibus fruiturũ, qui ad vxorem ipsius spectabant, derelicti per mortem ipsius, sub conditionibus pactis dotalibus insertis: Arresto, quod pronuntiatum, 10 Aprilis anno 1554.

Donatio mutua pactis dotalibus facta, mobilium & vsusfructus insinuationi non est obnoxia: secus si fit omnium bonorum vel mobilium, nec mutua.

Articulus 58. Constitutionis Molinensis vult omnes donationes inter viuos insinuari, etiam donationes reciprocas, & in fauorem matrimonii celebratas: attamen *quæstio 72. Quæstio. mear. notab.* duo singularia Arresta retuli, quorum alterum datum in perorationе, 22 Februarii 1601. Alterum 18 Martii 1601. ad relationem D. Iabini, quibus iudicatum fuit, donationem reciprocam, in pactis dotalibus factam, mobilium & fruitionis acquisitorum & conquisitorum, insinuationi obnoxiam, eo quod donatio illa potius pactio quædam sit de communione in conuentione matrimoniali facta, quã donatio Id de mobilibus dicitur, quatenus donatio reciproce facta. Nam si donatio vni coniugum tantum generaliter de omnibus mobilibus facta fuisset, huiusmodi donatio insinuari deberet, prout iudicatum fuit Arresto, 14. Augusti 1573 in tertia Camera inquisitionum, ad relationem D. Archerii. *V. prædictam quæstio. 72* Maiori ratione, si pactis dotalibus donatio reciproca omnium bonorum fieret superstiti, reseruata summa aliqua ad testandum, nec tantum summa vsusfructus, sed etiam proprietatis, si ex matrimonio liberos non susciperent: ita iudicatum fuit Arresto, 24. Martii 1548. quod late refert Charondas *lib. 7. Respons. ca. 82.* Et notandũ est, in donatione mutua appositam conditionẽ soluendi legata testamentaria validam esse, nec donationem nullam reddere. Charondas *lib. 7. Responsor. cap.* 145. I. C. *V. Arr. 31. supra.*

XXXVI.

Donationes mutuę à præmoriente in superstitẽ collatæ an insinuari debeant?

Super defectu insinuationis donationis mutuæ in pactis dotalibus à præmoriente superstiti factæ, vide Arrestum quoddam, quod aliquo modo videtur contrarium esse *titulo de Substitutionibus, infra penultimo* inter Andream Peronnetum actorem & appellatũ ab vna parte, & heredes vxoris appellantes ab altera: ad hæc de donatione mobilium siue pecuniæ, quam insinuationi obnoxiam non esse dicere voluerunt, nisi quando ea in genere de omnibus debitis actiuis, de omnibus mobilibus, quę in tali domo existunt, &c. fieret: tum quippe proculdubio insinuare eam oportet,

XXXVII.

Heres quã do ingratitudinem donatarii persequi possit?

Heres donatoris ad ingratitudinem donatarii vindicandam non admittitur, vt donatio reuocetur. *l. fin. C. de reuoc. donatio. in verb. nulla licentia &c.* Attamen si alleget, defunctum de eo locutum, & donatario prædictam reuocationem minatum, atque ad id se accinxisse, sufficit hac ratione heredi viam sterni & ad reuocationem admitti, *l. posthumus §. fin. & l. seq ff. de inoff. testam.* & ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod absque data allegat Guido Pap. *quæstio.* 212.

XXXVIII.

Donatio sub causa reuersionis ad donatorem, donatario mortuo absque liberis personalis est.

Inter subditos Prouinciarum, quæ iure scripto vtuntur, Arresto iudicatum fuit de retentione à donatore quodam facta, rem donatam ad prædictum donatorem reuersuram, si donatarius absque liberis decederet, absque mentione suorum, realem esse & non personalem, ac propterea ad heredem prædicti donatoris transmissibilem, si tũc mortuus fuerit, cum conditio eius retentionis euenerit. Non male huic proposito quæstio conuenit inter Doctores nostros agitata super facti specie, quæ ita habet: Princeps feudum quoddam cuidam illud emerito donauit, ea retentione, vt si donatarius sine liberis naturalibus & legitimis moriatur, prædictum feudum ad Principem reuerteretur. Donatarius moritur, filio relicto, qui postea absque liberis decedit. Dubium hoc est, vtrum Videlicet Princeps iuxta retentionem suam feudum reuocare possit? Baldus & Cynus super *l. vlt. Cod. de hered. instit.* putant quod nõ. Alexander & Salycetus *ad Authenticam: sed & si qui. Cod. de secun nupt.* contrarium tenent, puta pro Principe, quem verisimile sit, huiusmodi donatione & retentione inibi apposita, præferre voluisse liberos donatarii, sibi ipsi donatori, vt & in defectum illorũ, eum feudum ad se reuerti voluisse, nec in extraneos alienari posse aut debere, sub eaque voluntate præsumta, quam sequi oportet, *l. si omissa. ff. de leg. 2.* executio liberorum defendi potest, vsque ad illorum liberos, *l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumis.*

D. Maynardus simile iudicatum fuisse Arresto Tholosano ad relationem suam, mense Ianuario 1574. *lib. 8. Quæst. cap.* 31. refert. I. C.

XXXIX.

Donatarius ad cõsensum insinuationis cogi potest.

Donatarius, qui obedire & satisfacere Constitutioni, & donationem stabilire vult, in se absentem collatam, puta, eam acceptare, & insinuare, si interim donator ipsius sententiam mutauerit, nec donationi factæ stare voluerit, prædictus, inquam, donatarius donatorem citari, condemnari &c., vt veniat atque consentiat cogi curare potest: prout iudicatũ* fuit Arresto Parisiensi, quod datum inter Petrum Calusium & vxorem ipsius donatarios actores, in simili casu ab vna parte, & Antonium Calusiũ donatarios & reos ab altera, quod pronuntiatũ è Domino primo Præside, 23. Decembris 1551. quo cõfirmata fuit sententia quædam Libellariorum Palatii, 3. die Iunii 1550.

Arresto generali quod pronuntiatum in Pentecoste 1581. fœmina quædam admissa fuit ad cogendos heredes, vt insinuationi cuidam consentirent, cum nondum 4. menses à morte mariti præteriti essent. B.

Nec non Arresto Tholosano, quod refert D. Maynardus *lib 7. Quæstio. suar. cap* 49 I. C.

* Choppinus simile Arrestum laudat, ad Consuetudines Andegauenses, *lib. 3. cap. 1. tit. 4. Art.* 10.

XL.

Donatio vsusfructus in casum, quo superuixerit, a marito in vxorem facta insinuatione ne requirit.

In casu quodam, quo à parentibus fœminæ in cõtractu matrimonii donatur & sub cõditione, *si superuixerit*, possessio immobilium & fundorum prædictæ fœminæ pacto conuento in maritum confertur, vt *dum viueret*, iis frueretur, hoc, inquam, casu prædicti parentes non admissi, verum repulsi fuerunt arguentes prędictam donationem ob defectum insinuationis, Arresto 10. April. 1554. ante Pascha, quod datum inter Petrum Fabrum Actuarium, & Ioannem Preuotium.

V. *Arrestum 35. supra cum additionibus.*

XLI.

Donatio à patre in liberos collata illicita pati modo in arpoitt ebilata illa esta est, si vitiũ a parte deleta dat.

Donatio à patre in filiam spuriam facta, iure reprobatur. Dubium fuit, vtrum si à prædicto patre in liberos filiæ suæ spuriæ collata sit donatio, æque vitiosa dici possit, ac priori casu, quo in matrem ipsorum conferebatur? Nonnulli asseruerunt pro nepotibus Presbyteri liberis filiis ipsius spuriæ, eo quod naturales & legitimi sint, nullo respectu habito ad maculam ipsorum matris, nec ad vitiosam, sordidã & reprobatam coniunctionem; quorum nihil in iis hæret; sed omnis turpitudo in iis deleta est: E contrario tenetur, etiamsi ex Imperiali, *l. vltim.*

Cod.

Cod. de naturalib. liber. nepotes & liberi eodem gradu habeantur, nihilominus hoc intelligendum esse de actibus fauorabilibus, non vero reprobatis & odiosis, cuius generis est, de quo hic agitur, atque originem siue stirpem respiciendam, quæ à Presbytero diriuatur. Cuius turpitudo per matrimonium non deletur. Ballinius Senonensis spuriæ suæ filiæ don... bona donata filiæ prædictæ spuriæ & marito ipsius adiudicauerat: ab eo legitimi heredes appellant. Arresto solenni, quod in purpura pronunciatum, 14. Augusti Parisiis 1570. dictum fuit, male iudicatum, & bona donata heredibus Presbyteri legitimis adiudicata, nulla prædictæ donationis ratione habita & citra expensas. E contrario allegarum fuerat, quod, licet pater deportato filio donata non possit, potest tamé filio deportati: verum origo vitii valde diuersa est.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum I.

I.

atio ... masculi... in fauo... matri... ... usq; ... ndat.

DOnatio * in liberos masculos in fauorem matrimonii collata, cum substitutione vnius in locum alterius & superstitis, de aliorum liberis non intelligitur. Arresto, quod pronunciatum in purpura, 7. die Iunii 1565. à Præside Bailleto.

* Donatio in aliquem & ipsios heredes de corpore suo descendentes facta, nepotes comprehendit, Arresto Parisiensi quod datum 3. die Decembris, anno 1536. Choppinus *lib. 3. de priuileg. rustic. pars 3. cap. 4. num. 5.*

II.

er & ma... io vnū ... is plus ... iorum ... m in al... m con... e non ... unt.

Pater & mater extra matrimonium & donationem in fauorem illius, in vnum è filiis, plus bonorum quam in alterum conferre non possunt, prout iudicatum fuit aduersus D.I. Preuotium, Præfectum Tornacensem: quo dictum fuit donationi à patre factæ ex officio in fauorem matrimonii, renunciatione successioni in residuo facta, stari oportere: verum quantum ad donationem à matre in testamento suo factam, collationem fieri oportere: et & liberos æqualiter inter se hereditatem diuidere, Arresto, 24. Iulii 1578. perorante Loisello. B.

III.

natio ... er viuos ... epta ... nsinua... sub cō... ione im... disteſta... , non ... ogatur.

Donatio inter viuos ea lege facta acceptata & insinuata, vt testamentum donatoris adimpleretur, testamentaria dispositione reuocari non potest, prædictaque clausula de piis legatis & sumtibus funerum intelligitur. Iudicatum 14. Augusti. 574. inter Arresta generalia. B.

IV.

natio ... modica ... deratio ... obnox... st.

Donatio immodica, veluti omnium bonorum inofficiosa est & reductioni ac moderationi obnoxia: Arresto generali, quod pronunciatum 27. Martii 1563.

V. Louet. *lit. D. Arr. 13. & 46. cum annotatio.*

V.

nulli... dona... nis ante ... ceptatio... n locū ... beat ad... sus mi... res?

Post *Arrestum 8. superius huius tit.* superuenit Constitutio 1539. *Art. 33.* continens nullitatem donationis ante acceptationem donatarii. Quæstio autē est: Vtrum id aduersus minores locum habeat, pro quibus Notarii acceptarunt? Iudicatum fuit, quod sic: & necesse, vt rescriptum restitutionis impetrerent, vt continetur Arresto Martini Procuratoris, aduersus Roussetum Præfectum Carnutensem, pro dimidia parte domus Cantilliacensis, mense Aprili, 1575. V. *Arrest. 30. infra.* B.

VI.

natio... nullæ.

Ab amita in nepotem donatio falso obtentu collata, quasi indicio conueniretur, irrita & renocata fuit, & nepos in multam condemnatus, 4. Februarii 1567. Choppino pro appellante perorante. Ea quoque quæ in concubinam confertur reuocabilis est: Ita iudicatum fuit 20. Martii 1565. vt pote quæ contra bonos mores, mali exempli & inofficiosa sit. Præterea donatio in neptem Presbyteri cuiusdam, qui iā filiæ suæ donauit, pro alimentis collata nulla est, & huiusmodi donatio in irritum deducta fuit inter Arresta generalia, medio August. 1570. Itemque donatio in liberos in præiudicium reliquorum, odio religionis collata subsistere non potest: prout repræsentatum fuit ab aduocato Regio Menilio, 4. Martii 1566.

1. Ab amita in nepotem collata sub falso obtētu. 2. In concubinam. 3. in neptem Presbyteri cuiusdam.

VII.

Donator quidam & quidem pater, donato fundo quodam in fauorem matrimonii, sibi reseruata & retēta potestate disponendi de summa quadam numorum super re donata, partem prædictæ rei, vsque ad concurrentem summam, absque venia & scientia donatarii vendere potest. Ita iudicatum Arresto aduersus Dominum de S. Cyriaci, anno 1531. qui censum fundi cuiusdam à donatore socero suo venditi retrahere volebat. B.

Donatio fundi in fauorem matrimonii dispositionem donantis nō impedit, &c.

Maynardus *tradi. libr. 6. cap. 73* contrarium iudicatam fuisse Arresto Parlamenti Tholosani, anno 1559. refert. I. C.

VIII.

Quoad substitutionis materiam notādum est, defectum insinuationis sorori substitutæ imputari non debere, si ea per manus heredis testamentum nancisci non potuit. Iudicatum inter Arresta generalia 7. Septembris 1583. pro Magdalena Longa sorore, aduersus heredem ab intestato, hunc defectum allegantem.

Defectus insinuationis sorori substitutæ imputari non debet.

IX.

Arresto generali, quod pronunciatū, medio Augusto 1577. in interpretatione Constitutionis Mulinensis dictum fuit, insinuationem pro summa pecuniæ nō requiri, & pro ra mobili promissa aut data in fauorem matrimonii: feudumque pro eo hypothecæ obligatum vendi debere, vt pecunia distribueretur. Aliud in re immobili. De insinuatione vide *Artic. 87. Comitiorum Blesensium.* B.

Insinuatio pro pecunia aut mobilibus in matrimonio promissis non requiritur.

X.

Insinuatio rerum donatarum in fauorem matrimonii ad postulationem viduæ mariti aduersus socerum donatorem superstitem, & 25. aut 26. annis post mortem filii sui & mariti actricis, pro Geneuensi quadā Matisconensi, admissa & approbata fuit Arresto generali, quod pronunciatum à domino Præside de Seguerio, 12. Maii 1581. & eo præiudicatum, rigorem Constitutionis de quatuor mensibus non intelligi posse neque obseruari, quam pro creditore, non vero aduersus fœminā, quæ marito iuncta fuit, & agere non potuit.

Insinuatio rerum in fauorem matrimonii donatarum quomodo approbetur.

XI.

Donator de defectu insinuationis aduersus donatarium excipere potest, prout iudicatum fuit, 20. Aprilis 1575. B.

Donator de defectu insinuationis excipere potest.

V. *Arrestorum 40. huius tit.* Maynardum *lib. 6. Quæstio fuo notab. cap. 63. & lib. 7. cap. 9.* Vide etiam Arresta D. Louetii *lit. D. Arr. 46.* vbi refertur, donatorem defectum insinuationis allegare non posse, neque pariter donantis heredem.

XII.

Clausula contractus matrimonii, qua communio seu societas propriorum continetur, in casum, quo liberi ex eo susciperentur, pro collateralibus

Communio propriorū in contractu matrimonii ad colla...

quoque

quoque ad successionē venientibus intelligitur. Iudicatum Arresto pridie Natalis, anno 1582. Nō abl... Arrestum 12. Februarii 1582. perorante Rebutto, quo donatione ab vxore in maritum, *in ipsum & suos* collata, verbum, *suos*, ad eos ex eo matrimonio restrictum fuit. B.

laterales excluduntur.

XIII.

Reuocatio donationis mutuæ testamento facta nulla declarata.

Reuocatio mutuæ donationis testamento facta, nulla declarata fuit anno 1531. ad relationem D. Burgonii. Ratio hęc est, q reuocatio donationis est actus inter viuos, qui testamento non videtur posse reuocari *l. de reuocand. donat.* Ita iudicatum altero Arresto Paschali 1586. quod pronuntiatum à Domino Præside Seguierio. B.

XIV.

Donatio in liberos ab vxore aut marito nulla est. A secunda vxore liberos non habente, legitima est.

Donatio in liberos vxoris aut mariti facta, ex nostra Parisiensi Consuetudine prohibetur. Donatio vero à secunda vxore, quæ liberos non habet, in liberos prioris sui mariti collata, iusta & valida est: ita iudicatū fuit Arresto solenni, vltimo Iunio 1587. & aliis quæ retuli in *Quæstio. mea* 68 I. C.

De donatione à filio collata suorum mobilium & acquisitorum in nouercam suam, Vide Carondam *lib. 7. Responsorum suor. cap.* 112 Maynardum *lib. 3. cap.* 84.

XV.

Antapochæ priuatim extra præsentiā cognatorum factæ interdictæ sunt: vt & donatio extra contractum matrimonii collata.

Infinitis Arrestis iudicatum fuit, omnes antapochas priuatim cōfectas, absentibus cognatis qui cōtractui matrimonii interfuērūt, nullas esse. Hæc Arresta referuntur à D. Renato Choppino *ad artic.* 258. *Consuetudinis Parisiens. & lib. de privileg. rusticorum. capit.* 10. Robert. *Rer. iudicata. lib* 3. *cap.* 2. Carond. *lib.* 2. *Responsor. suor. ca.* 34. Nihilominus, à quibusdam assertum fuit, donationem factam à quodam virginem ambiente sex mensibus ante matrimonium antapocham minime censeri, ac huiusmodi donationē in præiudicium contractus matrimonii minime esse, eo quod tum cum prædicta donatio facta fuisset, nulla adhuc pacta dotalia erant. Nihilominus Curia contrarium iudicauit pro liberis defuncti D. Floretti Consiliarii in Curia, appellantibus à sententia quadam, quæ data à Præfecto Parisiensi, & actoribus in euocatione, aduersus ipsorum matrem appellatam, cui prædictus Dominus Florettus sex mensibus ante cōtractum à se matrimonium donauerat, mille librarum reditum, in casum, *si liberos non susciperet*, vice versa, si liberos haberet, vsumfructum tantum. Curia audito Tullonio pro appellantibus, Roberto pro appellato, & D. Seruino pro Rege, Arresto 27. Februarii 1595. habito ad postulatam euocationem respectu, iusque super eo dicens, declarauit prædictam donationem nullam & nullius effectus, momenti aut efficaciæ esse, decretumque prædictos liberos prędictis mille libris reditus cōtrouersis fruituros citra expensas, qualitate partium attenta. I. C.

XVI.

Donatio fundorum in Præfectura sitis illorū non insinuata, nulla est.

Arresto, quod datum in 3. Camera inquisitionū ad relationem D. Ruellii, 1. Februarii 1577. aduersus Carolum Regem, Procuratorem Ambianensem, quæ donatio quædem in prædictum Regem quorūdam fundórum in præfectura Regia Bellouac. nisi sitorum collata fuit, ac in Præfectura Regia Ambianensi domicilio donātis insinuata, & in sede principali Balliuiatus Ambianensis & sede Præsidiali, non vero in Præfectura Bellouacensi, prædicta inquam donatio nulla declarata fuit, & prædictus Rex actor à præscriptionibus & conclusionibus suis exclusus fuit.

XVII.

Compluribus Arrestis iudicatum fuit, donationem à marito in vxorem in contractu matrimonii collatam, nihilominus validam esse, respectu mariti & heredum ipsius, qui eam impugnare nō possunt, ad quorum respectu ea vires capit à die contractus, ad quem insinuatio retrotrahitur: verum respectu creditorum (pro quibus insinuatio principaliter introducta est) effectum non capit, nisi à die Insinuationis, etiā si creditores contractui matrimonii interfuerint, & vt testes signauerit: ita iudicatum Arresto solenni à defuncto D. secūdo Præside Seguierio: inter Arresta pronunciata diebus Paschalibus 1595. quod prius conclusum & pronuntiatum fuerat, 30. Aprilis 1594. ordinarie, iudicatum in 3. Camera Inquisitionum, pro paschali Bazouino creditore, aduersus Isabellam Audousiam viduam & donatricē defuncti Ioannis Dagnanii mariti sui, quod plene & late refertur *in quæstio. mea.* 71.

Donatio in ... collata ... insi... à marito vel ... testibus ... pugnari nō potest, sed tamē à creditoribus donatoris.

D. Bergeronius quæstionem annotauit: Verum videlicet donatoris hæres donationem controuersam reddere ob defectum insinuationis possit? ipsi videtur quod non, hac ratione, quod facto & promissis donatoris stare teneatur, & ait, Maiorem camerā in peroratione de eo dubitasse, & causam ampliasse, licet Domini Triumuiri Regii perperam negatiuam tenuerint: verum Cameras Inquisitionum iudicasse iuxta Constitutionis rigorem. Verum de eo amplius dubitandum non est, post Arresta à me relata *in Quæstionibus meis*, & a Choppino *de legibus Andium*, *lib.* 3. *cap.* 1. *tit.* 4. *num.* 10 *& c.* 2. *eod. tit. n.* 11. Charonda *lib.* 4 *Responf. suor. cap.* 5. *& lib.* 8. *cap* 62. A D. Maynardo amplissime *lib.* 7. *Quæstio. suar. notab. cap* 94 I C. Vide *appendic. fin. Arr.* 28. *huius tit.* vbi refertur Arrestō de 20. April 1575. quo donatarius de defectu insinuationis aduersus donatarium excipere posse, & notam, quæ dicit contrarium.

XVIII.

Minores ob omissam acceptationem & insinuationem facile restituūtur.

Minores ob omissam acceptationem & insinuationem teser pro facile restituūtur, iuxta *l. minoribus. Cod. de donat. ante. nupt. & l. fin. C. de iur. dot.* Arresto ... Iunii. April. 1575. Altero Arresto, 9. Ianuarii 1576. perorantibus Mariono & Chauuelino: à Balliuio Ambianensi appellatum fuerat. V. Arrestum quoddam de eo quod in purpura pronuntiatum, 23. Decēbris 1602. à D. Primo Præside, *in quæstion mea* 70. V. *Arrestum* 27. I. C.

TITVL II. VTRVM DONAtarius heredis loco conueniri possit?

ARRESTVM I.

Donatarius pro herede non conuenitur, seu nō habetur.

DOnatarius vniuersalis personā donatoris non repræsentat, nec directo aduersus ipsum personales actiones intentari possunt. Eaque materia est, quam tractat Bartolus in *l. nominis & rei. & in l. pecunia. ff. de Verbor. signif.* Et ita aduersus Andream Gilbertum & vxorem ipsius iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1585. Nihilominus, quo tempore Arrestū istud datū fuit, donator superst. s etate: ac propterea nō poterat habere successorem vniuersalem, & prædictus donatarius obligatus manet, *l. quid ergo. ff. de pecul.* Item actiones fundos non sequuntur, *l.* 1. *vers si heres ff. ad Trebell.* verum tamen persona donatoris superstitis obligatur, qui acquirere potest & satis facere, *l. qui bonis cedit. ff. de cessio bonor.* Alioquin si mortuus donator fuerit, donatarius ad id tenebitur: bona quippe donata perpetuo intelliguntur ære alieno onerata, *l. subsignatum* 39. *§. bona ff. de verbo. & rer. signific.*

Desumtum ex Gallo *quæstio.* 39. I. C. V. *Tit. de communione Arr.* 4. 11. & 30.

Snpes

II.

Donatarius pro herede nō cōuenitur, si cū nō habetur.

Super veteri dubio, vtrum videlicet creditor directo donatarium vniuersalem debitoris sui conuenire possit? Nonnulli tenuerunt, quod sic, *l. per hereditatem. ff. de donation.* Alii tenuerunt, quod non, *per l. aris alieni. Cod. de donat. & l. 2. C. de he. vel act. vend.* Alii vero (atque hæc communis opinio est) arbitrati sunt creditorem scilicet, antequam donatariū conueniat, facultates debitoris sui excutere debere: & tum demum si is soluendo non existat; aduersus donatarium, qui post debitum ipsius superuenit, agere posse, & donationē impugnare velut in fraudē sui factam. Eaque est sententia Glossæ *in d. l. aris alieni.* quam Baldus, Cynus, & Salicetus sequūtur & cōplures alii Doctores. Hodie circuitus hic sublatus est, & aduersus prædictum donatarium vniuersalem directo personalis actio intentari potest, puta, superstite debitore, si notorie soluendo non sit, aut etiam eo mortuo, si heredem non habeat. Atque ita Arresto Gratianopolitano, 4. Septembr. 1456. iudicatū fuit inter Iacobum Nanetensem Romanensem ab vna parte & Ioannem Bonnetum ab altera parte.

Desumtum è *decisio.* 105. & 460. Goidonis Papæ. I. C.

III.

Donatarius singularis creditoribus ratione retētionis donatoris tenetur.

Dominus Limolins, in contractu matrimonii pure ac simpliter filio suo natu maiori Vice Comitatū Touronēsem donauit, & altera donatione dominiū Limolense Ægidio alteri filio suo, retento eius vsufructu & summa sex mille librarum. Post mortem ipsius quidam conductor ipsius nomine Petrus Sirelens, supradictos conuenit, quorundam pactorum nomine cum defuncto initorum pro conductione prædicti dominii Limolensis, Natu maior Vice Comes Touronensis ait, se prædictum Vice Comitatum peculiari titulo possidere. Prædictus Ægidius tantundem de prædicto dominio Limolensi dicit. Conductor ei adhæret retentionum nomine, quarum respectu, & quatenus possidet, pro herede haberi debeat, & per consequens creditorib. respondere teneatur. Hanc ad rem summopere notandus est textus *l. fin. C. de primipil. lib. 12.* ibi, *neque successistis patri vestro, neque quicquam ex bonis eius tenetis, consequens est, à paternis creditoribus vos non conueniri.* Adde, quod fructus percepti ad defunctum spectabant, de quibus is disponere poterat, *l. defuncta vsufructuaria. ff. de vs.* Huiusmodi vero fructus ad heredem, nō ad donatarium spectant, vt not. *in l. fin. ff. de pact.* Et iuxta ea Arresto Burdegalensi, 2. die Augusti 1531. dictum fuit, prædictum Dominum Limulium ob prædictas retentiones, prędicto Sirelio satisfacere teneri.

Desumtum *ex decisio.* 204. *num* 47 D. Præsidis Boerii: I. C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum II.

I.

An donatarius & legatarius vniuersalis pro debita teneantur?

AGitatum fuit, vtrum videlicet donatarius & legatarius vniuersalis propter æs alienum donatoris aut testatoris tenerentur, & creditores aduersus eos, indiscusso herede agere possent? Iuxta ius Romanum obtinuit, heredem discutiendum prius esse, & recta via creditores donatarios aut legatarios conuenire non posse, *ex l. aris alieni. Cod. de donatio.* & ibi Baldus & Salicetus, vel nisi donator absque heredibus decessisset, cum bona dicantur, deducto ære alieno, *l. subsignatum. §. bona. de V. S.* Attamen hodie ex generali Franciæ praxi; donatarii aut legatarii vniuersales ad solutionem debitorum tenentur, vt pote qui heredes repræsentēt, per *l. omnes. §. Lucius. ff. Quæ in fraud. cred. l. mulier bona. ff. de iur. dot. l. in pari. ff. de R. I. l. fin. ff. de Vsufru. l. ex facto. 35. ff. de hered. instit.* Quod in legatario omnium bonorum locum habet: at in legatario quotæ partis bonorum, puta dimidiæ, tertiæ vel quartæ partis bonorum aut certi generis bonorum, Vnusquisque pro ea parte cōferre debet, pro qua legatarius est aut donatarius, ad exoluendū æs alienū, vna cum herede, iuxta Cōsuetudinem Parisiensem repetitæ prælectionis seu reformatam, *artic.* 334. qui de nouo additus fuit & desumtus ex Arresto, quod solenniter pronuntiatum 4. Maii 1562. inter heredem & legatarios defuncti Ioānis Boulardi, Cōmissarii Examinatoris in Castelleto Parisiensi, quo Curia emendata sententia Præfecti Parisiensis, heredem; qui appellabat; condēnauerat ad tradendum Franciscæ Frumentinæ matri & tutrici liberorum secundi thori, legatarios omnium bonorum mobilium; acquisitorū, immobilium, & quintæ partis propriorum prędicti defuncti Boulardi, legatis prædictis minoribus, ea lege, vt prædicti legatarii ad solutionem debitorum mobilium & immobilium prædicti defuncti conferrent; aut pro rata valoris seu æstimationis rerum legatarū; ratione habita valoris vniuersitatis omnium bonorum, mobilium, acquisitorum, immobilium; & omnium propriorum à prædicto defuncto relictorū; atque iuxta emolumentum, quod vnusquisque prędictorum heredum prædicti defuncti; & legatarii ex prædictis bonis mobilibus, acquisitis; immobilibus & propriis capere possent, decretumque fuit Arrestum illud legi & in Castelleto Parisiensi publicari oportere, ordinariis perorationum diebus

Donatarii aut legatarii ad debita teneātur prout inuētario cōfecto emolumentorum sentiunt. Fiscus, itēque Abbates, & Domini merū imperiū habentes.

Attamen prædicti legatarii vniuersales aut donatarii ob debita non tenentur, nisi vsque ad valorem rerum donatarū aut legatarum, veluti simplices bonorum successores, quos testator non amplius onerare potest, quam onerauit, *l. Imperator. § si certum ff. de legat.* 2. Quemadmodum dici solet, Dominum merum imperium habentem ad solutionem debitorum eius, cui iure caduci ob defectum heredis succedit, nō teneri, nisi ad concurrentem bonorum quantitatem, cuius compendium facit æstimationem: Abbatem itidem, qui in peculio religiosi sui succedit, non teneri nisi pro modo emolumenti, prout Bacquetus *cap. 3. tractat. de iure Caduci* demonstrauit: verum ne supradicti vltra modum emolumenti percepti, debitorum nomine conueniri possint, inuentariū fieri curare debent, prout vs suadet Argentreus *ad artic.* 289. *Consuetudinis Britannicæ, gloss.* 7. vbi multa notatu digna ad hanc materiam pertinentia annotauit Neque amplius opus est veteri illo circuitu, cuius Papponius mentionem facit *in Arresto 2. huius tit. Omnis enim circuitus vitandus est l. dem nou de Condit. & iuris solennitates à iudicantibus contemnenda,* ait Iurisconsultus *in l. sicut ff. quib. modis pign.* Adeo vt hodie recta via, ea æquitate & benignitate, creditores aduersus huiusmodi legatarios & donatarios agere possint, vti Benedictus notauit *in cap. Raynutius, in verbo, cætera bona, numer.* 46. Boerius. *decisio. Burdegal.* 210. Guido Papa, *decisio.* 460 & Capellæ Tholosanæ *decisio.* 387. Bacquetus *tractat. de Iurib. Iustitia, cap.* 21. n. 67. & D. Maynarduus *lib. 6. Quæstio. fuar. notab. cap.* 10 de eare duo Arresta Parlamenti Tholosani solenniter pronuntiata refert. I. C.

TIT. III. DE HYPOTHECIS, & actionibus hypothecariis, & iure prælationis inter creditores.

Ad hunc titulum videatur *Consuetudo Parisiensis; artic. 99. & cap. 22. Tit. de decisionibus,* Domini Præsid. Magistri, & Loysellus *de possessionis desert.*

ARRESTVM I.

Hypotheca in censibus & reditibus indiuidua.

HYpotheca indiuidua est, & dominus directus in solidum aduersum vnicum quendam, qui partem possidet, agere potest. * Tantumdem in aliis

casibus. Atque Arresto Parisiensi, 8. die Iunii 1580. reprobatæ & interdictæ fuerunt Consuetudines cõtrariæ. Infra titulo: *de Iuribus Dominicalibus Arresto.* 14. hæc materia plenius tractatur. Et infra *Arresto vltimo* expressius quo ad alios casus, velut de debitis personalibus per valida instrumenta subsidiariam hypothecam omnium bonorum habentibus, Arresto iudicatum fuit, creditorem, cui complures & diuersi fundi à debitore suo hypothecæ obligati sunt, ad quem voluerit fundum, agere potest, dummodo negotium ei cum debitore suo intercedat, qui eius proprietarius & detentator sit & maneat. E contrario, si eos alienauerit, aduersus eos primum, qui vltimo alienati fuerunt, agere eum oportebit, *leg. si quis habens creditores plures. ff. Qui & à quibus manum.*

Creditor, ad quemnam ex pluribus fundis hypothecæ obligatis agere potest.

V. *Arr.* 10 quod huic tit. insertum fuit, quod tamen hoc loco melius fuisset positum. I. C. V *Arr. Append. huius tituli.*

II.

Hypotheca specialis cum venditione conditionali.

Nobilis quidam à mercatore quodam quingentos coronatos mutuos accipit, quos ei se intra anni vnius spacium redditurum promittit: eumque in finem ei feudum quoddam hypotheca obligat: atque paciscitur, anno videlicet elapso, si prædictorum coronatorum solutionem non præstet, ex nunc vt ex tunc, & ex tunc vt ex nunc, prædictum feudum mercatori venditum fore. Annus elabitur, nec solutio fit. Mercator possessionem feudi capere vult, & interdicto experitur: atque a primo * iudice aduersus nobilem manutenetur, qui ab eo ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi allegat, hanc venditionem tantum valere, quantum pactum seu legem commissoriam, quæ de iure reprobatur, nec debitorem quicquam aliud quam quod debet, nõ vero fundum suum soluere cogi posse, *l. prima & fin. Cod. de pactis pignor. & l. Caius. § fin. ff. de pignor. actio.* adeo vt ex huiusmodi contractu nulla possessio non acquiratur, *l. ex testamento. Cod. de fidei commiss.* Aliud foret, si hypotheca ea conditione facta fuisset, vt si intra tempus conuentum debitum non solueretur, creditori potestas esset, possessionem obligati fundi apprehendere, & eum sibi venditum eo pretio, quo æstimaretur, possidere. Curia Arresto suo 19. die Maii 152. * prædictam venditionem nullam declarauit, & decreuit, vt nisi intra duos menses appellans summæ debitæ satis fecisset, iis elapsis fundum ex tunc prędicto mercatori venditum fuisse, eo pretio, quod æstimatores huius rei periti æstimauerint. Eaque est expressa dispositio textus *in l. si fundus. §. fin. ff. de pignoribus, & in l. fin. in princ. ff de contra. emtion. l. final. Cod. de leg. commiss.* expressa est. & ea quæ scripsit Abbas *in c. significante super glossa. in verb. cõmissoria de pignoribus.*

Venditio conditionalis quomodo fieri possit.

* Paponius fallitur. Nam sententia Iudicis feudum sequestratum tantum fuit. * Curia appellationem & id a quo appellatum fuerat, in irritum deduxit. V. Maynardum *lib. 6. Quæstio suar. Notab.* 27.

III.

Hypotheca generalis post effectum specialis prætensa.

Creditor reditum à debitore quodam suo acquirit, qui eum in fundo quodam specialiter ad id hypothecæ obligato constituit, & generaliter in omnibus & singulis bonis suis. Debitor ille compluribus annis solutionem moratur. Creditor fundum * istum expresse hypothecæ obligatum, & alia nonnulla debitoris immobilia pignori capi curat, eaque subhastari. Ea ei ex decreto adiudicantur. Postquam in eorum possessionem missus fuit, vigore generalis hypothecæ, reditũ pro futuro solui sibi postulat, & pro reliquis futuris, ad alia immobilia agere possit. Nonnulli aduersus eum tenuerunt ea ratione fundi specialiter hypothecæ obligati, qui in creditoris manus peruenit, & ex ratione aliorum fundorum ex prædicto decreto adiudicatorum, quod consolidationis cuiusdam est, *§. scire autem emphyteutas. in fin. vers. insuper. in authentic. de alienat. & emphyt.* Alii existimarunt, eo non obstante, creditorem reliqua sibi solui curare posse, & ad alia bona venire, *d. §. si vero. & l. quamuis. De pigno. & l. si aduersus. Cod. de Actio. & Oblig.* In hoc conflictu multa consideranda sunt: ac nominatim, si vltima opinio obtineret, incõuenientia inde sequi posse, puta, si permitteretur hoc modo pedetentim immobilia persequi, quæ iã expresse quam generaliter hypothecæ obligata fuerunt, propter æs quoddam modicum exiguo tempore omnia bona alicuius debitoris consumpta & ad totalem destructionem perducta iri: id quod permitti non debet, *l. magis puto. §. item Prætor.* ibi, *ne plus accipiatur*, & ibi, *ne propter æs modicum. ff. de rebus eorum, qui sub. tutela vel cura.* Neque verosimile est, debitorem ad huiusmodi conditionem obligare se voluisse, *l. obligatione generali, ff. de oblig.* Nihilominus Arresto Burdegalensi, nullo ad prædictas rationes respectu habito, iudicatum fuit pro creditore, 7. die Iulii 1531. in lite inter fratres Rupeanos. Alter casus singularis plane contrarius est, creditorem videlicet, qui propter hypothecã generalem fundum debitoris sui pignori capi curat, si alter creditor, cui hypotheca in aliis fundis constituta est, intercedat, eum depellere posse, eique dicere, eum non admittendum, vsque quo specialem suam hypothecam discusserit, per *l. quamuis. 1. C. de pignorib.* debitori potestas ista non concederetur, opponendi aduersus creditorem suum, qui specialem hypothecam habet: prædicta quippe *l. quamuis*, intelligitur tantũ in concursu creditorum duorum, non autem cum contenditur inter creditorem, & debitorem. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 20. die Augusti 1558. inter fratres Picotos liberos Domini Præsidis Picoti Subsidiorum, & Bomerium Voetium & Musæum & alios aduersus prædictos Picotos, 16. die Decembris 156 .

Inter creditores differentia est hypothecarum, generalis & specialis.

[Infra lib. 18. tit. 6. 6. 34. & 35.]

Quemadmodum specialis hypotheca generali non deroget, V. Bartolum *ad Auth. hoc si debitor. de pignorib. l. 1. de duob. reis l. si non singuli. cod. tit.*

* Quid si hypotheca a debitore constituatur in parte sua fundi cuiusdam, quam cum altero pro indiuiso communem habebat? Ea tantum in ea parte, quæ ei ex diuisione obtigit intelligitur constituta. Arresto Parisiensi, quod datum 10. die Iunii 1571. aduersus dispositionem iuris communis, *l. 3. §. v. ff. qui potior. in p. hab. l. si conueniat. § vlt. ff. quib. mod. pign. vel hyp. [illegible] l. si quis fundum ff. de vsufr. leg.* Choppinus *lib. 3. de priuil. [illegible] part. 3. in fin.* T.

IV.

Hypothecaria personalis aut mixta.

Hypothecaria realis est & optio actori datur aduersus detentatorem agendi coram iudice loci hypothecæ, vel etiam, si malit, coram Iudice ordinario prædicti detentatoris: nihilominus si personalis sit, coram Iudice rei agi oportet. Ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, anno 1383. inter dominam Vergeriam actricem ab vna parte & Marchionem Saluciium reum ab altera.

[Sup. Arresto 1. Consuetudinis Lobellariorum.]

Idem decisum fuit Arresto 9. die Februarii 1569. & demonstratum fuit ab Aduocato Boucherario, vna vel altera concurrente, personalem eum ad se trahere hypothecariam velut accessoriam, alias vnusquisque à sua Iurisdictione distraheretur. Et Arresto 19. die Iunii 1505. aduersus ordinarium seu consuetum Pictauiensem abusum, interdictum fuit, hypothecariam vna cum personali intentare: verum si concurrant, hypothecam personali seruire, tanquam pedissequam debere. B.

V.

Quando hypothecaria personali coniungitur, si perso-

Cohæres quando & quota sua, & quando in solidum conueniri possit.

si personali tantum agitur, quilibet hæredum pro rata sua tenetur: verum si hypothecaria agitur, quilibet in solidum tenetur. *l. vnus ex multis. C. de distract. pignor.* Idque solemne Arrestum est Gallopei. Verum si hypothecaria absque personali agatur, veluti aduersus tertium quendam detentatorem, eo casu discussione opus est, priore non item. Atque ita intelligenda est Authentica, *Hoc si debitor. C. de pignor.* Atque hanc ad rem prædictum Arrestum Gallopei latissimum est, quod declaratur titulo, *de fideiussoribus, & ordine iuris & discussione, Arrestum 26. libro 10. titulo 4. de fideiussoribus.*

VI.

Tertius possessor quando ad excipiendum de iure admittatur.

Hypothecaria subsidiaria est personalis, posteàquam debitor non soluendo apparet, Authent. *Hoc si debitor.* supra alleg. ac videri posset facta discussione, tertium possessorem ex integro ex capite debitoris aut condemnati ad defendendum admitti non posse, per notata per Bald. *in l. 2. ff. de except. rei iudicatæ.* Nihilominus cōtrarium iudicatum fuit, Arresto Parisiensi, 20. die Maii, anno 1559. pro Claudio Tournonio Selecto Forosegusiensi, aduersus Ioan. Petrinum Dominum de Chatuea, qui Arresto anni 1546. Maioribus dieb. Rigodulensibus, super dotis restitutione obtinuerat aduersus Pontum Haganum Aduocatum in prædicto Parlamento, eoque soluendo impare existente, atque ita aduersus prædictū Tournonium agente, tertius possessor bonorum generaliter prædictæ doti obligatorum, & de nouo præscriptionem opponens, insuper prædictæ dotis solutionem, complures alias rationes, quæ primum debitorem concernebant, dicens, non recte exceptū & defensum fuisse, additis quibusdam præsumptionibus collusionis, cuius non magnam rationem habebant: siquidem eam probare non poterat, ad hoc is loco condemnati admissus fuit. Isque est textus *in l. Præses Prouinciæ. C. de pignoribus. & alter in l. si per imprudentiam. de euiction.* Igitur actor, qui reum suum non soluendo esse scit, melius facturus est, si tertio possessori litem denunciari curet.

VII.

Idem & expressius.

Die Martis 8. die Martii 1553. in peroratione matutina, causa quædā appellationis perorata fuit, qua à sententia à Balliuio Aurelianensi data appellatum fuerat: in ea appellans dicebat, se pro parte tantum fundi reditui obnoxii hæredem & detentatorem esse, de quo quæstio agitabatur, quique reditus recognitus & à defuncto debitore promissus fuerat: eo non obstante à creditore se conuentum fuisse, & à prædicto Balliuio solum & in solidum prędicti reditus condemnatum, cessis sibi à creditore actionibus pro regressu suo aduersus cohæredes suos & condetentatores, eo non obstante, quod allegasset, quod, licet personalis & hypothecaria concurrerent, attamen se hypothecaria condemnari non potuisse, nisi pro ea portione, qua fundos defuncti debitoris possideret: id quod se acceptare dicebat, & his iisdem rationibus concludebat. Econtrario appellatus dicebat, quod confusum esset patrimonium defuncti cum hæredis patrimonio, propterea eum de eo in solidum teneri. Arresto, quod ex tempore datum, dictum fuit, bene iudicatum fuisse.

VIII.

Confessio dotis non numeratæ tertiū possessorem non impedit.

Bartolus *ad l. Assiduis. Cod. qui potior. in pignor. hab.* tenet, solam confessionem mariti alicuius pro vxore sua, se videlicet dotem recepisse, validam esse, & aduersus tertium possessorem in terminis actionis hypothecariæ efficacem esse, Ioannes Faber *in l. Scripturas. eodem titul. in Authentica. Sed iam necesse. C. de donationibus ante nuptias.* contrarium tenet, puta simplicem huiusmodi confessionem numerationis non tactam, tertium possessorem onerare non posse, qui vxorem hypothecaria agentem repellere potest: quæ Fabri sententia, vtpote vera obtinet. & approbata fuit Arresto Parisiensi, pro Luca, aduersus viduam Damioti, *titulo: De obligatione nulla ob defectum causæ, supra Arrestum 3.*

IX.

Clausula constituti in hypotheca a discussione liberat.

Vtilissima & notatu dignissima ratio est inuenta & approbata à supremis Curiis in contractib. & clausulis hypothecariis, siue quod ad dotis securitatem, eiusdemq; restitutionem, siue alias in omnibus cautionibus euictionum & indemnitatis, ad euitandum circuitum & onus discussionis in personali, sed vt à primo statim limine ad hypothecariam deueniri possit. Species facti hæc esto: Maritus quidam confitetur, se ab vxore sua dotem accepisse, in casum restitutionis, & pro ea omnia & singula bona sua obligat, ac specialiter & expresse domanium quoddam & prædium suum, quod prædicto casu euenient, possessorum se cōstituit titulo precarii ab vxore sua, aut etiam hæredibus suis, & ab iis ius habentibus, ad quos repetitio dotis spectabit: Si maritus id cōstante matrimonio vendat, alioue quo modo huiusmodi prædium alienet, vxor, aut etiam ipsius hæredes & ius ab iis habētes, primum possessorē prædii illius conuenire poterunt, & aduersus eum condemnationem ad dotem restituēdam obtinebunt, aut; vt is permittat prædictū prædium pignori capi, subhastari, vendi, & ex decreto addici more solito, nulla discussione aduersus hæredes mariti facta. Eaq; doctrina est Alexandri & Iasonis *in l. exitus. de acquir. poss. & in §. item si quis in fraudem. Instit. de action.* Pari ratione, si venditor in casum euictionis consimilem hypothecam constituit, & euictio iudicata fuerit, emptor tertios possessores rei specialiter obligatæ, citra discussionem conuenire potest: *cap. causa tantum constituti:* alioquin absque eo necessaria erit prædicta discussio, etiam in hypotheca speciali. Aliquo tempore ante prędecessores nostri aliter id obseruarunt, prout scripsit Masuerius *tit. de executionib. & subhastat. versicul. Item creditor potest.* Puta, creditor quidam hypothecam expressam & specialem ob æs suum in quodam fundo sibi constitutam habens, qui postea à debitore alienatus fuerat, pleno saltu, neque prædicto debitore eius, neque hęrede eius conuentis, vt personalis discuteretur, poterat capere prædictum fundum sibi hypothecæ obligatum, eum subhastari curare, & vlterius procedere, nō obstante exceptione tertii possessoris, qui aliud ius non allegat, quam quod fundum illum à debitore emerit, & qui tertius possessor nihil aliud dicere poterat; quo magis proscriptionem impediret, nisi vt alia bona prædicti debitoris reuelaret & indicaret; eaque hastæ publicæ subiicienda, capienda, & vendenda offerret, vt ex iis creditori solueretur intra certū tempus, quod ei præstitutum fuerat, & interim prima occupatio differebatur. Veteres praxin hanc fundabant in eo, quod dicitur *in l. debitorem. Cod. de pignoribus.* debitorem videlicet alienando effectum hypothecæ impedire neque immutare posse: & *in l. Est in arbitrio. C. de action. & obligat.* in qua optio datur creditori conueniendi quemcunque, prout ei placuerit, vel creditorem vel tertium rei hypothecæ obligatæ possessorem. Verum postea, cum hæc materia melius intelligeretur, prædicta praxis reformata fuit, quæ ex prædictis legibus desumi non posset: quarum

Praxis antiqua conueniēdi possessorem, omissa discussione abolita.

[V. Appēd. ad hunc §: *hunc tit.*] Auth. *si debitor.* explicata.

vna oempe *l. debitorum.* ciuiliter intelligenda est & citra discussionis præiudicium: altera *l. est in arbitrio.* correcta est per *Authentic. sed nouo iure.* quæ eam immediate sequitur: & ex prædicta *Authent.* necesse est, siue hypotheca specialis siue generalis sit, discussionem fieri actionis personalis pro debito aduersus debitorem & eius fideiussorem, antequam aduersus tertium possessorem per pignoris capionem deueniatur. Huc quoque facit Authent *Hoc si debitor. C. de pignoribus.*

Electio creditoris est, an fundos primum acquisitos discutere velit.

Antea obtinuit, prout sub finem *Arresti primi huius tit.* refertur, quod creditor hypothecarius volens agere aduersus tertios fundorum detentatores, qui ei hypothecæ obligati erant, capi & discuti fundos postremo loco alienatos, curare debebat, ad circuitum euitandum hunc videlicet, si ad prius venditos primum ageret, quorum acquisitor regressum haberet aduersus postremos acquisitores, & huiuscemodi prædictis desiorta fuerat ea *l. si quis habens. ff. qui & à quib. manumissi.* Nam quando seruus quæ ad hanc rem nihil facere videtur. ..., cuius nomine creditor manumittitur, nihil amplius restat, ... hypothecæ obligatus semper in agere possit: verum fundus hypothecæ obligatus semper in suo statu manet: itemque quod L. expressa sit, quæ creditori permittit expresse primum aut postremum acquisitorem detentatorem fundi hypothecæ obligati conuenire, *l. creditoris.* Id quod etiam colligi potest ea *l. Moscu. 2 ff. de distract. pignor.* & ibi Glos. *4. ff. de usufr. vers. ... reliquum possessorem omnem.* & ibi Glos. ... Choppinus ita tenet *lib. 3. de moribus Parisior. tit. 2. num. 2.* Loisellus *lib. 3. de p... ... cap. 6.* Faber *de error. Pragmaticor. lib. 5 cap. 9.* Aduersus id, quod extat apud D. Magistr. *ad c. 44. de subhastat.* I. C.

Inoge *Arrestum huius tituli.*

XI.

Creditor venditioni consentiens hypothecæ suæ renunciat.

Si creditor venditioni fundi alicuius à debitore sibi cum aliis hypothecæ obligati consentiat, si huiusmodi fundus postea capiatur & proscribatur, creditor hic, etiamsi prior in hypotheca fuerit, nihilominus omnibus aliis posterioribus postponetur, *l. creditor qui prior. §. si tecum de hypotheca ff. qui potior in pigno. hab.* Ita iudicatum fuit Arresto super remissione quadam à Commissario Castelleti Parisiensis.

XII.

Mulier pro dote sua creditoribus anterioribus præfertur.

Domini Parlamenti Tholosani firmiter tenent, vxorem pro repetitione dotis suæ creditoribus anterioribus non priuilegiatis præferendam. Ita iudicatum fuit in Audientia quadam, 25. die Februarii 1566. pro vidua Betoardi Annonæi, pro 1025. libris dotis suæ, iuxta sententiam Martini *in l. assid. ... C. qui po. ior. in pignor. hab.*

Simile postea iudicatum fuit in prædicto Parlamento Tholoseno, Arresto, quod pronunciatum in purpura, in pronunciatione, mense Septembri 1598 & aliis, quæ referuntur a D. Maynardo *lib. 2 quæstion. suar. cap. 51.* Vide ea, quæ scripsi in *quæst. mea 99.* Mulier præfertur quoque omnibus creditoribus mariti sui in fondo à se prouemente. Bacquetus *tract. 5. de iurib. iust. c. 21. num 87.* Verum quæsitum fuit in Parlamento Parisiensi, verum in casu, quo omnes creditores in tributum veniunt, in pecunia ea venditione mobilium refecta, mulier, & eius liberi prælationem pro pecunia dotali, & restitutione suorum propriorum prætendere possint? Et iudicatum fuit Arresto, quod datum in Consuetudine Turonensi, inter Petrum Tourtueum & consortes appellantes a Balliuio Touronensi vel eius Locumtenente Turonibus: & Mariam Tourtueam, vxorem Wilhelmi Reosidi & consortes appellatos, patrocinantibus Buissonio & Ruberto, 2. Aprilis 1591. in Parlamento Turonum translato, confirmata prædicta sententia, nullam prælationem hic esse, vbi post Arrestum pronunciatum Dn. Harlæus Primus Præses Aduocatos monuit, vt in suis deliberationibus & perorationibus hoc fundamento inniterentur, quod causa super thesi generali iudicata fuisset, in consequentiam alterius Arresti a se pronunciati, quod datum fuit pro Bartholomæa Iouarda, aduersus Susannam Haberti ... viduam cuiusdam nomine Iardini, in pronunciatione Natalitia, 13 Decembr. 158 .. quod refert Bacquetus *in tract. suo 3. de iustitia, cap 21. num 269.* cum altero postea dato pro creditoribus defuncti Nicolai Chenozi Bibliopolæ Parisiensis, aduersus Ioannam Regni viduam ipsius, 5. Februarii 1586. Super tributoria ratione v. *in l. si hominem. §. quoties. ff. Deposit. & l. qui autem. § siteum ... ff. quæ in fraud. creditor. &* Constitutionem *l. pro debito. C. de bon. auth. iud. possid.* vnde desumptus est *art. 177.* & alii *Consuetudinis Parisiensis.* I. C.

Quo casu creditores in tributum veniunt, vxor pro dote sua non præfertur.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

Tertius possessor à condemnato habens fundum conueniri.

TErtius possessor ius à condemnato habens, fundi alicuius speciali hypothecæ nexi, recte conuenitur, prout iudicatum fuit, 30. die Ianuar. 1564. de colonia quadam occupata, velut hypothecæ nexa, nec opus fuit aliorum bonorum discussionem fieri, perorante D. A. Thuano. B.

II.

Chirographum ab vno cohæredum recognitum aduersus alios cohæredes executorium non est.

Chirographum recognitum ab vno cohæredum, aduersus alios executorium non est: atque appellatio ab huiusmodi executione in exceptionem commutata fuit, 3. April. 1582. perorante Boucillerio aduersus Dauidem. B.

III.

De ... fundi ... ci, in quo solutio fieri debet.

Dominus Renatus Choppinus *ad Consuetud. Andegauens. lib. 2. tit. 1. num. 4. & seq.* refert Arrestis iudicatum fuisse, dominum census aut reditus solaris, qui partem fundi adquisiuit, in quo census aut reditus debetur, non desinere potestatem habere agendi aduersus quemlibet possessorum in solidum census aut reditus, deducta parte sua, citra vllam confusionem. Ex nonnullis Consuetudinibus ad dominum censualem aut solarium, debitor reditus censum suum aut reditum ad dominium eius deferre tenetur, quo facit *l. forma censuali. § si quis agrum. ff. de censibus.* quando fundus ibi situs est, ex Consuetudine Engolismensi, *art. 21.* Quando fundus quidam iure plebei tenetur, detentator censum ac reditum suum ad prætorium deferre debet, à quo res mouetur, si modo prætorium intra Castellaniam habeat, si prætorium nullum habeat, eas in alium locum intra prædictam Castellaniam deportare debet, vbi prædictus Dominus reditum recipere consueuit. Super eo quæsitum fuit: Vtrum si 30. annis possessores in domo Domini soluere consueuerint, ratione ipsorum commoditatis, quæ in pago possessorum sita est, ac Dominus postea iura sua alteri vendiderit, vtrum, inquam, emptor (aut Dominus ipse) possessores suos cogere possit, vt sibi in loco dominicali soluant, cuius causa prædicti iura debentur? Et iudicatum fuit, quod sic, non obstante prædicta solutione 30. annis in loco facta, eo quod, quæ ex consensu præstantur, non inducunt obligationem, *l. crediter. C. de vsuris. l. operis non imposit ff. de oper. libertorum. l. si certus annus. C. de pactis.* & iura meræ facultatis præscriptione temporis non tolluntur, nisi à die contradictionis, Ioannes Andre. *in capitul. vltim. de consuetudin.* Ext. Baldus *in l. hac autem. ff. de seruit. vrbanor. prædiorum.* Arresto Curiæ, quo infirmata fuit sententia quædam Engolismensis, pro Dn. Petro Gandilloto, Consiliario in Sede Præsidiali Engolismensi, qui de eo refert Arrestum, quod datum in tertia Camera Inquisitionum, 24. Maii 1586. *in Commentariis suis ad articulum 21. prædictæ Consuetudinis:* prout quoque compluribus Arrestis iudicatum fuit, formam soluendi census & reditus solarii minime præscribi, exempli gratia: si redemptori quinque solidi loco caponis soluti fuerint. Vide quæ notantur ini io tituli de *Solutionibus, tit. 5. lib. 10. & lib. 13. tit. 2. Arrest. 14.* [Vid. notas Art 14. tit. 2. lib. 13.]

* (Refer ad *Arrest. 1. huius tit.* ad verba: *Tantundem ... casib.*) Excipe legatarium, cuius hypotheca diuidua est, prout nom-

notatur à Molinæo *tractat. de diuiduo & indiuiduo, quæst. 4. num. 128.* Et ad Consuetudines Parisienses §. 5. *Gloss. 2. in fin.* nisi legatū piū fuisset: Arresto Parisiēsi, 25. Iulii 1552. quod allegatur à Choppino *supra dicto loco,* 10. *num.* 71. I. C.

IV.

Hypotheca pro expensis quādo incipiat.

Nonnulli tenuerunt, hypothecam pro expensis incipere à die sententiæ, quæ eæ adiudicatæ fuerunt, veluti quæ principalis accessoriæ sint.

D. Molineus *in tractat. suo, de Vsuris. quæst. 21. num. 224.* & Charondas *dicto lib. 7. Responsor. cap.* 182. ita iudicatum fuisse Arresto Curiæ 14. Februarii 1577. referunt, qui videri poterunt. Verum ego contrarium iudicatum fuisse reperi, puta eas tantum hypothecam habere & incipere à die taxæ seu æstimationis illarum, vtpote quæ nonnisi accessoriæ sint, distinctæ & separatæ à principali, ex contumacia & temeritate debitoris prouenientes, qui neque nocere neque præiudicare aliis creditoribus posterioribus sententia potest, arg. *l. fideiussores ff. de fideiussor. l. 1. ff. De in lit. iur.* Et ita iudicatū fuit Arresto, 14. die Augusti 1581. in Inquisitionum Curia super appellatione quadam à Præfecto Parisiensi, concernente discussionem ordinis complurium creditorum hypothecariorum, pro Nicolao Voessireo appellante, aduersus Michaelem Fabrum, ob rationes late deductas à D. Renato Choppino, qui de eo Arrestum refert, *lib. 3. de legibus Andium, c. 3. tit. 3. n. 22 fol. 535.* Et ego ita iudicari in Auditorio post meridiem vidi, mense Maio 1600. perorante D. Dauide. Secus est in *damnis & interesse,* quæ eodem gradu ac principale censentur, & eodem die veniunt velut intrinseca, quæq; partem principalis cōstituunt tum, cum stipulatione & obligatione comprehenduntur. Ita iudicatum Arrestis, quæ refert Bacquetus *tractat. 5. cap. 21. num. 416* & Choppinus prædicto loco iudicatum fuisse, ex quo loco prædictus Charondas desumpsit ea, quæ continentur *cap. 202. Responsor. suor. lib. 7.* I. C.

De damnis & interesse.

V.

De Vsuris redituum constitutorum.

Pro emolumentis & vsuris redituum constitutorum in sententia ordinis, creditores in ordine eiusdem dici, ac principalis veniūt, hoc est, à die contractus constitutionis, eo quod vsuræ in stipulationem deductæ principalis sortis accessoriæ sint, *l. petitor. ff. de liberat. legat.* Quantum vero ad vsuras obligationum aut summarum ex sentētiis & iudiciis debitarum, eæ nonnisi à die petitionis illarum veniunt, si non per viatorem seu apparitorem postulatæ fuerint, iuxta *artic. 61. Constit. Aurelianensis,* à die intercessionis, prout in compluribus sententiis & Arrestis, de Ordine, obseruari vidi: Iudicatum fuit Arresto Turonib. dato, 5. Iulii 1593. perorātibus Boutillerio & Martilerio, vsuras in obligatione in stipulatum non deductas, hypothecam non importare, nisi à die, quo iudicialiter postulatæ fuerint, non vero obligationis: irritata sententia quadam, qua à die obligationis adiudicatæ fuerant, ac si à die petitionis acquisitæ fuissent, qua facta mora eas pari modo, ac si per obligationem eas quis stipulatus fuisset, constituerat. Inter Hilarium Cereum appellantem à Seneschallo Engolismensi, & Iacobū Lardeum appellatum. I. C.

VI.

De hypotheca cæmentarii, qui domū refecit vel ædificauit.

Compluribus Arrestis, tam Curiæ Parlamenti Parisiensis, quam Tholosani iudicatum fuit. (quæ refert Charondas *lib. 2. Respons. suor. ca.* 79. & D. Maynardus *lib. 2. quæst. suar. Notab. cap.* 27.) Cæmentarium, qui domum quandam ædificauit aut refecit, omnibus aliis creditoribus præferri in pretio ex venditione illius confecto, etiam Pharmacopæo, Arresto Tholosano, eo quod reficiens domum conseruauit, & pro omnibus creditoribus vigilauit, atque ita totius pignoris causam saluam fecit: & ædificans domū, hypothecæ causam præbuit. Nos de re complures textus in iure nostro habemus, *l. qui in naue. 26. l. 34. de priuileg. creditor. l. creditor. 25. ff. de reb. credit. l. 1. ff. in quib. causis pig. vel hypoth. l. 5. & 6. qui potior.* *in pig.* Est & locus quidam Harmenopuli hanc ad rem valde notandus, vt & pro eo, qui pecūniam ad reficiendum mutuam dat, *lib. 3. tit. 5. de reb. quæ pignori hypothecaue obligantur. Qui, inquit, ob ædificii refectionem mutuum dedit, aut mandato domini, qui ædificii sumtus redemtoribus ministrat, ædes habet sibi obstrictas, atque cæteris creditoribus, si eas ædes, quo sibi cautum sit, accipere voluerit, præfertur.* Propterea cæmentarius prælatus fuit in pretio domus ex decreto adiudicatæ, ei qui eam certa pensione conduxerat, Arresto 23. Decembris 1597, quinimo in pensionibus ipsimet locatori fundi, Arresto 17. Mart. 1598. quæ à me referuntur *in quæstio. mea 96. Quæstio. mear. iuris notabil.* quo lectorē remitto: & ad ea quæ scripsit D. Renatus Choppinus, *lib. 3. de morib. Parisior. tit. 9. n. 8.* I. C.

V. Tit. 3. lib. 10. & Arr. 3. supra.

VII.

De hypotheca priuilegiata venditoris fundi.

Is, cui fundi à se venditi pretium nondum solutum fuit, pignori capto fundo, omnibus aliis creditoribus præfertur, etiamsi hypothecam specialē in eo sibi non reseruauerit, iuxta *l. Procuratoris. §. plane. ff. de tribut. actione*: quia res vendita non alias desinit esse sua, quamuis vendidisset, nisi ære soluto, vel fideiussore dato, vel alias satisfacto, dicendum erat vendicare eam posse. Ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti Tholosani, mense iunio 1577. quod refert D. Maynardus *lib. 2. Quæstio suar. cap. 45.* Idem dicendum de eo, qui pecuniam mutuam dedit ad fundi emtionem, per *ll. præcedente capite* citatas.

VIII.

Prælatio eius qui mutuam pecuniam dedit ad officii emtionem.

In Francia officia seu munera quædam hereditaria sunt, cuiusmodi sunt viatores seu apparitores infeudati & officia Notariorum & Tabellionū, iuxta Edictum anni 1567. Atque hæc si occupentur & ex decreto vendantur, creditores officium illud habentis, ad id quod is possidet, ordine veniunt, iuxta datam ipsorum contractuum, hypothecam continentem: alia officia tēporalia seu ad dies vitæ sunt, vti iudicaturæ, seu officia iudicialia; hæc venalia natura sua non sunt: attamen hodie capi & subhastari possunt, & iis prouisi cogi, adiudicatariis mandatum emittere, quo prouideri possint seu ad ea admitti. Verum hypotheca nulla constituitur in pecunia ex istis cōfecta, sed vt in mobilibus, primus, qui eam pignori cepit, in pecunia præfertur, nisi bona immobilia debitoris creditoribus existentibus non sufficiant. Hoc quippe casu creditores in tributum veniunt, neque prælationi locus est. In venalibus & hereditariis de prælatione disputatum fuit, vtrum is qui ad ea coemenda pecuniam mutuam dedit, aliis creditoribus tempore anterioribus præferatur? Commētator *ad Constitutionem de subhastationibus,* relatā inter decisiones D. Præsidis Magistri, *cap.* 48. hanc quæstionem mouit, quæ postea decisa fuit Arresto Parlamenti Tholosani, 21. Iulii 1593. quod refert Charondas *lib. 9. cap. 7.* & D. Maynardus *li. 2. quæstio. suar. cap. 1.* pro creditore, qui ad emendū officiū pecuniā mutuam dederat, itemq; pro muliere, ad restitutionem dotis suæ posteriore tēpore & hypotheca, iuxta *Nouellā* Iustiniani 97. *cap. 4.* ex qua desumpta est *Authentica quo iure. Cod. qui potior. in pignor.*

IX.

De priuilegio & hypotheca quam fideiussor habet in bonis eius pro quo obligatus soluit.

Sæpe contingit (prout dici solet) vt is, qui pro alio fideiubet, pro eo soluat: verū quæritur: Si fideiussor soluens cessionē actionū creditoris non accipiat, à quo die is ordine ad bona principalis debitoris venire debeat, vtrum à die indemnitatis suæ, an vero à die contractus & obligationis principalis? Et iudicatum fuit Arresto Curiæ Parlamenti Tholosa-

ni, vlt. Martii 1583. io Maiore Camera, quod refert D. Maynardus *lib. 2. cap. 49. quæstio. fuar.* solutione videlicet facta principali creditori a fideiussore, huiusmodi fideiussorteandē hypothecā, quam prædictus principalis creditor habebat, tacita subrogatione prædicti creditoris, cui solutio facta fuisset, acquiri, non obstantibus *l. Modestinus. 76. D. de solutio. l. vt si deiussor. 9. l. cum his. ff. de fideiussoribus*. eo quod illæ magis in subtilitate, quam in ratione & æquitate fundatæ sunt, & quia eæ locum habere possunt in extraneo soluente pro alio vel ignorante, & non in reo soluendum solidum, absque beneficio diuisionis: hac de re vide Molinæum *in lectione Dalana ad d. l. Mod.*

Creditor cui a fideiussore solutū, actiones suas & hypothecā prædicto fideiussori cedere tenetur.

Ego putauerim tutius multo esse cessionem actionū & subrogationem hypothecę principalis creditoris accipere, qui eas fideiussori cedere tenebitur, citra autoritatis seu euictionis præstationē, iuxta id, quod ait Modestinus in prædicta lege, fideiussoribus scilicet succurri solere, vt stipulator compellatur ei, qui solidum soluere paratus est, vendere cæterorum nomine. *ff. de fideiussor.* & ibi Gloss. & hoc est beneficiū, quod *cedendarū actionum* ab Interpretibus appellatur. V. Bacquet. *tractat. 5. cap. 22. num. 256.* & Loisellum *lib. De passessionis desertione. cap.* 8. I. C.

X.

Notarius creditor eius, quē obligat, qui eōcepit contractum cōstitutireditus pro tertio quodam obligato, fundo iam sibiipsi hypothecæ nexo, hypothecæ suæ prioritatē amittit.

Regula iuris, quæ vult in actione hypothecaria, eum qui prior est tempore, potiorem esse iure, perpetuo vera non est, nec locū habet: exempli gratia: Nicolaus Paianus Notarius in Castelleto Parisiensi, creditor Mæuii hypothecarius, contractum quendam vtpote Notarius concepit, quo Mæuius Nicolao Deprato ciui Parisiensi se obligat, ei eundē fundum hypothecæ nectit, speciali hac clausula addita, *bona prædicti Mæuii neque obligata neque hypothecæ nexa alicui creditoribus esse* Lis initi u rur in Curia Parlamenti inter Deprato & Paianum super prioritate & posterioritate hypothecæ in fundo Mæuii constitutæ. Deprato se Paiano, præferendum, etsi tempore & ratione datæ contractus pignoratitii vltimum prætendit, quod ei sibiipsi Paianus conceptione contractus & reticentia hypothecæ suæ præiudicauerit, & hac ratione hypothecę suæ renuntiauerit, per *l. sicut §. vlt. ff. quib. mod. pign vel. hypoth. l. fideiussor. §. patet. ff. de pignorib.* Paianus è contrario dicebat, se id quod concipiendo contractum fecisset, ex necessitate officii fecisse, & propterea sibiipsi non præiudicasse, quemadmodum testis, ob id quod contractū subsignauerit, nō obligatus, nec hypothecæ suæ prę iudicat, *l. Catus. ff. de pignorat. action.* & aliis locis iuris & prolixis rationibus allegatis & relatis à D. Renato Choppino, qui pro Deprato perorauerat, aduersus Paianum appellantem à Præfecto Parisiensi, *V. lib. 3. de legibus Andium, tit. vlt. num. 2. & 3.* & Annam Robertum, *rer. iudicatar. lib. 4. cap. 14.* Arresto, quod pronuntiatum in purpura, & datū super ampliatione causæ, prædictus Deprato prælatus fuit, 21. Martii 1581. Et postea simile iudicatum fuit in Camera Edicti super ampliatione quadam causæ Arresto, mēse Decembri 1598. D. Bouinus Relator pro Paiano creditore posteriore, aduersus heredes Niuani Notarii in prædicto Castelleto, prioris creditoris, quibus tamen Paianus prælatus fuit. Vide eundē Choppinum *lib. 3. de moribus Parisiorum, tit. 2. num. 22. & 23* I. C.

XI.

Notarius qui instrumentum cō

Ad hanc materiam *de Notariis* notandum est Arrestum quoddam prædictæ Curiæ quod ad perorationem Parisiis datū, 15. Februarii 1590. inter Bernardum Chopponiū Abbatē Commendatarium Abbatiæ Beatæ Virginis Boeriensis appellantem à quadam prouisionis sententia aduersus ipsum data à Præfecto Parisiensi ant eius Locumtenente, & actorem Io. Cirassum appellatū, & appellantem à Libellaris Palatii, & illustrem Audoenum de Thurino Equitem Dominum de Lusarche, & Nicolaum Generum ouper Notarium, & postea Commissarium Examinatorem in Castelleto Parisiensi reos, qui Gener, eo quod prædicto Chopponio domum quandam à prædicto de Thurino emente, contractum conceperat, absque conditione, saluo censu, qui mensis vnius spatio ante prædictum venditionis contractū, alterū contractū constitui octingentarū librarū reditus conceperat, pro quo prædictus Thurinus prædictā domū hypothecæ nexuerat: ob hanc imposturam, qua vsus fuerat, nec se ob proximitatem contractuom excusare poterat, eo quod inter hos duos contractus nonnisi vnius mensis interuallum fuerat. Curia audito super eo D. Magistro pro D. Procuratore Catholico, iusque super instantia denuntiationis dicens, prædictum Generum in expensas, damna & interesse prædictis Chopponio & Cirasso, & in 4. Coronatos pro pane incarceratorū in carcere Palatii inferendos condemnauit. I. C.

ditionis domus eidem sit libera ab omni nexu, quamen tenorem quendam instrumento hypothecæ nexuerat, pro reditu 800. librarum, quomodo punitus.

XII.

Actio hypothecaria cum personali coniuncta prorogatur vsque ad 40. annos in regionibus Consuetudinariis, iuxta dispositionem *l. cum notissimi. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* Ita iudicatum 7. Septem. 1587. in quinta Camera Inquisitionum.

Actio hypothecaria personali coniuncta, 30. annis durat.

V. Arr D. *Louetii litt. H. cap. 3. & notas D. Bodui.*

XIII.

Iudicatum fuit Arresto 22. Augusti 1604. continuationem contractus alicuius hypothecam non præbere, nisi tempore præcedentis contractus elapsi, & creditores præcedētes continuationem præferendos esse.

Continuatio contractus alicuius.

XIV.

Super quæstione: Vtrum tertius possessor fundi specialiter hypothecę suppositi pro reditu quodā pecunia æstimato & constituto, conueniri possit, bonis debitoris principalis indiscussis, & pro eo reditu generaliter obligatis? Iudicatum fuit Arresto 2. April. 1587. in quinta Inquisitionum Camera, discussione opus esse,

Discussio in hypotheca speciali.

TIT. IV. DE. EVICTIONIBUS, & de autoritate præstanda.

Is qui fundum in fauorem matrimonii donat, etsi nonnisi vnicam partem in eo habeat, pro toto fundo euictionem præstare debet, damna & interesse soluere, pro ratione partium, quas tradere non potest, aduersus *l. forui electione. in fin. de leg.* 1 Arresto Parisiensi, quod allegatur è Charunda *li. 2. Responsor artic.* 40. vbi ait, idem iudicatum fuisse in legato quodam testamentario Religiosis nonnullis relicto. T Arresto decisum fuit, omnem autoritatis denuntiationem prius, quam ad principalem litem deueniatur, expediri debere. Super autoritate seu euictione: V. Bacquetum, Loisellum & alios, qui ea de re scripserūt, & D. Louetium *in Arrestis suis lit. F Arr. 25.*

ARRESTVM I.

VEnditor, qui autoritatem se præstiturum promisit, emtori suo instrumenta rei venditæ, quæ habet, tradere non tenetur, nisi emtor eum liberet & prædictā autoritatem in se suscipiat: nō secus, atq; traditum est, vendita hereditate, heredē testamen-

Venditor quomodo emtori suo instrumenta cum cōtrere tenetur.

ti exemplum quidem dare debere, quo exhibito aduersus omnes prædictam hæreditatẽ tueri possit: tabulas vero authẽticas ipsum retinere posse, & descriptum Notarii manu dare teneri. Verum quidem est, venditorem sigillatim & inuentario tradere debere omnia instrumenta, quæ habet, rem venditam spectantia & promittere ea se exhibiturũ, & iis emptorem iuuaturum, quando occasio id postulauerit. Et ita iudicatũ * fuit Arresto Parisiensi, perorante Boucheratio & Dinguechino, 18. Nouemb. 1550.

[Quando possessionis turbatio fit, aut impedimẽtum iuris est. l. vlt. de act. empt.]

* Desumptum è D. Ioanne Lucio *titul. 1. lib. 9* qui tamen hoc Arrestum in contrarium eius, quod hic dicitur, refert, verum Paponii sententia confirmatur authoritate D. Molinæi *consil. 46. n. 5.* vbi allegat *l. Tutor hæres & l. creditor. in pr. ff. de act. empt. & l. instrumenta. C. de fideicommiss.* T.

II.

Autoritas de facto suo intelligitur, & quomodo de facto prædecessoris & hæredis sui.

Complures tenuerunt, venditorem aut donatorem, qui facti sui tantum authoritatem & defensionem promiserunt, non intelligi eos hæredis ipsorum neque prædecessoris factum comprehendere: eaque est sententia Baldi *in cap. 1. qui success. tenent in fin. & in l. si seruum. §. 1. ff. de verb. obl.* Fran. Aret. *in l. stipulatione ista. ff. eod.* Alii tenuerunt, huiusmodi promissione hęredis factum & prædecessoris vniuersalis comprehendi: puta, Bartolus, Salycetus & Paulus de Castr. *in l. si seruus. in pr.* per Glossam *verb. interest in fin. ff. de condict. furt.* Francisc. Crem. *sing. 157.* tenet, prædecessoris singularis factum non comprehendi, verum tantum vniuersalis, per Glossam relatam ad text. *in l. si cum fundum ff. de verb. obl.* Dyn. tenet per illum tex. *in l. fin. per illum, ff. de nou. oper. nunciat.* eum de facto prædecessoris sui teneri tam vniuersalis, quam singularis & hęredis sui. Atque ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 1. die Februarii 1524. aduersus illustrem Dn. Carolum filium Regis Nauarræ.

Desumptum ex *decisione Borrii 67.* I C.

III.

Venditor, qui autoritatem præstare non debet, nihilominus in casu euictionis pretium reddere debet.

Venditor, etsi se periculo euictionis non oneret, neque alterius authoritatis, nisi de facto suo & suorum, & expresse dicatur, eum nullo alio nomine non teneri debere, nihilominus, si res euincatur, pretium * restituere debet, vt ait text. *in l. emptorem. § qui autem habere licere. ff. de action. empt. & vendit.* Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in peroratione, die Lunæ 28. die Nouembris 1559. perorante Ramaro pro appellante à iudicibus Præsidialib. Andegauensibus, & Magistro pro appellato. Ratio scilicet & natura contractus venditionis, qui bonæ fidei est, minime permittunt, emptorem rem venditam amittere, & venditorem pretium retinere: nisi expresse de iactura pretii conuentum fuisset: eo tamen non obstante, si venditor sciens rem alterius vendat, non minus ad restitutionem pretii aduersus conuentionẽ tenebitur, & ita ait Vlpianus *prædicto §. in fin. ibi, nisi forte sciens alienum vendidit.* Atque hanc ad rem notanda est *l. qui libertatis. ff. de euiction.* iuncto eo, quod ait Baldus *in l. non dubitatur. eodem tit.* Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, in peroratione quadam, 27. Nouembris 1548. & tantundem dictum fuit pro Dom. Bernerio Secretario Arresto prædicti loci, 5. die Maii 1545. Omittere non debeo, quod Baldus & Paulus *in dicta l. qui libertatis. §. qui autem.* in ea sententia fuerunt, in diuisione istud locum non habere, & si conuentũ sit, ne partes de vlla re euictionis superuenientis nomine tenerentur, huiusmodi pactum ratum atque firmum haberi debere: & prædicto euictionis casu vnũ illorũ partis, aduersus alios, qui eo liberati sunt, ex ratione prædictæ clausulæ agi non posse. Nihilominus istud rationi non est consentaneum, neque ad rem facit, neq; ratio subest differentiæ istius, quasi in diuisione minus obtinere debeat dispositio prædictæ *leg. emptorem.* quæ sancita est, quam in venditione, cum tamen diuisio prædictæ *leg. emptorem.* inter contractus bonæ fidei recenseatur, æque ac venditionis contractus: ac propterea quod de vno dicitur, in altero omitti non debet. Ex hac ratione prædictæ *l. qui libertatis.* & eorum, quæ ad eam notantur, teneri oportet, eodem iure huiusmodi res censeri & haberi debere, omnibus disputationibus cessantibus: aduersus sententiam supradictorum & Glossæ *in l. familia. C. famil. ercisc.* Item notandum est, eum, qui se simpliciter facti sui authorem futurum promittit, nec alterius nomine: nihilominus authoritatem facti prædecessoris sui præstare teneri, cuius is hæres est: procul dubio quippe factum defuncti, hæredis factum censetur, prout ait Imola *2. vol. consil. 48.* iisdemque in terminis Paulus de Castro *ad l. si seruus. ff. de condictione furtiua.*

Autoritas eiusdẽ determinationis est in diuisione, ac in venditione.

Autoritas facti sui, intelligitur quoque de facto defuncti.

D. Lucius *eod. lib. tit. 4. Arr. 1.*

* Venditor quidam officii Actuarii aquarum & syluarum Aurelianensium, quod dono a Regina Ducissa Aurelianensi dotaria acceperat: & postea vendiderat, vtpote ad Domaniũ Coronæ spectans, eo demum fuit ad restituendum emptori pretium, à quo prædictus Actuarius absque vlla refusione depulsus fuit. Arresto Parisiensi, quod datum in Audientia Maioris Cameræ, 15. Iunii 1589. Choppinus *ad Consuetudines Andegauenses, lib. 3. cap. 3. tit. 5. artic. 23.* T.

IV.

Autoritas denegata in petitis laudimiis.

Anno 1334. Arresto Parisiensi, reus quidam super postulatione laudimiorum & venditionum ab abs. luti & generalis authoris euocatione, quem *formalem* vocant, depulsus fuit, aduersus sententiã Præsidis Nanterrei, qui repræsentabat, hunc rem alteri cuidam directum dominum se dicenti soluere potuisse. Altera ratio est, puta, si hypothecæ nomine omnia laudimia à possessore petantur, alterius acquisitionis quam suæ, aduersus venditorem authoritatem præstari. Verum est, reum pro emptione sua fugere non posse, ne dominus directus ius suum habeat, nihilominus authorem suum euocare posse.

V.

Rescindẽs non habet autorem.

In rescissione ob dolum & calumniam partis aduersæ facta, quæ personalia sunt, nouationi aut absolutæ authoritati locus non est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1535.

VI.

Autor extra Regnũ trahi non potest.

Anno 1533. mercator quidã Flandriæ coram Præfecto Parisiensi vel eius Locumtenente cõueniri curat, mercatorem quendam Parisiẽsem, vt sibi authoritatem præstet rei, cuius ei controuersia in Flandria mouebatur, quamq; ex contractu cum prædicto Parisiensi inito nactus fuerat: & conclusit ad hoc, vt litem cessare curaret, & defensionem ac causam in se susciperet. De controuersia sibi mota fidem facit, & de contractu, in quo clausula promissæ authoritatis continebatur. Prædictus Parisiensis ait, se defensionem in se suscipere non teneri, neque litigandi causa in Flandriam extra Regnum abire. Is ad suscipiendam defensioné prædicti Flandri condemnatur: ab eo appellat. Arresto 13. Maii prædicto anno, dictum fuit, male iudicatum, & emendato iudicio prędictus Parisiensis ad præstandum indemnem prædictum Flandrum condemnatur.

Authores duorum generum, & coram quib. iudicibus procedere debeant.

Vt recte intelligatur, vbi & coram quibus iudicibus auctores procedere debeant, notari oportet, duo auctorum esse genera: alios videlicet absolutos seu formales auctores esse, quibus in actionibus realibus locus est, exempli gratia, si Titius Gaio fundum quendam vendiderit, & eum postea tertius quidã vendicare & euincere velit, tunc Gaius Titium absolu-

Autor absolutus seu formalis.

solutum fuerit autorem citare debet. Pariter in actionibus hypothecariis, quando quis creditorem venditoris fundi alicuius esse sese prætendit, illumq; fundum sibi obligatum hypothecæ fuisse, atque ad id concludit, prædictum videl. fundum pro suo debito sibi obligatum declarari debere, emptorem condemnandum, vt ab eo desistat, nisi debitum soluere malit, hic, inquam, autori absoluto locus est: vt & tum, cum quæstio est de approbando rescripto Regio ad rescindendum contractum quendam impetrato, & cum rescindens cum rescissorio pro re immobili coniungitur: his in casibus author litigare debet coram iudice authoritatem postulantis, aut eius, qui authoritatem sibi præstandam esse prætendit, coram iudice causæ principalis citatur: autore videlicet locum denunciantis subintrante, & personam eius sostinente (qua causa formalis seu absolutus author appellatur) Iuxta *l. venditor 49. ff de iudic. u.* Nisi expressum priuilegium in contrarium obstaret, cuiusmodi illud, quod à Rege Ludouico XI. anno 1475. ciuibus & incolis ciuitatis Bituricensis, Turonensis, Rupellæ, & Cenomanensis; & ab eodem Rege anno 1493 Parisiensibus indultum fuit, quod expressum fuit in *Consuetudine artic.* 112 quo priuilegio prædicti ciues muniti cogi non possunt, vt alibi, quam in prædictis ciuitatibus rei seu conuenti litigent: hoc quippe casu prædicti ciues in huiusmodi actionibus authores citati, remittendi sunt, proue iudicatum fuit Arrestis, quæ retuli in notis meis, ad priuilegia Bituricensia: alioquin priuilegiati non forent, quoniam regulariter actor rei forum sequi debet, *l. iuris ordinem. C. de iurisdict. om. iudic.* Alterum auctorum genus est, *auctorum simplicium*, qui locum habent in actionibus personalibus, aut in

auctores simplices.

rescissione pro rebus personalibus, velut, si quis aduersus obligationem quandam aut promissionem restituatur, hoc casu, auctor simplex coram iudice, vbi actio intentatur, appellatus, remitti se ad iudicem suum, ad quem in huiusmodi denunciatione & regressu actionis personalis remitti debet, postulare potest, iuxta id, quod iudicatum fuit Arrestis, quæ refert D. Bourdinus *ad artic.* 18. *Constitutionu.* 1539. Charondas *lib. 3. Respons. suor. cap.* 60. & D. Maynard. *lib. 3. Quæst. suar. Arrest. in Parlamento Tholosano decisarum, cap.* 32. quo lector, quo ad alias quæstiones huic materiæ *de authoribus*, inseruientes regressum habebit. I.C.

VII.

Auctor, nisi prius litem susceperit, secundum auctorem euocare non debet.

Arresto Parisiensi, 12. Ianuarii 1593. dictum fuit, quendam nomine Mayeud, dilationem aduersus secundum authorem impetrare non debere, nisi prius authoritate seu defensione primi, qui eum euocauit, in se suscepta. Nihilominus hoc minime obseruatur, inspecta Constitutione, quæ publicata anno 1539. Non probabili tamē ratione. Nam si primus auctor, antequam litem suscipiat, & partis loco se constituat, secundum auctorem euocet, fraudulēter id facit. Ac videtur ex complutiū sententia, praxim prædicti Arresti iuri cōmmuni consentire, quo auctor non admittitur, si quicquam aduersus primam partem excipere velit, nisi prius litem in se susceperit. Prout ait Imbertus *lib. 1. Inst. forens. in glo. reus vero. c. 20.*

Desumptum ex Gallo *quæst.* 27.

VIII.

Cessatio authoritatis præstandæ tenuente emptore pretium soluere.

Si emptor, antequam pretium soluat, emptionem sibi periculosam comperiat, eo quod eandem rem venditor alteri vendiderit, aut alienauerit, ex dispositione iuris ad solutionem non tenetur, vbi euictio liminaris cognoscitur, *l. si post perfectam. C. de euictionibus.* In Francia prædictus emptor per prouisionem soluere cogitur, præstita sibi cautione, * tam pretii ipsius nomine, quam damnorum & interesse, quæ huius legis vtique mens & intentio est. Et iuxta id iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 20. Nouembris 1543.

* Nisi venditor eam in ipsa venditione præstitisset: quo casu aliam præstare non necesse foret. D. Molinæus *ad Consuetud. Parisiens. §. 55 gloss. 3. num. 11.* Arrestum hic allegatum ex Rebusso desumptum fuit, *ad Constitutiones, tract. de dilationibus, art. 5. in fin.* T.

IX.

Diligentia hæredes

Duo litigant, quorum reus originalis auctorem suum producit, qui admittitur ad causam suscipiendam, & reus extra litem constituitur. Tandem auctor causa cadit. Is appellat, & postea moritur. Actor liberos eios ad reassumendam aut deserendam litem citari curat. Illi hæredes se negant. Dictum fuit, actori testimonialem huius declarationis præbendam, & ipsorum respectu, id, à quo appellatum fuit, effectum sortiri oportere. Sola hac diligentia adhibita, eum, qui auctorem laudauit, conuenit, & aduersus eum Arresta & sententiam exequutioni tradere cupit. Hic ait, se auctoris hæredibus interiorem illatorum, & veniam postulat. Actor ei denunciat alterum ex duobus, vt agat, puta, vt vel ipsemet in appellatione concluderet, aut sibi reum alium subiiceret. Is ait, se ad id non teneri. Curia prædictum laudatorem hac vice absoluit, saluo actori operam diligentem nauandi ad inueniendos auctoris hæredes, & cum illis, aut etiam cum curatore bonorum, quæ subordinate subhastari curare potest, appellationem dirimi curandi iure, sibique postea consulendi aduersus prædictum laudatorem, prout rationi conseotaneum fuerit, cum authore enim contractum fuerat, & ideo eius hæres prius conueniri debuit, *l. 3. §. idem scribit. ff. de periculo.*

requirendi quorum esse debeat.

X.

Author, praemissa, quæ ei pensationi debeat.

Reus quidam aduersus authorem suum sententiam obtinuerat, vt è quatuor vnum saltem peragat: primum, vt litem & impedimentum prædicto reo obiectum cessare faceret: aut etiam secundo, approbationem, defensionem, & authoritatem illius susciperet: aut tertio, vt instrumenta & rationes exceptionis suppeditet, & edat periculo prædicti authoris: aut denique omnes expensas, damna & interesse soluat, quæ prædicto reo obuenire possent, si eorum nihil faciat. Postea cum prædictus author nihil horum ageret, reus liti subsistit, & in prima instantia condemnatur. Is appellat. Is in principali condemnatur, & in multam sexaginta solidorum Parisiensium. Deinde prædictum authorem conuenit, eique repræsentat, se in ipsius expensas, damna & interesse condemnatum, eo quod facere neglexisset, quod is facere debuerat: ac ad declarationem prædictorum damnorum & interesse, prædictas instantias, processus & condemnationem, tam in principali, quam quod multam attinet, producit. Auctor ei dicit, se ad nihil horum teneri: damna quippe & interesse, quæ debet, rei perditæ æstimationem duntaxat esse & interesse, quod rei in eius amissione vertitur. Nam quantum ad prædictos processus eos superfluos & inconsultos esse, eo quod statim à primo litis limine reus consilium capere poterat: & cognoscens sibi mediū & rationem non superesse, retrahere seu subducere se debuerat, non vero adeo pertinaciter liti subsistere, ea fiducia, omnia videlicet in prædictum auctoré recasura: Arresto Parisiensi, 25. Maii 1549. aduersus auctorem iudicatum fuit, eum ad omnia, quæ prædictus laudator postulauerat, teneri, (eo quod is emptorem indemnem præstare debeat, iuxta *l. emptori. ff. de euictio.*) Dubium à Glossa oriebatur *in l. 1. C. de euictio. in verb. sumptu.* & ex disputatione, cuius mentionem facit Bartolus *in l. venditoris. ff. de verb. oblig.* Nihilominus prædicto Arresto veritas cōformis est, auctoré videlicet perpetuo teneri ad expensas ab emptore factas in defendenda re litigiosa, eumque indemnem præstare, tam in expensis, quam in omnibus aliis, quibus multa comprehenditur. Itque expressus textus est in *l. si cum quæstio.* ibi, *Præses Prouinciæ in damnum, quæ*

Author emptorem suum indemnem præstare debet.

te tolerasse meministi. &c. Cod. de euictionibus. Facit *l. si plus vel minus. ff. eodem.* Aliud foret, si emptor venditorem suum in lite non laudasset, seu euocasset: tum quippe, licet semper prędictus emtor, si videlicet condemnetur, aduersus prædictũ venditorem, pro damnis & interesse ab emptione procedẽtibus agere posset, *d. l. emptorem:* ea lege tamẽ, vt prædicto venditori probet, eum, qui euicit, iustam causam habuisse: nihilominus prædictus emptor victus expensas, quas in lite fecit, neq; eas, in quas damnatus fuit, quæ in eum recidere debent, postulare potest: prout ait Alexan. *consilio 67. volum. 3.* Rationes hæ sunt, quod venditor idemq; autor emptori suo opponere potest, cuius causam in se suscipere debet, puta, si emptor venditorem mature citasset, eique litem denunciasset, venditorem capto consilio, nõ litigaturum fuisse, & causa actori cessurum vltro fuisse, quo facto, expẽsas euitari potuisse, aut etiam si ita deliberata prius re comparisset, defensurum, & huiusmodi diligentiam impensurum fuisse, vt prædictus actor omnino causa casurus fuisset. Tutius igitur multo est emptori, si venditorem suum euocet, quęcunque tandem turbę & impedimenta ei moueantur, siue proprietatis, siue possessionis nomine, etiamsi Baldus sane nimis subtiliter *ad l. emptor. C. de euictionibus.* senserit, emptorem scilicet non debere venditorem suum citare ad autoritatem sibi in lite aduersus se cœptam præstandam pro possessione rei venditæ: qui tamen mox se corrigit, & ait, si emptor super possessorio rei emptæ conueniatur, idque facti sui occasione, eo casu eum venditorem suum, vt auctoritatem præstet, conuenire non posse: verum si hoc ex facto venditoris procederet, is eum autorem nominare debet, & litem subire, ad sese defendendum curare. Hodie hæc praxis obtinet, tam in possessorio, quam in petitorio, autorem scilicet euocandum esse, iuxta id, quod ait Vlpianus *in l. emptorem. §. 1. ff. de action. empt.* Venditor, ait ille, in re tradenda debet præstare emptori, vt in lite de possessione potior sit, & si cõtradicatur, curare debet, vt ea emptori suo adiudicetur: absq; eo quippe, si superior in possessione futurus emptor non sit, nec traditum videbitur. Hæc omnia intelliguntur, dummodo intra annum & diem traditionis prædicto emptori factæ, conuentus fuerit. Nam si posteaquã per annum & diem integros non turbatus, sed quiete & pacifice possedisset, prędictus emptor conueniretur, venditore non conuento, ipsemet se defendere potest, & aduersariũ suum repellere, eo quod ipse æstimare debeat, se negligentẽ fuisse, & annum labi permisisse, nec intra eum possessionem apprehendisse. Baldus *in l. emptor. ff. de euictionibus.* ait, quod si venditor omnes expensas, damna & interesse promiserit, in casum euictionis, siue venditor citatus fuerit, siue non, argument. *l. qui in conscribendo. C. de pactis* prædictum venditorem omnes prædictas expensas debere, verum contrarium obseruatur: hac quippe ratione mali occasio & collusioni ansa præberetur: propterea huiusmodi promissio non admittitur, neque ea obstante, obseruatur id, quod ait Alexand. *per l. iuris gentium. §. paciscar. ff. de pact.* vt & valida non est promissio à venditore facta, se videlicet iureiurando emptoris sui statutum pro damnis & interesse, quæ ob rem venditam autoritate venditoris non defensam toleraturus est: huiusmodi quippe conuentio reprobatur & illicita est, vt ait Paulus Castr. *ad l. pactum. C. de pactis.*

Autor citatus post eõdemnationem expensas factas non debet.

Autor quãdo in possessorio euocari possit, quando non.

E Lucio *lib. 9. tit. 4. Arr. 2.*

XI.

Impensas auctore. Arresto emptor quidam fundi & possessionis condemnatur ad soluenda domino directo reliqua decem annorum reditus & census ex prædicto fundo debitorum, eademque opera venditor & autor eius condemnatur, vt eum in omnibus indemnem præstet. Hic emptor Arresto obtemperat, & prædicto domino directo soluit, quittantia seu apocha accepta: sub cuius prætextu is Arrestum suum aduersus prædictum suum auctorem executioni tradi curat, eique iniungi, vt in apocha contenta soluat, quo ea soluere renuente, mobilia ipsius pignori capi curat. Auctor excipit & opponit. Partes a Curia audiuntur: puta, excipiens super eo, quod ait, aduersus se præcipitanter executionem factam: oportuisse quippe ante omnia, aduersus se prædicta reliqua liquidari, quæ qualia sint, nondum cõstet. Addit, emptorem vna cum prædicto domino directo apocham istam confecisse, quæ plus contineret, quam deberetur, ac emptor reuera tradidisset. Necnon autori, æque ac fideiussori cuidam proficere debere transactionem, quam is cum domino directo iniit, *l. & hæredi. § finali. ff. de pactis.* Insuper Arrestum hoc eum ad indemnitatem præstandam tantum condemnare, quod idem sit, ac refundere ea, quæ eam ob causam expensa fuerint: & ideo se loco fideiussoris habendum. Eamq; doctrinam esse Bartoli *in l. quæro. ff. locati.* Emptor replicat, se in Arresto suo & in sufficienti quittantia sine apocha fundatum esse. Curia Arresto, 10. Iulii 1515. exceptionem admittit, & duos è Dominis delegat, qui supra liquidatione prædictorum reliquorum & executione primi Arresti partes audirent.

Interesse suum liquidare non potest.

XII.

Vicesima nona die Decembris 1541. in tertia Camera Inquisitionum Arresto dictum fuit, in lite pendente inter Ludouicum Roussum Scutiferum, Dominum de Rupe des Aubiets, & Eustachium Rupanum, Dominum de Veille Rocheteau, ad relationẽ Domini Gayandi, actorem in regressu autoritatis, si post denunciationem autori suo factam condemnetur, & ab hac sententia is appellet, huiusmodi, inquam, actorem in regressu ad autoritatẽ, quo autorem suum conuenit (qui autor condemnatus fuit ad indemnem eum præstandum) multam, in quam is condemnatus fuit, postulare non posse, eo quod hoc aliud sit, quam causa principalis, & causa appellationis, principaliter vero, quando in prædicta appellationis causa nouam prædicto autori denunciationem non fecit, significato ei causæ statu: verum huiusmodi actorem prædicta sententia aduersus se data contentum esse debere: quæ ei sufficiet ad hoc, vt regressum autoritatis aduersus prædictum auctorem postulare possit. Arrestum istud iuxta ro præcedens intelligi debet, quod itidem in casu denunciationis accipiendum est, prout expresse constituitur *in l. de vnoquoque. ff. de re iudicat.*

Emptor mulcam temerariæ suæ prouocationis ab auctore suo recuperare non potest.

XII.

Decima octaua Decembris 1533. in tertia Inquisitionum Camera, iudicando incidens quoddam, inter Ioannem Fornerium actorem, & Wilhelmum Rolandum reum, emptorem, pro quo à suo auctore causa & auctoritas suscepta fuerit, in expensas litis, in quo prædictus auctor succubuerat, teneri nõ oportere, etsi prædictus auctor non soluendo extitisset. Isq; textus est *Constitutionu* publicatæ an. 1539. *art.* 20. antequam hic articulus dubius fuerat. Nonnulli enim tenuerunt, quod si auctor operarius tantum esset, & facti sui nomine citatus in terminis Glossæ *in l. in rem. §. fin. ff. de rei vend.* eo casu prædictum operarium non teneri in expensas factas aduersus actorem suum condemnatum, nisi in defectum auctoris sui non soluendo existentis. Bartolus eodem loco huic senten-

Sententia quando executoria aduersus eum, cui euictio debetur pro expensis, damnis & interesse.

sententiæ causam & occasionem dedit, vt id ita obseruaretur: verum si quæstio sit de proprietate fundi, emptor id ita prætendens in omnes expensas condemnabatur, licet auctor ipsius ad id cōdemnatus fuisset. Nihilominus prædicta Constitutio rationi magis est consentanea: expensæ quippe nonnisi ab eo, aduersus quem adiudicantur, *l. sæpe. ff. de re iudicata.* & in iudiciis quasi contrahitur, *l. 3. §. idem. ff. de peculio.* Bart. *consil.* 219. Baldus *in l. vendit. de iudic.* & Ioannes Faber *in l. 1. C. vbi in rem act. & in §. fin. num.* 10. *Instit. de satisdat.* & plenius adhuc *in Commentariis Consuetudinis Borbonensis, art.* 99.

Hæc quæstio decisa est prædicta Constitutione anni 1539. *art.* 60. pro principali, pro expensis vero, damnis & interesse, *Consuetudine repetita prædictorum Aurelianensis, art.* 457 quibus sententiæ darę aduersus cōdemnatos, talis expensis damnis & interesse, quæ aduersus emptores executioni nō tradenda: nisi prius mobilibus auctoris discussis. Vide ea, quæ scripserunt D. Procurator Catholicus Bourdinus super hoc *articulo Constitutionis*, & post eum Constantinum & Fontanonium, qui in ea sententia non est, nisi, inquit ille, actor inopia auctoris præuisa, aduersus emptorem protestatus fuisset, eumq; quo taxæ seu æstimationi prædictarum expensarum adesset, citari curasset. quo casu is, discusso iam auctore, actiones suas aduersus emptorem ratione prædictarum expensarū, damnorum & interesse dirigere posset. D. Boer. indistincte tenet tam pro principali, quam expensis, *decis. Burdegal.* 75. *Etiamsi*, ait ille, *garandus condemnatus fit folio cdo.* Verum post Constitutionem, ipsius sententiæ ratio habenda non est. I. C.

XIV.

Autoritas onerum & hypothecarum quomodo obseruetur.

* Venditor, qui domum omnibus oneribus immunem & liberam vendiderat, & pro ea autoritatem seu euictionem sub captura corporis & bonorum suorum promiserat, Arresto Parisiensi, 24. Februarii 1542. condemnatus fuit ad reditum quendā in prædicta domo constitutum, intra 6. menses redimendum, prædictoq; tempore elapso ad id eum incarceratione sui cogendum: quæ forma aduersus venditores obseruatur, de quibus constat, eos tempore venditionis prædictam reditus Constitutionem sciuisse, atque ita dolum & calumniam ipsorum in hac euictionis promissione hypothecatum & onerum nomine resedisse. Partes erant, Petrus Teussardus Dominus de Chailluu, & Ioannes de Campis, Bitungibus habitans.

De crimine stellionatus.

* Qui generaliter bona sua hypothecæ obemit, postea vero partem eorum alibi vendiderit, extra ordinem punitus fuit, veluti criminis stellionatus, Arresto Parisiensi, 16. Maii 1556. Choppinus *ad Consuetudines Andegauensis lib.* 2. *cap.* 73. *num.* 6. aduersus sententiam Alberici & Angeli, qui tenent in *l. 1. C. de crim. stellionat.* in generali hypotheca crimen hoc locum non habere. Vide Charondam *lib.* 7. *cap.* 99 *R sponsor. fuor.* neque venditor ad beneficium cessionis bonorum admittitur. I. C.

XV.

Is, qui euincit, & a quo euincit, refundere impensas, quib. rem euictā meliorē reddidit, debet.

Notabile Arrestum est, quod datum Parisiis in nona Inquisitionum Camera, ad relationem Domini Charonii, inter Ioannem Curtium, cuius nomine is litigabat, actorem ab vna parte, & Dominicellam Ioannam Champroniam, & consortes reos ab altera: quo dictum fuit, si emptor fundi aut domus rediui obnoxiæ, reditum redimat & amortizet, posteaque fundus aut domus ei euincatur, necesse esse, vt is, qui euicerit, ei impensas vtiles & necessarias restituat, vt sunt pretium luitionis seu redemptionis, & consuetæ ac legitimæ expensę, vna cum reliquis prædicti reditus, qui interea cucurrisset, & vsque ad euictionis diem. Arrestum istud datum fuit 7. Septembris 1526.

Meliorationes seu emponemata ab eo quæstore

Insuper, cum ad rem notandum est, in actionibus hypothecariis, quando tertius detentator fundum deserere cogitur, creditorem eum ab ipso euincere non posse, nisi eo statu & valore, quo erat tempore constitutæ hypothecæ, & si detentator fundum meliorauerit, creditor prædictarū meliorationum emolumentorum non percipiet, quæ tertio possessori refundi debebunt ex pecunia ex venditione prædicti fundi conficienda. Ad hoc facit *l. Paulus. §. domus ff. de pignoribus l.* 2. *in pr. C. de præd. & aliis reb. minor. lib.* n. Hierony Paulus Barchinonensis *in pract. Cancellariæ Apostol. fol.* 109. I. C.

bona sibi in fundo, quem possessor euincitur, facta et refundi debent.

Pro impensis vtilibus & necessariis & meliorationibus, semper possessori bonæ fidei, recuperatori rei vsquequo plene solutum fuerit, citra fructuum restitutionem adiudicatur. Adiudicatario a proprietario euicto, pretiū reddi debet, & emolumentum ratione duodecimaria, ab eo, cuius nomine venditum fuit. Iudicatum 22. ... 1577. perorante Chauueliuu, & quoad damna & interesse distingui oportet inter alienationem necessariam à curatore factam, & voluntariam, iuxta l. *fi ob causam D. de euiction. l. rescript. de distract. pignor.* B.

De meliorationum & meliorationum refusione.

XVI.

In venditione actor auctorem suis non debet, vt ex parte contradicit confirmat, ex parte vero rescindatur.

Renatus Lucas Dominus Plesseus, ciuis Turonensis, Antonio Launaio Andegauensi, vendit cōplures reditus, qui ei annatim ex fundis in Andegauensi Prouincia positis debentur, & in pecunia, frumento, panno & nucibus consistentes à compluribus possessoribus fundorum expresse ad id hypothecæ nexorum penduntur, vno pretio, vno eodemque contractu, in quo pars pretii soluitur, addita expressa clausula, prædictum Lucam venditorem traditurum emptori instrumenta authoritatis constitutionis prædictorum redituum, quando videlicet residuum pretii numeratum fuerit. Launaius sexennio integro silet. Eo exacto Lucæ litem mouet, & repræsentat, non modo sibi non solui ab aliquibus, sed & eos, quibus reditus venditus est, iactare, nullas censuales tabulas seu polyptycha extare, nec recognitionem. Postulat ab eo instrumenta promissa, alioquin eum in damna & quātisua interest, condemnandum. Lucas ei respondet, se summam adhibuisse diligentiam in perquirendis instrumentis, nihil vero quicquam eorum inuenisse, idque si actor volet, iureiurando confirmaturū. Nihilominus absque his instrumentis Launaium aduersus huiusmodi debitores & possessores causam vincere seu obtinere posse: se documēta habere, loca & testes, quibus eos conuincat, & ad continuandam solutionem condemnari curet, prout eam, vsque in hodiernum præstiterunt, seque suis impendiis causam in se suscepturum offert. Vlterius pergit, & ait, nisi hæc conditio ei placeat, se pretium acceptum paratum restituere, & legitima damna ac interesse soluturū, dummodo venditio resoluatur, & partes priorem in statum reponantur. Launaius simpliciter vltimam hanc conditionem non acceptat, verum consentit quidem, vt venditio in eo, quod ad prædictos reditus attinet, qui controuersi sunt, quorumq; instrumenta non reperiuntur, rescindatur, & damna ac interesse, pretiumq; pro rata restituatur, verum in reliquo quoad reditus liquidos, quorumq; instrumenta extant, venditio conseruetur. Primus iudex id decernit, itaque iudicat: à quo Lucas ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi in tres Aduocatos celeberrimos compromittitur, vt per expediens lis expediatur & terminetur, qui appellationem Lucæ validam non fuisse, vnanimiter pronunciarunt. Dominus Lucius (quem v. *lib.* 9. *tit.* 4. *Art.* 3. I. C.) ipsius patronus cum hanc causam accurate rimatus fuisset, ei non acquiescit, & notorie grauatum illum fuisse conqueritur: nam quoniam Iudex super oblatione seu conditione oblata ipsius iudicasset, eam integre sequi debebat, aut etiam repudiare, non vero diuidere & transformare, prout fecit, nulla eius ratione habita, quod iuri communi conformis esset, & ex eo procul dubio indiuisibilis, neque rationi conuenire, vnum eundemque contractum pro parte conseruari, pro parte vero resolui. Aduocatus appellati contrarium asserebat, promissionem de exhiben-

bendis & suppeditandis instrumētis omnium & singulorum prædictorum redituum, ad vnumquemq; eorum esse referendam: tot enim promissiones seu stipulationes & actiones esse, quot reditus sunt: seque de aliquibus prædictorum litigiosorum redituum litem intentasse, non vero de omnibus. Ad id facere *l. si domum emi. ff. de contrah. empt.* Peroratio causæ istius docta ac subtilis fuit, ob rationes, quæ tam ex vna quam ex altera parte in iure discutiebantur, nominatim vero super diuisione rerum huiusmodi. Inter complures rationes, quas appellans proponebat, hæcce vrgens fuerat, puta, se, quod longe à locis abesset, in quibus reditus illi colligi debeant, quodque viaticaipse præbere cogeretur, ad cuitādos sumptus suisque vt commodis prospiceret, reditus illos prædicto appellato vendidisse, qui in locis ipsis versaretur: ex his rationibus facile colligi, se ab initio partem tantum prædictorum redituum vendere noluisse, partem vero retinere: sibi quippe tantundem oneris & incommodi reseruatam partem patituram, æque ac solidum seu omnes reditus afferrent. Propterea oportuisse, vt Iudex sibi vel totum vel nihil relinqueret, vel adimeret, iuxta conditionem à se oblatam. Arresto Curiæ, appellatione, & eo, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, dictum fuit, appellatum simpliciter vel cōsentire vel dissentire appellantis conditioni oportere, cui appellatus in expensas causæ appellationis condemnatus fuit. Eaque materia est *l. scire debemus. & l. pluribus. in princip. & l. vbi autem § qui sortem. ff. de verbor oblig & l. cum plures ff. de euictionib. & l. si duos. ff. de contrah emption. & l. cum duo. ff. de in diem addiction.* expressus est textus *l. cum eiusdem. & l. plerumque. ff. de aedilitio edicto.* vbi in propriis terminis dicitur, in eadem venditione, in qua plures res diuersæ vna venduntur, euicta vna, * totum resolui, si verisimiliter venditor non vendidisset, aut emptor non emisset vi. ... que al... & hoc casu separationem fieri non oportere, si ea absque damno vnius vel alterius fieri non possit. Huic consentit alter textus in *l. AEdiles. § fin. eod. titul.* Arrestum istud notabile est ad intelligenda prædicta iura, & *l. Etsi vno pretio. ff. de action. empt. & l. quia dicitur. ff de euiction.*

Vide Arrestum contrarium infra hoc titulo Arresto 3. in Append.

Emtor, cui pars dimidia euicta, in solidum restitui potest.

* Euictio partis rei venditæ venditionem non resoluit, *l. 1. ff de euict. & vlt. C. commun. rer. ...* nisi dolus venditoris intervenerit, aut res vendita per se redhibitoria esset. Exempli gratia: Quidam mercator Lugduni domum quandam emit, quam nulli subiectionis obnoxiam pro certo venditor affirmat. Contrarium deprehenditur. Sententia dominorum Libellatiorum Palatii Parisiensis, confirmata Arresto Curiæ, prædicta venditio infecta declarata fuit. De Iumptum ex Molinæo *tract. de diuiduo & indiu. due part. § ... 621.*

XVII.

Traditio polyptychorū seu librorū censualiū venditorē tradentem ad autoritatē præstandā super omnibus in iis cōprehensis obligat.

Effectus obligationis de autoritate præstanda clarus ac manifestus est in corpore certo in specie vendito, exempli gratia, prædio quodam, fundo, domo, aliove in certis ac limitibus circumscripta: verum si res incerta sit, veluti ius, aut etiam feudum, & dominium quoddā cum suis iuribus, censibus, reditibus, præstationibus, aliisq; rebus in genere ad prædictum feudum spectātibus, pari quo modo quo venditor iis vti frui consue... it, sane huiusmodi generalitas in venditione aut locatione posita, citra specialē & particularem expressionem, venditorem aut locatorem obligare nō potest, vt in specie pro tali vel tali reditu authoritatem præstet, & sufficit, venditorem aut locatorem defendere & authoritatem præstare, pro feudo ea conditione, qua eo antea fruitus fuerat, nec ob id emptor aut conductor eum in casum specialis euictionis cogere potest: huiusmodi quippe expressio generalis per modum vniuersitatis ad instar hæreditatis est, vt in simili casu ait Bartolus *in l. si ita. ff. de auro & arg. legato.* Aliud foret, si vendita iam aut locata re, aut etiam in ipso venditionis aut locationis contractu, is emptori aut conductori suo tradat polyptycha seu libros censuales, aut reditus exhibeat, quem vendidisse se aut elocasse intēdit, continentem tot responsiones, vt vocant, &c. tū quippe simplex prædictorū polyptychorū aut librorū censualium traditio venditorem aut locatorem obligat, ad emptorem aut conductorem manutenēdum, & authoritatem ei præstandam in omnibus & singulis reditibus & præstationib. recognitis, ac in prædictis tabulis seu polyptychis memoratis, & ad id specialiter cogi potest, & ad omnes controuersias, quæ illorum nomine mouebūtur, etiamsi redituum fuerint, quibus venditor non fruebatur, nec vnquam fruitus fuit. Idque est, quod Iurisconsultus ait *in l. 1. ff. de euictionib.* Quemadmodum scilicet creditor donans & tradens instrumentum debiti sui & obligationis, debitum ipsum donasse censetur, prout ea prædicto instrumento inserta est, per text. *l. 1. C. de donation.* pariter maiori multo ratione in titulo oneroso venditionis aut locationis, traditum polyptychum tenorem ipsius impor at, nisi venditor protestatus fuisset, & declarationem mentis & intentionis suæ reseruasset, prout late continetur *in Arresto 2. supra titul. de nouis possessionibus,* quod datum Parisiis inter Dominum de la Bastie, & Dominum de Cheurieres: & altero *Arresto 4. tituli præcedentis, De falsi instrum. iudic.* &c. Hanc ad rem admodum facit hæc facti species, super qua sæpe dubitari videmus: Quando in contractu * venditionis, aut alterius alienationis fundi alicuius, veluti prati, vineæ, syluæ, agri, mentio fit continentiæ, prati decem diurnarum operarum, decem vineæ iugera, decem arepennes syluæ, decem sestertia terræ & minus * inuenitur, quæritur, vtrū venditor, permutator, aut alio modo alienans, mensurā & prædictam continentiam complere & perficere teneatur? Nonnulli huiusmodi distinctionem fecerunt, puta, si ab initio cessionis mensura permittatur, veluti, *cedo, repono, transfero, supradictum talem præsentem & acceptantem, &c. decem iugera vineæ, sex prati, quinque syluæ, sita in tali regione, iuxta, &c.* si intra quatuor confinia & limites prædictos huiusmodi mensura non reperiatur, autoritati locum esse, & venditorem ea perficere oportere. Verum si initium fiat à confiniis, veluti, *cedo, repono, & transfero vineam quandam sitam in tali loco, vinea talis confinem ab oriente, &c.* hoc casu necesse non fuerit, mensuram perficere, si integra non extet: mentio quippe eius modo declarationis potius & demonstrationis facta videtur, quam expressæ dispositionis & asser ionis, prout ait & distinguit Oldradus *in consil. 197.* Paulus Iurisconsultus *in l. si fertur. 4. § fin ff. de action. empt.* hanc differentiam in contractu venditionis non constituit, verum absolute ait, si venditor certum modum dixerit & declarauit, eum implere teneri, pro æstimatione bonitatis fundi, * si modus minor inueniatur, *reputa, inquit, si dictū est, vinea tot iugera, vel oliueti, & minus inueniatur pro bonitate loci fiet æstimatio.* Ex qua ratione sententia Imberti *in en. hiridio suo* docta & rationi congrua videtur, priorem distinctionem Oldradi locum habere in titulis lucratiuis, & legem Pauli in onerosis, veluti venditione, permutatione, & reliquis. Dubium istud manifesto resoluetur, si contrahentes, antequam inter eos conuentum fuerit, de prædicto modo locuti fuerunt, agrum mensurandum à bonis ac peritis mensoribus, in quos eo in loco consen-

Modus fundi alienati dictus quomodo perfici debeat, si minor inueniatur.

[Imbert. in enchiri. in verb. ayant mesure.]

tient.

tient. Verum nihilominus huiusmodi conuentio venditorem multum releuat, tantumque valet, ac si dicatur, quod si agri modus, vti declaratur, non inueniatur, nec emptori placeat, venditio resoluatur, quæ propterea non perficitur, sed suspenditur, prout ait Vlpianus *in l. quod si nolit. § si quis ita venierit, nisi placuerit. ff. de adilit. edicto.* Adeo vt si partes ad mensurationem procedentes, prout dictum fuit, agri modum inueniant, venditio tum purificetur, & compleatur irreuocabiliter: si vero minorem inueniant, venditio tum resoluatur. Iurisconsult. In prædicto § *si quid ita. l. quod si nolit.* notat, si partes simpliciter * prædictam mensurationem reseruauerint; nec de tempore, intra quod fiat, conuenerint, eo casu sane quadraginta dies tantum à die contractus concedi quibus præteritis, eaque non facta aut postulata, emptor ab ea excluditur, & venditio purificatur, & venditor à defectu mensurationis liberatur. Cæterum si in contractu nihil de eo conueniatur, emptori salua est ad modum postulandum & tuendum, quæ est actio empti, & durat 30. annis, vt aliæ ciuiles & ordinariæ, *l. sicut in rem. impr. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.*

Conuentio de mensurando fundo alienato venditionē suspendit.

Mensoratio intra quod tempus necessario fieri debeat.

* Quod in hoc capite de authoritate & traditione feudorum venditorum dicitur, ad verbum definitum est ex decisionibus D. Boerii *decisione 60.* & quæstio bæc late tractatur & deciditur Arrestis Curiæ Parlamenti Parisiensis & Tholosani, quæ refert Charondas *lib. 8. cap. 54. respons. suor.* & D. Maynard *lib. 4. quæst. nar. cap. 28.* & melius meo iudicio doctus ille Hispanus Didacus Couarruuias *practic. quæst. 6. tom. 2. cap. 3.* In summa, omnes hac distinctione vtuntur: aut contractus venditionis à corpore quodam incepit, cui modus adiectus fuit, per confinia & limites designatus: aut etiam is à modo incepit: priore casu venditor ad authoritatem pro modo præstandam non tenetur, licet is vel maior vel minor sit, quia actus ad ipsum corpus refertur, & adiectio mensuræ est loco demonstrationis tantum apposita, quæ non vitiat, nec minuit id, cui additur, *l. si venditor.* & ibi Glossa *ff. de actio. empti. l. falsa demonstratio ff. de condit. & demonstrat.* Exempli gratia, Titius vendidit Caio fundum Sempronianum, decem iugerum, aut circiter, qui contingit ab vno latere fundum aut agrum huius, &c. & ex altero agrum illius, &c. *l. quis fundum ff. de euiction.* hoc casu quicquid intra fines & limites designatos continetur, censetur venditum, quamuis plus aut minus decem iugerum terræ extet. Ita decisum in consilio Neapolitano refert Matthæus de Afflictis, *decisione 68.* Secundo casu, cuius huiusmodi pone exemplum. Titius Caio vendidit decem iugera fundi Semproniani. iuxta id venditor tenetur modum tradere non plus, etiamsi intra limites multo maior, quam decem iugerum quantitas sit, ex *cap. per tuas. de donation.* Id quod locum habet, etiamsi omnia confinia exponantur, modo venditio à modo inceperit, Socinus *consil. 12. lib. 4.* Idem dicendum, si post mensuram ponantur limites, quia ipse actus à mensura incipit, *l. quod sæpe § sed etsi ff. de contrah. empt.* Quod si in fundo maior modus inueniatur, id quod plus est, ad venditorem spectabit. Idem in legato & donatione dicendum, *d. cap. per tuas* & ibi DD. V. Oldradum *consil. 292.* qui hanc quæstionem decidit. I.C.

De mensura fundorū venditorū, & authoritate pro ipsis præstanda.

* Quid si maior sit, aut plus inueniatur, quam dictum fuerit? Si venditio certo pretio pro singulis iugeribus cōstituto facta sit, emptor pro omnibus, quæ inuenientur, soluet, *l. qui fundum § qui agrum. ff. de contrah. empt.* secus non item, & omnia ad ipsum spectant, Bald. *in rubr. C. eod. q. 28.* Salic. *in l. C. illo tit.* Paul. de Castr. *in l. si seruum § 1. de usu. empt.*

* Modum loci situs rei venditæ non etiam contractus inspici oportet Arresto Parisiensi 4. Iulii 1585. Choppio. *ad Consuetud. Andegauens. lib. 2. part. 2. cap. 1. tit. 3. sub fin.* Charond. *lib. 7. Respons. cap. 83. & lib. 8. cap. 55.*

XVIII.

Anno * 1565. die Iouis 24. Septembris, quo tempore peroratio apertis ostiis rescripto seu diplomate Regio continuata fuit, decreta continuatione Parlamenti vsque ad 1. diem Octobris, Fontenæus pro Lamberto perorans, appellante à Balliuio Senonense dixit, clientem suum, qui conductor Domini de Vaux fuerat, & propterea domus cuiusdam ipsius detentator, cōuentum fuisse à Montano in causa petitoria, & vt se ad restituendam prædictio actori domum vacuam condemnari videret. Eum comparuisse, & allegasse, se nonnisi conductorem esse, nec vllum proprietatis ius prætendere, seque abs re conueniri, actorem debere conuenire dominum suum; quem ipsi simul eiusq; domicilium designet. Montanum asseruisse, eum teneri citare & conuenire dominum suum, allegasse *l. 2. Cod. vbi in rem actio. cap. quoniam frequenter,* & ibi omnes, *vt lit. non contestat.* Lambertum dixisse, se non teneri, seque satisfacere, dum nominet, & ex omnibus partibus domicilium domini sui designet, itemque quicquid Montanus aduersus se proponere & obtinere posset; id omne illusorium fore: nihil quippe facere potest in præiudicium possessionis domini sui, *leg. ex libris Sabiniani. C. de acquirend. possess.* Balliuium Syluanectensem decreuisse, Lambertum dominum suum tanquam authorem citare debere, qui causam ipsius; si ei ita videatur, suscipiat, à quo is appellauerit. Arresto, consequenter & conformiter perorationi dominorum Triumuirorum Regiorum pro intentione appellantis dictum fuit, male decretum, & appellatus in expensas causæ appellationis condemnatus, Montanumque Dominum de Vaux, si ipsi ita videatur, euocare oportere.

Actor id sei vendicationerem suum cogere non potest, qui se conductorem esse allegat, vt dominum suum citari curet seu euocet.

Arrestum illud allegat Choppin. *lib. 3. de priuil. rustic. part. 1. cap. 2. in fin.* & Charon. *lib. 3. Resp. cap. 171.* & Robertus *rer. iud. lib. 4. cap. 9.* qui alterum simile Arrestum citat, quod datum Maioribus diebus Pictauiensibus, 26. Septembris 1579. & ea, quæ scripsi *in quæstionibus meis, cap. 88.* V. Imbertum *lib. 1. inst. forens. cap. 20.* qui contrarium tenet. I.C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IV.

I.

SÆpe, limitando *l. venditor. ff. de iudiciis.* iudicatum fuit, auctorem citatū si sistere se recuset, extra domicilium suum trahi non posse, vel si ipsemet proprietarius à conductore suo citaretur, remissioni locum esse, prout 8. Februarii 1572. factitatum. Quantum ad secundum auctorem attinet, si ei denunciatum fuerit, ad iudicem suum se remitti postulare potest, vigore videlicet priuilegii, etsi primus eius auctor causam defendere coram altero iudice inceperit. Ita iudicatum 26. Ianuarii 1564. B.

Auctor quando remitti debeat: seu dominum reuocare possit.

II.

Is, qui alterum authorem euocat, eum extra iurisdictionem ipsius trahere non potest, & fori priuilegio vti, principali iam diremptu, licet executio nondum secuta fuerit. Iudicatum 23. Ianuarii 1563. pro appellante quodam Bellomontano. Præterea, qui autorem suum habet, à sententia aduersus se data appellare non debet. Iudicatum 29. Decembris 1583. perorante Hottomanno, cui denunciatum fuit, seu qui commonitus fuit, ne similem deinceps causam susciperet.

Actor citatus post cō demnationem.

III.

Cum Titius domum quandam vendidisset, cuius pars dimidia ad ipsum spectabat, tanquam hæredem patris sui, & altera dimidia, veluti hæredem fratris sui longo tempore absentis: qui reuersus, emptorem in petitorio conuenit, vt à prædicta parte dimidia ad se spectante desisteret & decederet. Emptor, nominatu auctore suo, rescriptum Regium impetrat ad rescindendum venditionis contractum, si ei dimidia pars euicta fuisset: venditor pro dimidia se auctorem futurum spondet, eique pretium cum expensis, damnis & interesse hactenus restituturum, & asserit actionem pro toto non admittendam, sed pro re euicta, ex *l. 39. & l. 5. ff. de euict.* Emptor contrarium

In euictione actor auctorem suum cogere potest, vt ex contractu seruet, ex parte a-

ctum asserit, neque eam sibi mentem fuisse, dimidiam scilicet prædictæ domus partem emendi, ac propterea venditorem in solidum prædictæ domus auctoritatem seu euictionem præstare debere, quæ vno pretio vendita erat: aut venditionem in solidum rescindi debere, *l. quod si vno. ff. de in diem addictio. l. Tutor. 47. de minoribus*, Iuxta ea pro acquisitore iudicatum fuit, Arresto 10. Martij 1565. quod refert Carondas *lib. 8. cap. 55.* Verum quæritur, vtrum ex contractu ita resoluto, domino censuali laudimia debeantur? Michael Fontanus domum quandam à quodam nomine Monacho Carnuti acquisiuerat, dimidia eius parte ad minorem huius venditoris spectante: acquisitore partem minoris soluere recusante super libello Iudici oblato eum in finem, vt pecunia penes se relinqueretur, decretum fuit, eam fœnori collocandam, nisi acquisitor mallet, contractum in solidum resolutum permanere, id quod is elegit. Canonici & Capitulum Ecclesiæ Carnutensis quintam seu laudimia postulant & aiunt, venditionem ex voluntate Fontani resolutam fuisse: qui è contrario excipit, dimidia parte ad minores spectante, quibus facile restitutionis beneficio succurri posset, pro dimidia se non teneri contractum seruare. Arresto quod datum in 3. Camera Inquisitionum, ad relationē D. Coignœsij (à quo id habui) 25. Iunij 1588. partes Curia & lite dimissi fuerunt, iuxta alterum Arrestum solenne Natalis 1587. quod Choppinus refert, *lib. 2. de legibus Andium tit. 3. de Laudimiis, num. 5. f. l. 74.* I. C.

Vtrum laudimia ex huiusmodi contractu resoluto debeantur.

V. *Arr. 8. Tit. de retentione*, infra.

IV.

Complures quæstiones de autoritate, quam venditores emtoribus suis debent, in præcedentibus Arrestis agitatæ fuerunt. Restat, vt sciamus intra quod tempus huiusmodi actio præscribatur, & quādo præscriptio currere incipiat? Consuetudines determinarunt præscriptiones, aliæ decem annis inter præsentes, hoc est, habitantes in eodem Balliuiatu, & viginti annis inter absentes: aliæ earumque maior pars omnes præscriptiones limitarunt triginta annis. Hoc posito, Caius à Titio fundum quēdam à triginta, imo pluribus iam annis acquisiuit. Postea is à tertio quodam turbatur, aduersus quem ob iuris quoddam impedimentum præscriptio currere non potuit: emtor actorem suum & venditorem euocat, qui præscriptione 30. anno. se tuetur. Emtor replicat, se aduersus auctorē suū agere nō potuisse, antequā in possessione prædicti fundi turbatus fuisset, & à die tantum turbationis præscriptionem currere, quia antè litem motam non nascitur, nec datur actio de euictione, cum emtor venditori litē denuntiare non possit, priusquam lis mota sit, & nō valenti agere præscriptio non currit, *l. emti actio.* & ibi Faber. *Cod. de euictio.* Glossa *in l. ex placito, in verbo nulla re secuta. Cod. de rer. permuta.* Et iuxta ea, Bacquetus *tractat. de reditibus, cap. 6.* refert Arrestum aduersus auctorem datum fuisse, in Maiore Camera, Michonio relatore, vlt. Februa. 1692. pro auctoritate reditus cuiusdam cessi. I. C.

Intra q̄ temp⁹ emtori nō turbat⁹ actionem de autoritate intentare possit, & de præscriptione istius actionis.

V.

Die Veneris 26. Ianuarij, Arresto pronuntiato 1. Februarij 1602. iudicatum fuit, eum cui reditus cessus fuit cum clausula plenæ autoritatis bona reditui obligata discuti curare debere, antequam agere possit aduersus eum, qui reditum cessit.

Bona reditus cesso obligata discuti debeant.

V. D. Louet. *in Arrestis suis lit. G. Art. 25* & notas ad idem relatas.

TIT. V. DE RETRACTV, ET retentione.

Hic titulus de retractu feudali principaliter agit: huc q; referri debent articuli Consuetudinum, qui de potestate Domini in feudo loquuntur.

ARRESTVM. I.

Tam ex dispositione iuris communis, quàm ex Consuetudine obseruatur, actorem in Retractu alium in finem non consignare * post oblationem factam & rei contradictionem, quam quo fartam tectamque restitutionem fructuum conseruet. Ad impediendum enim cursum temporis, repræsentatio pecuniæ ab actore numeratæ & rei recusatio sufficiunt: nec prædictus actor consignare tenetur, si nolit. Et ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit pro Ioanne Argnauio, aduersus Iohannem de Curia, qui in facto contrarii esse & super eo informare debere declarati fuerunt. Nihilominus si Curia cognoscat, actoris petitionem coloratam non esse, cumque plus fidere potentiæ suæ, quàm iuri suo, nec non metum subesse, ne partem aduersam sumtibus atterat & exhauriat, Curia decernit, eum realiter pretium venditionis consignare oportere. Et ita Arresto Parisiensi dictum fuit, anno 1394. pro Ioanne Persona, aduersus illustrem Lambertum Boisium Præsidem in prædicta Curia & vxorem ipsius, decretumque eos vtrinque allegata probaturos.

Consignatio propter fructus fit Nam quoad retractū, suffi cit oblatio

Consignatio pro retractu con fictura.

* Et prædicta consignatio purè & simpliciter fieri debet. Charondas *lib. 4. Responsor. suor. cap. 57.* T.

II.

Sub finem temporis redemtionis luitionis, venditor emtorem suum conuenit, qui ad retrouendēdum intra prædictum tempus, pretio & iustis ac legitimis expensis solutis condemnatur. Ab hac sententia non appellatur. Intra tempus præfinitum venditor pecuniam emtori pro pretio & sumtibus repræsentat. Emtor ait, multo maiores sumtus esse, quam quos venditor repræsentet, & ex hac ratione oblationem eius sufficientem non esse. Iudex, vt omnia intra tempus istud expediantur, decernit, emtorem intra secundam horam meridianam expensas suas designare debere, venditorem vero postridie octaua hora matutina ad id respondere oportere. Venditor ad Iudicem superiorem appellat. Is conqueritur de eo, quod dilatio propter sumtus facta sit, quorum nomine cautionem præstare sufficiat, & postulat, vt male decretum fuisse dicatur; & caussa ad alterum Iudicem remittatur. Appellatus contrarium ait, & quod ad remissionem caussæ attinet, eam superfluam futuram, eo quod hodie nihil controuersum supersit, cum pendente temeraria venditoris prouocatione, facultatis suæ tempus elapsum fuerit. Dictum fuit, rectè decretum & caussam remissam fuisse, à quo emtor ad Curiam appellat: vbi appellatio in Maiore Camera perorata fuit. Appellans repræsentabat fuga & subterfugio venditoris temerarij appellatoris tempus ipsi elapsum, neque consignatione neque oblatione debito modo facta. Lalletius pro venditore asserebat, quoniam intra facultatis suæ tēpus is pretium obtulerat & nonnihil pro sumtibus * & cautionem pro residuo non liquido præstiterat, hoc facto satisfecisse, *l. Statuliber rationem ff. de statulib.* Arresto Curiæ Parisiensis appellatio in irritum deducta fuit, & decre-

Retrahens satisfacit, si offerat liquida, nō liquidorum vero nomine cautionē præstet.

tum, Id à quo appellatom fuerat, effectum soom sortiri oportere, 9. die Augusti 1551. per *l. Electio.* *§. si quem. de Noxal. Actio. & l. sicum, in fin. ff. si quis cautio.*

*) In retractu geotilitio, si summus legitimi liquidi non sunt, cautionem præstare sufficit, et possessionem fuodi adiudicati quis ingrediatur. Charondas *lib. 3. Responsor cap. 23.* de eo Arrestum quoddam Parisiense laudat. T.

III.

Idem. Nota in retractu sufficere, vt actor offerat citra consignationem in casibus, qui videri possunt *tit. de Tutelis, Arresto primo, sub finem*, qood hanc ad rem singulare est.

IV.

Emtor revendidisse videtur, si intra tēp' pecuniam receperit. Quidam volens fuodom venditum retrahere, emtori pretium offert, qui id acceptat, oec reueoditionem eelebrat. Quo facto prędictus retrahere volens possessionem fundi appreheodit, eumque diebus aliquot possidet. Tandem eum alteri cuidā veodit, qui qood pluries primo emtori impensas suas obtulisset, easque is recusasset, possessionem apprehendit & fundo fruitur. Primus emtor eonqueritur & ait, se spoliari: interdicto vnde vi experitur: Sententia Seneschalli Vasatensis in possessionem restituitur: àqua postremus emtor appellat. Arresto Burdegalensi, quod datum 25. Ianuarii 1513. appellatio & id à quo appellatum fuit, in irritom deducta fuerunt citra expensas, & decretum, prædictum primum emtorem designare oportere impensas eius legitimas, coram duobus commissariis in Arresto nominatis. Ratio huius Arresti, licet reuenditio nō fiat, nihilominus pretium soluitur, nec videtur prædo, qui pretium numerauit, *l. etiam. §. si quis sciens. ff. de petit. her. & l. nemo prædo est. De R. I.* nec videtur fur, qui soluto pretiu rem abstulit, *l. cum qui. §. 1. ff. de furt.* Et quicquid peragendum restabat, ex fuga & calumnia prædicti primi emtoris procedebat, quod traditionis & consensus instar est, *l. 2. Cod. de acquir. poss.*

V.

Retrahens quando fructus lucretur, & de oblatione. Fructus à litis cōtestatione percepti actori in Retractu adiudicati debent, licet pecuniæ consignatio non fiat, sed tantum * oblatio. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 7. Septembris 1533. verum si consignatio fiat, à facta consignatione fructus debētur, quæ fit, vt fructus actor lucretur, & possessor in mora coostituatur.

* Consuetudines rem istam determinarunt V. Grimaudetum *lib. 4 de Retract. bin cap. 29* Consuetudo Montarginensis *artic. 21. de Retractibus* constituit, fructus deberi à die oblationis iudicialiter factæ. Nihilominus Curia reformata sententia Conseruatoris priuilegiorum Vniuersitatis Bituricensis, qui Ioannem Renardum condemnauerat, ad eos a die petitionis restituendos VVilhelmo du Coin actori in Retractu gentilitio, Curia, inqnam, prædictum Renardum, qui appellauerat condemnauit tantum ad restituendos fructus à die cōsignationis, 3. Iunij 1589. Deherio relatore in prima Inquisitionum Camera. Videtur ita Consuetudo intelligenda, oblationem videlicet sufficere, quando Retrahens de pretio certus non est: verum si certus sit, actualem eum oblationem facere debere, hoc est, pretium, aliomodo consignare, & à die huius actualis consignationis eum fructus lucrari. *V. l. acceptam. Cod. de Vsuris* I. C.

V. in Append. huius tit. Art. 1. & tit. 6. Art. 1. Append.

VI.

Retractus feudi ad Dominus feudalis in regionibus * iuris scripti, ex dispositione iuris communis intra annum à venditione à vasallo suo celebrata, feudum nobile à se dominans moueus ad se retrahere potest, principali sorte & spectatis legitimis impensis solutis. Itque textus est in *§. porro. Qual. olim feud. alie. poter.* iuncta glossa *in verb. equali.* Et ita iudicatum fuit Arresto, 4. Iunij 1515. pro illustri Francisco Allegreo, & pro Domino Duce Mommorancio, *tit. de Feudis 5.* Tantumdem dictum fuit, anno 1540. in regionibus iuris scripti, pro Domino Castromorantio, aduersus Dominum Chernantiū, ob veoditionem de Cholis. Iunge Arrestum 4. & 13. Ta

* In locis, vbi gentilitius Domino præfertur, si emtor creditoris cognatus sit, is in iure prælationis Dominum excludet, licet is post tempus à Consuetudine præfinitum veniat, ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 8 die Maii, quo cōfirmata sententia super eo data a Seneschallo Petricoricensi, aut Locumtenente ipsius in Sede Brageracensi, inter nobilem Raymondum de Ponte & Bartholomæum Gilletum ciuem & mercatorem prædictæ ciuitatis. Eaq. opinio est Boerij *ad Consuetudines Bituricenses. tit. de retentio. per feud. vendit.* Molinæus *ad Consuet. Paris. §. 13. Gloss 1. §. 1. vers. altera casum.* Molinæus ad Consuet. Paris §. 13. gloss 1. num. 146 Ferronius *ad Consuetudin. Burdegalens. tit. de retract. §. 2. vers. & si is cuius res est vendita.* T. vbi tenet, in Burdegalensi: cognatos præferri Domino feudali. Attamen D. Maynardus *lib. 2. Quæstio. suar. cap. 83.* refert, Arresto solenniter Tholosæ pronuntiato à D. Daffis primo Præside, mense Septembri 1598. iudicatum fuisse Dominom gentili præferri, in Languedocia & aliis locis, vbi Consuetudo contraria non est. Idem in Hispania obseruari Couarruuias, *variar. resolut 3. cap. 11.* I. C.

VII.

Ius retentionis habent, ad emolumentū vti possunt. Ecclesia * ius retentionis in feodo alienato habens, eo iure vti potest ad reuendendum feudum & emolumentum quærendom, id quod colligi potest ex Arresto quodam, quod datum die Lunæ 29. Ianuar. 1519. Parisiis. Episcop. Syluanectensis cum iure feudi retrahere vellet, dixit, se id mensæ suæ rursus vnire velle. Pars retentioni intercedens postulat, vt id iureiurā lo confirmet, an id mensæ suæ rursus vnire velit. Curia dixit, eum iusiurandum super eo præstare non teneri, verum tantum, an id citra fraudem ageret, & sua pecunia interueniente. Complures rationem Arresti illius de retracta gentilitio intellexerunt, iuxta ea quæ dicuntur *in Arresto 4. tit. de retractu gentilit. infra. & Arresto 5. tit. de feudis* plenissimè. Supra *de feudis* notabilia capita sunt, & *Arresta 4. & 5.* & ea, quæ ad finem vniuscuiusqoe illorum capitum uotantur.

Vtrum Ecclesia ius retentionis habeat * Consuetudine Bituricensi, *tit. de retentione*, Ecclesia retentionis ius in fundis ab ea feudali aut censuali titulo mouentibus ius non habet: propterea Ecclesia in censibus habet excipiendi 24 denarios in singulas libras pretii alienationis, Laici vero ius tantum retentionis 20. denariorum habent. *tit. de censibus. art. 6.*

VIII.

Retractus non diuiditur. Si conoentus vi retractus seu redemtionis complures heredes reliquit, aut etiam si complures venditores sint, quorum vnus partem suam virilem, aut hereditariam retrahere velit, emtor eam reuendere non tenetur, nisi actor in retractu solidum capiat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 7. Febr. 1546. per *l. si aliam ff. de solutionib.* vide *Arrestum 2. & 8. Tit. sequtne.*

Retrahens non solidum retrahere debet, si ... Idem in retracta gentilitio, quod in conuentionali, & licet Consuetudo complures retrahentes in pari gradu vna admittat, ad partem suam cuiusque retrahendam, id tamen pro diuiso non intelligitur: nec acquisitor ab vno pecuniam acceptare tenebitur, nisi in solidum accipiat: prout iudicarū fuit inter Arresta generalia, 14. Augusti 15 8. Præside D. Harlæo. Sed eum hoc in fauorem rei & acquisitoris dictum sit, per consequentiam nonnulli concluserunt, eum pro parte acceptare posse, retento residuo, iuxta *l. quo ptura. ff. de ædil.*

Edicto

ctus in fo|dum ab ipso retra|hi non potest.

F. Ville. Id quod disputatum fuit in causa quadam perorata à Magistro Aduocato, & ampliata. B. Quæstio postea decisa & iudicata fuit Arresto, quod datum in prima Inquisitionum Camera, 3. Iulij 1589. ad relationem *de Hert*, quod refertur *in Append. huius tit. Arr. 2.* I.C.

IX.

Actor in retractu, si consignauerit, per prouisionem saisinari seu in possessionem mitti debet.

Curia conuenit tum, cum partes de sufficientia aut insufficientia consignationis contestantur, & reuenditio recusatur, cuius decisio à prædicta sufficientia aut insufficientia dependet, decernere, partes super eo procedere oportere, & eas probationes vtrinq; præstituras, nihilominus tamen per prouisionem actor in retractu in possessionem rei, de qua quæstio est, mittetur, cautione præstita tam de eo, quam de residuo pretij & impensarum legitimarum, reoque in retractu permittere pretium consignatum accipiendi, si ita ipsi videatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Ioanne Tournonio Domino de Fongerolles aduersus Petrum Rostaingum Scutiferum, Dominum de Veauchette, anno 1565.

X.

Rex retinere potest id quod ex feudo suo immediato venditur, non vero subfeudo.

Non tantum Manus mortuæ, vt vocantur * velut Ecclesiæ, Capitula, Conuentus, Monasteria, Collegia, Prochotrophia & alia corpora ex lege feudali ius retentionis habèot, & tum cum per venditionem id apertum fit, vt plene notatur *in 4. & 5. Arrest. tit. de feudis, & Arresto 7. huius tit.* verum etiam Rex feudum venditum retinere potest, prout à Rege Carolo VI. ano. 1277. factitatum fuisse reperitur, in feudo quodam in Balliuiatu Sancti Quintini, à Domino *de Chinaux*, incolis & Vniuersitati ciuitatis illius venditum. Id tamen interpretandum est iuxta Arrestum Domini *du Bie* Mareschalli Franciæ, verum *in duodecimo capite tituli de feudis* infra, puta de feudis, quæ immediate ab ipso mouentur, & non de subfeudis mediate ab eo mouentibus: in his quippe nihil retentionis iure prætendere potest, & è contrario, si sententia in accusatione criminis specialiter regi ea confiscentur, retinere ea non potest, verum ea alterius in manū veluti tradere tenetur, vt iura dominorum immediatorum eis conseruentur integra, iuxta *l. Forma est. Cod. de venditio. rer. fiscal. lib. x.*

* V D. Magistrum *tractat. de Feudis & homagiis, cap. 5 sub fi.* & Choppinum *lib 3. de Domanio Franciæ tit 19. n. 5.* Chatondam *lib. 7. Responsor. cap. 140.* & id quod notatur *ad Arrestum 7. Tit præcedentis.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum V.

I.

V Arr. 10. tit. de Retra. gentilit. & Arr. 1. Append. illius tit.

Rex ius retentionis non habet, eo quod si Rex ius istud haberet, nemo reperiretur, qui à vasallo vel censuali Regis emere vellet: ita iudicatum Arresto Curiæ, mense Maio 1537. quod refert Choppinus *lib. 3. de Doman. Franciæ cap 23. nu. 5. in fin. & de legib. Andium lib. 2. tit. 2 num. 7.* Mantuenius *tit. de Locationibus, num. 7.* Pro ea Molineus refert iudicatum fuisse Arresto Curiæ, Regem scilicet, eiusmodi ius cedere non potuisse, cum nemo plus iuris transferat, quam habet, per regulam iuris, super *artic. 55. Consuetudinis Parisiensis, gloss. 1. num. 153.* Etiamsi regulariter Domini, ad quos huiusmodi ius spectat, id cedere possint, aduersus *decisionem* Guidonis Papæ 411. & sententiam Ranchini ad eam decisio. quam is munit autoritatibus Chassanæi *ad Consuetudines Burgundiæ, tit. de censibus §. 1. in verbo, retinere,* & Boerii *tit. De censibus artic. 8. in antiqua Bituricensi, quoniam.* inquit ille, *hoc ius personale est, & adheret ossibus domini directi.* Arresta contrarium deciderunt, ratio hæc est, quia hodie in Francia feuda patrimonialia sunt, & ius istud in fructu est, & à feudo separabile, ita iudicatum fuit vltim. Martij 1576. pro Domino S. Romani, qui Chennæ seruo suo ius retētionis in feudo Cappellæ aduersus Hanninos donauit, & Arresto isto pariter iudicatum fuit, dominum, si collusionem venditoris & emptoris detegat, aut contractum simulatum fuisse, rectè semper ad vsurpandum retentionis ius admitti posse, à die, quo fraudem, collusionem & simulationem detexit: contractus permutationis prætendebatur anno 1553. venditio vero detecta fuit & actio intentata anno 1574. super qua à Libellariis Palatii anno 1575. sententia data fuit. S.

Verum ius retentionis cedi posse.

Dominus hoc iure vti potest à die detectæ fraudis.

Super cessione huius iuris vide Arresta quæ refert Imbertus *in Enchiridio suo in verbo Cedant*, V. Choppinum vbi supra & *ad artic. 20. Consuetud. Parisiens.* Ferronum *ad Consuetudines Burdegalenses tit. de feudis § 7* D Maynardus *lib. 8. Quæstio. suar. cap. 21.* vbi Arrestum Tholosanum laudat, & Chatondam *lib. 3. Responsor. suor. cap 22. & 7. cap 140. & 198. & ad artic. 20 Consuet. Parisiensis.* Secus in retractu gentilitio. *V. Arrestum 4. tit. de retractu gentilitio.* I.C.

II.

Retractus indiuiduus

Super diuisione retractus, controuersia diiudicata fuit Arresto, quod datum in prima Inquisitionum Camera, 3. Iunii 1589. ad relationem D. de Here, inter Ioannem Renardum appellantem à sententia quadam à Balliuio Bituricensi vel Locumtenente ipsius Conseruatore priuilegiorum Regiorū Vniuersitatis Bituricensis data & Wilhelmum du Coin studiosum in prædicta Vniuersitate, appellatum. Renardus columiam quandam ex decreto seu subhastatione publica acquisiuerat, cuius maior pars in Consuetudine Montargiensi sita erat (in qua fundus venditus & ex decreto alienatus retractui gentilitio obnoxius est) altera vero pars in Consuetudine Aurelianensi, (vbi retractu gentilitio non est obnoxius) is nihilominus in retractu ad postulationem du Coin in solidum citatur: is excipit & eo se tuetur, eius partis ratione quæ in Consuetudine Aurelianensi sita erat. Du Coin respondet, ex eadem Consuetudine Aurelianensi, *artic.* 396. si eodem contractu, eodemque pretio complures fundi emantur, quorum pars ex hac stirpe & familia est & residuum ex altera, actionem scilicet retractus nō competere, si pars, ob quam ad retractum quis peruenire velit, minor sit, quam ea, quæ à prædicto emptore retrahi non potest. Actor replicabat ex eadem Consuetudine & asserebat, portionem, quæ in Lortiensi Prouincia sita erat, & ex eius Consuetudine retrahi potest, duplo maiorem esse ea, quæ Aurelijs sita est, consequenter se benè fundatum. Reus dixit hanc Consuetudinem locum habere in venditionibus voluntariis, & non necessariis, quæ ex decreto fiunt. Curia, quantum ad hoc caput attinet reformata sententia, Renardum condemnavit, vt à fundis in Balliuiatu Montargiensi sitis discederet, quantum vero ad fundos in Balliuiatu Aurelianensi sitos eum absolnit, & decreuit, æstimationem prædictorum fundorum ab eius rei peritis æstimatoribus fieri oportere, idque eam ob causam, vt prædicto Renardo fundorum in Consuetudine Montargiensi

gienſi ſitorum pretium refunderetur, niſi is integrum pro inte retractus reſtituere mallet. V. ea quæ notantur ad *Arreſtum 16. Tit. de Euictionib. ſupra l. C.*

TIT. VI. DE RETRACTU CONuentionali.

Hoc eſt, de facultate redimendi ſeu Initionis, de qua vide D. Tiraquellum, qui de ea docte ſcripſit *in tractat. de retractu gentilitio*. Conſuetudo Pictauienſis & aliæ nonnullæ vicinæ de eo expreſſos habent titulos. Titulo quoque præcedente nonnulla Arreſta extant, quæ ad materiam huius tituli pertinent.

ARRESTUM. I.

Actio radimendi vel retrouendendi mixta.

QVamuis actio ſuper facultate redimendi perſonalis ſit, nihilominus plus rei cótinet, quam quælibet alia: ob hancrationem coram Iudice loci intentari & exerceri debet, in quo fundus ſitus eſt. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi aduerſus Iacobum Ruſum Conſiliarium in Curia, 1. die Aprilis 1548.

Lucius *lib. 9. Tit. 8. Arreſt. 1.* V. *Arreſtum 25. de gentilitio.* Attamen contrarium ſæpe iudicatum fuit, huiuſmodi ſcilicet actionem perſonalem eſſe, quia ex contractu eſt, velut 18. Aprilis 1564.

II.

Coheres venditoris aut vnus è pluribus venditoribus ſolus ſolidum retrahere poteſt.

Inter Mariam *de l'Eſpinau*, & Franciſcum de Serraot appellantes à Seneſchallo Aquitaniæ ab vna parte, & Dominicellam Iacobinam Conſtantinam, viduam defuncti domini Cailet, quæſti Præſidis Burdegalenſis, appellatum ab altera parte, iudicatum fuit Arreſto Curiæ Burdegalenſis, quod pronuntiatum 4. die Martij 1529. vnum quendam, & ſolum è pluribus venditoribus aut heredibus facultatem redimendi, donatam & ad omn ſpettinentem, ſolum & in ſolidum exercere poſſe, ſi totius pretii reſtitutionem offerat, iuxta ſententiam Bartoli *in l. quod ſi viuo.* per illum text. *ff. de in diem addict.* & *in l. qui piſtulas. §. qui fundum. ff. de contrah. emtio.* & ibi Bartolus per textum *in l. tutor vrgentibus. §. 1. D. de inuent? iu.* Baldus contrarium tenuit *in l. 2. de pact. int. emt. & vendit.* cuius ſententia ſpeciem quandam habet. Quemadmodum enim emtor vnum venditorum aut heredū pro parte ipſius admittere non tenetur, ſi ſua tantū pro parte pretium offerat, prout ait Bartolus *in l. cum vſusfructus. ff. de vſufr. leg.* de quo plené ſcripſi in *Commentario ad Conſuetudin. Borbonienſis Prouincia, §. 440. in prim. gloſſ. & §. 449. in 2. & fin. gloſſ.* ita quoque vnus ſolus abſque altero ad ſolidum perendum non admittitur. Attamen Cæpolla cautelam tradit, ad conciliandas duas has ſeotétias, ſolum videlicet retrahere volentem cautionem præſtare debere indemnitatis emtori pro portionibus ceterorum, ſeque illis teuenditurum ſi intra tempus veniant. Superque eo notandum eſt, prædictum retrahere volentem errare non poſſe, alterutrum horum peragendo, ſi tempus retrahendi iam inſtet, puta ſi vel prædictam cautionem offerat, vel integrum pretium conſignet, ſuo ſuorumque cooſortium nomine: p[illegible]a quippe ſi litigare oporteat, ad nihil horum cogi poteſt, ſiue quod cautionem attinet, ſiue ad probandum, ſe mandatum à ſuis cóſortibus habere. Lapſu enim prædicti temporis ius ei in ſolidum, iure accreſcendi acquiritur, vt ait Bartolus *in l. ſi mihi & Titio. ff. de Verborum obligatio.* & Socinus *conſilio 16. numer. 25.* Nominatim vero, quando prædictus autor aſſerit ad vnumquemque in ſolidum ius prædicti retractus ſpectare, & ita pro ſe concludat. Sic conſequenter, ſi contractum venditionis Notarius excepit ſub facultate retrahendi ſeu redimendi ad certum tempus, & emtori venditionem illam puram & ſimplicem expedierit, nulla prædictæ facultatis mentione facta, venditori vero ſub prædicta facultate, eo facto de falſo accuſari nó poteſt, & productio retrahere volentis valet, dummodo contrarietas aut repugnátia nulla ſit, iuxta *l. Scripturas. Cod. de fid. inſtrum.* Huiuſmodi quippe contractus veri ſunt & compatibiles, & Notarius inſtrumenti cuiuſdam à ſe excepti, compluraque capita ſeparata continentis, complura & ſeparata exempla conficere poteſt, vt in caſu ſupradicto, & in vnoquoque illorum pares ſubmiſſiones, obligationes, renonciationes & clauſulas apponere poteſt, prout id declarat Albericus de Roſat. *in l. 5. editione. ff. de edendo, verſ. inſtrumentum habet plura capita,* vbi ait, tot contractus eſſe, quot capita, *l. ſi ex falſis. Cod. de Transact. & l. fin. Cod. de precib. Imperat. offer.* Pariter vt in iudicio tot ſententiæ ſunt, quot capita, *Lectam. §. ex cauſa ff. de minoribus.* Adde quod huiuſmodi capita venditionis & redemtionis ipſorum natura ſeparabilia ſint, nec inconueniens ſit, ea ſeparata videre, arg. *l. ſi. ff. de calum.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi 4. Martij 1529.

Notarius vero ſub facultate retrahendi ſeu redimendi emtori expediens, eo facto de falſo nó tenetur.

Quod vous è pluribus venditoribus ſolum ſolidum retrahere poſſit, Arreſto dictum fuit, quod pronuntiatum in purpura propridie Natalis, 22. Decembris 1581. Domino Cognoſcio relatore. V. Chaſſánum *lib. 2. cap. 69. Reſponſor. iuor.* & ea quæ notantur ad *Arr. tit. 8. Tit. præcedentis.* Ceterum caput hoc deſumtum eſt è Lucio *lib. 9. tit. 2. Arr. 3.*

III.

Facultas redimendi intra certum tempus, quod conuentio non ſit facta eſſe?

Venditor vendendo facultatē redimendi ſibi reſeruat intra hoc vel illud tempus, de quo inter emtorem ſuum & ſe conuenietur, poſtquam ſcilicet dictus venditor vxorem ſuam ratum habere curauerit. Huiuſmodi facultati ſuæ contradicitur, eo quod de ea pertectè conuentum non fuit: niſi enim de prædicto tempore conuentum, vt dicitur nihil perfectū fuiſſe, *l. cum ſtipulantium. Cod. de his quib. vt indign. & lib. 3. §. diuerſum, & l. locus. ff. de acquir. poſſ.* Facit *l. Contractus. Cod. de fid. inſtrumentor. & l. quibus idem. ff. de verbor. oblig.* vbi conuentiones dilatæ, vt mecus conuenerint, & certum tempus deſignetur, aut etiam curam Notario firmæ non ſunt, ſed ſuſpenduntur. Venditor & actor in retractu aſſerit & defendit hanc facultatem & ait, eam ita factam, prout proponit, perpetuam eſſe, & intra 30. annus fundum recipere ſuum ſe poſſe, quoniam de tempore nihil conuenit, & hanc facultatem in ſui fauorem eſſe, neque eam emtorem reſtringere poſſe: verum eum temeritatem culpare debere, quod non tempus, quod concedere volebat, non determinauerit, aut etiam poſt ratihabitionem vxoris coram Notario & teſtibus non proteſtatus fuerit, ſe prædicto tempore elapſo, prædictum venditorem amplius admitti nolle, argum. *l. ſi conuenerit. ff. de pignorat. actio.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi, pro Antonio Lantenio actore in prædicto retractu & appellante, aduerſus Iohannem Coquat, appellatum, 10. Octobris 1522.

V. Maynardum *lib. 1. Quæſtio. ſuar. cap. 30.*

IV.

Diuerſitas coiractus quando valida ſit.

Actor coortactum quendam permutationis reſcindi poſtulans, allegat & probat, ſe non multo ante vendidiſſe & facultatem redimendi retinuiſſe, emtorem vero poſtea ea forma contractum celebrare diſtuliſſe, verum voluiſſe vt permutatio fieret, quæ intra tres aut quatuor dies inter eos celebrata fuit,

fuit. Ac propterea postulat, vt sibi permittatur facultas fundum suum recuperandi, reddito eo quod accepit. Et pro intentione sua allegat, ad probandum scilicet contractum simulatum fuisse, sufficere pacta præcedentia probare, etsi testes non fuerint, qui postea postremo contractui interfuerunt. Et quæ est sententia Baldi in *l. item quia. §. idem Iulianus*, per illum textum *ff. de pact.* Bartolus distinguit, puta, vtrum huiusmodi contractus diuersitas in continenti fiat, an etiam aliquo tempore post. Priore casu non dubium, quin sententia Baldi sequenda sit, & ea communis omnium est, *in l. pacta nouissima*: nominatim vero Iasonis *Cod. de pactis.* & Innocentii *in l. quoties. §. si cum primum. ff. de heredib. instit.* posteriore casu, si ex interuallo, maius dubium est, nominatim si vtraque pars possessioni rerum permutatarum insistat. Verum si emptor in solidum possessor sit, siue incontinenti siue longo tempore post, omnia simulata sunt, *l. sicut. §. superuacuum. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur.* Et idem valet, ac si actor cum rem sibi relictam accepisset, eam incontinenti emptori permutationis titulo relinquat: ptout ait Bartolus in *l. post contractum. ff. de Donatio.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, mense Februario 1522.

V.

Reditus quomodo redimi possint.

Tria notabilia axiomata in materia retrouenditionis reditium obseruantur. Primum est, si reditus in fundo quodam pretio pecuniario venditori mentione retrouenditionis nulla facta vendantur, eos nihilominus intra 30. annos redimi posse. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 6. Februarij, anno 1530. Secundum est, si venditor vendendo reditum, excipiat & reseruet, vt sibi permittatur eum quotiescunque ita sibi videbitur, aut etiam in perpetuum redimere: hoc casu facultatem hanc redemtionis nunquam præscribi, sed perpetuo durare. Tertium est, si separatim & post venditionem, emptor facultatem perpetuo redimendi prædictum reditum donet, huiusmodi facultatem triginta annorum spatio præscribi. Pro triplici hac differentia communis ratio est, cuiuscunque videlicet rei reditum & regressum ad priorem statum fauorabilem esse, *l. si vnus. §. quod & in specie. ff. de pact.* Sed à primordio prædictus reditus redimi non poterat: postea concessa prædicta redimendi facultate, status illius reditus mutatur, qui redit ad primorem statum post triginta annos. Id quod in secundo casu non est, quo reditus ab initio redimibilis constituitur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, omnibus Cameris coadunatis, aduersus sententiam complutium contrarium iudicium exspectantium, 10. Martii 1547.

V. ea³que notantur ad arrest. 29. tit. 7. lib. 12.

VI.

Feudum ab emtore emptū sub facultate redimēdi, quomodo retrahi debeat.

Si durante tempore ad feudum quoddam redimendum conuento, dominus feudalis, iure commissi aut aliter, ab emtore feudum autoritate Iudiciaria vindicet: venditori vero eius rei nomine nihil denuntiatum fuerit, prædictus venditor directo emptorem suum conuenire potest. Et si ex huiusmodi parte ab eo nō procedente se excuset, verum ex causa emtionem quam præcedente, necesse est Dominum feudalem citare. Et singulare est, si huiusmodi processu cum emtore solo instituto pendente, & antequā Dominus citaretur, temp⁹ cōuentæ facultatis elabatur, & antea prædicto emtore audito consignatum fuerit, nihilominus venditorem admitti: venditor quippe officium suum fecit, & huiusmodi commissum ignorasse præsumitur. Et ita indicatum fuit aduersus Iacobum Rufum Consiliarium in Parlamento, 16. die Martij 1548. arg. *l. text. in l. electio. §. si is quem desiderit. ff. de noxal. action. l. si cum, in fin. ff. si quis caution.*

Lucius *lib. 9. Tit. 2. Art. 2.*

Arresto quod pronuntiatum in purpura à Præside Mortanin, 8. die Iunii 1576 decretum fuit, pretium redemtionis fundi alteruis a parte sub ea facultate acquisiti, inter maiorem natu filium & filias æqualiter distribuendum: idque Consuetudine Montis desiderii B.

Pecunia pro redemptione feudi tradita.

VII.

Venditor ab emtore qui facultatem redimēdi dare promisit, retrahere potest.

Questio hæc disputabilis est, si emtor venditori promisit, se celebraturum contractum super facultate redimendi; intra certum tempus, de quo inter ipsos conuentum fuerit; & venditor plenosalcu, sub huius promissionis obtentu, aliquo annis post ad retrahendum fundum suum pecuniam offerat emtori, qui ad prædictam facultatem condemnatus non fuit: puta vtrum venditor fundum suum & admittendus sit? Nonnulli retinere, quod non, atq. Text. & not. *in l. quod si nolit. §. inde est, versic. illud plane ff. de aedilit. edict. & in l. non omnis. §. in ff. de re milit.* & per Bald. *in l. ab emtione. ff. de pact. & in l. final. §. emtor. paulo ante fin. Cod. com. de leg.* Illi autem affirmatiuam tenuerunt, prædictum videlicet venditorem admittendum, & emtorem ad reuendendum condemnari oportere, ex omnium iuriumq. æquitate, quæ disponunt, superfluum circuitum euitarum: nominatim vero per tex. *in l. cum fundus. §. fruc tuum imprudens. ff. si cert. petat. & l. Dominus testamen. ff. de condict. indebit.* & Clement. Auditor. de esse. Dubium istud agitatum fuit inter duos ciuis appellanos; quorum vnus actor pecuniam offerens allegabat, & probabat, reum sibi promisisse: contractum de facultate luitionis celebraturum intra tale tempus, de quo inuicem conuenturi erit & iuxta id postulat, vt is sibi reuendat instrumento super ea facultate non confecto. Reus aiebat septimo super complemento istius promissionis eū a nihil oportuisse, non vero in primo statim limine ad eius executionem deuenire, quæ neque iudicata neque admissa fuit. Sententia reus absolutus cum expensis; citra promissionis præiudicium, quam is agere posset, & reus aduersus eam excipere: inde actor ad Parlamentum Parisiense appellauit: vbi Arresto dictum fuit male iudicatum & reū ad prædictum actore in prædicto retractu admittendum condemnatus, & ad retrouendendum ei, pretio et sumtibus receptis, & ad fructus à lite contestata restituendos. Prædictum Arrestum æquissimum est, ad euitandos circuitus superfluos, nec vlli rei, quam inanibus expensis faciendis insermentes.

V. Maynardum *lib 7. Quæstio. cap. 52.*

VIII.

Vnus è Coheredib. intra temp⁹ facultatis solidum retrahere potest.

Vnus è pluribus coheredibus venditoris cuiusdam, cui facultas luitionis ex conuentione promissa fuerat, intra tempus emtorem cogere potest, vt solidum retroņendat, etiamsi neque ius neque cessionem à suis coheredibus habeat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 21. die Aprilis, 1548. * Eaque fuit sententia Raph. Fulg. *in l. si nolit. §. idem Marcellus. ff. de aedilit. edict.* Contrariam sententiam tenuit Paulus de Castro *in l. si quis aliam. ff. de solutio.*

Ionge arrestum 2 suprà cum notis suis.

Lucius *lib 9. tit 2. art. 4.*

* Fulgosius hoc non ait, sed è contrario id electioni seu arbitrio emtoris relinquit, Eiusq. sententiam sequitur Molineus *ad Consuetud. Parisi. §. 13. Gloss. 1. num. 51. & §. 55. gloss. 1. num. 127. & in tractat. de diuiduo & indiuiduo, part. 3. num.*

num. 585 Arrestum quod hoc loco allegatur, desumtum est ex Tiraquello, *tractat de retractu conuentionali §. 1. gloss. 6. num. 37.* Vide Charondam *lib. 2. Respons. Arr. 65.* Verum is, qui socios coheredes suos participes facere redituum retraxerit, eius coheredes suos participes facere tenetur, si sibi partem pretij reddiderunt, *l. fin. 6. quatuor, de le-gat. 2.* Et sortoribus in terminis iudicatum fuit, si è trib. fratrib. vna habitantib. vnus alteri portionem suam hereditariam vendat, acquisitorem tertium fratrem eius partis participem facere teneri, duobus Arrestis, quæ allegat Choppinus *lib. 3. de priuileg. rustic. parte 3. c. 10. in fine*, prius datum fuit 5. die Aug. 1526. alterum vero 23. die Iulij 1548. T.

IX.

E duobus cessionaris iuris retractus conuentionalis qui prior occupauit & magis vigilauit præfertur.

Inter Arresta Pentecostes 1548. ad relationem D. Thomæ iudicatum fuit, licet in iure incorporali cessio traditionis instar sit, attamen è duobus cessionariis iuris retractus conuentionalis eum, qui præoccupauit, etiamsi posterior sit, priori, qui diligentiam non adhibuit, præferendum. Facti species huiusmodi erat: Venditor reditus annui, facultatem retractus intra certũ tempus sibi exceperat, posteaque hanc facultatem duobus separatim, & in solidum vendiderat. Posterior emtor diligentior est in conueniendo reditus detentatore, & sic ab eo reditum redimit. Prior emtor prædictæ facultatis illum insequitur, & aduersus emtorem prædicti reditus agit. Is repræsentat atque eo quod contigerat fetur & postremum cui retrouendiderat auctorem laudat seu euocat. Hic postremus causam suscipit, & obtinet Arresto Parisiensi, quo reuenditio ipsius confirmata, vt & prioris emtoris exclusio: quæ notabilis limitatio est *l. Quotiens. C de rei vendicat.*

venditione duobus facta, vter præferatur.

Maynardo in eadem est sententia, licet contrarium Arresto iudicatum fuisse Tholosæ dicat, quod ipse refert *lib. 2. Quæstio. suarum c. 6. & lib. 8. cap. 14.* V. Charondam *lib. 2. Responsor. suor.* vbi tenet è duobus, qui facultatem redimendi emerunt, eum, qui prior acquisiuit & possessionem intrauit, præferri. Item è duob. qui vnum fundum acquisiuerũt, iuxta prædictam *l. quotiens*, & eo qui ius quoddam hereditarium acquisiuit: Maynardus eodem *libro cap. 23.* Attamen *cap. 60. & 6.* distinguit ratione rerum nobilium feudi titulo possessarum, in quibus, ait ille, lex locum habet, non vero in censualibus, in quibus is, qui prior a domino directo inuestitus est, præfertur, non vero is, qui prior possessionem ingressus est. V. *Decis. 22.* Guido. Papæ. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VI.

I.

Minor aduersus tempus retractus elapsum non restituitur.

Minor, elapso certo annorum tẽpore aut termino præfinito & limitato præterito, vigore retractus gentilitij aut conuentionalis restitui non potest: neque aduersus Arrestum, quod tempus præfiniuerit libellus cuius quicquam valet. Iudicatum petorante Canæo aduersus Mennilium 14. Decembris 1564. B.

V. Consuetudinem Parisiens. *artic. 131.* Grimaudetum *lib. 19. tit. 17. & 18.* Charondam *lib. 3. cap. 67.* I. C.

II.

Venditio sub prætextu permutationis.

Contractus venditionis sub prætextu permutationis validus esse & legitimus non desinit: verum si emtor reditum retrouendere promittat, quod ex permutatione dederit, ad id intra certum tempus condemnatur. Iudicatum aduersus Dominã Gallardiniam 29. Iunij 1580. B.

III.

Reditus in solidum.

Reditus in solidum & non pro parte redimi debent, id quod etiam inter cohæredes locum habet. Iudicatum pro Fontæneo Aduocato, mense Septẽbri 1564. Hic notandum est, super pecunia luendi reditus collocanda, clausulam collocationis pactis dotalibus in stipulatum deductam, de reditibus constante prædicto matrimonio redemtis intelligi: prout iudicatum fuit pro Simone Ianuario Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum inter Arresta generalia Pentecostes à Domino Præside Seguierio iuniore, 12. Maij 1581. Insuper notandum est, pecuniam reditus redemti, in dotem datam, mobili iure censeri, inter conquisita referri & communionem ingredi seu subire, nisi stipulatum fuerit, eam conuocandam. Iudicatum pro heredibus Grassini, 13. Decembris 1529. inter Arresta generalia in purpura pronuntiata à primo Præside. B.

non vero pro parte redimuntur.

Arrestum Grassinorum plenè insertum est Consuetudini Melodunensi, *tit. de successionibus*, & huiusmodi pecuniae luitione percepta post mortem acquisitoris reddita immobilium numero habetur. V. Charondam *lib. 7. Responsor. suor. cap. 146.* I. C.

V. ea quæ notantur ad Arrest. *29. tit. 7 lib. 12. & Arr. 3. Append. huius tit.*

IV.

In retractu conuentionali omnes fructus tempore retrouenditionis pendentes ad venditorem spectant, nec pro rata temporis inter venditorem & emtorem diuiduntur, Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum in purpura, vltimo Maij. 1566.

Choppinus *lib. 3. de priuil. rustic. part 3 cap. 5. in pr.* Charondas *a 5. Responsor. ca. 13.* Maynardus *l. b. 2. Quæstio. notabil. ca. 31.*

TIT. VII. DE RETRACTV GENTILITIO.

Super hac materia videatur doctus tractatus Francisci Grimaudeti, & D. Tiraquellum *ad Consuetudinem Pictauiensem*, & *Arresta* Louetij *edit. postrem.* vbi complures elegantes controuersiæ hanc ad materiam pertinentes diiudicatæ extant.

ARRESTVM. I.

Retractus gentilitius ab eo fieri potest, qui tempore venditionis nondum natus nec conceptus.

ANno 1541. mense Martio, ante Pascha in 3. Camera inquisitionum, Arresto dictum fuit, pendente lite inter Ioannem Baretum, curatorem Dominicellæ Annæ Hocheriæ, filiæ defuncti Caroli Hocherij Scutiferi, Domini *de Demes*, actoris in materia retractus gentilitij, aduersus Franciscum Crauantium, Equitem, Dominum *de Cinge*, propter feuda, fundos & dominia Massinetij, & Baronatus à prædicto Crauantio acquisitos à prædicto defuncto Carolo Hocherio, sitos in Prouincia Turonensi, prædictam Annam Hocheriam prædictos fundos ex retractu intra tempus Consuetudine præfinitum rectè retrahere posse, licet venditionis tempore ea * neque nata neque concepta fuisset: ad relationem Domini Sudorij Patrisij.

Verum is qui post tempus venditionis concipitur, ad retractum gentilitiũ admittatur, si nomen & insignia familiæ ferat.

* Respectu conceptionis contrarium iudicatum fuit: nẽpe eius nomine qui post venditionem conceptus est, retractum gentilitium postulari non posse, etsi nomen & insignia venditoris gerat Valla *libr. aureo. de rebus dubiis tractat. 4.* Ita tenet Tiraquellus *de retractu gentilitio §. 1. gloss. 9. num. 95.* Choppinus in alia sententia est *lib. 3. de priuil. rustic. parte 3. cap. 6. num. 5. & ad Consuetud. Andegau. lib. 3. cap. 1. tit. 5. artic. 8.* V. Charondam *lib. 5. Responsor. cap. 41. & 43.* D. Louetij *Arrest. litt. R. Arr. 38.*

Grimaudetus *lib. 1. cap. 14. tractat. de iure retractus gentilitij*, post sententiam D. Boerij, *ad artic. 2. de Retractu huius Consuetudinis Bituricensis*, & D. Ferronij *ad Consuetud. Burdegalensem, artic. 9. eiusd. tit.* existimat, post venditionem conceptos ad retractum gentilitium venire posse, quod spectandum sit tempus executionis quo res ad effectum perducitur, & in fauorem conseruandorum in familia bonorum & recenter ita iudicatum fuit Arresto, cuius collectio infra extat, *in append. huius tit. Arr. 11.*

II.

Filiusfam. ad retractum gentilitium admittitur

Super dubio, vtrum * filius in potestate patris existens ad retractum gentilitium rei à patre venditæ nomine admittatur, nonnulli tenuere, quod non. per l. si vendit. §. pupillus, versic. alter atque si seruo sua vel filio. ff. de in diem addictio. & l. 2. in pr. ff. de contra. emtio. hoc quippe nihil aliud foret, quam à patre suo emere, id quod is facere non potest. Alii contrarium tenuerunt, per text. in c. constitutus de in integr. restit. Et quamuis in hoc capite liberi emancipati sint, attamen notandum est, emancipationem eum in finem factam non fuisse, verum tantum, vt patris venditioni consentire possent: id quod nisi emanciparentur, facere non potuissent, l. 1. §. quæ onerandæ. ff. Quar. rer. actio. & tot. tit. Cod. de bon. quæ liber. Et ita iudicatum fuit compluribus Arrestis Burdegalæ datis, quorum duo D. Boerius in decisio. 238. refert: vnum pro Pertio aduersus Blancherum: alterum 14. die Augusti 1521. inter Ioannem Tallerandum filium actorem & Catherinam Talerandam ipsius amitam.

* Fundus ex retractu gentilitio filii nomine retractus, & proprius est & patrimonialis, nec in prædicto fundo pater succedit: Arrestum Parisiens. 7. die Septem. 1570. quod refert Charondas li. 2. Responsor. ca. 103. Choppinus ad Consuet. Andegauens. lib. 3. cap. 1. Tit. 5. Art. 15.

III.

Gentilis extraneo cessionario retractu conuentionali restructo præfertur.

Præsupposito, facultatem luitionis expressa pactione venditori promissam in alterum transferri posse, si venditor vendendo prædictam facultatem reseruauerit, perpetuo gentili præfertur. Verum in eo difficultas est, si prædictam facultatem extraneo cuidam donauerit, qui rem immobilem venditam retrahere vult, vtrum videlicet gentilis aduersus donatarium admittatur: Nonnulli tenuerunt quod non, quoniam hic donatarius loco venditoris donatoris est, & eodem iure vti potest. l. mutuus. §. plerunque. ff. de R. I. Arresto Parisiensi, quod absque data allegat D. Tiraquellus, in tractatu suo de retract. gentilitio, §. 26. gloss. 3. num. 45. contrarium iudicatum fuit, puta pro gentili, idque sancte & iuste: alioquin quippe latissima via gentilem decipiendi & priuilegium ipsius illusorium reddendi aperiretur, contra l. final. §. vbi autem Cod. de bonis quæ liber.

IV.

Cessio iuris retractus gentilitii quando valida sit.

Id quod ex iure obtinuit, Retractum videlicet gentilitium ad alterum transferri non posse, intelligitur: Primo, in præiudicium cognatorum, qui tantum reclamare possunt, vt tenet Iacobus de Sanct. Georg. in l. si mulier. ex asse. ff. de iure dot. Alioquin, si cognati ad huiusmodi cessionem impediendam non veniant, ea locum habet, nec aduersus eam primus emtor excipere potest, quoniam eius non interest, siue cognatus sit, siue extraneus cessionarius, qui ab ipso retrahit, arg. l. fin. Cod. ad l. Fab. de plag. Secundo si cessionarius cognatus sit, cessio aduersus reliquos cognatos valet, argum. l. si vsufructus. ff. de iure dot. Hanc ad rem bonus textus est in cap. 1. §. sed etiam res & ibi Glossa 1. & Baldus Per quos fit inuestitur. & in capit. 1. de alienat. pat. feud. & in l. vna. post princip. Cod. de impon. lucrat. descript. lib. 10. Tertio regula supradicta tum intelligitur, cum cedens nullum adhuc ius in re, de cuius retractu quæstio est, acquisiuit. Verum post oblationem & consignationem is ius suum acquisitum cedere potest, per ea quæ notat Ioannes Faber in §. ex non scripto. Instit. de de I. N. G. & C. Facit in argum l. Oratio. ff. de sponsal. Et ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit pro Domino de Capella. Secus, si fraus interueniat, puta, si cognatus pecuniam, quam consignari oportet, mutuam acceperit ab eo, cui postea ius suum cedit, huiusmodi cessio non valet & nulla est, prout declaratum fuit Arresto Parisiensi, 4. Iunii 1543. regulariter quippe huiusmodi ius in extraneum transferri non potest: prout aiunt Paulus & Iason, in l. 1 ff. de nou. oper. nuntiat. Quod iuxta Arrestum 7. tit. de retractu & retentione supra intelligi & obseruari debet.

Vide ea quæ notantur ad Arrestum 7. tit. de retract. & retentio. supra. Tiraquellus in §. 26. gloss. 1 num. 1. de retractu gentilitio: & post eum Maynardus lib. 2. cap. 81. & lib. 8. cap. 21. tenent, hoc ius retractus extraneo cedi non posse.

V.

Idem.

Gentilis repelletur, si emtor demonstrare possit, retractum quem prædictus gentilis facere intēdit, esse sub pactione cum altero inita, vt rem venditam, quam retraxerit, postea in ipsum transferat, istumque alterum pecuniam de suo consignatam contulisse, quamuis gentilis conditionem suam meliorem faceret. Prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 4. Iunii 1543. aduersus Dominum Tilletum, pro Hugone de Monte emtore, qui incidenter postulabat, vt damna & interesse sibi adiudicarentur aduersus Philippum Senetonium, qui tertius erat, quique ab eo absolutus fuit, & decretum, pecuniam ei reddi oportere, prædictusque Tilletus à retractu exclusus: iuxta sententiam Guido. Pap. quæst. 257. & Iasonis in l. 4. §. fin. ff de oper. nou. nunt.

Adde Arrestum 10. huius eiusdem tit. & ea quæ scripsit Imbertus in Enchiridio suo in verbo: retract. lignager, aduersus gentilem, qui vendit fundum ei, a quo is ad soluendum mutuam pecuniam acceperat, & Maynardus li. 7. ca. 25. Quæstio. iuur. I. C.

VI.

Gentilis quando emtori rē venditam prodere possit.

Proximus gentilis, qui rem extraneo venditam retraxit, eam prædicto extraneo pro eodem pretio aut maiore cedit & relinquit. Si id intra tempus retractus fiat, alter proximus nō admittitur: hoc quippe acquisiti loco est: si vero intra tempus sit, omnino admittetur. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 20. die Octobr. 1520. iuxta sententiam Lud. Bolog. cons. 25.

VII.

Gentilis retrahenti pendente lite reparationes factas debet.

Arresto * Burdegalensi, quod datum 24. Ianuarii 1524. dictum fuit, gentilem qui sententiam aduersus emtorem obtinuerat ad retrahendam rem venditā, ad reparationes post denuntiationem factas, dummodo exigui sumtus & valde necessarii sint tenetur. Præterea, prædictum gentilem post sententiam à se impetratam, iuri retractus renuntiare non posse, verum emtorem condemnatum eum ad retrahēdum cogere posse. Pro priori casu doctrina est Baldi, versic. 19. quæro. C de rescin. vendit. & eas Iudex arbitratur, l. in fundo, l. si seruus & Glossa in l. Hactenus. ff. de vsuris. Pro posteriori est, quoniam vt emtor præcise reuendere tenetur, iuxta sententiam Accursii, in §. pretium, in verb. tradatur. Instit. de rer. diuisio. ita gentilis ex natura correlatorum ad retrahendum tenetur, arg. l. si cum dies. §. penult. ff. de recept. arbitr & regula parium eadem, l. Iulianus. §. si quæratur. ff. de actio. emt. & vend.

Verum à retractu post citationem recedi possit.

* Desumtum ex Boerio, quæst. 57 & 48 Gentilis à retractu recedere non potest, etsi post citationem res deperdita fuerit. Arresto Parisiensi 21. die Iunii 1585. Carondas lib. 4. Responsi. cap 57. sub fin. & lib. 6. cap 8. Ita tenet Boerius ad Consuetud. Bituricensis, tit. de retract. gentilit. § 4. in fine ibi, alias nō. Ferronius quoque ita tenuerat in primo commentario suo ad Consuetud. Burdegal. eod. tit. §. 4. vers. quid vero, Verum postea sententiam mutauit Quo ad reparationes, V. Chassanæum ad Consuetud. Burgund. tit. de retr. in verb. fraiz raisonnables, & Consuetudinem Parisiensem, articu 146. I. C. V. Arr. sequens.

VIII.

Annus retractus gentilitio quando in lege commissoria venditionis exercitari potest. *Retractus gentilitius locum non habet in venditione sub facultate. &c.*

Vltima die Aprilis 1535. Arresto Burdegalẽsi proximus quidam gentilis non admissibilis declaratus fuit, ad retrahendum fundum quendam ita venditum, sub hac commissoria lege, *quod si non fiat intra prædictum tempus, & ex nunc vt ex tunc, & è contrà vend.* &c. Nisi prædicto tempore elapso & facultate existente: & tantumdem de venditione sub luitionis facultate intra certum tempus, ne retrahi possit, vsque quo prædictum tempus elapsum fuerit. Alterum simile datum fuit 10. die Ianuarii, anno 1530. Quantum enim ad effectum prædicti retractus attinet, venditio perfecta & irreuocabilis esse debet & possessio tradita, citra simulationem. Eaque doctrina est Cyni & Bartoli *in l. inter maiores. Cod. de in offi. testam.*

D. Valla, *de rebus dubiis. tract.* 20. similiter tenet, retractũ videlicet nonnisi à die, quo retractus conuentionalis expirat & finit, incipere, eo quod non ante perfecta videtur venditio, quam tempus & conditio venerit & extiterit; *l. non solum ff. de Obligat. & Actio. l. sub conditione, 1. Qui promiserit ff. de condict. indeb.* Tiraquellus *de retractu fol.* 36. *num.* 22. V. Appendic. *huius tituli.*

IX.

Gentilis, qui retractum obtinuit ab eo desistere non potest.

Gentilis quidam venditorem ad retroendendũ condemnan cnrat. Ac licet ex Consuetudine intra 24. horas post, pretium sumptusque legitimos restituere debeat, nihilominus si vel ob paupertatem aliaue de causa aut nolit aut non possit, & ab eo recedere velit, Dubium notabile est, vtrum prædictus emtor condemnatus eum ad id cogere possit. Arresto Parisiensi, 10. Iulii 1551. iudicatum fuit, gentilem ab eo recedere non posse, verum ab emtore ad restituendum pretium & sumtus cogi posse. Supra *Arrestum* 6. simile est, quod datum Burdegalæ, pro posteriori membro.

Lucius *lib.* 9. *tit.* 3. *Arr.* 12. Nihilominus gentilis desistere isque pœnitere potest, etsi obtulerit & post contestationem veniat. Iudicatum 21. Martii 1506, perorante Roberto aduersus Hamelium. B.

X.

Retractus gentilitius in fundo Regi vendito locũ non habet.

Illustris Balduinus *de Gumes* Arresto Parlamenti omnium Sanctorum Parisiensis, anno 1283. repulsam passus est, eo quod à Rege retrahere volebat, intra tempus Consuetudinis, Comitatum Guinensem Regi venditum à patre prædicti Balduini, veluti proximior. Et iudicatum fuit in fundo Regi vendito retractum gentilitium locum non habere.

Desumtum ex Ioanne Gallo. V. *Annotat.* D Brodei *ad arr.* 22. D. Louetii *lit.* R. qui nonnihil, quod huic Arresto contrarium, refert.

XI.

Annus retractus gentilitii.

Annus * retractus gentilitij incipit à tempore possessionis & inuestituræ emtoris. Et ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi anno 1269.

* V. Charondam *lib.* 6. *cap.* 64. & 7. *cap.* 142. Consuetudinem Parisiensem, *artic.* 130. qui similis est & addit, citationem fieri debere, & assignationem cadere intra prædictum annum & diem à prædicta donatione & possessione. V. etiã D. Maynardum *lib.* 7. *Quæstio. fuar. cap.* 43. I. C. Adde *Arrestum* 4. *App. huius tituli.*

XII.

Retractus gentilitius in decima Ecclesiæ vendita locum non habet.

Arrestum Parisiis anno 1263. datũ fuit super venditione decimæ cuiusdam celebrata cum Episcopo Baiocensi à laico quodam, ius retractus gentilitii locum non esse, inspecto Edicto Regis Beati Ludonici, eo quod prædicta decima ad priorem statum reuersa fuerat, puta ad Ecclesiam quæ eam, magis ob prædictum reditum, quàm propter acquisitionem, retinere poterat. Mense Martio ante anno scilicet 1261. defunctus Rex B. Ludouic. pro summa ipsius clementia, summoque firmo ac perpetuo studio suum cuique tribuendi & conseruandi, quod præcipuum membrum est, in quo omne id, quod *Iustitiam* appellamus consistit, Edicto declarauerat & decreuerat, non expectata deinceps voluntate & indulgentia sua successorumque suorum Regum Franciæ, Ecclesiis prædicti Regni licere licitumque fore, vt decimas olim & Regis Philippi Augusti cognomento à *Deo dati* temporib. profanis & laicis concessas retrahere. Attamen iis, quæ ante Concilium Lateranense infeudatæ fuerant, non comprehensis. Alterum simile Arrestum à Rebuffo absque data allegatur, quod datum pro Episcopo Constantiensi: prout continetur *Arresto* 13. *Tit. de decimis* supra *libro primo.*

Lucius *lib.* 2. *tit. de decimis Arr.* 1. & 2.

XIII.

Retractus gentilitius quando locum in permutatione habeat.

In contractu permutationis retractus gentilitius locum non habet ex Consuetudine & iuxta doctrinam Ioan. Ând. *inc ad quæstiones. de rer. permut.* Dominus Ioannes Bouuartus Consiliarius in Parlamento Burdegalensi, fundum quendam tribus millibus librarum Touronensium æstimatum, cũm dominio & fundo Saluiacensi septem millium librarum permutat. Dominus Ioannes Iacobus Durfortius, heres Dominæ Margarethæ Foixiensis, veluti proximior ad retractum gentilitium admitti se postulat. Ei permutatio obiicitur. Lis in Maiore Camera Burdegalensi, vbi prorsus instituebatur, æquas sententias tulit: alii quippe sequebantur sententiam Bartoli in *l. 1. ff. de rer. permutat. & in l. tenetur, §. 1. ff. de actio. emt.* qui asserit, ob nullam permutationis speciem retrahi posse, etiamsi pretium redhibeatur, atque indistinctè, siue illud rem immobilem, cui in permutatione iungitur, valore excedat, siue etiam idem sit, aut minus. Alii sequebantur sententiam Pauli de Castro, in *l. Aristo. in fin. ff. de donatio.* quæ est, si pecunia data maioris valoris, quam immobilis res tradita ex eadem parte, non sit, aut etiam si parum excedat, veram tum permutationem esse, nec retractui locum esse: verum si pecunia reuersa multum excedat, venditionem æstimari & retractui obnoxiam esse, nulla eius ratione habita, quod inter contrahentes dictum fuit, permutationem non venditionem se contrahere. Dominus Boetius, primus tum temporis Præses, de controuersia ista verba faciens, huiusmodi sententiam fauorabilem putat, & allegat Arrestum quoddam, quod datum pro Ioãne Appasio, nomine ab Insula actore in retractu, aduers. Ioanné, Domingrosium. 3. die Decembr. 1512. Postea supradictus processus cum rursus æquas sententias tulisset in Camera particidali, & reiectis iis, qui recusati fuerant, à decem iudicatum fuit, quorum numero vnus prædictus Dominus Præses erat, & Arresto obseruata fuit sententia Pauli de Castro, & actor in retractu aduersus prædictam permutationem admissus. Contrarium Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 24. Decembris 1517. iuxta sententiam Bartoli.

Desumtum *ex Decisio* 144 D. Boerii. Vide D. Maynardum *lib.* 4. *cap.* 37. *Quæst. suar.* I. C.

Quando fundus ex dimidia parte emitur, & ex altera parte permutatur, retrahens nonnisi dimidiam partem retrahere potest. Iudicatum Arresto 1260. Registri folio 110. aduersus Abbatem Bellomontanum. B.

Præses

XIV.

Retractus gentilitius per causam impediri potest.

Præses Montholonius *, qui postea Custos Sigillorum Cancellariæ Franciæ fuit, cum domũ quandam, quæ ipsi arridebat & cõueniebat, Parisiis emere vellet, impedimentum vero retractus gentilitii metueret, cum prædicta domo quosdam reditus, quos Parisiis habebat, permutat, quorum sors pretio prædictæ domus respondebat, huicque emtori talem subiecit, qui è vestigio prædictum reditum emit & soluit. Is à gentili in retractu citatur. Is excipit & ait, in permutatione per expressam Consuetudinem retractui locum non esse. Gentilis replicabat eam rem in fraudem Consuetudinis factam. Reus duplicat, in Republica nihil commodius nihilque magis necessarium esse, quàm commercium emtionis & venditionis, quæ ex lege ciuili libera esse debet: si vero ob retractum gentilitium impedimentum & turbæ dentur, id ex male constituta & odiosa Consuetudine fieri, potius quam fauorabili: & quantum ad se attinet, se modis omnibus facere potuisse, vt prædictam domum, quam sibi acquisiuit, perpetuo haberet. Arresto Parisiensi, quod sæpe allegauit D. Aduocatus Riantius, nominatim in Consultatione, præsente D. Sant-Andreano Mareschallo Franciæ, vltima die Iunij 1550. prædictus gentilis repulsam tulit. Manum hic & calamum meum continere nequeo, quin indignam typographi detegam calumniam, qui adeo absurde caput hoc calumniari ausus fuit, dicens primo se ex heredibus prædicti defuncti D. Montholonij inquisiuisse, quibus de hoc Arresto nihil constaret. Crediderim nihil contingere potuisse, vt cum prædictum Arrestum in domo illorum exigui momenti esset (quæ non Arresto fundata erat, seu nitebatur, verum magis ipsa acquisitione) illud ignorare potuerint. Intoperimendum est, typographum hunc, id inquirere sustinuisse vt autorem calumniaretur, atque ita postea rem falsam supponeret. Arrestum enim verum est nec commentitiũ. Ego quidem istud nunquam vidi, nisi tantum in consultatione quadam, cui præsidebat D. Riantius vir fide dignissimus in causa cuiusdam Mareschalli Franciæ præsidere. Si ita res se haberet, vt hoc nomine respondere tenerer, prout typographus iste dicere voluit, sine circa complura alia mihi laborandum foret, quæ fide cotum tantum, à quib. didici & audiui, sine in peroratione siue deliberatione, à viris magnæ æstimationis allegauit, quod vtique compluribus in locis feci, quos lectoribus exquirendos relinquam. In retractu incepi ab Arresto quodam Callimonij, quod defunctus D. Maillaeus Aduocatus Regis in peroratione laudauit 3. Octobris 155. vt sub finem Arresti 5. libri 2. continetur. Relinquam alia, quæ videri poterunt. Atque hæc hactenus. Præterea prædictus typographus ait, datam prædicti Arresti falsam esse: prædictum quippe Montholonũ anno 1542 mortuum, etiamsi id factum fuerit 1545. quo tempore in castris Marrollensibus eram, in comitatu defuncti domini Delphini, qui postea Rex fuit, quique cum resciuisset Regem Franciscum I. dominum Chemnintium custodem sigilli constituisse, literas mihi ad prædictum dominum Præsidem Turinum deferendas Parisios tradidit, quibus eum rogabat, vt custodiam sigillorum Cancellariæ suæ susciperet. Prædictus typographus labitur, dum datam anni 1550. sub finem huius capitis positam accipit: ea enim data est consultationis factæ in præsentia D. Mareschalli Sant-Andreani. Cumq; prædictus D. Riantius prædictum Arrestum allegauit, id data diei & anni non memorata fecit.

* Prædictus D. Montholonius ex 2. Præside à Rege Francisco I. Custos sigilli constitutus fuit, postea ipsissimo nomine Aduocatus seu causarũ patronus eodem Parlamento à Rege Henrico III. anno 1588. sigillorum custos creatus fuit.

Desumtum è D. Lucio *lib. 9. tit. 3. Arr. 7.* Tiraquellus eius mentionem facit *in tractat. de retract. gentil. sub finem præfationis.* Choppinus *lib. 4. de priuil. rustic. part. 3. c. 5. in fin.* ait, Arrestum hoc suppositiuũ esse. Attamẽ simila quoddam refert, quod datum anno 1525. V. D. Maynardum *lib. 7. cap. 35.* I. C.

XV.

* Dominus Aduocatus Riantius in consultatione præsente Domino Mareschallo Sant-Andreano, vltimo die Iunij 1550. allegauit, se Arrestum datum vidisse, in venditione fructuum in aliquot annos, & fundi addictione, prædicta venditione integra sub eodem precio manente, pro duobus simul locum retractui gentilitio esse.

Venditiõ fructuũ cumulata retractũ gẽtilitiũ nõ impedit.

XVI.

In venditione syluæ * cædendæ arborum procerorum, seu materiæ quæ non renascuntur, retractui gentilitio locus est, antequam cæsæ arbores fuerint. Quod si eo in cæsæ sint, res ex immobili mobilis fit, quæ prædicto retractui obnoxia non est: verum si arbores adhuc stent, non secus quam ipse fundus retrahi possunt. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, prout dictum fuit in peroratione pro Rege in causa Comitis & Comitissæ de Laual, quod allegat D. Seguierius Aduocatus Regis, 9. Februarii 1552.

Retractus gentilitius locum habet in venditione cædendarum arborũ procerorum seu materiæ.

Iuxta *L. Quintus Mutius. ff. de Actio. emt.*
Lucius *lib. 9. tit. 3. Arr. 1.* I. C.
* Molinæus contrarium tenet tam in retractu feudali, quam gentilitio *ad Consuetudin. Parisiens. § 13. gloss. 4. in pr. & § 23 num. 58. in fin.* & Choppinus *ad Consuetud. Andegauens. lib. 1. c. 3 t. in principio, & lib. 2. part. 2. c. 2 tit. 2. Arr. 2.* vbi Arrestum quoddam Parisiense super eo laudat 8 Augusti 1587. & Robertus *lib. 3. Rer. iudicatar. cap. 9.* alterum quoddam 22. Aprilis 1581 T.

XVII.

Inter Dominos Lestreum & Lanerium, in Parlamento Parisiensi tria notabilia dubia excepta & Arresto decisa fuerunt. Primum verum in reditu super fundis quibusdam, & postea in genere super omnibus bonis constituto retractus gentilitius locum habeat. Secundum, vtrum gentilis retrahẽs pretium & pecuniam in iisdem speciebus, quib. emtore à venditori numeratum, refundere teneatur. Tertium & vltimũ, apud quẽ titulus cõstituti prædicti reditus permanere debeat, apud primũ emtorẽ, an vero apud retrahentẽ. Reus ex parte prædictũ reditũ de nouo super immobilib. venditionis eo constitutũ, quæ fere omnia à se acquisita fuerant etsi quis ex suo patrimonio sit, & antiquũ, prædictu emtorẽ potius ad acquisita, quam ad reliqua venire posse: quæ acquisita prædicto retractui obnoxia non sunt. Arr. 3. die Iun. anno 1420, dictũ fuit, prædictũ actorem ad retrahendum prædictum reditũ admittendum, pretio in huiusmodi speciebus nõ post ea prohibitis refuso, quæ in instrumento cõtinentur, quæ retrahenti reddi oporteret, refuso per eum hoc, quod pro eo solutum fuit, & penes prædictũ emtorem descripto notarii manu cõfecto relicto, ea lege, vt id ei cum opus fuerit, exhiberetur.

Reditus in quibusdã fundis & in omnib. bonis vẽdit⁹, retractui obnoxius est.

Refusio pretii in qua monẽta fiat. Instrumentũ emtoris retrahenti restituendum.

Hoc Arresto, quod Autor refert, iudicatũ fuit, refusionẽ in iisdem specieb. cõtractu acquisitionis expressis fieri debere, velut si emtor soluisset mille coronatos in specie in contractu promissos, retrahẽs in iisdẽ specieb. reddere debet, etsi postea coronati valor auctus fuerit, vel æstimationẽ pretii, quæ tempore emtionis & solutionis erat. Ita iudicatum fuit, vltimo die Decem 1578 aduersus quendã, qui coronatum sexaginta sex solidis æstimabat, sub prætextu, quod tempore emtionis tantum valebat, quoniã creditor (cuiusmodi prædict⁹ acquisitor esse potest) nõ sit cogẽdus in aliam formã nummos accipere, si ex ea detrimentum aliquod accipiat, *l. Paul. ff. de solut.* Quæ ibi hæc plene tractantur, a D. Tisaq. *tract. de retract. §. 1. gloss. 18. num. 26.* Molineus *de vsuris, num. 736. & in §. 13 gloss. 8. num. 2. ad Consuet. Parisiens.* & post eos Grimaudetus, *de retract. li. 8. ca. 5* & id quod supra *li. 10, ti. 5. de solutionibus*

Verũ refusio fieri debeat habita ratione valoris specierum & pretii die venditionis, an vero retract⁹.

tionibus Quod si valor coronatorum expresse designatur & limitatur, vt Constitutione de Monetis Mense Nouembri 157. constituitur, vnum 60. solidos valere, dubium nullum est, quin luitio fieri debeat in speciebus vel valore, à tempore refusionis numerãdo, eo quod valor expresse designatus fuit. V. *Appendicem huius tituli.*

XVIII.

Gentilis retrahens refundere non tenetur excedentem valorem donatum.

Arresto Burdegalensi, quod datum 18. die Iunij 1523. dictum fuit, cognatum rem per gentilem suum venditam retrahentem, non teneri refundere excedentem valorem expresse à venditore donatum. Licet enim nonnulli super eo subtiles esse voluerint & dicere, qualitatem venditoris inspici oportere, porta vtrum diues sit an pauper, & exinde intentionem contrahentium metiri, arg. *l. illicitas §. ne tenuis vita hominei. ff. de offic. præsid. & cap. si quæstiones. de sim.* Alii, considerandum esse, vtrum venditor valorem sciuerit, an ignorauerit, per *l. cum in debito. §. 1. de Vsur.* Alii attendendum esse, vtrum venditor imprudens aut prudens sit, facilis & liberalis aut etiam rerum suarum curiosè satagens, vtrum mulier, minor, rusticus & simplex, aut etiam rerum experientiam habeat, maior sit & prudens. Omnibus hisce in arbitrio Iudicis constitutis, arg. *d. l. cum de indebito.* Nihilominus quantum ad prædictum retractum attinet, optima ratio est, si dicatur, intentionem donandi verosimiliter non præsumi, vbi facultas est retrahendi siue ex Consuetudine siue ex cõuentione, arg. *l. qui sic solute. ff. de solutio.* Et maximè repugnantia sunt vendere & donare, prout ait Baldus *consil. 3. vol. 5.* Et fraus est si partim vendat or, & partim donetur, vt per Baldum *in l. 1. Cod. de repud. hereditat.* & necessario contractum determinate oportet iuxta id quod principaliter à contrahentib. actum est, puta venditionem, *l. si autem. §. fin ff. de aq. pluu. arc. & cap. cum olim. de Censibus.*

Desumtum è Boerio, *decisio* 142 *&* 143.

XIX.

Retrahens reditũ soluere non tenetur.

Vigesima tertia Decembris 1560. inter appellantem quendam à Balliuio Altissiodorensi, vel Locũtenente ipsius, eo quod conditiones appellati bonas declarasset, male vero à Præfecto Altissiodorensi iudicatum fuisse dixisset. Facti species coram Præfecto Altissiodorensi vel eius Locumtenente hæc erat. Cognatus quidam actorem se constituebat eum in finem, vt domum quandam à cognato quodam suo reo venditam, ex retractu gentilitio, legitimis refusis sumtibus nancisceretur. Reus actorem ad retractum admittit, sorte principali sumtibus legitimis itemq; summa ducentarum quadraginta librarum, quas pro luitione reditus cuiusdam pecunia redimibili, super prędicta domo cõstituti expenderat, quiq; vigintiocto frumenti modios erat, refusis. Actor omnia se refusurum offerebat, non vero prædictum reditum, dicens prædictum reum intra annum retractus eum redimere non debuisse, acquisitionem hanc ab ipso in ipsius præiudicium factã, & præsumi, id fraude factum ad frustrandum & auertendum retrahentem, qui quidem pecuniam pro sorte principali & legitimis expensis habere posset, verum pro soluendo prędicto reditu non item: is tamen offerebat se prædictum reditum in se recipere paratum, eique professionem facere eius soluendi & continuandi & bona sua ad id obligandi, nominatim domum, asserens eum hisce contentum esse debere. Reus nummos suos habere volebat, quoniam eos pro luendo prædicto reditu expendisset, dicens in sua potestate & facultate fuisse eum redimere, nec iniuria à se vllo modo facta placere posse aut debere, vt prædicto reditui actor sese obligaret, seque reditum habere nolle. Sententia prædicti Præfecti, oblationibus prædicti actoris validis & iustis declaratis, & ad pretiũ ac sumtus alios à pretio redẽtionis prædicti reditus teneretur: à quo prædictus reus appellauerat ad Balliuium, qui sententia data dixerat, male à Præfecto iudicatum fuisse, bene vero ab appellante appellatum, & emendato iudicio idque agendo, quod agendum prædicto Præfecto incubuerat, prædicti actoris oblationes æquas & bonas declarauerat, eoque facto prædictum reum cõdemnauerat, vt prædicto actori ex lege retractus prædictos fundos relinqueret, sorte seu pretio legitimisque impendiis ab eo refusis vna cum prædictis 240. libris pro prædicto reditu, actoremq; in expensas condemnauerat, à quo is ad Curiã appellat, cuius Arresto dictum fuit à prædicto Balliuio bene iudicatum, ab appellãte vero male appellatum fuisse, quem in multam & expensas causæ appellationis condemnauit.

XX.

Vendit or & emtor de pretio fundi cuiusdam cõueniunt, & inter eos conuenitur, vt fundus ad maiorem cautionem & securitatem emtoris publicæ subhastationi vel auctioni supponatur, & licet emtor fundum maiore pretio licitaret: venditori tamen vltra conuentum pretium nihil soluere teneretur: si vero minore pretio fundus ei addiceretur, residuum venditori præstaretur. Igitur euenit, vt fundus minore pretio, quam conuento emtori traderetur. Gentilis superior in licitatione esse vult, pretiumq; ex decreto offert. Emtor pactum allegat. Arresto, 6. Septembr. 1535. dictum fuit, nulla prædicti pacti ratione habita, retrahentem tantum ad refundendum decreti pretium teneri oportere. Et ex hoc quoque D. Auberius collegit, retractus tempus initium ducere, ab addictione, non vero à prima venditione.

Gentilis id quod manifeste, non vero in pactis separatis & priuatis tenetur.

Lucius lib. 9. tit. 3. Arr. 5. V. Appendicem huius tit.

XXI.

Ex dispositione * *cap. constitutus. De in integ. restit.* Princeps minorem aduersus tempus conuentionalis retractus elapsum restituere potest. Dubitatum fuit, vtrum idem in retractu gentilitio obseruari possit? Ex Consuetudine generali Franciæ obseruatur, quod non. Tempus quippe à consuetudine præfinitum cum effectu aduersus minores currit, nisi expresse reseruetur, *l. Et si sine herede. §. Lucius ff. de administrat. tutor* & ibi Bartolus. Hoc præsupposito in retractu gentilitio, tutor quidam intra annum citari curat Dominum Ranconetum vi retractus gentilitij: qui ab eo appellat: in instantia huius appellationis, annus offerendi & consignandi elabitur, Reus id mox excipit, & pupillum repelli postulat. Pro eo tutor rescriptum restitutionis in integrum impetrat, cuius approbatio aduersus prædictum *cap. Constitutus* impeditur, quod hoc respectu in Francia locum non habet. Tutor asserit, absque rescripto etiam pupillum admittendum, vt & maiorem: eum quippe vigilasse & in citando intra annũ aduersariũ suum diligentem fuisse, qui appellatione sua tempus labi fecerat, quod pendente appellatione non emittitur, *l. Intra vtile. ff. de minoribus*, Glossa *in verbo, finiendamque l. fin. Cod. de temporib. in integr. restitut.* & textus *in l. si ipse. ff. de exe. tutor.* Et ita conclusum fuit

Minor aduersus retractus tempus restituitur, & quomodo.

Gentili pendente appellatione non currit annus retractus.

Arresto

Arresto Burdegalensi, relatore Domino Boerio primo Præside, *in decis. 140. in prim parte.*

* Attamen ob causam legitimam minor restitui potest, eumque in finem allegatur Arrestum quoddam Parisiense, à Charonda, *lib. 2. R. responsor. suor. Arrest. 77. & lib. 6. cap. 8.*

XXII.

Gentilis etiā infans aduersus retractus temp⁹ elapso non restituitur.

Arrestum Parisiense pluries laudatum & absque data propositum fuit, à Domino Riantio Aduocatu Regio, quod datum Parisiis pro Domino Duce Mommorancio Connestabili Franciæ, aduersus minorem quendam approbationem rescripti Regii postulantem, vt restitueretur, quod intra tempus gentilitii retractus non venisset, quod odiosum sane est & restringendum, etiam aduersus infantem quendam.

Tempus retractus gentilitii tam aduersus minorem, quā aduersus maiorem præscrebitur absentem, currit, Consuetudo Parisiensi *art. 1; 2.* Charondas *lib. 1. cap. 77.* absque restitutionis spe. Charondas *lib. 3 cap. 67* Mayoardus *lib. 8 ca. 22. Quæstio. suor.* V quæ notantur ad *Arrestum 9. Tit. de retractu Conuentionali.* I. C.

XXIII.

Retrahens [illegible] annū [illegible] Consuetu- [illegible] ad- [illegible] nullus, cā- [illegible] fiogo- laris.

Consuetudine Turonensi cauetur, retrahenti octiduum competere ad refundendam emtori sortem principalem & legitimas impensas post recognitionem: intra quod octiduum, si gentilis proximior quàm prius retrahens admitti postulet, ad prædictum retractum eum admittendum, prædictum retractum ipsius emolumento cessurum. Hoc præsupposito, emtor quidam à gentili cooueotus eum tam cito recognoscere noo vult, sed dio eum in lite coram Balliuio Turonensi frustratur. Tandem eum recognoscit, eique vt dicitur, fioum præbet. Tum intra octo dies à recognitione, curator puellæ cuiusdam trium vel quatuor tantum mensium, quæ extra annum retractus nata fuerat, interuenit & pro prædicta puella, quæ prox mior erat, ad retractum admitti se postulat. Primus actor in retractu ei respondet, puellam non admittendā, eo quod ex suo capite ea admitti non posset, quoniam intra annum nata non fuerit, & propterea ad retractum intra prædictum annum venire non posset. Insuper, curatelam nullius momenti esse, eo quod curator ipsius nequidem viginti annorum non esset. Eo non obstante, Balliuius Turonensis curatorem ad prædictam retractum admitti, à quo appellatur: Arresto dictum fuit, appellatione citra multam & expensas in irritum deducta, prædictam sententiam plenum & integrum effectum suum sortiri oportere. Nonnulli Arrestum istud taxare voluerunt asserentes, infantem videlicet aduersus annalem præscriptionem retractus aduersus Arrestum supradictum restitui posse. Verum diuersa ratio subest, quoniam ad venditorem prædictæ præscriptionis oppositio spectet, qui non poterat, quoniam necessario oporteret eum fundum relinquere, neque eius quicquā interest, præscriptio opponatur, vel non. Prædictū Arrestum est de 14. Maii 1521.

XXIV.

[illegible] ... & pa... doxum.

Actor in retractu debito modo recognitus, cum paratus seu instructus non esset, longius tempus postulat, quam Consuetudo Parisiensis ei indulget, allegans, aduersarium suum dolo, cum bene se numerata pecunia destitutum nosset, ad se decipiendum fioum præbuisse. Is sententia Præfecti Parisiensis repulsam patitur, à quo appellauit. Hæc appellatio diutius integro anno indecisa in Curia hæsit. In lite appellatus dixit, appellantem amplius ad postulādum retractum non admittendum amplius quippe anno tempus Consuetudinis elapsum fuisse. Appellans è contrario, id facto appellati euenisse, qui sibi prædictam octidui dilationem indulgere noluisset. Arresto 23. Iulii 1521. appellatione & id à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, partes ad Præfectum Parisiensem intra octiduum vt coram eo comparerent remittuntur, quo die prædictus retrahens apud Acta tradere & consignare pecuniam posset. Hoc Arresto nimium est aduersus Consuetudinem Parisiensem.

Arrestum quoddam magis notandum & singulare datum fuit ad relationem Domini Gayaotij, mense Iunio 1527. quod in Appendice huius tituli extat.

XXV.

Actio retractus gē-tilitii mixta.

Actio huius retractus Consuetudinarii, vt conditio ex lege municipali, est in rem scripta, & coram Iudice emtoris, aut etiam coram Iudice ordinario loci, in quo immobilis res retrahenda, de qua quæstio est, sita est, intentari potest, non aliter atque in omnibus aliis actionibus pure realibus, *l. fin. Cod. vbi in rem actio, & l. 1. Cod. vbi de hered. agn.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum à Domino Præside Sant-Andreano, 23. Decembris anno 1545.

XXVI.

Contrariū cam perso nalem sci-licet esse.

Postea contrarium iudicatum fuit Arresto prædicti Parlamenti, 19. die Martij anno 1557. inter Gratianum Mussacum, appellantem ab vna parte, & Petrum Cordomium & consortes appellatos: puta, posito omnes conditiones personales esse, retractus gentilitii actionem quoque coram Iudice emtoris, quo partes remissæ fuerunt, intentari debere.

Pro certo autem ac deciso in Curia tenetur, retractū gentilitium magis personalem, quam realem habere: propterea sequi oportet forum rei & locum domicilii, non vero posfessionis rei in cuius signum & testimonium Domini Libellarij de eo cognoscunt. Quantum an retractum conuentionale, dubium non est, quin eius actio personalis sit, & actor forum rei sequatur. B. Vide Grimaudetum *lib. 6 cap 9 de retract* ... qui tenet, eam coram Iudice emtoris & coram Iudice territorii intentari posse, in quo territorio videlicet fundi, quos quis retrahere vult, siti sunt Vide quoque *c. 7. Lib. 7. Arr. 43.* & Maynardum *lib. 7. cap. 52. Quæstio. suar.* I. C.

XVII.

Retractus gē-tilitius aduersus emtorem cognatū.

* Proximior gentilis ad retrahendum ab emtore gentili, qui non adeo vendito is proximus est, admittitur: & licet Arresto * Parisiensi frater quidam repulsam passus fuerit, cum ab alio fratre, qui ab ipso fundum frater emerat, retrahere vellet, eo quod ij absque vllo discrimine in pari gradu sont: nihilominus si retrahere volens in proximiori gradu sit, quā emtor, is in prædicto retractu admittitur, prout iudicatum fuit Arresto prædicti loci, aduersus Dominum *de Pugny.*

Fideiussor * quoque venditoris à retractu gentilitio non excluditur, Arresto Parisiensi, quod datum die ... Purificationis 1543. Choppinus *lib 3. de privileg. rustic. part. 3. cap. 5. num. 3.* Excepit sententia Molinæi *ad Consuetudines Parisienses, § 13. gloss. 1. num. 11. & §. 14. num 3.* Et Ferronii *ad Consuetudines Burdegalenses, tit. de retract. §. 16.* ... aduersus sententiam Tiraquelli. T.

* V. Imbertū *in enchiridio suo in verb. Retraict*, vbi refert Arresta cōtraria ex his, quæ retulit Rat⁹ *ad Consuetud. Pictauorum*, *artic. 346.* quæ cōciliat. Quantū ad me existimo distinctionē quandā à Consuetudinib. desumtam adhibendā, puta, si ea Consuetudine is, qui diligentior est magisque vigilat & citatione præuenit, præfertur, vt Consuetudine Montargiensi & Parisiensi, hoc casu proximiorem gentilem ab acquisitore gentili itidem retrahere non posse: si vero è contrario Consuetudo disponat, proximiorem scilicet præferendum

frendum, vt Consuetudo Campaniæ, contrarium quoque obseruabitur: quod si Consuetudo de eo nihil disponat, Arresta è Raro ab Imberto citata & relata sequi oportet, proximiorem videlicet ad retrahendum ab acquisitore gentili nõ admittendum, eo quod retractus gentilitius non nisi ad cõseruanda in familia bona introductus fuit, ex qua quod à gentili licet remotissimo acquiritur, nõ egreditur V.D. Boerium *consil.* 76 & Grimaudetum *lib.* 2. *de retractibus cap.* 22. Curia Parlamenti Rotomagensis super hac disputatione inter duos fratres, de prælatione in retractu, Arresto 17 Febr. 1597. quod sub finem Consuetudinis vltimæ prælectionis excusum, fundos à Wilhelmo Graudino venditos, pro parte dimidia Roberto Graudino & Petro Graudino fratribus adiudicauit, I.C.

XXVIII.

Retractus gentilitius in auctione locum nõ habet.

Consuetudine complurium locorum retractus gentilitius locum nõ habet aduersus emtorem, qui sub auctione publicè hastis decursis emit. Et notandum est, prædictum emtorem tum retrahẽti de pretio insiurandum præstare non teneri, eo quod veritas prædicti pretii, citra vlteriorem inquisitionem, ex decreto & sententia manifesta & notoria est, *c. fin. de cohabit. cleric.* Ita Arresto Parisiensi, die quodam Veneris. 1. Decembris 1542. perorantibus dominis Riantiu & Benedicto in Maiore Camera decisum fuit. Eaque materia notatur *in l. emtorem. ff. de actio. emt.* & per Ioannem Fabrum *in proœm. Institut.*

XXIX.

Fructus retrahenti à facta oblatione debentur.

Fructus fundi ex retractu gentilitio acquisiti, à facta pecuniæ seu pretii oblatione debentur, etsi non consignetur. Et iuxta id iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Ioan. Peretio Scutifero, & Ioanna S. Germani vxore ipsius, actoribus in retractu gentilitio, aduersus Iacobum Danielem Aduocatũ in Parlamento, 23. Decembris anno 1488. quo Arresto sententia quædam Libellatiorum Palatii reformata fuit; qua fructus fundi per retractum gentilitiũ euicti actoribus à contestatione litis adiudicati fuerant. Similiter & in fortioribus terminis iudicatũ fuit altero Arresto 24. Iulii 1527. inter duos mercatores Parisiẽses, quo fructus à citatione & oblatione adiudicati fuerunt.

Lucius *lib* 9. *tit.* 3. *Arr* 3. V. *Arr.* 5 *Tit.* 4. *huius lib.*

XXX.

Retractus gentilitius locũ habet in re litigiosa sub conditione.

Minor quidam coloniam quandam exposcentibus negotiis suis vendit. Aliquo tempore post rescriptum Regium impetrat eum in finem, ad hanc venditionem rescindendam, & in instantia hac rescindens cum rescissorio cumulat. Creditor quidam ipsius, ad solutionem debiti sui consequendam hoc rescissionis ius à minore super prædicta colonia prętensum pignori capi curat, cum expressa clausula capionii addita, id rescindens & rescissorium esse, & ita proclamari curat. Postremus licitator extat, cui ex decreto adiudicatio fit. Ab hac adiudicatione proprietarius rescissionem postulans, appellat. Pendente appellatione gentilis quidam postulat, ex retractu gentilitio & Consuetudinario prætensum ius sibi adiudicari, pro posterioris licitationis pretio. Hunc in finem postremum licitatorem adiudicatarium conuenit, qui ait, se non teneri eum ad prædictum retractum admittere, tum quoniam nondum sit dominus incommutabilis, tum quia appellatum fuerat ab adiudicatione, quæ suspenderetur, adeo vt ius in re nondum haberet: nihilominus offerebat, appellatione diremta, se eum admissurum, vsque eo vero se proc. dere non teneri, neque dedocere rationes suas & fundamenta quæ in principali haberet, cogi. Actor è contrario asserebat se sub litis illius & expensarum in ea faciendarum onere admittendum. Iudices Præsidiales Engolismenses dixerunt, reum procedere non teneri. Inde ab actore appellatum: resque postea Arresto, 13. Augusti 1563. decisa, quo perorantibus Mall-to pro appellante, & Villetio pro appellato, appellatio & id à quo appellatum fuerat, in irritum deducta fuerunt: appellatus vero in expensas causæ appellationis condemnatus, partesque ad locum remissæ, in quo reus exceptione teneretur, suasque exceptiones aduersus petitum retractum deducere. Arrestum istud notatu dignum est ad inferendum, quod si hic licitator adiudicatarius argumenta nulla habeat, quibus actorem cognatũ aut gentilem, aut alias qualitatibus ad conclusiones suas defendendas necessariis instructum non esse conuincat, petitionem illius admittendam esse, & retractum rei litigiosæ, sub onere litis locum habere.

XXXI.

Tempus retractus gentilium cucurrit tempore turbarum.

* Inter Dominum Curtonium actorem in retractu gentilitio appellatum, & approbationem rescripti Regii à se oblati postulantem ex vna parte, & Gasparum Stuenæum principalem reum appellantem à Dominis Libellatiis Palatij, & approbationi prædicti rescripti Regii intercedentem ex altera, pro Baronatu S. Laurentij: pronuntiatum fuit Arrestum in purpura, inter alia Arresta, quæ pronuntiata post festum Beatæ Virginis, mense Septembri 1566. quo iudicatum fuit, annum retractus gentilitij pendentibus turbis ac seditionibus huius Regni cum effectu cucurrisse, non obstante eo quod actor ante prędictas turbas & intra annum prædicti retractus citationem peregisset, reusque citatus eremodicium commisisset, postea vero in pugnæ Drocensi cæsus, & prædictus actor in bello captus fuisset. His itaque, omnibus supradictis non obstantibus, quæ sana magni momenti & consideratione digna, nihilominus eorum nulla ratione habita, prædictus Dominus Curtonius actor & appellatus ab effectu & approbatione rescripti Regii à se impetrati, quo ob causas supradictas aduersus lapsum videlicet temporis restitueretur, repulsus fuit.

* Huius Arresti mentionẽ facit Charondas *lib.* 3. *Respons. cap* 67 is alterum quoddam simile Arrestum allagat quod datum aduersus Irenarcham Georgium, *lib.* 2. *cap.* 77. *refert* V.D. Maynardum. *lib.* 7. *Quæstio suar. cap.* 41.

XXXII.

Annus retractus ad currit, antequam is, cuius nomine venditio celebratur, ratum habuerit.

Facti species hęc notabilis est. Maritus quidam vxoris suæ fundum vendidit & promisit, se venditionem intra triennium proximum ratam habitam iri curaturum: id quod intra prædictum quoque tempus præstitit. Ratihabitione secuta, intra annum vnus è cognatis vxoris emtorem vi retractus gentilitii conuenit: emtor ait, eum ad prædictum retractum non admittendum, eo quod intra annum, à venditione non venerit. Cognatus è contrario asserit, se intra annum à ratihabitione venisse, neque pendente ratihabitionis die vllam venditionem perfectam, nempe cum fundus vxoris sit, quem vtique non ante vendidisse credi potest: quam venditionẽ à marito factam ratam habuerit, quinimo si ante ratihabitionem venisset, se repulsam passurum fuisse,

tum ex eo quod ea nondum vendiderat, tum quod postulatio retractus eam à ratihabitione præstanda auertere non potuisset. Arresto Parisiensi 1. Aprilis 1560. actor ad retractum admissus eique prædictus retractus adiudicatus fuit.

Arrestum istud solenniter pronuntiatum fuit à defuncto D Præside Balleto, die Martis ante Pascha 1560. prima die Aprilis, quo confirmata sententia quædā a Præfecto Mimatensi: hoc enim casu non retrotrahitur venditio: quia ad hoc tantum fingitur, vt quasi continuatione duorum actuū contractus validetur. Chassanæus *ad Consuetud. Burgund. tit. de retractibus*; § 5. Faber *in l. vlt. Cod. ad Velleianum* Pithoeus id refert *ad artic. 2. tit de retractibus Consuetudinis Trecensis*: postea complurima alia similia Arresta interuenerunt, quæ refert Choppinus *lib. 1. de legibus Andium cap. 81.* & post eū Charondas *lib. 2. Respon. cap. 76 & lib 7. cap. 35.* Tiraquellus hanc quæstionem tractat, *de retractu lineari, §. 1. gl. 10. num. 61.* Ego ita iudicatam vidi in peroratione pomeridiana, die veneris, 21. Aprilis 1591. V. D. Maynardum *lib. 7. Quæstionum cap.* vbi refert Arrestum quoddam Tholosanum, 27. Iunii 1603. contrarium, eandemque quæstionem tractat. Aliud foret, si maritus, veluti procurator vxoris suæ vendat & ea abundanti rem ratam haberi emtori promittat, postea ea ratum habeat: hoc quippe casu annus retractus a die primi contractus currit, eum secundus nonnisi primi, qui per se validus est, confirmatio quædam sit. V. *Arr 20. Ap. hu. tit.*

XXXIII.

Rettahens pretium refundare debet, etsi in eo denegatio facta non fuerit.

Die Lunæ 8. die Iulii 1560. Canæus pro appellante dixit, se ad litem retractus gentilitii nomine pertractum fuisse, in qua dicat se non acquisiuisse, sed sub reditu accepisse, postea in retractu appellatum recognouisse, qui non contentus postulauit, vt sibi res, nullo penitus refuso, relinquerentur: superq; eo & restrictione prædicti appellati, Præsidiales iudicauerunt eumque præsidialiter condemnauerunt: à quo is appellat. Quo non obstante ii taxarunt & executioni tradiderunt, à quo is appellauit & conclusit. Faber pro quodam, cui nomen Pictoni appellato dixit, appellantem aduersus veritatem & falso denegasse, se non acquisiuisse, eoque prætexu eum prædicto retractu frustrare & priuare voluisse: ex consuetudine eum qui deneget & contrario verificato conuincatur ac manifestum fiat, eum pecunia acquisiuisse, pretium amittere, & fundum restituere teneri: hoc illum postulasse, neque eo contentum fuisse, quod is post denegationem eum se admissurum obtulit, conformiter *l. fin. Cod. de Rei vindicatio.* nec vllā restrictionem fuisse, eo quod vere demonstratum fuit, eum pro 60. tantum coronatis emisse, qui casus est primi capitis Edicti, & ita iudicatum fuit, quę sane notoria præscriptio est. Menilius pro Procuratore Catholico dixit, in materia retractus gentilitii Præsidiales præsidialiter iudicare non posse, eo quod ius inæstimabile sit, nec retrahentem restrictionem facere posse, eo quod alienatio sit, etsi acquirere vellet, eum alienaturum, quod oppositum cum obiecto foret, nec pretium inspici oportere, sed quod res maiorum fuerit. CVRIA appellationibus & eo à quo appellatum fuit, in irritum deductis, citra multam & expensas causæ appellationis, appellantem in expensas causæ principalis condemnauit: fundos vero appellato ex retractu gentilitio adiudicauit, eo appellanti restituendo quod is expendisset.

Iudices Præsidiales in materia retractus præsidialiter iudicare non possunt, non obstante restrictione. Iudicatum 1. Decembris 1564., & 20 Nouembris 1570. altero Arresto penult. 1566. aduersus Præsidiales Prouinciales v. *Collectionem meam, tit. de Præsidialibus.* I. C.

XXXIV.

Retractus seram con-

Si constante matrimonio, vnus coniugum iure retractus gentilitii fundum quendem à cognato alterutrius illorum coniugum venditum retrahat, cognati ab hoc latere constante matrimonio ad prædictum retractum venire non possunt, neque pariter, si liberi dissoluto eo supersint: verū si liberi nulli extent, cognati mortuo eo, ex cuius iure prædictus fundus retractus fuit, ad retractum venire possunt: prout iudicatū fuit Arresto Parisiensi, vltima die Ianuarii 1544.

stante matrimonio acquisitū quomodo suspēdatur.

Lucius *suprad. lib. Arr. 6.*

XXXV.

Determinatio successionis in fundo iure retractus gentilitii retracto.

Pater administrator filii ex se & vxore defuncta suscepti ex iure retractus venditum à cognato proximo vxoris suæ & filii sui fundum retrahit: ambo pater & filius postea moriuntur. In determinanda successione filii absq; liberis mortui difficultas suboritur: cognati quippe ex latere materno fundū retractum postulant, dicentes eum non esse de numero acquisitorum, sed patrimonialem & genearchicum, & patrem administratorem filii sui nummis eum retraxisse. Alter ex latere paterno, qui frater consanguineus supradicti filii erat, eo quod pater matre prædicta mortua ad secundas nuptias transierat, è contrario dixit, qui sententia Præfecti Syluanectēsis repulsam tulit: cognatis maternis admissis. Appellatum ad Balliuium Syluanectensem, qui dixit male iudicatum, & prædictum fundum ad cognatum paternum spectare. Iterum appellatum ad Sedē Præsidialem, quæ vnicuique prædictarum partium dimidiam partem prædicti fundi adiudicauit. Rursus ad Parlamentum appellatum; in quo Arresto, quod pronūtiatum Inter solemnia & in purpura, vigilia Beatæ Virginis mense Septembri 1570. dictum fuit, à primo Iudice bene iudicatum fuisse, adiudicato prædicto fundo cognatis maternis, & duæ sententiæ tam Balliuii, quam Sedis Præsidialis, citra expensas causæ appellationis in irritū deductæ fuerunt.

Fundus nomine filii retractus ei proprius & patrimonialis fit. V. notata ad *Arr. 1.*

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VII.

I.

Proximior in retractu iuxta Consuet. Turonensem præfertur.

CONsuetudine Turonensi proximior in retractu præfertur: adeo vt omnia iuxta successionis legem & ordinem constituantur. Et Arresto solemni, 7. die Septembris 1545. fundus quidam in solidum primogenito liberorum adiudicatus fuit, qui in toto fundo successerat.

II.

Retractus gentilitius in fundis confiscatis locum nō habet.

Retractus gentilitius locum non habet, quando confiscatio facta fuit, ob quam fundus cōfiscatus fisco aut ei qui ei succedit, incorporatur. Ita iudicatū fuit Arresto solemni 22. die Decembris anno 1563, à Domino Thuano primo Præside, pro domino merum imperium habente, aduersus Dominicellam *du Val*, sororem Thomæ *du Val*, qui supplicio affectus fuerat Arresto Rotomagensi, & bona eius Domino merum imperium haberi confiscata, & appellatio interposita in irritum deducta ex gratia, citra multam, & sententia Balliuii Mollanii confirmata, A.

III.

Affirmatio quā gentilis facere tenetur.

Gentilis retrahens simpliciter affirmare tenetur, fundum ad se spectare suisque nummis eum se retrahere velle, præterea nihil probare cogitur, neque asserere, à quo pecuniam habeat, aut verum fundum re-

tinere cogitet, &c. neq; acquisitori quicquam aliud proponendum aut diducendum incumbit, quam fraudem subesse probare: dictumque fuit, à Iudice Riblemontano male iudicatum fuisse, qui mulierem quandam ad pœnam incarcerationis condemnauerat, eo quod, vtrum sibi pecunia mutua data fuisset, respondere noluisset i primo perorationum die post festum S. Martini, 1572. B.

Dom. Maynardus tamen ait, Curiam Parlamenti Tholosani actoris iusiurandum approbasse, vtrum bona, quæ postulat, sibi suisque nummis ex sua substantia & facultatibus prouenientibus, an vero mutuo acceptis retrahere velit. I. C.

IV.

Annus retractus quomodo computetur.

Quando duo coniuges liberos habentes rem retractui obnoxiam acquisiuerunt, annus & dies retractus gentilitii, nonnisi à morte liberorum superstitis è duobus coniugibus, qui rem retractui obnoxiam acquisiuerunt, currit: prout iudicatum fuit 8. die Iunii 1574. perorante Loiselio pro appellante quodam à Præsidialibus Altissiodorensibus. Hanc ad rem allegatur Arrestum Gobelinorum, & appositio huius conditionis in omnibus Consuetudinibus repetitæ prælectionis, *dummodo liberi non supersint*, &c. quo casu retractus aduersus coniugem superstitem locum non habet, nisi post mortem prædictorum liberorum. Annus etiam à die vsusfructus finiti numeratur, perorante Bossano aduersus Martinum, 14. die Februarii 1585. Quod si lis super possessione interueniat, probatio per testes nō admittitur. Iudicatum pro appellante quodam à Ballinio Laodunensi, Attesto, quod pronunciatum in purpura, 23. die Decembris anno 1568. Atque notandū, non sufficere, acquisitorem ex retractu citatum fuisse, ad actionem perpetuandam, prout iudicatum fuit à D. primo Præside, Attesto, quod datum in purpura, 6. die Septemb. anno 1566. Et postea 27. die Iun. 1583. perorante Seruinu aduersus Britonem. B.

Citatio nō sufficit, sed persequi oportet.

V.

Quomodo sors principalis legitimiq; sumptus in contractu & adiudicatione refundantur.

Retrahens gentilis sortem principalem, sumptus item legitimos à primo contractu, non vero ab adiudicatione autoritate Iudicis decreta refundere tenetur. Iudicatum 1. Augusti 1583. in Maiore Camera. B.

VI.

Quomodo in retractu actor restituatur.

Singulare Arrestum ad relationem Dn. Gayantii datum fuit, Principem videlicet rescripto suo actorem in retractu restituere posse, qui cum aduersarium suum citasset, & verbotenus oblationes peregisset, non è vestigio quoque actu seu re ipsa obtulisset, & pecuniam consignatam tradidisset, post restitutionem vero reo in mora existente, vltima mora nocet, nec actor à citatione fructus lucrari desinit, prædicta restitutio stylo & praxi aduersatur. Arrestum inter Ioannem Landrium, & Nicul. seniorem, mense Iunio 1527. B.

VII.

In iure retractus Cōsuetudinē loci in quo fundus situs est, sequi oportet.

In retractu gentilitio, quamuis quis rei forum sequi teneatur, attamen in iure dicendo, Consuetudinem loci, vbi fundus situs est, non vero emptoris sequi & obseruare oportet. Iudicatum 28. Maii 1594. Attesto solemni, quod pronunciatum in purpura à D. Præside Belleto, pro tonsore quodam Andegauensi, qui cum immobilia nonnulla in Præfectura Parisiensi sita à cuiusdam alterius Andegauensis Parisiis habitantis hærede acquisiuisset, & ex retractu coram Præfecto Parisiensi citatus fuisset, ad luitionem euitandam, quia coram Iudice Andegauensi citatus fuerat, Parisios vigore litispendentiæ remitti se postulat. Die Parisiis condicto reus repræsentat, reum in numerato pecuniam non obtulisse, iuxta consuetudinem Parisiensem: actor e contrario ex Consuetudine Andegauensi, quæ adeo rigida non est, excipit: tandem sententia Præfecti Parisiensis Attesto confirmata, actor repulsam patitur. B.

VIII.

Gentilis ab oblatione annum labi passus non admittitur, si cū non exercuerit.

Ex Consuetudine Pictauiensi fructus debentur etiam post oblationem vnius denarii: attamē si gentilis oblationem postea non impleat & perficiat, annumq; labi patiatur, is non admittitur, prout iudicatum fuit 2. Decemb. 1574. & 13. Augusti 1585. Perorante Grangeo iudicatum fuit, fructus ab oblatione totius anni intelligi, à die retractus incipiendo, præter sumptus, operas & semina, quæ emptor recipit, aduersum Laminum perorantem. B.

IX.

Nepotes ex fratre ab acquisitis retrahere nō possunt.

Liberi fratris in retractu gentilitio fundorum à patruo venditorum, qui ab eo acquisiti fuerant, non admittuntur: ii quippe ex familia, in qua fundus radicem egit, non sunt. Iudicatum 7. die Septembris 1565. præside D. Thuano. B.

X.

Detractu folle oblato.

Arresto Burdegalensi, quod datum 20. die Iunii 1560. Antonius Plamonius ad fundum quendam à matre sua tutoribus Stephani Singlierii, 5. die Septembris 1528. cum clausulis constituti & precarii, pacto luitionis ad sexennium & cōductionis ad prædictum temporis spatium venditum retrahendum folle, vt dicitur, oblato admissus fuit. Ratio hæc erat, eo, quod venditrix perpetuo in possessione mānsisset. Actrix vero anno 1559. venisset & in foro Sarlatensi causa cecidisset. Prout tenet Choppin. *ad Consuetud. Paris. lib. 2. tit. 6. art 3.* T.

XI.

Actio retractus intentata ad hæredem transit.

Preuotius pro Ioanne Loiaco appellante à sententia quadam data à Seneschallo Mommorillonio dixit, illud quæri, vtrum is, qui nondum conceptus, neque in rerum natura fuerat, tempore venditionis a patre ipsius de fundis quibusdam in Consuetudine Pictauiensi sitis celebratæ, natus tamen intra annum & diem à contractus notificatione, vtrum, inquam, talis ex iure retractus gentilitii ad retrahendos prædictos fundos admittendus esset: & vtrum eo mortuo, ipsius pater, veluti hæres ipsius & proximior sanguinis seu stirpis gradu prædictum retractum executioni tradere posset. Cum hęc actio intentata fuisset, & ad hæredem transiisset, à cuius retractu is repulsus fuerat, à quo appellauerat, & asseruerat male iudicatum fuisse, allegabat articulos Consuetudinis & Attesta Curiæ pro priore capite. Pro posteriori, patrem ex noua causa, non tanquam hæredem solum, sed & tanquam agnatum venire, ad conseruandos in familia fundos, qua causa regulam, *quem de euictione tenet actio, &c.* eum impedire non posse, propterea concludebat male iudicatum fuisse, & vt emendato iudicio ad fundorū possessionem admitteretur, in numerato offerens, se acquisitori sortem principalem, legitimas impensas & meliorationes refusurum. Mercerius pro Petro Gerio appellato dixit, retractus sequi naturam & dispositionem successionum: at legem XII. Tabularum successionis ius iis tantum, qui mortis eius, cui succeditur, tempore in rerum natura sint, tribuere, *l. item Prætor. ff. de suis & legit. hæred.* Prætorem possessionem

hem bonorum consenguineis tantum tempore mortis defuncti existentibus dare, *l. 1. §. sciendum. ff. eodem* quorum numero, qui nondum concepti sunt, non sunt, *l. si cognatis ff. de rebus. dubiis*: eum qui natue non fueret, non posse dici, esse de alicuius familia, multo minus ergo eum, qui nondum cõceptus fuit, *l. si ita fuerit, ff. de legat. 3.* His aliisque rationibus asserebat, retractum iis tantum aequiri debere, qui tempore venditionis concepti fuissent, cum qualitas consideretur ex tempore venditionis, *l. filius familias. ff. de verbor. obligat.* Quo ad alteram quæstionem, appellãtem ex contractu euictionis seu auctoritatis nomine teneri; & propterea eduersus contractum suum venire non posse, aut factum proprium, cuius ipsemet euctor esset. Dominus Seruinus appellantis partibus adhæsit. Curie vero appellationem & id, à quo appellatum fuerat citra multam & expensas causæ appellationis, in irritum deduxit, appellatum vero condemnauit, vt à possessione fundorum, de quibus quæstio fuerat, discederet, eam appellanti relinqueret, sorte principali, meliorationibus, impensis vtilibus & necessariis, sumtibus legitimis eb eo refusis: 10. Febtuerii 1595. D. primo præside Harleo Præsidente.

Vide *quæst. 35. lib. 7. Respons.* D. Maynardi, vbi hanc quæstionem tractat, & Arresta Curiarum Parisiensis & Tholosanæ cõciliare nititur, I.C. V. quoque Arrestum quoddã Tholosanum *lib. 2 cap. 8. quæstio.* prædicti D. Maynardi.

XII.

Ius retractus gentilitii extraneo cedi non potest.

Ius retractus gentilitii extraneo cedi non potest, vt tenet Tiraquellus *ad §. 16. gloss. 1. num 1 De retract. linea*, & post eum Maynardus *lib. 2. cap. 81. & lib. 8, cap. 21.* Quod si retrahens iure suo vti volens, iurare tenetur, pro se retractum se instituere, numis suis citra fraudem, multo minus is retractum alteri cedere potest: & sane cum quidam hoc ius à retrahente quodam acquisiuisset, detecta fraude, cessionatius repulsam passus est & in expensas condemnatus fuit, & in multam 12, coronatorum, etsi appellatus esset, Arresto quod datum ad perorationem, 23. Februatii 1580. Arresto Parlamenti Burdegalẽsis, quod relatum & desumptum *ex decisio.* 139. Boerii I.C.

XIII.

Annus retractus quando incipiat in venditione facta sub conditione auctionis.

In materia retractus gentilitii, si venditio ee lege facta fuit, vt fundus sub actione publice distrahatur, annus à die venditionis incipit, non vero decreti, Iudicatum Arresto 1584. Choppinus *de legib. Andium. lib. 2. part. 3. cap. 1. Tit. 4 art. 11.* Catondas *lib.* 142. I.C.

XIV.

Emtor nõ potest legem dare primo gentili retrahẽti.

Gentilis emptorem iure retractus conuenit, qui eum pro gentili agnoscit, & retrouenditurum se paratum ait, dummodo gentilis pro se & suis nummis, & citra fraudẽ redimere iureiurando affirmet. Pretium & sumtus refunduntur, & retractus expeditur. Postridie hic gentilis retrahens fundum alteri cuidam vendit. Primus emtor hoc videns retrahentem conuenit, dolum obiicit & oblatis numis fundum sibi restitui postulet. Prędictus retrahẽs ingenue veritatem rei fatetur, se pridie vendidisse: verum è re sua id fecisse: se quippe centum coronatos amplius consecutum, quam ipse erogasset. Arresto Parisiensi sæpe allegato in consultatione Domini Riantii prædictus primus emtor petitione summotus fuit.

Lucius *eod. lib. & tit. Art. 8.* Maynardus *lib. 7. Quæstio fuor. cap. 36.* I.C.

XV.

Retractus gentilitius ...

Inter Ioannem Achardum Scutiferum, Dominum *de Mauconseil*, actorem in retractu gentilitio eb vna parte: & Maiorem & Iuratos istius Ciuitatis ab altera. Solerius pro Domino *de Mauconseil*, actore dixit, prædictum dominum cum rescisset Dominoa Maiorem & Iuratos istius ciuitatis Burdegalensis titulo emtionis à Dominicella Catharine *de la Meuse* matre sua, & à Domina Monsferrantia, territorium, Baronatum & castrum Montserrantensem; pertinentiae ipsius & dependentias certo pretio acquisiuisse, ipsum prædictos Maiorem & Iuratos coram Seneschallo Sedis Aquitaniæ eum in finem citasse, vt ii sibi condemnarentur, veluti gentili prædictum territorium & Baronatum Montserratensem retrouendere, sorte principali & legitimis expensis iis refusis, & iuxte id ipsum iam nummum aureum & argenteum consignasse: & prædictos Dominos maiorem & Iuratos libellum Curiæ obtulisse, ed prædictam instantiam retractus gentilitii eo enocãdam. Ac propterea nunc se dicere, prædictum dominum *de Mauconseil*, bene fundatum esse ad conclusiones suas obtinendas: in contractu quippe venditionis disertis & expressis verbis dici, prædictã Dominicellem matrem ipsius proximiorem cognatem fuisse defuncti Domini Baronis Montferratensis, à cuius familia prædictus Baronatus oritur & descendit. Cæterum prædictos Maiorem & Ioratos non contestari, quin prædictus Dominus *de Mauconseil*. sit naturalis & legitimus prædictæ Dominicellæ filius, consequenter iuxta generalem Franciæ Consuetudinem, nominatim iuxta Consuetudinem Burdegalensem, vbi prædictus Baronatus situs est, prædictos Dominos Maiorem & Iuratos intercedere minime posse, quo minus ad retrouendendum condemnantur. Nihilominus cum id facere deberent, & in præiudicium instantiæ retractus gentilitii, nec non etsi per Consuetudinem prohibitum sit, bona acquisita intra retractus gentilitii annum demoliri, quinimo etsi ea prædicti Domini Maior & Iurati scripto promisissent prędicto domino *de Mauconseil*. se nihil demolituros, cum his omnibus non obstantibus compertisse eos in dies castium Montferratense demoliri, qua ratione motum prædictum Dominum de omnibus expensis, damnis & interesse aduersus eos excipere & protestari, tam actionis, quam intentauit: quam aliorum iurium prædicti territorii & dominii Montferratensis, pertinentiarum eius & dependentium nomine, concludereque, quo Curiæ placeat prædictos Maiorem & Iuratos ad retrouendendum prædictum dominium & territorium condemnare, sorte principali, expensis & fructibus restitutis & refusis, sibi vero testimoniales suæ protestationis indulgere & tribuere velit.

n... ten. ré au... eclesiam. cum non habeat

¶ La Cheze pro Maiore & Iuratis, (qui vnus ex eorum numero fuit) dixit & asseruit, clientem Solerii actorem in retractu actione sua ob complurimas rationes submouendum. Primam exinde desumi, quod in contractu acquisitionis Baronatus territorii & dominii Montferretensis expresse conuentum sit, Iurisdictionem perpetuo inalienabilem futuram, & penes prædictam ciuitatem mansuram, adeo vt Maior & Iurati eam neque vendere neque hypothecæ obligare possent, absque hac conuentione venditionem celebrandam non fuisse, ita vt venditricee ea in fauorem potius ciuitatis diuendere voluisse, quam aliorum, videantur, quo fauore cessante, illarum intentio minime fuisset, vendere aut vlli gentili præiudicium inferre. Secundam rationem hanc esse, quod cum ciuitas aliquod dominium aut fundum quendam vendit & alienat, nullũ tum gentilem esse, qui pro ea & loco eius retrahat, idem itaque merito ei tribuendum tum, cum emit,

metum & timorem inconciliauerit aliquando Blancafortium, quidque decretum fuerit, Cadillaci à Rege, qui tum Rex Nauarræ erat, ad instantiam Curiæ & preces Iuratorum super fortalitio Gazeriauensi & turribus Bruensibus, meminisse posse castrorum tot numero à nobilibus possessorum: eamque causam esse, vt singulorum tuitioni pares non sint, & cum in vnius tuitione occupati sunt, aliud sibi eripi.

Ac licet Curia compluribus Arrestis Dominis iniunxerit: vt arces ipsi suas suis sumptibus custodirent: nihilominus certum ac notorium esse, castrum Montferratense plebis sumtibus custoditum fuisse, miserosque incolas coactos viginti quinque aut triginta sclopetarios suis expensis eo mittere, eos vero non mittentes pœnis extraordinariis multaros, adeo vt onus hoc intolerabile fuerit, cuius vnumquemque miserebat, nec vllus hactenus ei rei mederi poterat: nunc autem occasioné offerri, qua ciuitates à perpetuo isto metu, & subditi Regis à dura imo tyrannica seruitute liberentur: pericula itaq; præuideri & euitari oportere, Iuratos tantam diligentiam præstituros, ne vllum damnũ contingere possit, iuxta sententiã Imperatorum Arcadii & Honorii, quæ est, *ædificia, ex quibus vel insidias vel incendium vicinitas reformidat dirui & posterius præcipimus.* Viceuersa Solerii clientem se excusaturum & causam vel in morbum, vel expeditionem quãdam belli, vel proditionis, vel aliud quod contigens relecturum, & ita hinc malo mederi difficile fore, eique impossibile damnum illud præstare. Quamobrem se postulare, vt cliens Solerii, qui ad impediendum bonum hocce ac salutare Maioris & Iuratorum propositum actionem retractus gentilitii intentat, non admissibilis declaretur, & omnes alii ius in eo prætendentes.

CVRIA attenta qualitate huius controuersiç, & attento Arresto quod antea datum, quo confirmatus contractus à prædictis Maiore & Iuratis celebratus, tam pro vtilitate & obsequio Regis, quam ciuitatis Burdegalensis quiete, item pace ac tranquillitate Prouinciæ fuisse, declarat, prædictum *de Mauconseil* gentilem, neque alios ad prædictum Baronatum Monsferratensem retrahendum admitti posse, neque in futurum: saluo ei *de Mauconseil*, sibi prospiciendi iure quoad iura, quæ vigore pactorum dotalium super portione pecuniæ, quæ ex venditione istius Baronatus confecta ad Dominam matrem prædicti *de Mauconseil*. spectat, prætendit, prout ipsi videbitur: & prædicta Curia iniungit prædictis Maiori & Iuratis, Arrestum antea datum in præsente causa executioni tradant, quamprimum quamque diligenter id fieri poterit, nec vllam dilationem vllasque moras nectant: Pronuntiatum die Veneris 6. die Septembris 1591. in Maiore Camera Consilii clausis foribus, D. Daffio primo Præside.

Post Arrestum istud datum alter gentilis nomine Franciscus Monsferratius, eosdem Iuratos in Maiore Consilio conuenit actione retractus gentilitii, vbi causa peroratata 11. Maii 1595. ampliata fuit, & postea terminata Arresto 21. Iulii sequentis procuratis, pro vt refert D. Choppinus *de moribus Parisiorum lib. 2. c. 6. nu. 14.* quem lector videre poterit, & ea quæ scripsit Dn. Tiraquellus *titul. de retract. §. primo. gloss. 13. num 35. & 39.* & Molineus *ad Consuetudinem Parisiensem §. 13. gl. 4. nu 3.* & prædictus Choppinus *lib. 3. de domanio Franciæ tit. 23 n. 3.* qui simile Arrestum refert de 17 Iulii 1571. quod datum pro ciuitate & vniuersitate Carnutensi. V. quinque D. Maynardum *lib. 7. cap. 41. Quæstio. suar.* I.C.

XVI.

Refusio aut oblatio in speciebus

Non sufficit, refusionem in speciebus aut iuxta valorem seu æstimationem, vt dictum fuit, fieri: verum insuper necesse est, vt refusio fiat, aut oblatio valida in Consuetudine Pictauiensi intra octiduum, post retractum sententia adiudicatum & Consuetudine Parisiensi intra 24. horas; in speciebus iusti ponderis & pretii Constitutionis; nec adulterinis, veluti coronatis ponderis duorum denariorum; quindecim granorum: alioquin retrahens causa cadit, licet alias species ad supplendas eas, quæ reiici possent, obtulerit & consignauerit, alioquin oblatio mutila, consignatio per omnia nulla foret, Itemque actor in eadem conditione quoad retractum constitueretur, ac si nunquam obtulisset aut consignasset; prout iudicatum fuit compluribus Arrestis, quorum vnum datum in Consuetudine Pictauiensi, 26. Februarii 1579. perorante Matrasio pro Georgio Chesseo Aduocato Regio Pictauiensi, appellante ab eo, quod Senescballus Pictauiensis eum cõdemnauerat, vt refusionem ducentarum librarum in speciebus coronatorum duos denarios viginti quatuor grana ponderantium acceptaret, dictumque fuit eum male iudicasse, & emendato iudicio Curia appellatum (pro quo Buissonius perorabat) repulità retractu ipsi adiudicato, eumque in expensas causæ appellationis condemnauit: Guenosius *in collatione Consuetudinum* & Charondas *lib. 7. Responsor. cap. 142.* Arrestum simile datum fuisse in Consuetudine Montargiensi referunt, simile scilicet Parisiensi, cuius facti species hæc fuerat: Retrahens die acquisitionis acquisitorem, vt ad retractum admittatur, citat, is huic sinum præbet, prædictoque gentili prius denunciat, quem, cum pretium & impensas legitimas nõ refudisset, conuenit, vt sibi pretium acquisitionis suæ intra 24. horas à Consuetudine determinatas consignet. Hic gentilis fugiens & differens dicebat, se ante annum & diem ad consignandum prædictum pretium non teneri, prædictum acquisitorem præmature agere. Sententia Balliui Montargiensis pro gentili data: ab ea ad Curiam appellatur: ea Arresto suo, quod in purpura pronunciatum, 10. Aprilis 1582. prædictã sententiam infirmauit, eaque ratione retrahens à retractu summotus fuit. Idem iudicatum in Consuetudine Parisiensi, pro Germano Pilonio, appellante à sententia quadam à Præfecto Parisiensi data, aduersus Ionatam Patuum & vxorem ipsius appellatus: qua appellans condemnatus fuerat ad acceptandum coronatum solarem duos denarios, quatuordecim grana ponderantem, 27. Iunii 1584. in secũda Camera Inquisitionum, ad relationem Goussancourtii, quod D. Aduocatus catholicus Marionus refert in doctis ac eloquẽtissimis perorationibus suis *peroratione* 10. quam lector videre poterit. I.C.

iusti ponderis auri coronatorum duorum denariorum & quindecim granorum fieri debet.

XVII.

Vtrum in diẽ Dominicam refusionem fieri debeat, aut oblatio en die valida sit.

Retractus gentilitius adeo odiosus est, veluti qui vnuscuiusque libertatem impediat, vt omissio vnius solennitatis retrahentem eo submoueri faciat. Exempli gratia, si in Consuetudine Parisiensi, dies refusionis in diem Solis aut Dominicum incideret, aliumue festum diem à Clero & populo celebratum, retrahens tamen ob eam causam intra prædictam diem oblationem non intermittere vel differre debet, alioquin retract⁹ iure priuabitur: eo quod solutio, refusio aut oblatio solutionis, & cõsignatio, nõ sit actus quidam contentiosæ iurisdictionis, quique absente Iudice fieri non possit; quo casu feriarum consideratio executionem sententiæ non moratur, ex communi Doctorum sententia, relata à Guido Pap. *in quæstio. 215.* & iuxta ea Arresto Curiæ 11. Martii 1603, iudicatum fuit pro Biretariis Parisiensibus appellatis, super appellatione interposita à I. Chau

facultate redimendi ad certum tempus emerant. Postea eas ei retrouendiderunt, ea tamen lege, ne eas alteri quam ipsis venderet, qui eas perpetuo eodem pretio cum expressa hypotheca, vt supra, retinere possent. Is eas prædicto Alemannio retrouendidit, qui retentionem pati, recepto tamen pretio suo, condemnatus fuit. Hanc ad rem notandum est ratione alterius fere consimilis actus inter venditorem & emptorem celebrari, puta, vt intra tempus præfixum pretio restituto, venditor fundum suum retrahere possit; venditor, inquam; nec alius: etiamsi huiusmodi pactio personalis sit, hæres tamen prædicti venditoris retrahere quoque potest, vt ait Iason in l. 2. § *item si ex facto. ff. de verb. oblig. per l. si pactum. ff. de probation.*

Promissio retrouendendi venditori tantum, nō vero alii, hæredem venditoris nō excludit.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum X.

I.

Prohibitio alienandi, aut substitutio ex contractu.

VT in substitutionibus testamentariis, ita in conuentionalibus prohibitio alienationis locum habet, iuxta *l. quoties. C. de donationib. quæ sub modo.* aduersus sententiam Iasonis. Iudicatum 12. Decembris 1586. inter Arresta generalia à Præside Harlæo pronunciata.

II.

Donatarius, cui res sub conditione & onere restituendi donata, eam alienare non potest, quod si id faciat, emptori nullum dominium acquiritur. Arresto Parisiensi, 23. Decembris 1586. Choppin. *ad Consuetudin. Andegau. lib. 3. c. 2. tit. 4. art. 12.* Charond. *lib. 7. Responsor. cap. 194.*

III.

Venditio aut locatio ea lege, ne hæc vel illa negotiatio in ribus exerceatur.

Ioannes Crucé tabernam quandam Moysi Martino vendit, addito pacto, ne emptor vel alter pro ipso eandem secum mercaturam exerceat. De eo instrumentum conficitur ab iis signatum sub promissione contractum perficiendi. Emptor venditorem conuenit eum in finem, vt sibi ad contractum prædictæ venditionis celebrandum condemnetur. Venditor excipit, se paratum esse; si modo apponatur prædictum pactum. Emptor asserit, prædictum pactum reiici oportere, vtpote contrarium libertati commercii & mercaturæ. Sententia Balliuii Bragerancensis, postea à Seneschallo confirmata, decretum fuit, contractum venditoris pure celebrandum & simpliciter, prędicto pacto non apposito. Ab eo venditor ad Curiam appellat, quæ tum temporis à Rege in Aquitania constituta fuit, vbi Arresto, quod ex tempore datum, 23. Martii 1582. Præside Do. Seguierio, dictum fuit, male iudicatum, & emendato iudicio, decretum, contractum celebrandum sub conditionibus promissionis à partibus signatæ, & appellatus in expensas condemnatus, tam causæ principalis, quam causæ appellationis. Eaque materia tractatur *in l. fin. C. de pact. inter emptor. & vend. & l. venditor. ff. commun. prædiorum.* & ibi Bartolus. Simile Arrestum Gratianopolitanum extat, quod refert Franc. Marc. *quæstione 22. in 1. parte.* de quodam pistore dulciario, qui domum quandam emerat, ea lege, ne fornacem extruere posset.

IV.

Conductor quidam perpetuus sub certo annuo reditu, qui speciali pactione sibi reseruauit facultatem eundem reditum eodem pretio redimendi: si postea dominus reditum alteri vendat, vigore prędictę conuentionis emptori prędictum reditum auferre potest, pretio, quod pro eo tradidit, refuso. Arresto Parisiensi, 17. April. 1589. quod allegat Choppin. *ad Consuetudines Andegauenses, lib. 1. parte 2. cap. 2. tit. 3.* Robertus *rer. iudicatar. lib. 3. cap. 14.* & Charondas *lib. 7. Responsor. cap. 231. & lib. 8. cap. 58.*

LIBER DVODECIMVS.

TITVLVS PRIMVS, DE CESSIONIBVS & translationibus.

Hanc ad rem vide *artic. 36. & 54. Edicti Comitiorum Aurelianensium.*

ARRESTVM PRIMVM.

Quænam cessiones in eos, qui in gratia apud Principē sunt, interdicantur.



ONSTITVTIO Regia Caroli V. *art. 4.* debiti vel actionum cessiones in potentiores aut priuilegiatas personas Regiosve ministros factas repudians, de cessionibus immobiliū, veluti fundorum, hæreditatū, domorum, aliorumve, minime accipienda est. Et ita pronunciatum fuit Arresto Parisiensi, 18. Februarii Anno 1543. pro Procuratore Regio Abbauillano, proprio priuatoque nomine, domus litigiosæ cessionario. Verus enim legum *per diuersas, & ab Anastasio, C. mandat.* sensus tum demum locum habet cum actionis, non autem rei immobilis facta est cessio. Rebuffus *in commentario in Constitutiones* Arrestum hoc inserit, facti specie minime proposita: in qua dictus Procurator consilium sibi datum secutus, declarauit se dicta cessione vti nolle: & ad vitandas Curiæ animaduersiones, quod hanc cessionē Procuratoris titulo admisisset, ostendit se cedentis cognatum esse; quod amore potius, quam studio alterius vexandi factum præsumebatur, per gloss. 1. *in verb. comparauit. in l. 2. C. de petit. hæred. & l. Diuus. ff. eod. titul.* Contra tamen afferebatur, pactum de communicando causæ compendio, iisque, quæ inde peti possent, intercessisse: cui respondebatur multo tempore ante litem factam esse hanc cessionem. Monuit docte Marillacus supra allegatas leges *per diuersas & ab Anastasio* hoc casu nullius esse momenti. Et dicto Arresto valida cessio pronunciata fuit, dictusque Procurator Regius lite & impensis liberatus, eo quod à lite vltro recessisset. Et hic notandum, cessionarium, siue potentior siue priuilegiatus sit, vt iudicem conseruatorem habeat, non posse hodie cogi, vt lite ei cedat, aduersus quem facta cessio est, cessionis pretio oblato, si rescriptum restitutionis hac de re habeat. Qua parte dictæ leges *ab Anastasio & per diuersas* aliquatenus abrogatæ sunt, iisque nisi magna intercedente calumnia, vel Principis rescripto deficiente, locus non est, vt dicit Imbertus *in manuali, in verb. cedens.*

Cessionis in cognatos factæ.

* *Si cessionis pretium refundat*) Hoc nō amplius obseruatur, quamuis

quinimo his legibus consentanea sunt Curiæ Arresta, quicquid tandem Rebuffus & Imbertus notarint, eosque secutus Bugnonius *in legibus abrogatis, lib. 2. cap. 48.* & Arresto, quod rationibus & authoritatibus additis prolixius à me refertur, pronunciatum fuit, admitti debitorũ cessionario & emptori pretii numerati, legitimam rei pretium & expensas refundere, qui mediantibus his rem sibi venditam & cessam debitori retrocedere, & in eum transferre tenetur.

II.

Cessiones in eos, qui in gratiam apud Principem sunt factæ.

Vt in superioris Arresti terminis maneamus, notabilis est differentia duorum titulorum Codicis, *ne liceat potentioribus*, & alterius, *de alienatione iudicii mutandi causa facta.* Priore enim rei immobilis alienatio non prohibetur, dummodo litigiosa non sit: si enim litigiosa esset, alienari nequit, *l. finali. Cod. de litig.* Posterior titulus generaliter res omnes complectitur, Imo & cessiones eo fine factas, vt alter ex litigantibus ad aliud forum trahatur: hæ omnimodo odiosæ sunt, etiam in scholares, nisi à patre, matre vel fratre factæ: sed neque hæ admittuntur, si de rebus litigiosis post litem contestatam factæ sint, vt Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 3. die Iunii Anno 1529. pro domino Arthusio de Vesge contra dominum Claudium de Ligny studiosum, & Ioannem de Ligny eius fratrem. Est & altera differentia, nempe, quod cedens iudicii mutandi causa tantum in sumptus tantum condemnetur, processuum factorum cessionis nomine, & processus nulli declarentur: potentiori vero cedens non tantum in expensas processuum instantiæ mulctetur, sed etiam iure prætenso cessoque cadat & excludatur, *l. 1. & fin. C. ne liceat potentioribus. & l. non solum. & l. cum miles. de alienat. iudic. mutand. causa fa.* Constitutione Caroli V. prohibitum est, ne quis actionem cedat vel transferat in eos, qui in gratia apud Principem sunt, vel qui à Rege aut Regina munus aut officium publicum emeruerunt, siue qui fori libellariorum Palatii Parisiensis, aliorumve conseruatorum iudicum, siue vniuersitatum aut aliorum præscriptionem habent. Quosnam in gratia apud Principem esse, aut Potentiores dicemus? Ii demum in gratia apud Principem esse, vel Potentiores in Francia habentur, qui munera vel officia publica à Rege Reginave emeruerunt, vel qui reos ad iudices conseruationis remittere seu trahere possunt.

III.

Litigium [illegible]

Antea & expressius adhuc datum fuit Parisiis Arrestum 18. Martii Anno 1521. quo post factam citationem cessio superiori similis, eo quod res litigiosa esset, irrita & nulla declarata fuit, *per citatam l. 2. Cod. de litig.* Et non obstantibus his, in superiorum Arrestorum casibus debet primus iudex de eo cognoscere, non etiam litem ad conseruatorem remittere, vt pronuntiatum fuit Arresto 15. Aprilis anni 1521. post festum Paschatis, alioque Maioribus diebus Molini habitis, dato 8. Octobris anno 1540. Hoc ita tamen accipiendum est, cum citationis notoria in scripturam redacta est, eaque actionis, finium & petitionum actoris specialis mentio fit: tunc enim ita facta citatio litis pendentiam & per consequenã litigium inducet, *clement. cum lite. cum gl. v. lit. pend. nil. innou.* vide supra primum Arrestum *tit. lit. pend.*

Litigium proprie fit post litis contestationem. Tamen quando vitium potuit præuideri, nec ignorat emptor, incipit ab actione, *secundum Salyc. & Dyn. in l. 1. C. de litig.*

IV.

Cessio in [illegible] vel à socero in gene-

Constitutio Regis, quæ cessiones iudicii mutandi causa à patre in filium, à fratre in fratrem, auunculo in nepotem permittit, ad cessiones à socero in generum, leuiro in leuirũ, & inter alios affines factas minime extẽditur, vt declaratum fuit Arresto Parisiensi 24. Decembr. anno 1528. Constitutiones enim id genus iuris communis correctoriæ non ampliantur, *l. cum quidam filiam. ff. de liber. & posthum.*

rum non admittitur.

Lucius *lib. 12. tit. 2. art. 1.*

V.

Rei totius cessio fieri debet.

Dimidiæ partis census vel reditus annui in studiolum facta cessio Arresto Parisiensi, 7. Februarii Anno 1537. irrita & nulla declarata fuit, *per leg. final. C. de testam.* quia alias litis continentia diuideretur, & apud varios iudices litigandum foret, *contra l. nulli. C. de iudic.*

Ita certæ rei hæreditariæ facta cessio fraudulenta habita fuit, eo quod tota cedi debuisset, 30. Maii anno 1564. B.

VI.

Cessio ad impediendam debiti solutionẽ facta.

Claudius Portunus Domini Chastei debitor erat: is cuidã amico in Palatio versanti nomen istud cedit: Dominus Chasteus Tournellio debebat, qui Tournellius vt dicti debiti solutionem consequeretur, in manibus Portuni arrestari curat ea, quæ dicto Domino Chasteo debitori suo debet. Post hæc cessionarius pignora seu mobilia Portuni capi curat, qui intercedit debitũ in suis manibus à Tournellio primum arrestatum fuisse. Insuper habita intercessione vlterius pergit cessionarius, à quo prouocat Portunus. Non obstante prouocatione pignora distrahuntur, & ex ea pecunia cessionario soluitur. Arresto Parisiensi 27. Iunii anno 1552. iudicatum fuit, Portunum iusta de causa intercessisse, & ad ipsius intercessionem perperã processum, reuocataq; omnia, quæ insuper habita intercessione & prouocatione facta fuerant: eademque opera cessionarius ad acceptorum restitutionem cõdemnatus fuit, decretumque, vt ad hoc præstandum incarceratione adigeretur, vt scripsit Lucius *tit. nihil innouari appellatione interposita*, referens hoc casu aliquatenus motam fuisse Curiam: ita enim præfracte non parere neque intercessioni neq; prouocationi in re maxime tam aperta aut dolum malum esse, aut certe culpam dolo malo proximam, *arg. l. quandam. & l. cum à te. ff. de dolo.*

VII.

Cessio in priuilegiatos alios sine extra constitutionẽ facta nulla est.

Alienatio per cessionem & translationem à patre in filium, auunculo in nepotem, fratre in fratrem, etiam iudicii mutandi causa facta ex constitutione firma & valida est: dicta enim constitutio solos studiosos expressit: ergo in cæteris interdixit, *l. cum prætor vnum ff. de iudic.* Hac de causa similis cessio facta à patre in filium Regis protectorem (qui præscriptionem fori conseruatoris sanctæ Genouefæ habet) aduersus Dominum Bouillond Parlamenti Consiliarium infirma & nullius momenti declarata fuit, & cuncta ad iudicem ordinarium rei remissa, Arresto Parisiensi, causa in maiore Camera perorata 7. Ianuarii anno 1538. lex etenim priuilegium, quod certis personis concessit, cæteris interdixisse videtur. *cap. querelam. de elect. l. Paulus. ff. de reg. iur.*

VIII.

Cessionarius super dolo iurare tenetur.

Si reus per cessionem ab aduersario in studiosum vel aulicum factam alio euocatus, forum declinare, & iuramentum cessionario super dolo & collusione in id tantum deferri velit, vt nomen suum accommodet, id facere potest, & cessionarius iurare tenetur, quo non præstito, causa à iudice priuilegiato remittetur. Et ita pronunciatum fuit Arresto Maioribus diebus Molini habitis 3. Octobr. anno 1550.

IX.

Fratres spurii ex complexu non damnato ex Re-

gia

Cessiones inter fratres spurios quando valeãt.

gñ constitutione Ludouici XII. art. 3. intelliguntur non item fratres ex presbytero, vel adulterini, & aliasex damnatoeoitu: cessiones enim factæ ed fruẽdum studiosorum priuilegio non admittuntur: vt Atresto Parisiensi iudicatum fuit 19. Maii 1545.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum I.

I.

Pater ad refundendum tertio debitum à filio cessum, admittitur.

Filius debitum tertio cuidam aduersus patrem suũ cesserat: pater eotam iudice à quo, dicto tertio pretium ab ipso expensum offerebat. In causa appellationis, oblata conditio in odium filii valida declarata fuit 14. Februarii Anno 1566. B.

Etsi D. Bergetonius in superiore Arresto dicat oblatam à patre conditionem in odium filii declaratam fuisse validam, idem tamẽ, etsi debitor extraneus fuisset, obtinere debuisset. Et ita iudicauit Curia Anno 1575. & 1595, dictis Arrestis, cum res cessa iuris est communis & indiuisi, vt hodie obseruatur, impetrato tamen à debitore rescripto, vt videlicet ad harũ legũ beneficiũ admittatur, & in cessionarii vel emptoris locum subiretur. Vide D. Mainardum *lib 7. notabil. quæst. cap* 9 *&* 99. Charondam *lib.* 13. *quæstionum cap.* 22 quam ea pẽultima mearum quæstionum desumsit I. C.

II.

Cessio à patre in filium facta fraudulenta est.

Cessio à patre in filium, etiam in antecessum hereditatis facta, nisi ante litem facta fuerit, fraudulẽta est, & litigatores ad iudicem ordinarium remittuntur, studiosorum priuilegio insuper habito vt 5. Martii 1576. B.

III.

Quando cessionarius cedentem conuenire possit.

Ex quo quis nomen aliquod creditori in solutum cessit, summa videlicet à debitore exigenda, omnẽ diligentiam in debiti exactione adhibere cessionarius debet, ita vt debitum ab obligato consequatur: Alias nisi de diligentia à se adhibita fidem faciat, aduersus cessorem regressum non habet, vt in secunda Inquisitionum Camera, pro Apparitore Drouarto iudicatum fuit 23 Maii Anno 1565.

TITVL. II. DE VITIO LItigii & Rerum Litigiosarum.

Huc pertinet quod vocant *pactum de quota litis*.

ARRESTVM I.

Res litigiosæ cur alienari possint.

Res litigiosæ hodie in Francia alienari libere possunt, & duobus tantum casibus eiusmodi alienationes prohibitæ sunt. primo cum dutiutis aduersarii opponendi, & litis ad forum priuilegiatum remittendæ causa fiunt: Secundo cum potentior est cessionarius, cum quo litigare vereamur, *l.* 1. *C. ne lic. potentiorib.* Et ita Parisiis Arresto Parlamenti iudicatũ fuit inter Iohannem Oisellum appellantem à Balliuio Forosegusiensi vel eius Locũtenente, & Gulielmum Montanum appellatum Anno 1548.

II.

Consors litis si ius aduersarii adquirat, id correis cõmunicare debet.

Si vnus ex reis lite pendente ius actoris adquirat, correi ipsius aduersus ipsum postulantem vi rescripti se subrogari, peremptoriam præscriptionem apponere, siue pœnas vitii litigii non possunt: neque quicquam præterea facere possunt, quam vt postulent cuique sibi pro rata sua parte ius quæsitum cõmunicari, oblata collatione pro rata parte sua pretii erogati: quod si faciant id, obtinere debent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 14. die Augusti 1546. pro Illustri Gabriele Allegreo Equite prædicti loci domino, & Illustri Maria Torreuillana vxore ipsius aduersus Illustrem Carolum de ... Equitem & Illustrem Carlotani Tou... rem ipsius, qui ius Illustris Martii Pau... ipsius acquisierat, & Illustris Annæ Castrouillanæ vxoris ipsius ... Et hi sunt termini *legis per diuersas & legi. ab Anast.* ... *C. mandat.*

III.

Studioso cui res litigiosa cessa est fori sui præscriptione vti non potest.

Quando res litigiosa studioso, vel alii priuilegiato cessa est ad cognitionem ad aliud forum trãsferendam duo singularia concurrũt quę in eadem re ius admittere non solet *l. singularia. ff. si certum petat.* prius est alienationis factæ iudicii mutandi causa quę de iure odiosa est, & expresso edicto interdicta, cuiusque nomine aduersus cedentem damna & interesse adiudicantur vt *ff. & C. de alienatione iudic. mut. caus. fact.* alterum est vitium litigii æque imo magis odiosum quam prius *l. consensus C. de litigios.* Et quanquam hodie in Francia dispositio iuris communis de interdicta rei litigiosæ alienatione locum non habeat nisi alienatio facta fuerit in potentiorem & iudicii mutandi causa, prout Arresto decisum fuit, nihilominus tamen necessario à Principe rescriptum impetrari oportet aduersus prædictum vitium, quo videlicet quis eo non obstante admittatur. Igitur rationi consentaneũ non est si res litigiosa in studiosum transferatur, vt is vi priuilegii sui eã remitti impetret vigore rescripti impetrati seu restitutionis aduersus vitium litigii: vel si rescripto munitus non sit, testimonialibus suis id emereri non potest: duę quippe res diuersæ sunt, neque vnius obtentu altera velatur *l. quoties. ff. de reg. iur. & l. si domus. ff. de seruitut. prædior. vrban.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi post commonitionem & perorationem Domini Poyeti tum Aduocati Regii. Itaque necesse est vt studiosus aut alius priuilegiatus vno contentus sit, nempe vt cessionem rei litigiosæ acceptare possit, seque in lite subrogari curet: at non etiam causam ad forum priuilegiatum transferre. Et ita iudicatum fuit Arresto Maioribus diebus Pictauiensibus 13. die Octobris 1531. Et notandum est ad hunc effectum litigiosam rem esse sola citatione libello seu scripto peracta *clem. cum lite. vt lite pendente,* vt supra demonstratum fuit Arresto quod superiore datum *titulo superiore art.* 3. Idipsum pariter postea iudicatum fuit mense Iulio 1566. pro Christophoro Rogemontio, aduersus Michaelem Rostium Castellanum S. Germani Lauallii, qui cum dominii quod situm erat S. Sulpitii in Forosegusiensi nomine conuentus fuisset, prædictum dominium filio suo studioso Parisiis agenti cesserat, quo videlicet lis ad Conseruatorem seu iudicem scholasticũ remitteretur: verum is in Parlamento repulsam tulit, ad quod prædictus Rogemontius à reuocatione ita facta appellauerat.

Res quando litigiosa fit.

IV.

Vitiũ litigii velatur si quis in vno tantũ acta prodũcat eo nõ opposito.

Si posteaquam alterutra partium comperit aduersarium ius suum alienasse, nihilominus tamẽ porro aliquo modo procedat, eo nõ obstante huiusmodi vitium velatur, neque postea pœnas iuris vrgere potest, *c. vt quis duas; de electione. in* 6. *& l. vn. C. si seruus extran.* Exempli gratia cum inquisitio peragereretur super parte quæ alienauerat, is qui acquisiuerat sese sistit suoque & proprio nomine experitur, atque testes producit præsente parte quæ perfectioni inquisitionis consentit: postea coram iudice de vitio litigiosi excipere non potest, atque hac ratione admissionem inquisitionis impedire: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus heredes

Petri

Petri Carculli aduersus quandam cui nomen Heraldæ,

V.

Sententia executioni tradetur aduersus tertios possessores.

Singulare est XIII. Arrestum *titulo de præscriptionibus infra*, nempe partem quæ causam obtinuer sententiam suam aduersus tertios possessores qui fundos litigiosos lite pendente acquisierunt executioni tradi curare posse.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum I.

I.

Pactum de quota litis reprobatum.

PActum de quota litis semper reprobatum fuit vitioq; vertitur aduocatis & procuratoribus bonorarii sui nomine huiusmodi pacta de re litigiosa ineuntibus vide *l. licent. de procurat. l. §. remunerandi. l. salarium mandati. ff. l. 1. var. & extraordinar.* Et ita iudicatum compluribus Arrestis ac nominatim 14. Martii 1563. perorante Bruxello aduersus Aduocatum quendam nomine Pommeræum, qui sese in iura clientis cuiusdam suæ subrogari curauerat. Eadem ratione procuratoribus & Nomenclatoribus seu sollicitatoribus ordinariis interdictum fuit, ne euentum litis emisse vellent honorarii sui colore seu velamento: cæterum fraus inde apparere solet, cum is qui cessit euictionis periculum non pollicetur, vel cum retrocessio facta est. Attamen si quis vicariam amici operam præstitit, is non est nomenclatoris vice fungi, si quis videlicet non exerceat hanc artem & quasi mercimonii 30. die Maii 1564. Quod iudices attinet, grauiter puniri debent si ius aliquod litigiosum acquirat, maxime coram se agitatum, prout iudicatum fuit 21. die Martii 1563. aduersus Locumtenentem Genabensem: & quanquam appellatio interposita fuisset nonnisi à moratoria præscriptione; nihilominus ob vitium apparens Curia super principali ius reddẽdo cessionem factam prædicto Locumtenenti irritauit, eumque in expẽsas condemnauit.

II.

Sententiæ aduersus venditores rerum litigiosarum aduersus adquirentes executoriæ.

Arresto iudicatum fuit res iudicatas siue sententias aduersus venditores rei litigiosæ, aduersus eos qui adquisiuerũt executioni semper tradi posse non obstante quibet præscriptione iuxta *l. 1. de litigios. ff. & ibi Dd. l. plane de legib. 1. l. 2. de defensorib. ciuit. l. C.*

TITVL. III. DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

ARRESTVM I.

Præscriptio aduersus Ecclesiam.

TEmpus præscribendi aduersus Ecclesiam Romanam est centum annorum *c. fin. & ibi Archid. de præscript. in 6.* Aduersus cæteras Ecclesias est quadraginta * annorum *Auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. & per Canonist. in ca. de quarto. & cap. ad omnes. & cap. illud. & cap. quia iudicante de præscript. in ca. quoniam contra. de iure patron.* Cæterum inter multos controuertitur, vtrũ Ecclesiæ immediate Papæ subditæ eodem priuilegio præscriptionis videlicet centum annorum cum Ecclesia Romana frui debeant? Et vero id ita eximauit Iacob. de Bellouiso *vt Eccles. Rom. præscript. cent. ann. gaud. solum. 2.* Bal dus *in dict. auth. quas actiones* cõtrariũ tenuit, puta quadraginta annorũ spatio aduersus eas præscribi. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 7. Septembris 1479.

Post asturiam & falsitatem cuiusdam Prisci presbyteri centenaria præscriptio à Iustiniano reuocata fuit Nou. 9. & 15. id quod disputatum fuit in lite inter dominum Tauanum & Equites Sancti Ioannis Melitenses perorante Marrion aduersus Hortomannum 22. die Ianuarii 1580. In Francia ita habemus centenariam præscriptionem locum non habere etiam pro Ecclesia Romana. B.

* Etiam absque titulo Charondas *l. 1. responsor. cap. 38. & lib. 7. cap. 165.* Id quod hic refertur desumptũ est ex Guidone Papæ *quæst. 56. quæst 161* Vide D. Mainard. *lib. 7. cap. 59* & Cuiac. *obseruat. lib. 5. cap. 5. & in Tractat. de præscript. cap. 31. l. C.* vide Tit. *de alienatione rerum Ecclesiasticarum c. placuit §. hac. 16. quæst. 3.*

II.

Præscriptio locum quod fauorabilis est vel odiosa perficitur.

Ius exigendarum præstationum annuarum 40. annorum spatio præscribitur. *c. cum Ecclesia sutrina. de de causa possess. & propriet.* non habita ratione iuris ciuil. quo breuius tempus limitatum fuit *l. cum de in rem verso. & ibi Glos. & Dd. ff. de vsur.* cæterum prædicta præscriptio 40. annorum intelligitur de præscriptionibus quæ fauorabiles sunt & admissæ ex dispositiona iuris communis: nam si exorbitantes sint & odiosæ, & in quibus ius commune expresse renitatur, tum hoc casu ad præscribendũ requiritur tempus quod excedat memoriam hominum *c. apit. 1. de præscript. in 6.* Et iuxta hanc sententiam iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano pro D. Aquarum & Cenoncei aduersus subditos prædicti loci Anno 1460.

Longi temporis lapsus habetur pro titulo *cap. 1. de præscript. lib. 6. l. 1. § fin. de aq. plu. arc. & fin. titulo 4. sufficit præstatio l. cum fatis l. illam lib. 10. C. de agr. & cens. l. formantes de formt. ff.* Et intelligenda est *l. si certis annis* de præstatione sine causa facta & exiguo temporis spatio. B.

III.

Forma singularis proponendæ præscriptionis absque titulo.

Dominus si aduersus subditos suos ius * vel possessionem certæ alicuius præstationis annuæ prętendat, possessione continua & pacifica 40. annorum tueri se debet. Quinimo si præstatio hæc annua quodammodo à iure improbetur possessionem immemorialem proponere debet: & vtroque casu causam & fundamentum huiusce præstationis probare debet, puta, quoad ea debeatur, vel ex conuentione, contractu, re iudicata, aut alio quouis modo. Et satis erit possessionem probari absque causa proposita, quam tamen omitti non oportet, quoniam nihil prætendendum est sine causa, *l. Pollam, §. circa de dol. mal. & met. except.* Eaque est Canonistarum sententia & Glossæ *in cap. peruenit. de censib.* & legistarum & glossæ *in l. cum de in rem verso. ff. de vsur.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano Anno 1460.

* Desumptum ex Guidone Papæ *quæst. 401.* Verum extat Arrestum Parisiense contrarium 21. Iulii 1570. quod allegat Charondas *lib. 2. resp. 1 cap. 84. & lib. 5. Resp. 21.* vbi habes pariter quæstionem tractat, vtrum videlicet huiusmodi longa possessio abunde probetur per rationes domino redditas eiusque decessoribus dominis, & pro affirmatiua teneti. I.C.

IV.

Præscriptio quando incipiat superstite alienante.

Quadraginta anni pro præscriptione rei Ecclesiasticæ definiti non currunt superstite Prælato qui perperam & aduersus formam iuris alienauit; verum post mortem eius incipiunt *c. si sacerdos 16. quæst. 3. & per Innocen. in cap. cum ex literis in princ. de restit. in integr. & Bald. in l. 1. C. de bon. mater.* ac nominatim id dicitur de Prælato qui perperam alienauit, nam si alienatio recte facta fuerit, præscriptio ipso superstita incipit. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 16. die Februar. Anno 1458. inter Episcopum S. Pauli ab vna parte & Dominum Targeũ ab altera parte, super Dominio de Balmas.

Præstatio-

V.

Annuæ præstationes quomodo præscribantur.

Præstationes annuæ, siue ex testamento, siue ex contractu debeantur, 30. annorum spatio præscribuntur, *l. cum notissimi. §. fin. de præscript. 30. vel 40. ann.* Nihilominus super forma præscribendi vetus controuersia est inter Martinum & Bulgarum veteres Glossatores. Bulgarus tenet à die & anno, quo quis in solutione cessauit, præscriptionem incipere, & ad 30. vsque annos continuari, tam ratione prædicti primi anni, quam cæterorum sequentium: & vbi triginta annis in solutione cessatum fuit, ius omne præscriptum esse, neque id amplius peti posse: & in eam rem allegat *leg. eos. in principio. Cod. de vsuris.* Martinus contrarium tenuit, & prout singuli anni elabuntur, prædicta præstatione non petita, ita eius anni tantum præscriptionem incipere, non comprehensis annis sequentibus. Et quanquam Iohannes & alii Glossatores antiqui has duas sententias conciliare voluerint, distinctione facta inter præstationes annuas ex testamento vel ex contractu, *in Glossa dicta l. cum notissimi. §. finali*, nihilominus insequuti Doctores abiecta sententiam Martini absque vlla distinctione sequuti sunt, quæ plerisque optima videtur. Attamen Arresto Gratianopolitano mense Martio 1460. secundum opinionem Bulgarii iudicatum fuit pro Claudio Constante aduersus Fratres Minores Gratianopolitanos. Rursus contrarium iudicatum vidi, iuxta sententiam Martini Parisiis pro Domina de Thalaru aduersus Dominum Couzannium super dote præstanda sexaginta vel quinquaginta pensionibus annuis, puta annuatim centum libris præstandis.

Vide *l. si quis diuturno. & c. querelam. quo iure præstationis præscribitur.*

Do. Maynard. *lib. 6. quæst. cap.* 32. tenet in citatione Arresti Gratianopolitani superioris, quod desumtum est ex decisione Guidonis Papæ 406. errorem admissum: ex lectione quippe prædictæ decisionis euidēs est, prędicto Arresto quæstionem decisam non fuisse, & litem iudicatam fuisse aliis fundamentis & considerationibus: sed & prædictus Papæ super hoc iudicium suum proferens ait, se putare, sententiam Martini & sequacium veriorem & probabiliorem esse, quæque etiam postea Arresto Parisiensi comprobata fuerit, pro quodam nomine Gobillonia 23. Decembris 15 9. quod refert Charondas, quo adiudicatæ fuerunt ei, cui pensiones annuæ ad dies vitæ debebantur, quinque postremæ annuæ præstationes, vt maxime triginta anni elapsi essent, ex quo nihil petisset, decretumque, vt inposterum ad dies vitæ suæ præstationes annuas perciperet. Id quod prædictus Maynardus testatur in Parlamento Tholosano obseruari. Dominus Cuiacius in recitationibus suis *ad l. 18 C d. fid. instrum.* vt duas has diuersas sententias conciliet, sententiam Bulgari probat fundatam super prædicta *l. eos.* in casu prædictæ legis, quæ videlicet est de vsuris, & ait, eam extendi non oportere ad alias annuas præstationes, quam vsurarum, de quibus lex illa sit, & ait, rationem eius rei hanc esse, quod vsuræ, & earum petitio accessorium sit obligationis sortis principalis, qua vtique triginta annis præscripta etiam reliqua præteriti temporis præscribi: sententiam autem Martini intelligendam de præstationibus annuis licitis & locationibus certa pensione, quarum exigendarum ius minime dependet, nec tantum à die contractus debent, verum à quolibet die, & à quolibet anno, quo ex solui debent: atque ita duas hasce diuersas sententias Bulgari & Martini conciliare oportere, ex differentia præstationum annuarum, quæ vsurarum sunt, neque aliam obligationem, quam contractus principalis continent, & præstationum redituum, quos cum contractu principali quis stipulatus fuit, quique singulis annis debentur. I. C.

Præstatio annua in piam causam facta obligationem inducit, secus, si ex mera liberalitate procedat, *l. si certis annis. de pact. C. l. solent. de offic. Procons. & l. cum de in rem verso de vsur. cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. prop.* Vide distinctionem Baldi *in l. 1 de iure. aliorum. priuat.* T.

VI.

Nullitas testamenti

Ius impugnandi & nullum aut irritum faciendi testamentum, ob præteritionem vnius ex liberis testatoris, triginta annis, non vero citius præscribitur. Eaque sententia est Baldi & Ioannis de Imola in *l. filio præterit. l. filius qui in potestate. ff. de lib. & posth.* Bart. *in l. filio præterito ff. de iniust. rupt. irritoq. facto testam.* tenet; id intra annum ab adita hæreditate fieri debere. Nihilominus Arresto Gratianopolitano in lite Rupichinardi anno 1461. inter fratres Alemannos iuxta primam Baldi sententiam indicatum fuit.

ob præteritionem, quando præscribitur.

VII.

In regionibus iuris scripti, etiamsi præscriptiones decennii & viceennii obseruentur, attamen si vnus fratrum rem aliquam inter illos communem & indiuisam quasi diuisam, propriam & in solidum possederit, eam minore, quam 30. annorum spatio non præscripsit, iuxta sententiam Bart. & Bald. *in l. si filius, Cod. de petit. hered. & in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hered.* per text. *in l. si seruum communem. C fam. ercisc.* Facit text. *in l. seruus communis. ff. de acquir. poss.* Ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 4. die Iunii 1519.

Res communis ... do ab ... cur.

VIII.

Inter Wilhelmum Caratum & consortes ab vna parte, & Petrum Chambonum & Tannegium Anberinum ab altera, Arresto Parisiensi, ad relationem Domini Mōmitalii iudicatum fuit, in tertia inquisitionum Camera, mense Februario anno 1549. si quis reditum possessoris alicuius sub hypotheca bonorum suorum emit, quem postea vendat & soluat, eo non obstante, quod non possideat fundos, quos tum possidebat, tertios detentatores & emptores aduersus emptorem illius reditus præscribere, qui postea non admittitur, siue Ecclesiastica, siue secularis persona sit, si restitutionis auxilio aduersus eam niti velit. Idque aduersus sententiam Ioannis Fabri *in l. 1. C. de bon. matern.*

Præscriptio redituum, ... si eo quo fruuntur.

Id quod Curiam mouere poterat, est, quod negligentia imputari potuit, eo quod debitor locum mutasset, nec condemnationem aduersus tertium possessorem postulasset, aut aduersus eum egisset, quo fundus hypothecæ nexus pro reditus solutione & continuatione declararetur. Vide Consuetudinem Parisiensem *articul.* 113. 114. & 115. Attamen si tertius detentator notitiam reditus habuerit, eum decem aut viginti annis præscribere non potest ob malam fidem, cum bona fides in huiusmodi præscriptione requiratur. Ita iudicatum fuit Arresto, quod datum pro Ioanne Perdrelio ciue Parisiensi aduersus Fontenæum, 24. Octobris 1592. Bacquetus *in tractat. de reditibus.* Vide Dom. Maynardum *lib. 7. c. 61.* Lucius *lib 7. tit. 6. Arr. 6.* I. C.

IX.

Si emptor reditus pecuniarii in quibusdam venditoris fundis constituti, decem annis moretur, & in eadem Prouincia habitet, ac præsens sit, nec eum exigat, aut priuata ac separata obligatione innouare curet, vel viginti annis, si absens sit: prædicta pensio præscribitur & amittitur. Hanc ad rem notandum est; quod si venditor reditus fundum, qui pensionem debet, liberum & immunem tertio cuidam vendat, qui prædicto fundo fruatur, nec quicquam eius nomine soluat: verum si prædictus reditus singulis annis soluitur ab eo, qui eum durantibus decem annis vendidit, si decē annis elapsis, intra quos tertius possessor fundo fruitus est, reditus à prædicto tertio possessore petatur, is præscriptionem opponere, eaque se tueri potest, & actorem suum repellere. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, relatore Mommiralio Consiliario, prout allegat Lucius *Arrest. penultim. titul. de priuatis vectigalibus & pensitationibus, 6. lib. 7. Placitorum Curis*, citra datam. Iure communi à tertio possessore hypotheca decem annis * præscribitur, *l. 1. & 2. C. si aduersus credit.* verum

Idem.

Hypotheca a ... decennii præscribitur.

debi-

debitor præſcribere non poteſt, niſi 40. annis, *C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & l. ſi obligata prædia. Cod. de Euictio.*

Ita iudicatum fuit in ſuperioribus terminis pro Domina Bouea, nempe verum tertius acquiſitor bonæ fidei per colonū præſcribere poſſit aduerſus proprietariū? Bartolus aduerſus Iuuerium affirmatiuam tenet, *in l. cum animo, de acquir. poſſ.* B. V. Conſuetudinem Bituricenſem §. 14. *huius tit.*

Præſcriptio aduerſus minores tutorū cōmodo.

* Qui incipiunt à die acquiſitionis. Charond *lib. 7. Reſp. cap. 57.* Hypotheca pupilli in bonis tutoris ſui 30 annis poſt ipſius maioritatē præſcribitur Arreſto Pariſienſi 10. die Apri. 1559 & vltimo die Februarii 15 9 Choppinus *ad Conſuetudinē Pariſien. lib. 2. tit. vlt. artic. 3.* Maynardus *lib. 6. Quæſtion. cap. 31.* I. C.

X.

Idem & cōtrarium nātaro ſub finem.

Ad materiam duorum Arreſtorum ſupradictorū ſequens facti ſpecies notanda eſt: Ioanna Berchantia nominibus quibus ea procedebat, dixit prædeceſſores ſuos, aut eos à quibus ius habebat, fundos quoſdam ſub reditu annuo, & agros in lite memoratos pro vno frumenti modio reditus loco prędeceſſoribus Ioannis Cronnerii, aut iis, à quibus is ius habet, quique eos fundos poſſident, elocaſſe, Item, ſibi & ſuis prædeceſſoribus, aut iis à quibus ius habet, ſemper reditum iſtum ſolutum fuiſſe, prout in ipſo proceſſu fidem faciat, ad triennium vſque liti intentatæ proximum: ac propterea ſe per viam Arreſti ſuper fructibus prædictorum agrorum proceſſiſſe, vſque quo plene reliqua prædicti triennii ſoluerentur, dicens hac ratione ſe bene fundatam eſſe. Cronnerius excipit, patrem ſuum prædeceſſorē fundos quoſdam in actione ab actrice memoratos ſub certa penſione in lite denominata accepiſſe & conduxiſſe, penſione, inquam, certo pretio redimibili, quam poſtea redemiſſet. Neque probari poſſe ſe vel ſuos prædeceſſores vnquam quicquam actrici aut prædeceſſoribus ipſius ſolniſſe: verum quantum ad eam vel eos à quibus ius haberet attinet, prædictos fundos liberos omnique onere prædicti reditus amplius xxx. & xl. annis immunes poſſediſſe, adeo vt ſi vel vlla penſio ei debita fuiſſet, ea iam pręſcripta fuerit. Præterea ſi reditus huic actrici vel iis à quibus ea ius habebat, ſolutus probaretur, id factū ab aliis quam vel à ſe vel à ſuis prædececeſſorib. & ab huiuſmodi hominibus, quibus nihil iuris in prædictis fundis competebat, quos actrix pro ſolutione iſtius reditus hypothecæ nexos eſſe prætendit. Tandem abſoluendum ſe concludebat. Actrix ad repellendam præſcriptionem ait, ſibi perpetuo ſolutum fuiſſe, deque eo fidem facit, exceptis tribus poſterioribus annis, quo conſiderato, ſibi nullam negligentiam imputari aut præſcriptionē obiici poſſe, non attento reus ipſe an alius ſoluerit. Sententia dictum fuit, Arreſtum de fructibus legitimum, iuſtū & validum eſſe & effectum ſortiri oportere. Ab eo appellatur, & Arreſtum poſtea Pariſienſe datur, quo dictum fuit, male iudicatum: Arreſtum prius iniuſtum declaratum: actrix in expenſas, damna & intereſſe condemnata, ſaluo ei altera via ac ratione ſibi proſpiciendi iure. Curia præſcriptionem notauit, qua actrix ex clauſula, *ſi qua mihi cauſa iuſta videtur*, ſe reſcripto Principis reſtitui poſtulare poterat, quo facto cauſam ſuam obtinuiſſet, iuxta deciſionem ſupra allegatam Arreſto VIII. Ioannes Faber *in l. 2. Cod de bon. mater.* verum tum prædicto Arreſto rigor ſeu ius ſtrictum obſeruatus fuit.

V. à me notata *ad Arreſt. 8* & Charondam *lib. 7. cap. 17.* & Speculat. *tit. de præſcript. §. 1. verſ. pæne*, quæ obſeruata fuit Arreſto Pariſienſi quod datum 23. Februarii 1543. & allegatur à Choppino *lib. 2. de priuileg. ruſticor. part. 3. c. 4.* I. C.

Dubium ſuper eadē quæſtione.

Ad propoſitum Arreſti huius x. facit dubius quidam caſus: nempe proprietarius quidam fundos quoſdam ad 99. annos elocauerat, quorum penſionem colo[illegible] inferret: hic fundum rurſus aliis priuatis [illegible] Domino elocauit, qui ipſi nihil ſoluunt, [illegible] præſcriptionem allegantes. quæritur igitur, v[illegible] præſcriptio proprietario, qui per colonum poſ[illegible], iudicare poſſit? Item virum prædictus propr[illegible] actionem perſonalem ex contractu, non tam h[illegible] nem hypothecariam & realem ſeu rei vindicatione[illegible] ſus poſſeſſorem reſoluto iure accipientis [illegible]. Haec ad rem faciunt *l. Pomponius. Quemad. vſuſfru. amit.* [illegible] *Petr de iug. 2. l. cū ſeruus, de agri. & cenſi.* B. V. Chop. vbi ſupra

X I.

Facultas redimendi perpetua quando præſcribatur.

Facultas redimendi *toties quoties* lapſu 30. annorum præſcribitur: * quo tempore elapſo venditor aut ipſius heres non admittitur, etſi de prædicta facultate terminis generalibus quandocunque conuentum fuiſſet: huiuſmodi quippe res meræ facultatis non eſt, ſed eſt actio ex contractu deſcendens, quæ 30. annis præſcribitur *l. cum notiſſimi. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, anno 1518. iuxta ſententiam Pauli de Caſtro *conſil. 429.* & Iacobi de S. Georgio *in l. Epiſtola §. 1. in fin ff. de Pactis* inter maiores & non priuilegiatos *Conſuetudine Pariſienſi arti. 120.* I. C.

Arreſta cōtraria Pariſienſe & Diuionēſe.

* Alii tenuerunt vſque ad 40. annos emtorem admittendum eſſe, puta Albericus de Roſat. *in l. 2. C. de pact. int. emtor & vendit.* Fabianus dixit huiuſmodi facultatem *toties quoties* minime præſcribi. Et iuxta hanc ſententiam Arreſto Diuionenſi iudicatum fuit, quod datum anno 1505. aduerſus Ioannem Franciſcum & Nicolaum Muntolnnium appellantes à Balliuio Auguſtodunenſi vel Locumtenente ipſius, qui illi ad reinduendendum poſt 30 annos condemnati fuerunt. In hac Arreſtorum pugna Chaſſaneus, *tit. de reditibus venditis ſub lege redemtionis, §. 2. num. 11. & aliis ſeqq. vſque ad 16.* tenet Dominus Diuionenſes melius, quam Dominus Pariſienſes iudicaſſe. D. Muntolonius *in prompinar. ſuo, in verb. emere. & in gloſſ. iuxta numerum.* contrarium cum Arreſto Pariſienſi tenet: idem tenet D. Buerius *deciſ. 183. n. 3. inſi. & 4.* & ait, id in Curiis huius Regni obſeruari. Ia laudat Iaſonem *in l. petens. C. de pact.* & Conſuetudinem Franciæ generalem, qua omnes res 30. annorum ſpatio præſcribuntur, & iuxta Arreſtum prædictum Pariſienſe, in Parlamento Burdegalēſi ſæpe iudicatum fuiſſe. Nec non præter prædictum Muntolonium, qui ex priuata affectione ita locutus videri poſſet, eo quod vnus e nodemoatorum Diuioni fuerat: nihilominus præter eum cōplures ſummi viri * ita cenent nominatim D. Tiraquellus pro Arreſto Pariſienſi, *tit. De retractu conuētionali, §. 1. in verb. à tel. temps. gloſſ 2. num. 7.* vbi horum duorum Arreſtorum mentionem facit. Poſtea anno 1537. Arreſto prædicti Parlamenti Pariſienſis inter Michaelem Creteum appellantem à Balliuio Carnutenſi ab vna parte, & Michaelem Mercatiom appellatum ab altera parte, iudicatum fuit iuxta Arreſtum ſupradictum anni 1518. huiuſmodi facultatem ſcil. conuentionalem redimendi *toties quoties*, 30. annis præſcribi poſſe. * Molinæus *in contractibus vſurariis, quæſtio. 17. num. 195.* & alii laudati ab Argentreo *conſil. 2. de pactis redemtionis & præſcriptionis tempore*, quod *ſub finem commenta. ſui ad Conſuetudinem reportat praditiones Britanniæ, num. 37.* allegatum, vbi pro Arreſtis Pariſienſibus tenet. I. C.

X I I.

Facultas perpetuaē dimēdi reditum non præſcribitur.

Nihilominus Arreſtum ſolemne in Parlamento Pariſienſi datum extat, omnibus Cameris congregatis, ad relationem Domini Cantoclari, 10. die Martii, anno 1557. quo facultas reditum redimendi *toties quoties*, 30. 40. 50. 100. annis non præſcribitur, inter Rapoellum & Carpentariū. Ratio eſt, q; fauorabilibus ſit reditus omnium rerum ad priorem illarum libertatis ſtatum & conditionem, arg. *l. voluntate. ff. Q. M. P. vel H. S. & l. ſi vnus. §. pactus, in fin. ff. de pactis.*

Dominus Lucius idem Arreſtum refert de anno 1547. *lib. 7. tit. 6. Arr. vlt.* id quod de reditu pecuniario intelligi debet, qui perpetuo lui poteſt, etiamſi centum anni prætetlapſi fuiſſent, ea *Conſuetudine Pariſienſi. art. 119.* & Conſtitutionibus.

Vide huius *lib. 12. tit 7. Arr. 17.* de reditibus in frumēto conſtitutis, qui pariter ſemper redimi poſſunt. I. C.

XIX.

Aduersus peremptionem instantiæ restitutio admitti nō potest, sed alia intentari potest.

Inter Gabrielem & Petrum Ruysellos fratres commorantes Coignyaci in Bellouacensi Prouincia, appellantes à sententia quadam aduersus eos data à Balliuio prædictæ Prouinciæ Bellouacensis, vel Locumtenente ipsius, 13. die Augusti 1582. ab vna parte, & Antonium de Poore, dictum Pardetium, habitantem Sancti Faoi in Dumbensi, nomine ac veluti patrem & legitimum administratorem capitis seu personæ & bonorum Claudinæ de Poore filiæ suæ hæredis defunctæ Antoniæ Gernucinæ matris ipsius, appellatum ab altera parte. Postquā Seruinus pro appellantibus in ipsorum appellatione conclusit de eo, quod Balliuius Bellouacensis aut Locumtenens ipsius approbās rescriptum ab appellato impetratum, vt aduersus peremptam instantiam intentam ab anno 1572. vsque ad annum 1582. restitueretur & decerneretur, partes in prædicta instantia procedere oportere, licet appellantes allegassent causas minoris ætatis, pestis & belli in prædicto rescripto cōprehensas, non considerādas esse, eo quod quantum ad minorem ætatem attinet, non ideo minus peremptio curreret, saluo minoribus tutorem conueniendi iure: & quoad pestem & bellum, ea huiusmodi in Prouincia non fuisse, vt administratio iustitiæ seu ius semper exercitum non fuerit: conclusit, inquam, Seruinus ad hoc, vt male iudicatum, & decretum fuisse diceretur: & emendato iudicio, instantia perempta declararetur, & appellatus in expensas condemnaretur, nihilominus in id consentiens, vt actus probatorii, si qui sint, in lite permaneant: & Martinus pro appellato dixit, eum consentire discontinuationi ab anno 1572. vsque ad diem rescripti impetrati, vt restitueretur aduersus peremptionem fundatam super morte tutoris pupillæ, quæ absque tutore extitisset, quæque interim litem persequi non potuisset, quo accederent bella & contagio Prouinciæ notoria, prout melius ipse Iudex nosset: Quare & attento eo, quod in causa consimili simile rescriptum nuperrime Arresto approbatum fuit, quod super bellis circa Aurilliacum fundatum fuerat: & quantum ad fundamentum mortis tutoris asseruit, bene iudicatum fuisse. Ad hæc Seruinus aiebat, Arrestum istud in ista causa considerari non oportere, eo quod notorium sit, milites adhuc præsenti tempore circa Aurilliacum versari: quantum vero ad fundamentū mortis tutoris pupillæ, istam allegationem in rescripto non insertam, nec eius rei quicquā reperiri, imo, saluo honore, id veritati non consentaneum esse, cum tutor adhuc in viuis sit: & si peremptio superstite matre acquiratur: eam ex peremptione summum lucrum percipere, quæ fructus suos facit. CVRIA appellationem, & id, a quo appellatum fuerat, in irritum deduxit & deducit, citra multam, appellatū in expensas causæ appellationis condemnauit: & emendato iudicio, nulla rescripti ab appellato impetrati ratione habita, declarauit & declarat instantiam peremptam, saluo sibi noua actione prospiciendi iure: permanentibus nihilominus Inquisitionibus * & actibus probatoriis in lite integris. Actum Claromontii Maioribus diebus 19. die Octobris 1582.

Actus instantiæ peremptæ permanent.

* Notandum, etsi instantia perempta declaretur, nihilominus actus probatorios, exempli gratia, confessionē, inquisitionem inter easdem personas, si iudicia ad eundem finem tendant, in altera instantia fidem facere, si rursus cœpta fuerit, & actor denuo actionem intentet, DD. *in c. veniens. extr. de testibus*. Id quod Guenandetus plene tractauit cum limitationibus, *in Commentario ad Edictum confirmationis iurium Præsidialium, gloss. 18.* Id quod locum tantum habet, quando de causa agitur in prima instātia intentata, quoniam in causa appellationis, & instantia, quæ triennio solum durat, & actio, quæ 30. annis durat, si personalis est, quod si realis, 40. annis, eodem modo pereunt, adeo vt instantia perempta declarata actio præscribatur & euanescat, & appellans, qui instantiam appellationis perire siuit, de nouo amplius appellare non potest, & instantia, quæ triennio tantum durat, & actio, quæ alias triginta annis duraret, pereunt: adeo vt hoc silentio sententia, a qua appellatum fuit, confirmetur. Ita iudicatum fuit Arrestis 15. Martii 1582. ad relationē D. Perroteti, 16 Februarii 1590. ad perorationem, & 5. Iulii 1597. quæ plene retuli *in quæst. meis notabil. cap. 94*. Verum in prima instantia coram primo iudice, etsi instantia perempta declarata fuit, actio non præscribitur, nisi actor personalem actionem intentasset, quæ nonnisi tricennio durat, postquam aduersa ipsius pars viginti septem annis siluisset; hoc quippe casu instantia triennio discontinuata, præscriptio cucurrisset, æque ac si actio intentata non fuisset, iuxta *art. 15. Constitutionis Rusconensis*. Idem dicendum de actionibus annalibus, veluti possessoriis, retractus gentilitii, iniuriarum: quod si enim eæ intententur, postea anno & die discontinuentur, hæc instantia perempta declarata, peremptio actionem infert eo quod actio & instantia eodem temporis spatio durant. Bartolus *in l. si aicenfatam ff. ad leg. Iul. de adult.* Baldus *in l. 2. C. de fructib. & lit. expens.* Ita iudicatum fuit Arrestis, quæ *in quæstionibus meis notabilibus* retuli *cap. 95. V. cap. 9 2. earundem quæstionum*. L. C.

In causa appellationis instātia perempta declarata actio cadē perempta perit.

In actionibus annalibus peremptio annalis est.

XX.

Lis inter Reginā & Episcopū Claromontanum.

Regina Catharina Medicea, Comitissa Claromontii, instigata ad sollicitationem & commonitionem incolarum ciuitatis Claromontanæ eo indoctorum mala tractatione, quam sibi ab Episcopo suo factam intendebant, vt Ciuitatem Claromontanam aduersus Episcopum prædictum recuperaret: qui ea potiebatur, causam coram Rege Henrico in sanctiore eius & interiore consilio perorari curauit, super instrumento, quo ea vtebatur, cuius tenor ita, vt sequitur, se habet: *Sciant omnes præsentes & futuri, quod Guido Comes Claromontis & Aruerniæ vrbem suam Claromontanam & homines suos, & omne ius, quod habebat in dicta ciuitate, reddidit nomine custodiæ Episcopo Claromont. fratri suo: vt ipse teneret prædicta, donec ipse vel sui essent in pace cum domino Rege Franciæ. In cuius rei testimonium, nos Ciuitas Claromont. voluntate prædictorum Episcopi & Comitis, præsentem chartulam sex. nus sigillari: Factum & datum anno 1202. mense Iunio.*

Petitio Reginæ.

Super eo Dominus Riantius pro D. Lucio Procuratore Catholico Reginæ dixit aduersus Wilhelmum de Prato, Episcopum Claromontanum, Reginæ, quæ mediate prædicto defuncto Comiti Guidoni successit, ciuitatem Claromontanam restitui debere, iuxta instrumentum alleg. tom, quod ad manus haberet, vna cum fructibus eius temporis, quod æquum vi um: fuit, & si litis processus diutius protraheretur, per prouisionem prædictum instrumentum eff. ctui daretur, eoque facto, possessio ei adiudicaretur. Prædictus Episcopus econtra. io se tuebatur & excipiebat, Comitem Guidonem nullos hæredes reliquisse, eo quod sentētia aduersus ipsum data ob læsæ Maiestatis crimen, bona ipsius confiscata fuissent, prout in Annalibus Franciæ legi posset. Quod si hæres ei extitisset, Reginam nō probare, se hæredem fuisse, neque genus ab eo ducere: quinimo, etsi ea de eo fidē faceret, huiusmodi vetus instrumentum, quo vti ea intenderet, authenticum non esse, neque fide dignum, eo quod à Notario signatum non sit, nec testes comprehendat seu memoret, nemo stipulator, promissor nemo fuerit. Et omnibus hisce cessantibus, ex prædicto instrumento manifestum esse Guidonem prædictum prædictam Ciuitatem Episcopo prædicti loci dereliquisse, vt fratri, non vero vt Episcopo Quinetiam ex Annalibus colligi, prædictam ciuitatem omni tempore ad prædictum Episcopum pertinuisse, nec in eo rei suæ depositum & custodiam cōsistere posse,

Exceptio Episcopi Claromontani.

Tandem eum & prædecessores eius causam possessionis ignorantes, quadraginta septem annis super trecētos bona fide & pacifice possedisse, ac propterea præscripsisse. Quod autem ad possessionem momentaneam postulatam attinet, dixit, hāc actionem realem esse, & simplicem rei vindicationem, quæ huiusmodi momentaneam possessionem nunquam admitteret. Procurator Reginæ referebat, se non negare, Regem Philippum prædicto Comiti bellum intulisse. id in causa fuisse, cur Comes tempus dubiū timens Episcopo fratri, non armia potentiori, sed ei, quē hoc tempore gratiosum esse cognosceret, prædictam ciuitatem tradere voluerit. Itemque eo facto, eum melius facere non potuisse, quam custodiam Ecclesię suscipere, quam vt sacrosanctā attingere nemo auderet, ad ea, quæ peritura metuebat, cōseruanda. Expressam conditionē additam prædictam ciuitatem restituendi cum tempus, quod suspectum erat, præterijsset. Insuper minime reperiri, publicum læsæ Maiestatis iudicium vel datum vel exercitum aduersus prædictum Comitem: quod si ita foret, id in antiquis re[illegible] seu registris reconditum inueniri: nec ob id liberæ Chronographorum & Historiographorum compilationi confidere oportere, qui in p[illegible] ti vel alia causa ad præiudicium faciendum integram non habent fidem. Ad hæc Reginam hæreditario iure & tractu legitimo prædicto Comiti succedere: atque, quoquomodo res se haberet, attento eo, quod ea Comitissa Claromontana esset, non referebat, an vniuersali, an particulari iure, in Comitis locum, iusque Comitatus vniuersum, inspecto titulo in prædicta Comitis qualitate fundato, succederet. Quantum ad autoritatem instrumenti replicabat, in illius seculi moribus ita fuisse, vt citra Notariorum solemnem obseruantiam, testes, stipulationem, promissionem, aliamve solemnitatem, nisi simplicem & succinctam facti descriptionem, authentico & probabili sigillo cōsignatam adhibere. Eius instrumenti, de quo quæritur, semel atq; iterum ante hac descriptum in Comitū grammatophylacio, ciuibus Claromontanis postulantibus, in quadam lite aduersus Episcopum & ipsum citatum, fuisse confectum. Atq; in primo descripto mentionem factam, quod adhuc nonnulla sigilli vestigia extarent, quæ vetustate consumpta fuissent, & excidissent. Episcopos ipsos in prædictis descriptis nominatos aduersus instrumentum istud nihil aliud dixisse & opposuisse, nisi prædictis incolis ex eo instrumento nullum ius competere, neque eorum interesse vetti. Addit, in Archiuis prædicti Episcopi simile quoddam extare, quod prædictus de Prato Episcopus pluries, idq; præsentibus pluribus idem attestantibus, se vidisse & tenuisse confessus fuerat. Postea vero, dum Regis imperio prædicta Archiua conquirerentur, non inuentum: vnde conijci liceret, à prædicto de Prato id suppressum fuisse. Postremo validis documentis palam fieri, tam prædictum instrumentum antecedentibus, quam consequentibus, qua ratione, quove titulo prædicta ciuitas ad prædictū Comitem spectaret: quam is prædicto Episcopo custodiendam tradidisset, velut ipsi Ecclesiæ concredidisset: cui cum Iesu Christo vniformis, vna eademq; fides, vna lex, vnus idemq; Spiritus esse debet, qui talis est, ne alterius quicquam retineamus, nec iniuste quicquam vsurpemus. Vnum idemque esse, postulare & exigere ab Ecclesia, quod vel mille annis retinuit, quam quod vno tantum die aut biduo possedit aut retinuit. Quod autem ad momentaneam possessionem spectaret, licet actio in rem concepta sit, tamen in personam esse, ideoque à momentanea possessione non abhorrere. Rex in interiore cōsilio suo Arresto declarauit, non liquere, & tam in principali, quam in incidenti momētaneæ possessionis, de causa proposita amplius deliberandum esse: eumque in finem causam omnem ad Parlamentum Parisiense remisit, vt à triginta vel minimum viginti ad id deputatis Dominis iudicaretur. Vbi Arresto decretum, partes in principali informare oportere, & per prouisionem momentanea possessio Reginæ adiudicata, prædictumque Arrestum 21. Aprilis 1551. pronunciatum fuit, ex quo tres singulares decisiones colligi possūnt. Prima, huiusmodi documenta & instrumenta antiqua, licet simpliciter & citra vllam solemnitatem confecta, dummodo aliunde illorum veritatem coniectura consequi possis, fide digna esse, & authoritatem habere *. Altera decisio, rem tam longo tempore, prout in hac materia videre est, titulo depositi & custodiæ possessam, ab Ecclesia præscribi non posse, non obstante ignorantia successorum, per quorum veluti manus res possessa fuit, *l. si duo. § creditores ff vti possidetis. & l. pignori. ff. de vsucapion. & l. interesse puto. ff. de acquirend. possess.* Tertia est, in depositi actione, quod in re mobili consistit, & custodia rei immobilis, seu fiducia, momentaneam possessionem iudicari posse. Desumptum ex Lucio, & abbreuiatum *lib. 9. tit. 5. Arr. 1.*

Replicatio Reginæ.

Arrestum à Rege datum.

Arrestum Curiæ.

Instrumenta antiqua autoritatem habent.

Depositum ab Ecclesia præscribi nō potest.

Momentanea possessio depositi.

* Masuerius *tit. de locatione, num. 26 27* Choppin. *de priuil. rustic. lib. 1. cap. 10.* Boerius *decis. 105.* Charond. *lib. 2. c. 21. & lib. 5 cap. 54.* I C.

Pro Regina matre, aduersus Ducem Mompensierii, instantia perempta declarata, vigore Edicti 1561. quod successionem Bononiensem & Claromontanam in Aruernia spectabat B.

XXI.

Dominus feudalis, qui feudo à se mouenti manum iniecit, aduersus vasallum suum præscribere non potest, quocunque tandem tempore id possideat. Eaque sententia fuit Abbatis Siculi *in consil. 3. quæst. 14. volum. 2.* vbi ait, Regem Franciæ neque post eum successores ipsius Comitatum Bigerrensem, cui manum iniecerat, aduersus suos vasallos præscribere non posse. Atque ita tenet Masuerius summus & antiquissimus Regni huius Pragmaticus habitus, qui ait, prædictum Dominum neque possessionem neque proprietatem acquirere, argument. *l. si duo. § creditores. ff vti possid.* Contra tamen tenuit Bald. *in cap. 1. § si quis per triginta ann. tol. 1. si de feud. fuer. contr.* Et Paul. de Castro *consil. 1[illegible], vol antiq.* Sanior sententia potior & negatiua est, iuxtaque eam iudicatum fuit Arresto Burdegalensi pro Domino Montbadara, aduersus Archiepiscopum Burdegalensem, pro feudo Landiæ, à dominio Montranelliano mouente, 20. Decembris 1536. iuxta alterum simile Arrestum, quod datum in Parlamento Parisiensi, & allegatur à Ioanne Gallo *quæst. 16.* aduersus Episcopum Autissiodorensem. Quemadmodum enim vasallus iura directi domini præscribere non potest, & aduersus eum naturam feudi commutare: pariter ex regula correlatiuorum dominus directus aduersus prædictum vasallum præscribere non potest. Attamen tertius quidam aduersus dominum feudalem, iura directi dominii & aduersus vasallum feudum præscribere potest, vt per Gloss. & Doct. *in c. 1. §. præterea. de cap. Corrad. & in d. c. si quis per 30. annos & in l. si quis emptionis. de præscript. 30. annorum.*

Possessio præscriptionem impedit.

* Boerius *decis. 11.* & Consuetudo Parisiens. *articul. 12.* & Choppin. *ad eam.*

XXII.

Laudimia & iura inuestituræ seu possessionis nactę Principi debita, 40. annis præscribuntur. Hæc fuit sententia Henrici Bohici, *in cap. diligenti. de præscription.* vbi

Præscriptio laudimiorum.

vbi reprobat & reiicit Gloſſ. *in Authentic. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. in §. ſi minus.* quæ ait, præſtationem cenſus & directi dominii Fiſci, non niſi centum annorum ſpatio præſcribi. Et iuxta ſententiam Bohici, iudicatum fuit Arreſto Gratianopolitano 1460 aduerſus Dominum Delphinum, laudimiorū ratione: Aduerſus Dominos feudi aut cenſuales, intra releuii, quintatum & ſubquintatum, nec non iura laudimiorum & venditionum, iura dominicalia commiſſa, 30. annis præſcribuntur, aduerſus Eccleſiam vero 40. annis Fidelitatis vero præſtatio & homagium, nec non cenſus, etiam centum annorum ſpatio à vaſallo & detentatore fundi cenſualis præſcribi non poſſunt, Chaſſaneus *conſil.* 4. Faber *in §. æque, Inſt. de actionibus.*

Fidei & cēſus præſcriptio.

Quemadmodum dominos feudalis aduerſus vaſallum ſuum præſcribere non poteſt feudum vaſalli captum ob defectum homiois, iuttum & debitorum officiorum neglecta: ſic nec vaſallus feudū præſcribere potest, qua domino ſuo obligatur, ob mutuam vtrius erga alterum fidelitatem ac quotcunque tandem annorum lapſu, prout noua Conſuetudini Pariſienſi, *art.* 12. *tit. de feudis* additum fuit ad remouendam maximam controuerſiam, quæ ſæpe ab Interpretibus Iuris agitata fuit, præſcriptionem ſcil. centum annorum ſiue immemorialem, nunquam intelligi ſublatam, cū ex huiuſmodi poſſeſſione præſumatur titulus, & huiuſmodi tempus habeat vim conſtituti. Dd. *in l. ex hoc iure.* § *ductus aquæ.* ff *de aqu. quotidia & æſtiu. accend.* V. Charondam *lib.* 1. *Reſponſor. capitul.* 38. & *lib.* 2. *cap.* 48. & 58. attamen iura hæc à tertio domino præſcribi poſſunt. I. C.

Dominus feudalis ad aerſus vaſallum ſuū præſcribit nec vaſallus aduerſus ſuum præſcribere ſeu poſſidere centū annis.

XXIII.

Cap. fin. de Præſcriptionibus, quod poſſeſſorem malæ fidei præſcribere nō poſſe conſtituit, de perſonalibus actionibus minime intelligitur: verum tantum ſecundum, quod qui præſcribit poſſeſſor ſit, in cuius fauorem præſcriptio currit; quoque fauore poſſeſſor malæ fidei indignus eſt, *in d. cap. final. & cap. malæ fidei poſſeſſor. de reg. iur. in 6.* Verum in præſcriptione introducta *per l. ſicut; & per l. omnes Cod. de præſcriptio.* 30, *vel.* 40 *annor.* quæ de perſonalibus actionibus eſt, nihil refert, bonam an malam fidem quis habeat. Præſcribens quippe nihil poſſidet, nec quicquam in eius fauorem facit, verum omnia in odium negligentiæ creditoris: eaque ſententia fuit Innocentii *in capit. cura.. in Gloſſ. penult. de Iur. patron.* & Baldi *in ca. ſi quis per* 30. *annos. ſi de feud. fuer. controu.* Et ita iudicatū fuit Arreſto Gratianopolitano, 8. Martii anno 1459. inter Arthaldum Fontanū appellantem, & Innocentium & Petrum Sallignonios ex coſta Sant-Andreana, appellatos ab altera parte.

Præſcriptio rei immobilis bonā fidē præſupponit, actio perſonalis non item.

Quando de titulo & bona fide in præſcriptione loquimur, intelligimus titulum coloratum talem, iuxta quem quis bona fide poſſedit Ceterum mobilia ex Conſuetudine Ceonmaneſi & Comitatus Burgundiæ triennio præſcribuntur. B.

XXIV.

Præſcriptio reditus & cenſus annui, vt & laudimiorum nō interrumpitur ſolemni & conſueta proclamatione, quæ præconis publici voce fit, vel ſpecialis eſt modo patochianorum: puta quod omnes qui cenſus debent, eos certo die deferunt, itemque de reuelandis laudimiis. Verum citatione tantum interrumpuntur. Atque Ita iudicatum fuit Arreſto Curiæ Gratianopolitano, prout refert Guido Papa.

Interpretatio præſcriptionis ſpecialis eſt debet.

Et notandum eſt, ad interrumpendam præſcriptionem 10 vel. 20. annorum, neceſſe eſſe, vt quis perſequatur litem vſque ad eius conteſtationem, aduerſus præſcriptionem vero plurium annorū, aut longioris temporis, citatio ſufficit.

XXV.

Præſcriptio interr-

* Vetus dubium, vtrum ſcilicet citatione coram incompetente Iudice facta, præſcriptio interrumpatur, iuxta ſententiā affirmatiuam reſolutum fuit Arreſto Pariſiēſi, 17. Iulii 1515. aduerſus Dominū Rupichandrium in Andegauenſi Prouincia citatum intra triginta annos, coram Iudice Salmurienſi, cuius iuriſdictioni, quacunque tandem ratione, ſubditus non erat. Ac quamuis citatio nulla fuiſſet, nihilominus Curia eam admiſit & validam declarauit ad prædictæ interruptionis effectum. Hoc ad Arreſtum facit textus *in l. vbi adſunt. ff. de tut. & curat. dat. ab his.* & doctrina Angeli, *in l. Si vacantia. lib.* 10. *Cod. de bon. vacant.*

Interruptio citatione coram iudice incompetente facta.

* Ad Arreſtum iſtud notandum eſt, veterem illam diſputationem hoc Arreſto terminatam non fuiſſe, quod deſumtum fuit è Ioanne Gallo *parte* 7. *Stylo Parlament. Pariſienſis quæſtio.* 102. vbi Dominus Carolus Molinæus duas rationes annotauit, ad probandum quæſtionem hanc, quod citatio nulla præſcriptionem interrumpat, indicatam non fuiſſe: Prima quod citatio erat libellata: ſecunda quod non erat facta ad locum penitus extraneum, ſed ſub eadem Prouincia, idque foret aduerſus diſpoſitionem *l penult. Cod. ne de ſtat. defunct.* vbi litis conteſtatio facta apud Procuratorem fiſci, incompetentem cognitionis ſtatus (quippe cum Procuratores fiſci, Prætores; nec municipales, & alii Iudices minores de libertate non iudicabant, ſed tantum Præſides vel Iudices Præſidibus dati vt Ræuardus *var. li.* 3. *c.* 20. & Goueanus *variar. l.* 1. *cap.* 32 oſtendunt) non interrumpit quæſtionem quinquennalem. Id quod D. Choppinus notauit *ad Conſuetu. dinem Andegauenſem lib* 3. *tit.* 5. *de retractu. gentilitio, num.* 7. ex autoritate D. Petri Fontaui Magiſtri Libellorum Palatii Regis B. Ludouici. I. C.

XXVI.

Præſcriptio à parte non oppoſita in conſideratione Iudicis venire non poteſt, qui ſponte ſua partē litigantem ea iuuare non debet, arg. not. per Bartolum *in l. prolatam. Cod. de ſent. & interlocut. omn. Iud.* Atque ita iudicatum fuit Arreſto Gratianopolitano, 14. Auguſti 1459.

Præſcriptio nō oppoſita nihil prodeſt.

XXVII.

Infra *titulo: De ſeruitutibus* notabilis doctrina extat de præſcriptione ſeruitutū continuatū & diſcontinuatū, deque declaratione earundem, nominatim vero an ius paſcui ſeruitus ſit continua an diſcontinua: Et Arreſtum Gratianopolitanum quartum.

Remiſſiuū.

XXVIII.

Præſcriptio Eccleſiæ aduerſus Eccleſiam 40. annorum in materia decimarum, Arreſto quodam limitata fuit, quod datum in Parlamēto Pariſienſi pro Oeconomis Hoſpitalis aduerſus Religioſos Portus regalis, 13 Aprilis 1518. quo dictum fuit, elapſis 40. annis, Eccleſiam ad petendas præſcriptas decimas intra quatuor annos admitti. Verum etiam neceſſe eſt, intra quadriennium extra negligētiam perſecutionem fieri: alioquin remedio amplius locus non eſt; *cap.* 1. *De reſtitut. in integrum. libr.* 6. Attamen ſi intra quadriennium negligentia non committatur, poſt eam perſecutio fieri poteſt, prout prædicto Arreſto deciditur.

Decimæ poſt præſcriptionē petuntur.

Deſumtum ex Rebuffo *in tract. de decimis & congrua portio, quæſtio.* 17. *n.* 11. I. C. V. ſupra. *tit. de decimis Arr.* 3.

XXIX.

Abſens, vt præſcriptio cuiteturvel proteletur, is tantum habetur, qui alterius Bailliuatus aut Seneſchaltiæ ſubditus eſt, diuerſitate diœceſeum non attenta, prout complures Doctoribus noſtris fecerunt; veluti Ioannes Faber *in §.* 1. *Inſtit. de* [illegible] & deeo Arreſtum Pariſienſe laudari ſolet. Nihilominus ſi quæſtio ſit de poſtliminio reſtitutione aduerſus præſcriptionem ſub prætextu abſentiæ, tunc haud modò abſentia extra regnum intelligenda eſt, prout altero Arreſto Pariſienſi iudicatum fuiſſe fert, ſic Dominus Tiraquellus Conſiliarius in Parlamento

Quænam abſentia [illegible]

in tract. de retract. §. 35. Alii, vt Imbertus *in Enchiridio suo* tenuerũt, absentiam à Prouincia sua & Balliuiatu suo aut Seneschalsia tantumdem rationis ad impetrandam restitutionem obtinere, licet extra Regnum non sit, verum intra Regnum, in loco, vbi bellum geritur ad repellendos hostes Regnum inuadere volentes, ac si extra Regnum esset. Et sane: si res consideretur accuratius, videretur huiusmodi absentia intra regnum magis esse fauorabilis, ac restitutionem melius mereri, quam eam quæ extra Regnum, attento quod ea pro defensione Regni sit suscepta, altera vero omnino nihil ambitiosa, nisi ad repellendum Turcam ea sit.

XXX.

Facti singularis & notabilis species.

Fratres Fretii aduersus Dominum *d'Ambierle* illustrem Carolum Bouceum, proponunt ad defunctos Iacobum Frettium & Margaretham Bergeriam vxorem ipsius, mortis horum tempore fundum quendam in dominio Chengio in Prouincia Lugdunensi situm pertinuisse. Hos defunctos, relictis Antonio & Guichardo liberis suis & heredibus pro dimidia parte. Guichardum Presbyterum scripsisse & reliquisse heredem Gauffredum Frettium, filium prædicti Antonii, Prædictum Gauffredum reliquisse actores liberos ipsius heredes. Prædictum Dominum *d'Ambierle* prædicti fundi in solidum possessorem esse. ab eo dimidiam fundi partem restitui postulant.

Petitio. exceptio.

Is excipit, & instrumentis atque testibus, probat, Antonium supra nominatum prædictum fundum in solidum, vidente, sciente & patiente Guichardo, 20. annorum spatiu imo supra possedisse. Anno 1500. eum vẽdidisse illustri Stephano Spinasseo Equiti, Domino *de Chengi*. Se à prædicto Stephano ius & causam habere. Tam prædictum Stephanum, quam se reum præscriptionem 30. annorũ emisse. Ad hæc Gauffredum patrem actorum defuncti Antonii patris sui venditoris pro herede se gessisse, ac propterea actores non admittendos. Concludit, se absoluendum esse. Si pro herede se gessisse negant Actores, etsi pro herede gessissent, se nonideo minus causam obtinere debere: in venditione quippe allegata hæc verba contineri: *Vendit omnia, quæ ad se ex fundo Vendorum, & aliunde de iurisdictione de Chengi pertinent*, &c. & ita eo partem tantum suam, quæ dimidia est: altera enim dimidia, quæ tacta non fuit, ad Guichardum spectabat?

Replicatio.

Quod ad præscriptioné attinet, demonstrant anno 1505. inter duos fratres Guichardum actorem & Antonium reum litem extitisse & iudicio prædictam dimidiam partem prædicto Guichardo adiudicatam fuisse. Insuper postea anno 1507. ambos hos fratres istorũ bonorum prouisioné iuxta prædictum iudicium instituisse.

Duplicatio.

Prædictus dominus Bouceus præscriptionem suam defendens ait eam impediri non potuisse huiusmodi perturbatione & inquietatione ab his duobus fratribus ex collusione admissa. Nam anno 1500 quinque annis ante, Antonium vẽdidisse Domino Spinasseo sub constitutione precarii & locationis separatim inita: & sic nihil amplius iuris in eo habuisse. Ex qua ratione huiusmodi inquietationem non factam fuisse aduersus verum possessorem & legitimum contradictorem, eamque ob causam præscriptionem interrumpere non potuisse, quantumuis prædictus Antonius prædicti fundi possessor fuisset: hunc quippe nomine ac veluti conductorem prædicti domini Spinassei possedisse, quem conuenire oportebat. Quæ argumenta sunt pertinentia ad frustratoria prædicta iudicia & diuisionem constituendam, prædictam vero præscriptioné cõpletam declarandam, quæ 30. annorum erat, ac si quid triginta annis deesset, alteram præscriptionem viginti annorum aduersus absentes & decem aduersus præsentes succedere, nominatim in Prouincia iuris scripti, vbi prædictus fundus situs est: in processu probatum fuisse, prædictum Guichardum perpetuo præsentem fuisse, sciuisse, & vidisse possessionem prædicti Antonii in solidum, venditionemque cum prædicto Spinasseo celebratam, cui nunquam contradixerit, nisi post mortem emtoris: quamuis huiusmodi scientia ad implendam prædictam præscriptionem necessaria non esset, *l. final. Cod. de præscript. x. vel xx. annor.* Quantum autem ad id attinet quod Antonius nonnisi partem dimidiam vendidit, quæ ad eum spectabat, reus respondebat, ex dispositione iuris nos pacificum & quietum possessorem nominare posse dominum, qui id de quo quæritur, in bonis suis & potestate habet: & in eo considerandum, quod allegabat, anno videlicet 1494. Dominum *de Chengi* emtorem polyptycha sua publicasse, & tum vidente & sciente prædicto Guichardo, Antonium polyptychis solidum prædicti fundi inseruisse, citra contradictionem vel protestationem prædicti Guichardi, qui obmutuit.

Sententia prior.

Lite conclusa & iudicio constituto, reus Chengii causam obtinet, sententia Iudicis cum Assessore quodam prædicti loci, qui facti speciem recte comprehenderant, & causæ merita examinauerant.

Sententia posterior.

Ab eo ad Tribunal superius Regium appellatur, vbi dictum fuit, male iudicatum & actoribus cum expensis conclusiones illorum adiudicatæ. Reus certioratus de sententia data in completo, prout ei dictũ fuit, cœtu & numero sufficiente, ei adhæsit, nec vlterius causam vrsit vel persecutus fuit, vtpote qui ex natura sua non adeo ad seculi bona procliuis fuerat, usque fidem adhibuerat, qui eum in modum id, quod obtinuerat, reformauerant, ceu viris iustitiæ studiosis. Nihilominus is prædicti Assessoris consilio motus & persuasus, vt Curiæ sententiam, quæ vtique certa est, exploraret, appellat ad Parlamentum Parisiense, in quo partibus plene auditis, Arresto, 7. Maii Anno 1558. in causa vincit, & à conclusionibus illorum actorum absoluitur, qui in expensas instantiæ principalis condemnantur, non aliter, atque primo Iudice *de Chengi* dictum & iudicatum fuerat.

Arrestum.

Verum est Curiam ex æquitate, cum quandam rationem viderent, qua actores niti possent ad persequendam sententiam ab iis in huiusmodi cœtu obtentam, iis gratiam expensarum causæ appellationis fecisse seu eas remisisse.

Venditione ius quod ad venditorem possessoré in solidum pertinet.

Ex hoc Arresto tria notabilia axiomata profluunt. Primum est, venditorem partis, quæ ad ipsum spectat, in hoc vel illo fundo, &c. nominato & confini, solidum prædicti fundi, si eum in solidum possideat, vendere & alienare intelligi. Eaque praxis est & verissimus sensus *l. verbum illud, Pertinere, ff. de V. S.* dummodo hic possessor iure suo possideat, & videntibus & scientibus iis, qui proprietatem prætendere possunt, non vero ab iis, nec dolo aut vi, per verba prædictæ *l.* ibi, *quas iure aliquo*, quam Accursius pessime intellexit.

Præscriptio non interrumpitur lite aduersus certium instituta.

Secundum axioma est, præscriptionem rei immobilis non interrumpi conuentione cum conductore inita, & ad interrumpendam eam verum possessorem conueniri oportere, nominatim vero quando volens interrumpere conductionem non ignorat. Eaque est *l. cum nemo causam. Cod. de acquir. poss.*

Recognitio in polyptychis a tertio possessore facta.

Tertium est, etsi recognitio & census solutio à quodam directo domino præstita, pero proprietario non præiudicet, *l. Censualis. De donatio. & l. Solemnibus. C. de Rei vendic.* id tamen intelligitur, si id inscio prædicto proprietario fiat. Alio-

quin

ita quando domino præiudicet. quin si sciat, & id fieri eum in modum patiatur, nec contradicat, is iure suo se abdicasse potius, quam id conseruare voluisse præsumitur, arg. l. Lucius. ff. Q. M. P. vel H. S. & l. fideiussor. § pater. ff. de pignoribus. Itque textus est in d. l. censualis. ibi, sedsi, &c. & in l. seq. C. de nat. Hæc omnia consideratione digna fuerant, & admittenda merito, iis, à quibus prius idque verum iudicium procedebat. nam attentis: ac multo melius secundi iudices egissent, si hæc rectius e mpte bene... dissent, & ponderassent, quam quod in huiusmodi errores se deduci & labi passi fuerunt.

Verum tabulæ expensi & accepti Ecclesiarum quoad iura Ecclesiæ fidem faciant. Vide Boerium decis. 105. Charondam lib. 2. c. 21. & lib. 5. c. 21. I. C.

XXXI.

Præscriptio aduersus Principem minorem. Videretur dictu mirum: Principem & Regem oostrum peioris conditionis esse, quam ipsius subditum, quoad temporis præscriptionis computationem: in subdito quippe tempus minoris ætatis detrahitur, in Principe non item. Ratio est, quia subditus ex iure & Consuetudine gubernare & administrare bona & negotia sua aliter quam tutorum & curatorum autoritate non potest. Rex id per se cum Principibus sanguinis sui potest, ac perpetuo Procuratores suos & Officiarios habet. Itque iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 4. Maii anno 1551.

V. D. Maynard. l. 6. quest. 91. & lib. 5. cap. 36.

XXXII.

Præscriptio ex parte, ex alteratione. In facti specie, quæ proponebatur de directo quodam Domino, cui iuxta polyptycha seu libros ipsius censuales singulis annis decem frumenti modii ex fundo quodam debebantur, qui tamen nonnisi decem accipit, ac plus triginta annis mora hæc tolerando durat, in hac, inquam, specie quærebatur, verum pro residuo præscriptio, aut etiam tacita renunciatio pro possessore fieret? Accursius in §. vltimo. l. cum notissimi. de præscript. 30. vel 40. annorum. ait, quod non, per l. cum pridem. C. de non numerata pecunia ibidem Faber ait, si sciienter hæc omissio fiat, præscriptioni locum non esse, verum si nesciens renunciationem aut donationem, quæ non sequentiam non trahenda: sed ignoranter, præscriptioni locum habere. Contrarium atque iudicis scite tenuit Du. Tnaquellus, decem modios nō exacti s præscribi, & iuxta hoc iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, vt refert *Imbertus.

* D. sumptum ex Enchiridio ipsius, in verb. Renunciare vsuru. Masuerius tit. de locat. §. item si ce ama. tar.

XXXIII.

In præscriptione absentia præsumitur, & præsentia necessario probanda est. Is, qui præscriptionem opponit, bene animaduertere debet, vt articulum proponat de præsentia actoris, vel prædecessoris ipsius, aduersus quem præscriptum fuit. Non enim satis est in genere proponere, possessionem videlicet a. præscriptæ continuatam fuisse, præsente prædicto actore vel prædecessore ipsius, præsente, inquam & commorante in Prouincia, Balliuiatu, vel Seneschallia, vbi res sita est, verum necesse est proponere, prædictum videlicet actorem vel prædecessorem ipsius, aut vtrumque successiue præsentem fuisse, & continuo habitasse in huiusmodi pago, ciuitate vel parochia, vbi res de qua quæritur, sita est, & certo possessionem rei vidisse, intellexisse & sciuisse. Præterea eius præsentiam tanto durasse tempore, quod ad consequendum præscriptionis effectum sufficere debeat. Ad hæc notandum est, quoniam prædicta præsentia necessario requiritur, eaque res facti est, ideo eam proponi oportet, parirationе opus esse, eandem probare: factum quippe unde citra probationem cōcipi & proponi non potest, l. in bello. § facta. ff. de capt. & postlimin. l. vers. l. in exceptionibus. De probationib. Cæterum actor aduersus excepnoоem præscriptionis replicans, & absentiam suam allegans, in ea fundatur, licet eius nullam probationem præstiterit, quæ semper vera præsumitur, si de præsentia non constet, prout ait Baldus ad leg. non solum. § necessitate. Cod. de bon. quæ libe. & Speculator de actore, vers. quid si postquam. & seq. quos Curiæ supremæ Arrestis, quantum ad hanc quæstionem, ob supradictas rationes, præ omnibus aliis secutæ fuerunt. Verum est, absentiam interdum oneri reo esse, qui restitui postulat, prout continetur Arresto 29. supra.

XXXIV.

Præscriptio renunciatione non impeditur. Vicesima nona Decembris 1541. venditio ab Antonio Porteo ciue Lugdunensi cum Catharina Laurencina, vxore Claudii Triei, authoritateque huius monita, pro pretio & summa duarum millium librarum, quartæ pro indiuisa partis dimidiæ, domus euiusdam Lugduni sitæ celebrata fuerat. In hoc contractu Catharina Laurencina, ex authoritate & voluntate mariti sui venditori, ipsius hæredibus, successoribus, aliisque ab eo ius & causam habentibus potestatem dedit redimendi à se vel suis hæredibus, vel causam habentibus perpetuo, semper & toties quoties illis ita videbitur, & nunc ad decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, centum annos & vlterius in omne æuum, non obstante præscriptione 30. annorum & plurium prædictam quartam partem dimidiæ partis domus supra venditæ, refuso pretio duarum millium librarum, coram Francisco Bonpanio, Notario Regio Lugdunensi. Dominus Claudius Pilatus Dominus du Gayet, & de la Pradelle, hæres vniuersalis defunctæ Domnicellæ Matiæ Portæ, substitutæ à prædicto defuncto Antonio Porteo, Ludouico Porteo fratri suo Catharinam Trieam hæredem Catharinæ Laurencinæ, coram Seneschallo Lugdunensi conuenit & conclusit, vt sibi condemnaretur ad celebrandam retrouenditionem prædictæ quartæ partis dimidiæ partis domus, eundemque in finem Ludouico Proto tertio possessori diem condicit. Sententia 7. Sept. an. 1580. actor in conclusionibus suis non admissibilis declaratus fuit, à qua is appellat. Arresto Maioribus diebus Claromontanis, 17. Septembris 1582. Simonoto pro appellante, Decampis pro Cathanna Triea & Valla pro Ludouico Proto tertio possessore auditis. Curia appellatione in irritum deducta decreuit, id, à quo appellatum fuit, plenum atque integrum effectum suum sortiri oportere. Curia in eo se fundauerat, quod præscriptio publico bono introducta fuit, nec ei partes renunciassent. Amplius dicebatur, facultatem redimendi in perpetuum, & toties quoties, 30. annis præscribi: prout Curia compluribus Arrestis iudicauit: idque, quod maiori consideratione in hac controuersia dignum, tertia ratio erat, puta, venditionem anno 1541. octauæ domus partis, cum eo celebratam fuisse, qui reliquas ædium partes habebat, quique postulare poterat, vt prædicta octaua pars æstimaretur, eo quod ea commode diuidi non posset, & post tot annos iniquum esset, mouere possessionem longi temporis.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

Instantia in causa appellationis. QVarta Martii 1578. in Audientia matutina perorante Chauuelino iudicatum fuit, peremptionem aduersus actū appellationis, qui 30. annis durat,

peremia, actio ipsa pent.

sed aduersus instantiam appellationis, quæ à die releuii incipit, locum non habere. B.

II.

Iurindicē. dorum subsidiorum & foragiorum præscribi potest.

Iura indicendorum subsidiorum ex Constitutione Francisci I. sex mensibus præscribuntur: & intra hos 6. menses finita & expirata conductione postulari debent. Idemque locum habet in locationis iuribus, aliisque dominicalibus iuribus. Iudicatum pro priuato quodam appellante à Balliuio Bellouacensi, 30. die Ianuarii 1576. perorante Loiselio aduersus Danetum. B.

III.

De præscriptione aduersus mercatores minutiarios. post 6. mēses & aduersus famulor obseruata.

Præscriptio 6. mensium aduersus mercatorem minutiarium opponitur, vel Pharmacopolā pro pharmacis ipsius, ex Constitutione Ludouici XII. Iudicatum quoque fuit, eam valere aduersus mercatorem œnopolam, qui cum quinquennio post à vino à se in Greua Parisiis vendito, repulsus fuit, inspecto temporis lapsu, addito eo, quod scripto nihil probare poterat, 16. Februarii 1582.

Attamen si is, qui se creditorem prætendit, aduersarii sui iuriiurando stare super solutione velit, aduersarius iusiurandum præstare tenebitur, & quo casu se soluisse iurare nollet, eo casu soluere tenebitur, non obstante prædicta præscriptione, actore affirmante, seu sibi deberi asserente. Idem dicendum est de præscriptione aduersus famulos, ratio huius rei est hæc, quod huiusmodi præscriptio aduersus pharmacopolam aut famulos inducta fuit, ne bis idem exigerent, iisque solueretur. Consuetudo Aurelianensis *articul* 165. Vide Maynardam *lib. 6 quæstionum suarum cap.* 87. qui ait Tholosæ aliter obseruari.

IV.

Tertius possessor res substitutioni obnoxias præscribit, & quando.

Etsi de iure præscriptio hæreditatis aduersus substitutum locum non habeat, nisi à die, quo substitutionis casus extitit, quia tunc demum cum effectu agere potest, *l. cum notissimi.* §. *illud. Cod. de præscript.* 30. *vel* 40 *annorum. l. 1. in fin. C. de annal. exception.* Attamen tertius possessor cum titulo & bona fide ad minimū quadraginta annis præscribere potest, nullo ad id respectu habito, vtrum substitutionis conditio extiterit, vel non, prout decidit Phil. Corn. *consil.* 304. *n.* 19. *lib.* 3. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, in causa quadam Pompadou. ii. prout refert Molinæus *consil.* 26. Ratio hæc est, quia licet interim substitutus petere vel vindicare non possit, agere tamen potest ad declarationem, videlicet, vt bona per extraneum possessa declarentur subiecta & hypothecata fideicommisso in euentum substitutionis.

Hanc ad rem faciunt notata à D. Magistr. *tract. de subhast.* s. 43 n. 2. & Choppin *ad Consuetud. Paris. lib.* 2. *tit. vlt. articul.* 1. Charond. *lib.* 4. *Respons. cap.* 47. Arrestum quoddam contrarium laudat 8. April. 1500. T.

Sententia hæc acriter discutitur à D. Maynardo *lib.* 7. *quæstion. suar. cap.* 64. vbi expresse tenet, tertium possessorem fundi substitutioni obnoxii illum possessione triennali præscribere non posse, nisi cum conditio substitutionis extitit, & ea de re duo Arresta Parlamenti Tholosani refert, eo quod hactenus actionem paratam ad agendum non habet, & sic aduersus ipsum nulla præscriptio currere potest, iuxta communem Doctorum *in l. cum notissimi.* § *illud. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. l.* 1. § *fin. C. de annal. except.* vbi contra non valentem agere non currit præscriptio. Propterea Arresto iudicatum fuit, præscriptionem non incipere currere aduersus eum, qui promisit euictionem siue authoritatem nomine redditus à se constituti cessi in casum, quo solutus non fuisset, neque aduersus eius hæredem, nisi à die, quo reliqua soluere quis cessauit, & emptori redditus solutio fieri non potuit, & in possessione ac perceptione redditus sui impeditur fuit, eo quod ex conditionali obligatione non oritur neque datur actio ante conditionis euentum, *d. l. cum notissimi. l. hac venditio de contrah. empt. l. cedere. de V. S.* Ratio secunda hæc est, quod ante cessationem solutionis emtor occasionem non habuerat aduersus venditorē suum agendi, nec magis id agere possit, quam is, qui fundum acquisiuit, aduersus auctorem suum,

Præscriptio non nisi a die cessationis siue dilatæ solutionis, à die turbarum currere incipit.

Emtor quando ad uersus emptorem suū

aut agere non potest, priusquam turbatus & in possessione prædicti fundi impeditus fuerit, cum actionis de præstanda auctoritate natura originem suam nonnisi ab euictione capiat, *l.* 4 § 2. *D. de euict. l.* 4. *C. eod.* De quo Arrestum extat, vlt. Februar. 1592. aduersus Secretarium quendam, ad relationem D. Miehonii, citatum à Bacquero, *tract. de redditib. cap* 6. Vide Peleum *lib.* 8. *Act.* 55. I. C.

agere possit.

V.

Præscriptio non currit tempore belli.

Quæritur, vtrum de præscriptione decem annorum inter præsentes, hoc est, qui in Ciuitate, Præfectura & Vicecomitatu Parisiensi habitant, & viginti annorum inter absentes, iuxta prędictam Consuetudinem Bituricensem & Aruernensem triginta annorum, tempus deducendum & quasi defalcandum sit, quod cucurrit tempore turbarum posteriorum, quæ mense Ianuario 1589. initium ceperunt, & anno 1594. finitæ sunt, atque ita integro durarunt quinquennio? Videtur quod sic, ex dispositione Iuris Canonici *in cap. ex transmissa.* & ibi Felinus *de præscript. in verbis, præscriptione hostilitatis tempore non currente: & can. prima actione,* 16. *quæst.* 3. *in verbis: non enim erit obiicienda præscriptio temporis, vbi necessitas intererit hostilitatis, & l. ab hostibus. C. quibus non obiicitur longi temporis præscript.* iuxta sententiam Boerii *decision. Burdegal.* 40. & *decis. Senatus Pedemontani,* 77. *num.* 10. Rolandus à Valle *consil.* 29. *num.* 18. etsi exercitium iurisdictionis non cessauerit: verum ex hac ratione, quia partes tuto venire vel proficisci non auderent ad persecutionem ipsorum iurium & actionum, prout contigit inter eos, qui à diuersis partibus starent, vnde videretur, inter eos, qui ex eadem ciuitate erant, in qua iurisdictionis exercitium non cessauit, hoc impedimento non cessante, præscriptionem cursum suum debuisse habere, vtileque foret, si Rex de eo Constitutionem edidisset, prout factum fuit *artic.* 26. *Edicti Melodunensis,* anno 1580. in fauorem Ecclesiasticorum (quod Curia approbatione sua ad omnes personas extendit) pro requisitione ipsorum iurium solariorum, censuum, redituum, adeo vt possessores fundorum prædictis iuribus obnoxiorum nullam præscriptionem excipere & allegare possint, quam iuris, qua tempus, quod post annum 1560. cucurrit, quo turbæ in hoc Regno motæ fuerunt, non comprehendetur. Verum quoniam Edictum generale non extat, in terminis iuris manemus, quo (iuxta textus supra laudatos) annos tumultuum postremorum defalcandos esse diximus, quibus durantibus, agi non potuit, qui tumultus multo maiores fuerunt, ac maiorem incommoditatē attulerunt, quam ii, qui ceperunt prædicto anno 1560. Id quod in argumentum Arrestorum generalium trahi potest, tam quæ in Curia Parlamenti Parisiis constituti, 29. Ianuarii 1592. quam quæ in Curia Turonensi, 14. Octobr. prædicto anno data fuerunt, quibus decretum fuit, præscriptionem quinquennalem; intra quos annos creditores ex Constitutione tenētur agere ad reliqua redituum in nummis constitutorum, locum non habituram ob interruptionis defectum & petitionem prædictorum reliquorum debitorum post tumultuum initium, quique deberentur deinceps tempore, quo tumultus illi durarent, & ad quorum petitionem admitterentur, non obstante lapsu temporis, qui eis nocere aut præiudicare non poterit. Fundamentum horum Arrestorum captum fuit à Domino Procuratore Catholico, ex eo quod ii, quibus reditus debebantur, & interuenientes in hoc Regno tumultus, solutionem illorum redituum exigere non potuerant, eo quod scilicet partim instrumēta reditus constitutionis non haberent, partim q his, qui obligati fuerant, denuntiare minime poterant, in Ciuitatibus scil. & locis accessu

Art. 26. Edicti Melodunensis pro præscriptionibus tempore bellorum.

Arresta, quod tempore tumultuum præscriptio quinquennalis reliquorū redituum non currat.

d.ffi-

difficillimis commorantibus : quod si præscriptio reliquorum redituum pendente tumultuum tempore currere non potuit, eademratione nulla præscriptio locum habere debuit pendente prædicto tumultuum tempore, iuris principalis & sortis prædictorum redituum, aut alterius rei immobilis, cum principale redituum & reliqua ob causam illorum debita, eandem substantiam & naturam habeant: atque hoc ita à Regedecretum fuit, Edictis editis super reductione complurimarum Ciuitatũ & Prouinciarum sub obsequium eius & super reconciliatione subditorum suorum, verificatis & approbatis in Curiis supremis. Edictum pro duce Maynio. *artic.* 14. constituit, tempus, quo à primo Ianuario 1589. ad diem vsque articulorum (qui sunt de Ianuario 1596. approbati à Curia 9. Aprilis prædicto anno) inter personas diuersarum partium nihil prodesse, ad peremtionem vel præscriptionem instantiæ acquirendam. Edictum vero Britanniæ pro Duce Mercurii *articul.* 23. indistincte loquitur, inter præsentes scilicet tumultus præscriptiones cursum suum non habituras aduersus vllas personas nec vnius nec alterius partis neque peremtiones, vsque ad diem datæ istius approbationis, 26. Martii 1598. Quo ad peremtiones, Parisiis obseruari vidi, & in Sede Præsidiali Bituricensi, æquitas quippe cum eadem sit in præscriptionibus, idem ius desiderat, adeo vt teneri oporteat, quemadmodum tempore tumultuum nemo coactus fuit instantias cęptas persequi, quo peremtio impediatur: ita pariter nemo nouas actiones ad euitandam præscriptionem intẽtare cogi potuit. I. C.

Edictum Britanniæ, præscriptionem turbarum tẽpore non currere.

TITVL. IV. DE MACEDONIANO.

ARRESTVM I.

Macedonianum nonnisi de mutua pecunia loquitur: propterea tamen, vt ait Scæuola. *in l. Quia quod vulgo. ff. ad Macedo.* huiusmodi Senatusconsultum non ad verba referendum esse, sed ad numerationem. Quam ob causam, Si mercator quidam prædictum senatusconsultum offendere metuẽs, loco pecuniæ merces suas filiofamilias aut minori vendat, citra autoritatem patris, tutoris vel curatoris ipsum cõuentione inita obliget, idem id est, ac si mutuum dedisset. Textus est expressus, *in l. si filiusfam. crediderit, in pr. versic. quod ita demum erit dicendum, si non fraus, &c. ff. Ad Macedonianum.* Ex hac ratione Arresto Parisiensi, die vigiliæ Natalis 1526. consimilis obligatio nulla declarata fuit: & omnibus mercatoribus interdictum, ne tradant aut vendant vllas merces fide de pretio habita filiisfam. absque consensu ipsorum parẽtum, & minoribus absque consensu & autoritate ipsorum tutorum vel curatorum, sub pœna iacturæ mercium & multæ arbitrariæ. Hoc Senatusconsultum Macedonianum autoritate Imperatoris Vespasiani à Senatu decretum & publicatum & rigide obseruatum fuit: non tantum superstitibus parentibus, verum etiam post mortem parentum, filiifamilias aduersus creditores exceptionem huius Senatusconsulti opponere possunt. Ita quippe verba huius Senatusconsulti habent: *Nullius posse filiifamilias bonum nomen expectata patris morte fieri.* Idque primum notatu dignum est. Secundo exceptio Macedoniani non tantum locum habet in masculis, verum ad filias quoque extenditur. Tertium singulare est. Verba Senatus: *Necui, qui filiofam. pecuniam mutuam dedisset*, &c. non tantum de pecunia numerata intelliguntur, verum etiam de frumento, vino, oleo mutuo dato, ex quibus ilico filius familias pecuniam conficere velit & conetur iuxta Constitutionem Imperatoris Iustiniani. Quartum est: Prædictum Macedonianum non habere locum in bonis peculiaribus filiifam. ad quæ creditor agere potest, nec exceptione Macedoniani repelli poterit. Quintum notabile hanc exceptionem non tantum ad liberos primi gradus pertinere, verum etiam ad nepotes & neptes, prout plene nouit & scripsit Archiepiscopus Tarasconensis.

Filiusfam. vel minor ad mutuũ se obligare nõ potest, vt nec ad pretium mercium mercatoris cuiuidã sine autoritate.

Macedonianum post mortẽ patris admittitur.

Macedonianum in filiabus æque vt in masculis.

Et non tantum in pecunia, sed in omni mutuo.

Non vero in peculio.

Item in nepotibus vt in filiis admitti.

II.

Secunda die Aprilis prædicto anno 1526. simile Arrestum datum fuit ei, quod capite 1. continetur, pro Domino Corbino Consiliario in Maiore Consilio, de mulæ emtione, quam in minore ætate celebrauerat, maiore pretio, quam ea valebat, sub prætextu fidei de pretio habitæ.

Idem.

Hoc Arrestum plene refertur *in tit. de Minoribus lib. 16. Tit. 1. cap. 8.* Vide istud cum appendice mea ad quæstionem: verũ miles minor, qui in minore ætate immodico pretio arma & equos emit, beneficio huius Macedoniani vti possit.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IV.

I.

Filius natu maior Domini de Turre, Equitis, Baronis castri rubri post reditum ex Italia Andegauum deuenerat, in misero statu. Reuerẽdus Gabriel Bouuerus Episcopus Andegauensis, contemplatione patris filio isti vestimenta & pannos sericos tradi curauit, ad eum instruendum necessariis, prout qualitas eius exigebat. Sed vt in prouerbio est, qui fideiubet, soluit: & vt Chilo & Pytho duo Philosophi dixerunt, *Sponsionem breuis iactura sequitur*: Dominus Andegauensis mercatori condemnatus fuit, reseruato ei regressu aduersus prædictum Dominum de Turre. In hac actione regressus prædictus Dominus Baro conuentus, coram Iudicibus Præsidialibus excipiebat de Senatusconsulto Macedoniano: & licet merces mutuo præstitæ fuissent, non etiam pecunia numerata, dicebat id in fraudem factum fuisse: insuper filio administratione interdictum fuisse, quod prædictus Dominus Episcopus ignorare non potuisset, propterea eum de eo quod perdituro dederat, actionem intentare non posse. E contrario excipiebatur, hoc in iniuriam prædicti domini Episcopi cedere, si pro Macedone, aut Eulidio, de quo Horatius loquitur, Helluonibus, prodigis ac luxuriosis adolescentulis fauente haberetur, eam præsumtionem in personam adeo eximii creditoris cadere non posse. Quod ipse fecisset: bona fide factũ fuisse: et si de Turre iunior omnibus vitiis, quæcunque tandem dici possent, laboraret, honestius patri futurum ea celare & reticere, quam diuulgare tenuendo debito non immodico: arg *l. 3. §. sed si ex improuiso, l. non omnes. §. A barbaris. ff de re militar. l. Iulianus. ff. de Curat. furios. l. si curator. Cod. de in integr. restit. minor. ca. veritatis. de dolo & contuma.* Quicquid sit mutuum, quod prædictus dominus Episcopus ei dederat, prædictã prętensã interdictionẽ præcedere ac per consequens rationem illam ab interdictione petitam validam esse, nec fraudi esse posse anterioris creditoribus. Iudices Præsidiales Andegauẽses prædictum dominum de Turre tam suo nomine, quam curatorio filii sui condẽnarunt, ad æs prædicto domino Episcopo soluendum: eumque insuper in expensas condemnarũt: à quo is appellauit. Dominus Petrus Rupifortius nihil prætermisit, quod ad amplificandas

Senatusconsulto Macedo. locus non est in mutuo mercium ad vestimenta conficienda necessariarum.

Laertius lib. 1. Chilo 9.

plificandas & exaggerandas caussas instasq; rationes Senatusconsulti Macedoniani pro eo facientes pertinebat: ac multo maiori ex ratione id in Francia nostra locum habere debere, quod liberi in potestate patris non sint, nec obligatio & factum filii, factum vel obligatio patris sit. Quod si ex ratione prædicti Senatusconsulti appellatus nullam aduersus filium actionem habeat, eum minus aduersus patrem habere posse. Bona & qualitatem domus de Turre huic nihil facere, quoniam vt Iurisconsultus ait, in filiosfamilias nihil dignitas facit, quo minus Senatusconsultum Macedonianum locum habeat. nam etiamsi consul sit vel cuiusuis dignitatis, Senatusconsulto locus est. *in l. 1. §. vlt. ff. ad S C. Macedon.* Item vrgebat vitium prodigalitatis, filiumque merces acceptas retrouendidisse. In omnem euentum, iudicium seu sententiam, qua proprio suo & priuatō nomine condemnatus fuerat, defendi non posse dixit, quoniam filius matris suæ defunctæ Dominæ Annæ Chabotiæ bona habebat, ex quibus in dubio, si prædictus Dominus de Turre ipsemet ei dedisset id, cuius nomine dominus Episcopus amice fideiussit, præsumeretur, eum has impensas ei imputaturum fuisse, non vero eas ei donare voluisse, *l. vlt. ff. de petitio. heredit.* Addebat expresse causam istam Præsidialiter iudicatam fuisse. Ego è contrario allegabam, quando in Francia Senatusconsultum Macedonianum obseruaretur, quod conditum tempore & ad orationem Vespasiani Imperatoris (cuius *Claudius* aliquam partem iam contigerat) nos in casu & specie istius Senatusconsulti non versari, quantumuis Curia nullius rationem habuisset, quam solius causæ obligationis: quæ vestimentorum & alimentorum erat. Hac in facti specie cessare decretum Senatus Romani, itemque patrem, quod magis est, teneri de in rem verso, si creditor ad familiam alendam, vestiendam crediderit: si in causam studiorum: si seruus, si filius pecuniam sumpserint, vt sese alerent, vestirent, ex consuetudine patrisfamilias & opibus. *l. quod si seruus. §. 1. §. proinde, l. & ideo. §. vlt. ff. de in rem verso.* Nonnisi de 120. vel 140. libris agi, verum esse, prædictum Ioannem de Turre filium ipsummet in domo patris sui vestimentis, quæ sibi fide prædicti domini Episcopi cōparari curauerat, vsum fuisse. Verum, quod magis est, dicebam, licet ita res se haberet, male scilicet filium vestimentis illis vsum, sufficere tamen ab initio negotium vtiliter gestum, atque bona fide: neque referre creditoris si seruus mutuatus pecuniam ad vestem comparandam, aut nummi perierint, aut ipse vestes perdiderit, etenim sat esse in hoc numeratam pecuniam, *dicta. l. quod si seruus, §. vltimo. & l. sequent. De in rem verso. l. credit. ff. si cert. petat.* Ex eo concludebam, quod si, vt *Cicero* ait, neque boni est, neque liberalis parentis, quem procreatit & eduxerit, eum non & vestire & ornare, præsertim cum se locupletē esse negare non possit, appellantem à Macedoniano sese tueri non posse, quia in rem eius versum esse videbatur: & generaliter cum nulla pecunia numerata, nulla vsurarum mentio facta sit: & quod, cum aliud negotium cum filio familias actum est, licet ex ea causa in creditum eatur, attamen tum demum locus sit orationi, si huic fraus excogitata est: *l. 3. §. is autem. ff. Ad S C. Macedon.* Id quod dici non posset aut præsumi de appellato, qui ob perpetuam in Episcopatu residentiam, & vitæ genus inculpatæ exemplar & speculum complurimorum nostri seculi Episcoporum dici & laudari possit. *Curia*: præsidente defuncto domino primo Præside Magistro, ex gratia appellationem in irritum deduxit: decretumque, id à quo appellatum fuerat, effectum suum sortiri oportere, ne tamē hoc Arrestum ab aliis creditoribus in consequentiam trahi posset: ac insuper appellantem in expensas causæ appellationis condemnauit: 16. Iulii 1560.

Sueto. Trāquil. *in Vespas. c. 11.* Corn. Tacitus *lib. 11.*

De Oratore.

Hoc Arrestum desumsi ex excusis perorationibus Domini Ærodii. I. C.

TIT. V. DE VELLEIANO.

Abolitio siue abrogatio Velleiani Edicto facta mense Augusto 1606. approbato in Curia Parlamenti 22. Maii 1607. hunc titulum ferme inutilem reddit.

ARRESTVM I.

Renunciatio Velleiani non declarata sufficit.

SI mulier verbis generalibus non expresso beneficio Velleiani, prædicto priuilegio renuntiauerit, dummodo tamen in genere Velleiani mentio fiat citra expressam declarationem, non admittenda est, si eo vti velit. Atque in simili casu mulier quædam rescripto à se imperrato restitui postulans, Arresto Parisiensi, 19. Februarii 1544. pro domino *de Creuecœur*, repulsam tulit. Notarius tamen multo melius fecerit & partiū contrahentium bono, si mulieri prędictum priuilegium declaret, eamque interroget, vtrum ea ei renuntiare velit, ac adiiciat, si videlicet nupta sit, *quomodo ea renuntiauerit priuilegio Senatusconsulti Velleiani, & Authentica, Si qua mulier, Cod. Ad Velleianum, quæ ei exposita fuerunt, quæque sese bene intelligere dixerit, ex prædictis scil. iuribus. mulierem neque fideiubere neque se pro debito alterius, nominatim mariti sui obligare posse, nisi iis expresse renuntiauerit.* Quod si ea innupta sit, sufficiet prædicti Velleianei mentionem fieri, & tum huiusmodi renuntiatio valet, *l. Iubemus, & l. Antiqua. §. Ne autem. Cod. illo tit. & l. pen. Depositi.* In specie quippe prædicti Arresti à matre & filio rogatus: à filio quondam fundum emerat & nummos suppeditarat ad filium ære alieno exonerādum, mater vero vna cum filio indemnitatem & auctoritatem sub generali renuntiatione promiserat, & ob defectum promissæ auctoritatis condemnata fuerat & appellans erat: propterea ius ei resistebat, *l. 2. l. si decipiendi. & l. si mulier in iure. ff. ad Velleianum. & l. Fœmina. Cod. eod.*

V. Lucium *lib. 10. tit. 5. Art. 2.*

Hodie contrarium obseruatur, & necesse est, mulierem specialiter commonefieri, quisnam Velleiani & *Authentica Si qua mulier* effectus sit, & prædictam commonitionem expressis verbis fieri, ita, quæ Notarius mulieri dixerit, quæque plene, late & specialiter schedula contractus contineat: alioquin si nonnisi quoddam Notarii *& cætera* in schedula reperiatur, etsi exemplum seu transcriptum late extensum fuit, respectu mulieris obligatio nulla foret, prout tractatur in Glossa *l. Demetr. ff. ad Vellean.* saluis creditori aduersus Notarium damnis & interesse, qui de iis tenetur. Hinc Curia personalem citationem decreuit aduersus Notarium ex vrbe Flexea, eo quod schedulam & descriptum contractus cuiusdam diuersa conceperat, quantum ad has renuntiationes attinet, Arresto 28. die mensis Februarii anno 1602. ad perorationem datum, quod cum compluribus aliis ad hanc materiam pertinentibus late refertur *in quæst. 55. Notab. mear. quæstio. iuris.* D. Choppinus *ad Consuetud. Parisiens. lib. 2. Tit. 1. artic. 6.* & Caroudas *lib. 2. cap. 43. Responsor. suor.* ea de re alia Arresta refert. Notarius sicut Iudex tenetur de imperitia, *l. Si iudex. ff. de var. & extraor. cog. arg. l. Illicitas §. sicut. ff. de Off. Præsid.* I. C. Extat Edictum mensis Augusti 1606. approbatū à Curia, 22. Martii 1607. quo hæ solennitates abolentur.

Arrestis ob tacit. ...

II.

Mulier quæ mutuo occasionē præbet, exceptionem Velleiani opponere nō potest.

Si constet mulierem sollicitasse creditorem ad mutuum dandum eamque mutuum procurasse, cui postea sese cum debitore instar fideiussoris obliget, quantumuis ea expresse Velleiano nondum renuntiauerit, ad opponendum tamen hocce beneficium non admittitur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi,

siensi, 25. die Nouembris 1545. pro quodam nomine Rolando, aduersus viduam quandam. Idque procedit ex iussu præcedenti, ex quo mulier cum creditore contraxisse visa est: & propterea non admittenda, *l. sed si ego cum muliere. in princip. & l. bona fide. pr. ff. illo titulo.*

Lucius *eod. lib. & tit. Arr. 3.*

III.

Mulier, quæ creditorẽ, vt filio suo mutuam daret, rogauit, exceptionem Velleiani opponere nõ potest.

Mulier quædam Mercatori mandauit, vt filio suo pecuniam mutuam daret, ad certam vsq; summam, cuius solutionem se præstituram promiserat, deque eo postea conuenta, cum videret se rescripto Regio euadere non posse, cumque Velleianum opponeret, depulsa fuit Arresto Parisiẽsi, 26. die Nouemb. 1545. quia in rem suam intercessisse videtur, quo casu Velleiano locus non est, *l. aliquando. in pr. ff. ad Velleian.* sine dubio quippe res sua agitur. Ac licet mater eo quod pro filio suo fideiussit, Velleiano frui non desinat, *l. si cum ipse mutuam. C. eod.* nihilominus ob iussum præcedentem, ea obligationem suam propriam effecit, *d. l. aliquando.*

IV.

Mulier ob cõmunionem cõiugalem Velleianũ aduersus mariti debitũ non habet.

Maritus & vxor operario quodam pro mutuo accepta summa se obligant, vnusquisque eorum solus in solidum. Ex hoc contractu resultat *primo*, vnumquemque illorum loco tertii esse, non vero coniuges simul pro vna dimidia, & operarium pro altera obligari. *Secundo*, quod si prædicti coniuges socii bonorum sint, vxor pro tertia eius & pro tertia mariti sui efficaciter obligatur, adeo vt pro tertia mariti sui Velleiano adiuuari non possit, ex ratione communionis, quæ eam excludit, prout doctissime à Domino Molinæo declaratur *in tractat. contr. vsur. quæst. 36. numero 293. per notat. in l. fina. C. ad Macedon.* Verum quoad tertiam operarii, ea ex obligatione indiuisa non tenetur, ratione Velleiani. *Tertio*, si communio sit inter prædictos coniuges, vxor pro tertia sua, non vero mariti sui aut operarii obligabitur, *Authentica, si qua mulier. Cod. ad Velleianum.* *Quarto*, si vxor eum in modum obligata liberam bonorum suorum administrationem non habeat, verum maritus omnium bonorum administrator sit, sic vt ipsa de bonis suis nihil administret, neque communio sit: tum attenditur, vtrum ex obligatione illa vlla res commodo vxoris cedat, ac pro modo illius commodi, non vero amplius ea obligatur. Sin nihil in rem eius versum fuerit, aduersus omne debitum validam Velleiani exceptionem habet. Eaque sententia est Speculatoris *in titulo de obligationibus. §. ante omnia. versicul. sed porro.* iuncta additione Ioannis Andr. & Baldi *in authent. Hoc amplius. Cod. de fideicommissis.* & Imolæ *in capit. cum contingat. de iureiurando.* *Quinto*, idem foret in communione prædictorum coniugum, si debitum pro negotiis operarii aut alterius tertii contractum fuisset: tum quippe vxor exceptionem Velleiani haberet: is enim verus casus est *l. prima. & l. Senatusconsultum. C. eodem titulo.* nisi quatenus quid ad eius vtilitatem peruenisse constiterit, *d. Authent. si mulier. ibi, nisi manifeste probetur, quod pecuniæ in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensæ sint.* *Sexto*, si debitum pro communione amborum coniugum contractum fuerit, & operarius obligationi nonnisi veluti fideiussor accesserit, nihilque debeat, & à coniugibus antapocham indemnitatis acceperit, tum in solidum Velleianum cessare debet, ob notata capite prædicto, in secundo notabili. Et ad hunc sextum casum, reassumpta primi facti specie, hic operarius, qui principaliter obligatur, & cum affecta addubet, in solidum conuenitur, & soluere cogitur. Is post mortem mariti ad vxorem viduam regreditur ob indemnitatis cautionem præstitam, ab eaque summam, quam soluit, postulat. Ea rescriptum impetrat, quo ad Velleianum admittatur. Is opprobationi intercedit, dicens eam sociam mariti sui defuncti fuisse. Sententia Præfecti Parisiensis ea repulsam tulit, à quo ad Parlamentum appellat, vbi Arresto 1543. dictum fuit, bene iudicatũ fuisse, eamque multam luere oportere. *Septimo*, quod si mulier maior & iuris sui constituta sola contrahat, & pecuniam mutuam accipiat, licet eam alteri donare aut mutuo dare velit, idque creditor probe sciat, obligatio Velleiano obnoxia non est. Textus est *in l. frustra.* & expressius *in l. si fœnebris pecunia. Cod. illo titulo.* nisi expressa collusio & fraus aperta fuerit, mulierem pro fideiussore oblatam, metu Velleiani recusatam fuisse, & inter eos conuentum, melius fore, si pecunia ei mutua donaretur & numeraretur, quæ sese obligaret, eamque postea debitori traderet. Tum enim Velleianum locum habet, qui casus proponitur & expresse deciditur *in l. quidam voluit. ff. illo titulo.* Et aduersus exceptionem hanc nihil aliud replicari potest, nisi probetur, eam pecuniam in vtilitatem mulieris expensam fuisse. *Octauo*, notandum est, quod si mulier immobilem rem suam tertio cuidam vendat, vt ex pretio, quod recipit, mariti sui debitum soluat, hoc casu Velleianum locum non habet, & venditio valida est, si mulier maior 25. annis sit. Isque casus est *l. Senatusconsultum §. si prædia. Cod. ad Senatusconsultum Velleian.* nec restitui debet. *Nono*, si vxor maritum suum à creditore ipsius vexari videat, & ad liberandum maritum, prædicto creditori fundum suum vendat: sane hoc casu Velleianum locum habet, siue prædictus creditor ipsemet emerit ad sibi soluendum, vel etiam à tertio fundum emi curauerit. Idem est, si ea tantundem pro altero debitore, quam marito suo faciat. Isque casus est *l. si mulier. §. item si mulier. ff. eodem titulo.* quæ contraria videtur *l. Senatusconsultum. C. eodem.* Verum si probe & recte duæ illæ leges inspiciantur, nulla contrarietas est. Nam in prædicta *l. Senatusconsultum*, mulier tertio cuidam vendit alteri, quam creditori mariti sui, & ipsemet quæsiuit & inuenit emptorem: at vero *§. item si mulier.* ea creditori vel alteri à creditore supposito vendit.

Velleianũ inter maritum & cõiugem notabiliter declaratũ.

Fraus Velleiano facta.

Mulier quomodo immobilem rem ad soluendũ debitũ mariti sui vendere possit.

Hæc controuersia late tractata fuit à Molinæo, *tractat. de vsur. quæst. 8. num. 291.* vbi tenet, maritum & vxorem in solidum obligatis, & renunciatione facta beneficii diuisionis & discussionis, pro summa quadam ad negotia ipsorum communia mutuo accepta, vxorem in solidum teneri, quantumuis Velleiano non renunciauerit, & communionem non acceptauerit, saluo tamen ei regressu pro dimidia parte aduersus hæredes mariti sui. Et ad *artic. 109. veteris Parisiensis Consuetudinis*, ait, vxorem pro dimidia tantum parte teneri, saluo tamen ei regressu pro prædicta dimidia aduersus prædictos hæredes, quia obligando se proprium negotium gessit, iuxta *l. vir vxori. § vltimo ff. ad Velleianum.* Valla *de rebus dubiis, tract. 13. num. 8.* refert iudicatum fuisse, mulierem pro media tantum teneri. Idem, *inquit ille*, si renunciauerit, cum eadem facilitate renonciauerit, qua se obligauit pro marito Chopp. *ad consuetu. Andegauen. lib. 3. tit. 2. de coniugalibus bonorum societate, num. 4.* in eadem sententia est pro prædicta medietate, modo in rem communem mutuata sit pecunia, eo quod tempore mutui ea communis fuerat, & sic proprium negotium pro parte dimidia gessit, nec nisi pro parte socii intercedere videtur, licet ea communioni renunciet, regressum pro prædicta dimidia aduersus hæredes mariti sui habet. Attamen contrarium in Auditorio iudicari vidi aduersus conclusiones Domini Seruini Aduocati Regii, 9. Martii 1604. inter Claudium Confessionarium S. Cappellæ Parisiensis, appellantem à sententia quadam Libellariorum Palatii, qua habita ratione rescripti Regii a Susanna Heberta vidua impetrati, promissio quædam & syngrapha irritata fuit, confecta à defuncto Carolo Iardino aurifabro ciuitatis Parisiensis, & prædicta Heberta vxore ipsius, quæ appellata fuerat, ob summam

Vxor, quæ pro marito secum obligatur, & cum ipso, nec Velleiano, & authen. si qua mulier. renonciauit, pro qua parte teneatur.

summam 625 coronatorum, respectu prædictæ Habertæ, pro qua se cum marito suo obligauerat, nec Senatusconsulto Velleiano & Authenticæ, *Si qua mulier*, renunciauerat. Contra illius pro appellante asserebat, ad minimum pro parte dimidia appellatam teneri, eo quod debito pendente, & constante communione contracto, ea in rem suam se obligasset pro dimidia, quam in prædicta communione habuerat, allegauit prædictum § *vlt. l. si vir vxori.* & sententiam Molinæi adiungebat, appellatam scilicet, quæ intra decennium à die maioris ætatis restitui se non curauit, non admittendam ad irritandam prædictam obligationem. Dominus Montholonius nepos, & filius duorum Custodum Sigillorum Franciæ pro appellata contrarium asserebat, eam videlicet non teneri, neque in totum, neque pro parte, si prædictis beneficiis non renuntiauit, licet debitum durante communione contractum fuisset, quandoquidem ea ei renunciauerat, imo maiorem partem pactorum dotalium perdiderat, ob quorum restitutionem ea cum aliis creditoribus defuncti mariti sui in tributum venerat. Quatorum ad decennium, ei adhærendum non esse, eo quod syngrapha nulla existente, rescripto opus minime fuisset. Nam quoniam moribus & Consuetudinibus, id quod iuris est, obseruamus pro mulierum renunciatione, & ex dispositione iuris, citra Velleiani & Authenticæ prædictæ renunciationem, obligationem nullam esse, dubium nullum fuisse, quod actus nullus existens idem esset, ac si omnino minime fuisset, & eam ob causam rescriptum minime necessarium esse. CVRIA appellatione in irritum citra expensas causæ appellationis deducta, decreuit id, a quo appellatum fuerat, effectum suum sortiri oportere.

Aduersus contractus ipso iure nullos absque rescripto quis restituitur.

Quod si mulier, prædictis renunciationibus omissis, cum marito suo se obligasset, pro re, quæ in vtilitatem suam non versa fuit, neque communionis, veluti pro constitutione reditus summæ a marito suo ante matrimonium & communionem debitæ, eo casu mulier, quæ Velleiano non renunciauit, vere se pro marito suo obligasse existimatur, & sic non tenetur, & aduersus huiusmodi obligationem restitui potest, eaque obligatio irritata fuit Arresto. quod pronunciatum in purpura, 14 Augusti 1586 à defuncto D. Præside Brissonio, quamuis mulier communione frui possit.

Vide ad quæstiones has & alias huius materiæ, præter authores supra laudatos, Charondam *lib. 2. Responsorum cap.* 44. *& lib. 8. cap.* 23 *& in Commentariis ad Consuetudinem Parisiensem, art.* 252 I. C.

V.

Velleianũ decipiendi creditorẽ occasionẽ præbere non debet.

Parisiis mulier quædam cum quodam, qui, vt ea putabat, & verum erat, multis creditoribus obnoxius fuerat, secundas nuptias contrahit, qua occasione pactis dotalibus, inter illum & illam conuentum fuit, nullam inter illos duos communionem futuram. Aliquo tempore post maritus, qui in quorundam bonorum administratione reliquatus fuerat, in carcerem coniectus fuit ad postulationem proprietarii prædictorum bonorum & creditorum prædicti proprietarii. Vxor ipsius miseratione ducta ad eum carcere eximendum, intercedit, & apud acta Castelleti Parisiensis condemnationem quandam vltro subit, qua dicebatur, maritum eius carcere dimittendum, & vxorem, tanquam sequestrum iudicialem proprio & priuato suo nomine pro media debiti obligandam. Iuxta hanc vltroneam condemnationem maritus carcere dimittitur. Aliquo tempore post ab hac vltronea condemnatione vxor appellat, seque ad impetrandam restitutionem in eo fundat, quod non renunciauit Velleiano, nec vlla inter se & maritum suum constiterat communio, & idcirco se pro eo obligare non poterat. Appellatus allegat, ex Consuetudine Parisiensi coniuges bona communia habere, seque tenorem pactorum dotalium à prædictis coniugibus initorũ ignorasse: hanc viam ad fraudandos creditores tendere: Velleianum dari deceptis non decipientibus, *l.* 2. §. *verba itaque. ff. illo titulo.* Ex his rationibus eam ab approbatione rescripti ipsius depellendam, & in appellatione non admissibilem declarandam. Arresto Curiæ, 14. vel 15. Martii 1551. appellatio, & id, à quo appellatum, in irritum deductum fuit, citra expensas causæ appellationis, nihilominus appellans ad soluendam dimidiã debiti condemnata, citra tamen approbationem vllius inter prædictos coniuges communionis pro aliis debitis: & Arrestum illud ad perorationem datum fuit.

VI.

Velleiani locũ non habet in [illegible] … ne … natu.

Si mulier cum altero venditricem se constituat, & ambo promittant, & vnusquisque eorum solus & in solidum, hoc casu, quãuis mulier aliquo modo pro parte alterius fideiussor esse videri possit, nihilominus Arresto Parisiensi, 23. die mensis Februarii anno 1545. iudicatum fuit aduersus hæredes dominæ Annæ *de Colligny*, pro Ioanne Oleardo, Velleianam in venditione locum non habere, quoniam (dicebatur tum) multum interesset inter fideiussionem & venditionem, itemq; emptorem minime empturũ fuisse, nisi mulier venditricem in solidum se cõstituisset. Tantundem dici posset in proprio casu Velleiani, creditorem non daturum fuisse mutuo, nisi mulier fideiussisset: Cum Velleianum ad omnes casus expresse introducitur, quibus mulier obligationem alterius in se suscipit, siue mutuum sit, siue venditio, siue alius contractus, *l. Senatusconsultum. in fin. C. illo tit. & l. fin. §. item si mulier hereditatem. ff. illo tit.* quinimo venditioni fideiussor adiici potest.

Attamen mulier communioni renuncians, dissoluta illa communione aduersus authoritatis promissionem cum marito in solidum præstitam, pro vendito aut permutato mariti fundo restitui potest. Charondas *lib.* 2. *cap.* 41. *&* 51. *& lib.* 7. *cap.* 44. I. C.

VII.

Velleianũ locum nõ habet aduersus geminati fideiussionem.

Mulier Velleianũ opponere non potest, si bis pro eodem debito fideiusserit, *l. si mulier. C. ad Velleian.* Secundo, mulier condemnata ob debitum, pro quo fideiussit, si huiusmodi exceptionẽ allegare neglexerit, eam ex rescripto Regio post sententiam opponere potest, *l. tametsi. ff. ad Maced.* Hoc præsupposito, cum mulier quædam ob debitum mariti sui condemnata, pignoribus ipsius captis, prædictum priuilegium nõ opposuisset, sponteq; sua officiali executori pignora tradidisset, postea autem rescriptum, quo ad id opponendum admitteretur, impetrasset, ac approbationi illius intercederetur, Arresto Parisiensi, 23. die mensis Nouembris 1543. repulsam ipsa tulit: vltimus quippe consensus geminatæ instar fideiussionis est, aduersus quam ea non admittitur.

Desumptum ex Rebuffo *in Comment. suo ad Constitutiones,* & Imberto *in Enchiridio suo, in verb.* Femme. I. C.

VIII.

Verũ mulier obligata pro marito carcere liberando Velleiano iuuatur.

Arresto Parisiensi, 21. Martii, anno 1528. mulier quædam ad Velleianum aduersus creditorem mariti sui admissa fuit, pro quo sese obligauerat, vt maritus carcere dimitteretur.

Hoc Arrestum desumptum est ex Imberto *in Enchirid. suo, V. l.* 2. *§ fin ff ad Velleian & l.* 3. *C. eod.* Controuersia hæc diuersimode Arrestis iudicata fuit: eorum quippe vnum vidi de 25. Februar. 1551. quod datum ad perorationem: quo mulier quædam, cui nulla cum marito suo communio erat, seque pro debito obligauerat, ob quod maritus in carcerem coniectus fuerat, nihilominus pro media condemnata fuit, & decretum, obligationem ex bonis mulieris pro media, & pro altera media ex bonis mariti soluendam, vt ex fructibus bonorũ constante matrimonio prouenientibus, attento eo, quod eorum dominus esset, & onera matrimonii sustineret, eo non obstante, quod nulla communio fuisset: hodie obseruatur, mulierem ob supradictam causam obligatam valide obligari, etiamsi prædictis priuilegiis non renunciauerit, non quidem captura corporis, verum pignoris capione, & venditione mobiliũ & immobiliũ, iuxta Arrestum quoddam 22. Maii 1576. & 27. Nouemb. 1555 quæ refert Bacquet *tract.* 5. *c.* 22. *num.* 123. alia de 19. Iunii & 5. Augusti 1600 quæ tradit *in quæstione mea* 52. Licet Charondas *lib.* 8. *cap.* 23. Arrestum

Turo-

Turonense referat, quo mater quædam, quæ pro filio suo se obligauerat & fideiussorem constituerat, coram Iudicibus Consulibus Turonensibus, nec Velleiano & *Authentica Si qua mulier*, renuntiauerat impetrato rescripto Regio, quo aduersus prædictam fideiussionem restitueretur, a prædicta fideiussione & obligatione liberata & exonerata fuit 1. Decembris 1592. pro quadam domine Lanuea, aduersus Iacobum Tourlerellum. Ad enodanda hæc Arresta, hanc distinctionem adhiberi audiui, quam D. Aduocatus Catholicus Seruinus retulit in quadam causa perorata in Auditorio, aut mulier obligatur, pro marito in iudicio coram maiorib. Iudicibus, exempli gratia Balliuis & Seneschallis, nec renuntiationem facit: hoc casu obligatio valere non desinit, eo quod autoritas horum Iudicum hunc defectum supplet: non vero quæ coram Iudice subalterno vel Iudice Consulari, quæ Iurisdictio quædam extraordinaria est non adeo pridem introducta pro mercatoribus, quo casu Iudices hunc defectum supplere non possunt I.C. Et nota, mulieres tantum fauorem habere, vt Curia iudicauerit, eam quæ proprium fundum pro debito mariti sui incarcerati vendidisset, etsi debito modo autorisata fuisset & renuntiasset, nihilominus eam aduersus prædictam venditionem restituendam, & possessione ad derelinquendam et fundorum possessionem condemnatus fuit, refuso pretio, sumtibus & impensis legitimis, & Curia Arresto suo, quod datum inter Simonem Tarioum appellantem & Magdalenam Heraldam appellatam. 24. Augusti 1584. compensauit fructus cum pecuniæ vsuris. V. Charondam *libro 3. cap. 42* I.C.

IX.

Velleiano non obstante iuramento locus est.

Supra *lib. 9. tit. 6 de iureiurando*, Arresto 23. notatur, *cap. Ex rescripto. De iureiuran.* in Francia non obseruari, pura, non obstante iureiurando à muliere fideiubente de non contraueniendo præstito, eam Velleiano iuuari, idque proponere posse, vbi per prædictum Capitulum citra renuntiationem & expressam Velleiani prædicti mentionem, solum iusiurandum huiusmodi exceptionem supplet.

X.

Mulier quomodo se ad corporis capturam obligare possit.

Non sufficit mulierem ad sese debito modo obligandam, renuntiasse Velleiano & *Authentica Si qua mulier*. Nam si quis velit eam ad corporis prehensionem obligare *, necesse erit, vt ea renuntiet *Authentica Sed hodie. Cod. de offic. diuers. iudic.* & alteri *Auth. Hodie. De custod. & exhibit. reor.* quæ ei declarandæ, fœminas scil. pro debitis ciuilibus, siue pro alterio siue pro semet in carcerē cõiici non posse. De quo eo Arrestum Parisiense extat, anno 1563. quo obligatio ad corporis capturam à muliere inita citra prædictam renuntiationem, nulla declarata fuit.

* *Articulum* 54 de quatuor mensibus *Constitutionis Molinensis*, aduersus mulieres nuptas locum non habet, non magis ac aduersus Presbyteros, prout late hoc tractauit D. Robertus *rer. iudicat. lib. 2. tit. 6* Charondas *lib. 9. Responsor cap. 50* & ego *in quæst. mea 7* neque se ad corporis capturam obligare possunt, nisi publicæ mercatrices sint, idque pro negotiatione fiat. Charondas loco præcitato *& lib. 6. cap. 43.* quique eas sibi sub incarceratione personarum suarum obligari facit, eas prædictis quoque Authenticis renuntiare necesse est: ea de re late scripsit Bacquetus *tractat. de Iur. Iustitia cap. 15. num* I.C.

XI.

Mater pro filio incarcerato se obligans, Velleiano non iuuatur.

Francisca Ribotia creditori cuidam pro filia sua se obligat, quæ carcere detinebatur, ad eam carcere liberandam, Velleiano tamen obligatione sua non renuntiat. Postea conuenta & soluere coacta, eo se tueri vult, quod prædicto Velleiano non renuntiauit. Partes coram Balliuio Blesensi vel Locumtenente eius audiuntur, à quo dictum fuit, non obstante prædicti Velleiani renuntiatione omissa, à quo prædicta Francisca depulsa fuit, prædictam obligationem executioni tradendam; quæ ad Curiam Parisiensem appellauit, vbi Arresto 27. Decembris 1581. appellatione in irritum deducta decretum fuit, id à quo appellatum fuerat, effectum sortiri oportere cum expensis causæ appellationis, perorante Valla pro appellante, & Massonio pro appellato. Causa euidens erat, quoniam mater debito naturæ officio fungeretur ad subsidium filiæ ferendum: atque ita ipsius negotium erat.

Imbertus *in Enchiridio suo, in verbo Femme*, pariter iudicatum fuisse Arresto, 26 Nouembris 1545. refert. V. quoque Arresta, quæ *in quæstio. mea 52* retuli, eo quod mulier pro filio suo se obligans pro se ipsa sese obligare censetur, non vero vere pro altero intercedere; cum mater & filius eadem censeatur persona, quo casu non habet locum Velleianum, *l. Aliquan. 6. Cod. Ad Velleia.* item quotiescunque obligatio à muliere initur fauore pietatis & libertatis, exempli gratia, quando pro liberando filio suo & marito suo se obligat, cessat SC. Velleianum *l. penult. & 1 lt. Cod. ad Velleia.* V. quæ notantur ad *Arrestum 8.* supra, & Bacquetum prædicto loco, & *cap. 22. num. 124.* & Charondam *lib. 8. cap. 23. Responsor. suor.* I.C.

XII.

Verum Velleianū locum habeat, si mulier ratum habuerit contractū à marito initum, nec de eo renuntiauerit.

Arresto, quod datum inter Franciscum d'Esteuf appellantem à sententia quadam Libellariorum Palatij: & Ioannem Robertum Dominum de Tauuenay appellatum, ad perorationem 14. Martij 1595. iudicatum fuit, Velleianum locum habere, quando vxor ratum habuit contractum constituti reditus à marito celebratum tam suo nomine, quàm Procuratorio vxoris suæ mandato nixus, eaque ratihabitio specialem Velleiani & *Auth. Si qua mulier*, renuntiationem non continebat, verum generalem omnium beneficiorum in fauorem mulierum introductorum. Secus, si contractus à marito initus fuisset tam suo nomine quam negotium vxoris suæ gerente, quem ratum habituram promiserat, & eam ex nunc hanc ad rem autoritate instruxisset cum expressis & specialibus Velleiani & *Auth. Si qua mulier*, renuntiationibus: hoc quippe casu contractus legitimus & validus iudicatus fuit, licet mulier prædicta ratihabitione prædictas renuntiationes alioquin non peregisset. Arresto quod datum pro D. Rubentello Consiliario in Curia, appellante à Libellariis Palatii, 10. Iunii 1594. quæ Arresta cum aliis limitibus plene extant *in quæstio. meis 53. & 54.* I.C.

XIII.

Mulier quæ vendidit & ad ratum habendum pro tertio se obligauit, Velleiano non iuuatur.

In prædictis quæstionibus Arresta referuntur, vnum de 14. Octobris 1595. aduersus Ludouicum Foresterium in 3. Camera Inquisitionum, alterum Parlamenti Turonensis, ad perorationem 4. Ianuarii 1593. quibus iudicatum fuit, mulierem, quæ sese ad ratam habendam venditionem à se celebratam obligauit, aut quæ se cum liberis suis venditricem constituit, Velleiano non iuuari. Ratio hæc est, quia obligationi non accessit, verum ipsa se obligauit. I.C.

TITVL. VI. DE COMPENSATIONIBUS.

Ad hunc titulum solemne ac consuetum dictum referri debet, *Reconuentionem in Francia locum non habere.*

ARRESTVM I.

Compēsationes absque rescripto non admittuntur.

COmpensationes hodie in Francia absque rescripto Regio non admittuntur, prout iudicatum fuit in Prouinciis Consuetudinariis, Arresto Parisiensi 29. Iulij 1541. Quoad prouincias iuris scripti,

tenetur compensationem absque rescripto opponi posse, dummodo ea actoris executionem aut repræsentationem per prouisionem non impediat, verum in principali compensans audiri debet, *l. 2. & l. si constat. Cod. de compensat.* & per Aufrer. *decis. Tholos. 92.* Semper & per omnia compensatio admittitur, si forma exceptionis fundatæ super pacto de non petendo, opponatur, veluti si creditor debitori suo promisit, se ei allocaturum supra summam principalis debiti alterum debitum, quod ipse debitori debet, si creditor prædictam compensationem se facturum promisit: ea quippe expressa est exceptio citra reconuentionem, itemque forma retentionis opponitur, quæ in terminis compensationis admittitur, prout ait Philippus Corneus *in consi. 61. ad fin. vol. 3.* & Boetius *ad Consuetud. Biturig. tit. de Iurisd. §. 8. Glossa 1.* & Imbertus *lib. 1 Instit. for. §. è diuerso exceptiones gloss. 1. cap. 35.*

II.

Cessionarius compensationem non impedit.

Compensatio opponi & locum habere debet aduersus cessionarium debiti, per *l. si constat. Cod. de except.* & id tenet Ioannes Faber *in §. bonæ fidei. instit. de actio.* Et ita iudicatum fuit Arresto Diuionensi aduersus Dominum Marteum, intercedentem approbationi rescripti Regii anno 1545. ab aduersa parte oblati ad prædictum compensationis finem: & Arresto Gratianopolitano mense Martio 1461. Ratio est, quia compensatio est exceptio, quæ rei cohęret, Dynus *in cap. is qui 46. de R. I. in 6.* quare ius debiti cessum transit cum suo onere compensandi ex persona debitoris.

Ita Ranchinus annotauit *ad decisionem 568. Guido Pap.* vnde hoc caput desumtum est, ex Tiraquello *in tracta. Compensationum.* I. C.

III.

Compensatio debiti, cuius dies venit cum debito, cuius dies non venit.

Facti huius species notabilis est: Debitor quidam creditori suo condemnatus fuit in summam certam numerato soluendam. Creditor ob id rogatus & requisitus, debitori indulget, vt quod rei iudicatæ nomine præsenti die solidum debebatur, certis intra biennium diebus, per partes solueretur. Euenit, vt prædictus creditor debitori prædicto, ad litis alterius inter eos constitutæ sumtus condemnetur, quos debitor taxari curat. Creditor hoc videns, rescriptum impetrat ad instituendam compensationem summæ prædictorum sumtuum cum debito, quod is obtinuerat & solutionem eius distulerat. Debitor approbationi intercedit & repræsentat, quomodo compensatio loco solutionis sit, & si ipse compensationem hanc in effectum daret, se debitum soluturum, ante solutionis diem. Is quippe nondum debet vsque ad hunc vel illum diem, cui necessario, ceu prioris nominis nouationi standum sit. Creditor dixit, quod ex humanitate fecerat, in odium suum non esse torquendum. Arresto Parisiensi 18. Februarij 1550. dictum fuit, prædictum rescriptum approbandum esse & compensationi nihil obesse, quod dies solutionis non venisset.

Arresto fuit iudicatum 1531. quod compensatio potest opponi à debitore creditori, si ille debitor soluerit alii creditori sui creditoris. Et licet is ipso iure non liberetur, ope exceptionis doli, potest tamē liberari. Baldus *in l. si solutam. ff. de pig. act. & l. si opera. de dol. except.* T. Lucius *lib. 10. Tit 6. Art. 4.*

IV.

Cōpensatio pro se...

Cum quidam in Curia fundo quodam hastæ publicæ subiecto licitatione vicisset, neque intra præfinitum tempus summam, ad quam vsque licitatus fuerat numerasset, ad hoc faciendum conuenitur & aduersus eum heres eius qui subhastationi peragendæ instirit, libellum Curiæ offert ad eum prehendendum quo apud Acta summam deponat. Licitator alterum libellum Curiæ offert, quo dixit, prædictam quæ subhastationi peragendæ instirerat, sibi ad quandam pecuniæ summam condemnatam fuisse, atque sub prætextu huius debiti se prædictum fundum licitatum fuisse, ea fiducia fore, vt prædictum debitum compensaretur, alioquin se non licitaturum fuisse. Postulat, vt Curia sibi compensationē prædicti debiti decernat, residuum se apud Acta numerare paratum. Hic libellus ad Auditorium remittitur, & heres litigans intercedendo approbationi illius ait, prædictum debitum non esse liquidum: & allegat, prædictum Arrestum executioni traditum solutionemque secutam. Insuper repræsentat, hūc licitatorem sequestrum iudicialem esse, consequenter compensationem postulare non posse. Licitator excipit & ait, Arrestum, quod ad manus habeat liquidum & pecuniæ instar esse.

Curia Parisiensis Arresto suo die Iouis 13. Martij 1521. decreuit, heredem intra 13. dies de quittantia prędicti debiti fidem facere oportere, & in eius defectum licitatorem supradictum Arrestum in Acta referre posse, quod loco summæ ex eo debitæ futurum sit, itemque cum residuum licitationis suæ & oblatę summæ deponere teneri. Arrestum istud summopere notandum est, & paradoxum videretur; compensationē depositario iudiciali tribui, aduersus dispositionem *l. si quis vel pecunias. Cod. deposit.*

V. *l. Quod in diem ff. de Compensatio.*

V.

Si ambæ partes litigantes, vna aduersus alterā, litis sumtus obtinuerint, postea vna pars ad vexandam alteram & compensationem euitandam executionem sententiæ suæ tertio cuidam cedat, pars ea aduersus quam cessio fit, validè executioni se opponere potest, & rescriptum compensationis impetrare tam aduersus eum qui obtinuit & cessit executionem, quàm aduersus prædictum tertium in instantia oppositionis rescriptum illud allegare: ac ha ne in prædicta oppositione & approbatione prædicti rescripti compensationis fundabitur, non obstāte prædicta cessione sumtusque litis obtinere debet, prout declaratum & iudicatum fuit Arresto, quod inter Arresta alia pronuntiatum, 23. Iunij 1547. Hanc ad rem conformes & expressæ sunt. *l. Venditor actionis. §. nominu venditor. ff. de Hered. vel actio. vend. & l. si constat. C. de except.* Cōpensatio fit aduersus cessionarium tertium.

V. Charondam *lib. 10. Resp. cap. 21.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VI.

I.

Legatum mulieri relictum cum lucro nuptiarum consuetudinario minimè compensatur. Arrestum Tholosanum 26. die Aprilis 1505. quod refert Wilhelmus Benedictus *in c. Raynutius, in verbo: & vxorem nomine Adelasiam. num. 63. de Testamen.* Doctores *in Authentic. Præterea. Cod. vnde vir & vxor.* tenent, istud non nisi in lucro conuentionali locum habere, Verum Corrasius *lib. 3. Miscellan. cap. 1.* in hac sententia est, indistincte videlicet vtrumque debere, Legatum mulieri relictum cōpensatur cum lucro conuentionali.

deberi *l. creditorem, de legat. 2. l. vnic. § primum it. sq. Cod. de Rei vxor. act.* Eaque sententia confirmabatur ab Vlpiano *in Regulis suis. tit. de decim. in fin.* Ita tenet Feronius *ad Consuet. Burdegal. tit. de dote. §. 6. eiusdem farinæ.* Quantum ad lucrum conuentionale Iason. *consil. 123. lib. 4.* de eo latissime disputat & tenet, legatum cum eo non compensari. T.

TIT. VII. DE CONTRACTIBVS vsurariis, emtionib. redituum immodicorum, reductione & moderatione illorum.

Vsuræ prohibentur Concilio Niceno, *47. dist. c. quoniam.* & vsurarij communione & sepultura priuantur, *c. quia in omnibus. ext. de vsuris.* Vide *Deut. 23. Ezech. 18. Mat. 5. Luc. 6.* Aristotelem *1. Polit. cap. 5.* Plutarchum *lib. de non fœnerando.* Catonem *1. de re rustic.* Ciceronem *2. Offi.* Edictum expressum *Philippi Pul. bri* 1361. Constitutionem *Ludouici XII anno* 1510. *Arti 64.* xxiv. die Nouembris 1576 Arresto & ad postulationem Procuratoris Catholici Regii, iniunctum fuit, inquisitionem vsurarum fieri, omnino etiam per censuras & monitiones, cognitione & reuelatione nihilominus Curionibus reseruata. & appellatione, postea cognitio eius attributa fuit in prima Inquisitionum Camera B. Ad materiã huius tit. Vide Caroli Molinei *tractatum de vsuris*, & Grimauderum, *de contractibus pigneratitiis* I C.

ARRESTVM I.

Pretium vsurarii venditarum ab emtore repeti nõ potest.

INter pacta in emendis reditibus tria valde notabilia sunt, ad quæ bene attendendum est: corruptio quippe illorum planè contraria est substantiæ huiusmodi contractuum hodie permissæ. Primum pactum est, vt pretium venditori ità tradatur, vt perpetuo ipsius manere possit. Nam si dictum fuisset, creditorem & emtorem, quandocunque ei ita videbitur, vel intra tempus ab iis præfinitum, pretium suum recuperare & repetere posse, huiusmodi pactum illicitum est & contractum per omnia nullum & vsurarium redderet. Posito quippe vsuras propriè non nisi in mutuo contrahi, & mutui proprium esse, recuperare id quod mutuo datur à creditore gratuito absque lucro vel præmio *l. si tibi dec. in pr. ff. de pact. & l. Rogasti. § si tibi. ff. si cert. petat.* Si res alia, præter eam quæ à creditore data fuit, reddatur, omne istud nihil valet, nec obligationem efficacem parit. Item posito, in emtione emtorem pretiũ numerare, facultate cogendi venditorem ad pretium prædictum refundendum non retenta: sanè si [illegible] num foret, venditio non perficeretur, non magis ac si dictum fuisset, *si res vendita emtori displiceret, eam eum intra tempus quoddam reddere venditori posse*, prædicta venditio in suspenso est; *l. si conuenit. ff. de rescind. vendit.* & adhuc hoc casu restitutioni fructuum locus est. Atque ita, quoties in emptione reditus emptor sibi potestatem retinet cogendi venditorem suum ad restituendum sibi pretium & sortem, id naturam mutui sapit, non autem venditionis, neque valet. In omnem euentum si valeat, emtor pretium suum absque interesse recipiet, & quod vltra pretiũ receperit, in sortem principalem computabitur. Secunda conuentio est, vsuras duodecimam sortis excedere non debere, alioquin ea illicitè & vsurario modo constituitur & venditur. Quod si Curia huiusmodi contractus adeo immodicos nonnullos non annullauerit, tamen eos perpetuo ad quinam denariam vel etiam ad duodecimanam rationem reduxit & temperauit, quæ ratio ad summum neque amplior constitui potest, iuxta sententiã Ioannis Andreæ *in addit. ad Speculat. tit. de vsuris in 1. addit.* de quo eo D. Tiraquellus *in tract. de retract. lineari, §. 1. gloss. 6. num. 19.* laudat complurima Arresta Parisiensia. Tertium pactum est, vsuras perpetuo & pro arbitrio ac voluntate debitoris redimi posse. Et postremum hoc duo capita continet, vnum negatiuum, affirmatiuum alterum. Negatiuum est, debitorem ante quinquennium, quadriennium, aliudue tempus vsuras redimere non posse: atque ob vitium huius pactionis, contractus plane nullus est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus quendam nomine Castelloprestum. Hæcque pactio interdum altera pactione indirectà velatur: puta, si venditor reditum redimat, prædictum reditum integrum anni cœpti soluere tenebitur: atque tum idem vitium est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 9. Aprilis, anno 1513. Alterum caput affirmatiuum est, puta quando dictum fuit, venditorem intra quinque vel sex annos prædictum reditum redimere posse, tum huiusmodi pactio non valet, nec ea obstante redemtio perpetuo admittitur. Verum etiam contractus nullus nihil aliud efficit, quam prædicta pactio: residuo legitimo valido permanente. Nec vnum idemque est, quoniam negatiuum ob nullitatem efficacius est, quam affirmatiuum, prout notatur *in l. Hoc genus. de condit. & demonstratio.* & per Dec. *in l. 1. Cod. de pactis.* Tantumdem de acceleratione temporis dici posset, quando scil. reditus citius solui debet, quàm annus compleatur. Atque tum si is duorum, trium aut septem dierum sit, ob modicum dierum spatium ratio eius non habetur: verum de quindecim diebus detrahitur, quod huic tempori detraheodum est: ac si notabilis sit acceleratio, veluti quinque aut sex mensium, id computatur. Neque in temporali hoc vitio, occasio præbetur contractum nullum constituendi: verum pactionem tantum & vel sortem vel reliqua diminuendi & detrahendi id, quod eo tempore solutum fuit. Nihilominus huiusmodi pactio admodum suspecta est, & aliis exiguis argumẽtis seu indiciis accedentibus ad contractum planè nullum declarandum facit, si sola non sit, sed aliæ coniecturæ vsurariæ & nullitatis accedant. Iuxta quæ ea contractus quidam plane nullus & vsurarius declaratus fuit, Arresto Parisiensi, 27. die Martij anno 1518. pro quodam nomine Gobachio, appellante à Præfecto Parisiensi, aduersus Ioannem Brunum creditorem. Et loco eius, quod prædictus Præfectus super pactione quadam iudicauerat, quo ad accelerationem tantum duorum mensium, prædictam pactionem nullam fuisse, duobus illis mensibus debitori computatis, residuo contractus in vigore suo manente: Curia emendato eo, iudicauit contractum planè nullum, aliis coniecturis prædicto accelerationis vitiis adiunctis occurrentib. Desumtum ex prædicto Domino Molineo.

Reditus duodecimariam rationem excedere nõ debet.

Redit. contus sub cõditione, ne intrà certũ tempus redimi possit.

Redit. venditus sub facultate redimendi intra quinque vel 6. annos.

Reditus cuius primus terminus annum integrum non conficit.

Loeius *lib. 7. tit. 6. Arr. 3.*

Anno 1531. notabile quoddam Arrestum datum fuit pro Ioanne Paruo, qui reditum redimibilem intra triennium cõstituerat, quo dictum fuit, facultatem illam à die constitutionis vsque ad 30 annos currere debere. Verumtamẽ principalis constituens corporali prehensione seu incarceratione coerceri cogique potest ad redimendum prædicto tempore, ad fideiussorem exonerandum Iudicatum 14. die Augusti 1559 Quomodo iusto reditus in coronatis constitutus & 10 coronatis redimibilis fieri debeat, valore coronati in constitutione non adsignato: Vide Arresta pro Præside Bouino, mense Augusto 1560. & mense Nou. pro Domino Semino correctore, 1576. B.

II.

Illustris Petrus Battonius, Eques, Vice-Comes

Redit⁹ vulgares nulli sunt ob pactionem nullam: lenes non item.

de Mon bas & Dominus de Faij prope Nemorosium,
anno 1520. Dominæ Grautllanæ octingentas libras
reditus annui, pretio viginti millium librarum Tu-
ronensium vendit, ea pactione, vt prædicta Domi-
na per se frueretur & possideret Castrum, iurisdi-
ctionem, dominium & pertinentias prædicti Faij:
perciperet fructus pro solutione reliquorum, ci-
tra deductionem in casu redemtionis eius, quod fru
ctus plus valuissent, quam prædicta summa octin-
gentarum librarum annuarum. Itemque nisi præ-
dictus Barronius intra octo annos prædictum redi-
tum redimeret, dominatus iste prædictæ Dominæ
acquireretur pro prædicto reditu. Dominus de Mont-
bas octo annis elapsis cum videret prædictam Do-
minam firmum postremæ pactioni insistendi pro-
positum habere, rescriptum ad Præfectum Parisien-
sem vel Locumtenentem ipsius directum impetrat,
eum in finem tendens, vt prædictus contractus nul-
lus declararetur. Et vt eo deueniret, tria illicita pa-
cta allegat. Primum, immodicum reditum:
nam pro viginti millibus prædictam Dominam, lo-
co octingentarum librarum reditus, accepisse fru-
ctus Faij, qui conscendebant habita ratione eius
quod tempore prædicti contractus & postea prædi-
ctus dominatus valuisset, singulis de more annis,
ad sortis duodecimam, omnibus oneribus dedu-
ctis, loco eius, quod prius reditus venditus fue-
rat ratione vicena quinaria vel circiter. Secun-
do prædictum debitorem coactum fuisse ad præ-
dictum reditum intra octo annos redimendum,
se perpetua id faciendi facultate priuatum: cæte-
sum ex sententia Baldi *consil.* 437. *volum.* 1. *& consil.*
184. *vol.* 3. huiusmodi restrictiones vsurarias esse.
Tertio pro debito viginti mille librarum se coactũ
fuisse derelinquere fundum quinquaginta millibus
librarum valentem. Aliæ nullitates tam accelera-
tionis, quam ex alia causa opponebantur. Sen-
tentia Præfecti Parisiensis prædictus contractus,
nullus declaratus fuit, & omnia sorti imputata: à
quo prædicta Domina appellat ad Parlamentum
Parisiense, vbi Arresto anni 1535. appellatiue & eo,
à quo appellatum fuerat, in irritum deductis: & e-
mendato iudicio, omnes conuentiones vitiosæ &
nullæ declaratæ fuerunt. Cæterum emtio reditus
legitima & valida, & appellans condemnata, vt à
fundo *de Faij* & pertinentiis illius desisteret, & pos-
sessionem prædicto domino *de Montbas* derelinque-
ret, eiq; quos fructus vltra prædictum reditum per-
ceperat, restitueret. In executione istius Arresti com-
pertum fuit, id quod prædicta Domina vltra reditũ
perceperat, tam quoad pluris valorem fructuũ, quã
quoad cæsa ligna cædua, & non cædua indebite cæ-
sa ad summam decem mille librarum Turonensiũ
summam ascendisse. Altero Arresto subsequenti
media pars istius reditus emta declarata fuit, & in
residuo redimibilis toties quoties, decem millibus
libris refusis. Ratio huius Arresti est, (ne primo
intuitu compluribus in simili materia cõtrarium vi-
deatur) quod reditus tam iusto pretio venditus
fuerat, & ratione vicesimaria & supra: atque tum
alia iudicandi ratio est, quàm in reditibus vulgarib.
qui ratione duodecimaria, aut quindecimaria &
infra vicesimariam rationem constituuntur: po-
stea quippe vitiosa & reprobata contractus plane
nullos reddunt, si de prædictis vulgaribus reditibus
agatur, non vero si quæratur de reditibus ita leuibus
& gratiosis ratione vicesimaria & supra constitu-
tis: prædictæ quippe pactiones tantum nullæ sunt,
contractu saluo, integro & valido manente. Nam
sæpe hoc pretio reditus fundi & agri in perpetuum
citra luitionis facultatem emi posset. Itque reditus
comparari posset acquisitioni fundi & rei immobi-
lis: nec determinari debet, vti reditus vulgares in lo-
cum vsurarum subrogati.

Desumtum è prædicto Domino Molinæo Aduocato præ-
dicti Domini *de Montbas*.

III.

Venditio ex consuetudine vsuraria.

Arresto Burdegalensi, quod absque data allegat
D. Boerius, dictum fuit, nisi tribus his concurrenti-
bus: Primo, consuetudine emtoris vsuraria: Secũ-
do, modico pretio: Tertio facultate & potestate
redimendi, venditionem vsurariam declarari non
debere, per *cap. Ad nostram: de emtio. & vend.* Nam
si modicum pretium & prædicta facultas tantum
sit, nihil faciet: quoniam ex dispositione iu-
ris communis, quantum ad pretium, contrahen-
tes se inuicem decipere possunt, *l. Item si de pretio. §.
fin. ff. locat. & in l. in causa. ff. de minoribus.* atque tum
alterum remedium non datur, quam *l. 2. C. de resciud.
vend.* & hæc sententia apud omnes obtinuit, excep-
to Barbatia, qui tenuit, modicum pretium simula-
tum contractum inducere, per textum quendam,
quem ad hunc effectum interpretatur, *in cap. 1.
versic. quis enim dubitat. Qual. olim. feud. alie. pot.*
Quantum vero ad consuetudinem vsurariam, ci-
tra pretium modicum & facultatem luitionis, mul-
to minus adhuc contractus nullus erit: propterea
quod vsurarij sæpe legitimo modo contrahunt: pro-
vt ait Boerius *decisio. 102. num. 1. part. 1.* Attamen, si
mutua pecunia vel frumentum præcedat, huiusmo-
di quid vsuram præsumere facit, vt dicit Cardinalis
de Zabarellis *in d. cap. Ad nostram. de emt. & vendit.*
Vel etiam, si præter modicum pretium & faculta-
tem, nonnulla peculiaria mutua, & indicia
nudæ pecuniarum securitatis extent. Nam hoc ca-
su, etsi nulla consuetudo vsuraria sit, contractus pig-
noratitius declaratur: prout Arresto Burdegalensi
iudicatum fuit inter Dominum Chaumontium a-
ctorem ab vna parte, & Dominum Bellomontanum
& vxorem ipsius reus ab altera parte. Non enim sem-
per creditur verbis, sed si indicia quædam & præ-
sumtiones contrahant negocium, vt non sit verisimi-
le quod scribitur, tunc simulatio est, & quædam ve-
lut imago falsi, arg. *l. milites. §. oportet. Cod. de quæstio.*
& Bald. *in l. fin. Cod de edict. Diui Adria. toll. & in l. 1. Cod.
de seru fugit.*

V. Arrestum. 1, *in Appendice huius tituli.*

IV.

Venditio vili pretio sub facultate redimendi.

Si sub prætextu * facultatis redimendi venditor
rem suam immobilem vendat minore pretio, quam
in publica auctione venderet, puta si quidam ex-
tent, qui eam multo cariore pretio sub hastis publi-
cis emere vellent: nihilominus is vilius pretium ele-
git eius, qui prędictam facultatem tradit. hoc casu
contractus vsurarius & illicitus est, licet tertium re-
quisitum *cap. conquestus. de Vsuris*, puta, quod emtor
soleat fœnerari, non pręsto sit. Eaque opinio est
Glossæ *in d. cap. conquestus*, quam Guido Papa ait se vi-
disse obseruatam, iuxtaque eam iudicatum fuisse in
Parlamento Gratianopolitano, tricennio quo in eo
operam dedit.

* Venditio vili pretio celebrata sub facultate redimendi
& conductione venditoris, vsuraria declarata fuit Arresto
Parisiensi, quod datum 14. Iulii 1573. Choppinus *l. b. 2. de pri-
uileg. rustic. part. 1. cap. 6.*

Illustris

V.

Venditio fructuū & postea fundi ipsius ob mutuā pecuniam.

Illustris Ioannes Chalmazelius, Eques Ordinis Regii, dominus sancti Marcelli supra Ligerim *de la Pye*, Sancti Eligij & Villettæ post & durantibus adhuc tumultibus in hoc regno excitatis, pro obsequio Regis & bono Reipublicæ cum inopia pecuniæ premeretur, mutuo eam accipere cogitur. Eum in finem Martinum Ponthum ciuem & mercatorem Lugdunensem adit; & postea bona fide nummos ipsius assecurando, venditionem & cessionem fructuum *de la Pye*, Sancti Eligij & Villettæ, ad sexennium pretio viliore prædicto Pontho facit. Durante prædicto tempore prædictus Dominus Chalmazelius noua pressus inopia à prædicto Pontho de nouo pecuniam mutuam accipit, & alterius cautionis loco ei prædicta territoria seu dominia vili pretio vendit, sub facultate ea redimendi intra certum tempus conuentum, & citra præiudicium prædictæ fructuum venditionis, quæ etiam de nouo confirmata fuit & expressa pactione conuentum, quo casu prædictus venditor intra tempus præfinitum prædictos fundos redimeret, emtorem non ideo minus prædictos fructus sibi venditos percepturum, intra biennium à prædicta redemtione proximum. His ita confectis prædictus dominus Chalmazelius indormit: & ob defectum pecuniæ tempus redemtionis elabi sinit, vt & tempus venditionis fructuum. Ponthus emtor videns se securum, venditorem vero suum adeo impeditum, rescriptum à domino Duce Sabaudiæ, vbi prædicta dominia sita sunt, impetrat, quo capax & idoneus fieret ad possidenda huiusmodi feuda, quæ à sua Excellentia subfeudi titulo, & à Marchione *de Villars* feudi titulo possidebantur. Prædictus dominus Chalmazelius omni opera & medio destitutus, & perpetuis negotiis præpeditus, nec hactenus domui suæ succurrere valens, libellum Dominis Præsidi & Senatoribus Camberiacensibus offert, sub cuius districtu prædicta dominia & fundi siti sunt, omnia quæ supra expuncta ad probandam prædicti venditionis contractus simulationem, qui vtique nonnisi pignoratitius erat ob vile pretium, quod nonnisi tertiam iusti pretij partem constituebat. Itemque ob prædictam facultatem redimendi, & impedimentum prædicti domini eum in finem tēdebat, vt prædictum Ponthum cogeret pretium, iustos sumtus ac legitimas impensas recipere, quarum consignatio facta fuit, sibique retrouendere. Libello rescriptum iustitiæ à sua Excellentia prædictum in finem annexum fuit, & prædictus Ponthus auditus, qui semper obstinatè prædictis conclusionibus opponendo se defendit, tam iustum pretium asserendo, quam omnibus argumentis ad excludendam prætensam simulationem in medium adductis. Super eo partibus à prædicto Senatu probatio iuncta fuit, quam eæ postea respectiuè attulerunt de pretio, mutuo aliisque articulis ab iis propositis & super omnibus, productionibusque in iure constitutis tam super principali quàm super nonnullis attentatis à prædicto Pontho sub finem prætensis, Arrestum à prædicto Senatu Camberiacensi datum fuit, cuius propria verba sequuntur:

Arrestum de la Pye.

Senatus neque prætensorum attentatorum, neque articulorum post inqoisitionum publicationem deductorum ratione habitā, quin vlterius pergendo, prædictos libellos prædictumque rescriptū ab actore impetratum approbando, quantum ad hoc; declarauit & declarat memoratam in iis redamtionem perpetuam, quo facto condemnauit & condemnat prædictum Ponthum reum ad restituenda dominia *de la Pye*, Sancti Eligij Villettæ & bona inde dependentia, de quibus in lite agitur, pretio principali in prædicto contractu expresso refuso, augmento, si quod detur, monetæ soluto, restitutis impensis vtilibus & necessariis & permanentibus iuxta liquidationem earum ad exequendum præsens Arrestum conficiendam. Idque sub onere laudimiorum Dominæ Marchionissæ *de Villars* debitorum, à quibus prædictus dominus actor prædictum Ponthum liberum & immunem præstare tenebitur. Ac præterea condemnauit & condemnat prædictum Ponthum ad restituendos fructus prædictorum dominiorum & bonorum, à 17. Ianuarij 1582. die scil. consignationis in manus Ioannis Croppeti factæ, vsque ad diem, quo prædicta bona plenè atque integre prædicto actori tradentur, & in expensas præsentis instantiæ, à die publicationis inquisitionum, aliis præcedentibus non adiudicatis, inter prædictas partes inuicem compensatis, idque ex causa, liquidatione prædictorum fructuum & taxa prædictarum expensarum Senatui reseruata. Insuper prædictus Senatus manus laxationem prædictorum numorum inter manus prædicti Croppeti consignatorum prædicto domino actori præbuit & largitus est, eosque retrahere permisit. Factum Camberiaci in Senatu & pronunciatum Procuratoribus partium, 2. die Augusti 1584. Principale dubium in prædicta lite non fuit de vtilitate pretii, nam id vltra dimidium iusti pretii erat, cui accedebat æquissimum desiderium recuperandi prædicta dominia & territoria, quæ Maiorum actoris fuerant, & necessitas singularis & extrema, qua prædictus actor mutuum accipere posteaque sub facultate redimendi vendere coactus fuerat. Verum prędictum dubium de qualitate prædicti rei erat, de quo testibus aliove modo non probatum fuit, eum fœnerari scil. solitum fuisse, & contractus ita fictos & simulatos inire. Adeo vt ex tribus aut quatuor præcipuis requisitis, ex quibus probatio simulati contractus desumi potest, (quæ sunt, vilitas pretii, facultas luitionis, consuetudo fœnerandi emtoris, & conductio) in prædicta lite nonnisi duo concurrerent, quæ sanè apparebant & satis elucebant, puta vilitas pretii & facultas redimendi. Nihilominus Senatus ex iustitia & æquitate, cuius à Deo & sua Excellentia instrumentum sunt, præside tum Domino Castellardo, primo Præside in prædicto Senatu, viro amplissimo, doctissimo atque in huiusmodi actibus exercitatissimo, perpendit, ex prima videl. venditione fructuum & altera venditione territoriorū sub facultate luitionis & pacto continuandi post redemtionem fructuum perceptorum, nec tum considerata pretij vilitate, satis videri debuisse; quod quantumuis menno venditionis facta fuisset cum inuestitura & deuestitura, hoc tamen nonnisi ad securitatem nummorum mutuo datorum & sub immodicis vsuris debitorum factum fuisse, adeo vt proprietas eorū expresso discursu ad emtorem transire non potuerit. Ea Labeonis verba sunt in *l. cum manu sata. sub fin. De contrah. empt. Nemo potest*, inquit, *eam rē videri vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorē transeat, sed hoc locatio est aut aliud genus contractus.* Accursius verba illa: *aut aliud genus contractus*; interpretatur de hypotheca & simplici oppignoratione, adeo vt iam necesse non sit rationem habere consuetudinis creditoria contrahentis. Verba

Consuetudo fœnerādi verum requiritur ad resoluendos cōtractus prętensos fictos & simulatos.

Pendente tempore facultatis redimendi venditio non est perfecta.

Labeonis hanc ad rem expressa sunt. Nam siue proprietatis siue possessionis nulla translatio est, ad minimum pura & simplex. Quantum ad proprietatem attinet, ea suspensa fuerat ob tempus redimendi conuentum, quo pendente emtor proprietarius dici nec potuit nec debuit, quoniam venditio perfecta non erat. *Non potest* (inquit Paulus *in l. Rei appellatio latior est. 5. ff. de V. S.*) *id dici perfectum opinesse, nisi quod omni ex parte perfectum est.* Quatorum vero ad possessionem, quanquam tempore prædictæ venditionis, prædictus reus possessor prædictorum fundorū fuisset: is tamen tantum mediante venditione fructuum fuerat, quæ antea ob nummos mutuos & solutionem eorum cum eo celebrata fuerat: atque in eo nihil est, quod proprietatem tangat, minus vero possessionem, nisi ad tempus fructuum venditorū, quod etiam resoluta venditione, durare debeat. Verba Labeonis, quæ in materia nostra propria sunt, minime requirunt, vt creditor emtor huiusmodi contractos ita fictos & simulatos celebrare solitus sit, verum tantum intelligit id accipiendum, quod ex contractus circumstantiis colligi & capi poterit. In Francia complures id adiungere voluerunt, verum id ex necessitate non fuit: sed ad conuincendos eum in modum contrahentes. Alii id expresse reiecerunt, nominatim Aruernenses in Consuetudine sua sane perquàm docte in scripturam redacta & à summæ doctrinæ viris: quibus ea gens semper abundauit, qui facultatem redimendi tantum requisiuerunt, & vilitatem pretii & possessionem, de qua loqui hic non oportet: possessio quippe ob prædictam fructuum venditionem in suspenso erat. Ac quamuis a prædicta Consuetudine aliquod iudicium requisitum fuerit, melius certe esse non potest, quam diuersitas prædictorum contractuum, venditionis primo fructuum, postea vero fundi, vilitas item pretii & qualitas partium contrahentium, puta, nobilis bonæ famæ & illustris familiæ, & mercatoris cuiusdam, qui iusto & legitimo interesse non contentus, immodicum acceptauit. Is solus actus eum conuincere debet. Defleat peccator, qui in vno peccauit, quia cæterorum factus est reus, *cap. defleat, de R. I. arg. l. ait Prætor. 7. §. 1.* per Pompeium. *ff. de minoribus*: & quod ait Caius *in l. & qui soluendo.* sub fin. *De hered. instituendis.*

VI.

Venditio inita sub facultate redimendi & conductionis ratione duodecimaria ad tempus nouem annorum, postea Arresto in contractum constitutionis reditus conuersa.

Dominus Serrantius dominæ Bordezeriæ dominium suum Serrantij vendidit, pretio quadraginta millium librarum realiter solutarum sub facultate redimendi ad nouem annos, & conductione ratione duodecimaria ad prædictum tempus. Hoc tempore elapso neque redemtione facta prædictus venditor fruitur & in possessione fundi permanet. Prædicta Domina, vt eum possessione deiiceret, prædictum Serrantium coram dominis Libellariis Palatii citari curat, & ex rationibus supradictis conclusit ad hoc, vt cogatur sibi cedere prædictum dominium restitutis fructibus ab elapsis illis nouem annis perceptis. Is excipit, se nunquam vendere, sed tantum oppignorare voluisse, seque semper realiter fundum suum possedisse & prædictæ Dominæ actrici vsuras & interesse ipsius nummorum soluisse & continuare paratum. Quod si in contractibus inter se initis mentio emtionis & venditionis, locationis & conductionis facta fuit, omne id imaginarium esse, quoniam venditor in possessione remansit. Omnem quippe venditionem duo extrema præsupponere, pretium & traditionem, *l. Ex empto, in pr. ff. de actio. emti.* Adde quod prædicta Domina post hos nouem annos interesse suum recepisset, itemque pretij vilitas subesset, ratione quoque duodecimaria. Igitur omnia ad reditus constitutionem referenda esse. Maiorisque securitatis ergo, prædictus reus rescriptum Regium offert ad prædictam reditus constitutionem comprobandam & contractum reditus simulatum declarandum. Prædicta Domina Bourdezeria asserit venditionem perfectam fuisse, ex qua soluto pretio ad rem tradendam actio nascitur, *l. Iulianus, §. offerri. ff. de actio. emt.* & quod res iusto pretio vendita sit. Amplius, non obstante facultate redimendi perpetuo in omni venditione licita & concessa, quæque nec maculam nec vitium indicat, *l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit.* prædictam venditionem in simplicitate sua remanere debere. Porro prædictum Serrantium possessorem se dicere non posse: possessionem quippe, quam habuerit, mediante conductione fuisse, sic non sibi possedisse sed domino, *l. quod meo ff. de acquir. possess.* Denique minus adhuc valere, quod prædictus Serrantius dicat, se nunquam vendere intendisse: contrarium quippe expresse in contractu continetur, in quo intentionem suam declarare debuisset, nec eam in mente absconditam retinere, *l. Labeo. 21. ff de contrah. emt. & l. Veteribus. ff. de pactis.* Post hæc omnia, prædicta Domina materiam dubiam videns, quo ea se expediret & se non tam dominium istud, quam suos numos expetere demonstraret, in contractus rescissionem consentit, relictis sibi principali sorte & interesse, & eo quod eius nomine in residuo deberi reperietur: quam conditionem prædictus Serrantius acceptare recusat. Sententia prædictæ Curiæ Libellariorum, habita ratione rescripti Regii à prædicto domino Serrantio oblati, prædictus venditionis contractus in constitutionem reditus commutatus fuit iuxta Constitutionem, atque prædictum Serrantij dominium solutioni prædicti reditus specialiter obligatus declaratus fuit: à quo prædicta Domina Bordezeria ad Parlamentum appellat, vbi Arresto 4. Iunij 1579. pronuntiato à D. Præside Prenorio, appellatione & eo, à quo appellatum fuit, in irritum deductis, prædictus Serrantius appellatus condemnatus fuit, ad derelinquendam prædictæ Dominæ possessionem prædicti dominij Serrantij, vsque ad concurrentem quadraginta millium librarum summam, cumque in finem Curia decreuit, prædictum fundum ad quatuor menses elocandum: prædictæ dominæ Bordezeriæ appellatæ, ob nummos ab ea prouenientes reditum singulis annis ratione duodecimaria prædictæ sortis quadraginta millium librarum soluendum, vsque quo sors integra refusa fuisset, & interesse soluto principali non imputato ac citra expensas tam causæ principalis, quam appellationis.

Forma decendorum contractuum pignoratitiorum, per Arresta postrema obseruata.

Hodie Arrestis postremis in contractibus pignoratitiis (qui ex apposita redemtione, reconductione & pretii vilitate cognoscuntur) tempus & dilatio debitori & venditori præfigitur, ad soluendam & restituendum sortem ab eo acceptam cum emolumentis, iuxta Constitutionem, sumtibus & impensis legitimis: alioquin prædicto tempore elapso, decerni solet, fundos in huiusmodi contractibus venditos pignori capiendos & subhastandos, & nummos creditori vsque ad concurrentem debiti summam tradendos: quo facto creditoribus & debitoribus æqualiter satisfit. Creditori solutione præparata solidi, quod ei debetur, debitori vero fundo ipsius iusto pretio diuendito, plus scil. offerenti & postremo licitatori, id quod desumtum videtur *ex l. si fundus 16. § fin. ff. de pign. & hypoth.* V. Robertum *rer. iudicat. lib. 2. cap. 8.* & ea quæ scripsi *in quæstio. mea 89.* Antea pretium venditionis ad constitutum reditum reducebatur ratione duodecimaria, vel etiam venditori dilatio concedebatur ad retrahendum

hendi suo fundum suum intra certum tempus. quo elapso eũ penes emtorem remansurum decernebatur, iuxta Arresta relata a Choppino *lib. 2. de priuileg. rustic. cap. 16.* V. Molineum. *tract. de Vsuris, quæstio. 65.* & Grimaudetum *lib. 2. de Vsuris, cap. 7. 8. & 9.* I.C.

VII.

Repetitio pretii redituum vsuraria est.

Contractus vsurarius & illicitus declaratus fuit, quo venditor reditus solarij, & pecuniarii, emtori sortem se soluturum, quando ei videbitur, promittit, & prædictum venditorem ad hoc faciendum cogi posse: Arresto Parisiensi, 15. Iunij 1425. Et sanè contractus nihil eius sapiebat, quod contrahentes designare voluerunt, puta venditio, & nimis manifesto vsura committebatur. Id quod in minorib. locum non habet, prout continetur in Arresto 30. infra.

VIII.

Mercator merces suis fide de pretio habita vendens, quando creditu sui reditum emere possit.

Dubium hoc aliquo durauit tempore, & nouissi Arrestis resolutum fuit, puta, vtrum mercator quidam vendens & tradens merces suas, ex pretio earum ab emtore suo reditum vulgarem ratione duodecimaria aut quindecimaria emere possit? Complores tenuerunt, quod sic, quoniam ex iure communi incontinenti mercibus traditis, absque vlla conuentione, neq; interpellatione mercatoris præcedente, ius interesse vsurarii aduersus emtorem pretium non soluentem acquiritur, *l. Iulianus. §. ex venditio. ff de actio. emt. & l. fruct. & l. Curabit. C. eo. tit. & l. emct. in fin. ff. de vsuris.* Quin etiamsi merces traditæ nullius reditus sint. Ac multo maiore ratione vsura & interesse pactione expressa debetur, textus hanc ad rem expressus est *in l. pro auro. Cod. de vsur.* Nec vllum absurdum est, honestum mercatorem hoc medium habere rem suam augendi potius, quam alterum, *l. eos. §. 1. Cod. de vsur.* ac nominatim ratione duodecimaria. Nonnulli distinctionem fecerunt casuum hac parte occurrentium, ad vsum hodiernum iuri conformem. Puta primo, si mercator vendidit & tradidit merces suas pluribus & diuersis vicibus minutatim seu per partes, non vero per auersionem & vna vice ad cognoscendam impositam, neque ab hoc die in crastinum in fraudem legis: verum prout emtor iis opus haberet aut ad vsus proprios aut etiam ad negotiationem posteaque rationibus distractis compertum fuerit, emtorem mercatori certam summam residuam debere. hoc casu, si mercator pro prædicta summa residua à debitore suo reditum ratione duodecimaria emat, emtio illa valida & admittenda est, eique stari oportet dummodo ex tabulis rationum mercatoris appareat, pannos aliasue merces iusto & legitimo pretio venditas fuisse. Nam si pretio iniusto & immodico venditio peracta fuisset, ob fidem de eo habitam, tum suspicio subesset. Item, si debitor huiusmodi merces emisset qualitatem & conditionem suam excedentes, & quisque videre posset, id quodammodo manu factum, vt videlicet pecuniã inde postea suo damno, breuiq; tẽpore redigeret, tum periculũ subesset. Atqi ea de re cõplurima Arresta huiusmodi cõtractus annullantia data fuerunt, facta ad simplicẽ sortem condẽnatione, citra reditus præstationem, intra certum tempus: quo elapso reditus deberetur & validus foret. Verum etiam citra prædictã suspicionem & vitia, & si bona fides subesset, vt supra in primo casu, Curia huiusmodi cõtractus recipit nec illos annullat. Secũdo & altero casu, si mercator merces suas fide de pretio habita vendit, atque ilico & ex tempore pro pretio mercium reditum ab eo, cui merces tradit, emat, huiusmodi cõtractus reprobatur tanquam vsurarius & illicitus: atque de eo complurima Arresta Parisiensia data fuerunt: ac nominatim quoddam quod præ ceteris aliis solemne ac famosum est in hac materia, pro Ioanne Mallio aduersus Rollequinum Feronium, 2. Maij 1513. quæ Arresta valde à se inuicem differentia & diuersa exstitere, iuxta diuersas materiarum seu factorum occurrentium species & rationes, & prout æquitas huius vel illius Curiam monuit. Quantum enim ad postremum, dominus Molinæus annotauit, primo mercatorem merces suas vendentem atque ex tempore reditum pro pretio illarum ementem, duplex compendium facere: puta ex mercibus, quas certe maiore lucro vendit, quam ex vulgaribus vsuris perciperet. Secundo, vendentem eũ in modum citra nummorum solutionem, & debitorem ementem nullo erogato, verosimiliter de maiore pretio conuenire, quam si in numerata pecunia haberetur & numeraretur. Mercatori quippe nihil vtilius esse. Quapropter excessus pretii, reditus ratione duodecimaria aut quindecimaria ad iniustę & immodicæ vsuræ speciem, ob fraudem, quæ hac ratione commissa fuit, accedere potest. Tertio per auersionem vendi cuidam posset, qui ex eo nullum compendium faceret. Prædictaque Arresta locum habent, quamuis breui temporis spatio istud fieret, exempli gratia spatio sex aut octo mensium. Atque ita iudicatum fuit altero Arresto prædicti loci, quod datum fuit aduersus Robertum Ludouicum mercatorem Parisiensem, qui merces mutuo dederat, & extremo triennii curriculo debitor ei reditũ pro debito constituerat & vendiderat, qui annullatus fuit, arg. *l. si venter. § in bonis. ff. de priuil. cred. & l. si quis post hæc. Cod. de præscript.* Idemque foret si mercator reditum certo pretio emisset, quod is postea in mercibus solueret: vel etiam si reditus pro venditis mercibus constitutus fuisset partim, partim vero in nummis: hoc quippe nullum foret, deque eo pariter Arrestum Parisiense extat de 17. Iulij anno 1520. quo dictum fuit si quædam reliqua soluta fuissent, ea de sorte detrahenda esse.

Quod hoc capite continetur, desumtum est *ex quæstio.* D. Caroli Molinei *tract. de Vsuris*, & locum habet, quando mercator ab altero mercatore incontinenti pro mercibus suis reditũ accipit. Secus si ex interuallo ad pias causas & inter alias personas prout reditus iustus ratione duodecimaria iudicatus fuit, pro Capitulo Beatæ Virginis Stampensis, pro 160 libris reditus subrogati in locum triginta frumenti modiorum, pretio quo tum valebat, constituti a mercatore executori testamentario Canonici cuiusdam, qui pecuniam legauerat. Iudicatum 6 Augusti 1560. perorante Boisselo. Cõtractus itidem validus est si mercibus venditis & notabili tẽporis interuallo elapso, debitor pecuniæ pecuniarium reditum super se constituat. Arrestum die Martis, 27. Februarii 1564 perorante domino Thuano. Et notandum est Arrestum, 12. Decembris 1512 quo reditus constitutus partim pro mercibus, partim pro pecunia, declaratus fuit legitimus pro pecunia, nullus vero pro mercibus, *l. si non sortem. § si contum. De condictio. indeb. l. cum amplius de reg. iure* Charondas *lib. 10. Resp. vsf. cap. 21. & lib. 11. cap. 25* ex communi Palatii tenet, reditum pro mercibus constitutum, venditione mobilis, legitimum & validum esse, si iusta & absque fraude cõstitutionis causa sit, eo quod omnia debita, ob quæ huiusmodi constitutiones redituum absque fraude fiunt, locum peculiæ tenent, & contractus eo modo celebrati, vitiosi æstimari non possunt, iuxta, *l. si pro mutuo & l. eo quod à multis. Cod. si cert. petatur. l. pretii causa. Cod. de Resc. vend.* B I. C.

IX.

Nullitas contractus præscripta.

Debitor quidam, anno 1387. reditum quendam ratione decimaria creditori suo, & pro 100. libris decẽ vendit, & generaliter omnia ac singula bona sua

hasta obligat. Quadraginta annis post, anno 1427. heres creditoris hunc reditum ab herede debitoris recognosci curat, pretio non designato, neque declaratione plena prioris cōstitutionis facta. Decennio post recognitionem illam lis inter eos oritur: super ea lite interuenit iudicium, quo fundus quidam prædicti debitoris vel heredis sui, nominatim & expresse hypothecæ nexus & solutione prædicti reditus oneratus esse declaratur. Aliquo tempore post creditor videns debitorem suum sibi non soluere, pro reliquis reditus prædicti pignori capi, hastis publicis decursis vēdi prædictum fundum vigore prædictæ recognitionis & prædicti iudicii curat. Subhastatio in Parlamento inhibetur. Octuaginta annis post, anno scil. 1537. dominus fundi & successor debitoris, Curiæ libellum offert, eoque petit, vt prædictus creditor primum titulum acquisiti reditus, de quo agitur, exhibere teneatur, an id facere possit & vtrum id in ipsius potestate sit, aut dolo eum habere desiit, vt super iis iureiurando exacto audiatur. Prædictus creditor contradicit & ait, prædictam recognitionem & sententiam sufficere debere, postulatque vt in decreta prædicta subhastatione procedatur. Nihilominus Arresto prædicti debitoris libellus approbatur, & creditor condemnatus fuit ad postulata per eum facienda & in expensas incidentis. Creditor primum suum titulum exhibet, ex quo apparet, nonnisi centum libras pretii pro reditu quodam decem librarum esse. Hoc viso, debitor duo proponit: Vnum erat, in hoc titulo mentionem fundi subhastati non fieri. Nihilominus id non admittendum, quoniam recognitio & sententia prædictum fundum afficerent. Alterum hoc erat, constitutionem hanc ratione decimaria vsurariam esse, eamque ad rationē quindecimariam cum facultate luitionis redigendam. Arresto Parisiensi, 19. Maij 1543. dictum fuit, reditum continuandum, citra mutationem & redimendi facultatem, prædictumque debitorem nouationem facere cum creditore oportere: alioquin ad adiudicationem subhastandi fundi procedendum. Curia longissimi temporis centum & duodecim annorum imo plurium lapsu mota fuit.

X.

Venditio conditionalis ex mutuo procedens.

Contractus reprobatur, quo debitor debitum confitetur, seque ante Pascha tum proximum soluturum promittit, summam quandam ex causa mutui, & in defectum eius ex tunc reditur ratione duodecimaria, vel quindecimaria vel vicesimaria vendit: hic quippe vsurarium est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum in Maiore Inquisitionum Camera, 10. Decembris 1535.

Reditus pro summa nummorum in certum diem debita, eo die non soluta constitui non potest: prout iudicatum fuit Arresto, mense Martio 1533. iuxta *l. Super dubitua l. Eoque à multis. Cod. si certum petat. l. Fretis cartis. Cod. de rescind. vendit.*

XI.

Pretium in reliquis solutum quā do vsurarium sit.

Compluribus Arrestis vsurarium & illicitum declaratum fuit, reditum pro pretio reliquorum alterius præcedentis reditus emere, vel debita reliqua adiungere eiusque sortem principalem augere, eoque facto simul ipsum præcedentem reditum augere, *l. vt nullo modo vsurar. vsur. c. Cod. de vsuris.* Verum summa in Parlamento * dubitatio fuit, vtrum, si ex reliquis huiusmodi reditus debitor in solutionem det & fundum vendat, huiusmodi venditio rata esse possit, ex hac ratione, quod si creditori ex prædictis reliquis solutum fuisset, is summam inde prouenientem ad fundum comparandum impendere posset. Nec ratio hanc venditionem impediendi subest: id quod Arresto Parisiensi, anno 1548. decisum & iudicatum fuit, huiusmodi venditionem validam esse, dummodo tamen retrouenditionis pactum nō subsit, nec vilitas pretij, nec emtor huiusmodi contractus fœneratitios celebrare solitus sit, nec possessio penes venditorem per conductionem certo pretio initam maneat. Nam si hæc quatuor simul reperiantur, venditio huiusmodi vsuraria erit, & emtioni reditus pecuniarii æquipollebit, & propterea ex numero contractuum reprobatorum, per textum *d. l. vt nullo modo*, per expressa verba, ibi, *nullo modo licere cuiquam vsuras præteriti temporis vel futuri in sortem redigere*, idemque erit in reliquis conductionis ex venditione prædicti generis, per *cap. ad nostram. de emt. & vendit.* Vide *Arresta* 3. & 4. infra.

Lucius *lib. 7. Arr. Tit. 6 Arr 5.*

* Choppinus *lib. 2. de priuileg. rustic. part. 1. cap 6.* Arrestum quoddam Parisiense refert, quod datum in quarta Camera Inquisitionum, 21. die Augusti 1574. quo debitor reditus, qui creditori suo ex secundo contractu fundum, vt eo in perpetuum frueretur tradiderat, ad redimendum hunc reditum vna cum fundo, sorte principali & interesse solutis, admissus fuit. T.

XII.

Reditū à minore cōstitutum quando nullus sit.

Minor 25. anni, 23. annorum tantum absque curatore reditus debitorem se constituerat. Postea ob reliqua conuentus, rescriptum ad contractum rescindendum impetrat, minorem ætatem allegans, ad eius nullitatem refuso eo, quod in rem suam versum fuisse probaretur. Sententia Arresto confirmata, contractus rescissus fuit, sed sorte principali, citra fructuum restitutionem & expensas restituta. Reditus ratione vicesimaria constitutus fuerat. Nūmi à nobili quodam dati fuerant cuidam, qui eodem anno postea Consiliarius Curiæ fuisse prætendebatur, etsi id non probatum, sed tantum allegatum fuisset prædictæ partes contrahentes intimi amici fuerant, qui non præsumebātur voluisse inter se lucrum tractasse. & notari oportet, prædictum actorem in restitutione allegasse, tantam amicitiam sibi cum eo, qui sibi nummos dederat, intercessisse, vt si vixisset, nullum à se interesse recepturus fuisset, ex quo præsumitur mutuum tantum contractum, in quo minor minor ætatis viginti vnium, vel viginti quatuor annorum curatorem non habens se obligare potest, vt in cæteris mobilibus. Sed voluit lex in huiusmodi contractibus, si appareat minorem nummos sibi traditos dilapidasse, creditori onus probandi incumbere, eos scilicet in rem minoris versos fuisse. Quod si constet vel præsumtio sit, huiusmodi minorem hominem industriosum esse, qui ita agebat, ita operabatur, vt à vulgo veluti maior haberetur, ij quoque in rem huiusmodi minoris versi intelliguntur, nisi contrarium probet. Adde quod differentia notari possit inter alienationem im-

Reditus propriè immobiles esse.

mobilium, & venditionem reditus à minore constituti: huiusmodi quippe reditus propriè immobilia non sunt, sed tantum ius eos inter res immobiles numerauit. Item alienatio immobilium perpetua est, constitutio vero reditus redimibilis & temporalis. Octauo Martii 1549. Arrestum Parisiense datū fuit, quo hic cōtractus irritatus fuit, restituta à prædicto minore sorte principali intra sex menses: aliās contractus approbatus, citra vlla reliqua & expensas.

Quomodo reditus constituti immobiles fiant, neque pro iis laudimia debeantur, vide Arrestum quod citat Molinæus, de anno 1557. *ad cap. 2. de censib., Consuetud. Paris. & ad art. 8. Consuet. Bituric.*, iuxta *l. 1. de rebus dubiis.*

Arre-

XIII.

Redit⁹ immodicus.

Arresto die Vigiliæ S. Dionysij, 8. die Octobris 1540. Maioribus diebus Molinensibus, contractus quidam nullus & fœneratitius declaratus fuit, quo reditus quidam annuus mensuræ cuiusdam vini integræ seu cadi integri pretio decem librarum venditus fuerat, & emtor ob vsuram in multam decem librarum Turonensium Regi soferendam & expensas venditori soluendas condemnatus fuit, cui id quod exinde percepisset in sortem imputare tenetetur (*Lucius lib. 7 tit. 4. Arr. 6.*)

XIV.

Redit⁹ immodicus præscriptione non sustinetur.

Vigesima tertia Augusti * 1533. in tertia Camera Inquisitionum, perrogatis aliarum Camerarum suffragiis conclusum fuit, in quibus scilicet facti species relata fuit, reditum currentem ratione deciniaria constitutum, ad rationem quindecimariam, pro reliquis soluendis, moderandum & reducendum, non obstante præscriptione 54. annorum. Attamen dictum fuit, prædictam præscriptionem, quantum ad redemtionem attinet profuturam: eoque facto prædictum reditum redimibilem non fore.

* Contrarium eius, quod Paponius ad finem huius Arresti ponit, postea iudicatum fuit, præscriptione etiam 60. annorum non obstante, ad relationem D. Vallæ, prout ipsemet testatur *lib. De rebus dub. tract. 19 num. 4.* V. Grimaudetum *lib. 1 de vsuris, cap 24.* vbi probabiliter tractat hanc quæstionē: Vtrum contractus fœneratitius præscriptione confirmari possit I C.

XV.

Reditus ex omnibus partib. absque vitio esse debet, tam respectu sortis, quam reditus ipsius.

Contrahentes in constitutione reditus bene animaduertere debent pacta, quæ ineunt: vnicū quippe vsurarum pactum sortem spectans, totum nullum facit & reliqua sorti imputari, non obstante textu *in l. si pro mutua. Cod. si cert. petat. & in l. vsuris. & l. placuit. ff. de vsuris.* quibus stipulatio vsurarum immodicarum ad iust. in mensuram reducitur, in residuo vero reiicitur: inutilis enim adiectio non vitiat, sed vitiatur. Huiusmodi quippe dispositio iuris ciuilis est, quod pensiones vsurarias non planè reprobauit, sed aliquo modo approbauit. Ex iure Canonico iuxta legem diuinam eiusmodi res omnino odiosa est: & plerumque in Curia obseruatur, reditus ratione decimaria non tolerari, verum pro vsurariis haberi, & cum rigore irritari. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, in Camera, de vsuris, de reditu quodam 150. librarum, pretio 1200. librarum & 600. librarum in debito quodam inutili, qui pro pecunia numerata traditus fuisse in fraudem vsurarum iudicatus & habitus fuit, à Domino Pommerello Magistro Rationum. Qui reditus 150. librarum anno moderatus fuit. Primo quo ad sortem ad 1200. libras. Secundo pro centum libris singulis annis, quibus huiusmodi iustus & validus esse potuisset ab initio, nisi prædictum 50. librarum excessum comprehendisset: verum nullus per omnia declaratus fuit, & reliqua recepta sorti adnumerata ad redimendum sub 1200. libris realiter expensis, prædictum vero debitum inutile cancellatum. Idem iudicatum fuit altero Arresto Parisiensi, in Maiore Camera Inquisitionum inter Antonium Vagum actorem ab vna parte, & Ioannem Saulgium, Dominum S. Germani, appellantem à Maioribus diebus Niuernensibus, 16. Martii 1537.

XVI.

Wilhelmus Bertius agricola Capellæ Regiæ, octodecim miliaribus à ciuitate Parisiensi distantis, vendit & assignat super fundo quodam in prædicto loco sito, reditum vnius frumenti modij, qui duodecim sextarios Parisicoses efficit, mensuræ frumentariæ Parisiensis, optimi frumenti: ad vnicum assem vsque, Parisiis die Purificationis in domo Ioannis Tayi emtoris prædicti reditus reddendi pretio centum librarum Turonensium. Hic fundus vēditur Claudio Alandæ, Procuratori Castelleti & Locumtenenti generali Balliuiatuū S. Dionysij, qui ab emtore vel ipsius heredibus personali hypothecaria conuenitur. Is nullitatem vsurariam istius contractus excipit: eumque in finem rescriptum ad Præfectum Parisiensem directum impetrat. Primo is excessum impugnat: plus quippe decima sortis esse. Secundo venditionem 13. Februarii celebratam: nihilominus eum vndecim dies antequam annus finiretur soluere oportere: & hanc accelerationem vsurariam esse: Tertio distantiam locorum & magnos sumtus subuehendi huius reditus Parisios allegat. Quarto consuetudinem prædicti emtoris huiusmodi contractus celebrandi, cuius fides scripto fiebat. Creditor verum adgnoscens, se ad quindecimariam sortis & ad pecuniam se reduci offert. Alauda reus id acceptare recusat. Sententia prædicti Præfecti oblatio acceptata & reus condemnatus fuit ad soluendos tredecim solidos quatuor denarios Toronenses reditus, & quinque annorum reliqua ante litem debita, & ea, quæ durante prædicta lite debebantur, ad prædictam moderationem, & in expensas litis à facta oblatione: à quo prædictus Alauda ad Curiam Parisiensem appellauit: vbi Arresto dictum fuit, malè iudicatum: atque emendato iudicio contractus illicitus declaratus fuit, vtpote in fraudem prohibitionis vsurarum celebratus, omnia sorti imputata, & emtor in expensas tam causæ principalis, quam causæ appellationis condemnatus.

XVII.

Redit⁹ frumentarius immodic⁹ ad pecuniā reductus.

Emtio modii frumenti reditus annui pretio centum librarum Turonēsium, Arresto 13. Martii 1549. ad rationem quindecimariam pro libra reductus fuit. Et quanquam prædicta emtio anno 1510. inita fuisset, nihilominus venditori permissum fuit eum redimere, sorte quotiescunque repensa. Prædictumque Arrestum ex tempore datum fuit, perorantibus Dominis Riantio & Rupifortio,

V. Arrestum 3. Append. huius tit.

XVIII.

Reditus ad rationem decimariā à quo tēpore reducti fuerint:

Ab hinc quinquaginta quinque annis, paulatim cœptum fuit reditus pecuniarios emtos ad iustam pensionem reducere, puta ad rationem duodecimariam, quæ viginti denarios pro libra constituit: atq; tum cū reductio ad rationem quindecimariam facta fuit, id ob causam odiosam à creditore prouenientem factum fuit, puta, quod initium vitiosum fuerit, vel etiam quod post notitiam quam is habuit, reductiones huiusmodi scilicet fieri, & abusum detectum fuisse, non ideo propterea reditum immodicum exigere cessauerit, neque eum reduxerit: quæ ratio sæpe Curiam mouit ad reducendum reditum ad rationem quindecimariam, in pœnam vitii in creditore cogniti. Quantum vero ad rationem duodecimariam, reductio pœnalis non est, verum conformis dispositioni Iuris communis, vt not. *l. penult. Cod. de vsur.* Atque hanc ad rē notandum est, cum reductio fit, siue ad rationem duodecimariam vel quindecimariam, illud in futurum intelligendum esse, itemq; in præteritū tempus

Reditus à Curia ad diuersas species reducti.

pus, quo solutum non fuit, non vero in tempus quo solutio facta, per *l. Placuit. ff. de vsuris.* Attamen Curia longi temporis rationem habet, quo reditus immodicus solutus fuit. Ac quamuis constitutio vitiosa non sit, ob pœnam excessus tamen, qui adeo longo tempore durauit, reductio ad quindecimariam rationem confirmatur & approbatur, tam quo ad tempus præteritum, quo solutio intermissa, quam pro tempore futuro, præteriti temporis solutione intacta. Id quod ad declarationem complurium Arrestorum Parisiis datorum facit, quæ contraria esse viderentur. Alia reductionem ad rationem duodecimariam continent, alia ad rationem quindecimariam, licet constitutio eiusdem sortis sit. Deque eo singulare prædictæ Curiæ Arrestum extat. 21. Iulij 1517. pro Barantonio Chambonrantio: qui reditus ad rationem decimariam constitutus, reductus fuit ad rationem quindecimariam, eo quod is ad hanc rationem perceptus fuerat, ab anno 1493. idque tam pro futuro, quam pro reliquis debitis & non solutis. Ac præterea in perpetuum redimibilis declaratus fuit.

Notabilis doctrina super moderandis reditibus.

Ab annis hinc 20. de eo extat Constitutio Regis Caroli IX edita Fonte-bellaqueo, mense Martio 1567. qua sub pœna nullitatis contractuum & confiscationis omnium nummorum, qui acceperint, venditoribus interdictum, ne reditum maiore pretio, quam ratione duodecimaria constituerent. Et nota quoque Arresta, quibus mentio moderandi reditus fit, id nunquam comprehendisse, quod loco rei immobilis tenetur & traditur, veluti pars fundi: prædicta quippe res immobilis reductioni obnoxia non est. T Postea ab anno 1602. reditus ad rationem sedecimariã reducti fuerunt.

XIX.

Mutuum vlsurarium quomodo possit & debeat reduci.

Rolina Caremantrantia mille librarum Michaeli Sarralerio Procuratori Regis in Castellania S. Galmerii mutuo dedit, qui sub prædicto mutuo prædictæ Caremantrantiæ fructus dominii sui *de la Grasse* vendit ad nouem annos, quod tempus soluendæ summæ principali sub interesse rationis vicesimariæ præfixum fuerat, prout in contractu eum in modum, 28. Februarij 1579. celebrato continebatur. Prædicta Caremantrantia prædictum contractum vitiosum & fœneratitium esse cognoscens, rescriptum Regium impetrat, ad irritandum prædictum contractum velut vitiosum, & ad cogendum prædictum Sarralerium debitorem ad soluendam prædictam summam, vel etiam pro arbitrio ipsius, sibi constituendum reditum ratione duodecimaria, offerique se rationibus imputare paratam in diminutionem summæ principalis, id quod biennio, quo prædicta possessione fruita fuerat, fructusque perceperat, summam centum librarum, atque ita 50. pro quolibet anno, quæ summa rationi conuenienti interesse respondebat. Super prædicto rescripto Regio Balliuio Forosegusiensi oblato, vel Locumtenenti ipsius Mombrisonij, prædictus Sarralerius debitor auditur, qui incidēter aliud rescriptum Regium à se impetratum offert, quo prædicta Caremantrantia cogatur, vt contenta sit constitutione reditus ad rationem quindecimariam, cui antea adhæserat, & pro nouem annis ratione vicesimaria cōtenta erat. Super eo & sub prædicta reductione approbationem rescripti prædictæ Caremantrantiæ acceptauit, eiusque oblationem in sortem imputandæ prædictæ summæ centum librarum pro biennio iam elapso. Ita prædictę partes litem contestantur & iudicium inter eos constituitur. Sententia prædicti Balliuii, qua habita ratione prędictorum rescriptorum respectiuè oblatarum & oblationum partium, prædictus contractus 28 Febr. 1579 continens prædictæ summæ mille librarum & emtionem fructuum illius continens, in irritum deductus fuit, partesque remissæ, puta prædictam actricem, quo ad debitum ipsius, ad id centum libris diminuendum: eaque ratione ad nongentas libras reductum: prædictus vero Sarralerius reus quo ad domanium ipsius, ne amplius prædictæ fructuũ venditioni insisteret, à qua liber & immunis declaratus fuit, ea lege tamen vt sese à prędicto debito liberaret, vel actrici in omnibus & singulis bonis suis reditum annuum ratione quindecimaria constitueret. Insuper prædicta actrix ab oblato à prædicto reo rescripto, non vero in vlteriores & ampliores expensas instantiæ condemnata fuit. Reseruatis prædictis partibus nonnullis, puta prædictæ actrici repetitione impensarum ad meliorandum & reficiendum prædictum domanium factarum: prædicto vero reo, quanti eius interest ob deteriorationem & ruinas, prout viri experies rustique æstimatores, de quibus conuenturi essent, arbitrati fuerint. Prædicta actrix ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi Arresto, 21. Aprilis 1584. emendato supradicto iudicio & ratione aliquo modo rescriptorum respectiue impetratorum & oblatorum habita, prędictus contractus, 28. Febr. annullatus fuit, prædictusq; Sarralerius ad soluendam prædictæ Caremantrantię prædictam summam trecentorum coronatorum residuorum condemnatus, nisi ei reditum annuũ ratione duodecimaria constituere mallet, eique interesse pecuniæ ipsius prædicta ratione soluere, à primo scil. die Martii 1581. quo prædictum domanium derelictum fuit, vsque ad cōstitutionem illius reditus actualem. Quantum ad meliorationes vel impensas respectiue prætensas, bonos viros aduocandos ad eas arbitrio suo definiendas, coram prædicto Balliuio vel Locumtenente ipsius, citra expensas tam causæ principalis, quam causę appellationis. Hoc Arresto regulę præcedente Arresto annotatæ obseruatę fuerunt. *Primo* enim reditum ad rationem duodecimariam reducendo, id in futurum, non vero in præteritum factum fuit, *Secundo* notandum quoque est, quamuis pro præterito & debito, huiusmodi reductio valere deberet: nihilominus pro futuro, neque tamen præterito extendi non debere, per *l. Placuit. ff. de vsuris.* Hic neque debitum fuerat: verum solidum ex fructibus venditis solutum, ac propterea rationi consentaneum à ratione duodecimaria incipere, post derelictum prædictum domanium. *Tertio* considerandum fuit, Curiam eius rationem habuisse, quod vitium illius contractus tam exiguo spatio durauit: nec non verosimile est, quod si longius durasset, reditum ad rationem quindecimariam determinandum fuisse: verum cum non adeo diu durauerit, nempe biennio tantum, citraque excessum, summa æquitas postulauit, vt reditus ad rationem duodecimariam constitueretur. *Quarto*, creditrix in culpa deprehensa non fuit, verumẽ contrario, statim, vt contractum suum vitiosum esse cognouit, ei adhærere noluit, sed supradictis rationibus ab eo recessit.

XX.

Vtilissimum & æquissimum est reductionem obseruare ac reditus frumentarios, veluti tritici, vini, olei determinare, pari modo ac reditus pecuniarii determinari solent. Et præsupposito, ab anno 1500. vsque ad præsentem diem, reditus constitutos pretio pecuniario siue in nummis reduci ad rationem

tionem duodecimariam ad summum, si ipsi in mercibus constituantur, idem pariter fieri debet, ex eo quod huiusmodi merces loco nummorum habentur: ac propterea limitationem & æstimationem legis sequi debent: nulla quippe ratio est, ob quam excedere eos sinamus. Textus ea de re expressus est in *l. cum non frumentum. Cod. de vsuris*, deque eo complurima Arresta * ad reductionem reditus pertinentia extant. Verum super eo tres valde singulares casus reperiuntur, iudicati Arresto quodam cuius æquitas vnicuique iudicanda relinquitur. Quantum ad primum attinet, præsupposito, reditum ratione duodecimaria vēditum fuisse, respectu ad communem frumenti valorem habito, si præstatio eius reditus in frumento, quoad annos aliquot steriles, ad nummos redacta, duodecimam sortis vnius anni excedat, debitor ad soluendum prædicta ratione in pecunia admittitur, puta, duodecimam, quæ summa & extrema præstatio est, quæ de iure sustinetur. Etsi vero reditus in fructibus & quidem iustissimo pretio cōstitutus sit, nihilominus debitor perpetuo liberum arbitrium & facultatem soluendi habet, prout ei videbitur, siue in nummis, siue in fructibus licet minus, quàm prædicta duodecima valerent.

Reditus in mercib. nō in modicis tempore annonæ caritatis quādo in mercibus ratione duodecimaria soluatur. Secundus casus est, quod si reditus constituatur in frumento ad æstimationem quindecimariam, octodecimariam vel vicesimariam, tùm debitori pro annis, quibus ob annonæ caritatem frumentum ab eo debitum excedere æstimationem, ad quam eum constituerat, cognoscere poterit, facultas in nummis soluendi non datur, etsi ratione duodecimaria id facere vellet, quæ maxima est: verum præcicè ad frumentum soluendum cogi potest, si id comparari facile possit: Dummodo quoque æstimatio frumenti duodecimam non excedat: quod si enim duodecimam excederet, debitor prædictam duodecimā soluere potest: verum si æstimatio duodecimam non excedat, creditor frumentum suum accipiet, si velit: * id quippe iustam mensuram non excedit: atque textus est *in d. l. cum non frumentum.* Diuersitas à iusta constitutione oritur, qua prædictus debitor subleuatur: nec rationi congruum foret, ob fortuitam annonæ caritatem superuenientem, creditorē cogi ad relinquendum emolumentum ei prædicto tempore acquisitum, quod maius est ordinario inter eos conuento. Textus expressus est *in l. si ea lege 17. Cod. de vsuris.* *Reditus in mercibus, quando in nummis solui non possit.* Tertius casus est, licet reditus in tritico constituatur ratione duodecimaria, accipiendo eum iuxta communem æstimationem, id quod sæpius euenit, nec infra nec supra, si anno quodā maioris valoris sit, & debitor facultate, cuius supra in primo casu mētio fit, vti velit, creditor ei opponere potest, præcedentibus annis frumentum duodecimā non valuisse, atque ex eo reditum conuentum sibi in solidum solutum non fuisse: quod si vero annus eueniat, quo is plus duodecima accipiat, id ei nonnisi supradicti defectus supplementum erit. Quo tempore, debitori facultas in pecunia soluendi non competit, prædicta duodecimaria ratione, verum frumentum soluere debet, etsi eius æstimatio duodecimam excederet. Hanc ad rem valdè notanda est prædicta *l. si ea lege.* Atque hæc docta & accurata fuit peroratio domini Gabrielis Marillaci Aduocati Regii circa finem Februarii, 1544. Iuxtaque ea tres supradicti dubij casus Arresto solenni Parisiensi decisi fuerunt, prædicto anno. Cuius mentionem facit D. Molineus *in tract. contract. vsur. quæst. 21. num. 222.*

* Hodie expressa Constitutio Regis Caroli IX. anno 1565. extat, qua omnes reditus in frumento constituti, cuiuscunque temporis, & quocunque pretio, reducuntur ad pretium pecuniarium, ad rationem duodecimariam, tam quo ad reliqua, quæ debentur, quam quo ad solutionem futuram: quæ Constitutio locum habet in dote, prout iudicatum fuit inter soterum & generum, Arresto Parisiensi, quod datum 3. Maij 1571. Choppinus *lib. 2. de priuil. rustic. part. 1. cap. 6* I. C.

* Id amplius non obseruatur. *V. artic. 17.* supra, vbi Arresta contraria extant: præter quæ Charondas *ad Codicem Henricianum*, refert, non obstante longo tempore præcedēte, ex quo reditus pretio pecuniario constitutus fuerat, in frumento, aliaue frumenti specie, ac scripto comprobatum fuisset, constitutionis tempore, compluribusque annis præcedentibus & subsequentibus frumentum communi pretio plus ratione quindecimaria & duodecimaria non valuisse: *Reditus frumentarius & pecuniarius, quādo solarius præsumatur: in pecunia.* attamen reditum ad rationem duodecimariam & reliqua debita reductum fuisse, Arresto, quod datum in prima Camera Inquisitionum, 1. Augusti 1598. pro Dionysio Fossarto Scutifero: alioquin contractus illicitus foret, si lapsu temporis reditus non redimibilis factus fuisset, qui eo modo toleratur, propter vtilitatem contrahentium: superque eo fundatur Arrestum quod datum aduersus Celestinos Marcoussinos, quibus ex fundatione modium tritici D. Ammiraltus Granuillanus donauerat, quod refert D. Valla, *de rab. dub. fol.* 195. Verum si de constitutione reditus in frumento non constaret, & is 40. iam annis & amplius, ex fundis solutus fuisset, reditus solarius nec redimibilis haberetur. prout Arresto iudicatum fuit in prima Inquisitionum Camera, 1. Augusti 1601. iudicata lite inter Annam Coutsillonam, Dominam *de la Perrine*, appellantem a Balliuio Blesensi ab vnâ parte: & Michaelem Capitonem & vxorem ipsius appellatam ab altera, ad relationem D. Vallæ, I. C.

XXI.

Idē quod in Arresto præcedēti. Inter Quintinam Charroniam vidnam ab vnâ parte, & Carolum Robertum ab altera, controuersia erat, eo quod ad consequendam solutionem reliquorum reditus cuiusdam sedecim sextariorum frumenti pretio pecuniario constituti, debitoris pignora capta fuissent, & sufficiens frumenti copia ad prædictam solutionem faciendam, quæ penes debitorem reperta fuit, pignori capta fuerat, qui debitor intercedit & se soluturum prædicta reliqua in nummis iuxta moderationem Curiæ offert, habita ratione maioris valoris, quo iam frumentum venditur, atque tum ab annis reliquorum non valuit, dicebat insuper se frumentum non debere oblationemque suam admittendam esse. Creditor ait, se frumentum malle, ac sufficientem tritici copiam in possessione debitoris, quod ad ipsum spectet, repertam, tum, quod aliud pro alio, creditore inuito solui non possit. Iudicatum fuit Arresto, 20. Iulii 1532. debitorem iusta oblationem suam nonnisi decem solidos Parisienses pro vnoquoque bladi seu frumenti sextario prædictorum reliquorum soluere oportere.

XXII.

Reditus frumentarius qua æstimatione constitui debeat. Anno 1509. Parisiensis quidam à quodam vicino suo reditum annuum octodecim sextariorum frumenti, mensuræ Parisiensis, pretio 140. librarū Turonensium emit. Viginti annis post debitor rescriptum ad dominos Libellarios Palatij directum impetrat eum in finem; vt venditio hæc vsuraria, nulla atque illicita declararetur. Creditor prædicti rescripti approbationi intercedit & proponit, tempore prædicti contractus sextarium frumenti nonnisi decem solidis Turonensibus constitisse, aut circiter: ex quo videre liceat, reditum nonnisi ad rationem quindecimariam minusue quo ad debitorem ascendere: quod si vero postea pretium auctum fuerit, hoc tempus non inspici, sed tempus contractus. Debitor ait, id non admittendum esse, eoque non attento nec obstante, se causam obtinere debere: quantum enim ad pretium quod commune

est &

est & fuit, huiusmodi constitutionem ad relationem decimariam aut nouenariam deneuite, cuius vnusquisque certam notitiam habet. Creditor ad probandas positiones suas admittitur: debitor vero appellat. Causa vtrimque in Maiore Camera perorata, Curia Arresto suo, 9. Februarij 1531. quod ex tempore datum, ait, male iudicatum fuisse: atque emendato iudicio, euocata & decisa lite principali, contractum nullum & fœneratitium declarauit: quicquid acceptum fuit sorti principali imputandum, & creditorem tam in causæ principalis quam in causæ appellationis expensas condemnauit. Dominus Molineus huius Arresti mentionem faciens ait, complures celeberrimos Aduocatos miratos, quod appellatus causa ex tempore cecidisset, quæ prima facie optima videbatur: prædicta quippe allegatio totius negotij decisiua erat. Nihilominus Curia id nō sufficienter propositum fuisse reperit: satis quippe non erat vnicum annum allegare, verum poni oportebat, plerumque ac communiter id pluris non valuisse, non modo eo anno quo celebratus contractus, sed compluribus quoque aliis præcedentibus & subsequentibus, decem nec paucioribus annis, & in locis nundinisque seu mercatibus publicis vēditioni frumenti destinatis. Nihilominus tamen vsquam nusquam ex cœtu vel Senatu illo bene nouerat, cuius valoris frumentum fuisset.

XXIII.

Arrestum, quo redit[us] immodic[us] approbat[us] fuit nullitatis persecutionem non impedit, & quomodo id intelligatur.

Vitium vsurarium adeo odiosum est, vt quamuis sententia aut Arrestum datum fuerit, quo contractus, cui prædictum vitium inest, approbatus fuerit, nihilominus velari non potest, nec pars impedíri, quo minus id alleget, & cum volet, demonstret. Id quod ad intellectum eius facit, quod dici solet: sententias & Arresta super contractibus vsurariis data in vim rei iudicatæ non transire. Id quod locum nō habet. Primo si vsura principaliter discussa fuerit. Secundo si contractus validus & citra fraudem, testibus adhibitis celebratus fuerit: post hæc quippe, siue priore casu siue posteriore, nemo admittitur, si ad vsurarium eum declarādum redire velit, id quod fieri non posse, Arresto iudicatum fuit: posteriore vero casu nemo admittitur, nouos articulos allegare & probare volens ad comprobandum contractum vsurarium esse, de quo positionibus & testibus disputatum & litigatum fuerat. Verum locum tantum habet, quando de contractus hypotheca, eiusque prioritate vel posterioritate litigatum, nec vsuræ mētio facta fuit: tum quippe, quodcunque Arrestum datum fuerit, eo non obstante, ad allegandam postea vsuram quis admittitur. Hæc notantur *in l. si absentis. C. si cert. peta.* & Per Molinæum *in tractat. de contract. vsur. quæstio 15 n. 184.* qui hanc ad rem valde singularem casum laudat, iudicatum inter Matricularios Parrochiæ S. Innocentij, qui Arresto quodam ordinis seu discussionis, vndecim annis antea primi in ordinem creditorum relati fuerant: postea vero subhastata domus interim ex decreto adiudicata. In executione prædicti Arresti discussionis & distributionis nummorum, qui omnibus non sufficiebant, creditor tempore posterior, ob reditum ratione duodecimaria, paulo post reditum Matriculariorum in prædicta domo constitutum, accuratius inspecto prædictorum Matriculariorum instrumento illorum contractum vsurarium esse animaduertit: etsi enim illorum reditus ratione duodecimaria constitutus fuisset, clausula tamen hæc apposita fuerat, debitorem nonnisi quadriennio à die contractus eum redimere posse. Quamobrem prædictæ Curiæ libellum obtulit, quo ad opponendam prædictam vsuram & nullitatē admitteretur, prædicto discussionis Arresto non obstante, quod cum eo decem vel duodecim annis ante datum fuerat, ad impediendum, ne pretium prædictæ domus & nummi ex eo confecti inter prædictos Matricularios distribueretur. Quibus plene auditis, approbatoque prædicto libello, citra vllum rescriptum * restitutionis Regium, Arresto Parlamenti Parisiensis, die Martis 7. die Martij 1513. contractus reditus prædictorum Matriculariorum nullus declaratus fuit, & reliqua, quæ receperant, sorti principali imputata.

* Molineus ait postremum creditorem rescriptum impetrasse, neque tamen eo opus fuisse.

XXIV.

Arresto Parisiensi, 17. Iunij 1521. pactum vsurarium in venditione reditus pecuniarij interpositum nullum declaratum fuit, quo conuentum fuerat, primam prædicti reditus pensionem die Natali præstandam, venditio vero festo omnium Sanctorum celebrabatur.

Idem iudicatum fuit de constituto reditu frumentario ob accelerationem & anticipationem temporis soluendi, seu pensionis præstandæ. pota trium mensium. iuncta pretij vilitate: & prædictus reditus vsurarius declaratus, mense Nouembri 1531,

XXV.

Pactum conuentum in venditione reditus pecuniarij, nempe, venditorem ante quinquennium aliudue tempus redimere eum non posse, nisi integra vltimi anni pensione soluta, quamuis redemtio ante finem fieret, vsurarium declaratum fuit Arresto Parisiensi, 2. Maij 1513.

XXVI.

Idem.

Anno 1549. die 2. Aprilis, Arresto Parisiensi iudicatum fuit, reditum numinis emtum, toties quoties redimi posse, non obstante, in contractu conuentum fuisse, eum redimi non posse, *per l. nemo. ff. de leg. 1.*

V. appendic. Arr. 5. Tit. 6. lib. 11.

XXVII.

Pœna vsurarij certa constituta non est. Constitutio Ludouici XII. publicata anno 1512. artic. 64. Iudicibus mandat, vt vsurarios iuxta dispositionem iuris communis, & facti circumstantias puniant. *Ius commune* hac in parte diuersimodè intelligitur. Iacobus Butrig. *in l. Improbum fœnus. Cod. Ex quibus causis infam. irrog.* tenet, eos criminaliter puniri posse: & hanc ad rem est *l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public.* Ex altera & generali dispositione axioma hoc oritur, quando lex nihil de pœna delicti cuiusdam disposuit, eam arbitrariam esse debere. Eaque doctrina est Baldi *in l. Nemo martyres. Cod. de sacros. Eccles.* Hodie ingens huius delicti excessus committitur, vt ferme eo deuentum sit, vt vel accipiatur vel amittatur: ac propterea necesse foret, vt Iudices rigido quodam vterentur arbitrio, ad inhibendum adeo infelicem & infensum vsurarum cursum. Anno 1534. mense Nouembri, Commissarii à defuncto Rege delegati ad puniendos vsurarios Parisiis, qui omnes Præsides, Consiliarij

liarii in Parlamento, & Magistri Libellariorum e-
rant, in decernenda pœna admodum occupati fue-
runt, super qua ea complurima Arresta antea data al-
legata fuerunt. Primus, qui ob vsuras punitus fue-
rat, nominabatur Martinus Quarter proxeneta con-
tractuum vsurariorum & illicitorum, qui ea hac ra-
tione ad solemnem delicti sui agnitionem & depre-
cationem condemnatus fuit. Pariter quidam no-
mine Ioannes Houelius, consimilis proxeneta, ad
tabulam marmoream, publice, in agnitionem sce-
lerum condemnatus fuit, & ad restituendum, quic-
quid proxenetici vel philanthropi nomine accepe-
rit, itemque in multam quadringentarum libra-
rum Parisiensium Regi inferendam, & ad carceris
pœnam, vsqueque plenam solutionem præstitisset.
Omnia hæc intelligenda sunt de proxeneta, qui do-
lo malo ambiuit, & contractum vsurarium direxit:
non vero de eo, qui debitori mercatorem reperit,
nec se vsurarum constitutioni immiscuerit, arg. *l. is
qui opem. & l. si pignore. §. qui ferramenta. ff. de furtis.*

Proxenetæ vsurarum duum generum.

Pœna vsurariorum ordinaria est solemnis agnitio: Arre-
sto 10 Ianuarii 1578. aduersus quendam nomine Menantum,
& 25 Ionii 1584. aduersus Aduocatum longniacensem no-
mine Neureolum Notandum quoque est, ex Constitutione
Molinensi accusatorem teneri prorogare sumptus, excepto
tamen datur ia vsurarium, vbi accusatus eas suppedi-
tare debet: ita iudicatum compluribus Arrestis, exempli gra-
tia, 3. Ianuar. 1569.

XXVIII.

Venditiones casuales.

Titulo *de Hypothecis*, Arrestum extat, ex quo aliæ
nonnullæ venditiunes vsurariæ cognosci poterunt:
puta, si conueniatur, vt pecunia mutua intra cer-
tum tempus non soluta, res speciali hypothecæ ne-
xa creditori vendita sit, aliove modo, prout prædi-
cto titulo videre est, in materia venditionum casua-
lium, ex *l. si fundus. §. fin. ff. de pign. l. 1. C. de pign. act.* & *Ar-
restum 2 præd. tit.* videndum est.

XXIX.

Pactum de pretio reditus intra certum tempus consequendo.

Emptio reditus pro pretio, cuius pars actualiter
numeratur, pars vero emptori in reditu assignatur,
manifesto nulla & vsuraria est. Nihilominus Arre-
stum Parisiense de 14. Iul. anni 1547. extat quo cum
emptor prædictæ emptioni stare nolle declarasset;
nisi pro ea parte; qua pecunia numerata fuerat; di-
ctum fuit, pro ista parte reditum deberi, pro altera
non item, arg. *l. anter stipulationem. § si stipulante, in fin. &
l. 1. § sed si mihi P. impuberum. ff. de verb oblig.*

XXX.

Vsura in pupillorũ & minorũ pecunus permissa.

Arrestum 7. supra regulam quandam continet,
quæ perpetua nee absque exceptione est, puta, in em-
ptione reditus pecuniarii, pactionem de potestate
cogendi interdum venditorem ad restituendum sor-
tem, cum emptori placuerit: id quippe locum non
habet in pupillis vel minoribus, quorum pecunias
tutores vel curatores quoquomodo steriles relin-
quere, sed collocare debent, ex dispositione iuris
cõmunis *: dummodo tamen vsuræ eam iustũ no-
dum non excedant. Ex qua ratione, quod materi illi-
citum foret, eis hoc casu licitum & permissum est,
prædicti tutores vel curatores prædictam clausulam
apponere possunt, pactumque; inite de retrahendis à
venditore & reditus debitore pecuniis, intra certum
tempus, exépli gratia, intra quinque annos vel alios.
Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quo infirmata
prior sententia, ad postulationem Dn. Brulardi Pro-
curatoris Catholici Regii, quod datum in 3 Camera
Inquisitionum. vlt. die Iunii 1557.

Ad relationem Dn Larcherii, prout Lucius annotauit, ex
quo hoc Arrestum desumptum fuit I. C.

* *L. 7. § pupillo. l. si tutor. 15. l. qui negotiationa. 58. ff. de admin.*

tutor. Constitutio Aurelian. *art.* 103, quæ huic Arresto contra-
ria vide ur, eo quod cum pupillares pecunias collocari iu-
bet, non dicat tutores eas mutuo dare debere ad easdem cer-
to tempore restituendas, verum iubeat eas in emptionem
fundorum collocari, aut in reditus constitutos, & in perpe-
tuum non redimibiles, nisi ad debitorum arbitrium, credi-
toribus à dicta alienari minus sorte principali restituta. Atta-
men Dominus Bergeronius huic contrarium Arrestum anno-
tauit, quod datum fuisse ait ad peroratione pomeridia-
nam 20. Maii 1579. Idque tum he cum tutores pecuniarum
apud se magnam vim habent, quæ adipiscum minores per-
tinent, & pupillæ nubiles exstant, vel etiam masculi matu æ
ætatis sint, & capaces, vt eis militia emeretur: verum tum
tutor iudici libellum offerre debet hanc commonitionem
continentem, & vt sibi permittatur interea, dum necessio se
se offerat, pecuniam extimo alicui ac honesto mercatori mu-
tuam dare ad vsuras earum accipiendas, & tum iudex cogna-
torum consensum explorare debet, quo eorum ipso cum in
fine in sefistent. Dom. Aduocatus Regius Seruinus asseruit,
solemnitatibus hisce deficientibus, mutuum huiusmodi vsu-
rarium esse, in peroratione quadam Turnaensi, 13 Martii
1594 super appellatione à quodam interposita, quis fecerat
ta Matonibus diebos Vindocinensibus condemnatus fuerat
ad soluendas vsuras summæ cuiusdam hac lege, à tutore quo-
dam nomine Fabro mutuo datæ, perorante Bineto & Lamer-
to. I. C.

XXXI.

Pactum vsurarium, valida nõ vitiat.

Id quod in maiore quodam non permitteretur
ob rationes Arresto 5. supra comprehensas. Nihilo-
minus Arrestum prædicti loci extat, quo contractus
empti reditus sub ista conditione à maiore quodam
celebratus, sub lege seu pacto, vt venditor intra quin-
quennium emptori pretium & sortem restituere te-
neretur, vel etiam fundum eiusdem reditus dare, va-
lidus declaratus fuit, rescissa prædicta pactione, post-
quam emptor declarasset, se pactuni isti stare nolle,
de 8. vel 9. Maii, anno 1558. propter rationem *Arre-
sti* 26. supra hoc tit.

XXXII.

Vsuræ nũmenti non semper nullæ.

Decima tertia Iunii 1559. in peroratione Parla-
menti Parisiensis super pignoribus captis debitoris
cuiusdam summæ septingentarum librarum, quæ ei
mutuo sub vsuris data fuerat, ex decreto iudicis loci
Aureliis, pro ann quadam curæ supposita, cuius exe-
cutio ob prædictas tantum vsuras inhibuebatur, Ar-
resto prædicto die dictum fuit, male & abusiue pro-
cessum, decretum & contractum fuisse: decretum-
que vsuras tam debitas quam solutas repetendas, &
Regi adiudicandas, partesque respectiue vnaquæli-
bet, in multam quandam, ob culpam ab iis commis-
sam condemnatæ fuerunt.

XXXIII.

In personalibus obligationib. vsuras etiã in stipulationem ductas cai non posse.

Diu in tota Bituricensi Prouincia forma quædam
acquirendi emolumenti per personales actiones ob-
seruata fuit, quando creditores ita stipulabantur: ex-
empli gratia, ante Edictum reductionis redituum
ratione senadenaria constitutorum, centum coro-
nati mutui dabantur, & stipulatio fiebat, debitorem
intra annum centum & octo coronatos cum triente
redditurum, & sub finem anni cum triente octo co-
ronatis soluta, debitor obligatus manebat, atque
singulis annis solutionem huius vsuræ continua-
bat: cumque creditor sortem suam principalem re-
trahere vellet, ad id debitor cogi non poterat, sed ad
constituendas vsuras prædictæ sortis principalis,
vsquequo Curia Arresto solemni, quod datum inter
Georgium Lalouetum Scutiferum, appellantem à
sententia quadam data à Balliuio Bituricensi vel Lo-
cumtenente ipsius Bituribus: & Petrum Paillassõ-
nium, tam suo nomine, quam auto & tutorio infan-
tium defuncti Ioannis Paillassoni filii sui, datum,
inquam, ad perorationem, 8. Ianuarii 1604, decre-
uisset, nummos, qui iuxta tenorem duarum obliga-

Kk

tionum

siónum personalium ducentorum & sedecim coronatorum & duorum trientium erant, sorti principali imputandos esse, quodq; pluris solutum fuisset, appellanti restitui oportere. Arrestum istud adeo Prouinciam conturbauit, vt necesse fuerit, à Rege declarationem impetrari, qua prædictæ obligationes in præteritum approbarentur, neque debitores vsuras solutas sorti principali imputare possent, cum interdictione in futurum: quæ declaratio, à Curia comprobata fuit 30. Iulii 1605. ea lege, ne vsuræ non solutæ prætendi vel adiudicari possent, nisi viduabus, infantibus & minoribus. Simile iudicatum fuerat Arresto Maiorũ dierum Pictauiensium, quod datum ad perorationem, 26. Octobris 1579. inter & pro Ioanne Bucheno, appellante à Seneschallo Pictauiensi vel Locumtenente ipsius Pictauii, & Ioannem Perignium appellatum. Curia decreuit, id quod appellans ex simplici mutuo, cuius vsuræ in stipulationem deductæ fuerant, soluisset, sorti principali imputandum esse, lapsu 20. annorum non obstante, quoniam ad velandam vsuram seu fœnus improbum lapsus temporis non attenditur, vtpote hoc crimine nullam præscriptionem admittente, neque consensu ab appellante præstito, neque fauore pupillarium pecuniarum, ac nonnisi in pactis dotalibus, transactione, permutatione, venditione aliisque similibus in quibus licitum est summã quandam pecuniæ stipulari, & vsque quo ea soluatur, vsuram soluere, iuxta *l. Curabit Præses. Cod. de actio. emt.* prout peroratũ fuit à D. Aduocato Regio Seruino, & iudicatum Arresto 1. Iulii 1604. quod late refert Peleus *in quæstion. suis illustribus. quæstione* 12. quo Curia consensus nulla ratione habita appellantem ad 1200. libras soluendas condemnauit, quæ ei mutuo datæ fuerant, licet obligatio 1500. contineret, deducta inde summa, de qua appellans fidem facturа esset, eam se vsuræ nomine soluisse. Hanc ad rem vide *l. si tibi decem. ff. de pactis. l. Rogasti. §. 1. Si certum petatur, l. 9. C. de non numer. pecun.* vbi mutui narratur, vt si ingenuum: & de vsurarum imputatione in sortem. *l. Titius. ff. de Præscript. verb.* D. Hottomanni *quæstio.* 40. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

Emtio ob vile pretiũ vsuraria cẽsetur.

VEnditio nulla est & emtio vsuraria censetur, si vile pretium sit, principaliter vero, si venditor possessor permaneat, nec dominium translatum fuerit, contractus pignoratitius est. Hinc Decani, Canonici & Capitulum Turonense condemnati fuerunt ad acceptandam refusionem 500. librarum cum fructibus rationem duodecimariam æquãtibus, pro fundo quodam, qui multo pluris valebat, vendito & tamen in continenti elocato pensione quadraginta librarũ. Iudicatum in Maiore Camera, 7. die Decembris 1570. perorante Chanteloo aduersus Teroudium. Ac sæpe contractus pignoratitii, ad rationem reditus duodecimariam reducti fuerunt, tam pro præterito quam pro futuro: vtputa 8. die Februarii 1575. pro Martino Lomelo. Et postea 4. Iulii 1583. perorante Britone. B.

II.

Reditus in locum immobilis succedens rescinditur.

Arresto anni 1531. iudicatum fuit, quando reditus in locum immobilis succedit, exempli gratia, si is pro residuo aliquo aut in compensationem rei immobilis constituatur, modicitate pretii non attenta, prædictum reditum rescindi oportere.

III.

Redit. frument. ... ad rationem duodecimariam reducibilis.

Arresto, 28. Maii 1564. perorante D. Augusto Thuano & F. Chauuelino iudicatum fuit, reditum in frumento constitutum iuxta commune pretium, vt reditus rationem duodecimariam non excederet, solui & redimi posse pecunia ratione duodecimaria. Iudicatum idem 30. Iulii 1576. Singulare Arrestum est, quod datum inter Arresta generalia Paschalia, 1586. pronuntiata à D. Præside Seguierio: quo reditus sextarii frumenti constitutus in pecunia anno 1384. non obstante exceptione altioris valoris tum temporis monetæ, nullaque præscriptionis ratione habita, redimibilis declaratus fuit & ad pecuniam ratione duodecimaria reducibilis, non habito respectu temporis & valoris monetæ intensi valoris vel alterius, qua reditus constitutus fuerat, prædictam redemtionem fieri debere iuxta pretium, quo tum moneta valeret. Adde *Arrestum* 20. infra. B. I. C.

IV.

Clausula pœnalis ... conducti ... ne appo. sita.

Vitium vsuræ in locatione prædii rustici & pensione frumentaria, quemadmodum in mutuo pecuniario non attenditur: atque aduersus rescriptum restitutionis impetratum à redemtore quodam cuiusdam Commendatarii, quo is aduersus clausulam quandam pœnalem, seu vsurariam soluendi scil. 50. solidos in die, si præfinito die non soluisset, restitui voluerat, inspecta arcta Commendatariorum quo ad fideiussiones illorum obligatione, appellans à pr[...]sione prædicto Commendatario adiudicata, in multam condemnatus fuit, perorante Berthio aduersus Talonium. B.

V.

Constitutio reditus quæ actualem pecuniæ numerationem non continet, nulla est.

Charondas *lib. 10. Resp. cap. 21. & lib. 11. cap. 25.* refert iudicatum fuisse compluribus Curiæ Parlamenti Parisiensis Arrestis, nominatim quodam de mense Decembri 1600. in audientia litium Veromanduensium, iuxta Edictum Regis Henrici II. contractum scil. constitutionis reditus, qui actualem pecuniæ numerationem non continet, nullum esse, & quod reliquorum nomine solutum fuit, sorti imputari oportere. I. C.

TIT. VIII. DE PACTIS REsolutionis, & lege commissoria.

De hac materia vide 3. & 4. *Arrestum Tit.* 1. *de contractib. vsurariis.* & Iul. Clar. *Sent. lib. 4. qu. 4.* vbi ex communi sententia Doctorum ait, pœnam istam esse tantum comminatoriam, & quo requiritur sententia Iudicis. Idem Ludouicus Romanus *cons.* 166. Gail. *lib. 2. pract. obs. cap.* 48. vbi probat, Emphyteutam non cadere à suo, si per ignorãtiam non soluat canonem. Rebuffus *in proœm. Const. Regiar. in 5. Quæstio. num.* 64. vbi dicit, Emphyteutam moram purgare posse, nec licere domino directo capere possessionẽ propter cessationem canonis absque Iudicis sententia. *Pap. decis.* 107. Atque de facto contigit, vt cum conductor Emphyteuticarius quidam domini *de Roissi*, censum & reditum per nouem annos soluere neglexisset, iuxta clausulam commissoriam conuentos, decretum nihilominus fuerit, eum intra tres menses soluere oportere, alias Emphyteusi priuandũ, Arresto quod datum in Audientia 28 Maii 1585. Neque directus dominus quocunque tandem casu, propria autoritate possessionem rei ingredi potest, etiamsi res in commissum ceciderit. Verum eam autoritate Iudicis capere debet: atque ita *l. 2. C. de iure Emphyteut.* in vsu non est. I. C.

ARRESTVM I.

Resolutio ob defectũ solutionis triennio aut biennio valida est.

CLausula in contractu emphyteutico apposita, vt propter cessationem trium annorum contractus resoluatur, vtrũ aduersus heredem Emphyteutæ aut cessionarium locum habeat, adeo vt si triennio

reditum aut censum soluere cesset, vtrum scil. is fundo priuari & expelli debeat, quoniam is prædictam resolutionis conditionem ignorare potuit? Iudicatum fuit pro prædicta resolutione aduersus hæredem hæredis, Arresto 23. Februar. 1545. inter Religiosos, Abbatem & Conuentum Aunesse, qui vocatur paruum Cisterciense, actores ab vna parte, & Petrum *de Verem* & consortes appellatos ab altera parte: licet probatum non fuisset, hæredem de clausula huiusmodi certiorem factum, & culpam & dolum ab eo commissum. Videbatur igitur ex eo, prædictum heredem moram purgare potuisse: nominatim cum prædicti Religiosi reliqua peterent, & reditus continuationem, quod resolutioni ab iis prætensæ contrarium videbatur. Pariter iudicatum fuit pro prædicta resolutione aduersus cessionarium cessionarii, & aduersus hæredem prædicti cessionarii, etsi probatio nulla facta fuisset, prædictum hæredem quicquam de prædicta conductione sciuisse: verum detrectatio soluendi Canonis probata tantũ fuisset, Arresto, quod pronunciatum, 25. Ianuar. 1549. relatore domino Bracheto. Ad hæc notandum est, ante litis contestationem, dominum actorem melius facturum, si prius detentatori Emphyteutico communicauerit & significauerit: tum quippe eius denegatio absque vllo dubio commissoria erit, quod tutius futurum. Et verum est ex æquitate, quantumuis tempus ob priuationem præfixum elapsum fuerit, propterea tamen priuationem non fieri, nisi ob denegationem possessoris, qui censum offerendo moram suam purgare potest, ad commissum euitandum, *cap. fin. de loc.* prout in lite *de Verem* supra memorati factum fuit, qui simpliciter denegabat & reditum & commissum, nihilq; offerebat. Imo si possessor aduersus pactum à se initum reditum & commissum deneget, & contestatione ipsius commissi locus fiat, & ante iudicium moriatur, hæres ipsius ad culpam hanc purgandam solutionem offerens, & reditum agnoscens, admittitur. Isque textus est æquissimus *in l. electio. § neque hæredi ff. de noxal. actio.* quæ dubia sunt aduersus Arresta supradicta, quæ intelliguntur, si denegatio duret, neque purgatio neq; oblatio interueniat.

Octaua die Iunii, anno 1576 Arresto, quod pronunciatum in purpura inter alia Pentecostæ Arresta, Præside Domino Morsanio, iudicatum fuit ex æquitate pro tertio quodam acquisitore, conditionem resolutiuam in defectum solutionis conductione resoluta, in præteritum obseruandam, quantum vero ad præsens, acquisitorem ea liberandum, inspecta iusta ignorantiæ causa, ob celatam a venditore prædictam conditionem. B.

II.

Resolutio aduersus successorẽ ignorantem & solutionẽ offerentẽ rationi consentanea non est.

Apud Libellarios Palatii, Oliuerius Hocqueberrus Protonotarius, Abbas Magdalenæ Castellodunensis, Prior S. Romani Broni actor proposuit aduersus Stephanum Voulcum & consortes reos, fundum & coloniam Forosegusiensem, à prædicto Prioratu Bronensi dependentem, prædecessoribus reorum pro exiguo reditu traditum fuisse, ea lege, vt domos, ædificia & fundos sartos tectos seruarent, nec demolirentur: itemque ea lege, si biennio soluere cessarent, aut supradictis cõtrauenirent, cõductio resoluta foret: dicebatque reos solum incultum dereliquisse, ligna cædisse, & decennio amplius in solutione cessasse. Consequenter concludebat*, conductionem resolutam esse. Rei opponebant, ipsorum prædecessores dominos fundi Forosegusiensis fuisse, eum multis modis melioiasse, semper onera & reditus soluisse, quod si vnica res in præsenti deberetur, eam oblatam & recusatam fuisse, se nouos hæredes esse, iustamq; ignorantiæ conductionis & clausularum, si quæ essent, causam habere. Se optime refecisse, demolitos nihil fuisse. Sententia rei absoluti, actor vero in expensas cõdemnatus fuit. Is appellat, & rescriptum ad rescindendam conductionem impetrat. Arresto nulla rescripti ratione habita, sententia confirmata fuit: saluo appellanti sibi vltimo suo rescripto prospiciẽdi iure, quando & coram quo oportebit, ipse vero in expensas causæ appellationis condemnatus fuit.

Rescissio nõ admittitur contractus, cuius obseruatio non impetrãs petiit.

* Arresto Parisiensi venditor quidam repulsam tulit, qui elapso tempore lege commissoria vti voluit. Initio quod conuentum fuerat, pretium solui oportere: alioquin venditionẽ infectam fore. Desumptũ è D. Valla *lib. de reb. dub. tr. 11 sub fin.*

Nota quoq;, Emphyteutam emphyteusi non priuari propter denegatam proprietatem, aut possessionis interuersionem. Charond. *lib. 7. Respons. c. 174* B.

TIT. IX. POENAM CONuentionalem interesse excedere non debere.

ARRESTVM I.

Pœna conuentionalis interesse nõ excedit.

Axioma iuris valde notandum est, quod desumitur *ex capit. suam. De pœnis.* puta, obligationes pœnales vlterius non extendendas, vel intelligendas, quam quanti creditoris interesse potest: exempli gratia, si fideiussor vel debitor se soluturum, ratum haberi aliudve quid promiserit, sub pœna quingentarum librarum, intra certum tempus, neque ex mora creditori tantum intersit, à reo plus exigere non debet, quam quanti eius interest. Atque ita approbatum fuit Arresto Parisiensi, penultima Martii 1525.

II.

Pœna conuentionalis maior forte principali quãdo tolletur.

Maioribus diebus Molinensibus, vltima die Septembris anno 1550. dominus Menilius pro creditore quodam dixit, debitorem eius eum condemnari fuisse in summam trecentarum librarum, pro qua se fideiussorem suum apud mẽsularium quendam Lugdunensem constituerat: post hæc debitorem esse obligasse ad soluendam prædictam summam intra certum tempus, vel etiam ad carcerem sub pœna quingentarum librarum Turonensium, partim Regi, partim aduersario suo rendarum. Tempus hoc elapsum, solutione non facta, neque carcere ingresso, eum ad id faciendum, & pœnam soluendam conuentum. Cum hic videret, rescriptum rescindendæ obligationis impetrasse. Creditorem igitur à Curia nunc postulare, vt per prouisionem debitor carcerẽ ingredi teneatur, vel pœnam simul ac sortem soluere. Mangotus pro debitore ait, duos debitores ad debitum principale teneri, eumque partem suam soluisse, neque pœnam commissam esse, *per leg. Iulianus §. ibidem Papinian. ff. de actionib.* nominatim eam vsurariam & fraudulentam esse, eo quod sorte maior sit. Dominus Marillacus Aduocatus Regius repræsentat, quæstionem hanc, quoad sortem, dubio carere, & hoc respectu debitorem fugitiuum esse, verum quoad pœnam, maiori inquisitione opus eam habere: allegare quippe, quod illa sortem excedat; hoc intelligi in solito fœnerari, prout ait Gloss. *in d. § ibidem Papinian.* Cæterum hic ignorari, quanti creditoris interest, sortem solutam non fuisse, & iuxta quam pœnam conuentionalem determinari oporteat, quæ maior, quam interesse committi non potest: Curia Arresto suo dixit, debitorem trecentas libras repræsentaturum, & vsquequo eam soluisset, carcere includendum: quoad pœnam partes cum principali ad Balliuum Momferra-

tensem remisit: omnibus expensis in definitiua reseruatis. Credo Curiam super pœna conuentionali indicare noluisse, quæ ex iute in ꝓmissione facti tantum rô. ... vt puta ædificandi, libros censuales renouandi, d... rato habendo & aliarum rerum: non vero in datione quantitatis, velnti pecuniæ, tritici, vini, olei, & aliorum, in quibus commodatum consistit, quod nos *mutuum* dicimus: in his enim pœnæ interdictæ sunt, prout notatur *in l. item alleg. Cod. de vsur. in d. cap. suam. in l. si quis maior. C. de transaction. & in l. Lucius. ff. de act. empt.* Nihilominus tamen huiusmodi pœna conuentionalis optima ratione in obligatione indemnitatis admitteretur, pro fideiussore aduersus debitorem: fieri enim potest, vt fideiussor cogatur ad soluendum debitum in defectum debitoris principalis, eaque coactio adeo incommoda ei futura sit, vt eum incarceratione sustinere, vel etiam venditionem mobilium suorum vili pretio susferre oporteat, aliisque compluribus modis diuexari & exagitari cum magno suo interesse. Consimilis defectus soluendi debiti creditori principali non erit, cuius interesse in mora tantum consistit, nisi ob hunc defectum ei occasio præterlapsa fuit emolumenti quærendi, aut recuperandi, & redimendi rem suam venditam, aliove modo commodo suo inseruiendi: tum quippe interesse deberetur, dummodo debitor certo die se soluturum promiserit, sub pœna interesse ex defectu solutionis ad credetorem redundantis, & expressa ꝓmissione & obligatione redemptionem ad hunc effectum remiserit.

Pœna conuentionalis in obligatione solvendæ pecuniæ.

III.

Excusatio à pœna cōuentionali facile admittitur.

Publicani siue conductores reditus Capituli sancti Dionysii in Francia, polyptycha prædicti reditus intra certum tempus, sub pœna centum librarum Parisiensium perficere tenebantur. Tempus elabitur, quo nequaquam id fecerant. Ob pœnam citantur, & sententia Libellariorum condemnantur, nisi intra quatuor menses perfectionem polyptychorum retulissent. Ii hu... nihil faciunt. Pœnæ nomine pignora eorum capiuntur. Ab eo ad Parlamentum appellant, vbi Dominus Faber dixit, postea polyptycha perfecta fuisse, quæ exhibet: appellationi acquiescit in eo, quod ad sortem spectat, quantum vero ad pœnam conclusit, & ob impedimenta ab exercitu Imperatoris, qui in Prouincia fuit, obiecta sese excusauit: Insuper dixit, appellatorum hodie amplius non interesse, in'specta prædicta perfectione, quodque in Francia huiusmodi pœnales conuentiones non admittentur, nisi quatenus creditoris interesse potest. Curia Arresto suo 18. Februarii 1545. quoad pœnam omnia in irritum deduxit: in reliquo decreuit, id effectum sortiri oportere, & conductores in expensas, damna & interesse condemnauit. Nihilominus decreuit quoque polyptycha à duobus Curiæ Commissariis inspicienda, ac nisi perfecta repetta forent, ea intra quatuor menses perficienda: alias eos ad pœnam condemnandos.

Cum Monachi Blæsenses fundum quendam sub pensione sexaginta librarum annuatim elocassent, ea lege, vt quinque solidi pro quolibet mense, quo solutum non fuerit, pœnæ nomine soluerentur, prædicta pœna legitima & valida declarata fuit, Arresto 3. Augusti 1574. A.

IV.

Singularis doctrina super diuersitate Arrestorū de pœna cōuentionali.

Materia huiusmodi pœnarum conuentionalium certo constituta non est. Iudicatum quippe fuisse reperitur, pœnam hāc ad legitimum interesse reducendam: viceuersa repetitur, pœnam in solidum adiudicatam fuisse: verum ratio, qua iudices supremi moti: ex natura actionis, ex culpa & malitia, vel etiam excusatione cessantium innititur. Atque exinde huiusmodi diuersitas oriri potest. Vnus ex hæredum, cum sub pœna centum coronatorum transegisset, & hæreditatem se diuisurum promisisset, eum in finem coram arbitris familiæ erciscundæ conuentus, reluctatur. Lis aduersus eum instituitur. Is condemnatur. Appellat Parisios, postea que acquiescit. Cohæredes eius libellum offerunt ad adiudicationem pœnæ impetrandam. Is excipit, & ait, se optima ratione contradixisse: vnum quippe prædictorum cohæredum minorem fuisse. Secundo pœnam interesse excedere. Curia eum ad pœnā Arresto condemnauit. Ratio bona est, puta, quod partes tantum impendissent, quantum ea pœna continet, ad litigandum super liquidatione interesse: iuncta notoria malitia, citra legitimam excusationem, quam neque poterat neque debebat alibi, quam coram arbitris familiæ erciscundæ opponere, vbi declarare debuerat se paratum consentire, assistere & vacare diuisioni, non vero differre, impedire, & expresse contradicere, prout fecerat, ee de curatore minori, cum quo negotium habuerat, dando locus fuerat: quo facto pœnam euitare, promissioni suæ stare, & cum curatore rem suam valide gerere potuisset. Altero casu duo nobiles transigunt de prælatione subselliorum & honorū in ipso Parochia, & ipsorum vxores sub pœna centum librarum ratum habituras promittunt. Vnus vxorem suam ratum habere procurat. Alter id ab vxore impetrare non potest. Pœnæ promissæ nomine conuentus excipit, se non potuisse, & per se non stetisse. Secundo immodicam pœnam esse. Nihilominus ad eam condemnatus fuit. A quo appellat. Attesto prædicti loci, nisi ratum habere vxorem suam procurasset, in damna & interesse condemnatus fuit. Casuum differentia vidétur, ob quam Iudex æquitati se conformare cogitur, per ea, quæ notantur *in cap. ipsa pietas. 23. quæst. 4.* Rationi non congruit, vnam rem ab vno bis consequi: puta æstimationem, & postea rem ipsam, iuxta ea, quæ dicit textus *in l. locum habet. §. inde quæritur ff. de tabul. exhib.* pari modo in pœna & facto res se habet. Quæstio hæc examinatur *in l. ita stipulatus. ff. de verbor obligatio. & in l. fundum. de contrah.* nec absque dubio est.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IX.

I.

Expensarū vsuræ non debentur.

Expensarum vsuræ non debentur. Arrestum Burdegalense, quod datum inter D. Ioannem Cessacum Locumtenentem criminalem in Foro Brageracensi, & Ioannem Brugetium, ciuem & mercatorem prædictæ ciuitatis, 4. die Iulii anno 1590.

TIT. X. DE RE DEBITA non soluta tempore & die conuentis.

ARRESTVM I.

Tempus debitorem interpellat.

Mercator quidam alteri tunicæ muliebris partem anteriorē acu pictam, coronatis quinquaginta solarib. in lana soluendis, sic vt lanæ libra condicto pretio & tempore præstaretur, vendiderat. Eo tempore elapso venditor à debitore suo 50. coronatos exigit, eiusque pignora capi curat, qui se non debitorem prædictæ summæ, sed lanæ tantum, quam offerebat, asserit. Venditor ait, eum diē labi passum, ex

ex quo in mora se constituerit, quam hodie purgare non possit. Is ad soluendam prædictam summam condemnatus fuit. A quo Parisios appellat: vbi Arresto dictum fuit, quod D. Lucius (*Placit. Curiæ lib. 10. tit. 6. Arrest. 2.*) allegat, bene iudicatum fuisse, & appellantem mulctam viginti librarum Parisiensium inferre oportere. Quemadmodum enim creditor integrum debitum suum amissurus esset, si debitor ei lanam intra tempus obtulisset, & ea postea prædicto debitori perisset: multo maiore ratione, & è contrario, si is die condicto tradere vel offerre neglexerit, ob id ad minimum debitor optione priuatur, & ea creditoris erit, *l. stipulatus sum Damam. & l. Roma. §. Seia. ff. de verb. oblig.*

II.

Pœna conuenta in defectum implendi contractus, ob quæ impedimenta excuserat.

Hanc ad materiam valde notanda sunt ea, quæ dicuntur *in l. vltim. ff. de leg. commissor.* puta, emptorem, qui pretium intra certum diem se soluturum promisit, sub pœna, præterito die, si non paruisset, inempta res esset, in pœnam incurrisse non iudicandum, si debitum eius pignori captum, interdictione facta, ne eius possessionem alteri traderet: verum excusari debere. Ita iudicatum fuisse ait Guido Papa. Imbertus *in Enchiridio suo*, duum generum impedimenta pro ea re notat, vnum facti, alterum iuris. Illud facti rursus duum est generum: vnum, cum impedimentum à Magistratu procedit, qui potestatem habet ciatum quendam retinendi, qui ad diem venire debet, debitorem ad soluendum conuento tempore: atque tum huiusmodi impedimentum, quantumuis facti sit, non iuris & iurisdictionis forma fiat, negligentem soluere, accusatum vel reum excusare debet, qui ex eo exceptionem desumere potest. Alterum est, quod ex facto priuati alicuius oritur: id quod non excusat. Eum tamen priuatum impedientem debitor, qui impeditus fuit, conuenire potest, & ab eodem damna & interesse consequi, *per §. final. l. 2. ff. si quis caution.* Alterius generis impedimentum iuris est, cum scilicet ad postulationem alterius creditoris authoritate iudicis debitum pignori capitur, prohibitione facta, ne soluatur. Quæ valida excusatio est, *per l. vltim. de leg. commissor.* Ex omnibus vltimum hoc validum, prius vero non considerandum esse mihi videtur.

Distinctio impedimentorum, per quæ factū non satisfieret.

LIBER DECIMVS TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS, DE FEVDIS, FIDE, HOMAGIO, RETENTIONE, & commisso.

Vide Dominum Magistrum *tractat. de Amortizationibus.* Choppinum & Bacquetum *in libris ipsorum de Domanio.*

ARRESTVM PRIMVM.

Ecclesiastici feuda ex quib emolumentum ad dominum directū redit, possidere non pōnt. [Salua amortizatione & indemnitate.]

ERSONÆ Ecclesiasticæ, veluti Monasteria, Capitula, Communitates seu Vniuersitates, Præbendarii, Curiones & alii intra annum possessionem fundorum, feudorum, & aliarum rerum acquisitarum, & à se impetratarum à se abdicare tenentur, vel laudare, & pro iis domino directo, à quo in feudum vel iure plebeio seu censuali mouentur, hominem viuentem, morientem & committentem præbere, per glossam *in cap. vnic. in verb. domum. de religios. dom in sexto.* Rebuffus *ad Constitutionem Regis Philippi Pulchri, articul. 6. repetit Constit. tit. de laxamen. & induciis quinquennal. num. 4.* refert Arrestum Parlamenti Parisiensis se vidisse, in Camera Rationum *libro, Olim fol. 64.* quo dictum fuit, eos, qui fundos prædictos triginta annis possederunt, ad id non teneri. *Arrestum 6. tit. sequent.* hanc ad rem notandum est. Itemque notabilia Arresta extant *titu. de Amortizationibus, 14. libri primi*, ad declarationem huius materiæ pertinentia.

Ecclesiastici feuda à dominis Rege inferioribus mouentia possidere possunt, qui impedire non possunt, quominus Rex Ecclesiasticis amortizationem, præstita indemnitate, tribuere possit. V. Charond. *lib. 2. Respons. c. 25.* I. C.

II.

Feudum in præiudiciū domini directi mutari & grauari non potest.

Vasallus in præiudicium domini feudalis feudum mutare non potest, exempli gratia, nouam seruitutem imponere, vel etiā reditus eius & obuentionem vendere. Quod si faciat, sibi tantum præiudicat, & pro tempore, quo feudum possidebit: nam si postea ad dominum feudalem perueniat, ea omnia extinguuntur, *l. lex fund. vectigal. ff. de pignor.* Baldus *in cap. 1. §. quid ergo si pretio. & §. è contrario. & §. finali. de inuestitur. de re alien. fac.* Resoluto enim iure dantis resoluitur ius accipientis, *l. hæres. ff. Q. M. P. vel H. S. & l. si ex duobus. §. fina. ff. de in diem addict.* Idque verum est, si huiusmodi feudum ad dominum feudalem iure dominii perueniat, veluti commissi, itemque prælationis & retentionis pro pretio: non vero, si iure particulari donationis, institutionis hæredis, emtione à vasallo vel aliter reuertatur. His quippe posterioribus casibus onera permanent, neq; extinguuntur vel resoluuntur, *l. traditio. §. 1. ff. de acquir rer. domin.* Quoniam ex generali huius Regni Consuetudine omnia feuda propria & patrimonialia sunt, & venduntur, hypothecæ nectuntur, seruitutes & onera iis imponuntur, prout vasalli arbitrio eiusque in præiudicium: ita Ioannes Faber ait *in princip. instit. de empt. & vendition.* Hoc præsupposito; vasallus, qui complures seruitutes feudo suo imposuerat, & reditū super eo mercatori cuidam vendiderat, feudum suum domino feudali donat, sub conditione soluendi debita sua. Dominus feudalis neque donationem acceptando neque repudiando, mercatori * pretium & reliqua reditus offert, atque hoc iure feudum retinere, & alias seruitutes extinguere vult. Mercator

 eiiit-

ei intercedit. Arresto Burdegalensi, quod datum 5. die Augusti 1521. ad id admittitur, nominatim quod nunquam hunc emptorem inuestiuisset, neque emptionem sciuisset, prædictum vero feudum pro pretio intra annum notitiæ, quam de eo habuit, retinere potuerat, § *porro. Qual. olim feud. alien. pot.* & *l. 3. ibi, siquidem Dominus maluerit de iure emphyteutico.* & ibi Iason *colum. 3.* & *in cap. 1. §. 1.* & ibi Baldus *Qualiter olim feudum alienar. pot. ibi, concessa erat domino pro æquali pretio redemptio.* Baldus *in princ. cap. 1. num. 2.* & *in dict. § porro. versic. penult.* Ioannes Faber *in §. 1. instit. de rerum diuisio.* Idemque ait pariter obseruari debere in fundo censuali, quod in feudo. Lector materiam hanc docte expositam videre volens, perorationem Dominorum Seguierii, Rupifortii & Riantii, *tit. de tribut. indiction. subsid. & c. 81. lib. 5. supr. Art. 39. Comitiorum Prouinciæ* perlegere potest.

* In eo male procedebatur, quoniam is, si nihil refunderetur, feodum retinere poterat: prout annotauit Cuiacius *libro 2. de feudis tit. 9.* Attamen Molinæus *ad Consuetud. Paris. §. 22. gloss. 5. quæst. 5.* & *§ trigesimo, quæstion. 20.* contrarium tenet. Vide Choppinum *ad Consuetud. Andegauens. lib. 2. part. 3. cap. 2. tit. 3. n. 5.* & *ad Consuet. Paris. lib. 1. tit. 2. Art. 21.* Et Charond. *lib. 2. Respons. cap. 14.* & *lib. 5. cap. 41.* Arrestum hic relatum desumptum fuit è Boerio *quæstione 181.* Hinc ad rem notandum est fundum censualem a domino directo acquisitum, irreuocabiliter cum feodo consolidari, absque spe tacitæ reductionis ad priorem conditionem & onus censuale. Arrestum Maiorum dierum Pictauiensium, 8 die Octobris 1579. quod laudauit Choppinus *ad Consuetud. Andegauens. lib. 1. cap. 5. Art. 8.* Vide *Art. 1. App. huius tit.*

III

Feuda laudimiis obnoxia sunt, si specialis in id consuetudo exiget.

Etsi ex dispositione iuris communis & ex Consuetudinibus feudalibus, dominus directus & feudalis à nouo vasallo laudimia exigere & impetrare non possit, neque inuestituram neque quicquam aliud, de quo nonnisi expresse in concessione & inuestituræ instrumento conuentum est, prout ait Hubertus de Bobio *in l. si quis alia aqua. § fin. ff. quemadmod. seruit. amitt.* & Andreas de Isernia *in tit. per quos fiat inuest. c. fin. § sed & rerum.* nominatim vero, quando feudum ligium appellatur, quod idem valet ac gentile, francum, nobile: *Clementin. Pastoralis. 9. rursus.* iuncta gloss. *in verb. homoque ligius. de re iudicat.* Nihilominus in nonnullis locis Prouinciarum, quæ scripto iure reguntur, Consuetudo soluendi laudimia & emolumenta admittitur, propter feuda nobilia acquisita, & iuxta eam feuda determinare oportet, vt per glossam *in cap. 1. §. illud quoque. in verb. nisi requisitus.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, quod datum 14. die Martii 1529. quo Dominus de Turre ad informandum per turbas, seu ad turmariam informationem admissus fuit, de consuetudine scil. accipiendi prædicta iura laudimiorum, quæ à domino Ligneraco vasallo suo exigebat, qui prædicto Arresto obtinuit: citra Consuetudinem, alioquin nulla laudimia debebat, propter verba inuestituræ, in qua scriptum fuerat, *cum omni libertate & franchisia*, quæ prædictus dominus feudalis petitioni prædictorum laudimiorum à se factæ non præiudicare asserebat. Certe non tantum horum locorum, sed etiam vicinorum Consuetudo, pro determinatione prædictorum feudorum, & pro decisione litium inde ortarum obseruatur, *cap. 1. cap. sola. cap. de iis. dist. 12.* & *cap. ex parte compos. de consib.*

Vide *Arrestum 16. infra.* & *decision. 19.* D. Boerii. D. Maynardus de hoc Arresto latissime disserit *lib. 4. quæstion. suarum notabil. cap. 33.* I. C.

IV.

Vasallus libere de feudo suo ludere po.

Aduocatus Carterius in deliberatione sæpe auditus fuit, mentionem Arresti cuiusdam Parisiensis facere, quod is dari, se vidisse ait pro Domino Wilhelmo Sudorio, generali rei monetariæ præfecto, aduersus Aduocatum Bouchardum, dominum feudalem *de Champigny*, propter fundum quendam nobilem à prędicto Sudorio possessum, qui eum albergauerat, & elocauerat alteri, vno vel duobus denariis annuis, & summa quadam insigni pro introitu, cuius prædictus Bouchardus postulabat quintas & subquintas, denegatas à nouo possessore & auctore suo, qui vasallus est, dicens, se de feudo suo prædicto modo ludere posse. Prędictus Bouchardus Arresto repulsam tulit, qui postea errorem proposuit. Arrestum istud est de 25. Iunii 1516. Postea 15. Februarii 1538. alterum simile Parisiense Arrestum datum fuit, in Maiore Camera Inquisitionum, quo complures Domini aliarũ Camerarum euocati fuerunt, pro Roberto Belleo, Præfecto Villæ-nouæ S. Georgii, aduersus Carthusianos, qui retractu feudali super viginti arepennibus terræ siue fundi, vti volebant, quo Robertus Binetus Dominus *de Vigneu* vasallus illorum ratione prædicti Vigneu, prædicto Belleo vendiderat, ex domanio & feudo prædicti Vigneu mouentibus à prædictis Carthusianis sub introitu, duarum millium librarum pretii loco, vna cum retentione quatuor denariorum Parisiensium census annui in singulos arepennes, & iurisdictionis & directi dominii. Prædictus Belleus Consuetudine Parisiensi se tuebatur, ex qua vasallus de feudo suo ludere potest, vsquequo fidem remiserit, vt dominus eius emolumentum postulare non possit. Lis in prædicta Maiore Camera æquas sententias tulit, inæquales vero in Minore Camera, vbi prędicti Carthusiani actores domini feudales repulsam passi fuerunt, saluo iis, quàm lo feudum apertum fuerit, sibi prospiciendi iure, prout æquum est, & ratio postulat. Reseruatio hæc valde notanda est, Ecclesiasticos videlicet, qui manus mortuæ sunt, feudum venditum ab ipsis mouens retinere posse, *cap. suit. extr. de locato.*

Nota, manus mortuas iure retentionis feudalis vti posse.

Adde Arrestum II. supra

Postea eadem hæc quæstio diuersimode iuxta clausulas contractuum & facti circumstantias diiudicata fuit: nempe, quando vasallus partem feudi sui alienauit, ac simpliciter ius quoddam census super quolibet arepenne vendito, puta, laudimiorum, venditionum, inuestituræ & mulctæ sibi reseruauit & retinuit, acquirentem quintas & subquintas debere, remque ita venditam retractui feudali obnoxiam esse. Verum si præter hunc censum dominus venditor sibi retinuit fidem & homagium iuris dominici, prout *articulo 51.* Consuetudinis Parisiensis continetur, dominium & iurisdictionem fundialem. hoc casu quinta & subquinta non debentur, neque alia iura domino feudi dominantis, qui neque feudum venditum totum, neque partem eius potestate feudali consequi seu retrahere potuit, eo quod nulla venditio sit, sed contractus conductionis sub reditu, in perpetuum, qui nonnisi vtile dominium transfert ad acquisitorem citra iurisdictionem, citra dominium, citra feudum, locatori honore & dignitate feudali retenta ad reddendam & exhibendam fidem domino ipsius dominanti, si feudum apertum fuerit, iuxta ea, quæ scripsit D. Molinæus *ad artic. 41. num. 9. 10.* & *11. Consuetudinis Parisiensis*, & D. Magistrum *tractat. de feudis & homagiis, c. 5.* ex quibus hoc Arrestum aduersus Carthusianos desumptum fuit, quod refert D. Paponius, & cuius datam prædictus Molinæus 17. Februarii adsignauit. Arrestum quod ius retractus feudalis in priore supradicto casu adiudicat, late extat in *Append. huius tit. Art. 3.*

Verè quintæ & subquintæ debeantur, vel verò retractus feudalis locum habeat, si vasallus partem feudi sui alienauit, &c.

V.

Dominus feudalis * pro reditu à vasallo suo vendito, quem feudi titulo ab ipso tenet, ius retentionis habet, prout iudicatum fuit pro Domino Duce Mommorancio, aduersus viduam Deffriches, Arresto Parisiensi, 7. die Septembris, anno 1528. Isque textus est § *porro. qualit. olim feud. alien. pot.* Atque hanc ad rem notandum est, *Arrestum 7. de retract. & retention.* quo dominus, siue Ecclesia sit, siue dominus laicus,

tus, feudum sibi retinens, retinere illud potest, vt postea id alteri tradat & compendium ex eo faciat. Verum id obseruari debet iuxta finem *Arresti* 4. *Tit. de retractu gentilitio.* Iura commune huiusmodi circuitum permisit tum, cum ei prodest, qui eũ postulat, vt ait Cardinal, Flor. *in cap. auditor* 14. *quæst. per cap. tuam. de ord. cognit. & cap. Lator. qui fil. sint legiti.* Ecclesiæ prodest, acquirere vt postea cariore pretio vendat. Ita notat D. Tiraquellus *titulo. de retract. conuent.* §. 2. *gl. vnica, num.* 71. Attamen Arresto 4. proxime præcedente, Ecclesia, quamuis manus mortua sit retentionis ius habet: prout declaratum & reseruatum fuit Cartusianis Parisiensibus, casu aperti feudi existente. Ratio in promtu & manifesta est, puta, quemadmodum prædicta Ecclesia Regis amortizatione ad possidẽda feuda nobilia priuilegiatur, pari ratione & opera sub feudis suis, quæ quo ad Regem subfeuda sunt, feuda tenere potest, & per consequens omnia iura feudalia, itemque à se ipsa prædicta subfeuda possidere, si ea aperta fuerint. Insuper prædicta lis nunquam ex alia causa æquas sententias tulit, nisi ob dubium, vtrum in casu huiusmodi albergamenti, respectu arepennium fundi albergatorum, apertum esset feudum vel non. Si id apertum extitisset, absque dubio actores fundatos esse. Si Ecclesia retinendi feudi incapax esset, dubium supradictũ frustra examinatũ fuisset. Igitur, &c.

Ecclesia ius retentionis habet.

V. Alterum *Arrestum* 7. *Tit. de retractu & retentione* supra quod expressum est Prælatus nomine Ecclesiæ rem à se alienatam, non suo nomine retinere potest, Bartolus *in* §. *vsufructuarius. l.* 1. *de nou. oper. nunciatio. cap. Præsentium, de testibus. lib.* 6. Masuer. *tit. de retractu.*

* Dominus extincto vsufructu, id quod vsufructuarius ex retractu feudali acquisiuit, refuso pretio & legitimis impensis restitutis, retinere potest, prout tenet Molineus *ad Consuetud. Parisiens.* §. 13. *glos.* 1. *num.* 37. deque eo Arrestum extat Parisiense, 3. die Februarii 1571 quod allegaunt Charondas *lib.* 2. *Resp. cap.* 85. & alterum de 9. die Ianuarii 1563. ab ipso relatum *lib.* 7. *cap.* 120. Aliud est in acquisitionibus peculiaribus, quas prædictus vsufructuarius ex capite suo fecisset. Idem *lib.* 3. *Resp. cap.* 42. V. notata *ad Arres.* 7. *tit.* 6. *lib.* 11. & Consuetud. Bituricensem, *tit. de iure retentionis.*

VI.

Ius retentionis ob resolutam venditionem non impeditur

Nona die Februarii anno 1533. Arresto in tertia inquisitionum Camera conclusum fuit in lite quadam per scripturam agitata, inter Nicolaum Clauoretium & Franciscum Sammitellum, dominum feudi in consuetudine fundatum, res venditas fundi sui retinendi, etiamsi traditio eius realis à venditore emtori facta non fuerit, admittendum esse, eo non obstante quod postea communi consensu partes ex omni parte à venditione iam perfecta recessissent, tam quo ad pretii constitutionem, quam quo ad traditionem attinet * Ad hoc facit textus *in Auth. Sed hodie, in fine. C. de iure aureor. annulorum.*

* Et ita tenet Molineus *ad Consuetudin. Paris.* §. 13. *gloss.* 3.

VII

Fides & homagium præstari non debẽt, nisi a domino prætendente probatio præstetur.

Possessor feudi domino se directum prætendenti, nisi prædictus dominus de iure suo probet, fidem & homagium præstare non tenetur: aliter quippe is prædictam fidem & homagium legitime non petit, & nisi legitime petat, Vasallo nihil deperit. Eaque sententia est Baldi *inc nulla. num.* 5. *ibi & dominus vasallo legitime denuntiante. Per quos fiat inuestitura* Atque iuxta hoc iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Decano Podiensi, appellante à Seneschallo Aruerniæ aduersus dominum Allegreum, qui feudo ad prædictum Decanum spectanti ob fidem & homagium non præstitum manus iniecit: ex eo quod prædictus dominus Allegreus de iure suo non probaret.

Dominus feudalis non nisi in possessione constitutus litigat.

In Francia tamen regula obseruatur, dominum feudalem non nisi in possessione constitutum aduersus vasallum suum prætensum litigare non debere, adeo vt quamuis prædictus dominus feudalis ius suum ex tempore ac in promtu demonstrare non possit, propterea possessionis commodo priuari non debeat, Vasallus vero in possessione manere: prout iudicatum fuit Arresto prædicti Parlamenti aliquo modo ab eo, quod supra relatum, diuerso.

In materia feudali dominus manu plena, vt dicitur, atq; in possessione constitutus, litigat, nisi Vasallus deneget eumque dominum abnuat: fides quoque & homagium a vasallo in domo domini præstari debent. Arresto 3. Martii 1586 pro Episcopo Niuernensi. Nota Prælatos in Francia homagium non præstare: sed simplex tantum fidelitatis iusiurandum.

VIII.

Successio directa in feudo.

In Prouinciis quæ iure scripto reguntur, filius patri in feudo succedens, si intra annum & diem fidem & homagium præstare domino feudali neglexerit, nihil amittit. Atq; ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, anno 1388. Vldaricus Zasius *in tractat. suo. de feudis.* id ita declarat.

Præstatio fidei & homagii ex Consuetudine Seniori attributa, de honore intelligitur: adeo vt prædictus senior fidem pro aliis præstare possit, verum omnia compendia in reliquos conferre debeat. prout iudicatum fuit, 2. Iulii 1565: & Consuetudo Pictauiensis declarata fuit.

IX.

Vasallus infitians feudum suum amittit.

Vasallus dominũ suum feudalem abnegans, feodum suum amittit, §. *vasallus.* 3. *lib.* 2. *titulo.* 26 *si de feud. def. cont* exceptis quibusdam casib. specialibus: nec prædictus vasallus rescripto Regio prospici seu consulere potest, quominus iacturam feudi faciat: quod si id offerat, approbari non debet. Rex quippe dominium iure ipsi acquisito ex infitiatione vasalli ipsius priuare minime voluisse intelligitur, *cap.* 1. *de rebus. Ecclesiast. non alienan. in* 6 Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Ioanne Bartonio, aduersus quendam nomine Sanguinum. Id quod in Prouinciis iuris scripti locum non habet neq; in Aquitania, vbi feudum non adeo leuiter confiscatur, prout in Prouincia Consuetudinaria, vt Arresto Parisiensi iudicatum fuisse ait Imbertus *in Enchirid. suo in verb. pœna pecuniaria.* Hic notandum est, Vasallum præcise vel agnoscere vel abnegare dominum feudalem teneri. Si feudum ob fidem & homagium non præstitum, ob iura & debita officia nõ exhibita pignori capiatur, & vasallus huic pignoris capioni se opponat, pẽdẽteque lite dominũ feudalem abneget, hoc casu nisi prædictus dominus propere & ex tempore de iure feudi, quod habet, fidem faciat, quo iure scil. id pignori capi curauit, manus laxatio prædicto opponenti & abneganti tribuetur, idque per prouisionem ac citra præiudicium iuris prædicti domini, qui ad fidem de eo faciendam admittetur. Quod si vero propere ius suum demonstret, non tantum pignoris capio sustinebitur, verum feudum ipsum prædicto domino reprobato adiudicandum erit, vtpote ei commissum & confiscatum. Ad hæc valde notandum est, vt locus huiusmodi commisso fiat, necesse esse, vt abnegatio ista legitima sit, hoc est, ab eo facta sit, qui dominus irreuocabilis est, maior & sui iuris, alioquin eius ratio non habitur. Exemplum esto, Si Prior ab Abbate quodam dependens, qui Ordinis caput est, vel etiam Commendator Ordinis Melitensis, abnegationem faciat, absque autoritate Abbatis, aut etiam Capituli Religionis prædictæ Melitæ, nullius momenti est. Per eam igitur feudum amitti non poterit, quemadmodum etiam ob eam abnegans manus laxationem consequi non debebit, verum pignoris capio sustinebitur: prout iudicatũ fuit Arresto Parisiẽsi 2. Mar-

Abnegatio non legitima neque authorizata capionem non meretur, vtpote quæ cõmissum nõ inducit.

tii 1534. pro Ioanne Gilberto aduersus Commendatorem Villeregiæ.

Idem & fortius.

X.

Arrestum prædicti Parlamenti extat intellectu difficile. Nam præsupposito, ob noo recognitum dominum feudalem feudum non amitti, domioua quidam postulabat, vt ob aboegatiooem vasalli sui, feudum sibi commissum declararetur, ad quæ possessor fendi excipiebat, se illud titulo allodiali, non vero ab ipso neque ab alio tenere. Domioo Cootrarium replicante, Iudex eos in facto contrarios esse & probationem facere oportere decreuit. Dominus feudalis ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi Arresto dictum fuit, prædictum possessorem confessurum aut negaturum se prædictum feudum à prædicto domino possidere, intra sex septimanas: quod si nō fecisset, feudum prædicto domino commissum declaratum iri, vt proprium ei permaoeat.

Dominus vasallum cogere potest ad exhibendum, & vasallum vel approbare vel reprobare oportere, adeo vt Dominus neque monstrare neque exhibere vllum feudale iostrumentum teneatur. Iudicatum 8. Februarii 1572. die quodā Martis post prandium, perorante Marioneo aduersus Brebatium.

XI.

Felonia domini *de Craon* punita.

Ob Commissam feloniam à domino *de Craon*, aduersus Regem Siciliæ & Hierosolymæ, Arresto Parisiensi, anno 1394. omnia feuda, quæ à Regina possidebat, ei tam suo nomine, quam suorum liberorum, acquisita & confiscata esse, declarata fuerunt: atque vt proditor & perfidus domino suo & Regi, ad summam centum millium ducatorum prædictæ dominæ prædictis nominibus inferendam condemnatus & Regno exulare iussus, omniaque eius bona confiscata fuerunt, cuius Arresti executioni Rex eius patruus & Dux Aurelianensis intercesserunt.

Nota hic, Dominum feudi ex delicto omnibus aliis creditoribus, etiam ex crimine venientibus præferri, in fauorem scilicet confiscationis & incorporationis propter rebellionē factæ. Iudicatum pro Comite Magnantio inter Arresta Generalia, 7. Septembris 1574. *V. lib. 9. Tit. 1. arrest. 16.*

XII.

Dominus *du Bié* Marescallus Franciæ punitus.

Arresto quod datum aduersus dominum *du Bié* Marescallum Franciæ, criminis læsæ Maiestatis accusatum, dictum fuit, bona ipsius Regi confiscanda, ea tamen conditione, ne possideat neque manus iniiciat feodis ab altero feudali domino, quā à se mouentibus, eaque aliis restituat & derelinquat, quorum dominica iura conseruari possunt, ad quos ea spectauerint. Prædictum Arrestum datum fuit 3. Augusti 1551. Isque textus est *l. Forma est, quotiens ad fiscum vel minima portio rei pertinet. C. lib. 10. de vendit. rer. fiscal.* citra quam expressam huiusmodi conditionis declarationē Rex ea sibi & domanio suo retinere potuisse, neque tamen propterea fidem & homagium Duci, Comiti, Marchioni, Baroni vel Pari Franciæ vasallo suo, (à quibus prædicta feuda adiudicata Regi immediate feudi titulo mouebantur, à Rege vero mediate sub feudi titulo,) præstare teneretur, prout in simili casu Arresto Parisiēsi, de 25. die Februarii anno 1558. iudicatum fuit pro domino Procuratore Catholico Regio & domina *de la Flausselure*, aduersus dominum *de la Trimouille*, Actorem. Not. Specular. *tit. de feud. §. quoniam de homagiis. Quæst.* 24. Complurima feuda reperiuntur a Rege in Delphinatu possessa, quæ ab Archiepiscopo & Principe Ebrodunensi mouentur, quorum fidei & homagii præstatio confusa est, ob possessoris qualitatem, à quo omnia bona temporalia intra Iurisdictionem ipsius sita dependent, si non immediate, atq; certe mediate, & huiusmodi regressus subfeudi ad libertat ab ea præstatione, prioremq; statum nanciscitur. Prædictus Archiepiscopus diu laborauit, vt hoc ius à Rege consequeretur, id quod non potuit, ex eo quod iure contingit. Ego neque intelligere neque animo concipere potui, ex qua ratione typographus bella scilicet sua & stulta præfatione dicere & huic capiti adiungere ausus fuit, hoc Arrestum abusiuum esse & falsum: id enim quod typographus ait, falsum est, prædictum quippe Arrestum ex schedis magni & celeberrimi cuiusdam viri habeo.

Rex fidem & homagium pro subfeudo sibi adiudicato à quodam vasallo suo mouente non debet.

Quod attinet Arrestum istud, quod datum aduersus dominum *du Bié* Marescallum Franciæ tenendum est, postea, 14. Iunii 1577. Arrestum, quo declaratus innocens fuit prædictus Marescallus & dominus Veruinus gener ipsius, cū lis ipsorum retractata fuisset, publicatum fuisse, ipsorumque exequias habita eximia oratione funebri eodem die Bononiæ quæ ad mare sita, celebratas fuisse V. Dominū Alandatū *in libro suo de Notabilitate domus Concinacensis.* B.

XIII.

Illustris anno Albonius, Eques Ordinis, dominus Sant-Andreanus.

Crepattus * mercator Aruerniensis dominium quoddam numine *Durtol*. pro se, liberis suis masculis, vel eo ex illis, quem hæredem nominaturus esset, acquisiuerat, in Iurisdictione consistens, cuius appellationes, districtus, fides & homagium immediate ad Vice-Comitem Tuornellium, dominum feudalem istius dominii *Durtol* spectabant. Prædict⁹ dominus Vice Comes, pura defunctus illustr. Ioannes Albonius, Eques Ordinis Regii, dominus Sant-Andreanus, cum complures querelæ ad ipsum de vita & malis moribus prædicti Crepatti tam quod ad malam subditorum suorum tractationem, quàm quo ad abusum Iurisdictionis suæ, adeo vt cæderet, in carcerem conijceret, aliisve modis ac pœnis vexaret eos, qui ab Officialibus suis appellarent, id quod interesse prædicti domini Vice-Comitis spectabat: informari aduersus prædictum Crepattum vasallum suum curat, autoritate Curiæ Rigodulensis, ac postea perperam iudicata exclusione seo excluso prædicto Vice-Comite à testium productione inter se committendorum, Arresto Parisiensi omnia Orlacum remissa, vbi sententia, inter alia complurima capita, prædictum dominium confiscatum & prædicto domino feudali qui prædictum commissum postulabat, commissum declaratum fuit: à quo prædictus Crepattus ad Parlamentum appellat. Curia Arresto suo prædictā sententiam, quo ad prædictum caput, reformauit, & prædictam Iurisdictionem *Durtol* tantum declarauit, prædicto Vice-Comiti commissam esse quo ea tam per se quam per suos viuente prædicto Crepattu frueretur, saluo ad huius liberos masculos heredes eius regressu, atque in expensas condemnatus fuit. Duo in hoc Arresto notanda sunt. Prius quamuis prædictus Crepattus offendisset feudo suo abutendo, id tamen respectu Iurisdictionis tantum factum, & in ea tantum parte pœna priuationis consistere debuit, prout ait Baldus *in c. 1. §. vasallus. num. 3. Si de feud. fuer. controu.* deque eo vulgata regula est, pœnam delicti modum excedere non debere, *l. Sancimus. 22. Cod. de pœnis.* Posterius est, cū offendiculis suis & mala versatione amissionis prædicti Feudi aut iurisdictionis, causam præbere non potuisse, in præiudicium liberorum suorum, qui non offenderunt, & quibus ordine successorio, prædictum feudum affectatū & acquisitum fuerat. Eaque est *l. Si manumissus. ibi, quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc esse ortos constiterit, &c. C. de libert. & eo. lib.* Hanc ad rem singulare est *Arrestum vlt. Tit. de Iniuriis verbalibus. lib. 8. supra.*

Felonia pro parte committitur, in qua debitum fuit.

Huius

* Huius Arresti Choppinus mentionem facit *ad Consuetud. Andegau. lib. 2. part. 3. c. 2. tit. 4. Art. 3.* Huc referenda sunt notata à Caronda *lib. 2. Responsor cap.* 15. liberos posse legitimam ipsorum super feudis ipsorum patris defuncti ad mortem condemnati petere, & vxorem doarium suum, quantumuis condemnatio ob crimen læsæ Maiestatis fuisset. T.

Nec non Arrestum pronunciatum in Parlamento Britanniæ, a Præsida Lestran, 1. die Octobris 1571. quo prædicta Curia Feudum, fundum & dominium S. Meloris adquisitum & incorporatum declarauit, pro vidua domini Feudi dominantis *de la Touche aux bogasses* prædicto feudo, propter homicidium & feloniam in personam domini sui a prædicto vasallo cōmissam sub onere doarii vxoris prædicti vasalli, quod ex rebus commissis ea capere posset, quas cum aliis bonis prædicti defuncti vasalli obligatas esse Curia declarauit, tam ad compensandam pecuniam dotalem & propriam prædictæ vxoris appellantis alienatam à prædicto defuncto marito ipsius, quam ad soluendas summas, quarum nomine prædictus defunctus patri prædictæ viduæ, citra fraudem obligatus fuerat.

V. prædictam perorationem & Arrestum typis editum, & alterum quoddam anni 155. quod pronunciatum in Parlamento Parisiensi, die Natali, quodque refert Carondas *lib. 2. cap.* 36. quo iudicatum fuit, patrem tantum, non etiam liberos eius priuari. I. C.

XIV.

Vasallus nō ex leui causa feudū suū nō amittit.

Ioannes Sermetus Arresto Burdegalensi, quod à Domino Boerio absque data, *decisio.* 149. *in fi.* allegatur, à commisso feudi sui aduersus ipsum prætenso à domino feudali, eo quod virginem quandam prædicti domini sui feudalis stuprasset, absolutus fuit. Eaq; est sententia Aluarotti. *in cap.* 1. *Q. M. F. A.* post Ioannem de Ifernia. *eod. cap.*

XV.

Subfeudū capi non debet.

Dominus feudalis ob fidem & homagium non præstitam feudum vasalli sui capere potest: non vero feuda, quæ à prædicto vasallo in mora constituto mouentur, quamuis à principali, quod à se mouetur, dependeant: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi super appellatione quadam huius materiæ Aurelius manante, 15. Decembris 1543. Rex tamen priuilegium hoc habet, vt in defectum vasalli, & cum Feudum à se mouens aperitur, omnia feuda ab illo depēdentia, quæ sibi subfeuda sint, fructusque suos facere possit. Atque ita sæpe iudicatū fuit.

XVI.

Consuetudo feudi seruientis, non vero dominantis ad decisionem iurium feudaliū ob seruanda

Si feudum in alio loco, quam id, à quo in fidem & homagium mouetur, situm est, vel etiam fundus censualis alibi situs, quam dominium, cuius ratione debetur, pro omnium dubiorū decisione Consuetudinem loci sequi oportet, in quo feudū vel fundus seruiens situs est, siue respectu laudimiorum, recognitionis, mensuræ & aliorum, de quibus in polyptychis non prouidetur, nominatim per textum responsionis. Et ita iudicatum fuit Parisiis, Arresto, quod absque data allegat Imbertus *in Enchirid. o suo,* in verb. *Consuetudo regionis*, per tex. *in Clē* 1. *de rescript.* aduersus sententiam Ioannis Fabri *in l.* 1. *C. de summa trinit.* Dominus Molineus *ad Consuet. Parisiens. in tract. de mat. feudali.* §. 22. *quæst.* 20. *num.* 86. pro prædicto Arresto tenet.

In Francia obseruatur *Clem* 1. *de rescript* ex qua colligitur, in feudis rei vel loci seruientis statutum considerandum esse, non dominantis, iuxta quod nonnullæ Consuetudines in scripturam redactæ fuerunt, quæ volunt, quando feudum aperitur, statuta loci in quo feudum seruiens situm est, non vero feudi dominantis obseruari oportere: Peronensis *Articulo* 81 Molinensis. *articulo.* 24. Catalaunensis *artic.* 224. Rhemensis, *artic.* 138 & sententia D. Cuiacii *lib.* 1. *feud. cap.* 2. Chassanæus ad *artic.* 7. *gloss* 2. *Codas.* 1. *in verbo*, Selon la nature du fief, *eod. tit. Consuet. Barguna a* Matthæus de Afflictis, *decis Neapolit.* 326. Atque ita iudicatum fuit Arrestis Curiæ Parlamēti Parisiēsis, quæ refert D. Choppinus *ad Cōsuet. Andegau lib.* 3 *tit.* 2. *n.* 8. *anno* 1533. pro domino Landrio de Turre, domino Comite Castelli russi, & Carondas *lib.* 2. *R sp. cap.* 29. nisi instrumento inuestituræ siue infeudationis cautum sit, cuius dominus dominās fidem facere debet, verbi gratia à Baronatu Momfalconio, sito in prouincia Bituricensi, gubernato tamen iuxta Consuetudinem Montargiensem, ex qua aperto feudo quintæ & subquintæ debentur, & ex consuetudine Bituricensi reditus siue obuentio vnius anni tantum. Ab hoc Baronatu nonnulla feuda in Bituricensi prouincia mouentur & iuxta eiusdem prouinciæ consuetudinem reguntur. Dominus Momfalconius maiora iura, quam anni reditum, non vero quintam, & subquintam, ob apertum Feudum seruiens prætendere potest.

XVII.

Ecclesia feuda possidere non potest citra amortizationem, quæ 30. annis præscribitur.

Ecclesia neque feoda neque bona temporalia in hoc Regno possidere potest, citra Regis dispensationem, quam *Amortizationem* vocant, vel etiam nisi huiusmodi dispensationem præscripserit, quod ea triginta annis possedisset, citra vllam interpellationem nec manus suas iis vacuefecerit seu eorum possessionem dereliquerit: quo casu præscriptio valida est, neque cogi potest, vt is manus suas vacuefaciat, quemadmodum ante prædictorum triginta annorum lapsum cogi potuisset. Nihilominus Regi pro prædicta fruitione debitam pecuniam soluere tenebitur: taxa vero debitæ Regi pecuniæ, q̄ ite & quomodo reliquum in hac materia intelligatur, satis superque *titulo. De Amortizationibus. supra libro* 1. *titulo.* 14. declaratum fuit. Triumuiri Regii voluerunt, anni iam ducenti & sexaginta sunt, huiusmodi quid aduersus ignobiles, non vero nobiles, qui nobi ia feuda in prædicto hoc Regno acquisiuerunt obseruari & dicere, eos eorum acquirendorum & possidendorum capaces non esse, citra Regis indulgentiam & pecuniæ solutionem. Hi in eo se fundabant, quod huiusmodi feuda possessoré nobilitarēt, eumque tributis immunem & liberum redderent & consequenter Regis interesse verteretur, atque eius nomine pecunia deberetur. Si illorū ratio vera fuisset, sane optima fuisset, & speciosa ipsorum intentio fuisset: verum prædicta ratione falsa existente, amplius opera nulla prædicta intentio confirmari potest, quæ iniuriosa est & aduersus omnem diuini & humani iuris dispositionem, quæ neque honorum feudalium & ignobilium, neque illorum præscriptionis differentiam constituunt, quæ nonnullis, exclusis reliquis, obligentur: quantum vero ad feudalem qualitatem attinet, si in ea prior egiom sit, id ex vsu potius quam lege scripta est, cum consuetudines feudales iuri Romano incorporatæ non fuerint. Insuper nulla Constitutio illarum Consuetudinum extat, qua ratione possessionis feudorum Nobiles admittantur, ignobiles vero reiiciantur.

Opinio varia, ignobiles feuda citra dispensationē possidere non posse, refutata.

Quantum ad personarū liberarum qualitatem attinet, minus adhuc discriminis apparet, quoniam omnes indifferenter vniformem legem habent acquirendi & possidendi omnes res temporales venales & commerciales seu quorum commercium est. Nec vnquam, quodcunque illud sit tempus extitit, à condito mundo vsque, quo huiusmodi dubia data fuerint. Omnes liberi Noæ sumus reseruati ad replendam terram, post primos Adamo ortos submersos. Id eo facit, quod è tribus Noæ liberis cum familiam suam erciscerent, nullus ex iis huiusmodi prærogatiua, quam Nobiles afferunt, reliquis prælatus fuerit, quantum ad hoc, de quo nobis sermo est. Si postea ciuili quadam inuentione nonnulli politica Nobilitate reliquis præualuerint, alii ignobiles mā serint, virtute aut fortunæ beneficio, negligentia vel pusillanimitate, ad huiusmodi conditionem respectiue habitis & exercitis, nō ideo valida consequentia induci potest neque admitti, vt eadem ratione

Super differentia personarum & qualitate earumdem.

differentiam

differentiam bonorum & fundorum constituit o-
porteat: vt puta nonnulla Nobilia dicere, veluti pro-
dicta feuda quæ illorum, qui Nobiles sunt, pro-
pria sint, exclusis iis qui nobiles nō sunt, alia v. igno-
bilia, quæ ab ignobilibus, non vero à nobilibus
possideantur. Huiusmodi differentia fundamento
caret & odiosa est & excitandæ populari seditioni
conturbandæque sociali & politicæ vitæ accommo-
da, in qua omnes sub imperio & obsequio Princi-
pis nostri viuimus, seruata Iustitiæ æqualitate tam
inter maiores, quam minores, tam inter Nobiles,
quam ignobiles respectiue. Occasio, qua plebs Ro-
mana à patritiis in montem Auentinum secessit, le-
nior fuit. Postea vero prædicta plebs agnita & ad ho-
nores, Magistratus & in consilium negotiorum Rei-
publicæ adhibita fuit exigua maiorum differentia
habita, à quibus antea contemnebatur & derelicta
ad nulla negotia Reipub. admittebatur, aduersus an-
tiquam institutionem, qua prædicta plebs non tan-
tum audita fuerat, verum ius quoque habuerat de-
cernendi & cognoscendi de sententiis à Regibus &
Potentioribus datis, quod tamdiu durauit, vsque
quo prædictus Populus eam authoritatem in Princi-
pem contulit, seque ea abdicauit. Verum est, po-
steaquam populus paulatim omni sua potestate &
autoritate se spoliasset & obsequio p̄dicti Principis
totum se submisisset, aliquo tempore post pro re-
iecto habitum fuisse, nominatim tempore in Re-
publica Romanorum, vsque ad prædictam seditio-
nem, & in Francia vsque ad aduentum Regum. An-
tea quippe ac nominatim tempore Iulii Cæsaris,
prout ipse scriptum reliquit, prædicta plebs è nume-
ro Statuum non erat, neque vnquam aut vsquam ad
publica negotia & consilia adhibita, neque quicquā
propria authoritate vsurpabat. Reges postea super-
uenerunt, qui omnē suam potestatem & autoritatē
à prædicta plebe dependere cognoscentes, nouam
Politiam siue tres Status, seruata inter eos æqualita-
te, constituerunt: Prædicta vero plebs ex eo tertius
Status denominatus fuit, ab eaque cum reliquis
Statibus consilium & sententia perrogata fuit, in
Comitiis seu Statibus publicis, quoties de magnis
huiuscunque Regni negotiis agitatum fuit. Ex quo
sequitur, nostrum Principem prædictam differentiā
admittere nolle, neque huiusmodi insignem iniuriā
approbare, qua tertius Status reiiceretur, à quo
Corona sua & Maiestas in ipsius amplitudine sarta
tecta conseruatur, Regnumque subsidio eiusdem
magnaque pecuniaria copia, quam plerumque &
continuo citra vllam contradictionem suppedi-
tare consueuit conseruatur. Præterea cum inter-
dum ac sæpe derelicta & citra eius consilium aut
consensum Constitutiones politicæ huius Re-
gni decretæ & definitæ fuerunt, nunquam eam ob
causam vllo modo tumultuari ac resistere visa & de-
prehensa fuit: verum perpetuo sese continuit ac fi-
delem & obedientem præbuit. Et sane tam dudum
ætate edocta est in Francia plebs huiusmodi con-
temtum sufferre, & cum omni animi submissione,
humilitate, reuerentia & patientia Constitutiones,
Edicta, mutationes, innouationes, mandata & o-
nera nōnunquam intolerabilia suscipere, iis propere
obedire, neq; cogitare & quidquam contramussita-
re aut rationes suas depromere, aut denique oneris
impositi magnitudinem accusare aliaque grauamina
opponere, q̄ prædictus Princeps Constitutionis e-
ditæ tempore non intellexisset, audeat. Nihil quic-
quam magis expetendum iam ad felicitatem Regni
promouendam, nisi vt Deo placeret, prædicto

Seditio sæpe ex contēptu plebis oritur.

Antiqua plebis authoritas.

Plebs in Francia conseruari debet, & quare.

Obsequiū & humilitas plebis Franciæ.

Principi bene administrandi regulas suppeditare:
reliquum quippe iam obtentum est, id est, Populus,
qui obedire sciat, si quis alius in orbe sit, quid no-
tit. Igitur rationi consentaneum non est, Regem
permittere, subditos suos ignobiles ex quibus præ-
dicta plebs consistit, reddi minus idoneos, incapa-
ces imo indignos, qui acquirant & possideant rem
quæ Regi inseruiat, etsi non ipsorum personis, præ-
sentia aut manuum operis fiat, pecuniis tamen ab iis
subministratis fit, quæ belli neruus est, ad cuius sum-
tus ratione suorum feudorum ignobiles illi confe-
runt. Sane collatio ista Regi vtilior est, quam seruitia
personalia, quæ nemo non declinare solet, vbi ban-
num aut subbannum indicitur, ita vt antea nonnisi
famulos male instructos videre licuerit, neque quic-
quam aliud seruitii eo banno exactum fuit, nisi sar-
cina noua plebs oneraretur. Aliæ rationes longe di-
uersæ respectu Ecclesiæ extant, quæ in Arresto 1
prædicti *tituli de Amortizationibus* deductæ fuerunt,
nominatim vero lex diuina ei resistit *cap. 10. Deutero.*
Non habebit Leui partem cum fratribus suis, sed ipse dominus
possessio eius est. Qua lege Ecclesia ad sola spiritualia
ablegatur, & temporalibus excluditur, prout ex hi-
storia Ecclesiastica videre est, à primitiua Ecclesia id
cœptum & continuatum fuisse. In quo nihil quic-
quam est, quod debeat aut possit ad laicos ignobiles
adaptari, quibus contrarium asserendi argumenta
suppetunt, & tamen ad nouum Regum aliquorum
aduentum pecunia ab ignobilibus feuda aut sub-
feuda possidentibus iuxta prædictam veterem & pri-
mam opinionem exacta fuit: verum id ex consilio
iniurioso factitatum, vel ex auaritia nonnullorum,
quorum lucro id ex Regis donatione cessit, non at-
tento quod & Deo & rationi contrauenirent, atque
exinde extraordinarii Commissarii cōstituti fuerunt,
nec Parlamentum aditum fuit. Cuius vetus quod-
dam Arrestū extat in hanc sententiam: Quandoqui-
dem, Rex olim Constitutionem ediderit super alie-
nationibus in manus mortuas aut ignobiles, ab ipso
feudi vel subfeudi titulo mouentes, pariterq; super
liberis allodiis Regni sui, eaque constitutione pro
communi Ecclesiarum bono & cōmodo suorū sub-
ditorum permiserit & ex speciali gratia declarauerit,
ne ignobiles & Ecclesiasticæ personæ, huiusmodi ac-
quisitis manus suas, vt dicitur, vacuefacere seu eorū
possessione decedere cogerentur, quorū possessione
triginta annis fruiti fuissent, dummodo Regi aut ab
eo delegatis duorum, trium aut quatuor annorum
fructus ex acquisitis illis perceptos soluerent, iuxta
distinctionem illorum & contractuum super eo ce-
lebratorum, prout plenius in prædicta Constitutio-
ne continetur: rursus cum complures è diuersis locis
prædicti Regni grauiter cōquesti sint super eo, quod
delegati Regis ad exigendos hos fructus vel etiam
ad taxandam seu æstimandam pecuniam, quæ Regi
iuxta formam seu tenorem supradictæ Constitutio-
nis debetur, ab ignobilibus exigere vellent, qui-
bus nonnulli Nobiles infeudauerunt & albergaue-
runt fundos, prata, vineas, aliasque ipsorum posses-
siones sub pensione annua bladi vel pecuniæ, reser-
uatis in aliquibus prædictorum contractuum fide &
homagio, feudi titulo, in aliis non item. Super quo
deliberata re, Arresto dictum fuit, Fiscalibus inter-
dicendū, ne de cætero huiusmodi infeudationes im-
pedirent, & quicquam accepissent & hac occasione
exegissent, id prædictis ignobilibus restituere tene-
rentur, à quibus acceperint, aut eorum heredibus.
Ex Arrestis, Consilio & iudiciis Parlamento Sam-
martiniano expeditis, anno 1282.

Ignobiles ... subbannum cōferunt.

Subbanū quo ad ... personalia ... cetera ... ctum.

Vltima

XVIII.

Vasallus feudo ad tempus priuatus ob id quod dominū mētitum dixisset.

Vltima die Decembris 1556. Arresto Parisiensi Vasallus quidam eo quod dominum suum feudalem mentitum esse dixisset, ad vindicandam iniuriam feudo priuatus fuit, quod à prædicto domino possidebat, propter alterum feudum dominans, quamdiu prædictus vasallus victurus esset, vt eo prædictus dominus superior frueretur. Præterea prædictus Vasallus, vt publice in iudicio confiteretur, se calore iracundiæ prædictum dominum feudalem mentitū esse dixisse, & in expensas condemnatus fuit.

Adde *Arrestum vltimum huius tituli.*

XIX.

Dominus interea dū ipsi fides & homagiū præstatur fructus suos facit

Consuetudo Bononiensis vult, fide & homagio à Vasallo non præstitis, feudoque ex parte ipsius aperto intra quadraginta dies post proclamationes factas, dominum feudalem fructus suos facere. Notandum est, Consuetudinem de contrario casu non loqui, quando scil ex parte domini feudalis ob mortem ipsius, aliove quo modo fides non præstatur. Facti species hæc contigit: euenit vt à parte domini feudalis feudum aperiatur: Maximilianus *de Mebau* Vasallus in mora est. Dominus feudalis possessionem feudi sui apprehendit. Per sententiam lis quædā intercessit ex oppositione prædicti Vasalli, pro quo allegabatur, eum male habuisse, nec domo egredi potuisse, ac propterea ad fidem & homagium per Procuratorem præstandum, admittendum: dictum fuit eum admittendum ad fidem & homagium per Procuratorem intra 40. dies, quo facto manum à feudo ipsius laxandam, citra fructuum restitutionem: ab eo dominus feudalis ad Parlamentum appellat, vbi Arresto prædicta sententia corrigitur in eo, quod Vasallus per Procuratorem admissus fuerat, decretumque fuit, eum in persona ad fidem & homagium præstandum teneri, reliquum vero illius sententiæ effectum suum sortiri oportere. Reliquum hocce confirmatum commissos domino feudali fructus attinet. Huic contraria duo Arresta referuntur, vnum est de 9. Decembris 1486. quo Marchio Salucensis de gratia, saluo Regis beneplacito, ei ad fidem & homagium præstandum per Procuratorem admissus fuit, ea lege, vt quamprimum posset, fidem in persona præstaret. Alterum est de 12. Martii 1536. pro Abbate & Conuentu S. Victoris prope Parisios, quo Ecclesia rem quandam à domino quodam feudi titulo possidens, domino feudali satisfacere potest, si ei hominem viuentem, morientem & committentem præbeat, eoque prædictus dominus cōtentus sit & ab eodem fidem & homagium recipere tenebitur, atque ita per Procuratorem, qui casus expressissimus est, quo per Procuratorem fides & homagium præstatur, quæ alioquin, inuito domino, de iure non præstantur, *c.* 1. §. *verum. de stat. regular. lib.* 6. Videtur tamen, prædictos casus iuri communi minime derogare, verū potius illud sequi & confirmare. Quantum ad priorem attinet, id actum est de gratia, nec non reseruato Regis beneplacito & sub conditione in persona se sistendi, adeo vt simplicis tantum dilationis loco fuerit. Quantum vero ad posteriorem, Ecclesia id facere non potest, vtpote armis ferendis minus idonea, quæ sunt lachrymæ Clericorum, *can. conuenior.* 23. *q.* 8. ac si per substitutum seruire possint. necesse igitur est, vt hominem viuentem &c. qui eorum nomine fidem & homagiū præstet, præbeant.

Vasallus fidem & homagium per Procuratorem præstare non potest

Casus, quibus fides & homagiū per Procuratorē præstantur.

XX.

Dominus feudalis ad recipiendū fidē & homagium condemnatos, prius Vasallum suū in possessionem restituere debet.

Dominus quidam feudalis feudum à se mouens capit seu manum ei inicit, eoque fruitur. Vasallus culpam suam purgare vult, fidem & homagium se præstiturum offert, prædictumque dominum directum, ad sese recipiendū, rogat. Is recusat. Hic eum in finem conuenitur. Mox & Arresto Burdegalensi, quod datum 7. Septembris 1469. dominus ad admittendum prædictum Vasallum ad fidem & homagium præstandum condemnatus fuit: quod si is id facere renueret, prædicto Vasallo permissum fuit, vt se à Seneschallo Lemouicensi admittendum curaret, ad restituendum insuper prædictum feudum & fructus inde ab oblatione & requisitione perceptos. In executione huius Arresti Vasallus coram prædicto domino se non sistit neque fidei & homagii præstationem offert, sed ad restitutionem feudi & fructuū tantum tendit. Dominus, cum videret sibi nihil offerri, contradicit. Complures processus instituuntur: & omnia ad Curiam remittuntur, in qua Vasallus post Arrestum fructus consequitur. Dominus primus Præses Boerius * cum aliis duobus è Senatu, tenuerunt, quoniam Vasallus nihil eorum, quæ facere debebat, obtulisset, in mora eum constitui, nec fructus petere posse, repulsamque pati debere, atque dominum cum expensis absoluendum; ex eo quod Arrestum dominum condemnabat vt prædictum Vasallum admitteret, & tum demum si id renueret, Seneschalli Lemouicensis opem imploraret. Hæc prima Arresti clausula fuit, cuius ordo scriptus erat spectandus, *l. Generaliter.* §. *quid ergo, ibi, ordinem. ff. de fideicom. libert.* & Barbat. *in cap. decreuimus. de iudi.* & priusquam restitutionem feudi & fructuum peteret, is prædictam fidem & homagium offerre debet, quo scil. iuxta Arrestum admitteretur *c.* 1. *quæ fuit prima causa benef. amitt.* Reliqui è Senatu, numero octo, contrarium asseruerunt, eius ratione habita, quod ante processum Vasallus se stiterat & obtulerat & semel officium debitum exhibuisse sufficeret, vt per Salycetum & Iasonem *in l. fin. versic.* 16. *Cod. de iur. emphy.* ac propterea ante omnia prædicto Vasallo possessionem restituendam & postea ab eo fidem & homagium præstandum esse. Pro his facit Baldus *in cap.* 1. §. *si facta. Si de feud. def. fuer. controu. int. dom. & vasal. versic. extra quæro, pone quod dominus.* Iuxtaque horum opinionem, inuito prædicto Domino Præside conclusum & Arrestum datum fuit. Tanta est inter homines sententiarum diuersitas.

* Qui eadem re Arrestum refert *in decisionibus suis Burdegalensibus. decisio.* 103. I. C.

XXI.

Feudum amissū ob mēdacium impactum.

Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum à domino Præside Seguierio, anno 1560. in Camera Parricidali, Renatus Partenæus feudo suo priuatus fuit, & id directo domino *de Tison* commissum & adiudicatum fuit, eo quod prædictus Partenæus prædictum directum dominum suum in iudicio mentitum esse dixisset *V. Arrestum vlt. tit.* 3. *de Iniuriis lib.* 8. supra, quod aliquo modo contrarium videri posset, nisi diuersitas è rationibus sumatur exceptionis Vasalli in prædicto *vlt. Arresto:* hoc vero casu in lite super re feudū spectante, Vasallus in iudicio & loco qualificato, nimis libere & audacter ad iniuriam prorupisset.

Dominus feudi iurisdictione sua aduersus Vasallū suū abutēs aut eū male tractās, iurisdictione & feudo cadit.

V. *Arrestum* 13. *&* 18. *huius tit.* Choppinum *lib* 2. *De doman. Fran. Tit.* 8. *num.* 10. vbi quæstio hæc tractatur & Arrestum istud refertur. Nota quoque, quemadmodum Vasallus feudum suum amittit, quod dominum suum mentitum esse dixit, vel aliam ei iniuriam intulit: ita dominus iure suo feudali & iurisdictione priuetur, si sua autoritate aduersus vasallum & iustitiabilem suum abusus fuerit. Charondas *lib.* 1. *Responsor. cap.* 17. I. C.

APPEN.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum I.

I.

Quomodo Vasallus nihil de feudo suo diminuere possit.

VAsallus iure feudorum feudum suum diminuere aut quicquam in eo mutare potest: verum per interpretationem Consuetudinis fendi partem vẽdere, elocare ad censum & reditum ei permittitur, citra fidem & homagium, neque acquisitor fidem & homagium pro prædicta subinfendatione præstare tenetur, eo quod alienans dominum dominantem perpetuo recognoscit. Iudicatum aduersus Carnutianos 1538. quod refert D. Molineus *ad Consuetud.*

Adde *Arrestum 4. huius Tit. B.*

II.

Dominus feudi dominantis quid vendidit manus iniectionem antea factã persequi potest.

Dominus fendi dominantis feudum Vasalli sui ob homagium & officia debita non præstita cepit seu manum ei iniecit, &c. Quamuis is feudum suum dominans reseruato capionis seu manus iniectionis iure vendat, ac postea acquisitor Vasallum in fidem recipiat, nihilominus prædictam capionem seu manus iniectionem persequi potest. Arresto 10. Decem. 1565. perorante Becheo.

III.

Quintæ & subquintæ denentur: vel retractus feudalis locum habet, quãdo vasallus alienauit partem feudi sui. &c.

V. Charondam *lib. 5 Resp. ca. 65.*

Argumenta actorũ.

Cum lis mota fuisset & intentata coram dilectis & fidelibus Consiliariis nostris in Curia nostra Parlamenti, Libellariis Palatii Parisiensis, inter D. Franciscum *du Four* Aduocatum in prædicta Curia nostra, & Dominicellam Ludouicam de Turges vxorem ipsius, dominos pro media parte feudi Preciacensis Codomi siti, actores in manus iniectione ad eorum postulationem facta Feudi, fundi & dominii cuius nomine fides debetur, pertinentiarum & dependentium, 27. Maii 1572. itemque actorem in materia retractus feudalis ab vna parte, aduersus Iacobum Allardum Procuratorem Ciuitatis nostræ Compendii, & Claudium Loisellum reos ab altera: vt & inter prædictum Allardum & Loisellum reos in materia denuntiationis, euictionis & libelli formalis ab altera parte, & dilectissimam nostram cognatam Magdalenam de Sabaudia viduam defuncti nostri cognati Annæ Mommorancii, Paris & Conestabilis Franciæ etiam supereo, quod prædicti actores in principali dicebant, se dominos pro media feudi Preciacensis esse, membri à prædicto fundo & dominio Codomensi prope dictam ciuitatem nostram Compendium dependentis, prędictum feudum, cuius nomine fides tantum debetur, in prædicto Codomensi territorio situm esse, à prædicto feudo Preciacensi mouente, eos reos prædicti feudi Fidei, ad ipsos ob mortem Catharinæ Cuneæ ipsorum matris deuoluti dominos esse, quæ prædictum feudum anno 1552. acquisiuerat, prædictam Cuneam & prædictos reos nullam fidem & homagium prædictis actoribus feudi illius nomine præstitisse, neque suis prædecessoribus, prout tenebantor, neque iura debita soluisse: adeo vt prædicta acquisitione feudum apertum esset: atque videntes nullum extare, à quo identitia sibi præstarentur, veluti dominos prędicti feudi, se à die 27. Maii 1572. per viam manus iniectionis processisse, ob homagium, iura & officia debita non præstita & soluta, nec non ad gubernandum illud & administrandũ Commissarium Feratium Iosseranium conductorẽ prædicti feudi, constituisse, cumque nullum vasallum pro homine feudali existere cognouissent, se prædictũ Commissarium Iosseranium coram dictis nostris Consiliariis citasse, vt muneris sui & administrationis rationes redderet. Huic adsignationi prædictos reos intercessisse, sese cum prædicto Commissario coniunxisse, prædictæque manus iniectioni sese opposuisse, prædictarumque rationum redditionem impediuisse. Ac cum prædicti rei contractum acquisitionis suę communicassent, actores aduersus eos conclusisse, se scil. iis prædictum feudum, cuius nomine fides debetur reliquisse, ad minimum pro dimidia illius parte, ex retractu feudali, sortis principalis, impensarum legitimarum intra tempus Consuetudinis Syluanectensis refusione oblata. Cæterum actores suam intentionem bene fundatam esse dicebant, tendentes & concludentes eum in finem, vt sententia prædictorum nostrorum Consiliariorum Libellariorum diceretur, se recte in suis petitionibus, positionibus & conclusionibus admittendos, & iuxta eas prædicti rei teneerentur, & condemnarentur ad derelinquendam sibi prædicti feudi Fidei, possessionem, pertinentias & dependentias, prout vndiquaque id se diffunderet, pro parte dimidia ex retractu feudali & potestate feudi Preciacensis, iuxta quod eis ex prędicta Consuetudine Syluanectensi permittebatur, refusis prædictis reis sorte ipsorum principali, legitimisque sumptibus ab iis expensis, iuxta prædictam Consuetudinem Syluanectensem, non obstante quoquam à prædictis reis in contrarium dicto, proposito, allegato vel asserto, à quibus depellerentur & in expensas condemnarentur. E contrario, vt à prædictis reis intentio actorum impediretur, dictũ fuit, prędicto 12. die Septembris 1552. prædictam Catharinam Cuneam matrem prædictorum reorum acquisiuisse à Valeriano *de Sains* Scutifero domino Marigniaci, & ab Ægidio *de Sains* fratribus, domum quandam duodecim terræ iugerum dependentem à feudo ipsorum Fidei, & Codomi sito, pro duobus millibus quingentis libris, reseruato à prædicto *de Sains* duodecim librarum Parisiẽsium censu pro prędicta domo, & denario Parisiensi ꝑ quolibet terrę & prati iugero, laudimiis, venditionibus, intronisatiõ, & multæ obnoxio, quorũ domus, terræ & prati possessione prædictus *de Sains*, vel saltem prædictus dominus Marignaci venditor & traditor, veluti dominus censualis & fundiarius ope retentionis prædicti censûs vestiuit & instruxit prædictam Cuneam: quę partes disertis & expressis verbis in contractu ea de re inito declarauerant, se de feudo & dominio nõ intendere contrahere, verum tantum de prædicta ignobili domo & terra: prædictos actores anno 1572 nominatim & peculiariter prædictum censum & terram capi curasse, quæ partem constituit prædicti feudi, cuius nomine fides debetur. veluti ab iis monens, ratione feudi ipsorum Preciacensis, ob iura nonnulla ac debita officia nõ exhibita nec professionem vllam factam: his petitionibus prædictos reos sese opposuisse & allegasse, se nihil quicquam ab eo fendi, sed ignobili titulo tantum possidere, eduo prædicto *du Four* (prout antea fecerant) instrumento acquisitionis, quod prolixe inspiciendum exhibuissent, atque intentata prædicta actione, se ad residuũ prędicti feudi agere, & addiderunt iidem rei feuda in Francia patrimonialia esse, & eos ad quos pertinent, de iis æque ac de propriis bonis aliove patrimonio ipsorum disponere posse, nominatim ex Consuetudine Balliuiatus Syluanectensis, in quo feudum Fidei situm est. Vasallum feudo citra fidem & homagium de feodo suo ludere posse: ex qua ratione prædictos *de Sains* prædictæ viduæ Catharinæ Cuneæ fundos & domum à prædicto feudo

Exceptio Reorum, vt in margine.

do cuius nomine fides debetur census titulo dependentem, tradere potuisse reteotis per eos feudo, domoio & Iurisdictione, quo facto fides & homagium nihilominus præstanda fuissent: eam quippe perpetuo penes ipsos mansisse: Prædictos quoque reos ex permissione prædictæ Consuetudinis id, quod titulo censuali datum fuit, possidere ceu ignobile prædium posse, consequenter cum nonnisi ignobile sit, retractui feudali obnoxium esse non posse. Et quamuis prædictis de Laue dominiom hoc alienassent, vt de facto recognoscunt prædicti rei, qui ea in defunctum oostrum cognatum Ducem Mommorancium alienauerunt, nihilominus nihil omnino retractui feudali obooxium esse nisi prædictum feudum, Iurisdictionem & dominium, non vero prædictas domos & fundos in censum prædictæ Chatharinæ Cuneæ datos: adde quod dominus feodalis maius priuilegium, quam retrahens quidam, non habeat, qui retrahens nonnisi id, quod gentilis siue cognatus suus vendidisset, retrahere posset, & prædictum contractum & cooneotioοem venditoris approbare teneretur, de eo tanquam de re sua propria disponeos. Quod si prædictus venditor ante reditus, seruitutem, hypothecas aliudve quoddam reale ius constituisset, prædictus retrahens iis obnoxius, pariæque ac venditor ipse, teneretur, retrahens quoque feudalis conuentiones à vasallo super feudo suo approbare debet, veluti de re sua propria iuxta Consuetudinem dispoοente: atque certum est, si vasallus aduersus dominum suum feloniam committeret, aut feudum suum io commissum cecidisset, quod confiscaret, nihilominus dominus confiscare aut feudo dominanti incorporare oon posse, quod vasallus ante prædictam feloniam aut confiscationem alienasset aut censûs titulo elocasset, aliter ve de feudo suo seruiente disposuisset, prout prædicti rei aiunt, attento eo quod dictum fuit, ipsorum inteotioοem bene fundatam, tendentes & concludentes eum in finem, vt diceretur, prædictos actores ad prædictum retractum feudalem domorum, fundorum & pratorum, quæ prædicti rei in prædicto feudo, cuius nomine fides debetur, possident, admittendos non esse, & à prædicta petitione cum expensis, damnis ac interesse absolui oportere. E contra à prædictis actoribus replicatum fuit, reuera ex Consuetudine Syluanectensi *artic.* 251. vasallum de feudo suo citra fidem & homagium ludere posse, verum textum prædicti *artic.* considerandum, qui expresse dicit, prædictum vasallum feudum suum aut partem eius ad censum vel reditum elocare posse, vt perpetuo reteota fide vasallus permaneat, verum, vt alienatio aut elocatio sub censu vel reditu vllum effectum in præiudicium domini feudalis sortiri possit, consensum prædicti domini feudalis requiri. Ex his rationibus iudicium litis fluere, eo quod probari oon posit, prædictos actores vel eorum auctores domini feudi dominantis prædictæ elocationi sub censu à prædictis *de Sains* celebratæ consensisse: consequenter prædictam locationem sibi præiudicare non posse, & hoc modo prædicto feudo alienato, Iurisdictione & dominio, cuius nomine fides debetur, certum ac indubitatum permanere, non tantum prædictum feudum, Iurisdictionem & dominium alienatum, venditum à prædictis *de Sains* prædicto nostro cognato: verum etiam domos, fundos & domania, à prædicto feudo procenso elocato dependentia, proot dictum fuit, retractui feudali obooxia esse, Et si vero Consuetudo expressa oon extaret, id tamen ita obseruari oportere, eo

Replicatio Actorum.

quod quando vasallo de feudo suo citra fidem & homagium ludere permittitur, id intelligendum sit, dummodo istud iuribus & officiis domino debitis præiudicium inferre non possit: quoniam alioquin domini feudales in solidum priuarentur suis iuribus ope scil. prædictæ sub censu locationis à vasallis celebratæ, quandoquidem si fundi sub censu locati à conductoribus alienarentur, laudimia & venditiones ad vasallum pertinerent, qui fidem retinuisset, & si ab ipsorum vasallo, Iurisdictione & dominio, quæ reseruassent domino dominanti aliæ quintæ & subquintæ, quam pretii venditionis prædictæ fidei, non deberentur, sibi nullum emolumentum totius domanii in feudo seruiente permaneret, eaque ratione iuribus suis dominicalibus se priuandos. Simile absurdum euenturum in retractu feudali, ex quo nonnisi simplici fide & dominio extitisset, quod in retractum feudalem incidere posset, dominium in feudo seruiente ei nunquam subiiceretur. Quod absurdissimum & aduersus iura feudalia foret, nec retractum feudalem cum retractu gentilitio comparari oportere, ex quo vasallus nullam, quæcunque tã lenis illa sit, conuentionem inire potest, ne iura, quæ Consuetudines dominis feodalibus largiuntur, iis sarta tecta permaneant, neco vasallo facultas data disponendi de feudo suo, veluti de patrimonio suo, addita hac conditione, iura domioicalia, quæ Consuetudo domino feudali concedit, ei reseruanda esse integra; semperque primam concessionis legem inspici oportere, feudo sub oneribus & muneribus domino ex Consuetudinibus debitis concesso, quæ pactionibus vasallorum immutari non possunt. Argumentum à confiscatione & felonia ad rem nihil facere: pleruṁque enim delicta personalia esse, nec auctores suos transire, nec dominum, nisi quod in bonis reperitur, confiscare: nihilominus sustineri posse, eum non tantum dominium, verum etiam totius feudi feminentis possessionem apprehendere posse. Ex his argumentis prædicti actores, vt supra, concludebant. Vice versa prædicto Allardo & consortibus, qui se in prædicta denuntiatione actores constituerant, dictum fuit, Valerianum *de Sains* Marigniaci & Gelasium *de Sain* fratrem ipsius vendidisse, vnumquemque eorum solum & in solidum, citra diuisionem prædictæ defunctæ Catharinæ Cuneæ matri ipsorum, & cuius ipsi heredes essent, guarentisaturos se promisisse, domum quandam, granarium, stabulũ, hortum & locũ in prædicto Codomo situm, dictum Hospitale fidei, fundos & prata dependentia, pretio, quod in contractu prędictæ venditionis memoratur, sub dato 12. Septembris 1552. post quod tempus prædictos dominos Marigniaci prædicto defuncto nostro cognato Duci Momorancio, omnia sua immobilia, fundum & dominium Marigniacum euictionis nomine ob prædictam venditioṅe & possessionem à prædictis venditoribus traditam, obligasse, attamen prædictam domum, fundos & prata Fidei, possessa fuisse ad postulationem prædicti *du Four*, & vxore ipsius, se dominos dicentibus prædicti feudi & prati pro dimidia parte, velut quæ possideantur & moueantur in feudum, fide & homagio in hominis defectu, iuribus & officiorum oon præstitorum nec professionis exhibitæ, debitis: cui prædicti actores in denuntiatione, liberi & heredes prædictæ Cuneæ satisfacere noo possent, quoniam prædicta loca, domos, fundos & prata ignobili titulo possidebant & sub censu prædictæ ex indenuntiatione, cui numerato prædictum censum solutos se offerre: hanc ob causam prædictos actores in

Argumenta Actorũ in denunciatione.

res in denunciatione petisse & conclusisse, prædictam de Sabaudia ream sibi auctoritatem præstare debere, prædictam fidem & homagium facere, prædicta iura & officia pro se soluere, à prædictis rebus captis laxari manum procurare, quoquam dictu, proposito allegatu & asserto in contrarium à prædicta & Sabaudia rea non obstantibus, à qua depellenda & in omnes expensas, & damna & interesse eundemnanda esset.

Argumenta reæ in denunciatione,

E contrario à prædicta de Sabaudia rea exceptum fuit in antecessum exceptionis necessarium esse, vt prædicti actores in denunciatione sibi omnia instrumenta & processus ederēt & cōmunicarent, de quibus in sua actione denunciationis iactabant, ac præterea prædicta de Sabandia dilationem petiit ad denunciandum heredibus prædictorum dominorum Marigniaci, hacque ratione eadem concludebat, vt sententia actores isti in denunciatione, in petitionibus & conclusionibus suis non admissibiles declararentur, & ab iis absoluta ipsa remitteretur, non obstante quoquam proposito & allegato, vel asserto aduersus prædictos actores à quibus depellerentur & in expensas condemnarentur. In tantum processum fuit, vt prædictum *du Four* & vxorem ipsius, Allardum & Loisellum super prædictis ipsorum petitionibus & exceptionibus scripto complecti oportere, admonitionibus productionibus quæcunque, quæ ipsis viderentur, contradictorios & saluationes intra Constitutionis tempus proponerent. Postea super libello quodam verbali, 15. Iunii 1575. à prædictis *du Four* & vxore ipsius oblato, prædicti Consiliarii libellorum iunxerūt instantiam inter prædictos *du Four* & vxorem ipsius, actores in retractu feudali ab vna parte, & prædictos Allardum & Loisellum reos ab altera parte, iunxerunt inquam instantiæ inter Allardum & Loisellum actores in denuntiatione, euictione & libello formali ab altera parte & prædictam de Sabaudia ab altera, vt ambæ hæ instantiæ simul vel separatim iudicarentur prout rationi consentaneum esse viderint. Pendente interim tempore, quo prædictæ partes prædictis decretis satisfacerent, prædicti *du Four* & vxor ipsius 13. die Martii 1576. verbali libello, 10. prædicti mensis & anni postularunt, vt prædicta domina Magdalena de Sabaudia ipsis derelinqueret ex retractu & potestate feudi possessionem feudalem prædicti feudi Fidei, vna cum censibus & aliis rebus quas in eo feudo teneret, quodque Valerianus sibi reseruauerat ex prædicto vēditionis contractu celebrato 12. die Septembris 1552. & à prædicto *de Sans* postea venditam & translatam in dictū nostrum defunctum nostrum cognatum ducem Momorancium, ex contractu 18. Octobris 1555. cuius contractus communicationem sibi factam dicebant.

Conclusiones in retractu feudali de detentione feudali.

Et postquam prædicti *du Four* & vxor ipsius, Allardus & Loisellus, & prædicta de Sabaudia iuxta prædictum iudicium constitutum produxissent, nec adhuc partes super prædicto retractu feudali à prædictis *du Four* & vxore ipsius, aduersus prædictam dominam de Sabaudia postulato iudicium constituissent: Dicti nostri Consiliarii libellorum sententia sua 4. Februarii 1588. prædictis partibus ius dicentes, prædictos Allardum & Loisellum quantum ad præsens, à petitionibus & conclusionibus aduersus eos à prædictis *du Four* & vxore ipsius propositis & iteratis absoluerunt, citra præiudicium manus iniectionis ad ipsorum postulationem factæ, cuius ratione sibi, prout æquum esse viderint, prouiderent, prædictis *du Four* & vxore ipsius in expensas condemnatis: eadémque sententia prædictam de Sabaudia condemnarunt ad finiendam litem aduersus prædictos Allardum & Loisellum ratione prædictæ manus iniectionis, ad eos ea liberandos auctorisandos & indemnes præstandos, ad manus à locis captis laxationem procurandam intra mensem tum proximum, solutis sibi à prædicto Allardo & Loisello iuxta oblationem ipsorum censibus, si qui deberentur: alioquin his à prædicta Sabaudia intra prædictum tempus elapsum non præstitis, eoque tempore præterito, eam in omnes expensas, damna & interesse ab iis ex hac causa incursa condemnarunt, necnon in expensas litis denuntiationis & alias expensas à prædictis Allardo & Loisello factas, tam agendo, quam excipiendo.

Sententia Libellariorum.

Ab hac sententia ex parte prædictorum Francisci *du Four* & vxoris ipsius, & dicta nostra cognata Magdalena de Sabaudia ad Curiam nostram Parlamenti appellatum fuit, in qua partibus auditis processus scripto conclusus & conceptus fuit ad iudicandum, vtrum bene vel male appellatum fuisset, & prædictæ expensæ ab vtraque parte postulatæ, grauaminibus additis, argumentis nullitatis prætensis, atque noua productione prædictorum appellantium, quam intra Constitutionis tempus proponere possent, ad quæ grauamina, & prætensa nullitatis argumenta, prædicti appellati respondere possent, atque aduersus prædictam nouam productionem contradictorios tradere, prædictorum appellantium expensis, lite ista, grauaminibus prædicti *du Four* & vxoris suæ & responsionibus prædicti Allardi & Loiselli, exclusione à præbendis grauaminibus à prædicta de Sabaudia, incidente rescripto à prædicto *du Four* & vxore ipsius impetrato 15. Iulii 1578. quo admitteretur ad interpretandas conclusiones à se propositas aduersus prædictam de Sabaudia, eoque facto ad declarandum se non tantum ius census petere voluisse, verum etiam compendium facere aduersus eam & prædictum Allardum & Loisellum coniunctim, quo tenerentur, condemnarentur & cogerentur ad derelinquendum sibi ex potestate feudi & retentionis feudalis, feudum Fidei in lite memoratum: vel ad minimum partem eius dimidiam cum suis pertinentiis & dependentiis, prout antea locatio sub censu consistebat à prædicto Valeriano *de Sans* cum prædicta defuncta Catharina Cunea, anno 1552. inita, siue censualis sit, si census debeantur, siue in domo, & duodecim tam terræ quam prati iugeribus, aut ad declarandum se nunquam postulare voluisse neque prædictum censum ex retractu feudali requisiuisse, neque approbasse prædictam census locationem in dominio prædicti feudi Fidei celebratam, itemque contradicere & integram Fidei plenamque potestatem retinere, cum omnibus pertinentiis seu circumstantiis tam à prædicto Allardo & Loisello, quam à prædicta domina de Sabaudia, si vllam rem in prædicto feudo acquisiuisset, approbatis, refusa eis tertia sortis principalis, expensis legitimis & rationabilibus, atque persistendi in possessione feudali & lucro fructuum, prædicto incidente rescripto prædictæ liti per scripturam agitatæ adiuncto, Arresto 4. die Augusti 1579, vt simul iudicarentur.

Oblationes.

Arresto 18. Ianuarii 1580. inter prædictum *du Four* & Turges vxorem ipsius, actores in approbatione cuiusdam libelli euocationis, 20. die Maii 1579, ab vna parte & prædictam dominam de Sabaudia ream ab altera, vt & inter dominam de Sabaudia actricem, & approbationem postulantem alterius cuiusdam libelli à se oblati prædictæ Curiæ, 27. die Nouembris prædicto anno, ab vna parte, & prædictos *du Four* & vxorem ipsius reos ab altera, qui libellus oblationes prædicta

dictæ de Sabaudia continebat, derelinquendi scil. prædictam dimidiam ex retractu feudali; prædictis *du Four* & vxori ipsius, censusque atque generaliter omnia, quæ prædictus Valerianus *de Sains* ex prædicto feudo Fidei sibi reseruauerat, per contractum 12. Septembr. 1552. ac postea vendiderat prædicto defuncto nostro cognato, 18. Octobris 1555. refusis prædictæ de Sabaudia sorte principali, legitimis sumtibus, eoque facto manus laxationem tribuere prædictis Alardo & Loisello ex dimidia parte prædictarum domorum & fundorum & pratorum Fidei. Quo Arresto 18 Ianuarii 1580. ex consensu partium, Procuratore nostro Catholico dictæ nostræ Curiæ audito, dicta Curia ad se euocauit instantiam inter prædictas partes coram Consiliariis nostris Libellariis Palatii, partibusque ad ius audiendum citatis, & super prædicto libello de 20. Nouembris inter prædictas partes iudicium constitutum fuit ad scripto consignandum per commonitiones & productiones, quo videlicet omnia vel simul vel separatim iudicarentur, prout Curiæ æquum videretur, reseruatis in fine expensis. Post productiones prædictarum partium, iuxta Arresta, exclusiones contradictorios dandi, argumenta nullitatis & productioneni nouam, incidens super approbatione libelli cuiusdã oblati dictæ Curiæ nostræ 7. die Augusti 1579. à prædictis Alardo & Loisello, in denuntiatione & libello formali aduersus prædictam de Sabaudia, ad inhibendam litẽ aduersus eos à prædicto *du Four* & vxore ipsius intentatam, ob postulatas in retractu feudali prædictas domos, fundos & prata memorata in prædicto contractu, 12. die Septembris 1552 & super approbatione dicti rescripti nostri à *du Four* & vxore ipsius impetrati, 15. Iulii prædicto anno 1579, & nisi id fieret, prædicta de Sabaudia condemnaretur in omnes ipsorũ expensas, damna & interesse, prædicto incidẽte pdictæ litiadiũcto. Dicta Curia nostra sententia sua & Arresto pdictas appellationes & sententiã, à qua appellatum fuit, in irritum deduxit & deducit, citra mulctam & expensas prædictarum causarum appellationis & emẽdata prædicta sententia, iusque dicens tam super prædicta lite per scripturam agitata quam lite euocata, simul super incidentibus prædictis rescriptis 15. Iulii, & libello 27. Nouembris anno 1579. condemnauit & condemnat dictam nostram cognatam Magdalenam de Sabaudia, & prædictos Alardum & Loisellum respectiue ad derelinquendã ex retractu feudali prædictis *du Four* & vxori ipsius dimidiam partem prædicti feudi Fidei, domum, fundos, prata, cum pertinentiis & dependentiis ab iis respectiue acquisitis, iuxta contractus 12. Septembris 1552. & 18. Octobris 1555. in lite productos, cum fructibus & reditibus prædictæ dimidiæ, à 27. Maii 1572 vsque ad 24. Augusti 1573, soluto à *du Four* & vxore eius ad mediam pretii prædictis contractibus constituti, & media legitimarum impensarum meliorationum & sumtuum vtilium & necessariorum in prædictis fundis in prædictis contractib. memoratis factorum, oec aliter: tribuit quoque manus laxationem prædictæ de Sabaudia & prædictis Alardo & Loisello respectiue prædictæ manus iniectionis alterius partis dimidiæ prædicti feudi Fidei, domus, fundorum, pratorum cum pertinentiis eiusdem, & hæc omnia: nisi mallent prædicta de Sabaudia, Alardus & Loisellus derelinquere quoque respectiue sulidum prædicti feudi Fidei, domum, fundos & pertinentias prædicto *du Four* & vxori ipsius: quibus casibus condemnauit & condemnat prædictos *du Four* & vxorem ipsius ad soluendum iis respectiue totum & integrum pretium in prædictis contractibus contentum, omnesque prædictas meliorationes & impensas legitimas, vtiles & necessarias, quã optionem prædicta de Sabaudia, Alardus & Loisellus intra mensem à pronuntiatione præsentis huius Arresti facere tenerentur: itemque decreuit & decernit, prædictum Florianum Iosseranium rationem redditurum de reditu fundorum prædicti feudi, domus, fundorum & pertinentiarum intra prædictum mensem coram executore præsentis huius Arresti, & ex reliquis prædictis *du Four* & vxori ipsius tradi oportere mediam partem valoris & æstimationis fructuum prædicti Feodi & pertinentiarum perceptorũ à 27. die Maii 1572. vsque ad 24. Augusti 1573. residuum vero prædictorum reliquorum prædictæ & prædictis Alardo & Loisello, vnicuique pro modo iuris sui tradi oportere, quo facto prædictum Iosseranium à mandato suo liberandum: iusque reddendo super prædictis denuntiationibus prædicti Alardi & Loiselli, aduersus dictam nostram cognatam Magdalenam de Sabaudia, dicta Curia nostra condemnauit & condemnat prædictam de Sabaudia ad liberandos, authorisandos & indemnes præstandos prædictos Alardum & Loisellum prædictorum fructuum nomine adiudicatorum prædicto *du Four* & vxori ipsius: quo ad reliquum prædictarum denuntiationum partes Curia & lite citra expensas, tam prædictarum litium principalis & euocatæ, quam prædictorum incidentium dimisit & dimittit. In huius rei testimonium sigillum nostrum præsenti huic Arresto apponi iussimus.

Sententia.

Dominus dominans dimidiam feudi partẽ venditi retinens seu retrahens is qui alteram retinere non cogitur, eã

que dominus no derelin quere potest. V. inf. tit. 2. cap. 19. 6. libro.

Datum Parisiis, in Parlamento nostro, 15. Aprilis anno salutis 1581. anno Regni nostri septimo.

Verum si contractus venditionis reseruationem census, iurisdictionis fundialis, fidei & dominii contineret: hoc casu locum non habet facultas exigendi quintas & subquintas, neque retentio feudalis ex potestate feudi. Prout iudicatum fuit Arresto quod datum aduersus Cartusianos Parisienses, & refert Molineus & D. Magister locis citatis. Idem altero Arresto in Consuetudine Aurelianensi, quod refert idem Molineus ad *artic. 4. Consuet. Aur.* quo confirmata fuit sententia quædam Balliuii Aurelianensis, 5. Ianuar. 1542. inter Wilh. Durantium Notarium Aurelianensem, qui dominium feudi sui, censum & reditum, mediante pecunia sua prædictum censum & redituum excedente tradiderat, ab vna parte, & Florentinum Bourgoinium dominum *de Cleues*, qui ob defectum hominis, iurium & officiorũ debitorum ceperat & quintas atque subquintas petebat, à quo depulsus fuit, & capio iniusta declarata ipse in expensas, damna & interesse capionis condemnatus, prædictum Arrestum, 5 Februar. anno 1543. pronuntiatum, ad relationem D. Bermondeti, Præside D. *de Com. & Spifamio.*

Cum eadem hæc controuersia postea Maioribus diebus Trecensibus agitata, fuisset, ampliata fuit Arresto quod datum inter Ægidium Longuerum appellantem à Dominis Præsidialibus Senonensibus, & D. Iacobum Huraldum Præfectum Libellariorũ Regis & Dominos Thorigniaci appellatos in denũtiatione ab appellante, 27. die Octobris 1583. perorantibus Gilloto pro appellante & appellatis in denuntiatione & Langleo pro appellato, postea vero appellans & appellati obtinuerunt & sententia infirmata fuit Arresto Curiæ, quod datum Parisiis, prout prædictus Gillonus pro certo mihi asseruit. Species facti hæc erat: Carolus *Desfeaux* & Federicus *de Creuecœur* domini Thorigniaci vendiderant,

ressetant & transtulerant anno 1579. in prædictum Longuetum, mercatorem Thorigniaci habitantem, centum & viginti arepennes tam aruorum, quam syluæ cæduæ dependentium à fundo & dominio Thorigniaci, quod feudi titulo mouetur à feudo & dominio Villemanochiæ, prædictum dominum Humltium spectantis, quadringentis coronatis vna vice soluendis, & sub conditione ab acquirente soluendorum sex denariorum annuorum census super quolibet arepenne obnoxio, laudimiis, venditionibus, intronistico, & multis, quando casus eueniret, reseruatis sibi dominio & iurisdictione fundiali super prædictis 120. arepennibus. Vltima hæc verbaliti originé & ansam dederunt: dominus quippe Villemanochiæ, dominus dominans feudi Thorigniaci asserebat, hunc contractum puram & simplicem venditionem esse, cuius ratione sibi iura & emolumenta dominicalia deberentur: eo quod ex Consuetudine Senonensi artícul. 190. venditor quintum denarium domino feudali soluere tenetur, quando feudum venditur, & artic. 216. Vasallus venditione aliuve quo contractu diminuere feudum suum citra consensum domini sui feudalis non potest, nisi diuisione inter hæredes id aliquãdo factum fuerit, adeo vt assereret, cum venditores, vasalli ipsius, partem feudi ipsorum vendidissent, ex contractu venditionis quintũ denarium sibi ceu domino feudi dominantis deberi. Econtrario acquirens & venditor auctores ipsius dicebant, non venditionem esse, sed locationem sub censu, ab ipsis fide, homagio & iurisdictione retentis, prout iis ex Consuetudine prædicta artic. 223. permittebatur, deque feudo suo ludere, citra fidem & homagium, cum generalis Franciæ Consuetudo (vbi feuda patrimonialia sunt, & ad instar reliquorum bonorum reducta) vasallis inopia pecuniæ pressis fauere voluerit, eisq; permittere omnia ad inueniendam pecuniam agendi, ne tamen vendant aut alienent feuda ipsorum, aut emancipent, si fieri posset. Prædictum artic. 116. Consuetudinis istius ipsis præiudicare non posse, eo quod intelligeretur, quando portio detracta aliter alienata fuisset, nullo retento censu, nullo iure & dominio vasallo reseruato. Verum hic, vbi census super singulis arepennibus cum dominio & iurisdictione, quæ fidem & homagium continerer, retentus fuerat, dici non posse, diminutionem fieri, acquirente non nisi vtile dominium habẽte, tradentibus directum habentibus per reseruationem honoris & dignitatis feudalis, vt domino ipsius fides redderetur & deferretur, quando apertum fuerit, & sic nullam diminutionem neque mutationem hominis fore, consequenter nulla iura deberi. Econtrario dominus feudalis dicebat, ad prædictum artic. 223. Consuetudin. respondendo, eam intelligendam de locatione sub censu & reditu puro & simplici, citra vllam pecuniæ numerationem facta, & tum cum partes principaliter locationem sub censu & reditu inierunt, eamque intentionem & voluntatem habuerunt, pretio nullo interueniente, id, quod de contractu, de quo agebatur, dici non posset, qui in terminis veræ venditionis conceptus esset, qualitatibus venditoris & emptoris, verbis solemnibus & ordinariis ad venditionem celebrandam expressis, necnon pretio interueniente, adeo vt considerato eo, quod principaliter actum est inter partes, prout necesse est, & magis præponderat per leg. Arista & ibi Doct. ff. de donation. l. quæritur. de stat. hom. nullum iudicium apparere, ex quo hic contractus locatio sub censu appelletur, ad dominum iuribus suis defraudandum. Appellantes replicabant, contractus ex verbis & appellationibus non diiudicari, verum ex clausulis, pactis & conuentionibus, quæ in iis apponerentur, l. 1. § si conuenerit. Depos. Baldus in l. 2. Commodati. Atqui in hoc contracto censum cum multa, iurisdictione & dominio esse, quæ maioris consequentiæ essent, quam summa quadringentorum coronatorum pro vino soluta. Curia dixit, se visuram contractus, & de eo deliberaturam. 27. Octobris, anno 1583. I. C.

TIT. II. DE IVRIBVS DOminicalibus in directa iurisdictione, censuali, recognitione, laudimiis, inuestituris & reditibus constitutis, consistentibus.

Vide de subhastationibus. In compluribus huius tituli locis hoc verbum Subditi de incolis alicuius ciuitatis dicitur, oppidi vel pagi feudi titulo ad dominum quendam priuatum spectantis. Id quod sano modo intelligendum, ne Regi præiudicium fiat, qui solus, proprie loquendo, subditos in Regno suo habet: prædictis dominis ipsimet Regis subditis existentibus. Idque antiqua loquendi forma, quam proprietas linguæ Gallicæ aliquo tempore post sustulit, à qua domini iustitiarii sese abstineant, vt Regia auctoritas suprema sarta tecta conseruetur.

ARRESTVM I.

Modus est quidam, intra quem incolæ syluis, pascuis, senticetis, aliisque locis communibus cõmuniter vti possunt: in priuatos quippe vsus suos ligna cædere possunt, vtputa ad calefaciendum, ad ædificandum, at non etiam vt vendant: itemque pascuis, vt pro animalibus tantum suis, non etiam vt extraneorum admittant: nec prædicta loca ad speciales vsus & priuatos redigere sibique vindicare possunt, exempli gratia, eos colere, in iis seminare vel sementem facere, citra veniam & indulgentiam domini iustitiarii: qui ei rei intercedere potest, & incolas cogere, vt à se conducant, & nouam concessionem sub reditu & censu perpetuo sibi soluendo accipiãt. Item, prædictus dominus iustitiarius omnes fundos, deserta & vacantia dominii sui, cæteris omnibus exclusis, sub censu & reditu elocare potest. Atque notandum est, eum id in locis communibus facere non posse, quamdiu prædicti incolæ inter se iis communiter vtentur, nec priuati iuris facient: verum is ea ipsorum vsibus communibus derelinquere debet, vsquequo iidem abutantur. Atque ita iudicatum fuit Arresto Maioris Consilii, 26. Septembris 1552. pro Domino Montpesatio aduersus incolas prædicti loci & S. Mameti. Simile Arrestum datum fuit Parisiis, anno 1535. vel 1536 pro domino S. Polque aduersus ipsius subditos Monterbuissii. Ad hoc Arrestum valde notanda est l. denique. ff. de vsu & habit. integra, si ea recte intelligatur. *Communis vsus syluarum & pascuorum inter incolas.*

V. determinationes super vsu syluarum, quas retuli in Collectione mea tit. 19. cap. 109. V. Arr seq. I. C.

Vacantia & deserta ad dominum spectant, nisi Consuetudo repugnat: Bacquetus tract. de iure vacantium bonor. ob defect. hered. vindicandorum, cap. 3.

II.

Arresto Tholosano, quod pronunciatum, 13. Septembris 1554. dictum fuit pro Domino Dumbomio & Splasio de Foxio aduersus subditos ipsius domini Splasiani eum suis sumptibus posse, si ita ipsi videatur, fundos & possessiones ab ipso à prædicti loci & pertinentiarum subditis possessas mensurari curare. Et si quid vltra id, quod in polyptychis suis reco- *Dominus iustitiarius capere potest id, quod ab eo non recognoscitur.*

recognitum fuerit, ab iis detineri reperietur, eos cogere, vt nouum censum pari qualitate sibi in eo constituant, censum sub reditu, sub oneribus pro modo continentiæ, bonitatis & æstimationis: quod si id recusent, ea capere, retinere, tradere & infeudare alteri, prout sibi videbitur. Præterea ipsi permissum esse infeudare & abbeneuisare fundos desertos & vacantes prædicti loci, si qui sint: alios tamen, quam syluas montanas, quibus prædicti subditi vtebantur. Tertio posse interdicere & impedire prædictos homines, ne intra limites piscinarum & septorum molendinorum suorum, quacunque ratione id fiat, piscentur. Quarto, impedire posse prædictos subditos, ne arbores in syluis communibus cædant ad vendendas eas, aut alio transferendas, & nonnisi pro ipsorum vsu priuato, intra prædictam iurisdictionē inde accipere, vt puta ad calefaciendum, ædificandum & ad instrumēta operaria citra fraudem & dolum conficienda. Quinto impedire posse, ne prædicti incolæ ius pecoris sui syluis communibus pascendi habentes, ibi stabula, tuguria & viuaria excitent in quibus prędicta sua pecora inter quiescere & commorari sinant. Tandem impedire posse ne prædicti incolæ licet id priuatis ipsorū vsibus inseruiat, prędictas communes syluas exstirpent & corrumpant easque ad culturam soli redigant, vel etiam eas deforment indiscreto modo, verum ordinariam cæsionem sequantur & contineant, ad instar bonorum patrumfamilias. Textus *in l. denique, & l. fundi, in fin. & l. Diuus in pr. & in fine, ff. de vsu & habitat.* notabiles sunt pro 3. 4. & 5. huius Arresti articulis: & pro secūdo in limitatione: ibi, *alios tamen, quam syluas, &c.* notanda est *l. Neratius illo tit.* in qua dominus iustitiarius communes res in iurisdictione sua occupare nō potest, quarum vsus subditorum est, ac necesse est, illas illorum vsui relinquere.

Dominus iustitiarius fundos vacantes sibi mancipare potest.

Ius piscandi ad dominum iustitiarium pertinet.

Syluæ cō munes a domino iustitiaria determinātur.

Syluæ communes, vt supra.

III.

Super oppositione quadam remissa ab executore Arresti cuiusdam Tholosani 9. Iunii 1527. inter Dominicellam Margaretham Claromōtanam, Dominam *des Lers & de Montfrin*, nomine quo procedit, actricem quo ad executionem Arresti, alioquin ream ab vna parte & Sameurum Rauffelium Licentiatum iuris, Ioannem Laurentium Presbyterum & eorum adhærentes, opponentes & reos, & Syndicum Consulum, incolarum prædicti Montfrini, supplicantes, actores, quo ad interpretationem prædicti Arresti ab altera: Curia Tholos. super declaratione prædicti Arresti occupata fuit, excludētis libera allodia prætensa à detentatoribus & vniuersitate incolarū, aduersus dominum ipsorum Iustitiarium. Post hæc omnia, alterum Arrestum dedit, 23. Iunii 1528. quo prædictū Arrestum interpretando decreuit, omnes incolas prædicti loci territorii & iurisdictionis *de Montfrin*, sub pœna commissi intra duos menses numerandos à die, quo à prædicta Claromontana requisiti fuissent, nomine quo procedit vel mādato ipsius, teneri, inquam, recognoscere p̄dictę Claromontanę prædicto nomine, se tenere sub directo ipsius dominio omnes & singulos fundos cultos & nō cultos, cuiuscunque qualitatis vel conditionis sint, ac pro iis ipsi soluere *eiodexnna* siue intronistica & cēsus legitimos huiusmodi vel pares iis, quos possessores proximorum & vicinorum fundorum prædictæ Claromontanæ vel ipsius prædecessoribus soluere consueuerunt, saluis & reseruatis fundis & possessionibus, quæ ex instrumentis aliisue legitimis documentis à directo alterius domini dominio possideri apparebit, intra prædictum territorium & iurisdictionem *de Montfrin*: pariterque saluis fundis & possessionibus, quas prædicti incolæ demonstrabunt deque iis fidem facient per instrumenta & alia legitima documenta liberas & francas esse, & earum directum dominium acquisiuisse à dominis, à quibus olim tenebant.

Idem.

Subditi plerumque ad exhibenda siue edenda instrumenta sua & reformationem in determinatione citantur.

Maynerdus *lib. 4. Quæstio. notab. cap. 25.* duo hæc Arresta, quæ in his duobus capitibus referuntur, recenset & ait, Papoinum sequentes clausulas annectere debuisse: *saluis & reseruatis fundis & possessionibus, quas ex instrumentis & aliis legitimis documentis a directo aliorum domini intra dictum territorium & iurisdictionem teneri apparebit: pariterque saluis fundis & possessionibus, quas prædicti subditi & iusticiabiles, vel alii recte possidentes demonstrabunt, & de quibus fidem facient debito modo, instrumentis aliisue legitimis documentis, liberas francas esse, & earum directum dominium acquisiuisse à dominis, à quibus antiquitus tenebant*, quas exceptiones in veris prædictorum Arrestorum originalibus esse ait: Prædictus Maynerdus prædicto loco banc quæstionem tractat, verum quis fundos absq; domino in Francia possidere possit? Vbi ait, quod non, iuxta sententiam Ioannis Fabri *in l. 1. Cod. de sum. Trinitat.* Speculatoris, *tit. de locat. §. nunc aliqua, versic. 80.* & domini Benedicti *in repetit. cap. Raynutius, in verbo, & uxor. nomine Adelasiam decis. 2. num. 173.* aduersus doctrinam Molinei, *ad §. 46. num. 4. tit. 1. Consuetud. Parisien.* conformem iuri Romano, quo omnes res liberæ præsumuntur, francæ & allodiales, neque feudales vel censuales prætendere quis potest, nisi de inuestitura fidem faciat, vel de locatione sub reditu vel vetera recognitione, *l. Proculus ff. de v. usufruct. l. Altius C. de seruitut. & ibi* Baldus *in C. inter stiam. Si de feud. def. con. fuit. dom. & agnat. de vsibus feudor.* Hostiensis & Ioannes Andreas *in c. Nimis, extr. de iureiur.* Alciatus *lib. 2. præsumptio, c. 3.* Menochius *de præsumpt. lib. 3. cap. 89* Itemq; in compluribus Franciæ Consuetudinibus, Tracensi, *tit. 3. artic. 50.* Caluimontensi *tit. 3 artic. 57.* Senonensi *artic. 2.* Niuernensi *or. 1. de censibus* In Consuetudine Bituricensi de re nihil dicitur: verum verbalis processus commonitionem ad Commissarios factam continet reductionis illius temporis tertio statu seu plebeio & populari, omnes fundos scilicet francos & allodiales esse, nisi contrarium probaretur, eoque immemoriali tempore fruiti fuissent, requirente, vt id in scripturā redigeretur: id quod primus & secundus status seu ordo impediuit. Super quo prædicti Commissarii decreuerunt, vt de eo per turbam seu turmatim inquisitio fieret, quo videl. omnibus intra certam dilectionem ad se relatis, de eo ad Curiā referre possent, & ab ea, quod æquum foret decerneretur, interim prædictum articulum prætensæ Consuetudinis in scripturam non redigendum, vsque quo aliter a prædicta Curia decretum fuisset. Postea neque inquisitum neque vlterius perfectum fuit nihilominus ita in regione & Ducatu Bituricensi obseruatum fuit, quatenus Consuetudine Bituricensi regitur. Superque eo arresta interuenerunt, quorum vnius, quod datum pro colonia quadam in pago seu parrochia de Bengy, tenor infra *in appendice huius tituli Art. 6.* caret, I. C.

Vtrum fūdi absque domino possideri possint?

Omnes fūdi allodiales præsumantur.

IV.

Prima die Augusti 1525. inter incolas Chalmazelii appellantes à maiore aquarum & syluarum Curatore ab vna parte, & illustrē Ludonicum Chalmazelium dominum prædicti loci Capitaneum seu Tribunum cohortis vnius domesticorum seu protectorū appellatum ab altera parte dictum fuit, cognitionē possessionis & proprietatis quarundam syluarum prætensatum inter prædictos appellantes esse communem, ad prædictum magnum curatorem nō spectare: partesque ad Balliuum Forosegusiensem vel Locumtenentem ipsius remissæ fuerunt: nihilominus per prouisionem prædictis appellantibus prohibitum, ne prædictis syluis abuterentur, aut ex iis quid venderēt, aut ad alium vsum fruerentur, quā ad calefaciendum & ædificandum.

Cognitio de possessione & proprietate syluarū ad Balliuos spectat.

Arresto *libri olim f. 31.* inopi interdicitur, ne vsum syluę sibi concessum potentiori & ditiori vendat. V. infra *lib. 14. tit. 3. de vsu syluarum.*

V.

Alienatio seu [illegible] suorum ad alterius dominium, seu [illegible] non admittitur.

Arrestū * quod datum Parisiis, 14. die Iunii 1548. inter Comitem *de Tonnerre*, & subditos ipsius prædicti loci, singulare est: quo prædicti subditi saluum conductum seu tuitionem Regis aduersus dominum ipsorum postulantes, à petitione sua depulsi fuerunt: prædictisque ambabus partibus iniunctum, vt singuli sese ita gererét inuicem, puta dominus potestate & autoritate, quam in eos habet, vteretur, ii vero obedientiam & honorem, quem ei debent, officiose & debito modo exhiberent, permissumq; de vi illata & excessu aduersus illos exercito à prædicto Comite informari, vt omnibus ad Curiam relatis, aduersus prædictum Comitem, pro vt pateret, postea procederetur. Isque est textus *l. liberti non modo aduersus patronos non audiantur, & c. C. de libert. & eo. lib.* Verum est, quemadmodum dominus ob malam & iniustam tractationem suorum subditorum, potestatem, iurisdictionem & iura sua super iis amittit: ita quoq; subditos feloniam committentes, & proditores atque rebelles aduersus dominum suum se exhibentes, priuilegia, prærogatiuas & iura, quæ erga prædictum suum dominum habere possunt, amittere debere, prout iudicatum fuit Arresto Sabaudię pro Ducę, aduersus subditos de Sommeriue, qui in clientelam & fidem Marchionis Salucensis se contulerant, relicto domino suo naturali, prędicto Duce Sabaudię, qui eos postea condemnari curauit, *per ca. Grauem. de excessib. Prælator* Prout recitat Iason *consil.*, 227. *col.* 8. *in fin. vol.* 2.

Similis pœna domini male subditos tractantis & subditorum rebellium.

Lucas *lib.* 7. *tit.* 4 *Arr.* 3.

Arrestum istud conforme est sententiæ Guidonis Papæ *quæstio.* 551. sub finem. Attamen contrarium à Molineo *super stylo Parlamenti* tenetur & defenditur *tit. de assecuramentis* §. 2. & Joann. Gallo, *quæstio*, 121, & Coppino *lib. de domanio Franciæ, tit.* 8. *num.* 10. *in fine.*

VI.

Ecclesiasticæ personæ feuda vel fundos ab alio domino, quā Ecclesiastico mouentes retinere non possunt.

Secularis dominus impedire potest, quominus Ecclesia rem à se mouentem acquirat & possideat: ea quippe manus mortua est & iura domini depereunt: eo quod Ecclesia minime alienet, neque ius successionis habeat: & sic iura recognitionis, quæ semilaudimia vocantur & laudimia integra, hac possessione durante, nunquam obueniunt: prædictusque dominus Ecclesiam cogere potest, vt hominem viuentem morientem & committentem præbeat, vel indemnitatem præstet, id est, quæcunque Prælati mutatione iura dominicalia soluenda. Iura enim patroni debent esse illæsa, *Auth. Sed hodie. in fin. Cod. de Iur. aureor. annulor.* Aliud foret, si dominus Ecclesiasticus esset: quamuis enim is idem ius habeat: attamen Ecclesia sub sua aut ipsius diœcesi existens, in possessione esse potest acquirendæ in ipsius territorio & diœcesi rei ab ipso mouentis: id quod prædictus dominus impedire nequit, neque cogere vt suas manus, quod dicitur, vacuefaciat vel amortizationem postulet & pecuniam soluat. Huiusmodi enim cogendi videlicet manus suas vacuefacere, amortizationem postulare & pecuniam soluere, ad supremam potestatem & Regem spectat, exclusis omnibus Regni sui dominis. Vide supra *Arresta titul. de amortizationibus*, 14. *libr.* 1. Ecclesia vero aduersus alteram nullum rigorem exercere potest. Prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1392, pro Decano & Capitulo aduersus Episcopum.

VII.

Idem.

Episcopus Ecclesiam cogere non potest ad manum vacuefaciendam ab acquisitis ante & vltra quadraginta annos, siue Ecclesia quæ acquisiuit, in possessione sit acquirendi libere, siue non. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 18. Februarii 1479. Nonnulli argumentum ex eo sumunt aduersus dominos Laicos, quamuis datum tantum fuerit pro Camerario Samartiniano de Campis aduersus Episcopum Parisiensem, ob reditum quendam prædicto Camerario debitum, à se & prædecessoribus suis Camerariis retentum, super domo Crucis aureæ, in platea S. Dionysii.

VIII.

Dominus vtilis quando [illegible] directo domino possessor tempore.

Possessor dominus vtilis rei * censualis & emphyteuticariæ, fundum certæ seruituti supponere potest, eaque seruitutis impositio valet, *l.* 3. *ff de seruitutib.* Item eum hypothecæ obligare potest, *l. ex vectigali fundo. ff. de pignoribus.* Verum si ad dominum directum reuertatur, omnia resoluuntur, tam seruitus quam hypotheca. Isque textus est prædictæ *l. vectigali.* Ac citra exceptionis præscriptionis metum, *l. cum notissimi.* §. *illud Cod. de præscript. triginta vel quadraginta annor.* Nisi prædictus dominus in id consensisset, *l.* 1. *de aq. pluu. arcen.* itemque res emphyteuticaria ipsi aliter obuenisset, quam iure directi dominii. Quod si enim ipsi obuenisset iure successionis, legati, donationis, emptionis, compensationis, solutionis debiti sui nomine, aut alio titulo à directo dominio separato, his casibus seruitutes impositæ & hypothecæ permanent, easque in statu suo relinquere debet, *l. si debitor. C. de distract. pign. & l. Traditio. ff. de acquir. rer. dominio.* Verum si ob non solutos annuos census, vel secundo ob desertionem possessoris & tertio iure retentionis, vel alio iure à domino fluente acquisiuit, prædicta *l. vectigali.* locum habet. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1461.

* Arrestum hoc desumtum est ex Guidone Papa *quæstio.* 575. V. Choppinum *lib.* 3. *de priuileg. rusticor. part.* 3. *cap.* 11. *in pr. & lib.* 3. *de doman. Franciæ tit.* 12, *num* 14. & supra tit. præcedente, *Arr.* 2.

IX.

Singularis & vix frequens casus.

Presbyteri & ministri Ecclesiæ S. Bonneti Castelli Forosegusiensis Bartholomæum Valerium possessorem domanii *de Monchouet* conueniunt, ad recognoscendos de nouo in polyptychis suis census ob prędictum domanium debitos, soluendaq; laudimia & census præteritos. Is excipit & ait, se duobus respondere non posse. & Petrum S. Pauli Scutiferum dominum *de la Guillange*, à se idem & simile petere. Tum prædictus S. Pauli intercedit & causam pro Bartholomæo *de la Valette* suscipit. Actores & intercedens in instantia permanent, & polyptycha sua communicant. E Presbyteris vnus anno 1369. & alter prædicti S. Pauli anno 1339. se sistunt. Probationibus suis tam per instrumenta, titulos & loca, quam testibus factis, singulæ prædictarum partium census ob prædictum domanium exegerunt, iuxta recognitionem polyptychorum suorum, puta Presbyteri decem solidos, octo semimodios secalæ, singulis annis & quolibet die omnium Sanctorum: prædictus vero S. Pauli decem solidos, quinque semimodios secalæ, & dimidiam gallinam eodem die. Ex hoc conflictu dubium oriebatur, vtrum duo domini directi in solidum se dominos directos eiusdem fundi dicere possent, ad exigendos & accipiendos census & iura laudimiorum in casu mutati possessoris? Per *capitul. Constitutus. de religios. domibus.* declaratur, censum primo constitutum præcipuum esse, adeo vt alius huius præiudicio imponi non possit, quoniam ad duos pro solido directum dominium spectare non possit per *l. Maius.* §. *duobus. de*

Duo directi domini fundi concurrentes.

leg.

leg. 2. & l. Hæreditate. §. penult. ibi, occurrebat enim. ff. de Castrens. pecul. & l. si vt certo. §. si duobus. ff. de Commo. Felinus *ad cap. causam. de Probat.* ea de re prolixe scripsit & conclusit, possessorem & dominum vtilem, fundum suum secundo & aliis censibus in præiudicium directi domini onerare non posse. Idque plenius declarauit Ioannes Faber *ad §. adeo autem. Institut. de locatione. & conductione.* puta quia secundus census per secundam & posteriorem recognitionem admittitur, vt à primo directo domino impediri non possit, non magis ac reditus pretio pecuniario constitutus: & debitum huiusmodi, *Census mortuus*, nominabitur. Verum quantum ad laudimia, commissi iura, & alia dominicalia attinet, nonnisi ad vnicum solum spectare possunt, qui tempore & data prior erit, prout ait prædictus Faber *ad l. cum dubitabatur, in pr. nu. 8. De Iur. emphyteutic.* Super hoc dubio iudicio coram Balliuio Forosegusiensi constituto, sententia data fuit 23. Decembris 1579. qua declaratum fuit, singulas partes ius accipiendi exigendi censsus in polyptycho suo comprehensos habere, nihilominus tamen laudimia & alia iura commissoria & dominicalia prædicto S. Pauli soli adiudicata fuerunt: vtpote anteriori tempore & recognitione, exclusis prædictis Presbyteris posterioribus & citra præiudicium ipsorum reliquorum & censuum præteritorum, qui ipsis adiudicati fuerunt, & citra expensas, à quo prædicti presbyteri appellauerunt ad Parlamentum Parisiense, in quo Arresto, 23. Iunii 1584. dictum fuit, appellatione citra mulctam in irritum deducta, id à quo appellatum fuerat, effectum suum sortiri oportere, & appellãtes in expensas causæ appellationis condemnati. Ad excusandam mulctam ratio summa est, eo quod Presbyteri antiquum ac legitimum polyptychum habebant, & legatum ab ipsorum fundatore, & ius prædicti S. Pauli ignorabant.

Census mortuus.

Laudimia ad vnum tantũ spectare possunt.

Arrestum Parisiense.

X.

Dominus directus, quando meliorationem rei sibi commissæ retũdere debeat.

Quando ex negligentia vel delicto, fundum vel fundus censualis domino directo committitur, emponemata seu meliorationes refundere non tenetur, vti rem, ad quam dominus vtilis tenetur, *l. 3. C. de iur. emphyt.* huc facit textus *in §. si quis aliena. Inst. de rer. diuisio.* Atque ita iudicatum fuit compluribus Arrestis Gratianopolitanis, tempore Guidonis Papæ anno 1460. & aliis annis. Nihilominus eo non obstante, si citra negligentiam vel delictum, huiusmodi feudum vel fundus committeretur, vtpote, ob defectum legitimorum heredum, heres eius, qui impensas & meliorationes fecit has recuperare debet, *cap. vno. §. si vasallus. Tit. Hic finit lex de in consuet. reg. incipiunt.*

XI.

Manus iniectiones, quas directi domini super possessoribus suis faciũt, odiosæ sunt.

Directi domini potestate sua abutuntur, si fundis ab ipsorum directo domino mouentibus, ob non solutos census vel reliqua aut laudimia in conquisitis manus iniiciant iuxta Glossam *in l. fin. Cod. de iure emphyteut.* necessario quippe declaratoria Iudicis sententia requiritur, auditis partibus, *capit. licet Episcopus, cum Gloss. in verb. vocate. De præbend. in 6.* Eoque facto, vt plerumque prædicti domini facere solent, possessore non audito, neque sententia data, prædictus possessor, veluti spoliatus, interdicto *Vnde vi seu redintegrandæ possessionis* experiri potest. Adde quod possessori facultas purgandi culpam seu moram adempta fuerit: quam sane haberet, si auditus fuisset, *cap. potuit. De locat.* Atque ita iudicatum fuit die quodã Vigiliæ Natalis, anno 1456. Arresto Gratianopolitano.

Prouisio pro directo domino aduersus vtilem fundos suos incultos relinquentem.

Dominus directus reditus emphyteutici, propria autoritate emphyteutam ob reditum triennio non solutum possessione priuare non potest, & nonnisi comminatoria clausula est: vt proinde declaratione Iudicis opus sit: nominatim vero eum, qui fundum sub reditu longo tempore, locatione iam finita possidebat, sed sibi coram Iudice prospicere debet, Carondas *lib. 3. Respons. c. 28. & lib. 5. cap.* 248. Quemadmodum etiam ex Consuetudinibus aliquot, nominatim ex Bituricensi, *de censibus. artic.* 26. Si fundus censualis per annum & diem vacet, postquam à cultura & cura vacans permanere consueuit, dominus directus autoritate Iudicis ordinarii, non vero priuata sua autoritate, ei manus iniicere potest, eum colendum tradere & ex eo fructus percipere: verũ si vtilis dominus intra decem annos redeat, ipsi fundus restituetur eo statu, in quo tum erit, solutis tamen sumtibus & expensis seminum & operarum anni, nisi fructus collecti sint: quod si collecti sint, ad dominum pertinent. Quoad minores dominos prædictorum fundorum dominus censualis cuique reditus debetur tenetur iis de tutoribus prospicere antequam fundis fruantur I. C. Vide supra *de fundis Arresto 3.*

XII

Reliquã frumenti iuxta æstimationem singulorũ annorum soluuntur.

Cum quis censum aliodue annuum debitum in blado seu frumento, vino, oleo, aliisque rebus quæ pondere & mensura consistunt, debet, ab eoque reliqua complurium annorum petuntur, is nonnisi iuxta communem cuiuslibet anni æstimationem, cuius reliqua debentur, soluere tenetur. Atque ita dictum & iudicatum fuit Arresto Parisiẽsi in perorat ione, auditis Mennilio & Durando, 4. Februar. 1548. Isque textus expressus est *in l. Nulli militarium. 7. Cod. de erogat. milit. anno. lib. 12.* vbi Accursius Glossator, summam huius textus æquitatem notans quẽdam nomine Albertum Calinum reprehendit, quem ait in eo falli, dum reditum suum annis, quibus frumentum vili pretio constabat, exigere noluit, & caute vnius anni caritate expectata, iuxta quam omnia reliqua sibi soluerentur. Sequens Arrestum idem continet, quod valde notandum est.

XIII.

Debitor census quãdo in mora sit, vt ad maximum pretium cogi possit.

Mora soluendi censum & reditum, ad consequẽdam à creditore frumenti æstimationem cum summum eius pretium in anno fuerit, non de simplici mora in tempore soluendi præterito fundata intelligitur, prout tenuerunt DD. nostri & Glossa *in l. vinum. ff. si cert. peta.* verum post denunciationem & interpellationem sufficientem. Isque textus est bene intellectus, *in l. Quoties in diem, ibi, tunc enim ab eo peti potest ff. de verb. obl.* Insuper æstimatio nonnisi istius anni, quo reditus debetur, intelligi debet, eo quod vina, grana, olea fructusque eius generis similes intra annum consumuntur: quod sane iustum rationique consentaneum est & in dispositione iuris fundatum, iuxta textum expressum in *l. Nulli militarium, 7. Cod. lib. 12. de erogat. mil. anno.* Nec prædicta æstimatio cariori cuiuslibet anni pretio fieri debet, sed communiori istius anni pretio Eaque docta domini Marillaci Aduocati Regii peroratio fuit, Maioribus diebus Rigodunensibus, anno 1546. Quæstor domanii Regii Montferrandii cario re pretio & valore æstimari curauerat reliqua reditus cuiusdam frumentarii, Regi ad aliquot annos debiti, & ob prædictam æstimationem seu adæratio nem possessorem & debitoris Ioannis Montliserii pignora capi curat, qui sese opponit & nullitatem æstimationis ac per consequens executionis impugnat. Sententia Balliuii Montferrandii executio bona declaratur: & decretum, eam perficiendam quoad æstimationem soluendam. Montlisetius appellat. Arresto dictum fuit, male iudicatum, & emendato iudicio executio iniusta declarata, decretũq; appellantem liberandum solutis reliquis debitis iuxta

Æstimatio frumẽti aduersus debitorẽ.

communem æstimationem singulorum annorum prædictorum reliquorum. Hoc Arrestum maximopere notandum, & æquissimum est, ac legis instar obtinere debet, ad reprimendos abusos & rapinas, quæ in hoc facto admissi fuerũt, nominatim vero in Prouinciis, quæ iure scripto reguntur. Datum id fuit 10. die Nouemb. prædicto anno 1546.

De æstimatione frumenti, & solutione eius in specie vel æstimatione.

Vide inooem Gallorum *quæst. 100. 54.* qui simile Arrestum refert pro Priore Consluctino, vbi Molinæus annotauit, Arrestum Rigodulense, 10 Nouembris 1546. datum iuxta sententiam suam, & postea alterum Arrestum Parisiense, 21. Ianuarii 1548. prolixius hanc quæstionem tractauit in Gallico suo tractatu *Des vsures & contracts pignoratifs. numero 114. & 117.* vnde Paponius hunc §. desumpsit, vbi Molinæus præterea ait, puta, iuxta requisitum prædicti Domini Marillact doctissimi & celeberrimi Aduocati Regii, a prædicta Curia omnibus domanii Quæstoribus interdictum fuisse, ne reliqua prædictorum redituum vltra æstimationem communem singulorum annorum exigerent. Vide quoque Imbertum in *Institution suis forensibus, lib. 1. cap. 61. de forma exequendi sententias, quibus quis condemnatur ad soluendum frumentum, vinum, oleum* & doctissimum D. Grimaudetum *tractat. de vsur. & contract. pignoratit. lib. 1. cap. 15.* Maynardum *lib. 6. Quæst. cap 33.* vbi distinguunt inter reditum vel pensionem, quam creditor ipse petere & vehere debet, & reditum qui solui & in domum creditoris deduci debet. Priore casu debitor reliquorum inde à compluribus annis, qui interpellatus non fuit, liberare se potest, soluto reditu pro omnibus elapsis annis in specie: cum enim debitor in mora non fuerit pœnam æstimationis iniquata annorum elapsorum caritatem pati non debet, in quibus per creditorem solum stetit, quominus solutum non fuerit. Quemadmodum enim creditori inuito aliud pro alio solui non potest, *l. secunda § mutui datio. ff de reb. credit.* Ita debitor ad aliam rem, quam debet, soluendam cogi non potest, nisi in mora constitueretur, dolum vel culpam committeret, *l. vinum. C. eodem tit.* Nisi debitor prædicta reliqua soluere malit, iuxta æstimationem temporis solutioni in diem destinati, anni vero currentis in speciebus. Posteriori casu, quando debitor reditum deferre tenetur, si non soluit, & pretium reditus auctum vel diminutum fuit, lex vult, vt æstimatio pro specie soluatur, quæ æstimatio in se id continet, quanti creditoris interest ratione moræ in solutione commissæ, *l. 3 §. vlt. l. si sterilis §. cum venditorem ff. de act. empt.* idque iuxta communem æstimationem singulorum annorũ, quibus reditus debebantur, quæ ex diei ratione ineunda est, *l. vlt. ff. de eo quod certo loco. l. quotiens. ff. de verbor. oblig.* In Prouincia Bituricensi æstimatio reditus fit ad pretium primorum mensium singulorum trimestrium post tempus lapsum incipiendo. Exemplum esto, si reditus debeatur festo Sancti Michaelis, venditionis frumenti extractum ex Actis Regiis proximioribus petitur, iuxta Constitutionem anni 1539. priorum emptionum, mense Octobri, Ianuario, Aprili & Iulio, quibus in vnam summam coadunatis, quarta eius commune pretium anni est. In aliis locis pretium duodecim mensium anni in vnam summam componitur, duodecima eius pars pretium anni commune est. Ita obseruatum vidi Arresto Maioris Consilii. Atque pretium venditionum fori Regii loci illius, in quo solutio bladi vel aliorum fructuum æstimationi subiectorum fieri debet, sequi conuenit. Quod si eo in loco forum Regium non sit, proximioris loci sequendum est, Constitutione anno 1539. *& d. l. & l. vinum. & l. vltima. ff. de eo quod certo. & l. 3 §. vlt. ff. de action. empt.* eo quod quis eo loco contraxisse intelligitur, in quo se soluturum obligauit, *l. 31. ff. de oblig. & act.* I. C.

XIV.

Census ratione domini indiuiduus est. Ideo domino quemcunque voluerit conuenire potest, saluo ei regressu aduersus ipsius compossessores.

Si complures possessores sint possessionis cuiusdam à directo domino mouentis sub censu indiuiso, domino * facultas competit censum sibi exigendi, & vnumquemlibet possessorum, prout ipsi videbitur, in solidum conueniendi, adeo vt eos non separet, seu distinguat, neque à quolibet partem ipsius postulet, *l. Mosi bis. in princip. ff. de iure fisci*, iuncta Glossa *in verb. omnem.* & Glossa *in l. communi diuidundo.* Iuxtaque ea indicatum fuit Arresto Tholosano, 9. die Martii 1551. inter Dominum Gembrosium appellantem à Præfecto Bellomontano ab vna parte, & Franciscum Aribellum, Petrum Ganterium, Ioannem Marium, & Wilhelmum Sagetium *de Traict* ab altera parte. Quo super huiusmodi diuisione dictum fuit, iuxta alia Arresta in pari materia data, prædictos possessores teneri conuenire de vno inter se, qui exigeret & perciperet à singulis quotas debitas (de quarum modo exæquatione facta inter se conuentum essent, prout scilicet singuli possiderent, iuxta antiqua & noua polyptychã) vt in solidum vna vice soluatur, singulis annis, per manus eius, de quo conuenerint, prædicto directo domino: quod si non fiat, prædicto domino licitum foret, iusta & debita ratione, vnum è prædictis possessoribus in solidum conuenire, prout ipsi visum fuerit. Ad hanc materiam *tit. de Hypothecis* supra vide *primum & vltimum Arrestum*, quæ expressa ac singularia sunt, nominatim id, quo confirmata fuit sententia Balliuii Aurelianensis, 28. Martii 1553.

* Census domino indiuisibilis est, nisi diuise acceperit, *l. si creditores. C. de pact.* Gloss. *in l. communi in principio ff. commun. diuid.* Masuer. *tit. de locat. §. item si plures. vers. si tamen.* Choppinus *ad Consuetu. Andegau. lib 2. part. 2. cap. 2. tit. 1. art. 3. V. tit. 3. lib. 11. art. 5.* Maynard. *lib 6. c. 37. quæst. notab.*

Hæc natura est censuum & redituum solariorum, vt domini directi ad solutionem eorum, vnum è possessoribus fundi census vel reditui solario obnoxii, in solidum conuenire possint, quamuis minimam eius partem possideat, saluo ipsi regressu aduersus compossessores ipsius. Ita iudicatum fuit iuxta Consuetudinem Engolismensem Arresto anni 1585. quod refert Dom. Petrus Gandillorus Consiliarius in Sede Engolismensi ad *artic. 22. Consu. tu. enim* pro Domino *de la Tranchalade*, aduersus Wilhelmum *de la Touche*, confirmata sententia, qua prædictus *de la Touche*, quamuis non nisi exiguæ portionis prati cuiusdam possessor esset, quæ ne centesimam quidem locati molendini & pertinentiarum ipsius attingebat, nihilominus in solidum soluendorum reliquorum reditus, saluo ei regressu aduersus compossessores ipsius condemnatus fuit, non obstante, quod prædictum pratum cedere penitus obtulisset, restitutis eiusdem fructibus ratione temporis prædictorum reliquorum. Attamen si dominus triginta annis partem & portionem a singulis detentatoribus & possessoribus accepisset, citra vllam non diuidendi reditus sui protestationem, hoc casu videretur, prædictum reditum diuidendum, neque deinceps dominum directum vnum è detentatoribus in solidum conuenire posse, *l. si creditores. Cod. de pactis* & ibidem Doctores *l. Stichum. § Aristo ff. de solution.* Vide Choppinum *ad consuetud. Andegau. lib. 3 cap. 3. titul. 3. num. 12* Molinæum *de vsuris, quæst. 21* Charondam *lib 7 Responsor. cap 182* Verum is, quem dominus in solidum conuenit, regressum habere potest aduersus compossessores eiusdem fundi censu vel reditu onerati, vt in, & vnusquisque eorum ad solutionem reliquorum pro ea parte, qua detentatores sunt, ad contribuendum condemnentur, si vero soluit ad refundendam ei singulorum partem. Quod si à domino census vel reditus actiones ipsi cessæ fuerint, & in locum eius surrogatus fuerit, hoc casu is aduersus vnumquemlibet è detentatoribus in solidum agere potest, deducta parte sua, eo quod idem priuilegium habet, quod dominus, qui in eum per expressam cessionem directas & vtiles actiones transtulit, *l. vltima. C. de quando fisc. vel priuat.* nec potest dici esse extincta per solutionem, cum magis esse videatur iusta nominis venditio, quam debiti solutio, *l. Modestinus ff. de solution.* V. Bacquetum *tract. de iuribus iust. 1. cap. 21* Loisellum *lib. 2. de possess. deiect. cap 8* Vide Choppinum *ad Consuetud. Andegauens. lib. 3. part. 2. tit. 1. cap. 2. tit. 1 art. 3.* Maynard *lib 6. quæstionum suarum notabilium cap. 37.* I C.

Quando dominus reditum diuisisse censeatur.

Regressus vnius cum possessoribus aduersus alios, & quomodo.

XV.

Dominus directus possessores suum ad declarationem tenere debet ... competere potest.

Die Martis 26. Octobris 1540. post prandium Arresto Parisiensi Maioribus diebus Molini habitis dictum fuit, possessores coram Commissario ad renouanda polyptycha delegato, declarationem & professionem omnium, quæ à domino possidet, præstare oportere, vt onerum & officiorum, quæ eorum nomine debet. Quod si intra tempus id non faciat, dominus fundo manum iniicere, & post alteram & secundam ipsius contumaciam, fructus suos facere potest. Quamobrem cum appellans quidam ab huiusmodi processibus, in mora & frustratione deprehensus fuisset, Arresto dictũ fuit, si intra duos menses

les professioni prædictæ non satisfaceret, fundos confiscatos esse.

XVI.

Recognitio infimæ iurisdictionis est.

Dominus directus, quamuis nonnisi infimam iurisdictionem habeat, possessorem tamen fundi ad directum & censuale dominium suum spectantis cogere potest, ad recognoscendum in polyptychis suis, & ad iura dominicalia sibi soluenda: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Iunio 1548.

Dominus feudalis, vel directus vigore tabularum suarum censualium manum inicere vel citare potest.

V. *lib. 7. tit 7. Arr.* 33.

Ex generali Franciæ Consuetudine, nulla terra absque domino. propterea dominus feudalis vel directus vigore polyptychorum, citare vel manum inicere potest ad declarationem exhibendam. Quod si subditus id non tenuat, neque francum allodium, & immunitatem alleget, istud facere tenetur. Iudicatum vlt. Iunii 1567 perorante Buissonio pro appellante B.

Id quod D. Nicol. Bergeronius super eo refert indicatum forte fuit in Consuetudinibus, vbi nullum francum allodium est, & vbi fundus absque domino possideri non potest: verum vbi liberum & francum allodium est, & totus fundus francus habetur, nisi de contrario appareat, iudicatum fuit, prætensum vasallum anouere vel renuere non teneri, vsquequo dominus fidem fecerit, fundum a se moueri, vti continetur in Consuetudine Trecensi *art.* 51. ad quem D. Petrus Pithœus late refert Arrestum quoddam Curiæ, 20. Nouembr. 1574 quod datum ad relationem D. Vallæ pro Iacobo Faberio Aduocato in Curia, Aduersus Franciscum Sallesardum dominum Baronem S. Iusti, & relatum infra *in Appendice huius tituli. Arr.* 8.

XVII.

Dominus directus à manus iniectione incipere non debet.

Clausula apposita in rescripto Regio *De manu seu tuitione militari, vel etiam ad tabulas censuales conficiendas de manu iniicienda, vel manu militari tuenda, capione laudimiorum & fundorum, vel feudi, in casu autem oppositionis opponentes citandi, manus interim iniectione stante, non obstante oppositione vel appellatione qualicunque*, ciuilis non est: neq; eo obstante, quod rescripto comprehendatur, obseruari debet: hoc quippe idem foret, ac ante rem iudicatam executionem facere, id quod æquum non est, *l. 1. Cod de execut. rei iudicat.* Executor enim gradum veluti sistere debet propter oppositionem, iuxta notata à Bartolo *in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nuntiatio.* Eamque ad rem Arrestum Parisiense datum fuit 10. Maii 1526.

Domino feudali manum iniiciente, manus iniectio tenet quousque debitum officium præstetur, citra peremtionem, adeo vt alii fundiarii vel directi aliive manum inicere non possint, sed eo per oppositionem venire debeant. Iudicatum in Auditorio, 9. Augusti 1582. V. Edictum publicatum mense Decembri 1563.

XVIII.

Possessor reditum recognoscere tenetur, quem non constituit.

Tertius fundi pensione vel reditu onerati possessor, respondere, & nouum instrumentum ei, cui pensio debetur, conficere tenetur, licet heres vel successor non sit, neque ius ab eo habeat, qui eum imposuit, qui tamen dominus tempore impositionis fuerat. Atque ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod datum anno 1454. inter quendam nomine Fauerium ciuem Gratianopolitanum ab vna parte & Guarinũ Sallantium, ab altera parte: contra *l. pri. §. Heres. ff. ad Trebellia.* Idque solummodo in directi domini censibus reseruatum & permissum, *cap. fine censu & reliq.* verum videtur, non plus rationis in vno quam in altero esse, dummodo id directo domino non præiudicet. Atque ita iudicatum fuit prædicto loco, Arresto quod datum 22. Decembris 1413. pro Priore S. Roberti aduersus heredem Huberti Mornæi,

Desumtum *ex decisio.* 42. Guido. Pap Atque hæc recognitio domino reditus probationis instar est, ad demonstrãdum eam sibi ex fundo deberi, *l. Censualis professio. C. de donation.* Idem Pap. *decis.* 272. vbi disputat. de quæstione: Vtrum vnica recognitio sufficiens titulus sit? Molineus *ad Consuet. Paris. §. 58. num.* 51. Chassanæus *ad Consuet. Burgund. tit. de Censibus §. 3 glos.* 1. Masuetius *tit. de locat. num.* 30. I. C.

Vtrum ... la recog... no tit... valid...

XIX.

Directum dominium sola declaratione venditoris nõ fundatur.

Dominus à quo venditor fundum à se venditum teneri & moueri in directum dominium & emphyteusin, in venditione declarauit, emtorem pro tali se recognoscere cogere non posse, nisi polyptycha exhibeat aliudue quid quam prædictam declarationem. Atque ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano aduersus Priorem Connexæ, iuxta sententiam Speculatoris *in tit. de Locat. §. nunc aliqua. versicul.* 74. Neque prædicta declaratio sufficiens est ad ius directi domini fundandum, non magis quam si venditor per eam diceret fundum nobilem & francum esse: id quippe directo domino præiudicare nõ potest, per notat. per Guido. Pap *quæstio. 24. num.* 1.

V. eundem Guido Pap. *decisio.* 272 Benedictum *in repetit. cap. Raynutius, in verbo, & vxor. num.* 444. Rebuffum, *in tractat. de Constit. reddit. artic. 2. glos. vnic. num. 6. in Comment. ad reges. Constit.* qua dominia rerum non nudis conuentionibus acquiruntur, sed legitimis modis & alteri per alterum nulla acquiritur stipulatio. Attamen idem Benedictus *d. loco. num.* 1006 ait hanc declarationem semiplenæ probationis instar futuram: adeo vt si dominus reditus vel census alteram semiplenam probationem habeat, vtpote si venditor ei aliquando huiusmodi reditum soluerit ad exigendum prædictum reditum bene fundabitur. Ego sententiam quorundam nostri temporis scriptorum sequar, huiusmodi videlic. recognitionem plenam fidem facere: contrahentes quippe propriæ suæ confessioni & promissioni contrauenire non possunt, nominatim emtor, qui sub huiusmodi onere seu conditione emit: adde quod ex Constitutione contrahentes & notarii adstricti sint ad exprimendum & declarandum per contractum, à quo domino & sub quo censu acquisiti fundi possideantur: adeo vt prædicti contrahentes facta declaratione & recognitione quantitatis & qualitatis census vel reditus, id facere, ad quod tenentur, videantur, tanquam si pro domino contraherent, veluti negotiorum eius gestores. Facit *l. Solemnibus. Cod. de rei vendicat. l. optimam. Cod. de contrah. emtio* & ea quæ scripsit Bartolus *in l. Arboribus. §. de illo. ff. de vsufr.* recognitionem domini etiam ignorantis fieri posse, ergo & absentis. I. C.

XX.

Donatio laudimiis obnoxia.

Compluribus Arrestis Gratianopoli datis, tempore defuncti D. Papæ Consiliarii in prædicta Curia, iudicatum fuit, ex donatione semilaudimium tantum deberi: quæ communiter duodecima est æstimationis rei donatæ, per text. *in l. fin ibi, æstimationis. Cod. de iur. emphyteut.* Nonnulli tenuerunt laudimia integra deberi, prout ait Guido Papa *quæstio.* 46. 47. 48. expressius. Idque determinari solet ex vsu & consuetudine locorum. In nonnullis integra debentur, in aliis omnino nihil.

V Boerium *ad Consuetud. Bituricens. de feud. & censib.* § 18. Chassanæum *ad Consuetud. Burgundiæ, tit. de Censibus.* Capellam Tholosanum *decis.* 278. Maynardum *lib. 4. Quæst. fuer. lib. 4. cap.* 41. vbi ait, Arresto Tholosano, quod datum in lite; quæ primo æquales, mox inæquales sententias tulit, 21. Aprilis 1589. iudicatum fuisse, ex donatione laudimia non deberi, etiam ex simplicibus donationibus, atque quo ad hoc locorum Consuetudines sequendæ sunt. I. C.

XXI.

Ad soluendum reditum condemnatus, sententiæ obtemperando recognoscere debet.

Abbatissa *de Fronteuaux* interdicto experiens super possessione reditus cuiusdam sibi à domino Tremollia debiti, obtinet. Atque sententiam hanc executioni tradi curans, postulat, vt dominus nouum sibi instrumentum istius reditus expediat. Is ei intercedit & ait, huiusmodi recognitionem & donationem hypothecam spectare, de qua nihil iudicatum fuit, verum tantum de possessione, quam

vtique

vtique fateretur. Ea excipit, petitionem suam recognitionis à possessorio alienam non esse: quamuis enim hypotheca subsit, eam tamen in personam esse. Adde, quod executione istius rei iudicatæ nonnisi semel vti possit, & ab anno in annum nouo iudicio opus fore, si solutionem consequi vellet. Ex hac ratione æquum esse, quo perpetua exequutionis ope vti possit, vt prædictus dominus nouum instrumentum sibi conficiat. Arresto Parisiensi in tertia Inquisitionum Camera, 14. Augusti 1551. concluso, dictum fuit, prædictum dominum nouum instrumentum expedire oportere, quo prædicta actrix in futurum pro prædicto reditu frui possit, pari modo vt tum fruebatur.

XXII.

Laudimia non debentur ex alienatione per locationem ad decennium.

Dominus Boetius primus Præses Burdegalensis, *qu.* 235. ait, ex generali huius Regni Consuetudine, neque laudimia, neque venditiones ex locatione ad decem annos vel longius tempus deberi: ea quippe nullam proprietatem transferri, neque alienationem fieri. Eaque sententia fuit Glossæ *in verbo, Non extitisse, in l. codicillis. §. Institutio. ff. de legat.* 2. Verum est, Doctores eam non approbasse: nihilominus quoniam obseruata fuit in praxi, ei standum est, *cap. cum dilectus de Consuetudinib. & l. si de interpretatione ff. de legibus.*

Idem tenet Molinæus *ad consilia* 159. *volum.* 3. hanc quæstionem iuxta ius Romanum tractans: attamen *articulo* 4. *titul. de feudis. & 8. titul. de censibus, Consuetudinis Biturensis* contrarius est: tum quippe locatio speciem alienationis continet, *l.* 3. *§ ex contrario. l. si ante ff. de acquirend. possess.* Glossa *in cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Choppin *lib.* 3. *de domanio, cap.* 15. Grimaudetus *lib.* 2. *de retract. cap.* 19. I. C.

Domus sub redito redimibili locata.

Sententia præsidiali Castelleti, 3. Iunii 1559. pro Decano, Canonicis & Capitulo S. Germani iudicatum fuit, pro domo locata sub onere 80. librarũ reditus, redimibilis 1000 libris, laudimia & venditiones pro ratione prædictarum mille librarum soluenda esse, idque ante redemptionem istius reditus: aiunt de eo expressum Arrestum datum fuisse, 3. Iulii 1406. Aliud, si reditus permutatione daretur. B.

XXIII.

Laudimia ex licitatione necessaria non debentur.

Emptores necessarii domino directo neque laudimia, neque venditiones debent, argum. *l. Cæsar. ff. de Publican. & l. Nauigia. Cod. de furtis.* Id quod in singulari casu obseruatum fuit, duobus ad diuisionem venientibus, & inter bona sua domo quadam existente, quæ commode diuidi non poterat, nisi licitatione facta, vt ei, qui pluris licitatus fuisset & dedisset, integra permaneret, prout iure fieri debet, *§. eadem. Institut. de offic. iudic.* Is, qui vltimus licitator erat, cuique ea addicta fuerat, condemnatus fuit ad præstandum eius ratione, quod socio suo dedit, à quo appellat. Arresto, quod datũ die Mercurii, qui Sanctus vocatur, anno 1538. pronunciato à domino Præside de Sant-Andreano, dictum fuit pro appellante aduersus dominum Procuratorem Regium in Camera Thesauri, male iudicatum, prædictusq; appellans absolutus & liber declaratus fuit. Aduersus opinionem * Guidonis Papæ *in fin. quæst.* 48. post Bartolum *in l. fin. ff. de condiction. furt.* qui tenet ex huiusmodi licitatione laudimia deberi ex venditione per iudicem celebrata, & per adiudicationem ex decreto, per *leg. Cum fides hæredis. ff. de fideicommissar. libertatibus.* & in hunc finem Ioannes de Platea *in l. prima. de fund. patrimonialibus. Cod. lib.* 11. prædictum textum allegat.

Contrariarum sententiarum super laudimiis venditionum necessariarũ.

Eaque est sententia Bartoli *in l. Si adeo. ff. de condict. furt.* & Iasonis *in l.* 1. *Cod. de iure emphyteutico.* Verum Consuetudo huius Regni contraria est, puta, ex huiusmodi venditionibus per decretum & decursis hastis, plerumque laudimia deberi. Ad concilianda autem hæc, quæ variis admodum modis à prædictis Doctoribus conciliantur, nonnisi vnico verbo opus est, puta, præsupposito pro re certissima, ex venditionibus necessariis laudimia non deberi, ob rationes *prædictarum ll. Cæsar, & nauigia*, necesse esse, vt ex omnibus partibus prædicta venditio necessaria sit, tam ex parte venditoris, quam emptoris, quemadmodum in licitatione, vbi ambo, velint nolint, ad hanc venditionem coguntur & reducuntur. Verum in venditione decursis hastis, etsi ex parte proprietarii & venditoris necessitas sit, emptor tamen voluntarius est, minime vero necessarius. Ac propterea notoria & manifesta differentia est.

Laudimia è venditione decursis hastis.

Resolutio opinionũ super laudimiis venditionum necessariarũ.

* Id sententiæ Bartoli, neque Guidonis Papæ aduersatur. Horum quippe sententia huic Arresto conformis est, quod desumptum est ex Rebuffo *tract. de præcon. licitat. & subhastat. artic.* 3. Verum est, super hoc articulo Bartolum male citatum fuisse, & in Guidone Papa posita est *l. fin.* cuius loco *l. & ideo.* poni debebat. Verum id aduersus sententiam Petri de Ferrariis est *in forma libelli pro hæreditat. vel re singul. diuid. in verb. dominum.* & Bertrand. *consil.* 78 *in* 2. *dubio. lib.* 1. iuxta editionem anni 1532. V. Molinæum *ad Consuet. Paris. §.* 12. *q.* 21. *num.* 69. *&* § 55. *gloss.* 1. *num.* 154. Tiraquellum *tract. de retractu lineari, §.* 1. *gloss.* 14. *num.* 76. *&* 96. vbi tenent, in diuisione siue voluntaria siue per licitationem, cum res commode inter cohæredes vel condominos diuidi non potest, eaque heiterus, laudimia non deberi, neque alia iura dominicalia, si res vni è dominis adiudicetur. Quod si ea extraneo plus licitanti adiudicetur, laudimia deberi, eo quod, aiunt illi, quoad extraneum, venditio voluntaria est, quoad cohæredes vel proprietarios necessaria. Choppinus *lib.* 1. *de legib. Andium, ca.* 4. *art.* 7. *& lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *tit* 3. *art.* 6. & Charond. 7. *Respons. cap.* 207. duo de ea re Arresta referunt, quæ data in Prouinciis, in quibus Consuetudo de eo nihil disposuit, ex quibus Arrestis desumptus est *art.* 80. *nouæ & repetitæ præuelatio. Consuetudinis Parisiensis*, quæ hanc quæstionem in his verbis decidit. Si fundus inter cohæredes diuidi non possit, & à iudice citra fraudem subhastetur, nullæ venditiones pro licitatione ab vno illorum facta debentur. verum si is extraneo adiudicetur, acquirens venditiones debet. Ratio decisionis huius non tantum hæc est, quia venditio necessaria est, ea quod idem pariter dici posset, si fundus extraneo adiudicaretur, & venditio hastis decursis celebraretur ob proprietatis debita, sed ob hanc potius causam, quia adiudicatione vni cohæredum facta, fundus ei modo diuisionis seu iudicio familiæ erciscundæ adiudicatus esse censetur & intentionem cohæredum potius fecisse, vt diuiderent, quam vt emerent & venderent: id quod dici non potest, quando extraneus acquirens est, eo quod de familia non sit, & ipsius causa à causa hæredum differat. neque pro acquirente voluntario habeatur. V. quoque Maynard. *lib.* 4. *c.* 30. 43. *&* 50. I. C.

XXIV.

Laudimia non debentur ex redemptione quodam intra tempus facta.

Doctores nostri definierunt, quod si de facultate redemptionis in venditione conuentum sit, vel extra eam, & eodem die ante traditionem pretium acceptum, aliaque ad perfectionem venditionis requisita, & intra tempus conuentum retrouenditio fiat, laudimia pro retrouenditione non deberi, verum tantum pro prima venditione, argum. *l. si pro fundo. C. de transactionib.* Verum si de hac facultate postea & ex interuallo conuentum sit, pro retrouenditione laudimia soluenda sunt, etsi ea intra tempus fiat, arg. *l. si ad me. ff. ad leg. Falcid.* Prout declarat D. Tiraquellus *in tit. de retract. convention. §.* 6. *gloss.* 2. *num.* 4. *&* 5. *&* 19. Hoc præsupposito, Iacobus & Ioannes Berarderii, pater & filius, à tertio quodam facultatem redimendi fundos quosdam emunt, qui sub prædicta facultate Claudio Camucello venditi erant, qui intra tempus prædictæ facultatis à prædicto Camucello prædictos fundos redimunt. Dominus loci ab iis laudimia acquisitionis ipsorum postulat. Hi aiunt, se ad laudimia pretii tantum teneri, quod pro facultate redimendi soluerunt, quod ratione sena offerunt, nihil vero pro pretio retrouenditionis, cuius nomine præstare nihil debent: id quippe nonnisi prioris venditionis resolutionem esse,

V. supra laudimia & venditionibus.

ex qua

ex qua dominus laudimia habuit, seque intra tempus redemisse, & Camucello laudimia refudisse, quæ ex prima venditione soluit. Dominus excipit, & ait, pretium acquisitæ rei, quam ab hoc tertio acquisituri, velint nolint, nummos comprehendere tam primæ venditionis, quam eos, quos pro empta facultate sua expenderunt: in summa, verum esse, ipsos acquisiuisse fundos: pro quo pretio, id videri posse excutiendo omneid, quod tradiderunt, & cuius nomine inuestituram à domino accipere debent. Iudex S. Stephani Furanit eos in integra laudimia condemnat, postulatinnem domini sequens. Iis appellant. Iudex supremus Regius dixit, bene indicatum fuisse. Arresto Parisiensi, 14. die Augusti anno 1546. dictum fuit, ab ambobus iudicibus male iudicatum fuisse, & emendatis iudiciis prædicti Berarderii absoluti fuerunt cum trium instantiarum expensis. Eo tamen non obstante, in laudimia pretii facultatis iuxta oblationem ipsorum condemnati fuerunt. D. Ludouicus Clepetius Procurator Regius in Balliuiatu Forosegusiensi extractum Arresti, signatum de Berroner, mihi tradidit.

Vide Mayoardum *lib. 4. cap. 38.*

XXV.

Laudimia ex fundo filiæ in dotem dato & æstimato non debentur.

Pater * quidam filiam in matrimonium collocans, redimibilem summam mille librarum doris nomine ei dicit siue constituit, vtputa septingentas libras numerato: reliquum in domo quadam trecentis libris Turonensibus æstimata pro legitima sua & iuribus paternis, quæ ipsi competitura essent, ea lege tamen, vt quando ipse cunque prædictam trecentarum librarum summam numeraret, domum ipse suam recuperaret. Dominus directus de eo monitus laudimia postulat, & ait, domum æstimatam & in solutum pro prædicta summa datam fuisse, quod idem valeat ac venditio: atque in id pater, qui causam generi sui in se susceperat, sententia Libellariorum Palatii condemnatus fuit, à quo ad Curiam appellat: vbi Arresto 9. die Iunii 1548. dictum fuit, male indicatum fuisse, & dominus depulsus. Omne id, quod prædicto domino acquiri poterat, in suspenso erat, puta, redhibitio pro summa trecentarum librarum: in cætero quippe, id est, adsignatione à patre facta titulo constituti, nihil pro domino erat, quandoquidem pater filiam suam dotaret, & *dos loco legitimæ est*, in corporibus hæreditariis debetur.

V. *Arrestum* 14. *infra hoc eodem tit.*

Desamptura è D. Ioanne Lucio *lib 7. tit. 1. Arr 2.* Ita tenet Iasoon *l. fin. num. 47. C. de iur. emphyt.* Stephanus Bertrandus *consil.* 180. Guido Papæ *decis.* 278 *lib. 2.* Ferronius *ad Consuetudines Burdegalenses, tit. de feudis. §* 19. Choppinus *ad Consuetudines Andegauenses, lib. 1. cap. 4. ar. ul. 8 & ad Consuetudines Parisiens. lib 1. tit. 3. arti. 8.* vbi Arrestum huic conforme laudat, de 13. Augusti 1576 Vide Tiraquellum, qui nihil definit *tract. de retract. gentilit. §. 1. glos. 14. num 95 & num.* 108 & Mornacum, qui distinctione vtitur *ad Consuetudines Parisienses §. 56. num* 41 Choppinum *loco præallegato ad Consuetud. Andegau. art* 13. Arrestum quoddam Parisiense laudat, quod datum in secunda Inquisitionum Camera, 1. Augusti 1579 quo dictum fuit, ex feudo non deberi quintas, quod minori natu datum fuisset in solutionem decem millium librarum, quas pater ipsi testamento legauerat, & voluerat, ea quid amplius ea bona sua peteret.

Doctores *in l. cum dubitatur. C. de iure emphyteut* eo quod intentio & propositum contrahentium non fuit vendere, sed tantum matrimonium contrahere, & æstimatio non pro pretio venditionis facta est, sed tantum pro declaratione valoris reddonatæ. Ita iudicatum fuit Arresto inter dominos Argentonium & Sansacum, 2. Iulii 1563. quod relatum *cap.* 34 *infra*. Vide ad hanc materiam, quæ late scripsit Ferretius Aduocatus in Curia Parlamenti Tholosani, *ad quæstionem* 48. Guid. Pap. & Mayoardum *lib. 4. quæstionum suarum, cap* 41. I. C.

XXVI.

Census in subhastationibus perpetuo reseruatur.

Ius directi dominii & census annui, in omnibus subhastationibus perpetuo excipitur, eoque emptor in futurum oneratus manet, non vero reliquorum, quamuis directus dominus sese non opposuerit. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1567. Pleramque omnes adiudicationes decursis hastis sub expressa iurium feudalium, vel censualium & aliorum dominicalium in futurum reseruata conditione fiunt.

Constitutio sub hastationum Regis Henrici II. super eo extat.

XXVII.

Laudimia redituum censualium cui debeantur.

Possessor in dominio *de Quissay* in Prouincia Pictauiensi, reditum constituit super fundo quodam à iure censuali prædicti domini mouente, redimibilem intra triennium, addita pactione, in defectum prædictæ redemtionis & tempore elapso, fundum ex tunc vt ex nunc, & ex nunc vt ex tunc creditori pro sorte & pretio reditus venditum fore. Casualis venditio purificatur, eique locus fit. Episcopus Pictauiensis, ad quem hoc dominium spectat, laudimia postulat, & ait, tempore contractus illud absque conductore fuisse, & verbis hisce, *ex nunc prout ex tunc*, tempus contractus, non vero conditionis spectandum esse, *l. huiusmodi. 2. ff. de verbor. obligationib.* Conductores aiunt, conditionem pro tempore extitisse, quod principale est: absque eo quippe venditionem non contrahi. Sententia Seneschalli Pictauiensis causam suam obtinent, qua postea cadunt Parisiis, Arresto 11. Maii anno 1545 Et quoad casuales huiusmodi venditiones singulare Arrestum extat *in tit. de hypothecis, Arr. 2.*

Laudimia ad quem spectant.

Eadem hæc quæstio post Arrestum, quod Papinius hic retulit, iudicata fuit Arresto solemniter pronunciato à Domino primo Præside Harlæo, 22. Decembris 1584. cum prius rêditionis perorata & ampliata fuisset, perorante Do. Annæo Roberto vi Iuitionis pro Ioanne Vacherio, prout ipse refert *lib 3. rer. iudicat. c. 18.* contractæ inter duos colonos prætendentes, iura dominicalia fundi debentur à cuiusdam sub pacto redemptionis intra quinquennium venditi, id est, inter eum, qui colonus erat tempore venditionis, non & inter alterum, qui colonus erat, tempore redemptionis vero à die, elapso, quæ facta non fuit. Curia prædicta iura priori colono cedere die venditionis oo, id est, tempore venditionis seu acquiritionis adiudicauit. Et pro expost eum Mayoard. *lib 6. quæst. cap.* 27. I. C.

XXVIII.

Recognitiones non domini & possessionis in successione filius patri succedit.

Vsque in præsens tempus durissimum visum fuit, à directo domino subditos suos cogi ad recognoscendum nouum dominium, siue venditione, siue alia alienatione constitutum, itemque ob nouam successionem subditi directi, veluti patris, cui filius succedit, & ad soluenda prædicto domino semilaudimia, quæ ratio duodecimaria est æstimationis fundorum ab hoc domino mouentium, ex eo, quod successiones ita directæ, nominatim vero patris in filium, adeo naturales sint, vt ex dispositione iuris communis, potius videatur quædam continuatio dominii rei citra interruptionem, quam diuersitas & mutatio, neque quicquam filius de nouo acquirit: verum administrationem tantum eius, quod sibi superstite patre debebatur, apprehendit. Iisque textus est *l. in suis heredibus, ff. de liber & posthumis.* Nihilominus sub his verbis, *relatum in polyptycha, recognitionum in nonnullis responsionibus*, & verbis his, *visu domus Pinei*, cum probatione per instrumenta & testes, ex recognitione ita in prædicta domo vsurpatum fuisse, & à compluribus dominis vicinis, Georgius de S. Columba Scutifer, dominus *du Piney*, Arresto Parisiensi, 22. die Februar. anno 1560. quo confirmata sententia Balliuii Forosegusiensis vel Locumtenentis ipsius, obtinuit aduersus Matthæum Gunnetum

netum Grangeum, duas recognitiones, vnam quâlibet ratione duodecimaria, fundorum à se & à directo antiquo suo dominio mouentium, quod non ex permutatione cum Comite Forosegusiensi facta fuerat, cuius æstimatio per auersionem fieret & citra possessorum sumtus: nisi si calumniose contradicerent, itemque vt duas vini amphoras soluerent allo quodam nomine, comprehensis omnibus expensis æstimationis citra necessariam litem factis, Scribæ item & Notarii concipientis prędictas recognitiones & acta & obligationes illarum, qui sumtus domino incumbunt. Vna prædictarum recognitionum ex noua successione, qua prædictus reus defuncto patri suo successit, procedebat. Altera ex eo quod prædictus dominus *du Piney*, opera fratris cuiusdam sui natu maioris nomine Ioannis, defuncto Antonio de S. Columba patri suo successerat. Eodem hoc die alterum Arrestum prædicti loci pro eo datum fuit, quo confirmata similis sententia prędicti Ballivii aduersus Acharios. Quæ Arresta singolaria sunt & notatu digna in Prouinciis quæ iure scripto reguntur, vbi vsque in præsens tempus huiusmodi iuribus contradictum fuit: veluti ab incolis Roandæ, aduersus petitionem D. maioris Scutiferi illustris Claudii Boisizi, Equitis Ordinis & à subditis Cambandii, aduersus illustrem Ioannem Apchonium dominum Montrondii, nobilem Cameræ Regiæ.

XXIX.

Laudimia soluta ex contractu postea resoluto repetuntur.

Supra *tit. de restitution. rei non debit. &c. lib.* 10. *tit.* 6 notabile. Arrestum extat, quod datum Parisiis pro ostiario Richerio, quo cum emtor quidam aut aliter acquirens, transegit & soluit laudimia acquisiti sui domino directo, postea vero per restitutionem ob minorem ætatem vel metum, vim, dolum aliamue coactionem * contractus resoluatur, hoc caso dominū non cogendum ad restituenda laudimia, quæ accepit: quæ sane magna dubiorum iuris quoad hunc articulum contingentium resolutio est. Prima Martii anno 1582. iudicatum fuit in Maiore Camera, laudimia & venditiones bona fide solutas ab eo, qui ex contractu pigneratitio fundum quendam emerat, ab eo refundendas, qui contractum rescindi curauerat, hoc est, venditore, saluo ei regressu aduersus quem sibi æquum videretur.

V. Maynardum *lib.* 4. *cap.* 36.

Laudimia ex contracto postea resoluto ex causa necessaria nō debentur.

* Laudimia quoque non debentur ex venditione resoluta ob causam necessariam: veluti si sub conditione decreti iudicialis celebrata fuisset, intra certum tempus, sub pœna nullitatis contractus. Tempore elapso cum decretum interponeretur, partes à venditione recedant, & venditor alteri cuidam vendit, laudimia omnino ex posteriore venditione debentur. Arresto Parisiensi, 20. Februarii 1586. quod allegat Choppinus *ad Consuetud. Andegau. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 4. Super eo vide *Consuetu. Borbonensem, art.* 397. & ad eam eundem Papponium. I. C.

XXX.

Laudimia debentur ex venditionibus, in quibus constitutū est & prętertea in venditionibus, vbi constitutum non est, & nulla actualis possessio atq; traditio.

Nonnulli * tennerunt, veluti Ioannes Faber *ad* §. 1. *Inst. de emt. & venditio.* & Guido Papa *quæst.* 101. ex venditione & immobili laudimia nō deberi, nisi prius venditio omnibus suis partibus absoluta fuerit, & emtor actualem immobilis possessionem consequutus. Hunc ad effectum clausulam Constituti nonsufficere, quæ sane possessionis translatitia est, verum, aiunt illi, ciuilis & sophistica. Papa dixit, ita plerumque in Parlamento Gratianopolitano iudicatum fuisse. Allegant *l. final. Cod. de iur. emphyt.* Huiusmodi sententia maxime fauorabilis est pro emtoribus & odiosa pro dominis directis pro quibus postea Tiraquellus *in tractatu suo, de constituto,* contrarium tenuit, puta, summam efficaciam prædicto constituto per legem ciuilem attributam, hoc casu restringendam non esse: certum quippe esse, per constitutum venditionem integre compleri & perfici, eo quod traditionem rei venditæ concernere potest. Nemo vnquam profecto dubitare debuit, quin prædicta Constituti clausula veram traditionem rei immobilis incorporalis repræsentaret. Prædictus D. Tiraquellus ait, tantum abesse, vt opinio præsupposita fundata sit, vt è contra, ex venditionibus absque cōstituto & absque actuali possessione laudimia debeātur & venditiones absque actuali traditione perficiātur, & ex iis domino directo ius laudimiorū acquiratur: atque ita in supremis Franciæ Curiis obseruatū fuisse ait.

* Huc referri potest Arrestum, quod datum mense Iunio 1529. & retulit Molinæus *ad Consuet. Paris.* §. 43. *num.* 1. & §. 52. *glos.* 1 *num.* 132. & *in annotationibus suis ad Alexandrum consil.* 10. *lib* 1. cuius facti species notabilis est. Id infra *in Aphorismis tit.* *Arr.* 10. *T.*

XXXI.

Vasalli præfessam profanare negare, quomodo, cui & quibus .... [illegible]

Complures censuerunt & dixerunt exorbitantē esse clausulam in rescriptis à Rege impetratis ad renouanda polyptycha apponi solitam, omnes videli possessores fundorum ab impetrante possessorum, cogendos sibi tradere declarationem & certam designationem seu professionem per confinia & conterminos limites omnium fundorum, quos à se & à directo suo domino possident, itemque census, seruitia & obsequia debita, quæ sibi soluere consueuerunt & debent ad recognoscendos eos & confitendos & ad respondēdum in polyptychis suis. Nihilominus tamen domini iustitiarii in Francia absque rescripto ius habent, earundem propter fundos a se mouentes in sua iurisdictione sitos faciendi, idque non tantum quoad subditos & iustitiabiles, verum etiam quoad omnes alios extraneos: ac sufficit, fūdos ab illis possessos in sua iurisdictione sitos esse, quibus manum iniicere & iurisdictioni incorporare possunt, si prædicta professio seu designatio facta non fuerit. Quanquam vero solenne & consuetum sit, pro reprobandis polyptychis rescriptum Regium ad Iudicem Regium directum impetrare, putentq. Principem talia, vt cætera plura id genus beneficii sui fecisse, quæ alioqui iure ordinario cuilibet exhibentur, attamen nemo ad ordinarium recurrere impedietur, ad consequendam citra rescriptum Regiū huiusmodi coactionē: quod rescriptū tū necessariū est, quando dominus directus incendio, rapina, bello, incursione hostium, aut alia quauis maiore vi instrumenta, polyptycha, tabulas seu libros censuales vel partem illorum amisit vel etiam ob negligentiam prædecessorum suorum vel tutorum, prædicta polyptycha non renouata fuerunt, & huiusmodi sunt, ex quibus neque confinia neque situs cognosci possunt. Atque his sane casibus prædictus dominus opus habet specialis gratiæ subsidio, quæ ad Principem pertinet. Prædicta specialis gratia hæc erit, vt omnes, qui fūdos in territorio & iurisdictione ipsius possideant, cogat ad demonstrandum, quibus ritibus sub quibus onerib. aut qua libertate eos possideāt: quod si facere negligant, fundis manum iniiciat, ipse vero dominus iustitiarius nihil demonstret, nisi casus fortuitos & famam, consuetudinem & possessionem census & debita ab huiusmodi possessoribus recipiendi, qui hisce casibus, perpetuo ad supradictas declarationes faciendas tenebūtur. Verum si prædictus dominus aut alius directus sua polyptycha & instrumenta antiqua habeat quibus

Rescriptū Regium de renouādis polyptychis, quomodo & quibus casibus & quando de curia necessarium sit.

Domini iustitiarii citra rescriptum Regium possunt ... [illegible] ..., quæ sunt dominia directum eius, quod a se vel

Iurisdictione sua possidetur, cognosci curet. quibus possessorem suum conuincat, absque rescripto adire iudicem ordinarium potest, ad cogendos possessores, qui omnia ea, quæ supra dicta, in polyptychis suis nõ recognouerunt, & ordinaria authoritate sua polyptycha renouari curare.

Hanc ad rem, Reuerendissimus Antonius Albonius Arelatensis tum Archiepiscopus, nunc vero Lugdunensis, dominus iustitiarius S. Mauritij in Gourgosia, ob Prioratum suum S. Rambetti Forosegusiensis, Antonium & Laurentium Peiretos, Petrum Gardetum & consortes extraneos ob parem causam, vt supra, citari curat, qui post condemnati fuerunt, & vnusquisque eorum pro rata sua ad denominandos & iureiurando præstito declarandos fundos, quos intra prædicti loci iurisdictionem possident, eorum continentias, confinia & conterminos limites, & quo titulo, quos census, iura & officia ex iis debeant & soluere consueuerunt, & cui, intra tres septimanas cum insequentes sub pœna manus iniectionis. Ab eo ad Balliuiũ Forosegusiẽsem vel Locumtenentẽ ipsius Mombrisonij appellant: vbi sententia dictum fuit, sub declaratione à prædicto Balliuio facta, appellantibus licere, quo eo certius decretas declarationes & professiones facerent, exhiberi sibi & communicari polyptycha prædicti actoris, postulare sententiam à qua appellatum fuerat, integrum effectum suum sortiri oportere, & eo non obstante appellantes in expensas causæ appellationis condemnandos. Ii ad Parlamentũ Parisiense appellant, vbi postea quam in appellatione conclusum fuit, iudicio constituto, grauaminib. & responsionibus ad ea datis, liteque diligenti cura & docte disceptata ab Aduocatis partium, Arresto prædicti Parlamenti quod pronuntiatum ad relationem domini Broei Consiliarij, 2. Martii 1566. dictum fuit à prædicto Balliuio bene iudicatũ fuisse, ab appellantib. vero male appellatũ, qui in multã 60. librarum Parisiensium & in expensas causæ appellationis condemnati fuerunt.

XXXII.

Columbarium citra veniam domini & vicinorum cõsensum de nouo extrui potest. Absque venia domini iustitiarij vnicuique liberum est, columbarium in fundo suo excitare neque vicini de eo conqueri possunt, minus vero domini iustitiarius: illius quippe illorum omnium adeo parum interest, vt emolumentum, quod ex eo subditus & possessor capit, ex æquitate omnes contratias præsumtiones cessare, ac veluti fugare debeat, & querelas eorum, qui ei rei intercedere volunt, quæ vtique nonnisi ex æmulatione & inuidia oriri possunt, quæ per omnia & in omnibus actibus odiosa est, nominatim vero in hoc tam fauorabili actu, vbi vicini nullum considerabile interesse vertitur. Imbertus *in enchiridio suo* allegat complura Aresta pro domino Columbarij, in Parlamento Parisiensi data, fuisse, quorum vnum singulare est, infra *de seruitutib. cap. xi.* prolixe propositum. Non idem erit iuris in viuariis seu septis cuniculorum, huius quippe occasione vicini maius damnum sufferunt: quapropter à domino iustitiario ex leui causa huiusmodi septa cuniculariа & leporaria permitti non possunt: verum tantum auditis prius vicinis & consentientibus, qui huiusmodi domini indulgentiam impedire poterunt. Quod si absque consensu vicinorum extructa fuerint, reuocare ea poterunt, vti rem quæ eis præiudicium infert. Atque hanc ad rem notanda sunt verba Vlpiani *in l. Prætor ait. §. merito ait Prætor. ff. Ne quid in loco publ. fiat. Merito.* inquit ille, prædictus *Prætor*, in omnibus concessionibus faciendi quid in loco publico, reseruauit interesse & præiudicium alterius *ne quid illi damni detur. Nã quotiensque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusquam fiat: & ita solet Princeps, quotiens aliquid noui operis instituendum petitur, permittere.* Iniuria fiet, si non solum occasio amittendæ rei propriæ præbeatur, sed etiam si occasio lucri captandi adimatur. *V. Arrestum 11. Tit. de seruitutibus. 7. lib. 14.*

Septa cuniculаria extrui nequeunt absque venia domini & vicinorum cõsensu.

Quando quo ad columbaria attinet, Consuetudines nihil denotent, quilibet libere ea extruere & ædificare potest adeo magna & capacia, quot videlicet alcodi, sufficit in fundis suis viciois, tamque moltis instruere foraminibus, dummodo proprio & separato pedato oitantur: id enim signum est nobilitatis feudalis, neque ea ædificare nisi domini feudorum permissum. V. Choppinum *lib 3. de domanio Franciæ tit. 22 art. 4. 5. & 6. & ad artic. 69. & 70. Consuetud. repetita praelectione Parisiens.* quæ hãc quæstionem tali distinctione determinat: dominum merum imperium habentem qui ios censuale habet, columbarium, vt supra dictum, habere posse: Item dominum merum imperium non habentem, feudum tamen, censum & fundos in domanio vsque ad 50. arpennes, columbarium prædictum habere posse. I.C.

XXXIII.

De præscriptione iurium directi domini vtpote præstationis census annui & laudimiorum & aliorum. *V. Arrestum 9. tit. de Amortizationibus.* supra lib. 1. sub finem. Remissiuè.

XXXIV.

Dominus * Auzancius sororem suam domino de Sanssaco nuptui elocat, eique summam duodecim millium librarum pro paternis iuribus, quæ ipsi obtigerunt constituit, & pro hac summa fundum quendam fruendum tradit, qui ex hereditate paterna est, ac propterea inter eos communis. Eum liberaturum se & exoneraturum soluta prædicta summa intra decennium promittit: quo non facto & decennio elapso, prædictum fundum penes dominum Sanssacum permansurum, loco prædictæ summæ duodecim millium librarum. Dominus Argentonius, dominus feudalis, post decem annos quintas & subquintas huius fundi postulat, qui prædicto domino Sanssaco acquisitus reperitur, eo quod duodecim millia librarum ei soluta non fuerant. Is ait, se nihil horum debere. Redemtionem offert ob possessoris mutationem, æque ac si fundus pure & simpliciter traditus fuisset, in fauorem matrimonij vxori suæ, quę in eo partẽ & ius in successio ne paterna, ex qua prædictus fundus erat, habebat. Sententia Seneschalli Pictauiensis vel Locũtenentis ipsius, pro prædicto domino Sanssaco iudicatum fuit aduersus dominum Argentonium; qui ab eo ad Parlamentũ Parisiense appellat, vbi Arresto 2. Iulij 1565. dictum fuit; bene iudicatum fuisse.

Laudimia non deberi ex causa non solutionis ob defectum non solutæ dotis sorori, quę ius ex successione habebat adid, q cessum fuerat.

* Huius Arresti mentionem facit Charondas *lib. 3. Respons. for. cap. 72.* Iunge *Arrestum 15.* supra.

Arresto, quod datum in Auditorio Parlamenti Tholosani, 17. die Iunij 1566. adiudicatarius quidam, cui hastis decretis bona vendita & veluti postremo licitatori adiudicata fuerunt, ad laudimia directo domino soluenda condemnatus fuit, immobilium scilic. adiudicatorum, præter priora laudimia soluta ex adiudicatione eius, quod soluerat ei, qui se præparabat & decreto suo contrauenire inceperat & quo cum transegerat.

Laudimia soluta eius quod præter decreti pretium solutum fuit.

Adde *Arrestum* 28. *Tit. de Subhastationibus.* Charondam *li.* 6. *Responsor. cap.* 67. *& lib* 7. *cap.* 113. & Maynardum *lib.* 6. *cap.* 37. *&* 38. *Quæstio. suar.* I.C.

XXXVI.

Quando possessio deseri possit, quando non.

Quidam nomine Mussicotus dominus *de Passi*; Aduocatus in Curia Parlamenti Parisiensis, in instantia desertæ possessionis, iuxta Consuetudinem Parisiensem, Claudium Scutiferum & Genouefam Moriuam citari curauit, dicens se ab iis sextam partem molendini cuiusdam in ciuitate Parisiensi siti, sub reditu annuo & cuius partes aliæ ad se spectarent, accepisse. Insuper prædictum molendinum tumultuum tempore destructum & combustum fuisse, posteaquam in eo reficiendo ac restaurando plus duodecim millibus librarum impendisset, cumque hodie prædictum molendinum per omnia sibi inutile esset, id prædictis reis derelinquere & eo se abdicare velle, ad quod ex prædicta Consuetudine Parisiensi admitti debeat, quæ omnibus conductoribus sub reditu vel censu possessionem deserere permittit. Prædicti rei econtra repræsentabant, pro prædicto actore hoc casu prædictam Cósuetudinem locum non habere, eo quod in conductione prædictum molendinum sartum tectum se seruaturum & custoditurum, nec non prædictum reditum præstitutum se promiserat: nihilominus pro eo verba prædictæ Consuetudinis nihil facere, quæ ita se habent: *Et si prædictus conductor omnia & singula bona sua obligasset: promittere quippe se soluturum, nihil aliud est, quam omnium & singulorum bonorum suorum obligatio.* Prædictus actor loco replicationis suæ, casum fortuitum allegabat, quo prædictum molendinum deuastatum fuerat, quem prouidere non posset. Vnde iuris axioma sequitur: *Casus fortuitos à nullo præstari.* Rei duplicabant, fundo sub censu & reditu elocato, veram alienationem fieri, cuius conductor dominus immutabilis fit: atqui perfecta venditione periculum rei pertinet ad emptorem. Sententia Præfecti Parisiensis, actor à petita possessionis desertione depulsus fuit & ad reditum continuandum condemnatus. A qua ad Curiam appellauit, vbi Arresto 28. Februarii 1578. quod datum ad relationem domini Magistri Consiliarij, appellatione in irritum deducta decretum fuit, id à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, & appellans in expensas causæ appellationis condemnatus.

XXXVII.

Quæstiones notabiles ad laudimia & venditiones domino debitas pertinentes.

Venditio reditus solarii laudimiis obnoxia est, Arresto Parisiensi, quod datum 17. Februarii 1568. & allegatum à Choppino *lib. 2. de Priuil. rusticor. part.* 1. *cap.* 6. Aliud in reditu pretio pecuniario constituto, Molineus *ad Consuetud. Paris.* §. 13. *gloss.* 4. *in prin. &* §. 58. Arresto 10. Maij 1557. Choppinus *ad prædictas Consuet. lib.* 1. *Tit.* 3 *Artic.* 16. Ex retrouenditione gentili cuidam facta extra iudicium non debentur: Arresto Parisiensi vlt. Maij 1582. Choppinus *ad Consuetud. Paris. lib.* 1. *tit.* 3. *art.* 8 *sub finem.* Attamen Charondas *lib.* 7. *Respons. cap.* 216. hoc Arrestum in contrarium allegat. Nouus acquisitor nonnisi suæ acquisitionis laudimia & venditiones soluere tenetur, non vero acquisitionum præcedentiũ acquisitorum: Arresto Parisiensi, quod datum pro quodam nomine Bertuierio, mense Aprilis 1547. quod allegat Charondas *ad Consuetudinem Parisiensem, tit. de censibus & iuribus dominicalibus, artic.* 73. idque ita tenet *lib.* 3. *Responsor. cap.* 21. Ratio hæc est, quia solutio laudimiorum & venditionum, nonnisi actione peti potest, quæ personalis est, nec possessorem fundi sequitur, prout ait Petrus Iacobus *tit. de actio. in rem pro re emphyt.* Guido Papa *consil.* 126. Verum vbi expressa Consuetudo extat, quæ manum inicere ob laudimia & venditiones permittit, veluti ob fundũ debitas, prout id permittunt Consuetudo Bituricensis, Pictauiensis & aliæ, vltimus acquirens possessor cogi potest pignori capto fundo & fructibus, ad soluenda debita iura dominicalia, tam ob acquisitionem suam quam præcedentium, iuxta sententiam Molin. *ad art.* 52. *gloss.* 1. *nu.* 149. Maynardi *lib.* 6. *Quæst. suar. cap.* 32. Id quod Constitutio Regis Caroli IX. publicata in Parlamento Parisiensi, 13. Decembris 1563. non permittit. In prouincia Pictauiensi, dominus possessorem ad omnia sibi soluenda cogit, prout ait Tiraquellus *in tract. de retract. gentilitio*, §. 29. *gloss.* 2. *num.* 8. Ex contractu nullo & imaginario non debentur: ita iudicatum Arresto, 2. Maij 1575. pro Dumino *de Cany.* Charondas *li.* 3. *ca.* 70. debentur tamen ex fundo vxoris proprio à marito vendito, licet ea ratum non habuerit, Charondas *lib.* 2. *cap.* 19. Retrahens extra iudicium & mutuo consensu, de nouiter conuentis non tenetur, tanquã si retrouenditio esset, Choppinus *de moribus Parisior. titul.* 3. *nu.* 8. Charondas in contrarium *lib.* 7. *cap.* 216. Debentur ad finiendam persecutionem nullitatis decreti aut irritati contractus. Charondas *eod. lib. cap.* 3. *V. Quæstio.* 48 *&* 92. Guidonis Papæ, & ea quæ Ránchinus & Ferretus ad eas scripserunt, vbi complures alios casus referunt, quibus laudimia non debentur. I.C.

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum II.

I.

Quomodo dominus & vassallus venari possint.

DOminus iustitiarius in tota iurisdictione venari potest, vassallus vero tantum in fundo suo: Arresto 17. Martij 1573. quod pronuntiatum in purpura in lite domini Saligniaci. Iudicatum idem fuit pro dominis mediam & infimam iurisdictionem habentibus, inter Arresta generalia, 23. Decembris 1566.

V. *Edictum anni* 1583. venationes prohibens. B.

II.

Indemnitas quomodo soluatur domino.

Vicesima secunda Decembris 1581. inter Arresta generalia Natalitia, pronuntiata à domino primo Præside Thuano. Arrestum datum fuit pro gubernatoribus & administratoribus domus Hospitalis Dei Bononiensis, legatariis census cuiusdam sibi donati, per amortizationem à Rege tributam & vigore rescripti eiusdem, dominum cogendum, vt indemnitatem heredum testatoris admitteret, & ob indemnitatem ex generali lege nonnisi tertiam fundorum feudalium & quartam ignobilium soluendam. B.

III.

Dominus directus in fallit sui fructus pendentes, nõ vero collectos capere potest.

Dominus directus fructus pendentes conductoris recte capere seu manum iis inicere potest, etsi conductor se soluisse dicat: verum fructus collectos & conditos prædictus dominus capere non potest, verum ei tantum manum inicere, quod principali conductori debetur. Arrestum 17. Maij 1574. perorante Bussonio aduersus Marionium. B.

IV. Domi-

IV.

Dominus dominans fundos à vasallo suo in censum datos capere non potest & quomodo

Dominus dominans fundos à vasallo suo alteri in censum elocatos capere iisque manum suam inijcere non potest, quando prædictus vasallus fidem & homagium præstitit, neque vasallus mutatus fuit. Hinc Religiosi Yarrenses ad satisfaciendum postulationibus, postea in appellatione in multam condemnati fuerunt, Arresto Generali, 29. Marij 1575. quod pronuntiatum à D. Hannequino, eo quod manus fundis dominorum Grassinorum inijcicurassent, in censum à Thesaurario Morleto acceptis, qui tamen fidem & homagium præstiterat, eamque retentionem penes se erga prædictas supremas Dominas habuerat. B.

V.

Laudimia debita ante redemtionem.

Vigesima quarta die Martij 1567. Arresto generali in purpura, iudicatum fuit, eum qui domum quandam 7000. libris emerat, nec nisi 1500. soluerat, & reditum super se pro reliquo constituerat, pro tota summa ilico, redemtione non expectata, laudimia soluere oportere. Idem iudicatum pro San-Germanianis, 3. Iunij 1559. Cæterum obseruatur, laudimia ex contractu nullo & imaginario non deberi, prout iudicatum fuit pro Domitia de Cayni, 2. Maii 1575. Carondas lib 3. Responsor. cap. 70. B.

Ex contractu nullo non debentur.

VI.

Arrestum quod in Consuetudine Bituricensi omnes fundi allodiales sint, nisi titulus in contrarium sit.

Cum in quadam causa seu lite mota & pendente coram nostro Balliuio Bituricensi vel Locumtenente ipsius Biturigibus, inter Decanum, Canonicos & Capitulum Ecclesiæ cathedralis prædictarũ Biturigum, actores in manus iniectione ab vna parte: & D. Bertrandum Gautenum Aduocatum in foro Regiodunensi, reum & opponentem prædictæ manus iniectioni. Ex parte prædictorum actorum complures rationes & argumenta deducta fuissent concludentia & eum in finem rendentia, quo manus iniectio à se facta 14. Septembris 1564. super feudis prædicti rei, sitis Iauiaci Parrochiæ Bengniacensis, iusta & valida declararetur, eoque facto is sibi condemnaretur ad soluendos sex denarios obolos Parisienses census conuenti, ac pro conuentis laudimiis & venditionibus duos solidos Turonenses pro libra æstimationis prædictorum fundorum captorum faciendæ ob successionem obuenientem prædicto reo ex morte Iacobinæ Villetiæ nepris suæ, cum expensis, damnis, & interesse. A prædicto quoque reo complures rationes propositæ fuissent in contrarium finem tendentes & concludentes, vt prædicta manus iniectio iniusta & irrationabilis declararetur, eiusque laxatio fieret, vtpote cum prædicti fundi capti nullis censibus vel reditibus respectu prædictorum actorum onerati sint, sed franci & allodiales, tam iure quam consuetudine, condemnatis iis in expensas, damna & interesse ex prædicta capione obuenientium, vsque ad quingentarum librarum aliamve summam & in expensas instantiæ. In tantum denique processum fuisset, vt prædictas partes in facto contrarias esse, & in inquisitionibus ab vtraque parte factis, recusationibus testium & saluationibus rescriptorum, instrumentorum & documentorum, contradictotiorum & saluationum à prædictis partibus respectiue oblatarum, tandem ius audire eas debere declaratum fuerit: Prædictus Balliuius noster vel Locumtenens ipsius sententia 14. Februarij 1566. dixisset, merito & ex legitima causa prædictos actores prædictis fundis manus iniecisse declarata ipsa capione pro duobos denariis Parisiensibus census & laudimiis & venditionibus pro duobus solidis Turonensibus in singulas libras eius quod prædicti fundi valerent, idque ob mutationẽ dominij pdicto reo ex morte prædictæ Iacobinæ Villetiæ neptis suæ obtingentem, ac propterea decreuisset, prædictam manus iniectionem propter supradicta iura firmam permanere oportere, non obstante oppositione à prædicto reo facta, à qua eum depulit, & in expensas prædictis actoribus condemnauit, declaratione causarum ab iis facta, ob quas prædictam manus iniectionem latam vellent, idque factum 14. die Octobris 1564. citra expensas eius, quod antea factum fuerat. Ex parte prædicti rei ad dictam Curiam nostram Parlamenti appellatum fuit, in qua, partibus auditis, processu per scripturam concluso & ad iudicandum admisso, vtrum bene an vero male iudicatum fuisset, grauaminibus extra processum additis, argumentis nullitatis prætensis & productione noua prædicti appellantis, quam intra tempus Constitutionis dare posset: & quibus grauaminibus & prætensis nullitatis rationibus, prædicti appellati respõdere possent, & aduersus nouam productionem contradictorios expensis prædicti appellantis exhibere: Processu viso cum grauaminibus & responsis prædictarum partium, incidente super approbatione rescripti à nobis à prædicto appellante impetrati, 18. die Iunij 1567. vt aduersus clausulam in contractu quondam comprehensam restitueretur, contractu, inquam, celebrato 2. Decembris 1557. inter Claudiũ Villerium & Ioannem Traniblarum, propter successionem Gilberti Villerii, prædicta clausula continente hæc verba: *Saluis censibus & reditibus Solaris prædicto Capitulo debitis.* Productionibus prædictarum partium super approbatione prædicti rescripti, cõtradictoriis & saluationibus eorum, prædicto incidente prædicti processui per scripturam agitato iuncto, imo omnibus visis & diligenter examinatis, dicta Curia Nostra sententia & Arresto, prædictorum rescriptorum quadantenus ratione habita, in irritum deduxit & deducit appellationem & sententiam à qua appellatum fuit citra multam & expensas tam causæ appellationis, quam prædicti incidentis rescripti & emendata prædicta sententia, declarauit & declarat prædictam manus iniectionem iniustam & iniquam, manus laxauit & laxat, à prædictis prædicti appellantis fundis captis, & prædictos Commissarios ad gubernationem & administrationem eorum delegatos exonerauit & exonerat: prædictum appellantem à petitionibus & conclusionibus prædictorum appellatorum absoluit, quos appellatos in expensas causæ principalis, damna & interesse prædictæ manus iniectionis condemnauit & condemnat, quæ damna & interesse dicta Curia nostra liquidauit & liquidat ad quatuor libras Parisienses, taxatione prædictarum expensarum sibi adiudicatarum reseruata.

Pronuntiatum, 3. Aprilis 1568. Signatum,

du Tiller.

Idem adhuc iudicatum fuit per prouisionem in Maiore Camera, 14. Iulij 1603. inter Religiosos, Abbatem & Conuentum S. Sulpitij Bituricensis, Ordinis S. Benedicti appellantes à manus iniectione, aduersus Ioannem Alamantium Magistrum libellorum Hospitalis Regij & Præsidem in maiore Consilio appellatum. Prædictus D. Alamantius prætendebat, propter dominium suum & Castellaniam Concressautiam in Prouincia Bituricensi, fundatum

Aliud simile Arrestum.

se iure communi in vniuerso territorio, in iure census huiusmodi, quem vicini fundorum contiguorũ & à prædicta Abbatia dependentium soluerent: nominatim quia appellantes essent condomini nonnullorum fundorum indiuisè cum aliis; qui prædictum ius Censuale soluunt, consequenter prædictos appellantes eo liberari non posse, eosque teneri ad hominem viuentem & morientem sibi præbendum, quo nõ facto, iure merito manus iniici curasset. Appellantes è contrario asserebant, fundos ipsorum, quibus manus iniecta erat, in Consuetudine Bituricensi comprehendi, ex qua omnes fundi allodiales censerentur, idque ita omni tempore immemoriali obseruatum fuisse: quantum vero ad hominem morientem & viuentem, se Regia fundatione niti, & amortixationem habere, Curia Arresto suo partes scripto allegationes suas complecti & producere intra triduum oportere decreuit, & per prouisionem manus laxationem appellantibus prædictorum captorum fundorum tribuit, saluo iura prædictorum fundorum recipiendi iure, si id io fine litis diceretur.

Nullus fund⁹ absque domino.

Attamen in compluribus Prouinciis fundus absque domino possideri non potest, nec vllus in franco fundatus est allodio, nisi de eo fidem faciat, Senonensis *artic.* 263 Blesensis *artic.* 33 Pictauiensis *artic.* 99. & 105 Britanniæ *artic.* 328. Peronensis *tit.* 3 *artic.* 123 & aliæ. Adeo vt si dominus fundi instrumentum non habeat, ex quo probet, se censum non debere, si dominus directus & censualis censum ex fundo suo accipere consueuit, priuatus dominus proprietarius vtilis absque instrumento a censu se eximere & liberare non poterit, sed censum pro ratione aliorum fundorum iuri illi cẽsuali obnoxiorum & debitorum soluere tenebitur. Vbi vero in prædicto loco census sub diuerso pretio seu pensione extabunt, pro ratione minimi soluet: prout expressum est in Consuetudine Altissiodorensi, *tit.* 1. *artic.* 23 *& tractat* Bacqueti, *de iure francorum Feudorum, part.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. vbi tenet, quod si dominus fundi vtilis expresso instrumento fidem nõ faciat, fundum suum veluti francum allodium possideri, ei fundo census imponi debeat in terris domanii & Coronæ Franciæ: quem is soluet, respectu habito ad proximos fundos censum soluentes, iuxta determinationes francorum feudorum & nouiter acquisitorum, & ait, axioma hoc in Francia esse: Feudum & censum scil. ordinarium onus esse & ex antiqua & communi constitutione politiæ huius Regni: Videtur mihi, inde nos optimam rationem ducere posse, quæ ex constitutione est, in Francia videlicet omnes fundos captos & subhastatione suppositos adiudicari sub onere iurium & officiorum dominicalium feudi vel census, licet domini sese non opposuerint, quod vtique probat & demonstrat, hæc onera ordinaria & vetera esse, eo quod iudex ex officio suo ea supplet & adiudicat.

VII.

Per manus iniectionẽ procedi nõ potest, quãdo fundus pluris elocatus est, quã census valet, sed pensiones capere conuenit.

Quando census directo domino & censuali debetur, ob moram solutionis per manus iniectionem super fundis accensitis procedi non potest: verum pensiones pignori capiendæ, si ad census solutionem sufficiant, multo minus ad nouam locationem procedi potest, pendente quippe manus iniectione, antiquus conductor manere debet: eo alioquin facto sumtus manus iniectionis & locationis censum longe excederent. Curia Matutinus diebus Claromontanis Arresto 5. Octobris 1582. huiusmodi iniectionem nullam declarauit, domus cuiusdam captæ ad postulationem Religiosorum, Abbatis & Conuentus S. Sulpitij Bituricensis, & locationem iudicialem, ob non solutos octo denarios reliquorum census, spectantis ad Andream Mornieum, inter prædictum Mornieum Selectum in Lugdunensi Prouincia, appellantem à prædicta locatione & prædictos Religiosos & adiudicatarium appellatos, ad perorationem. I.C.

VIII.

Manus iniectio ob defectu [illegible] quomodo iniusta declarata.

Franciscus Sallesardus dominus Baro S. Iusti, cũ manus iniici curasset fundo cuidam ad D. Iacobum Fauerium Aduocatum in Curia pertinenti, appellato Mons vinearum, ob defectum hominis & ob debita officia non præstita Fauerius se opponit: causa ad Libellarios remissa, ait & pro causis oppositionis suæ excipit, prædictum fundum patrem suum à Domincella Postel, anno 1584. tanquam francum allodium acquisiuisse, eumque se postea ea qualitate ac conditione possedisse, & nisi prædictus dominus S. Iusti de motione fidem faciat, manus iniectionem iniustam declarandam esse. S. Iustus duas antiquas professiones prædecessoribus suis fundi & & feudi nomine Mons Vinearum Equitum, quarum recentior est de anno 1418. Fauerius iis contradicit, quandoquidem aliunde non apparebat, denominatos in iis dominos fundi & feudi fuisse, de quo ageretur. Item eum simpliciter appellari Montem Vinearum, absque hac appendice, Equitum. Sententia 28. Nouembris 1575. manus iniectio iniusta declarata, manus laxatio Fauerio cum expensis, damnis & interesse tributa. A quo dominus S. Iusti appellat & de nouo authentica prædictarum professionum producit, libellum incidenter offert, vt Fauerius approbare vel reprobare teneretur. Fauerius asserit, se ad id non teneri, vsque quo prædictus dominus S. Iusti sibi de motione fidem fecisset, attenta acquisitione sua absque onere, pacifica longi temporis possessione, ac præter omnia Consuetudine Trecensi, in qua prædictus fundus erat, omnem fundum francum censeri, nisi de contrario fides fiat. S. Iustus è contrario ait, Consuetudinem intelligẽdam & accipiendam tantum de fundis ignobilibus. Curia Arresto, non habita ratione prædicti libelli, quo ad professionem aut abnegationem, dixit bene iudicatum fuisse, male & absque grauamine appellatum, & appellantem in multam & expensas causæ & instantiæ libelli condemnauit, 24. Nouembris 1574. I.C.

IX.

Licentia non debetur, neq; [illegible] media parte feudi [illegible], pro altera media [illegible] ab acquirente postulata.

Titius, qui feudum vel alium fundum sub censu possessum acquisiuit, si pars eius euincatur & altera parte discedere velit (id quod facere potest, quandoquidem fundum ratione totius fundi & non partis acquisiuit, *l. Tutor.* 47. *§. curatori. ff. de minoribus, l.* 13 *§.* 1. *ff. de in diem addictio. l. Ædiles. §. cum autem. ff. de adilit. edict.*) iura redemtionis & relevii soluere non tenetur in feudo, vel laudimia & venditiones in censu, & à contractu pro altera dimidia in præiudicium domini feudalis seu directi discedere potest. Atque ita iudicatum fuit Arresto solemni inter pronuntiata Natalitia, 23. Decembris 1587. super appellatione quadam à Seneschallo Andegauensi & dominis Præsidialibus, 13. Iunij 1584. Postea in 3. Camera Inquisitionum, ad relationẽ D. Coignæsii (qui in hoc Arresto me iuuit) 25. Iun. 1588. inter Michaelem Fontanum, appellantem à sententia quadam data à Maiore Iudice & custode Iurisdictionis secularis Decani, Canonicorum & Capituli Ecclesiæ Cathedralis Carnutensis, 12. Iulii 1584. & Procuratorem prædictorum Capituli illius appellatum, quo prædicta sententia infirmata fuit, partes extra Curiam & processum citra expensas, damna & interesse dimissæ, eoque facto prædictus

Fonta-

Fontanus à solutione censuum & venditionum prætensarum à prædictis Capitularis absolutus, eo quod domini quondam sit in terra censuali prædictorum de capitulo, à Wilhelmo Barone & Maria Monacha vxore sua acquisierat, cuius contractus per sententiam resolutus fuerat, nisi acquisitor mallet pecunias pupillares fœnori seu tuto collocare, id quod facere noluit euidentem sibi euictionem prospiciens, eamque acquisitionem tutam non esse, quoniam dimidia pars ad minores spectaret, qui in integrū sese restitui curare possent, ac propterea pro altera dimidia contractum sese approbare non teneri. E obiciebatur, hunc contractum propria ipsius voluntate resolutum fuisse, neque id in præiudicium domini potuisse. De quo vide Choppinum *libro 2. de Legibus Andium titulo.* 3. *num.* 4. I.C.

X.

Vtrum venditio feudi ob non solutas laudimia nulla & quomodo.

Nobilis in bellum profecturus, fendum quoddam mercatori pro 7000. libris vendit, & de iis 1000. accepit, 21. Iunii. De reliquo dictum fuit, mediam eius partem 1. die Nouembris proximi soluendam, alteram vero dimidiam intra annum insequentem, & vsque prædictum primum diem Nouembris venditorem possessurum: atque vbi emtor constituto tempore non solueret, venditorem feudum suum sine vlla forma & figura processus retrahere posse. Mense Augusto Nobilis iste occiditur, eum strenue ac fortiter pro defendenda Ciuitate Teruanna pugnasset. Vxor ipsius mense Octobri, transigit de laudimiis & venditionibus cum domino ducto pro 725. libris, quarum 400. libras recipit, residuum vidua intra certum tempus se soluturam promittit. Prima die Nouembris emtori ab ea vel Procuratoribus eius denuntiatur, vt 3000. libras soluat. Is minime soluit. Ex ea causa 20. prædicti mensis, in iudicio & præsentia prædicti emtoris & consensu ipsius, absente tamen domino, contractus venditionis nullus declaratus fuit & pro infecto habitus ob solutionem non factam & vigore clausulæ resolutoriæ in eo appositæ. Postea vidua à Cancellaria rescriptum impetrat, ut rescindendum contractum inter se & dominum celebratum & recuperandam summam 400. librarum, quam ei tradiderat. Sententia Balliui Blesensis ea repulsam tulit. A quo appellat & consilio prædicti Molinei appellationem suam ad Parlamentum Parisiensi dirigit, vbi causam obtinet, ad relationem domini Lignerei Consiliarii, aduersus communem seniorum Aduocatorum sententiam. T.

XI

Dominus directus aut censuarius quando iure retentionis lucendi tionis in venditione sub facultate redimendi fa. vti possit.

Contractu sub facultate redemtionis seu luitionis celebrato, directus dominus iure prælationis & retentionis nonnisi facultate, seu conditione luendi expirata vti potest, Guido Papa *dec sion.* 46. Nec laudimia ei debentur, antequam tempus redimendi elapsum fuerit, idem Papa *decis.* 126. 157. *& consil.* 58. Ferronius *ad Consuetu. Burdegal. tit. de retractu, in fin.* Carondas *libri* 7. *Responsorum capit.* 90. Super eo quæsitum fuit, si pendente luitione census debeteur, & si facultas redemtionis locum non habeat nec executioni tradatur, ad quemnam laudimia & venditiones pertinebunt; ad dominum ne antiquum censualem, qui tempore venditionis sub facultate luitionis celebratæ erat, an vero ad nouū dominum, qui tempore expirate luitionis dominus fit? Iudicatum fuit, ad antiquum dominum ea spectare, cum venditio pura & simplex sit; omnibus suis numeris absoluta, verum sub conditione resoluenda, *l.* 7. *ff. de contrah. emtio. l.* 1 *ff. de lege commissor. l.* 2. *ff. de in diem addictio.* Arresto, quod pronunciatum 10 purpura 22. Decembris 1584. quod refert Choppinus *lib. 2. de domanio Franciæ, tit.* 5 *numer.* 7. & Robertus *rer. iudicatar. lib.* 3 *cap.* 18. I.C.

Idem fiius censuale elocatum fuit, laudimia conductori debentur, qui tempore venditionis erat, non vero ei qui extat tempore luitionis finito, ex eadem ratione V. *Arrestum* sequens.

XII.

Ex fundo vendito sub conditione auctionis publicæ, nonnisi venditionis nicum ius debetur.

Si venditio fidei celebrata fuit sub conditione, vt hastis publicis decursis vendatur ad hypothecas purgandas, & emtor adiudicatarius sit, nonnisi vnicum ius laudimiorum & venditionum debetur, tam pro contractu acquisitionis, quam decreto, Iudicatum Arresto 23. Decembris 1565. quod refert Choppinus *libro.* 2. *de domanio Franciæ, titulo* 5. *num.* 6. iuxta quod Consuetudo tepcitæ prælectionis Parisiensis concepta fuit, & ita conductori censsus aut feudi debentur, qui tempore contractus erat, non vero ei, qui tempore aucti onis erat: quemadmodum etiam si fundus actione publica sit, laudimia conductori debentur à tempore licitationis & addictionis, non vero ei qui tempore traditionis ex decreto est. Attamē si iustum pretium suppleatur, laudimia & venditiones huius supplementi ad conductorem, qui tempore prædicti supplemēti est, pertinent, non vero ad eum qui tempore venditionis est, siue voluntaria sit, siue iudicialis, Choppinus *de moribus Parisiorum, lib.* 0 *pri* .. *titu* 0 *scundo n mero* 29. & 32. C rondas *l bro* 6. *apit.* 65 *& lib.* 6. *cap.* 113. ca de re & rationes & Arresta referont. I. C.

TITVL. III. DE IVRE TRIbutorum exigendorum in quatuor casibus.

ARRESTVM I.

Tributum in quatuor casibus ex consuetudine præscripta adueisus eos tantum, qui id solucrunt.

IVs exigendi tributum in quatuor casibus, ex Consuetudine inueterata procedit, vel etiam ex conuentione, prout ait Ioannes Faber *in* §. *aque flagit. ad fin Institut. de actionibus.* quæ Consuetudo ex consensu omnium procedere debet: si enim privati nonnulli ad id cont nierint, ii ad id ten ntur, cæteri non item *l. Naturaliter. ff. de Vsucapionibus.* Hæc quippe consuetudo ex præscriptione venit, quæ locum non habet; nisi aduersus eos super quos possessum est, nec plus præscriptum quam possessum, vt late per Albericum *in rubr. ff. de muner. & honoribus.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Burd galensi, 5. die Februarii 1521. inter dominum *de Stissaco*, actorem ab vna parte, & Ioannem Ragonum ab altera. Et altero Arresto prædicti loci, quod datum a. 1522. pro domino *du Puy*, aduersus incolas prædicti loci mense Maio, anno 1527. pro domino Rossiliæ in Lemouicensi prouincia, aduersus subditos suos.

Desumtum ex decisio. 126. domini Boetii. I.G.

II.

Tributum in quatuor casibus, pro elocatione spuriæ.

Vnus è quatuor casibus, *ob elocationem* videlicet *filiarum*, non tantum de naturalibus & legitimis intelligitur, verum etiam de naturalibus seu spuriis, dummodo non incestuosi sint vel adulterini. Præsupposito enim, mere patrem naturalem spuriam suam in matrimonio iungere & dotare teneri vsque ad concurrentem alimentorum modum, prout ait dat tolus *in Auth. ex complexu Cod. de incestis nuptiis*, per

text *in capitulo. cum haberet. De eo qui dux. in matrimon.* attamen id ad modũ eius, quo pater oueratur, mensurandum est, qui ad patem dotem non tenetur, ac si legitima esset, vt dicit Bartolus *in l. finali. ff. de his quib. vt indig.* Boetius *in quæstio. sua* 127. ait, sententiam Bartoli in Francia à Parlamentis obseruari : nẽpe subditos moderate domino pro filia naturali non incestuosa subsidium dare teneri, verum non tantum, quantum pro filia legitima.

III.

Tributum in quatuor casibus, pro elocatione sororis.

SI ex consuetudine inueterata vel conuenientia subditi domino subsidia debent ad elocandam sororem ipsius, ii ad id cogi poterunt. Pariter quoque si pater mortuus sit, & filium sororẽ suam matrimonio iungendi conditione onerauerit: hoc quippe casu de matrimonio filiæ vertitur, habito scil. respectu ad defunctum patrem, cuius personam filius repræsentat, *l. fin. Cod. de Impuberibus & aliis substitutionibus* & eadem persona est, *Authent. de iureiurand. à morient. præstit. in princip.* Idem & tantundem, si conuenientia aut consuetudo non sit: verum liberalis donatio, quæ ea vice valet citra consequentiam, *l. donari videtur, ff. de regulis iuris.* & ibi Decius. Verum dubium est, vtrum frater, superstite patre suo, qui non habet, vnde filiam suam dotare possit, sororem suam dotare teneatur : Alexander *consil.* 35. *lib.* 11. tenuit quod sic, nominatim si frater diues sit, pater vero inops, *l. si quis à liberis. §. 1. versicul. igitur matrem. ff. de liber. agnosc.* Ioannes Andreas tenuit quod non, *in addit. ad Speculatorem in titulo. de feudis.* adinstar matris, *l. neque mater. Cod. de iure dotium.* Et quod frater ad id non teneatur, textus est in *l. cum plures §. cum tutor, & l. sequent. §. fin. de administr. tutor. & in l. 1. §. præterea. ff. de tutor. & ratio. distrah.* Subditi igitur ad id minime tenentur : huiusmodi quippe subsidia subditorum tum fiunt & soluuntur, cum prædictus dominus ex necessitate oneratur, arg. *l. Secundum naturam. ff. de regulis iuris.* Nonnulli dicere voluerunt, eum recte teneri, si filiam non habeat, ex quo nubat, per Glossam *in d. §. cum tutor.* Nihilominus eo non obstante Arresto Burdegalensi, quod datum 8. Iulii 1529. iudicatum fuit aduersus Comitem Carmanensem. Subditi ipsius in hoc articulo libertatem seu immunitatem obtinuerunt, ne ei ad elocandam sororem subsidium præstarent, vel quod antea liberaliter pro eo dederant & donauerant, vel quod ad id coacti fuerant.

Frater quando sororẽ dotare patre superstite teneatur.

Boerius *decis.* 128 I.C.

IV.

Tributum in quatuor casibus quintus casus accessione: acquisitionis videlicet dominii seu feudum.

Nonnulli quatuor casibus tributariis & ordinatiis (puta nouæ militiæ, equestris elocationis filiarum, profectionis transmarinæ & captiuitatis bellicæ,) quintum casum accumulare voluerũt, puta acquisitionis terræ cuiusdam & dominii à domino factæ. Nihilominus eo nõ obstante, nisi expresse in instrumentis & conuentionibus de eo conuentum fuerit, huiusmodi quintus casus non admittitur. Et ab eo depulsus fuit illustris Gilbertus *de Leuis*, dominus *de la Voulte*, Comes Ventadourius Arresto Tholosano, quod datum Maioribus diebus Podiensibus, 12. Octobris 1548.

V. *Consuet. Aruernia tit. 25. de Tributis*, ex quo huius tituli maior pars desumta est, & *ex artic.* 1. & 2.

V.

Tributum in quatuor

In locis, vbi neque conuentio neque certa taxa seu æstimatio facta fuit iuris in quatuor casibus, dubium maximum fuit quomodo id taxari debeat. Nã præsupposito, quod ex omnibus partibus personale sit, quia ad dominum super subditis suis pertinet, nulla bonorum mentione facta, per doctrinam Bartoli *in l. Qui se non obtul. §. actor. ff. de re iudicata* videretur id non imponi debere ratione tributaria, verum potius per capita, quamuis eo facto facultatum seu bonorum subditorum ratio habeatur. Nihilominus eo non obstante reditus vnius anni duplicari solent, deque eo Arrestum Parisiense vidi, quod ante 60. annos datum aduersus incolas Campaudii, inter instrumenta illustris Artaldi d'Apchon, Nobilis Ordinarii Cameræ Regiæ & Locumtenentis ipsius in Aruernia, Borboniensi & Forosegusiensi prouincia, domini prædicti Campaudii, cum prædicti Arresti executione. Postea alterum Arrestum simul vidi, quo infirmata sententia data à Balliuio Cabillonensi, à quo appellatũ fuerat, pronuntiatum in Parlamento Burgundiæ vigilia Titionum, vt vocatur, 21. Februarii 1544. pro domino *de Ioddes & Villers* appellante aduersus subditos suos appellatos, propter elocationem Franciscæ filiæ prædicti domini.

casibus quo ratione taxari debeat.

VI.

Tributum quatuor casibus ad dominum non iustitiarium pertinet

Ius tributi in quatuor casibus ad dominum directum non iustitiarium pertinere potest, prout sæpe iudicatum fuit Arresto Parisiensi & nuper admodum pro domino Cheualardo illustri Ludouico *de Riuoire*, licet is nullam iurisdictionem haberet, & subditi ipsius Castronouo responderent, & quo ad hunc & alios articulos se defenderent, nihilominus eo non obstante inter prædictos ipsius subditos appellantes à Balliuio Forosegusiensi ab vna parte, & prædictum dominum Cheualardum appellatum ab altera parte, super incidenti quodam, in quo Curia visis omnibus & cognitis ex confessione prædicti appellati, eum non esse iustitiarium, eum ad petendum prædictum ius admisit, Arresto 19. Iunii 1556. & partes iuxta sententiam à qua appellatum fuerat, ad procedendum remisit, principali intacto. Eaque expressa est doctrina Cyni, *Cod. Quæ sit long. consuetudo.* Postea Arresto, quod datum anno 1570. prædictus dominus Cheualardus causa cecidit, verum ob aliam causam quam supradictam, ad relationem domini Broei.

VII.

Separatio indictionis nisi ex magna & necessaria causa fieri non debet.

Inter incolas & inhabitantes Valelienses, postulantes separationem indictionis ab vna parte, & Consules exæquatores simul & incolas particulæ Suriacę Siluensis reos, & prædictæ separationi intercedentes ab altera parte Coram Selectis Forosegusiensibus Mombrisonii, actores dicebant, etsi ab omni æuo duo illa loca, Valelia scil. & Suriacum coniũctim Regiis tributis obnoxia & adscripta, atque eadem delegatione fuissent, sic vt singulæ portionem collectæ facerent : nihilominus id aduersus Franciæ consuetudinem factum, ex qua tributa per Parochias & turres nolarias adscribuntur, & locũ Valeliensem velut separatum à prędicto loco Suriacensi & in prædicto loco Valeliensi turrem nolariam esse & Parochiam, Suriaci vero alteram turrem nolariam. Ac præterea interstitium quoddam & syluam mediam esse, quæ realem eorum separationem faciunt, & tantum, vt quemadmodum cæterorum, Ita & indictionis separationem fieri oporteat: id vero se cum instantia postulare. Suriacenses Syluatici dicebant è contra. Verum quidem esse indictiones tributorum secundum Parochias

chias definiri. Verum Suriacum & Valeliam nonnisi vnam Parochiam esse, uempe Valeliam, quæ trans sylnam est: Suriacum vero esse locum capitalem iurisdictiouis, atque in eo residere Officiarios, & antiqnitus in eo sedem habnisse Dominos Comites Forosegusienses, qui propter interuallum inibi Capellam extrui curauerint, vbi quidem fit turtis nolaria, verum id non ideo distinctionem aliquam aut separationem inducere: ac præterea huiuscemodi separationem fieri uon posse citra magnum interesse subditorum & tributariorum, ac nominatim propter multitudinem Consulum, Peræqnatorum & Exactorum, qui eo casu futuri essent plures, cum, si coniuncti mauerent, tot non opus futurum esset. Item vnam ex partibus contendentibus altera validiorem esse, partim propter loci fertilitatem, partim vero propter diuitias & potentiam: proinde si separarentur, inferiorem opptimendam sub sarcina tributorum: ac proinde huiusmodi separationis postulationem citra iustam aliquam causam fieri. Procurator Regius in auditorio prædictorum Selectorum re minus perpensa, sese prædictæ separationi consentire declaranit: & nitebatur notoria sen relatione vnins è prædictis Selectis, qui facta transuectione seu lustratione loca oculis subiecerat. Sententia prædictorum Selectorum attento consensu prædicti Procuratoris separatio fit. Suriacenses Syluarici appellant; eamque appellationem in Curia Subsidiorum Parisiis persequnntur: vbi partibus plene auditis iudicatum fuit Arresto 16. die Maii 1560. pro appellantibus, decretumque, nullam separationem faciendam prædictæ portiunculæ Suriaci Syluatici ab incolis Valeliensibus, qui insuper in expensas tam causæ principalis quam appellationis condemnari fuerunt. Cui rei institia sagacitate sua & prndentia dominus Annatus Roignardus Castellanus prædicti Soriaci, qui consequentiam istius negotii & interesse probe perspexerat. Huiusmodi separationes fieri & indulgeri non debent citra apparentes & necessarias causas, neque vnquam factæ fuerunt: quandoquidem quo maiorem numerum incolarum portiuncula habet, eo tributarii quoque expensis magnis subleuantur, aliisque rebus: id quod omnino cessaturum est, si in minores adhuc portiunculas subdiuideretur. Siquidem loco vnius societatis seu Collegii Consulum & Peræquatorum, & loco vnius exactoris duobus vel tribus opus futurum sit, ac præterea vnicam portiunculam ad peræquationem faciendam non amplius expensarum exposcere, quam singulas duabus iam constitutis. Susceptorem tributorum tantundem expensarum facturum in cogenda vnaquaque diuisarum portiuncularum, ac pro omnibus coniunctis. Hæc omnia consideratu digna sunt, propter expressam declarationem *l. 1. Cod. de susceptoribus, lib. 10.* Est & alia ratio, eaque validissima desumpta diserte ex *l. omne territorium. Cod. de censibus, &c. lib. 11.* puta, quod præsupposito tribus a tributariis validioribus adscribi sarcinam inferiorum sustinentibus difficile sit, vt semper eadem persona aut validior aut infirmior nulla facta mutatione maneat. Atque ita in prædicto casu apparere, vnam ex partibus in regione & territorio fertiliorem quam alteram esse: & fieri posse, vt grandine aliave qua calamitate altera velut debilitata ab altera subleuanda sit: id quod prædicta separatione tolleretur & confunderetur, aduersus prædictam *legem, Omne territorium.* & contra communis iuris dispositionem, quæ excogitauit & comprobauit omnis generis vias & rationes quascunque potuit, subleuandis tributariis: & oppressiones & sarcinas extraordinarias vitauit, odioque persequnta est, quæ videlicet Principis nagotiis nequicquam conferunt. Et tamen in hodiernum vsque horum nulla ratio habita est, admissis indistincte atque omnis generis postulationibus separationum: in tantum quidem, vt vel vnicus homo & tributarius à portiuncula distraheretur seu separaretur, & peculiaris indictio facta eius nomine fuerit: adeo rursum, vt ante vigintiquinque annos loco centum portiuncularum amplius quadringentis repertæ fuerint: quarum singulæ, quod dici solet, frænum suum arrodere ægre possunt, absque vllo aliol suamento: quinimo nouis semper expensis mergnntur & vrgentur.

Separationes odiosæ aduersus iuris communis dispositionē.

Nulla distractio adscriptionis separetæ fieri debet, iuxta Constitutionem & Arresta Curiæ subsidiorum, idque nominatim iudicatum fuit pro incolis Tramblensibus aduersus villam Morteriam, interdictumque Selectis, ne deinceps vnam ab altera separarent, sed simol adscriberent. B. Extat Arrestum prædictæ Curiæ, mense Februario 1596. pro incolis Boseaceosibus appellantibus, a Selectis Stampensibus, qui e prædicta Parochia Boseacensi villulam, quæ dicitur pagus Creeyacensis, separauerant, quamuis ab omni hominū memoria simul contribuissent, vtpote quæ nonnisi vna eademque Communitas esset, iisdem vna sacris, eodemque Templo, foroque ac cæteris communibus vteretur. Id omne, quod à prædictis Selectis factum fuerat, Curia irritauit, ipsisque interdixit, vt & omnibus aliis Selectis districtus eius, ne de cætero diuisisse, distraxisse Parochias sub ipsis cōstitutas velint, citra diploma Regis bene & rite in Curia approbatum; sub pœna temporariæ officii interdictionis. Vide *articul.* 19. Edicti de mense Martio 1600. Et Dominum Brettium *oratione* 18 I. C.

Selecti Parochias sub ipsis cōstitutas distrahere nō possunt.

VIII.

Iura inepta, ridicula & abusiua tolerari ac confirmari non debent, quamcunque tandem possessionem, vel quamcunque tituli speciem quis allegare velit, exempli gratia, accipiēdi pecuniam pro impetranda licentia prima nocte cum sponsa dormiendi, prout faciebat Episcopus Ambianensis, à quo prætenso iure depulsus fuit Arresto 19. Maii 1409. Patinam costæ, patinam assæ carnis, amphoram vini, panem pondere quatuor librarum accipiendi, quod ius Religiosi, Prior & Conuentus oppidi S. Stephani Niuernensis habere prætendebant, & in eius possessione exigendi à singulis, qui in ciuitate Niuernensi matrimonium contraherent, ad quod prætensum ius Curia Arresto 27. Septembr. 1582. non admittendos eos esse declarauerit.

Iura inepta nō tolerantur.

V. Charondam *lib. 7. Respons. cap* 79. I. C.

APPENDIX ARRESTORM *Ad Titulum III.*

I.

CONsuetudo, quæ dominum in casu matrimonii tributum imponere posse, constituit, æque de muliere ac de viro filiam suam matrimonio iungente intelligitur. Ita iudicatum fuit Arresto, mense Iunio 1532. pro Dominicella Ioanna Darlue. Adde Arrestum 1. *Tit. de Vsufruct.* infra.

Casus matrimonii tam de muliere quam viro intelligitur.

II.

Dominus merum imperium habens subditis suis in quatuor casibus tributum imponendi ius habet: quando scilicet Equestrem militiam adipiscitur: quando transmarinum iter instituit ad S. terram lustrandam & visitandam: quando ab hostibus captiuus detinetur: quando filias suas primo matrimonio elocat: Super tertio illo cōtrouersia agitata fuit Ma-

Dominus merum imperium habens ius indicendi & exigēdi tributi à subditis suis quatuor casibus habet.

ioribus diebos Logduni habitis inter incolas Sabazenses appellantes, & dominum prædicti loci, qui in bello captus fuerat ab his, qui à partibus Ligæ seo Vuionis stabant, vtrum videlicet is subditis suis tributum iodicere posset? Subditi asserebant, quod nō, & Consuetudinem de bello tantum extraneo intelligi oportere: hoc vero bellum ciuile, non vero hostile odium esse. Curia Arresto 26. Octobr. 1596. subditos iuxta Consuetudinem suloendi tributom, triginta solidis in singulos focos numeraris domino suo condemnanit. Quartus casus est, quando dominus filias suas primùm nuptui elocat.

Bussamantiu Commeotator huius Consuetudinis Aruerniæ, ait Status seo Ordioes ad reperendam prælectionem prædictæ Consuetudiois congregatus, nullos alios dominos merum imperium habētes priuilegio donare voluisse, quam eos qui arma tractarent, arma sequerentur, armis sese assuefacerent, nobili dignam vitam degerent, defensionem Regis, Reipubl & Status sui susciperent, vitam deoique propriam periculis & hostili captiuitati exponerent. I. C. Vide prædictam Consuetudinem *tit. 25. de tributu, art. 1. & 2.*

TIT. IV. QVOMODO MVNEra plurium focorum seu familiarum nomine, quæ antea nonnisi vnius loco habebantur, solui debeant.

ARRESTVM I.

Ius excubiarum ab arce distrahi non potest.

INcolæ Marcillaci, S. Crepasii, S. Palatii, S. Albini, Crolhaci, S Cersii & Berauti, subditi Castellaniæ Blauiensis, à iure excubiarum, quod à se exigebat Philippus Molinæus Capitaneus seu Præpositus arcis & Ciuitatis Blauiensis, se excusarunt, asserentes se ei iuri obnoxios non esse, eo quod diuersorum dominorum subditi essent: supradictas particulas separatas per alienationem fuisse, quamuis antiquitus ad prædictam Castellaniam spectassent, ac prætetea prædictam arcem demoli am esse, per ea, quæ notat Boerius *quæstione 212. num. 14.* Prædictus Capitaneus contrarium adstrueb.t, puta, aduersus prædictam separationem, prædictum scilicet excubiarum ius ab arce distrahi non potuisse, argum. *l. si vt certo. § si duobus. ff commodat.* & text *in l. vna. Cod de metropol. Beryt. libro 11.* & facit *cap. 1. de capit. qui cur. vend.* Tandem Arresto Burdegalensi, quod datum 14. Augusti 1494. prædicti incolæ condemnati fuerunt, vtpote qui prædictæ Castellaniæ Blauiensis subditi essent, in excubias, banna, instaurationes, angarias tanquam prædictæ Castellaniæ incolæ, vel pro his præstandis iura consuera soluerent: decretumque, prædictos incolas iisdem cum cæteris prædictæ Castellaniæ subditis fruituros priuilegiis, idq, citra expensas

II.

Munera quando multiplicentur propter focorum seu familiarum multiplicationē subsecutam.

Curio S. Astenii diœceseos Petricoricensis, actor & interdicto de vi experiens aduersus complures suorum parochianorum priuatorum dixit, se titulo conductionis & præscriptæ Consuetudinis à singulis, qui domum & familiam in Parochia sua constitutam tenent, modium frumenti exigendi & accipiendi ius habere: postulat, quo aduersus singulos, qui numero decem vel duodecim sunt, ad exigendum prædictum frumenti modium manuteneatur. Ii se opponunt, & excipiunt, sese denono & nuper admodum diuisos, & ab inuicem omnes distractos, & nouuisi pro vnico foco seu familia antea habitos, modium frumenti soluisse, quem etiamnum præstare parati sint. Verumtamen Arresto, quod datum anno 1522. dictum fuit, per prouisionem & momentaneam possessionem, Curionem in possessione percipiendi à prædictis opponentibus singulis modium frumenti manutenendum, per textum *in l. diximus. § si pater. ibi, cum onus vni domui. ff. de excusation. tutorum* Facit, quod dicit Bartolus *in l. cum ratio. § si plures. ibi, tot possessores. ff. de bonis damnatorum. & in leg. qui fundum. § cohæredes. in fine. ff ad leg. Falcid.* Iacobus de Sancto Georgio *in tractat. de Roydis*, distinguit, quod si munus reale sit in fundo quodam constitutum, illud nonnisi simplex debeatur citra multiplicationem: verum si pro ratione foci seu familiæ debeatur, facta diuisione, singulos focos seu familias id in solidum debere, prædicto *§. si pater.* Cæterum quantum ad hanc controuersiam attinet, ex recognitione & designatione prædicti muneris, vtrum reale vel personale sit, facile cognosci potest.

III.

Alterum simile Arrestum notatu dignissimum, datum Burdegalis pro excubiis, extat *tit. seq. de excubiis, Arrestum 3.*

V. *Artic. 104. Consuetorum Aurelianensium.*

TIT. V. DE EXCVBIIS.

ARRESTVM I.

DOminus Iustitiarius arcem & ius excubiarum in subditos suos habens, Constitutione Regis Ludoui. XI. anno 1479. mense Aprili, & Regis Ludouici XII. anno 1504 ratione prædicti iuris plus quinque solidis Turonensibus à singulis focis seu familiis exigere non potest, si qui ipsi in persona excubias facere nolint. Atque iuxta hanc reductionem seu adærationem Arresto Tholosano iudicatum fuit, mense Aprilis 151. ante Pascha, inter dominum & incolas Caumonii quod allegat Benedictus *in capit. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. numero 1029* prædictum quippe ius quadantenus iure reprobatur, vtpote, quod nullæ instaurationis fundamento nitatur, eo quod dominus subditos suos ad custodiendam de nocte arcem suam (quod agendi excubias tempus est) cogere non possit: nominatim vero, cum neque periculum, neque bellum, neque hostes est, prout ait Iason *in l. diuortio. §. impendia ff. solut. matrimonio.* & Bartolus *in l. 1. ff. de incend. ruin. & naufra.* tenet, huiusmodi priuatos & subalternos dominos, ad custodiendas arces suas teneri. Alia ratio addenda, ius videlicet hoc excubiarum suo tempore competere, vtputa, tempore periculi: contra immunitatem ab eo, cum nullum periculum subest, dari

Excubiæ quinque solidis Turonensibus taxatæ.

Ius excubiarum odiosum.

II.

Ius excubiarum patrimoniale hodie est.

Nihilominus eo non obstante huiusmodi excubiarum ius hodie pro certa obuentione ac ordinario reditu censetur, & dominii pars est, & à subditis exigitur quocunque tempore, parsque agri censetur, argum. *l. fructus ff de rei vindicat.* Quod si conuenientia, vsus & inueterata consuetudo extet, qua à singulis focis munus maius prædicta quinque solidorum summa acceptum fuit, id domino debetur, potroque præstari debet. Talia etenim ex conuentione legem accipiunt. *l. prima. § conueniat. ff depositi.* & quæ notat Lucas de Penna *in l. cum scimus. columna 2. Cod. de agricol. & censit lib. 11.* & facit argum. *l. quemadmodum. eod. tit.* Subditi quoque consuetudine

&

& longo vſu certo tributo, propter excubias, domino ſuo adſtringere ſeſe poſſunt, vt ſentit Bartolus in *l. ſi non ſortem. §. Libertus. quaſtio. 2. ff. de cond. indebiti.* Nonnulli domini frumentum, auenam, gallinas & angarias à ſingulis ſocis proinde ſuo excubiarum accipiunt, exempli gratia dominus *de Pommeres* in Gaſconia & dominus *de Candale* in Comitatu ſuo *de Gurnanges*, qui Arreſtum Burdegalenſe, 21. Augusti 1515. eam ad rem impetrauit, quod allegat Boerius *deciſio 212.* aduerſus ſubditos ſuos, qui prædicta munera, in granis, gallinis & operis ſoluere recuſauerāt & ad taxam Conſtitutionis prouocauerant, à qua depulſi fuerunt.

III.

Multiplicatio manerum ancuorum re ſpectu ad multiplicationem focorum.

Magnum dubium eſt, quo ad perceptionem iuris excubiarum, quod in vico, mercibus vel nummis præſtatur: vtrum tum, cum focus ſeu familia in plures diuiditur, ſinguli integrum excubiarum ius debeant, aut omnes pro vno? Et è contra, vtrū focū tenēs ſi plures acquirat, nec niſi vnū conſtituat, pro vno tantum teneatur in tantum quantum acquiſiuit. Renera enim duæ hæ quæſtiones vna regula determinantur: & reſoluta vna reſoluitur quoque altera: quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina, *l. 1. Cod de Cupreſſis lib. xi & in pr. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iu.* Boerius in ſacti ſpecie ſibi propoſita Vaſſencrii in Marchionatu Salucienſi pro multiplicatione conſuluit. Iacobus de Sancto Georgio huius rei veritatem duobus verbis manifeſtam reddidit. Prius eſt, quod ſi prædictum excubiarum ius affectatum ſit & in quibuſdam certis fundis conſtitutum, tum neque augeri neque diminui poſſe atque à poſſeſſore deberi. Verum quod ſi perſonale ſit, pro recognitione quod quis ſubditus ſit focum & locum tenens, eum ex vno foco, facta diuiſione & ſeparatione, quatuor conſtituantur vel plures, ſinguli prædictorum focorum in ſolidum id debent. Atque hæc diſtinctio notabilis eſt & approbatur per textum in *l. diximus. §. ſi pater. ibi, cum onus vni domui non ſeparatis attingit. ff de excuſat. tutor.* Idem ac pariter dici poteſt de emente plures focos, puta, eum nonniſi pro vno debere. pari quippe ratione ambo hæc contraria determinari debent h.e. obligatio ſubditi erga dominum, & dominierga ſubditum, *cap. Domino. ſi de feud. fuer. controuerſ.* Nonnulli tenuerunt, citra priuilegium ex conuentione vel inueterata conſuetudine, expreſſe pro prædicta multiplicatione facientē, eam non fieri. Atque hunc in finem Arreſtum quoddam Burdegalenſe extat, prout Boerius in prædicta *deciſio. 212.* ait. Verum alii Arreſta in contrarium pro multiplicatione illa data allegat, iuxta ſupradictam diſtinctionem, quæ æquiora ſunt, quæque ſequi oportet, arg. textus in *l. Cumratio naturalis §. ſi plures. ff. De bon. damnator. & cap. 3. de cap qui Cur vend. in princip.*

Pro diminutione.

V. Chaſſanæum *ad Conſuetud. Burgund. Tit. de manibus mortuis §. 18 num. 30. verſ. quaro.* Molinæum *ad Conſuetud. Pariſ. § 2. gloſ. 4. num. 33. & 44. I. C.*

IV

Ius excubiarum à Iuriſdictione & arce ſeparari non poteſt.

Condemnatus quidam ad reditum certum præſtandum conſueta adſcriptione vel aliter, actorem ſuum ad ius excubiarum accipiendum pro reditu, abſque arce, dominio & iuriſdictione, cogere non poteſt: huiuſmodi quippe iura reditus non ſunt, verū iura dominicalia inſeparabiliter arci affectata & iuriſdictioni & dominium eiuſdem ſpectantia, vt dicit Corne. *conſil. 257. vol 4.* nec à domino Iuſtitiario & arcis aliis delegari aut cedi nun poſſunt, eius quippe perſonæ cohærent, eiuſque reſpectu indiuidua ſunt, *l. Opera in rerum natura. in pr. ff. de oper. liberto.* Aliud foret in alio reditu, qui citra arcem alienari poteſt & ab ea ſeparari: verum iura excubiarum abſque arce alienari non poſſunt, text. eſt *in cap 1. de cap. qui Cur. vend.* Atque ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi, 11. Martii 1534. pro Alano Mompeſato, aduerſus Vice-Comitem Caſtillonium & Franciſcum Mompeſatum, & Margaretham Maroeliam vxorem ipſius, reos.

V.

Excubiæ in Prouincia à bello remota & tempore pacis, non debentur.

Excubiæ indici non poſſunt, nec obligati ad agendas excubias tempore pacis & in locis, vbi bellum vel periculi metus non eſt, tenentur. Ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, aduerſus Selectum Mariſconenſem 21. Aprilis, anno 1528. poſt Paſcha.

VI.

Supra titulo immediate præcedente, Arreſtum primum ad declarādum reſiduum huius tituli facit: puta, ſi quædam particulæ, Caſtellaniæ, à quarus excubiarum procedit annexæ, id ſoluere conſuetæ, ſeparentur, non ideo minus ad eas teneri, quantūnis in manus alterius domini perueniſſent. Remiſſio.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum V.

I.

PRo Epiſcopo Claromontano, qui arcem quandam, cuius excubiarum debebatur, emerat, & nonniſi poſſeſſionem 30 annorum probare poterat, dictum fuit, eum per prouiſionem prædicto iure frui debere. Arreſto anni 1531.

TITVL. VI. DE ANGARIIS, Vecturis, & Operis.

Corneis Latine Operæ appellantur, de quibus eſt *tit. de operis libertorum* in iure ciuili, à dictione quadam Lugdunēſi veniunt *Ver*, quod laborē ſignificat, iuxta Curacium *ad. vnic. Ne oper à coll. exig. lib. 10.* alii id deriuant à curando quia huiuſmodi operas pſtādo homines curaātur. Curatur laborādo, ſecando, cædendo racemos, aliosue labores exercendo. Vide Conſuetudines Borbonienſem, Marchiæ & Aruerniæ, vbi huiuſmodi operæ cum titulo locum habent: & poſt 40. annos aliis in locis abſque titulo, vbi domini aliquid eius ſidem faciunt. I. C.

ARRESTVM I.

Vecturæ & operæ ad certum numerum rediguntur.

ILluſtris Ludouicus Chalmazelius, Tribunus Protectorum ab vna parte, & incolæ Chalmazelii, ſubditi ipſius ab altera parte, in Curia Libellatorum Palatii Pariſienſis litigabant, ad conſequendam angariarum, vecturarum & operarum ab incolis illis debitarum declarationem. Et quamuis prædictus dominus Chalmazelii polyptycha & recognitiones prædictorum incolarum haberet, iuxta vſum & conſuetudinem Chalmazelii, & notoria prædictorum polyptychorum veterum & nonorum, monſtraſſet, id pro arbitrio & voluntate dominorum prædicti loci fieri: nihilominus cōſentiebat, vt reductio fieret & liquidatio ad certū numerū, iuxta iuris formā, eique numero ita reducto ſe ſtaturū offerebat. Ob hāc reductionem partes in arbitriū & ſententiā dominorū Riantii & Bouquetii Aduocatorum in Curia compromiſerunt, qui pronuntiarunt, antequam quicquam decerneretur, ab vtraque parte de vſu & conſuetudine fidem faciendam Hinc appellatum. Cō-

ria Arresto suo 22. Septembris anno 1543. appellatione & eo à quo appellatum fuit, in irritum deductis, prædictas angarias, vecturas & manuales operas ad duodenarium annuum numerum reduxit & arbitrata est. puta, qui boues, vaccas & carrucas haberent, omnibus suis viribus, totque iugis quot habent cum vehiculis suis, ac in defectū boum & vaccarum, iumentis clitellariis: & in defectum huiusmodi iumentorum, operis manualibus, tam intra quam extra prædictum territorium, in dominiis prędicti domini, sex vel septem miliaribus distantibus: dummodo quando extra prædictum dominium irent, sic vt eodem die domum reuerti non possint, prædictum dominum eis victum præbere & ipsorum iumentis pabulum & stabulum ministrare teneri: prædictosque incolas prædictas vecturas & operas suas pro necessitate & voluntate prædicti domini præstare oportere, dummodo debito tempore & extra sementis tempus id fiat.

II.

Vectura muneris realis aduersus quē dam alibi domiciliū habētem.

Arresto prædictæ Curiæ, 3. Maij anno 1552. quo confirmata sententia Balliuij Forosegusiensis, 27. Iunij anno 1551. Mathæus & Rossetus è pago Terges, extra iurisdictionem S. Marcelli Vrsei, propter fundos, quos in prædicta iurisdictione possidebant, condemnati fuerunt illustri Claudio Gallesio, Præfecto aulæ domini Delphini, domini de S. Marcelli Vrsei, ad octo vecturas annuas præstandas, singuli prædictorum reorum cum duobus bobus, vna carruca & seruo: in defectum vero boum, seruo & iumento: in defectum iumenti, octo manualibus operis vnius operarij: ad negotia necessaria prędicti domini & suorum, respectu arcis & domus S. Marcelli, veluti ad deuehendum frumentum, vina, molas aliaque id genus necessaria, & manuales ad demetendas messes, fœnum secandum, ad stereorandum aliaque opera: & in summa vtiles diurnas operas præstandas ea loci distātia, qua manè egredientes vesperi domum eodem die redire possent. Quo facto prædictus dominus de S. Marcelli * ipsos itemque eorum animalia alere iis dieb. quos in eius operas impenderint, teneatur: at in prędicta domo sua duas carrucas pro seruitio prædictarum vecturarum instructas haberet: itemque ne vel acciperet vel exigeret reliqua vecturarum & operarum, quas non exegisset, neque vltra duo miliaria extra prædictam iurisdictionem ablegaret: prætetea ne has octo in vna septimana vel mense exigeret, verum commode distribueret, ita ne debitores in agricultura sua nimium impediantur & incommodentur. Saluo quoque partibus, puta, actori augmento huiusmodi munerum, si debitores alios præter hos, quos nunc hosce muneribus obnoxios possident fundos acquisiuerint: reis vero salua diminutione, quo casu quosdam è possessis fundis postea à se abdicarent. Diuersitas speciei huius Arresti manifesta est: eo quod hoc casu operæ purè reales sunt, in præcedente vero personales, per *l. Munerum, in pr. ibi, cursus vehicularis, angariarum præbitio munus personale est.* Alimentorum præbitio pariter iure constituta, *l. Aut certe. 19. l. penult. §. non solum. ff. de oper. libertor.* Verum præcedens absque lege non est, prout expresse dicitur *in l. Quod nisi, in pr. & l. suo victu. ff. de oper. libertor.* Quantum ad integrum diei vnius iter à mane ad vesperam vsque *in d. l. Quod nisi, §. ex prouincia. ff. de oper. libertor.* Quantum ad reliqua facit *l. Hac lege §. iudicium. eod. tit.* Notauimus ad *Consuetud. Borbon. §. 339.*

* Arresto Curiæ, quod solemniter pronuntiatum 23. Decembris 1578. iudicatum fuit, subditos seipsos alere teneri interea dum operas domino præstant: in Consuetudine Prouinciæ aut in contractu Constitutionem operarum continente non constituitur, dominum eos alere teneri: pro domino Mangniaci aduersus incolas pagi cuiusdam prope Lauduonum in Veromanduis, conformiter dispositioni iuris *in l. suo victu. ff. de oper. libert.* Guido Papa *decisio 21.* Hotomanus Iurisconsultus *consil. 113.* Chuppinus *lib. 3. de dominanio tit. 18. de priuil. rustic. & lib. 3. cap. 17. & de legib. Andium lib. 1. tit. 1. cap. 5. num. 2. & lib. 1. part. 2. tit. 4.* Bacquetus in *tract. 5. cap. 9.* Charondas *lib. 11. Respons. cap. 179.* Operæ petitioni non possunt, nisi validum titulum quis habeat, vel designationem antiquam intra 25. annis, per Consuetudinem Parisiensem *artic. 71.* iuxta dispositionem iuris, *Ne opera à colon. exig. lib. 10. Cod. & l. 1. & 2. ne rustic. ad vllum obsequium l. 11. Cod. arg. l. Tutores. Cod. de operib. publicis.* Boerius *decisio 219.* Tempore subortorum in hoc Regno tumultuum, iam inde à 40. annis hæ leges in vsu non fuerunt: maior quippe pars pagorum, quorum domini nobiles erant, eam autoritatem in subditos suos sibi sumserunt, vt iis vineas suas colendas, vindemiam colligendam, fœnum secandum, vecturas exercendas & alias mille angarias imposuerint nullo alio titulo, quam metu ne verberarentur vel à militibus diuexarentur I.C.

III.

Reliqua operarum quomodo petantur.

Anno 1507. Arrestum in Parlamento Burgundiæ Diuionensi datum fuit pro subditis Branchensibus, aduersus Dominam de Lugny, super determinatione reliquorum & petitione eorundum in pecunia vel aliter. Quo Arresto declaratio facta fuit, si dominus ducentarum carrucarum singulis annis exigendarum ius habeat, nec nisi centum opus ei sit, centum residuas exigere non posse in pecunia: verum sequente anno alternatim eas impendere, alias vero, quibus præcedente anno vsus fuit, subleuare. Quod aliquo modo contrarium est iis, quæ dicit Iacobus de S. Georgio *de Rod. in pr. super.* quæ eo notanda est *l. si quis hac lege §. iudicium. ff. de oper. liberto.* cuius verba succincte & clarè omnē hanc materiam comprehendunt, atque ita se habent: *Iudicium de operis tunc locum habet, cum opera præterierint. præterire autem non possunt, antequam incipiant cedere: & incipiunt, posteaquam fuerint indicta.* Consentit *l. Quotiens 24. eod. tit.* Propterea prædicto casu dominus ius habet consequendi, non quidem operas actu ipso præteritas, verum æstimationem, per *l. Patronus eod. tit.* Si eæ exactæ non fuerint plane nihil debetur, neque enim denegatæ fuerunt neque mora commissa fuit, *l. sola. C. de liberal. causa.* Prædicto quoque Arresto iudicatum fuit, dominum operas vel vecturas sibi debitas ad negotia alterius domini vel aliaquam sua impendere non posse, aduersus dispositionem *l. si non sortem. §. Libertus. in fin. ff. de cond. indeb.*

Operæ pro alio impēdi non possunt.

De Præfectis vecturarum, vide *Articul. 118. Constitutionis Aurelianensis.*

TITVL. VII. DE THESAVRO reperto.

ARRESTVM I.

Thesaurus repertus ad quem spectet:

CIuis quidam Ambianensis domum suam reficiendam curans, ingentem florenorum summam inuenit, quibus ad postulationem Procuratoris Regij manus iniecta. Quo facto prædictus inuentor ait & proponit, ex immemoriali Consuetudine Ambianensi, huiusmodi thesauros integros spectare & derelinqui domino fundi: & ne quicquam ex eo Regi adiudicetur, intercedit, tam ex prædicta Consuetudine, quam ex Constitutione Leonis Imperatoris,

qui

qui thesaurum in suo solo repertum domino reliquit integrum, nulla portione eius fisco deferenda, *in l. vnic. Cod. de thesauris lib. x.* itque est textus §. *Thesaurus. Inst. de rer. diuisio.* Quod & si quis sit qui de iure in partem vocari debeat, id tum fieri, cum inuentor fundi dominus non est *l. Non intelligitur. §. si in locis. ff de iure fisci.* Procurator Regius ait, integrum Regi adiudicandum. Balliuius Ambianensis prædictum ciuem à proposito suo depellit & thesaurum totum Regi adiudicat. Ab eo ad Curiam appellatur, vbi Procurator Catholicus Regius id defendebat: nihilominus Curia approbata thesauri diuisione, eius dimidiam partem Regi relinquendam, alteram vero dimidiam appellanti tradendam iudicauit.

Desumtum ex Gallo *decisio.* 193.

Decisio hæc & approbatio Curiæ legis & Arresti vim & autoritatem habere non videtur, ac si iudicio contradictorio data fuisset. Atque hanc ad materiam melius resoluendam sequens distinctio notanda venit. Si thesaurus in nostro fundo, siue loco profano siue religioso, inueniatur, totus ad inuentorem spectat: si vero in loco & fundo alterius fortuito inueniatur, dimidia pars ad vnum, & altera dimidia ad alterum pertinet: in loco publico, dimidia ad inuentorem: si denique in loco sacro inueniatur, totus ad pauperes & Ecclesia pertinet. Vide *l. Nusquam § Thesauros vol. l. sive quis ff de acqu. rer. domin.* Iono. Faber ad § *Thesauros. Inst. de rer. diuisio.* ac præcipue *Constitutionem Imperatoris Friderici in tit. Quæ sint Regal. in fine. & Constitutionem Adriani apud Æl. Spart. in vita Adriani.* Videatur quoque Arrestum, de 20. Decembris 1563. quod de thesauro Sarcellæ reperto & à Monnaleto emtu agit. B.

II.

Dominus merum imperium habens pari iure in thesauro inuento cum Rege vtitur.

Dominus merum * imperium habens pari iure cum Rege vtitur, quo ad thesauros in iurisdictione sua suprema repertos. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Religiosis S. Germani de Pratis, dominis merum imperium habentibus pagi & domus cuiusdam nomine *domus de Boissi*, in qua studiorum & Studiosorum Schola erat: vbi opera Gilberti Clilæi physici, mille nummi aurei tam Anglicorum quam aliorum, reperti fuerunt: quorum dimidia prædictis Religiosis attributa fuit, anno 1588.

* Hoc Arrestum & præcedens desumta sunt è Ioanne Gallo *quæstio* 193 Choppinus *lib. 2. de doman. Franciæ tit. 5. Art. 11.* & Charondas *lib. 3 Resp. iur. cap. 2.* Arrestum quoddam allegant, quod datum 29 Iulii 1570. quo thesaurus inuentus parte tertia diuisus fuit, inter inuentorem, proprietarium fundi & dominum merum imperium habentem. Imperatores diuersimode ea de re decreuerunt, prout ait Cuiacius *lib. 9. obseruat. cap. 37. & Choppinus ad Consuetud. Andegau. lib. 1. cap. 61.* Iuxta ea, quo scriptum redacti fuerunt tum, cum Parisiensis Consuetudo reperitio prælegeretur, articuli iura iurisdictionis supremæ, mediæ & infimę comprehendentes, quaternione contenti, quem D Bacquetus tr. 5. *de iuribus iustitiæ, artic.* 10 præmisit, hisce verbis: *Thesaurus tempore vetustiore & immemoriali absconditus distribuendus erit, puta, ei, qui eum in fundo suo inuenit, dimidia pars dabitur: domino merum imperium habenti altera dimidia: si vero qui eum in alterius fundo inuenerit, tertiam partem habebit, tertiam proprietarius, & tertiam dominus merum imperium habens.* Qui articulus totus desumtus est ex Arrestis relatis a Choppino & Charonda locis suprà dictis. I. C.

TIT. VIII. DE MOLENDINIS, torcularibus, & furnis bannalibus quib. omnes vti coguntur: eoque nomine quid soluere.

V. Artic. 71. Consuetudinis Parisiensis.

ARRESTVM I.

Dominus molendini bannalis ad quid teneatur.

IVs molendini bannalis hoc oneris sustinet, vt frumentum eo deportatum, spatio 24. horarum commolatur, legemque subditis imponit vt eo molitum eant: aliuquin post 24. horas frumentum recipere, & alio molendum deferre possint. Ita iudicatum fuit Arresto Tholosano quod datum Maioribus diebus Podientibus, 6. Octobris 1548.

Subditi cuiusdam domini ad Molendinum bannale domini sui molitum ire tenebantur, super appellatione cuiusdam subditi eo frumentum suum deportare recusantis, nisi molitor id petitum iret & oneraret, ob negotii momentum & consequentiam, causa ampliata fuit 12. Decembris 1564 quamuis Aduocatus Boucherati* pro iure domini inclinaret.

II.

Bannale torculare in omnes ius habet; nobilibus quoque nō exceptis.

Baro Cosanis in Forusegusiensi, illustris Claudius *de Leuis* ius habet torcular bannale in ciuitate sua *de Boen* habendi; & omnibus interdicendi, ne alio exprimendarum vuarum gratia eant, quam sub prædicto torculari. Nonnulla torcularia priuata in prædicto dominio reperiuntur, verum ea à prædicto Barone tenentur, & expressa concessione sub censu seu pensione annua iis permissa, qui ea in vsum tantum ipsorum possident, ita ne alios ad exprimēdas in iis vuas admitterent. Dominus Chalmazelius, Tribunus protectorum in prædicto dominio, feudum possidet & ratione eius egregium vineæ septum, nobile & Francum possidet. In eo torcular ædificari curat, nec præter suam aliam vindemiam admitti permittit. Prædictus Baro interdicto aduersus eum experitur & ait, se in possessione sua & iure bannalis torcularis turbari. Lite contestata à prædicto domino Chalmazelio, qui aiebat, feudum suum nobile & francum esse nec huiusmodi banno obnoxium, & in vsum suum & ad collectos in prædicto feudo suo fructus se ius habuisse excitandi torcularis, nominatim vero se in dicto feudo suo ius habere decimarum, vbi magna vinetorum copia sit. Probationibus & productionibus factis, sententia Balliuii Forosegusiensis, prædictus Baro manutenetur, prædictus vero dominus Chalmazelius ad desistendum à prædicta turba & in expensas, damna & interesse condemnatus fuit: à quo Parisios appellat: vbi Arresto prædicta sententia confirmata fuit, 22. Decemb. anno 1552.

III.

Ius cogendi subditos, ne alio molendino vel torculari quā suo vtantur, est Cōsuetudine præscripta & consensu approbata ortus.

Arresto * Burdegalensi, quod datum anno 1522. pro domino de Puy de Bedone aduersus incolas prædicti loci, iudicatum fuit, dominum subditis suis interdicere posse, ne alio, quam in molendino & torculari prædicti domini, molitum ire, bladum, seu frumētum aliaue grana, aut vuas suas pressum eant: si aduersus eos priuilegio, titulo vel præscriptione, quæ à tempore similis interdicti incipit & tituli instar est, nitatur, alias non item: huiusmodi quippe ius absq; prædictis, à iurisdictione vel autoritate domini procedere non potest, per Glossam & Doctores *in l. Qui limitibus. ff. de seruit. vrban. prædior. & in l. 1. & 2.*

Cod.

Cod. de seruit. Atque sufficit, si huiusmodi interdictio maiori parti prædictorũ subditorum facta fuerit, & omnes ei acquieuerint, arg. *l. Quod maior pars. ff. Ad municipal.* & per Ioannem Fabrum *in §. æque si agat. de Actio.* Nec non absque titulo, huiusmodi vsus, dummodo tẽpore requisito iure durauit, valet, *Si quis diuturno. ff. Si seruit. vindice.*

* Desumtum ex Boerio, *quæstio.* 125. V. Stephanum Bertrandum *Consil.* 264. *lib.* 1. *editio. de anno* 1535. & Franc. Marc. *quæstio.* 584. *in* 2. *parte decis.* & Bacquetum *tractat. supra dicto, cap.* 29.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

DOminus iustitiarius, qui molendinum frumentarium habet, vasalli sui molitores impedire non potest, quominus in territorio suo frumentum conquisitum eant, quod in molendino domini sui molant, iuxta sententiam I. Fabri *in tit. de l. Fus. Can. toll. Inst. lib* 1. *sub fin.* Arrestum Parisiense, quod datũ inter alia Pentecostalia 23. Maij 1561. & alia duo postea data, quæ allegat Choppinus *ad Consuetud. Andegau. lib.* 1. *cap.* 14. *& ad Consuet. Paris. lib.* 1. *Titul.* 2. *artic.* 43. Charondas *lib.* 2. *Resp. cap.* 12. *& lib.* 4 *cap.* 65. & Bacquetus *tractat. de iuribus Iustitiæ, cap.* 29.

TITVL. IX. DE VECTIGALIBUS, conditionibus & licitationibus.

V. Titul. de Subhastationibus & pignorum captionibus, & Constitutiones de subsidiis & gabellis.

ARRESTVM I.

Licitationes & adiectiones quomodo æquæ sint.

PAuci Doctores de forma licitationum, conductionum scripserunt, Bartolus *in l. licitatio, de publ. & in l. stipulatio. Cod. de fid. instrum. & iure hast. fiscal. lib.* 10. & alij, *in Auth. hoc ius perfectum. Cod. de SS. Eccl.* Omnia vero in Consuetudine posita sunt. Guido Pap. *quæst.* 536. ait, se complurib. Arrestis dici & obseruari Gratianopoli vidisse intra tres menses tertium ad tertiandam primam adiectionem super eo, cui addictio fit, admitti, qui super hoc tertio ad licitandum oblatis duobus solidis pro libra respectu totius summæ, intra eosdem tres menses, admittitur: intra eus præter hos duus alium non admitti, ad licitandum prout iis videbitur, duobus scil. prædictis solidis pro libra oblatis: verum iis elapsis, si licitari velint, eos summam hanc duplicare oportere: neque alios ad id admitti.

Hoc Gratianopolitanum Arrestum obseruari non posset, nisi in omnem euentum pro nonnullis Regiis conductionibus: ex eo tamen generalis lex constitui non posset.

II.

Vltimo licitatore fallente seu frustrãte, quando prior requiri possit.

Sæpè euenit, vt in conditionibus sub hasta & candela extincta, vltimus licitator temerarius, pauper & sine satisdatione sit: adeo vt ad eum reuerti oporteat, quem is licitatione vicit. Dubium itaq; hoc est, vtrum prædictus primus licitator, ne adiectioni suæ stet recusare possit? Bart. *in l. licitatio. in pr.* ait quod non, neque primum licitatorem desistere posse, arg. *l. Sabinus, in pr. ff. de in diem addict.* vbi dicitur, quod si res vendatur sub conditione resolutoria certò casu, & maius pretium à tertio quodam offeratur, venditori licere meliorem conditionem oblatam abiicere, sequique pœnam quasi meliorẽ: atque Bartolus & Baldus *consil.* 194. expresse aiunt, dominum non teneri postremæ licitationi stare & primam negligere & præterire, si nolit. Ratio optima & verissima est, eo quod ex Consuetudine huiusmodi conductionum dominus non teneatur adiectionem admittere, nisi melior priore sit. Sed si à quodam soluendi facultate aut fideiussores dandi destituto fiat, certe non melior, verum deterior erit. & sic dominus, si nolit, eam non admittet. Prior itaq; perpetuo manet: facit *l. Sed si proponatur.* 10. *vers. quid ergo est. De in diem addictio.* & *l. cum qui emit, § cum igitur, & §. seq. eod. tit.* & ita in Francia obseruatur. Nihilominus Baldus & Franciscus Cremensis *singu.* 40. contrarium tenent, licitatione primum emtorem liberari: quoniam enim inuito licitatore is admitti non potest (quia locus non est gratificationi) ita quoque cogi non potest. Paulus de Castro *in d. l. licitatio,* eos conciliat & ait, quod si addictio posteriori licitatori facta sit, sine dubio priorem liberari, isq; casus est sententiæ Baldi, quæ vera est. Dominus enim attendere debet, quos emtores admittit, *l. qui satisdare. ff. de fideiussor. l. inter causas. §. abesse. ff. mandati.* Verum si nulla addictio & adiudicatio facta est, vel etiam ad 15. dies aliudue tempus inspensa, dominus posteriori licitatori rem addicere non tenetur, & tuto primum cogere potest, vt adiectioni suæ stet: eaque est species sententiæ Bartoli *in l. Licitatio.* Consuetudo Franciæ vlterius porrigitur, puta, si intra tempus licitandi vel fideiussores dandi, posterior licitator, cui addictio facta fuit, adiectioni suæ stare nolit, vel fideiussorem dare non possit, liberatur, eo intra prædictum tempus significato & temeraria sua licitatione soluta. Prioris vero adiectio resumitur, qui perpetuo obligatur, vsque quo alius licitator venerit: quod si nullus veniat, addictio ei facta irreuocabilis est. nominatim vero quando huiusmodi conductiones in publico plus offerenti seu licitanti fiũt, vel etiam extincta candela, certumque tempus pro continuanda addictione præfiniatur. Quæ res benè notanda est ad denotandum videlicet, prædictam Consuetudinem decisioni Pauli de Castro minimè repugnare. Huiusmodi quippe addictiones sub hasta factæ tum ad certum tempus suspenduntur, nec pure perficiuntur. Ac propterea primus licitator se liberatum dicere non potest. verum ad eum deueniri potest, vltimo frustrante: æque ac postremus reiici potest, alio nouo licitatore intra confirmationis tempus existente. Ita declaratum & iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 29. Martij 1530. pro cõductione maioris vectigalis seu Consuetudinis prædicti loci pro Nicolao Rondelio Thesaurario Ciuitatis, aduersus Ioannem Aldeum. Ac cum tempore confirmationis elapso, quidam nomine Ioannes Iolius licitatum venisset: altero Arresto, quod datum 7. Septembr. à licitatione depulsus fuit, vtpote qui nimis tarde venisset. Vnde sequitur, admissa cautione, posteriorem quoque admitti & priorem liberari: alioquin priorem obligatum manere. Baldus *in consilio suo Papiæ seu Ticini dato* & superius allegato, & Bartolus *in d. l. Licitatio.* Salycetus *in gloss. in l. penes. Cod. de vectigal. & commiss.* prædictus Baldus *consil.* 191. hanc materiam tractarunt. Insignis quæstio est, vtrum huiusmodi determinatio in licitationibus obseruari debeat, quæ hastis publicis decursis fiũt? Constitutio publicata anno 1551. *artic.* 8. ait, posteriorem

Pro negatiua. (margin)

Pro affirmatiua. (margin)

Conciliatio. (margin)

Licitationes quomodo efficaciter determinentur. (margin)

riorem licitatorem ad consignandos numos & deponendos apud huiusmodi mercatores vel alios, quos petitores subhastationum & opponentes designatiri & electuri sunt. Quod si postremus licitator soluendo non existat & tum, cum cogitur, bonis ad carceris pœnam eutrandam, prout facere potest, cedat, quidnam subhastationi insistens factu rus est? Poteritne priorem licitatorem connenire? poteritne postulare, vt is citetur & suæ adiectioni stare cogatur? Per doctrinam Bartoli ad d.l. *Licitatio* si vltimus licitator adiectioni suæ satisfacere nō possit, pro priore decretū pronuntiari debet, qui maiori adiectione, quam sua liberari non potest. Eaque est decisio formalis *in d.l. Sabinus*. Iniuria sane prædicto priori licitatori fiet, si de nouo auctionis publicatio ad nouam loco vltimi licitatoris qui frustratus est, licitationem consequendam fieret, qu indoquidem in istius defectum prædicto priori ius acquisitum fuit, quod ei adimi non debet. Verum, si hoc acceptare u, lit, nrque adiectioni suæ seu licitationi stare: poterit ne ad id eog:? In eo dubium est & sententiarum conflictus repetitur. Bartolus sup adicto locu putat, eum cogendum esse. Alii aiunt, id in vectigalibus Regiis locum habere, non vero in subhastationibus immobilium. In vectigalibus Regiis, postremus licitator non soluendo existens nec fideiussorē dare valens, liberatur, soluta temeraria sua licitatione, & ad prioris adiectionem redntur. Non item in subhastationibus, in quibus plane dioersa ratio obtinet. Ahi distinguunt, & aiunt, quod retenta supra posita facti specie, de posteriore non soluendo existente, si præcedens decretum accep are velit, vt supra dictum, proceditur: si nolit, vt in casu posteriore, necesse est, vt rationes suas alleg t quod si qu pe nullas habeat, ad id cogi poterit. Rationes, quas proponere potest, hæ sunt: Se tempore adiectionis suæ pecuniam numeratam habuisse, quam impendere volebat, postea vero cum adiectione sua per posteriorem licitatorem defectum se videret, pecuniam ad alias res impendisse, nec iam potest ite sua amplius extare, vel etiam cum altero contraxisse, cui eam soluere se oporteat. Id quod admittendum & omnem doli præsumtionem excludere videtur, adeo ne hoc casu posterior exoneretur, prior vero eum in modum sese excusans oneretur. Quod si ita est, qua ratione peritores vel etiam opponentes creditores indemnes præst ibuntur damno, quod ex hoc defectu oritur, conuenienti e posteriorem, qui deficit propter temeratiam licitationem? Non quidem statim à primo limine, sed priorem prius conueniant, vt sciatur, virum eam acceptare, an vero recusare velit: huiusmodi quippe temeraria licitatio in subhastatione fundorum priuatorum obseruati non debet. Verum igitur est, rationes prædict. licitatoris prioris, si sufficientes sint, velut modo dictæ admittendas esse eumque excusare; ex qua ratione dicendum, ad nouam publicationem & nouas licitationes, si fieri possit, procedendum esse. Quod si vero validas & legitimas rationes nō alleget, ex decreto res ei adiudicari deber: prout iudicatū fuit Arresto Parisiensi, 19. Nonembris anno 1530. pro domino Castellonio. Itē si iterata hæc publicatione defectus ex prædicta temeraria licitatione progrediés velari non possit, & pretium aliqua parte diminuatur, quæritur, vtrum aduersus temerarium licitatorem regressus detur? Actor & opponēs ope consequendorū reliquorum præteritorum pretii minoris reperti destituentur: nonnulli eorum in ordine vltimi erunt, neque is refundi quicquam poterit, eo quod prædictum pretium omnibus non sufficit, prout sufficeret, nisi postremus licitator impediuisset. His casibus, si diligentia aduersus ipsum adhibita fuerit in consignando, quou non soluendo repertetur, ae postea aduersus priores licitatores, qui validas rationes opposuerunt, aliaq; requisita impleuerunt, recte videtur, absque dubio posteriorem huiusmodi licitatorem in dicta damna & interesse teneri, reliquosq; , qui temeraria ipsius licitatione processerunt. Quod si vero nihil horum factum, nulla diligentia huiusmodi adhibita fuerit, tam aduersus eū, quam in subsidium aduersus priores licitatores, verum his omissis simpliciter publicatio repetita fuit prædictus temerarius licitator in nulla damna & interesse tenebitur: præsumetur quippe, si cunctus fuisset, eum consignasse & soluisse, itemque priores licitatores acceptasse. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro vidua Ludouici Balluei, aduersus dominicellam Ludouicam Herouetiam actricem, mense Februario, anno 1537.

Posteriore licitatore nō soluendo existente, quando & quomodo prior in subhastationibus repetendꝰ & teneatur pof. sit.

Excusationes validæ & legitimæ prioris licitatoris requisitæ & reperiri in defectum posterioris

III.

Publicani Regii ex conductione sua generales clausulas omnium obuentionum, multatum, actorum & expeditionum iudicialium, confiscationum, redituum, compendiorum, emolumentorum aliaque continente, multas, confiscationes ex crimine falsæ monetæ eaque exposita procedentes prætendere non possunt. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1277. inter Arresta Magdalenæ.

Publicani rei falsæ monetæ multas imponere nō possunt.

IV.

In Curiis supremis obseruatur, publicanum pedagii à violatore, nonnisi quanti ipsius interest, petere posse, nec ad ipsum multam, sed ad fiscum spectare, nisi expresse conuentum fuerit. Textus *l. Si quis. Cod. de vectigal. & publican.* in contrarium est, putà mul am ad conductorem pedagii spectare. Pro prædicta Consuetudine facit id quod notatur in *l. Creditor. Cod de iur. emphyteut.* Atque ita compluribus Arrestis sæpe iudicatum fuit.

Publicanꝰ comm ssū vectigalis non acquirit.

V.

Spolia monachi ad conductorem Abbatiæ vel Prioratus, nisi expresse dictum fuerit, non pertinent: eiusmodi quippe obuentio est, quæ generaliter fructuum appellatione non comprehenditur: vt aliæ industriales & naturales obuentiones, & ita ait Oldradus *consil.* 198. & Boerius *decis.* 264. *num.* 7. Et ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, vt ait *sub fin. prædictæ decisio.* Simul obse uatur hec in prouisione Beneficiorum vel Officiorum, quæ nunquam in generalibus conductionibus subintelliguntur, etsi hæc clausula apponatur, *frui licere eadem forma & modo, qua dominus nullo excepto fruitus est*: p huiusmodi quippe clausulam prædicta prouisio non intelliguntur, tanquam speciali nota digna, *l. Item apud Labeonem. §. Hoc edictum, ibi, ea enim. ff. de iniur.*

Ad conductorem nō pertinent Monachi spolia.

Nec prouisio Beneficiorum.

VI.

Ioannes Fontriliartus mercator Balliuiatus Vitriacensis, anno 1536. cum quadringentos frumēti sextarios vendendos Parisios subuexisset, authoritate domini Ducis Guysii, gubernatoris & Locumtenentis generalis Regis in Prouinciis ipsius Campaniæ & Briensi, iter auertare & frumētum Mosonium ad eam annona instruēdam deuehere coactus fuit, vbi tamdiu prædictum frumentum mansit, quo vsque inter Regem & ipsius aduersarios induciæ inirentur & concluderentur. Is prædictum dominum Guysium adit, rique summum interesse, quod ob retentum frumentum suum passus est, repræsentat, quod cate

Gubernatores seu Præsides prouinciarū nemini in præiudicium publicanorū Regis immutare præstare possunt.

emisset, ac fere omnes facultates suas in id Parisios vrbem subuehendum impendisset: eum rogat, vt si prædictum frumentum sibi redderetur, interesse quoque sui rationem habere vellet. Prædictus Dominus frumentum tradi oportere decernit: & ratione prædicti interesse, ei permittit, vt vbicunque locorum, tam intra Regnum, quam extra vendere vellet, liberam potestatem haberet, neque vllam gabellam, vectigal, subsidium vel onus pendere: mandat & iniungit omnibus publicanis, Præfectis, dominis, custodibus portuum & itinerum, ne prædicti frumenti transuectioni intercedant. Prædictus mercator frumentum suum in Flandriam deuehit, à publicano Meserleoli ad soluendum 48. libras totidemque solidos pro exagogico seu vectigali exportandarum ad peregrina mercium cogitur. Is postea prædictum publicanum coram dominis Catholicianis Parisiensibus citat, vbi ad restitutionem frumenti & expensas concludit. Cui publicanus intercedit, & excipit se publicanum esse titulo oneroso, se cum Rege ob conductionem sui contraxisse, se denique per conductionem suam fundari in iure exigendi prædictum vectigal ex omnibus mercibus in genere per territoria Regis subiecta & ductis, & vel extra Regnum vel etiam in eodem vendendis in locis & ciuitatibus, vbi subsidiis locus non est. Præterea permissum non esse, per totam Franciam commouere, vel etiam transire, & merces extra eam deuehere, nisi prius publicano satisfecerit, & breuem ab eo transuectionis acceperit, & cautionem de securitate referenda præstiterit, etiam vbi merces in prædicto Regno ducerentur, & in locis, vbi subsidia debentur. Dominus Seguierius Aduocatus Regius repræsentabat, gubernatorem & Locumtenentem Regis huiusmodi immunitatem ei dulgere non potuisse, aduersus id, quod expresse à Rege conuentum fuit, qui certis de causis eum ad id impellentibus restitui potest, & dicere, hos vel illos à soluendo hoc iure immunes fore, neque prædicto gubernatori & Locumtenenti generali hęc potestas onere hoc eximendi nonnullos sub hoc prætextu data fuit. Insuper, diploma Regis in interiore & secretiore eius consilio expeditum extat, quo omnibus gubernatoribus & aliis interdictum fuit, ne villas ad peregrina extra Regnum merces transire sinant, nō soluto prius exagogico pro exportatis mercibus. Arresto die Veneris 9. mensis Ianuarii anno 1539 publicanus absolutus, mercator vero in expensas condemnatus fuit. Eaque materia integre tractatur & extat in textu *l. omnes. Cod. lib. 10. de annon. & tribut.* iuncta *l. retractare fiscum. Ne fisc. rem quam ven. euinc. eod. lib. & in l. vnica in fin. abr. decurionum decreto immunitas nemini concedi potest. De decreto decurion. eod. lib.*

Rex aduersus contractum suū restitui potest.

VII.

Publicani mercib. manus iniicere possunt.

Publicani exagogici seu vectigalis pro exportatis ad peregrina mercibus, aliudve ius super mercibus suam ius ex lege publicano: omnibus habent, manus iniiciendi, & retinendi omnes merces intra districtum conductionis suæ transuectas, vsquequo ipsis satisfactum fuerit, vel si mercator domiciliatus ibi sit, nisi merces professus fuerit, & veram quantitatem rerum subuectarum affirmauerit. Neque huiusmodi manus iniectio reuocari potest, licet res capta fuerit pro domus mercatoris prouisione comparata: in hoc quippe dubio manus inici potest, dummodo mercatoris sit, nec publicani, quando apparet huiusmodi merces pro domus prouisione comparatas, ad vlla damna & interesse tenebuntur. Prout iudicatum fuit Arresto Catholicianorum Parisiis, quo infirmata sententia Selectorum Ambianensium, 12. Iunii 1540. Eaque materia est *l. fin. § Diui quoq. Marcus. & § D. quoq. Prius. ff. de Public.* ita intellecta à Paulo de Castro, puta prior §. pro retentione, posterior, quod mercator non professus fuerit merces pro instructione domus suæ transportari.

VIII.

Publicani prædictorum iurium, ob non relatam securitatem à vectoribus iuxta conuentum tempus, merces scilicet ab iis exportatas in loca Regni, in quibus prædicta iura vigent, deductas & depositas fuisse, ipsis vectorū personis manus iniicere possunt, vt etiam ad prædictam securitatem referendam, vel etiam ad exagogicum soluendum: nominatim vero si promissio vnius è duob. intercesserit, & conuenti temporis elapsum fuerit. Ita iudicatum fuit Arresto prædictorum Catholicianorum, 12. Iulii 1540. pro publicano vectigalis exagogici pro exportatis ad peregrina mercibus soluendi per totam Franciam, aduersus Franciscum Carreum vectorem Rothomagensem, captiuum in carcere Palatii, qui allegabat huiusmodi securitatem se retulisse, quique ad mensem vnum præstita cautione relaxatus fuit, & Textus eam in terminis expressus est in *l. Nemo carcerem. ibi, Si quis tam alienus ab humano sensu est, vt hac indulgentia ad contumaciam abutatur, continuatur aperta & libera in vsum hominum instituta custodia militari. C. lib. 10. de exactor. tributor.*

Publicani manus iniicere possunt [illegible]

IX.

Multæ ad publicanum pertinent, qui tempore adiudicationis multarum publicanus est: non vero ad eos, quorum conductio finita est, quamuis eorum tempore lis mota & concluta fuisset, ipsique sumptus fecissent, iuxta dispositionem *l. susceptores noui. Cod. de susceptorib. præpos. & arca. lib. 10.* Et * ita iudicatum fuit Arresto Tholosano anno 1517.

Multæ ad publicanū tempore sententiæ spectant.

* Ita tenet Guido Papa *quæst. 535.* & Molinæus *ad Consuet. Par. § 3. gloss. n. 15. & in an oratio sua ad Phæsp Decium consi. 4.* Sunt qui contrarium tenent, puta Chassanæus *ad Consuetud. Burgun. tit. in tit. 1 § 7 in verb. d'amende* Boerius *q. 48 n. 2.* & Choppinus *lib. 2. de domanio Franciæ, tit. 5. n. 1.* Vide Tiraquellum *tract. de retract. conuent. § 5. gl. 4. n. 19.* Quod si sententia Arresto confirmata fuit, multa ad publicanum spectat tempore Arresti, non vero ad eum, qui publicanus tempore datæ sententiæ fuerat. Arresto Parisiensi, 18. Nouembr. 15[illegible] quod allegat Choppio. *ad Consuet. Andeg. lib 1 c. 50. n. fin.* [illegible] T. V. D. Mayoard *lib. 7. quæst. tit. c. 25.* vbi quæstionem hanc in vtramque partem tractat, & de ea Arrestum Tholosanum refert, quo publicanus, qui expensas fecerat, prælatus fuerat. I. C.

X.

Commissarius, qui rem à fisco vindicatam publice licitanti addixit & locauit, prædictæ locationis nomine euictionem non præstat: prout sæpe iudicatum fuit Arresto, ex causa quod officit necessitate coactus id egit, neque ex eo damnum, interesse vel periculum ei obuenire potest: vt de tutore Martianus ait in *l. aduersus. 30. in fin. ff. de inofficios. testa.* Arrestis, quæ super eo interuenerunt, iudicatum tantum fuit, Commissarium non teneri prædicto licitatori euictionem præstare conductionis et adiudicatæ nomine, si vel incontinenti, vel tempore aliquo post, in conductione sua turbetur, & in fructuum perceptione manu illi aliunde iniecta, vel alio modo, publicanus de prædicto Commissario conqueri non potest, neque eum quocunque modo conuenire: verum de eo nihil decisum fuit, si publicanus accepta à prædicto Commissario conductione, expensas (prout plerunque hę. i solet) in adiudicatione tanquam à prædicto Commissario, quam aliis ei adsistentibus factas

Commissarius non potest tenetur ad euictionem [illegible] sed euictionem [illegible] acceptionem [illegible] sui fecit nomine.

ctas soluit, & incontinenti postea in conductione sua turbetur, verum expensas solutas à prædicto Commissario consequi rursus possit? Nonnulli tenuerunt quod sic, alii contra quod non. Priores fundamento eius, quod ait Vlpianus *in l. si quis domum. in pr. ff. locati*, vtuntur. Ego tibi domum bona fide locaui, ea euicta est sine dolo malo & culpa mea, nihilominus ego teneor ex conducto tibi, qui conduxisti, vt tibi præstetur, frui, quod conduxisti, licere. Præterea eo nituntur, quod ait Africanus *in l. si fundus 33. eod. tit.* Si fundus, quem tibi locaui, publicatus sit, teneri me actione ex conducto, vt tibi frui liceat. Tandem eo quod ait Vlpianus in *l. Emtorem. §. qui autem. vers. ibidem ait idem esse dicendum. etsi aperte in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine præstitum iri: pretium deberi re euicta: vtilitatem non deberi. ff. de act. emt.* Ex quo publicano ita spoliato in priore casu nostro ad minimum id quod expendit, refundere debet: & satis est, vt is interesse suum amittat. Posterior sententia & negatiua, iuxta complures, obtinere debet, vt ait Imbertus *in enchir. suo*, ex ratione supra citata, quod necessitate officii id actum sit per publice possidentem. Rationes Vlpiani & Africani in voluntarie locantibus aut vendentibus locum tantum habent.

XI.

Qomodò postramo licitatori prospiciatur si inter licitationē & addictionem in re forte contigerit.

Si posteriori licitatori adiudicatio non fit, verum in crastinum vel aliud tempus reiiciatur, interim autem grādine aut alia vi maiore fructus pereant, quæritur verum posterior licitator licitationi seu conditioni à se oblatæ stare teneatur? Non sane simpliciter, verum ad id tantum tenebitur, detractione sibi facta arbitrio boni viri habita deperditi ratione: quamuis enim adiudicatio simpliciter citra vllam dilationem facta fuisset, semper tamen ad consequendam huiusmodi æquissimam detractionem admitti potuisset, *leg. ex Conducto. §. si vis tempestatis. ff. locati.* Aduersus hæc dici potest, fructus sub hasta tos fuisse, vt venderentur, cui regeri potest, hanc venditionem perfectam non fuisse, & sic periculum ad venditorem spectare, *l. necessario. ff. de peric. & com. rei vendit.*

XII.

Diminutio pensionis conductori ad nouem annos ob turbas facta.

Quinta die Maii 1569. perorantibus dominis Menillo pro appellato Richeuilano Canonico B. Virginis Parisiensis & Versorio pro muliere quadam appellante, spoliatis tempore tumultuum & turbarum hostilium postremarum Arresto iudicatum fuit, quamuis prædicta appellans conductrix ad nouem annos fuisset, nihilominus ratione prædictæ rapinæ vi maiore & extranea commissę habita, eam nullam pensionem conductionis suæ pro anno, quo calamitas hæc contigit, soluere oportere, iuxta *l. si merces. §. vis maior. ff. locati.*

Ex dispositione iuris ciuilis, qui nouem vel ad septem annos conduxit, remissionem desiderare & diminutionem lue tempestatis vel alio cæli vitio vno anno exortam prætendere non potest, eo quod hæc sterilitas vbertate aliorū vel præcedentium vel subsequentium annorum repensari possit, *l. ex conducto. 15. § si vno anno. 4. ff. locati. l. licet, 8. Cod. eod. tit.* Canonistę *in cap. propter sterilitatem ext. de locato.* Quod si fructuum iactura & damnum ex bello eueniat, e. g. si grana condita ab exercitu excussa & transportata fuerunt, vel etiam per obsidionem maior fructuum pars deuastata & direpta fuisset, remissioni & diminutioni locus est, *l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrah. empt. l. cum venias. ff. de reno, tritic. & c.* Ludouicus Romanus *consil. 439* Ferronus *ad Consuetud. Burdegalenses* Ample & docte, *ad §. 3. z. ff. locati* Guido Papa *dec. 630.* Boer. *decis. 249.* bellū enim inter casus fortuitos numeratur, *l. ex conducto §. vis tempestatis, ff locati* Attamen si cōductores tēpore belli cōduxissent, diminutionē postulare nō possunt, eo quod præuidere debuerunt, & quasi de casu fortuito certi fuot, pariter ac si ante bellum conduxissent & tempus solutionis ante euenisset. Maynardus *lib. 2. cap. 7. & 8. Quæstio. suar.* Nisi propter obsidionem quandam fieret. iuxta Arrestū de 23. Decembris 1592. quod in Appendice huius tituli refertur.

APPENDIX ARRESTORM *Ad Titulum IX.*

I.

Tempus dandi fideiussores in licitationibus à quo die incipiat.

CVm Constitutio super licitationibus facta, tridui spacium ad denominandos & adducendos fideiussores posteriori licitatori tribuit & octiduum, ad eos adprobandos, prædictum octiduum non à finito triduo prorogato, sed à die prædictæ licitationis permanentis numerari debet, eo non expectato, quod prædictus licitator dominus dominio incommutabili factus sit, tametsi intra hoc octiduum tertius tertiare & duplicare possit. Iudicatum aduersus Bellerium, 28. Februarii 1563. B.

II.

In solutione vicesimæ vim locus non est, non obstante &c.

Notandum est aduersus Publicanos Arrestum quoddam Catholicianorum quod datum 7. Decēbris 1569. quo, cum inopis cuiusdam pignora propter vicesimam capta fuissent, non obstantibus pertinentibus articulis propositis, & Iudex per prouisionem iudicasset, à quo appellabatur, iudicatū fuit, prouisioni locum non esse, neque publicanum id priuilegii habere; partesque ad informandum remissæ fuerunt.

III.

Publicanus multatum in conductionibus licitare potest.

Publicanus multatum, Officialis Regis vel merum imperium habentis non censetur: ideoque à iure licitandi in conductionibus publicis non remouetur. Iudicatum à Catholicianis pro Carolo Ruffo perorante Bergeronio, 24. Nouembris 1565. B.

IV.

Arrestum Curiæ ob diminutionē conductori nouē annorum tributam propter obsidionē ciuitatis, vbi reditus conductionis situs erat.

Cum sententia data à nostro Seneschallo Andegauensi vel Locumtenente ipsius Andegauis, 16. die Nouembris inter Reuerendissimum Cardinalem Gondæum, Abbatem Abbatiæ S. Albini, Religiosos & Conuentum ipsi iunctos, Ægidium Languinum quæstorem reddituum prædictæ Abbatię actorem in eo, vt reus ad soluendam summam trecentorum sexaginta & vnius coronati ab vna parte, & sexcentorum coronatorum ab altera parte condemnaretur, tam ratione residui anni 1589. quam anni 1590. conducti Prioratus S. Ioannis Castelligonterii, cuius prædictus reus conductor est, & Marcum Recoquillum reum ab altera: nec non prædictum Recoquillum postulantem diminutionē prædictorum annorum & rescripti ad irritandum conductionis contractum ab vna parte, & prædictos Abbatem, Religiosos & Conuentum, & Langeuinum reos ab altera. Qua sententia dictus noster Seneschallus vel prædictus ipsius Locumtenens, aliquo modo ratione habita prædicti rescripti à prædicto Recoquillo impetrati, & libelli ab eo oblati, 26. Septembris 1590. & iacturæ seu damnorum, quæ anno 1589. passus fuit, cum ciuitas Castelligonterii à domino Ronsserio aliisque Regis rebellibus obsideretur, prædicto Recoquillo quartam partem pensionis prædicti anni 1589. remisisset & deduxisset, quam pensionem partis quartæ illi à prædictis actoribus vel fideiussoribus eorum restitui debere decreuisset, super prouisione totius pensionis ab ipso solutæ vigore iudicii prouisorii, 12. Martii 1590. & in tantum, quod pensionem prædictæ pensionis

Solutio pēsionis con-

deductionis ... dependeret ... probata.

... muchat, pro prædicto anno 1590. in consequentiam solutionis à prædicto Recoquil'o domino Lan... facta, prædictum Recoquillum solutione præ... liberasset: & ... prædictis petitoribus ... aduersus prædictos Dominos de la Lande & de la Roussiere, ratio ne prædictorum ... pensionis prædictæ conductionum singulis prædictis annis, saluis item iis exceptionibus ... contra ... & citra expensas: saluis denique omnibus citra præiudicium petitionis prædicti Recoquil'i impensarum in dependentia prædictæ conductionis factarum. Pro quibus, antequam definitiua sententia daretur, decreuit, eas videndas, visitandas, & æstimandas intra duos menses post denunciatam sententiam coram prædicto Locumtenente, vel alio ab eo delegato, ab expertis & peritis rerum æstimatoribus, de quibus prædictæ partes intra quindecim dies post denunciatam sententiam conuenient. Quo non facto, ex officio accipiendas, & notoriam rerum conficiendam communibus impensis, salua ei parti, quæ obtentura est, in fine litis, si fieri debeat, repetitione omnium expensarum, damnorum & interesse hoc respectu in d... : ex parte petitorum ad Curiam nostram Parlamenti appellatum fuisset: in qua partibus in causa ipsarum appellationis auditis, & ... per scripturam ... & admissa ad iudicandum inter easdem, vtrum bene vel male appellatum fuisset, additis grauaminibus extra processum, præ... nullitatis argumentis & productione noua prædictorum appellantium, quam intra tempus à Constitutione præfinitum præstare possent. Ad quæ grauamina & prætensa nullitatis ... prædictus appellatus respondere potuit, & ... expensis ... sus prædictam nouam productionem contradictorios proponere ... dictorum appellantium contradictorios ... ab appellato ... re: innexa quoque præscriptione ... quæ hæc est, quod prædicti appellato prætensa, quæ hæc est, quod prædicti appellantes prædictæ sententiæ acquieuerint, & eam approbauerint, & voluntarie in exequutione eiusdem processerint, ac exceptionibus prædictorum appellantium in contrarium, super quibus præiudicium datum esset. Prædicto processu viso, grauaminibus & ad ea responsis, productionibus nouis respectiue à prædictis partibus datis, exclusione contradictoriorum à prædicto appellato proponendorum libello renunciationis de iis à prædictis appellantibus proponendis, imo omnibus diligenter examinatis: dicta Curia nostra sententia & Arresto suo, prædicta moratoria præscriptione nō attenta, appellationem citra multam & expensas causæ appellationis in ... tum d... & deducit, decreuit & decernit prædictam sententiam, à qua appellatum fuit, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere. Pronuntiatum in Parlamento Turonensi, 23. die Decembris, anno 1592. I. C.

V.

Domini & Nobiles adiudicatarii conductionum seu vectigalium esse non possunt: sub pœna proprio & priuato suo nomine pro expensis, damnis & interesse partium & multa arbitraria respondendi. Prout iudicatum fuit die Lunæ 2. Iunii 1611. Nobiles adiudicatarii ... esse non possunt.

LIBER DECIMVS-QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS, DE SERVITVTIBVS, ET ACTIONE NEGATORIA ET confessoria.

Vide hunc titulum in Consuetudine reformata præfectionis Parisiensis, cum aliis Franciæ Consuetudinibus, & eos, qui scripserunt ad easdem.

ARRESTVM PRIMVM

Seruitutes apud Libellarios tractari possunt.

EX sententia domini Carterii & aliorum celeberrimorum virorum Palatii ... asseritum fuit, Libellarios Palatii de negatoria & confessoria seruitutis cognoscere posse, eo quod interdicta potius sint, quam actiones reales: antea quoque Arrestum contrarium extitisse, cuius exequutio postea prohibita fuit, cum materia melius intellecta fuisset.

II.

Negatoria seruitutis reum possessorem non præsupponit.

Bartolus in *l. vti frui. §. verum. ff. si vsusfruct. petat.* & in *l. 2. in princip. Si seruit. vindicet.* ait, petitorem in negatoria seruitutis, non teneri confiteri ... ipsius possessorem seruitutis esse, si nolit. Ac libere agere potest, neque parti suæ seu aduersario hanc prærogatiuam tribuere, si sob ... loquatur, hoc est, proponere tantum debet, se in possessione & proprietate fundi, in quo seruitus prætenditur, esse: partem vero ipsius velle prætendere ius eundi & redeundi, fulciendi aquam vel cloacam recipiendi, vel aliud quid faciendi, prædictusque petitor postulare debet, vt declaretur & pronuncietur, fundum prædicti actoris liberum esse, francum & immunem ab huiusce modi seruitute, quam ... & in futurum reus prætendere vellet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1386.

III.

Complures æque diuersæ sententiæ reperiuntur super hoc dubio, puta, si quis fundum quempiam habeat, ad quem colendum ire, neque ad deportandos fructus redire possit, vtrum is vicinum suum cogere possit, vt sibi iter, actum vel viam pecunia fulnta cōcedat, cuius ope fundo vtiliter frui possit, qui aliàs inutilis ipsi futurus esset: Sanior & communior sententia fuit, qua vicinum ad id cogi posse traditur, accepta à vicino compensatione seu pretio,

Vicinus quando ... possit, vt sibi vel actum per fundum suum præstet.

pretio ob rationes optimas in textu *l. 1. si quis sepulcrum ff. de religios. & sumtib. funer. l. Binas, ff. de seruit. vrban. prædior. vers. iusta ergo ratione. Cod. lib. 12. de agricol. & censitis & in Auth Agricultores, Cod. quares pignor. oblig. poss.* Et ita tenet Masuerius *in sua praxi tit. de serui. vers. item si quis per viam* Lucas de Penna *ad l. 2. Cod. lib. xi. de bon. vacant.* Secus esset, si aliunde iter, actus vel via, quāuis remotior & cum maiori tædio daretur, *l. si mercedem, § si eum fundum. ff. de actio. emt.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 20. Iulii 1529. pro Wilhelmo Coleio appellāte à Senescballo Aquitaniæ, aduersus Ioannem Claudauenam appellatum. Pro coactione viam præstandi expressus textus est *in l. Damnas esto: 15. §. qui duos fundos. ff. de vsufr. legat.*

Caput hoc desumtum est *ex decisione* D. Boerii 322. V. de hac quæstione D. Maynardum *lib. 4. Quæst. suar. cap.* 59. & *lib. 7. cap.* 100. vbi similia Arresta Parlamenti Tholosani refert. Fertonium *ad Consuet. Burdegal. tit. de feudis.* §. 3. I. C.

IV.

Præscriptio seruitutum, nominatim vero pascendi pecoris.

Innocentius * & Hostiensis *in c. cum Ecclesia. in fin. de caus. poss. & proprietatis, & in capitulo. ad aures. de præscriptio.* distinctionem constituunt inter Seruitutum & iutium pascendi pecoris, puta, si ius huiusmodi tantum est, quo animalia per aliquos dies septimanæ pascere liceat, talis seruitus causam interruptam discontinuam habet: si vero absque prædicta interruptione, quandocunque quis velit & omni tempore iure isto vti, permissum sit, tunc dicitur, causam habere continuam. Et certe magnum inter vtrumque discrimen est, prius enim ius absque immemorialis temporis vsu non præscribitur: posterius 30. annis præscribitur. Iure ciuili, huiusmodi distinctio confunditur, & hæc iura perpetuo & in omnibus casibus discontinuam causam habere dicuntur. Impossibile quippe est, vt continuo & aquæ instar perpetuo currentis, pecora in pascuis maneant: insuper in vsu huius iuris factū hominis requiritur: propterea præscriptione centum annorum opus est, quam immemorialem vocant, vel etiam titulo, quæ duo eiusdem efficaciæ sunt, *l. Hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æstiua.* Super que eo singularis facti species in scripta relata fuit, puta, si dominus fundi seruientis prædicto pascendi iuri, annuum tributum pro hoc iure accepisse probetur, veluti ex singulis capitibus vel familiis ior seruitutem actione confessoria prætendentium, præscriptio sub hoc prætextu decēnio impletur. Eumque in finem allegatur *l. venditor. §. si constat. ff. comm. prædiorum.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 28. die Martii 1461. quo subditi domini Hosteduni qui in sylua dicta *de Geruant*, ad prædictum dominum spectante ius pascendi animalia sua habuisse, citra solutionem tributi alicuius, & pacifice id quasi possedisse probauerunt, repulsam passi sunt.

* Desumptum ex Guidone Papa *quæstio.* 573 Ius vel seruitus pascendi pecoris absq; titulo non præscribitur, nisi tempore immemoriali Cæpolla *in tractat. de seruit. rustic. præd. cap. 9. de seruit. iuris pascendi. vers. sed dubium potest esse.* Stephanus Bertrandus *cons. 24. in fin. libro. 1.* Decius *consil.* 483. *num.* 26. Sunt, qui distinguunt & aiunt, id tantum locum habere, cū huiusmodi ius prætenditur ratione fundi cuiusdam in quem animalia deducuntur ad prædictum fundum pinguefaciendum, & si personis debeatur 40 annis præscribi posse Aimo Crauet. *consil. 4. circa. pr.* Verum crediderim indistincte, immemoriali possessione opus esse, propter duo Arresta sequentia, quæ ex Imberti *Enchir.* in verbo *Seruitutes* desumta sunt.

V.

Seruitutes ex leui causa in fundo alterius non acquiruntur.

Dominus Ioannes Imbertus Aduocatus Fontenæi Comitis, vir ob merita suæ professionis tanta, quanta alterius huius ætatis, omnibus notus prope fossas Rupellæ pulcherrimū & amplum pratū, fossis circumdatum & perpetuo probe clausum habebat. Et nuntiatur, laniones & plebem Rupellensem, quam primum prima herba succresceret, pecora sua eo ducere & secundam herbam prædicti prati sibi propriam facere. Is aduersus eos interdicto experitur. Ii possessionem contrariam pro herba tantum post primam collectam opponunt. Probationibus relatis, longo tempore possessionem illorum durasse prædicto modo reperitur, absque titulo tamen & sufficiente causa, ob quam rem priuati cuiusdam vti propriam seruituti huic obnoxiā redderent. Ex parte interdicto experientis locationes secundę herbæ factæ reperiebantur, ac præterea pratum ita fossis circumdatum & clausum, vt nulla huiusmodi seruitutis esset præsumtio. Rupellæ sententia Iudicis Maioris, interdicto experiens causam suam obtinet: à quo ad Parlamentum Parisiense appellatur, vbi Arresto, ad relationem domini Longolii, dictum fuit, bene iudicatum, cum expensis, 19. die Februarii anno 1540. Simile Arrestum extat *in tit. de vsu sylua*, quod datum Dintoni, pro domina Marchionissa *de Rolin.* Eaq; doctrina est sūta ex *l. fin. ff. Quemadm. ser. amitt.*

VI.

Idem.

Thomas Preuotius Scutifer, cum videret vnumquemque iniuste in pratum quoddam suum irruere, situm in dominio Capellæ Themertinæ, id altis & magnis fossis circumdari curat. Hinc illustris Ludouicus Bellæus, Eques Ordinis & dominus prædicti loci, incolarum & subditorum prædicti domanii causam in se suscipiens, aduersus prædictum Preuotium interdicto experitur & asserit, prima herba succreta, dictum ipsius pratum omnibus euntibus & transeuntibus patere, ad pecora in eo pascenda. Is contrarium opponit & ait, pratum ad se spectare, seque eo frui posse & compendium inde facere: id quod facere non posset ob ingentem pecorum copiam, quæ eo pastum deducerentur: cui vt obuiaret, id se eum in modum cingere potuisse. Ambæ partes intentionem suam probant. Sententia Niortensis fori Preuotius causa cadit, quam postea obtinet Arresto Parisiensi, quod datum 12. die Martii 1547.

VII

Idem.

Prædictus dominus iustitiarius cum adhibito consilio cognouisset, causam seruitutis supradictæ ex capite seu parte sua certam non esse, adiungit & ait, se quia dominus loci iustitiarius sit, in toto territorio suo venandi ius habere, in quo noua supradictarū fossarum constructione impediatur: Postulat, vt Preuotius cogatur eas demoliri & omnia pristino suo statui restituere. Huic Preuotius optimis rationibus intercedit: quarum duæ præcipuæ sunt, puta se quia prati dominus sit, impediri non debere, quominus id in formam tutiorem sibique commodiorem redigere possit, non attento, vtrum alteri id complaciturum sit. Altera est, non adeo magnam rationē subesse, qua ob alterius voluptatem & leuem animi libidinem, rem sibi vtilissimam demoliri cogeretur, cuiusque rei commoditas sibi iure deberetur. In prædicta sede seu foro Niortensi prædictus Preuotius condemnatus, Parisiis vicit Arresto prædicto die 12. Maii 1547. per *l. vt pomum, ibi, vt spatiari. ff de seruitutibus.*

VIII.

Seruitus aquæ ductæ ex fundo suo in fundum alterius.

Dominus Bartholomeus Puy dominus *du Perier*, Antigraphus Foroleguste usis, interdicto experitur aduersus dominum Dionysium Trunellum, domi-

rium du *Poyer* & Selectum Forosegusiensem & Claudium Trunellum Castellanum Mombrisonii fratres, & ait, ratione domanii sui Villeregiæ pratum quoddam nomine *les Moulles* subiectum esse excipiendis aquis summa copia decurrentibus, & ad auertendum illarum impetum ius & possessionem habere, eas per canalem à prædicto prato suo facto initio, & longa quadam via obliqua sub ponte ad id extructo sublicio deducendi inde in pratum dictum *de l'Hospital* ad prædictos reos spectans, immediatè in prædicta via situm, prædicto canali vsque ad finem prædicti prati *de l'Hospital* rectà directo, atque hac ratione prædictas aquas auertendi, & pratum suum exonerandi, adeo ne cessante prædicta auersione, aquæ in prato suo commorari & idem inundare possint. Præterea prædictam fossam prædictum pratum *de l'Hospital* traiiciens expurgandi & mundam conseruandi, hac mensura, hoc est, quinque pedum in latitudinem & trium pedum in profunditatem in ingressu & superiore parte prædicti prati, & in imo iusta mensura ad prædictas aquas excipiendas: atque ad id faciendum, ius se habere cum famulis suis & subditis prædictum reorum prædium ingrediendi. Tandem prædictos reos aduersus huiusmodi possessionem prędictam fossam compleuisse, clauso prato suo ad ea, quæ supra, impediendа omnia: in quo se turbatum damnumque sibi datum esse ait, eo quod pratum ipsius inundatum sit. Concludit, vt in possessione sua manutencatur, sibique expensæ, damna & interesse restituantur. Fratres Trunellii excipiunt, prædictum pratum *de l'Hospital* ad se spectare, ex eoq; sese compendium facere posse: id quod facere non possent, si fossi præsensa à petitore fieret & conseruaretur, & aquas ea, qua dictum, mensura auerteret. In omnibus ac per omnia ipsius possessioni intercedunt, ac nominatim repræsentant, pratum suum *de l'Hospital* & alterum ei proximum, dictum pratum *Dore*, quod aqua ex prædicto prato *de l'Hospital* adaquare soliti fuerunt, inutilia sibi futura. Prædictam enim fossam huiusmodi mensuræ magnam prædicti prati *de l'Hospital* partem occupaturam: ac præterea commoditatem eius adaquandi vel prædicti prati *Dore* ob magnitudinem prædictæ fossæ emissuros citra inundationem, neque rationi fore consentaneum aquam in pratum suum transire pati, neque tamen ea frui posse, etiam si prędicto petitori damnū afferret. Partes contestantur, & ab vtraque parte allegata probantur. Sententia Ballivi Forosegusiensis actor in possessione sua declarata manutenetur, & rei in expensas instantiæ, damna & interesse turbarum condemnantur; nihilominus in possessione ab actore quoque concessa manutenentur, puta, posse eos ex dicta fossa prædictum eorum pratum *de l'Hospital* traiiciente, adminiculo alterius minoris canalis aquam in dictum ipsorum pratum *Dore* deriuare, dummodo tamen id citra præiudicium & damnum fiat auertendarum aquarum *de Moulles* currentium. eaque lege, ne prædicti minoris canalis ductu, excludendo vel alio modo, prædictas aquas aduersus prædictam viam & pratum *des Moulles* restagnare & regurgitare faciant. Rei ad Parlamentum Parisiense appellant, vbi Arresto 11. die Maii 1554. profunditas prædictæ fossæ ad pedem sesterriū limitata fuit: cæterum sententia confirmata, & rei in expensas causæ appellationis condemnati. Eaque expressa facti species est in *l. 1. §. vlt. ff. de aqua plu. arcend.* Actor executionem Arresti, cui rei consenserunt, persequitur. Cum executor prædictus Balliuius in eo loco esset, fossam ex superiore parte prati reorum prædicta mensura aperiri curat, in qua fossa exiguum vetustatis vestigium erat, eo quod longo tempore lis durasset. Cum mensores ad id delegati extractam terram ad vtrumque latus prædicti prati *de l'Hospital* iacere vellent, rei intercedunt, & aiunt, se terram in prædicto prato suo excipere non teneri, quæ ex constructa prædicta fossa egereretur, vel etiam deinceps, si aggesta limoque expleta expurgaretur & mundaretur: verum actorem terram inde deportandam, vel, si ita ipsi videbitur, in suum iaciendam curare debere: qui contrarium asserit. Executor decernit, reos permittere oportere, vt hinc inde dextra læuaque prædicta terra iaciatur, iuxta textum expressum quoad hoc in *l. refectionis gratia. in fin. ff. commu prædior.* ibi, *vt spatium relinquat mihi dominus fundi, qua dextra & sinistra ad riuum adeam, & quo terram, limum, lapidem, arenam, calcem iacere possim.* Fossa & aquæductus in fundo alterius quomodo fieri & purgari debeat.

Hanc ad rem notandum est Arrestum de 3. Maii 1539 quo dictum fuit, Christophorum Ribardum appellatum non teneri aquas in domum sub aream Iacobi Vergerii appellantis cadentes retinere, eo quod probari posset, ambas has domos olim nonnisi vnam domum fuisse. B.

IX.

Differentia speciei huius Arresti & Arrestorum 5. 6. 7. præcedentium facile deprehendi potest: & ad declarationem eius, vt & iustæ sententiæ; quæ data hac in parte abhinc quatuor mensibus à iudice quodam Prouinciæ, quæ iure scripto regitur, cui periti literarum & experientia rerum instructi viri assederant, quorum vnus erat dominus Faber, Aduocatus celeberrimus in Parlamento, nonnihil de differentia ista hic dicendum est, non alia de causa, quam vt species huius facti intelligatur, & calumnia quorundam arguatur, qui hunc iudicem postea reprehendere voluerunt, & asserere, eum expresse aduersus 5. 6. & 7. Arresta supradicta iudicasse. Species facti hæc erat: Petrus Duretus coram iudice loci de eo conquerebatur, quod cum pratum ab omni seruitute liberum haberet, nominatim vero id ingredi, in eo fossas & incilia struere, & purgare, aquam in dicto prato existentem ducere, & prædictis incilibus extra prædictum pratum deriuare posset: nihilominus Simon Faber hanc suam libertatem turbauerit, isque prædicta seruitute intra dictum pratum suum vti voluerit, idque se inuito egressus fuerit. Postulat, vt in possessione negatoria aduersus prædictum Fabrum manuteneatur. Seruitus deriuandæ aquæ per fundum alterius ex... sum. Hic ei opponebat, infra pratum prædicti experientis interdicto alterum quoddam pratū se habere, ad quod irrigandum ab omni æuo & vetustate aquæ è viis superioribus manantes per pratum prædicti interdicto experientis immediate proximum, & ex eo in pratum prædicti opponentis per incilia deriuatæ & ductæ fuerunt, opponentem ius habere conseruandi, purgandi & custodiendi in prato prædicti interdicto experientis, id ingredi, eo ire & venire ex hac ratione, quando opus est, iure seruitutis acquisitæ, & tempore immemoriali conseruatæ, iustis & legitimis titulis & modis aduersus interdicto experientem, & prædecessorea ipsius in prædicto prato, videntes, scientes & patientes. Partes informare oportere decernitur. Interdicto experiens aliquot testibus probat, abhinc decem annis opponentem, & domesticos ipsius visos ingredi, ite & venire in prædictum pratum superius, purgare incilia, vt aquæ descenderent, neq; alio quam in pratum opponentis cursum flecterent: interdicto vero experientem id muro cinxisse, & postea vt & antehac ingressum nemini relictum liberum fuisse: nominatim noctu nonnunquam supra muros: ac de dic interdicto experien-

perientem & domesticos ipsius hanc possessionem videntes reclamasse, ac iis minitatos, qui pro opponente eo ira vterentur, qui dicebant id, quod facerent, se iure merito facere, & opponentem titulo seruitutis niti. Aliis testibus probatum erat, prædictum pratum interdicto experientis francum & ab huiusmodi seruitute immune esse. Opponens possessionem à se oppositam interdicto ex sufficiente tempore probabat, se sæpe pratum illud ingressum, ad aquas è viis in pratum prædictum, & ex eo in suum deducendas: pratumque superius ingressum, cumque in finem incilia & fossis purgasse & mūdas conseruasse. Iudex sententia sua dixit, interdicto experientem in huiusmodi conclusionibus aduersus opponentem, qui neque titulo neque euidenti iure nititur, admittendum: eumque in negatoria cum expensis, damnis & interesse manutenet. Hic opponens ad Iudicem Regium supremum appellat & repræsentat, iudicio hoc adeo fauorabili se prato suo deiectum, & reditu maxime necessario: adempta quippe sibi seruitute, qua ipse & prædecessores sui tam longo tēpore vsi fuissent, adaquandi pratum suum rationem nullam amplius sibi constare. Addit, in prima instantia præiudicium plane contrarium fuisse: puta, quia is ad probandos articulos suos admissus fuit: qua in re certam arrham obtinendi causam sibi constitutam, si eos scilicet probaret, prout facit: alioquin eum à primo statim limine depelli, neque eum in modum circumduci oportuisse. Interdicto experiens prædicta sententia nititur, & ait, huiusmodi seruitutem absque titulo non tolerari: allegat Arresta supradicta 5. 6. & 7. omnium rationū loco: & tertio ad Edictum de creatione Sedium Præsidialium ad declinandum Curiæ iudicium prouocat, & se velut restringit. Opponens affectatam hanc declinatoriam & causam, vnde procedebat, notat & ait, quoniam pratum suum, quod octingentis aut nongentis libris æstimat, inutile sibi foret, se in possessorio actorem esse, & ad Curiam prouocare. Iudex appellationis ait, male iudicatum fuisse, & opponentem manutenet in possessione deriuandi aquas, de quibus agitur, per pratum interdictu experientis & solitis incilibus, vsq; in pratum opponentis, ad id adaquandum & cogendum interdicto experientem præstandæ sibi patientiæ intrandi prædictum superius pratum, ad purganda incilia prædicto aquæductui seruientia, forma ac modo consueto: ne tamen prædictus opponens vel ab eo delegati hoc facto fructus prædicti prati impediant, neq; aquam extra vsum eius ducant, nimis excauatis prædictis incilibus, neque muros transcendendo, clam, aliove modo illicito intrent: id quod et expresse interdicitur. Interdicto vero experiens in expensas instantiarum principalis & appellationis, damna & interesse ex turbis orta condemnatus fuit. A quo prædictus interdicto experiens ilico ad Sedem Præsidialem appellat, timens, ne in Curia præueniatur. Lector æquus, si placet, notabit, vtrū species 5. 6. & 7. Arrestorum supra relatorum sibi inuicem respondeant, & ratio subsit consequentiæ ex iis deducendæ. Priora sunt de colligendo in fundo alterius, veluti id quod est de incolis Cagniacensibus qui repulsam tulerunt in eo, quod possessione immemoriali ius acquisiuisse se prætendebant sumendi, colligendi & cædendi folia viridia & ligna, in sylua Turenensi, ad dominam Marchionissam *de Rotelin* pertinente ad instruendas plateas ciuitatis suæ Festo corporis Dei, vt vocatur, quod pronuntiatū fuit Diuioni 14. die Augusti anno 1555. quodque refertur in *tit. de vsu syluæ num.* 6. Arrestum præcedens huius tituli 8. aduersus fratres Tunellos & factum prædicti Dureti similia sunt, & penitus à præcedentibus diuersa: id quippe neque de fructibus percipiendis neque in fundo alterius colligendis est, verum ad commoditatem suo tantum procurandam. Et vero, præsupposito pratum absq; aqua germinare non posse, singuli probe norunt, quemadmodum necesse est, vt fluat & aliunde ducatur & ex superiore prato: ita necesse esse, eam per inferius fluere nec detineri debere. Huiusmodi quippe defensio fructibus nocumento foret: atque hæc duo conueniunt per seruitutes duarum specierum, quarum vna est, aquam per fundum alterius in suum riuo ducere, de qua seruitutis specie loquitur Pomponius *in l. Refectionis* 11. *§. si per tuum fundum ius est mihi aquam riuo ducere. ff. Comm. prædior.* Altera est, aquā ita ductam & in fundo suo exceptam ac ad vsum fundi adhibitam fluere nec eius fluxum sistere, de qua loquitur Vlpianus *in l.* 1. *§. denique. ff. de aq. pluu. arc.* Atque notandum est, legem earum seruitutum mentionem facientem, eas fauorabiliter admisisse, vtpote necessarias, præcipueque declarasse absq; expresso titulo vsum & possessionem sufficere, per hæc verba in prædicto *§. denique*, qui ea de re loquitur. *Sane in seruitutibus hoc idem sequitur, vt vbi seruitus non inuenitur imposita, qui diu vsus est seruitute, neque vi, neque clam, neque precario, habuisse longa consuetudine velut impositam ex iure seruitutem videatur.* Quæ generalis quædam regula est in facti specie prædicti iudicii, vbi defectus expressi tituli huiusmodi seruitutis arguitur, quā Faber prætendit, puta deducendæ aquæ è viis per pratum Dureti, & ex eo in pratū Fabri inferius. De eo ad huc expressior dispositio est *l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiu.* Si Duretus dicere velit, se non teneri, vt pratum suum ingredi Fabrū patiatur, ad purganda incilia, quæ in eo sunt, & faciliorem aquæ transitum efficiendi, absque titulo; cuius defectum cumprimis notare voluit, cum probe sciat, titulo non opus esse ad ducendam & deriuandam aquam sub longa possessione, ei satisfit per prædictum *§. si per tuum fundum.* In quo expresse dicitur, si per tuum fundum ius est mihi aquam riuo ducere: tacita hæc iura sequi, vt reficere mihi riuum liceat: vt adire, qua proxime possim ad reficiendum eum ego, fabrique mei. Tantundem ait Vlpianus *in l. item sic possunt.* 3. *§. qui habet haustum, iter quoque habere videtur ad hauriendum. ff. de seru. rustic. prædior.* Atq; ad hūc effectum valet regula, quæ ponitur *in l.* 1. *ff. de iurisdictio. omn. iudic.* concessionē antecedentis necessario præsupponere concessionē consequentis, absq; quo prædictū antecedens inutile foret, prout docte scripsit Baldus *ad l. Quamuis. Cod. de fideicōmissis.* Adeo vt hoc articulo posito, puta absque titulo possessionem meam ducendæ aquæ validam esse, itemque hanc seruitutem continuam esse, & decennio præscribi, prout in propriis speciei nostræ terminis Imperator Antonius ait *in l. si aquam per possessionem Martialis eo sciente duxisti, seruitutem exemplo rerum immobiliū tempore quæsisti C. de seruit. & aqua, & in l. si quis diuturno vsu & longa quasi possessione. ff. si seru. vindicet.* in contrarium amplius valida responsio dari non potest: etsi quis dicere velit, seruitutem ingrediendi pratum Dutreti & purgandi incilia discontinuam esse & alterius generis, neque adeo facile & breui tempore præscribi posse: cum enim præcipua seruitus obtineat, hæc accessoria necessario insequitur, nominatim vero, si absque hac prior inutilis foret. ísque verissimus textus est *dicti §. si per tuum. & §. qui habet* supra allegati. Adde, quod nos in possessorio versamur, in quo partibus frui licere debet, eo modo quo

Seruitutes deriuandæ aquæ in pratum suum & ea postea pratum exonerandi necessariæ, legitimæ, quæ sunt, & eandem ac parem rationem habent.

Seruitutes quæ absque titulo acquirantur.

sui repetiuntur. Præterea pro maiore differentia prædictorum Arrestorum 5. 6. & 7. & de sylua Chagniaci cum hac facti specie, ius cõmune huiusmodi seruitutibus resistit, quæ prædictis quatuor Arrestis reiectæ fuerunt & reprobatæ: rationi quippe non conuenit, absque vlla causa possessionem acquirere ingrediendi fundum meum, fructus colligendi, herbam meam tempore interdicto depascendi, reditum impediendi, in eo venandi & ligna cædendi me inuito. Textus expressus est *in l. vt pomum decerpere liceat. & spatiar. in alieno possimus, seruitus imponi non potest. ff. de seruitutibus.* Verum in facti specie, de qua agitur, seruitus licita est & admittitur per prædictum §. *si per totum.* Tandem in speciebus prædictorum Arrestorũ, seruitutes reales non sunt; nam hic fundo dominãte & seruiente opus esset: verum in hac facti specie & Truncllorũ, seruitutes proprie reales nõ sunt, & pro seruitio fundorum parium, quos vtraque pars proximos ac vicinos possidet. Alioquin & prædictis fundis non extantibus, seruitutes acquiri non possũt etiamsi possessio duorum millium annorum spatio durasset. Textus in id expressus est *in l. si aliena res. §. hoc iure vtimur, & in l. quadam. ff. de acq. rer. dom.* Facit l. *Et si forte. §. Hæc autem actio. ff. si seruit. vend.* Quod sufficiet ad concludendum, facti speciem prædictorum Fabri & Duteti similem esse speciei prædictorum Puy & Trunellorum, de quibus iudicatum fuit Arresto Parisiensi, prout præcedenti capite continetur. Nota, qua prædictus Iudex perstrictus fuit, qui reformationem, à qua appellatum fuit, instituit, in peroratione ab Aduocato quodam facta fuit, qui cogitare debuerat, quantum honori eius detrahatur qui ita perorat & eius, de quo causam agit, aliter loqui, quam honeste & attente. Ad Iudicum nunc partem pertinet, quid super eo iudicaturi sint, animaduertere. Mihi equidem non constat, super eo adhuc quicquam iudicatum fuisse Iniquum enim esset & alienum ab officio, virtutem aliena iactura comprimere. Res tam aperta est, vt singulis pateat. Prædictus igitur iudex de errore à se non admisso seu se non errasse, certus esse debet, quem breui hac additione defensum volui, cum eum perpetuo procul à dolo & gratia atque ambitione egisse integre repererim. Econtra Aduocatus omnibus notus, quam vilis eius honor & quam peruersum eius iudicium sit, vt vere ei dici possit, quod Claudio dictum fuit: *καὶ σὺ ὁ γέρων ἦ μωρός.*

Seruitutes personales in fundo alterius reprobantur.

V. Consuetud. Parisi. artic. 79. & 80. de relationibus.

X.

Differẽtia seruitutũ & modus eas probandi.

Quæ supradicta vera sunt, quando per testes constat de possessione seruitutis, qui dicant & deponant sebene nosse, possessionem, quam videtur, præsẽtibus, videntibus, & scientibus aduersariis fuisse: prætendentem seruitutem in ipsorum præsentia dixisse & asseruisse, id iure seruitutis fieri, alioquin probatio legitima non foret ad obtinendam, super simplici possessione indiscreta, seruitutis declarationem, præcipue vero in actibus meræ facultatis aut familiaritatis, veluti eundi & redeundi, vel pascẽdi in fũdo alieno. Eaque est *l. final. ff. quemad. seru. amitt.* eo quod euenire potest, vt hi actus aliter fiant, & alio animo, quam seruitutis acquirendæ, verũ ex indulgentia vicinali, amicitia, insidiis, vi, vel alio modo quod seruitutem nullo modo inducit. Atque in eo complures Doctores nostri errarunt, nominatim Paulus de Castro *in l. Diuus. ff. de seru. rusticor. prædior.* qui nullam differentiam constituit inter actus meræ facultatis, & inter actus extra facultatem, veluti electioni alicui assistendi, iurisdictionem exercẽdi, & alios actus, quorum executio & possessio interdum solidum ius inducit: non vero in actibus meræ facultatis, veluti pascendi in fundo alterius: ad id enim vel possessione immemoriali ea, de qua supra, citra intrauallum vel interruptionem, opus est vel titulo cum possessione simplici, atque tum titulus probationem & interpretationem possessionis perfectam facit, puta eam iure seruitutis constitutam per doctrinam Pauli *in l. seruitutes 4. ff. de seruitutibus.* & Felini *in cap. de quart. de præscript.* Eaque species est litis, quæ iudicata fuit 15. die Octobris 1530. & Arresto de 21. die Iulii anno 1531. inter Ioannem Rapalum actorem vel petitorem Saluæguardiæ ab vna parte & Georgium Durantelium & Ludouicam Guyotã vxorem ipsius, reos ab altera parte super ipsorum possessorio seruitutis nomine Campaniæ, prætensæ à reis & negatæ ab actore, puta pascendi pecoris in prato prædicti actoris, sito in loco, qui dicitur, Foris, post primam herbam collectam, quæ eadem cõtrouersia est quæ supra posita de prato D. Imberti Rupellæ. Verum exitus plane contrarius fuit. Nam super simplici possessione cum antiquo opponentiũ titulo, prædicto Arresto dictum fuit, eos in possessione prædicti iuris & seruitutis Campaniæ in prædicto prato Foris manutenendos, eoque iure adhuc hodie vtitur Philippus Ganieus Aduocatus Regius Forosegusiensis, dominus de Foris, successor reorũ seu opponentium.

X I.

Quæstio agitata fuit & ampliata coram Iudice quodam Regio Pictauiensi inter duos vicinos, eo quod vnus eorum de nouo columbarium excitasset cuius columbæ volarent & pastum in alterius fundo quærerent: is interdicto possessorio experitur dicens se in possessione fundi sui ab huiusmodi seruitute pascendi liberi turbari. Dominus columbarii excipit & ait, se prædictum columbarium in suo ædificasse, seque id facere potuisse ad compendium exinde faciendum, eo tamen facto nullo modo se rem vicino suo incommodam & in odium eius facturum cogitasse. Quod si vicino suo id minime placeret, sed ex eo damnum perciperet, de eo conqueri non posse. Negabat id se inuidia aut æmulatione ductum fecisse, prout præsumi non posset, compendio quod ex eo faceret, inspecto, vt ait Accursius in Glossa ad hæc verba, *non teneri me, ad § vlt. l. fluminum. de damno infecto: Semper,* inquit ille, *præsumitur, quod non faciam animo nocendi.* Prædictus iudex super hoc conflictu interdictum admittit, & dominum columbarii condemnat ad soluendam singulis annis prædicto experienti interdicto, pro tempore quo prædictum columbarium in integro statu suo permanebit & interdicto experiens proximum fundum possidebit, certam quantitatem minutorum granorum. Reus ad id condemnatus appellat eamque appellationem in Parlamento Parisiensi persequitur, vbi Arresto dictum fuit, male iudicatum & reus ab interdicto cum expensis, damnis & interesse absolutus fuit. Aliud foret in septo cuniculario & leporario, qui plus damni, quam columbæ inferunt, prout notatur in *Arresto 30. tit. de rebus dominicalibus* supra. In hac materia, retenta supra posita facti specie, complurima consideranda veniunt, quæ desumta sunt ex doctrina Vlpiani *in leg. Fluminum. in fine.* & L. Proculus 26. & Pauli *in leg. Trebell. 25. ff. de damn. inf.* Primum est de interesse & damno dato vicino suo ex nouo quodam opere Secundum est de specie quadam damni, cuius nomine conqueri ait vlcisci se, nisi detecta inuidia quadam nemo potest. Tertium est, quando mani-

Columbarium non vicinorum cõtemptu de nouo excitari potest, modo quæ dece vicini cogere possent.

Septa cuniculorum & leporum citra veniã excitari nõ possunt.

Quando in suo fundo quis fieri possit, in vicini sui præiudiciũ

... tibi commoda ... potest ... mecum vti velim ... Si aqua ... Non sane, nihil enim dici potest me certa inuidia, & damni inferendi animum facere id, quod bono meo facio. Altera pars primi huius articuli a superiore differt; puta, si tam alte fodiam in meo, vt paries tuus proximus stare non possit & minam minetur, damnine infecti stipulatio committetur, vt vel ei intercedens vel damno facto, damna & interesse tuum petas? Ita sane, ait Vlpianus in prædictal. *Fluminum.* §. *vlt.* Nam etsi iure meo vtar nec quicquam faciam, nisi quod rei meæ commoditas & necessitas exigit; damnum tamen, quod infero nimis magnū est ac propterea in considerationem venit. Secunda pars est, iuxta sententiam Trebatii in *d. l. Trebatius,* etsi aliquo modo vicino meo damnum inferam in eo quod de nouo in fundo meo ipsius proximo facio, tamen damnum non adeo magnum est & compendium quod exinde facio, quoque ad id faciendum permotus fui, magnum est & consideratu dignum, prædictus itaq; vicinus conqueri non potest: veluti si columbarium de nouo ædificandum fuerit, vicini damnum, cuius ratio haberi debeat, inferri sibi ea re allegare non possunt. Postremum & tertium desumtū est ex si. prædicti §. *vlt.* & ex eo, quod supra dictum de puteo tam alte effosso, vt paries vicini stare non possit.

V. Consuetud. Paris. artic. 6. 9. *&* 70. & *annotata ad* § 32. *Tit.* 2. *lib.* 13.

TIT. II. DE VSVFRVCTV

ARRESTVM I.

Vsusfructus à marito vxori suæ relictus liberis existentibus.

VSusfructus mulieri liberos habenti relictus, de sola prærogatiua intelligi debet, & limitari ad sustentationem eius & alimenta *, prout dictū fuit Arresto Parisiensi 14. Augusti 1550. & plene scriptum extat *in tit. de morte ciuili,* in Arresto, quod incipit *Par expers.* Eaque est Bartoli singularis *in l. Titia.* §. *fin. ff. de leg.* 2. & Glossæ & doctor. *in Auth. Hoc locum. Cod. si mul. secund. nupt.* Dubium magnum fuit, vtrum vidua doatiaria & vsufructuaria mortuo marito suo prædicto iure vsusfructus & doatii, postulare & exigere possit recognitiones noui domini, & ad secundas nuptias transiens atque in prædicto doario & vsufructu suo permanens, tributum in quatuor casibus puta, matrimonii filiæ, itineris transmarini, captiuitatis & carceris bellici & nouæ equestris dignitatis: Quantū ad hos quatuor casus, quibus nonnulli adiunxerunt casum non acquisiti commodo & bono domanii domini, dubium non fuit, omnes que tenuerūt, huiusmodi debita personalia esse, neq; posse neque debere transgredi dominos proprietarios, prout ait Masuerius *in t. de tributis,* & præcipue obser-

Vtrum inta recognitiones noui domini & tributi in quatuor casibus à doariaria & vsufructuario peti possint?

... vna parte, & sorores & heredes prædicti defuncti.

* Quæ tamen per manus suas accipere potest, vt tenet Bartolus *in Authent. Hoc locum,* sive allegata ... & Ioannes Andreas *ad addit. specul.* ... Angelus *in l.* ... Alexander ... Franciscus Aretinus ... 40. Philippus Decius *consil.* ... plus commodi ... Stephan. Bertrandus *consil.* 418. ... ter alimenta legasset, quem si maritus ... fructus vero propria ... per manus vxoris suæ simpliciter ... *legat.* Cæterū limitatio ... quoq; habet in matre testatoris ... accipi debeat, ut denuntur ab Angelo *in d. Auth. Hoc locū* ... aequae in vxore ipsius, pro Paul Pic. *in repetit.* §. *fin. l. Titia.* ... pha. Bertrand. *Consil.* 36 *lib.* 1 ... *consil.* 105 ... *nuncupationibus* ... *ad Alexandrū Consil* 57 ... 1535 Molineus ... nutui suæ, existētibus ex ea nepotibus huiusmodi legatū re linquat, prout tenet prædictus Molineus qui refert ita fecisse, *ad Philipp. Dec. consil.* 454. Tertio hæc decisio non locū haberet, existentibus liberis, verum etiā quādo ... dente ... maritus matrem, fratrem vel sororem suam instituit, & vxori suæ omniū bonorū suorū vsūfructū legauit, si stamus sententia Petri de Anchara. *Consil.* 237. *verf. vestas ambitum.* Verum contrarium defenditur à Bartolo & Ioanne de Imola *in d. l. Titia.* §. *fin.* Angelo *consil.* 3 ... & *consil.* 372. Alexandro *in praalleg. consil.* 57 *lib.* 3 & *consil.* ... *in fin. lib.* 2. Sunt qui tenent, ꝙ hic de vxore dicitur, de marito quoq; intelligendum esse, quē vxor dominum & vsufructuariū omnium bonorum suorum reliquit, Baldus *in d. Authentic. Hoc locum, in fin.* Ioannes Nicol *in l. Generaliter, num.* 12 *Cod. de secund. nup.* & alii allegati a Francisco Mantica *lib.* 9 *de coniectur. vlt. ve unt.* ... *tit.* 7. *num.* 10. Verum eadem non subest ratio, quādoquidē pater vsufructuarius est bonorū liberorum suo. ... *l.* 1. *C. de bon. mater.* V. Boerium *quæst.* 194. *nū* 5. E cōtra hæc sententia & decisio locū minime habet, quādo tātū certæ rei vsusfructus vxori legatus fuit Bartol *in d. l.* ... *testamento.* §. *fi. de lega.* 2. *in d. auth. Hoc locum num* 8 Baldus *in l. Hac edictal.* §. *Hoc illud. in fin. in antiqua lectura. Cod. de sec. nupt. &* *consil.* 120. *in f. l.* 3. Guil Benedict. *in verbo catera bona, n.* 5 *in fin.* vel etiā media pars omniū bonorū testatoris Bertrādus *cōsil.* 57. *n.* 2. *l.* 3. vel maritus voluit, vt vxor sua onera hereditaria subiret, Bertrādus *in praalleg. consil.* 36 *lib* 1 Molineus *in annot. ad Philip. Dec. in d. consil.* 418 Mantica *loco praalleg. n.* 11. vel vt ea aleret liberos suos, Bertrandus *consil.* 369 *lib.* 2. Idem si addidit, eam posse de omnibus fructibus disponere, & eos citra vllam exceptionem retinere, Marian Socinus *iunior in ter consilia Bart.* Soc. *cons.* 1. *lib* 4 Molineus *ad Dec consil.* 454 vel si liberos suos mortua seu post mortē vxoris suæ instituisset, Paulus de Castro *consil.* 463 ... Molineus *in prox. mox cit. loco.* Regula quippe locum minime habet, vbi ex testamento aperte de voluntate testatoris constat. Verum in eo coniecturis concludentibus opus est, neque sufficeret, si testator vxori suæ integrum vsumfructum omnium bonorum suorū reliquisset, vt ait idem Molineus *ad Alexandr. consil.* 56. *lib.* 3. *& ad Phil. Dec. d. cons.* 418. vel his verbis vsus fuisset: *Ea fruatur & Fructus suos faciat,* eo quod hæc verba plus quā simplicem vsumfructum non inferunt, vt ait Chassanæus *consil.* 11. *nū.* 16. Conclusionis locu notabitur, hanc decisionē minime locum habere tum cum liberi ante matrem suam defunguntur & decedunt: hoc casu quippe ea integrum vsumfructum habet, licet ei quis substitutus sit, iuxta doctrinā Bartoli *in l. Sicut: Quib. mod. vsusfr. amitt. & in l. si ita scriptū fuerit. D. de manum. testam.* & aliorū allegatorū a Mantica *nu* 19. vel si bona

ob

ob delictum liberorum confiscata fuissent, Curtius senior, *consil. 14.* T.

II.

Manus iniectio ad petitionē creditoris facta in bonis, quorū debitor proprietarius est, & alter vsufructuari⁹.

Vicisima quarta Iulii 1584. in Parlamento Parisiensi in magno Auditorio D. Harlęo primo Præside sedente, audiri fuerunt Villerius Aduocatus Petri Morandonii, appellantis à sententia quadam, quę data à D. Bouino Consiliario in Curia Parlamenti Præside iuridicundo Claromontii constituto post consessum Comitiorum seo maiorum dierum Claromontanorū, & Seruinus Aduocatus Margaretbæ Archimbaudiæ, viduæ Antonii Vigeralii appellatæ ab altera parte, vbi prædictus Villerius proposuit, prædictum Morandonium creditorem esse Francisci Vigeralii filii Antonii Vigeralii, qui testamento prædictum Franciscum filium suum vniuersalem heredē sibi instituit & prædictæ Archimbaudiæ vxori suæ ob seruitia & officia, quæ sibi præstiterat, vsumfructum omnium & singulorum bonorum suorum legauit, atque quo sibi solueretur, quod prædicto Morandonio deberetur, eum bona prædicti Francisci debitoris sui pignori capi curasse, prædictæ vero capioni prædictam viduam ratione vsusfructus sibi legati intercessisse, super ea re partes auditas fuisse coram prædicto domino Bouino, qui sententia declarauit, prædictam viduam vsufructuariam iusta de causa sese opposuisse, decreuit manum à fructibus captis laxandam, eamque vsufructu suo iuxta testamentum defuncti Antonii Vigeralii mariti sui fruituram, saluo Morandonio creditori propter debitum suum agendi iure aduersus Franciscum Vigeralum super proprietate bonorum, de quibus agitur, eorumque iudicis decreto & authoritate adiudicandorum, sub conditione tamen & onere vsusfructus prædictæ viduę: ab eo prædict⁹ Morandonius appellauit & conclusit. Grauaminum suorum loco dixit, debitum suum liquidum esse & extra controuersiam, quod si vsusfructus vniuersalis sit totius hereditatis, testatorem & patrem Francisco filio suo legitimam portionem cum fructibus liberam & immunem ab omni onere relinquere debuisse, per *Authen Nouissima. de inof. testa.* eamque legitimam creditorem æque ac cætera, quæ filius prætendere posset, capere posse. Præterea noturie in iure obseruari, omne legatū vsusfructus vxori existentibus liberis relicti, restringi & limitari oportere ad alimenta prædictæ mulieris, iuxta qualitatem ipsius, residuo filio heredi relicto, prout ait Bartolus *ad l. Titio. §. fi. de leg. 2.* Igitur appellantem intermittere non potuisse, quominus prædictam manus iniectionem persequeretur atque ita se indemnem præstaret, & solutionem cōsequeretur æris sui, ex iuribus, quæ ad prædictum heredem proprietatiom pertinēt. *Seruinus* pro appellata in oppositione sua perstitit & dixit, prædictum creditorem appellantem ad proprietatem agere potuisse, non vero ad fructus: licet dici possit, prædictum Franciscum filium & heredem iure prædicto testamento contrauenire potuisse, tamen cum horum nihil fecerit, sed è contra officio obedientis filii perfunctus patienter iudicium patris secutus fuit, prout facere debuit, per *l. qui quod per legem Falcidiam ff. Ad l. falcid. l. Parentibus in fin. Cod. de inoffic. testament.*

Creditor iuribus debitoris sui vti non potest quibus is facile carere potest.

ac per consequens necessariam, si de nullo conqueritur, creditorem siue pro se siue pro filio agere non posse. Qui si querelam de testamento instituere voluisset, & legitimam cum fructibus recuperare, qua post mortem patris sui frueretur, vel etiam ad prædictam rigidam restrictionem deuenire, eum veluti heredem vsufructuariæ aliunde compensare debuisse, iuxta doctrinam eorum, qui scripserunt ad *l. vxorimeæ 37. de vsufructu legato.* & ad prædictam *Authent. Nouissima.* eo quod legatum vsusfructus ad onus heredis pertinet. Absque eo non excedit dodrantis æstimationem, facta computatione iuxta sententiam Iurisconsultorum ad *leg. omnium. ff. de vsufructu.* Nominatim vero hoc in casu notabilem esse, *leg. Hereditarium computationi. ff. Ad legem Falcidiam*, qua legatum vniuersale vsusfructus, de quo agitur, immodicum esse, & tempus quo durare potest excedere non debet, habita ratione ætatis vsufructuariæ, quæ annorum est. Igitur, si filius patris voluntatem secutus est, his rationibus motus, aut pietate ductus aut quia noluit petere, quod forte ei debebatur siue quod aliunde viuere posset, siue etiam quia liti immiscere se nollet, neque conueniere & contradicere compensationi, quam mater petere potuisset, certum esse creditorem controuersiam & disputationem mouere non posse, quam filius proponere & agitare noluit. Notabiles essent, eximiæ & spirantes rationes prædicti Seruini Aduocati quæ tum ab eo auditæ fuerunt, tam ex testamento Fului, de quo Cicero *in Oratione pro Cæcinna* loquitur, quam ex Iureconsultis, *in leg. si mulieri. ff. de vsufru. accresc.*

Ad alimenta vsufructus vniuersalis restrictio non est.

Cvria Arresto suo, quod pronontiatum à prædicto domino Harlæo primo Præside, die quodam Martis. 24. Iulii 1584. ex gratia appellatione citra multam in irritum deducta, decreuit, id à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suū sortiri oportere.

Vide quæ scripsit Robertus, *rer. iudicatar. lib. 3. cap. 12.* D. Maynardus *lib. 7. Quæst. suar. notab. cap. 8.* L. C.

III.

Vsusfructus duobus retentus vel acquisitus, pro parte decedentis extinguitur, si vnus moriatur.

Maritus & vxor bona sua in quendam cognatum donationis titulo conferunt, retenta certa pensione seu certo reditu frumenti, vini, pecuniæ & aliarum rerum annua, ad dies vitæ suæ, pro sui sustentatione, vel etiā retento vsufructu (citra pensionē) bonorum donatorum. Si vnus eorum moriatur: alter superstes nonnisi mediam partem pensionis vel vsus fructus retenti habere & consequi potest. Textus hanc ad rem expressus est in *l. Dominus fructuarii in fin. ibi, partium emolumentum ex persona vita decedenti ad dominum proprietatis recurrit. ff. de vsufructu.* Et quoad pensionem alimentariam, textus est in *l. Alimenta §. Basilica. ff de alimentis & cibar. legat.* & dict. per Bartolum in *l. Reconiunctis ff. de leg. 3.* Atq; ita * iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 8. Iunii 1459. pro Stephano de Plastro reo, aduersus Annam Vicennam viduam.

* Eaque decisio est Guidonis Papæ *quæst. 204.* quæ locum non habet in vsufructu duobus re & verbis sub onere quodam personali coniunctis relicto. Angelus *consil. 153.* incipit, *Rusticus.* vbi loquitur de testatore quodam, qui vsumfructum quorundam fundorum duobus Monachis reliquerat, quamdiu in Monasterio certo permansissent, & ibi diuino cultui ministrarent: & definit, morte vnius partem alteri accrescere.

IV.

Vsusfructus incendio extinctus.

In quadam facti specie combustæ domus, in qua vidua ius vsusfructus & dotaru habebat, heredes vero proprietatem, quam heredes illi reædificari & refici curant: prædicta vidua in ea habitationis ius sibi competere contendit, & iure vsusfructus sui in ea commorari vult, oblatis sumptibus & impensis meliorationis: dicens quoque non omnia combusta fuisse, verum cellam & puteum igne liberatos præter aream, in qua domus erat, remansisse. Heredes aiunt ex huiusmodi incendio neque areæ neque cæmentorum vsumfructum deberi, *l. Repeti. §. rei mutationem. ff. Quib. mod. vsusfr. amitta.* & vsumfructum ex

eo

eo peremptum, *l. Seruitutes, § ſublatum. ff de ſeruit. vrb. prad.* Arreſto Pariſienſi dictum fuit, cellę & putei prouentum ſeu reditum certa ſumma anoua æſtimaodom, qoæ viduæ pro doario & vſoſtuctu ipſius ſolueretur, eaq; quoad cætera repoſſam tulit.

[b] Vide Robertum *lib. 4. rerum iudicat. cap. 8.* & Maynard. *lib. 4. cap. 8.* I.C.

V.

Vſusfruct⁹ profeſſione non extinguitur.

Si vſufructuarios aliam religiouem, quam Mendicantium, profiteatur, ea profeſſioue vſusfructus oon finitur, neque durare ceſſat, per Gloſſ. *in auth. idem eſt in sis in verb. ex lege.* ibi, *item ſi pater fructuarius monachatur. C. de bon, qua liber.* Ita iudicarum fuit Arreſto Gratianopolitaoo, anno 1461.

Deſumptum ea deciſ Guid Pap. 477 & 595. I.C.

VI.

Vſusfruct⁹ patri vel alio male administraoti adimitur.

Arreſto Curiæ Bordegalenſis, quod datum 18. Ianuarii 1521. iudicatum ſuit pro Aoronio Altaripa, aduerſus auum ipſius vſufructuarium, & nonnullis bonis aduentitiis prædicti Antooii abſentem, prædictum auum ab adminiſtratione & vſufructu prædictorum bonorum repellendum, neque admitteodom ad oblationem ſatiſdationis: ſaluo ei iuſta taxa leo æſtimatione alimentorum pro qualitate ipſius, iuxta ſenrentiam Socini *in conſil. 34. quæſtione 4.*

Pater pro mobilibus filii ſatiſdare tenetur.

quæ tamen communi contraria eſt, qua tenetur, ſi de booisagatur, in quibus pater vſumfructum habere debet, eum pro mobilibus ſatiſdare teneri: atque hoe inter partē & filium admittitur, per *l. habemus.* & ibi Bartolus & Doctores, *C. ad Trebellian.* Quod ſi pater ſatiſdare non poſſit, iudex ex officio decernere poteſt, vt prædicta mobilia in poteſtate & adminiſtratione mercatoris cuiuſdam idooei deponantur, qui ea non otioſa relicturus eſt: verum bene collocaturus: cuius vſusfructus patri relinquetur, poſteaqnam prius alimēta liberorum exiode detracta fueriot, *l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc.*

VII.

Vſufructuarius interdicto *vnde vi* experiri poteſt.

Arreſto Burdegalenſi, qnod datom 12. Octobris 1548. dictum ſuit, viduam vſuſfructuariam poſt mortem mariti ſui poſſeſſione deiectam, reſtitui debere. Vſufructuarius quippe naturaliter poſſidet, *l. naturaliter. in princ ff. de acquir. poſſ.* & ibi Gloſſ. *& l. poſſeſsio eod.* Aceapropter interdicto *vnde vi*, quod nos *Redintegrāda* appellamus, experiri poteſt, ſi poſſeſſione deiiciatur, vel etiam quo minus frui poſſit, impediatur, *l. 3. §. vnde vi. & §. pertinet. ff. vnde vi.*

VIII.

Vſusfruct⁹ patri acquiſitus, quando proprietati ad filium ſpectāti conſolidetur.

Viceſima tertia Iulii 1530 Arreſtum Burdegalis datum fuit, Præſidetum defuncto domino Boerio, inter Gaucherum Alexandrum mercatorem Petrocorienſem, & vxorem ipſius, petitores in auctione publica ab vna parte, & Rudolphum *du Bou* filium debitoris, ſuper qtio prædicta auctio ſiue ſubhaſtatio inſtituebatur, opponentem, ad finem diſtractionis, ab altera parte: quo Arreſto dictum ſuit, vſumfructum bonorum haſtæ publicæ ſubiectorum ad patrem debitoris pertinentiom, vendendum & adiudicandum ad dies vitæ patris, filium vero proprietatium ab exceptiona ſua depellendum, ſub conditione tamen alimenta filio prædicto præſtandi, pari ratiooe vti pater faciebat, ad proprietatem ipſi conſeruandam, ne venderetur, & diſſiparetur. Super hoc Arreſto quatoor caſus notari ſolent: Primum, quo caſu patris bona ob æs alienum vel alterius rei nomine, haſtæ publicæ ſubiiciuntur, ea qua cauſa poteſtas patria minime amittitur vel finitur, vſumfructum etiam ſequi vſque ad dies vitæ ipſius. Eaque ſententia eſt Alexandri poſt Ludouicum Romanum *in l. ſi finita. §. de vectigalibus ff de damno infecto.* Secundu, ſi ob huiuſmodi publicationem bonorum prædicta patria poteſtas amittatur, vt ea cauſa capitali, filium proprietarium vſumfructum ad ſe trahere. Eaque eſt ſenteotia Baldi *in l prima. Cod. de bonis quæ liber.* Tertium eſt, ſi id ea crimine fiat ex quo tamen poteſtas patria non diminuitur, tum huiuſmodi publicatio vſumfructum quoad durat, ad imit. Et ita iudicarom fuit Arreſto Pariſienſi anno 1540. pro defuncto illuſtri Ioanne Albonio, Equite Ordinis, domino Sant-Andreano, Vice-Comite Miremontio, aduerſus quendam vaſallum ipſius Miremontanum nomine Crepatiom, pro feudo Durtholii, eo quod io iuriſdictione feudi ſui male verſatus fuiſſet: quæ prædicto domino Vice-Comiti adiudicata fuit, vt eam nomine ſuo vſque ad dies vitæ prædicti Crepatii poſſideret, proprietate liberis ipſius reſeruata, quibus ante ſecus geſta, quæ ſuperius dicta ſunt, adquiſita fuerat. Quartus caſus eſt, æquitas alendi filii duabus ex rationibus ſumpta: prior eſt, quod pater vſufructuarius iure naturæ & officio naturali ad alimenta exhibenda tenebatur, *in princ. de iur. natur. gent. & ciuil.* Poſterior ratio, ne proprietas diſſipetur, *l. 2. in fin ff. de alim. & cib leg*

Deſumptum ex D Boerio *deciſ. 61.* V. Coraſ. *1 centur. cap. 25.* & Maynardum *lib. 2 cap. 7. quæſt. ſuum* I.C.

IX.

Filius ex delicto bona ſua amittens, patris vſufructui nō præiudicat.

Altero Arreſto Burdegalenſi proprietas bonorum Equitis Luſigniacenſis confiſcata fuit, & ob delictum iis manus iniecta, executio ſuſpenſa vſque quo vita defunctus fuerit pater vſufructuarius, quod datum 28 Iulii 1521. Ac quamuis lege ciuili filio interdictum ſit, ne citra conſenſum patris immobilem rem alienare poſſit, *l. cum non ſolum § filius C. de bon. quæ liber.* id tamen de alienatione ex delicto, quæ neceſſaria eſt, non intelligitur, vt not. gl. *in l. etſi condemnatus ff de noxal action.*

X.

Vſusfructus bonorum filii ad patrem an ſpectet.

Nonnulli teoueruot, quod quandoquidem parentes in Francia in liberos ſuos eam poteſtatem non habent, quæ eis de iure data eſt: ita vſumfructum bonorum aduentitiorum prædictorum liberorum ſuorum non habeant, aduerſus *leg. cum priores. Cod. de bon quæ liber.* Itaaq; ea iudicatum fuit in lite Philippi Paris, anno 1538. Nihilominus eo non obſtante, in lite quadam Rupellæ agitata, in qua filius quidam poſt mortem patris ſui à nouerca ſua vidua prædicti patris ſui petierat fructus, quos ſuperſtite patre ea bonis prædicti filii aduentitiis maternis perceperat, quæ ſe per prædictam *leg. cum oportet*, ipſe vero abrogatione huius legis tuebatur: Arreſto Pariſienſi pro vidua iudicatum fuit, qood Imbertus abſque data allegat, ea forſan de cauſa, qood indecens videri potuit de re poſt mortem patris, aduerſus hæredes ipſius diſqoirere.

XI.

Sequeſtrū vſusfruct⁹ ob cautionem non præſtitam.

Si vſufructuarius, qui cautionem præſtare debet, veluti vidua hæredibus mariti, per *leg. vſusfructus. Cod. de vſufructu.* ſatiſdare noo poſſit, oon ideo iudea poſſeſſionem ſeu fruitionem prædicti vſusfructus ſiſtere ſeu interrumpere debet, verum rem, in qua prædictus vſusfructus conſiſtit, apud ſequeſtrum deponere & Curatori dare debet, qui eam elocare, vel etiam annuum emolumentum ex eo quærere, idque tradere viduæ vel alteri vſufructuario tenebitur, *l. u cui. §. Imperator. ff. vt in poſſeſſ legat.* Guil. de Cun *in l. vſufruct. Cod. de vſufruct.* Atque ita iudicatum fuit Arreſto Gratianopolitano, quod citat Guido Papa *quæſt. 250.* Nihilo-

hilominus si vidua postea cautionem præbere possit, vsusfructus ei tradi debet, secundum modum Arresti 12. supra titu. de momentanea possessione.

XII.

Idem.

Nihilominus eo non obstante, si heredes, quibus satisdatio exhiberi debet, donatoris liberi sint & viduæ, ob affectionem maternam, prædicta satisdatio remitti debet, arg l. Iubemus. §. 1. Cod. ad Trebellia. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat Imbertus absque data in Enchiridio suo. in verbo, Vsufructuarii satisdatio. Verum id pro vidua, quæ ad secundas nuptias non conuolauerat, iudicatum fuit. Alioquin enim si secundo nupserit, ea omnibus suspicionibus exoneratur, vnde occasio exigendę cautionis oritur, neque amplius tuto ipsi credi potest, prout ait Paulus de Castro in d. l. Iubemus. §. 1.

XIII.

Vsufructuario mortuo, heres ipsius non nisi fructus ante mortem ipsius à solo separatos lucratur. Iudicatum Arresto 19. Maii 1589. quod refert D. Renatus Choppinus de legibus Andium lib. 3. tit. 1. art. 4. V. D. Tiraquell. tract. de retract. conuentio. §. 54. I. C.

TITVL. III. DE VSV SYLuarum, & ne arbores, pendente lite, cædantur.

Ad hanc materiam videantur Arrestum 2. de turbato dominio & 9. de Demanio, Constitutiones de aquis & syluis, & Commentar. Malleuelli ad easdem, & tit. 19. cap. 109 Collectio. mea de determinat. & Consuetudines, nominatim consuetud. Niuern. eius tit. de lignis & syluis, cum cōmentari. D. Guidonis Coquillei. I. C.

ARRESTVM I.

Vsus syluæ certo siluæ loco limitari potest.

VSum syluæ ad calefaciendum vel ad ædificandum habens, asserere potest, hoc ius per totam syluam ad se spectare & in singulis syluæ partibus, l. vsus pars. in finem. ff. de vsu & habitat. Attamen ne sylua deformetur, ius dictum vsus syluæ certo loco limitari debet, ne vlterius excedat, residuo scilicet à prædicto vsu libero domino & proprietario id postulanti permanente. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Petrum Bidelennm, 5. Martii 1531. Isque textus est l. Diuus. §. fin. & l. denique. in pr. ff. de vsu & habitat, quæ leges ad hanc limitationem notandæ sunt

II.

Idem.

Postea duodecima die Februarii anno 1553. Arresto Parisiensi vsus syluę à quibusdam incolis prætensus & contradictus, per prouisionem restrictus fuit ad tertiā syluæ partem, in qua prędictus vsus prætendebatur. Dominus Lucius libro. 7. titulo. 7. Arresto 3.

Remissiuum.

Quo facto vsuarii proprietarii & possessoris possessionem & perceptionem fructuum impediunt, prout in vsu non limitato & circumscripto facerent, quo singuli promiscue vtuntur. Isque textus est bene intellectus l. Fundi. §. sicut. & l. denique. de vsu & habitatio.

III.

Vsuarii syluæ abutentes, vsum amittunt.

Vniuersitas incolarum vsum syluæ & lignorum habens, quoad vsum priuatum, veluti ad ædificandum & calefaciendum vtatur, eo abuti non potest, veluti ligna vendere & pro lubitu sumere, quo sylua detorqueatur & deuastetur, l. Arboribus. 12. ff de vsufructu. Quod si id faciant nec postea à proprietario commoniti desistant, ingrati sunt & indigni declarandi prædictoque vsu priuandi. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Ludouico Laugestho & Maria ab Atriis vxore ipsius, aduersus incolas R...vx, relatore D. Brulardo Consiliario, 3. Iunii ... Ita dictum tamen Arrestum intelligitur de sylua materiaria: si enim ligna cædua sint, vsufructuarius & vsuaria ... tempore opportuno in eadem conditione versantur & tempore opportuno cædere possunt: alioquin vsus inutilis erit, l. Diuus. in princip. ff. de vsu & habitat.

D. Lucius lib. 7. tit 7. de vsu nemorum, Arr. 1.

Incolæ vsum syluarum habentes, iis vti non possent pro arbitrio suo, etiamsi ad vsum suum necessarium ... rum Saltuario prius id denunciare, vt arbores quarum ... gent, consignare, debent: alioquin si opportuno tempore & loco facta Saltuario denuntiatione, is non satisfaciat, ... tum iis est propria autoritate citra fraudem cædere ... ma vsus est constituta compluribus Arrestis ... quæ allegat Imbertus: qui insuper ait, Arresta se vidisse, quibus ... discreta forma & pro lubitu & voluntate concessa, licet ... pore immemoriali obseruata, tanquam non præscripta ... cta fuerat, ob qualitatem vsuarii, quæ fruitionem ... nō pro suo, sed pro opinione domini determinat, l. cum ... ff. de acquir. possess. I. C.

IV.

Vsus syluæ materiariæ determinari debet iuxta consuetudinem boni patrisfamilias, puta ligna arida & infrugifera sumere, glandem & pascua. Atq; maxima differentia est inter syluā cæduam & syluam materiariam, syluam enim cæduam cædere & vendere fructuarius potest, l. item fundi. §. finali. cum duabus. seqq. ff de vsufructu. materiam vero succidere & vendere non potest, l. Arboribus, in prin. ff. eod. Atque ita iudicatū fuit Arresto Burdegalensi 1. Iunii 1535. pro dominatrice la Isabella S. Mauri doatiaria aduersus Ioannem de Rupe. Textus l. denique. ff. de vsu & habitat. adhuc expressior est.

Edicto anni 1572. cæsura syluæ cæduæ determinata fuit, vt tertia pars ab Ecclesiasticis & Vniuersitatibus relinqueretur, quo ad materiam siue grandes arbores excrescant: & postea anno 1573 altero Edicto ad quartam redacta fuit pro Ecclesiasticis Arresto interioris Concilii B. V. Cartham Normandiæ, quam vocant.

V.

Pro domino Cardinali Lenuncurtio, Abbate S. Remigii Rhemensis proprietario syluarum Giuitensium, aduersus incolas Giuitenses, iudicatum fuit Arresto Parisiensi, concluso in Camera Domanii 6. vel 7. Septembris anno 1545. eos incolas vsuarios duntaxat intelligendos, quorum domus ante 40. annos essent extinctæ, aut veteribus fundamentis, ab eodem tempore superstructæ.

Lucius lib. 7. tit 7. Arr 4

VI.

Incolæ Chagniaci in Burgundia prætendunt aduersus dominam Marchionissam de Rotelin, Iacobinam de Rohan, ius & possessionem ex omni & immemoriali tempore se habere ingrediendi, colligendi, cædendi & vehiculis, carrucis aliove modo deducendi ramos, viridia & ligna è sylua Turenensi in territorio prædicti Chagniaci sita, ad instruendas plateas festo Corporis Christi. Et quamuis probassent, immemoriali tempore prædicto iure se vsus, & consuetudinem iis acquisitam fuisse & Officiarios prædicti Chagniaci, saltuarii & alii huiusmodi vsum confirmassent designatis locis, in quibus prędicta viridia sumerent: nihilominus eo non obstāte prędicta domina interdicto illorū sese opponens, quæ pro turbatrice conuenta fuerat, eo quod autoritate Iudicis vsu illis interdici curasset, integrum syluæ suæ vsum obtinuit: & Arresto Diuionensi prædicta domina Marchionissa in iure possessionis negatoriæ prædicti vsus manutenta fuit, & interdicto experientibus interdictum, ne sumerent vel

cæde

cæderent ligna vel ramos in ſylua, de qua agitur: quæ bannalis prædictæ dominæ declarata fuit omni tempore, ac nominatim tempore prædicti feſti Corporis Chriſti, niſi prædicta domina vel eius Officiarii permittant, cum condemnatione in expenſas inſtantiæ, damna & intereſſe turbatum. Prædictum Arreſtum datum fuit 24. die Auguſti 1555. Textus *l. vt pomum decerpere liceat. ff. de ſeruitutibus*, hanc ad rem expreſſus eſt.

VII.

Prohibitio cædendorum lignorum pendente lite.

Pendente petitorio vel poſſeſſorio hæreditatis vel bonorum, iudex requirente id vna ex partibus, alteri parti, vel etiam poſſeſſori interdicere poteſt, ſi lis petitoria ſit, ne arbores cædat, nec deuaſtet vel corrumpat id, de quo agitur, per prouiſionem, antequam iura ſeu allegationes partium audiat. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 12. Ianuar. 1528.

VIII.

Idem.

Arreſto Pariſienſi, 1. die Auguſti, anno 1553. perorata appellatione inter incolas Chalmazelii appellantes ab vna parte, & illuſtrem Ludouicum Chalmazelium dominum ipſorum, appellatum ab altera parte: quoad principale, in quo ſyluarum Chalmazelii proprietas cum prædictis Incolis communis eſſe prætendebatur, ad Balliuium Foroſ. guſienſem partes remiſſæ fuerunt, & per prouiſionem prædictis appellantibus interdictum, ne ſumerent, arbores neque ligna venderent, vel aliter alienarent, quam ad vſum ipſorum, ad ædificandum, ad calefaciendum neceſſaria, & vt bonus paterfamilias vti ſoleret, per *l. fundi. 15. in fin. ff. de vſu & habitat.* Cæterum ſingularis eſt textus in *l. Plenum. in princip. illo titulo.* in qua lege vſus ſylnæ pro huiuſmodi vſuariis declaratur, iuncta Gloſſa *in verb. compendium.* Et certe id abuſus potius foret, quam vſus, ſi Vſuarius arbores vendere, & compendium inde facere vellet, cum ad vſum quotidianum tantum ſumere debeat. Quemadmodum horti mei vſu ad dies vitæ tuæ tibi conceſſo, fructus colligere, braſſicam, betam, & oleribus, & floribus & aliis ad quotidianum vſum & domus tuæ neceſſariis vti licet: non vero ea vendere: hac quippe re abuteretur vſuarius, non vteretur. Eaque verba ſunt *d. l. Plenum.* quæ hanc in rem expreſſa eſt.

IX.

Determinatio ſingularis de vſu ſyluæ inter dominum iuſtitiarium & ſubditos ipſius vſum ſyluæ habentes.

Poſtea, dirempto principali Arreſto Pariſienſi, 23. Martii 1561. quo confirmata ſententia Balliuii Foroſeguſienſis vel Locumtenentis ipſius, quod datum Mombriſonii 9. Iulii 1558. pro determinatione maiorum ſyluarum Chalmazelii, quæ vocantur Angleuoux: & Chapoilloux, poſtulata ab illuſtri Franciſco Chalmazelio ſucceſſore & filio ſupra nominati illuſtris Ludouici, aduerſus incolas prædicti Chalmazelii, prædictæ determinationi intercedentes, vſuarios prædictarum ſyluarum, dominium & adminiſtratio earum ad prædictum actorem dominum iuſtitiarium pertinere declarata fuit, ad eas conſeruandas, & ad vſum ſuum neceſſarium reficiendi & meliorãdi caſtri ſui Chalmazelii impendendas, vt prędictum caſtrum in integro ſtatu ſartum rectum aduerſus omnem deſormationem & deuaſtationem cuſtodiat: ſub conditione vero, vt prædictis reis vſum earum relinquat, quorum nomina in polyptycha prædicti actoris einſque libros cenſuales relata ſunt, vel etiam ab his deſcendentibus, qui olim quicquam, quod ad prædictum vſum in prædictis polyptychis recognouerunt, vel etiam ab iis ius & cauſam habentibus, incolis & inhabitantibus, in territorio & iuriſdictione prædicti Chalmazelii, quibus prędicto Arreſto interdicitur, reiecta antiqua vtendi forma in futurum, prout antea proprio arbitrio & libera voluntate ad deſormationẽ & deuaſtationem prædictarum ſyluarum vſi fuerant, iiſque deinceps duntaxat permittitur, iuxta conſuetudinem boni patrisfamilias vti, puta, iure paſcendi, & paſcuis pro ſuis pecoribus, neque extranea paſcere pecora, citra veniam ac permiſſionem prædicti poſſeſſoris, cędere & deuehere arbores & ligna ad priuatum & communem ipſorum vſum intra prædictum territorium, exempli gratia, ad calefaciendum, ædificandum; fundos & prata claudenda, inſtrumenta ruſtica & agriculturæ inſeruientia conficienda, citra dolum & fraudem, neque vel vendere, vel aliò exportare. Itemque ne prędicta occaſione abutantur: verum ad calefaciendum primum arida ligna adhibeant: pro ſepiendis & claudendis fundis faſtigia & ramos arborum, qui pro altero vſu cæduntur, nec teneriores plantas ad eum vſum ſumantur, idque ſub pœna priuationis, qua & indigni declarentur, & prædicto vſu ſpolientur. Quæ omnia vt rite obſeruentur, & executioni mandentur, prædictus dominus ſaltuarium ordinarium eo in loco conſtituet, quem prædicti rei adire cogentur, quique quamprimum ab aliquo ex illis commonitus fuerit, arbores, quibus maxime indigebunt, conſignabit, tam quo omnis deformatio & deuaſtatio ſyluæ prædictæ euitetur, quam quo cuilibet prædictorum incolarum vſuariorum, id quo opus habebunt pro domorum & prædictarum ſyluarum diſtantia, ne inuicem longius remoueantur ad vehiculorum ducendorum facilitatem, attribuatur. Eaque conſignatio pro qualitate & neceſſitate prædictorum reorum domorum fiet: quibus reis & incolis vſuariis permittitur, vt quo caſu prædictus ſaltuarius indebite ei, quod ſupra dictum, ſatisfacere differat, poſtquam ei opportuno tempore & loco id faciendum denunciauerint, propria auctoritate à prædicto die citra violationem & fraudem cædant, ſumant & [illegible]chant. Attamen ex omnibus, quæ ſupra in omnibus aliis capitibus continentur, prędicti incolæ nullas arbores neque cædere neque abducere etiam ad vſum prædicti actoris poterunt, niſi facta à prædicto ſaltuario declaratione & conſignatione, tum ſcilicet, cum ordinarias vecturas & manuales operas præſtant, condemnauit quoque prædictos reos in expenſas prædictæ inſtantiæ prędictam determinationem concernentis, citra damna & intereſſe prætenſæ prædictæ deformationis & deuaſtationis nomine.

X.

Dominus à Villategia reſcriptum à Rege impetrauerat ad continuandum ſyluæ vſum in 9. annos, approbatum in Camera rationum, & Curiæ obtulerat: vbi Arreſto, 1. die Iulii 1549. prædictus vſus ad quinquennium reductus fuit. Arreſtum hoc extat ſupra *lib. 5. tit. de domanio Regis.* & vltimum eſt.

Vſus ſyluæ in 9. annos ad quinquennium reductus.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

DOminus, qui certæ cuiuſdam ſyluæ vſum cõceſſit, ea ſylua ceſſante vel extincta compenſare, vel aliam aſſignare eius loco non tenetur. Iudicatum in Parlamento Pentecoſtali anno 1261. *fol. Regiſtr.* 115. Altero Arreſto omnium Sanctorum anno 1262. *fol.* 123. vſuariis prohibitum, ne ligna cædant ante 5. folium, vt vocant, antequam quinquennales arbores fuerint. B.

II.

In materia syluatica, quando de deformatione & deuastatione, aut mala vertatione peculiari agitur, cognitio eius ad Præfectos seu Præpositos saltuum particulares pertinet: in casu vero deuastationis vniuersalis ad Maiorem Præpositum reformatorem tabulæ marmoreæ: verum si de iure ipso in sylua quadam prætenso agretur, Iudex ordinarius de eo cognoscere debet, & qui excessum vel damnum datum prætendit, interdicto sibi consulet. Indicatum Arresto, vltimo Decemb. 1563. B.

LIBER DECIMVS-QVINTVS.

TITVLVS PRIMVS, DE NVPTIIS TAM Primis, quam Secundis.

ARRESTVM PRIMVM.

Taxa eorū quæ debētur pro sponsaliis & circūstantiis.

PRIMA die Martii 1401. declaratum & Arresto indicatum fuit, Episcopus Ambianenses & Curiones Abauillanus, plus vno solido Parisiensi pro chartula banni ad proclamandum matrimonium, si qua oppositio esset, exigere non debere: pro licentia desponsendi in altera Parochia non plus vno solido Turonensi: pro consecratione nuptiali, non plus tredecim denariis, pro instrumento nuptiali non plus duobus solidis: pro celebratione Missæ non plus duobus solidis, & x denariis. [illegible] autem, qui Missam cantat, præter ea, omne, quod offertur, deberi, nisi cum Curione transegisset: quo casu transactione eum contentum esse debere: Pro benedictione Cameræ sponsorum, non plus decem denariis Parisiensibus pro vino exigere posse: sponsosque citra scrupulum & impetratam eius veniam prima nocte vna concumbere posse.

V. Arrestum 2. tit. & lib. 1 supra. Maynardum *lib. 1 [illegible] quæstio. suar. cap.* 70 Charondum *lib.* [illegible] *R[illegible]* [illegible] 79 [illegible] quæ Curiones licite pro celebratione matrimonii accipere [illegible] sunt, & de quibusdam ritibus, quæ nonnulli in nuptiis nouis sumere possunt. I. C.

Doariū ex matrimonio nullo, nisi cōsummetur, non debetur.

Cum controuersia [illegible] disputationem de Sacramento [illegible] matrimonii [illegible] debent [illegible] matrimonii [illegible] tum fuerit [illegible] Ecclesia [illegible] Hanc eadem vidua quædam Rupellensis aduersus hæredes mariti sui, de domo sua aliisque [illegible] egebat, cum prædicti hæredes nullitatem matrimonii opponebant, eo quod antea alteri matrimonio iuncta fuisset [illegible] separationem & diuortium per sententiam propter [illegible] mariti frigiditatem allegabat. Hæredes regerebant, maritum ab ea sententia appellasse. Arresto Parisiensi partes ad Iudicem Ecclesiasticum remissę & per prouisionem hæredes ad restituenda ea, quæ ipsa attulerat, condemnati fuerunt.

Consilium D. Mennilii.

Aliud est in dono dato desponsatæ morte desponsati contingente, vt pote eo communionem ingressa. Arresto iudicatum fuit, eam non nisi medium partem reddere oportere, vlt. Decemb. 1568 Dominus Mennilius Aduocatus Regius consultus, vtrum cognati mariti prædefuncti viduæ doarium denegare possint, sub prætextu, quod tempore tumultuum prædicti coniuges matrimonio iuncti fuissent, modo & more Ecclesiæ prætensæ reformatæ obseruato? Respondit, eo tem debere, attento eo, quod neque contrarium Edictum neque reuocatoria licentiæ extitisset, 13. Febr. 1564.

III.

Matrimonia clandestina absque consensu parentum reprobata.

Antea ex lege ciuili liberi familias insciis & inuitis parentibus suis matrimonium contrahere valide non poterant, eaque matrimonia nulla, illicita & reprobata erant, *l. Nuptiæ consistere non possunt. l. eos. in pr. & l. qui in Prouincia ff. de rit. nup. & l. Paulus. ff. de stat. hom. l. si vt proponis. 2. & l. nec filium. Cod. de nuptiis.* Item neque sponsalia de futuro non magis, quam de præsenti facere, neque inuicem alter alteri obligare se facta promissione poterat, *l. sponsalia sicut nuptiæ. ff. de sponsalibus.* Et eadem re Imperatore digna verba sunt Iustiniani: *Oportet* (ait ille) *vt quicunque vxorem ducere voluerit, secundum nostras leges & antiquam consuetudinē, parentes vel alios, quos decet, petat, vt cum eorum voluntate legitimū fiat matrimonium, l. vn. c. §. 1. vers. nec [illegible] facultas [illegible] C. de rapt. virg.* Si puella parentes nullos habeat, neque auum vel auiam, tutor vel curator nullo diuino impetrato beneficio in matrimonium collocare non debent, nisi infamiam [illegible] manere velint, veluti confessos de tutela, quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauerunt, vt ea liberarentur. Hæc ipsissima verba sunt *l. si tutor vel curator. C. de [illegible] matrimo.* [illegible] ita intelligitur de matrimonio cum [illegible] tutoris vel curatoris contracto, quod [illegible] Principis necessaria est. *Per legem, in [illegible] C. de nuptiis.* [illegible] nunc raptus [illegible] coram Iudice [illegible] & assinibus [illegible] iungere non [illegible] natur, vt quæ [illegible] matrimonii [illegible] permissum est, [illegible] aposteahuic [illegible] prædictis libe[illegible] arbitrio & volun[illegible], atq. ita matrimo[illegible] quod magis est [illegible] *[illegible] qui sunt. & ca tum [illegible] auth. & c. si ffi[illegible]* [illegible] aliud commālecit [illegible] exhæredare [illegible] matrimo[illegible] per *Auth. [illegible] C. de inoff. test.* Quoniā vero [illegible] actio & constitutio [illegible] & pessimi exēpli [illegible] Edicto Regis, quod publicatū & [illegible] 1556. prædictum [illegible] nō tamē [illegible] quo [illegible] q̄ prædicto memi[illegible] liberis, q̄ [illegible] Quod ab omnib. admittitur, sanctūq; ac salutare cēsetur. Nunc nihil [illegible] esset, nisi Paulina quædā ad retrahēdas huiusmodi corruptiones [illegible], q̄ ad Sacramentū, quod iure diuino [illegible] requiritur. *Ca. hinc distinguendo, 2. q. 2.* D Nico. [illegible] celeberrimus & peritissimus Aduocatus, in lucē [illegible], & omnib. notū fecit, quantū Reip. emolumenti afferat publicatio huius Edicti, *in tractatu suo ad prædictum Edictum.*

V. Can. Non omnis. c. Honorantur parentes. 32. q. 2. [illegible] Matrimonium [illegible] & 28. I. C. V. quoq; ea, quæ ad hoc Edictū D. Corral, & [illegible] Connus Doctor. & Professores iuris doctè scripserunt, [illegible] destinatam.

taudũ est, promissionẽ matrimonii inter duas illustris familiæ personas huic Edicto causã præbuisse. ¶ De matrimoniis clandestinis videre oportet *ca. cũ inhibitio. § iuna. de clandestina desp. ca. tacito. Qui filii sint leg.* Tertullia *li. de pudic. c. 4. & ad vxorẽ li. 2. c. 9.* Benedictio sacerdotalis vtcum actus essẽtialis est sine quo matrimoniũ clandestinũ est, & nulla obligatio contrahitur. Ita tenẽt doctores, vt Porte⁹, Robert⁹, Mãgotus. Attamen nisi per alterã partiũ steterit, prędictũ matrimoniũ subsistere & effectus suos ciuiles habere nõ desinit. Vide Arrestũ singulare, quod datum 7. Februarij 1556. ad relationẽ domini Berengerii, in 4. Camera B.

* Huiusmodi fraudi, qua nõnulli tutores priuata & propria autoritate pupillas citra consilium & consensum propinquorum in matrimonium collocare solebant, prospectum fuit per *articul. 43. 44. Constitut. Blesensis & Concilium Tridentinum in sessione 24. de reformatio.* qui tutoribus interdicunt, ne huiusmodi matrimonia concilient nisi adhibito consilio, & consensu propinquorum cognatorum pupillarum, sub pœna corporali: & Notariis, ne huiusmodi cõtractus admittant, sub eadem pœna. V. Mainardum. *in quæst. iuris li. 4. cap. 5. & quæstio. meas cap. 12. & 13. Arrestum de 23. die Maii 1598.* quod estat *in Appendice huius tit.* singulare est ad hanc rẽ vbi tutor quidam pupillam suam fratri vxoris suæ despõsauerat, spreto cognatorum consilio. E quibus nonnulli ea iis certiores de tempore & hora benedictionis nuptialis facti, priuatũ quendam nomine Veronium ad ianuam Ecclesiæ Parrochialis Niuernensis, vt se sisteret, procurauerunt, cum Leonarda Castigoeria cũ philippo Colino fratre vxoris tutoris qui modicatum facultatem erat, & dispare statu & conditionis iam desponsanda esset, & de quibus eum cognati informauissent, & Iudex decreuisset, vt filia iterum præsente eo excogitatis actionibus in actione de raptu & tutoris sui interrogaretur, propinquiores cognati appellauerunt, & prædictum Arrestum interuenit, quod videndum est.

XIV.

Raptus sponsi.

Antea 8. Iunii anno 1553. in Parlamento Tholosano Arrestum datum fuerat, aduersus Ioannem filiũ Odeti dicti Bengua, qui filius donatione maioris partis facultatum à patre in se collata locuples fact⁹, pro arbitrio suo, & inuito patre, matrimonium cum quadam sua cognata contraxit. Prædictu Arresto dictum fuit non obstante prædicta donatione prædictum Odetum patrem libere de bonis donatis disponere posse, & filius ab effectu istius donationis depulsus fuit, per Glossam *in d. l. vnic. de rapt. virg. Cod. in verb. sponsam.* Ex quo duo nobis notanda sunt: Prius, patrem se tam de filio; quam de filia sua, inuito se, matrimonium contrahente vlcisci posse: & ita ait Accursius in prædicta *glos. sponsam.* Posterius est raptum adolescentis seu masculi dici & appellari posse, licet is raptui consentiat, non minus quam virginis cuiusdam.

Arrestum singulare ea de re datum fuit aduersus iuniorem Marilhacum & Procuratorem Choteum, 22. Maii 1572. in quo considerato prætenso rapto in persona eius commisso, principalis ampliata fuit: interea vero decretum, ostiarium prædictum Marilhacum apprehendere oportere, vt eum tutori suo restituat, & Notarium, Choreum & Presbyterum prehendendos. B. Maynardus lib. 8. cap. 17.

V.

Dictio, ET in donatione in sponsam collata & liberos eius & omnibus causam ab ea habentes, coniunctiua non est.

Wilhelmus Rupefortius, Antoniam filiam suam in matrimonium collocans, omnia & singula bona sua *pro ea & ex ea in prædicto matrimonio descendentibus & omnibus aliis ius ab ea habentibus* donat. In Curia Burdegalensi dubitatum fuit, verum ob hanc clausulam: *& omnibus aliis ius ab ea habentibus*, ea bona illa secundo ipsius marito, filio secundi thori vel aliis valide donare potuit. Nonnulli è dominis affirmatiuam defenderunt, & in dictione Et, se fundarunt: quæ coniunctionis vim habet, vt per Glossam *in rubr. de iur. & facti ignorant.* Atque pro hac sententia valde facit textus *in cap. vnic. de feudo non hab. prop. feud. nat*, vbi dicitur, quod si vasallus inuestituram pro se & suis heredibus & cui ipse dederit accipiat, iste, qui sic accepit, poterit feudum vendere, vel donare, vel aliter si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini, alienare, & illa etiam cui datum fuerit, non habebit ipsam pro feudo: nisi sicut ei datum est. Igitur hæc mulier aduersus *l. Hac Edictali. Cod. de secund. nupt.* secundo marito suo donare potest, & sic si causam ab ea is habet, causam seu ius à primo donatore habet per hæc verba ET *omnibus causam ab ea habentibus.* Nihilominus maior pars negatiuam tenuit: nã hæc dictio, ET, semper cõiunctiua non est, verũ sæpe disiunctiua, vel vt in casu, *l. sæpe ita comparatum est, & l. Tripli. De V. S.* & ordine successiuo intelligitur, puta, deficientibus liberis huius matrimonii, eam pro arbitrio suo disponere posse, *l. Gaius Seius ff. solut. matrimo. & l. vxorem § testamento. ff. de leg. 3.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 15 Maii 1535.

Boerius *decisio* 202.

V.

Verum fœmina secũdo nubens id quod mutua donatione lucrata est, retinere possit.

Fœminæ, * quæ susceptis ex priore matrimonio filiis, ad secundas transierunt nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure aut mortis causa donationibus factis, aut testamento aut legiti titulo, tam ante prædictas secundas nuptias, quam post ab intestato fuerint adsecutæ, id totum ita vt perceperint, integrum ad filios, quos ex præcedente coniugio habuerint, transmittere tenentur, *l. Fœmina 3. & leg. Hac edictali. Cod. de secund. nuptiis.* Nonnulli dicere voluerunt, id locum non habere in mutuis donationibus in casum, quo alter superuixerit, factis: eo quod hic titulus onerosus sit & permutationi similis, vt Ludouicus Romanus *consil.* 209. vel etiam donationibus mutuis, *l. Atilius. ff. de Donatio. contra §. optime. Authen. de nuptiis.* Propterea quocunque titulo fœmina emolumentum & lucrum habeat, ei de quo supra dictum, oneri obnoxium est, secundum Decium *consil.* 265. & 477. Lex * enim præsumit eo animo liberalitate ergà vxorem patrem vsum fuisse, vt omne compendium ad liberos suos rediret, & in eo vxori suæ confidisse. Ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, mense Martio anno 1532. Nec non altero Arresto 7. Septembris 1534. & tertio Arresto, quod datum 7. Septembris 1537. Nihilominus praxis Franciæ huiusmodi donationes mutuas interpretata est, ex liberalitate oriri, ac prætereà in iis hanc dispositionem locum non habere, quandoquidem nullum lucrum sit, verum onerosa acquisitio propter incertum euentus facta.

* Arrestum istud desumtum est ex Boerio *quæst.* 18. Quid in legitima? Extat Arrestum Burdegalense, quod datum 13. Augusti 1583. inter Catharinam Queirouæam & Isaacum Raphaelem Reclusios, quo dictũ fuit, ius legitimæ, quod marti ex successione liberorum suorũ prioris matrimonii obuenit obnoxium esse reuersioni per transitum ad secunda vota, atque æqualiter inter alios liberos primi thori diuidi debere, non attenta dispositione matris de prædicto iure ad vtilitatem vtius è prædictis liberis facta. Eaque sententia est Baldi *in Auth. ex testamẽto, Cod. de secũd. nupt.* Fabiani de mõte Sab. *in Auth. Nouissima. Cod. de inoffic. testam.* Franc. de Ripa *in l. Fœmina § illud, in fin. Cod. de secun. d. nupt.* Carondæ *lib. 2. Responsor. cap. 68. in fin.* Arnaldi Ferronius Contrariũ tenet, *ad Cõsuetudines Burdegalenses, titul. de testã. § 11. vers. aelicet.* T

Fœmina secundo marito non id quod donatione non accepit à primo, donare nõ potest.

* Maynardus in ea sententia est *lib. 3. cap. 85.* aduersus Carondam. *lib. 9. cap. 59.* Vide *quæstiones* tractatas *cap. 65. & 66. collectio. mea.* vbi Arrestum refertur, quod pronunciatũ in purpura à defuncto D. Præside Brisonio, 23. Maii 1586. quo iudicatum fuit, Edictum de secundis nuptiis locum habere tam in donationibus mutuis quam simplicib. Et alterũ Arrestum inter Franciscum Hochedeum ciuem ciuitatis Roiensis, 16 Decembris 1578. quo iudicatum fuit, Fœminas liberos habentes secundis maritis donare non posse bona, quæ liberalitate primi dono acceperant, quæque liberis è prædicto priore matrimonio susceptis sarta tecta conseruare debent. I. C.

VII.

Liberi primi matrimonii non heredes id

Superque eo notandũ est, liberos prędicti prioris thori prætendere & postulare posse prædictorum e-

quod mater ipsorũ lucrata fuit, accipiunt.

emolumentorum proprietatem, vsufructu penes matrem manente, quamuis hæredes patris ipsorum defuncti non sint, *Auth. heres. C. de secund. nupt.* id quod hodie obseruatur, & iuxta id iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 1. Februar. 1532. pro Magdalena Agretia appellante à Seneschallo Santonensi.

VIII.

Casus, quibus pater vel mater ad secũdas nuptias transeũtes nihil amittunt.

Limitatio singularis facta fuit, si Princeps veniam secundarum nuptiarum concedat, mulierem prædictam proprietatem non amittere, *l. fœmina. ff de Senatoribus. & §. non tamen permittimus de non eligend. secundo nubentibus.* Idemque, si Curia Parlamenti id permitrit, *l. decreto. Cod. ex quibus causis infam. irrog.* vel etiam si pater in testamento id permiserit, & liberi consentiant, argum. *l. 1. ff de iniur. & l. cum donationis. Cod. de transact.* & quod supra dictum tam in marito, quam in vxore, ex consortio seu identitate rationis locum habet, Glossa *in leg. fœmina.* & notatur *in l. generaliter. Cod. de secundis nuptiis.* Attamen de successoribus testamentariis id non intelligitur: si enim pater vel mater in testamento quorundam liberorum suorum hæredes instituti fuerunt, huiusmodi institutiones supradicto oneri obnoxiæ non sunt, siue præcedant secundas nuptias, siue easdem sequantur, vt tenet Salicetus *in Authent. ex testamento. Cod. de secundis nuptiis.* vel etiam si bona morte filii obuenientia, profectitia sint respectu conuolantis: prout ibidem notatur. Quod si vero bona filii defuncti materna sint, pater ad secundas nuptias conuolans proprietatem amittit: verum si illa aliunde habuit, veluti ab auo suo vel fratre, vel profectitia sint, tum nihil amittit, & ad patrem pleno iure veniunt, Doctor. *in l. 2. Cod. de bonis maternis.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi in causa quadam appellationis, teste D. Boerio *quæst. 192. num. 5.*

Vide infra *Arresta* 12. & 14 eiusdem tituli cum Appendice illorum.

IX.

Præcisio l. hac edictali relinqui debet liberis primi thori, nihil vero liberis secũdi thori.

Add. Arrestum 11.

Dispositionem *l. hac edictali. Cod. de secundis nuptiis.* multi compluribus modis eludere conati sunt. Prima cautela est, præsupposito in hac lege dici, mulierem marito secundo neque donare, neque quocunque alio tandem titulo relinquere quicquam posse, quoniam vni liberorum prioris matrimonii reliquit & donauit, & residuum ab iis reuocatur, nulla liberorum secundi thori mentione facta. Nonnulli existimauerunt, mulierem certam portionem donare posse, vel summam filio primi thori, & secundum maritum ex media parte hæredem instituere, & vnum è liberis secundi matrimonii, & alios liberos primi thori hæredes ex altera dimidia: hoc addito, quod si maritus ex dispositione iuris mediam prædictæ hæreditatis accipere impeditur, ea media ad filium deueniat ex secundo thoro iure legati, & omni alio modo, via, iure & forma, quibus posset melius, &c. Baldus super hoc articulo in hac sententia fuit, non obstante scilicet huiusmodi clausula, maritum plus habere non debere, quam eius, quod filio primi thori donatur, valorem: & residuum duobus primi thori relinquendum: cognitu quippe facile esse, id in fraudem liberorũ primi thori fieri, prout id plene declarat Baldus *in consil. 146. volum 3.* & Bertrandus de Carpend. *in dicta l. hac edictali. in verb. si vero plus. Cod. de secundis nuptiis. numero* 19.

Secundus maritus & liberi secũdi thori maius emolumentum percipere

Secundum suffugium seu secunda cautela est, vt secundus maritus, quo filium suum huius præcisionis participem faciat, eum heredem vniuersalem pro tribus quadrantibus institui curet, & filium ex primo matrimonio natum pro vno quadrante & opimum legatum ab his duobus sibi secundo marito, qui accepta hæreditate hoc legatum repudiabit, & filio suo pro tribus quadrantibus accrescet, alteri vero tantum pro vno quadrante. Vel etiam filium primi legatarium cuiusdam summæ institui curet, seque maritum ex magna summa, & filium hæredem vniuersalem, & eum postea repudiare curet, vt ipse hoc legatum lucretur, iure accrescendi. Cynus *in dict. l. hac edictali.* existimauit, hanc præcisionem diuidi debere. Nihilominus eo non obstante, iuxta primam sententiam iudicatum fuit, quod non. Arresto, quod datum 15. Maii vigilia Pentecostes 1535. pro domina Francisca *de Vicinis*, Vice-Comitissa de Cbaillan petitrice, aduersus Nobilem Ennemondum Gimelium & Petrum Gimelium filium ipsius, socerum & leuirum prædictæ actricis, reos: prædictam scilicet præcisionem, siue marito siue filio secũdi thori fiat, ad filium primi thori pertinere. Atque in hoc casu eadem ratio subest filio secundi thori præcidendi, quam marito, *per l. quod dicimus. ff. de authoritat. & consensu tutor.* quæ expressa esse videtur. Ita id tenet Boerius *decisio* 201 *num* 6. & facti speciem ponit in muliere secundo nubente, quæ ad quadringentas libras in bonis habuerat, & centum filio prioris matrimonii, trecentas vero secundo marito vel filio ipsius donauerat: hoc casu de trecentis ducentæ detrahuntur, quę filio primi thori adiudicantur, idemque in marito respectu secundæ vxoris obseruatur. Is alteram speciem tradit: quando filio primi thori legitima sua integra non relinquitur, tum eum legitimam suam accipere debere, & tantũdem vitrico vel nouercæ relinquendum, residuum vero filio ex primo thoro, & laudat Baldum *in d. l. hac edictali.*

X.

Renunciatio filiæ primi thori facta [illegible]

Francisca Pastoralis vxor Balthasaris Dancheti mercatoris Lemouicensis, relictis duobus filiis & duabus filiabus ex prædicto Daucheto susceptis, moritur. Ea mortua, pater ad secunda vota transit. Ex hoc secundo matrimonio nouem liberos suscipit. Is vnam filiarum prioris thori in matrimonium collocat, eique dotem mille coronatorum dicit seu donat. Ea bonis patris, matris renunciat, &c. In dubium reuocatum fuit, ad cuius matrimonii liberos commodum renunciationis patri factæ redundare debeat? puta, vtrum ad omnes tam prioris, quam posterioris thori liberos æqualiter, vel etiam ad liberos prioris thori tantum? Super hoc dubio Paulus de Castro firmiter tenet, id ad fratres tantum germanos eius, quæ renunciauit, pertinere. Pariter tenet Alexand. *consilio* 149. *l.* 8. quia notabile argumentum huiuscemodi deducit. Hæreditas materna tam filiis, quam filiabus æqualiter obuenit ex dispositione iuris communis, *l. fin. C. de liber. præter & l. lege. Cod. de legit. hæred.* Vnde sequitur, renunciationem filiarum augere portionem filiorum, qui non renunciauerunt, *l. 3. § fin. cum duab. ll. seqq. ff de bon. poss. & l. 1. C. quand. non pet. part. & l. vnica. § his ita. Cod. de caduc. toll.* Expressius hanc materiam tangit Franciscus de Aretio *in consilio* 90. *incipient. viso themate in 1. & 2. dub.* vbi circa finem prioris dubii definit, patrem pro se & suis, renunciationem filiæ suæ acceptantem, præsumi malle id liberis suis masculis prodesse, quam sibi retentum & acquisitum. Et quoad definitionem huius articuli, multum facit charitas paterna, quæ minime permittit, vt vnquam iniustus esse pater aduersus liberos suos præsumatur, *l. final. Cod. commun. vtriusque iudic.* Id vero iustum non foret, liberos secundi thori ditare velle ex bonis ad liberos prioris matrimonii spectantibus: ac quamuis contra disputetur, nihilo-

nihilominus hæc sententia sanior est. Et iuxta eam & pro liberis primi tori iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 3. Augusti 1524.

Infra tit. 4. *lib.* 16. plene tractatur de effectu renuntiationum a filiabus nubentibus factarum successionum parentũ, & quibus prosint, & quomodo validæ sint. V. locum ipsum & Boerium *decis.* 184.

XI.

Mulier secundo nubens secundo vel tertio marito plusquam vni ex liberis donare nõ potest. Nec legatum personæ coniunctæ prædicti mariti valet.

Ioanna Pelletaria susceptæ ex primo marito suo filiæ nomine Franciscæ Crocheta, ex secundo vero & tertio nullis liberis existentibus, testamentum condit, prædictæque filiæ ex prædicto primo marito susceptæ decem coronatos pro legitima sua donare, eamque iis contentam esse iubet. Præterea partem suorum bonorum Ioanni Duci consobrino tertii mariti sui, & huic tertio marito nomine Georgio Duci, prælegat 400. libras, & in residuo vniuersalem heredem suum eum instituit & in hac voluntate decedit. Filia prædicti primi tori heredem se ab intestato dixit: aduersus maritum heredem testamentarium querelam mouet: qui excipit & ait se heredem testamentarium esse, & dispositionem *l. Hac edictali*, quæ sibi obiicitur ad irritandum testamentum, quo sese tueri velit in prædicto casu locum non habere: nam transactionem quandam repræsentat, qua prædicta vxor ipsius, cuius ipse heres est, filiam querelam intentantem in matrimonium collocauit eique dotem dixit, & cum prædicta filia transegit, quo matri de residuo libere disponendi facultas relinquatur. Secũdo bona, de quibus ea testata fuit & disposuit, prædictæ vxori suæ obtigisse aliunde, quam à primo marito suo, à quo nihil habet. Tertio quicquid sit, tertiam omnium prædictorum bonorũ penes se manere debere. Legatarius supradictus nomine Ioannes Dux interuenit & legatum suum defendit. Querelam mouens ait, eum proximum esse prædicti heredis tertii mariti: prædictamque *l. Hac edictali* omnes vias & rationes directas vel indirectas disponendi in præiudicium liberorum primi tori prohibere, in fauorem secundi vel tertii mariti etiam per donationem factam personæ interpositæ. Sententia Balliuii Matisconensis prædicta querelam mouens manutenta fuit in possessione omniũ bonorum, quæ morte prædictæ defunctæ Ioannæ Pelletariæ matris ipsius relicta fuerunt: prædicti vero opponentes intercedentes ab ipsorum oppositione & intercessione respectiue, cum expensis damnis & interesse depulsi fuerunt: à quo intercedens minime appellat, sed tantum prædictus Georgius heres vniuersalis in Parlamento Parisiensi appellationem persequitur. Vbi Arresto appellatione & eo à quo appellatum fuerat, in irritũ deductis, citra multam citraque expensas causæ appellationis emendato iudicio, prædicta Francisca Crocheta appellata manutenta fuit, velut heres ab intestato, in possessione omnium & singulorum bonorũ mobilium & immobilium per mortem prædictæ Ioannæ Pelletariæ matris ipsius relictorum: ea lege tamen, vt insinuatione facta prædicti Arresti prædicto Georgio Duci tertio marito appellanti, summam decem coronatorum aureorum solarium solueret. Cæterum à conclusionibus & petitionibus possessoriis à prædicto appellante aduersus prædictam appellatam propositis libera permaneat: prædicto appellante in duas tertias expensarum damnorum & interesse cõdamnato, altera tertia non sine causa compensata. Septimo Septembris 1512.

Hoc Arrestum conforme est Constitutioni de anno 1560. quæ tamen ne matrimonia contrahat, in futurum disponit. Verum Curia singulari temperamento vsa fuit Arresto quodam, quod Aduocatus Regius Libellorum aulæ Regiæ oblatorum mihi recensuit, cuius species facti hæc erat: Cum fœmina quædam omnia ferme bona sua in præiudicium liberorum prioris matrimonii donasset, Curia decreuit, maritum ipsius bonis illis, superstite prædicta fœmina fruiturum: verum ea mortua ad liberos omnia redire oportere. V. *Commentarium* Carondæ *ad Edictum de anno* 1560. Donatiõ pactis dotalibus ab vxore in maritum, in præiudicium liberorum primi tori collata oẽe insinuata, etiam ante Edictum Molinense, nulla declarata fuit Arresto mense Martio, anno 1574. aduersus Procuratorem Bernardũ pro aduocato Gastello & consortibus ipsius. B. Vide *Quæst.* 63. *mear. notab. quæst.* qua continentur Arresta pronuntiata in purpura, vnum de 16. Maii 1576. inter Franciscum Cuabotium, quo iudicatũ fuit Edictum de secundis nuptiis locũ habere tã respectu donationum a fœminis in secundos ipsarum maritos collatarũ; quam in donationibus a maritis in secundas ipsorum vxores factis: item prædictum Edictum ad donationes & dispositiones à maritis vel vxoribus ante eius publicationẽ non retrotrahi. atq; ita hoc Arresto iudicatũ fuit, hoc Edictum in dispositionibus ante id factis effectum suũ exercere, prout Carondas scripsit & ita post prædictum Arrestum altero anno 1581. iudicatum fuit. Vide *prædictam quæstio.* Verum bene iudicatum fuit Arresto antea relato *cap.* 66. inter Franciscum Hochedeum, hoc Edictum scil. locum habere in prouincia, vbi consuetudo contraria est, etsi ea post hoc Edictum reformata fuerit, & in donationibus non tantũ pactis dotalibus, verũ etiã in donationibus postea & constantẽ matrimonio factis: id quod maritus secũdus habere debet portione, quã vnus liberorum ab intestato habiturus esset, debuit non oportere, sed tantũ id, quod ei a matre testamento relinquitur. Carondas *lib.* 1. *cap.* 49. *lib.* 3. *ca.* 87. I. C. V. *Arrestum* 9. supra cum Appendice.

XII.

Mulier secundo nubens intra tempus luctus hereditatem primi sui mariti amittit testamento heres instituta.

Parlamentum Parisiense rigores legum ciuilium aduersus mulieres ad secundas nuptias transeuntes adeo exacte & stricte obseruare noluit, exempli gratia, vt eas successione liberorum primi tori priuaret, si de tutore ipsis, antequam ad secũda vota conuolent, non prospexerint, & alia quæ prætereo silentio, verum pro maxima parte prædictorum rigorum doctrina S. Pauli obtinuit. Hanc ob causam memorabile Arrestum Tholosanum reperitur, cuius extractum à fideli manu D. Bertrandi Iudicis Maioris & Locumtenentis generalis in Seneschaltia Podiensi accepi, cuius tenor sequitur: Inter Wilhelmam Breuiliam vxorem Gabrielis Comberlinæ actricem & possessionem bonorum morte defuncti Ioannis Breuilii fratris sui absque liberis defuncti relictorum, cui tanquam proprio successit postulantem ab vna parte: & Wilhelmam Combelinam olim vxorem & viduam prædicti defuncti ream & prædictis conclusionibus intercedentem quandoquidem heres vniuersalis testamento defuncti mariti sui instituta fuerat, ab altera parte. *Viso*, &c. Curia non habita nullitatum & reprobationum ratione, prædictam Combelinam bonis & successione prædicti defuncti Ioannis Breuilii mariti sui priuatam declarauit & declarat, eo quod intra annum luctus nupsisset: eaque bona & successionem Curia adiudicauit & adiudicat prædictæ Wilhelmæ Breuiliæ actrici, interdictione prædictæ Combelinæ & omnibus aliis facta, ne prædictæ actricis possessionem & fruitionem turbarent & impedirent, sub pœna mille librarum mulctæ nomine & altera arbitraria, citra expensas & fructuum restitutionem idque ex causa. Datum in Parlamento Tholosano, 6. die Aprilis 1579.

Signatum, de NOLET

Post humã intra quod tempus post mortem patris natus est & debeat admitti vel reiici.

Cæterum ex omnibus partibus odiosum est matrimonium intra annum viduitatis contractum tam metu confusionis sanguinis & seminis duorũ maritorũ, quam ob honorem publicum. Lex Decẽviralis, prout Aul. Gellius ... *cap.* 16. scripsit, tempus quo gignitur homo, decẽ mẽsibus limi-

tantur, non pluribus, eo non admisso, quod nonnulli tenuerunt, vndecimum mensem expectari posse. Reuera enim tempus noni vel decimi mensis certius est & frequentius. Hæc controuersia definitur iuxta Leg. XII. Tabularum, vt quoque cognoscitur in Constitutione Imperatoris Diocletiani *in l. 3. C. de suis & legit. in hæred.* & in alia *l. seq. ad Marcellum* scripta Huc pertinent singularia verba Vlpiani *in l. intestato. 3 §. 11. ff. de suis & legit. hæred. Post decem menses mortis,* inquit, *natus non admittetur ad legitimam hæreditatem.* adeo vt necesse sit, eum intra decem menses nasci. Si enim postea, licet tribus diebus & paucioribus natus esset, repelleretur. Scæuola *in l. Gallus in princ. de liber. & posthum.* & Imperator Iustinianus *in l. vlt. de posthu. hæred.* Si filius aut filia intra decem mensium spatium post mortem meam editi fuerint. hæredes sunto. Adde *Arrestum 14. huius tit. 20. tit. 3. lib. 16.* Charondam *lib. 7. cap. 163. 164.* Maynardum *lib. 5. cap. 95.* I. C.

XIII.

In matrimonio nullo & interdicto pacta conuenta nullam vim habent.

Si matrimonium contra legum præcepta vel contra mandata Constitutionesque Principum à personis ob causam perpetuam prohibitis, veluti consobrinis & consanguineis vsque ad quartum gradum contractum sit, nihil valet, & per consequens in irritum deduci debent omnes conuentiones, donationes, doaria, confessiones & alia pacta in eius matrimonii tractatu inita, per *l. qui contra. C. de incest. & inutilibus nuptiis.* Ex hac consequentia Petrus Pomerius ciuis Mombrisonii, hæres defuncti Petri Pomerii Antigraphi Forosegusiensis fratris sui, ob restitutionem dotis & exequutionem doarii Dominicellæ Magdalenæ Trunellii, viduæ prædicti Antigraphi conuentus, opponit, matrimonium non constitisse, eo quod supradicti tertio gradu fuissent, & in huiusmodi incestuoso matrimonio vixissent, ob id se nihil debere. Vidua ei opponit, se tempore prędicti contracti matrimonii minorem 25. annis fuisse, neq; vnquam de huiusmodi cognatione sibi quicquam cōstitisse. Publice id celebratum fuisse, postquam debito more ac modo promulgatum fuisset, nec vllum impedimentum intercessisset. Eum ipsum tam pactis dotalib ineundis, quam sponsalibus contrahendis, imo omnibus, quæ fiebant, interfuisse, nec quicquam contradixisse. Sententia Ballíui Forosegusiensis prædictus hæres per prouisionem ad prædictam restitutionem & in doarium præstita cautione, condemnatus fuit. Ac quoniam partes super quibusdam articulis contestabantur, qui ad declarationem & cognitionem huiusmodi consanguinitatis inter defunctum & actricem pertinere videbantur eas informare in principali debere, decretum fuit, à quo prædictus Pomerius ad Parlamentum appellauerat, vbi bene iudicatum, Arresto anni 1553. dictum fuit.

Vide *Arrest. 2. eod. tit.*

XIV.

Vidua intra luctus annum secundo nubens, successione mariti sui indigna est.

Infra *Arresto vltimo, titul. de restitutionibus in integrum.* Arrestum extat, quo vidua, quæ intra annum viduitatis suæ & luctus secundas nuptias contraxerat, successione defuncti mariti sui indigna declarata fuit, quantumuis ei expresse testamento permissum fuisset ad secunda transire vota: id quippe nonnisi post annum, non vero intra annum luctus intelligi debet.

De deuterogamia & polygamia vide *lib. 5. Cod. titul. 9. &* Nouell. Iustiniani, *13. de Nuptiis.* Nomocan. *tit. 13. cap. 2.* Basilic. *lib. 28. tit. 5. cap. 1. 2. 3.* B.

APPENDIX ARRESTORUM ad Titulum I.

I.

Vsusfruct. in odiū se- ... ademptus.

ADuersus secundas nuptias Arrestum generale notatu dignum est, quod pronunciatum 26. Martii 1584. à D. Brissonio, pro duabus filiabus primi thori, cuiusdam nomine Philippotii, qui secundis contractis nuptiis, & ad quem ex consuetudine antiqua Turonensi, tanquā superstitem, vsusfructus propriorum vxoris suæ spectabat, in odium secundarum nuptiarum & vigore Consuetudinis repetitæ prælectionis, quę huiusmodi vsumfructum superstiti adimit super appellatione à Castellano Blesensi, & Seneschallo Turonensi, omnia bona prædictæ matris filiabus adiudicata fuerunt, conformiter Consuetudini Carnutensi. B.

II.

Diminutio ... legati ... liberis ... tingentibus ...

Anno 1560. Edictum de secundis nuptiis publicatum fuit, Commentario Charondæ & Pulueri illustratum, postea anno 1578. 16. Maii, declaratum, prædictum Edictum locum habere tam in viris, quam in mulieribus. Ad hanc rem valde notandum est Arrestum generale, quod pronunciatum in purpura, à primo Præside, 7. Septemb. 1575. super eo, quod mulier, existentibus primi thori liberis & secundis nuptiis contractis, & ex secundo marito liberis quoque susceptis, testamento legasset, & donasset secundo marito suo & filio prædicti matrimonii, mobilia sua, acquisita & conquisita, licite ex Consuetudine Peronensi, Montis-desiderii & Royensis, Legato in controuersiam deducto, sub prætextu *l. hac edictali.* & Constitutionis, Balliuus Peronensis legata defalcat & diminuit ratione eius, quod singuli liberi primi thori accipere possent. Inde appellatur. Patri se cōtentum declarat. Arresto, respectu patris, appellatione & eo in irritum deductis decretum fuit, eum iuxta oblationem suam traditionem legati consequuturum: quantum vero ad filium, appellatione & eo in irritum deductis, & emendato iudicio, filium integrum legatum suum habiturum. Curia censente, prædictam legem & Constitutionem de diminutione legatorum aliis liberis, quam eius thori, de quo agitur, relictorum tantum intelligi: exempli gratia, si mulier ad secundas nuptias conuolans ex alio matrimonio, quam ex eo, quod contrahit, liberos haberet, non vero de liberis ex vtroque thoro superstitibus, iuxta *§ penult. authen de nupt & l. si arrogat. ff de adopt.* B.

Vide *Append. ad §. 11.*

III.

... alimenta vxori et matrimonio nullo declarato adiudicatum.

Arresto anni 1553. matrimonium cuiusdam nomine Sellonii cum Margaretha Verria nullum & illicitum declaratum fuit, eo quod prædicta Verria soror primæ vxoris prædicti Sellonii fuerat, interea quindecim millibus librarum prætensæ vxori & filię ipsius in subsidium adiudicatis. Atque hanc ad rem nota, Concilio Wormatiensi celebrato sub Gregorio Primo & Carolo Magno definitum fuisse, vt donec nota & memoria veteris consanguinitatis & affinitatis superesset, Christianis matrimonium contrahere non liceret. De gradibus consanguinitatis & affinitate, *vide fol. 112 summæ ruralis.* Præterea matrimonium nullum declaratur ob mariti frigiditatem, ipsoque superstite vxori licitum est alteri nubere, iudicatum pluribus Arrestis, veluti pro Gabriella Mouchia filia domini Senarpontii, 30. Iulii 1573. cui 800. libræ adiudicatæ fuerunt. Neque maritus propter frigiditatem suam, pendente nullitatis processu, dote frui debet. Et ita iudicatum fuit aduersus Dominum Dauallium, pro Domnicella de Villedien, peroratore Marionio aduersus Villarsium, 6. Iulii 1574. B.

IV.

Interdictā curatorib. ...

Inter Ioannem Arpinum curatorem Leonardi

Castigo-

Cocent, neq; deſpõdeant pupillos citra cõſilium commune cognatorum & perſonę cõditionis cõuenientis.

Caſtignerii, Blæſum Beroardum, Gilbertum Porchetium, Vincentium Bretonium, Michaelem Auerdinum, Leonardum Boeſium, Æmium Boeſium Antonium Darnæum, Ioanné Coſtignerium, Philibertom Rooſſetum, Petrum Magnaniũ, Claudium Bailleum, Ioãnnem Girhardum, Bartholomæum Veronium & Philippum Rouſſeium, appellaotes à quibuſdam ſententiis datis à Balliuio Niuernenſi vel Locumtenente ipſius, 28 Iulii 30. & vlt. die Octobris 1597. & petitores in libello à ſe Curiæ oblato 17 die Aprilis, præterea poſtulantes approbatiouem reſcripti Regii à ſe impetrati 9. die Maii præſentis anni, ab vna parte, & Petrum Chaſſagneum, Philippum & Franciſcum Colinos appellatos & reos, tam quo ad prædictum libellum, quam prædictum reſcriptum, Sic vt qualitates partibus præiudicare non poſſent: Rege pro appellantibus & Marcheſio pro appellatis in cauſa ipſorum appellationis & defenſionis auditis, & Seruino pro Procuratore Chatholico Regio, relatis proceſſibus à Iudicibus Niuernenſibus inſtitutis, poſtulante, vt ius dicendo ſuper appellationibus, proceſſus & Conſtitutionerã Iudicibus Niuernenſibus factæ nullæ declararentur, ipſiſque interdiceretur, ne impoſterum in huiuſmodi materiis adeo longis proceſſibus vterentur, ſed iis iniungeretur vt ſummarie eas terminarent: & euocato principali iure que ſuper eo dicto, quo tutor à tutela remoueretur, ob culpam in elocatione pupillæ ſuæ commiſſam, eique de altero tutore proſpiceretur: Item vt omnes conuentiones & promiſſiones de elocatione filiæ ſuæ nullæ declararentur; contractuſque in Regiſtris Notarii, qui eum concepit, delerentur, interdictione Notario facta, ne deinceps huiuſmodi pacta dotalia exciperet, Iudex ipſe, qui ſportularũ ſententiæ à qua appellatũ fuit, nomine, ſex coronatos accepit, eoſdem patri ſquæ eos ſoluit, reddere tenebitur, & actuarius emolumentum reſtituat, quod propter acta 395. foliis contenta acceperat. Curia ratione libelli euocationis habita eomque approbando, ad ſe euocauit & euocat principalem partium controuerſiam, ſimulque ius dicens ſuper appellationibus, partes, in omnibus Curia & proceſſu, citra expenſas, dimiſit & dimittit. Curia non vult, vt tutor appellatus in expenſarum rationes ſomtus in præſente lite factos referre poſſit, ſed prædictos ſumtus ipſe de ſuo ſoluet, quemadmodum prædicti appellantes eos, quos pro parte ſua fecerunt, ſuſtinebunt adeo, vt eoſdem repetere non poſſint. Nihilominus quantum ad id, quod ex Procuratoris Catholici peroratione reſultat attinet, Curia Chaſſaneum onere tutelæ & adminiſtratione perſonæ & bonorũ Leonardi Caſtignerii liberauit & liberat, decreuitque vt intra menſem cura Subſtituti Procuratoris Catholici S. Petri Monaſterii, citra præiudicium iuriſdictionis Ducìſſæ Niuernenſis in aliis cauſis, cognati prædictæ Caſtigneriæ, tã paterni quam materni, numero ſex vtriuſque lateris ſeu lineæ, coram Locumtenente Catholico S. Petri Monaſterii congregarentur, vt eorum conſilio de tutore quodam prædictæ Caſtigneriæ proſpiceretur, alio ſcil. quam qui nunc tutor eſt. Interdictione electo tutori facta, ne nonniſi communi cognatorum conſilio & viro conuenientis conditionis puellam elocaret. Itemque Franciſco Colino inhibuit, ne prædictam Caſtigneriam ambiret, neque vllam de cætero litem inſtitueret, quo ad eius matrimonium perueniat Et quantum opus foret ratione habita reſcripti impetrati ab appellantibus eoque approbato, reſcidit omnes & ſingulas pactiones & conuentiones prætenſas, ex cauſa prædictæ elocationis prædictæ Caſtigneriæ. Ius quoque dicens ſuper concluſionibus Procuratoris Catholici, Balliuio Niuernenſi, Locumtenentibus ipſius & omnibus aliis Iudicibus in pari occurrentia interdixit, ne adeo longis proceſſibus vterentur, iniunxit, ſummarie partibus proſpicerent æquioribuſque viis & rationibus, quæ partibus leuamini erunt, prout materiæ diſpoſitio id requiſiuerit. Decernit, prædictos Iudices Niuernenſes decem Coronatos ſportularũ nomine ſententiæ, à qua appellatum fuit, acceptos reſtituere & ad Acta Curiæ intra trium ſeptimanarũ ſpatiũ remittere oportere, vt neceſſitati incarceratorum in carcere publico impendantur. Factum in Parlamento 23. die Maii 1598. I. C.

Tutor hac de cauſa remotus.

V.

Quandò longo tempore matrimonium conſtitit, etſi nulliter & illegitime, nihilominus diuturnitas tẽporis donationes & pactiones validas efficit Charondas *lib. 7. cap. 81.* nominatim quoniam matrimonium cenſetur, ex eo quod maritus & vxor diu vna vixerint, atque adeo mulier pro legitima vxore habita fuerit. Idem Charondas *lib. 2. cap. 32. lib. 4. cap. 14* & pro matrimonio nobilis cum ancilla ipſius in articulo mortis contracto iudicatum fuit, cum qua habitauerat & ex ea liberos ſuſceperat, & pro legitimatione liberorum pendente concubinatu, Arreſto 29. Martii 1599. quod datum ad perorationé pro Georgina Malera tutrice liberorum ſuorũ. Arreſtũ plene refertur *in quæſt. mea.* 17. I. C.

Diuturnitas tẽporis donationes & pactiones matrimonii, quod nullum & illegitimũ eſt, validas efficit.

VI

Nota, pacta dotalia in ſecundis nuptiis irritari poſſe propter malam mariti tractationem, propter inæqualitatem bonorum & propter vim. Charondas *lib. Reſponſor cap. 33.* Secundo marito non poſſe reliqui quod per Conſuetudinem mulieri defertur. Item Charondas *lib. 2. cap.* 50. Comoda deſalcata ſeu præcipua ex lege & Edicto ad liberos, ſi te heredes ſint, ſiue non, ſpectare. Charondas *li. 7. cap. 205.* Mulierem viduam non poſſe ſecundo nubere ei, qui patri ipſius diſplicet, aduerſus prædicti patris voluntatem & interdictum: muliere vero huiuſmodi nuptias contrahente, maritum, etſi volente muliere factum id ſit, crimine raptus puniri Iudicatum Arreſto, quod retuli *in quæſtio mea.* 15 Mulieri viduæ, quæ ſeruo ſiue famulo ſuo nupſit, cum quo prius ſtuprũ exercuerat, alienatione bonorum ſuorum interdici; & acquiſitis, doario aliiſque commodis à marito ipſius profectis priuari. Iudicatum Arreſto, quod refertur *in quæſt. o. mea.* 16. V. Conſtitutionem Bleſenſẽ *art.* 182. Vidua quæ ipſo luctus anno ſtupro & ſcortationibus indulſit, dotalitio ſeu doario priuatur. Robertus *rer. iudicatar. lib.* 1 *cap.* 13. I. C.

Plures quæſtiones ad materiam huius tituli pertinentes.

TITVL. II. DE COMMVnione & ſocietate.

Hic titulus à Conſuetudinibus dependet, nominatim vero exponitur per Cõſuetudinem Pariſienſem repetitæ prælectionis & alias & ab iis, qui ad eaſdem ſcripſerunt. In Prouinciis, quæ iure ſcripto reguntur, inter coniuges nulla communio eſt, niſi in ſtipulationem deducta fuerit.

ARRESTVM I.

Mulier * mortuo marito ipſius communioni Cõſuetudinariæ mobilium & conquiſitorum renunciare tenetur, ſi euitare velit onus æris alieni, intra 40 dies, vel aliud tempus, iuxta quod videlicet ſingulis Conſuetudinibus locorum determinatur. Verum ſi eam quicquã ex prædicta cõmunione ſubtraxiſſe

Mulier q̃ quid ſubtraxit, ſeu amouit, tenetur, non obſtante ipſi⁹ renunciatione;

traxisse vel amouisse reperitur, æri alieno pro media parte obligatur, nec renunciationis suæ commodo fruitur, argum. eorum, quæ leguntur *in l. fin. C de iure delib.* & vt annotauimus *ad Consuetud. Borbonen.* § 246. Et iuxta id iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro hæredibus collateralibus ab intestato illustris Draconis *de C·euecœur*, aduersus viduam, ann. 1387. Perpetuo in iure, & sine Consuetudine ratio communis consideranda est, illum ex duobus coniugibus pro altero eatenus teneri, quatenus quid ad eum peruenisse, & in vtilitatem versum esse appaiet, nec aliter. Quod si igitur celasti, & retinuisti bona mariti tui, ratio exigit, fraudulentam renunciationem tibi prodesse non posse. Isque textus est à contrario sensu, *l. si proprijs. C. de don. inter vir. & vxor.*

Desumptum ex Ioanne Gallo *quæstio.* 231. Choppinus *ad Consuetud. Andegau. lib* 3 *c.* 2 *tit.* 2 *art.* 15 simile quoddam Arrestum allegat, quod datum in 5 Camera Inquisitionum, 27. Ianoar. 1582. Idem in muliere, quæ inuentarium non fecit. Arrestum Parisiense, quod datum ex tempore 27. Febr. 1581. arg *l. sancimus.* 22, *§. licentia. de iur. delib.* vbi Bald & Alexand. Vide Choppin loco præallegato *art* 5. Charond, *lib.* 8. *Resp. c.* 14. & Baequetum *tract.* 5 *de iurib. Iust t. c.* 21. *n.* 59. I. C. *l.* 70. *§. Prætor ait. ff. de acquir. vel amitt. hæred.*

II.

Communione conuentionali irritata, consuetudinaria irritari debet.

Communio, quæ in Consuetudine complurium Prouinciarum, inter maritum & vxorem inducitur, pactis dotalibus vel restringi vel amplificari potest: nempe, vt non nisi mobilium societas sit, vel etiam vt nulla plane sit: atque ita prædicta communio vniuersaliter omnium & singulorum bonorum contrahi potest, iuxta *l. Alimenta. §. qui societatem. ff. de aliment. & ciba. leg.* Hinc * cum in pari communione pactis dotalibus vniuersaliter omnium bonorum inita, vxor ob minorem ætatẽ aduersus huiusmodi pactionem, restituta fuisset, in qua dimidia pars patrimonii ipsius confusa fuerat & amissa, quod magnum erat, in Borboniensi Prouincia rescripti sui approbationem impetrauit: à quo maritus ad Parlamentum Parisiense appellat, deque eo tantum, quod primus iudex prædictam pactionem annullasset, conqueritur: quo facto mulier omne patrimonium suum retinebat, & in communione Consuetudinaria permanebat: adeo vt mediam partem mobilium & conquisitorum prædicti mariti, qui industriosus & iuuenis erat, auferret. Atque in id consentiebat, vt tam prędicta vniuersalis communio, quam Consuetudinaria annullarentur, prædictique Coniuges absque communione permanerent: Id quod, infirmata prima sententia, Arresto obtinuit.

* Hoc Arrestum conforme est sententiæ Choppini ad Consuetud. Parisiens. *lib.* 2 *tit.* 1. *artic.* 25. T. V. *Arrestum* 15. *de fideiussor.*

III.

Multa appellationis temerariæ omnibus est ex communionis.

Si in Prouincia Consuetudinaria, vbi inter maritum & vxorem bonorum mobilium & conquisitorum & debitorum passiuorum societas est, maritus & vxor, vel vnus eorum, in multam pro temeraria quadã appellatione condemnetur, huiusmodi multa communi onere solui debet, ac vtriusq; debitum, & singuli pro dimidia parte tenentur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 12. Iunii 1406.

V. *Arrestum* 12. *cap.* 7. infra.

IV.

Debita hypothecaria in communionem incidunt, si eo modo illa contrahantur.

Communio mobilium & conquisitorum, per Consuetudinem cõmunionem expressam omnium debitorum personalium infert, nulla hypothecariorum & realium mentione facta. Nihilominus eo non obstante Arresto Parisiensi, omnibus Cameris coadunatis concluso, super pari dubio dictum fuit, debita hypothecaria ad onus vxoris pertinere pro ea parte, quæ ex debita summa, vnde hypotheca procedit, in vtilitatem eius versa fuerit. Alioquin maritus, qui propter acquisita communia, æs alienum & hypothecas super bonis suis constituit, nimis magno damno afficeretur, si solus hoc onus sustineret, vxore vero iniuste detrimẽto alterius locupletior fieret, aduersus *l. iure naturæ. ff de reg. iur.* Videndum est Arrestum 20. infra, vnum quippe declarat alterum. Hoc sumtum est ex Lucio. Alterum Arrestum extat Parisiense de 15. Maii 1534. pro reditu quodam à marito in bonis suis constituto. Aliud foret pro reliquis præter tis & debitis tẽpore matrimonii: vxor quippe mediam partem eorum debet, eo quod debita reliquorum mobilia & personalia sunt, prout ait Alciatus *in l. mouentium. de V. S.* V. *Arrestum.* 1, *Titulo. de rebus mobilibus vel immobilibus* infra, *lib.* 17.

Conformiter iis quæ supra, pro Ragedunda Stamplensi, iudicatum fuit inter Arresta generalia medio Augusto 1577. vxorem secundi thori ea communione mediam partem pecuniæ, qua reditus primi matrimonii redemtus & refusus esset, recepturã, deducto & detracto eo, quod ex proprio mariti, quod hunc in finem vendiderat, processisset. B.

V

Æs alieni in primo matrimonio contractum, quo modo cõmune sit secundi matrimonii coniugibus.

Dubium notatu dignum est: Vtrum si maritus quidam debito, constante primo matrimonio, contracto nec dum dissoluto, ad secunda vota transierit & postea mortuus fuerit, creditores ipsius secundam vxorem conuenire possint, vel eius heredes pro dimidia istius debiti, propter Consuetudinem, qua expresse dicitur, omnium debitorum inter maritum & vxorem communionẽ esse. Curia super hoc dubio hæsit, & de eo * deliberandum esse pronuntiauit: decreuit vero per prouisionem heredes secundæ vxoris quartam partem soluere oportere, datis à re duobus fideiussoribus: ex eo forte, quod prima vxor particeps eius æris erat, & non erant conuicti heredes. Hoc Arrestum est de 25 die Februarii 1547. desumtum ex Lucio *libr.* 8 *tit.* 5. *Arr.* 10.

* Idem in altera hic factum fuit, 26 Iuon 1589. Choppinus supradicto loco *Art.* 8.

VI.

Communio Consuetudinaria per mortem non soluitur, sed continuatur, inter coniugem superstitem & liberos declaratione liberorum non iussis.

Puteanus Fontanam Domnicellam Parisiis vxorem duxit, vbi communioni omnium mobilium & conquisitorum locus est. Puteanus cum liberos aliquot ex ea sustulisset, his relictis, diem suum obiit. Fontana Mallario iterum nupsit, sub eadem Consuetudine & communione, inuentario solenniter non confecto, vt communio inter eam & liberos primi thori subsisteret, adeo vt duos socios habeat; vnum maritum suum secundum: alterum, prædictos liberos suos. Ea moritur. Mallarius ab vna parte & prædicti liberi ipsius è primo matrimonio nati ab altera parte de hac communione concertant & dubitant, quomodo ab ea discessuri sint. Liberi aiunt, dodrantem mobilium & conquisitorum sibi competere, & Mallario nonnisi quadrantem relinquunt. Hic asserit, semissem sibi deberi, seque cum defuncta vxore sua societatem iniuisse, nec quicquam cum prædictis liberis consequi. Arresto Parisiensi 20. Maii 1542. dictum fuit, semissem bonorum communionis inter prædictum Mallarium & vxorem ipsius sibi deberi, quadrantem vero prędictis liberis, alterum quadrantem inter heredes prædictæ defunctæ diuidendum. Imbertus *in Enchiridio suo verbo. Societe*; quem videbis, hoc Arrestum refert de 22. Martii 1542. & ait, altero Arresto Parisiensi, 7. Septembris 1552. tertiã liberis primi thori adiudicatam fuisse, postquam ex Cõsuetudine probatio furtata fuit, alterã tertiã vitrico, matri denique tantũdem.

Lucius

Lucius lib. 8. tit. Arr. xi.

Noua Parisiensi consuetudine, *art.* 242. 243. quam in casibus per Consuetudines locales non decisis sequi nos oportet, vtpote Consuetudinem metropoleos & principis omnium ciuitatis, quæque ex præcipuis prædictæ Curiæ Arrestis desumta est, forma præscribitur partitionis in communione inter liberos, quando communionem & eiusdem continuationem ineunt (id quod eorum optioni & arbitrio relinquitur, ac non etiam superstiti è coniugibus iis donare licet, vt fraudes euitentur) communio pro tertia parte continuatur, si superstes, cui liberi sunt, ad secundas nuptias transeat, ita vt liberi, qui nonnisi vnum caput constituunt, tertiam partem habeant, maritus & vxor vterque tertiam tertiam, & si vterque eorum ex præcedente matrimonio liberos habeat, prædicta communio, per quartas continuatur, & ita prædicta communio multiplicatur, si liberi alterius tori sint, & æqualiter diuiditur, quod ad intelligendas & definiendas quæstiones in hoc 6. *art. & duobus seqq.* tractatas pertinet nisi Consuetudo contraria extet. *V. Arr. append. huius tit. & annotat.*

VII.

Idem.

Ad interpretationem Consuetudinis Præfecturæ Parisiensis, 118. *artic.* in dubium reuocatum fuit, nempe: quando liberi ex secundo vel tertio vel alio vlteriore matrimonio, vel ex omnib. dictis matrimoniis supersint, vtrum liberi primi tori, quo casu superstes inuentarium nullum fecit, vel alio actu communioni derogatum fuit, mediam omnium bonorum mobilium & immobilium conquisitorum ab ipso tum patre vel matre, etiam durantibus aliis matrimoniis, consequi debeāt? Videbatur quod non ea pluribus & optimis rationibus, nominatim quod sæpe secunda vxor maiores facultates marito suo, cui secundis, tertiis vel aliis nuptiis nubit, quam prima attulerit afferere solet. Item quod ea Consuetudine, secunda vxor communionem bonorum dicti mariti sui acquirat. Super hac difficultate lis contestata & maximis disputationibus agitata fuit coram Præfecto Parisiensi inter Ioannem Mansecium tutorem & curatorem Petri Iosephi filii defuncti Lamberti Iosephi, & Antoninæ Burgensis vxoris ipsius ab vna parte, & Dionysiam Ruffam viduam prædicti defuncti Lamberti & Poicheto rursus nuptam, & Genouefam Poichetam ab altera. Super quo Arrestum de 23. Decem. 1529. datum fuit, quo prædicto Mansecio prædicto nomine media pars omniū bonorum mobilium & conquisitorum immobilium à prædicto defuncto Lamberto Iosepho patre prædicti minoris relictorum adiudicata fuit, eo quod prędictus Lambertus inuentarium non confecerat, prępsupposito, quod ex secundo matrimonio liberos sustulerat.

VIII.

Idem, & maritum continuātē cū liberis, acquisita alienare non posse.

In terminis fortioribus inter Nicolaum & Carolum Guedonios actores & Carolum Guedonium seniorem reum, de mobilibus & conquisitis prædicti Caroli senioris, qui quinquies nuptias iterauerat & ex quatuor matrimoniis liberos sustulerat, disputatum fuit. Arresto Parisiensi 9. die Augusti 1530. dictum fuit, prædictos actores communionem bonorum supradictorū cū prædicto Carolo seniore reo habere, in eum vsque diem, quo declarauerat, se cū prædictis actoribus communionem habere nolle. Dubium in eo erat, quod actores iam longo tempore maiores erant, nihilominus necdum voluntatem suam declarassent.

Quod Arresto iudicatum quoque fuit, maritum mortua vxore superstitem & communionem cum liberis suis continuantem, in eius præiudicium mobilia & conquisita immobilia alienare non posse, prout viuente vxore sua facere potuisset. Idem præterea iudicatum fuit altero Arresto 21. Martii 1570. Huiusmodi vero alienationes liberis præiudicare non possunt, nisi pro ea parte, qua vtilitatem & propter negotia communis factæ fuissent. Charondas *ad art. 242. Consuetud. Paris.* I. C.

IX.

Consuetudine Santonensi præsupposita, qua vxori de omnibus mobilibus & conquisitis & de tertia bonorum genearchorum, pro lubitu disponere licet. Facti species hæc contigit, primo matrimonio constante vxor omnia & singula mobilia & conquisita, præsentia & futura & tertiam bonorum genearchiorum donauit & ea hoc matrimonio filium suscepit. Euenit vt mortuo primo ipsius marito secūdas nuptias contraheret, pariter secundo marito omnia mobilia sua & conquisita donaret. Filius primi tori & maritus hic secundus vna litigant. Prædictus quippe filius acquisita & mobilia tam primi quam secundi matrimonii postulat. Secundus maritus non renuit, quo minus prædictus filius bona primi matrimonii consequatur & accipiat: verum ait, ad se bona secundi matrimonii spectare, de quibus non fuerit cogitatum: in iis quippe vxoris suæ se socium esse: & ex dispositione iuris, quemadmodum mobilia & conquisita primi matrimonii liberis eiusdem debentur, ita pariter bona secundi matrimonii ad liberos ex hoc natos pertinere, *l. Quæcunque. ff. de bon qua lib.* ibi, *videlicet obseruan. ver. omnibus autem, cum glo. in verb. ex eodem matrimonio & in locum aliis sanctionibus. Cod. de secund. nupt.* atque hæc summa ratione niti videntur. Filius primi thori ait, si maritus secundus, constante secundo matrimonio, bona inter eos cōmunia cum eo diuisisset, ius ad se prætensum admittendum esse: verum societate nulla ex parte dissoluta, primam societatem, quæ inter matrem & filiū ipsius heredem primi mariti erat, durasse, nec soluto matrimonio dissolutam fuisse, *l. Actione. §. fin. cum l. seq ff. Pro socio.* Sibique suæque culpæ maritum imputare debere, quod diuisionem non fecisset. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdagalensi pro filio, 7. Septembris. 1537.

Societas secūda primæ nō prę iudicat, si diuisio seu distractio, prioris nō fiat.

X.

Creditores aduersus debitores suos maritū vel fœminā, citra debiti sui diuisionē, iuxta consuetudinē agere possunt.

Vicisima secunda Iunii 1532. in minore Inquisitionum Camera Parisiis Arresto conclusum fuit, creditorem heredes mariti debitoris sui conuenire posse pro solido debito suo, quantumuis prædictus debitor vxorem duxerit, & ex Consuetudine Parisiensi dici posset, vxorem superstitem pro dimidia parte teneri, attenta videlicet communione bonorum ab ea introducta inter coniuges, cuius vi & vigore debita actiua & passiua communia fiunt, & quilibet eorum nomine pro parte dimidia tenetur: puta vidua & heredes: consequenter igitur creditorem aduersus prædictos heredes debitoris principalis pro vna dimidia tantum, non vero in solidum agere debere. Attamen Arresto contrarium dictum fuit, nempe, creditorem in solidum cōuenire posse heredes debitoris sui, qui allegare non poterunt, superstitem pro vna dimidia teneri. Verum quidem est, eos aduersus superstitem, ad quem altera dimidia spectat, regressum habere posse: interea tamen eos solidum soluere oportet. Ratio hæc est, quoniam prędicta Consuetudo Parisiensis, nonnisi inter maritum & vxorem, seu inter has duas personas diuisionem fieri vult, at non respectu creditorum, quibus actio ante contractum matrimonium competit: & sic per matrimonium superuenientos actio non debet diuidi in præiudicium creditoris, *l. debitorum pactionibus Cod. de pactis. l. Cui fundum. ff. de cond. & demonstration l. 2. §. Explicitibus. ff. de verb. obl.* Ioannes Faber §. *fi. Inst. de duobus reu.* Alterum Arrestum in Consuetudi-

nē

he Parisiensi 2. Augusti 1536. inter Ioannem Contiū. Simile Arrestum de 4 Maii 1553. inter Emericū Piochium tutorem heredum & liberorum Renaldi Piochii reum, pro Nicolao Leussino mercatore Parisiensi, cui prædictum tutorem Balliuius Rhemensis, in octuaginta coronatos condemnauerat, quos ipsi ex causa mutui chirographo suo obligatus defunctus debuerat, saluo prædicto tutori aduersus viduā pro parte dimidia regressu. Dictum fuit, à Balliuio bene iudicatum fuisse: & notandum est, prædictum chirographū constante matrimonio confectū fuisse.

Pariter iudicatum fuit in Audientia aduersus Castellanū Nouiodunensem, 7. Nouembr. 1570. B.

XI.

Æs alienū so commu- nione coniugali, quo modo soluatur.

Inter Robertum Poriæum ab vna parte & Ioannem Tamerinum Scutiferum ab altera, iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 21. Iulii 1502. debita defuncti primum ex mobilib. & conquisitis immobilibus soluenda, & vbi hæc non sufficerent, ex propriis fūdis prædicti defuncti prædictum æs alienum soluendum pro parte, quam singuli ex communione ferre debent.

XII.

Debitam multā aut expensas ex delicto, in societatem nō veniunt.

Ioannes Lepus Arrestum Diuioni aduersus Claudiam Bissonardam vxorem Amari Gauuiartii Montigniaci criminis accusatam & à Balliuio Ausonensi vel Locumtenente ipsius appellatam, impetrat. Is expensas taxari curat & executionem aduersus prædictam appellantem persequitur, eiusq; vigore ab apparitore nonnulla mobilia in domo prædicti Gauuartii mariti pignori capi curat. Hic sese opponit & ait, eo quod neque pro noxa seu delicto vxoris suæ teneretur, quacunq̄ue tandem ratione id committatur, neque liti interfuisset, neque iudicio comprehensus, neque vxori suæ authoritatem præstitisset, sibi iniuriam fieri mobilibus suis pignori captis, quorum restitutionem, expensas, damna & interesse postulet. Lepus executioni insistit & ait. ex Consuetudine Burgundiæ mobilium communionem inter maritum & fœminam esse. Tum & secundo, ex alio capite prædictæ Consuetudinis, inter maritum & vxorem, nomina & debita actiua & passiua in omnibus actionibus communia esse. Postremo si vxori suę author non fuit, passum eum fuisse, vt iudex autor ei fieret, & ipsummet pro ea satisdedisse, vt ea carcere liberaretur.

Gauuiartius opponens ait quantum ad communionem mobilium attinet cōsiderandum esse, quod ex eadem consuetudine maritus omnium dominus sit, deque iis in solidum, viuente vxore disponere possit, non vero viuente marito prædicta vxor: ea quippe nihil nisi marito mortuo habet: quantum vero ad alteram debitorum communionem, eam ad ea, quæ ex delicto descendunt, non extendi. Arresto Diuionensi, quod pronunciatum die Sabbathi, 2. die Martii 1554. executio nulla declarata fuit & oppositio valida: & prædictus Lepus in expensas & restitutionem mobilium condemnatus fuit.

Adde *Arrestum* 3 supra *eod. tit.* V. Charondam *lib. 7. Resp cap.* 87. Luciam *lib.* 8. *tit.* 3, *Arr.* 6.

XIII.

Acquisita iuxta consuetudinē domicilii acquirentis determinari solēt.

Expressa Consuetudine complurium locorum, maritus & vxor omnia mobilia & conquisita constante matrimonio communia habent. In Prouinciis iuris scripti mobilia & conquisita acquirentis propria sunt, neque eorum vlla communio est. Dubium * igitur est, vtrum si maritus in Prouincia, quæ iure scripto regitur, cum vxore sua domicilium & habitationē habeat, vbi huiusmodi consuetudo de societate vigeat, vxor prætendere possit, medi[...] prædicti acquisiti ad se pertinere: vtrum etiam huiusmodi acquisita ex Consuetudine loci, in quo prædicta acquisitio facta, vel loci domicilii vtriusque coniugis determinari debeat? Super hoc dubio Arresto Parisiensi 1. die Martii 1549. aduersus viduam quandam Lugdunensem, ratione domus cuiusdam à marito ipsius defuncto Parisiis acquisitæ constante matrimonio iudicatum fuit. Alterum quoque Arrestum extat antea super hoc dubio datū quod æquas sententias tulit, vt Arresto 15. infra narratur.

* V. Choppinum *ad Consuetud. Andegau lib* 3. *cap* 2. *Tit.* 2. *Art.* 4. *& ad cons. Parisi. lib.* 2. *tit.* 1. *in prin* & Charondam *lib.* 2, *Respons. cap.* 64. *& lib.* 7. *cap.* 100.

XIV.

Inter Iacobum S. Mauri, Dominum S. Germani actorem & reum respectiue ab vna parte, & Ioannem Franciscum & Claudium S. Mauri reos & actores quoque respectiue ab altera: iudicatum fuit, ad relationem domini Boilæi, in 3. Inquisitionum Camera, mense Februario 1549. quod si duo coniuges, qui mobilia & acquisita ex Consuetudine cōmunia habent, in Prouinciis, quæ iure scripto reguntur acquisiuerint, huiusmodi acquisita extra prouinciam consuetudinariam communia nihilominus inter prædictos coniuges esse: eo quod prædictum statutum has personas concernat, quæ ex eo societatem vna contrahunt, neque rem acquisitam spectare. Eaque materia est *l. Exigere dotem. ff. de iudic.*

Idē in hoc casu cōtra- rio.

XV.

In contrario casū & pari ratione, Arresto Parisiensi, quod ante præcedens datum, iudicatum fuit in lite, quæ æquas sententias tulit inter dominum Hospitalium & dominum *le Voix*, si duo coniuges in prouincia quæ iure scripto regitur, & in ea habitantes in prouincia consuetudinaria acquisiuerunt, hoc acquisitum eam ob causam inter prædictos coniuges commune non censendum: verum ad eum spectare, à quo pecunia processit. Arrestum postea datū fuit mēse Martio 1549 supra iu undecimū positum.

Idem.

Ad has 3 quæstiones in his 3 articulis comprehensas, vide Charondam *lib.* 2. *Respons. cap* 64 *lib.* 5. *cap.* 37. *lib.* 7. *c.* 10. Choppinum *de morb. Paris. lib.* 2 *fol.* 125 V. infra *lib.* 16. *tit. De solutione maritand.* §. 14. I C *Arr.* 3. *in App. huius tit.*

XVI.

Doctrina Ioannis Fabri *in proœmio Instit. vd dictio Iustinianus*, neinpe, rem à cognato ei qui alias ab intestato cognato isti succederet, donatam, donatario genearchicam censeri, quando prædicta res donata iam in persona donatoris radicem egit, solum locū habere declarata fuit, (Arresto Parisiensi, quod datum in noua Camera Inquisitionum, cum in ea terminaretur lis inter dominos fratres Eniuiātios Claudium & Ioannem, iuxta alterum Arrestum in Curia datum) & intelligendum esse, quando hæ donationes à patre & matre, auo auia, vel aliis ascendentibus vel descendentibus in linea directa, non vero in linea collaterali vel transuersali collatæ sunt, nisi huiusmodi donatio in futuræ successiunis antecessū fieret. Alioquin simpliciter facta, acquisitum inter coniuges commune erit prædicto Arresto, ex ratione textus *in l. C. de imp. luc rat. descript. lib.* x. D. Imbertus Arrestum Parisiense contrarium allegat, puta, omnia hæc acquisita, siue in linea directa vel collaterali, communionis esse.

Quæsita ingenuitate inter marito & vxorem communia esse nō debent.

Quæstio ista à compluribus magnis doctisque, viris nostri temporis tractata fuit. Chassanæo *ad Consuetu. Burg. tit. de iur. ad coniuges. spect. in verb. & conquest.* Imberto *in Enchiridio suo, in ver. Dona* D. Tiraquello Cōsiliario in Curia &

tractat. §. 13. gloss. vnica, num. 43. Et Valla *de rebus dub. tr. tract.* 13. *num.* 1 Eadémque compluribus Arrestis iudicata fuit. Carondas *lib.* 2. *Resp. cap.* 39. *&* 82. *& lib.* 7. *cap.* 141. Quæ iádē determinata fuit *artic. vlt. Consuet. Paris. tit. de communione bonorum, art.* 146. qui vult, rē donatā vni coniugū, constante matrimonio, ea lege, vt propria donatarii esset, in communionem non incidere: verum si res simpliciter vni coniugum donetur, eam communem fieri, exceptis donationib[us], in linea directa collatis, quæ communionem non ingrediuntur. Quod si res quædā immobilis testamento ei legatur, qui ab intestato succedere debebat, hoc casu res donata cōmunionem non ingreditur, eo quod in antecessum successionis & portionem hereditariā facta fuisse existimatur, verū legatum ei factum sit, qui heres esse non debet, res legata acquisitorum numero est & communionem ingredi debet, hæc Valla supra *dict. loco.* I. C. vide *lib.* 17. *infra tit.* 3. *Arrest.* 19.

XVII.

Iurisdictio communis quomodo exerceri debeat.

Quando plures ab indiuiso & æqualibus vel inæqualibus partibus domini dominii alicuius sunt, inter quos de exercitio Iurisdictionis communis contentio oritur, nōnulli tenuerunt, eos consentire debere, adhibitis Officialibus cōmunibus: collatione expensarum & perceptione reditus pro modo portionum ipsorum constituta: atque potius expressus textus facit *in l. Huiusmodi.* 84. §. *finali. ff. de legat.* . Iuxtaque eam iudicatum fuit Arresto Tholosano, quod allegat Benedictus *in repetition. sua*, inter dominum Motillontū Præsidem in prædicta Curia, proprietarium Castri Marini, & dominæ vsufructuariæ prædicti loci. Alii tenuerunt sententiam valde diuersam & difficultatum plenam, népe, singulos prædictos dominos peculiares Officiarios habere debere, quorum ope iurisdictionem ad mensuram temporis competentis portionis exerceant: eosque ad id cogendos esse. Pro hac sententia de diuidendo iurisdictionis exercitio alternis vicibus, tenet Glossa *in c. licet. quæstione* 3. *in verb. consent.* Deque eo tria Arresta extant, quæ Burdegal[illegible] data: primum pro Episcopo Santonensi aduersus Procuratorem Catholicum Regium quo dictum fuit, prædictum Episcopum suo nomine per Officiales [illegible] Ciuitate Santonensi, in aliquot mensibus exercere [illegible] debere: Regem vero [illegible]. Alt[illegible] Vigilia B. Virginis [illegible] nobilem Annalaum S[illegible] actorem ab vna parte, & [illegible] Co[illegible] dictum fuit [illegible] per Officiales [illegible] exercere debere [illegible] & legitima [illegible], residuo. Tertium [illegible] Procuratorē Catholicum Regium, & Vice Comitem Chastillonium, & Dominam [illegible] vxorem ipsius, quod datum [illegible] 1532. quo decretum fuit, Reg[illegible] dominū, per Officiales suos iurisdic[illegible] Libian, de qua agebatur, duobus mensibus exercituum: prædictos vero Vice-Comitem & vxorem eius pro residuo. Tribus his Arrestis [illegible], fieri non potest, quin ob huiusmodi varietatem multa [illegible] iustitia præcipitetur, vel etiam nimis quam retardetur. Et ita Boerius *in* 5. *sua decis.* id descr[illegible], qui in contraria sententia fuit, ex cœtu quippe siue senatu erat: nihilominus eo non obstante pluralitas vocum obtinuit; verum eo inuito. Postea causam ampliauit & Arresti executioni interfuit.

Vide *Arti.* 25. *Constitutio. Ro[illegible]ensis.* I. C.

XVIII.

Vnus cohe[illegible]dum

Tres fratres Bellopilo, natu maior nomine Ioannes pro vna dimidia, Ioannes & Petrus pro altera dimidia, inter se paciscuntur, damna & emolumenta ex lite quadam patris Maugestern & P[illegible] & aliis litibus motis & mouendis propter successionem paternam prædictum maiorem natu solum omnia percepturum. Is præterea solus litem quandam à patre ipsorum cœptam, super [illegible] Constitutione reditus reassumere vult, cuius nomine Arresto condemnatur, eoque facto ad soluendum annuum reditum cen[illegible] lib[illegible]arum, reliqua & expensas: saluo amortizandi reditus iure, mille & pringentis libris vna vice solutis. Arrestum istud aduersus eum quo ad principale, reliqua & expensas executioni traditur. Is soluit neque fratribus rum ad dimidiam eius sibi soluendam non conuenit: tandem prædictos fratres suos conuenit & ab iisdem mediam partem solidi solui postulat. Iti in id ei se teneri negant per hæc conuentionis verba: *Et aliis litibus motis & mouendis ob prædictam successionem*, quæ inutilia esse non debent, *l. Si quando. ff. de legat.* 1. per huiusmodi generalem clausulam omnes lites absque vllo discrimine intelligendas, *l. si seruitus. ff. de seru. vrb. pred.* Adde quod prædictus maior naturālem, Arrestum, executionem, quam alia omnia sustinuerit & exceperit, neque quicquam iis denuntiauerit. Attamen Arresto Burdegalensi, quod datum mense Iulio, anno 1519. contrarium iudicatum fuit; & hi duo fratres ad soluendas partes summarum iudicatarum & declaratarum [illegible] ab expensis prædictæ primæ litis. Supradicta quippe clausula, propter quam hoc dubium motum fu[illegible] de lite successionis, [illegible] concer[illegible] [illegible] *quæ* [illegible] Quod [illegible] quis, quod eo nomine [illegible] communi [illegible] *l. stipulationum* 2. §. *fin. ff. de verborum. obl. & l. filiæ.* § 1. *ff. famil. ercisc.* idemque de expensis & sumptibus *l. Hæc consequenter.* §. *sumptuum quos. ff. fam. erc.* Nihil dicetemuat, hæc verba [illegible] esse habere debere. Huiusmodi enim regula intelligitur, si legitime ca[illegible], non vero [illegible] pertinentia vel propositum concepta fuerint, *l.* [illegible] *ff. de verb. obl.*

V[illegible] *C. fiet.* [illegible] quomodo pro portionibus hereditatis & pro modo emolumenti [illegible] onera.

XIX.

E duobus vnius socii immunitas a pedagio alteri socio non priuilegiatum minime immunem præstat.

Baionensis immunitate soluendi exagogici pro merci[illegible], quas per te[illegible] Aquitaniam subuehunt, gaudent [illegible] Aqu[illegible] merci[illegible] nomine habent, quas p[illegible] territorium Baionense deu[illegible]unt. Mercator quidam Baionensis merces sibi cum alio [illegible] priuilegiato communes exportat. Aquenses [illegible], eos [illegible] soluere oportere, *arg. l. os. C. lib.* 11 *de a[illegible]?* vbi dicitur, eum qui aquæ copiam & vsum certum meruit, si alter fecerit & aqua alter vsus fuerit, meritus quod consecutus fuerat, amittere. Mercator Baionensis ait, se neque pro se neque socio suo quicquam pedagii nomine debere: priuilegium quippe quod habet, socio quoque suo prodesse debere, *l. si communem fundum. ff. Quemadm. seru. amitt.* Arresto Burdegalensi, quod datum, 26. die Maii 1531. iudicatum fuit, socium non priuilegiatum pro parte sua pedagium soluere oportere, priuilegiatū vero nihil debere. Eaque sententia est Baldi *in l.* 3. *Cod. de nautic. fœnor.*

XX.

Dominicella Vernadia aduersus hæredes defun-

ctis

Debita realia mariti quomodo soluantur.

cti mariti sui agit, vt à debitis realibus & hypothecatiis, constante matrimonio ipsorum, à prædicto marito contractis liberetur, qui maritus venditionibus & redituum constitutionibus omnia bona sua generaliter hypothecæ nexuerat: quorumque nomine prædicta Dominicella nequicquam se debere aiebat, quantumuis consuetudinaria communio omnium mobilium & conquisitorum immobilium & debitorum passiuorum, itemque similis communio expresse, matrimonio constante, continuata fuisset, in qua societate inter prædicta debita erant. Secundo, vt heredea prædicti defuncti mariti cogantur, ad sibi liberanda & exoneranda huiusmodi reditibus & hypothecis in solidum, prædicta conquisita immobilia, quorum se vsufructuariam pro dimidia parte dicti mariti sui, per expressum pactum prædictis pactis dotalibus insertum, proprietariam vero pro altera dimidia parte ex capite suo ob prædictam societatem esse dicebat. Heredes contra asserebant, eá iuxta consuetudiné pro dimidia parte creditorib. teneri in prædictos reditus & debita: & repræsentabant, summas debitas ad acqoisita comparanda fuisse conuersas & in vtilitatem prædictæ societatis, neque rationi consentaneum esse, vt prædicta vidua alterius iactura fiat locupletior, *l. Iure natura. ff. de R. I.* Quantú ad vltimú articulum attinet, se non teneri ad [illegible] eam, quæ [illegible] conquisita cum suorum onere accipere deberet. Ea pergebat, dicens, quo ad primum articolum, huiusmodi debita realia esse, de quibus Consuetudo non loquatur, verum de personalibus tantum: quantum vero ad vsumfructum, eum sibi deberi ex contractu, ante hypothecá constitutam, nec à Consuetudine procedere. Tandem Arresto Parisiensi, quod datum mense Ianuario, annu 1540. ad relationem D. Sudorii indicatú fuit, ex omnibus defuncti bonis immobilibus, tá propriis & patrimonialibus, quam conquisitis vná hereditariam massam faciendam, ex qua creditoribus satisfieret: eoque facto prædictam viduam teneri contradicere prædictæ mensuræ & iustæ ratæ dimidiæ suæ partis conquisitorum ratione tributoria siue prædicta media conquisitorum pars ex societate consuetudinaria competeret, siue pactis dotalibus conuenta. In quo Curia nullam differentiam fecit, quamuis tempore prædictæ consuetudinis bona extare poterant: perpetuo quippe vidua contribuere debet pro rata eius, quod ei ex conquisitis proprietatia titulo obuenit, prout supra, iuxta textum *in l. Quæsitum § si cum ex parte. ff de pecul* & iuxta doctrinam singularem Bartoli *in l. Moschus per illum text. ff. de iur. fisci.* Atque bene notandum est, propter mobilia vxorem non onerari, ob qualitatem debitorú quæ personalia non sunt. Quo ad secundum articulum dictum fuit, ab heredibus partem mediam cóquisitorum ad eos spectantium proprietatis titulo & vsufructus ad vxorem, prædictæ vxori liberandá vt eo ad dies vitæ suæ fruatur, citra vllam obligationem vel hypothecam, & alteram dimidiam, prout supra in primo articulo.

Lucius *lib. 8. tit. 3. Arr. 4. & 5.*

Hęc *&l. fin. de. vsufructu legat.* de legato particulari intelliguntur.

XXI.

Vxor quando teneatur refundere pretiú proprii sui fundi a marito venditi.

Si maritus propriom vxori suæ vendat citra consensum aut ratihabitionem eius & constante matrimonio, & prędicta vxor soluto matrimonio fundú suum vindicet, ea de dimidia pretii parte prædictæ venditionis non tenetur, etiam si in prædictam cómunionem vxoria & mariti versum esset. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi Vigilia Natalis anno 1547. ad relationem domini *de Loges* pro Ioanna Bergeratia vidua defuncti Ioannis Barbuatu, aduersus Crossardum & Emundum *du Four* reos. Nihilominus si probaretur pretium in vtilitatem vxoris versú, ex bono & æquo, ratio eius habenda foret ob rationes præcedentis Arresti.

XXII.

Si * maritus fundum vxoris suæ vendat, & pecuniam ex venditione confectam ad alium fundum comparandum se collocaturum promittat, postea vero, antequam prædictam pecuniam collocet, moriatur, huiusmodi onus commune heredum defuncti & ipsius onus esse censetur, nec vlla differentia inter hoc & alterum debitum est, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 23. die Decembris anno 1525. inter Catharinam Buurtiam viduam Ioannis Parentis ab vna parte, & Wilhelmi Parentis tutoris Claudii filii defuncti.

Onus pecuniæ [illegible] ad communionem spectat.

* Quid si communione inter maritum & vxorem existente, maritus pretium soluat fundi quem ante contractum matrimonium emerat, vxore vel fundi vel pretii participe facere debet, Arresto Parisiensi quod datum 1 Martii 1567. Choppinus *lib. 3. de priuil. rustic. parte. 3. cap. 4.* Idem in magnis meliorationibus constante matrimonio factis, quæ pro acquisitis habentur. Charondas *lib. 2. Resp. c. 63.* Aliud est in fundo mariti proprio, quem is vendidit, postea vero pecunia ex aliis sibi propriis fundis redacta redemit; hic quippe fundus redemptus pro acquisito non censetur, iuxta Arrestum Parisiense, 3 Martii 1557. quod idem Charondas *supra dicto libro* allegat *cap. 70.* T.

XXIII.

Consuetudine locali, inter nobiles coniuges superstes omnia mobilia lucratur, itemque ex communione mediam partem acquisitorum immobilium retinet. Hoc præsupposito hæc facti species proponebatur. Maritus superstes à creditore quodam suo conuenitur, & ante litem finitam vita fungitur. Prędictus creditor viduam ad reassumendam litem cogere vult, nec ad derelinquenda iura sibi obuenientia, & ait, eam propter mobilia, quæ acquisiuit integra, totam litem suscipere debere, quicquid sit, propter commodum conquisitorum mediam partem recusare non posse. Ipsa excipit & ait maritú suum & liberos & heredes reliquisse, quos conuenire posset, non vero aduersus se agendum, quæ in præsens acceptare vel repudiare idquod iuris ex Cósuetudine sibi defertur, non tenetur, verum de eo consultabit, interea creditor, si ita ei videtur, heredem conueniat. Arresto Parisiensi, quod allegat D. Lucios absque data, dictú fuit, viduam satisfecisse.

Vidua [illegible] conueniri, [illegible]

V. Dn. Lucium *lib. 8. Placit. Curia, tit. 3. Arrest. vlt.*

XXIV.

In compluribus huius Regni Prouinciis, vbi inter maritum & vxorem communio est mobilium & conquisitorum immobilium, expressa Consuetudine marito facultas conceditur dominandi, vendédi & alienandi pro arbitrio suo mobilia & acquisita prædictorum coniugum, vel vnius ex iis, constante matrimonio comparata, contractibus inter viuos non vero dispositione mortis causa. Dubium, maximum fuit, longoque tempore indecisum permansit super interpretatione huius Consuetudinis, quomodo videl. libertas illa alienádi prædicto marito concessa exercenda sit & accipienda, pura vtrum libere & vnico solo actu omnia acquisita & mobilia sibi cum vxore sua communia in vniuersum donare possit? vel etiam vtrum huiusmodi alienationes particulares esse oporteat & prout occasio vel necessitas

Marito pro arbitrio suo mobilibus & cóquisitis [illegible] non possit quantiuis Cósuetudo ei dispositionem aliorum cóceda[t].

tas flagitauerit vel voluntas exegerit, citra fraudem & dolum fieri debeant? Quæstio hæc in vtramque partem agitari potest. Consuetudo quippe nullam exceptionem continet. Attamen si grauamen consideretur, eo quod vxor vsque eo se submittere debeat, vt maritus absque causa eam fraudare eo possit, quod merito Consuetudo ei adiudicat, maior ratio erit pro restringendo potius hoc grauamine, quam pro amplificando. Atque iuxta a Arresto Parisiensi, 14. die Aprilis anno 1556. ante Pascha, quod pronuntiatum à D. Præside Harlæo, donatio quædam à Macæo Druto Parisiensi (vbi similis Cõsuetudo obseruatur & scripta est) omnium mobilium & acquisitorum collata, reprobata & annullata fuit. Id quod ad dispositionem iuris cõmunis quã proxime accedit, inducentis præsumptionem fraudis tum, cum necessaria alienandi occasio non apparet, verum mera tantum donandi libido & impetus. Tũ & secundo quando in vniuersum omnia quis donat lex ciuilis patri alienandi id, quod filio obuenit & acquiritur, facultatem concedit; dummodo non dissipet, & frustrã id eo & priuandi filiũ animo faciat. Isque textus est *l. cum oportet. §. non autem.* cum ibi not. per Bartol. *Cod. de bon. quæ liber.* Cæterum de eo non dubitatur: quin huiusmodi Consuetudines nunquã intellectæ fuerint, quasi marito decipiendi vxorem suam medium darent, non magis certe quam lex ciuilis patri huiusmodi facultate concessa doli quoq; & fraudis ansam præbere voluerit. Nam, vt ait altera *l. in quæstione testamenti, 15. Cod. de sent. passis*, si pater adeo summam potestatem haberet, vt ea vel iure vti vel iniuste abuti libere posset, grauior filio restitutio & reditus patris foret, quam deportatio, & vita quã mors luctuosior. Vnusquisque videt, quatenus argumentum ab vxore ad filiam & à marito ad patrem, pro hac facti specie, in qua versamur, militare possit.

Maritus pro arbitrio suo mobilibus & conquisitis abuti non potest, quantumuis eorum dispositionem Consuetudo ei concedat: mediocriter saue donare potest. Et hanc ad rem cum quidam nomine Cottardus 50. libras reditus Michaeli nepti suæ reliquisset, vidua id approbare coacta fuit: Arresto de 14. Augusti 1571. quod pronuntiatum in purpura à Præside Hennequino. B.

XXV.

Vxor valde grauatur libertate superius declarata marito concessa alienandi scil. mobilia & conquisita immobilia inter eos communia, citra compensationem mediæ partis vxori faciendam, verum tamẽ prædicta vxor subleuatur quæ fauetur in eo, quod pro dimidia parte ad soluenda mariti sui debita non teneatur, nisi pro æstimatione dimidiæ partis mobilium & conquisitorum, ita vt nihil quicquam ex suo patrimonio eo impendat. Quæ sane sancta & singularis interpretatio est omnium Franciæ Consuetudinum, clausula speciali in contrarium non existente, Arrestis duobus Parisiensibus, quorum vnum datum 22. Februarij 1543. alterum de 21. Iunij vel Maij 1556. pro Margaretha Viuiana, vidua defuncti Ioãnis Bourceria, aduersus Ioannam Conjam viduam defuncti Iacobi Bourcerij: quæ Margaretha Viuiana prædicto vltimo Arresto declarata fuit, quod non teneretur ex communione ad debita defuncti sui mariti, nisi eatenus, quatenus ex communione illa mobilium & conquisitorum emolumentum accepit & in rem eius versum est, ita vt propriis ipsius fundis manus inijci aut vendi propter debita mariti sui non possit.

Vxor socia mariti sui debita soluere nõ tenetur, nisi pro æstimatione partis suæ.

V. Arrestum de 17. April. 1544. in App.

XXVI.

Quæstio dubia fuit, vtrum socius partem suam ex fructibus pendentibus fundi cuiusdam sibi cum alio communis indiuisi, non interpellato socio suo neque quoquam id significato percipere possit? Ex dispositione iuris communis, quilibet sociorum facultatem habet re communi vtendi fruendi in omnem vsum, cui rea communis naturaliter destinata est, *l. qui fructum fundum. 25. ff. de vsur.* Accursius *in glossa l. Sabinus. Commun. diuid.* Nihilominus quoniam quilibet sociorum bene nouit, fundum communem non nisi pro certa portione ad se spectare, eadẽ ratione scire debet fructus ad se, nõ nisi pro pari portione spectare, neque eos inuito vel ignorante socio suo percipere debet, quantumuis eos solus seminasset: quoniam in percipiendis fructibus magis corporis, (id est, ipsius soli) ius, ex quo percipiuntur, quam seminis, (id est, quam personæ quæ serit) ex quo oriuntur, adspicitur. Imbertus *in Enchirid. suo*, speciem similis dubij proponit de duobus communem pratum & indiuisum possidentibus, quorum vnus cum videret socium suum tam in cepisse in parte pratum fœnum secare: fœnisecas in partem reliquam immittit, fœnum secari & deuehi curat, omnia altero ignorante. Hic ex tempore & illico conqueritur & proponit se in possessione sua turbatum, eumque in finem socium suum, qui fœnum deuexit, citat. Is excipit & ait, se nonnisi pro competente sibi parte ex iure societatis fœnum subuexisse, neque possessioni propositæ & prætensæ ab interdicto expetente contradicere velle, qui sententia Iudicis Regij partium primo in momẽtaneã possessione, postea vero definitiua sententia in possessione prædicti prati ratione partis ei attributæ manutenitus fuit: reus autem turbas mouisse declaratus & in expensas damna & interesse cõdemnatus, à quo ad Parlamentum appellat. Dubium hoc agitari potest. Age, videamus quæ hanc ad rem proponi possunt. Hanc ad rem Salicetus ad *l. Iubemus nulli, in pr. Cod. de S. S.* ait & aliter, quod si duobus fundus communis sit & vnus eorum fundum coli, frumẽtum seri postulet: alter inerta & stulta æmulatione ductus ad nocendum & socio suo & sibi ipsi, reluctetur: nihilominus qui bonus paterfamilias est, fundum colat, augeat, ampliet, frumentumque serat, & fructus colligat, vtrum is antequam hoc faciat, socio id denuntiare eumque citare teneatur? Si fructus collegit, vtrum is communicare eos alteri, partemque illorum prædicto socio suo tradere teneatur? Respondet, inquam, Salicetus & ait, quod non. Ad confirmandam sententiam suam, allegat Glossam ad præd. *l. iubemus in verb. diuidere.* Idem Baldus ait *in consil. suo. 37. vol. 5.* de cædenda sylua communi loquens, quam cædere socius solus, etiam inuito altero, potest. Baldus *ad d. l. Sabinus*, aliam facti speciem proponit, quæ ita habet: quod si vnus è duobus dominus domus cuiusdam, eam integram elocaram velit, alter in ea parte sua habitare cupiat, hic quominus habitet, impediri non poterit. Vnus nihilominus tamen solus integram domum locare potest, nisi socius ipsius renitatur vel dissentiat, vt ait Bartolus *in l. & hac distinctio. §. cum fundum ff. locat.* Si tres domini sint domus locari consuetæ, duo eã locare volẽtes audiẽtur, neque tertius iis cõtradicẽs audietur, vt ait Bar. *in l. 1. C. quis. st. suc. pos.* verũtamẽ si prædicta domus locari cõsueta nõ fuerit, prædictus

In re communi quod socius absq; altero facere possit.

Dissidium sociorũ sed per forma re cõmuni siccã vel etiam super collectione fructuũ.

Pp audie-

audietur tertius in ea habitare volens aduersus duos eam locare cupientes: ait Baldus *in capit. 1 §. si quis de manso. de controuers. inuestitur.* Idem in duobus non obtinebit, vt ait Bartolus de tribus, *dicto §. cum fundum.* Vnus quippe solus rem communem inuito altero locare non poterit, etiam si ea locari consueta sit, nominatim si contradicens socio suo denunciauerit, se partem suam retinere & possidere velle: deque eo Imbertus *in Enchirid. not. Socius an vtatur,* &c. duo Arresta Parisiensia allegat. In prima specie extra locationem, videtur socium è re communi fructus percipere volentem, ad euitandam socii sui querelam bunc conuenire debere, ipsique denunciare, si eo loci habitet, tempus scilicet colligendi fructus adesse, veniat igitur, colligat & percipiat partem suam certo die, alioquin se præsentem partem suam collecturum. Hoc facto, is, qui negligit, cuique eum in modum denunciatio facta, conqueri non poterit, si alter socius partem suam percipiat & auferat. Præsumetur quoque eum nonnisi parte sua frui, & partem suam percipere voluisse

Consilium socio aduersus socium, qui collectionē fructuū differt & negligit, datum.

XXVII.

Maritus de mobilibus & conquisitis cōmunibus titulo particulari disponere potest, nō vero titulo donationis.

Ex Consuetudine Engolismensi & compluribus aliis huius Regni, maritus dominus est mobilium & conquisitorum immobilium constante matrimonio comparatorum, eaque vendere, alienare, transferre, aliove modo disponere de iis potest. Iuxta hanc Consuetudinem, maritus quidam domum quandam in prædicta communione inter se & vxorem suam acquisitam, cuidam filio suo ex prima coniuge suscepto donat, qui iuxta prædictam collatam donationem ea vsque ad mortem patris sui fruitur. Mortuo patre, vxor postulat, vt iuxta Consuetudinem, media prædictæ domus pars, quæ ad se ex communione pertinet, sibi adiudicetur, tradatur & reddatur, prædicta donatione non obstante, quam in præiudicium suum maritus conferre non potuit, eo quod, cōstante matrimonio & communione nonnisi administrator illius sit, & quamuis ea bona vendere & alienare possit, id tamen intelligendum negotiis ita postulantibus, necessitate & vtilitate ipsius & prædictæ communionis flagitante. Ex qua ratione ea donare non potuit: donatio quippe neque alienatio est, verum actus rei perditæ. Concludebat ex his rationibus, adiudicationem mediæ partis sibi faciendam, cuius respectu donatio valere non poterat. Addit eam commodo filii mariti donatoris & primæ vxoris suæ factam, ac propterea euidentem fraudem esse. Super eo Seneschallus Engolismēsis dixerat, partem mediam prædictæ domus prædictæ viduæ actrici adiudicandam, non obstante prædicta donatione, quam reus opponebat. Qui ab eo ad Parlamentum Parisiense appellauit, vbi Arresto 30. Octobris 1555. dictum fuit, bene iudicatum fuisse.

Adde *Arrestum* 24. supra.

XXVIII.

Idem, & declaratio superioris.

Arrestum præcedens videri posset specialem quandam & peculiarem rationem continere, eo quod donatio simpliciter filio facta & sine insigni causa, videri poterat vtcunque suspecta. Nihilominus eo non obstante postea, 14. Aprilis 1556. ante Pascha, alterum Arrestum solemniter pronunciatum fuit, quo huiusmodi Consuetudo in alia prouincia obseruata, exposita fuit iis casibus duntaxat locum habere, quibus maritus vendit & alienat: adeo vt venditio & alienatio, quam facit, œconomiæ bono & com-modo cedat, non vero cum absque causa ex liberalitate mera donat. Decretum fuit, res ita donatas in familiæ erciscundæ iudicium & communionem venire.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum II.

I.

Mulier ad debita nisi pro rata communionis tenetur.

EX Consuetudine Aurelianensi, quantumuis mulieres communioni renunciare non possint, attamen ne maritus indirecte propria vxoris suæ hypothecæ obligare possit, compluribus Arrestis iudicatum fuit, mulierem debitis nonnisi pro rata prædictæ communionis obligari. Ita iudicatum fuit, mense Iunio 1574. in prima Camera Inquisitionum, & in Audientia, 15. Decembris 1575. pro vidua quadam pannorum mercatrice Aurelianensi. B.

II.

Societas durat quousque inuentarium conficiatur.

Societas eousque durat, quo post mortem inuentarium bonorum communium conficiatur, atque Arresto iudicatum fuit, prædictam societatem vsque ad inuentarii confectionem continuatam æstimari: & quidam nomine Cromerus condemnatus fuit ad dimidiam partem bonorum societatis tradendam, quondam cum patre liberorum actorum initam, anno 1531. B.

Vide *Arrest. de* 13. Maii 1580. infra in Append.

III.

Habitatio extraneorum communionem non inducit.

Habitatio vel domicilium nonnullorum extraneorum non facit, vt inter maritum & vxorem communio sit, quo vnus ad alterius debita soluenda teneatur: Excepta domus locatione, si vxor mobilia aut rem æquipollentem tanquam pignus prædicti mariti defuncti acceperit: hoc quippe casu vxor pensionem domus soluere tenetur, vsque ad valorem prædictorum bonorum perceptorum. Iudicatum aduersus viduam Domini *de Luna*, penult. Decembr. anno 1563.

IV

Propria vxoris facta venditione oppignoratio potius est, quam alienatio.

Domo vel re immobili ex propriis vxoris vendita à marito cum consensu vxoris sub facultate luitionis, propter alienatio non est, verum oppignoratio. Propterea si ea domus redimatur, communionem non ingreditur, sed propria vxoris permanet. Et rescissionis rescriptum à muliere quadam impetratum approbatum fuit, non obstante erroneo consensu, quem diuidendæ domui cuidam ita alienatæ accommodauit, 18. April. 1564.

V.

Impensæ voluptuariæ factæ in fundo vxoris à marito.

Maritus, cum in fundo vxoris suæ ædificasset, propter impensas voluptuarias, fundum in præiudicium tertii acquirentis bona fide, hypothecæ obligare non potest: sed vxorem tantum hæredibus obligare, quatenus locupletior facta fuerit. Arrestum generale de 17. die April. 1565.

VI.

Vxor in communione debita mariti sui soluere tenetur, & vsque ad valorem ... suorum.

Arresto de 17. die Aprilis 1544. super appellatione mulieris conuentæ euictionis nomine ad soluendum reditum quendam postulatum ex domo quadam à defuncto marito vendita, cum ad soluendum & continuandum reditum dam partem dimidiam, & continuandum reditum condemnata fuisset, appellauit: dictumque fuit male iudicatum, emendatoque iudicio vsque ad con-cur-

currentem communionem in solutionem condemnata fuit. Aliud est in debitis mobilibus & personalibus. Vide *Arresta* 4. *&* 20. *huius tit.*

Adde dummodo legitimum inuentarium conficiat, neque vel ex parte vxoris vel heredũ ipsius culpa aut fraus reperiatur, ex hoc Arresto, quod late refert Bacquetus *in tract. de iur. iust.* concinnatus est articulus 228. nouæ Parisiensis Cõsuetudinis. I. C. *Arrest.* 25. supra V. *Arrest.* D. Loueti, *lit.* I. *Arrest.* 11. *cum Commentario* D. Brodei.

VII.

Mercatori præbitori dissolutio societatis denuntiari debet.

In materia societatis, facta dissolutione, mercatori denuntiari oportet, qui socio merces vendere solebat, alias vnus pro altero vice mutua obligatus manet haud aliter ac si nulla dissolutio facta fuisset. Ita iudicatum fuit, 20. Nouembris 1564. Arrestu, quo confirmata sententia quædam Iudicum & Cõsulum mercatorum Parisiensium. B.

VIII.

Societas omnium bonorũ & pactũ futuræ successionis.

Vicisima prima Decembris 1521. Ioannes Chabretius & Perrotius Iobertus fraternitatem & societatem omnium suorum bonorum tam mobilium quam immobilium præsentium & futurorum contraxerunt. Item conuentum inter eos fuit, superstitem, alteri, nullis heredibus ex legitimo matrimonio descendentib. relictis defuncto heredem futurũ. Vltima Octobris 1533. prædictum pactum confirmant, & expresse dicitur, vno absque heredibus ex legitimis & iustis nuptiis natis diem suum obeunte, bona communia quæque prædicta societate & fraternitate constante, acquisituri essent, superstiti acquirenda, sicut de iis aliter disponi non posset, quæ prædicto casu prædictæ partes sibi donarunt irreuocabili donatione. Postea prædictus Iobertus Presbyter fit, & testamento suo Barnabam Iobertũ nepotem suum heredem instituit, cui Ioannes Boisserius & Mariotus Guyonius socii successionem istius Presbyteri controuertunt, ex ratione cuiusdam donationis, & tam coram Iudice Ordinario Seneschallo, quam in Curia Parlamenti Burdegalensis causam obtinẽt. Ab executione ab Ostiario quodam facta ad Curiam appellatur, in qua Chabretius libellum offert, vt ad oppositionem admittatur, & omnia Presbyteri bona postular, vigore scilicet prædictorũ pactorum & contractæ societatis. Arresto 12. Decembris 1562. quod datum ad relationem defuncti D. Ioannis Alemæi prædicta bona prædicto Chabretio adiudicantur, iuxta tenorem prædictorum pactorũ, societatis & transactionis, cum expensis & fructuum restitutione. Pactum futuræ successionis vniuersalis in contractu societatis iure reprobatur, quamuis mutuum sit, Alexander *consil.* 28. *lib.* 3. Petrus de Ferrariis, *in form. libell. in causa societatis, in verb. Societatẽ. vers. quid autem dicendum.* Iason *consil.* 69. *lib.* 3. Stephanus Bertrandus *consil.* 196. *vers. ad quartum. lib.* 1. iuxta editionem anni 1535. Verum generali Franciæ consuetudine id pactum cõprobatur, de qua loquitur Masuetius *tit. de societ.* §. *item licet. & tit. de succ. & vlt. volunt* §. *item quod dictum est*, & Guil. Benedictus *in verb. duas habens filias. num.* 199. nominatim quando illud geminatum est, vt in hac facti specie. T.

IX.

Societas triũ fratrũ testamẽto à patre cõdito & institutionẽ contractæ in iniustũ deducta.

Decimaseptima Aprilis 1567. Franciscus, Iosephus & Michael Vertamonsii fratres, mercatores in ciuitate Lemouicensi nati, Lugduni cõmorantes viuo patre suo, instrumentum quoddam ab iis & à Notario signatum conficiunt, quo societatem omnium bonorum futurorum iure quarumcunque successionum obuenientium contrahunt, iurata promissione addita prædictum de eo coram Notario cõfirmando. Postea pater condito testamento prædictum Michaelem pro tertia quadam heredem instituit & prædictis Francisco & Iosepho minorem portionem iis relinquit, qui mortuo ipsorum patre partẽ successionis à prædicto Michaele vigore supradicti instrumenti postulant. Lite à foro Lemouicensi certis de causis ad Curiam Parlamenti Burdegalensis deuoluta, prædictus Michael rescriptum Regium ad irritandam prædictam societatem impetrat, & Arresto, quod datum in Auditorio, 21. Maii 1571. obtinet, quod postea altero Arresto maioris Consilii, 27. Ianuarii 1573. confirmatum fuit. Charondas *lib.* 4. *Responsor. ca.* 47. similem sententiam datam allegat. T.

X.

Verũ vxor vel heredes quãuis cõsuetudo id non permittat, vel ex pactis dotalibus conueniatur vel non, communioni in præiudiciũ creditorũ mariti sui renuntiare possit.

Ambiguitas Consuetudinis Moniargiensis, quæ permittit pactis & conuentionibus dotalibus, nominatim facultatem renuntiandi communioni, sic tamen vt huiusmodi renuntiationes, nocere vel præiudicare creditoribus non possint, causam dedit cõtrouersiæ cuidam inter domnicellã Perretã Arbouilleam viduam defuncti Gaufredi Bellæi Scutiferi, domini *de Turnoville* in Belsia ab vna parte, & Wilhelmũ Heuterium Studiosum Aureliis operam studiis nauantem, ius cessionis habentem à Wilhelmo Heuterio patre suo ab altera parte. Nam pactis dotalibus prædictæ Arbouilleæ, ea expresse sibi facultatem renuntiandi communioni reseruauerat, si eã vellet, id quod omnibus adhibitis solennitatibus fecerat. Attamen Heuterius, qui se creditorem dicebat & obligationem suam constante prædicto matrimonio natam, coram Balliuo Aurelianensi Conseruatore insistebat ei, vt scilicet non obstante prædicta renuntiatione, Perreta Arbouillea condẽnaretur, postea ad soluendas sibi summas in obligatione sua contentas cogeretur, vel ad minimum pro parte dimidia, propter communionem, atque dicebat, prætensam hanc renuntiatione in id impedire non posse, quandoquidem Consuetudo decernat expresse huiusmodi renuntiationes neque nocere neque præiudicare aliis creditoribus posse: id quod aduersus intentionem & veram Consuetudinis interpretationem eueniret, si facultas conueniendi viduam pro vna dimidia, sibi per huiusmodi conuẽtionem adimeretur. Et vero Balliuus pronuntiauit; hanc viduam soluere oportere, saluo ei regressu aduersus heredes mariti sui: à quo ea directe ad Curiã appellauit, nõ vero ad iudices Præsidiales Aurelianẽses, eo quod de interpretatione Cõsuetudinis agebatur; item quod exitus huius causæ sibi præiudicium inferebat & consequentiam pro omnibus aliis creditoribus prædicti defuncti Gaufredi Bellæi mariti sui. Ego pro appellante dicebam, non immorando deductioni eius, quod in Iulio Cæsare *lib.* 6. *de bello Gall.* scriptum reperimus de antiquis Gallorũ moribus, & in aliis authoribus, nempe Dionysio Halicarnasseo *lib.* 11. Plutarcho *in Rom.* de primis legibus Roma. de communione & societate inter maritum & vxorem: verum, quando, & quatenus hæ leges mutatæ fuerint nec sententias diuersas Neruæ & Sabini ab vna parte, & Sabini & Proculi ab altera proponebã ex *l.* 1. *ff. Rer. amot.* ea quippe hodie nimis trita & vulgaria sunt: vnicum tantum notabam, eum egregie falli, qui crederet communionem & societatem,

quæcunque tandem fuisset tempore superiorum istarũ legum inter maritum & vxorem, talem fuisse, vt vxor pro facto mariti obligaretur: item, vt adquisita constante matrimonio inter eos & heredes eorũ communia essent, pariter vt hodie communia sunt. Præterea tempore suo ita Nuptias deIurisconsulti* finiebant, vt sit omnis vitæ consortium, diuini humanique iuris communicatio, sacrorum pecuniarumque omnium societas. attamen nulla bonorum inter maritum & vxorem communio & societas erat, nisi ea specialiter inita & contracta fuisset. Verum hæc cõmunio erat, quod vxor filiæ loco habebatur, & ita mariti particeps vt filius patris. Ex legibus Numæ (de quibus Plutarchus *in Numa*. Cæsar item *lib. 6.*) vxor marito succedebat, & ex nostris antiquis Consuetudinibus, maritus & vxor respectu duntaxat quorundam bonorum mutuo succedebant, quantũ videl. æstimatione facta ex bonis maritorum cũ dotibus communicanim esset. Dicebam igitur inhærendo Consuetudinibus & legibus municipalibus, quibus hodie vtimur, speciatim vero Consuetudini Montargiensi, de cuius interpretatione agebatur, eam Consuetudinem captiosam esse, permittere facultatemque concedere renuntiandi communioni, huiusmodi tamen renuntiationem creditoribus nocere non posse. Nam ex duobus vnum sequetur: aut communio lucratiua est & stultum foret ei renuntiare: aut ea onerosa est & eius renuntiatio frustratoria foret. Quod si quis adicere vellet & Consuetudinem intelligere, quod huiusmodi Cõsuetudo valebit, non quidem in præiudicium creditorum, verũ recte in præiudicium heredum mariti, aduersus quos vidua, si ei ita videtur, regressum suum recte habere poterit. Primo regressus hic plane inutilis erit, si maritus non soluendo decessit. Secundo quæ ratio est, cur hanc Consuetudinem non alio modo interpretari nos oporteat (præcipue quãdo huiusmodi renuntiatio pactis dotalibus in stipulatum deducta fuit, nec alioquin matrimonium contractum fuisset) nempe hæc est, ne ope huius renuntiationis creditores aduersus viduam agere possint, nisi prius discussis bonis & bonorum mariti possessoribus? Nam vt verba cum effectu accipiamus per *l. 1. §. vlt. ff. quod quisque iur.* renuntiatio vere tum creditoribus nocet & præiudicat, quando debitum suum saluare & consequi non possunt. Sed appellatus discussionem præcedentem non allegabat. Insuper dicebam, etiamsi huiusmodi renuntiationes pactis dotalibus conuentæ creditoribus nocere non possint, distinctionem inter creditores adhibendam esse. Nam respectu illorum, qui ab vtraque parte ante matrimonium creati fuerunt, attento quod ex Consuetudine prædicta Montargiensi & fere omnibus aliis, debita ante matrimonium contracta communionem ingrediantur: dici posset, hanc renuntiationem in stipulationem deductam fuisse, in fraudẽ ipsorum & in eorum præiudicium. Nam ad minimũ, quantum ad conuentionem attinet, difficilior fit aduersus vxorem, si ob debita maritus inquietari nõ possit: ex alia parte, si creditores duntaxat chirographarii sint vel hypothecam generalem tantum habeant, obligationes speciales, donationes inter futuros coniuges factæ, facile ius & actionem ipsorum creditorum difficiliorem reddent. Ac propterea ne adeo sanctus & necessarius contractus à fraude & deceptione alterius incipiat, bene defendi & asseri posse, pactiones & conuentiones hominum speciales, efficaciam obligationis legalis & municipalis tollere non posse: Lex quippe est quæ maritum debitis vxoris, & vice versa vxorẽ debitis mariti obligat. Verum quantũ ad creditores, con[illegible] [illegible] & post renuntiationem hanc [illegible] [illegible] ... & initam, eos dicere non posse, aliquid [illegible] in fraudem & tracto matrimonio conuentum fuisse, in fraudem & detrimentum sui, qui tum non erant. Regula quippe certissima & infallibilis est. In omni reuocatione eius, quod fraudandorum creditorum causa factum est, perpetuo inspici, qui tum creditores essent, non quos creditores fraudandorum causa fecit, non quos creditores postea sortitus est debitor, *l. quod autem § [illegible]* *l. Ait Prætor. 10. §. 1. ff. Quæ in fraud. creditor. §. item si necessarius*, *l. Ait Prætor. 10. §. 1. ff. Quæ in fraud. creditor.* Tandem dicebam, si vxori facultas renuntiandi communioni non concederetur, quibus ei pactis dotalibus minime huius faciendi ius reseruatum fuisset, summam iniquitatem & deceptionem aduersus vxorem fore, & societatem plus quam leoninam futuram. Quæ enim æqui iustique species foret, si maritus solus huius communionis quamdiu ea durat, dominus esset? is solus contrahere posset: obligando se, vxorem suam etiam non interueniendo obligaret? omnia perdere, vendere & hypothecæ nectere, neque vxor vlla ratione neque pactis dotalibus, neq; dissolutione vlla eueniente securitati consuli posset? Præterea maritum id quod ex Consuetudine vel lege directe facere non potest, facturum hac ratione indirecte, *l. 1. ff. de fundo dotali.* Nam cum proprium vxoris alienare non possit, eam ita arcte obligatam propter communionem relinquet, vt necesse sit, nisi renuntiare possit, neque renuntiatio ipsius creditoribus nocere possit (vtrumque par & idem est) vt ad miserabilem proprii sui alienationem necessario deueniat, idque ad exonerandos heredes mariti sui, & commodum eius quamdiu superstes fuit, puta quia vel propria sua cõparsit, vel quia lautius atque opulentius vixit. Pro appellatu verisimilitudinem quandam fore, si appellans obligationibus, de quibus agebatur, interuenisset, vel probaret, pecuniam acceptam à marito in vtilitatem vxoris ipsius appellantis versam fuisse.

Dominus Hieronymus Henrusius, nunc Consiliarius Regius in Curia tum econtra repræsentabat, quando lex (quæ Consuetudo est) expressa sit, interpretatione opus non esse: Consuetudinem communioni renuntiare non permisisse, vnico casu excepto, nempe, vbi renuntiatio pactis dotalibus cõuenta fuisset: & hoc adhuc casu ita permisisse, ne creditoribus nocere vel præiudicare posset. Istud inferre non tantum discussionem præcedentem, verũ etiam vxorem vel suos heredes regressum aduersus heredes mariti habere posse, & vbi is non soluendo existeret, viduam id patienti animo ferre oportere. Impossibile esse, leges omnia absurda & inconuenientia definire posse, aut necesse fore, vt nõnisi à bonis patribus familias duntaxat matrimoniũ contraheretur, aut quod nemo vnquam nisi vitio suo nõ fortuna conturbaret. Breuiter, necesse esse, vt vxor & prosperæ & aduersæ fortunæ matrimonii socia & particeps fiat. At huiusmodi renuntiationes generales in præiudicium tertii bonas & legitimas repertas non fuisse, per Consuetudinem, de qua agitur, eo quod inter alios & secreto fiunt: neque fieri possit vt publicatio huius renuntiationis, quæ fieri debet, quæque tamẽ ignominiosa est & inhonesta, ad maioris hominum partis cognitionem peruenire possit: vel sane necesse fore, vt maritus nonnisi in vna ciuitate: aut in vno districtu tantum contraheret. Magis expedire commerciis & legibus publicis, vt qui cum coniugibus contrahit, iuxta leges & Consuetudines generales contrahere censeatur: alioquin

exinde

Margin note: *L. 1. ff. de rit. nuptia. C. ne vxor pro marito l. vxori. C. de Donatio l. 1. C. ad l. Iul. de vi. l. Alimenta § vlt. ff. de alim. legat.*

exinde nonnulli lites secuturas. Huiusmodi conuentiones proprie, ne scil. vlla communio inter maritum & vxorem sit, substantiæ & definitioni matrimonii, quod nihil aliud est, quam communio & communicatio omnium rerum & bonorum, aduersari. Si dicatur, renũtiationem in stipulatum deductam pactis dotalibus, creditores matrimonium præcedentes, ne iis nocere possit, respicere, non vero eos, qui constante matrimonio facti fuerunt, dicebat, contrarium potius verum esse, Nam exempli gratia, creditores, qui cũ prædicto defuncto Gaufftero Bellæo ante matrimonium cõtraxerant: aut qui cũ prædicta Dominicella Petreta Arbouillea cõtraxerant, alium animum non habuerunt, neque aliorum fidem secuti sunt, quam eius cum quo tum temporis contraxissent, citra spem, aliquando vnum vel alterum nuptias initurum, vt duos loco vnius debitores consequerentur, consequenter, hos primos creditores de huiusmodi renuntiatione pactis dotalibus postea in stipulatum deducta conqueri posse, argu. *l. 1. ff de separat. bonorum.* cum id minus facere possent, quam ii qui constante matrimonio facti fuerunt, quique contemplatione huius societatis ordinariæ inter maritum & vxorem contraxerunt. Quantum autem ad propriorum vxoris alienationem attinet, ex qua nos argumentabamur, dicebat se ei satisfecisse per ea quæ superius dixerat, & plura recte indirecte fieri: quæ directe fieri non possunt. Breuiter, si maritus prodigus ac luxuriosus paterfamilias sit, vxorem id remedii habere, vt bonorum separationem impetret.

CVRIA, defuncto domino primo Præside Magistro, appellationẽ & id à quo appellatum fuerat, citra multam & expensas in irritum deduxit, & emẽdato iudicio, appellantem, à conclusionibus appellati absoluit, regressu ei aduersus heredes debitoris reseruato. Secundo Martii 1559.

Desumtum ex perorationibus D. Ærodii. V. notata *ad art.* 52. *Tit. de dotibus & doariis*, & nouam Consuet. Parisiens. *artic.* 22. 222. I. C.

XI.

Continuatio communionis propter matrimonium filiarum nõ cessat.

Continuatio communionis propter matrimonium filiarum non desinit, etiamsi ipsarum pater vel mater superstes, iis dotem dixerit seu constituerit, exque potestate illorum & domicilio egressæ sint, quandoquidem dos iis dicta data ex massa communionis desumta fuit, prout iudicatum fuit Arresto Curiæ, quod datum super appellatione quadam à sentẽtia Balliuii Aurelianensis, 13. Maii 1580. pro filiabus appellatis, aduersus ipsarum fratrem, perorãte Villarsio & Escorchenelio, Choppinus *libro.* 3 *de leg. And. tit.* 1. *num.* 17. contra citatum à Molineo Senatusconsultum sine die & consule *ad arti.* 270. *Consuet. Borbonens.* I. C.

XII

De solutione debitorum inter maritum & vxorem.

Ex Consuetudine Turonensi 268 & Blesensi, vidua, quæ mobilia capit, ad debita tenetur: id quod intelligendum est, quando mobilia capit vigore Cõsuetudinis, beneficio legis Municipalis: Secus quando ea capit vigore pactorum dotalium, ex pacto & conuentione contractui matrimonii apposita, per merum contractum: prout D. Carolus Molineus annotauit ad prædictũ art. prædictæ Consuetudinis Turonensis iudicatum fuisse post inquisitionem super eo per turbas factam, pro Isabella Chabotia, vidua defuncti Iacobi Crossæi, aduersus Franciscum Fauderum, curatorem Caroli Turpini & prædictæ viduæ à debitis Arresto absoluta fuit. Idem in Consuetudine Blesensi, Arresto, quod pronuntiatum in purpura, 22. Decembris 1571 pro Domina Ioanna Haluina: quæ de familia Pienensi erat, vidua defuncti illustris Florimũdi Roberteti Secretarii ab Epistolis, quem Secretarium *Status* vocant (filii & successoris magni illius Florimundi, qui primus Secretarius Status factus fuit tempore Regis Ludouici XII.) aduersus fratrem prædicti Florimundi secundi: quo Arresto confirmata sententia Libellariorum Palatii, prædictæ viduæ mobilia defuncti citra onus debitorum adiudicata fuerunt, quę superstes ex pactis dotalibus, altero coniugum sine liberis decendente, lucrabatur. Id quod euenit. neque de debitis agebatur, & heres defuncti mariti ipsius condemnatus ad eam prædictis debitis liberandam & indemnem præstandam. Attamen contrarium iudicatum fuit aduersus dominum Mãdosllium, cuius pactis dotalibus conuentum fuerat, superstitem liberis non existentibus, mobilia acquisita & conquisita immobilia lucraturum, nihilominus eo non obstante, prædictus dominus Mandosllius Aresto solẽniter pronuntiato, 17. Aprilis 1564. ante Pascha, ad soluenda debita condemnatus fuit. Diuersitas horum Arrestorum ex eo forte procedit, quod maritus non tantum mobilia, verum etiam acquisita & conquisita lucrabatur, quorum comparandorum nomine, ia qui dominus erat, debita contraxerat, quæ dissoluere debuerat. Bacquerus *tract. de iur. instit. cap.* 21. *num.* 79. I. C.

Florimundus Robertetus primus Secretarius Status.

XIII.

Recollocatio fieri debet fundi vnius coniugum vẽditi, vel cõpensatio in communione dari.

Consuetudo Parisiensis complures lites pręcidit, dum *artic.* 292. dixit, si constante matrimonio fundus vnius coniugum venderetur, soluto eo compẽsationem ei faciendam, cuius fundus venditus fuit, ex bonis & massa communionis, quantumuis de compensatione seu refusione facienda non conuentum neque vlla declaratio super ea re facta fuisset: ante prædictam Consuetudinem obtinuit, vxorem compensationem postulare non posse, nisi in uenditione expresse excepisset, de eo ita conuentum non fuisse. Id quod æquum non erat. Nam cum pretium fundi venditi in communionem venisset, eius loco censeri & assumi debebat, alioquin coniugum vnus alteri mutuo donare posset, aduersus prohibitionem eiusdem consuetudinis, & dispositionis ciuilis prout nonnulli referunt, iudicatum fuisse Arresto 21. Nouembris 1574. aduersus dominam Catharinam Valleam, viduam Vice-domini Ambianensis, qui fundum vxoris suæ ipsa præsente vendiderat, recollocatione non promissa. Verum quæsitum fuit, quando maritus vendendo fundum recollocationẽ promisit, vel etiam pactis dotalibus sese obligauit ad partem dotis in emtionem fundi collocandam, prout fieri potest. *Constat. enim*, ait Iurisconsultus *in l. mulier. ff. de pactis dotalibus. posse inter virum & vxorem conuenire, vt dos quæ in pecunia numerata esset, permutaretur, in corpora*, ita fundi, quos acquisiuit citra declarationem, id pro collocatione fieri, quam facere tenetur, ad vxorem pertinebunt & pro ipsa recollocatione habebuntur. Atque Arrestis Brissoneti & dominorum Bellæi & Rentii, quæ refert Carondas *ad artic.* 93. *Consuetudinum Parisiensium.* post Choppinũ, iudicatũ fuit, primos acquisitos fundos, post aliorum vanditionem, maritum recollocare debere, vel etiam pactis dotalibus iam initis & pecunia ad recollocãdum accepta, pro ipsa recollocatione, sic ita mulieri & heredib. ipsius videtur, censetur & habetur, si ad pretium quod impendi & recollocari debebat, proxime accedat & in loco mulieri com-

Fundus primus acquisitus post venditionem proprii veteris coniugũ pro recollocatione habẽtur.

Quis in pecunia ad fundū cō parandum destinata, succedere debeat, hæres mobilis vel immobilis?

modo & opportuno siti sint. Quid si recollocata non fuerit, & in prima sua mobili natura permanserit, & vxor decedat, relictis hæredibus mobilium, & hæredibus immobilium, quæritur, ad quemnam pertinebit? Sæpe hæc quæstio agitata fuit, & obseruatur, destinationem ad immobilia, de qua pactis dotalib⁹ conuentum fuit, nonnisi inter maritum & vxorem operari ad impediendum, ne summæ destinatæ ob naturam fundi communionem inter maritum & vxorem ingrediantur. Molinæus in hac sententia est *ad art. 17. tit. de iur. ad coniuges pertin. in Consuetudine Niuernensi*. Tandem quæstio hæc Arrestis decisa fuit, hac distinctione facta, quando pactis dotalibus simpliciter dicitur, partem dotis naturam immobilis sortituram, vel in fundos collocandam, qui futuræ sponsæ & suis proprii erunt, sententiam Molinæi tum locum habere, & huiusmodi pecuniam mobilem permanere, & ad hæredem mobilium spectare. Ita iudicatum fuit Arresto, quod datum in prima Inquisitionum Camera, ad relationem Bieri, qui mihi pro suo fauore huius Arresti, vlt. Martii 1601. copiam transmisit, quod datum super appellatione quadam sedis Præsidialis Rigodulensis inter Claudium & Catherinam Martinatios fratrem & sororem, prætendentes veluti hæredes immobilium maternorum defunctæ Catherinæ Hemssoniæ neptis ipsorum, summam 133 coronatorum tertiam partem conuentam pactis dotalibus Carlotiæ Martinatæ ipsorum sororis, matris prædictæ Catherinæ Henssoniæ collincatam esse in fundum sibi suisque proprium, neque hæc verba apposita fuisse, *proprium sibi & suis ex latere suo & linea*, fundum proprium nonnisi in fauorem vxoris & liberorum matrimonii, non vero hæredum ipsius, collateralium prædictorum Martinariorum Arrestum hoc, perrogatis prius Camerarum suffragiis, datum fuit. Idem postea altero Arresto, quod datum ad perorationem, 30. Iulii prædicto anno, pro successione D. Dionysii Rebuffi Aurelianensis, inter Ioannem Martellum & consortes appellantes, aduersus Tussanctium Rebuffum, & consortes appellatos. Id quod locum non habet in persona maritorum, auorum & patrum, qui pecuniam non collocatam, mortuis ipsorum liberis, lucrari non possunt, alioqui in mora & negligentia ipsis prodesset. Iudicatum Arresto 2. Apr. 1591. perorante D. Gothofredo & Chexelio. Quod si contractus præterea contineat, *proprium prædicta futura & sua ex suo latere & linea*, hoc casu, vt hæc clausula effectum aliquem habeat, regula, *paterna paternis, materna maternis*, locum habet, & pecunia ad comparandos fundos destinata, pro proprio vxoris habetur, & ad hæredes ipsius immobiliū pertinet, iuxta sententiam Molinæi *ad Arrestum* 1. Ioannis Galli, obseruatam in Arresto, quod pronunciatum in purpura à domino primo Præside Harlæo, 22. Decembris inter pronunciata die Natali 1600. inter Tussanctium Ræuantium Secretarium Cameræ Regiæ, veluti tutorem pupillorum infantium defuncti Antonii Ræuantii, hæredum Dominicellæ Ioannæ Ræuantiæ ipsorum sororis, appellantium à Libellariis Palatii, aduersus Nicol. Ræuantium Consiliarium in Sede Præsidiali Lugdunensi, & Helenam Bartholiam vxorem ipsius appellatam. Arrestum datum & iudicatum fuerat ad relationem Dom. Montholonii. Post pronunciationem prædictus dominus Præses ad commonefaciendos Aduocatos declarauit, Curiam hanc quæstionem, quæ diu complures magnos viros nostri temporis vexanerat, decidisse, An scilicet pecunia destinata in emptionem prædiorum sit mobilis, an immobilis? Dominus Magister *in tractat. suo ad Consuet. de Subhastat.* Gallus *decisione* 1. Chassan. *ad Consuetud. Burgundiæ.* & Fe[illegible] *ad Consuetud Burdegal.* Choppinus *ad artic.* 93. *Consuet Paris.* Hæc Arresta integra habeo vno vna cum causæ coniectionibus, & compluribus schedis, ex quibus integrum, Deo dante, in *Appendice quæstionum mearum* aliquando caput conficiam. I.C.

XIV

Si duo ex indiuiso domus alicuius domini sint, eamque vnus integre aliquot annis possederit, potestne condominus ab eo mediam partem eius, quo domus elocari posset, postulare? Baldus *in l. duo fratres. ff. de acquirend. hæreditat.* tenet, quod non, etiam altero ex sociis absente, quia non potest diuidi vsus, nisi diuidatur domus. Attamen post denunciationem diuisionis in id teneretur: eaque est sententia Molinæi *ad § vltim. Consuetud. Borbonensis, tit. de communione*, quæ expressa est Consuetud. Altissiodorensis, *art.* 203. Niuernensis, *art.* 14. *eo. tit.* Si quis re communi cum altero vtatur, non ideo propterea aliquid alteri debet, nisi ad diuisionem faciendam, vel commodum præstandum interpellatus fuerit: quod si ad diuisionem prouocatus fuerit, is qui pendente ea fruitur, pensionem partis comproprietarii soluere debet. Iudicatum Arresto, 24 Iulii 1582. quod refert Charondas *lib. 3. cap.* 7. Vide Choppinum *de moribus Parisiorum, tit.* 1 *num.* 19. I. C.

XV.

De societate & communione inter coniuges &

In omnibus articulis huius tituli, vel maiore parte de communione & societate inter maritum & vxorem, & de continuatione eiusdem agitur, quæ inter superstitem & liberos ob non confectum inuentarium bonorum, quæ communia erant constante matrimonio, tempore mortis vnius coniugum, prout Consuetudinibus locorum disponitur. Restat, vt de societate & communione inter fratres extraneos tractemus. Duæ igitur species societatis sunt: vna dicta tacita, quæ contrahitur, quando duo fratres, cognati vel affines maiores, sui iuris, non alterius potestati subiecti, per annum & diem simul habitauerunt, communibus sumptibus vixerunt, communibus aris & focis, communi olla, vt dicitur, sale & igni vsi fuerunt, vna mensa, nullis ab vno alteri rationibus redditis, lucris, emolumentis & damnis omnibus communicatis, prout dicitur in Consuetudine Carnotensi, *art.* 61. Trecensi, *artic.* 16. Drocensi 165. Caldimontana 75. Pictauiensi 231. Bituricensi *tit. de societatibus. art.* 10. & Niuernensi *artic.* 1. 2. 3. *tit. de communionibus*: atque tum omnium bonorum mobilium & fundorum, quæ ab iis & singulis eorum acquisiti constante huiusmodi societate fuerunt, censentur acquisiuisse communionem, quæ societas sic contrahitur, non solum expresse, sed etiam tacite nudo consensu, *l. societatem coire. l. sunt socii l. plane. ff pro socio.* Et de huiusmodi societatibus tractatur per Bartolum *in l. Titium & Mæuium. § altero ff de administr. tutorum.* Baldum *in l. si fratres. l. cum duobus. ff. pro socio. l. si patronus. Cod. commun. vtriusque iudic. l. cum oportet. Cod. de bonis quæ liber.* Ioannem Fabrum *in § primo. Institut. de societat.* & Romanum *consilio* 291. Si duo fratres simul habitant, an præsumatur contracta societas omnium bonorum? Nos complures huiusmodi societates habemus in Bituricensi & Niuernensi Prouincia, præsertim in familiis Magiorum, qui iuxta Constitutionem Prouinciarum omnes consistunt in conuentibus plurium personarum, & vnius communitatis: & caput huiusmodi communionis appellant Dominum, qui plerumq; senior est. Id quod

Duæ societatis species.

Senior in societate imperat.

Otho

Otho Frisingensis annotauit *in gestis Federici Imperatoris*, in Francia obseruari: *Mos, inquit, in omnibus fere Galliæ Prouinciis obtinuit, vt seniori fratri eiusque liberis paternæ hæreditatis cedat authoritas, cæteris ad illum tanquam ad dominum respicientibus*: & contractus ab huiusmodi dominis & authoribus celebrati in vtilitatem & propter negotia communia, alios socios obligant, argum. *l. vlt. ff. de exercit. actio.* & hi contractus aduersus socios ita declaratos, æque ac aduersus dominos & authores communitatis executorii sunt, & solutiones authori factæ validæ, & debitor liberatus, argum. *l. si institorem ff. de rebus credit.* Aufrerius *cap. Tholos. decis. 79.* Charondas *lib. 7. Responsor cap.* 103. Consuetudo Bituricensis *titul. de societatibus, artic.* 21. 22. Niuernensis *eod. tit. artic.* 5. Borboniensis *artic.* 268. Hic dominus solus quoque nomine communitatis agere potest, & tanquam eius author & dominus absque sociorum mandato, in eo, quod à communitate dependet. Et ad impediendas huiusmodi tacitas societates requiritur, vt scripto declaretur, se deinceps per annum & diem commorari, contrahere, & vllam bonorum societatem inire nolle, prout scripsit Tertianus *lib. 7. de iure obseruato in Normandia, cap.* 11. Attamen liberis in potestate patria constitutis, cognatis vel aliis personis sustentatis & nutritis ex gratuita affectione, pietate vel officio, ius communitatis non ideo acquiritur, & in domo patris ipsorum vel cognati iure familiaritatis potius, quam societatis ineundæ habitare censentur. Alexander *in l. qui iure familiaritatis ff. de requirend. possess.* Et ita iudicatum fuit Arresto Curiæ, mense Septembri 1572. ad relationem D. Vallæ, inter Thomam Ballium & vxorem ipsius ab vna parte, & Franciscum Beium ab altera, quod refert D. Pithoeus *ad art. 202. Consuetud. Trecensis*, quæ expressa est. Alia communionis species est, *expressa* dicta, quæ & inter cognatos & inter extraneos contrahitur, veluti inter mercatores, propter negotiationem aut locationem, cuius contractus in scripturam redigi debet, propter Constit. Molinensem, *art.* 54. quamuis dispositione iuris huiusmodi contractus perficiantur sine scriptura, *l. consensu. §. 1. de obli. & actio. l. 17. C. de pact.* Vide Maynardum *lib. 2. quæst. cap.* 71. Imbertum *in Enchirid. suo. verb. Actus voluntarius, & verbo. Societas.* Et Coquillum *ad Consuetudinem Niuernensem, & Institut. Iuris Francici, tit. de Communitatibus.* I. C.

De contractibus ab authorib. & dominis celebratis.

In quibus casibus filius communionē cum patre suo non acquirit.

Societas expressa.

TIT. III. DE DIVORTIIS & separationibus.

Vide *titul. de adulterio*, in quo aliquot quæstiones extant huic titulo respondentes.

ARRESTVM I.

Pendente diuortii causa, vxor virum suū sequi, eiq; adhærere debet.

ARresto Parisiensi, 15. Februarii 1492. dictum fuit aduersus vxorem quandam, quæ diuortii & separationis causam aduersus maritum suum persequebatur, citra præiudicium lustatum rationum in principali deducendarum, iurisque super iis dicendi, interea dum diuortii causa cognoscitur, per prouisionem teneri eam ad maritum suum redire, marito obsequi, eiusque iussis parere, vt antea, ac præterea reddere oportere omnia, quæ ipsa, inito diuortii consilio amouisset. Tantundem dictum fuit, 18. Augusti 1536. Arresto prædictæ Curiæ.

Lucius *lib. 8. tit. 4. Arrest. 1. 2. 3.*

Idem iudicatum pro quodam nomine sancti Dionysii, à quo cum vxor ipsius diuertisset, & actionem separationis intentasset, ob sæuitiam & dissipationem bonorum, dictum fuit, eam reuerti oportere, præstita à marito cautione de non sæuiendo, 16. Maii 1565.

II.

Diuortiū non impedit, quominus maritus omnia mobilia & conquisita retineat.

Alterum Arrestum de 23. Ianuarii 1493. extat inter Dominum de Neoburgo & vxorem ipsius de diuortio contendentes, quo iudicatum fuit, interea, dum ea lis agitaretur & finiretur, mobilia & conquisita inter eos communia apud maritum, in eius potestate & possessione manere debere: si dimidia ex parte ab eo caueretur. Ex hoc Arresto, respectu decretæ cautionis nonnulli argumentum duxerunt, vxorem in prædictis mobilibus & conquisitis etiam superstite marito ius habere. Quod si enim ius nullum in iis haberet, superfluum fuisset, maritum cautione onerare, quod complurium locorum Consuetudini contrarium est: ex qua maritus, constante matrimonio, donare, vendere, aliove modo contractibus inter viuos alienare prædicta mobilia & conquisita potest, imo, si capitale quid admiserit, ea vt cætera omnia sua, ipso cum homine committere.

Lucius *lib. eod. & tit. Arr. 4.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

Vxor separata quousque mariti alienata bona ipsi recollocasset.

VXor à marito suo separata, vsquequo bona alienata recollocasset Arresto de 23. Aprilis, anno 1575. B.

II.

Maritus, pendente separationis processu sustentare vxorem tenetur.

Pendente separationis processu maritus vxori suæ alimenta præbere, & victum & amictum exhibere tenetur. Iudicatum Maioribus diebus Claromontanis, 28. Nouembris 1582. pro Domicella Amabili Theodorica & Iacobina Assolentia filia, vxore Ioannis Gradespini. Panorm. itanus ita tenet *in c. ex parte ext. de accusat.* Guido Pap. *decis.* 439. Vide *quæstionem meam* 38. vbi hoc latius tracto. I. C.

III.

Curia maritum ab vxore difficulter separat.

Curia maritum ab vxore difficulter separat, nisi maritus pertinax sit: veluti factum, cum is, cui iniunctum fuerat, *vt vxorem suam maritali affectione tractaret*, mandatum hoc monitumque cauillatus dixisset, *se vxorem ter vno die tantum verberibus excipere.* Arresto die 18. Decembris 1576. separatio decreta fuit, & maritus in multam condemnatus & in publicam custodiam remissus.

IV.

Vxor, pendente processu diuortii virum obligare se possit?

Arresto, quod datum 14. Iulii 1584. pro quodam nomine Bertolino, obligatio ab vxore ipsius, pendente diuortii lite, inita nulla declarata fuit, saluo creditori sibi prospiciendi iure propter pecuniam vxori ipsius traditam, quam is in vtilitatem eius versam fuisse probauit. Charondas *libro 7. Responsorum, cap.* 101. Quemadmodum etiam vxor à bonis separata, valide ad constitutionem reditus obligare se non potest, vendere, vel bona sua alienare, citra consensum & authoritatem mariti sui, iuxta dispositionem ciuilem relatam *in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* Ita indicatū fuit Arresto, quod datum ad perorationem, 24 Apr. 1586 pro Claudio Bidaurio, quod plene refertur *in quæst. 49. quæst. mear. iuris notab.* quod Charondas refert *lib. 7. c. 208* sub alia data. Ego in Auditorio præsens eram. Adde, quamuis obligatio proprii filii sui causa

Vxor separata virum se citra authoritatē mariti sui obligare possit?

 inita

inita fuisset. Indicatum 14. Februarii 1595. pro domino Millæo aduersus Claudum Charmosiniom, quod relatū *in quæstio. mea.* 50. Nisi maritorū carcere eximendorom, idem sui ipsius vel maritorum, parentūm vel ipsorum liberorum causa fieret, quo casu Iudicis autoritas necessaria est. Iudicatum Arresto generali Rotomagensi, quod *in d. quæstio.* 50. extat. Attamen pro amictu liberorum suorum mulier se obligare potest. Indicatum Arresto quod retuli *in quæstio. mea.* 31. I. C.

TITVL. IV. DE DOTIBVS & Doariis.

De pecunia dotali & eius natura, vide *Titulum De verbis ambiguis.*

ARRESTVM I.

Interesse dotale soluto matrimonio, ratione vicesimaria æstimatur.

Pater vel mater dotem vel alius in pecunia filiæ suę dicens vel constituens, * à marito stipolari potest, prædictam dotem in patrimonium, & fundum vxori proptium collocatam iri. Id si oon faciat, heredes mariti io summā viduæ soluendam tantum tenētur, at si debito modo ad id faciendum loterpellari, recusauerint, interesse prædictæ viduæ debent, quod interesse Curia ad rationem vicesimariam taxauit seo æstimauit. Atque ita Arresto indicatū fuit Parisiis, die Veneris, 7. Februarii 1583. pro Catharina Beria vidua: qoo heredes mariti, eo quod prædictæ collocationi promissæ & cōueotæ non satisfecerant, vltra dotem millium librarum Turonensiū ad soloendam summam quinquaginta librarum singulis annis, ratione videlicet vicisimaria, ab obitu mariti, vsque ad restitutionem sortis prædictæ dotis numerando. Hoc Arrestum ootatū dignissimum est ob effectus qui ex eo resultant. Primo, Iudicem vsurarium, ad taxandas vsuras considerare & attendere debere, quanti creditori interesse potest, ob defectum solutionis. At hic maritus prædictam dotem in fundos comparandos noo collocauerat; propterea æquum erat heredes onerari obligarique ad soluendam summam vel fundi reditum, qui taxatus Arresto fuit ratione vicesimaria, quæ iusta taxa & æstimatio est ordinarii reditus: vt ait Glossa *in Auth perpetua, in verb. iuxta Cod. de S S. Eccles.* quæ ait, eam demum iustam pensionem esse, quæ viginti annorum spatio valorem sortis exæquat, per textum *in § si vero alicuius, in Authentica de non alien* Noonulli aiunt fundorum magnum adeo reditum & certum non existere, oneribus deductis, & sæpius ratione trigesimaria & vicena-quina taxari. Itaque onus prædictis heredibus ratiooe vicesimaria impositum, nimium & immodicum videri posset, præcipue vero quod in hac vsurarum materia, cum dubium oritur, id quod minimum est, sequamur, per not. *in l. eos. Cod. de vsur.* Nihilominus eo non obstante, quod à defuncto promissio impleta non fuit, item id quanti vxoris interest, Curiam probabiliter statuere potuit. Secundo, præsupposito, dotem in pecunia vel mobilibus non restitui, nisi anno post mortem elapso, & in fundis constitutam incontinenti, si prædicta dos in pecunia ad fundi comparationem collocari debebat, restitutionis ob prædictam collocationem neglectam conditione eueniente, pecunia incontinenti exigi potest, anno non expectato. io locum quippe fundi subrogantur, & iuxta eam determinari debent, *§. fuerat. Instit. de actio.* Hoc Arrestum igitur vult, reditum quinquaginta librarum ex instanti mortis accipiendum, non detracto iuris anno. Tertio his verbis; *Vsque ad restitutionem sortis,* Curia ad id prospexit, quo vxori prædictus reditus an-

Fūdi quod nam interesse cōstitui & taxari debeat.

Dos in pecunia quādo nō expectato anno exigatur.

Futurorū interesse ad

norum futurorum æque ac præteriti, quantumuis nōnisi de præterito ageretur, solueretur. Idemqoa futuri temporis solicitus esse non debuit, *l. 1. § 1. ff de vsur.* Adde, quod vidua promte ac propere solui sibi dotem suam exigere iure poterat. Nihilominus eo nō obstāte prædictus iudex io reditum futurorū annorum condemnare potest, & quousque debitor in soluenda sorte moram commiserit Et ita prædicto Arresto dictum fuit, iuxta textum *in l. 1. C de sent. quæ sine certa quantit. prof.*

Iudicari circa futura [illegible] partium.

Lucius *lib. 8. tit. 1. Arr. vnic.* Vide *Arr.* 13. infra.

* Si maritus dotem in pecunia accipiens, pactis dotalibus sese obligat ad collocandam hanc pecuniam dotalem in emtionem bonorum immobilium: bona ita, constante matrimonio, acquisita dotalia censebuntur, iuxta complura Arresta Parisiensia, quæ allegat Choppinus *lib 3. de priuil. rustic. parte 3. cap.* 10. *num.* 2. Verum necesse quoque est, vt id expresse in contractu acquisitionis declaretur, prout iudicatum fuit in tertia Inquisitionū Camera, Arresto 14. Mar. 1578. quod allegat prædictus Choppinus *ad Consuetud. Andegau. lib. 1. cap. 4. in fin.* & Charondas *lib. 5 Responsor. cap.* 40. T.

II.

Desunctus dominus de Tremollia, testamento condito duabus puellis, quæ ipsum cognatione non contingebant, viginti millia librarum, singulis decē millia librarum, qoo melius nubant, donat & legat. Heredes pauperes has puellas viginti annis in lite mutantur & frustrantur. Ex lite peremta, vsuras & interesse sibi adiudicari postulant. Arresto Parisiensi, 1. die Martii 1538. quod datum omnibus Cameris coadunatis, summa duarum millium librarum tantum adiudicata fuit, vltra sortem, quæ nonnisi ad rationem octauæ partis rationis vicenæ quinæ redit, quæ *vsura trientalis* appellatur, de qua *in l. fin. in fin Cod. de iur dot.* Curia compluribus magnis & iustis rationibus mota fuit. Primo, quod huiusmodi legatū ex liberalitate testatoris procedebat, cuius nomine vsuram exigi, æquitas prohibet, *l. liberalitas.* 16. *ff. de vsur.* Quod si de his rebus, quo ad adiudicationem vsuræ à tempore iussus Iudicis attinet, iuris dispositio exiet, id de Reipubl. debito, non vero de iis, quę priuatis personis debentur, intelligitur: & ad summum si res vel pessime cedat, trientales tantum debentur, *l. cum quidam. in fin. de vsur. l. 2. de pollicitat. & l. legatum. de oper. puplic.* Deinde qood puellæ oon statim nupserant neque continuā litē persecutæ fuerant, verum eam interruptam dereliquerant: quā interruptione durante vsuræ * non debentur. D Molinæus hoc Arrestum absque data consignauit in *tract. suo, de vsuris.* Dominus Lucius eius mentionē facit *lib 8. tit. 1. Arr. vnic.* verum de vnius tantum ē puellis illis meminit, quam notham domini de Tremollia appellat, neque interesse seu vsuræ summam designat.

Visura [illegible] extraneæ personæ [illegible] [illegible].

Vsura [illegible] talis.

Vsura re [illegible] fructuum tempore interruptæ litis non debentur.

* Paponius hic ait, tempore litis interruptæ vsuras vel restitutionem fructuum non deberi, iuxta Glossam *l. iungatur. Cod. de fruct. b. & lit. expens.* ita vt procerto teneri oporteat, instantia peremta prius, postea vero reassumta & renouata, reoque ad restitutionem fructuum condemnato, hos fructus victori non à die primæ contestationis adiudicari debere, verum tantum ab instantia reassumta & renouata. Iudicatum Arresto in tertia Camera Inquisitionum, D. Cheualerio relatore, 27. Iunii 1575. in lite inter Brilerion & tonio Vaellodanensi in Biturigensi. Desumtum ex schedis D Ruellii Præsidis in prædicta 3. Inquisitionum Camera. I, C.

III.

Filia à patre elocata & appanagiata, qui prędictę filiæ

Dos mari-

filiæ marito dotẽ se soluturum cauit, mortno dicto patre suo, heredes ipsius pro residuo dotis nondum solutæ directo conuenire potest, *l 1. §. videamus. ibi æquissimum nobis. §. accedit Cod. de rei vxor action.* Neque debitor allegare potest, dotem marito soluti promissam fuisse, non vero ei, neque vllam aliam similem præscriptionem opponere *l. si pro te pater. Cod de dot. promissio.* Huiusinodi quippe lex locum tantum habet, si maritus in viuis sit. Ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mense Aprili. 1460. pro vidua Humberti Arcadii. Hinc sæpe euenit, vt sponsus, quo ad optatum & desideratum perueniat coniugium, quittantiam seu apocham partis dotis patri tradat, quam filiæ ipsius dicere vult, nec tamen eam accipiat. Dubitatum fuit quomodo hæc pars dotis acceptò lata à marito vel etiã à patre, qui eam constituit repeti & exigi possit? Pro certa firmaque huius dubii resolutione, quatuor diuersi casus constituti fuerunt. Primus est, si dos prius dicatur, postea prædicta quittantia cõficiatur, qua maritus confiteatur, se prædictæ dotis partem accepisse, hoc casu, quamuis nihil acceperit, prædictæ tamen confessioni necessario stare eum oportet, neque marito neque heres ipsius aduersus postulatam restitutionem, exceptionem nõ numeratæ pecuniæ opponere poterit. Idq; probatur per *l. In contractibus. C. de non num. pecun.* Secundus casus est, si apocha ante dictam dotem & conuentionem pactorum dotalium fiat, vt sæpius videre licet: hoc casu, si filia, de cuius dote agitur, absens sit & id ignoret, tenetur, dotis dictionem & promissionem, integrã marito soluendam, præcedenti apochæ minime derogare, etiamsi modicum inter vtrumque interuallum sit. Ita tenet Bartolus & alii post eum ad *l penult. §. si vir. ff. solut. matrim.* Tertius casus est, si filia, cui dos constituitur, promissioni & constitutioni à patre prædicto marito factæ interfuerit. Quartus & vltimus casus est, si prædicta filia in vniuersum patri suo successit, cui prædicta quittantia oblata, quique postea filiæ absenti dotem dixit. His postremis duobus casibus, quibus ea consensit & interfuit, vel etiam neque consensit neque interfuit, verum patri suo vniuersaliter successit, cui maritus partem dotis ante cõstitutionem accepisse se apocha fassus est, heres mariti viduæ opponere potest, vel etiam ipse maritus heredi vxoris dotem repetenti, se partem hanc confessatam non accepisse, neq; restituendam esse. Paulus de Castro ad prædictum *§. si vir,* in casu, vbi par ratio obtinet, ita tenet, dicens, satis esse, vxorem, cui dos dicta fuit, probe scire, prædictã dotem quo ad partem confessatã gratuito, solutam non fuisse, siue expresse confessa sit, id bene se intelligere & scire, vel aliter sciuisse & intellexisse citra declarationem: perpetuo quippe res eodem recidit, æquum scil. non esse, vxorem vel heredem ipsius eam dotis partẽ repetere, quæ soluta non fuit, vt dicitur *in l. Nuptæ. §. 1. ff sol. matr.* & videtur sane, vxorẽ quæ cõsensit & interfuit dotali promissioni, quam pater ipsius marito fecit, valle, prædictum maritum ab ea promissione & constitutione, cuius nomine antea apocham confecerat, liberatum. Pariter & maiori ratione, si prædicta vxor vniuersaliter patri dotem dicenti successit: ea quippe & defunctus eius parens vna eademque persona censentur: itaq; quẽadmodum aduersus prædictum defunctũ huiusmodi exceptio non numeratæ pecuniæ opponi potuisset, sic pari rationa aduersus heredem ipsius opponi potest.

Dos in pecunia ad recollocandum promissa, cuius natura sit. V; *Arrestum 12. lib. 17. tit. 9.*

Ꝺo promissa vxori debetur, marito defuncto.

Quittãtia de parte dotis non accepta, data à marito, quando valeat & quando non, ante dictionem dotis vel post.

IV.

Filia in matrimonium collocata & à patre dotata; postea à dicto patre suo rursum elocata, & secunda vice dotata, duas dotes postulare non potest: verum vnam tantum. Atque de eo expresse prouidetur *in l. dotem. de iur. dot.* & Arresto Gratianopolitano anno 1460.

E duabus dotibus vna tantum debetur.

V.

Aduocatus Carterius sæpe in consultatione auditus fuit allegans absque data Arresta Parisiis data quibus confiscationes & commissa feuda ex re dotali obuenientia, constante matrimonio, marito acquisitæ declaratæ fuerunt, & ad eum, veluti fructus dotis pleno iure spectare, iuxta textum expressum *in l. final ff. soluto matrimon.*

Confiscationes ratione dotis ad maritũ pertinent.

Lucius *lib. 7. tit. A. A. S.*

VI.

Anno 1541. mense Decembri definitum fuit Arresto, ad relationem domini Citerii, pro dominicella Iacobina Cruenella vidua defuncti Augustini Hospitalii, appellante à Balliuio Vallesii, aduersus Wilhelmum Colinum appellatum, quod quantumuis maritus constante prædicto matrimonio, vxori suæ quocunque modo donare non possit, tam iure quã Cõsuetudine id prohibente: attamen prædictæ vxori suæ, constante matrimonio, ex suis mobilib[9] tradere & adsignare potest, pro compensatione immobilium, quæ ad prædictam vxorem spectantia vendiderat, cui venditioni prædicta vxor consenserat, protestata, quod à marito suo ex immobilibus ad eum pertinentibus cõmpensatio sibi fiat, alias non facturа. Et in hac adsignatione nullum commodum ad prædictam vxorem peruenit, neque locupletior facta est.

Consuetudo, quæ donationẽ inter virũ & vxorem prohibet, compensationem nõ impedit.

VII.

Authentica; *Præterea. Cod. vnde vir & vxor.* constituit, si matrimonium sit absque dote, coniux autem præmoriens locuples sit, superstes vero laboret inopia: succedere superstitem debere vna cum liberis communibus alterius suæ matrimonii, in quartam, si tres sint vel pauciores. quod si plures sint, in virilem portionem, vt tamen eiusdem matrimonii liberis proprietatem seruet, si extiterint: his vero non extantibus, vel si nullos habuerit, potituram etiam dominio & legatum in talem portionem imputandum. Quæ Authentica repetitur, confirmatur & apprubatur per alteram subsequentem *Auth. Bona damnorum de bon. damnator.* quæ mandat in casu supplicii capitalis, vxores damnatorum dotem & ante nuptias donationem accipere debere: si vero sine dote sint, de substantia mariti accepturas partem legibus definitam. Pro vltimo casu *dict. Auth. Præterea,* qui est, viduam, nullis liberis extantibus ex eo matrimonio, libere de eo, quod ei traditur, disponere posse. Ea obseruata fuit prouisionaliter Arresto Tholosano, quod datum Maioribus diebus Podiensibus mense Octobri 1548. pro inope quadam vidua Notarii cuiusdam S. Desiderii in Vellensi, aduersus eius heredes. Domini Parlamenti Parisiensis hanc praxin declinarunt in casu fauorabiliore & proprio te, si quis vnquam fuit, quem proponere quis posset: nihilominus tamen, vt prædictus casus ex omnibus partibus, ita vt de eo nullũ dubium superesset, fauorabilis reperiretur, rogaui dominum relatorem, vt me de causa, qua Curia mota fuit certiorem redderet

Vidua inops, diuitiis mariti ex bonis mariti alimenta cõsequi debet.

redderetĝ

redderet, in quo satisfactum mihi fuit, eo quod intellexi, Curiam ordinarium medium & aliud inuenisse, quod extraordinarium & singulare videtur ad prospiciendum viduæ Vid. infra tit. de substitut. Arresto 30.

V Carondam lib. 7. Resp. 154. Maynardum lib. 3. cap 25. vbi ait & tenet, in Languedocia vxorem pauperem mortuo marito, quartam mariti sui bonorũ partem postulare posse, cuius vsufructu fruatur & quam doarii loco teneat, iuxta Auth. prædictam, idque ita observari: & lib. 6. cap 24. I. C.

VIII.

Dos à marito ad paupertatem inclinante repetitur.

Vxor ex dispositione Iuris, maritum suum ad inopias redigi & pauperem fieri videos, pro securitate dotis, eam à marito suo repetere & recuperare potest, l. Si constante. ff. soluto matrimon. Authent quod locum. Cod. de coll. & l. vlt. C. de iur. dot. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 13. Februarii 1497.

V. in Append. huius tit. Arr. mense Septembris datum. 1567. & 19. Decembris. 1577.

IX.

Dos pro communi debito pignori capi nõ potest.

Pro debito ab vxore contracto, constante matrimonio, * separatim vel coniunctim cum marito suo, creditor rem dotalem prædictæ vxoris pignori capere neque manum ei iniicere potest, per textum in l. cum post diuortium. §. Patrona dotem. ff. de iure dot. & in l. fin. §. Si à socero. versic. aut certo. ff. de his qua in fraud. creditor. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod allegat Guido Papa absque data quæstione 447. Textus singularis est in l. fin. Cod. de seru. pignor. dat. manumiss.

* Hæc verba delenda & emendanda sunt. Guido Papa enim in quæst. 447. hic allegata de debito ab vxore sola, constante matrimonio, contracto loquitur, & cõtrarium in debito ab ea ante matrimonium contracto definit: prout etiã fecit Antonius Capycius decis. 128. in 1. dubio.

X.

Dos promissa restituitur extraneo dicenti dotem, à liberis impediri non potest, quominus restituatur.

Extraneus, à patre vel matre vel fratre dotem dicit & paciscitur, in hac dotis dictione, soluto matrimonio & quo casu restitutio locum habebit, dotem sibi restituendam. Liberi ex hoc matrimonio nati & quibus nihil quæsitum est, intercedere non poterunt, quo minus, casu existente, dos extraneo restituatur, l. Obres. §. 1. ff. De pactis dotal. quæ limitatio est l. vnic. §. accedit. Cod. de rei vxor. actio. Et ita iudicatum fuit Gratianopoli, Arresto anno 1460. Aliud foret in patre & fratre: hi quippe ad dotem dicendam seu constituendam tenentur.

Dos ab extraneis, imo ab omnibus personis, qui solutioni eius obligantur, promitti potest, l. promittendo, 41. de iure dotium, nominatim à tutore. quamuis bona non sufficiant, l. 45. § 1 ff. de adm. tutor. Carondas lib. 6. cap. 14. & lib. 7. c. 25. mater absente marito suo. Vide Arrestum quod datum ad perorationem aduersus vxorem Ludouici Bretii, quæ maiorem dotem, marito ipsius absente, promiserat, quam soluere non poterat: hoc Arrestum extat in quæst. mea 61. I. C.

XI.

Dotium in immobilibus consistens, in alius immobilibus tradi potest.

Consuetudo complurium locorum volt, viduam pro doario suo vsumfructum partis dimidiæ antiqui patrimonii defuncti sui mariti habere debere. Contigit, vt hereditas prædicti mariti litigiosa fieret, eoque nomine transactio facta. Hoc facto ab herede Claodio Castillionio, aduersario prædiom quoddam è prædicto patrimonio relinquitur; residuum vero retine or. Vidua Ioanna Bellæa hunc heredem conuenit, vt doario suo frueretur postulans vsumfructum omnium fundorum post mortem prædicti defuncti existentiom, iuxta Cõsuetudinẽ. Is respõdet & ait, se hac trãsactione iusta pacificũ esse possessorem, seque coactum fuisse, ad litem hereditatiam componendam, fundum quendam relinquere, nec ei media eius parte frui posse: nihilominus offert, ei se hunc defectum in aliis fundis æque bonis & commodis compensaturum vel suppleturum Sed conditione oblata vidua vti noluit & dixit, prædictũ heredem sibi vnum pro altero tradere nõ posse: nominatim eum contestata iam lite, prædium alienasse, & sic dolo & in fraudem viduæ Arresto Parisiensi 12. Februarii 1543. iudicatum fuit, id heredi licere.

Lucius lib. 8. tit. 2. Arr. 3.

Attamen doarium Consuetudinarium, Consuetudine Parisiẽsi limitatum super bonis, quę maritus tempore matrimonii habuerat, & super possessionibus directis, quãuis amplius nihil possideat, ex aliis bonis alterius naturæ, velut è successione collaterali obuenientibus capi non potest. Iudicatum 24. Ianuarii 1578. aduersus viduam Clesæam.

XII.

Ius optandi in doario praefixo vel consuetudinario.

Si matrimonium contrahentes conueniant, vxorem superstitem optionem habituram præfixũ doariom & conuentum retinendi, vel etiam Consuetudinarium: huiusmodi optio ab vxore ad heredes transmittitur: prout iudicatum fuit Arresto Parisiẽsi Vigilia Natalis, anno 1551 per l. Illud aut illud. ff. de optio. legat.

Vtrum mater optione facta liberis præiudicare possit, deliberatum fuit & causa ampliata, perorante Pasquerio iuniore, 2. Mai 1583 B.

Ius renunciandi communioni ab vxore ad heredem transmittitur.

Non tantum præscriptio locum habet pro doario vxoris, verum etiam pro renuntiatione communionis pactis dotalibus mulieri concessa, quæ ad heredem vel heredes transmittitur, id quod confirmatur a Cõsuetudinibus Altissiodorẽsi, artic. 129. Aurelianensi 204. quod quę iudicatum fuit Arresto, 15. Aprilis 1567. inter Iacobum Billetum & vxorem ipsius, ad perorationem inter lites Campaniæ, in Consuetudine Meldensi, pro successione ignobilis prædii, postea perorante Dauide & Guoonio, 19. Februarii 1587. Liberi primi matrimonii vxoris ad renunciandum communioni admittuntur, etiamsi ipsorum mater superstes non renuntiauerit. V. Choppinum de legibus Andium lib. 3. tit. 5. nu 15 Bacquetum tractat. de iurib. iustitia. cap 21. num. 87. Carondam lib. 7 Responsor. cap 9 I. C.

XIII.

Dotium debetur, licet dos sua non sit.

Arresto Parisiensi iudicatum fuit pro domino de Stagno, aduersus dominum de Magduno, anno 1531. vxori doaria sua deberi, & portionem acquisitorum & mobilium iuxta Consuetudinem quamuis * nulla dotis à patre promissæ particula soluta fuerit, cedendo heredibus mariti id, quod ex prædicta dote acquiri potest. Boerius hoc Arrestum allegat quæst. 22. & eadem opera alia Arresta Burdegalensia in simili dubio. Vnum de 14. Augusti 1534. Alterum pro Dominicella Isabella Sancti-Mauri actrice, aduersus dominum Sonbranium, vigilia S. Magdalenæ 1535. Dos etenim per patrem aut alium promissa, per maritũ exigi potest: qui, si sit in mora, moram suam vxori non potest imputare. l. creditor aliam. §. si. ff. Mand. Faber in l. Pro oneribus. Cod. de iure dot Et perinde est, ac si soluta dos esset, vxoris respectu, Auth. vt exact. instant. dot prim. & secund. §. fin. col. 7.

* Ita tenet Guido Papa quæst. 420 & quæstio. 561. Verum Arrestum contrarium extat, quod allegat Carondas lib. 2. Resp. cap 61. & ita tenet idem Guido Papa quæst. 274. Matthæus de Afflictis decis 242. Franc Marc. in 2 part. de. q quæst. 17. Idque intelligitur, si mulier dotem dixit seu constituit. Nam si alius eam dixit, vel maritus pendente solutionis die decessit, Arresta hic allegata sequi oportet. Choppinus ad Consuet. Paris. lib. 2. 2. tit. 2 Art. 4.

Sipa-

XIII.

Debitor hypothecaria conuentus exceptionem habet discutiendi condebitoris sui.

Si pater & filius & vnusquisque eorum solus & in solidum, citra renuntiationem, citra diuisionem vel discussionem, doarium sponsæ filii promiserunt, prædicto filio mortuo, vidua patrem conuenire potest, discussione non facta dummodo personaliter agat. Aliud foret, si hypothecariam actionem aduersus patrem intenderet, ob bona quæ à filio possidet: tum quippe discussione prius opus foret aduersus heredes filii, *l. 2. C. de pign.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Martio anno 1547. pro vidua Generalis Piochii, aduersus Selectum Piochium patrem prædicti defuncti Generalis.

XV.

Vidua prouisionem habet super bonis hereditariis pendente tempore deliberandi, vtrum heredes extituri sint.

Vidua quędam postulans solutionem doarii & restitutionem dotis suæ à mariti successoribus, qui differebant, vtrum heredes se vel non esse declararent; pendente lite, prouisionem super bonis hereditariis requirere potest, non obstante impedimentu à successoribus obiecto, antequam declarassent, vtrum heredes sint: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 21 Decembris 1523. pro vidua Gabrielis *de Prie* domini de Buzançois, aduersus Iacobum *de Prie* fratrem defuncti. Quo facto prædictus frater conqueri non poterat: Nam si heres est, eum soluere oportet: si heres non est, in hac prouisione eius interesse non vertitur, quæq; non ex ipso, sed ex bonis hereditariis accipitur. Ac quamuis ipsemet soluisset, eo quod prouisio concessa est, propterea pro herede gerere non videtur, *l. Pro herede. ff. de acquirenda hered.* Pariter iudicatum fuit pro famulis defuncti Ludouici Pomerii, quibus prouisio facta fuit super mobilibus legatorum testamentariorum, non obstāte quod heredes nondum heredes se professi fuissent Arresto de 9. Decembris 1544.

Emolumēta doarii debentur, etiamsi nō petantur.

Æquissimum est, viduam pendente lite propter restitutionem dotis suæ & doarii, prouisionē super bonis mariti habere, & ex Consuetudine Parisiensi *articul. 256* doarium siue Consuetudinarium sit siue præfixum, Doariatiam in possessionem constituit, ita vt id in iudicio postulare non oporteat, fructusq; emolumēta, vsuræ & reliqua à die mortis mariti currunt, quamuis fructus exacti non fuerint, *Arr. 1. huius tit.* vtpote qui fundorum locum obtinent, pro quibus vsuræ debentur, quam primum fundi restitutio fieri debuit, licet nulla alia mora interuenerit, *l. Curabit. C. de act. empt.* Choppinus *lib. 3. priuil. rustic. part. 3. c. 6. num. 3.* differentiam constituit inter Doarium conuentionale, præfixū & Cōsuetudinarium, & tenet, pro conuentionali mulierē cautionem præstare debere, non vero pro Consuetudinario: & notat actionem vxoris pro doario suo aduersus detentatorē fundorum affectorum seu obligatorum Doario, quamdiu maritus

De præscriptione doarii.

viuit, non præscribi, eo quod nō valeat agere, nō currit præscriptio *l. 1. C. de annal. except.* & Doarium nōnisi post mortem locū habet. V. Caronda *libro. 7. Respons. cap. 128* & quæ notaui *tit. De præscript. supra, Arr. 14.* I.C.

XVI.

Vidua quo modo id accipere debeat, cuius vsumfructum habet.

Compluribus Arrestis Parisiensibus iudicatum fuit, tum, cum vidua rem è bonis mariti sui defuncti capere debet, quæ penes ipsam neque debet, neque potest manere, nisi ad dies vitæ suæ, vel ad tempus viduitatis duraturæ debeat, econtra vero has derelinquere & restituere, vxor has authoritate Iudicis & æstimatas à viris ad id delegatis & per inuentariū necnon sub cautione fideiussoria accipere debet.

XVII.

Sententia de doario aduersus tertium possessorē, non obstante appellatione executoria est.

Ioanna Villoria vidua doarium suū persequens, aduersus Simonem Heruillium tertium possessorem fundorū, quorū ea fructus eo iure postulat, causam obtinet. Heruillius appellat. Ea postulat, vt hæc sententia, vtpote fauorabilior, nominatim in Constitutione relata, executioni tradatur non obstante & citra præiudicium prædictæ appellationis, simul & cautionem offert. Is cōtradicit repræsentans, Cōstitutionem de sententiis in actione personali datis, non vero de realibus loqui, vt hæc est: quantum vero ad se attinet, se neq; heredem neque bonorū possessorem esse. Vidua ait, Cōstitutionem non distinguere Iudex ait, Prædictam sententiam executioni tradendam, non obstante appellatione & citra eius præiudicium, cautione præstita: à quo Parisios appellatur, vbi Arresto de 18. Februarii 1549 dictum fuit, bene iudicatum fuisse.

Hoc intelligitur præcedēte discussione heredum defuncti personaliter obligati, quique prius non soluendo extiterint, decisum Arresto.

Lucius *lib. 8. tit. 2. Arr. 2.*

XVIII.

Idem.

Constitutio Regis Caroli VIII. qua dicitur, in materia Doarii sententias non obstante appellatione executorias esse, recte quoque intelligitur, quādo eæ aduersus tertium rei quæ Doarii nomine petitur, detentatorem datæ sunt, æque ac si aduersus heredes eius, qui dixit aut debet Doarium præfixum vel conuentum: maxime quando tertius detentator præsumptiuus heres est, primus, secūdus, vel tertius eius, qui prædictum doarium constituit. Et Arrestum datum fuit, Præside D: Bertrando, perorante D Beelieto pro appellante, 18. Nouembris 1549.

XIX.

Sententia definitiua de doario, per prouisionem executioni tradi debet non obstāte appellatione, aduersus tertium possessorem.

Cōstitutio Regis Ludouici XII. *art. 80.* quæ vult, sententias prouisionales in materia dotis & datas à Iudicibus Regiis, non obstante appellatione executorias esse, declarata fuit locum etiam in Doario habere, non tantum aduersus heredes defuncti mariti, verum etiam aduersus tertium detentatorem, cui maritus rem doario obligatam vendiderat: quamuis Iudex primo de prædicto doario definitiue iudicasset, non attento, quod vidua per prouisionem prædictum doarium ante postulasset. Ex quo duo singularia colligi possunt: Primo, Constitutionem de dote loquentem, intelligi & declarari, locum etiam in doario habere. Secundo, quamuis Iudex de prędicto doario definitiue cognouisset & tertiū possessorem in id condemnasset, nihilominus post sententiam definitiuam viduā admitti posse, postulantem per prouisionem, vt prædicta sententia executioni mandatur. Deque ea re pronuntiatum fuit Arrestum ad perorationem, 3. Martii 1550. Præside D. Minardo. Pro vidua perorabat D. Molineus, pro tertio possessore D. Boucheratius senior.

XX.

Sententia de doario aduersus tertium possessorē executoria non est, obstante appellatione.

Constitutio de exequenda sententia ad certam summam iudicata, non obstante appellatione, in materia Doariorum & Dotis intelligitur in actionibus personalibus aduersus heredes, fideiussores vel alio modo obligatos, condemnatos: non vero contra tertios possessores, & respectu ipsorum appellationi deferendum est. Constitutio quippe nonnisi actiones personales, non vero reales in quibus de restituendo fundo agitur, comprehendit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 28. Februarii 1529. & altero Arresto, 28. Nouembris 1530, Arresta XVII. XVIII XIX. supra his duob. Arrestis hic insertis omnino contraria esse videntur, nisi ratio *Arrest. 18. in fin.* totius differentiæ loco accipiatur, ibi, *maxime.*

Vide

Vide contrarium in speciem in *Arrestis* 17. 18. huius tituli.

XXI.

Dos per adsignationē circumuentrix non potest.

In fauorem * matrimonii tertius quidam certum fundum sponso donat. Pro sponsa dotem dicit. Eodem die vel postero, sponsus cum hoc tertio donatore conuenit, vt donatio, quam in se contulit, simulata sit seque eam ad postulationem prędicti sponsi fecisse, vt fortunatiores nuptias consequeretur: seque prædictum fundum restituturum dato antigrapho promisisse. Matrimonium contrahitur. Dos soluitur & super hoc fundo adsignatur. Postea maritus moritur: Vidua pro dote sua fundum pignori capit. Tertius hic intercedit & antigrapham præcedentem adsignationem exhibet. Arresto Parisiensi, quod à D. Riantio citatum, de eiusdem argumenti quæstione, in consultatione habita in Lupura, 5. April. 1349. dictum fuit. fundum prædicta dote oneratum permanere debere, de cætero antigrapha approbandam. Eaque formalis decisio est *l. si probaueris. Cod. si alie. res pig. data sit.*

* Simile Arrestum Balliuii Senonensis extat, quod allegat Charondas *lib. 2. Resp. cap. 34.* & alia, quæ citat Robertus *lib. 2. rer. iud. cap. 2.* V. Lucium *lib. 32. tit. 2. de dolo malo Arr. 3.*

Pro doario videatur Arrestum viduæ Cordea, pronuntiatum in purpura vigilia Assumtionis 1579. a D. Harlæo, aduersus viduam *de la Sale.* Procuratoris.

XXII.

Filia absq; consensu patris nupta dotem viuente patre non percipit.

Die Mercurii, quem *Absolutum* vocant, anno 1555. pronuntiatis Arrestis à Domino primo Præside Parisiis vno prædictorum Arrestorum dictum fuit, filiam citra voluntatem patris sui nuptam, quantumuis prædictus pater eam in domum suam recepisset, veluti alios liberos suos, maritum etiam pro genero suo adgnouisset & sic tacite matrimonium approbasset, & per huiusmodi conuersationem 14. annis raptus puellæ seu filiæ velatus fuerit, nulla lite de prædicto raptu neque vlla querela intentata: nihilominus eo non obstante neque filia neque pro ea maritus, à patre viuente dotem exigere potest, qui defectum consensus sui in prædicto matrimonio opponere & allegare potest: filiæ tamen in dote sua, in legitima aliisque iuribus successiuis post mortem patris consequendis nullo facto præiudicio. Hæc facti species euenit in Foro præsidiali Orlaci, inter Ioannem Tyrium patrem & Tutorem Alixiæ Tyriæ filiæ suæ actorē & appellātem ab vna parte, & Geraltium Beru patrem matris defunctæ prædictæ Alixiæ reum & appellatum ab altera parte, qui sententiam absolutoriam aduersus petitionem prædicti actoris, dotem filiæ defunctæ dici & solui petebatur, quæ 14. annis nupta sine dote cum actore vixerat, ex eo quod repræsentabat, se inuito matrimonium contractum fuisse, qui ad animum initiā hanc reuocauerat, & de raptu conquestus, lite non continuata, disetat, pœnas iuris ciuilis aduersus impunitatem & libertatem iuris Canonici fixas manere, quantumuis partes connuenissent, vt hic raptus dissimularetur, ac mutua conuersatione & frequētatione, citra vllam animi læsionē. Hoc Arrestū contrarium est sententiæ Bartoli, & complurium aliorum post eum *in l. Obligamur. §. leg. ff. de O. & A.* & ipsiusmet & Baldi *in Authent. Res qua Cod. Commun. de legat.* qui tenent, patrem cogi posse ad præstandam dotem filiæ, quæ sine consensu ipsius nupsit, dummodo marito se & sua familia digno nupserit, ita notat Boerius *quæst.* 130 *nu.* 8. Ad reconciliandā hanc pugnam, prædicta sententia locum habere potest, quando pater in culpa est: veluti si filia 25. annos excessit, omnesque occasiones eius elocādæ pam offerantur, & facultatibus abundet, ex quibus filiā dotare possit: tum sane filia patri iniuriā nullam infert, si eius cōsensu non requisito nuptias cōtrahat. *Auth. Sed si post. Cod. de inof. testa.* Nouauimus *ad Consuet. Borbon.* 312. *& in lib. 4. in præcep. decalog. Non Mæchaber. in pr. casu. ix.*

De matrimonio clandestino, *vid. tit. De Nuptiis.*

XXIII.

Supra *tit. de nuptiis* Arrestum Parisiense 21. extat, quo commoda matrimonialia, veluti Doarium & alia non debentur, si matrimonium nullum est, vel etiam in suspenso sit, verum nullum sit. Nihilominus dos perpetuo restituitur neque amittitur

XXIV.

Doarium non comprehendit, quod maritus ob donationē Principis acquisiit.

Rebuffus *in Commentar. ad Constit. Regiam. tom.* 1. *fol.* 256. scripsit, Arresto Parisiensi Imperialem *l. cum multa priuilegia. Cod. de bon. quæ liber.* in casu doarii obseruatam fuisse, puta præsupposita Consuetudine vel conuentione coniugum, vxorem, mortuo marito, superstitem, acquisitorum suorum vsumfructum consecuturam, vel etiam partem eorum lucraturam & pleno iure habituram: Cum maritus prædefunctus ex liberalitate Principis feudū quoddam, fundum, vel aliam rem immobilem nactus fuit, vidua eo feudo vel fundo sui non debebit, neque quicquam iuris dotalitii in eo prætēdere poterit: verum integrum feudum vel fundus heredi relinquetur, ex sola priuilegii causa quod in liberalitate personæ Principis fundatum est. *l. cum multa* supra allegata de patre tantum loquitur, qui rerum à Principe filio donatarum vsumfructum sibi vindicare non potest, quæ exceptio & exclusio magis odiosa est, quam doarii, quod fauorabilius non est, quam vsus fructus patri relictus.

APPENDIX ARRESTORM
Ad Titulum IV.

I.

Vxor non tenetur restituere pecuniam, ex proprio mariti redactam, nisi in ipsius vtilitatem versa fuerit.

Singulare est Arrestum generale, de 14. Augusti 1574. pronuntiatum à Præside Preuotio, quo dictum fuit, vxorem non teneri ad restituendam pecuniam ex venditione proprii mariti sui redactam, nisi appareat, eam in vtilitatem eius versam fuisse. Neque teneri ad refundendas impensas in fundo suo factas, nisi pro parte dimidia, habita ratione eius, quod domus vel fundus pluris venditus foret. Et ita iudicatum fuit pro vidua illustris Antonii Hericourtii, aduersus fratrem heredem allegātem, eam hac ratione indirecte locupletiorem factā esse,

II.

Marito absente. inceptā exercēte, ad inopiam vergente, vxori doarium suum expetere licet.

Mulier doarium suū & conuentiones matrimoniales exigere potest, quando maritus vergit ad inopiam, oppositione facta ne quis alius manum iniiciat. Iudicatum pro vxore Muneri, mense Septembri 1567 in purpura. Pro vxore Lotharingii, 19. Decembris 1577. in Audientia.

Pro creditore quodam appellante à Præfecto Parisiensi, aduersus vxorem cuiusdam nomine Lotharingii, perorante Chandonio. Videtur id directo aduersari prouerbio, quo dicitur: Maritum nunquam in vita sua doarium soluere Prouerbium, quod allegatur, cum in pactis dotalibus de quotitate Doarii vxorum disputatur, quæ nonnunquam maior ipsa dote est, ac præterea Galli irridentur ab Italis, qui iis obiiciunt,

tiunt, quod vxores suas emant. Arresta autem citata & relata post prolixas disputationes *in quæst* 42. 43 44 45. 3⁄6. *&* 47. *quæst meæ* hoc prouerbium abusiuum declararunt & iudicarunt. Iudicatum enim fuit, marito vergente ad inopiam, vxorem non tantum dotem suam, sed etiam doarium suum petere posse idem, propter sæuitiam, vel si maritus ciuiliter mortuus sit, veluti si maritus deportatus vel ad triremes condemnatus fuit, haud aliter ac si naturaliter mortuus esset. & vxor inter creditores mariti à die contracti matrimonii factos ordine suo collocatur. Curia interdum loco doariorum pensionem ad dies vitæ adiudicauit, non vero alia nuptialia lucra & præcipua. I. C.

III.

Doarium paternum est.

Doarium paternum est, & definitur iuxta regulam: *Paterna paternis.* Iudicatum Arresto generali de 17. Martii 1573. B.

IV.

Doarium quomodo ab herede soluatur.

Doarium tam quoad reliqua ipsius, quam quoad continuationem & cursum solutionis, ab hærede non debetur, nisi ratione emolumentorum, quæ ex successionibus tam directis, quam collateralibus percepit, non vero ratione portionis virilis. Arrestū singulare pro Marchione Rotelino aduersus minorem Ducem Longouillanum, 4. Februarij 1544. quo Arresto sententia Libellariorum infirmata fuit.

V.

Vxor adultera doarium suum amittit.

Vxor adulterium admittens, etiam post mortem mariti sui, tempore viduitatis suæ, Doario priuanda est. Iudicatum in 3. Camera Inquisitionum, mense Decembri, 1574.

VI.

Doarium ex matrimonio nullo debitū.

Doarium secundæ vxori debetur, quæ ignoranter & bona fide viro, qui aliam iam duxit, se despōdit, verum huic doario prius præferendum est. Iudicatum Arresto in purpura, 10. Aprilis 1582. aduersus filiam defuncti B. llotorij Aduocati.

VII.

Doarium collationi obnoxiū.

Doarium collationi obnoxium est, Molineus *in Consuetud. Syluan.* ea de re Arrestum refert Vigilia Natalis 1535. Idem iudicatum fuit Arresto Aprilis 1562. quod pro .. oriatum in pu pura, inter liberos Ioannis Foliati; è quibus duo, cum singuli centum librarum præcipuum tul ssent post mortem patris ipsorum, cum aliis suis fratribus renuntiarunt & Doario contenti, id æqualiter diuidere inter se voluerunt: dictum fuit, antequam q i cquam acciperent, eos conferre oportere, iuxta *l. Si cum dotem, §. si pater. ff. solut. matrimo. l. illud. de collat.* quamuis dicatur, huic contrarium Arrestu n datum: attamen simile duobus præcedentibus & conforme datum fuit pro Marco Roussæo aduersus Ioannem Clericum, 23. Martij 1571.

Doariaria creditoribus præfertur.

Doariaria per prouisionem, præstita cautione, omnibus creditoribus præfertur, iuxta *l. Assiduus Qui potior. in pign. hab.* in bonis mobilibus patris & mariti: dictumque fuit, pecuniā ei tradendam habita ratione apochæ cuiusdam mariti, qua dotem sub suo chirographo confitebatur se accepisse. 18. Februarij, perorante D. Gothofredo 1585.

Attamē in Prouinciis Consuetudinariis vxor nullo modo creditoribus mariti neque ratione dotis neque ratione doarii præfertur, neque *l. Assiduus. C. qui potior. in pigno* locum habet, quamuis ea in Prouinciis, quæ iure scripto vtuntur, obseruata fuit. V. Maynardum *lib. 2. cap* 51. *Quæst. fuor. & quæst. meam* 98. vbi quoque tractatur hæc quæstio: Vtrum mulier ad bona mariti sui substitutioni & restitutioni obnoxia, ratione dotis suæ & doarii agere possit. I. C.

VIII.

Fundi doario obnoxii, nonnisi

Ex consuetudine Parisiensi duæ Doariorum species occurrunt: Præfixum scilicet, & consuetudinarium doarium. Consuetudinariū statim à contracto matrimonio propria liberorum ex eo suscipiendorum successio est: adeo vt pater & mater disponere de eo, neque vendere, oppignerare vel hypothecæ obligare possint fundos prædicti doarij Consuetudinarii, qui mediam partem cōstituunt eorum, quos maritus die benedictionis nuptialis possidebat, & eorum qui consummato iam & constante matrimonio ex linea directa marito obuenlunt. Nec tantum maritus prædictos fundos in contractu hypothecæ nectere non potest, verum etiam in delictis: adeo vt eius fundi, qui ad mortem & in mulctam Regi inferendam condemnatus fuit, in quibus vxori doariū constitutum habet, hastis publicis decursis vendi nō possint, nisi sub onere doarii, quantumuis conditio oblata ei fuisset; in pecunia ex prædictis fundis sub hasta venditis confecta doarium restituendi, iuxta æstimationem, qua valor eius constitueretur: Ita Arresto iudicatum fuit, quod pronuntiatum in purpura à D primo Præside Harlæo, inter pronuntiata die Natali, 22. Decembris 1601. de quo plene tractatur *in quæstio. 97. quæstionum mearum Iuris.* I. C.

sub onere doarii vēdi possunt.

IX.

Vtrum distractio fieri debeat bono creditorum, qui mutuā dederunt pecuniam ad reficiēdam domum doario Consuetudinario obnoxiam.

Fauor doarij Consuetudinarii pro liberorum vtilitate adeo ingens est, vt Arresto solenniter pronuntiato à prædicto D. Harlæo primo Præside, inter Arresta pronunciata Beatæ Virginis 7. Septembris 1601. iudicatum fuerit, ædificiorum, impensarum & meliorationum, constante matrimonio, in domo quadam patris Doario consuetudinario obnoxia, distractionem fieri non debere, in vtilitatem creditorum, qui ad prædicta ædificia & meliorationes faciendas pecuniam mutuam dederant, licet expresse in obligatione dictum sit, ad hunc effectum mutuam pecuniam dari, & ipsa domus incontinenti statim post obligationem contractam refecta fuerit. Curia ius dicens super oppositione tutoris pupillorum, decreuit, distractionem pro dimidia parte prædictæ domus in vtilitatem prædictorum pupillorum faciendam, eo in statu quo erat, citra vllam diminutionē vel distractionem reparationum & meliorationum. V. prolixam deductionem speciei facti & Arresti *in quæstio. mea.* 96. I. C.

X.

Pecunia dotalis lapsu decennii soluta præsumitur.

Quantumuis pacta dotalia numerationem pecuniæ dotalis non contineant, si intra decennium à cōsummato matrimonio, maritus vel hæredes ipsius dotem non petierint vel ad eam egerint, amplius admitti non possunt. Præsumtio enim est, pecuniam solutam fuisse, nisi contrarium appareat. Iudicatum in 5. Inquisitionum Camera, mense Iulio 1584.

D Louetius *in Arrestis suis lit. D. Art.* 19. vbi in margine citatur. *Auth Quod locum. Cod de dot. caut. non num. Nouell. Instin.* 100. *De dote non num.* vbi Cuiacius.

XI.

Vxor ratione bonorum separata doarium prætendere nō potest.

Vxor à marito suo bonis separata, eo viuente, doarium prætendere non potest, sed tantum prouisionem quandam & pensionem, vt Arrestis iudicatum fuit: quæ prouisio vel pensio doarii locum obtinet, & ei donec doarium locum habeat, adiudicatur. Ita iudicatum fuit, 27. Ianuar. 1597. in Audientia, mulierem non posse doarium suum exigere super bonis mariti sui ob eremodicium & contumaciam condemnati, etiamsi se non purgasset: verum ei recte prouisio adiudicata fuit pro qualitate ipsius, & habita facultatum mariti ratione. Proinde doarium propter mortem ciuilem non debetur, sed tantum propter mortem naturalem.

Doarium ob mortē ciuilē non debetur, sed pensio tantum.

V. D. Louetii *Arresta, lit. D. Art.* 36 cum notis ad id relatis. Et *lit. C. meo ... Arrest.* 26. ibi mentio fit singularis Arresti de 7. Ianua-

Ianuarii 1605. quo iudicatum fuit, in casu separationis bonorum pecuniam dotalem repeti posse: etsi pactis dotalibus de repetitione nihil conuentum sit, nisi in casu prædefuncti mariti.

TIT. V. DE TVTORIBVS & Curatoribus.

Tutelæ in Francia omnes datiuæ sunt, eo quod à Iudice tutores dantur, vel ad minimum dati confirmantur.

ARRESTVM I.

Vicinus tutor datur.

Vicesima prima Maii Arresto Parisiensi dictum fuit, iuxta opinionem Bartoli, in defectum cognatorum pupilli, tutorem proximum vicinum dandum, & necessario proximum, non habita ratione allegationis seu excusationis, *se non esse cognatum.*

II.

Creditor defuncti tutor idoneus non est.

Creditor pupilli tutor esse non potest: qui si tutelam acceptet, declaratione Iudici non facta, debitum suum amittit & ius, quod in bonis minoris habet. Isque textus est in *Auth. Minoris debitor. Cod. qui dari tuto. poss.* In tutela testamentaria id locum non habet, si testator sciuit, eum, quem Tutorem nominat, creditorem suum esse. Tum quippe creditor tutelam acceptens, debitum suum non amittit, iuxta sententiam Bartoli & Cyni in *d. Auth. Minoris debitor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 6. Februarii, 461. Vlpianus in *l. 2 § Nec enim remedo. ff. de curat. bon. dand.* prohibet creditorem bonorum vacantium curatorem creari.

III.

Vxor minor 25. annis tutrix in testamento nominata admittitur.

Testator quidam disponit, vt vxor ipsius minor 25. annis domina sit, administratrix & vsufructuaria omnium & singulorum suorum bonorum, nullis rationibus redditis, quamdiu vidua manserit. Ex hac facti specie tria singularia dubia oriuntur. Primum est, vtrum ex hac dispositione mater tutrix sit, non obstante, quod minor 25. annis sit? Secundum, vtrum ex Velleiano & secundis nuptiis, iuxta *Auth. Matri & auiæ. C. Si mul. tut. off. fungi poss.* renuntiare teneatur? Tertium dubium est, vtrum venditor sub facultate luitionis intra tempus facultatis suæ veniens, oblatione solum non etiam consignatione facta obtinere possit? Quantum ad primum dubium attinet, sanior sententia obseruata fuit, hisce verbis matrem tutricem constitui, per *l. creditor. §. Lucius ff. mandati.* Et quamuis iure communi, minor 25. annis liberorum suorum tutrix non sit, *l. fin. Cod. de legit. tut.* Nihilominus eo non obstante, cum è patre in testamento tutrix cõstituitur, citra cautionem datam admittitur & tantum de dolo suo tenetur, non vero de aliis defectibus aliunde procedentibus, etiamsi culpa ipsius & negligentia interuenіat, prout tenuit Angelus *in consil.* 102. Quo ad secundum dubium, ea renuntiatione Velleiano & secundis nuptiis non tenetur, vt tenet Petrus de Bel. Pertic. *in d. Auth. Matri & Auiæ*, & Angelus *in consil.* 50. qui præterea tenet, secundis nuptiis tutelam testamentariam matris nõ finiri. Cynus & Ioannes Faber *in l. Omnes. Cod. ad Tertull.* contrarium tenent: atque ad hunc effectũ bene notanda est Glossa *l. 1. C. vt pup. educ. debe. & l. Nenanquam*, vitricũ filii vxoris suæ tutorẽ esse posse, quod necessarium argumentum est, matrem multo minus tutelam amittere debere. Albericus de Rosat. super hoc dubio hærens, singularem & notatu dignam definitionem constituit, quod ea eam amittat. Verum tam ea, quam eius maritus tutelam retinere potest, ex consilio & consensu cognatorum: & ita

Mulier tutrix testamentaria Velleiano non renuntiare tenetur.

Mulier tutrix testamentaria secundo nubens quãdo tutelam retineat.

tenet D. Præses Boetius *quæst. 124. num. 12. in fin. part.* 1. Hodie in Francia mater, quamuis testamentaria tutrix non sit, sed à Iudice creata & data, neque Velleiano neque secundis nuptiis renuntiare tenetur. Et citra Iudicis authoritatem administrationi tutelæ liberorum sese immiscere potest. Id quod omnibus aliis non licet & interdictum est: & punitur is, qui sue auctoritate sese ingesserit, iuxta *l. 3. ff. de adm. tutor. & l. vlt. C. eod. tit.* Ita ait Ioannes Faber *ad §. 1. Inst. de Attil. tutor.* Ac propterea respectu prædicti oneris tutelæ ita in Francia matri fauetur, vt etiam præferatur auo paterno, aduersus dispositionem iuris cõmunis, quo sane auus, veluti potestatem in nepotes suos habens, præfertur, imo tutelam vacare facit, cũ patris vices subeat. Tandem mater gaudet priuilegio acceptandi vel repudiandi prædictam tutelam, vt propterea nihil quicquam amittat, idque est ex iure communi, vt ait Bartolus *in d. Auth. Matri & auiæ.* Prout quoque iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 8. Iulii 1567. pro Lodouica Louatia appellante à Seneschallo Aruerniæ aduersus illustrem Christophorum de Rupe Beronis appellatum. Ad tertium dubium, vtrum videlicet emturus satisfaciat, si pecuniam offert non tamen consignet? Respondetur, quod sic, per *l. si qua fundum. ff. de contr. & demonstrat.* Sunt, qui contrarium tenuerunt *in l. acceptam. Cod. de vsur.* Attamen veritas hæc est, ad postulandam scilicet retrouenditionem oblationem sufficere. Verum necesse est, vt in iudicio & realiter oblatio fiat, *l. Si reus paratus in fin. ff. de procur.* nisi emptor accipere paratus sit: hoc quippe casu, vbi de verbis agitur, posteriora considerantur: prout ait Bartolus *in l. fin. ante fin. ff de distract. pignor.* Itemque si quis fructus lucrari voluisset: tum quippe vel reali solutione vel consignatione * opus est. Omnia hæc tria dubia superius proposita ita resoluta fuerunt Arresto Burdegalensi, quod datum 27. Iulii 1522. inter Petrum Lueтum, Consiliarium prædicto loco, & vxorem ipsius ex vna parte, & Robinetum Oculum fartorem ab altera, qui obtinuit.

* Tutius est consignare, idque non tantum requirit prædicta *l. Acceptam Cod. de vsuris* verum etiam Consuetudines, quæ de retractu conuentionali locutæ sunt, exempli gratia, Pictauiensis & aliæ, & in hac sententia est D. Tiraquellus *in Comment. suo, de retract. conuentio. in d. Consuet. Pictauensi* Cõsuetudo Normandiæ repetitæ prælectionis *anno 1584. art. 505.* ait, in retractu conuentionali retrahentem die assignationis offerre, consignare, & actualiter pretium contractus deponere debere alioquin eum non admittendum esse.

IV.

Hodie ex Constitutione Regia, & Consuetudine huius Regni iuris dispositio obseruatur, vt Tutores vel Curatores decreto dati, è quo appellant, administrare debere, & non obstante ipsorum appellatione tutela onerari, *l. scire. 13. ff de excus. tutor.* Nec prius appellantes admittuntur, nisi prius sententia executioni tradatur, vt ait Baldus *in rubr. de offic. Iudic.* Super eo dubium ortum fuit, vtrum huiusmodi dispositio in sententiis contumaciarum obseruari debeat? Obtinuit, quod sic, si vera contumacia appellentis sit, & fraudulenter absit: his enim duobus casibus pro præsente & consentiente haberi debet, *l. Properandum. §. 1. Cod. de iudic.* Constitutio Regis defuncti Regis Francisci eam in rem est, inter publicatas anno 1539. verum si vera contumacia non sit, neque manifestus dolus reperiatur, hæc sententia non obstante appellatione executoria non erit. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 27. Aprilis 1534. Superque eo notandum est, absentem & non comparentem, Tutorem declarari posse, & per sententiam tutela onerari cum decreto, vt id ei significetur &

denun-

denuntietur & iniungatur, vt se sistat & solemne iusiurandum præstet. Prout notatur ad *l. penultim. C. de periculo tutor. & ad l. Quinquaginta. Cod. de excusat. tutor.* Præterea, quamuis tutor de iure neque debeat, neque possit administrare, nisi prius confecto inuentario: nihilominus id abrogatum est & aliter obseruatur, vt ait Bartolus ad *l. 2 ff. de curat. bon. dando.*

V.

Res à tutore perperàm dato gestæ approbantur.

Ad hunc effectum notandum est, id quod huiusmodi tutor administrans per prouisionem fecisset, locum habere & approbari debere, etsi dicatur, male decretum fuisse, *l. 1. §. item Pomponius. ff. Quod à falso tutor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 13. Decembris 1546.

VI.

Tutor suo nomine obligatus, finita tutela, in bonis suis tenetur.

Tutor bene attendere debet, quomodo se obliget: nam si se tantum suo nomine obliget, etiamsi tutela finita sit, in bonis suis cogi potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 21. Martij 1540. aduersus Tusardum extra tutelam constitutum, qui se debitorem constituerat in re quadam pupilli non nomine tutorio, verum proprio suo nomine. Aliud est, si se vt tutorem tantum obliget: quo casu in bonis suis cogi non potest, ne officium illi damnosum sit, *l. Sed si qua ff. quemadm. testam. aper.*

Vide *Art. 5. & 9. App. huius tit.*

VII.

Procuratori à tutore constitutos, tutore mortuo nullam potestatem amplius habet.

Tutor quidem appellatus, cum in Curia & hoc nomine litigasset, cum pupillum suum pupillares annos excessisse videret, procurationem seu mandatum emisit, ad aduersario suo denuntiandum, se tutorem amplius non esse: seque in hac qualitate deinceps non processurum, & si ita ei videatur, curatorem appellato dari curet. Euenit, vt antequam hæc denuntiatio fieret, tutor moreretur. Appellatus postulat, vt procurator prædicti tutoris curator in litem creetur. Procurator recusat & ait, se Tutoris procuratorem esse, seque mortuo tutore à mandato liberari. E contradictum fuit, Procuratorem à Tutore constitutum eiusdem conditionis esse, ac si pupillus ipse eum constituisset. Lucius, qui procurator tutoris erat allegat *l. Qui seruum suum & l. Si per epistolam. ff. de acquir. vel omitt. her.* ex qua, si per epistolam tutor alteri hereditatem pupilli adire iusserit, & post subscriptam epistolam tutor moriatur, antequam ex epistola is adiret, pupillus postea hereditati minime obligatur, cum nequicquam acceperit, nec alius pro ipso, neque pro herede habebitur. Insuper, etsi minor de Curatore in litem prospiciatur, velit vel nolit, nihilominus necesse est, vt præsens sit & eum requirat: quod si eum postulare nolit, ad id cogitur. Dubium hoc diu Curiam detinuit, vt etiam quater congregata fuerit. Tandem Arresto Parisiensi 26. Nouemb. 1551. dictum fuit, à Iudice Regio Curatorem pupillo dandum, qui postea procederet. Difficultas non in simplici Procuratoris recusatione acceptandæ curæ consistebat, verum in eo, quod ei curas obtrudebatur, minore ipsomet id minime flagitante, qui tamen nunquam in causa fuerat, sed ipsius tantum tutor ipsius nomine. Nam si præsens Procuratorem prædictum Curatorem sibi dari postulasset, prædictus Procurator curam acceptare & iusiurandum præstare coactus fuisset, vt ait Faber ad *§. item inuiti. Inst. de curator.* Præcipue vero, quia antea in causa, de qua agebatur, Procurator fuerat. Absque hoc, Curator in litem Procurator creari solet, cuius officium, æque ac officium Aduocati, necessarium est, neque se ab eo excusare possunt, quominus parti litiganti inseruiant, salario competente cōstituto.

Curator in litem in aitus datur.

Propterea Curatoris in litem onus declinare non possunt, quod iis non præiudicat, officio suo peracto, nominatim quod satisdatio *iudicatum solui* à iudice ordinario in iure abrogata est tam quoad Curatores, quam quoad partes litigantes. Idem in aliis Curatoribus non foret, quibus certorum bonorum cura commissa, vel etiam hereditatis vacantis administratio iniuncta: nam ad hoc munus adhibentur viri rei œconomicæ periti, quibus nullius muneris necessitas incumbit, veluti Procuratori vel Aduocato. Atque huiusmodi Curatores bonorum vacantium inuiti non creantur, verum id muneris declinare possunt, prout expresse ait Vlpianus *in l. De Curatore. 2. §. Quæritur an inuitus curator fieri possit?* Cassius scribit, *neminem inuitum cogendum fieri bonorum curatorem.* quod verius est, voluntarius itaque quærendus est, nisi ea magna necessitate, & Imperatoris arbitrio id procedat, vt inuitus curator detur. *ff. de curator. bon. dando.*

Curator bonorum vacantium volōtarius esse debet.

VIII.

Testamēta & donationes inter personas prohibitas quando valeant, in liberos collatæ.

Constitutione * defuncti Regis Francisci I. publicata 1539. *art.* 131. & altera Regis Henrici filij ipsius, publicata mense Martio 1549. expresse declaratur, omnes donationes tam testamentarias, quam inter viuos à minoribus collatas in ipsorum Tutores, Curatores, fiduciarios, & alios administratores, pendente ipsorum administratione, nullas esse: paritatione easdem, quæ dolo in personas interpositas directe vel indirecte ad vtilitatem prędictorum Curatorum vergentes conferuntur. Dubium est, vtrum donationibus bono ipsorum liberorum factis, huiusmodi nullitas locum habeat? Quod satis pro affirmatiua definitum esse videbatur per *l. Quod dicimus, in pr. ff. De autor. & cons. tutor.* Nihilominus solenne Arrestū Parisiis datū de 27. Iu. an. 1547. inuenitur, quo è cōtrario *d. l. Quod dicimus*, quadā en⁹ limitatur, inter Wilhelmum Crassum ab vna parte, & Aloysiam Matissonam ab altera parte: quo declaratum fuit, quib. non ipsis donare possumus, eorum liberis nos donare seu legare posse. Domini Carterius & Aubertus celeberrimi Aduocati prædictæ Curiæ Parisiensis tum temporis prædicti Arresti duas notatu dignas rationes proponebāt: Vnam, quod moribus Franciæ generalibus patri per filium suum non adquiritur: Alteram, quod res liberi tutoris vel curatoris datæ legatæ ad parentes, nonnisi mortalitatis ordine turbato, peruenire possint, & casum aduersamque hominum fortunam spectari, neque ciuile neque naturale sit. Hæ rationes ad facti speciem prædictæ Constitutionis accommodari possunt, æque ac ad alios casus, veluti maxime generales. Nihilominus tamen difficile est, ex iis prædictam Constitutionem ita explicare posse, & interpretationem prædictæ legi cōtrariam inde deducere. Mihique videtur, ægre validitatem huiusmodi donationum defendi & stare posse, quantumuis à maiore 14. annis, minore vero 23. annis fuissent collatæ. Nam Constitutio non loquitur de pupillis, de quibus absurdissimum & ineptissimum foret Constitutionem fecisse in actu, quē lex tanto odio persequitur, veluti aliena̅di & disponendi: qui nunquam admissus fuit, in quoscunque tandem exercitus. Propterea prædictum Arrestum citra offensionem prædictæ Constitutionis intelligendum est, puta, de donationibus & dispositionibus, quæ nominatim à lege vel Consuetudine interdictæ sunt.

V. Arrestum 4. de donatio. supra.

* Hoc Arrestum desumtum est ex Lucio *tit. de leg. & mortis caus. donatio. Arr.* 1. Sunt & alia similia, vt ait Carondas *lib. 4. Respons. cap.* 41. Verum Choppinus *ad Consuet. Par. lib. 2. tit. 3. Arr.* 21. contrarium quoddam allegat de 24. Septembris 1584.

 V. Stepha-

V. Stephanum Bertrandum in repetit. l. Hac edictali num. 12. & seq. C. de secund. nupt. V. Maynardum lib. 2. c. 95. 96. 97. 98. 99. quæstion. Consuetudo repetitæ præfecturis Parisiensis art. 276. desumta ex Arrestis Curiæ vult, minores & alias personas in potestate alterius existentes, non posse testari vel donare directe vel indirecte Tutoribus vel Curatoribus suis, vel ipsorum liberis, pendente administrationis tempore, & vsq; quo rationes reddiderint. I. C.

XI.

Testamentum a minore quondam in vtilitatem filii Curatoris iurenuditum irritatum.

Rationes præcedente Arresto allegatæ in Prouincia Consuetudinaria maioris considerationis & momenti essent, quam in Prouincia, quæ iure scripto regitur: præcipue in Burgundia, vbi patet & mater liberis suis, nisi quoad mobilia ipsorum & conquisita attinet, succedunt: & in hac bonorum specie vltima ratio superius posita valet. Nihilominus eo non obstante, dubio huiusmodi in Parlamento Burgundiæ Diuionensi exorto, inter Franciscum Brietum, Benignum Brietum, Curatorem Ioannis Benigni & aliorum fratrum Brietorum, liberorum defuncti Hugonis Brieti, Consiliarij in prædicta Curia, querelam mouentes ab vna parte, & Stephanum Cousinum, filium Petri Cousini, Consiliarij in prædicta Curia, opponentem ab altera parte, propter bona morte defuncti Philippotli Brieti relicta, respectiue prætensa, puta, à prædictis querelam mouentibus, veluti heredibus ab intestato, & à prædicto opponente se heredem testamentarium defuncti dicente, eo quod pater opponentis Curator defuncti fuit, & quamuis ante aditam hereditatem emancipatus fuisset. & quamuis ex Consuetudine testamenta pro duabus tertiis omnium bonorum valeant, nihilominus nullo modo prædictis rationibus ponderatis, Arresto, quod pronunciatum inter Arresta generalia prædictæ Curiæ Diuionensis, 24. Augusti 1555. testamentum à prædicto defuncto in vtilitatem prædicti Stephani, filij prædicti Petri Cousini, Curatoris defuncti conditum, nullum, fraudulentum & abusiuum declaratum & iudicatum fuit, & impetrantes in omnibus prædictis bonis manutenti cum condemnatione in expensis instantiæ, damna & interesse ex turbatione procedentia: quæ expressa verba sunt Arresti, quo veritas Arresti precedentis patefieri potest, vel interpretatio eius à prædictis Carterio & Auberio allegata.

X.

Tutores in delicto minoris non respondét.

Tutor vel curator minorem suum in accusatione criminali defendere non tenetur, neque accusatorer eum conuenire possunt. Iuxtaque ea in Camera Parricidali Parisiis Arresto die Veneris mane, penult. Ianuarii, anno 1544. Tutor quidam vel Curator temerarie conuentus loco minoris sui carcere propter furtum detentus declaratus fuit, quia licet moribus, vt & rebus pupilli tutor detur, id tamen de expensis & diligentia necessaria instruendo pupillo, non vero de respondendo maleficii pupillaris nomine intelligitur: vt not. in l. *Cum plures* .§. *cum tutor. ff. De admin. tutor.*

XI.

Excusatio ob numerum quinque libero rum in tutore admittitur

Arresto Parisiensi 5. Ianuarij 1561. pro Stephano Bertaldo, Mombrisoni habitante, appellante à decreto Tutelæ sibi mandatæ à Balliuio Forosegusiensi vel Locumtenente ipsius Particulari, liberorum impuberum defuncti Ludouici Clepperij Procuratoris Regii in prædicto Balliuiato, aduersus Ioannem Tournonium, Dominum *de Forgerolles*, & Domini cellæ Franciscæ Beraideriæ vxorem ipsius, viduæ defuncti, obseruataq; fuit *l. excusantur in pr. ff. de excusat. tutor. & §. 1. Inst. eod. tit.* eoq; facto prædictus Bertaldus à prædicta tutela aduersus parentum ipsius electionem & aduersus decretum prædicti Locumtenentis immunis declaratus ob expressam prædictam excusationem, quæ est, quod tempore prædicti decreti prædictus Bertaldus quinq; liberos habebat, & tempore Arresti sex. Prædictusq; litigans in expensas causæ appellationis condemnatus, saluo eas à prædictis impuberibus & super bonis ipsorum & aliter recuperandi iure, vt æquum est. Et videtur illam postremam praxin de expensis singularem quoq; esse. Nihilominus prædictum Arrestum pro excusatione, compluribus paradoxum visum fuit, etsi fundamento, vt supra dictum, nitatur, itemq; autoritate Imperatorum Veri & Antonini *in l. 1. C. qui num. lib. se exc.* Nã iam in Prouincia quæ Consuetudine, quã quæ iure scripto regitur, in Francia contrarium huiusmodi Constitutionibus obseruatum fuit. Idem Imperator Constantinus *in l. vlt. C. de his qui num. libe. lib. x.* patribus, qui filios vel filias quinq; haberent, decurionatus vel alterius administrationis publicæ, immunitatem tribuit: eo quod si in hoc numero ætatis legitimæ filius inuenitur, obeundis stat. in prosuo patre muneribus applicetur. Quorum nihil hic obseruatur, omnes quippe indistincte nulla admissa excusatione ad hæc vocantur. Vnusquisq; videt, tutelam, de qua agitur, fauorabiliorem esse, veluti quæ à iure naturali procedat.

Expensæ ... tutorum ...

XII.

Salaria tutorũ quomodo debeantur & adiudicari possint.

Arresto 5. tit. 12. de Salariis, taxis & c. lib. 6. supra, notatur, tutores expensas, quas fecerunt in officii sui exercitio, recuperare debere, at non operæ suæ pretium & salarium. Id intelligendum est, si velint in ipsorum rationes prædictas expensas, referre nunquam possunt id, quod soluerunt iis, quorum opera in prædicto exercitio vsi fuerunt, veluti ad exigenda debita, defendenda & conseruanda iura pupilli aliaque negotia expedienda, prædictæq; expensæ iustæ & æquæ sint, neq; pro salario tutoris, verum pro expensis necessariis rationibus inferendum. Inprimis si tutor senex est vel aliis negotiis occupatus, & cogatur negotia pupilli sui aliis committere, qui ea melius & magis dextre expedire possint. Hanc ad rem Seneschallus Aruerniæ sententia sua, 4. Februarij 1550 inter Ludouicam Fratiam petitricem reddendarum rationum ab vna parte, & Wilhelmum Alardum, olim tutorem ipsius, reũ ab altera, inter plurima sententiæ suæ capita prædictum Alardum tutorem reliquatorem, salariis ab ipso petitis prædictæ tutelæ nomine submouit, & tamen decreuit, ab accepto ferendos duodecim denarios in singulas libras debitorum ab ipso acceptorum. A quo partes respectiue ad Parlamentum appellarunt, vbi Arresto de 17. Ap. anno 1564 ante Pascha dictum fuit, appellationibus & eo à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, prædicto Tutori adiudicari salarii sui nomine ob prædictam videlicet tutelam administratam, tum ob exacta debita summam centũ librarum. Ex quo videre licet, Curiam, cum iniquum fore deprehenderet, prædictum tutorem, qui in propria sua persona, non adhibita alterius opera tutelæ onus sustinuit & administrauit, nominatim in colligendis & exigendis debitis, salariis suis priuari, in quibus vero ei vnicũ solidum pro libra prædictorũ debitorum acceptorum adiudicari, ea cumulauit & è duabus prædictæ summæ centum librarum vnam æstimationem inire & adiudicationem fecit: verum non ideo, vt expresse id in consequentiam trahi vellet & salarium tutori adiudicari æstimari: hoc quippe directo aduersus dispositionem iuris communis foret.

V. Guidonem Papam *quæst. 68.* & Maynardum *lib. 6. fur. quæstio cap. 55.* & quæ notaui ad *Arrest. 5. tit. de Sala. ...* supra. I. C.

Eodem

XIII.

Tutores non debēt vſuras pecuniæ debitorum præſcriptorum & nō idoneorū factorum pendente tutela.

Eodem Arreſto, 17. Aprilis 1564. quo reformata fuit prædicta ſententia, dictum fuit, loco eius, quod prædictus Alardus tutor per ſententiam, à qua appellatum fuerat, ſimpliciter ad ſeſe onerandum in rationibus ſuis pecunia cuius in rationibus ſuis mētionem non fecerat; & ad inſerendam eam, ratione duodecim denariorum in ſingulas libras cōdemnatus fuerat: eum condemnari tantum in vſuras prædictæ pecuniæ omiſſæ ratione duodecim denariorum in ſingulas libras, idq; à die putatarum rationū ſuarum, 14 annis ante prædictum Arreſtum, eo non cōprehenſis præſcriptis debitis, & aliis debitis ab huiuſmodi, qui conſtante prædicta tutela non idonei & non ſoluendo extiterunt: quorum debitorum vſurarum nullum augmentum prædictus Alardus faciet, verum tantum ſortis principalis prædictorum debitorum. Hoc Arreſto tutor ſatis multatur, quod debitis præſcriptis & pendente tutela non idoneis factis oneretur, loco ſortis: nulla prædicti emolumēti diminutione. Quantū ad reſiduum, cuius nomine vſuras referre à putatis rationibus ſuis onerarat, debita erant, quæ etſi non acceperat, idonea tamen erant. Qui duo articuli valde notandi ſunt.

XIV.

Remiſſiuum.

Supra *tit. de ceſſione bonorum cap.* 13. docta peroratio & notatu digniſſimum Arreſtum extat, tutorem ſcilicet ad ceſſionem bonorum faciendam pro reſiduo rationum ſuarum non admitti.

XV.

Mater liberis ſuis tutorem dari procurare cogitur: alioquin vt tutrix reſpondebit.

Vt ſupra *cap.* 3. dicitur, mater liberorum ſuorum tutela, niſi velit, onerari non poteſt: nihilominus veluti Tutrix pro liberis ſuis conueniri poteſt: quod ſi renuat, ei iniungetur, vt intra menſem aliudve tempus de tutore creditoribus proſpiciat, quem conuenire poſſint, cum intimatione, quod ſi intra prædictum tempus eum denominare neglexerit, ea reſpōdere & veluti tutrix procedere tenebitur. Et ita iudicatum fuit Arreſto Tholoſano, 10. Iunii 1567.

XVI.

Frater maior tutor eſſe debet fratris ſui pupilli.

Ex defectu matris ſi renupſerit, aut minor ſit, aut defuncta, & frater pupillo maior ſit, ad proſpiciendum fratri ſuo pupillo de tutore intra tēpus decretum & præfinitum cogendus eſt: alioquin ſi prudēs ſit & non deſpectus, veluti tutor procedere cogetur, iureiurando prius coram ordinario præſtito. Ita iudicatum & decretum fuit Arreſto Tholoſano in peroratione quadam de 24. Iulii 1567.

XVII.

Doctor Medicinæ à tutela excuſatur.

N. pro appellante Præfecti Pariſienſis ait, tutelam munus publicum eſſe, nihilominus Carpentarium eo liberatum & exoneratum fuiſſe, à quo appellaſſet & concluſiſſet. Durantius pro domino Carpentario dixit, eum Doctorem Medicinæ & Profeſſorem Philoſophiæ eſſe, propterea à tutelæ onere excuſari debere. Id quod Præfectus Pariſienſis cognouiſſet. Arreſto Pariſienſi 8. Ianuarij 1564. appellatione citra multam & expenſas in irritum deducta, decretum fuit, id à quo appellatum fuerat, effectum ſortiri oportere, ne tamen in conſequentiam traheretur.

V. Arreſtum 11. ſupra & ad hoc notata.

XVIII.

Generalis ſubſidiorū à tutela immunis.

Loiſelio pro nonnullis cognatis appellantibus aiente, quod Præfectus Pariſienſis dominum Sanguinum Generalem Subſidiorum, onere tutelæ exemptum & immunem declaraſſet ob Generalis munus, quod ſuſtinebat, & Choppino pro prædicto Domino Sanguino appellato, perorantibus, Arreſto Pariſienſi dictum & decretum fuit, id à quo appellatum fuerat, effectū ſuum ſortiri oportere, & prædictus appellatus immunis declaratus, de 13. Iun. 1569.

XIX.

Tutor quo ad reliqua rationum ſuarum nec quelaramentum neq; dilationē exigere poteſt.

Tutor vel curator pro reliquis rationum ſuarum non admittitur, ſi dicat, ſe ea ſoluturum, quando pupillus maior erit, vel pupilla nupſerit: interea vero redituum ratione duodecimaria ſoluturum. Nam, dummodo adultus aut adulta ſit, præciſe ſoluere tenetur, neq; ad prædictam dilationem admittitur. Ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 15. Decembr. 1579. pro Dominicella quadam octodecim vel nouemdecim annorum, appellata, aduerſus Tutorem ipſius appellantem à Balliuo Veromanduorum.

XX.

Dux equitum à tutela excuſatur.

Dux equitum quinquaginta cataphractorum appellans à Balliuo Cenomanenſi, ab onere tutelæ ſibi delatæ, ex priuilegio militari Immunis declaratus fuit, Arreſto Pariſienſi 5. Februarij.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum V.

I.

Suſceptor decimarū à tutela excuſatur.

SVſceptor decimarum, veluti Regis. ratiociniis obnoxius, idoneus non eſt & à tutela excuſatur. Iudicatum 14. Iulii 1574. pro Suſceptore Carnutenſi, perorante Marionio.

II.

Mater electa tutrix cautionem non præſtat: ad ſecundas nuptias conuolans tutelam amittit.

Mater tutrix electa nullam cautionem præſtare tenetur, prout iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 2. Ianuarii 1565. aduerſus prætenſam Conſuetudinem Comitatus d'Eux. Conuolans ad ſecundas nuptias tutelam amittit, non vero pater: Iudicatum 15. Ianuarij 1579. Educationem tamen non amittit, *l.* 1. *ff. vbi pup. educa.* Arreſto 6, Iunii 1578. pro vidua domini de Turre.

III.

Fideiuſſor tutoris quomodo ſibi proſpiciat, ſi is facultatibus labatur.

Fideiuſſor tutoris, cum eum facultatibus labi & male adminiſtrare videt, poſtulare poteſt, vt indemnis præſtetur, aut nouam electionem fieri: Iudicatum 16. Ianuarii 1578. B.

IV.

Adminiſtrās bona minoris non electus rationes reddit.

Quidam, cum non electus, ſed tanquam negotiorum geſtor, bona nepotis ſui adminiſtraſſet pietatis ratione: ad reddendas rationes tutelæ cōdemnatus, rurſus in cauſa appellationis in multam condemnatus fuit, quia ſe ingeſſerat. Iudicatum 3. Decembris 1571.

V.

Tutor quādo ſuo nomine teneatur.

Tutor ſuo nomine condemnatus, eo quod bona minoris non indicaſſet & declaraſſet: Arreſto 27. Aprilis 1530. Item ſuo nomine in expenſas litis bono ſuo intentatæ tenetur. Arreſto anni 1531. aduerſus C..., contutorē ſuum non ſoluendo dicens.

VI.

Hypotheca ab adminiſtratione incipit, etſi ea electionē præcedat.

Tutore ante electionem tutelam gerente & adminiſtrante, quō ad redditionē rationum, hypotheca à die adminiſtrationis, nec tantum prædictæ electionis & dationis incipit. Iudicatū Arreſto generali, quod pronuntiatum ante Paſcha 1574. à D. Harlæo.

VII.

Surditas ſimplex à tutela non excuſat neque Doct. Medicinæ.

Surditas à tutela non excuſat, ſi perſonæ ſeu tutori dato non impedimento ſit, quominus negotia ſua rite expediat, prout iudicatum fuit 7. Iunii 1575. Doctores Medicinæ hodie à tutela non excuſantur. At tamen D. Carpentarius excuſationem hoc titulo & immunitatem obtinuit, 8. Auguſti 1564. Conſiliarii

Consiliarii, Ostiarii Curiæ excusati.

Curiæ excusantur, Arresto 1. Martij 1493. Ostiarij Curiæ, Arresto 8. Februarij 1534. Ij qui contribuerunt vigore Edicti *de Fraeltopinu* anno 1603. verificatu in Curia Parlamenti & Subsidiorum, quæ cautela fuit pecuniæ inueniandæ. V. de immunitate propter numerum 5. liberorum. Arrestum quod retulit Carondas *lib.3.cap.*68. I.C. Et de Immunitate Ostiariorum Curiarum supremarum, propter assiduum & continuum ipsorum ministerium, quo Curiæ eos inseruire oportet, Arrestum Tholosanum de 20. die Ianuarii 1584. quod refert Maynardus *libr.* 2. *suar. quæstio. cap.*32. *&* *Art.*17. & sequentes huius tituli. I.C.

VIII.

Mater inuita liberorum suorũ legitimam tutelam suscipit.

Mater legitimam liberorum suorum tutelam suscipere non tenatur, si nolit; verum eam semel susceptam derelinquere non potest, nisi ad secundas nuptias vel alias conuolauerit. Ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti ad Turonensem translati, 7. Februarij 1597. dictumque fuit, matrem, pro qua Constantius perorabat, tutelam à se susceptã & administrati cœptam continuare oportere, vsque quo liberis ipsius de alio tutore prospectum fuisset, ea ad secundas nuptias transeunte. I.C.

IX.

Curator quomodo dotem minoris suæ suo nomine soluere teneatur.

Curator puellæ heredis ex beneficio inuentarij suo nomine summam à se matrimonii causa promissam soluere debet, si bona prædictæ puellæ tantum non valeant. Arresto Parisiensi, 2. Martii 1577. quod allegat Carondas *lib.7.Respons.cap.*25.

X.

Rusticitas tutoris excusat ab eo quod mutuam pecuniam sub vsuris non dederit, sed nec nomina idonea præstare debet si modo diligentiam adhibuit.

Rusticitas tutoris eum excusat, quod pecuniam pupillarem sub vsuris non collocauerit & mutuam aliis dederit: Arresto Parisiensi 19. Aprilis 1574. quod allegat Choppinus *libr.* 1. *de priuil. rusticor. par.*1. *cap.*5. Neque tutor & curator tenetur vel adstringitur nomina pupillorum idonea reddere, dummodo diligentiam debitam præstiterint, vtpote qui non nisi de hoc, quod prætermiserunt, respondere teneantur, *l.* 57. *de administrat. tutor.* Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi & Tholosano, huc refert Maynardus *libr.* 3. *suar. quæstio. cap.*55. I. C.

XI.

Nominatores tutorum quomodo idoneos tutores præstent.

In *quæst.* 21. *notab. mear. quæstio. Iuris. editio. postrem.* Arrestum quoddam, quod pronuntiatum in purpura à D. Præside Brissonio inter pronuntiata Beatæ Virginis, 14. Augusti 1587. retuli, quo iudicatũ fuit, electoribus & nominatoribus tutoris sufficere, si eũ manifesto idoneum tempore nominationis elegerint, sic vt in subsidium non teneantur, quo casu tutor non soluendo postea fiat & tempore finitæ tutelæ sit. Facti species cum argumentis & rationibus partium plene inibi referuntur, vbi Lector curiosus & studiosus ea videre poterit.

Nominatores non tenentur, etsi tutores non soluendo sint, neque cognati minorum.

Et fortioribus in terminis iudicatum fuit, nominatores respondere non teneri de idoneitate tutoris, etsi soluendo non fuisset, nominatim tempore nominationis, ad perorationẽ, 14. Decembris 1600. super appellatione quadam Seneschalli Salmuriensis. Prædictumque Arrestum refertur *in fine prædictæ quæstionis*, quod hic plena inseram, cum illud post editionem Collectionis meæ recuperarim,

Inter Iacobum Duparcum, Ludouicum Pulcbrũ, Thomam Bernardum, Oliuam Fouquerellum & Renatum Moussonium, appellantes à sẽtẽtia quadam data à Seneschallo Salmuriensi vel Locumtenente ipsius, 24. Iulij 1598. ab vna parte: & Florentium Lambartum, tam suo nomine, quam velut Curatorem ad lites Ioannis Lamii appellati ab altera: Sic tamen, ne hæ qualitates præiudicare possent. Postquam Giraudus pro cognatis appellantibus à condemnatione ipsorum, in appellatione ipsorum conclusit, Morellus pro vidua, quæ ad liberandum condemnata fuit, pariter in appellatione conclusit. Chauuellus pro appellato super conclusionibus appellantium, vt absoluerentur, vtpote qui de idoneitate tutoris nominati postea non soluendo facti nõ tenerentur, viduaq; renuntiasset: appellatum contra asseruisset, eum tempore nominationis non soluendo, malumque & prodigum patremfamilias fuisse, & electionem in fraudem factam *. Seruinus pro Procuratore Catholico Regio, controuersiam iudicatam fuisse, Arresto quod pronuntiatum in purpura à defuncto D. Barnaba Brissonio Præside, nominatores non teneri debere de facto tutoris nõ soluendo facti, alioquin cognatos non reperiũ, qui Tutelæ delationi adsistere vellent. Curia appellationes, & id à quo appellatum fuit, in irritum deduxit, & partes Curia & lite dimisit: eo facto cognati exonerati. Factũ in Parlamẽto 14. Decembr. 1600.

Signatum du Tillet.

* Nota, quod, dicebat ille cognati solendo [illegible] fuerat, & tutor electus, cognatos [illegible] esse.

Simile præterea iudicatum fuit Arresto, quod datum ad productionem, 5. Iulii 1603. pro quodam nomine Rogerio & consortibus nominatoribus Et 18. Augusti 1603. perorate Cboartin pro nominatoribus cuiusdam Tutoris nomine Pinelli Ciuitatis Parisiensis.

V. D. Choppinum *ad Consuet. Par. lib.* 1 *tit.*7. *num.*11. Maynard. *lib.*6. *quæst. cap.*55. I. C.

XII.

Transactio tutoris cum minore super [illegible] quando valida.

In quæstionibus 22. 27. *&* 28. clare demonstraui, tutores scilicet siue pater siue alii sint, valide cum pupillis suis super reddendis rationibus, non visis & redditis rationibus transigere non posse, nisi Tutor antea rationes suas subduxerit, exhibuerit, & cum instrumentis iustificatiuis cõmunicauerit: eo quod, quemadmodum noua Consuetudo Parisiensis *artic.* 276. constituit, tutor semper tutor est, vsque quo rationes reddiderit: & Consuetudo Britanniæ *artic.* 517. insuper ait, vsque quo tutores rationes reddiderint, & iis quorum tutelam administrarunt, bona, instrumenta & documenta restituerint, etsi maiores sint: adeo vt ab huiusmodi transactione minores facile beneficio Principis restituantur *. Verum maior quæstio maiusque dubium est, vt sciatur, intra quod tempus? D. Valla in *docto suo tractat. De rebus dubiis tit.* 20. *not.* 1. ait, minorem eo venire & restitui posse intra triginta annos à die maioris ætatis, ob nullitatem contractus, id quod D. Carondas * secutus est ante editionem prædictæ meæ collectionis Arrestorum & Quæstionum, vbi refero in prædictis *quæstionibus* 27. *&* 28. Arrestum quoddam solenniter datum in 3. Camera Inquisitionum, 19. Ianuarii 1602. inter Claudium Robinetum & consortes appellantes à Balliuio Bituricensi vel Locumtenante ipsius Vxellodunensi: & Ioannam Hurtoriam vxorem Hectoris Pastoralis appellatam, quod pro indubitato ac certissimo axiomate obseruari oportet, minorem scilicet, qui cum tutore suo super rationum redditione transegit, post decennium, numerando à die maioris ætatis suæ, ad beneficium restitutionis petendum aduersus huiusmodi transactionem non admitti. Quæstio hæc, meo iudicio, digna lectu est, & causa, qua Curia mota, in Arresto Rambouilletiorum, quod datum post perrogatas omnium Camerarum sententias.

* Peleus *in actio. suis forensibus lib.*3. *cap.* 36 ea de re Arrestum refert, de 7. Martii 1601. *&* *lib.*7. *cap.* 11.

* *Lib.*6. *cap.* 68.

XIII.

Minor tu[torum]

Duo tutores minoris cuiusdam eliguntur, quo-

torem, qui gessit, conuenire, & eum discutere debet, antequam conturorem, qui non gessit, conuenire possit.

tum vnus solus bona minoris consentiente altero administrauit, minor vtrumque ad reddendas rationes & soluenda sibi reliqua, cum 25. annos iam attigisset, conuenit, is qui non gessit, asserit, minorem debere eum tutorem conuenire, qui gessit, *l. vlt. Cod. si tut. vel curat. non gesser.* Minor econtra excipit, hanc actionem in solidum dari & competere, tutorem vtrumque coniunctim fuisse electum, ac propterea vtrumque in solidum teneri, saluo vni aduersus alterum regressu, *l. 2. l. A tutoribus 33. §. Heredibus. ff. de adm. tutor.* ait insuper allegatam *l. vlt.* & alias huius materiæ loqui de casu, quo tutela à Iudice qui eam detulit, diuisa fuerit, vel dispositione testatoris. Carondas Arestum quoddam refert *libr. 1. Responsor. capit. 134* quod datum pro minore aduersus duos tutores in solidum condemnatos, saluo iis regressu. Verum *in libro de Resolutatis & Arrestis* I. Cameræ Inquisitionum, quod D. Bietus Consiliarius in Curia dignissimus huius copiam mihi fecit (cum de hac materia dissereremus) Ego contrarium iudicatú fuisse reperio, Arresto, quod datum in prædicta Camera, 30. Augusti 1601. in lite inter Petrum Ballepium appellantem, dictumque fuit, inter tutores, contra quos actio in solidum competit, prius eum, qui gessit, discutiendum esse, I.C.

XIV.

Tutor surrogatus in subsidium non tenetur pro tutore principali.

Dubitatum fuit, vtrum tutor patri legitimo filii sui tutori substitutus, ad conficiendum inuentariũ, & ad actiones patris aduersus filium suscipiendas, in defectum tutoris principalis, in subsidium teneatur? iudicatum fuit, eum non teneri, eo quod nihil gesserit, neque in solidum obligatus fuerit, Arresto, quod datum ad productionem, 7. Septembris 1604. pro minoribus de Nigeon prope Parisios appellantibus. Peleus id plene ac prolixe refert *in quæstis. suis illustribus cap. 80.* I.C.

XV.

Tutores & Curatores de negligẽtia sua tantum tenentur, non vero debita minorũ præstare idonea.

Tutores & Curatores non tenentur debita minorum idonea præstare, sed de diligentia tantum, quam circa ea exigenda adhibuissent, fidem facere, & si approbatum fuerit, eos tutores aliquid per dolum vel culpam prætermisisse, hoc ab ipsis præstari debet, 57. *ff. de administr. tutor.* Ita iudicatum fuit Arresto, anno 1580. in Parlamento Parisiensi, & Tholosano, 17. Iunii 1585. quæ refert Maynardus *in quæstio. suis notab. lib. 3. cap. 55.* I. C.

XVI.

Tutelam magis personæ, quã bonis dari.

Ioannes Rinquetius pro quo Albertus perorabat, sententia à tutela liberorum minorum Ludouici Potionii suorum proximorum cognatorum, liberatus fuerat, propter excusationis suæ causas, quas proposuerat, quod cognati tandem inter se conuenissent, vt quatuor de numero suo eligerentur, quorum singulis dandus esset, vnus minorum liberorũ, vt in domo ipsius aleretur & educaretur: præterea quintus eligeretur, qui bona administraret, quique singulis prædictis quatuor cognatis distribueret, quod ad alimenta prędictorum minorum & sustentationem necessarium foret. Iuxtaque hoc consilium, prædictus Ioannes Rinquetius electus fuit, vt vnum horum pupillorum in domum suam reciperet, & ita de aliis cognatis, quorum aliqui æque à tutela excusati fuerant, ac prædictus Rinquetius, & tamé ipse solus hoc alterum onus acceptare noluit, & cum sententia Seneschalli Castellerauti vel Locumtenente ipsius coactus fuisset, ab eo appellauit. Ac dicebat, à sententia, qua à tutela excusatus fuerat, appellatum minime fuisse, secundam hanc sententiam primæ contrariam esse, neque attendendum esse, administrationem bonorum sibi traditam non fuisse: eo quod tutela magis personæ, quam rebus seu bonis detur, & ad excusandum tutorem, neque numerum neque qualitatem facultatum inspici, verum liberorum. Ego contra pro Valentino *de la Vau* & consortibus dicebam, non hanc quæstionem esse, puta, vtrum appellans ad acceptandam tutelam quandam cogi posset, quę onus administrationis & reddendarum rationum, & multa alia pericula, quæ quisque facile detrectat, continet: verum duntaxat, vtrum recusare possit, vt apud eum moretur & educetur pupillus, non suis sed pupilli sumtibus, & hanc ad rem repræsentabam, quod renata Prætor olim, si quis recusaret, pupillum apud se educari, non pollicebatur se coacturum, ait Vlpianus: hoc est, hoc respectu, Prætor Edicto suo nullam mentionem faciat, vtrum coacturus esset vel non coacturus eos, qui hoc officium recusarent: neque vtrum hac in parte, veluti in tutoris datione, excusatio valida sit vel non. Verum colligi posse rationem ex Vlpiano ipso, *l. 1. §. 1. vbi pupill. educat.* & ex Imperatore Alexandro *C. eod. tit.* puta, Prætorem ita edixisse, non quidem quod æstimaret, id iniquũ esse, neque fieri debere, vt videlicet cogerentur homines, vt hoc onus æque ac tutelam vel aliud officium publicum susciperent: verum, quod non præsumeret quemquam quantumlibet extraneum, se ab hac sola habitatione eximere velle, quæ potius officium naturale, charitas & humanitas quædam, quam onus est, nec tam munus, quã officium pietatis, nulli rerum administrationi, nullis reddendis rationibus obnoxium. Prætorem quoque id solum in inquisitione collocasse, expediatne hic, an illic pupillum potius educari. Item, Vlpianum & Alexandrũ exerte & expresse definire, quantum ad cognatos hos absque vlla excusatione, pupillos apud se admittere cogi posse: verum quantum ad extraneos, hos ad id non cogi, nisi priuatione beneficiorum, quæ à patre vel matre prædictorum minorum testamento accepissent. Legem, imo potius vsum & loquendi consuetudinem inter nos, qui Christiani sumus, hanc appellationem parentum (id est cognatorum: sic enim Gallice cognati omnes vocantur, *parents,*) aliis quoq; personis, quam patri vel matri cõmunicare & tribuere, eo fine, vt nonnulli nudum nomen gererent. verum vt istius nominis officia naturalia præstent, à quibus id longe remotum est, nolle pupillum apud se educari. Ciceronem *in Verrem*, per ordinem dictionum coniunctionis, quib. vsus est, cum ait, quod pupilli primum commendantur tutoribus & propinquis, tum legibus, tum æquitati Magistratuum, optime (vt in omnibus aliis) posteritati commonstrasse, id solis cognatis conuenire, ad quos proprie cura & solicitudo ab initio minorũ, qui eos cognatione attingunt, spectabat: & Legis atque Magistratus prouisioni locum non esse, nisi in subsidium, hoc est, post ipsorum defectum vel negligentiam. Quicquid dicatur, tutorem personæ, non rebus dari, nihilominus causam vtramq; coniunctam esse, & ob amplitudinem & diuersitatem patrimoniorũ, plures tutores nominatim Romæ dari solitos, vnũ rebus seu bonis alicuius prouinciæ, alterum rebus in altera prouincia sitis, ac quando diceretur, tres Tutelas à quarta excusare, tum numerum liberorũ non inspici, verum numerum tutelarum. Consequentar istud nihil pro appellante facere, qui excusatus fuisset à tutela: cum quæstio hic non sit de tutela vel munere redditioni rationum obnoxio. Attamen causa mea cecidi, dictumq; fuit, appellantem excu-

sandum, iuxta primam sententiam, à qua minime appellatum fuerat. 17. Februarij 1565.

Desumtum ex perorationibus D. Amodii. I. C.

XVII.

Tutela munus est necessarium in matre & auia.

Causa quædam mihi demandata fuit, seu causam quandam suscepi perorandam pro Dominicella Ludouica Louetia Caluissunia appellante à Senescballo Aruerniæ, aduersus Christophorum Chalansonium Smtiferum. In hac causa quæstio hæc vertebatur, vtrum mater vel auia (quæ sola ex omnibus mulieribus tutrices & curatrices esse possunt) cogi possint ad tutelam suscipiendam: & vtrum ipsarum respectu hoc officiũ peræque necessarium sit & tale, vt citra legitimas excusationis causas, pariter vt in virilibus tutelis obtinet, recusari non possit. Occasio litis oriebatur ex artic. quodam Consuetudinis Aruerniæ, cuius hæc verba sunt: *Mater 25. annorum, tutrix & administratrix suorum liberorum minorum est, si vult.* Consequenter, quamuis mater declarasset, se tutelam vel curam filij sui acceptare nolle, attamen, quod à cognatis nominata & electa fuisset, Iudex decreuerat, eam iusiurandum præstare oportere, à quo appellauit. Ego dicebam, vt melius intelligatur, vtrum Tutela, cuius mater & auia capaces factæ fuerunt, eiusdem naturæ sit cum illa, quæ plerumque viris defertur, munus æque perpetuo necessarium, necessum esse considerandas esse, ob quas communi omnium nationum consensu, fœminæ generaliter, vt abs reliquis ciuilibus ac publicis muneribus, ita tutela remotæ sint? Quantum ad Romanos, (quos vtiq; duodecim aliarum gentium vice censere possumus) vulgatum esse ea Cicerone *pro Cæcinna, pro Flacco, pro Murena, in Topic.* fœminas fuisse in perpetua tutela parentum aut fratrum aut maritorum: adeo vt neque priuatim neque publice quid gerere possent sine tutore auctore: quod institutum & Cato apud Liuium *decad. 4 lib. 4.* laudat. Quantum vero ad Ciceronem, valde * conqueritur is, hanc adeo sanctam Consuetudinem inuentionibus & subtilitatibus Iurisconsultorum aliquo tempore violatam fuisse. Quicquid sit, maximum priuilegium illud, maximusq; honor quo Octauius *, omnibus ciuilibus bellis fine imposito, Liuiam vxorem & Octauiam sororem efferre & decorare voluit, istud est quod facultatem liberam ipsi permisit disponendi de bonis suis citra tutoris authoritatem: satis comprobat, quam aliud contra religiose obseruaretur. Hoc iure Romani adhuc tempore Iurisconsultorum nostrorum vsi fuerunt. Nam Vlpianus *in fragmentis sub tit. de tutelis* scripsit, *masculis impuberibus tutores dantur, fœminis tam impuberibus quam puberibus.* Hinc dicebam, peculiarem rationem, qua Romani moti fuerunt, ne onus tutelæ fœminis imponerent, imo etiam matri, euidentissimam fuisse: puta, eo quod fieri non poterat, vt ea, quæ in perpetua tutela erat, alios in sua tutela haberet, quorumq; tutela nonnisi certi temporis erat. Quantum ad Græcos, verosimile fuisse, eos pari ratione ductos, tam quod in omnibus libris nullum exemplum extet, fœminam tutricem fuisse, quam quod Romani maiorem partem duodecim suarum tabularum ab iis desumserunt. Verum quantum ad nostros veteres Gallos, certum esse eus hoc iure vsos fuisse: eo quod ex Cæsare *lib. 6. de bello Gallico* discimus, maritos huiusmodi potestatẽ in fœminas suas habuisse, cuiusmodi olim Romani habuerunt, id est, vitæ & necis. Verum ratio vniuersalis & ea ipsa, ob quam Romani fœminas suas in perpetuã tutelam dabant, est infirmitas sexus & ignorãtia negotiorum iure expediendorum: & (vt Vlpianus *d. tit. de tutel.* ait) propter sexus infirmitatem & propter forensium rerum ignorantiam: non quia non habebant iudicium, vt hanc ad rem solius Paulus Iuriscõsultus in *l. cum Prætor, 12. §. penult. ff. de iudic.* ait: sed quia hoc munus reuera virile officium est, hoc est, prout id optime interpretatur Tryphoninus in *l. vlt. ff. Qui petant. tutor.* officium virilis animi, in quo & acri iudicio & summa prudentia & vsu rerum forensium opus sit. Item considerari id quod lex matri concessit & in quo ea voluit, vt officium eius pium & maternum versaretur, id vero fuit in petendo tutore, in re quæ facti est, quæque affectionem & charitatem matris ergà liberos suos externe demonstrare debet: sed semel dato tutore ad eius postulationem, neq; quicquam amplius periculo illius esse lex voluit, neque à matre exigit, vt suspectum tutorem necessario postularet, *l. 1. C. si mat. indemn. præstiter.* Et qua de causa Iurisconsultus *d. l. vlt. qui peta. tutor.* ait? quia hoc ipsum diiudicare bene an male tutor administret, in magna consideratione versatur, & in ea re virili animo opus est. Ea hac generali occasione & ea, quã peculiariter hic ipsarum respectu attigimus, Romani fœminam, etsi mater foret, adeo tutelæ incapacem æstimarunt, vt quamuis maritus eã testamento tutelam liberorum suorum communiũ mandasset, & quamuis Prætor voluntatem patris secutus decretum suum interposuisset: attamen id omne pro nullo habebatur per *l. Iure nostro. 26. ff. de testament. tut.* Eaque ratio est, quare alio iuris loco scriptum legimus, moribus scilicet officia ciuilia adempta sunt fœminis, & pleraque ipso iure non valent, *l. 1. §. 1. ff. ad Vellejan.* Et quantum ad id quod vulgo dicimus, Tutelam & custodiam liberorum nostrorum ad nos spectare, excipiebam, id intelligendũ esse de tuitione & defensione communi omnibus animantibus, de qua Cicero *lib. 1. de Officiis* loquitur, cura quædam eorum quæ procreata sunt, verũ hanc tutelã, de qua nos loquimur, esse aliquod numẽ ciuile & legitimũ, vim quandam, potestatem & auctoritatẽ iure ciuili datam ac permissam, *l. 1. ff. de tutelis. §. 1. Instit. eod.* Liberos nostros, quamprimum nati sunt, magis Reipub. quam nobismetipsis nasci, ea propter Rempublicam primam eorum tutelam suscipere, quæ vtique decerneret eos, quibus facultatem dabat dandi tutores vel curatores eos, qui tutores esse possent, & quibus tutela dari posset. Hanc rationem esse, ob quam Iurisconsultus Gaius *in l. 1. ff. de testam. tutel.* diceret, lege XII. Tabularum permissum esse parentibus, liberis suis tutores dare: ac si dixisset, parentes tutores dare non potuisse, nisi lex id iis permisisset. Et sane, si ageretur de confirmando & approbando tutore, quem pater elegisset, aut quæreretur, vbi pupillum morari & educari oporteret, legimus, Prætorem non semper voluntatem patris secutum fuisse: & interdum tutelam ipsi patri datam, *l. scire oportet. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.* Quinimo quod magis est, e contra Solon Legislator Atheniensis (de quo vid. Laertium *in Solone*) non dabat cognatis propinquis tutelam, & nolebat vt is, qui ex morte pupilli bona sperare poterat, vita eius potestati ipsius concrederetur. Quapropter mirum videri non debet, has leges tutelam fœminis, nominatim matri ademisse. Filius ad eam non pertinet, nisi nascendi ratione, sed quicquid est juris ciuilis particeps, id habet à patre, puta nomen, gentem, dignitatem, autoritatem. Quantum ad filium, nulla lex vnquam extitit, quæ filium potestati matris subiiceret. Ratio hæc esse potest, quam Poeta Menander proponit: fœminæ natura non dedit Imperiũ. Breuiter, tutor est instar cuiusdam Magistratus. Nã statim vt administratio alicu-ius,

* in d. Orat. pro Murena.

* Octauius Vid. Dion. lib. 49.

bus, & potestas suas eg... & longius domo procedit, velut cum alterius ... aram quis gerit, maxime ... be hominis, id ... l. l. ... dest. quam officium publicum gerere. At enim ... icio quid est, quod ... pedit & impedire debet, quo minus fœmina alterius negotiis sese immisceat. Ex his rationibus veteres * adeo constantes in hac sententia permansisse, de non admittenda fœmina, quæcunq; fuerit, ad tutelam vt tandē sub imperatoribus, si nonnullæ admissæ fuerunt, primo sola mater admissa fuerit: verum sub eo... d. ... ultatibus, quæ ei proponebantur, vt æ... fuerit, aut eas conditiones existere non posse, quo ei locus fieret, aut eam potius defugiendam, quam hoc onus optaturam. Primum à Principe filiorum tutelā specialiter postulare fœminam oportebat, *l. vlt. ff. de tutel.* Secundo mater tunc demum petendæ tutelæ ius habebat, cum tutor vel testamentarius vel legitimus deesset, *l. 2. C. quand. mul. tut. offic. fung. poss.* Tertio, eas oportebat actis fateri sacramento præstito, ad alias & secundas nuptias se non conuolaturas, sub pœna infamiæ, si contrauenirent, *d. l. 2. d. t. quand. mul.* Tandem eam nominatim beneficio Velleiani renuntiare oportuit *Nouel. 94 & 118. § ex his autem.* Et quamuis Iustinianus hæc, quæ superius dicta, quadantenus temperauerit, atque præter matrem, parem gratiam (prout in omnibus fœminis fa...t) & par priuilegium auiæ indulserit, ex his tamen omnibus sequi, hanc gratiam matri & auiæ non ideo datam, vt ad tutelam suscipiendam cogerentur, verum vt capaces redderentur, si se conditionibus, sub quibus admittebantur, submittere vellent. Dicebam textum hanc ad rem expressum esse his verbis: *Sane in optione huiusmodi nulla cogatur, sed libera in conditiones, quas præstitutum voluntate descendat, d. l. 2. C. quand. mul. tut. offi. &c.* Omnes Doctores in hac sententia esse, *in d. Authent. & in l. si quis sub conditione. ff. de testament. tutel.* ponderantes hæc verba *Authentica, matri & auiæ permittimus*: & hac de causa Accursium delatam tutelam matri & auiæ, appellasse *anomalam*: Bartolum legitimam tutelam voluntariam: agnatorum vero legitimam, sed necessariam. Si mater ad suscipiendam tutelam cogi posset, tum necessario sequeretur, eam beneficio Velleiani renuntiare cogi posse. Secundo necessitas ei infertur ad secundas nuptias non transeundi, vel tutelæ eo casu amittendæ. Iustinianus etenim iusiurandum quidē ademit, verum introduxit eam tutela priuandam, si ad secūdas nuptias conuolaret. Id quod in Francia obseruamus adeo exacte & expresse, vt quāuis mater tutelā occasione secundarum suarum nuptiarum amiserit, & ipsa in viduitatē recidat, iudicatum fuit (me perorante) pro Dominicella Ioanna Chaunina vidua defuncti Ludonici Chaunini domini *de la Chastellure*, 10. Iunij 1567. matrem rursus postulare tutelam filij sui non posse, quamuis ex secundo thoro suo filium non susceperit. Tum enim non tantum tutelę cuiusdam capax esse desiit, verum ea se indignā reddidit, semel neglecta defuncti memoria, & materno erga filios amore spreto. *Nouell. 22. ca. 40. si autem tutelam.* Præterea, præter sententiam omnium Doctorum, Consuetudinem Aruerniæ eam ad rem expressam esse, his verbis: *Si ea velit*: Consuetudinem, inquam, quæ minus matri faueat, quam Iustinianus: frater quippe natu maior matrem excludit. Consequenter male iudicatum fuisse.

Dominus Petrus Poussemothius, qui cōtra perorabat, nihil eius opponebat, quod peculiariter ad hanc causam facere poterat (... quod referre nihil arbitraret, cum Curiis ... ad hæserit) ac generatim duo repræsentabat. Vnum, quod omnes tutelæ in Francia datiuæ sint, ac eapropter necessariæ. Verum exinde non recte conclusio ducebatur. Nam quod nos dicimus, tutelas omnes datiuas esse, ita accipiendum est, eas scil. omnes fieri in præsentia Iudicis & per inquisitionem, quæ fit, adhibito ad id cognatorum consensu, vel si cognati nulli sint, vicinorum & amicorum: nō vero quod ex eo electis necessitatem inferat, nisi aduersus eos, qui de iure cogi possunt. Alterum, quod dicebat, erat, appellantem ab impietate se excusare non posse, si nulla alia excusatione allegata, huiusmodi officium filio suo denegaret. Verum huic satisfit, eo quod distinguebamus, legem scil. hoc pietatis duxisse & à matre exegisse officium, vt filio suo de tutore prospiceret: verū vt ipsa mater tutrix esset, hoc omnes rationes inhonestum matri, & incommodum minusq; tutum tam matri quam filio fore existimasse. Quamobrem si quis impietatis Dominicellam, cuius causam perorabā, accusare vellet, eum quoq; omnes veteres legislatores & Magistratus accusare oportere, quos tamen certatim omnia media omnesq; rationes pupillorum cōmoda procurandi & eorum bona ac personas tutissimè cōmendandi inuestigasse videmus, saltem non ingratam & inhumanam magis rem matri censuere filij scil. sui tutricem non esse, quam quod non permiserunt, eandem pro filio suo, & pro marito suo se obligare.

Quapropter rationibus contrariis non obstantibus, cum Aduocatus Regius Menilius conclusionibus matris mecum adhæsisset:

CVRIA appellationem & id à quo appellatum fuerat, in irritum deduxit, & decreuit, filio de altero tutore vel curatore prospiciendum, inspecta matris declaratione. 14. Iulij 1567. Desumtum ex perorationibus D. Ærodij. I. C.

l. 1. Cod. ad. mul. tut. offic. ... tunam. ... de procurator.

TIT. VI. DE INVENTARIO.

ARRESTVM I.

ARresto Curiæ Burdegalensis, quod datum a 6. Iulii 1520. aduersus Ioannem Cuttium, appellantem à Seneschallo Santonensi, & pro filiabus ipsius dictum fuit, quoniam neq; quicquam prædictos pater dissipasse reperiretur, neq; rem contrariā officio paterno liberis suis debito fecisse, bona tam mobilia quam immobilia, quorum vsufructuarius erat, filiæ vero ipsius proprietariæ, describenda esse nulla re loco suo mota nec cautione præstita. Licet enim pater non teneatur facere aut pati inuentariū de iure communi, opinione Cyni *in l. cum oportet, in pr. quæst. 4. Cod. de bon. quæ liber.* ex eo, quod non est simplex administrator, sed vtitur fruitur bonis filij: nec lex id sibi indixit. Inuentarium enim tantum eos concernit, qui rationem reddere tenentur, alios non concernit, *l. Orphanotrophos*, & ibi Baldus, *Cod. de Episcopis & Cleric.* Attamen pater descriptionem bonorum eorumq; instrumentum publicum confici, pati tenetur, *arg. l. 1. § recte. ff. de vsufr. & quemadmod. caut.* vt eo mortuo bona dignoscantur, *arg. l. Non solum. § sed vt probari. ff. de nou. oper. nunt. c. a. extra de probatio.*

Pater vsufructuar. bonorum filij permittere debet, vt inuentariū fiat.

II.

Inuentarium bonorum à Presbytero quodam demortuo relictorum, ab Officialibus secularibus fieri debet: ab hora quippe mortis conditio bonorum ab eo relictorum mutatur, *l. Paulus respondit, & et Procuratorem. § 5. ff. de acquir. hered.* Facit *l. Fiscus. ff. de iur. fisci & l. 3. C. de Episcop. & Cleric.* Atque ita iudi-

Inuentarium bonorum Presbyteri alicuius defuncti à quo fieri debeat.

iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1460. pro Petro Meyrodio, herede defuncti Stephani Crosetti Presbyteri Turris Piuus.

III.

Idem.

Archiepiscopus Bituricensis prætendans se in possessione esse iuris & Consuetudinis eurandi, vt bona mobilia Presbyterorum & Clericorum defunctorum Diœcesis suæ & in districtu seculari describantur eorumq; inuentarium fiat, in probatione aduersus Ducem Bituricensem admissus fuit Arresto anni 1390. Idque est de quo Baldus agit *in l. fin. C. de iur. delib. quæst. 6.* Et Bartolus *in l. Tutor. qui repertorium ff. de administrat. tutor.*

IV.

Remissio inuẽtarii, cautionis & rationum.

Claudius Tournonius Consiliarius Regius in Parlamento Dinionensi, vniuersalem heredem Dominicellam Catherinam Billoniam vxorem sibi instituit, eique quo ad immobilia pauperes substituit; prohibet innentarium fieri, rationes reddi, cautionem præstari, & omnem actionem, sub pœna. Prætenditur, bona immobilia consistere in reditibus redimibilibus, quique quotidie redimuntur: prædictamque Dominicellam pecuniam accipere, neque eam recollocare. Domini Triumuiri Regij in Parlamento Parisiensi postularunt, vt omnium descriptio fieret, eaque teneretur declarare quicquid ex prædictis redemptionib. accepit, & quem in vsum id collocauit, itemq; cautionem præstaret. Ea reluctatur, insistens interdictioni in testamento mariti sui factæ. Arresto Parisiensi, quod datum, 29. de Iulij 1553. dictum fuit, eam tantum immobilia hereditatis declarare oportere, & quicquid pro prædictis redemptionibus accepit, intra annum refundere, præterea de nullo teneri. Curia tam testatoris dispositionis rationem habuit, cuius obseruatio priuilegiata est, cum nihil sit quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis liber sit stilus, *l. 1. C. de SS. Eccles.* & lege ant. qua XII. Tabularum, Vti quisque legassit, ita rei suæ ius esto, *& §. disponat. in aut. de Nuptiis.* quam pœnæ ibidem appositæ, sub qua Inuẽtaria & cautiones probiberi possunt. *cap. Raynutius. de testam. l. quidam in suo testam. ff. de cond. & demo.* nominatim vero, quia vidua nonnisi magna cum difficultate, prædictam cautionem præstare poterat: vt testator prauiderat, & hoc casu iusiurandum sufficeret, *l. 1. §. super peculio. Cod. de assert. toll. & §. necessarium, versi. si vero, in Auth. Vt nulli iudic.*

D. Maynardus refert Arrestum Parlamenti Tholosani contrarium, *lib. 7. quæst. suar. cap. 88.* I. C.

V.

Nouerca heres inuẽtarium facere teneatur & cautionẽ pro mobilibus præstare, substitutis id postulãtibus.

Arresto Parisiensi, quod datum mense Decembri 1554. pro Claudio Gaio, administratore liberorum suorum substitutorum, dictum fuit, Coletiam Magneleriam heredem vniuersalem Ioannis Façonnij mariti sui, qui auus erat prædictorum liberorum ex altera vxore, Curia permisit bonorũ defuncti inuẽtariũ fieri ac præterea præstare eum cautionẽ teneri, priusquam traditionem prædictorum bonorũ mobilium consequeretur. Antequam ita decerneretur, Curia cognoscere voluit, vtrum prædicta Coletia auia esset, an vero nouerca: & post quam nouercam asseeam comperit, Arrestum suum dedit, & sic tanquam prorsus extranea vsufructuaris babetur, & ad esdem tenetur de iure, *l. fin. § fin autem ex aliena. ibi, paterna iurentia. C. de bon. qua liber.* & per Philip. Cornec. *cons. 105.* prope finem. *vol. 3.* Adde suspicionem qua filio (qui donatarius ex dimidia parte erat, & cõsors in prædicta hereditate) in præiudicium nepotũ mariti sui, qui ipsam nullo modo contingerent, fautura credebatur: Quodque filius ipsius præd[illegible] contrarius erat, neq; ipsis conueniebat: ac propterea in fauorem prædicti filii sui diminuere potius hereditatem poterat, quam in præiudicium substitut. onirangere.

VI.

In casu [illegible] solemnitas refutatur.

Quando ad euitandam pœnam, vel obtinendum priuilegium iuris, confectio inuentarii necessaria est, necesse est, vt solemne sit & ex omnibus partibus perfectum & absolutũ, quod si enim defectus quis deprehendatur, non prodest. Exempli gratia, si vxor socia mariti sui communionem mobilium & conquisitorum mariti sui defuncti & suorum cum heredibus sistere velit: vel si heres beneficio inuentarij solutionem debitorum ex propriis suis bonis faciendam defugere vult. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 23. Decembris 1529. & postea altero Arresto prædicti Parlamenti 20. Martij anno 1552. quo præcedens confirmatum. Curia eius, quod mulier iuuenis erat ignara iuris & Consuetudinis, rationem nullam habuit: verum omnibus non obstantibus hæc regula obseruata fuit, quantumuis nonnisi de re exigua ageretur.

Lucius *lib. 8. tit. 3. Arr. 1. & 2.* V. Arr. Louetii *lit. I. Arr. XI.* pro solennitate Inuentariorum.

VII.

Inuentarium per prouisionẽ decerni non potest in lite inceptum, nisi appareat.

Pars quædam aduersus alteram familiæ erciscundæ iudicio experitur, cum qua sibi societatem vniuersalem intercedere proponit nullo demonstrato aut probato: ac contradictione partis alterius alsta postulat, vt per prouisionem Inuentarium fiat: Balliuius Bassigniacensis Inuentarium decernit, sic tamen, ne quid loco moueretur: à quo appellatum & Arresto postea Parisiensi dictum, male iudicatum fuisse, 24. Maii 1519. per *l. 2. C. lib. 10. quand. & quib. quart. pars debe.*

VIII.

Inuentaria hereditatis expensis fiant.

Inuentaria quæ per prouisionem fieri decernuntur, vna partium litigantium à primo statim inceptæ litis limine id postulãte, pro vniuersali successione, expensis hereditatis fieri debent, arg. *l. fed & luci. §. 1. ff. si reg.* non obstante sententia Guidonis Papæ, *quæst. 151.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 18. Nouembris 1527.

IX.

Inuentaria Notariis committi possunt.

Inuentaria & diuisiones Notariis committi possunt ad eunandos sumtus, potius, quam Inquisitoribus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, die Aprilis 1427. & prædictis Inquisitoribus interdictum fuit, ne prædictos Notarios in eo turbarent & impedirent. Tantumdem dictum fuit pro Magdalena Lemonicina, vidua defuncti Antonij Coronis, tutrice liberorum suorum, aduersus dominum *de Foro*, postulantem, vt Inuentarium à Iudice suo conficeretur, anno 1551. Imbertus *in enchir. suo.* tenet, ob paupertatem successorum, ad quos bona spectant, & quorum inuentarium conficiendum, inuentariũ fieri posse etiam Procuratore Officiorum vel altero Officiali non citato vel assistente *in verb. tutela. ibi, remittitur autem.*

V. Collectionem meam *de determinationibus, tit. de Notariis, & tit. de Commissariis examinatoribus.* I. C.

X.

[illegible] Inuentarium [illegible] debet, [illegible]

Arresto, quod datum ad perorationem die quodam Martis post prandium, 7. Februarij 1552. perorantibus dominis Thuano & Hebraido [illegible] cretum fuit, impostetum, defuncto aliquo, Inue[illegible]arium & descri-

& deſcriptionem bonorum eius mobilium faciendam poſtridie mortis eius ab Officialibus Iuriſdictionis loci, quam diligentiſſime ac fideliſſime id fieri poterit, adhibitis iuratis æſtimatoribus. Præterea bona illa mobilia deponenda & cuſtodiæ commendanda propinquioris vicini aſſidui & locupletis defuncti, neque apparitores deinceps in domo defuncti, confecto prædicto inuentario, cuſtodire oportere, prout fieri conſueuerat, ex quo complurima incommoda ſequebantur.

De pœna Inuentarii non confecti à patre vel matre, vide *tit. de communione in Conſuetudinibus*. B.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VI.

I.

Inuentario conficiendo nemo venire debet, niſi citatus.

INterdictum fuit Arreſto, 7. Iunii 1564. ne quis inuentarium confecturus veniret, niſi citetur.

II.

Qua ratione defect⁹ inuentarii, cōmunionis conuuatione, inferat.

Defectus inuentarii continuationem communionis infert, iuxta Conſuetudinem: attamen id ſuo modo intelligendum in fauorem deſcendentium & aſcendentium in linea directa, & pro tali quali inuentario facto etſi non clauſo, iudicatum 18. Martij in Maiore Camera. B.

III.

Heres quo modo viduam cogat ad conficiendum inuentarium.

Heres per prouiſionem pendente lite, viduam ad conficiendum inuentarium omnium bonorum cogere non poteſt, ſed tantum ad conficiendum in... [illegible] inſtrumentorum, non etiam mobilium, Arreſtum de 30. Maij 1564.

IV.

Teſtator eligere poteſt, quem vult, ad cōficiendum inuentarium.

Teſtator huiuſmodi perſonas quæ Inuentarium facere & confectioni eiuſdem aſſiſtere vult, eligere poteſt: attamen eo viduam ſuam in totum exonerare non poteſt in præiudicium minorum; quin & prędictum Inuentarium fieri debet à Domino loci merum imperium habente hoc eſt, Actuario vel Notario, denominatis, ſi ita ipſis videtur, aſſiſtentibus. Iudicatum in appellatione quadam Dominæ Tournoniæ, 12. Ianuarij 1576. B.

TIT. VII. FAMILIÆ ERciſcundæ & communi diuidundo.

ARRESTVM I.

Diuiſio fit pro menſura bonitatis: non vero quantitatis.

DIuiſio rerum ſingularium & aliarum, æqualiter & ratione æſtimationis & bonitatis, non vero quantitatis habita fieri debet, *l. ſi maior. in fin. C. Commun. diuid. & l. ſi poſt diuiſionem. Cod. de iur. & facti ignorantia.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi, 19. Decembris 1524. & altero Arreſto de 19. Auguſti 1530.

In hoc caſu exuberantiæ, is qui refuſionem debet, pro re immobili loco pretii, reditum tradere & conſtituere poteſt. Vide Arreſtum de anno 1531. pro quodam Hualtio Secretario.

II.

Diuiſio mobilium in plurib. domibus exſtantium, in vnum locum cōportando, rum, fieri debet.

Inter Comitiſſam Laualiam, ſororem & heredem defuncti D. Lauallii, primi mariti Comitiſſæ *de Martigues* ab vna patre, & prædictam Comitiſſam *de Martigues* ſororem & heredem defuncti domini Lautrecii ab altera, lis erat propter mobilia prædicti defuncti domini Lauallii, puta, vbinam diuiſio prædictorum mobilium fieri deberet? in loco, in quo tempore mortis prædicti defuncti domini Laualij ſita erant, vel vtrum omnia in vnum locum comportari & illic ſimul diuidi deberent? Pro Comitiſſa Lauallia dicebat D. Riantius, mobilia, quæ in omnibus prædiis & dominiis, tam defuncti domini Lauallii, quam vxoris ipſius eſſent, tempore mortis prædicti domini Lauallii, omnia in vnum locum cōportanda: alioquin neq; diuiſionem commode fieri, neque æqualitatem recte & rite obſeruari poſſe. Econtra dicebat D. Albertus pro prędicta Comitiſſa *de Martigues*, eam ex Conſuetudine in poſſeſſionem mobilium pro dimidia parte conſtitutam: ac propterea poſſeſſione illorum decedere & ea ſe abdicare non teneri. Nihilominus conſentiebat, vt omnia comportarentur, dummodo id impenſis & periculo prædictæ Comitiſſæ Lauallæ fieret, iuxta diſpoſitionem *l. ſi rei mobilis. 10. ff. de rei vindica.* Curia decreuit, omnia bona Turonum impenſis communibus, ex prædictis mobilibus ſumtis comportari oportere: Arreſtumque datum fuit 21. Martij 1548.

III.

Dimenſio neceſſaria ad diuiſionem, communibus ſumtibus facienda.

Sumtus in metienda ſylua, quam diuidi oportet, facti aduerſus vtramque partē litigantem taxari debent, quantumuis vna id poſtulauerit, altera vero contradixerit. Ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi, 29. Nouembris 1537. per Gloſſam *in l. ſi tru-pitione. § ad officium. ff. fin. reg. & l. eos. § 1. C. de appellat.*

IV.

Prouiſio aduerſus quendam diuiſioni intercedentem.

Cum vnus fratrum vel coheredum fuga ſua diuiſionem hereditatis impedit, hoc caſu Curia decernere conſueuit, hereditatem ſequeſtrandam & à Cōmiſſariis adminiſtrandam, iuxta textū expreſſum, *in l. ſi quæ ſunt cautiones 5. ff. Fam. erciſc.* Et ſuper executione Arreſti, quod datum in pari caſu, dubium euenit, quomodo locatio illius hereditatis facienda eſſet? eo quod nonulli contendentium poſtulabant, vt ea in ſemente, velut granis & mercibus fieret alii in pecunia. Curia Arreſto ſuo, de 18. Decembris 1543. decreuit id in pecunia fieri oportere.

Locatio rei pignori captæ in pecunia.

V.

Si diuiſioni ceu iam factæ intercedatur, reſcripto opus eſt.

Si ſocius diuiſionem poſtulet, & alter ſocius ei dicat, diuiſionem factam eſſe, ſuperque eo conteſtetur, petitor reſcriptum impetrare poteſt, vt poſſeſſionem conſequatur, & pendente lite portione ſua pro indiuiſo fruatur. Ac quamuis hæc ſecunda actio quadamtenus primæ præiudicet, & ſententia in prima actione data, exceptio excluſiua ſit poſtremæ, prout notatur *in l. fundi. & in l. fundum. ff. de except.* Nihilominus eo non obſtante huiuſmodi reſcriptum duobus Arreſtis Pariſiēſibus approbatum fuit, quod allegat D. Imbertus abſque data.

VI.

Reſtitutio aduerſus diuiſionē inter maiores.

Curia reſtitutiones in integrum aduerſus diuiſionem factam inter maiores intra decennium Conſtitutione præfinitum, vltra quadrantem iuſtæ portionis, quę ad vnum venit, maiore quodam decepto admittere ſolet: media quippe ſemper pars eſt, ſi ſocii ex æqualibus partibus ſint, puta duo, quilibet ex dimidia, *l. Maioribus. C. commun. vtriuſque iudic. & not. in l. Inter filios. C. fam. erciſc.*

VII.

Diuiſio à patre & matre inter liberos facta.

Sæpiſſime, diuiſiones patris & matris inter liberos ipſorum obſeruata ferme æqualitate & legitima ſalua, obſeruantur: prout Arreſto pro Aduocato Villecoquo dictum fuit, 15. die Februarii 1564. Et pro ſucceſſione viduæ Commiſſarii Vacorii, 27. die Februarii 1576.

V. Arreſta D. Louetii *lit. P. Arreſt. 24. & annotat. ibi relatam.*

APPEN-

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

Bona absentis præsumti per prouisionem diuiduntur.

PEr prouisionem bona fratris vel alterius cognati absentis & præsumti mortui, præstita cautione diuiduntur. Iudicatum 19. Februarii 1577. pro successione Antonii Petrichatii, & 15. Iulij 1581 pro bonis D. P. Puteani. B.

II.

In magna coheredũ contentione sequestro locus est.

Quando magna inter heredes contentio est, successio sequestrari & pecunia æqualiter per prouisionem distribui debere decerni solet. Iudicatum pro successione domini Consiliarij, 24. Ianuarij 1563. B.

III.

Diuisio cõfirmata decẽnio, pro minoribus intelligi- : tur.

Quando ex Consuetudine diuisio decennio confirmatur, id non intelligitur pro minoribus, qui restitui semper possunt. Arrestum, 25. die Iunij 1585. Præterea dubium non est, nomen *transactionis*, quod in diuisione interuenit, restitutionem vel supplementum ab eo, qui plus æquo tulit, faciendum, non impedire. Iudicatum aduersus dominum Harocurium, mense Februario 1577. & 27. die Martij 1577. in quarta Inquisitionum Camera. B.

IV.

Absens nouem annis pro mortuo habetur, quantũ ad prouisionalẽ bonorum ipsius diuisionem.

Si frater vel alius nouem annis absit, sic vt de statu eius nihil sciatur, mortuus præsumitur, etiamsi præsum ioiutis sit, hominem centum annis viuere, si de morte ipsius non constet, *l. 2 §. si dubitetur*, & ibi Gloss. *ff. quemadm. testam. aperiant.* id quod de possibilitate intelligendum est, non de necessitate. Et iuxta hoc iudicatum fuit Arresto, 24. die Maij 1595. cuius argumenta & rationes attulit *in quæstio. meis, q. 62.* bona huiusmodi absentis diuidenda, sub onere præstandæ mutuæ cautionis de iis restituendis, in casum postliminij & reditus. Maynardus *lib. 7. cap. 95.* & Choppinus *lib. 3. de legibus Andium, tit. 2. communia vtriusque iuditii, num. 4.* I. C.

V.

Possessio decennalis diuisionẽ præsumĩ facit.

Molinæus *in tractat. suo de vsuris, quæst. 14. num 182.* tenet, ex communi Doctorum, & Glossa *in l. maioribus. C. commun. vtriusque iudi.* & ibi Ioannes Faber, quod in diuisione inter maiores, si inæqualitas sit vsque ad quadrantem, restitutioni locus sit. Imbertus *in enchirid. in verb. diuisio.* Paponius *lib. 3. Notar. suar. fol. 640. De restitutione aduersus diuisionem*, & Choppinus *ad Consuetudinem Andegauensem lib. 5. tit. 2. Com. vtriusque iudic. num. 3.* etiamsi diuisio in iure facta fuerit, ex *l. si soror. ff. de collatio.* Iudicatum Arresto 7. Septembris 1583. inter Longeuillanos & Niuernenses. Quod si compositionales decannio diuisim possederunt, diuisione non facta, si bona, quæ possident, æqualia, partes quoque æquales sint, pro diuisione præsum ẽdum est. Valla *de rebus dubiis, fol. 189.* Boerius *decisio. Burdegal. 58. num. 8.* Menochius *lib. 3. de præsumtion. cap. 60* Ferronius *ad consuet. Burdegalens. tit. de feudis. §. 1. & vlt.* I. C.

TIT. VIII. DE RATIONVM redditione, subductione, & erroribus earum.

ARRESTVM. I.

Prouisio in materia rationum locum nõ habet, & finem expectare potest.

IN materia rationum vere sciri non potest, vtrum ratiociniis obnoxius debeat vel non, nisi prius rationes ipsius putatæ fuerint, ac propterea rationes audiens Iudex prædictum ratiociniis obnoxium cõdemnare non potest, vt summam per prouisionem repræsentet. Nam necesse est, vt de eo, quod debet, manifesto constet, antequam decernatur, vt soluat, *l. hac autem. §. 1. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* & *l. cum ignorat. ff qui accusar. non poss.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro tutore quodam, qui rationes suas obtulerat & ad soluendam exiguam summam pupillo condemnatus fuerat, pendente lite per prouisionem de 17. Febr. 1536.

Attamen limitari tempus rationes reddenti solet, ad putandas & claudendas rationes, & in casum negligentiæ, prouisio adiudicatur: vt factum 14. Decembris 1576 B.

II.

Rationes putatæ, clausæ & signatæ executionẽ non habent.

Subductio & putatio rationum signatarum ab Auditoribus delegatis & conuentis & à partibus quoque citra aliam obligationem, & submissionem admissam & signatam à Notario Regio, nullam executionem paratam habet aduersus reliquatorem vel heredes ipsius: nihilque aliud est, quam simplex & priuata scriptura. Et necesse est, eo per actionem venire & sententiam impetrari, per notat. à Bartol. & Paul. de Castrens. *in l. rationes. C. de fid. instrument.* & text. *in l. inter chartulas. Cod. de conueniend. fisc. debitor.* Ita iudicatum fuit Arresto pro heredibus Susceptoris cuiusdam, aduersus Regem Nauarræ, quod allegat Boerius absque data, *quæst. 55 num. 15.*

Attamen videtur, conclusionem & subiectionem rationum authoritate Iudicis & aliorum Magistratuum factam, vim instrumenti Authentici & rei iudicatæ habere. B.

III.

Repræsentatio reliqui rationum impeditur per errorem calculi, qui manifestus est.

Si rationes * putentur, atque vigore subductionis earum, saluo calculi errore, debitor conuentus se opponit & errorẽ calculi allegat, de quo prompte constare potest, vel de nonnullis articulis illarum rationum, tunc prædictus debitor propter hos articulos repræsentare per prouisionem nõ tenetur, vbi error manifestus est. Verum ob alios articulos, vbi error maiorem cognitionem requirit, debitor repræsentare debet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 21. Martij 1540. & altero Arresto, quod antea datum, aduersus dominum Biulardum Consiliarium, 7. Ianuarij 1538.

* Residuum ex supputatione rationum redditarum à Susceptore bonorum minoris, apud prædictum Susceptorem manere debet, si id tutor postulet, vsque quo suas rationes reddiderit. Carondas *lib. 3. Resp. cap. 31.*

IV.

Curator differens rationes reddere fundorum subhastatorum quomodo puniatur.

Si Curator fundi capti deneget & differat rationes reddere, Curia ad petitionem persequentis subhastationem, eum ad soluendam summam condemnare solet, propter quam prædictus fundus pignori captus est: ac præterea eum depellere & declarare depulsum ab omnibus deductionibus expensarum, erogatorum & sumtuum administrationis suæ: & simpliciter eum cogendum, vt fructus prædicti fundi perceptos restituat, vel qui percipi suo tempore potuissent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 14. Maii 1535. aduersus Curatorem quendam differentem: quem postea Curia altero Arresto admisit, 21. Iulii anno sequente 1536. ad referenda & admittenda in rationibus suis erogata & expensas, dummodo intra octiduũ summam, vnde pignoris capio procedebat, in manus prædicti persequentis subhastationem repræsentaret. Est sane notatu dignũ in hac materia id, quod Vlpianus *in l. 2. sub fin. ff. de Curator. bon. dand.* ait, puta, exceptionem Curatoris, qui ad reddendas rationes conuenitur, non valere, si dicat, se nihil attigisse: nam id facere debuit. At tamen hoc intelligendum est sub hac distinctione quam facit,

Curator excusari se non potest, si dicat, se nihil attigisse.

facit, puta, si solus Curator sit, & tum vel quid perceperit, vel non, excusari non potest. Si vero plures sunt, duo vel tres, ex quibus vnus nihil attigerit, sed alii tantum. Si hoc casu inuitus factus sit Curator, à rationibus excusari potest. Si vero voluntarius sit, nihilominus eo non obstante rationes reddere debet, licet nihil perceperit.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VIII.

I.

In retractatione rationum, minore non habente, vnde repræsentet, tutor prænumerare debet.

IN retractatione rationum, si minor non habeat, vnde repræsentet, tutor prænumerare cogitur. Arrestum 12. die Augusti 1577. B.

LIBER DECIMVS-SEXTVS.

TITVLVS PRIMVS, DE MINORIBVS.

ARRESTVM PRIMVM.

Ius singulare Delphinorum Franciæ.

DISPOSITIO Iuris communis, Minores scilicet sine Tutoribus vel Curatoribus administrationem bonorum suorum habere non posse, in Delphinis Franciæ, qui designati Reges sunt, locum non habet: quibus (ex fide à Rege Carolo V. nomine Sapiente, præstita) successio Regni debetur, vt eius possessionem post mortem patris ipsorum Regis adipiscantur, sine Regente & Gubernatore administrent, & Regnum gubernent: seque intra quartumdecimum annum ætatis suæ inaugurari curent. Et altera lege, quæ publicata anno 1407. iis permittitur, vt citra ætatis limitationem se inaugurari curare possint, & Regnum ex consilio Principum sanguinis Regii gubernent. Quæ lex approbata à Curia, 27. Octobris 1422. iterum publicata fuit tum, cum Rex Carolus VII. filius Regis Caroli VI. anno ætatis 21. Rex salutatus fuit.

Idem in persona B. Ludouici obseruatum fuit: & postea renouata & repetita hæc obseruatio per publicationem & declarationem maioris ætatis Caroli IX. B.

II.

Præscriptio aduersus Regem minorem currit.

Lex supra memorata causam præbet, quod præscriptio * continuet & perficiat cursum suum aduersus Regem minorem, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 4. die Maii 1551. Vnde videretur, eum peioris conditionis esse, quam subditos ipsius, quorum minor ætas à præscriptione plerumque distrahitur, *l. bona fidei. ff de acquir. rer. domin l etiam. ff de minoribus.* & apertius per *l. si fundum. ff de fundo dotali.* vbi hæc regula ponitur: Res, quæ alienari non possunt, neque etiam præscribi possunt. Nihilominus in primis annis suis maior habetur, & absque Curatore administrat, alius non item.

Lucius fol 268.

Officialis non restituitur ob minorem ætatem.

* Quemadmodum etiam ea aduersus Officiarium publicum currit, qui ob minorem ætatem non restituitur. Arrestum Parisiense. 22 Decemb. 1574. & 27. Febr 1593. Choppinus *ad Consuetudines Parisi. lib. 1. n. 2. tit. 7. art.* 14. Charond. *lib 8. Responsor. cap* 49. Maynard. *lib. 3. cap. 38 & 40.* Vide limitationes plene relatas & tractatas *in quæstionib. meis notabil. lib. quæst.* 37. I. C.

III.

Minor quomodo citari debeat.

Notandum est, minorem, qui Curatorem habet, citari non posse: & eremodicium aduersus ipsum iudicatum, prædicto curatore non citato, nullum esse. Verum si curatorem non habeat, citari posse, & eremodicium aduersus ipsum impetratum valere: tenetur quippe legitime comparere, vel personam suam legitimari curare. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi Maioribus diebus Molinensibus post prandium, 18. die Octobr. 1540.

IV.

Alienatio rei immobilis minoris nulla est.

Notorium est, minorem immobilia sua, sine curatore & decreto, alienantem restitui: & per huiusmodi restitutionem omnia nulla declarari curare posse. Quod si ex confesso minor sit, neque dubium sit, super deceptione & versione pretii in vtilitatem ipsius. Iudex decernere debet, vt per prouisionem minor in bonis suis alienatis restituatur, refuso pretio. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 2. die Februarii 1509. Dispositio iuris ea de re est *in l. 1.* & per totum, *C de præd. minor.* Sufficit sane minor ætas & defectus decreti, quod semper necessarium est, ad reddendam alienationem à minore factam immobilis sui inualidam, atque superfluatum est disputatio de modicitate vel sufficientia pretii, itemque disquisitio tituli alienationis, siue per transactionem, donationem, venditionem, permutationem, quittantiam seu apocham, renunciationem, refutationem, diuisionem, vel alio quocunque tandem titulo & modo *l non tantum. l ad resoluendum & l siquidem. C de præd. & aliis rebus minor.* Bartolus super eo distinctionem facit, & hanc regulam limitat, non habere scilicet locum in permutatione, *in l. magis puto. § pen ff. de rebus eor.* iuxta sententiam Butrigarii & aït, prædictam permutationem approbari debere, nisi manifesta fraus & deceptio sit. Hæc sententia Consuetudine Franciæ reiicitur. Omne dubium est de refusione pretii ab emptore traditi. Super quo tenetur,

Singularis discursus de restitutione pretii conditionis à minore celebratæ.

quod si decretum & solemnitas iure requisita interuenerit, dubium non esse, quin pretium cum meliorationibus necessariis restitui debeat: verum citra hoc imperator *l. prædiorum. C. de præd & aliis reb. minor.* decernit, pretii restitutionem nullam fieri, nisi acquirens probauerit, id in facultates minoris erogatum & versum fuisse. Iurisconsultus Paulus *in l. quod si minor § restitutio. ff de minoribus.* contrarium ait, & in ea sententia est, semper in casu restitutionis aduersus venditionem, minorem de restituendo pretio teneri, nisi probatum fuerit, emptorem scienter minori scortanti, ludenti, dissipanti aut alias perdituro numerasse. Imbertus ait, in Francia nos Iurisconsulti dispositionem sequi, puta, minorem cogi ad restitutionem pretii, citra probationem, an in eius vtilitatem versum fuerit, nominatim, quando prædictus minor 18. annos & plures attigit. Quinimo contrarium videamus, & praxis Franciæ conformis est *d. l. prædiorum.* puta pretium non restitui, nisi quatenus in

Rr vtili-

vtilitatem minoris versum fuisse probatum fuerit. Intelligo in casu, quo alienatio sine solennitate fit, deque eo infinita Arresta extant. Non superfluum erit hoc loco notari regulam supra præsuppositam. minorem scilic. valde immobilia sua citra solennitatem alienare non posse, intelligendum esse, quando minor, quod suum est, vendit, non vero, quando simpliciter consensit venditioni celebratæ ab altero rei, in qua ius habet, siue hypotheca sit, siue aliud, non tamen ius proprietatis, prout ait Iulianus *in l. si pater. §. si minor ff. de manumiss. vind.* Hanc ad rem Imbertus facti speciem, quæ in locis contigit, proponit: Vidua quædam cum filio suo maiore natu, minore tamen, proprium quoddam fundum suum vendit. Ea & dictus filius postea rescriptum Principis præsentant: ea, quod dicat, se in venditione vltra dimidium iusti pretii deceptam fuisse: filius ipsius, quod se minorem dicat. Emtor emtionem suam defendit, matri rem pluris valere negat. Minori respondet, eum immobilem suam rem vendidisse: quod si vero propterea venditorem se dicere velit, & euictionis nomine teneri, se eum hoc onere liberare. Quo facto causam suam obtinuit, nominatim quia vltra dimidium iusti pretii vidua decepta non fuerat.

In Græcia, qui proprium fundum alienabat, infamis & indignus sepulcro familiari æstimabatur. Demosthenes *contra Timarchum*. T.

De fundo-rum ad minores perti-nentium instructo.

Non tantum minores immobilia sua sine curatore & decreto Iudicis alienare non possunt, verum etiam cum curatore tempore matrimonii, fundos suos vel partem eorum mobilibus instruere, quo ea videl. communionem ingrediantur, nisi id cum consensu & consilio propinquorum cognatorum fiat, & ad minimum quinque cognatorum ex latere & linea, vnde prædicti fundi procedunt necnon cum decreto Iudicis, alioquin omnia nulla sunt: super qua re interuenerunt complurima Arresta Curiæ, quorũ numero quatuor retuli *in quæstio mea* 34. & D. Renatus Choppinus alia, *l. 3. de legib. And tit. 3 num. 10* quæ fundãtur in dispositione ciuili *in l. sine generalis, § cubiitaris, ff. de iure dot. in l. lex quæ tutores. C. de adm. tutor.* I. C.

V

Minor resi-duum pre-tium in ma-iori ætate accipiens non tamen ha-bet.

Si minor post 25. annos partem pretii vel pensionis retentam accipit, eius scil. quod in minori ætate vendidit: vel etiam, si vxor quædam, post mortem mariti sui, pariter vel fructus vel alterius similis rei partem propter alienationem immobilis sui à marito suo, citra consensum suum celebratam accipit, eo * restitutio non impeditur. Isque expressus textus est *l. Denique Diuus. §. si quis versicul. sed etiam. ff. de minoribus.* Nam id non ratum habetur: verum in consequentiam contractus est, vt quam minimum damni fieri potest, suff. tant. Et ita indicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat D. Rebuffus absque data *in Glossa vlt. num. 5. articul. 2. tit. de restitut.*

* Contrarium tenet Alber post Guil. de Eng *in l. 2. C. si maior factus. per l. Ad ius... C. de ... & l. 2. C. de ... dom. impetr.* Cuius sententia refertur a Tiraquello, *tractat. de retract. conuentio. §. 1. Gloss. 2. num. 61.* Arrestum hic allegatũ de minore non loquebatur.

VI.

Minor cu-ratorem habens de-bitum ac-cepto ferre nõ potest.

Minori curatorem habenti, citra huius autoritatem debitum solui non debet: quod si fiat, debitum eo modo non soluitur: verum ad nouam solutionem denuo debitor vrgeri potest: quo tamen casu licitum ei esse debet deducere omne id, quod in minoris vtilitatem versum fuisse probauerit. Erit ita iudicatum fuit Arresto Tholosano, quod datum Maioribus diebus Podiensibus, de 25. Octobris 1548.

V. Mainardum *lib. 3. quæst. suar. cap. 53.*

VII.

Minor di-

Minor diuisionem à consortibus suis postulare non potest, *l. si pupillorum ff. de reb. eor. qui sub tut. & l. pen. C. de præd. minor.* quod ii eam postulet, & Consortes eius consentiant ac cum eo diuidant, ex rescripto restitui potest, si velit, quantumuis deceptus non fuerit, quatenus diuisionem postulauit, eique consensum fuit: id quippe alienationis immobilis instar est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 6. Augusti 1543.

uisionem postulare nõ potest.

VIII.

Minor à multo ca-rius sibi obligare se potest.

Iuuenis quidam studiosus nomine Ioannes Cotbihus, minor 25. annis mulam quandam multo cariore pretio quam valeret, emit: soluendo pretiu, quando in Doctorẽ euasisset. Casu eueniẽte, conuenitur. Is se opponit & ait, eo tempore se contrahere non potuisse, seque circumuentum fuisse: mulam quippe non multum non valuisse. Nihilominus per prouisionem ad numerandum pretium condemnatus fuit: à quo ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi Arresto, 2. Aprilis 1526. ante Pascha, dictum fuit, male indicatum fuisse, prædictusque debitor ad iustum mulæ pretium tantum exsoluendum condemnatus, habita ratione temporis traditionis, quæ ei facta fuerat. Eaque doctrina est Doctorum nostrorum *in l. si se non obtulit. §. condemnatum ff. de rei vindicat.*

Minor, qui consuetudinem secutus, dicit actum minoris tacetur, non restituitur.

V. Molineum *ad art. 86. Consuetudi. Borboniensis, & art. 75. Consuet. Castellonens, & tit. 4. de Macedoniano l. 12. Art. 2.* supra. Ad hæc notandũ est, quod si minor nihil, nisi quod maior facere poterat, fecisset, is non restituendus esset, nõ magis quam is qui contraxit iuxta Consuetudinem minime restituitur, nisi deceptus fuerit, *l. quoties. ff de pact. dotal. l. vlt. C. de in integr. rest. V. quæst. meam. 37.* & Corondam *lib. 3. Respons. cap 30. & 62.* I. C.

IX.

Minor o-neratur ne-gatiue pro-bationis de in rem ver-so, si solen-nitates ob-seruatæ fuerint et transactum sit.

Quando contractus cum minore initus nullus est, ob defectum solennitatum & alio modo, tum is, quo cum minor contraxit, oneratus permanet ad probationem faciendam, qua ratione pecunia à se tradita in vtilitatem minoris versa fuerit, Verum si contractus nullus non sit, quamuis annulletur, minori probatio incumbit, quod pecunia in aliam, nõ vero in rem suam versa sit. Ita expresse declaratũ fuit à defuncto domino Monthelonio Præside Maioribus diebus Molinensibus, anno 1540. 16. die Octobris, ad pronuntia ionem Arresti in hac materia: perorantibus dominis Seguierio & Minardo.

X.

Curator li-tem pro-pter culpã suam non condemna-tur, verum minor sal-ua regres-sione.

XVI. Augusti 1549. pronuntiatum fuit Arrestum in pleno Auditorio, in Maiore Camera, minorẽ 14. annorum qui in materia beneficiaria appellationem, tanquam ab abusu, interposuerat, si prædicta appellatio admissa fuerit, recedere non potest, neque extra neq; in iudicio appellationis suæ ad multam euitandam. Quod si vero curator minoris appellationem tanquam ab abusu, interposuisset, nihilominus prædictus minor in multam condemnaretur, saluo ei aduersus curatorem suum regressu. Perorabat pro minore, dominus Mobertius, Præses erat dominus Lizetus.

XI.

Minor si-ne curato-re condem-natus quã-do appel-lare non possit.

Axioma hoc plus quam notissimum est, processus & actus iudiciales aduersus minorẽ 25. annis peractos, * à curatore ei expresse dato & admisso ad litem in defensum, non valere & irritari. Attamẽ valde notandum est, quod si minor sine curatore conuentus declinet, & à declinatoria sua depellatur, si ab eo appellet, necesse est, vt grauamen profundamento prædictæ suæ declinatoriæ male denega-

tam

gatæ habeat: si quippe de alia re non cōqueritur, nisi quod absque eo curatore depulsus fuit, non admittetur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, per not. in l. Seio. ff. de in int. restitu.

* Minor, Arrestum aduersus tutorem vel curatorem suum datū, qui in defendendo eo officio suo functus est, retractari curare non potest: Arrestum Parisiense, quod datū 23. die Maii 1581. Carondas lib. 2. Responsor. cap. 86. & Imbertus in Enchirid. o suo, in verb. minor. Quando minor aduersus Arrestum quoddam propter omissas allegationes restituitur: vide l. cum & minores. l. si aduers. rem iudic. C.

XII.

Idem.

Pariter iudicatum fuit de minore quodam, qui causam obtinuerat, qui, cum non obstante appellatione sententiam executioni tradi vellet, eiq; à parte seu aduersario suo contradiceretur: & hoc incidens absque curatore à minore agitatum fuisset, is repulsam tulit, prædictus vero aduersarius cum expensis absolutus fuit. Minor appellat, neque aliud grauamen proponit, quam quod sibi de curatore prospectum non fuisset: cuius nomine condemnatur.

XIII.

Minor quādo non admittatur.

Dominus Aduocatus Carterius, qui Palatii Parisiensis Scæuola est, sæpe allegat Arrestum quoddam in Parlamento Parisiensi datum, quo minor, filius vel filia, qui successionem patris vel matris, ob præsentem pecuniam remue aliam sibi datam eiurauit eique renuntiauit, à restitutionis beneficio ab eo impetrato depulsus fuit: dicente prædicto Carterio, id verum esse in Prouincia, quæ iure scripto regitur. Et ita id refert Lucius in Arrestis suis, titulo. 2. de minoribus lib. 7.

XIV.

Minor restitutus immobile, quo accepit stata, restituere tenetur.

Permutatio est alienatio, quæ nulla est, cum minore de re sua immobili facta, ex iuribus supradictis. Hoc præsupposito, si minor permutationē celebrans immobilia accipiat, eaque postea vendat, deteriorel aut diminuat, impetrata, per restitutionem, permutationis nullitate, semper id quod accepit eo modo & qualitate, qua tempore permutationis & traditionis erat, restituere * tenebitur: alioquin a restitutionis suæ beneficio depellendus est. ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quo confirmata sententia Balliui Forolegusiensis vel Locumtenentis ipsius, 23. die Martii anno 1559. pro Ioanna Iaquetonia vxore Petri Boitooti, rea in rescissione, aduersus Ioannam Guetinam, vxorem Antonii Columbarii actricem in rescissione, quod valde notandum est: Nam prædicta Guetina vel maritus ipsius, prædicta ædificia deuastauerant & demoliti fuerāt, nonnullas portiunculas vendiderant, quas recuperare non poterant, ac fere impossibile erat, omnia in priorem statum reponere, quæ causa fuit, vt ex parte ipsius restitutio citra effectum subsideret.

* Nisi negligentia tantum sua deteriorasset & deuastasset, iuxta Arrestum quoddatum super appellatione quadam à Balliuio Bituricensi, quod allegat Carondas lib. 3. Responsor. capit. 64. Maynardus lib. 3. cap. 36. ex l. Quod si minor. §. 2. ff. de minoribus.

XV.

Alienatio immobilium a minore & maiore & vnoquolibet

Ex nonnullis celeberrimis viris resciui, complonbus Arrestis Parisiensibus iudicatum fuisse cum maior & minor simul, & vnusquisque eorum solus & insolidum, renuntiatione facta diuisionis, ordinis iuris, & discussionis beneficio, immobile minoris vendiderunt, idque manifesto constet, hanc venditionem propter negotia prædicti minoris propria celebratam, vel pretium in eius vtilitatem versum fuisse, minor vero restitutione à Principe impetrata hanc venditionem in irritum deduci curauit, rmtorem maiorem conuenire non posse: alioquin videretur colorata hæc inuentio in legis fraudem, interpositis noua persona, excogitata. Eadem paritaque ratione, si filiusfamilias & alter cum eo, ex causa mutui filiofamilias dati sese obligent, & pro eo solo induiise & supradictis renontiationibus factis: hoc quippe casu prædictus alter obligationi non adiicitur, nisi in fraudem Macedoniani, ac propterea ei succurritur æque ac filiofamilias, l. sed si paterfam. §. non solum ff ad S. C. Macedon. Similiter, si cum muliere tertia quædam persona pro facto alterius se obliget, & vnusquisque eorum in solidum, renuntiatione quoque facta hoic tertio fideiussori, vti mulieri, succurritur, l. si mulier § fin. ff ad Velleian. omnesque supra nominati tertii expromissores & fideiussores beneficio legis gaudebunt, nisi apparuerit & notum sit, huiusmodi fideiussionem donandi animo perfectam fuisse: hoc est, eos nullum regressum neque cautionem indemnitatis aduersus minorem, filiumfamilias vel mulierem respectiue habere, d. §. non solum. Qui articulus ad intellectum prædictorum Arrestorum ita datorum pertinet, puta, ea fundari in hoc quod de interesse prædictorum minorom, filiifam. & mulieris agatur, aduersus quos fideiussores regressum pro indemnitate sua habēt: nihilominus si prædictus fideiussor expresse adiiciatur ad validos reddendos huiusmodi contractus, nominatim venditionem minoris, & emtor absque eo minime cōtracturus esset, prędictusq; fideiussor bona sua hypothecæ nectat, hoc casu sane fideiussor euictionis futuræ nomine tenebitur, vt aiūt Imperatores Diocletianus & Maximianus in l. & fin. 9. C. de præd. minor. vbi nominatim decernitur, quod si curator prædium rusticum minoris distraxit, & proprio suo ac priuato nomine periculum euictionis suscepit, hoc casu minore restitutionem impetrante, prædictum curatorem de eo quod eueniet vel euincetur, teneri, prędictumque emtorē hypothecaria ad bona prædicti curatoris, quæ sibi obligata sunt, agere posse. Species prædictæ legis prioribus supra præsuppositis contraria videbatur, verum plane conformis est. Nam curator solus proprio nomine vendidit, ac propterea semper tenetur, nec vllum aduersus minorem regressum habet. Igitur sequitur, si fideiussor aduersus minorem regressum habeat, prædictum minorem in omnibus similibus casibus restitutione sua impetrare debere, vt tam venditio * à se facta, quam indemnitatis promissio irritentur, aliaque regressus media, quæ aduersus ipsum dirigi possent.

sorum solo & insollidum facta.

V. Arrestum Burdegalense de 20 vel 10. Maii 1581. in Appbunus tit. quod Arrestum hanc clausulam interpretatur.

XVI.

Maior ætas quo modo in filia interpretanda sit, verum de matrimonio ipsius vel de 25. annis.

Franciscus Burellus aduersus nouercam suam tutricem liberorum suorum dicebat, ex pactis dotalibus se iuribus & portionibus ad reliquos eius liberos pertinentibus frui debere, vsque quo ad maiorē ætatem peruenissent: concludebat ad hoc, vt tutrix cogeretur, vt sibi frui licere permitteret, quod si ea nollet in damna sua & interesse condemnaretur. Ea è contra pro parte & portione cuiusdam filiæ suæ dicebat, eam post prædictum contractum à Burello prætensum nupsisse, atque verba: ad maiorem ætatem peruenissent, in sua intelligenda esse, cum nupserit, nominatim, quod ex Consuetudine loci Prouinciæ Pictauiensis, virum & mulierem coniuges pro maiori-

bus

bus habeantur, & suis iuribus vtantur. Burellus replicabat *l. fin. C. de iis qui veniam ætat. impetr.* sine exceptione hæc verba, *perfecta ætatis*, interpretari, cum 25. anni impleti fuerint, neque maioris ætatis tempus ita expresse præfinitum prædictis pactis dotalibus, restringi posse, prout id mitrix intra tempus minoris ætatis restringere vellet, & quia expressum est, facilius intelligi, quam hæc verba: *perfectæ ætatis, legitimæ ætatis, suæ ætatis*, & alia huius generis similia, quæ lex Imper. interpretatur, maxime in substitutionibus fideicommissariis, & omnibus aliis fauorabilibus actibus, eo, quo supra dictum, modo. Nuptam, cuius nomine opponebatur, nonnisi octodecim annorum esse. Postulabat, si dubium esset, prouisionem, cautione præstita. Curia respectu filiæ ipsius nuptæ, Arresto 20. Iunii 1595. Burellum repulit & à prouisione, & à principali.

Nota præterea maiorem ætatem à Consuetudinibus definitam post viginti annos, de simplici administratione intelligi: prout sæpe iudicatum fuit, nominatim 16 die Ianuarii 1586. Vide Choppinum *lib. 2. de priuileg. rusticor part. 2. cap. 3. in fine.*

XVII.

Minor restituitur aduersus obligationem, qua se se pro patre suo carcere liberando obligauit.

Perorantibus dominis Buissonio & Geleo, in Parlamento Parisiensi die Lunæ ante Natalem 18. Decembris 1564. inter Antonium Bussium appellantem à Balliuio Ambianensi vel Locumtenente ipsius & Ioanne Bono homine appellato, iudicatum fuit Arresto, filiumfamil. minorem 25. annis non emancipatum, qui se seu suam personam suaque bona immobilia obligauit, ad redimendum patrem suum incarceratum, bene in restitutione à se impetrata fundatum esse, qui admissus fuit, per *l. 1. C. de filiof. amilias minor. l. si captiui. l. filia. C. de patr. vot. l. si quis à liber. de libe. agnosc. l. 1. §. vlt. ff. de tut. & rat. distrah. l. 1. de alien. libe. ff. tot. tit. de patrib. qui filios suos distrax.*

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum I.

I.

De domino possessionem rei immobilis a se minore adhuc vendita tradente.

DOminus secundum acquirentem in possessione molendini cuiusdam, quod minor adhuc vendiderat, reseruato sibi censuali iure, constituit: quæstionis est, verum tali habitio restitutionem impedire possit? Lis ad relationem domini Carterii æquas sententias tulit in prima Inquisitionum Camera, 31. die Ianuarii 1564.

II.

Restitutio minoris quando maiori prosit.

Restitutio minoris fideiussori non prodest. XVI. Iulii 1571. Petrus & Maceus de *Bellosole* fratres, fundum quendam Ioanni & Heliæ Anequinis, pretio duodecim coronatorum vendunt, & euictionis nomine se obligant, prout etiam maioris securitatis causa, Ioannes *de Bellosole* frater ipsorum natu maior facit, iique beneficio discussionis renunciant. Postea venditores minores se dicentes, cum tam pro seipsis, quam pro prædicto fratre suo rescriptum Regium ad rescindendum contractum impetrassent, idque Iudici ordinario d'Aimet obtulissent, emptores maiorem authorem euocant, qui excipit, & ait, se de authoritate non teneri. Sententia quarta die Decembris 1578. prædictum rescriptum approbatur, & maior cum expensis relaxatur. Vnde emptores appellant ad Seneschallum Petrocoricensem vel Locumtenentem ipsius in Foro Brageracensi, vbi dictum fuit, respectu vltimi capitis male iudicatum fuisse, & maior natu ad authoritatem præstandam condemnatus, sententia de 12. die Iunii, quæ confirmata fuit Arresto Burdegalensi, quod datum 2. vel 10. die Maii 1581. iuxta *l. 1. & 2. Cod. de fi. et ff. minor.* Vide tamen Imbertum *in Enchirid. suo, in verb. Min. & maior.* T.

III.

Quando maior cum minore obligatus restituatur.

Si dolus subest, maior cum minore obligatus, vti minor, restituitur, *l. 2. Cod. de fideiussor. minor.* quia dolus magis afficit contractum, quam ipsa facilitas. *l. quæ res. § huic applicatur. ff. de fideiussor.* Valla *de rebus dubiis, tractat. 19. num. 2.* Bacquetus *tractat. de Albinatu, cap. 21. num. 20.* Et iudicatum fuit Arresto, quod datum ad perorationem pro Nicolao Bruantio appellante à Præfecto Parisiensi, & Claudio Patrullatio, perorantibus Martinu & Buissonio, 5. Maii 1578. maiorem restitui, ob aditam hæreditatem quandam cum minore, ex consequentia & capite minoris cohæredis, nisi creditor hæreditaria parte maioris pro solutione debiti sui contentus esse vellet. Simile iudicatum fuit, 9. Maii 1591. ad perorationem inter Carolum Villerium & N. Campionium, Villeno & Chatnelino perorantibus, ex *l. Minor 25. annis Cod. de procur. l. cum hæreditate. ff. de acquir. hered. l. 3. in fin. ff. quæ res pign. oblig. non po. l. tutor. 47. §. 1. ff. de minor.* Choppinus *de legib. Andium, lib. 3. tit. 3. num. 4. de collat. bonor. & in indice, in verb. maior annis.* I. C.

Reliqua huius tituli extant infra in compluribus capitibus *tit. de restit. in integr.*, quem Lector videbit, & *capita 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36 meor. notabil. quæst.* vbi complures quæstiones inueniet, quæ hic prolixe inserere breuitatis causa nolui. Quibus videlicet casib. minores alienare immobilia sua possint, quæque solemnitates in alienatione illa obseruandæ. Interdictum de adiudicandis feudis minorum extincta candela: verum minor, qui in contractum maiorem se dixit restituatur? V. Charond. *in quæst. vlt. lib 7. cap 56.* Verum, qui se Presbyterum in contrahendo dixit, postea se minorem asserit, restitui possit? Mayoard. *lib 3. cap. 7.* I. C.

TITVL. II. DE HIS QVI veniam ætatis impetrauerunt.

ARRESTVM I.

Venia ætatis quid prosit.

REx * plerumque rescriptum veniæ ætatis præstat: verum iis tantum, qui maiores sunt, puta, masculis 25. annis maioribus, & fœminis 18. annis maioribus, iuxta dispositionem *l. omnes adolescentes. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Itemque eo rescripto dispositio iuris communis de alienatione immobilium, *d. l. Omnes. & l. eos. 3. illo titulo.* non impeditur: verum ad standum in iudicio, itemque ad liberam bonorum suorum administrationem consequendam. Nihilominus eo non obstante, Domino *de Rohan* huiusmodi rescriptum, cum 17. annorum esset, datum fuit, quod approbatum fuit in Parlamento Parisiensi, 8. Ianuarii 1554. & Domino Vicecomiti Turæniæ in pari ætate 17. annorum, approbatum 26. Nouembris 1543. aduersus ius commune. Res huiusmodi, quæ ab expressa Principis voluntate procedere potuit, moto sufficientibus rationibus ad indulgendam hanc gratiam præter legem, & ampliorem eius cognitionem prohibere, iuxta sententiam primam P. recitatam ab Accursio *in gloss. t. doceant. in dict. l. omnes.* nominatim in masculo, qui sola præsentia Principi sufficientiam suam probare potest, vt in Glossa *addit. in verb. misso.* Et prædictis duobus casibus Curia contenta fuit, approbatores tantum &c. . . . . . integritatis, industriæ & probitatis horum duorum Dominorum audire.

* Venia ætatis nonnisi pro administratione bonorum minor.

minoris, nun pru alienatione impetratur & prodest, *l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr.*

II.

Notandum est, huiusmodi rescriptum pro rebus immobilibus, absque curatore in litem, à fœminis non impetrari. Prout indicatum fuit pro D. Interannatæ Arresto Parisiensi, 15. die Ianuar. 1540.

III.

Masculo & fœminæ semper decretum necessarium est in alienatione rerum immobilium.

Tam masculo quam fœminæ semper necessarium est decretum in alienatione rerum suarum immobilium, siue per venditionem, permutationem, hypothecam, diuisionem, societatem, & aliis modis fiat: vt ait *l. eos qui. 3. C. de his qui ven. ætat.* quæ nullam differentiam constituit inter eos, qui veniam ætatis impetrauerunt, & eos, qui necdum veniam ætatis meruerunt. Ac propterea tempore alienationis tutius erit propter processus, decretum & disquisitionem, tam masculo, quam fœminæ curatorem dare. Imo etiam pars seu aduersarius minoris impetrare potest, vt prædictus minor masculus litigās de re immobili, curatorem accipere cogatur, neque alias admittitur. Arresto, quod datum Parisiis aduersus dominum Vicedominum Carnutensem, qui simile rescriptum impetrauerat, 20. Iulii 1546. decretum fuit, eo non obstante Aduocatos & Procuratores iusiurandum præstare oportere.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum II.

I.

VEnia ætatis locationem à tutore initam resoluit: Arresto Parisiensi, 3. Iulii 1574. Charondas *lib. 3. respons. cap. 14.*

TIT. III. DE RESTITVTIONE IN INTEGRUM, & RESCISSIONIBUS, TAM OB DECEPTIONEM VLTRA DIMIDIUM IUSTI PRETII, QUAM ALIIS DE CAUSIS.

ARRESTVM I.

Praxis Cōstitutionis de decēnio & 35. annis.

DEcennium introductum ex Constitutione antiqua Regis Luduuici, locum non habet, nisi inter maiores, quando nullitas, dolus, fraus vel deceptio subest. Et illud decennium à die contractus currere incipit, & non à tempore maioris ætatis. Altera Constitutio de 35. annis, anni 1539. locum habet inter minores, & currere incipit à tempore maioris ætatis: & iudicatum fuit, eam iuris antiqui declaratoriam esse, in minore Inquisitionum Camera: adeo vt locum habeat in contractibus, & in processibus sitelitibus intentatis ante Constitutionem.

II.

Restitutiō aduersus hereditatem aditam quomodo impetrari possit.

Restitutio * in integrum impetrata à minore, quod hæreditatem sibi onerosam adiisset, & pro hærede pure se gessisset, neque inuentarium intra legitimum tempus confecisset, approbari non debet, nisi eum minorem esse probetur: secundo eum deceptum & damnum passum fuisse. Eaque sententia est Ioannis Fabri & Iacobi de Aretio *in authent. si omnes. C. si min. ab hæredit. se abstin.* & Salycet. *in l. fin. C. in quibus caus. restit. in integ. non est necess.* Et ita indicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 22. Decembr. 1547. inter Claudium Allemanum ab vna parte, & Ioannem Allemannum reum ab altera parte.

* Desumptum ex Guidone Papa *quæst. 141.* Vide Arrestum 1. Append. h. tit.

II.

Minor quando restitui possit aduersus resignationem beneficii alicuius.

Minor 14. annorum, ad beneficium possidendum dispensatus seu capax redditus, si resignet, aduersus resignatarium in integrum restitui potest, ob defectum ætatis, *cap. si annum decimumquartum. & capit. ex parte de restit. spoliator.* Verum si quatuordecim annos excessit, & dispensatio ei à Papa facta ad beneficium possidendum forma seu modo solito, & cum clausula renunciandi & retinendi, necesse est, vt causa vrgens subsit ad impetrandam huiusmodi restitutionem, alia quam ætatis: puta, minarum, coactionis seu vis & obedientiæ paternæ, quæ sufficit, *cap. præsens Clericus. 20. quæst. 3. l. 1. § quæ onerandæ. ff quar. rerum actio non det.* & Doctores *in cap. super hoc. de renunciat.* Quinimo solus reuerentialis metus parentum sufficit, *cap. sciant. de election. in 6.* Et absque eo prædicta resignatio locum habebit, non obstante ætate, ob quam dispensatus fuit: & tam in iudicio, quam extra iudicium persona eius legitima fit ratione prædicti beneficii: præcipue vero ex prædicta clausula de potestate retinendi, renunciandi, resignandi dictum beneficium simpliciter, aut ex causa permutationis, aut alias. Iuxtaq; ea Arresto Burdegalensi, quod datum 7. Septembr. 1500. quo Domino Barbezio momentanea beneficii possessio adiudicata fuit.

Vide notata supra *lib. 2. tit. 8. Arr. 2.* I. C.

IV.

Renunciatio futuræ successionis non tā restitutioni, quam restitutio successioni iam delatæ obnoxia est.

Dispositio *cap. quamuis pactum. de pact. in 6.* hodie in Curia Parlamenti Parisiensis exactissime obseruatur, iuxta formam eius & tenorem, quoad successiones futuras attinet tantum, & nemo admittitur ad persequendam restitutionem in integrum ex *cap. Si qua mihi iusta causa videbitur*, aduersus renunciationes prædictarum futurarum successionum, bonu eorum factas, qui dotauerunt renunciantem. Verum si huiusmodi renunciationes fiant successionum iam delatarum & acquisitarum, ob enormem læsionem, quis admittitur. Duo hæc capita iudicata fuerunt Arresto Parisiensi, quod conclusum in Camera Inquisitionum maiore, circiter annum 1531. ad relationem Domini S. Bartholomæi, vbi 24. & 25. Consiliarii congregati fuerunt, quorum pars ex aliis Cameris conuocata fuerat: quod Arrestum valde notandum est.

Vide *Arrestum 10. titul. de Nuptiis. & 2. Arrestum Append. huius tit.*

V.

Mulier metu mariti sui contrahens.

Octaua Nouembris 1520. inter Ioannam Saffoniam actricem & postulantem rescissionem cuiusdam apochæ à se factæ metu & minis viri, ab vna parte, & Ioannem Saffonium, actorem ab altera, Arresto Burdegalensi apocha nulla declarata fuit, nō habita acceptæ pecuniæ ratione & aliarum ratihabitionum verbalium à prædicta petitrice, marito ipsius absente factarum, declarante, se sponte sua accepto tulisse, seque id ita omnino velle. Atque hoc casu solum requiritur vis, minæ & metus fœminæ, quamuis longo tempore post ea contraxerit, potestate mariti semper durante, *l. 2. C quod met. caus.* & *cap. 1. eod. tit.* & per Bart. *in l. si ob turpem.* per Angel. *in l. quin aliena. ff. de acquir. hered.*

Mulier in alienatione rerum suarum immobilium in minore ætate sua decepta, post 35. annos non restituitur, sub prætextu metus & reuerentiæ maritalis iudicatum fuit Arresto generali à Domino Thuano, 22. Decemb. 1570. Charondas *lib. 2. cap. 45.* Vide *l. 1 § quæ onerandæ. ff quar. rer. actio non detur. l. interposita. C. de transaction.* etsi ea non probauerit, maritum ipsius vim & verbera intulisse, quo prædictam venditionem celebraret, ac sufficit, eam probasse seueritatē, sæuitiā, ac malam tractationem, quam maritus plerumque exer-

tebat. Chatondas *lib. 2. cap. 51.* Idem Paponius *lib. 3. de Notariis, fol. 374.* I. C. V. Bocrium *decis.* 100.

VI.

Trāsactio quando restitutioni obnoxia.

Hodie nemo admittitur, qui aduersus trāsactiones super lite mota aut mouenda venire vult, restitutioni in integrum beneficio fundato in deceptione vltra dimidium iusti pretii. Neque obseruatur *l. 2. C. de resc. vendit.* in transactionibus, nisi dolus aut minor ætas intercessisset. Et ita iudicatum fuit iuxta *l. Cum te proponas C. de Transact.* Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum 37. die Martii 1247. inter Dominum Brissacum, Equitem Ordinis, Marescallum Franciæ ab vna parte, & illustrem Iacobum *de Plancis*, Equitem, & Dominam Franciscam Cosseam vxorem ipsius ab altera parte. Attamen, si enormis læsio proponatur, restitutio bene fundabitur, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 16. die Septembris 1540 Maioribus diebus Mulinensibus. Contrarium obseruatum fuisse reperitur, puta, in deceptione vltra dimidium iusti pretii, & *l. 2. C. de rescind. vendit.* in trāsactione obseruari, prout tenuit Iason in *l. Si quis cum alter. ff. de verb. obl.* Postea ac nouiter Constitutione Regis publicata anno 1564. tota hæc disputatio decisa & Aresto definita fuit, puta transactiones inter maiores 25. annis, absque dolo personali, vi & ingenti coactione, non rescindi vel in irritum deduci, sub quocunque alio prætextu id fiat, etiamsi dolus reipsa interuenerit.

Trāsactio inter tutorem & minorem nulla est, & quādo.

Vide *Tit. de transactio* infra *lib. 19 tit. 9* & Constitutionem *de transactionib.* & Maynardum *in quæst. ... cap. 19* & ad quæstionem de transactionibus nullis & in illarum numerum referre conuenit transactiones inter tutorem & minorem ipsius factas, quamuis adultum, non visis & non redditis rationibus. quadere complurima Arresta extant, quæ refert Charondas *lib. 6. cap. 58* Valla *de reb. dub. tract. 2. nor. 2.* Maynardus *lib. 2. cap. 10* Meas *quæst. 22. 2 ...* vbi referuntur Arresta, quibus iudicatum fuit, ... transegit, aduersus huiusmodi transactionem intra decennium a die maioris ætatis, venire debere: aduersus quod prædictus Valla tenuerat, nullitatem scil. huiusmodi contractus facere, vt actio restitutoria 30. annis viuat. I. C. Vide Att. 3 *app. h. tit.*

VII

Minor restitui ob læsionē in re mobili restituatur.

Contrahens vltra dimidium iusti pretii deceptus, non admittitur si se restitui ob res mobiles venditas vel redemptas velit: vt per Glossam & Doctores in *l. 2 C de rescin. vendit.* Attamen * minor admittitur, teste Arresto D Corbini Consiliarii in Maiore Consilio, pro equo & mula temeratie in minore ætate emtis: præcipue si mobilia pretiosa sint & magni valoris, *l. lex quatutores. Cod. de administrat. tutor.* Atque pro hoc notandum est Arrest... Parisiis, 21 Iunii 1510 pro Domino Daglutin, qui adamantem à Petro Brio emerat, pretio quatuor millium librarum: quæ emtio rescissa & annullata fuit

* Charondas *l. 2. Resp. cap 87.* contrarium tenet dūmodo minor octodecim annos egressus sit deque eo Arresta Parisiēsia allegat In contractu centuali minores non restituuntur. Maynardus *lib 3. cap 6.* Choppinus *ad consuetud. Paris.* propter incertum fructuum euentum. Maynardus *li 3. quæst. iur. cap.* I G.

XIII

Rescindēs & rescissoriū cumulata admittuntur.

Impetrans rescriptum Regium ad rescindendum, ad prædictam rescissionem concludere potest, & ad id, vt post eam reus cogatur ad restituendum id de quo agitur. Neque reus prædictas conclusiones impedire potest, & ad eas respondere & procedere tenetur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi Maioribus diebus Moliuensibus, 16. Septembris 1540 Eaque praxis est, quam tradit Imbertus *in suis forens. & inenchir. suo in verb. contractus, & in verb. rescindens & rescissorium.* & Speculator *tit. de in integ. rest. §. 1. versic.* *sed nunquid in eodem.* Guido Papa scripsit, huiusmodi praxin suo tempore obseruatam fuisse, adeo vt complures Aduocati reprehensi fuerint, eo quod partibus suis persecutionem solius rescindentis consuluerint, prout declaratum fuit Arresto Parisiensi, pro paupere quodam rustico Calefurno, aduersus D Ioannem Bessetum Locumtenentem loci, an 156..

Alterum simile Arrestum datum fuit, 20. Nouemb. 1581 primo die perorationis, præside domino Morsanen & perorante Boanssetio pro appellante quodam, qui condemnatus fuit in multam & expensas. Adeo vt moris sit, rescriptum rescissionis contractoam aduersus vtrumque impetrare, id est, aduersus primum venditorem, ad rescindendum prædictū contractum. aduersus emtorem & possessorem rei, quo, cōtractu rescisso, rem restituere cogatur. ita rescindens & rescissorium cumulantur, *l. in causa. 16. §. 1. ff. de minoribus, l. minor. ff. de usucapionibus, l. 1 ff. Ne de stat. defunctor* Guido Papa *decisio. 142.* Bacqueros *tractat. de iuribus iustitiæ cap 8. numero 17.* I. C. V. Arrestum 221. *tit. de ...*

IX.

Emtori supplemēti iusti pretii ... quæ ... de pr. ... non possit.

Venditor, qui rescriptum Regium impetrauit ad finem rescissionis venditionis à se celebratæ tendens, eo quod vltra dimidium iusti pretii deceptus fuerat, & sententiā prædictæ rescissionis obtinuit, vt emtor quoque sibi teneretur residuum iusti pretii tradere & supplere, vel rem venditā sibi restituere & vacuam eius possessionem derelinquere, pretium vero suum recipere, sententiam suam executioni tradi curat & cogi emtorem suum, vt eligat verum ex his duobus facere mal t. Prædictus emtor declarat, se supplementum iusti pretii exhibere & dare nolle. Actor postulat, vt dilatio emtori detur ad id faciendum. Emtor ait se, propter residuum pretii repræsentare non posse, postulatque vt ligna fundi, de quo agitur, vendere sibi liceat, quo tantam, quanta in supplendo pretio deest, pecuniam recuperare possit. Impetrans ei intercedit & argumentum ad rem maxime pertinens proponit: puta, euenire posse, quod prædictus emtor non repræsentaturus sit, verū ab optione, quæ ei adiudicatur, excludendus: ex qua ratione res vendita adhuc ad prædictum impetrantem peruentura sit: ac propterea se neque velle neque debere permittere, vt is fundus diminuatur. Et pro eo iudicatum fuit, exclusa petitione prædicti emtoris, Arresto Parisiensi. 14 Iunii. 1515

X

Publice protestari ... addi ... per ... celebrati.

Notandum est, si quis metu, astutia vel autoritate adductus ad contrahendum sit, eum priuatim protestari posse, si publice non audeat de coactione qua compulsus fuit, & se metum facere, quæ sibi præiudicium sit, adductum, quam hodie neque euitare neque recusare possit, & in futurum hanc iniuriam se vindicaturū, cessante metu, qui sibi incussus fuit. Eaque materia est, quam tractat Bartolus & Paulus in *l. Quirinaliens. §. Celsus. ff. de adquir. hered.* Hanc ad rem defunctus dominus Cancellarius Poyetus, vir potentatu ratione terribilis, cuidam à sororibus ipsius conuento mandauit, vt enim is diuideret, & his portionem virilem relinqueret intra tres menses, sub pœna amittendæ partis suæ hereditatis, de qua agebatur. Hic frater eum videret potentiam huius mandati, cui reclamare non poterat, etiamsi sorores ipsius acceptu tulissent: videret quoque intolerabile grauamen, quod sibi inferretur, obtemperat: verum prius protestatus fuit, se iniurias, quæ sibi facta fuerat & omnia in irritum deduci tempore iudicii curaturum. Id quod postea obtinuit Arresto Parisienti, ratione prædictæ protestationis, 9. die Augusti 1543. præcipue vero quia proba-

nte,

ait, prædictas sorores huiusmodi mandatum persecutas fuisse: & ex eo Bartolo satisfit *in d. l. Qui aliena*, qui ait, huiusmodi protestationes aduersus tertium metui non consentientem non valere.

Vide Corasii *Senatusconsul. Curiæ Tholosanæ Centuriam, cap.* 31. I.C.

XI.

Restitutio Principis necessaria est aduersus actus nullos.

Contractus quocunq; nullitatis genere nulli sint, hodie in Francia huiusmodi non declarantur, neque rescinduntur sine rescripto Regio, neque attenditur ratio *l. Nam etsi §. post defectum. ff de inust. rupt. & irrit. fact. testament.* ex qua complures inducere voluerunt, in casu nullitatis rescissionem necessariam non esse, quandoquidem contrarietas & repugnantia sit: rescissio quippe tacite validitatem contractus concedit. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 14. Augusti 1543. Rex noster id sibi reseruauit, quamuis lex scripta omnibus medium dederit eo perueniendi simplici libello Iudici ordinario oblato. Id quod sequi oportet: nam in hoc Regno lex illa scripta nonnisi instar rationis scriptæ, non vero instar legis expressæ, formalis & necessariæ obseruatur, & ita, vt Principes subditi & imperium recognoscentes tenentur, è quorum numero & ordine Rex noster non est, *c. cum per venerabilem*, & ibi Innocentius, *qui filii sint legitimi.* Nihilominus in dicto hoc Regno prædicta lex obseruatur, ad nullos declarandos à Iudicibus & horum officio, simplici & nudo libello oblato, sine rescripto Principis trium generum contractus. Vnum genus est contractuum vsurariorum, prout late declaratur supra *tit. peculiari, de contract. b. vsurariis.* Alterum est Simoniacorū, pro possessorio, prout supra notatur, *t. t. de Simonia.* Tertium, quando contractus fiunt aduersus Consuetudinem scriptam & admissam, vel aduersus expressam Constitutionem Regis publicatam in Parlamento, *l. Non dubium C. de legibus.*

Lex ciuilis seu Romana quomodo in Francia admittatur.

Contractus qui nulli declarentur absque rescripto.

Vide *Præfationes huius operis.* Imbertū *in Enchiri. suo, in verbo, Contractus.*

XII

Quomodo pendente appellatione vendere possit, cui venditione interdictum.

Infra *tit. de Prouisionibus* Arrestum vltimum extat super rescissione venditionum factarum à prodigo quodam, pendente appellatione ab interdictione, quod valde singulare est & ad materiam huius tituli facit.

V. Carondam *lib. 7. Responsor suor cap.* 60.

XIII

Vtrum apocha substitutionis à minore confecta valeat.

Antonius de Sugniaco, Scutifer, dominus prædicti loci in Forolegutiensi prouincia, testamento Claudium filium suum heredem instituit, eique substituit, quo casu absque liberis masculis moreretur, Dominum Rossetum oriundum domo & nomine & insignibus, masculum & liberos ipsius masculos, cum aliis substitutionis gradibus, quorum mentio hic non requiritur. Claudius heredem se asserit, gerit, & duos liberos masculos suscipit, Matthæum & Ludouicum. Testamentum condit & Mattheum heredem sibi instituit, & ei Ludouicum substituit: quo casu is sine masculis moreretur: Ludouico in pari casu substituit Dominum Rossetum supra memoratum, masculum & liberos ipsius masculos. Matthæus longo tempore hereditate fruitur, & duas filias tantum suscipit. Suadetur ei, vt maiorem natu filiam Franciscam, illustri Claudio Albonio, Equiti, domino S. Forgolii, Præfecto centum equitum leuis armaturæ elocet. Vir hic probus & modestus illustri hac familia abuti nolens, prędictas substitutiones detegit, vt demonstret, cum mascolum filium non habeat, nec potestatem eam

[V. Tit. de Substitutionibus, infra.

se habere in bona sua, quam se habere existimetur, in fauorem filiarum suarum. Consilium conuocatum vt hanc facti speciem intelligeret, in ea sententia fuit, rebus scilicet ita stantibus, omnia post mortem Matthæi ad Ludouicum fratrem ipsius & ab hoc, deficientibus liberis ipsius masculis, ad Antonium de Sugniaco, Scutiferum, dominum Rossetum & ad ipsius liberos masculos, iuxta testamentorum defunctorum Antonii & Claudii tenorem venire debere. Affectiones partium, quibus ad hoc matrimonium inclinabant, omnibus modis ac mediis eò præueniendi, prædictasque substitutiones velandi & impediendi, inueniendis occasionem præbuerunt. Defunctum dominum Rossetum, patrem prædicti Antonii tutorem prædicti Matthæi de Sugniaco fuisse reperitur, nec non super redditione rationum tutelæ longo iam tempore litem cœptam, quam tantum imo plus nocere dicebant, quam bona substitutioni obnoxia, detractis quartis, valerent. Suadetur prædicto Antonio de Sugniaco, domino Rosseti, vt hanc litem tutelarem componeret, & eadem opera pro se & suis prædictas substitutiones sisteret, qui non renititur, verum in id consentit. Vtraq; pars prædicti tantum matrimonii causa & fine, cum cognatis suis, & singuli cum Consilio suo Mōbrisonii conueniunt, vbi dubiis omnibus agitatis 4. vel. diebus, coram duobus Notariis conuenitur, vt prædictus Matthæus litem & actionem de redditione rationum in fauorem prædicti domini Rosseti derelinqueret, is igitur pro se & suis commodis substitutionum supradictarum sub promissione quarundam summarum satis æquarum renuntiat. Ac quoniam minor 25 erat & 24. annorum tantum, D. des Combres & de Montrodilais ipsius vitricus intra prædictam transactionem fideiussorem se constituit, vt omnia prædicto domino Rosseto rata fierent, cum maior factus esset: sub pœna omnium damnorum & interesse. Neque decretum interponitur, neque Curator adest. Conuentionibus & apochis ita confectis, prædictum matrimonium inter prædictum dominum S. Forgolii, ab vna parte, & prædictam domicellam Franciscam de Sugniaco ab altera concluditur & perficitur: in cuius fauorem prædictus dominus de Sugniaco, Matthæus pater, filiæ suæ omnia quæ ex bonis suis potest, donat. Ac quandoquidem nihil metuendum erat, nisi Ludouicus de Sugniaco frater & primo substitutus, qui in eo erat, vt iam libere posset Ecclesiasticus fierī vel matrimonio se iungere: Prædicto Ludouico vsque eo persuadetur, vt quamuis videret, prædictas substitutiones ad eum legitimæ & competentis ætatis factum certo peruenturas esse, fratrem vero ipsius hanc legitimam ætaté non attingere: nihilominus his non obstantibus ob magnitudinem cōditionis, quæ ipsius nepti offerretur, ob naturalem, quæ ipsi inerat, liberalitatem, in vtilitatem prædictæ ipsius neptis & suorum, in fauorem prædicti matrimonii, ipsi commodo & emolumento futuro prædictarum substitutionum renūtiaret. Hoc matrimonium consummatur, & vnus filius ex eo suscipitur. Dominus S. Forgolii, in pugna quadam prope S Niculaum in Lotharinga, sub Duce Aumalio, aduersus Marchionem Brandeburgensem, occiditur, Dominus Rossetus monitus & maiorem ętatem nactus, rescriptum ad Dominos Libellarios Palatii directum impetrat, apud quos forum sortitur, quoniam nobilis erat de domo Regia, rescriptum, inquam, eum in finem tendens, vt prædicta transactio sui respectu cōtinens alienationē rei suæ immobilis, nulla declararetur, vel etiam in irritum deducere-

tur & annollaretur, ac eodem iori restitueretur, quod ante prædictam transactionem erat. Matthęus de Sugniaco citatur, qui fideiussorem Dominum des Combrets conuenit. Postulat, vt prædictá transactionem ratihaberi curet, vel causam hanc defendendam suscipiat, vel finiri faciat: & vt in defectum præstandæ actoritatis eiusque faciendi, quod promisit, in omnes expensas, damna & interesse condẽnetur in principali aduersus actorem ait, eum deceptum non fuisse, eum præcipuum emolumentum consecutum, eum minorem nõ fuisse: postremo absque huiusmodi apocha matrimonium contraheo dum non fuisse. In vtraque controuersia contestatio fit. Matthæus interea moritur, Dominus Rossetus postulat, vt ius sibi super prædicta rescissione reddendo, eadem opera iudicetur, substitutiones, de quibus agitur, sibi apertas esse, suoque commodo cecnisse, præcipue cum Matthæus sine masculis mortuus sit. Probationibus ab vtraque parte relatis & lite instructa: sententia prædictorum dominorum Libellariorum prædicta transactio rescissa fuit, partibusque iniunctum, vt plenius super apertura & incidente prædictarum substitutionum scripto informarent, fideiussor vero & auctor ad id, quod promisit, faciendum condemnatus. A tribus partibus ad Curiam appellatur, vbi complures noui processus instituuntur: nempe Ludouicus frater Matthæus, & secundus filius Claudius interuenit & rescriptum offert, quo repræsentat, per mortem Matthæi fratris sui supradictas substitutiones tam aui sui, quam patris sui in vtilitatem suã obuenisse, ac propterea partes de re, in qua nihil iuris habent, concertare. Dominus Rossetus ei opponit, eum dereliquisse id, quod persequitur & postulat, & apocha ipsius aperturam prædictarum substitutionum in sui Domini Rosseti vtilitatem factam. Nepris ipsius ei dixit, ius quod prætẽdit: sibi suisque refutatum fuisse, & postulauit, vt in omnem euentum sibi adiudicaretur, non alteri. Dominus des Combrets moritur. Heredes ipsius rescriptum offerunt, eum in finem tendens, vt admitteretur ad proponendum & probandum, patrem ipsorum defunctum, virum imperitũ & mentis impotem, non intelligentem id, quod tum fecerat, astutia & dolo defuncti Matthæi *de Sugniaco* circumuentum fuisse. Huic interceditur & incidens ampliatur ac principali iungitur. In quo lite instructa Arresto 9. die Ianuarii. anno 1556. dictum fuit, appellationibus & eo, à quo appellatum fuit, in irritum deductis citra multam & citrą expensas causæ appellationis: emendataque sententia, transactione de 3. Martii 1548. de qua agitur, irritanda, & partibus in priora iura sua & statum repositis: fundi & bona domus *de Sugniaco*, declarata prædictis substitutionibus obnoxia, pro & in personam prædicti Antonii actoris, idque in continenti, quamprimum casus prædictarum substitutionum euenerit. Quas substitutiones prædicta Curia apertas in persona prædicti Ludouici & liberorum ipsius masculorum, si quos legitimo matrimonio suscipiantur, declarauit: omnia iuxta tenorem testamentorum Antonii & Claudii *de Sugniaco*: ea lege tamen, vt prædicta Francisca *de Sugniaco* & sui prædictis bonis & fundis prædictis substitutionibus obnoxiis fruantur, superstite duntaxat pręedicto Ludouico *de Sugniaco*, omnibus expensis compensatis. Et antequam in lite denuntiationis inter prædictam Franciscam *de Sugniaco* & prædictos *de Combrets* procederetur, habita ratione rescripti ab iis impetrati; 24. Maii anno 1556. idque approbans, prædicta Curia positiones in prædicto rescripto memoratas admisit, superque iis ac pariter super positionibus à defuncto factis probationes & inquisitiones faciendas decreuit. Ad quas positiones prædicta Francisca *de Sugniaco* respondere & contrariam iis probationem afferre poterit, expensis prædictorum *des Combrets*, omnia intra duos menses, hoc facto procedi ad sententiam definitiuam prædictæ litis denuntiationis, ita vt par est: expensis prædicti incidentis rescripti, in definitiuam prædictæ litis denũtiationis reseruatis. Hoc Arrestum ad tres effectus notatu dignum & singulare est, Primus est, minorem quamuis hoc facto se liberet ab actione aduersus se apparenter directa præiudiciali, spem substitutionis, quæ nondum obrigit, remittere non posse. Alter & secundus effectus est, primum substitutum complurium graduum, tertio cuidam emolumentum, spem & bona substitutionis ad ipsum nõdum delatæ vel delatæ cedentem, ea ratione secundo vel alteri consequenter substituto in prædicta substitutione locum non facere. Tertius effectus est & maxime notandus, maiorem, qui fideiussit vel aliter contraxit, in integrum restitui posse aduersus obligationem à se initã, ex ea causa quod dolo & astutia partis seu aduersarii sui circumuentus fuit, & quod nihil eius, quod faciebat, intelligeret, tum quod prædicta pars seu aduersarius cautus esset & dolo vti solitus: postremo, quod deceptus exigui iudicii esset, facili labore decipi posset. Eaque praxis est & intellectus *l. si superstite. Cod. de dol.* Postea probationibus factis & relatis, prædicti des Combrets Arrestis iuxta petitionem prædictæ Franciscæ *de Sugniaco* condemnati fuerunt.

Denuntiatione substitutionis ... non licet.

Renunciatione substitutionis ... secundo gradu ...

Restitutio in integrum ... dolo ...

XIV.

Postea, dominus des Combrets coactus magis ob executionem Arresti, quod datum aduersus se pro prædicta Francisca *de Sugniaco*, vt eam lite liberaret, indemnem præstaret, & in omnem euentũ ipse de suo tantum expediret, quantum eã cogeretur derelinquere & expedire prædicto domino Rosseto, qui persequebatur actualem traditionem Arresti pro ipso dati morte Ludouici de Sugniaco contingente, quoniam prædicta Francisca amplius excusare se à vacuefaciendis bonis & hereditate de Sugniaco non poterat, recognouit, capto consilio, oportere se, vt prædictum Dominum Rossetum conueniret. Id quod facit, eum coram Seneschallo Aruerniæ vel locumtenente ipsius citari curat, vbi proponit & ait, se ad eius petitionem & preces fideiussisse in contractu transactionis & renuntiationis substitutionis supra memoratæ, quæ Arresto irritata fuit & ipse des Combrets ob eandem rationem condemnatus, vt litem cessare faceret & in omnią damna & interesse, quæ prædicta de Sugniaco ob huius defectum incurrere posset. Dominus Rossetus ei respondet, se ope minoris suæ ætatis principalem transactionis contractum in irritum deduci curasse, vt & renuntiationem substitutioni: ac per consequens hanc indemnitatem pariter euanescere. Prædictum des Cõbrets nunquam rogatum vel requisitum fuisse, vt prædictam fideiussionem subiret. Eum sponte sua promisisse seque obligasse. Si obligatio & promissio indemnitatis sit, eam intra contractus tempus esse, qui omnino irritatus fuit. Tum temporis prædictum Rossetum minorem fuisse, neque se indirecte obligare potuisse ad renuntiationem suam validam reddendam; eo quod id, quod fecit, directe irritum & nullum declaratum fuit. Dominus des Combrets duo ei respõdet. Vnũ, minorem ætatem nihil prodesse, eo quod reus aduersus

Fideiussor minoris ... indemnem reddens à minore per Arrestum.

[Adde Arr. 15. supra de minoribus]

aduersus fideiussorē aduersus promissionem indēnitatis restitui se non curauit. Tempus id faciendi præterlapsum, hodie prædictum Dominum Rossetum 40. annorū esse & plures quindecim annis prætetisse, ex quibus prædicta indemnitatis promissio facta fuit: ac propterea tempore restitutionis Constitutionibus Franciæ definito exclusum. Alterum est, prædictum Dominum Rossetum maiorem factum ratum habuisse, repetiisse & approbasse prædictam promissionem verbis & literis ab ipso signatis, denegatis quidem verum verificatis per testes. Postremo respondendo positionibus rei proponit, fideiussionem hanc, de qua agitur, eum non præstitisse nisi à prædicto Rosseto instanter rogatum. Partibus probatio iniungitur, quam referunt, producunt, & iudicium iorei eos constituitur. Sententia prædicti Seneschalli Aruerniæ, prædictus Dominus Rossetus iuxta conclusiones prædicti Domini des Combrets cōdemnatus fuit. Ab eo Parisios appellat, vbi lis pendebat super executione primorum Arrestorum datorum, tam aduersus prædictam dominā de Sugniaco pro prædicto domino Rossero, quam aduersus prædictum des Combrets pro ea. Prius erat, vt vacua fundorum de Sugniaco possessio prædicto Rossero expediretur & traderetur, item vt detractiones liquidarentur. Posterius erat datum ad cogendum des Combrets, vt expediret & traderet fundos eiusdem valoris, cuius fundi Sugniaci fuerāt prædictæ dominæ, & eadem ratione eam in possessionem restitueret; qua à possessione deiecta esset. Vterque & Domina de Sugniaco & des Combrets libellum Curiæ offerunt, eum in finē tendentem vt appellatio à Seneschallo Aruerniæ interposita & processus per scripturam admissus ad iudicandum cum duabus litibus pendentibus & in lure constitutis super executione supradictorum Arrestorum coniungeretur. Prædictus Rosserus impetrat & offert rescriptum Curiæ: vt de nouo ad reprobandos testes admitteretur, quod reiicitur eo quod inquisitiones publicatæ & super iis lis in Aruernia iudicata fuisset. Ad hæc omnia Arrestum in prædicto Parlamento, 29. Augusti 1566. datum fuit, quo Curia appellationem à prædicto Rosseto interpositam, à prædicto Seneschallo Aruerniæ cum multam in irritum deduxit, & decreuit, id à quo appellatum fuit plenum & integrum effectum suum sortiri oportere. Et in huius consequentiam, insque dicens super libello; 22. Septembris 1564. prædictum Antonium de Sugniaco, Franciscam, Ioannam & Isabellam de Sugniaco Curia & lite dimisit, prædictum appellantem in expensas causæ appellationis, incidentis Regii rescripti, & libelli erga prædictum des Combrets cōcondemnauit, & citra expensas respectu Franciscæ de Sugniaco: prædictum des Comberts in omnes expensas damna & interesse prædictæ Franciscæ de Sugniaco condemnauit. Eaque Actæonis & Taboniei venatio est.

XV.

Æstimatio fundi quo modo fieri debeat.

Inter omnia dubia, quæ in lite, in qua de deceptione vltra dimidium iusti pretii ageretur, emergūt; maximum semper dubium fuit, de inquirendo valore & æstimatione rerum venditarum. Curia Arresto suo, quod datum mense Iun. 1566. inter Gilbertū Brydonium appellantem ab vna parte, & reuerendissimum dominum Antonium Albonium, Archiepiscopum Lugdunensem, Baronem d'Auanges, pro terra de Vernoilles appellatum ab altera, omnibus Inquisitoribus & Iudicibus formam dedit, qua hoc dubium definirent. Eaque hæc est, vt à viris bonis * vicinis & peritis rerum æstimatoribus peculiariter vnaqua quepars, siue terræ, prati, vineæ, syluæ, stagni æstimaretur. Quantum vero ad reditus, fundos quoque æstimarent, ex quibus reditus debetur. Vlpianus in l. 1. §. si quis in fraudem patronorum. 12 ff si quid in fraud. patro. tam quo ad hunc locum, quā alia singularia, docuit, primu quomodo factis huiusmodi æstimationibus, eius ratio non habenda sit, quod locus de cuius venditione agitur, amœnissimus sit, salubri aere & grato, vicinus venditori vel emtori, ei magis quam alteri accomodus, in quo educatus fuerit, qui oariunitatis suæ locus sit, vel alia qua ratione dignus, in quem affectionem peculiaré habeat: tales quippe affectiones oportunitatis, vicinitatis, aeris, situs, proprietatis, vel aliæ, in æstimatione facienda in considerationem non veniunt, per expressa verba prædicti Vlpiani, quæ ita habent: *Si venierit possessio, in quam habet patronus affectionem, vel oportunitatis vel vicinitatis, vel cæli, vel quod illic educatus sit, vel parente sepultus: an debeat audiri volens reuocare? nullo pacto erit audiendus.* Secundo, ᵇ *l. 2. Rem maioris pretii. C. de resc. vend.* tam ab emtore vltra dimidium iusti pretii decepto, quam pariter a vēditore obseruari posse, per hæc prædict. §. *si quis*, verba *eaque dicendum erit si magno emit, in pretio releuandum patronum, conditione non ipsi delata an velit ab emtione discedere, sed venditori, verum malit de pretio remittere, an potius rem quam vēdidit, recipere persoluto pretio.* Accursius ad prædictam l. 2. tantumdem dixit in magna sua Glossa: Item habet locum lex ista ē contra, &c. Tertio prædictam legem locum habere in permutatione, locatione & conductione, vt in d. §. *si quis.* Vlpianus ait: *In permutatione, & in locatione & conductione similiter idem obseruabimus.*

L. Rē maioris io emtore, locatore, & cōductore & permutatore obseruatur.

* Hodie id determinatur ex Constitutione Blesensi, *art.* 162. & quamuis partes in facto contrariæ declaratæ fuerint, si vna partium postulet, vt altera de viris peritis conueniat ad æstimanda bona vendita iuxta prædictam Constitutionē, Iudex id decernere debet, si aliter fariat, iusta appellationis causa foret. Arresto Burdigalensi, quod datum in Audientia 28 Iunii 1593 pro Ioanne Valadio appellante a Seneschallo Petrocorensi vel Locumtenente ipsius in Foro Brageraceñ aduersus Ioannem Tisonium appellatum. T.

ᵇ Id quod hoc loco Paponius ait, *l. 2. Rem maioris pretii* in emtore locum habere, in Parlamento Parisiensi non amplius obseruatur, vbi obseruata fuit sententia defuncti magni illius & admirandæ doctrinæ Iurisconsulti D. Cuiacii in *obseruatio. suis lib. 1. cap. 18. & lib. 24. cap. 3. no ar. 2.* Mercatoris contra Robertum *cap.* 3 & Molinæi *ad Consue. n. Paris.* § 11. Ea de re aliquot Arresta extant, & eorum numero quoddam solenniter pronunciatum in pronuntiatione B. Virginis 7. Septembris 1592 a D. Præside Magistro, quod lector integrum cum dissertatione, qua prædictus dominus Præses id pronuntiauit, videbit *in quæstio. n. 2. 75*. Ratio diuersitatis in hac facti specie inter venditorem & emtorem hæc est quod venditor, qui rem suam iustomodem vendit, eam non pro lubitu vendat: verum necessitate debitorum suorum coactus, vel alia quacunque necessitate: emtor vero ē contra auaritia ductus vel ioundis quadam, non coactus emebat, iade rei conditione certior fieri poterat. Et in hac quæstione tractator quoque & definitur, prædictam legem in permutatione locum non habere. & eadē quæstio quod ea in rebus mobilibus locum nō habeat: & in ... in venditione successionis, vbi lectori hæc Arresta videbit. I. C.

L. 2. C. de resc. vend. in emtore locum habet.

In vēditione rei mobilis in permutatione successione.

XVI.

Trāsactiones a cognatis congregatis factæ rescissioni obnoxiæ nō sūt.

Inter Dominicellam Magdalenam Martiniā viduam defuncti Ludouici de Bussii actricem in rescripto Regio, 20 Octobris 1582. & appellantem ab vna parte; & Franciscum Martinium Scutiferum dominum *de la Merlée*, reum & appellatum. Postquā Seneschallus pro actrice & Appellante dixit, anno 1561. appellantem omnibus iuribus, quæ in successionibus patris ipsius & fratrum prætēdere poterat; pro duobus millibus & octingentis libris renuntiasse, eā læ-

sam & deceptam fuisse, eam in potestate fuisse mariti, qui pro parua & exigua summa transegit, ne propter rapium, cuius eum Dominus de la Merlee accusare volebat, in iudicium traheretur, eo quod abducerat vxorem suam à Monasterio, in quo erat, ratione actricis promisisse transactionis nomine auctoritatem se præstiturum, & ob id, quandiu vxor vixit, conqueri non ausam fuisse: & depulsam à fratre suo coactam eam fuisse ad Monasterium suum reuerti: rescriptum, posteaquam is decessit, impetrasse, vt aduersus renunciationem à se factam restitueretur, super quo reum Maioribus diebus citari curauit, vt causam defenderet et ad appellationem ab ea interpositam à decreto Iudicis pro confirmanda transactione dato, conclusitque ad approbationem rescripti sui, & subordinate in appellatione sua. Seruinus pro reo & appellato dixit, defunctum Dominum de la Merlee patrem communem partium octo liberos reliquisse, qui omnes, præter appellatum & appellantem, vita defuncti fuerint: anno 1545. prædictum defunctum Dominum de la Merlee testamentum condidisse, quo de omnibus suis bonis disposuit, qui magni valoris non erant, neque triginta millia librarum in vniuersum adscendebant. Æstimationem eorum à cognatis congregatis factam tum, cum contractus celebratus fuit, cuius appellans rescissionem postulet, consensum & consilium huiusmodi cognatorum vim decreti habere, nihilominus Iudicem auctoritatem suam interposuisse, eaque omnia anno 1561. peracta fuisse. Igitur viginti annis post velle irritari id, quod recte & sancte decretum fuit, rationis non esse. Actricem tempore restitutionis exclusam esse, neque à marito suo male tractatam fuisse: eam nunquam protestatam de prospiciendo sibi aduersus contractū, eapropter eam statum & quietem domus commouere seu turbare non debere: eam viduam esse Equitis Ordinis Regii, nihilominus secundo nupsisse ignobili cuidam lanionis filio, neque in sacello esse, sed in macello, seruoque proprio se iunxisse. Quodque causam perorari curauit, id non desiderio & studio conseruandorum bonorum suorum pro Marco de Boissi filio ipsius ex primo matrimonio, sed ex affectione, qua erga maritum secundum fertur, fecisse, in quem maritum omnes suas facultates transferre vult: verum reum asserere, eam neq; in rescripto suo, neq; in appellatione sua admittendam, neq; eam cogitare oportere, reum hanc causam aduersus eam suo bono & commodo defendere, econtra eum destinasse & designasse hæredem suum prædictum Marcum de Boissi filium actricis, cui omnia bona sua conseruare in animo habeat. His rationib. conclusit ad id, vt actrix ab approbatione rescripti depelleretur. CVRIA rescripti ab appellante impetrati nulla ratione habita, à cuius approbatione eam depulit, appellatione in irritum deducta, decreuit, id, à quo appellatum fuit, integrum effectum suum sortiri oportere, citra multam & expensas, attenta qualitate partium. Hoc Arrestum datum fuit Maioribus diebus Claromontanis, 20. Octobr. 1582.

His addi potest, quod aduersus antapochas in præiudicium pactorum dotalium factas Arresto iudicatum fuit, iuxta art. 258. Consuetud. Parisiensis, & complurima Arresta antea data, e.g. 7. Martii 1581. pro Domino Poirincurnó. Idem de transactionibus, prout iudicatum fuit 15. Februarii 1574. aduersus Dominum de Beauuoir la Noque. B.

XVII.

Rescriptū Fori Præsidialis loco petēs, verū

Venditor quidam, vt aduersus venditionem minore quam iusto pretio celebratam restitueretur, à Cancellaria Fori Præsidialis Turonensis rescriptum impetrat, & emptorem suum citari curat, qui ... prescripto: ē opponit, eo quod id, quod supplendi iusti pretii causa prætendebatur, prædictæ Cancellariæ potestatem longe excederet. Actor hic confusus, nouam prouisionem à Cancellaria Parisi nisi impetrat, quæ limitatam potestatem non habet. Cum id repræsentaret, ei opponebatur, decennium Constitutionis iam præterlapsum, propterea amplius non admittendum. Hoc incidens per appellationem ad Parlamentum Parisiense deuolutum, & in Audientia peroratum, Arresto iudicatum fuit, reum ad omnes conclusiones excipere & contestari oportere, citra præiudicium prædictarum præscriptionum, de quibus eadem opera ius dici debere reseruatum fuit. Quadragesimæ diebus, 1570.

Vide Art. 24. lib 12. tit. 3.

XVIII.

Vendidisti ius, quod in hæreditate cuiusdam propinqui tui prætendere poteras, centum coronatorum pretio, & quod plouiaest, donasti. Postea comperisti, id ius sexcentis coronatis valere. Et si postea rescriptum super hac deceptione vltra dimidium iusti pretii impetres, admitti non poteris. Nam l. 2. C. de rescind. vendit. in hæreditate aut actione vendita locum non habet, & quasi aliena res censetur. In pari casu perorato in Parlamento Parisiensi, vbi venditori huiusmodi donationem eius, quod pluris erat, factam opponebatur, & aduersus id defectus insinuationis allegabatur, sententia rescriptum approbatum: Arresto Parisiensi, die Martis, 29. Martii 1550. dictum fuit male iudicatum, bene appellatum & appellatus actor ab effectu rescripti sui depulsus, & in expensas condemnatus fuit.

Vendit... hæredit... ... ... certo ... rescisso... ...

Simile iudicatum fuit Arresto solemni, quod pronunciatum à Domino primo Præside Thuano, 23. Decembris 1572. & dictum, beneficium & remedium l. 2. de rescind. vendition. non habere locum in re incerta tanquam iacta retis, & in hæreditate vendita. Facti species hæc erat: Cessionarius quidam, cum rescriptum impetrasset in prima instantia coram Balliuo Laodunensi, vel Locumtenente ipsius, quo restitueretur aduersus vēditionem iuris cuiusdam successiui celebratam a cedente suo, in læsione fundato & approbato prædicto rescripto, ei inde appellatum fuit: Arresto appellatione, & eo in irritum deductis, dictum fuit, appellatum non admittendum. Idem postea Arresto pronunciato pridie Paschatis 1580. à Dom. Præside Morlaoio, quod in quæst. mea 76 continetur. Vide quoque Charondam lib. 3. cap. 18. Maynard. lib 3. quæstion suar cap. 63. I.C.

Idem.

XIX.

Minor quidam gladio appetitus cæsusque conqueritur, informari curat, & litem persequitur. Tandem transigit, decem coronatis acceptis, & partem suam seu aduersarium ab actione intentata liberat. Postea rescriptum Regium offert, eo in finem tendens, vt aduersus prædictam transactionem ob minorem suam ætatem restituatur, à quo Arresto Parisiensi, quod pronunciatum à Præside Brissonio, 2. Nouembr. 1581. depulsus fuit, partesque extra Curiam & litem citra expensas dimissæ.

Minor, qui in crimine transegit, non restituitur.

Vide Maynardum lib. 3. cap. 91. vbi simile Arrestum Tholosanum extat.

XX.

Stephanus Comelius duos liberos legitimos & naturales, Claudium & Margaretham reliquit. Claudius testamento hæres instituitur, ea lege, vt hæreditatem, si absque liberis moreretur, posthumo vel posthumis restitueret, qui vocantur, vt prædicto casu succederent & substituerentur: in defectum vero prædictorum posthumorum, si se nulli extarent, prædictam Margaretham filiam suam citra detractionem substituebat. Hæc verba, citra detractionem, occasionem

Trebellianica interdicta per verba, citra detractionem.

nem præbuerunt asserendi & dicendi, per ea detractionem Trebellianicæ etiam liberis primi gradus interdictam esse. Claudius Comelius hæres à nullis posthumis impeditus fuit. Postea Claudia Gauteria in vxorem ducta sine liberis moritur, & testamento condito, hæredam vniuersalem dictam vxorem suam nuncupauit, 6. Febmar. 1568. verum diuersimode, pura pure & simpliciter, quantum ad mobilia sua, debita & merces attinet: quãtum vero ad immobilia defuncti Stephani Comelii patris sui restitutioni obnoxia, vult, vt & proprietatem & vsumfructum eorum superstes vxor sua cõsequatur, & ad dies vitæ suæ possideat, ea mortua in illis bonis substituit prædictam Margaretham sororem suam, sub conditione, quod si ea tenori prædicti testamenti contrauenire vellet, ex tunc ea bonis illis priuetur, & ipsi 40. tantum libras donat, & vult, vt de iis prædicta Gauteria libere disponere possit: insuper prædictæ vxori suæ & hæredi indulget, vt post mortem suam secundo nubere posset viro bono & honesto, quamprimum posset, ne potestate vel voluntate Gubernatoris loci circumuenta nubere cogeretur, à quo bene intelligebat, & sciebat eam coactam iri in fauorem quorundam suorum, atque ita ipsi mandabat. Postea vidua à prædicto Gubernatore cum Francisco Columbario Domino de Fontaines, oriundo de S. Samphorino in Delphinatu, viro honesto & digno, intra annum viduitatis secundas nuptias contrahere vrgetur, & ipsi omnia & singula bona sua constituit. Margaretha Comelia antea Claudio Henrisio Notario Regio de Rupe-blana in Pailleres nupserat, & mediante constitutione sibi facta à prædicto Claudio fratre suo, omnibus iuribus successiuis renunciat. Nihilominus mortuo prędicto fratre suo, vt ipsa substitutioni renunciaret, quæ sex portionum erat, quinque portionibus (sexta detracta pro hæredibus Claudii vice legitimæ) ad dimidiã tertiæ concurrentibus, nulla Trebellianicæ facta mentione, quæ prohibita censebatur, vt supra dictum, prædicta Margaretha vrgetur, tam à prædicta Gauteria & marito ipsius persuaso & perterrito, quam ab aliis, nominatim à Gubernatore, qui Henrisium maritum eius induxit, & à quo omnem sæuitiam passa, quam vxor à marito perpeti potest. Tandem transegit, 21. Iulii 1579. & coram Notario prædictæ substitutioni renuntiauit. Atq; notandum est, vt supra dictum fuit, antea, eam mense Nouembri 1555. elocatam & appanagiatam fuisse à prædicto Claudio Comelio fratre suo, & omnibus iuribus successiuis post mortem patris renunciasse, dicentem se tum 14. tantum annorum esse. Rescriptum impetrauit, vt aduersus prædictas transactiones & renunciationes restitueretur, directum ad Seneschallum de Beaucaire, in Sede Nemausensi, fundatum super dote personali, & enormissima deceptione, eum in finem, vt tam prædictæ substitutionis, quam omnia alia iura sibi restituerentur. Super processibus de eo institutis sententia à prædicto Seneschallo datur, qua ab effectu prædicti rescripti ea depulsa fuit. Appellatur ad Parlamentum Tholosanum, vbi partes plenius auditæ fuerũt, nominatim super matrimonio prædictæ Gauteriæ, id quod ea intra annum viduitatis consenserat, & ex quo prædicta Margaretha prætendebat eam indignam declarandam, & successione prædicti Claudii Comelii defuncti sui mariti priuandam. Ad hæc ea replicabat, ex indulgentia mariti sui in testamento ipsius comprehensa, se cum nobili viro, honesto, & Religioni Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ addicto matrimonium cõtraxisse, cum defunctus suus maritus nouellæ Religionis esset, & durantibus tumultib. militasset, ac præterea nullos liberos ex prædicto matrimonio extare, neque turbati sanguinis præsumptionẽ esse. Aliæ complures rationes in medium afferebãtur, tam ex Constitutione ob exactam & strictam obseruantiam transactionum aduersus eam, tum maiorem existẽtem, quam alia complurima argumenta. Arresto prædicti Parlamenti Tholosani 18. Februarii 1583. appellatione, & eo, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, nullaq; prædictæ transactionis ratione habita, prædictæ Margarethæ Comeliæ appellanti omnia & singula bona, quæ spectarunt, tam ad defunctum Stephanum Comelium patrem ipsius, quam ad prædictum Claudium fratrem ipsius, adiudicata fuerunt, exceptis & reseruatis quibusdam vineis, pratis, fundis, & horto memoratis in testamento prædicti defuncti Claudii, 6. Septembr. 1568. in quibus fundis ob rationes in prædicto testamento contentas, Curia prædictam Gauteriam manutenuit, citra expensas & restitutionem fructuum, idque ob causam.

Arrestum. Vidua intra annum viduitatis secundo nubens.

Cvria magnam rationem habuit eius, quod hæc dispositio prędicti Claudii ex omnibus partibus odiosa erat. Primo, quod bona à suis prædecessoribus acquisita in manus extraneas deriuarent, cum horum voluntatem sequi deberet, nominatim vero, quod prædicta Margaretha repræsentabat, se quatuordecim liberos habere omnes eiusdem religionis cum prędecessoribus suis: ac propterea nimis aduersum se sanguini suo exhibuerat. Secundo, non obstante, quod per Constitutionem, restitutiones aduersus transactionem in maioribus interdicerentur, prout maior erat prædicta Margaretha, nihilominus quando dolus & impressio personalis intercedit, velut vis, insidiæ, & alia cõsideratu digna, eæ admittuntur, præcipue in materia adeo fauorabili, prout hæc causa est prædictæ Margarethæ. Insuper dici posset, prædictæ Gauteriæ nonnisi vsumfructum relictum, prædictam Margaretham Comeliam ei ex prædicta dispositione substitutã fuisse, nihilominus testatorem dispositionibus suorum maiorum contrauenisse, nominatim, quod ea in casu contrauentionis etiam à syllaba priuaretur. Postremo Curia summopere prædicto secũdo matrimonio intra annum viduitatis contracto mota fuit: quæ res sane odiosa est, non obstante indulgentia, quæ accipienda erat extra annum luctus, etiamsi non sit præsumptio turbati sanguinis. Hæc omnia coniuncta, puta, inofficiositas, contrauentio, & odium matrimonii intra annum, magnam speciem restitutioni dedit. Postea omnia, ex magna æquitate procedit vltima clausula prædicti Arresti, qua manutenta prædicta Gauteria in possessione immobilium ab ea legatorum à prædicto marito ipsius in testamento, excepto hereditatis vsufructu, de quo pro lubitu disponeret, quo casu bona ex substitutione ad prædictam Margaretham vxorem ipsius peruenissent: substitutione, inquã, ab eo facta, non vero à patre ipsius, & sic in casu contrario ei, qui euenit: in hoc quippe dispositio ipsius locum nullum habet.

Dispositio odiosa est, priuare sanguine coniunctos bonis iis affectatis.

Trãsactio à maiorib. facta, quãdo restitutioni obnoxia sit.

Matrimonium iteratum intra annum viduitatis reprobatur.

Legata in testamẽto inofficioso relicta ex æquitate valent.

Vide ad primam quæstionem Maynard. *lib. 6. cap* 16. & aduersus viduam intra annum viduitatis suæ inilus nubentem, notata ad *Arr.* 12 *tit.* 1 *lib.* 15. I.C.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum III.

I.

Minor ex auctoritate tutoris & curatoris sui simpliciter hæredem se patris sui gerens, & post aduersus aditam hæreditatem restitui postulans, vt

Minor, qui se ex auctoritate tutoris sui nu-

dum hæredem gessit, a rescripto depulsus fuit.

vt fundos quosdam à patre alienatos, qui restitutionis ratione prædicti filii obnoxii erant, recuperare posset, repulsam tulit, Arresto, quod citat Valla *lib. de rebus dub. tract. 19. numer 3.*

II.

Quomodo quis ad infirmandam renunciationem futuræ successioni admittatur.

Communis obseruantia est, quod quis, dummodo rem quandam in doarium acceperit, vel alio modo, admittatur ad infirmandam renunciationem factam successioni futuræ Arrestum inter alia pronunciatum in purpura, propridie Natalis, 22. Decembris 1576. Secus, si quæstio sit de iam delata, quo casu læsio vel vis locum præbet. Neque ea admittitur, quæ sub prætextu, quod marito iuncta esset, ac propterea agere non potuisset, renunciauit: ea quippe potuit vel debuit protestari, vel etiam auctoritatem sibi præstari curare: neque etiam allegare potest, quod extra Regnum erat: Iudicatum 26. Iunii 1567. aduersus Dominam de Panam, perorante pro ea Sammelotio, aduersus Magistrum. Quod si Consuetudo renunciare permittat, quamuis legitimam mulier nondum acceperit, renunciatio ratione bonorum in ea sitorum valet. Ita id Curia distinxit, quantum ad bona sub Consuetudine Burgundiæ sita attinet, 5. Martii 1574.

III.

Rescissio transactionis ob dolum.

In rescissione ob dolum, Arrestum Domini Assigniaci aduersus Dominum Belnç singulare est, 7. Ianuarii 1574. quo transactio inita à Domino Assigniaci, de terra Sillæaguil, in Andegauensi Prouincia, ex tempore rescissa fuit, perorante Fontenæo aduersus Choppinum, eo quod prædicta Domina in consilium non iuerat, cum tamen mandatum emissum fuisset sub hac conditione (*ex consilio*) atque ita prædicta procuratrix contenta fuerat consilio patris, & alterius Aduocati sibi dati. In quo iudicatum fuit, dolum dedisse causam. In rescissione transactionis pro enormi læsione videatur Arrestum 19. Iunii 1544. inter Procuratorem Regium & Dominum de la Marchesrrtuure, filium hæredem defuncti sui patris, Generalem Quæstorem. Restitutio quoque bene fundatur in vi, & ex ea causa, 23. Iulii 1578 in irritum deducta fuit transactio inter Dominam Comitissam de Brienne, & tutores, Dominū Luxembourgium & cognatos, ad relinquendam iis educationem liberorum & nobilem custodiam iuxta testamentum irritatum aduersus matrem. B.

IV.

Filius potest bona à patre suo vendita, vindicare aliis, quam iuris casibus.

Si pater communis, velut administrator legitimus filii sui, bona eius aliter, quam de iure licitis & permissis casibus vendat, *l. final § fin autem as alienum. Cod. de bonis quæ liber.* filius absque restitutionis auxilio, prædicta bona vendicare potest, neque rescripto opus habet. Arresto Parisiensi, quod allegat Molinæus *consil. 40. sub fin.* Quinimo etiamsi hæres patris sui sit, refuso tamen emptori pretio: & hoc casu rescripto opus habet. Altero Arresto, quod datum inter Pentecostalia, 1572. Choppinus *libro 3. de doman u Franciæ, tit. 12. art. 23.* Charondas *lib. 2. Responsor. cap. 29. & lib. 6. cap. 46. & lib. 8. cap. 58.* Verum id aduersatur regulæ iuris: *Quem de euictione tenet actio, &c.* quicquid Charondas dicat, qui refert hoc Arrestum mirum visum fuisse, prout etiam est.

TITVL. IV. DE FILIABVS, quæ nubentes futuræ successioni renunciarunt.

ARRESTVM I.

Dominicella Peronna Guinxatia, à patre suo appanagiata * fuit ex summa quadam in dotem competentem constituta, habita ratione facultatum patris tum existentium. Euenit, vt pater prædictus immensum bona sua augeret, adeo vt tempore mortis paternæ prædicta dos multo minor legitima inueniretur. Prædicta Dominicella ob hanc rationem supplementum postulat, & ait, dictam dotem sibi loco legitimæ datam, in qua pater sibi iniuriam inferre non potuit, *l. quoniam nouella. Cod. de inofficios. testam.* Et expresse hanc sententiam, quod aucta facultatibus augeri debeat legitima, tenet Baldus *in c. cum M. Ferrariensis. ibi, item contentioso iudicio. de Constitut.* Vbi ait, si inrata constitutio extet, ne numerus Canonicorum cuiusdam Ecclesiæ, à Papa cum decreto confirmatæ, augeretur, reditus vero eius summopere auctus sit, posse, prędicta constitutione non obstante, numerum quoque augeri. Et hoc argumento (ait Baldus) filiam renunciationi suæ contrauenire posse, & augmentum dotis suæ petere, si bona patris augeantur, per *l. his honoribus. § auctis ff. de va. at. muner. & l. si quando. § 1 ff de inofficios. testam.* Petrus Guinzatius frater ipsius contradicit, & asserit, eam cōtentam esse debere, neque ad aucta bona patris reuerti posse: & ita tenuit Baldus sibi ipsi contrarius *in l. in successione. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit.* & satis est, dotem constitutam sufficientem fuisse ratione bonorum, quæ tunc pater habuerat: prout bene intelligitur ex *d. l. si quando.* Et vero omnes, qui pro hac negatiua tenuerunt, singulares rationes proponunt, ad demonstrandum, filiam potius honoratam esse, quam oneratam. Nam præsupposito, patrē nonnisi post mortem suam legitimam debere, hoc præcipuum commodum filiæ suæ tribuit, præmature eam soluendo: qua ratione extra periculum constituitur. Bona enim eius diminui poterant, vel plane deperdi: ac sæpe euenit, vt complures filiæ opulentissime dotatæ & elocatæ à patribus ipsarum fuerint; qui postea fortunæ iniuria aut culpa, postea ad mendicitatis miserabile onus redacti fuerunt. Nihilominus hoc casu pater à filia sua repetere minime posset id, quod nimis constituit, quantumuis Paulus de Castro *in l. in ratione. Cod ad leg. Falcid.* scrupulum mouere voluerit, & pro hac repetitione tenere. Præterea euenire potest, vt pater post hanc constitutionem alios liberos suscipiat, & sic, legitima prædictæ filiæ minor fieret. Et ex his rationibus actus hic incertum vel commodi vel incommodi in se continet: & admittitur *l. de fideicommisso. Cod. de transaction.* Quinimo quo casu post hanc constitutionem nullum augmentum accederet, verum duntaxat ea pluribus liberis tum viuentibus nullus patri superstes esset, hoc casu legitima filiæ maior facta fuisset, prout tenet Boerius *decisione 203. num. 19.* Arresto Burdegalensi, quod datum anno 1519. prędicta Dominicella repulsam passa est. Boer. de hac materia loquens *in Comm. suo ad Consuet. Bituric.* ait, defunctum dominum Cancellarium Ganæum nunquam rescriptum huiic in finem impetratum; vt dotis dictioni sufficienti ratione facultatum patris tum existentium contrauenire liceret, sigillo confirmare voluisse, argumento *l. intra vtile. ff. de minoribus & l. 2. & l. si voluntate. Cod de rescind. vendit.* Verum notandum quoque est, hoc casu requiri, ne pater minorem dotem dixerit, quam modus facultatum tum temporis patiebatur: alias quippe restitutioni ex superioribus locus foret: adde *Arrestum 13. infra.*

Nonnulli postea anno 1564. Arrestum supradictum limitare voluerunt, id locū tantum habere in casibus, quibus dos ad mortem

Legitima secuta eiq. ad mortem

eiuſdē cōditionis eſt, ac legitima iam ſoluta & repræſentata.

tum ſoluta fuit, vel ſtatim poſt dictionem ſeu cōſtitutionem, non vero ſi dotis ſolutio in mortem patris dilata fuit: propterea enim nullum præcipuum commodum foret, verum legitima & eius ſolutio in tempus iure & natura definitum reiiceretur, præterquam quod pater eo facto dici poſſet, iura & tempus prædictæ legitimæ mutaſſe, iuxta *l. Quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtament.* Nihilominus contraria ſententia obtinuit, non attenta prædicta dilatione, neque vlla differentia: ſola quippe dictio ſufficere debet, quæ ſecuritatem & hypothecam omnium & ſingulorum bonorum patris infert, ac quantumuis forenſæ iniuria pauper & non ſoluendo reperiretur, propterea ſecura & tuta dicta dos filiæ & legitima eſſe conſtituta eſſe non deſinet: id quod non fieret, ſed nihil deberetur prædicto caſu eueniente. Verum filia renuncians liberis ſuis præiudicet, qui ad ſucceſſionem ipſorum aui venire volunt. Vide *arreſt. 17. infra.*

* Choppinus *ad Conſuetud. Andegau. lib. 3. c. 1. tit. 1 art. 10.* allegat ſimile arreſtum eiuſdem Parlamenti Burdegalenſis, 15 Martii 1582. Tantundem dictū fuit altero Arreſto prædictæ Curiæ, quod datum ex tempore, 2. Auguſti 1584. inter Wilhelmum Bardotum, appellantem a Seneſchallo Petrocoricenſi vel Locumtenente ipſius in Foro Brageracenſi, & Ioannam & Catharinam Bardotias ſorores ipſius, quibus adiudicata fuit legitima bonorum paternorum, habita ratione valoris eorum, tempore renunciationis ab iis factæ, cum reſtitutione fructuum, qui compenſati fuerunt cum vſuris ſummarum iis datarum in dotem à prædicto ipſarum patre, citra expenſas. Ita tenet Wilhelmus Benedictus in *verb. duas habens fil. nu. 141.* Attamen, ſi dos prodigo data fuiſſet, qui eam male collocaſſet, oporteret rationem habere temporis mortis paternæ, non vero temporis renunciationis, iuxta alterum Arreſtum, quod prædictus Choppinus de 23. Maii 1586. allegat. T.

II.

Filia dotata renuncians ſucceſſionib. futuris, iureiurando præſtito, nullū priuilegiū legis ſaluum habet.

L. Pactum dotali. C. de collation. filiæ in matrimonio collocatæ & appanagiatæ à patre vel matre fauet in eo, quod ad bona paterna regreſſum prorata ei largiatur, facta collatione dotis, non obſtante eo, quod ſucceſſioni prædictorum ſuorum parentum renunciauerit & promiſerit, ſe ad eam non rediturum: & hoc pactum improbatur. Poſtea interuenit diſpoſitio *capit. Quam. uis pactum, de pact. lib. in 6.* quæ approbauit huiuſmodi renunciationes ob religionem iuriſiurandi. Hanc ad rem nonnulli tenuerunt, filiam huiuſmodi pactum ineuntem ad id obſeruandum non adſtringi, niſi à Notario de beneficio & priuilegio *d. l. pactum dotali.* admonita fuerit. Nunquam quippe præſumitur quiſquam ei renunciare voluiſſe, quod ignorat, & de quo monitus non fuit. Propterea filiam prædictum priuilegium ignorantem, nihil facere. Eaque ſententia eſt Gloſſæ *in auth. quomodo oportet Epiſcop. & cæter. Cleric. §. igitur. ſuper verb. interrogat. olum. 1.* Huc facit textus *in l. finali. ff ad Velleianum. & in l. Mater decedens ff de inoffic. teſtam.* Quantum vero ad iuſiurandum, quod præcipuum fundamentum eſt ad validandam prædictam renunciationem, rei incognitæ & non cogitatæ obligare non debet, *l. fin. C. de non numer. pecun.* Contrarium tenetur à Domin. de S. Geminiano & Archiduc. *in d. c. quamuis.* puta, citra huiuſmodi expreſſionem prædictam filiam renūciantem perpetuo excludi: quod in Prouinciis, quæ ſcripto iure reguntur, valet: in Prouincia quippe conſuetudinaria in compluribus locis Conſuetudo Contraria huic rei proſpexit. Et ita iuxta vltimam ſententiam iudicatum fuit Arreſto Gratianopolitano, menſe Decembri 1461.

III.

Filia dotata à patre non admittitur ad regreſſum.

Filia dotata & appanagiata à patre, cui renunciauit, pactis dotalibus vel poſt, non admittitur ob hanc rationem ad poſtulandam reſtitutionem ex capite læſionis, propter bona patris: qui filiam ſuam decipere voluiſſe non præſumitur. Et ita iudicatum fuit Arreſto Tholoſano, 20. Aprilis 1545. & altero Arreſto Maioribus diebus Podienſibus 19 Octobris 1548.

IV.

Filia a patre & matre Borbonienſibus, bona Pariſiis habentibus, elocata quomodo propter Conſuetudinē, ſibi cauere poſſit.

Ex Conſuetudine Pariſienſi, filia elocata, quæ renunciauit, ad ſucceſſionem parentum ipſius, non obſtante renunciatione, regreſſum habet. Præterea, ex Conſuetudine Borbonienſi, filia dotata à patre vel matre, auo vel auia, regreſſum ad bona paterna vel auita nullum habet, licet expreſſe non renunciauerit. Nihilominus ſi in Borbonienſi Prouincia patres domicilium habeant, & filia expreſſe renunciauerit, huiuſmodi renūciatio expreſſa valet. Quod pater vel mater, auus vel auia, in diſtrictu Pariſienſi bona poſſideant, huiuſmodi renunciatione ea à prædictis bonis excluditur, non obſtante prędicta Conſuetudine Pariſienſi. Verum etiamſi expreſſa renunciatio facta non ſit, ea à bonis tantum in Borbonienſi Prouincia ſitis excluditur, & ad bona Pariſienſia regreſſum habet. Et ita iudicatum fuit abhinc * decem annis, Arreſto Pariſienſi.

* Vide Molinæum *conſil. 15. n. 13 & ſeq.* vbi datum quondam in ſucceſſione D. Ludouici Durelli Conſiliarii & Canonici Pariſienſis.

V.

Legitima in bona matris æſtimata ea ſuperſtite.

Filia pactis dotalibus, cum maternę ſucceſſioni renunciaſſet, reſcriptum ad reſcindendam hanc renunciationem impetrat: & quo fratres ipſius matre ipſorum matre, nullam occaſionem dicendi haberent, colluſiſſe ſcilicet matrem & filiam, neque alia vice ad litigandum redire oporteret, prædictos fratres ſuos citari curat, vt quantum ipſorum in futurum intereſſe poſſet, cognoſci poſſet, & prędicto fine huic actui adſiſterent. Fratres aiunt, ſe male citatos, neque procedere teneri, quandoquidem, ſi liberis de matris ſuperſtitis ſucceſſione contendere non permittatur, neque ea de re loqui poſſe, citra malam eius gratiam. Arreſto Pariſienſi inter Dominicellam Mariam Bartholomæam, vxorem Nicolai Cheualerii Conſiliarii in Parlamento ab vna parte, & Ioannem, & Nicolaum Bartholomæum fratres, partibus clauſis oſtiis auditis, prędicti fratres declarati fuerūt, eos non teneri procedere.

VI.

Subſtitutioni renunciatio à filia cum elocaretur, facta,

Filia elocata & appanagiata, renuncians omnibus iuribus paternis, maternis, ſucceſſiuis, tam ſibi competentibus, quam competituris in bonis parentum, præſentibus & futuris, ſiue inſtitutionis ſiue ſubſtitutionis ſuorum prædeceſſorum & ipſorum titulo, excluditur à iure ſubſtitutionis, hoc pacto inito, & renunciatione facta, per *l. ſi quis in conſcribendo. Cod. de pactis & l. ſi quis §. arcam ff de ſolution.* non obſtante ratione *l. ſubſtitutio. ff de acquir. rer. dom.* Atque ita iudicatum fuit Arreſto Gratianopolitano, menſe Decembri 1459. quamuis nonnulli Domini contrarium tenuerent, per ea quæ notat Bart. *in l. quis Romæ. §. duo fratres. ff de verb. oblig.*

VII.

Filia, quæ renunciauit, præteriri poteſt.

Parentes in teſtamento filiæ ſuæ, vel filii ab iis elocati & appanagiati, quique iureiurando præſtito ipſorum ſucceſſionibus renunciauit, mentionem facere non tenentur. Eaque ſententia eſt Petri Iacob. *tit. de condict. ex l. omnimodo ex teſtam. cumul. in quæſtion. ſed quid erit, ſi filius.* Ita iudicatum fuit Arreſto Gratianopolitano anno 1461. cum decideretur lis Rupiebinartii inter fratres Alemannos.

VIII.

Filia renūcians cum

Clauſula in renunciationibus filiarum dotatarum

sum à parẽtibus vel fratribus, quæ apponi solet: *salvo legitimo iure*, si eueniat, multum valet: nam quamuis filia, quæ successioni patris vel matris renuntiauit, non succedat ab intestato, quamdiu fratres vel sorores, qui non renuntiauerunt, extent, nihilominus, iis deficientibus ea ex prædicta clausula, *salvo legitimo iure* venit, exclusis omnibus collateralibus. Verum absque prædicta clausula prædicti collaterales eam repellunt & ea minime venit, not. Salicetus *in l. Pactum dotali. C. de pactis* Guido Papa *quæst.* 192 ait, ita Arresto Gratianopolitano iudicari se vidisse.

[illegible] clausula, salvo legitimo iure.

IX.

Filia successioni patris generaliter renuntians, quod pater perdit ob secundas nuptias contrahit, non renuntiat.

Filia appanagiata, quæ patris successioni renuntiauit, non excluditur è successione eius, quod post prædictam renuntiationem à patre deperditum fuit & acquisitum à liberis thori, ex quo ea nata est, secundis nuptiis prædicti patris, per dispositionem *l. fœmina §. illud. C. de secund. nupt.* Verũ enim est huiusmodi renuntiationes de eo tantum, quod pater libenis suis iure patrio relinquit, intelligi: non vero de eo, quod pater perdit, & liberis ob culpam & contra voluntatem prædicti patris acquiritur. Eaq; sententia est Bartoli *in Auth. hoc amplius. in quæstio. vlt. C. de fideicom. & in l. qui Romæ §. duo fratres. ff de verb. obl. per l. qui cum tutoribus. ff de transactio.* Ετ ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1459. idque in terminis renuntiationis generalissimæ, in qua nihil omissum fuerat, nisi quod lucris filiæ obuenientibus ex secundo matrimonio patris non expresse renũtiatum fuisset, ex dispositione *d. l. fœmina.* Quod vtique minime exprimi solet ob tristem euentus memoriam.

V. Maynardum qui ait idem iudicatum fuisse in Parlamẽto Tholosano, *lib. 4. sumr. quæstio. cap. 22.*

X.

Renuntiatio successioni viuẽtium quando valeat.

Renuntiatio à filia elocata & appanagiata successioni patris, matris, fratrum & sororum facta, non de successione fratrum superstitum, verum duntaxat defunctorum tempore renuntiationis intelligitur. *l. si ita scriptum § si sub conditione. ff. de leg 2. & l. qui superstiti ff de adquir. hered.* Et huiusmodi renuntiationes odiosæ sunt & interpretationi iuris obnoxiæ. Eaque est sententia Bartoli *in l. 2. §. illud ff de hered. vel actio vend.* Præcipue vero, si fratres & sorores, quorũ successioni renuntiatur, non consenserunt: nam si consensissent, maior fraudandæ & frustrandæ filiæ ratio subesset, *l. de quæstione tali C. de pactis.* Et ita Arresto Gratianopolitano iudicatum fuit, anno 1459.

XI.

Filius vel filia qui renuntiarunt in numerũ veniunt in computatione legitimæ.

Filius vel filia, quæ patris vel matris successioni renuntiarunt, in calculo & ratione legitimæ computantur, & quilibet eorum partem facit, quamuis ad eam non admittantur, vtpote quæ hereditari acquiratur. Eaque sententia est Petri Iacob. *in tit. de cõdict. ex lege omnimodo. ex test. amen. cumul. quæstione, sed quid erit.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1461. cum definiretur lis Rupichinardi inter fratres Alemannos, & Arresto Burdegalensi, quod allegat Dominus Boerius *quæstio.* 103. Idque verum est de filia aut filio, qui ob constitutionem vel appanagium, quod iis constitutũ fuit, renuntiarunt, in quo à iure succedẽdi exclusi esse nõ iudicãtur. Aliud esset in religioso vel religiosa ꝓfessa expresse vel tacite: hi quippe nõ cõputantur, neq; partem faciunt, neque ad vllam partem admittũtur, verum pro mortuis habentur. Hæc mater *[illegible] pater filium ff. de inoff. test. &* [illegible] *ium emanc. lib. l. qui repudiantis. ff. de* [illegible]

¶ Religiosus loco filii à patre in [illegible] est, nisi pater ei antea officium quoddam emi[illegible] in antecessum hereditatis donasset. Hic partem [illegible] ceret, quamuis non admissus fuisset. Arresto Parisiensi pronuntiato à Præside Brissonio, 14 Augu. 589 Choppinus *ad consuet. Andegauen, lib. 3. cap 1. tit. 1. art.* 3. & Imbertus *prædicto loco.* I. C.

Prius pars huius capitis desumta est ex D. Boerio Primo Præside in Parlamento Burdegalensi *quæstio* 104. Guidone Papa *quæstio.* 295. 599 & prolixe satis tractatur à Ma[illegible] do *in sum notab. quæst. lib. 4. cap. 24. & 25.* à D. Carolo Molineo *in cons suis c. 29* & ad artic. 248. Consuetudinis Andegauensis Et à Charonda *lib. 5. Resp. cap* 60. D. Renato Choppino *de leg. Andium lib 1. cap.* 40 Altera pars desumta est ex Imberto *in Enchi. sua, verb part. on portion* [illegible], vbi concludit, quando liberi capaces sunt successionis (veluti filia, [illegible] idonea foret ad succedendum, nisi renuntiasset, & per hanc exceptionem priuatur & excluditur à successione) eos (hoc priori casu) partem in legitima facere, etiamsi nullam partem accipiant, & portio eorum accrescat aliis heredibus: verum quando à iure excluduntur, veluti Religiosa professa, quæ succedere non potest, partem non faciunt. De eo Choppinus Arrestum refert de 7. Decembris 1543. quod datum in Consuetudine Andegauensi, I. C.

XII.

Dominicella Margaretha de Iuppiter, pactis dotalibus patri suo promittit se validam renũtiationem omnibus bonis paternis & maternis facturam; statim à consummato matrimonio. Hac promissione non impleta, pater moritur, testamento condito quo iure institutionis prædictæ filiæ suæ quandam summam relinquit, & vniuersalem heredem Wilhelmã filiam suam instituit. Margaretha supplementum legitimæ aduersus eam postulat. Heres promissione se tuetur. Arresto Magni consilii, quod datum 12. Octobris 1505 Margaretha ad petendum hoc supplementum admissa, & ad id heres condemnata fuit, & ad restitutionem fructuum à lite contestata, prædictæ promissionis nulla ratione habita: nisi expensarum instantiæ compensandarum. Defunctus D. Boerius, tum Consiliarius in prædicto Consilio, postea Præses primus Burdegalæ, relator prædictæ litis fuit, q tria singularia iuris axiomata cũ cœtu seu Senatu tenuit. Vnum, simplicem renuntiationem bonis paternis & maternis factam legitimam non comprehendere, cuius mentio facta non est per *l. si quãdo. §. & generaliter. C. de inoff. test.* Alterum, futurum sponsum non posse promittere se curaturum, vt sponsa ipsius huiusmodi renuntiationem faciat, tum cum eam sibi desponsauerit: neque huiusmodi promissionem valere, nisi ea confirmata & impleta fuerit per *l. inter stipulantem de v. o. l. 1. Cod. si in commu. ead. caus.* Tertium est, ad resoluendum dubium præcedens de iureiurãdo huiusmodi promissioni apposito, id quod dicitur, *iusiurandum habere vim expressi & supplere defectum*, intelligi, quando omissa sit certa: non vero, cum peccatum est, aut quid omissum circa substantiam & consensum: nimis quippe damnosa res foret: adeo vt ex æquitate interpretari non debeamus plus iuratum fuisse, quam consensum, *l. fin. C. de non num. pec. l. fi. ff. qui satisd. cog.*

Renuntiatio simplex legitimam non comprehendit.

Sponsus promittere non potest se curaturũ vt sponsa ipsius renuntiet.

Iusiurãdũ non prodest quando circa substantiã defectum est.

Hoc Arrestum desumptum est ex decisione 3. D. Boerii primi Præsidis Burdegalensis. I. C.

XIII.

Filia elocata a patre quando a [illegible] non [illegible]

In Parlamento Parisiensi pro perpetuo axiomate * tenetur, filiam elocatam & dotatam à patre vel matre, vel vtrunque simul, & futuræ eorum hereditati renuntiantem postea audiri non posse, si querelam mouere velit & dicere se deceptam, beneficio restitutionis &c.

ſtitutionis implorato vel alio modo: etiamſi minor 25. annis ſit: deque eo complurima Arreſta data tam in prædicta Curia, quam aliis huius Regni ſupremis tribunalibus, extant. Rationes notatu dignæ ſunt in nonnullis Arreſtis huius tit. relatæ & fundatæ *in l. de fideicommiſſo C. de transactionibus*. puta in incerto ac dubio euentu: & in *l. vlt. C de in integr. reſt* non videri ſcilicet circumſcriptum eſſa minorem, qui iure communi vſus ſit. Hoc præſuppoſito, quod clarius fiet ex Arreſtis ſupradictis ſpecies facti hæc eſt: Filia dotata & elocata à patre ſuo, renuntiat ſucceſſioni matris ſuæ defunctæ iam acquiſitæ & ſucceſſioni ipſius patris ad hue ſuperſtitis. Ea reſcriptum impetrat, quo huiuſmodi renuntiatio in irritum deducatur, ipſa vero ad hereditatem patris defuncti admittatur, dicens dotem exiguam, ratione habita bonorum maternorum iam acquiſitorum, quo tempore renũciauit, itemque bonorum paternorum mortis tempore: præcipue quod cum renuntiauit, non pauci liberi erant, qui mortuo patre mortui quoque reperti ſunt. Ei prædictum axioma & præſcriptio opponitur Sententia repellitur, à qua appellat. Arreſto Pariſienſi, ſentẽtiam in irritum deducta, decretum fuit, iam de valore bonorum paternorũ quam maternorum informari oportere. Poſtea probationibus relatis, Arreſtum datum fuit pro filia, Præſide D. Bertrando 1. die Februarii 1545. Rationes diuerſæ cognoſci facile poſſunt ex facti ſpecie, puta, ob enormem & intolerabilem læſionem, Iſque textus eſt *in l ſi ſuperſtite, C. de dolo.* Nam ſi minor eſſet, ratio eius non haberetur, *l. ſi. Cod. qui & adu. quos.* itemque quod dicitur, huiuſmodi reſtitutiones denegari, intelligitur de augenda dote, ob facultatum augmentum ſuperueniens. Semper enim eſt, vt dos competens ſit reſpectu bonorum patris præſentium, prout ſupra dicitur *in Arr. 1. h. t.* Secundo ius ſucceſſionis maternæ delatæ nullam incertitudinem continebat. Tertio propter numerum liberorum natorum renuntiationis tempore, maior ratio erat renuntiandi: verum ſi tempore mortis mortui eſſent, ratio quoque ſuberat eo renertendi. Ad hæc notanda eſt conciliatio duarum legum, *l. ſi ſuperſtite, & l. fin. Cod. qui & ad. quos.* in qua D. Budæus *in poſterioribus ſuis annotatio.* nonnihil laborauit, dicens loco totius definitionis, prædicta *l. final.* veluti longo tempore poſt lata, abrogatam fuiſſe *l. ſi ſuperſtite* prius latam Verum rei veritas hæc eſt, vtramq; legem in vſu manere per prædictum Arreſtum, prædictas leges ſano modo interpretando, tam per decretum de informando, vt intelligatur & ſciatur, verum ingens læſio ſit vel exigua, quam per Arreſtum definitiuum, quod reſtitutionẽ ſuper læſione, quam Curia magnam eſſe comperit, admiſit: iſque caſus eſt *d. l. ſi ſuperſtite.* Aliud foret, ſi læſio leuis eſſet: ex dicta quippe *l. fin.* reſtitutio denegaretur.

Cõciliatio *l. ſi ſuperſtite. & l. ſinal. C. qui & aduerſ. quos.*

[a] Robertus *lib. 2. rer. iudicatar. c. 4.* ea de re Arreſtum citat, quod pronuntiatum in purpura, 22 Decẽbri 1576. Id quod hic refertur, deſumtum eſt ex Imberto *in Enchirid. verb. Filia minor.* V. Ant. Rub. *Conſil.* 12. & Molineum *in annotat. ad Alexandrum, conſil. 29. numer 6. lib. 3.*

Vide inter alias Conſuetudinem Claromontanam *tit. de donatio.* quæ Arreſtis præcedentibus derogat.

XIV.

Idem.

Conformiter prædicto Arreſto, & iuxta prædictam *l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.* quantumuis Conſuetudo Aruerniæ in eo rigida ſit in repellendis ſcil. filiabus renuntiantibus & à patre dotatis, ad omnem contraueutionem impediendam: nihilominus Arreſto Pariſienſi, vltima Iunii 1582. admiſſæ fuerunt Dominicellæ Magdalena Fretatia, vxor Iacobi Ponchonii Locumtenẽtis particularis in Seneſchallia Velaunorum conſtituta in ciuitate Podienſi, & Gabriela ſoror ipſius, vxor Gilberti Verdeni, Conſiliarii in Sede Præſidiali Rigodulenſi, & cuſtodis ſigillorum Cancellariæ prædictæ Sedis ad actionem ſupplementi ipſarum iurium ſucceſſiuorum & legitimorum, quamuis à patre elocatæ fuiſſent, & legata teſtamentaria vltra dotem accepiſſent, aduerſus Petrum Fretatium Selectum Aruerniæ, & Benedictum Fretatium Suſceptorem in Statione fiſcalis Ciuitatis d' Yſſoire. Arreſtum à D. Bertrando Iudice Maiore & Locumtenente generali Podienſi communicatũ mihi fuit, cuius tenor ſequitur: *Viſo à Curia* &c. Curia ex iuſtis rationibus eam ad hoc mouentibus, ne tamen in conſequentiam trahatur, præter ſummas conſtitutas, pactis dotalibus, prædictis Dominicellis Magdalenæ & Gabrielæ Fretatiæ, 6 Nouembris 1563 & 8. Iulii 1571. & iis legatas à Petro Fretatio patre ipſarum in teſtamento, 4. Octobris 1579. condemnauit & condemnat prædictos Petrũ & Benedictum Fretatios, Fratres, haredes prædicti defuncti patris ipſarum, ad ſoluendam ſingulis prædictis ſororibus Magdalenæ & Gabrielæ ſororibus ſuis, ſummam mille coronatorum ſolatium cum expenſis inſtantiæ, Pronuntiatum vltima Iunii 1582.

Signatum de Hone

XV.

Abſque dubio fuit, portionem filiæ à patre elocatæ & bonis paternis renuntiantis, hereditati patris acquiri, & æqualiter ad heredes patris legitimos peruenire. eaque materia eſt *l. Bona autem. §. in bonorum poſſeſſione, & l. veluti, l. ei qui admiſit. & de bonor. poſſeſſio.* Verum dubium hoc fuit, vtrum, ſi pater ex duabus vxoribus liberos habens, vnam vel duas filias prioris thori elocet, qui ipſi renuntiant, portiones earum hereditati patris acquirantur, bono & commodo liberorum prioris tantum matrimonii, vel etiam omnium bono tam ſecundi quam primi thori? Duæ ſententiæ ſuper hac quæſtione fuerunt: Prior, huiuſmodi portiones æqualiter ad omnes peruenire, qui ei ſuccedunt, ſine matrimoniorum diſcrimine. Alexander & Paulus de Caſtro ita tenuerunt. Poſterior ſententia ſuit Bartoli & Franciſci de Aretio, huiuſmodi portiones ſcil. reſpectu bonorum maternorum delaturum filiabus, quæ renuntiarunt, hereditati patris tantum acquiri debere, vt ad liberos huius tori perueniant, alioquin æqualitatem à patre inter liberos ſuos non obſeruatam iri, quandoquidem liberi ſecundi thori dotem matris ipſorum ſuper liberis primi matrimonii præcipuam habẽtes, hac ratione participes fierent per prædictam renuntiationem dotis prioris, cum liberis prædicti primi thori, quod iniquum foret, per *l. fin. Cod. Commun. vtriuſque iudic.* Et iuxta hanc vltimam ſententiam, aduerſus ſententiam Alexandri iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi, 3. die Auguſti. 1524.

Renuntiatio filię cui prodeſſe debeat.

XVI.

Poſtea in Parlamento Pariſienſi, maius dubium oblatum fuit ſuper facti ſpecie, quæ ſequitur: Dominus Lannæus filium vnum & tres filias nuptas habens, duas ex illis dote in pecunia dicta appanagiat, & ſucceſſioni renũtiare, in fauorem filii primogeniti, curat. Prædictus pater moritur, & heredes relinquit prædictũ filiũ & vnam filiã, quæ mortuo patre nupſit cuidam nobili: à quo hic primogenitus mox noua de diuiſione quadam audit, à quo ſtatim ad hereditatem & portiones contingentes

Idem & magis notandum.

 diuiden-

diuidendas conueniitur. In hac diuisione primogenitus tres quartas accipere vult, & sorori suæ tantum quartam relinquere, dicens, duas ipsarum sorores nuptas, ad quas media pars pertinuisset in sui vtilitatem consensu patris superstitis renunciasse. Leuir ipsi ita respondet, & dicit: Primo, ex Consuetudine patrem non potuisse in vnum liberorum maiora commoda conferre, quam in alterum. Secundo, quamuis id facere potuisset, nihilominus patrem eum esse, qui dotem dixit, & pecuniam numerauit. Tertio, etsi prædictus filius primogenitus ipsemet dotem constituisset, & soluisset, non tamen ante hæreditatem delatam & aditam, portiones suorum cohæredum in præiudicium aliorum sibi proprias vindicare potuisse. Prædictus filius primogenitus ad hæc excipit, & ait, mortuo patre nouas renonciationes factas, & pecuniam à se traditam fuisse. Causam suam obtinet sententia Præfecti Parisiẽsis, quæ in Parlamento cadit, Arresto Parisiẽsi, quod pronunciatum à D. Præside Harlæo, 14. die Aprilis 1556. citra expensas, ob summam difficultatem & sententiarum conflictum. Idque proxime accedit ad sententiam Dyni *consilio* 7. qui tenet, quod si vnus è liberis succedentibus portioni suæ renunciet, antequam ab vno reliquorum hæreditas recognoscatur & accepteтur, hæc renunciatio non tantum ei, cui facta est, prosit, verum omnibus reliquis cohæredibus. Ius enim, quod *Accrescendi* vocatur, substantiæ est, requirere hæreditati, non vero personis, *l. si totam. & l. qui ex duabus ff de acquir. hæreditat.* & per eundem Dynum & Bartolum *in l. hac scriptura § fin. ff. de condi. & demonstrat.*

XVII.

Reuunciatio successioni patris & matris à filia facta præiudicat liberis ipsius, qui ideo ad successionẽ ipsorũ aui vel auiæ venire nõ possunt.

Filia à patre vel matre elocata, renunciatione sua, quantumlibet generalis sit, priuare liberos suos legitima successione ipsorum aui & auiæ, cui prædicta renuntiatio facta fuit, non potest, ii quippe ea non obstante prætendere prædictam successionem possunt, non ex capita matris ipsorum, sed ex capite suo & proprio. Eaque sententia fuit Bartoli *in l. qui superstitem ff. de acquirend. hæreditat.* & Pauli *in l. pactum. Cod. de collation.* Ita dictum fuit Arresto Gratianopolitano*, quod Guido Papa *decisione* 228. absque data allegat. Credo id obseruandum esse post mortem matris, superstite auo: quo casu nepotes & neptes ex filia primum gradum ingrediuntur, & sui efficiuntur: ac propterea eos vel instituere, vel exhæredare oportet ex verbis Legis Velleiæ, vltimo capite continentis *in l. Gallus. § videndum autem.* his verbis: *Si quis ex hæredibus suis hæres esse desierit, liberi eius &c. ateri in locum suorum sui hæredes succedunto. ff. de lib. & posthu. hæred. instit.* atque tum obseruatur *l. inter cætera. d. t.* Maxime, quia prædicti nepotes & neptes de liberis sunt, dubium magis fuit super duobus articulis: Vnus est, vtrum prædicti nepotes, quia hæredes sunt patris vel matris suæ, suam legitimam in bonis aui tis, & testamentum aui, quo præteriti & neglecti fuerunt, nullum prætendere possint: Alter est, si ad successionem admittuntur, vtrum teneantur conferre, vel eo minus accipere in eo, quod ipsorum pater vel mater defuncti acceperunt. Omnes, quoad primum articulum, in hac sententia fuerunt, quia hæredes sunt, non impediri, quo minus succedant: ex ipsorum enim capite succedunt, non vero ex capite ipsorum patris vel matris, cui renunciatione præiudicari non potuit. Bartolus *ad d. l. qui superstitem.* asserit, matrem pro se & suis renunciasse & promisisse, à suis nihil quicquam postulatum iri, hanc renunciationẽ suos non impedire in eo, quod ipsis ex ipsorum capite debetur, & iure eam id facere non posse, quamuis in

Nepotes ex filio aut filia ad legitimã bonorũ auiorum admittuntur.

nonnullis Prouinciis contraria Consuetudo sit. verum quando sui non nominantur & excluduntur, de eo non dubitat. In secundo opinionum conflictus est. Attamen quamuis ex rationibus supradictis videretur, collationem factam non esse: nihilominus tutius & æquius est, pro prædicta collatione tenere. Et ita teneri vidi in amica disputatione inter Dominam Ducissam Renatam ex Sabaudia, filiam Domini Comitis *de Tende*, & Dominæ Mariæ de Chabannes ab vna parte, & Dominam Turoniam Eleonoram de Chabannes, neptem Dominæ Marescallæ de Chabannes ab altera parte, coram Dominis Marescallo Bourdillonio, Episcopo Aurelianensi, & Lemouicensi, Abbate Caladii, Præside Seguierio & Sanmelotio; in quo cœtu prædictus Dominus Seguierius allegauit Arrestum quoddam, quod nõ ita pridem datum in Parlamento Parisiensi, vbi in consequentiam & præiudicium primi articuli, puta, hæredes admittendos, partibus, vt informarent, iniunctum fuit. Vide infr. *tit. de collatio.* Huic addatur, hos nepotes, quamuis plures sint, non succedere in capita, sed in stirpes, prout ait Celsus *in l. si nepotes ff de collation. bonorum.* ibi, *quasi omnes vnus essent.* Postea in pari causa & Cameris coadunatis, his Arrestum contrarium Parisiis datum fuit, cuius hic tenorem inserui, & eos, qui adstiterunt, tam Præsides, quam Consiliarios, ad relationem Domini Breuilii Noui, nonnullos Dominos Præsides, nominatim D. Ferrerium, & Consiliarios veteres sententiam contrariam dedisse, pro obseruantia legis Imperialis, verum eam sententiam pluralitas vicit. Sequitur tenor prædicti Arresti.*

Cvm lis mota fuisset coram Balliuio Forosegusiensi vel Locumtenente ipsius, inter Ioannem & Antoniam Dalleriam liberos defunctę Antonię Gasconiæ, & nepotes defuncti Caspari Gasconii aui ipsorum, autoritate Caroli Beraldi ipsorum Curatoris, actores & interdicto *Vti possidetis* experientes, ad ius legitimæ in bonis prædicti defuncti Caspari Gasconii aui ipsorum, & approbationem cuiusdam rescripti nostri postulantes, 26. die Septembris 1561, ab iis impetrati ab vna parte, & Casparum Gasconium filium & hæredem defuncti Caspari Gasconii vniuersalem, reum ab altera: Super eo, quod prædicti actores dicebant & asserebant, ex matrimonio defuncti Caspari Gasconii & Beatricis Desplaines vxoris ipsius duos liberos susceptos & natos, puta, prædictum reum, & prædictam defunctam Antoniam matrem prædictorum actorum, quæ matrimonio Francisco Dallerio patre & matre superstitibus iuncta fuisset: Antoniam superstite prædicto Casparo patre ipsius decessisse, relictis prædictis actoribus liberis suis, & postea prædictum Casparum Gasconium auum ipsorum decessisse: qui testamento suo vniuersalem hæredem prædictum reum filium suum instituit, & iure institutionis particularis singulis prędictis actoribus nepotibus suis summam quadraginta librarum Turonensium reliquisse, ac per consequens se ad successionem vocatos prædicti ipsorum aui ex suo capite, repræsentantes gradum, non vero personã prædictæ ipsorum matris, sic vt dispositione iuris communis hoc casu vel instituti, vel exhæredari testamento aui debuerint: quæ institutio legitima esse debet: & quo casu ea integra relicta non fuisset, se ad supplementum illius agere debere, atque hac ratione prædictæ Antoniæ matris ipsorum renunciationem, quam successioni prædicti defuncti Caspari Gasconii patris sui pactis dotalib. fecerat, nocere nõ posse: huiusmodi quippe renunciationem vltra personam prædictæ Antoniæ renun-

Nepotes ex filia ab auo testamento aut ipsorũ querelam mouere, & legitimam postulare possunt.

renuntiantis extendi non posse, & hanc conditiunē admitti, quo casu ea superuixerit patri suo. Verum quando ea prædecesserit, & nepotes ex suo capite veniant, vt in præsenti casu, huiusmodi renunnationem sibi præiudicio esse non posse, nominatim, cum prædicti actores, heredes prædicti suæ matris non sint, nisi iure heredum, ex beneficio scil. inuētarii: quo casu nulla actionum confusio est. Et in omnem euentum, approbato prædicto rescripto ab iis impetrato, absque dubio fore se admittendos ad petendum legitimæ prædictæ suæ matris supplementum, collato eo, quod pactis dotalibus consecuta fuisset, id quod se collaturos offerebant. His rationibus iuncta ipsorum oblatione, concludebant, se manutenēdos & tuendos in possessione prædictæ ipsorum legitimæ, quæ sexta pars erat bonorum relictorum à prædicto defuncto ipsorum auo, cum expensis, damnis & interesse.

Econtra prædictus reus dicebat & asserebat, in tractatu matrimonii prædictæ Antoniæ cum Francisco Dallerio, prædictum defunctum Casparum Gasconium patrem ipsius superstite prædicta Desplaines vxore ipsius, dotem dixisse prædictæ Antoniæ summam.....: qua mediante prædictam Antoniam autoritate prædicti Dallerii futuri mariti sui, pro se & suis heredibus & successoribus quibuscunq;, cessisse, renuntiasse & transtulisse in prædictū Casparum Gasconium patrem ipsius, & bono ipsius & suorum heredum & successorum, omnia iura successionis futuræ per mortem prædictorum patris & matris. Eam Antoniam decessisse superstite prædicto Casparo patre ipsius, relictis prædictis actoribus liberis ipsius, postea prædictum Casparum Gasconium auū ipsorum decessisse, testamento supradicto condito, ope huius testamenti & mortis successionem vniuersalem dicti defuncti Gasconii spectasse ad prædictū reum heredem ipsius vniuersalem, sic vt prædicti actores nullum ius prætendere possint, siue legitimæ, siue supplementum illius, siue aliud quoduis, saluis prædictis quadraginta libris singulis prędicto testamēto relictis quādoquidem alienatio & cessio à prædicta Antonia matre prædictorū actorū, pactis dotalibus, in vtilitatē prædicti Caspari Gasconii & suorū facta, nō tantum prædictā Antoniā, verum etiā actores liberos ipsius exclusferit, tā à bonis suis in Prouincia, quæ iure scripto regitur, quam in Prouincia Consuetudinaria Ducatus Burgundiæ, præterquā quod prædicta defuncta Antonia, quantumuis viueret, non admitteretur ad petendum vllum ius legitimæ, vel supplementum eius alio modo & supra dictionem dotis ei datæ à prædicto defuncto patre ipsius: & posito, tempore mortis prædicti defuncti Gasconii legitimam maioris valoris esse potuisse, quam summam ei in dotem datam, attamen ob incertum facultatum prædicti defuncti euentum, quę æque diminui, quam augeri poterant, & ratione habitā paterni iudicii de dote ab eo prędictæ filię dicta seu constituta, læsionem in consideratione non venire, neque eā ad supplementum legitimæ petendum admitti posse. Et quemadmodum ea impugnare testamētum prædicti defuncti Gasconii patris sui veluti præterita non potuisset, neque legitimā vel eius supplementum petere: multo minus prædictos actores liberos ipsius id facere potuisse, qui vno gradu à prædicto defuncto Gasconio auo ipsorum remoti sunt. Neque quicquam prodesse, quod dicatur, prædictos actores ad prædictum ius legitimæ & successionem prædicti ipsorum aui ex capite suo venire, non vero tanquam heredes, neque repræsentantes matrem suam, quæ ante prædictum Gasconium patrem suum mortua fuerat, eo quod plus iuris in successione prædicti ipsorum aui ad prædictos actores spectare non poterat, quam ad prædictam defunctam Antoniam matrem ipsorum spectasset, si prædict. Gasconiu patri suo superuixisset, prædictos scil. actores venire non posse neque succedere quo ad successionem prædicti ipsorum aui attinet, nisi loco & pro parte vel portione, quę competere & spectare potuisset ad prædictam Antoniam matrem ipsorum, si prædicto Gasconio patri suo superuixisset. Compluribus Arrestis iudicatum fuisse, filiam à patre elocatām, facta renuntatione successioni ipsius, admitti non posse, si supplementum diuisionis & legitimæ in successione patris sui postulare vellet: ac semper existimatum fuisse, dotem à patre assignatām veram filię legitimam esse ac consequenter ipsius liberos quoque eo venire noo posse, qui locū & ius matris ipsorum subirent: alioquin duas pro vna legitimas introductas iri, & in eodem loco: nec non prædictos actores minus fauorabiles, qui nonnisi nepotes sint; quam prædictam matrem, quę filia erat & prædicto defuncto patri suo prox.mior, nepotes illos nonnisi ex parte & descensu prædictę ipsorum matris stirpem & originem ducere. Et vero, nepotes ex dispositione iuris ab intestato venientes ad successionem ipsorum aui, ex capite suo & pari gradu, in stirpes succedere, id quod inter nepotes in linea collaterali fit, qui inter se & eodem gradu, in capitā succedunt: neque prodesse oblatam collationem prædicto rescripto contentam, quoniam cum prædicta defuncta à supplemento prædictæ legitimæ, ex rationibus supradictis exclusa sit, prædicti nepotes per consequens id postulare non possint, quamcunque collationem se facturos offerant. Tēdens & concludens ad id vt in oppositione sua admissibilis declararetur, manuteneretur & defenderetur in omnibus bonis mobilibus & immobilibus, successione & hereditate, relictis à prædicto defuncto Casparo Gasconio, cum adiudicatione expensarum, damnorum & interesse. Cum intantum processum fuisset, vt prædictis partibus iniungeretur per scripturam litem agitare, producere, contradictorios & saluationes dare iuncto quodam incidente rescripto nostro, à prædictis actoribus, 20. Septēbris 1560. impetrato, eum in finem, vt nulla renuntiationis à prædicta defuncta Antonia Gasconia factæ ratione habita, legitimam ipsorum petere possent, collatione ab iis facienda vel minus accipiendo ex eo, quod prædicta mater dotis nomine accepisset.

Tandem partibus ad ius audiendum citatis, prædictus noster Balliuius vel Locumtenens ipsius sententiam dedit, prædictos scil. actores admittendos esse ad ius legitimæ bonorum morte defuncti ipsorum aui relictorum, & in ea legitima manutenendos & defendendos, pro portione & rata sextę corporum hereditariorum cū prędicto reo, super ea nihilominus habita ratione rescripti nostri & cōsensus prędictorum actorum, facta collatione aut minus accipiendo ex dicta dote prędictæ defunctæ ipsorū matri, non attenta renuntiatione ipsius: prædictumq; reum ad faciendum id, de quo supra & in expensas condemnasset, ex parte prædicti rei ad Curiam nostram appellatum fuit, & lis scripta, consignata, conclusa & admissa ad iudicandum, vtrum bene vel male appellatum fuisset, additis grauaminibus extra litem & productione noua prędicti appellantis, quam intra tempus Constitutionis dare posset, ad quæ grauamina prædicti appellati respondere possent,

& aduersus prædictam nouam productionem contradictorios expensis prædicti appellantis proponere, prædicta lite, grauaminibus & responsionibus ad ea datis, exceptionibus de noua prædicti appellantis productione, visis & diligenter examinatis, prædicta Curia nostra, prædicta sua sententia & Arresto, non habita prædicti rescripti de 20. Septembris ratione, in irritum deduxit & deducit prædictã appellationem & sententiam, à qua appellatum fuit, citra multam & expensas causæ appellationis: & emendata prædicta sententia, manutenuit & defendit prædictum appellantem in possessione bonorum mobilium & immobilium, morte prædicti defuncti Caspari Gasconii patris ipsius relictorum, & laxauit & sustulit, laxat & tollit manum nostram, & omnia alia impedimẽta posita & apposita, nõ obstãte oppositione à pdictis appellatis facta, à qua eos depulit & depellit: nihilominus prædictum appellantem iuxta oblationem ipsius condemnauit & condemnat ad soluendas octoginta libras iis à prædicto Casparo Gasconio ano ipsorum relictas, & prædictos appellatos in prædictæ causæ principalis expensas, damna & interesse ob turbationem factam prout æquum fuerit, æstimatione prædictarum expensarum, damnorum & interesse sibi reseruata. Pronuntiatum in purpura, 5. Aprilis 1569. viginti coronatis sportularum nomine solutis. Domini Præsides fuerunt: Dormius, Fretenus, Darquouillerius, Maleuantius, Deflorius, B. Prateus, Brulardus Reffugius, Seguierius, Clericus, Burulbius, Du Tillet, Du-Puy, Dannescanis, Abertius, Sadorius Fortia, Scarronius, Falconius, Valla, Moleus, Depardessius, Breuslio relatore.

* Arresto hoc refertur à Choppino *lib.* 3 *de priuil. rustic. part.* 3. *cap.* 2. *num* 5. Caronda, *lib.* 5. *Responsor. cap.* 8 & *lib* 7 *cap.* 106. Roberto *lib.* 2. *rer. iudicat cap.* 5. Et à me plene & prolixe in *quæst. mea.* 25. cum aliis similibus. Id pronuntiatum fuit in purpura a D. Præside Hennequino in pronuntiatione Paschali. Ratio est, quoniam nepotes ad successionem aui ipsorum venientes, ex suo capite non veniant, sed per repræsentationem, velut locum & gradum ipsorum defunctæ matris subeuntes, neque meliori conditione esse possunt quam mater ipsorum: quod ea eo apparet, quod nepotes ad successionem aui ipsorum venientes maiorem partem non accipiant, quam mater ipsorum accep tura fuisset, & quamuis successioni prædictorum ipsorum patris & matris renuntiassent, attamen tenentur conferre id quod prædicti ipsorũ pater & mater in prærogationem successionis & hereditatis aui ipsorum accepissent, & hanc ad rem expressa est Consuetudo Parisiensis, artic. 3 8 desumta ex *l.* *Illam C. de collatio* & Arresto quodam quod solenniter pronũtiatum à D. primo Præside Harlæo, 14. Augusti 1564. Choppinus *de priuil. rust. lib.* 3. *tit.* 3 *cap* 9. Maynardus nihilominus in contraria sententia est *lib.* 4. *quæstio* 4. *cap.* 23. & Arrestum pro sententia Parlamenti Tholosani refert, de 15. Decem. 1592 I.C.

Nepotes venientes ad successionẽ ipsorũ aui tenẽtur cõferre id quod pater ipsorũ habet, etsi ipsius heredes nõ sint

XVIII.

Vltima Decembris, anno 1557. in Parlamento Parisiensi Arrestum datum fuit, quo dictum & iudicatum fuit, inter alia complurima prædicto Arresto comprehensa, quod solenniter pronuntiatum, renuntiationem generalem successioni paternæ, maternæ, fraternæ vel alterius renuntianti deferendæ nihil valere, nisi is, de cuius successione agitur, adhuc superstes in id consenserit. Eaque dispositio est Iustiniani Imperatoris in *l. final. C. de pactis*, qui præterea ait, vltra prædictum consensum & voluntatem necesse esse, vt in ea vsque ad extremũ vitæ suæ spatium perseueret. Credo, si iusiurandum præstetur, & dispositio fiat alterius commodo, excluso renuntiante, ei necessario stari oportere. Alias ei, cuius successioni renuntiatum fuit, permittitur, reuocare renuntiantem ad successionem suam, prout ei videbitur, quod infra plenius declarabitur. Ac quoniam hæc materia frequenti vsu tractatur magis, quam alia quæcunque, supradictis quoque Arrestis confuse dictum fuit: iuxta ea quæ Arresta data continuerunt, videtur Lectorem melius instrui posse ad eam inueniendam & legendam in loco quodam constitutam, quo eam repræsentabo summaria descriptione, propositis duodecim casibus, qui sequuntur.

Renuntiatio successioni viuẽtis nõ valet, nisi cõsentiat.

¶ *Primus* est, quod si pater elocet & dotet filiam suam, vel appanagiet filium suum superstes adhuc, neque eos renuntiare curet, neque dicat in dotis dictione vel appanagio, id pro omnibus iuribus legitimæ successionis patris & pro supplemento quocunque fieri, prædicti filius vel filia non desinent esse & permanere in ordine propriorum liberorum primi gradus & necessariorum heredum, paterque eos instituere vel exheredare testamento suo tenetur: alioquin iis præteritis, testamentum nullum erit, *l. inter cætera.* 30. *l. si filius.* 7. & *l. cum apud hostes ff. de liber & postu. hered. institu.* Pater eos testamento suo in dote vel appanagio, quod iis dederat, instituere iisque mandare potest, vt eo vice suæ legitimæ cõtenti sint. Bene faciet, si nouerit, eos legitime appanagiatos nõ esse, si suppleat aliquo modo dotem & appanagium vsque ad modum legitimæ: nisi quippe id faciat, & in eo tantum, quod inter viuos donatum & constitutum erat, instituat, si id pro legitima non sufficiat ii admittentur & aduersus heredem supplementum impetrabunt, *l. omni modo, in pr. C. de inoff. testam.* Appanagium vero & dotem, quæ respectiue acceperint, imputare tenebuntur, *l. quoniam nouit. § t.*

¶ *Secundus* est, quod si pater intestatus moriatur, filius vel filia, qui appanagiati & dotati fuerint respectiue à prædicto patre superstite, citra renuntiationem, vt in casu supradicto, æqualiter cum fratribus & sororibus prædicto patri suo successuros, collatione facta eius, quod ex appanagio suo acceperint vel minus accepto & prænumerato, *l. vt liberis, & l. dotis. C. de collatio.* Nonnulli in hac sententia fuerunt fructus ab iis ex huiusmodi appanagiis ita collatione obnoxiis perceptos conferri oportere: verum contrarium obtinuit, prout plene dictum fuit in *Arresto 7. tit. de collatione inter heredes ab intestato.* ¶ *Tertius*, si huiusmodi filius vel filia ita appanagiati & dotati, successioni patris sui renuntiarunt, succedere nõ potuerunt, neque arguere testamentum prædicti patris inofficiositatis vel nullitatis, quo heredes instituti non fuerint, vel plane neglecti & præteriti: prædictus quippe pater eos instituere vel nominare testamento suo non tenetur, prout tenet Guido Papa *qu.* 192. *num.* 3. Verum cum successioni renunciarunt, ei plenam libertatem reliquerunt disponendi pro lubitu suo, de quo postea conqueri non possunt, quacunque tandem ratione, siue liberi alii extent, siue non.

* ¶ *Quartus* est, si pater intestatus moriatur, liberi qui renuntiarunt, ad prædicti patris successionem cui renuntiarunt, quocunque tandem modo, venire non possunt, si alii liberi capaces succedendi extẽt, quique succedent, exclusis, qui renuntiarunt, qui exclusi permanere debent & renuntiationi suæ stare, inprimis quando iureiurando confirmata est: prout omnes notarunt ad *cap. quamuis pactum. de pact. lib.* 6. Ea hanc ad rem notanda sunt verba Pauli iurisconsulti, *in l. confiscantur* 8 *in pr. ff. de codicill.* prædictum scilicet patrem, cum proprios liberos suos hereditati suæ renuntiare curauit, intestatum postea mori voluisse, eam aliis proximis cognatis suis relinquendo, non vero liberis: hisce verbis d. l. § 1. *quoniam creditur paterfamilias sponte sua his relinquere legitimã hereditatẽ.* &c.

Filia, quæ renuntiauit, patri suo intestato mortuo nõ succedit cũ reliquis fratribus & sororibus suis.

Filia dotata, & quæ renun.

¶ *Quintus*

Filia à patre suo si ne liberis intestato mortuo, non succedit.

§ *Quintus* est, si liberi patre mortuo superstites nulli sint, præter eos, qui renuntiarunt, ii propterea & ob expressam suam renuntiationem, vel clausulam supradictam, quod pater ipsorum dotem dixit loco omnium iurium paternorum, &c. excludendi sunt à successione prædicti patris sui, cui renuntiarunt, reliqui vero cognati & consanguinei, veluti fratres, patrui, agnati, nepotes & proximiores in successione defuncti patris præferendi sunt, per verba supra posita *d. l. Conficiuntur. in pr.* Eaque sententia fuit defuncti domini Præsidis Guillonii celeberrimi viri in Prouincia: quæ iure scripto vtitur, & primo in Parlamento Delphinatus: qui dicebat, prout expresse & diserte refert supra memoratus Guido Papa *in d. quæst.* 192. si prædicti consanguinei & cognati proximi deficerent, liberos, qui renuntiarunt, admitti, & fiscum, vxorem vel maritum exclusuros: ac præterea non plane à verbis & gradibus Edicti successorii exclusos.

Filia dotata, & quæ renuntiauit, succedit ab intestato patri suo, deficientibus aliis liberis, si legitimam successionem sibi reseruauit.

§ *Sextus* est, si prædicti liberi in renuntiatione sua expresse legitimam successionem sibi reseruauerint, id temeratus instat est ad legitimam successionem, id est, ab intestato, verum, si alii liberi, præter eos qui renuntiarunt, succedendi capaces extent, prædictis qui renuntiarunt, præferentur. Eaque declaratio fuit prædicti Præsidis

Legitima successio reseruata quid valeat.

§ *Septimus* est, si plurium liberorum pater, omnibus appanagiatis, nonnullos renuntiare curauit, reliquos vero non, siue prædicta legitima successione reseruata siue non, & intestatus moriatur, ii qui renuntiarunt, exclusi permanent, qui vero non renuntiarunt, in solidum succedunt, quos vt supra dictum est, creditur paterfamilias voluisse succedere, non alios, quos ipse exclusit, per *d. l. conficiuntur.*

Ex pluribus liberis appanagiatis, ii qui renuntiarunt, excluduntur, ii vero qui non renuntiarunt, ab intestato succedunt.

§ *Octauus* est, quod pater testamento liberos, qui renuntiauerint reuocare, eosque idoneos reddere possit, non obstante ipsorum renuntiatione *tot. tit. Cod. & ff. de collatio.* Ad hunc casum notandum est *Arrestum 20. de legitimis successoribus*, infra insuper notandum est, cum pater liberos, qui successioni ipsius renuntiarunt, reuocat, eosque testamento instituit, conferre coaci debere, quod à patre suo superstite acceperunt, & ob cuius rationem renuntiarunt. Idque intelligitur, quando hæredes vniuersales cum aliis ipsorum fratribus & sororibus instituuntur, per Auth. *ex testamento. C. de collat.* & per ea quæ prolixe notantur in *Arresto 7. tit. de collatione inter heredes ab intestato.* Verum si nudi legatarii sint, ad id non tenentur, nisi propter supplementum legitimæ suæ id legatum iis relictum fuisset, postea vero eo contenti esse nolint, & ad exactam computationem prædictarum legitimarum venire: hoc casu quippe vt suas legitimas consequi possent, conferre vel imputare in legitimam debebunt id, quod à patre viuo consecuti fuerunt cuius causa renuntiarunt. De his omnibus notandum est prædictum *Arrestum 7. titul. de collatio inter heredes ab intestato*, infra. His addatur, patrem hac reuocatione expresse prædictam collationem prohibere posse: verum hoc casu necesse est, vt id expresse fiat prout *in pr. d. Arr. 7.* continetur.

Filius vel filia, qui renuntiarūt, reuocati possunt ad successionem patris, si velint, verum eos conferre oportet, nisi collatio prohibita fuerit.

§ *Nonus* est, filium vel filiam, qui successioni patris sui renuntiarunt, qui eos elocauit & appanagiauit, valide successionibus, matris, fratrum & sororum superstitum renuntiare non potuisse, nisi huic renuntiationi, prædicta mater, frater & sorores adstiterint & consenserint. Quinimo hoc etiam facto hic consensus liber permanere debet, & adeo liber, vt ad efficacem eum reddendum necesse sit, vt vsque ad mortem continuatus fuerit: huiusmodi enim consentientes, eo non obstante, renuntiantes ad successionem suam reuocare possunt. Eaque expressa constitutio est Imperatoris Iustiniani in *l. de quæstion. C. de pact.* prout *in pr. h. cap.* supra præmisimus.

Renuntiatio successioni alterius nulla est, si is nō consenserit & nihilominus ad huc is mutare voluntatem potest.

§ *Decimus* est, si prædicti filius vel filia dotati & appanagiati à patre, successioni matris, vel quorundam fratrum iam delatæ renuntiatione, libere aduersus hanc renuntiationem venire possunt: hoc quippe casu pater cogitare debuit, suarum scil. partium esse dotare filias & elocare liberos suos de suo, si modo habeat, vnde id facere possit, non vero ex bonis liberorum, nonnisi in casum paupertatis & indigentiæ suæ. Igitur eos renuntiare curans, decipit & dolo vtitur, aduersus quem disposito iuris de remedio prædictis liberis prospexit, prout notatur ad *l. si superstite. C. de dolo.* nisi tamen eam constitutionem sufficientem esse dici posset, pro omnibus prædictis successionibus, patris, matris, fratrum & sororum, quibus à liberis patri constituenti renuntiatum fuit.

Filia à patre dotata & renuntians hereditati matris iam delatæ decipitur, si dos pro duobus competens non sit.

§ *Vndecimus* casus est, prædictos patri renuntiantes sub constitutione proxime ad legitimam accedente, præsentium paternorum bonorum ratione habita, de prædicta renuntiatione conqueri non possunt, neque pariter dicere, post constitutionem prædictā prædicta bona patris aucta fuisse: ex huiusmodi enim augmento ipsis nihil debetur, quoniam vice versa neque pater, bonis diminutis, id, quod nimium constituisset, repetere posset, prout plene in primis & aliis Arrestis supra notatum fuit.

Filia dotata, quæ renuntiauit patri ad successionem restitutionis beneficio redire non potest.

§ *Duodecimus* est, præsupposito, patrem teneri, dotare & elocare filiam, & ad id officio Iudicis cogi posse, qui pro modo facultatum dotē æstimabit, vt expresse dicitur *in l. fi. C. de dot. promiss. & l. qui lib. ff. de rit. nuptiar.* itemq; ex omnibus rationibus prædictis ad repellendam filiā à patre dotatam, ne aduersus renuntiationem suam veniat, eam solam considetatione dignam, quod præsumtio sit, patrem magis quam quisquam Iudex posset, ius & æquum filiæ suæ tribuere voluisse, & quod volūtas ipsius bona & optime ipse animatus sit, ab eoque hanc rationem sumi debere, velut de eo, qui filiam suam, creaturam suam & sanguinem suum amet. Nihilominus huiusmodi præsumtio excludi recte potest, probatione contraria doli patris, qui filiam suam pro exigua dote renuntiare curauit, neque eam iuxta qualitatem facultatum suarum elocauit, ex qua ratione, cum debitor sit, vt supra dictum fuit, se detrimento filiæ suæ à modico dato liberare nō potuit, quæ aduersus prædictam dotem in integrum restitui debet, *d. l. si superstite. C. de dol.* nominatim habita ratione facultatū patris tēpore dictæ dotis & renūtiationis, nō attento eo, quod postea auctæ fuerunt: itemq; enormem & notabilem deceptionem esse oportet.

Filia quando & quomodo restitui possit aduersus renuntiationem patri factam.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum IV.

I.

§ RENVNTIATIO patri facta à filia futuræ successioni valet, si solenni iudicio confirmetur, *cap. quamuis pactū. de pact. in 6.* nec dari solet pro huiusmodi renuntiatione restitutio. Arrestū anni 1531. maxime si quid acceperit loco legitimę. Et ita repręsentatum fuit ab Adūocato Regio Mennilió, 2. Iulii 1565. in causa cuiusdam Dominicellæ Pictauiensis, pro qua perorabat Danesius. Attamen videtur, filiam gratiam iurisiurandi impetrantem, simul & rescriptum Principis restitui posse. Renuntiatio sub conditione & protestatione reuertendi ad legitimam, in casum euictæ rei legatæ; fieri posse. Arrestum, 10. Iulii 1564

Filia, quæ futuræ patris successioni renūtiauit, quomodo restitui possit.

Renuntiatio fieri potest sub cōditione & protestatione de reuertendo ad legitimam in casum euictionis.

II.

Septima Iunii 1585. inter Arresta generalia pronūtiata

Filia à rescripto ad supplementum legitimæ depulsa, quamuis pater locuples fuisset.

tiata à D. Præside Guesseo iudicatum fuit aduersus Stephanam Henricam Lugdunensem, actricem ex rescripto supplementum legitimæ petētem, non obstante renuntiatione ab eo longo tempore ante facta, attento quod pater diues 50000. coronatorum decesserat, ex quibus nonnisi in dotem 5400. libras acceperat; & in eo prædicta actrix repulsam tulit, inspecto temporis lapsu & prædicta renuntiatione, nominatim quoniam in prouincia iuris scripti res erat, in qua pater disponere libere poterat. E.

III.

Doarium adiudicatum matri, deducta liberorum legitima; qui vnde se alant, non habent.

Quando liberi non habent, vnde se alere possint, Curia matri doarium suum adiudicat, detracta liberorum legitima, prout iudicatum fuit 4 Iunii 1585. perorante Gillotio.

IV.

Filia renuntians &c. ab Emphyteusi excluditur.

Filia elocata bonis paternis renuntians, à fundo in emphyteusin à patre suo dato excluditur. Arresto Parisiensi, 18. Aprilis 1576. Caroudas *libro. 4. respons. cap.* 17. E contra vxor communioni renuntians a fundo in Emphyteusin marito ipsius & sibi dato non excluditur. Arresto quod allegat idem Carōdas *libr. 3. Responsor. cap.* 56

V.

Hoc verbum: *maioris ætatis* in filiabus accipi de nuptiis renuntiatis contractis non denubilitate. & emendatio styli abusiui Pictauiensis.

Dominus Moruillerius Consiliarius secretioris Regii Consilii, in Audientia præsens fuit, cum in ipsius honorem, causa quædam agitata fuit pro Francisco Burello, Scutifero Domino Spinæo, tam suo nomine, quam patris & legitimi administratoris Ludouici Burelli filii sui, & defunctæ Renatæ Bouhetiæ vxoris ipsius appellatæ: aduersus Ioānam Tabernariam appellatā à Senechallo Pictauiensi vel Locumtenente ipsius Fontenæo Comite, prō qua perorabat D. Barnabas Brisonius: Species facti hæc erat. Prædicta Tabernaria ex primo matrimonio suo susceptis prædicta Renata, Francisca & Dionysio Bouhetiis minoribus, ad secundas nuptias conuolauit, & secūdus ipsius maritus & ipsa tutores & curatores horum liberorum fuerunt: aliquo tempore post prædictam Renatam Bouhetiam prædicto Domino Spinæo elocant, cui inter alias conuentiones, prædicta Tabernaria in fauorem matrimonii, & sub hypotheca omnium bonorū suorum promisit, se ei frui licere partibus & portionibus hereditariis ad reliquos duos liberos spectantibus, Franciscam & Dionysium Bouhetios, vsque quo ad maiorem ætatem peruenissent, curaturā: ex sua vero parte prædictus Burellus promittit, se prædictam Tabernariā & omnes reliquos ab omni ratione immunes habiturū, quos fructus quasq; rationes postulare potuisset propter prædictam Renatam Bouhetiam futurā suam sponsam. Euenit, vt Francisca Bouhetia tum adhuc minor, postea elocaretur, & maritus ipsius & ipsa intercederent prædicti Spinæi possessioni pro tertia parte sua: quæ causa fuit, quod prædicta Tabernaria socrus ipsius Fontenai litigaret, & concluderet hypothecarie, ad id, vt sibi possessionē & bona derelinqueret paris valoris, cuius erant partes & portiones prædictæ Franciscæ, vt iis frueretur vsque ad tempus pactis dotalibus præfinitum, hoc est, vsque ad maiorem ætatem prædictæ Franciscæ, nisi prædicta Tabernaria impedimentum ei à prædicta Francisca & Noironio marito ipsius obiectum cessare curare mallet. Rea declinatoriam fori præscriptionem opponebat & se ad iudicem suum Iardium constitutum remitti postulabat. Actor ei intercedebat, dicens, actionem principalem, quam intentauerat, realem esse, & ex communi Consuetudine obseruata omni tempore in prouincia Pictauiensi, Iudices & Officiarios Dominorum merum imperium habentium, de actionibus realibus cognoscere non posse, nisi res in ipsorum districtu & iurisdictione sitæ essent: & varo Iudex Fontenæus super eo se fundans, cognitionem sibi asserit, à quo rea appellauit: & in causa appellationis appellatus libellum obtulit ad id, vt appellans super conclusionibus suis in principali lite exciperet, aut ad minimum, quantum ad prouisionem attinet, eo quod in contractu fundatus esset. Brissonius, quantum ad appellationem spectat, repræsentauit eam subtilitatem esse, quæ plerumque in Pictauiensi Prouincia vsurparetur, ad subditos extra iurisdictionem ipsorum trahendos: & quamuis actio principalis, quam intendant, personalis sit ex contractu procedens, & hypothecaria, si ea apposita fuerit, nonnisi illius accessoria sit: attamen eos hypothecariam primo intēdere & subordinare personalem, vt Iudex subalternus, qui alias de omni causa cognoscere posset, si actio personalis primo intentata fuisset (nam qui Iudex principalis litis est, is etiam Iudex accessoriæ est) cogatur à tota cognitione abstinere, quando res, pro quibus hypothecaria agitur, intra limites Iurisdictionis suæ sitæ non sint. Tum quippe è contra, personali accessoria facta, certe de ea cognoscere eū non posse, quoniam in principali incompetens est, arg. *l. si quando. ff de aur. arg. & tot. titulo. C. de ordi. iudicior & de ord. cognitio.* Quod si duæ actiones aduersus diuersas personas intenderentur, adeo vt vna earum nonnisi personaliter moueretur, altera tanquam possessor & detentor, eas recte diuidi & separatim intentari posse, cū vna alterius accessoria vel pedissequus minime sit. Verum quando eæ in vnam & eandem personam concurrunt, veluti rescindens & rescissorium in eo qui cōtraxerit, tum quia diuidi non possint, personalis primum locum obtinet, & quia dignior & quia antecedit, & quia causa & occasio est totius negotii atque συναλλάγματος, §. *vlt. l. de I. N. G. & C.* ac propterea dicebat, male iudicatum fuisse. Quantum ad appellantis postulationem, qua, vt per prouisionem cōtractus ipsius approbaretur, postulabat (& in qua disputatione fuit splendor atque iudicii auctoritas) dicebat, tēpus venisse, puta, maiorem ætatem prædictæ Franciscæ Bouhetiæ, mediante eius matrimonio, prædictam Tabernariam matrem ipsius non amplius teneri, vt curet frui licere prædicto Burello genero suo, partibus & portionibus prædictæ Franciscæ, vel in eius defectum, alios ei fundos tradere. Hæc verba: *cum ad maiorem ætatem peruenerit.* intelligi per expressum textū Iurisconsultorum, hoc est, *cum filia nupserit. l. si filiafamilias* § 1. *ff. de legat.* 3. hanc interpretationem in fauorem nuptiarum fieri, quę in tantum in omnibus liberis "nostris & ab omnibus autoribus Politicis * commendantur: vt ex Consuetudine Pictauiensi, imo generaliter totius Franciæ, vir & vxor coniuges maiores habeantur & suis iuribus vtantur: consequenter hoc verbum *maior ætas*, intelligendum esse iuxta leges & Consuetudinem, sub qua partes contraxerant, Bartol. *in l. omnes populi. ff de iustit. & iure.* Præterea id de quo prædictis pactis dotalibus conuentum erat, appellatum videlicet & vxorem ipsius inter alia fruituros partibus & portionibus prædictæ Franciscæ, pari modo ac prædicta Tabernaria & maritus ipsius iis fruebantur, euidenter demonstrare, intentionem partium aliam non fuisse, eo quod appellans & ipsius secūdus maritus nō fruerentur, nisi

" *l. Filia, ff. de r. o. l. 2. ff de iur. dot.*

* *Plat. Arist. Plu ta. passim.*

tanquam

tanquam tutores & fruit'ò ipſorum finita tutela finiretur: Conſequenter pari conditione eam finiri debuiſſe in perſona prędicti Burelli, ad quem appellans plus iuris transferre non potuit, quam ea habebat, *l. traditio 20. ff de acquirend. rerum dom.* At prædicta Franciſca matrimonio poteſtatem tutoris & curatoris egreſſa fuerat: & ex his rationibus dicebat, appellatum non tantum, quoad prouiſionem, verum etiam quoad principalem litem attinet, male fundari. Curiam rogans, litem euocaret, & ſuper ea ius diceret: quibus concluſionibus adhæſit Dnm. Aduocatus Regius Menilius, poſteaquam docte de ſanore matrimoniorum diſſeruiſſet, itemque de ætate, quam Græci, Romani, Philoſophi ad id requirebant, & qua de cauſa minorem ætatem in muliere, quam in maſculo deſideraſſent: aſſerens, quod ſi reſpectu prædictæ Franciſcæ huiuſmodi conditiones maioris ætatis, de ætate 25. annorum intelligerentur, eas tanquam inhoneſtas & publicæ vtilitati aduerſas reiiciendas, *l. quoties. ff. de condition. & demonſtraton.* vtpote inducentes prohibitionem vel impedimentum, ne fœmina, quæ 25. annos nondum exceſſiſſet, nuberet: quis enim is eſt, qui eam ambiret, quamdiu alius ipſius bonis frueretur? At quantum ad appellationem, nó adeo fortiter inſiſtebam, quin male iudicatum fuiſſet, bene ſciens, quoniam Curia hunc peculiarem honorem Aduocatis corporis ſui tribuit, vt eos primos Iudices ſententiarum, de quibus cognoſcendis ea ius habet, & Rex (quod maius eſt) eos appellet Conſiliarios ſuos in ordine Curiæ Parlamenti: ſciens, inquam, iudicium hoc approbari non poſſe. Verum quantum ad principalem litem attinet, primo dicebam, etſi hoc verbum, *maior ætas*, quodam modo ambiguum eſſet, interpretationem eius potius in fauorem prædicti Domini Spinæi, quam prædictæ Tabernariæ factus ipſius faciendam, eo quod promiſſio ei de fruitione partium & portionum prædictæ Franciſcæ, quamdiu ea minor foret, facta fuerat, ob cauſam oneroſam duplicem: Vnam, contractum matrimonium, & ex hac occaſiona in hoc ſolo contractu apponebatur hæc clauſula: *quod æquius melius*, Cicero *lib. 1. de Offic. l. penul tima. §. vlt. ff ſolut. matrimon.* Alteram, hanc promiſſionem ideo factam, quod prædictus Burellus pro ſua parte prædictam Tabernariam immunem & liberam pronunciaue at ab omni rationum redditione, & fructuum reſtitutione. Præterea hoc conſiderandum eſſe, matrem ad ſecundas nuptias conuolaſſe, quæ nunquam tantum commodi liberis primi thori attuliſſe præſumeretur, quam certum eſt, eam incommodi plurimum intuliſſe, eis ſuperinducendo vitricum: igitur & multo magis tutius eſſe à verbis non recedere, *l. illud aut illud. ff. de legat. 3.* Verum eſſe, hæc verba: *Cum in tutelam ſuam venerit, cum in ſuam poteſtatem, cum ſui iuris ſ erit factus, cum ad pubertatem peruenerit, cum ſua, iuſta, matura legitima ætatis factus erit, vel cum adoleuerit*, iuxta coniecturas, diuerſas interpretationes ſortiri poſſe, iam ea accipiendo pro ætate pubertatis, mox pro ætate viginti annorum, & nonnunquam pro tempore nuptiarum, præcipue in filia, *l. cum filiofamilias. & dicta l. ſi filiafa. illas. ff. de legat. tertio.* Omnes quippe hæ loquendi formulæ nouitia propriæ ſunt, vt non diuerſas interpretationes pati poſſint. Verum quantum ad hoc verbum, *maior ætatis*, ſimpliciter appoſitum, nullum rex umeſſe, qui diceret, id alio modo accipi poſſe, neq; pro alia ætate, quam pro ætate 25. annorum, ſed contrarium abſque difficultate eſſe, & perpetuo pro ea ætate accipi, quæ reſtitutione caret, *l. vlt.* & ibi nota. *ff. de condit. & demonſtr. C. ſi minor maior fact.* Multo maiore ratione, id quod ſcripta, verum eſſe, quod ſi ſcilicet hæc verba: *ſi maior factus*, in contractu expreſſe poſita non fuiſſent, verum hęc: *cum ad legitimum ſtatum perueneris*, Imperator Alexander *in l. ex his verbis. C. quand. dies leg. vel fideic.* præciſe ſcribit, id accipiendum pro ætate 25. annorum tantum, attamen in ſpecie *d. l. ex his verbis* filia inducebatur, æque ac hic, nihilominus Imperator prædictus decreuit, legatum filiæ à patre relictum, cuius petitio in hoc tempus ætatis data eſt, ſoluendum eſſe tempore, non quo filia vixiſſet, ad pubertatem perueniſſet, aut quo nupſiſſet, aut quo adoleuiſſet: ſed tum demum, cum ad vigeſimum annum ætatis perueniſſet, imo vero etiã impleſſet. Nam hoc verbum, *Status*, neſcio quid amplius infert, quam ſi duntaxat pater dixiſſet, *cum ad legitimum annum peruenerit*, quia tum, cum 25. annum attigimus, primũ ætas hominum cõſiſtit. Quantũ vero ad hoc, quod Conſuetudines nos prò maioribus per matrimonium habent, id fieri eo, vt iuribus noſtris vti, omneſque actus maioris peragere poſſimus: non vero vt reuera maiores ſimus, ac propterea magis beneficio minoris ætatis vti non poſſimus: hanc maiorem ætatem legitimam, fictam & ſimulatam in conſiderationem non venire, quando in negotiis & contractib hominum maioris ætatis mentio fit, Imperatorem Iuſtinianum generalem legem à toto Senatu approbatam, ad quem ſcripſerat, his verbis vtens: In omnibus contractibus, teſtamentis, ſubſtitutionibus, reſtitutionibus, vbi legitimæ ætatis facta erat mentio, eam ætatem intellectam eſſe videri volumus, quæ viginti annorum curriculis compleutr, non quæ ab Imperiali reſcripto ſuppletur, *l. vltima. C. de his qui veniam ætat. impetrau.* Breuiter, quando per matrimonium vere maiores facti eſſemus, id proprie in maſculis intelligi poſſe. Nam quantum ad fœminas, tantum abeſſe, vt cura exeant, & iuribus ſuis vti incipiant, vt potius è contrario in tutelam, poteſtatem & authoritatem ſuorum maritorum regrediantur. Cæterum appellantem non impedire, quo minus Franciſca & maritus ipſius, ſuis portionibus fruantur, & cauſam contractus ipſius ad nihil aliud minus tendere, quam ad inuertendum matrimonium & commodum prædictæ Franciſcæ. Nam pactionem conuentam à prædicta Tabernaria matre ipſius, ei iura ipſi competentia adimere non poſſe: verum tota res hæc erat, vt quemadmodum prædicta Tabernaria rem alterius recte vendere poterat, & huiuſmodi obligatio ſuccedit ad id, quod intereſt: ita quoque quoniam promiſerat ſe curaturam, frui licere appellato re quadam in eum diem, quo fieri poterat, nominatim, quod ea amplius non fruatur, tum; promiſſione non impleta, eam in damna & intereſſe prædicti Burelli teneri, hoc eſt, curare, vt compenſationis loco ex aliis fundis fruatur, atque hæc verba: *frui licere, vti nobis licet*, non id velle, quamdiu tutela durauerit: nam alteram hanc clauſulam, *vſquequo ad maiorem ætatem peruenerint*, adponi neceſſe non fuiſſet, verum per ea verba demonſtratum, appellatum nonniſi vſusfructus titulo fruiturum, neq; ad eum proprietatem ſpectaturam, non magis quam ad appellantem & maritum ipſius: & quamuis ita ſit, vt tutela poſtridie nuptiarum prædicti Burelli finiri potuiſſet ex aliis pluribus rationibus, quam ob maiorem ætatem liberorum minorum, attamen de eo expreſſe conuentum fuiſſe, prædictum videlicet Burellum fruiturum, vſquequo prædicti duo reliqui liberi ad maiorem ætatem perueniſſent.

CVRIA, 19. Iunii 1565. D. Thuano primo Præſide ſedẽte, dixit, quantum ad appellationem, male iudicatum fuiſſe, & emendata ſententia partes ad Iudi-

cem

cem lardü remisit, decreuit, Arrestum in Sedibus Pictauiensibus publicandum, vt intelligant, hypothecariam accessionem esse personalis: quantum vero ad libellum, euocato principali, appellantem à conclusionibus appellati, citra expensas, attenta partium qualitate, absoluit.

Desumptum *ex petrationibus* D. Ærodii. I. C.

VI.

Filiæ, quæ renuntiarunt successioni patris & matris, dote contentæ, verum ad minimam ad supplementum legitimæ redire possunt.

In hoc titulo complurima capita sunt, in quibus hæc controuersia satis cōfuse tractatur. Ego hic summarium eius conficiam, quod in futurum legis instar erit, veluti desumptum ex Arrestis generalibus, quibus iudicatum fuit inter Nobilea, filias nobiles, quæ renunciarunt successioni paternæ vel maternæ, tam iam delatæ, quam deferendæ, dote contentas, in fauorem hæredum masculorum, amplius huiusmodi renunciationibus contrauenire non posse, etiamsi legitimam suam consequutæ non fuerint: idq; ita obseruari in fauorem Nobilium, ad conseruandum nomen & insignia domorum, quarum masculi fulcra sunt, munimenta & columnæ, in quorum fortitudine & firmitate fulcrum florentissimi huius status consistit, qui tam in capite suo quam in membris adeo diu nonnisi per hanc masculam primogenituram subsistit, vt maiora iis media suppeterent

Laus Nobilitatis Frāciæ.

seruiendi Regi: hostibus Regni sese opponendi & resistendi, vt recenset Cæsar *libro 6. de bello Gallico*. Ea de re Arresta extant, quæ data pro Dominis Curtalitio & Vrsinu aduersus ipsorum sorores, anno 1546. quæ refert Molinæus *consil.* 55. Domus d'Estoges, 26. Iunii 1567. quod *in quæstione mea* 22. extat. Arrestum domus des Rambouillets, aduersus dominū Thuarsum, descendentem ex filia quadam, 29 Martii 1575. quod *in mea* 24. *quæstio* extat. Et respectu ignobilium, ad conseruandas ipsorum domus, ad obuiandum diuisioni & sectioni earum, & ob incertum bonorum paternorum & maternorum euentum, qui parentes æque cito ad pauperiem redigi, quam locupletes fieri poterant, & filiæ certum quid haberent, contra fortunæ incertitudinem securæ & tutæ, ita iudicatum fuit, nominatim pro supplemento legitimę, Arresto, quod solenniter pronunciatum a D. Præside Thuano, inter Hugonem Theuenæum prope Natalem, 22. Decembris 1576. qui post pronunciationem declarauit, filiam, quę successionibus parentū superstitum renunciasset, propter summam quandam, iuxta formam præscriptam *d. cap. quamuis*, perpetuo à prædictis successionibus exclusam esse, siue inter Nobiles, ignobiles, in Prouincia Consuetudinaria, vel quæ iure scripto vtitur, quamuis ea minor & læsa fuisset, neque legitimam suam accepisset, nisi consuetudo in contrarium esset.

Nou

Vide Charond. *lib. 4. cap.* 35. 28 98. *lib. 7. cap.* 20. 28. 36. Maynardum *lib. 4. cap.* 19. 20. 21. 22. I. C.

VII.

Si renunciationes filiarum nuptarum successionibus parentum inter Nobiles fiant, neque speciatim exprimatur, in cuius fauorem, iura, quæ renunciantibus competebant, accrescunt omnibus ipsarum fratribus & sororibus, non vero natu maiori tantum. Ita iudicatum fuit ad relationem D. Iordanii, 7. Septembris 1599. in Camera Edicti, inter Radegundum Frenellum, & Dominam de Vaux, & alios. I. C.

Quibus li[illegible]

LIBER DECIMVS-SEPTIMVS.

TITVLVS PRIMVS, DE EMENDATIONE ERRORIS.

ARRESTVM PRIMVM.

Error Notarii vel omissio quomodo emendetur.

Si Notarius in data errauerit, vel aliud quid per errorem in expeditione sua admisit & inseruit, pars pro quo instrumentum facit, aduersus Notarium (iis, quorum interest, prius auditis) emendationem erroris postulare potest: prout notatur *in l. si quis ium aliter ff. de verb. oblig. & in l. si ad te. C de fals. & in l. nec ignorans. C de non numer. pecun & l. fin. C. arbitr. tut.* Et iudex decernere debet, vt error emendetur, postquam duos testes instrumentarios and ierit, etiamsi decem aut duodecim fuissent: nisi pars contrarium probare & asserere vellet, vt tenet Bartolus *in l. errore. C. de testament.* & Speculator *in titul. de instrument. edi. §. instrumentorum. versicul. secundo nunquid profecto.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 2. Augusti 1457. inter Ioannem Mirebelium, & Mariam nepotem ipsius.

II.

Variatio in iudicio nō permittitur.

Si pars vna articulum proposuit alterius partia intentioni inseruientem, quæ generaliter per *non* respondet, prædicta pars negās prædictum articulum, quo ad suam intētionem vtatur, reassumere non potest. Eaque sententia est Bartoli *in l. post legatum ff. quibus vt indignus* nisi errorem alleget, eumque subito per retractationem vel rescriptum reparari faciat: vt ait Archidux *in cap. 1. de confess. in 6.* per text. *in l. 1. C de error. Aduocat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mense Martio 1548.

III.

Error verborum in sententia vitium est, & per appellationē emēdatur.

In sententia error vitium sufficiens ad infirmandam sententiam in solidum est, veluti si loco eius, quod reus causa sua cadens in expēsas condemnandus sit, per errorem actoris nomen concipiatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiēsi die quodam Lunæ, 27. Februarii 1519. quo dictum fuit, à Præfecto Parisiensi male iudicatum fuisse, qui sententia sua quendam ad cautelam absoluerat, cum dicere & decernere deberet, eum absoluendum ad cautelam. Etsi hic amanuensis tantum, qui hanc sententiam scripserat, error erat: & quoad reliqua prædicta sententia iusta fuisset: propterea comprobari posset, ne ob errorem adeo euidentem infringeretur, quem quilibet facile cognoscere poterat. Nam nemo est, qui dicere vellet, ad iudicem secularem excommunica-

nicationem pertinere, multo minus vero absolutionem.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum I.

I.

Errorin affirmatione.

PArte iuxta affirmationem ipsius condemnata, in causa appellationis, errorem & insidias allegante ea decerni debet, eam vere affirmaturam, solutis causæ appellationis expensis. Iudicatum aduersus colonum quendam, 17. die Martii inter Generalia 1563.

II.

Notarius, qui hypothecam tacuit, quomodo punitus.

Error Notarii, qui veritatem non declarat, puniri debet, & Notarius Paganus in hypotheca alteri Notario pragmatico postpositus fuit, & in expensas condemnatus: inter Arresta generalia Paschalia 1581.

III.

Iudex sententiam suam mutare non potest.

Iudici bis iudicate, neque sententiam suam mutare licet: definitum compluribus Arrestis, veluti 27. Nouembris 1570. aduersus iudicem, qui multam temperare voluit. Et 9. Maii 1577. aduersus Præfectum Parisiensem, qui contrariam sententiam dederat. Attamen eodem die in altera causa, vbi Præsidiales Siluanectenses decreuerant, vt instrumentum, quo solutio & decisio litis cõprehendebatur, communicaretur parti, quæ alio modo causam suam obtinuerat, a quo appellatum, appellatio in irritũ deducta, & appellans in decem libras mulctæ nomine & in expensas condemnatus fuit.

TITVL. II. DE REBVS dubiis.

Vide Nicolai Vallæ *tractat. de rebus dubiis.*

ARRESTVM I.

Diuisio rei litigiosæ in magna controuersia.
*Iudicium rusticorũ.

IN Maiore Camera Inquisitionum Arresto obseruata fuit sententia Bartoli *in l. si duo ff vti possidet.* (quam plerique * *iudicium rusticorum* vocant,) puta, quando concurrentia & conflictus probationum est, quæ ex vtraque parte similes reperiuntur: omnibus circumstantiis & qualitatibus testium, instrumentorum & documentorum perpensis, rem contentiosam in duo diuidendam, & singulis partibus medietatem eius partem pro indiuiso adiudicandam. Et ita iudicatum fuit die Veneris, 14. Martii 1533. ad relationem D. Mommitalu, pro septem arpennibus terræ, quam vna partium dicebat esse ex feudo Perruchiensi, altera ex feudo Merentensi. Pro hoc videl *& Tiberius Cæsar. ff de hered. instit.* Panormitanum *in cap. licet causa in penult. col de probationib.* Bartolum *in l. Præses circa pr. Cod. de sent. & interlocutio. omn. iudic.* Hanc ad rem graue iudicium Salomonis fuit, *3. Reg. lib. cap. 2.* in controuersia illa inter duas mulieres infantem mortuum denegantes, & viuum vindicantes, de qua quoque loquitur *capit. Afferte mihi gladium. de præsumptio.* prudentissimum quoque fuit iudicium Galbæ Imperatoris: nam cum de proprietate iumenti quæreretur, leuibus vtrimque argumentis, & testibus, ideoque difficili coniectura veritatis, ita decreuit, vt ad lacum, vbi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto: atq; ibidem reuelato, eius esset, ad quem sponte se à potu recepisset. Claudius Cæsar Imperator aliam controuersiam degidit inter matrem & filium. Matrem quippe non agnoscentem filium suum, dubia vtrimque argumentorum fide, ad confessionem compulit, indicto matrimonio iuuenis. Suetonius vtrumq; iudicium descripsit in vita prædictorum Imperatorum.

II.

Mentio liberorum in Consuetudine de matrimonio tractante, intelligitur ex quocunq; thoro.

Ob Consuetudinem quorundam locorum, qua donationes mutuæ inter maritum & vxorem, constante ipsorum matrimonio, mobilium & conquisitorum immobilium, validæ sunt, *dummodo nulli liberi extent*, Curia hæsit, puta, vtrum hæc verba *Dummodo nulli liberi extent*, de liberis huius matrimonii tantum intelligerentur? vel vtrum satis sit ad irritandas huiusmodi donationes, si vnus coniugum liberos ex altero præcedente matrimonio habeat? Tandem Arresto Parisiensi iudicatum fuit, quod sic.

III

Periurium manifestũ quod Curiam propter dubiũ tenuit.

Quidam cum expensas obtinuisset, eas super articulo de Sportulis taxari curat & affirmat, eas ĩ nomine se decem coronatos soluisse: & tantundem ei adiudicatur. Longe post, condemnatus breuiculum reperit, quo Dno. Triumuiris Regiis exhibito, non nisi quinque coronatos sportularum nomine in imo scriptos esse monstrat. Is citationem personalem impetrat. Lis in Camera parricidali, Præside D. Mõtholonio super periurio cõtestata fuit. Citatus aduersus taxam breuiculi excipit, se vere iurasse: & quicquid scriptum sit se tot coronatos soluisse. Hoc dubium valde Senatum tenuit. Tandem partes extra Curiam & processum dimissæ fuerunt.

Luc. lib. 11, tit. 16. de fruct. & in rem litemq; imp. Arr. 19. 20.

IV.

Magnum dubium in materia beneficiali, quod Curiam Tholosanam dubiam tenuit.

Curia Tholosana hæsit in lite possessoria Ecclesiæ & beneficii de Rafles, neque vel vnus è dominis maximam illam ambiguitatem, quę deprehensa fuit, definire potuit. Partes erant Regnaldus Tumerius interdicto experiens ab vna parte, & Guido Tresarchius opponens ab altera parte. Tandem Arrestum dederunt, quo non admissibiles declarati fuerunt, puta prædictus Tumerius interdicto experiens & Guido Tresarchius opponens: & sequestrum suo autoritate Regis constitutum fuit, decretumque, vt fructus percepti post interdictum intentatum in vtilitatem Ecclesiæ, de qua agebatur conuerterentur, partesque aliunde, vbi & quomodo viderentur, sibi prospicerent. Ac pendente lite, quam & incipere & peti qui possent, Episcopus ordinarius prædictæ Ecclesiæ idoneum virum regimini & percipiendis illius fructibus præpoponere posset, alium ab vno è prædictis contendentibus, vsque quo à Iudice competente aliter iudicatum fuisset & citra expensas. Hoc Arrestum à summo iure dependet: nominatim ob summum dubium iurium partium: qui possessionem in titulo colorato & euidente fundatam non habebãt, priuatiue ad alterutrius exclusionem. Et ad prædictum Arrestum notanda est doctrina Bartoli *in l. 1. C. de his quib. vt ind.* Hodie id non approbaretur: nam Rex Franciscus primus Constitutione sua, anno 1589 *artic. 57. & 58.* de eo prospexit. Ac quoniam prædicta Constitutio hanc ad rem expressa, optimum fuerit, eius tenorem hic inseri: qui ita habet:

Constitutio de dubiis beneficialibus.

Quoniam antea aliquoties in materiis possessoriis beneficialibus adeo ingens ambiguitas vel obscuritas super iuribus & titulis partium reperta fuit, vt nulla adiudicatio possessionis vni vel alteri partiũ fieri posset, ex qua ratione decerni solebat, vt beneficia sequestrata permanerent, nulla alia sententia vel absolutoria vel condẽnatoria data, super instãtia possessoria, & partes in petitorio ad iudicẽ Ecclesiasticũ remitterentur.

remitterentur. Nos decreuimus & decernimus, imposterum, vbi huiusmodi casus emerserint, absolutoriam sententiam pro reo & possessore dandam, aduersus quem prædicta instantia possessoria intentata fuit: & alteram & alias partes, ab ipsorum petitionibus & oppositionibus respectiue factis, libellis & conclusionibus super eo captis depellendas, neq; ad iudicem Ecclesiasticum super petitorio remittendas, super quo partes sibi prospicient, si ita iis videbitur, & prout necesse fore videbunt: neque eas prædicta remissioni adstringendas.

Lucius *eod. lib. & tit. Art. 3*

V.

Dubietates quomodo expediri possint.

In lite possessoria ab vtraque parte similes probationes, per instrumenta & testes inueniuntur, & omnium rerum, siue quoad dignitatem & numerum testium, siue quoad rationes & causas scientiæ, in ipsorum possessionibus, vt à singulis eorum possessorium in solidum impetretur, concurrentia est. In hoc conflictu Iudex expedire se non potest, quam per expediens extra litem. Super hac controuersia octo opiniones feruntur, quarum nonnullas Accursius ponit *in l. vnica Cod. vti possidetis.* & Glossa *in capit. licet causam. de probation.* Prima, Iudicem, vt se expediat, pronunciare debere, vt possideant, quomodo possederunt, ac decernere, vt singuli eorum fruantur, ne vnus alterum in iure suo & portione turbet, & molestiam ipsi creet. Hæc opinio reprobata fuit, vtpote occasionem præbens per vim possidendi, & ad arma deueniendi: Angelus eam iustam putat. Secunda fuit, sequestrandam rem litigiosam ob periculum armorum, per *l. æquissimum ff. de vsufructu.* Iacob. Butrig. eam secutus est. Tertia fuit, victoriam litis sorti committendam, approbata à prædicta Glossa *in dict. cap. licet causam.* Omnes alii sibi locum excepetunt. Quarta est, Iudicem partibus declarare debere, se de eo non iudicaturum, & in dubio partes relicturum. Speculator *in titul. de petit. & poss. §.... vers. nota.* vt infra dicam. In hac neque ratio neque rationis species inest: Iudex quippe aliquid pronunciare debet. Quinta est Rogerii, iuxta ea, quæ in eodem loco recenset Speculator de lite quadam eo, quo sequitur, modo, puta, potentiorem è duobus contendentibus, niti debere, vt possessionem corporalem intret, & aduersario suo denunciet, vt veniat, si sibi bono iure vti putet, atq; tum, cum alter metuit, se nihil impetrare posse, seque retrahat, eum admittere, per *l. si id quod. ff. de acquir. possess.* Speculator ait, in Francia locum fore Redintegrandæ, eamque sententiam reprobat. Sexta est, vnicuique prædictarum partium adiudicandam dimidiam partem rei litigiosæ: atque hæc magnæ rationis & momenti est, prout tenuit Dynus *in l. Titiæ textores, ff. de legat. 1.* per illum textum: & refert Bononiæ se ita iudicari vidisse. Septima est, absoluendum esse reum, vt ait Albericus de Rosat. *in d. l. Titia textores. argu. cap. in nostra de testibus. & cap. inter dilectos. in fin. de fid. instrum.* Octaua friuola fuit magis, quam quarta, quæ Iudici consulnit; vt partes remitteret, iisque diceret: Ite ad Diabolum: Speculator loco supra citato de ea loquitur *in l. Præses. C. de sent. & interloc. om. iud.* loquitur, inquam, honestius, dicens, eum potius dicere debere: Abite in nomine Domini: vnus vestrum mendax est: nescio vter sit. Cum hæc materia in Parlamento Burdegalensi ventilaretur, sextæ tantum & septimæ opinioni adhæserunt: nam omnes reliquæ nihil quicquam rationis & æquitatis habent. Ex octodecim Consiliariis, qui erant, decem pro absolutione tenuerunt: octo vero ex quib' erat D. Boerius, primus Præses, pro diuisione.

V. tit. 6. de capeinar, Art. 2. lib. 5. supra Gellium *lib. 5. cap. 10. l. qui nondum certus C. de action. vel hered. vend. §.* Lucius. *l. si de certa, C. de transactio. l. 3. de pact. l. entier, de Iudiciis.*

VI.

Idem.

Tertia Martii 1519. inter Fabianum Baudetum interdicto experientem pro possessione Officii Custodiæ Sigillorum Cancellariæ Burdegalensis ab vna parte, Lancellotum du Fan Episcopum Lucronensem opponentem ab altera, ob summam difficultatem prædictæ litis, dictum fuit Arresto Burdegalensi, per prouisionem vtramq; partem fruituram Officio alternis vicibus, & quolibet anno suo durante ipsorum vita, vsque quo aliter decretum foret, iuxta rationem *l. Huiusmodi §. fine. ff de leg. 1.* Et sententiam Bartoli *in l. Lucio. ff. de aq. quot. & æstiua.* Hoc Arestum datum fuit iuxta sententiam Glossæ *in l. Nesennius. ff. de neg. gest.* conforme in iudicio rusticorum, qui omnium dubiarum rerum, antequam prolixe de iis disputent, adiudicationem faciunt vnicuique parti pro parte dimidia. Et ita eam approbat Decius *l. in precibus. C. de impub. & aliis subst.*

Iudicium de ...

Huic conforme est *Arrestum 2. h. t.*

VII.

Idem.

Anno 1520. die 13. Septembris, Curia Burdegalensis decem aut duodecim maximis dubiis occupata, videns diuersitatem sententiarum, quæ omnes speciem rationis & iuris habuerunt, in lite quadam inter illustrem Bertrandum de Sussac, actorem ab vna parte, & illustrem Bertrandum de Lustrac, reum ab altera parte, ratione dominiorum de Gauandun & Puullac, Arrestum dedit, quo dominium de Poullac prædicto actori adiudicauit, dominium vero de Gauandun prædicto reo reliquit, citra fructuum restitutionem, & citra expensas: partesque onerauit, vt communibus impensis Xenodochium trecentarum librarum Turonensium reditus annui fundarent. Iudicium id rusticorum fuit. *l. Nesennius ff. de neg. gest.* & contra *l. quæsitum §. si quis eodem. ff. de fundo instructo & instrument. legat.*

VIII.

Donatio mutua casum superstitis que ad ... vel ... amplius ... quos ... quæ Consuetudine determinatur.

Consuetudo Veromanduorum antiqua donationes mutuas inter maritum & vxorem permittit: noua non item, nisi vsufructu-tenus. Altera antiqua Veromanduorum Cōsuetudine donatio mutua possessionem non tribuit: Consuetudine noua prædicti Balliuiat', donatio mutua possessionē nō tribuit. Sebastianus Lalemantius tēpore Consuetudinis antiquæ, an. 1537. ab vna parte & Antonia Turionia ab altera parte mutuas donationes vnius in alterum superstitem contert, omnium & singulorum ipsorum bonorum mobilium, acquisitorum & conquisitorum immobilium ad eos pertinentium. Postea repetita Consuetudinum prælectione, & tempore prædictæ nouæ Cōsuetudinis anno 1559. hæc donatio effectum suum sortitur in persona Lalemantii per mortem prædictæ Turioniæ. Is interdicto experitur aduersus heredem, qui ei opponit, se saisinatum dicere non posse, sed oportere eum possessionem per manum heredis prædicti accipere, *l. Filiam fratribus. ff ad Trebell.* addit expressam Veromanduorum Consuetudinem, quæ ait, donationem mutuā possessionem non tribuere. Consuetudinem, quæ postea superuenit, qua donatio mutua possessionem tribuit, non attendendam esse, nisi quoad donationes mutuas post eam factas, quia lex futuris dat formam negotiis, non præteritis. Prædictam Cōsuetudinē voluisse, vt superstiti possessio tribueretur, cōfecto inuentario & cautione præstita, id quod factū non fuisset. In principali eum male fundatum, quod se proprietarium diceret, quoniam Consuetudine noua, qua interdicto experiens vti vult, se saisinatum

tum dicens, non permittatur donatio mutua in perpetuum, verum vsufructutenus duntaxat. Præterea, eum prætendere non debere, nisi bona, quæ ad prędictam Turioniam tempore prædictæ mutuæ donationis spectabant, ex eo, quod donatio omnium bonorum comprehendit præsentia, nō futura, quorum mentio si apposita sit, reiicitur. Ad hæc Lalemantius replicabat, Consuetudinem antiquam tēpore prædictæ donationis mutuæ considerandam fuisse pro validitate vel inualiditate contractus, nūc vero prædictam donationem mutuam quoad proprietatem tenere debere, iuxta prædictam Consuetudinem antiquam. Consuetudinem nouam contractum iam perfectum infringere non potuisse. Verum quantum ad quæstionem, vtrum superstes saisinatus sit, Consuetudinem nouam attendendam esse, eo quod prædicta possessio non concernit validitatem aut inualiditatem, verum determinationem quandam inter personas, ac propterea eā sequi oportere in eo, quod post publicationem eius euenit. Inuentariū inutile fuisse futurum, attento quod proprietarius sit. Donationem mutuam tractum temporis in se continere & conferri in tempus mortis, atq; tum effectum suum sortiri incipere, puta, vt satisfiat in eo quod reus donationem ad præsentia restringere vult. Reus dicebat, oportere iudicari iuxta antiquam & nouam Consuetudinem. Arresto Parisiensi, vlt. Maij anno 1560. quo confirmata sententia Libellariorum, Lalemantius in totum & per omnia causam suam obtinuit, & in petitione sua manutentus fuit; reus vero in expensas condemnatus & à præscriptionibus suis depulsus.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum II.

I.

De verbo: *Filius maior natu.*

VErbum, *Filii maioris natu & principalis hæredis* de filio masculo, exclusa fœmina seu filia, intelligitur in contractu emphyteutico. Iudicatum. 4. Iunii 1576. perorante Brissonio contra Fabrum. B.

II.

Donatio mutua in casū, quo nulli liberi extabant.

Singulare Arrestum quod datum 18. Maij 1584. de donatione quadam mutua, inter Arresta Generalia pronuntiata in purpura, pro heredibus defuncti Michaelis Millesi, quo Arresto donatio mutua inter prædictum Millesium & Mariam Chainellam vxorem ipsius, ex Prouincia Andegauensi, confirmata fuit, qua superstiti donata erant mobilia, acquisita & conquisita, & tertia propriorum, quo casu nulli liberi extarent: quamuis post donationem duo liberi inperuenissent, nihilominus defuncti sunt tempore mortis vxoris: atque hoc Arresto tacite præiudicatum fuit, huiusmodi conditionem in suspenso esse, & die mortis effectum habere. Attamen, 8. Maii 1586. vidua quædam Rupellæ habitans à donatione mutua exclusa fuit, eo quod filius conceptus & natus, quamuis mortuus ante patrem, donationem reuocabat. Cæterum donatio mutua in secūdo matrimonio restringi debet ad *l. hac edictali*. B.

III.

Mensura arepenniū terræ venditæ sumi debet iuxta Consuetudinē situs seu loci in quo res sita, nō cōtractus.

In contractu venditionis celebratæ in Prouincia Bituricensi, nonnulli arepennes fundorum in Borboniensi Prouincia sitorum venduntur: quorum quantitas designatur, verum mensura reticetur, quæ diuiditur iuxta mensuram loci, vbi contractus celebratur, non istius, in quo res vendita sita est. Iudicatum fuit, habendam esse rationem loci, in quo fundi siti sunt, & contrahentes, qui de situ rerum venditarum certi sunt, videri conuenisse de mensura, quæ dependet à Consuetudine & vsu Prouinciæ, iuxta quem omnes fundi in ea siti determinati debent. Ita iudicatum fuit Arresto, anno 1585. quod refert Carondas *lib. 7. resp. cap.* 83. V. *Decisio.* 50. *num.* 21. D. Præsidis Boerii. I. C.

TITVL. III. DE VERBORUM significatione, & rebus dubiis.

ARRESTVM I.

Verbum, *fratres*, id Consuetudinibus sorores non comprehendit.

VErba Consuetudinis interpretanda sunt, iuxta propriam eorum significationem, neque extendenda. Exempli gratia: Consuetudo Borboniensis, *artic.* 267. duos fratres, qui bona communia habent, excipit, vt societatem tacite contrahere non possint, nisi maiores 20. annorum sint. Arresto Parisiensi iudicatum fuit, hoc verbum, *fratres*, sorores non comprehendere.

¶ Interpretatio ciuiliter fieri debet, veluti ex statuto, quod datum coactiliariis seu pileorum confectoribus Aurelianensibus, quo solis iis permittitur formas conficiendorum pileorum habere: id intelligitur de formis pileorum de nouo conficiendorum. Iudicatum 6. Augusti 1577. B.

II.

Hominis appellatio non comprehendit fœminam in odiosis, & Consuetudinariis.

Consuetudine Andegauensi cauetur, quod si nobilis filiam suam sacris addixerit, pars hereditatis alioquin filiæ competitura, filio natu maximo acquiratur. Euenit, vt post mortem Domini Durtalij, mater filiam quandam suam sacris ministeriis addiceret. Filius natu maior partem sororis in bonis maternis postulat, & ait, appellationem *hominis* promiscuam esse, & masculino vocabulo etiam fœminas contineri. Minor contra, eam non esse Gallici sermonis proprietatem, vt si quis *hominem* diceret, fœmina quoq; intelligeretur. Arresto Parisiensi, quod allegat D. Marillacus Aduocatus Regius in simili materia huiusmodi sororis portio duobus fratribus, singulis dimidia adiudicata fuit.

Lucius *lib. 7. tit. 3. Arr. 1.*

III.

Clausulæ matrimoniales, de liberis ex legitimo matrimonio vel ex hoc matrimonio.

Summa differentia est donare & relinquere rem quandam contrahentibus matrimonium his verbis: *Ipsis & ipsorum liberis ex legitimo matrimonio nascituris*: vel *Ipsis & ipsorum liberis ex hoc matrimonio nascituris*.

Priore quippe casu, soluto matrimonio morte vnius coniugum, liberi superstitis procreati ex altero & secundo matrimonio, iis verbis comprehenduntur. Posteriore vero casu ii tantum vocantur, qui ex primo matrimonio, non qui ex secundo nati fuerunt. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi inter Arresta die Sabbathi de Libera. 1552.

Lucius *ibidem Arr. 2.*

IV.

Verbum Et, quomodo accipiatur.

Executione sententiæ secularis aduersus Presbyterum datæ, bonis tantum ipsius profanis (quod temporale vocant), non vero Ecclesiasticis (quod vulgo spirituale) manum inijcere licet. Executor seu viator Presbytero mandans & iniungens, vt Iudici satisfaceret, his fere verbis in eum agit. Quandoquidem iudicatum soluere detrectas, proventui & temporali tuo manum inijcio. Presbyter ad Curiam appellat, & repræsentat, hanc dictionem, Et, coniunctionem diuersarum rerum denotare, ac pro-

pterea redituі Ecclesiastico seu spirituali manum iniectam, tanquam diuerso à temporali. Appellatus contrarium asserit, hoc verbum, Et, non solum diuersa coniungere, verum etiam sæpe interpretari: præcipue vero si positum sit inter duo substantiua significationis non omnino diuersæ, necesse esse, vt alterum eorum in adiectiuum conuertatur, puta, reditui, & temporali, id est, reditui temporali. Arresto Parisiensi prædictus Presbyter depulsus fuit, & in multam temerariæ prouocationis & in expensas condemnatus.

Lucius *eod. lib. & tit. Arr.* 3. Adde *Arr.* 5. *tit.* 1. *lib.* 15.

V.

Verbum, *Heres*, verò de suis, vel extraneis.

Hoc verbum *Heres*, simpliciter in testamento positum, intelligitur de liberis vel descendentibus, veluti: Ego substituo meum filium & ipsius heredem, *l. ex fundo. § fin. ff. de Trebellian.* Verum in contractu vel statuto intelligitur de quocumque herede, puta, descendente, collaterali vel extraneo, *l. fin. C. de hered. instit. & l. sub diuersis. § pater. ff. de condit. & demonstrat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1461.

Desumtum ex *decisio.* 591. Guidonis Papæ, Vid. *Arrest.* 2. *Tit. de Donatio* Huiusmodi heredes proprie dicuntur heredes. I. C.

VI.

Verbum. *Heres legitimus.*

Ex hoc verbo, *Legitimi*, in substitutione posito in hac clausula, *Si heres meus sine heredibus legitimis moriatur, substituo N. extraneum*, heres ab intestato ascendens in linea directa substitutum in adeunda hereditate impedire non potest, dicere volens se heredem legitimum esse, ac propterea heredem sine heredibus legitimis mortuum non fuisse, nominatim quia ascendens est in linea directa. Nam dictio *Heres*, hoc casu pronuntiata in testamento, de filio vel filia ab eo, de quo agitur, susceptis & procreatis intelligitur, *l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellia.* Adde quod hæc verba, *sine legitimo herede*, de herede descendente intelliguntur, *l. 2. & 3. C. de legit. hered.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1460.

VII.

Clausula, *eo modo*, quid inferat.

Arresto Burdegalensi Carolus Caluimontius actor in Redintegrandæ restituitur in bona, de quibus agebatur inter eos, vt iis integre frueretur *eo modo*, quo pater ipsius defunctus fruebatur, & vt hoc pateretur, Guido Mompesatius condemnatus fuerat. In executione Arresti & petitione prædicti Caluimontii, prædictus Mompesatius dixit, priusquam ad executionem Arresti procederetur, actorem de modo fidem facere oportere, quo defunctus rebus litigiosis fruebatur: promittens, eo facto, Arresto se obtemperaturum. Actor se teneri negat. Commissarius litem hanc ad Curiam remittit. Curiæ Arresto, 27. Februarij 1517. dictum fuit, nulla necessitate imminente prædicto actori ad fidem faciendã, executioni Arrestum tradendum, & reus in expensas & in multam condemnatus. Verba enim hæc, *eo modo*, non conditionem, sed causæ expressionem inferunt. Bartolus *in Leum qui. §. Iulianus. ff. de constit. pecun.* similis casus mentionem facit, quendam condemnatum ad soluendum annuum quoddam debitum, *eo modo*, quo ab ipsis prædecessoribus antea factum fuisset per hæc verba: *eo modo*, non posse petere, vt reassumatur cognitio de modo prædecessorum: ea quippe simpliciter, non conditionaliter apponuntur.

VIII.

Debita personalia quæ sint.

Maritus & vxor ex Consuetudine mobilia & conquisita constante matrimonio, communia habent, & debita ipsorum personalia ex communibus bonis soluunt. Si maritus ob negotia sua mutuum accipiat, reditumque annuum super se vendat, vxor non tenetur, nam debitum reale est. Idque intelligitur quo ad sortem, & hypothecam & reliqua, quæ matrimonio soluto debita reperiuntur: nihil horum quippe vxorem sequitur. Verum quantum ad id, cuius dies constante matrimonio venit, si solutum non fuit, vxor mediam partem debet æque ac aliorum debitorum personalium & mobilium: reliqua enim semper pro mobilibus & personalibus habentur, vt ait Baldus *in capit. 1. col. final. de pace tenend.* Præterea Arresta contraria extant de sorte & reliquis, soluto matrimonio. Vnum pro vxore 15. Maii 1534. Reliqua supra suo loco relata, pro heredibus mariti. Verum facile conciliari possunt, nempe, vxorem teneri, quandiu debita contracta fuerunt ob emtionem mobilium vel immobilium, quæ ipsi communicantur.

Vide *Titulum de Communione*, qui est 2. *lib.* 15.

IX.

Donatio quando acquisitum.

Dubium hoc nondum certo definitum fuit, vtrum res donata vni coniugum acquisitorum sit numero, sic vt vtrique communis sit ex Consuetudine, vel patrimonialis donatarij tantum? Dn. Tiraquellus tenet, pro portione, pro qua donatarius donatori intestato succedere poterat, prædictam rem donatam prædicti donatarij patrimonialem esse: in residuo, acquisitum, & ait, de eo Arrestum Parisiense extare: proinde si donator extraneus sit, totum acquisitum dici debet. Alij tenuerunt, quod si donator ascendens sit, totum patrimoniale esse: quod si vero collateralis sit, totum acquisitum esse, ex ratione *l. 1. C. de impo. lucrat. descript. C. lib.* 10. Arrestum Parisiense extat, quo Pictauij totum pro acquisito habetur, non habita ratione tituli legitimæ successionis, vel alterius.

Vide *lib.* 15. *tit.* 2. *Arrest.* 16.

X.

Conquisita pactis ad liberos devolui ipso pactum, nec ... [illegible]

Alexander Catus, & alii heredes defuncti Petri Bernicotii actores in familiæ erciscundæ iudicio, apud Libellarios Palatij Parisiensis aduersus Claudium Valanionium Aduocatum in Parlamento, & Claudiam Magnam vxorem ipsius, antehac viduam defuncti Iacobi Bernicotij reos, aiunt, prædictum Iacobum Bernicotium & prædictam Claudiam coniuges esse, ab iis susceptum Petrum Bernicotium, cuius heredes sunt. Acquisitorum immobilium constante prædicto matrimonio, partem dimidiam prædicto defuncto Petro obuenisse per mortem patris ipsius, huius diuisionem se postulare. Rei duo respondent: Primo fundos litigiosos à Bernicotiis procedere, neque ex latere & linea actorum, ac propterea rationem Consuetudinis, qua bona in familia conseruari cauetur, cessare, & prædictam Claudiam matrem Petri, ei ex Orfaiano successisse. Deinde aiunt, pactis dotalibus conuentum fuisse, quo casu nulli liberi ex hoc matrimonio extarent, conquisita ad superstitem spectare. Casum hunc euenisse, eo quod Petrus Bernicotius ex hoc matrimonio natus decessisset, prædicta rea matre sibi superstite relicta. Hanc controuersiam decisam per Auth. *Sed & si quis. C. de secund. nupt.* Eam in voluntate mariti verosimili fundatam esse, qui illam hoc pacto heredibus legitimis prætulerat. Actores replicant, omnes res à nobis non acquisitas, sed ex successione patris obuenientes, nostras proprias esse. Conditionem in casum, quo alter nullis liberis extantib. superstes sit,

Conquisita quales sint.

Pactum in casum quo ...

intel-

quis superstes est nullis liberis extantibus

intelligendam in ata tempus mortis, in quod conditio collata erat. Petrum Bernicotium patri suo superuixisse, & quindecim annis post eum superstitem fuisse, propterea conditionem defecisse: nam sufficit, liberos fuisse tempore mortis. Authenticam *Sed & si quis*, non loqui de pacto non existentium liberorum, Vnde sequi, Petrum Bernicotium immutabilem dominum rerum, quæ ei obuenerunt, de quibus agitur, factum, adeo vt eas vendere & alienare potuerit, quod si non fecisset, eas ad heredes suos, quos Consuetudo ei dat, transmisisse. Alioquin, si quis dicere vellet, donationem & pactum in casum superstitis, extensa fuisse in casum, quo liberos habuisset, iique matre superstite decessissent, prædictũ Petrum Bernicotium de prædictis bonis, quæ restitutioni obnoxia fuissent, disponere non potuisse: quod absurdum: nam pater filio nullo modo ademit, neque restringere voluit liberam dispositionẽ & administrationem bonorum suorum. Rei duplicabant, propria intelligi, quæ radices egerunt & inter familiæ obuenerunt. Quantum vero ad donationem, eam tempore limitatam non fuisse, verumtamẽ si ex hoc matrimonio nulli liberi extarent, prout hoc casu euenit, matrem obtinere debere. Actores manus prædictis bonis inici curauerunt.

Sententia.

Sententia Libellariorum rei condemnari, vt ad diuisionem faciendam comparerent, & decretum, id quod ad prædictum defunctum Bernicotium spectasset, prædictis actoribus tradendum, fructusque & expensas restituendas esse.

Arrestum.

Postea Arresto vlt. Maii anno 1560. rei à fructibus à se perceptis ex fundis prædictis actoribus morte prædicti defuncti Petri Bernicotii obuenientibus, & prædicti actores à damnis & interesse possessionis absoluti fuerunt, citra expensas duarum instantiarum diuisionis & possessionis. In residuo prædictam sententiam effectum suum sortiri oportere.

XI.

Si iudex simpliciter decernat, partes, quæ coram se litigant: instrumenta sua coram se deponere oportere, vt, prout æquum est, super iis decernatur: id cõstituti iudicij instar est: & si quid super prædictis instrumentis depositis decernitur, & ab eo appellatur, appellatio per scripturam agitatur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 1521. in appellatione à Libellariis Palatij.

Videatur *Arrestum 36. tituli de appellatio.* B.

XII.

Pecunia dotalis promissa, vt in fundum proprium collocetur, mobilium, non vero conquisitorũ numero est.

Pater filiam suam elocans à marito promitti curat, tertiam summæ dotalis, quam in dotẽ dicit, collocatam iri in proprium fundum pro vxore & suis. Prædictus maritus prædictæ promissioni non stat, & vxor decedit. Hac mortua, maritus quoque, nullis ex prædicto matrimonio liberis relictis vita fungitur. Heredes vxoris aduersus heredes mariti agunt, vt summam comprehensam in proprios fundos sui lateris collocent, vel ipsis pecuniam hunc ad finem destinatam reddant. Heredes mariti aiunt, hoc debitum rei mobilis esse, ac propterea iuxta Consuetudinem locorum, in quib. partes habitabant, nempe in Picardia, qua superstes coniux in mobilibus & conquisitis succedit, se in prædicto debito succedere debere, neque teneri, vllam collocationem facere. Arresto Parisiensi, 23. Decembris 1559. in pronuntiationibus solennibus, iudicatum fuit pro heredibus vxoris. Huius rei complures bonæ rationes sunt, & inter alias hæc consideratione digna, contumacem videlicet & malitiosum, melioris conditionis fore, quam diligentem promissioni suę stantem, eaque se liberare volentem.

In hac quæstione complures laborarunt, inprimis D. primus Præses Magister *in notis suis ad 1. cap. de subhastation.* Boerius *decisio. Burdegal. 209* Gallus *quæst. 1. & quæst. 83* & ibi Molinæus, *& ad consuetud. Niuernens. artic. 17. tit. de iuribus ad coniuges spect.* vbi ait, stipulationem de proprio conuentionali in pactis dotalibus, operari tantum ad quid, respectu mariti & vxoris, ad proprium conuentionale constituendum ipsorum respectu tantum, vt impediretur, mortuo marito, ne hæc summa cum in finem destinata communionem iniret, eo effectu ne prędicta pecunia communionem iniret; non vero effectu successionis, nisi expresse conuentum fuisset, vt vxoris propria sit & suorum ex ipsius latere & linea. Vide quoque Choppinum *de legibus Andium lib. 1 cap. 10. numer. 18 & libr. 2. de moribus Parisiorum tit. 1. num. 27* & Bacquetum *in tract. suo de iuribus iustitia, cap. 21. numer. 300. fol. 497.* V. Arrestum 5. *Appen. h. t.*

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum III.

I.

Successor; comprehẽdit causam habentes, & extenditur ad tertium & extraneum successorẽs

DEfunctus dominus Canappius, cum constituisset (pro 2000. libris à se Secretario cuidam suo debitis) reditum 120. librarum *pro eo, suis heredibus & successoribus*: Acquirens cuidam Procuratori nomine Molineo retrouendit: cum Molineus à Cardinale Crekio heredi solui vellet, excipitur, hunc reditum limitatum fuisse in familia Secretarii, & hoc verbum, *Successor*, ad extraneos acquisitores non extendi, neque omnes causam seu ius habentes cõprehendere, additis aliis rationibus, quæ allegabantur. E contra actor, hanc constitutionem remuneratoriam seruitiorum, pro numerata pecunia esse. Sententia Dominorum Libellariorum Palatii actor depulsus. Arresto, appellatione & eo in irritum deductis, reus ad solutionem & continuationem & in reliqua quinque annorum condemnatus fuit, 28. Maii 1578. inter Arresta generalia Pentecostalia. B.

II.

Verbum; *Heres præsumtiuus*, quomodo intelligatur.

Hoc verbum, *Heres præsumtiuus*, intelligitur de herede vel filio heredis legitimi. Iudicatum 6. Martii 1586. perorante Arnoldo aduersus Robertum, in appellatione à Seneschallo & Gubernatore Rupellensi. Præterea verbum, *heredis, vel heri*, in appanagio, intelligitur de liberis masculis, Iudicatum anno 1322. die 22. Ianuarii aduersus Dominam Ioannam Francam filiam Philippi Longi, prætendens Pictauium in appanagium sibi datum, sub prætextu verbi, *pro se & suis heredibus*: dictum fuit id intelligi de masculis solis idoneis & appanagii capacibus extantibus. Tandem quando quis, veluti pater stipulatur & sibi prospicit, modo reseruationis, optionis vel alterius conditionis, intelligitur sibi & suis heredibus, maxime liberis cauere. Arresto 9. Augusti 1575 Eodemque die prædicti mensis anno 1582. pro Comite de Chesi, cuius pater quandam redemtionem pro se stipulatus fuerat, dictum fuit, id intelligi pro filio ipsius, & appellans in multam condemnatus fuit: pro quo perorabat Seruinus. B.

III.

Verbum; *omne*, sano modo accipiendum.

Hoc verbum: *Omne*, sano modo accipiendum, & restringendum ad id, de quo agitur, & cuius nomine dubitatur, iuxta *l. Si decerta, l. Nepos Proculo*: prout iudicatum fuit 19. Aprilis 1577. pro Domino Garroto Consiliario, perorante Brebatio. B.

IV.

Fundus à marito emptus pecunia recollocationi obno- Cuius na-

turę sic fundus emtus a marito.

obnoxia, pro acquisita habetur: nisi in contractu comprehendatur, id ob recollocationem, quæ facienda sit, fieri. Iudicatum 21. Martij 1578. B.

Hodie obseruatur, primum acquisitum debere obtinere locum recollocationis, quando in contractu apposita clausula de recollocando pretio fundorum propriorum venditorum, quamuis in contractu de acquisitione nihil dicatur, & fundos acquisitos surrogatur in locum antiqui proprii venditi, arg. *l. si ventre. §. vlt. ff. de priuil. credito.* ita primum acquisitum, quod locum recollocationis tenere debet, & surrogari in locum antiqui proprii venditi, hodie sub verbo acquisiti comprehendi non potest. I. C. Vide *Arr. 5. App. h. t.*

V.

Pecunia dotalis collocari in fundum proprium promissa, verum mobilium an conquisitorum nomen sit?

Ad quæstionem (verum pecunia dotalis promissa collocanda in fundum proprium, mobilis sit vel immobilis?) hæc distinctio adhibenda est: quotiescunque quando inter heredes mobilium & immobilium agitur de successione summæ cuiusdam destinatæ, pactis dotalibus, ad rem immobilem comparandam: & simpliciter pactis illis conuentum fuerit, summam naturam immobilium sortituram, vel in fundos collocandam, qui proprii futuri sint prædictæ futuræ sponsæ & suis comparandos, simpliciter, non additis his verbis *De latere suo & linea*: Curia vltimis suis Arrestis iudicauit, has summas ita ad immobile destinatas, ad hæredes rerum mobilium pertinere, veluti ad patrem, matrem, auum & auiam in successione suorum liberorum & nepotum in linea recta, aduersus heredes propriorum. Ita iudicatum fuit Arrestis, quorum vnum datum in prima Inquisitionum Camera, ad relationem D. Consiliarij Bieti, perrogatis aliarum Camerarum suffragiis, vltim. Martii 1601. super appellatione quadam à Sede Præsidiali Rigodulensi, inter Claudium & Catharinam Martinatios, fratrem & sororem, prætendentes veluti heredes immobilium maternorum defunctæ Catharinæ Herisoniæ ipsorum neptis, solutionem summæ 133. coronatorum & trientis in stipulatum deductorum pactis dotalibus Carolinæ Martinatæ matris prædictæ Catharinæ Herisoniæ, vt in fundum proprium ai & suis collocaretur. Alterum Arrestum datum fuit ad perorationem 30. Iulij prædicto anno 1601. pro successione cuiusdam nomine Rebuffi, inter Ioannem Martelium, ratione vxoris ipsius Mariæ S. Memmini, & Catharinæ S. Memminii heredum maternorum defuncti Dionysii Rebuffi: aduersus Tussanctium Rebuffum, Iacobinam Rabuffiam, & Iacobum Bordetium, heredes ex latere paterno. Verum altero casu, quando in contractu continentur hæc verba, *vt proprius fundus sit futuræ sponsæ & suorum ex sua latere, stirpe & linea*: hæc verba plus operantur, quam in primo casu, & Curia pecuniam adiudicauit, quantumuis collocata non fuisset, heredibus rerum immobilium, heredibus propriorum, exclusis heredibus rerum mobilium, Arresto, quod solenniter pronuntiatum à D. Harlæo primo Præside, in pronuntiatione Natalitia, 22. Decembris 1600. super appellatione quadam Lugdunensi à quodam nomine Raynaldo, instituta aduersus liberos domini Mommorli. Et in ipso pronuntiationis momento prædictus D. Præses Aduocatos commonuit, Curiam Arresto decidisse quæstionem, in qua definienda summi iudicii viri nostrique seculi laborauerant. Adde *Arrest. 3. & 6. tit. seq.* I. C.

VI.

Maiot ætas in filiabus.

Mulier quædam cum genero suo pactis dotalibus vsumfructum quarundam villularum concessisset, vsque quo altera ipsius filia ad maiorem ætatem peruenisset, à promissione libera declarata fuit, postquam altera hæc filia nupta fuit, etsi ante 25. annos nupsisset. Arresto Parisiensi, quod datum 19 ... 1565. Choppinus *libr. 2. de priuil. rustic. par. 2. cap.* ... *in fin.* T.

VII.

Vestimenta appellatione alimentorum comprehendi.

Begnerius, pro appellente à Senescallo Andegauensi vel Locumtenente ipsius Andegauensi dixit, eum appellasse ab eo, quod Iudex à quo, cancellasset ætam quandam seu articulum rationum ab eo redditarum appellatis liberis primi thori vxoris suæ, sub eo prætextu, quod pactis dotalibus dictum fuisset, eum prædictis minoribus alimenta exhibere oportere, asserebat, simplici verbo *alimentorum* vestimenta non comprehendi, & concludit ad id, vt eius æræ & impensæ ratio haberetur. Dominus Iascus Arnoldus pro appellatis sustinuit, verbo: *alimentorum*, intelligi quoque vestes. *Alimentorum enim* (inquit Iurisconsultus *in l. legatis. D. de alim. & cibar. legat.*) *nomine cibaria, vestitus & habitatio continentur.* Quoniam sine his corpus ali non potest. *l. 43. & seq. de V. S.* Ad hæc appellans replicat, in legatis hoc verum esse, vbi plenior interpretatio fieri debet, non vero in transactionibus & contractibus, qui stricte interpretandi sunt & secundum verba. Vnde *qui transigit de alimentis. non videtur neque de habitatione, neque de vestiario transegisse*, ait Vlpianus *in d. l. cum hi. 8. § qui transigit. D. de transactio.* Curia appellationem citra multam in irritum deduxit, & nonnullis optimis rationibus ad id permota, decreuit, id, à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, appellantem vero in expensas caussæ appellationis condemnauit, 2.. Februarii 1595. I. C.

TIT. IV. DE REBVS MOBILIBUS, vel immobilibus.

Vide *tit.* Consuet. Paris. *Quæ bona sint mobilia, &c.* Et Consuet. Aurelianensem & Normandiæ repetitæ prælectionis post Parisiensem, iisdem titulis.

ARRESTVM I.

Reditus nondum cessit, an mobilis sit, vel immobilis; cuius vero dies cessit, mobilis.

REditus cuius dies nondum cessit pro re immobili habetur, prout ait Faber *in l. hac edictali*, per illum text. *de sec. nupt. numer. 6.* Verum quoque, si eius dies cessit, res mobilis est, & determinatur ad exemplum fructuum pendentium, qui immobiles sunt: iuxta ea quæ ait Baldus in *cap. 1. de pac. ten.* & tum, cum percepti sunt, mobiles. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vt scripsit Imbertus *lib. 1 Instit. suar. in §. quod si solutio, in gloss.* Prædictum Arrestum est de 15. Martii anno 1534. Species facti erat: maritus, constante matrimonio, pecuniam negotiorum suorum caussa mutuam acceperat, & reditum constituerat creditoribus suis in omnibus & singulis bonis suis ratione duodecimaria, vel alia, neque eo redempto moritur. Vxor, iuxta Consuetudinem, dimidiam partem mobilium & conquisitorum accipere, itemque eadem opera mediam debitorum tam mariti sui quam suorum soluere vult: nihilominus mediam partem reditus constituti, cuius dies post solutum prædicta morte matrimonium cedet, soluere recusat. Heredes econtra insistunt, & repræsentant, hoc debitum personale esse, etiamsi quid reale intercedat, quod attenta origine ab eo quod personale est, vinci debet. Maritus vigilans, prudens & acquirendi curiosus erat. Eam ad acquirenda immobilia vel etiam ad soluendum pretium eorum, qui acquisiti erant, pecuniam mutuo accepisse, & prædictum reditum constituisse, citro eum extinguendi seu redimendi animo, si vixisset, id quod

Redimendi reditus potestatem pro parte ... quam ad socium, quam reliqua.

citis

citra diminutionem mobilium suorum facere non potuisset, ac propterea uxorem pro sua parte soluturam, quæ dimidiam prædictorum acquisitorum, simul & dimidiam mobilium partem ex Consuetudine accipiebat. Arresto dictum fuit: uxorem teneri in medio reliquorum prædicti reditus, cuius dies venit constante prædicto matrimonio: quæ debita personalia & mobilia declarata fuerunt: à residuo, cuius dies venit soluto iam matrimonio, & à sorte prædicti reditus libera & immunis declarata. Imbertus *in enchir. sua* scripsit, iuxta hoc Arrestum Iudices inferiores eandem sententiam dedisse. Attamen altero Arresto prædicti Parlamenti cōtrarium, quo ad secundum caput supradicti Arresti, uxor declarata fuit teneri in sortem & omnia reliqua ex parte dimidia, superiore facti specie retenta, puta hunc reditum constante matrimonio & societate, à marito prudente & bono patrefamilias, qui acquisiuit vel se liberauit, constitutum fuisse. Quod ultimum Arrestum omnibus æquissimum & iustissimum videbitur.

Quo ad redemtionem reditus à marito constituti durante viduitate uxoris & reperti ab herede filiæ natæ ex prædicto matrimonio vigore prædicti contractus, quo cauebatur, quod si proprius fundus mariti alienaretur, recollocaretur pretium illius in fauorem matris, quæ in eo heredem filiæ suæ se præteribat, veluti mobilium vel acquisitorum, causa ampliata fuit, 29. Iulii 1575 perorante Seguierio.

II.

Pretium rei immobilis uxoris venditæ, quæ ad eam recuperandam actionem habet, mobile est.

Consuetudo complurium locorum hæc est, ut nonnulli quo ad mobilia & conquisita succedant, reliqui in fundis antiquis, qui ex latere ipsorum obtigerunt. Hoc præsupposito, maritus & uxor fundum uxoris vendunt. Maritus cum prædicta uxore sua paciscitur, ut in casum, quo primus absque liberis decessisset, ipsa ex bonis prædicti mariti sui, summam qua fundus ipsius venditus fuit, accipere posset. Maritus sine liberis prædefungitur. Uxor postea moritur & duorum generum heredes relinquit, puta vnū ascendentem, ad quem mobilia & conquisita spectant: alterum collateralem, ex cuius latere fundus venditus obtigerat. Hic collateralis pretium prædicti fundi ab heredibus mariti postulat, & ait id immobile esse & in locum prædicti fundi subrogatum, *l. si eum iudicis. §. qui iniuriarum acturus est ff. si quis caut.* neque inconueniens esse, ut hoc pretium in locum rei immobilis surrogetur, *l. Imperat. ff de legat.* 2. & origine ipsa bonum prædictæ defunctæ immobile fuit, & originem naturalem attendendam & sequendam esse, *l. si filius. C. ad Macedon.* Ascendens huic intercedit per *§. taceat. in l. vnic. C. de rei vxor. actio.* & Glossam in *Auth. de reb. Eccles. non alie. §. Leone & l. Monentum. ff. de V. S.* Arresto Parisiensi, veluti res mobilis, ascendenti adiudicatum fuit, anno 1460.

III.

Pecunia destinata in fundi emtione, pro re mobili habetur.

Pecunia numerata * expresse destinata ad rē immobilem comparandam, mobilis censetur. Et quāuis complures contrarium teneant, nihilominus sanior & communior opinio prior est: ut per Doctores *in l. cætera. §. sed & si parauerit de leg.* 1. & ibid. Iason. id plenius quam nunc alii tenent. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 12. Martij 1536. inter Ioannem du Puy Rigaldum, & Ioannam Garneriam ipsius uxorem, & consortes appellantes à Seneschallo Santonensi ab vna parte, & Athemianum Crurinum ab altera parte: iuxta Arrestum quod datum Parisiis, & allegatur à Ioanne Gallo *in quæst.* 1. Qui pro mobili tenuerunt, allegant textum *in l. cum in fundo. §. si fundus communis. ff. de iure dot.* Bartolus *in l. liberta § Lucius. ff. de ann. leg.* tenet, patremfamilias posse, prout ei videtur, rem in alium usum conuertere, quam cui destinata fuerat. *l. legatum. ff. de usufr. legat. l. legatum ff. de admin. rer. ad Ciuitat. pertin. & l. Nammu. ibi, neque ex Consuetudine. ff. de legat.* 3.

* Hoc Arrestum desumtum est ex Boerio *quæstio* 293. Verum contrarium iudicatum fuit Arrestis compluribus, prout ait Choppinus *ad Consuet. Andeg. lib. 2. part. 1. cap. 2. tit. 3. sub fin. V. Arrest.* 12. 7. *et praced.* ubi annotaui.

IV.

Mobilium appellatione debita actiua complectitur.

Ioannes de Albergemanio Scutifer; mobilia sua & conquisita immobilia Baptistæ Goulartio Scutifero donat. Heredes donatoris ab eo conueniuntur, ut in rebus donatis manuteneatur. Ij intercedunt, eo quod hoc verbo, *mobilia*, comprehendantur nomina & debita actiua, iuxta sententiam Bartoli *in l. Monentum. ff. de V. S.* qui nominatim tenet, in donationibus hanc dictionem *mobilia*, non intelligi de debitis & nominibus, eo quod sit tertia quædam bonorum species. *l. à diuo Pio. §. super rebus. ff. de re iudic.* Arresto Parisiensi, 14. Maij anno 1540. donatario Baptistæ adiudicantur prædicta nomina & debita actiua, sub prædicta dictione, *mobilia*, simpliciter in donatione apposita, eaque est sententia Petri Ferrariensis *in form. libel. in act. rea.* * *in ver. verb.* Dubium deceptat, quoniam Consuetudo loci, de donatione inter maritum & uxorem loquens, quo ad mobilia & conquisita vult, ut sub appellatione mobilium comprehendantur nomina & debita actiua, idque inter maritum & uxorem, & forsan iure præcipuo, & videbatur facta mentione mariti & uxoris, Consuetudo maritum voluisse priuilegiare in eo, neque ad alias personas extendere, ac præcipue quod iuri communi contrarium erat, *l. quod vero. ff. de legi.* Nihilominus supradicto casu facta declaratio fuit, verba Consuetudinis accipienda, prout sonant. Diserte ea dicitur & statuitur, verbum *mobilium* inferre nomina & debita actiua: & quamuis hoc ita de marito & uxore loquens dicat & statuat, nihilominus nulla restrictio neque limitatio ad huiusmodi personas fit: igitur neque inferri debet, siue titulo donationis vel alio contractu, siue à marito & uxore vel alia persona aliis personis mobilia donentur, vel alio modo cedantur & transferantur. Appellatione mobilium & immobilium, acquisitorum & conquisitorum, includuntur nomina debitorum actiua & passiua. Bartolus *in l. Monentum. de verb. sig.* & Arresto, mense Nouembri 1531.

* *Num* 78. Contrarium tenet in legato, *in forma libell. pro lega. rei singul. num* 93. Hoc Arrestum desumtum est ex Imberto *in enchir. suo.* in verbo, Bonorum differentia. V. Guidonis Papæ *decisio.* 499.

V.

Debita personalia à quo soluātur.

Compluribus * Arrestis, quæ data in Parlamento Parisiensi iudicatum fuit non tantum inter maritum & uxorem, verum etiam inter omnes alias personas, eum qui mobilia defuncti amplectitur, vel partem illorum, siue ex testamento, ab intestato, legato, donatione, institutione conuentionali vel alio modo, mortis causa, vel inter viuos, vel quocunque tandem titulo id fiat, debita personalia & mobilia defuncti soluere debere pro rata eius quod accepit.

* Choppinus *lib. 3. de priuil. rustic. part. 3. cap.* 10. *nu.* 3. quoddam refert de 3. Martii 1537.

VI.

Pecunia destinata ad immobilia emē-

Ad relationem D. Carlerii pronuntiatum fuit Arrestum in Parlamento Parisiensi, 24. Martii 1541. ante Pascha, inter Ioannem Giraldum Scutiferum,

da, ante conuertionem rei mobilis est,

Dominum de Beauges, actorem in denuotiatione ab vna parte, & Iacobinam de Puteo ignito ab altera: quo dictum fuit, quantumuis quædam pecunia alicui personæ donata fuerit, vt in proprium fundum conuerteretur, nihilominus hæc summa immobilis censetur, vsque quo ea collocata fuerit: ac veluti res mobilis diuidi debet, non obstante quod expresse dictum sit in contractu vel alias id quod supra.

Adde *Arrestum* 3. supra.

Simplex destinatio ad collocandum, rem immobilem censeri non facit, prout Arresto dictum fuit, 12. Martii 1577. Choppino peroratore. Attamen mutuo pecunia à quodam data, vt conuerteretur & collocaretur in retractum gentilitium, ab altero creditore, veluti mobilibus, manus iniici non potest. Iudicatum pro Domino Flo[...]o, 19. Februarii 1564. De hac materia, quæ bona mobilia vel immobilia censeantur, vide *in.3. Consuetud. repet. præl. Parisien.* B.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IV.

I.

Materialia alicuius ædificii destructi, vt reædificetur, ratione destinationis immobilia sunt,

INter Ioannem Delgrangas Scutiferum, & Dominicellam Renatam Girardam, nunc vxorem ipsius, antea viduam Domini du Bois Chappelon, appellantem à sententia quadam data à Dominis Præsidialibus in sede Pictauiensi ab vna parte, & illustrem Franciscum Dappelium vicinum, Equitem Ordinis Regii, Dominum de Thiorer ab altera, Prædictus defunctus Dominus du Bois domus suæ bene ædificatæ faciem mutare desiderans, eam demoliri curauit & ad nutum suum refici, cæsa enim in finem lapidum & lignorum materiariorum maiore parte, decedit, relictis viduæ suæ mobilibus suis acquisitis & tertia propriorum, inter quæ mobilia ea prædicta materialia prætendit, à quibus sententia depulsa fuit, appellatum vero ad Curiam Maioribus diebus Pictauiensibus. Martinus pro appellanta dixit, hos lapides & alia materialia de loco in locum transportari posse, consequenter vera mobilia esse, quæ ad ipsum spectant, *l. Monentium. ff. de verb. sign.* Destinationem defuncti ea non posse immobilia efficere, quia quæ parata sunt, vt imponantur, non sunt ædificij, *l. fundi, §. ea quæ. D. de actio. emt.* & tegulæ, quæ nondum ædificiis impositæ sunt, in rutis & cæsis habentur, quamuis tegendi gratia allata sint: propterea male iudicatum fuisse, quod immobilia declarata fuerunt: quantumuis hæc destinationes immobilia censeri facere potuisset, appellantem dimidiam pecuniæ seu pretii partem ferre debere: hoc enim à pecunia communionis processisse: Arresta iudicasse, quando coniuges in fundo vnius vel alterius ædificari curant, superstitem dimidium pretii habere debere, alias indirectum, id commodum fore à Consuetudinibus prohibitum. Choppinus pro appellato: Hanc destinationem ita productam fuisse, vt iam in opus transiisse videretur, nominatim hos lapides verus ædificium fuisse, quod destructum fuerat, ad nouum eius loco extruendum. Quantum ad petitionem de dimidio pretii, appellantem donatarium mobilium esse, & hanc actionem, quæ ad mobile competebat, mobilem esse & confusam in ea. Brissonius pro Procuratore Catholico Regio dixit, quantum ad primam quæstionem, nullum dubium esse, quin lapides ad prædictũ ædificium destinati, immobiles censeri debeant, & vt immobiles res ad appellatum spectare: quantum vero ad alteram, nullam difficultatem hic esse posse, quin appellantes ab ipsorum Arrestis depellantur, prout in simili casu iudicatũ fuit, Arresto quod datum pro Domina Claromontij. Arresto 27. Octobris 1576. Curia appellationem citra multam iniritum deduxit, & decreuit, id à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, appellantes in expensas causæ appellationis condemnauit, & quoad postulationem dimidij pretii decreuit Curia, se in Consilio super eo deliberaturam. V. Choppinum, qui Anestierractum refert, *de legib. Andi. lib. 3. c. 3. tit. 2. nu. 20.* I.C.

LIBER DECIMVS-OCTAVVS.

TITVLVS PRIMVS, DE PROPOSITIOnibus alimentariis, repræsentationibus, contractuum obseruantia, & cæteris.

De Prouisionibus in materia beneficiaria, vide *libr. 2. tit* 9. In hoc titulo agitur de Prouisionibus ad restituendam dotem & doarium filiæ elocandæ. aduersos fratres suos heredes patris, legitimam suam postulanti: mariti postulanti dotem vxoris suæ: quando filius propter successionem patris sui litigat: pro executoribus testamentariis litigantibus aduersus detentatores bonorum defuncti: pro filio à patre prætenso denegato: pro obseruantia contractuum, & cæterorum huius generis similium.

ARRESTVM PRIMVM.

Casus quibus adiudicetur Prouisio.



PROVISIONES fauorables sont, & sex casibus adiudicari debent: Primus est, in vidua restitutionem dotis suæ vel etiam æmitionem doarij sui postulante. Huic prædicta Prouisio, pendente lite, pro se sustentanda & ad prædictam litem persequendam concedi debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Beatrice Fabina, anno 1527. Alter & secundus in filia elocanda aduersus fratres suos heredes patris mediatos vel immediatos, legitimam suam postulante, & res legatas in causam dotis. Et prædicto anno iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro filiabus Senerati, aduersus ipsarum fratrem. Tertius casus est de marito postulante dotem vxoris suæ, siue promissa fuerit, siue non promissa. Quartus, quando filius propter hereditatem

diatem patris sui litigat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. anno 1326. pro Iacobo Montacutio aduersus fratrem ipsius. Quintus, quando executores testamentarij aduersus detentatores bonorum defuncti litigant, Prouisio iis fieri debet. Et sit prædicta Prouisio, pro quarta parte prouentus, iureiurando partium audito, prout prædictis Arrestis iudicatum fuit. Sextus denique casus est si quæstio sit de filio à patre prætenso denegato, tum citra curiosam inquisitionem, vtrum prædicti patris filius sit vel non, Iudex alimenta decernere, postea & inquirere in veritatem debet, cui per huiusmodi Prouisionem alimentorum nullum præiudicium fit, *l. si Iudex. 10. ff. de his qui sui vel al. sunt.*

II.

Prouisio quando postulari possit.

Non obstante contestatione in interdicto. *Vti possidetis*, & decreto ad informandum accepto, vna partium Prouisionem postulare potest, quam eius nomine, de quo agitur, postulare omiserat: & plerumque prædicta Prouisio de tertia quadam fit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1390.

III.

Idem.

Prouisio in quacunque litis parte, siue ante, siue post litem contestatam, quinimo in causa appellationis postulari potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1327. pro Richardo Fauonio, aduersus Raymundum Auselium, *per l. Si instituta. §. de inofficios. ff. de inoff. testam. & in l. fin. de ord. cognitio.*

IV.

Prouisiones aduersus obnoxium ratiociniis fugitiuũ, non expectata ratiorum supputatione.

Quantumuis in quæstione principali aduersus obnoxium ratiociniis, nulla Prouisio decerni soleat, quandoquidem fieri poterit, vt per conclusionem & supputationem earum, prædictus obnoxius ratiociniis reliquator non appareat, verum potius creditor: nihilominus si prædictus ratiociniis obnoxius fugitiuus cognoscitur & per eum stat, quo minus rationes expediantur. Prouisio, ob nonnullas partes liquidiores, bene fundabitur: & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Catharina Platonia filia Sixti Platonis Selecti & Thesaurarii Forosegusiensis, 17. Aprilis anno 1564. Vide *Arre.* 10. infra.

Et *Titulum de reddit. Rationum.*

V.

Prouisio non adiudicatur, quando principale instructũ est.

Etsi Prouisiones, in quacunque parte litis, postulari & impetrari possint, nihilominus si Iudex causam sufficienter instructam comperiat ad iudicandum super principali, ad prouisionem procedere non debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1540.

Vid. *l. Si ex à quo, Vt in poss. legat. l. 3. §. ibid. ff. ad exhib. l. 1. C. de non. oper. nunciat.*

VI.

Prouisio in causa appellationis.

Prouisio de soluendo reditu, vel summa quadam debita, & alias in ciuilibus, in causa appellationis adiudicari potest, viso instrumento authentico, & præstita cautione de restituendo, si dicatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 8. Aprilis 1526.

VII.

Prouisio ex qua parte.

Prouisio plerumque in dubio quartæ partis prouentus eius rei quæ petitur, adiudicari potest, postquam partes, iureiurando præstito, auditæ fuerint. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1315. pro Iacobo Montacutio aduersus fratrem ipsius.

Vide *Arrest. 1. in fin.* supra.

VIII.

Idem.

Prout supra dicitur, Prouisiones communiter quartæ partis prouentus eius rei, de qua agitur, adiudicantur, ex ratione *l. Antiqui. ibi, quartam partem. ff. Si pars hereditat. pet.* & arg. *l. Sed & si constituantur. §. fin. ff. de iudic.* tam in materia profana, velut Arresto præcedenti, quam in materia Ecclesiastica, vt sæpe iudicatum fuit in congruente portione petita à Curiona super decimis Parrochiæ suæ, Arresto Parisiensi, 17. Iulii 1533. idque aduersus Patronos, qui præcipue Vicariis suis perpetuis quid congruum assignare tenentur, vnde viuere & residere possint.

IX.

Idem.

Attamen hæc prouisionalis taxa arbitrio Iudicũ relinquitur, habita ratione qualitatis partium, & dubiæ causæ. Sæpe quo ad omnia: veluti si de contractu agitur, per Prouisionem, pendente lite, conseruari debet. Et ita iudicatum fuit Arresto 3. Iulii 1523. aduersus viduam defuncti Ioannis Tasserij.

X.

Prouisio aduersus ratiocinijs obnoxium in fauorẽ pauperũ.

Vicesima sexta Ianuarii 1533. in peroratione in Maiore Camera Parisiensi, Lepus pro pauperibus repræsentauit, defunctum D. Paschalium testamento legasse pauperibus sex millia librarum Turonensium, quæ sub custodia D. Augustini Thuani erant: & postulauit, vt earum nomine Procuratori Catholico pauperum prouisio fieret. Huic D. Vialardus pro heredibus executorum testamentariorum prædicti defuncti intercessit, vsque quo rationes suas reddidissent, ex quarum conclusione prædictis heredibus pecunia deberi posset, quam vnde recuperarent nescirent: itemque prædictum defunctum complures pauperes cognatos & in compluribus locis habere, à quibus incipiendum fuit: vt ait Panormitanus *in cap. cum in iure peritus. de offic. delegat.* Dominus Munthelonius tum Aduocatus Regius dixit, huiusmodi legatum in fauorem pauperum Parisiensium tantum, vbi defunctus domicilium suum habuerat, intelligi relictum, *l. Si quis ad declinandam. C. de Episcop. & Cleri.* Cæterum prædictam summam ob prædictas rationes impediri non debere: liquido enim eam pauperibus tradendam, quibus solis ius acquiritur. Curia Arresto suo prouisionem summæ quingentarum librarum Turonensium prædicto Procuratori pauperum adiudicat, & decernit residuum apud depositarium manere debere, vsque quo aliter decernatur, rationibus redditis, id quod prædicti heredes intra mensem facere tenebuntur.

Hoc Arrestum & 4 limitationis instar sunt *titul. de reddit. ration. Arr. 1. tit. 8. lib. 15* supra.

XI.

Prouisio medicamẽtorum aduersus Presbyterum remissum.

Quod dicitur, mobilibus Presbyteri vel Clerici non coniugati, manum inisci non posse, locum non habet, quando Presbyter per prouisionem alimentorum vel medicamentorum, à Iudice laico condemnatur, citra præiudicium remissionis, de qua litigatur. Nam hoc casu Presbyter captione & venditione suorum mobilium cogi potest. Et ita iudicatum fuit Arresto in Camera Parricidali, 2. Iunij 1548.

XII.

Prouisio medicamẽtorũ quando adiudicari aduersus Clericum remissum possit.

Quando de Prouisione à Iudice laico adiudicanda vulnerato cuidam aduersus Clericum remitti se postulantem agitur, duo plane contraria consideranda sunt. Vnum est, si Iudex laicus ex informationibus, quæ penes ipsum sunt, videat, Clericum de facto onerari, & probationem in Prouisione quadam sufficere, eam adiudicare potest, antequã Clericum ad Iudicem Ecclesiasticum remittit, hæcque prouisio non obstante appellatione executoria erit. Alterum est, quod si probatio sufficiens non sit, et si litigans eam amplificare & possit & velit: nihilo-

minus Iudex laicus, postquam remissio ab eo postulata fuit, alios testes admittere non debet: cognitionem quippe causæ aduersus Clericum apprehenderet, id quod facere non debet, *cap. & si clerici, & ca. diligent. de iud.* & tam Clericum quam materiam principalem & prouisionalem ad iudicem Ecclesiasticum remittere debet. Pro priore casu Arrestum Parisiense extat, quod datum mense Decembri 1533. Pro posteriore, alterum Arrestum prædicti loci, quod datum in Camera Parricidali 9. Iunii 1543.

XIII.

Arrestum contumaciæ per Prouisionem aduersus Clericum executioni tradi debet, ante remissionem.

Arrestum vel sententia data ob contumaciam in causa criminali in rem iudicatam non transit: & plerumque aduersus huiusmodi iudicia Princeps rescriptum indulget, vt quis tam super incompetentia, quam in principali, iis non obstantibus, audiatur: nihilominus antequam super prædicta incompetentia iudicatur, litigans prouisionem impetrare debet, quamuis is Presbyter vel Clericus esset. Atque hanc ad rem Clericus quidam ex eremodicio condemnatus, tam sententia quam Arresto, Curiæ rescriptum offert, vt admittatur: qui auditus à Curia ad primum Iudicem, vbi declinat, remittitur. Ad Iudicem suum Ecclesiasticum à primo Iudice remittitur, neque agenti ius dicitur, vt et per prouisionem repræsentetur id, quod ei Arresto & sententia adiudicatum fuerat, à quo actor ad Curiam Parisiensem appellat. Curia Arresto suo dixit, eum male remissum fuisse, & decreuit, emendata primi Iudicis sententia, antequam remitteretur, eum prædicto Arrestu & sententiæ satisfacere oportere.

Desumtum ex Gallo *quæstio 13.*

XIV.

Prouisio alimentaria fieri debet, ante quam vlterius de facto cognoscatur.

Religiosus laicus à Rege oblatus

Rex hominem impotentem, pauperem, senecta impeditum, debilitate, vel mutilatis membris in bello vel alibi, in Abbatiam fundationis Regiæ (Ducalis vel Comitalis) collocare potest quo ibi sustentetur & alatur, velut Religiosus, ex reditu prædictæ Abbatiæ, & nonnisi in singulis Abbatiis vnum regnicolam suum præsentare potest. Quod si difficultas oriatur super receptione prædicti præsentati, Abbatibus & Religiosis Abbatiam hanc fundationis Regiæ esse negantibus, quamuis diplomate Regio Iudici Regio mandetur, vt si appareat, prædictam Abbatiam fundationis Regiæ esse, &c. nihilominus pendente lite & ante omnia pauperem illum in Abbatiis nutriri vel ali oportere, pronuntiari debet, per *l. si Iudex. 10 ff. de his qui sunt sui.* Et ita iudicatum fuit Arrest. Parisiensi, 17. Februarii 1550. aduersus Dominum Fumæum Abbatem de la Cousture: cui probatio huius qualitatis Triumuiris Regiis vel impetranti incumbat, *l. Actor. ff. de probatio.* Hodie Dominus Cancellarius, qui ea diplomata expedit, cum intellexisset, omnia Monasteria ob huiusmodi mandata Regia admittenda sese opponere, & dilationes cognouisset, quæ ob huiusmodi difficultates fiunt, vt huic rei obuiaretur, taxam alimentorum & sustentationis huius impetrantis prouisi constituere solet ad summam sexaginta librarum annuarum, quarum nomine reditus Monasterii temporalis seu secularis retineri & ei manumittici debet.

De oblatis & Monachis laicis.

Locus Oblati vel Religiosi laici super Beneficio assignari non potest, nisi fundationis Regiæ sit, conuentualis & reditus competentis, non vero super simplicibus beneficiis collatiuis. Quamuis in casu disputationis de qualitatibus prædictis requisitis, si appareat, Beneficium opulentum esse magnique reditus, per Prouisionem alimentorum loco omnibus adiudicari debet: prout iudicatum fuit pro Oblato ad Monasterium B. Virginis de Campis directo, interea dum duo è Dominis ad informandum de fundatione missi fuerunt.

XV.

Senex quidam miles, seu veteranus, cum vxorem & legitimos liberos haberet Iudici Ambianensi rescriptum offert, quo Rex ei locum Religiosi in Abbatia prædicti loci donat. Abbas & Religiosi opponunt. Per prouisionem dicuntur, centes libras Turonenses singulis septimanis adiudicandas quo appellant. Arresto Parisiensi, 22. Decembris 1533. appellatione & eo à quo appellatum fuit, in irritum deductis, dictum fuit, prædictum veteranum appellatum per prouisionem alio habitu, quam Religiosorum vestiendum in prædicta Abbatia, & in prædicta Abbatia eum seruire, obedientiam præstare & emendationem excipere, & vt Religiosos, pendente lite, viuere oportere. Taxa duodecim librarum menstruarum immodica erat, attento eo quod supra, vbi prædictus D. Cancellarius nonnisi 25. solidos singulis septimanis taxat.

Super materia Oblatorum & Monachorum laicorum tractata in artic. 14. & 15 videre oportet *ap. 8. tit. 1. de ordine Ecclesiastico, in collect. mea*, vbi plene tractaui & disserui de oblatis, de iure, quod Reges Franciæ habent, vt veteranum, mutilum, infirmum vel debilem in qualibet Abbatia vel Prioratu fundationis Regiæ, Ducalis vel Comitalis, & quæ nominationi Regis subsunt, constituere possint, qui in Regia militia stipendium meruisset, vt in ea, quod reliquum vitæ ipsius superest, nutriatur & sustentetur, & eadem cum Religiosis pensionem haberet, modo quod mio sternum possit, in Abbatia vel Prioratu obiret, vel si coniugatus sit, neque in Abbatia commorari velit, pensionem quæ arbitraria est, iuxta reditum Beneficii, & plerumque viginti coronatorum: Abbatiæ & Prioratus nonnulli ab hoc onere immunes sunt, prout Lector meam collectionem legens videbit. I. C.

XVI.

Prouisio dotalis aduersus emtorem quendam possessorem, causam à vidua habentem, non fit.

Vxor Ioannis Pisoris depulsa fuit Arresto Parisiensi, à bello suo Prouisionis, vt se ex bonis mariti, vbi dos assignata fuerat, aleret & exhiberet, ex bonis mariti sui à tertio quodam detentis, cui eius consensu vendita fuerant, atque citra expensas instantiæ, anno 1390. nam è contrario prædictum consensum approbare oportebat, & per consequens venditionem per prouisionem.

Nota, Prouisionem dotalem adiudicatam viduæ pro alimentis suis & liberorum suorum, post mortem matris continuari debere. Carondas *libro 2. Respons. suar. capit. 89.* I. C.

XVII.

Prouisio Mon. aduersus Abbatem ipsum, qui ipsum eiecit.

De leiecto et alendo Abbatem.

Si Abbas quidam Monachum suum apostatam & irregularem, vel male viuentem expellat, eum alere non tenetur, neque sumtus refundere ei, qui eum absentem aluerit: tum quippe omnia eius alimenta, panis doloris, & aqua tristitiæ esse debet, *capit. nouimus. in fin. de verb. signif.* Verum si citra iustam & legitimam causam expulsus fuit, Abbas eum alere debet, *ca. olim secund. de restit. spoliat.* Et hanc ad rem Curia Arresto suo, quod Parisiis pronunciatum, mense Decembri, anno 1534. Abbatem quendam condemnauit, vt redderet iniuria Monachi sui, quod in eum alendum impendisset, toto eo tempore, quo Monasterio suo pulsus fuerat.

XVIII.

Prouisio alimentaria tam pro præterito quam in futurum fit.

Causa alimentorum priuilegiata est: & propterea post summariam cognitionem in huiusmodi materiis prouisio fieri solet, *l. si Iudex nutriri. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.* Et quamuis hoc priuilegium in futuris alimentis tantum locum habere deberet, non vero in alimentis præteriti temporis, *l. de alim. C. de transa.* Nihilominus Curia Arresto suo quod pronuntiatum Parisiis, 16. Decembris 1512. decreuit, per prouisionem alimenta exhibenda tam pro præterito quam in futurum. Ratio tum hæc allegata fuit,

ta fuit, quoniam pro præterito ex mutuo vixerat, quod eum soluere oportebat: & sic summa quæ ei pro alimentis futuris dabatur, ad soluenda debita collocata, eum ad maiorem necessitatem redigeret, quæ ratio valde notanda est, neque præsumitur quis vento vixisse, *l. fin. C. de alim. pup. præst.*

XIX.

Sententiæ alimentariæ etiam definitiuæ, per Prouisionē executioni traduntur.

Omnes sententiæ super alimentis, siue prouisionales vel definitiuæ, & siue pro liberis defuncti vel extraneis, & vtcunque ex alimentariæ sint, executoriæ sunt, non obstante appellatione. Et ita iudicatum fuit pro Priore de Longimes n. qui sententiam triūm modiorum frumenti annuorum obtinuerat, ad alimenta Religiosorum suorum impendendorū. Arresto Parisiensi, 16. Iulij 1539. quæ executio prouisionalis erit, quamuis sententia executoria non sit. Et cautionem præstari oportet, nisi infans sit, qui satis dare non possit: neque hæc executio principali causæ nocet, *l. Si Iudex tutoris. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.*

Hoc de iudicibus Regiis intelligitur. Vide quoque *Arrest. 31 h. tit. & Arrest. de sententiis executoriis, &c.*

XX.

Prouisio alimentorum et, quæ renuntiatur facta.

De alimentis futuris transigi non potest, *l. De his. ff. de transactio.* Et hanc ad rem etsi pauper quidam veteranus missus à Rege ad Abbatem quendam, vt veluti Monachus aleretur, & approbationem rescripti Regij postulans, cui Abbas contradixit, accepta pecunia transegisset, & prædicto rescripto renuntiasset, eo non obstante Arresto Parisiensi ad perorationem, mense Septembri 1555. decretum fuit, Abbatem eum recipere oportere, & rescriptum definitiue approbatum aduersus Abbatem, cum expensis.

XXI.

Prouisio pauperi actori aduersus aduersariū ipsius ad litigandum.

Æquum est, si pauperem non habentem, vnde sumptus litis præstet, oporteat cum altero litigare de hereditate, vel omnibus bonis, quæ à parte aduersa procedunt, quæque prædictus pauper ad se pertinere prætendit, æquum, inquam, est, aduersam partem cogi per prouisionem, vt pauperi sumtus litis necessarios præstet: textus ea de re est in *l. fin. §. quod si ei qui. C. de ord. cognit.* Et ita iudicatum fuit Arresto Curiæ Gratianopolitanæ, anno 1460.

Desumtum ex Guidone Papa, 561. *decisio.*

XXII.

Prouisiones Curiæ secularis, à prouisionibus Curiæ Ecclesiasticæ ve differant.

Differentia est inter repræsentationes prouisionales iudicatas in Curia seculari, & repræsentationes, quæ iudicantur in Curiis Ecclesiasticis. Nam in Curia seculari debitores opponentes in manus creditoris repræsentare: verum in Curia Ecclesiastica, in manus prædictæ Curiæ repræsentare iubentur: & instrumenta pro sola confessione, non vero pro obligatione authentica accipiunt. Et iuxta hanc differentiam iudicatum fuit duobus Arrestis Parisiensibus, vno, 18. Augusti 1526. altero anno sequente, 27. Augusti.

XXIII.

Rescissio pendente subhastatione citra consignationem.

Pro debito ex obligatione sub sigillo Regio contracta, creditor quædam immobilia debitoris hastæ subiici curat. Debitor pendente subhastatione, rescriptum Regium impetrat, ad irritanda obligatoria instrumenta & nulla declaranda. Creditor ait, eum citra consignationem admitti non posse. Sententia Seneschalli Aquitanniæ iudicatum fuit, eum admittendum; & creditor à postulata consignatione depulsus, citra subhastationis præiudicium: vnde à prædicto creditore ad Curiam Burdegalensem appellatum, vbi Arresto dictum, bene iudicatum fuisse, 25. Iunii 1536. aduersus Dominum Plansium. Dn. Præses Boerius ait, maiorem partem Dominorum in eo se fundasse, quod prædictus creditor immobilia debitoris capta tenebat, eaq; hastæ subiici curabat. Tum quod talis nullitatis instantia quodammodo, ad impediendam illam consignationem, considerari debebat, *l. 1. §. parui refert ff. quod vi aut clam.* & tenet Bartolus *in l. 4. §. condemnatum. ff de re iudicat.* Item quia prædictus debitor minor erat, & fundatus in prædicta restitutione, *l. minor viginti. ff de minor.* Quarum rationum prima & vltima speciem quandam habent, secunda vero parum admodum, neque in Francia admitteretur, attenta obligatione, quæ per prouisionem obseruari debet.

V. Maynardum *lib. 3. cap 48.*

XXIV.

Repræsentatio non impleta quomodo punita.

Si constituatur & decernatur, debitorem falsam solutionem allegantem, vel aliam exceptionem, summam apud Acta intra certum tempus consignare oportere: si id non faciat, loco totius pœnæ ad soluendam creditori summam condemnari debet, & cum expensis ab exceptionibus suis depelli. Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano 8. Februarij 1466.

XXV.

Prouisio in testamēto adiudicatur, æquè vt in contractu.

Æque vt ex contractu vel obligatione executoria (de qua videantur quoque Arresta sequentia) per Prouisionem legatario vel heredi adiudicari debet, iuxta textum testamenti falsi accusati, cautione præstita, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 16. Februarii 1551. inter Margaretham, Iobertam ab vna parte, & Marburinum Caeneum ab altera.

Iuxta *l. si non fraudem. C. de leg. l. si testamen. ff. de petit. hered.* Lucius *lib. 8. tit. 6. Arr. 7. 8 & 10.*

XXVI.

Repræsentatio in pecunia vel apocha.

Iudex in sententia repræsentationis omittere nō debet, vt dicat, debitorem vel in pecunia vel in apocha repræsentare oportere: alioquin debitori iniuriam facit, qui appellare potest: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 24. Martij 1530.

Vide *Arr. 39.* infra.

XXVII.

Reliqua reditus per Prouisionem.

Reliqua reditus liquidi, quantumuis plurium annorum sint, per Prouisionem, & pendente lite actori adiudicari debent, cautione præstita: prout not. Raph. Cum. & Alexand. *in l. sciendum ff. qui satisd. coga.* Et ita iudicatum fuit Arresto Curiæ Parisiensis, anno 1384.

XXVIII.

Prouisio obseruandi contractum, pendente rescindente.

Pendente lite rescissoria contractus per Prouisionem obseruari debet, & absque eo debitor procedere non tenetur, *cap. suscitata. de in integ. restitut. l. si quis maior. C. de transactio. & l. vna. C. de repet.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 5. Iulii 1513. Et Altero Arresto, quod datum anno 1554. pro illustri Claudio de Crameaux Equite, aduersus nobilem Antonium de Cremeaux, ratione Dominii de Serre, in Balliuiatu Forosegusiensi.

Pendente quæstione super rescissione contractus, præstita cautione teneri debet, iuxta *cap. suscitat. ext. de in int. rest.* Id quod locum habet, tam in actore quam reo, si fides adhibenda Carondæ *lib. 3. Resp. capit. 32. & lib 5. cap. 31 & lib. 7. cap. 176.* I. C.

XXIX.

Prouisio obseruandi contractus falsi impugnati

Si contractus falsi accusetur & impugnetur, pendente falsi discussione executioni tradi & per Prouisionē obseruari debet, & cautione præstita citra præiudicium

iudicium iurium partium: nam instrumentum, quod manifestum vitium in se non continet, probatio perfecta & completa est prout ait Baldus *in l. Cum precibus. C. de probat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 27. Martij 1527.

Limitatio Arresti præcedentis.

Huiusmodi Prouisio locum non habet, quando contractus, veluti pignoratitius & vsurarius arguitur, & super vilitate pretij, super possessione continuata a venditore, super reliquis numeratis & in sortem principalem versis, partes contrariæ esse dicuntur, Prouisioni locus non est, quæ vtique cum principali iungi debet. Iudicatum 9. Martij 1576. petorante Chauelion: pariter nullitate ex tempore probata, veluti defectu signi vel solennitatis. Iudicatum, 29. Februarij 1582.

XXX.

Idem cum decimo octauo.

Pendente processu cancellationis obligationis cuiusdam vel venditionis, Contractus per Prouisionem obseruari debet, & summa in manus creditoris repræsentari, vel emtori possessio tradi præstita cautione. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 25. Martij 1540, per *l. lite ordinata. C. de lib. caus.*

V. Constantinum *ad artic. 61. & 68. Constitutionis* 1539.

XXXI.

Sententia vel contractus de quorum nullitate agitur, executori per Prouisionem sunt.

Quamuis iure actus nullus, siue sententia siue contractus sit, executioni tradi non debet. *l. quotiens. ff. qui satisd. cog.* Nihilominus in Francia, si nullitati contradicatur & de ea cognosci oporteat, per Prouisionem & pendente lite sententia executioni tradenda, si huiusmodi sit, quæ non obstante appellatione, executioni tradi debent, vel talis contractus qui obseruari pariter debeat *c. suscitata, de in int. restit. & l. defendente de autor. tutor.* Et ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, pro contractu quodam, qui à furioso celebratus esse opponebatur, aduersus Comitem Porcianum, 2. Aprilis 1515.

XXXII.

Prouisio conseruandi contractus, quando actori impossibilis est.

Pendente processu restitutionis siue cum minore siue cum maiore si contractus ab impetrante obseruari non potest, e[illegible] & reus saltem per prouisionem, pretium suum habere debet. & cautionem super obseruantia, vel damna & interesse, si diceretur, contractum validum esse debere refuso pretio: cuius etiam nomine à reo cautio præstabitur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 28. Augusti 1528.

Idem dicitur de re irreparabili.

XXXIII.

Prouisio executoris testamentarij pendente processu nullitatis.

Pendente lite restitutionis inter cognatos testamentum nullum prætendentes ab vna parte, & executorem prædictum testamentum firmum asserentem, super mobilibus ad persequendam litem executori Prouisio fieri debet, itemque ob solutionem legatorum in piam causam, & seruis relictorum pro ipsorum salariis, dummodo prædictum testamentum manifestum vitium non habeat. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 12. Februarij 1550. iuxta *l. 1.* & alias *ll. ff. si cui plus quam per l. Falcid.*

Vide Consuetud. Paris. repetitæ prælectio.

XXXIV.

Prouisio in hereditate collaterali non fit.

Prouisio inter collaterales * minime adiudicatur, contendentes scilicet de hereditate collaterali cuiusdam, verum inter descendentes tantum fieri debet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1527. pro Ioanne Castellatio, aduersus illustrem Mathiam de l'Hoste, iuxta *l. in suis. ff. de lib. & post.* quæ inter collaterales minime locum habet.

* Desumtum ex Stylo Parlamenti, *tit. de Prouisio. in §.* idque intelligitur, vbi testamentum nullum extat: nam si testamentum legitimum extet, Prouisio competit, vt ait Rebuffus ad Constitutiones, *tract. de sent. prouision. ar. 5. & gloss. 1. nu. 32.*

XXXV.

Cum actor à limine postulat, videns reum suum contradictorem se constituere, rem quandam per Prouisionem, veluti in successione vniuersali, inuentarium mobilium fieri, vel momentaneam possessionem cuiusdam partis, vel obseruantiam contractus, repræsentationem rei debitæ, vel adiudicationem summæ ad persequendam litem: bene cauere debet, ne patiatur Iudicem tractare vel iungere hoc incidens liti principali; verum ab eo appellare, & optima causa erit, si petitio ipsius de Prouisione bene fundatur: alias non. Et ita iudicatum fuit Arresto, 7. Februarij anno 1529.

XXXVI.

Reparationem cautionem decernere debet.

Iudex nullam Prouisionem decernere debet, vel summæ debitæ, vel alterius rei ciuilis, nisi eadem opera decernat, partem, cui Prouisio fit, cautionem præstare oportere: quod si Iudex id omittat, culpam committit & grauamen infert, à quo appellari potest: & appellatio bene fundatur: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 15. Februarij 1540. inter Antonium Chambonium Examinatorem Castelleti, ab vna parte, & Hugonem Possepinum ab altera parte. Verum est, quod si decernatur, debitorem intra decem dies præstita cautione repræsentare oportere, & intra hoc tempus creditor ei cautionem sufficientem offerat, quamuis admittere nõ velit, & repræsentationem differat, Iudex postea decernere potest, eum citra cautionem repræsentare oportere. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 12. Aprilis 1526. Eaque sententia est complurium *in l. vnic. ff. si quis ius dici non obtemp.* Alioquin cautio præstanda est, eaque admittenda. Neque actor sententiam suam executioni tradi curare potest, antequam cautio ipsius admittatur, parte citata & audita: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Iulii 1519. pro Ioanne Chauuetia, aduersus Ludouicum de Tiean apparitorem.

Repræsentatione quando cautione ... (right margin, partly cut)

Cautio quando & quomodo præstanda.

V. supra *Arr. 26.* & Mayoardum *lib. 3. cap. 49.* qui in contraria sententia est.

XXXVII.

Reus condemnatus, ... (right margin, partly cut)

Quando accusatori Prouisio medicamentorum adiudicatur & ad litem persequendam, vel in materia ciuili Prouisio alimentorum, actor postulare nõ potest, vt reus teneatur ad soluendam Prouisionem, aliter prædictus reus in exceptione sua non admittitur. Actor quippe prouisionalem suam sententiam per manus iniectionem & bonorum condẽnati subhastationem executioni tradi curare potest. Et ita iudicatum fuit 2. Arrestis Burdegalensibus, quorum vnum datum aduersus Ioannem Sapientem, Locumtenentem Condomiensem, 2. Septembris 1536. alterum pro Petro & Girardo Rabægnatio, aduersus Simonem Vignerium actorem, & appellantem à Seneschallo Petrucoriensi, qui taorumdem dixerat. 7. Aprilis 1537. Ratio est, quod ea Constitutione huiusmodi Prouisiones non obstante appellatione executoriæ sint, quæ frustra decernerẽtur, si earum executionem hac ratione præiudiciabilem ita adstringi oporteat. Et sic notatur *in l. 1. ff. de re iudicat.*

Et sciendum est, Prouisionem corporis prehensionem non continere, neque rigorem 4. mensium. Iudicatum pro Bolleo & in Camera Edicti, 3. Iunij 1579.

XXXVIII.

Prouisio medicamentorum ... (right margin, partly cut)

Accusatus vulnerator, qui per Prouisionem summam quandam adiudicatam pro medicamentis & alimentis vulnerati repræsentauit, postea in definitiua in summam quandam condemnatus, id quod per

[margin: ...nec imputatur.]

per Prouisionem repræsentauit, deducere, & solutioni prædictæ summæ definitiue adiudicatæ imputare non potest. Eaque sententia fuit Masuerij *in tit. de possessio. & tit. de Prouisio.* qui ait accusatorem quoque condemnatum non teneri restituere, quod per Prouisionem accepit, nisi dictum fuerit. Et notatur *in l. cum autem. §. cum redhibetur. ff. de adilit. edict. & in l. si pignore. ff. de pignoribus*, & ibi Bartolus. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 3. Augusti 1530. pro Margaretha Coupæa actrice, aduersus Tussanctum Paulllonium.

XXXIX.

[margin: ...& contrarium.]

Geruasius Pasquinus accusatus homicidii cum aliis, incarceratus in Castelleto Parisiensi, ad repræsentandas parti ciuili, ad persequendam accusationem, per Prouisionem, 40. libras Parisienses condemnatus fuit, quas soluit, lite finita, ad patibulum condemnatus fuit. Ab eo appellat & ad Parlamentum ducitur, cui rescriptum veniæ & indulgentiæ Principis offert, quod Arresto approbaint eadem opera ad summam 80. librarum Parisiensium parti ciuili insarendam condemnatur. Pro tota hac somma bona ipsius pignori capiuntur. Is opponit & ait, se per Prouisionem 40. libras iudicatas à Locumtenente criminali Parisiensi soluisse, quam summæ Arresto iudicatæ imputari oporteat, seque residuum soluere paratum. Pars ciuilis repræsentat, prædicto Arresto minime dictum fuisse, se summam antea per Prouisionem adiudicatam deducere oportere: Curiam id non omissuram fuisse, si id ita intellexisset. opponens ait, pro vno delicto se in duas multas non condemnandum: idque quod soluit, nonnisi partem esse summæ integræ & totalis, quam ante sententiam definitiuam per Prouisionem soluere & præmumerare coactus fuit. Arresto Parisiensi, quod datum in Camera Patricidali, 13. die Februarij 1550. ad relationem D. Aborij in Camera prædicta, oppositio hæc admissa fuit: & iuxta eam, ab hac summa, id quod per Prouisionem solutum fuerat, detractum & deductum.

XL.

[margin: Recusatio Prouisionem non impedit.]

Prouisiones medicamentorum fauorabiles sunt & sic priuilegiatæ, vt dummodo de facto ex sufficienti ratione constet, sententiæ super iis datæ approbentur, quantumuis ius commune nonnihil offendatur. Eaque materia est *l. si iudex ff. de his qui sunt sui vel al. iuris.* Species facti hæc est, Iudex cum incidens Prouisionis pro vulnerato aduersus accusatum iudicare paratus esset, sufficienter recusatur. Is vlterius progreditur: & antequam causam à se abdicaret, Prouisionem iudicat, à quo appellatum fuit. In Curia hæc sententia iusta & legitima comprobata fuit.

XLI.

[margin: Prouisio in rescissio ne pro actore quodam citra cautionē.]

Prodigus quidam à propinquis suis conuenitur, vt ei bonis interdiceretur. Is declinat. Decretum fuit, eum procedere oportere. Is appellat. Non obstante appellatione ei bonis interdicitur. Arresto dictum fuit, in omnibus & per omnia male decretum & processum fuisse. Ad alium Iudicem partes remittuntur. Causa diu sine persecutione hæret. Postea reassumitur. Pendente lite egregium patremfamilias se præstat, omnia vendit, & iusto pretio. Compertum fuit, eum quodam Parisiis optimum & magnum fundum mercatori cuidam vendidisse, pro certo pretio, cuius pars in pecunia numerata, pars altera in massa argentea soluta fuit. Comperitur præterea, eodem loco, eodem die & coram iisdem Notariis, hunc emtorem prodigo venditori suo domum quandam Parisiis sitam vendidisse. Is moriente, ipsius propinqui rescriptum rescissionis aduersus venditionem huius egregij fundi impetrant, dicantes post remissionem sententiam datam de interdictione Arresto confirmatam: & quamuis hæc venditio ante sententiam & ante Arrestum celebrata fuisset, nihilominus eum semper prodigum fuisse. Emtor Arrestum impetrat, quo ei fruitio cautione prius præstita concedatur, pendente lite. Is hanc cautionem defugit, neque eam, vt par est, præstat, Curia * decreuit, heredes venditoris citra cautionem frui oportere, pendante lite per Prouisionem, & partes super principali ad alium Iudicem remittit.

* Curia) Hoc Arrestum desumtum est ex Imberto *in Enchir. suo. in verbo, interdictum bonis.* Vnde notandum est, pendente lite iudicem interdicere non posse. Et ita dictum fuit Arresto Parisiensi, quod datum 16. Iulii 1572. perorante pro prætenso prodigo Choppino, qui prædictum Arrestum, *lib. 3. de domanio Franciæ tit. 2. sub fin.* refert.

XLII.

[margin: Prouisio super bonis sine heredibus.]

Arresto 11. Decembris 1523. nonnulli eius datam assignarunt anno 1525. viduæ doarium & dotem suam postulanti, Prouisio super bonis hereditariis pendente tempore deliberandi à successore, vtrum heres esset vel non, adiudicata fuit: prout supra *tit. de dotibus & doariis Arr. 15.* notatur. Tantundem aduersus heredes defuncti D. Ludouici Pomarij, & pro famulis ipsius dictum fuit: prout continetur *tit. de legat. Arr. 7.* inf.

XLIII.

[margin: Repræsentationi locus non est, si debitor furiosus fuisse tempora obligationis, proponatur.]

Id quod supra dictum fuit obseruari, vt super instrumento authentico & quod manifestum vitium in se non continet, teneatur debitor repræsentare in manus creditoris sui, per Prouisionem, præstita cautione, prædicto debitore non audito, siue falsi accuset, siue solutionem alleget, nisi prius prædictæ Prouisioni satisfecerit, id, inquam locum non habet, si prædictus debitor opponat, eum qui prædictum instrumentum & promissiones sublit, tum stultum fuisse & insensatum: hæc quippe exceptio peculiarem efficaciam habet omnia sistendi, neque Prouisio vel repræsentatio locum habet, verum partes ad informandum admitti debent, adeo fauorabilis & substantialis est in omnibus contractibus certa scientia, à qua libar consensus procedere debet, sine quo nihil recte fit, cuius demens incapax est. Et notanda est hæc regula, cuius mentionem facit Bartolus *in l. habeat. C. de SS. Eccles.* Et ita in Curiis Franciæ Supremis obseruari, Imbertus scripsit.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum I.

I.

[margin: Prouisio cum principali non cumulāda.]

IN materie Prouisionis, non obstante postulata remissione ad Iudicem inferiorem vel Ecclesiasticum, Iudex Regius cui denuntiatio & admonitio facta de iure dicundo, prædictam Prouisionem adiudicare potest, eamque executioni tradi curare citra præiudicium remissionis principalis. Iudicatum Arrestis, 16. Ianuarij 1563. pro Iudice Caluimontano. Et Arrestis ad Procuratoris Catholici Regii postulationem interdictum fuit, ne de cætero amplius Prouisio cum principali cumularetur, verū iniunctum, vt in casib. Prouisioni obnoxiis separatim iudicentur: veluti 3. Decemb. 1576. post prandium: strictius vero 4. Martii 1577. in causa quadam pro

Trolleo,

Trullen, & decretum, vt in plena Audientia Castelleti pronuntiaretur & publicaretur. Attamen Curia sæpe Prouisionem principali iungit, quando vtrumque æqua expeditum est, vel reformando decernit, Prouisionem differendam.

II.

Prouisio alimentorum fauorabilis.

Prouisio alimentorum adeo fauorabilis est, quando magna quædam præsumtio subest, vt quamuis Iudex Ecclesiasticus incompetens sit, attamen Curia nonnunquam prædictam Prouisionem puellæ prægnanti adiudicauit & confirmauit. Iudicatum 17. Aprilis 1572. Quod si Prouisio aduersus delinquentem defunctum adiudicetur, tum ea aduersus heredem, noua actione, coram Iudice laico, Locumtenente ciuili non criminali postulari debet. Iudicatum, 27. Ianuarij 1571.

Prouisio aduers. delinquentē defunctū.

III.

Prouisio alimentorū cedi non potest, & reuocatur.

Prouisio alimentaria cedi non potest, cum nominatim de alimentis transigere prohibitum sit, *l. cum hi. ff. de transact.* Propterea reuocari potest, veluti Arresto Catholicianorum, 19. Ianuarij 1563. contigit aduersus Thesaurarium Burgensem, qui in carcerem coniectus à Triumuiris Regiis Prouisionem alimentorum 1000. librarum impetrauerat: verum carcere liberato ob ipsius luxum & pompam adempta fuit.

IV.

In appellatione à Prouisione medicamentorum, rē obscuram Curia euocat.

Quando à sententia Prouisionis medicamentorum appellatur, & ratione informationum vtriusque partis dubium & obscurum est, quisnam aggressor vel iniurians fuerit, Curia litem non iudicando euocat & ad proximiorem Iudicem remittit, vt tempore iudicij prouisionis, vt paretur, ratio habeatur. Arresto 2. Decemb. 1563.

V.

Contract⁹ cum prodigo ante dicto bonis celebrati, quomodo valeant.

Cōtractus cū prodigo bonis interdicto celebrari valent, vsque quo interdictio executioni tradita, publicata, & de curatore prospectum fuerit. Arresto Parisiensi, quod datum inter Comitem Sancerranum & Regem Nauarræ 24. Martii 1564. Choppinus *ad Consuet. Andegau. lib. 3. cap. 3. tit. 1. Art. 21.* T

VI.

Abbas aduersus Religiosum suum litigans propter reformationē, ei prouisionem præstare tenetur.

Abbate aduersus Religiosum suum, & Religiosis vniuersis aduersus Abbatem litigantibus, ob reformationem & determinationem Abbatiæ vel Prioratus, Abbas tam ad alimenta quam ad litem sumptus necessarios per Prouisionem exhibere Religioso tenetur. Iudicatum aduersus fratrem Antonium Vialardum Priorem Sancti Martini de Campis (postea Archiepiscopum Bituricensem) pro Religiosis ipsius, eum in manus Susceptoris Conuentus, summam sexaginta librarum Parisiensium consignare oportere, 14. Decembris 1575. & altero Arresto, 27. Iunii 1576. eum insuper summam 150. præstare oportere, saluo augendi iure. Idem Arresto Maioribus diebus Claromontanis, 2. Octobris 1582. ad libellum à fratre Francisco Ponzeto Religioso Abbatiæ Fontis-Iohannis, aduersus Tolletum Abbatem oblatum. CVRIA decreuit, primo die eum audiendum, interim vero ei summam 30. coronatorum per Prouisionem adiudicauit. V. Guidonem Papam *dec. 561.* Collectionem meam *cap. 7.* I. C.

VII.

Prouisio partui adiudicatur.

Prouisio alimentaria sæpe adiudicatur infanti recognito, pendente cognitione de matrimonio, veluti 22. Februarii 1582. aduersus Iuuenem quendam Carnutensem. Verum id à Iudice Regio, non autem Ecclesiastico fieri debet, qui non nisi de fœdere matrimonij, an sit matrimonium, vel non, cognoscere potest, non verò de Prouisione, damnis & interesse, prout infinitis Arrestis relatis à D. Roberto *rer. iudic. lib. 3. cap. 5.* iudicatum fuit. Vide *quæst. mea. 8.* I. C.

VIII.

Qui infanti exposito alimenta exhibere tenetur.

In Maioribus diebus Pictauiensibus hæc quæstio in Audientia tractata fuit: Quisnam infanti in via exposito alimenta exhibere teneretur? Xenodochium, vel Dominus feudi loci, in quo infans expositus fuerat, vel Dominus domus, coram qua expositio hæc facta fuerat? Seneschallus Andegauensis per prouisionem, Religiosas, Abbatissam & Conuentum B. Virginis Roncerensis condemnauerat, coram quarum ianua infans expositus repertus fuerat, sub præsumtione, eum ad quendam ibi habitantium pertinere posse, iuxta sententiam Boer. *decis. Burdegal. 199.* & in principali partibus iniunxit, litem per scripturam agitare, &c.

CVRIA appellationem & id à quo appellatum fuerat, In irritum deduxit, principalem litem euocauit, & antequam ius diceretur, decreuit, diligentia appellantium Episcopum, Abbates, Capitula, & alias communitates ciuitatis Andegauensis in prædicta Curia citandos, vt iis & Procuratore Catholico auditis, ad sententiam de ratione infantium expositorum, procedatur, sententia quoad Prouisionem effectum suum sortiente 15. Septembris 1579. Itemque iudicatum fuit, susceptorem non teneri alere & sustentare à se susceptum. Vide collectionem meā, *cap. 19. & 20.* Choppinum *de morib. Parisior. lib. 2. tit. 5. num. 19.* Carondam *lib. 9. cap. 16.* I. C.

TITVL. II. DE LITIVM expensis.

ARRESTVM I.

Expensæ personales sunt.

CONdemnationes in expensas personales sunt, adeo vt quilibet è litis consortibus condemnatus pro rata sua teneatur. Quod si pater & filius vna & simul condemnentur, pater in solidum non cogetur, verum tantum pro parte dimidia, nisi in malafide deprehenderetur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi quod datum in Maiori Camera Inquisitionum, 15. Iulij 1534. Hanc ad rem singularis est peroratio Dominorum Sammelotij & Bucherati, Præside D. Magistro, 4. Maij 1553. Prædictus Sammelotius allegabat Arrestum datum anno 1535. quo expensæ taxantur & diuiduntur in capita, & pro numero succumbentium, non vero pro modo emolumenti victoriæ petitæ: Exempli gratia, tres domum quandam petunt, vnus pro quarta & dimidia, alter pro octaua, tertius pro media parte: si causa sua cadant & in expensas condemnentur, eas singuli pro tertia parte debent. Ratio hæc est, quia singuli pari temeritate litigant, à qua procedit & determinatur condemnatio expensarum, *l. Eum qui temere. 79. ff. de iudic.* Prædictus dominus Bucheratius in prædictum Arrestum quidem consentiebat, verum dicebat, facti speciem, de qua tum agitarent, omnino diuersam esse, de pluribus heredibus, qui vni litigantium successerunt ante condemnationem. Ex qua facti specie diuersam à præcedente rationem resultare: nam omnes per vnicum Procuratorem litigare, *l. iam tamen. §. penult. ff. iudic. solu.* & vnam eandemque omnes personam repræsentare, *l. 2. § ex his. ff. de verb. ob.* Certum esse, si quis, pluribus heredibus relictis ante sententiam decedat, qui ei pro inæqualibus portionibus succedunt, eis adiudicatas postea

Diuersa causa & succedentium in expensas condemnatorum.

expen-

expensas pro rata soluere debere. Sammelorius asserebat, heredes Bucheratii nominatim in condemnatione cum aliis litigantibus comprehensos fuisse, ac ideo sententiam in viriles scindi debuisse, quæ iospicienda fuit, non petitio. Et hunc ad effectum expressus est textus *l. vnic. C. si plur vna senten. condemn. fuer.* Quando ratio Bucheratii vera foret, taxam in viriles factam & non pro rata, à qua appellatum non fuit. Curia Arresto suo partem seu clientem Bucheratii depellit, saluo ei regressu aduersus coheredes. Dominus Præses, Curia digressa, prædicto Bucheratio, causam Curiæ declarauit, puta, eo quod à taxa expensarum in præsentia Procuratoris facta appellatum nõ fuerat, residuum nonnisi executionem eius fuisse, quod vim Arresti haberet. Item reseruatio prædicti Arresti satis docet, huiusmodi diuisionem pro rata, nõ vero in viriles fieri debere, postremo casu: de eodem notandum est Arrestum sequens.

Maynardus *lib. 3. cap. 1. suar. quæstio.* contenta hoc Arresto non approbat, verum contrarium asserit, heredes eius, qui litem cœpit, nonnisi pro portionibus ipsorum hereditariis condemnari posse, facta prius declaratione, si litem reassumant, pro quibus portionibus prædictam litem reassumerẽt. I. C.

II.

Procurator Regis quãdo partem ciuilẽ ab expensis excuset.

Magna differentia est, Procuratorem Regium in instantia iungi, vel partem principalem, Priore enim casu pars priuata, quæ prædicti Procuratoris Regii consors est, in expensas condemnata, omnes expensas debet: posteriore casu nonnisi partem dimidiam debet: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, sub finem Februarii 1534. relatore D. Berzello.

III.

Diuisio notabilis expensarum inter consortes in eas condẽnatos.

Si tutor duorum vel trium minorum cum maiore consorte ipsorum, aduersus alteram partem agat, & prædicti tutor & maior in expensas condemnentur, quamuis maior nonnisi proportione hereditaria ageret, & singuli minores pro tanto, nihilominus in taxandis expensis id minime attenditur: tutor quippe nonnisi pro vno agit, & maior pro altero, hoc est, se. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, in Maiore Camera Inquisitionum, sub finem Nouembr. 1534 ad relationem D. Berzelli.

IV.

Expensæ aduersus actorem plus petentem.

Ex *cap. vnic. de plus petition.* actor in expensas litis tenetur, nisi intentionem suam in solidum probauerit: Et si pro tertia vel media parte obtineat, reus in hanc portionem condemnari, & expensas impetrare non desinit. Ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano Vigilia S. Ioannis, 1447. Arresto Parisiensi, reus eas omnes debet, si nihil attulit, vt infra.

Desumptum *ex decis.* 27. Guidonis Papæ, & *lib. 8. tit. 9. Ar.* 1. & 2. supra.

V.

Idem & contrariũ.

In differenter in Parlamento Parisiensi obseruatur, & ita compluribus Arrestis iudicatum fuit, reum semper in expensas condemnandum actori, qui partem petitionis suæ probauit, non vero totam, quãdo reus nihil obtulit, quia qui petit totum, & quãlibet eius partem petere videtur, cũ in maiori summa minor insit. Atque ita pariter obseruatur in Curia Ecclesiastica, etiam probando solum in obolo, & ad id allegatur Bartolus *in l. qui solidum. ff. de legat.* 2 *cum vulg.* Rebuffus *in præfat. suor. Commentar. ad Const. Regias, gloss. 5. num.* 53. hunc casum notat, quo ciuilis *l. Cod. plus petitio.* non obseruatur. Attamen ait, quod si loco vel tempore plus petatur, veluti si quis cogatur Lugduni rem repræsentare, quam se Parisiis soluturum promisit, vel etiam cogatur id ante tempus facere, sine dubio tum, etsi reus debeat, neque eo die vel loco, quo debet, repræsentaturum vel soluturum se offerat, nihilominus actorem ipsum in eam omnes expensas condemnatum esse, *l. properandum. §. 1. C. de iudic.*

VI.

Quando pars quædam ab initio iustam causam habuit contradicendi & litigandi, vsque quo publicatione testium, malam se causam habere manifesto cognouerit, in expensas non tenetur: & pro mensura temporis, quo causam litigandi habuit, prædictas expensas non debet. Eaque sententia fuit Bartoli *in l. properandum, §. sin autem alterutra. C. de iudic* per *l. si quis inficiatus. ff. deposit.* & Baldi *in l. desiisse. ff. de iudi.* Verum pro reliquo tempore, quo cognouit se malam causam fouere, & litigauit, expensas debet, not. *in l. qui solidum. §. etiam. ff. de legat.* 2. Alii contrarium tenuerunt, & ait, id locum habere, quando pars eius de mala sua causa commonita vel certiorata, in continenti discedit: tum expensas metuere non debet: verum si postea litigare perseueret, malam fidem suã declaret & certum faciat, se quia ita fecit, à principio liberam voluntatem habuisse sine causa litigandi, & sciuisse se nullum ius habere: ac propterea omnes expensas debet arg. textus *in l. 2. §. circa. ff. de except. dol.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 2. Augusti 1457.

Expensæ post publicationẽ tantum aduersus quẽdam litigãdi colorem habentem.

VII.

Thesaurarii, Susceptores, & Delegati ipsorũ, agentes vel conuenti ob negotia officii sui, & pecuniam Regiam, expensas instantiæ impetrare debent, si eam obtineant: itemque in expensas condemnari debent, si succumbant, *l. seueriter Præses. §. quin etiam C. de excusat. tut. & l. 1. C. de decur. lib.* 10. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 8. Martii 1459 inter Thesaurarium Delphinatus ab vna parte, & Ioãnem Brunetum, conductorem gaballarum apud Romanenses ab altera parte. Et Arresto Parisiensi, quod datum in Curia Catholicianorum Subsidiorum, inter Syndicum Forosegusiensem, appellantem ab vna parte, & Milanum Cazium, Susceptorem tributorum & subsidiorum in prædicta Prouincia, appellatum ab altera parte, 29. Ianuar. 1556.

Expensæ aduersus vel pro Thesaurario.

VIII.

Iudex bene attendere debet, si partem in expensas condemnet, ne expensas futuras comprehendat: verum tantum expensas factas adiudicare debet, prout declaratum fuit Arresto Parisiensi, anno 1510. per *l. Non quemadmodum. ff. de iudic. & l. 1. de vsur.* Nihilominus expensarum futurarum & non factarum adiudicationem determinare potest, veluti si quid alia quam vsitata & consueta forma fieri ad postulationem vnius partis, decernat. Exemplum hoc esto: Iudici repræsento, quod si testes mei inquirantur in loco, quo pars mea & ego litigamus, ego mihi polliceor ei veritatem rei litigiosæ euidentius demonstrare. Si pars ei intercedat, iudex decernere debet, inquisitionem, quam facere intendo, in loco faciendam, & testes meos ad prædictum locum adducendos, quamuis procul absit, ea lege, vt quo casu ego expensas prædictæ inquisitionis obtineam, nonnisi easdem taxandas, quæ fierent, si inquisitionem meam in loco domicilii testium fecissem. Altera facti species. A Iudice peto, vt in rem præsentem descendat, ad cognitionem iurium partium consequendã. Pars seu aduersarius intercedit, & ait, huiusmodi descensum in rem præsentem post litem in-

Expensæ factæ & nõ faciẽdæ adiudicari debent.

Expensæ faciẽdæ determinari debeant.

fi uel ad postulationem vnius vel alterius partium fieri non debere, verum tantum officio Iudicis: si viso processu comperiat id necessarium esse, antequam prædictam litē dimidicet, nihilominus decernere poterit, & super libello, quem effero, prædictum descensum in rem præsentem, & dicere, eum meis sumtibus fieri oportere, quos taxare non potero, si obtineam. Tu criminaliter eum, qui te offendit, persequeris: quando de testibus citandis, repetendis & componendis agitur, tu difficultatem repræsentes, eo quod prædicti testes senes, valetudinarii, vel alias, quo minus veniant, præpediti sint: postules vt ad domicilium eorum eatur, id exorbitans est. Attamē ex causa, Iudex id decernere potest, verum declarare debet, id ea lege fieri, ne in casum victoriæ expensę componēdorum testium taxentur, nisi qua ratione taxatæ fuissent, si ea compositio testium in loco iudicii facta fuisset.

IX.

Executor expensas non adiudicat.

Executor Arresti taxare vel ius dicere super expēsis executionis non potest: Nam executione peracta nihil agendum ei incumbit, eo quod functus est officio suo, *l. Iudex ff. de re iudic.* Et ita iudicatum fuit Aresto Parisiensi, 17. Decembris 1526. aduersus Ballinium Veromanduorum. Is partes super petitione harum expensarū, ad eos, à quibus executionis mandatum accepit, remittere debet.

X

Appellati expensas sufferre nō solebant.

Obseruantia ante hac hæc fuit, quæ vsque ad annum 1500. durauit, appellatos, eo quod in causa appellationis succumberent, plerumque in expensas non condemnatos fuisse: verum tantum ex causa euidente. Ratio hæc erat desumta ex verbis Vlpiani Iurisconsulti in *l. 1. ff. de appellation.* Sæpius Superiores sententiam quandā corrigentes & reformantes maiorem iniquitatem committere, quam eum, à quo appellatum fuit: deque eo Arrestum extat de 25. die Ianuar. 1422 pro quodam appellāte à Ballino Meldensi, qui appellantem quendam in expensas condēnauerat, quod male iudicasset ratione prædictarum expensarum, & prædicto Balliuo prohibitum, ne ita deinceps iudicaret. Hodie hæc obseruantia abolita est & omnes appellati succumbentes sine discrimine in expensas causæ appellationis condemnantur: semper quippe præsumtio est pro sententiis postremorum Iudicum, licet (inquit Vlpianus *in d. l. 1. in prin.*) nonnunquam bene latas sententias in peius reforment. Neque enim vtique melius pronuntiat, qui nouissimus sententiam laturus est.

XI.

Expensæ examinis futuri quādo non taxantur.

Expensæ examinis in futurum ante litem cœptam minime taxantur, sub condemnatione expensarum facta lite cœpta & perducta post prędictum examen, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, concluso in prima Camera Inquisitionum, 1. die Martii 1507. Nonnulli id de anno 1509. recensent.

Lucius *lib. 11. tit. 26. Arr. 9.*

XII.

Expensæ equi ad iter conficiendum, vel pedestris profectio quomodo taxentur.

Adiudicatas expensas taxando, taxa Episcopo fit 7. equorū: Equiti quatuor: Consiliario quatuor, Aresto Parisiensi, 21. die Martii 1532. & omne nihilominus incertum est: Iudex enim qualitatem partium attendere debet: veluti si de agricola agatur, qui nō senex neque æger est, vel de opifice & aliis vilioris conditionis hominibus, qui pedes proficisci debēt, iis equi impensas taxare non debet: per gloss. *in l. idemque Labeo. ff. mandati.*

XIII.

In constituenda expensarum taxa, id, quod de ... rans quique obtinuit, in domum suam exper de ... potuisset, non deducitur, quamuis in han... de... ctionem dispositio iuris incliuet, vt ait Innocen... *in cap. fin. de dol. & contumac.* nisi prædictus declar... opifex sit, neque viuere potuisset, nisi qui... op... suo lucraretur: & tum expensæ, quas in domo ... cere potuisset, non deducuntur: quoniam lucra... esset, cum vero litem suam persequatur nihil lucr... tur, & non nisi expendit: vt ait Pannormitanus *in cap. fin. eod. tit.* Verum ex stylo Curiarum suprem... prior sententia aduersus prædictam iuris disposit... nem obseruatur, quæ alias non obtinet.

XIV.

Qui expensas obtinuit, etiam eas quas non fecit, taxare potest, si ob amicitiam Aduocati, Procuratores & alii, nihil salarii suo nomine ab eo accipere voluerunt. Huius enim liberalitatis partē suam aduersarium participem facere, si nolit, nō cogetur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi concluso, duabus Inquisitionum Cameris congregatis, pro Planchio Calefacerio in Cancellaria Parlamenti Parisiensis, 10. Februarii 1507. alii hoc Arrestum de anno 1511 referunt.

Vide Maynardum *lib.* 4 *cap.* 32. Lucium *lib.* 11 *tit.* 17 *Arr.* 19.

XV.

Aduocatus qui propriæ causæ suæ defension... & patrocinium præstitit, & expensas obtinuit, operā propriam, quā sibi præstitit, taxare non potest: id quippe in damnis & interesse, nō vero in expēsis positū est. Ita tenet Iacobus de Aterio *in tract. de expensis fol.* 4. Baldus & Paulus de Castro *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Verum si Aduocatus consortem habeat, pro parte consortis sui taxari expensas curare potest, *l. 1. §. in propria causa, versic. at si in partem & seq. l. ex parte heres ff. famil. ercisc. & l. si in rem communem. C. si cert. petat.* quamuis consors nihil pro parte sua soluisset. Ita iudicatum fuit Aresto Burdegalensi, 26. Ianuarii 1535 pro Ioanne Darræratio Aduocato in prædicta Curia, & pro coherede ipsius.

XVI

Etsi Aresto dictum fuerit, appellatione in initū deducta citra multā & expensas causæ appellationis: nihilominus, si condemnatio in expensas fit nonnullorum incidentium in prædicta causa, taxando prædictorum incidentium expensas, sportulæ prædictorum incidentium taxabuntur: decisum à duabus Cameris, 14. Nouembris 1526.

Vide *tit. seq. de sportulis.*

XVII.

Si pars ex rescripto vel alio modo admittatur, ad nouam productionē faciendam, ea lege, vt pars altera prædictæ productioni sumtibus producentis contradicere possit: huiusmodi expensæ tantum pro modo contradictoriorum & actu debentur, neque itinera, ad prædicta contradictoria facienda comprehendi possunt, aut id quod affirmatum fuisset, Procuratorem in Prouinciam missum, qui schedas afferret. Verum hæ expensæ & viatica in definitiuam reseruari debent. Ita Aresto iudicatum fuit Parisiensi, perrogatis trium Camerarum Parlamenti sententiis, 16. die Iun. 1509. Arrestum contrarium antea datum vltimo Februarii 1499. supra *tit. de noua productione, Arrestum* 11. extat.

Lucius *lib.* 11. *tit.* 16. *Arr.* 11.

Expen-

XVIII.

Expensæ ... ap... ... aco... ...atur.

Expensæ causæ appellationis adiudicantur aduersus eũ, qui causa sua cadit, siue appellans sit siue appellatus, quando iis super iisdem instrumentis iudicatur: super quibus prima sententia data fuit, à qua appellatum. Verum si ob nouam productionem consideratione dignam & parti incognitam, fit iudicium, expensæ compensantur. Eaque est sententia Bartoli inl. Generaliter. C. de reb. credit. & Bald. in d. l. properand. §. sin autem. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 2. Augusti 1457. pro successione Mirebellii.

XIX.

Saluationes appel... pro productione noua taxantur.

Si appellatus iustam causam habeat, & quo plenius appellantem suum conuincat, productionem nouam faciat, cui postea ipsius expensis ab appellante contradicitur, saluationes à prædicto appellato aduersus contradictorios datæ, cum aliis expensis causæ appellationis adiudicatis taxari debent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, concluso à duabus Inquisitionum Cameris, 8 Martii 1510.

Lucius eod. lib. & tit. Arr. 12.

XX.

Expensæ parti aduersæ solutæ ad contradicendum nouæ productioni non taxantur.

In taxa expensarum admittitur articulus seu æra expensarum nouorum articulorum vel productionis nouæ: non vero expensarum, quæ parti aduersæ ad contradicendum præstitæ fuerunt. Arresto Parisiensi in noua Inquisitionum Camera, 22. die Maii 1541 inter Dionysium Clementeon, appellantem à Balliuio Meldensi, in Sede Monstereoli ab vna parte, & Dionysium Arnoalnũ, appellantẽ ab altera.

XXI.

Iter ad impetrandũ eremodiciũ non taxatur.

Vicisima prima Februarii anno 1539. Arresto Parisiensi decretum fuit, tam in Curia quam in iurisdictionibus districtus illius ad eremodicium vel vadimonium desertum impetrandum, ad ea significanda & expensas illorum taxandas, viatica taxãda non esse.

XXII

Profectiones & audientiæ superfluæ nõ taxantur.

Aliquando ob auaritiam & collusionem Aduocatorum & Procuratorum vel propter animositatem partium, adeo ingens profectionum & superuacanearum audientiar innumerus in lite quadam videri solet, vt Iudex expensas taxans plurimum habeat, in quo hæreat. Et in pari difficultate, duabus Inquisitionum Cameris congregatis Arresto Parisiensi iudicatum fuit, mense Augusto anno 1523; profectiones tantum & aduocationes necessarias taxandas, sine quibus res aliter explicari non potuisset.

Lucius eod. lib. 11 tit. 16. Arr 10.

XXIII

Anticipatio quãdo taxetur.

Taxando expensas adiudicatas, aduersus appellantem, profectio & rescriptum anticipationis intra dies ad introducendum inductos taxari debet: verũ anticipatio diatu ad postulationem appellantis in lõgos dies data minime taxatur, dummodo primus dies datus fuerit in Parlamento; neque appellatus in carcere detineatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1534.

1 Quantum ad rescriptum anticipationis, nonnisi à Cancellaria impetrari potest, neque Curiæ Iudex inferior id indulgere potest. Iudicatum 18. die Decembris 1564. aduersus cap. ... ... de appellat. Ad hoc videri oportet Constitutiones Cancellariarum Præsidialium.

XXIV

Expensæ præiudiciales nõ cõpensantur.

Quando expensæ adiudicatæ præiudiciales sunt; ... ... expensis ... debito liquido compensari non possunt: prout iudicatum fuit Arresto ... 27. Maii 153 . perorante Auberio & Vialardo.

XXV.

Declaratio cõstitutionis, qua non obstãte appellatione super expensis præsente Procuratore taxatis vlterius procedi permittitur.

Constitutio, quæ vltra expensarum executoriũ præsente parte seu aduersario taxatarum, vel præsente Procuratore, procedi permittit, appellatione non obstante, in taxis à Parlamenti Dominis factis, non vero à Iudicibus Regiis locum habet: quarum taxa, quantumuis præsente parte vel ipsius Procuratore fiat, si appellatur execu... ... facit: prout iudicatum fuit Arresto 24 Augusti 1518. Neque pariter prædicta Constitutio locum habet in taxis à Dominis Libellariis Palatii actis: prout iudicatum fuit altero Arresto, 11 Martii 1522. Itemque eadem Cõstitutio in taxa damnorum & interesse minime obseruatur, quamuis ea à Curia facta fuerit. (Atque hęc taxa valet. V. Arr. 30.)

Lucius eod. lib. & tit. & Arr. 15. & 16.

XXVI.

Expensæ quomodo adiudicandæ.

Iudex de principali lite ex tempore & ilico seu de plano iudicans, super expensis partibus iudicium constituere non debet. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 20. Ianuarii 1544

XXVII.

Expensæ possessorii ante petitorium soluũtur.

Etsi constitutio publicata anno 1539. quæ prohibet, ne victus in possessorio coram Iudice seculari in materia beneficiaria, quo ad petitorium Iudicem Ecclesiasticum adire possit, nisi solutis prius omnibus damnis & interesse, & sentẽtia executioni tradita, nominatim de expensis non loquatur: nihilominus de prædictis expensis intelligitur., prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 20. Nouembris 1543.

XXVIII.

Expensæ litium criminalium:

Domini Iustitiarii, æque ac Rex ipse, subditis suis iustitiam administrare suis sumtibus debent, neque in lite criminali in iurisdictione sua instructa accusati condemnati in vllas expensas ipsorum respectu teneantur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 17. Ianuarii 1548.

Episcopi expensas processuũ criminaliũ soluere debẽt, vbi Procuratores eorum solæ partes sunt.

Vide Arrestum 3. tit. 6. lib. 24. Simile obseruari debet in confectione processuum aduersus Ecclesiasticos ab Officialibus, ad postulationem Promotorum ... officiorum Episcoporum & Archiepiscoporum. Ita iudicatum fuit in Capella Tholosana ... iuxta sententiam Bobici in cap. ad ... de ... de Semon. quod si contrarium faciant, appellationi, tanquam ab abusu, locus est, vt scripsit D. Choppinus de sa... polit. lib. 2. cap. 6. num. 15. quinimo accusatum in carceres Iudicis appellationis deduci curare debent; & litem sumtibus Episcopi deferre, sub pœna mulctæ & temporalium bonorũ capionis, vt Arrestis Parlamenti Parisiensis, quæ prædictus Choppinus refert, iudicatum fuit, & Arrestis Burdegalensib. aduersus Episcopum Carlatensem, quæ refert Boerius in decisio. sua. 101. V. Arr. 4. App. lit. ... quod sequela erat huius noctæ.

XXIX.

Cõdemnatio expensarũ, quas æquitas exigit, quid importet:

Incolæ Turnacenses, appellantes à sententia aduersus se data à Præfecto Parisiensi, vel Locumtenẽte ipsius, ob contumacias, rescriptum Regium obtulerunt ad irritandam appellationem & contumacias & sententiam, quæ ea insecuta fuerat, vbi hæc clausula inerat, *refusis expensis, quas ratio & æquitas exigit*, & aiunt se contumaciarum expensas tempore belli impetratas non debere, attento quod prædicto tempore in perpetuo periculi metu versarentur, expensas tempore pacis offerunt. Pars aduersa omnes postulat, visa clausula, *refusis expensis, quas æquitas postulat*: dictum fuit Arresto Parisiensi, 22. Nouembris anno 1519.

1519 hanc clausulam, *quas æquitas exigit*, condemnationem inferre, si ei locus sit.

Vide Arrest 25. supra.

XXX.

Taxa expensarum cum Procuratoribus appellatio ad locum admit.

Die Martis vltima Aprilis, anno 1521 non admissibilis declaratus, & in multam & expensas condemnatus fuit appellans à taxa expensarum facta præsentibus partium Procuratoribus, inter quos ipsius paratus erat æras quasdam inducere.

XXXI.

Procurator solutionem expēsarum taxatarum accipere tenetur.

Arresto mensis Augusti, anno 1562. dictum & decretum fuit, imposterum, quando expensæ taxabantur, si condemnatus summam in executorio comprehensam Procuratori partis suæ soluere offerat, prædictum Procuratorem eum admittere teneri ad euitandos executionis sumptus: alioqoin oppositio iusta & valida erit.

XXXII.

Examen in futurū nō taxatur.

Prima Martii 1507. conclusum fuit in Maiore Camera Inquisitionum, examen testium in futurum pro actoribus non taxandum: quantumuis ob inquisitionem admittatur, & eius ratio habita fuerit, ac si tempore inquisitionis & post contestationem factum esset. Excepto, quando prædictum examen, lite iam cœpta sit, & pendente ea, etiam lite non contestata, id enim taxaretur.

XXXIII.

Iter ad contradictorios offerendos aduersus nouam productionē in principalē causam reseruatur.

Altero Arresto, 16. die Iunii 1509. in maiore Inquisitionum Camera conclusum & decretū fuit, professiones non taxandas ad contradictorios nouæ productionis offerendos, verum contradictorios tantum taxandos, & professiones in definitiua reseruandas, & principali iungendas, æque ac professiones de nouo producentis.

XXXIV.

Expensæ instantiæ rescripti Regii in incidēti approbati, adiudicari non debent.

Appellans de eo conqueritur, quod in actione à se intentata coram Iudice à quo, pars aduersa sibi præscriptionem opposuerit, aduersus quam rescripto Regio se restitui curat, quod offert, & super eo pars contestatur: tandem id approbatur, & in eo causam suam obtinet: nihilominus in expensas instantiæ prædicti rescripti condemnatur. Appellatus ait, appellantem moratoriæ præscriptionis expensas debere, quod dubio caret, quoniam malam causam fouit. Tum eum omnia, quæ secuta sunt, debere, quæ sane instantia est prædicti rescripti ad prædictam moratoriam præscriptionem velandam impetrati: id quod expensis appellati fieri non debet, qui nunquam approbationi prædicti rescripti contradixit, dummodo expensæ sibi soluerentur. Curia Arresto suo 15. die Decembris 1551. dixit, male iudicatum fuisse in eo, quod appellans in expensas instantiæ prædicti resc. ipsi condemnatus fuit. Omnibus iudicibus interdixit, ne deinceps partes huiusmodi rescriptum Regium impetrantes in expensas instantiæ illius, quando approbatum fuerit, condemnent.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum II.

I.

Primogenitus plus expensarū nomine, quā vnus ex fratribus suis non soluit.

Decimaquinta Augusti 1585. inter Arresta generalia, Caret primogenitus cum donationē cuidam fratri suo Wilhelmo Cartio immodicam factam in irritum deduci curasset, & super recuperatione expensarum cohæredes minores tantum in virilea & per capita, inæqualiter tamen ... se offerrent, & pro portione, quam ex b... bant, cum plura à fratre primogenito ... lu... quod præcipuum quid ex consuetudine co... batur: iudicatum fuit, expensas à singulis æq... soluendas B.

II.

In taxa expensarum, sumptus & expensæ curem comprehendi non debent, cum sub damnis & interesse veniant. Iudicatum Arresto 21 Martii 1... 3. in appellatione quadam ab articulo quodam taxæ expensarum, sententia cōdemnationem in expensas comprehendente, damnis vero & interesse in definitiuam reseruatis. B

III

Taxa expensarum Procuratoribus Arresto interdicta fuit, sub pœna nullitatis: & iniunctum, vt se paratim cancellent, & diminutiones tradant, veluti in rationibus contradictiones, 19. Maii 1579. post prandium.

IV.

Duobus Arrestis, quæ data pro Nicolao Guidoletio Presbytero, appellante, tanquam ab abusu, ab impetratione cuiusdam taxæ & executoriū aduersus se decreti ab Officiali Reuerendissimi Archiepiscopi Bituricensis, aduersus Wilhelmum Ragoellum, Viatorem Regium, eo quod in carcerem deduxisset prædictum Guidoletium ad postulationem Promotoris causarum officii prædicti domini Archiepiscopi, in carceres Archiepiscopales, executione eius facta ad petitionem prædicti Raguelli, capiti pignori bonis mobilibus prædicti Guidoletii & prædicto Raguello appellato. Præterea prædicto Guidoletio appellante quoque tanquam ab abusu, ab altera impetratione & taxa aduersus se decreta, ad postulationem prædicti Promotoris, & Ioannis Ioanneti Archipresbyteri Huriensis, eo quod ad postulationem prædicti Promotoris informasset, & informationea ad acta prædicti officialis misisset, executione facta vigore prædicti executorii, & omnium eorum, quæ insecuta fuerant: & prædicto Ioannetio appellato. Duobus, inquam, Arrestis, quæ data in Audientia... die mensis.... 1604 Curia iudicauit, male & abusiue Officialem decreuisse executoria aduersus appellantem & executioni traditum, appellatis interdixit, ne eo, quod factum erat, vterentur, & refunderent pecuniam, si qua soluta fuisset: prædictis appellatis singulis in decem libras Parisienses omnium expensarum, damnorum & interesse vice condemnatis. I. C.

Huic Arresto adde notas *Arr. 28. h. t.* quarum veluti præambulum sunt.

V.

Expensæ solidum ...; ex obligatione in solidum procedant.

¶ Expensæ adiudicatæ aduersus maritum & vxorem in executione contractus constituti reditus, vel aliorum debitorum, quibus in solidum sese obligarunt, quoniam personalia sunt, etsi causam & originem suam ex contractu trahant & deducant: nihilominus vxor mortuo ipsius marito non nisi pro dimidia tantum parte conueniri potest: prout iudicatum fuit Arresto die Veneris 27. Nouemb. 1556.

Vide *Arresta D. Lueerii lit. F. Arr. 37 & nos ad fin.*

VI.

Interesse expensarum à die mandati de sol...

¶ Tertia Iunii 1595. in 5. Inquisitionum Camera iudicatū fuit, interesse à die mandati de soluenda summa in executorio expensarum comprehensa postulari posse. Item iudicatum, interesse deberi ... tantum

tantum à die, quo specialiter postulatur, verum à die mandati de soluendo contento in executorio: prout compluribus Arrestis super Constitutione fundatis iudicatum fuerat. Ratio hæc est, quia executorium sententia quædam est, cuius vigore summa ex iudicato legitime debetur.

Id quod hoc Arresto dicitur, interesse scilicet à die mandati deberi, intelligitur, quando interesse specialiter petitur, & citatio per libellum hunc in finem fit: alias non debetur. Idque certissimum est & fundatum in Constitutione Aurelianensi, *art.* 160 ex qua interesse summarum in chirographis & obligationibus comprehensarum, neq; ex mora, neq; ex conuentione debetur: verum tantum vi petitionis. Vide Arr. D. Louetii *lit. I. Arr. 6. & eius annot.* & alias quæstiones ad hanc expensarum materiam pertinentes.

TIT. III. DE SPORTVLIS Iudicum.

ARRESTVM I.

Sportulæ in fine sententiæ.

VLtima Septembris 1550. Curia tum temporis Molini constituta Arresto suo, idque postulante D. Procuratore Catholico Regio; omnibus Iudicibus interdixit, ne omitterent in ipsorum sententiis scribere vel scribi curare sportulas; quas pro inspectione & iudicio litis acceperint.

Lucius *lib. 5. tit. 6. Arr. 1.*

II.

Sportulæ quomodo taxandæ.

Balliuius Ambosiensis reprehensus fuit, quod secreto maiores, quam lis merebatur, sportulas à parte accepisset: eique interdictum fuit, ne deinceps sportulas sumeret, nisi ea forma, quæ sequitur: puta, vt, viso & relato processu, sportulæ ab Assessoribus ad consultationem conuocatis taxentur, quæ Actuario tradendæ: ex cuius manibus prædictus Balliuius eas sumet, & in calce sententiæ prædictæ taxæ & solutionis sportularum scribet. Idque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod pronunciatum 26. Augusti 1530. Lex ciuilis sportulas, quas Iudex accipere debet, taxauit habita ratione qualitatis causarum: veluti si lis centum aureorum sit, vel etiam eorum quantitatem transcendat, Iudex pro inquirenda & cognoscenda causa partium duos aureos accipere potest ab vtraque parte in contestatione litis, & duos in fine negotii, & vltra eos aureos nihil, Nouell. 82. *cap 9. Ne autem.* Ius Canonicum id abominatur, & expresse prohibuit, ne quicquam accipiatur, nisi Iudicem extra domicilium peregre proficisci oporteat: tum quippe expensas eum ferre oportet, *capit. cum ab omni. de vit. & honest. Cleric. or. & cap statutum. § insuper vt gratis. de rescript. in 6*

III.

Balliui succinctioris togæ signare vel sportulas accipere nō debent.

Balliuius vel Seneschallus succinctioris togæ dirimendis litibus assistentes breuicula sententiarum signare vel sportulas exigere non debent: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, determinando Officiarios Santonenses, 5. Maii 1541.

IV.

Breuicula sententiarum propter sportulas differri non debent.

Breuiculorum pronunciatio differri non debet, vsque quo Sportulæ soluantur: verum ante pronunciati debent, neque expedientur, priusquam Sportulæ soluantur: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi prædicto die.

Simile continetur *artic. 62. Constitut. Aurelianens.* quo ad pronunciationem: verum breuicula non solutis sportulis tradi non debent, cum æquum sit, Iudicibus operarum suarum nomine temperatam solutionem fieri. Dd. *in l. 1. Cod. de sportul. l. item C. de procurator.* Innocentius *in c. 1. vt lit. non contest.* Vide Arrestum 2. *App. h. t.*

V.

Sportulæ Arresti cōtinentis expensas causæ principalis, & citra expensas causæ appellationis.

Si Arresto dicatur, vnam partium in expensas primæ instantiæ cōdemnari, & citra expensas causæ appellationis, taxando expensas causæ principalis, taxandum est id, quod pro Arresti sportulis, itemque pro eius descriptu pars, quæ obtinuit expensas, erogauit. Et ita iudicatū fuit Arresto 7. Maii 1584. idemque postea anno 1554. dictum fuit pro Ioanne Ialligniaco, Procuratore in Balliuiatu Forosegusiensi appellante, aduersus Dominicellam Catharinam Billouiam, viduam defuncti D. Claudii Turnonii Consiliarii Diuionensis. Et ante altero Arresto, 18. Ianuarii anno 1545.

VI.

Sportulæ Arresti, vbi dicitur citra expensas.

Si dicatur, citra expensas causæ principalis & causæ appellationis, is qui Arresti descriptum accipit, sportulas soluit, & compulsoriales pro dimidia parte, aduersus alterum, Arresto 16. Iunii 1544.

VII.

Sportulæ litis subhastationum iudicatæ à quo debeantur.

Duodecima Martii 1551. pronunciatum fuit Arrestum aduersus quendam nomine Chatellum, super quæstione, quis sportulas in indicata subhastationum lite soluere debeat: Dictum fuit, prędictas sportulas à proprietario soluendas, non vero ab opponentibus, quibus cum prędictas sportulas soluissent, executoriale datum fuit aduersus proprietarium, ad easdem recuperandas.

VIII.

Disputatio de soluendis sportulis.

Duodecima Ianuarii 1554. inter Nicolaum Cheualerium Consiliarium Curię, & Guichardum Curtinum ciuem Parisiensem appellantes à Præfecto Parisiensi, vel ipsius Locumtenente & anticipatos ab vna parte, & Geruasium Mottinum tam suo nomine, propter vxorem suam Catharinam Calliam, quam nomine tutoris & curatoris pupillorum defuncti Dominici Calliæ Genouefæ Hochetiæ vxoris ipsius, Catharinam Corciam, Franciscum Hegebertum, Stephanum & Michaelem Dehorsium, & ipsorum consortes, anticipantes ab altera. Marillacus pro appellante dixit, Curiam circa quæstionem, quæ agitetur, hærere non debere: Aduocatum partium aduersarum & se congregatos fuisse, & expediens quoddam adinuenisse: verum partes aduersas ei stare noluisse, ac propterea appellantes coactos Curiam adire, & litigare. Duæ appellationes instituuntur. Coram Pręfecto Parisiensi lis inter partes mota fuit, quam hæc sententia sequuta fuit: sportulæ ad 80. coronatos taxatæ fuerunt. Prædicti appellati postularunt, vt prædicti appellantes dimidiā partem prædictarum sportularum soluerent: prædicti appellantes vero repræsentarunt, id æquum non esse, eo quod tantum emolumenti ex sententia non caperent, quantum ad prædictos appellatos commodi inde redundaret. Præterea taxam prædictarum sportularum immodicam esse, & præterea se à sententia appellare. Appellati aiunt, se paratos prænumerare omnes prædictas expensas, saluo eas à prædictis appellantibus recuperandi iure. Procurator prædictorum appellantium ait, se in id consentire, si recuperationi locus fiat. Super hac conuentione Præfectus Parisiensis vel ipsius Locumtenens decreuit, prædictos appellatos prædictas sportulas prænumerare oportere, saluo iis recuperandi à prædictis appellantibus iure, si locus sit: easque appellati prænumerant: postea appellati prædictum appellantium Procuratorem citari curant, & postulant, vt executoriales aduersus prædictos appellan-

 tes

tes ob prædictos 80. coronatos sibi tradantur. Procurator prædictorum appellantium appellationem, à qua prædictæ sportulæ procedebant, repræsentat: Curiam cognitionem eius iam sibi vindicasse, & interdictum fuisse, ne attentaretur, id vero fore nihil aliud, quam in præiudicium appellationis attentare, si prædicti appellantes ad soluendas & refundendas prædictas sportulas cogerentur. Eo non obstante, prædictus Præfectus Parisiensis, vel ipsius Locumtenens dixit, prædictos appellatos exequutoriales aduersus prædictos appellantes ad refundendas prædictas sportulas consequi oportere, à quo prædicti appellantes appellauerunt, quæ quidem appellatio est, de qua nunc agimr. Extra iudicium consensit, vt cum appellatione à sententia, quæ lis est per scripturam agitata, coniungeretur, si Curiæ hoc iudicium statim iam decidere placeat: conclusit ad id, vt dicatur male decretum fuisse: nam cognitum non fuisset, vtrum prædicta conditio euenisset, qua prædicti appellantes ad prædictas sportulas refundendas tenerentur. Præterea immodicas eas esse, & eo nomine à prędictis appellantibus appellationem interpositam. Tandem expensas postulat. Magister pro appellatis dixit, litem coram Præfecto Parisiensi aduersus partes intentatam fuisse: iudicatum sententia definitiua. Sportulas ad 80. coronatos taxatas. Admoniti appellati, sententiam sc. datam fuisse, & appellantes negligere eam pronunciari curare, ne scilicet sportulas soluant, adeunt Dom. Nicolaum Cheualerium vnum ex appellantibus, & ex eo quærunt, vtrum de prædictis sportulis conuenire vellet? is respondit, quod non, prædictique appellati eas si vellent, erogarent. Appellati, 7. Augusti Procuratorem prædictorum appellantium citari curant: & postulant, vt prædicti appellantes sibi 80. coronatos sportularum nomine soluere condemnentur, eoque facto prædictam sententiam pronunciari curent: quo non facto sibi prænumerare permitteretur, saluo eas à prædictis appellantibus recuperandi iure. Procurator prædictorū appellantium respondet, sibi de soluendis hisce sportulis nullum mandatum datum, neque vt prædictam sententiam pronunciari curet: consentit in id, vt appellati eas prænumerent: saluo eas recuperandi iure. Super eo Præfectus Parisiensis, vel ipsius Locumtenens, sententiam suam dat, qua se ex consensu partium vel ipsarum Procuratorū decernere ait, appellatos prædictos sportulas prænumerare oportere, & sententiam pronunciari curare, saluo iis à prædictis appellantibus recuperandi iure, si locus fuerit. Ab hac sententia non appellatur, prædicti appellati prædictas sportulas prænumerant, prædictamque sententiam pronunciari curant: postea rursus Procuratorē prædictorum appellantium citari curant, & petunt, vt appellantes condemnentur ad refundendas sibi prædictas sportulas prænumeratas. Procurator prædictorum appellantiū contrà ait, à prædicta prima sententia appellatum fuisse, Curiam eius cognitionē iam sibi vindicasse, ac interdictum, ne quid attentaretur. Præfectus Parisiensis vel ipsius Locumtenens, visa sententia 7. Augusti, qua ex consensu partium, vel ipsarum Procuratorum appellatis permittit prænumerare, saluo à reis repetendi iure, & sententiam suam solutionem prædictarum sportularum comprehendentem, à prædictis appellatis effectui traditam, decreuit prædictos appellatos executoriales prædictorum octuaginta coronatorum sportularum aduersus prædictos appellantes consequi oportere, à quo prædicti appellantes appellarunt: quæ appellatio, saluo meliore iudicio, admittenda non est. Præscriptio est, sententiam de septimo Augusti datam, ex eodem appellantium, vel Procuratorum ipsorum non reprobatorum consensu, qua prædictis appellatis prædictas sportulas prænumerare saluo eas à prædictis appellantibus recuperandi iure, permissum fuit. Iuxta hanc sententiam prædicti appellati eas prænumerarunt: sic prædicti appellantes intercedere non possunt, quin prędictas sportulas non refunderent. Ab hac sententia de septima Augusti minime appellatur, & prædicta subsequens sententia in consequentiam illius data est, consequenter appellatio à prædicta subsequente sententia non admissibilis declarata. Ad hæc Aduocatus appellantium dixit, ab excessu taxæ prædictarum sportularum appellatum: respondet, se nullum excessum vidisse, ac nunquam prædictos appellantes, neque ipsorum Procuratorem coram Præfecto Parisiensi repræsentasse, à prædicta taxa appellatum fuisse: verum hoc posito, quod appellatum esset, nihilominus prædictis appellatis non incumbere prædictam taxam tueri: nam eam fieri non curasse, & contentos futuros fuisse, si ea adeo magna non fuisset. Si appellantes eam temperari curare possent, appellatorum minime interesse, verum interea appellantes condemnandos ad refundendum prædictis appellatis, saltem ex dimidia parte, cautione præstita: super eo sententiam de 7. Augusti locum habere, & sententiam sequentem de 19. prædicti mensis Augusti. Marillacus ait: Aduocatum appellatorum falli, quod dicat, appellatos ad Nicolaum Cheualerium se contulisse, vt scirent, vtrum sententiam pronunciari curare, & pecuniam sportularum nomine erogare vellet: nihil enim vnquam quicquam Cheualerium neque Curtinum ipsius consortem vel de sententia, vel de sportularum taxa sciuisse, nisi ex quo sportulæ prorogatæ & sententia pronunciata fuerunt, neque quicquam ea de re rum temporis nouisse, cum Procuratorem coram Præfecto Parisiensi declarauit, 7. Augusti, se consentire, vt appellati sportulas prænumerarent, saluo eas ab appellantibus repetendi iure: & quamprimum, vt prædicti appellantes de prædicta taxa certiorati fuerunt, eos ab ea tanquam immodica appellasse, quæ appellatio sit, in qua concludendum sit, eamque liti per scripturam iungendam, super qua sententia interuenit, à qua appellatum quoque fuit. CVRIA dixit, se decreuisse & decernere, in appellatione ab immodica expēsarum taxa interposita, Procuratores partium concludere oportere tanquam in lite per scripturam agitata, huic per scripturam agitato processui appellationem verbalem iungendam, atq; interim per modum prouisionis absque pręiudicio iurium partium, prędicta Curia decreuit & decernit, appellantes dimidiam partem sportularum soluere oportere, præstita à prædictis appellatis cautione, iisque sequestris constitutis ad reddendam prædictam dimidiam partem, si manifestum sit, taxam prædictarum sportularum immodicam fuisse.

Vide Arrest. 16 *praced. tit. de expensis.* Nota olim sportulas taxatas non fuisse, etsi hodie quoq; executoriales super sportulis non sumantur, sed eæ per libellum petendæ, de quo Arrestum datum de 27. Iunii 1581. B.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

Decimaseptima Maii 1402. Arresto decretum fuit, sportulas taxandas, id quod xeniorum loco seu Sportulæ soluuntur.

seu vice & honorarii cuiusdam dabatur, veluti, tragemata & condimenta, malitia temporis in necessitatem versum fuit.

Vide Constitutionem Regis Ludouici XII. 1499. *artic. 57.* Edictum de Semestrib. anno 1553. & de Constitutione Præsidialium, 1551.

II.

Quomodo sportulæ in solidum soluantur condemnatione partis.

Sportulæ in solidum soluuntur ab eo, qui pro vna parte condemnatus, pro altera vero absolutus fuit, dummodo is qui causam obtinuit, in expensis quoque obtinuit. Dictumque fuit Castellerum determinationē Arrestorum sequi oportere, 3. Februarii 1579. post meridiem.

III.

Iudices nō possunt dare executoriales propter sportulas nomine suorum Actuariorum neque aliter.

Domini Curiæ Parlamenti nunquam partes cōgere solent ad Arrestorū descriptum accipiendum, neque ad solutionem sportularum, prout hodie complures Consiliarii Sedium Præsidialium faciunt, executoriales tradentes aduersus eos, qui causam obtinuerunt nomine ipsorum Actuariorum. Profecto hodie adeo ingens Iudicum in prædictis Sedibus numerus emolumenta adeo exigua, populus adeo pauper, & tributis, subsidiis, gabellis ciuilibusque bellis oneratus & afflictus, vt nisi sportulæ ipsis soluantur, officia eorum ipsis absque emolumēto forent. Nihilominus Curia huiusmodi coactionem non patitur, condemnatis Locumtenente criminali Cenomanensi & Susceptore multarum ad restituendas sportulas, ad quarum solutionem coniectus in carcerem condemnatus & bona eius pignori capta fuerant, per incarcerationem suarum personarum inter Nicolaum de Vaulx appellantem, ad perorationem, 1. Iulii 1600. in Camera Particidali. Post hoc Arrestum eadem Curia condemnauit Locumtenentem criminalem Ambianensem & Actuarium ipsius, ad restituendum cuidam nomine Dionysio Pinaldo id, quod soluerat, ad euitandam capionem & venditionem bonorum suorum, & ad id faciēdum eos cogendos vigore Arresti, Interdictone iis facta, ne huiusmodi coactiones instituerent, sub pœna concussionis, inter prædictum Pinaldum appellantem, & Pasquierum Bezardum appellatum 12. Aprilis 1603. I. C.

TITVL. IV. DE RESTITVtione fructuum, reliquorum, damnorum, & interesse, & refusione meliorationum.

ARRESTVM I.

Damna & interesse in quibus actionib[us] adiudicentur.

IVdex partem succumbentem in damna & interesse, si natura actionis id ferat, condemnare potest: puta, si rei vindicatio sit, restitutio fructuum competit: si interdictum possessorium, in damna & interesse ex turbatione procedentia condemnatio fit. Eaque sententia fuit Antonii Butrig. *in cap. grauis, de restit. spoliator.* puta, Iudicem * ex officio suo fructus adiudicare posse, *per l. Aediles. §. item sciendum. ff. de ædilit. Edict. & l. vsuras vicem. ff. de Vsuris.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, vltima Martii 1460.

* Finis huius Arresti desumitur ex Guidone Papa *quæst.* 415 Idem Arbiter facere potest, vt ait Iason *in l. 4. num. 8. ff. de transactio* & Catell. Cotta *in memoral. in verb. Arbiter, vel Arbitrator.* Idem quo ad expensas. Bartolus *in l. 4. § hoc autem. num. 9. ff. de damn. infect.* Masuerius *tit. de exec. fis, § item iudex.* Nicol. Valla *in lib. de reb. dub. sub. tit. de interpretat. tutator.* Vide Matthæum de Afflictis *decis. 59.* & infra *Art. 9. & duob. seqq.* T:

II.

Damna & interesse causæ appellationis.

Si per sententiam vna pars in damna & interesse partis suæ aduersæ condemnetur, & ab ea condemnatione appellet, & Arresto bene iudicatum dicatur, damna & interesse debet, non tātum prima sententia adiudicata, verum etiam causæ appellationis: & appellatus ea taxari curare potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, in minore Camera Inquisitionū, super pari lite, quæ in Maiore Inquisitionum Camera æquas sententias tulit. Prædictum Arrestum pronuntiatum 22. Maii 1508.

III.

Damnā & interesse adiudicata intelliguntur de actione, non vero de instantia, nisi dicatur.

Vicesima prima Martii Arrestum quoddam pronuntiatum fuit aduersus Ioannem Vigerium appellantem à Seneschallo Pictauiensi, & Cristophorum Baugium appellatum, in qua lite de materia Redintegrandæ agebatur: & sententia Arresto prædictæ Curiæ confirmata fuit in eo, quod Iudex spoliatorem in damna & interesse simpliciter condemnauerat, non addito, *procedentia ex causa turbationis.*

IV.

Idem.

Iuxta prædictum Arrestum in simili casu, in lite inter incolas Tutteuillæ appellantes à Seneschallo Aruerniæ, & Ioannem Perrafictum appellatum iudicatum fuit, in qua lite prædicti appellantes similiter in damna & interesse condemnati fuerant, non addito, *procedentia ex causa spoliationis.* Atque sententia confirmata fuit, postquam prædictum Arrestum ante citatum visum fuisset, 21. Ianuarii 1536.

Videatur *Artic. 60. Constit. num Aurelianensium.*

V.

Adiudicatio damnorum & interesse simpliciter facta quando valeat.

Prima Februarii anno 1538. Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum à D. Præside Monthelonio, inter Tabonium appellantem à Præfecto Parisiensi ab vna parte, & Pellerarium appellatum ab altera, dictum fuit, condemnationem in dāna & interesse in materia possessoria simpliciter factam nō addito *procedentia ex turbatione*, iustam & validam esse, natura quippe actionis ita fert. Aliud foret in reuocatione & nullitate executionis: ibi enim necessario dicendum est, *procedentia ab executione reali.*

V. *Art. 3. tit. de elocatio.*

VI.

Distributiones pro assistentia personali non restituuntur.

Diu dubitatum fuit, vtrum condemnatus ad restituendos fructus cuiusdā Canonicatus, cuius momentaneam possessionem vel plenum possessorium amisit, ex eo teneatur ad repræsentandum id quod ex distributionibus suis quotidianis accepit, ob personalem operam & seruitia, quæ exhibuit, consecutus fuit? Ea de re Arrestum datum fuit 14. Augusti 1347. inter Claudium Iaunonium ab vna parte, & Wilhelmum Perelium ab altera parte: quo post maximas altercationes & cōplurima Arresta super hac materia à prædictis partibus proposita seu allegata, dictum fuit, prædictas distributiones non restituendas. Simile Arrestum datum fuit maioribus diebus Turonensibus, 6. Septembris prædicto anno, inter supra memoratos: quo prædictæ solutiones quotidianæ ex seruitio personali procedentes relictæ fuerunt, & nominatim condemnato reseruatæ: ac fieri potest, vt id potius ad caput de damnis & interesse accedat, quam ad restitutionem fructuum. Atque ita complurium consultatione compertum fuit, qui in hac sententia fuerunt, huiusmodi distributiones non esse ex corpore beneficii, verum à personali seruitio dependere, Extrauag. *cū nonnulla versic. præterea cum aliquibus, de præbend. & capit. licet. eod.*

tit & cap. fin. de rescript. lib. 6. Dominus Præses Boerius *in decisione sua* 340. de hac materia pro & contra disputat, & tandem pro negatiua concludit, iuxta prædicta Arresta.

VII.

Fructus temporis interruptionis nō adiudicantur.

Si lis cœpta & contestata, interrupta & sine vlteriori persequutione derelinquatur, sic vt instantiæ peremptio fiat, postea actor litem reassumpturus rescriptum restitutionis aduersus prædictam peremptionem continens offerat, & restitutionē fructuum iuxta conclusiones suas obtineat, ii, qui durante instantiæ interruptione percepti fuerunt, ei detrahi & deduci debent *. Simile & idem est in interdicto ob damna & interesse possessionis turbatæ, quæ fructibus æquipollent: prout iudicatum fuit Arresto, inter Dionysium Trunellum Selectum Forosegusiensem appellantem à Balliuio Forosegusiensi vel Locumtenente ipsius ab vna parte, & Bartholomæum Puy Antigraphum Domanii Regii appellatum ab altera parte, 11. Maii 1554. D. Molinæus *in tractatu suo de contractibus vsurar.* alterum Arrestum allegat, quod datum pro hæredibus Domini de Trimollia, aduersus duas filias legatarias prædicti Domini, in fortioribus terminis: puta interesse vsurarii, quod pro annis interruptionis non currit. Supra *tit. de contractibus vsurar.* hoc Arrestum est.

* Tiraquellus *tract. de retract. gentil. §. 15. gloss. 2. num. 19.* duo Arresta Parisiensia de eo allegat, vnum de 8 Februarii 1505. alterum de 13. Aprilis 1518. quod ex Stylo Parlamenti sub fin. desumptum fuit *Art.* 119. Imbert. *lib. 1. Inst. forens.* quoddam de 8 Februarii 1536. Vide Molinæum *ad Consuetud. Paris. §. 30. num. 36.*

Deduci] Pro rata, iuxta *l. diuortio. ff. solut. matrim.*

VIII.

Dominus feudalis ad recipiendū fidem & homagiū condemnatus, primo vasallū suum in possessionem restituere debet.

Dominus quidam feudalis feudum à se mouens capit, seu manum ei iniicit, eoque fruitur. Vasallus culpam suam purgare vult, fidem & homagium se præstiturum offert, prædictumque directum Dominum, vt sese recipiat, rogat. Is recusat. Hic eum in finem conuenitur. Mox & Arresto Burdegalensi, quod datum 7. Septem. 1469. dominus ad admittendum prædictum vasallum ad fidem & homagiū præstandum condemnatus fuit: quod si is facere renueret, prædicto vasallo permissum fuit, vt se à Seneschallo Lemouicensi admittendum curaret, ad restituendum insuper prædictum feudum, & fructus inde ab oblatione & requisitione perceptos. In exequutione huius Arresti vasallus coram prædicto domino feudali se non sistit, neque fidei & homagii præstationem offert. Verum restitutionem feudorum & fructuum tantum postulat Dominus, cum videret sibi nihil offerri, cōtradicit. Complures processus instituuntur, & omnia ad Curiam remittuntur, in qua vasallus post Arrestum fructus consequitur. Dominus primus Præses Boerius cum aliis duobus è Senatu, tenuerunt, quoniam vasallus nihil eorum, quæ facere debebat, obtulisset, in mora eum constitui, neque fructus petere posse, repulsamque pati debere, & dominum cum expensis absoluendum, ex eo, quod Arrestum dominum condemnabat, vt prædictum vasallum admitteret, & tum demum si id renueret, Seneschalli Lemouicensis opem implorare. Hæc prima Arresti clausula fuit, cuius ordo scriptus erat spectandus, *l. generaliter. §. quid ergo. ibi, ordinem. ff. de fideicommiss. libertat.* & Barb. *in cap. decernimus. de iudic.* & priusquam restitutionem feudi & fructuum peteret, is prædictam fidem & homagium offerre debebat, quo scilicet iuxta Arrestum admitteretur, *c. 1. quæ fuit prima caus. benef. amitt.* Reliqui è Senatu contrarium asseruerunt; eius ratione habita, quod ante processum vasallus se stiterat & obtulerat, semel vero officium debitum exhibuisse sufficeret, vt per Salycetum & Iasonem *in l. fin. versic. 16. C. de iur. emphyt.* Ac propterea ante omnia prædicto vasallo possessionem restituendam, & postea ab eo fidem & homagium præstandum esse. Pro his facit Baldus *in cap. 1. § si facta si de feud. fuer. controu. inter dom. & vasall. versicul. extra quæro. pone quod dominus.* Iuxtaque horum opinionem, inuito prædicto domino Præside conclusum & Arrestum datum fuit. Tanta est inter homines sententiarum diuersitas.

IX.

Fructus nisi petantur, non adiudicantur.

Notandum est in iudicio restitutionis fructuum, nisi petantur, eos Iudicem non posse adiudicare ei, qui vincit: idque intelligitur de fructibus, qui ante litis contestationē percipiuntur: verum eos fructus, qui post contestationem percipiuntur, quamuis non petantur, Iudex adiudicare potest, per *l. AEdiles. § item sciendum. de ædil. edict.* Et ità iudicatum fuit Arresto Pariensi, 23. Iunii 1526.

X.

Fructus ... depositum ... spoliat.

Quando Arrestum vel sententia de restituendo fundo datur, nulla fructuum mentione facta, dubitatum fuit, vtrum postea peti possint? per *l. ex diuersis. §. vbi autem. cum gloss. ff. de rei vendication.* Nonnulli tenuerunt, quod non, in materia petitoria, per text. *in l. Paulus 1. ff. de rei iudicat. l. terminato. Cod. de fructibus & lit. expens.* Cum enim adiudicari non fuerint, actor ab iis depulsus censetur, vt per Innocentium *in capit. gratis de restitut. spoliat.* & Guidonem Papam *decisione* 405. Arresto Parlamenti Burdegalensis, quod datum Maioribus di- bus Libornensibus, iudicatum ita fuit pro Rege Nauarræ, aduersus dominum Riberatium anno 1518.

XI.

Idem.

Complures contrarium tenuerunt in materia possessoria, habita eius ratione, quod natura possessorii per se adiudicationem fructuum importet, etiamsi non petantur, *l. in condemnationis. §. cum verbum restituas. ff. de reg. iur.* Attamen contrarium iudicatum fuit, mense Septembri 1518 pro Domino Mompesatio, aduersus Dominum Caluimontium. Alterum mense Augusto prædicto anno, pro quodam nomine Sanchamantio, aduersus Gentilem Carbonium Boerius *quæst.* 18.

XII

Damna & interesse, quæ sententia taxari & definiri possint.

Ex Constitutione, quæ publicata anno 1539 damna & interesse instantiæ ad certam summam liquidari & taxari debent, iuxta formam ea Constitutione datam. Verum prædicta Constitutio minime loquitur de damnis & interesse, quæ ex eo, de quo litigatur, procedunt, veluti ab exequutione, ex turbatione, ex incarceratione, & aliis, quam instantiæ: deque his Iudex tuto sententia sua, partibus prius non auditis, taxam facere non potest, veluti de damnis & interesse instantiæ, quæ prædicto Iudici cognita est, qui super ea ex verisimilitudinibus, habita ratione qualitatis partium & materiæ arbitrari potest. Verum altero casu, quo factum incognitum, & causæ cognitio requiritur, Iudex culpam committet, si ex officio suo ac per se sententia sua taxam fructuum faciat. Et ita iudicatum fuit Arresto Diuionensi, 13. Augusti 1555. pro Domina Marchionissa de Rotelin, Domina Chagniaci, appellante à Balliuio Cabillonensi,

neo..., vel ipsius Locumtenentis, eo quod sententia sua appellantẽ manutenuisset, taxatis damnis & interesse instantiæ, ad centũ solidos ex vna parte, & incolis prædicti Chagniaei appellatis ab altera parte: & emendata sententia appellati in damna & interesse alia, quã instantiæ condemnati fuerunt, quæ ab executore liquidarentur super turbatione facta, de qua litigabatur.

Ob damna & interesse corporis prehensione nemo cogitur.

Et nota, ob damna & interesse, neminem corporis prehensione cogi. Iudicatum 27. Februarii 1575.

XIII.

Meliorationes quomodo recuperentur.

Possessor bonæ fidei fundo cedere damnatus impensas vtiles & necessarias, rei retentione consequi debet: voluptarias, per actionem de damnis & interesse aduersus actores suos intentatam persequi potest. Et ita iudicatum fuit pro Ioanne Spineo, 17. Aprilis 1427.

Desumptum ex Lucio *lib.* 11. *tit.* 56. *Arr.* 4.

Itemque ius retentionis competit ob impensas necessarias, per *l. Nesennium §. 1. de rei vindic.* & proprietarius vt & possessor bonæ fidei super quo fundus capitur, ob impensas & meliorationes a se factas se opponere debent, quæ cum fructibus non compensabuntur. Carondas *lib.* 3. *cap.* 77. I.C.

XIV.

Meliorationes cõ fructibus non adiudicatis cõpensari nõ debent.

Cum fructus post contestationem debentur, Iudex quoad fructus antea perceptos reo iniuriam inferre non potest, siue eos actori adiudicando, siue compensando cum meliorationibus, verum post prædictam contestationem compensationem huiusmodi cum fructibus vsque ad concurrentem eorum quantitatem instituere debet, in reliquo reo meliorationes reseruare. Ex hac ratione cum Iudex quidam Regius alienationem rei Ecclesiasticæ rescinderet, & reum ad restitutionem fructuum post contestationem condemnaret, in eo, quod meliorationes excederent, decreuisset, quatenus prædictæ meliorationes prædictos fructus post prædictam contestationem perceptos superarent, id quod excurreret, cum fructibus ante prædictã contestationem perceptis compensandum esse, dictum fuit, male ipsum iudicasse, & emendato iudicio fructus cum meliorationibus tantum compensari declarati fuerunt: Arresto Parisiensi, 22. Ianuar. 1542. Isque textus est *l. sumtus*, *& l. emtor. ff. de rei vindicatio.* reponendo verba prædictorum textuum iuxta emendationem marginalem, puta loco verbi, *ante litem*, legendo, *à lite contestata.*

Lucius *lib.* 12. *art.* 19. *Arr.* 1.

XV.

Meliorationes quomodo a minore restitutore sunt danctur.

Aduersus libellum rei cuiusdã, qui rem immobilem à minore quodam emerat (qui auctore quidem curatore vendiderat, verum sine decreto,) eum in finem tendentem, vt quo casu hæc alienatio rescinderetur, Curia sibi impensas vtiles & necessarias in domo & aliis immobilibus de quibus agebatur, factas refundi curaret, vel sibi permitteret eas tollere & auferre, si super vtilibus Curia addubitaret, pariter vt super necessariis, simplici refusioni insistebat, veluti rei quæ dubio careret. Rebuffius pro minore repræsentabat, hunc reum emtorem malæ fidei fuisse, qui scienter à prædicto minore inope emerat, adeo vt si impensas vtiles hic minor refundere cogeretur, eadem opera domum paternam derelinquere cogeretur. Curia Arresto suo, 26 Martii anno 1544. partes in priorem, in quo ante prædictum contractum erant, statum reposuit. Et quo ad impẽsas & meliorationes decreuit, minorẽ necessarias refundere oportere & compensationem cum perceptis fructibus post alienationem, vsque ad cõcurrentem quantitatem faciendam: etsi prædictæ impensæ necessariæ ex prædictis fructibus solui non possent, minorem eas complere cogendum: quo casu vero prædicti fructus prædictas impensas necessarias multo longe excederent & superarent, reliquum prædictorum fructuũ impensis rei vtilibus imputandum. Alioquin prædictum minorem ab impensis vtilibus absolutum declarari, neque eas auferri posse. Hoc Arrestom praxis est & declaratiu *l. in fundo alieno, ff. de rei vind.*

XVI.

Æstimatio meretum communi pretio fit, non vero summo.

Quando ob non solutum vinum, frumentum, oleum vel aliã rem pondere & mensura constantem, debitor post moram suam condemnatur, vel æstimationem soluere debet, hæc æstimatio non fieri debet, quanti maximi pretii in anno res fuit, verum pro pretio * magis solito & communi, quod diutius eo anno durauit, non attento iuris rigore, quo æstimatio iuxta summum, quod fuit post petitionem, pretium fit: prout plene notatur apud Ludouicum Romanum *consil.* 50. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 16. Februarii 1530.

* Aliud in semento frumenti. Molineus *tractat. de vsuris, num.* 222. *&* 223. Vide *Arr.* 19 infra

XVII.

Idem & declaratiuũ.

Quando etiam ob moram æstimatio frumenti, quãti maximi fuit, debetur, maximũ hoc pretiũ, nõ nisi pro ratione eius, quod communius anni pretium fuit, accipi potest. Veluti si tempore quodam viginti valuit, altero quindecim, largiore vero tempore & communiter duodecim, nõnisi ratione duodecimaria debetur non maiore. Et ita iudicatum fuit Arresto, 4. Decembris 1530. Parisius.

XVIII.

Æstimatio complutiũ annorum quomodo facienda.

Iudex adæratores vel æstimatores, partibus prius non auditis, constituere non potest quæ eos nominabunt vel id facere recusabunt: quique æstimatores singulos annos sigillatim adærare debent, non vero per auersionem & vno pretio plurium annorum simul, per *l. pretia rerum ff. ad l. Falcid.* Hæc omnia iudicata fuerunt Arresto Parisiensi, 16. Maii 1534. Dominus Rebuffus eius datam refert 12. Maii, nihilominus pronuntiationi 16. prædicti mensis interfueram.

XIX.

Æstimatores iurare debent.

Æstimatores iurare debent, *se recte ac fideliter æstimaturos, itemq; se verum relaturos*: alias omnis processus ab iis institutus nihil valet, per *l. Hæreditali, §. His illud C. de secund. nupt.* Et ita iudicatum fuit, Arresto Parisiensi, 26. Iunii 1534.

In æstimatione damnorum & interesse, quãdo æstimatores inter se dissentiunt, Iudex ex officio tertium quendam assumere debet, quod si neque hi consentiunt, Iudex neq; summam neque minimam æstimationem sequi debet, sed mediam & mediocrem summere, ita tenet D. Maynardus *lib* 4. *suar. quæstio. cap.* 60. I. C.

XX.

Debitor frumenti cogi nõ potest, vt in pecunia soluat.

Ioannes Bos Arresto Burdegalensi ad nouum instrumentum conficiendum & recognoscendum debitum Ioanni Liuarsio quantitatem frumenti reditus annui, & ad soluenda sexennii reliqua condemnatus fuit. Coram executore Liuarsius ad solutionem reliquorum in pecunia conclusit, pro pretio frumenti annorum præteritorum. Bos cõtradicit & frumentum suum offert. Executor ait, eum æstimationem soluere oportere: à quo appellauit. Arresto prædictæ Curiæ, quod datum 4. Augusti 1519. dictum fuit,

nit, male decretum, benè appellatum, & emendato iudicio, prædicto Booi permissum, vt frumentum solueret Priore Arresto ad soluenda tantum reliqua condemnatus fuerat, non vero ad æstimationem. Propterea in frumétum tenebatur, quo soluto liber erat, *§. solutione. Instit.* C. M. T. O. Præterea æstimatio huiusmodi debetur officio Iudicis mercenario, quod post latam sententiam implorari non potest, & maxime, quando in Arresto de prædicta æstimatione nihil dictum fuit, *l. 4. Cod. depositi. & l. si quis missum. §. finali. ff. de damn. infecti.* Et in hac facti specie notandum est, minimum desiderari ad excusandum reum ab huiusmodi æstimatione, ad instar excusationis expensarum, *l. qui solidum. §. etiam ff. de legat. 2.* Sic, ex hoc Arresto intelligebatur, reum non prorsus in mora esse, inspecto eo, quod alternatiua æstimationis non onerabatur.

Adde *Arrestum 15. lit. 1.* & *not. ad Arrest. 13. tit. 2. de iur. dom. lib. 13. supra.* I. C.

XXI.

Restitutio fructuũ ad uersus administratorẽ quomodo iudicetur.

Quando accessorie vel principaliter, restitutio fructuum nonnullorum bonorum administratorum, & à partibus aduersis possessorum petitur, & in lite probatio de valore fructuum facta fuit, Curia non consueuit reum simpliciter ad prædictam restitutionem condemnare: præcipue vero, quando videt, hunc reum oneratum quibusdam sumptibus ob prædictos fructus: verum decernere solet, vt intra certum tempus rationes administrationis suæ conficiat, hoc valore & reditu annuo. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro illustri Claudio de Leuis, Domino de Cozan, aduersus illustrem Ioannem de Damas Dominum de Digoine, 7. Septemb. anno 1545.

XXII.

Fructus à possessore bonæ fidei non debentur.

Is, qui ex decreto vel altero iudicio, à quo tum temporis appellatum non fuit, possessor est, ad nullam fructuum restitutionem tenetur, si postea fundus per appellationem & restitutionem detentatori euincatur: quia iuste possidet, qui authore Prætore possidet, *l. iuste. ff. de acquir. poss.* dummodo hoc decretum per dolum interpositum non fuerit, cuius possessor particeps fuit. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 13. Septembr. anno 1543.

XXIII.

Restitutio fructuum post institutionem.

Possessor rei Ecclesiasticæ à se acquisitæ, non obseruatis requisitis & necessariis solemnitatibus, fructus restituere debet, si rem derelinquere cõdemnatus sit, nisi actor ipsius alienans sit: tum quippe fructus non debet, vel etiam si prædictus possessor solemnitatibus his decipiatur: & credita vero simile fuerit, solennitates legitimas esse: his enim duobus casibus fructus lucratus est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Priore quodam, qui concessionem emphyteuticariam citra solemnitatem à suo prædecessore factam cuidam, qui in area sibi tradita ædificauerat, in irritum deduci curauerat: quique & ad aream & ad fructus restituendos condemnatus fuit: ea lege, vt ipsi vtiles & necessariæ impensæ prædicti ædificii refunderentur. Supra *tit. de alienat. rer. Eccles.* 10. plenius declaratur.

Videtit. *de arrestis, executionibus, pignoribus*, in Consuetud. Parisiensi.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum IV.

I.

Expensæ, damna & interesse, quando principale acceptum fuit, amplius peti non possunt, per *l. terminato. 3. de fructibus C.* [illegible] nuarii 1585.

II.

Fructus anni debiti à conductore post [illegible] Beneficiarii, distribui possunt, in [illegible] *diuortio [illegible] matrim. l. defuncta de vsufruct.* & iudicatum [illegible] Thesaurarius & Canonicis S. Capellæ, in & [illegible] dom regaliæ habentibus aduersus hæredes D[illegible] brielis Bonnerii Episcopi Andegauensis, qui prætendebant omnes fructus anni per manus conductorum, quos citauerant, quique se opposuerant [illegible] gore pignoris capionis Canonicorum S. Capellæ, quibus hunc in finem denũciatum Arresto pronunciato in purpura, 14 die Augusti 1576 dictum fuit, [illegible] fructus perceptos vsque ad diem mortis adiudi[illegible] dos heredibus, & residuum Dominis S. Capellæ pro rata temporis, iuxta prædictam *l. diuortio. ff. sol. matrim. & l. defuncta de vsufruct.*

III.

Restitutio fructuum plerumque post litem contestatam adiudicatur. Iudicatum vlt. Febr. 1585. Hanc ad rem Arrestum solemne datum & pronunciatum 14. Augusti 1586. à Dom. Præside Brissonio, quo mulier quædam Belloiocensis aduersus intercessionem pro marito suo, citra renunciationem beneficio vel authenticæ factam, quamuis consensum geminasset, ratum habuisset, quinimo postea fundus suos pro solutione debiti vendidisset, attamen in integrum restituta & acquirente creditore condemnato ad restitutionem fructuum post prædictam venditionem appellatum, emendato iudicio dictum fuit, restitutionem nonnisi à die contestatæ litis faciendam, sententiis Belloiocensibus plenum & integrum effectum suum in residuo sortientibus.

[illegible]

TIT. V. DE EXECVTIOnibus.

ARRESTVM I.

Sententia & condemnatio data aduersus Abbatem vel Priorem, & ipsius Conuentum hoc nomine, cum restitutione fructuum, executioni mandari potest aduersus successorem ipsius in Beneficio, tam quo ad principalem litem attinet, quam fructuum restitutionem, quamuis prædictus Abbas vel Prior commendatarius sit, & legitimos hæredes habeat: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Septembri, anno 1542. Isque textus est *in cap. 1 de solut. & in cap quod quibusdam. de fideiussor. & in cap dilecti. de foro compet.* Veruntamen successor prædictus pro indemnitate aduersus hæredes prædecessores regressum habet. Executio [illegible]

II.

Die Martis 1. Februarii 1563. Loiselius pro quodam nomine Pelletario, aduersus alterum, qui ipsius bona pignori capi pro debito defuncti, cuius hæres erat, curauerat, cui pignoris capioni is se opposuerat. Loiselius dixit, ex Consuetudine & lege id non diuidi, seque aduersus eum in solidum agere potuisse: verum alios cohæredes esse: nam ex persona hæredum non debet mutari conditio obligationis. Nihilominus Iudex dixit, eum per actionem venire oportere, ad impetrandum, vt debitum executorium declaretur, expensis reseruatis, à quo appellat. Superior Iudex Marchionatus. Ceoom[illegible] dixit, bene iudicatum fuisse, nihilominus eum [illegible] expensas condemnat, tam causæ principalis, quam primæ [illegible] Hæres debitoris bona [illegible] non sunt, prius [illegible]

à quo is appellat Appellati Aduocatus ait, iure æs alienum diuidi, Constitutionem, qua dicitur, eius, qui hæres dicitur bona pignori capi posse secta & à primo limine, sub onere damnorum & interesse, abrogari altera Constitutione. Igitur heredem citandum, vt executoriam obligationem declarari videat, & Iudicem à quo, sibi gratiam fecisse. Procurator catholicus Regius Consuetudinem allegat. Curia appellationem in irritum deduxit, decreuitque id à quo appellatum fuit plenum & integrum effectum sortiri oportere, appellantem veru in expensas condemnat.

Vide Cons. Paris. art. 168. 169.

III.

Executio die solemni seu festo facta nulla.

Arresto Parisiẽsi 16. Octobris 1568 executio quędam debiti ciuilis ab apparitore facta, die Lunę Pentecostes 7. Iunii prædicto anno, nulla declarata & reuocata fuit, appellatus condemnatus in expensas executionis, & causæ appellationis, & in damna ac interesse, & apparitor executor recte appellatus declaratus quin in expensas causæ appellationis, & in multam quatuor librarum Parisiensium Regi inferendam condemnatus fuit, etiamsi repræsentasset, executionem suam ab appellato approbatam fuisse.

IV.

Executio rei liquidæ fieri debet.

Si contentum in obligatione vel sententia illiquidum sit, antequam id liquidum factum fuerit, ad executionem non procedendum est, *l. 1. ff. de transactio.* veluti si ageretur de damnis & interesse adiudicatis sententia emtori aduersus venditorem ob defectum auctoritatis. Ita in propriis terminis Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 10. Iulii 1515. quo emtor declaratus fuit male processisse, & duo è Dominis ad audiendas partes super reliquidatione illorum delegati fuerunt.

Nihilominus si species adærationi obnoxia, citari quis potest ad æstimationem faciendam. Vide Consuetudinẽ Pariensi. *artic. 166.* & Constit. *anni 1539. artic. 78.* L. C.

V.

Creditores optionem habent cõueniendi vnum ex heredibus solum propter hypothecam.

Debitor moritur, relictis duobus heredibus, vno mobilium, altero immobilium. Heres mobilium omnia vendit: ac propterea quod mobilia hypothecæ iure vindicari minime possunt, creditores heredem immobilium conueniunt: qui excipit, & omnium actionum loco ait, solutionẽ debitorum proprie ex mobilibus fieri. Creditores hypotheca sua nituntur. Arresto Parisiensi dictum fuit, 2. Augusti 1536. heredem immobilium soluere oportere, saluo ei aduersus heredem mobilium regressu.

Creditor pro debito personali quemlibet coheredem æqualiter conuenire potest, saluo ei regressu aduersus alios, vide *l. 1. C. si cert. peta. l. pro hereditariis. l. cre. itoras. C. de hered. actio.* Vide Consuetud. Paris. *articul. 332. 333.*

VI.

Cessionarius cessionem suam exhibere debet, heres non item.

Vigesimasexta Aprilis 1528. Arresto Burdegalensi dictum fuit, cessionarium ob debitũ sibi cessum per executionem procedere non posse, nisi prius debitori cessionem suam significauerit. E cõtra, heredem creditoris id facere posse, qualitate sua non significata. Prius est iuxta doctrinam Bartoli *in l. postulante. ff. ad Trebellian.* Posterius ex dispositione textus in Auth. *de iurerur. à morient. præst.* Buerius *decis. 10.*

Ratio hæc est, quia cessio & translatio possessionem non tribuit ante significationem, & cessionarium oportet hanc cessionem debitori significare, & ei cessionis copiam tradere, antequam exequatur. Paris. *articul.* 108. L. C.

VII.

Debitor quomodo & vbi in carcerem conduci possit.

Creditor debitorẽ suum comprehendi, vinciri, & ignominiose in carcerẽ duci ab alio Iudice, quam suo, pro ciuili debito curare nõ potest, licet corporis nexum subierit & in damna & interesse tenetur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 19. Aprilis 1550. Hoc Arrestum singulare est in eo, quod subditi, in præiudicium suorum Dominorum Iustitiariorum, alienæ iurisdictioni submittere se non possunt: neque Iudex non Regius submissionis rescriptum dare, vel debitorem sibi non subiectum in carcerem ducere, neque coercere potest.

Lucius *lib. 10. tit. 2. Arr. vnic.*

VIII.

Debitor traductus ex carcere in alterũ.

Quidam ad corporis nexum obligatus, sub sigillo Præfecturæ Parisiensis, extra prædictam Præfecturam, octodecim vel viginti circiter miliaribus habitabat. Creditor ipsius obligationem apparitori tradit, vt eum in carcerem trudat: hic ad domicilium debitoris se confert, eique vt soluat, mandat, vel si id facere renuat, eum carceribus domicilii sui captum ac inclusum constituit: postea vero eum reducit in carceres Castelleti Parisiensis: à quo debitor appellat & tam apparitorem quam creditorem prouocat. Causæ suæ appellationis hæ sunt: quamuis se ad corporis nexum obligasset, nihilominus apparitorem non debuisse se in carceres Parisiorum tradere: verum contentum esse debuisse, quod se in loco domicilii sui incarceratũ constituisset. Apparitor e contra dicebat, quemadmodum priuilegium sigilli Præfecturæ Parisiensis debitores cogat, vt coram prædicto Præfecto litigaturi compareant: pari ratione eos, qui se ad corporis nexum sub prædicto sigillo obligauerant, in carceres prædicti Castelleti deducendos, quantumuis extra prædictam Præfecturam habitarent. Arresto Curiæ, quod datum in Camera Parricidali, die Sabbathi, 21. Nouembris 1551. dictum fuit, apparitorem male traduxisse, qui in expensas damna & interesse condemnatus fuit. Item apparitoribus interdictum, ne deinceps prædictos debitores his casibus extra loca, vbi eos incarcerassent, deducerent.

IX.

Mobilia & animalia tam domestica quã rustica Presbyteri capi pignori non possunt.

Clericorum non coniugatorum mobilia & animalia pignori capi non possunt, iuxta Constitutionem Regis Philippi Pulchri: eo quod huius generis bona eorum personis connexa sunt, ac propterea priuilegiata, C. *Ecclesiarum seruos. 12. quæst. 2. gloss. in capit. fin. de vit. & hon. clericor.* Idque locum habet, tam in mobilibus & animalibus domesticis, quam iis ex quibus compendium quæritur, vel *in commendam*, vt vocant, datis, vel elocatis, & sic in alterius domo constitutis, argum. *l. §. generaliter. ff. de lega. præsta.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vlt. Iunii 1545.

X.

Idem & fortius.

Ac notandum est, causam, ob quam Presbyter vel Clericus condemnatur, veluti alimentorũ, vel alteram priuilegiatam, nunquam prædictum priuilegium mobiliũ impedire: vnum enim semper idemque est: iuxta alterum Arrestum Parisiense, quod datum 28. Nouembr. 1536.

XI.

Idem & singulare.

Imo Arrestum extat de 13. Maii 1527. quo dictum fuit, in eo quod Iudex Andegauensis cuidam Presbytero manum inici curasset, bene processisse, in eo quod eius equis manum iniecerat, male processisse

aduersus

aduersus rationem *l. iustissime, in pr. ff de adil. edict.*

XII.

Idem & magis notandum.

Pro hocce priuilegio præterea Arrestum alterum de anno 1400. facit, quo pro Ioanne Michaele, aduersus Episcopum Parisiensem iudicatum fuit, Prædictum Episcopum male & iniuste mobilibus ipsius manum iniecisse.

XIII.

Mobilia Clerici mechanicam artem exercentis pignori capi possunt.

Clericorum non coniugatorum laico modo & more viuentium & opificia artesq; mechanicas exercentium, & extra honestatem clericalem vitam degentium, veluti lanones & alii huius generis, mobilia pignori capi possunt, neque priuilegio clericali frui possunt. Prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1540. perorante Francisco Iaquelotio Aduocato.

XIV.

Presbyter manus suas re sua immobili pignori capta deerdere debet.

Si executor domui Clerici vel Presbyteri manum iniiciat, Curatorem in ea constituet & Presbyterum migrare curabit, qui huic iniectioni manus intercedere non potest: ac mobilia tantum anferre potest, quæ priuilegiata sunt. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1537. pro Wilbelmo Turero, aduersus Protonotarium quendam. Occasione huius Arresti sæpius disputatum fuit, verum res immobilis Presbyteri, quæ ei assignata & à patre tradita fuit, & sine quo titulo per Episcopum promotus non fuisset, qui alias eum nutrire, vel ei de Beneficio quodam prospicere teneretur, *capit. Episcopus, & cap. cum se. undum. de præb.* Vtrum igitur hæc res immobilis pignori capi, subhastari & ob debita prædicti Presbyteri vendi possit? Complures tenuerunt, quod non, per *cap. final. 16. quæst. 1. c. Clericus, 1. quæst. 2.* Nihilominus Presbyter appellans à pignori capta re sua immobili, ab appellatione sua Parlamento Parisiensi depulsus fuit, iuxta sententiam Panormitani *in cap. tuis. de Præb.* ex quo in causam iudicati huiusmodi immobilis res capi potest, quæ vendi & obligari à Presbytero potest, voluntarie ergo, & necessario magis, adde quod Constitutio nonnisi mobilia, non vero immobilia priuilegiet.

XV.

Fœminæ honestæ ob debita incarcerari non debent.

Iason ad *Ad l. egregias. ff. de iureiuran.* in hac sententia est, honestas fœminas ob debitum ciuile in carcerem conijci non posse. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, ann. 1396, pro fœmina quadam nomine Martha.

XVI.

Ecclesiastici & Religiosi cogi possunt, deducto ne egeant.

Reditus percepti mobilium numero sunt. Fructus pendentes Beneficii capi pignori possunt.

Clerici, Presbyteri & Religiosi sub prætextu priuilegii sui quo cogi facile vel leni ex causa non possunt, creditores suos decipere non debent, & temporali ipsorum manus iniici potest, veluti fructibus pendentibus, redditibus & prouentibus Beneficiorũ suorum, quorum dies non venit, *cap. olim, de restit. spoliat. & cap. peruenit de fideiussor.* Si tamen nihil aliud habeant, deducetur id, quod ad eos alendos & vestiendos necessarium fore videbitur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 7. Februarii 1510. ii quippe non ita derelinquendi sunt, quousq; fame laborare incipiant, *l. Si longius. §. fin. ff. de iudic. & l. fin C. vbi pup. educ. deb.* Ac inprimis dictum fuit: prouentus nondum perceptos: nam quando percepti & Clerico acquisiti sunt, mobilium numero & priuilegiatorũ ordine sunt, antea vero temporales ac veluti immobiles & fructua pendentes, qui pignori capi possunt: alias non item Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 19. Decembris 1513. Item pro debit... fructus pendentes Beneficii capi possunt, qui ... cibus adhuc adhærent, neque percepti neque à solo separari, neque mobiles facti sunt: tum quippe immobiles censentur & pignori capi possunt, *l. fructus. 33. ff. de rei vendicat.* atque hæc pignoris capio valida declarabitur, prout iudicatum fuit Arresto Parisie... aduersus dominum Pratensem Episcopum Coromontanum.

Decem... [illegible]

Id quod *artic. 9. & seqq. vsque ad 16.* continetur, tractat de bonis Ecclesiasticorum pignori capiendis. De quibus hodie Constitutio Aurelianensis 1560. *artic. 28* & Blesensis *artic. 57* agnot, quibus hæc executio restringitur ad ornamenta inseruientia & destinata ad officium Ecclesiæ, ipsorum libros & vestimenta ordinaria & necessaria. Quantum ad fructus ipsorum beneficiorum & pensiones beneficiales attinet, capi possunt, deducto ne egeant, iuxta Dd *in cap. Odoardus. extr. de solut.* ne in opprobrium Clerici mendicent, & Iudices Ecclesiastici eis dilationem dant pro ratione quantitatis debitæ, & bonorum debitoris, deducto ne egeant. Quantum ad distributiones quotidianas in pane, capi quoque pignori non possunt: ita iudicatũ fuit Arrestis Parisiensibus a Choppino *lib. 3 de morib. Paris. tit. 3. num. 16.* Rebuff *in § 1. de distrib. in Concordat in verb. distributionum.* & Arrestis Tholosanis, quæ refert Maynardus *lib. 2. cap. 83. quæstio sum. notab.* Item pariter titulus cuiusque Presbyteri, quo Presbyter factus est, capi non potest. Aurelianensis *artic. 12.* Vide *quæstio. à me tractat. in notis. ad stylum Iurisdict. Ecclesiast. Bituricens. cap. 14.* D. Magistrum, *de subhastat. cap. 24.* I. C.

XVII.

Debitor, quando interdum non est, qui non ... temporis tempus ... stare potest.

Creditor quando nocere nō potest.

Si debitor nulla bona habeat, quæ capi possint, prouisio adiudicata ob summam debitam, vel etiam si creditor extraneus, vel alias inops & suspectus satisdare nō possit, Iudex in his difficultatibus vel quibusdam earum, ad indēnitatem præstandas litigãtes partes, decernere debet, vsque quo de principali partiũ lite plene cognoscatur & iudicetur, debitorem singulis annis summam repræsentare oportere, ratione quindecimaria vel vicesimaria vel alia, prout ei videbitur: quæ summa sorti non imputabitur. Et saluo bane annuam præstationem sistendi iure, si debitum debitor consignet, quitum temporis neque bona neque facultatem soluendi habeat: vel si per cautionis creditoris defectum stet, saluo, ea præstita, prædictum debitum per Prouisionem retrahendi iure Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 20. Iunii 1544.

XVIII.

Debitor oblatus non ... fidiussor.

Debitor, cui vt solueret, iniunctum fuit, executioni seu pignori captioni bonorum suorum intercedere non potest, si se fideiussorea daturum offerat, *l. si se non obtulit. §. ait Pretor. & § si condemnatus. ff de re iudicat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1515.

XIX.

Res pignori capta alienari à debitore nō potest, etsi eam potestate ipsius sit.

Quando creditor ob debitum suum autoritate Iudicis, rem mobilem vel immobilem debitoris sui capi curauit, debitor, quantumuis ea res in potestate eius relinquatur, eam neque vendere neque tradere potest, sine consensu creditoris: quinimo neque impetrato creditoris cõsensu potest, si ea res emtori addicta fuit, etsi nondum tradita fuerit, cum facta sit pignus Prætorium (quod quidem in mobilibus consistit, l. 1. *Cod. de Prætor. pignor.*) quodque est inalienabile. Igitur non obstante eo, emtor ex decreto Iudicis addictionem suam executioni tradere potest aduersus alterum emtorem: hæc quippe alienatio fraudulosa est ex qualitate facti, prout ait Odofredus *in l. vnic. in 1, quæst. C de alien. iudic. mut. caus. fact.* Et ita iudicatum fuit duobus Arrestis Gratianopolitanis. Vnum datum fuit Vigilia Dominicæ Palmarum 1455. aduersus dominum Bellomontanum: alterum

alterum in mense Aprili 1460 pro Æmardo & Claudio Ripelinis fratribus, aduersus Antonium Fanianum, mercatorem Gratianopolitanum, ob domum quandam ex subhastatione publica emtam à prædictis Ripelinis.

V. L. Valer. Patron. § plane ff de iur. fisci.

XV

Fructus redditui obnoxii.

Quamuis vulgo iactetur, mobilia iure hypothecæ vindicari non posse, nihilominus Arresto Parisiensi sæpe dictum fuit, Dominum ob reditum suum cuiusque reliqua, in capione fructuum vel mobilium præferendum esse.

Lucius *lib.* 10. *tit.* 3 *Art.* 1. Ita iudicatum fuit 12. Aprilis 1525. in Maiore Camera, perorante Hamelio. Vide suprà *lib.* 10. *tit.* 3. *in Appendice.*

XXI.

Executio iuris Marquæ.

Ius Marquæ seu repræsaliarum non incarceratione personarum, verum bonorum tantum capione executioni tradi potest: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 2. Aprilis 1387.

Vide supra *tit. de iure repræsal. lib.* 5. *B.*

XXII.

Executio quomodo fieri debeat aduersus corpus incolarum.

Si expensæ vel adiudicatio cuiusdam summæ impetratæ & taxatæ fuerint aduersus Corpus incolarum & inhabitantium, executio fieri debet mandato exhibito Consulibus, Peræquatoribus & Collectoribus: vt prædictam summam ex communi ærario, si quod habeant, soluant. Quod si nullum se habere declarent; iis mandabitur *, vt hanc summam præstent & in se suscipiant soluendã intra sex septimanas, vel duos menses vel aliud tempus, quod iis præfinietur; habita ratione magnitudinis vel mendicitatis summæ, & facultatum condemnatorum & debitorum: comminatione & denuntiatione iis facta, quo casu soluere hanc summam cessauerint, ipsos suo proprio ac priuato nomine conueniendos, saluo postea aduersus incolas ipsorũ regressu. Eaque forma est obseruata in hoc Regno secundum nota *in l. si se non obtulit. § actor. ff. de reiudicat. & in l.* 1. *§. quod si nemo*, iuncta Glossa *in verb. Proconsul. ff. quod cuiusque vniuers.* Et iuxta id iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Decembris 1525. pro Religiosis Maioris Carthusiæ aduersus Gubernatores Laudunenses.

Desumtum ex Lucio *lib.* 10. *tit.* 3. *Art.* 4. Vide *tit.* 2. *lib.* 7. in fine.

* Idque antea fiebat: verum aliquot annis post determinatio data fuit. qua, quamuis Arresto decernatur, incolis cõdemnatis summam condemnationis adscribendam, attamen necesse est, vt rescriptum à Cancellaria impetretur, & coram Thesaurariis generalibus Franciæ approbetur, à cuius generalitate condemnata Parrochia dependet, qui Selectis mandent, vbi prædicta Parrochia forũ sortitur, vt Peræquatoribus aut Collectoribus ipsius prædictam summam cum sumtibus legitimis adscribant.

XXIII

Susceptor cogi non debet, nisi prius adscriptio facta fuerit.

Super eo dubitatum fuit, vtrùm cessantibus prædictis Consulibus, peræquatore & susceptore prædictis mandatis intra tempus satisfacere, susceptor æque ac alii conueniri possit, quandoquidem prædictus susceptor quadantenus excusatur: officio quippe suo fungi non potest, neque in mora constitui, nisi prius adscriptio & partitio fiat, Arresto 28. Augusti, anno 1548 iudicatum fuit pro susceptore.

Visitatũ est collectorem conueniri non posse; nisi propria ipsius culpa interueniat.

XXIV.

Debitorum sua

Viator seu executor, non obstãte appellatione vel oppositione, mobilia capere debet, & possessione eorum debitorem priuare, etiamsi is se sequestrum constituere vellet: nisi creditor ei consentiat, *l.* 1 *§. inde quæritur. ff. de nou. oper nuntiat.* Et ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, 26 Februarii 1515. Ratio optima est, quod debitor ad maiorem necessitatem redigeret creditorem: mobilia quippe sibi relicta consumere posset, si ipsi relinquerentur, & plus negotii ac molestiæ creditori, quam antea, crearetur

capta sequestrum esse non debet.

Quantumuis debitor, cuius bona pignori capta, se illorum depositarium, tanquam persona extranea, constituere vellet, Executor tamen eum admittere hoc casu non debet, eo quod executio hoc casu realis non esset, sed imaginaria: adeo vt si alter creditor postremo loco eiusdẽ debitoris bona capi curaret, reali trãslatione facta præferretur, eo quod primus exequens dicere non potest, se venisse in possessionem, vel debitorem suum possessione deiectũ, & sic in mobilibus consistit pignus Prætorium per *L.* 2 *C. de pignor. Prætor.* & iuxta hæc iudicatum fuit aduersus Girardum Lugolium pro Stipendiariis Collegii Bellouacensis Arresto 22 Ianuarii 1572. quod notatur *in tractat. de subhastatio. in.* D. Magistri *cap.* 4 Idque iudicari vidi, 27. Iulii 1589. aduersus Religiosos, Abbatissam & Conuentum S. Antonii prope Parisios, pro quodam nomine Chapartio, perorante Rolardo. Neque tantum viatores ipsis debitoribus seu pignorum dominis, verum etiam ipsorum domesticis bona pignori capta in custodiam tradere non debent; idque interdictum fuit sub pœna expensarum omnium, damnorum & interesse, 6. Februar. 1590. in lite inter Petrum Parinum viatorem in Castelleto Parisiensi, appellantem à Præfecto Parisiensi, & Gaucherum Escbalhum ad perorationem. I.C.

Executio imaginaria.

Interdictũ viatorib., ne mobilia pignori capta domesticis debitoris pignorum dominis custodiæ tradant.

Vide *Arr. vlt. App. tit.* 7 *lib.* .. supra.

XXV.

Executor seu viator pleno saltu debitoris personam comprehendere vel bona eius pignori capere prius non potest, quam soluendi mandatum ei sit receptum: demum enim recusatione facta vel alio quodam æquipollente, ad executionẽ realem venire potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 2. Aprilis 1527. & altero Arresto, 18. Aprilis 1540.

Executio realis non valet sine præcedente mandato.

XXVI.

Si plures debitores obligati sint, non satis est, vnum solum conuenire, eoque recusante postea rem communẽ pignori capere: reliqui enim qui nõ conueniuntur, pro parte sua executionem reuocari facient, etiamsi cum vno seu aduersus vnum facta fuerit, qui executoris executioni paruerit: is quippe in præiudicium reliquorum; ad onerandam rem communem, consentire non potest, *leg. secunda. ff. de seruit.* Et ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi 16. Martii 1534.

Executio realis super re communi non valet, sine mandato omnibus facto.

Lucius *lib.* 9. *tit.* 3. *Art.* 10.

XXVII.

Ad articulum supra dictum non sufficeret, si executor iuberet solum in locum minus commodo, veluti in Ecclesia, in via, in Auditorio vel alibi, extra & procul à domo debitoris: Et si super hac executione vlterius procederetur, tota executio nulla foret. Domina Mareschalla de la Palisse per Executorem Mercatori Vaudenessensi debitori suo in aggere stagni, cum piscari vellet, deprehenso iussit, vt sibi summam debitam solueret, Is executori respondet, vt ad domum suam veniat ibique se satisfacturum. Executor ait; se eius domum. escire, eumque in carcerem ducit. Mercator Parisios appellat, vbi Arresto, quod datum Maioribus diebus Molinensibus, die Martis 6. Octobris mane, 1534: dictũ fuit male processũ, & prædicta Domina appellata in expensas causæ appellationis; damna & interesse incarcerationis condẽnata fuit, perorãtibus Bouquettio & Marillaco. Tantundem dictum fuit in Parlamento Parisiensi, 11. Maii 1551.

Forma mãdati vt ad executionẽ realem perueniri possit.

In pari ferre casu Cotterellus Notarius in Castelleto Parisiensi

sienſi, in expenſas, damna & intereſſe executionis præcipitatæ aduerſus Magiſtrum Claudium Vallaotium Aduocatum in Audientia, 15. Iulii 1582. condemnatus fuit. B.

Mandatū in loco opportuno.

Neceſſe quoque eſt ad validitatem executionis, vt mandatum in loco opportuno fiat, prout vult Conſuetudo Bituricenſis *artic.* 15. *h. t.* alioqui ſi debitor iniuſte incarceraretur vel bona eius caperentur, damna & intereſſe conſequi poſſet, vel uti pro quodam nomine Normsotio colono cuiuſdā Domini, qui procul Pariſios habitabat, vbi prædictus dominus eum in carcerem duci curauerat, quamuis neuter ibi habitaret, eo quod debitor non ſemper cum ſolle ambulat ſeu marſupium in promtu habet & ſecum circumfert. Arreſto 8. Iulii 1566. & altero 9. Iulii in Audientia 1571. pro honeſto quondam viro, quē publice in platea Executor mola ſua deſcendere iuſſerat, quamuis antea ad domicilium ipſius mandatum factum fuiſſet. Vide *l.* 32. *de vſur.* & *l.* 39. *de ſolut.* I. C.

XXVIII.

Executio aduerſus peregrinū debitorem ſuſpectum quomodo fieri poſſit.

Attamen ſi executio directa ſit aduerſus extraneum ſuſpectum, quem conueniri difficile ſit, non attenta prædicta mandati forma, executor equos vel ſarcinas debitoris à primo limine ſeu pleno ſalto capere poteſt, vſque quo debitum exoluerit: vel ſi chirographum adſit, qui fortiores termini ſunt, vſque quo prædictum chirographum recognitum vel abnegatum fuerit, & debitor domicilium elegerit, aut cautionem ſolui & iudicio ſiſti præſtiterit. Similis executio approbata fuit Arreſto Pariſienſi, 23. Maii 1527. aduerſus illuſtrem Martium de Montchenu, primum Magiſtrum aulæ Regiæ.

Hoc conforma eſt diſpoſitioni iuris, *l. ait Prætor. ff. quæ in fraud. cred.* Vide Conſuetudo. Aurelianenſ. *artic.* 254.

XXIX.

Idem.

Quamuis in Frācia propria autoritate, citra mandatum iudicis, fugitiuum debitorem quis capere vel ducere non poſſit: nihilominus ſi id fiat, bene vel male, eum qui capitur, cautionem iudicatum ſolui præſtare oportet. atque ita creditor de debito ſuo ſecuros erit. Ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 18 ... 1538. in Camera & in Audientia quadā poſt prandium.

XXX.

Iuſſio da ſoluendo in perſona fieri debet.

Anno 1292. primo die poſt feſtū S. Martini, Arreſto Curiæ Pariſienſis, ex tēpore reprobata fuit obſeruātia Pictauienſis, vbi bona debitoris capi nō poterant, niſi prius iuſſio & denuntiatio prædicto debitori in perſona ſua facta fuiſſet.

XXXI.

Debitor in ratus alterius dabi toris citra expenſas euadit.

Si creditor debitoris ſui debitum capi curet, & debitorem debitoris ſui citari, ad declarandum, quod debet, prædictus vero debitor mediatus ob fidelitatem, quam creditori ſuo debet, id facere recuſet, niſi euidens calumnia & euagatio ſubſit, dici debet, eum prædicto creditori perſequenti ſoluere oportere & citra expenſas. Ita iudicatum fuit Arreſtu Pariſienſi, quo confirmata ſententia quædam Præfecti Pariſienſis, 15. Maii 1528.

XXXII.

Tertius opponens dāna & intereſſe conſequitur, licet res mobilis in poteſtate debitoris ſit.

Creditor probabilem ignorantiam domini rei mobilis habet, quam capi curat in poteſtate debitoris ſui repertam: præſumere quippe poteſt prædictam rem mobilem ad eum ſpectare, per Gloſſam *in l.* 1. C. *de priuil. fiſci.* Nihilominus propterea condemnari in damna & intereſſe executionis realis non deſinit, ſi ſciuiſſe aliquo modo dignoſcatur, Arreſto, quod datum in maioribus diebus Molineoſibus, 6. Septembris, 1540.

XXXIII.

Si Clericus non coniugatus pro debito ciuili in carcerem laicum coniectus, iuxta obligationem à ſe initam, poſtulet, vt carcere relaxetur, eo perſonæ ſuæ intuitu priuilegiatus ſit, id fieri non debet: verū Iudex laicus cui id expediendum incumbit, dicere debet, debitorem in Epiſcopales carceres reducendum & inibi detinendum, vſque quo plene ſoluerit. Et ita deciſum fuit Arreſto Pariſienſi, aduerſus Preſbyterum quendam Lugdunenſem. Poſtea expreſſe in debito ciuili à Scholari ſeu ſtudioſo Clerico contracto, ob pretium equorum ab ipſo emtorum, 14. Februarii anno 1544. per textū & not. *in c.a. ex reſcript. de iureiurand.* Et Baldum *in l.* 2. *Cod. de pat. qui fil. ſu. diſtrax.*

XXXIV.

Ex conſtitutione conductores octauarii vectigalis dimidio anno elapſo, poſt conductionem [a] ipſorum reliquatores conductionis ſuæ perſequi nō poſſunt, niſi recognitio facta fuerit, [b] vel tranſactio ſeu conuentio [c] quam *abonnage* vocant: tertio lis intra prædictum ſemiannum cœpta fuerit. Super ea re Arreſto Curiæ Subſidiorum Pariſienſis, 21 Iulii, anno 1526. dictum fuit, Selectos ad debitores cogendos decretum indulgere non poſſe, non obſtante lapſu temporis, etſi ſimpliciter mandatum ſit, vt ſolueretur, & in caſum oppoſitionis debitores citarentur: videretur enim id habere tantum vim ſimplicis citationis: verum per petitionem & ſimplicem actionem eo venire oportet. Iſque textus *in l. Nemini* C. *de ſuſceptor. prapoſi.* & *arca.* C. *de lib.* x qui expreſſus eſt ibi, *non perpetui,* &c. & *in l. ſiue ex Prætoriano ibi ſciat ſi intra anni metas.* C *lib.* 12 *de executor.* & *exactor in l. Miſſi opinatores. de exactoribus lib.* 10. & *l. obſiſtere. de anno & tribut. lib. eod.*

a Si conductio triennalia vel plurium annorum ſit, tenetur, præſcriptionem non currere, niſi poſt ſex menſes a conductione finita. Et vero conſtitutio vtitur his verbis *poſt conductionem finitam*, non vero vt habet textus huius Arreſti. Idque durum eſt, ob malitiam eorum, qui Parrochiarum vectigalia tenent, quibus magis expedit retinere, quam laxare itæoom.

b Conſtitutione continetur, *conuentio vel aliter inituta*, qua ratione cauſa perpetuatur, & vſque ad 30 annos durat.

c Non ſufficit, generalem tranſactionem factam fuiſſe, niſi tranſactio ſpecialiter facta fuerit pro tali vel tali quantitate & tot modiis: prout iudicatum fuit Arreſto Catholicianorum, 14 Iulii 1564. B.

XXXV.

Bartholomæus Bultonius apud Catholicianos Pariſienſes, ſententiam & condemnationem certæ ſummæ aduerſus Petrum Petraldum, 19. Maii 1539. impetrat. Vigore cuiuſdam executorialis, 30. Iun. ſequentis ſuper prædicta ſententia accepti & ſuper taxa eſpenſarum poſt prædictam ſententiā facta, prædictus Bultonius mille & ſexcentos fœni manipulos in horreo prædicti Perraldi capi curat. Cum Executor prædictum fœnum vendere vellet, Simon Perraldus filius prædicti cōdemnati ſe opponit, eiq; dies condicitur, vt coram prædictis Catholicianis compareat, vbi repræſentat, fœnum ad ſe pertinere: deque eo fidem facit ex ceſſione ſibi à prædicto patre ſuo facta, 20. Iunii, atque ita decem diebus ante executoriale impetratum, 30. Iunii, & ſententia 19. Maii præcedentis data fuerat. Fœnum collectum fuerat poſt prædictam ceſſionem in quibuſdam pratis, quæ pater ab altero conduxerat. Ceſſio continebat translationem pratorum & fructuum in opponentem eodem titulo, quo pater cedens ea tenebat. Citra aliam inquiſitionem, eo quod id in fraudem factum conſtabat, opponens depulſus fuit & in expenſas condemnatus & in multam centum ſolidorum Pariſienſium Regi inferendam & pa-

tem

rem summam actori præstandam: decreuitque executionem perficiendã Arrestu prędictorum Catholicanorum Parisiensium, 4 Iunii 1540. quamuis prædictum fœnum collectũ fuisset & in horreo asseruatũ à filio post trãslationem in ipsum factam, & ante executionem.

XXXVI.

Quando quis cogi possit, vt sententiam suã executioni tradi curet.

Quando actor & reus respectiue ad rem quandam coniunctam expediendam condemnantur, velnti reus in rescissione ad restituẽdam minori rem, & actori immobilem alienatam & permutatam, & prædictus minor ad restituendas prædicto reo res immobiles, quas accepit, eo in statu, quo tempore contractus erant, si actor videat id sibi difficile esse vel incommodum, ob ruinas quæ obuenerunt, vel quia intereà vendidit vel demolitus est, reus eum cogere potest sub pœna, vt ab effectu sententię depellatur, eam executioni tradere quo ad capita eum concernentia, intra trimestre spatium, vel aliud rẽptus. Ita iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, quo confirmata sententia Balliui Forosegusiẽsis, 23. die Martii, anno 1559. pro Ioanna Iaquetonia, vxore Petri Boironi, aduersus Ioannam Guerinam vxorem Antonii Columberii de Roane.

XXXVII.

Arresta per extractum executoria non sunt.

Vicisima tertia Aprilis 1537. dictum fuit Arresto Parlamenti Parisiẽsis, in Audientia prædicti diei, Ostiarios, executores vel alios, non posse citra abusũ, exequi vlla Arresta Curiæ super simplici extracto, sub pœna seu multa arbitraria & suspensionis seu priuationis ipsorum officii, iuxta culpam, quę inde procederet.

Nihilominus Ostiarii Curiæ in ciuitate Parisiensi hoc non obseruant.

XXXVIII.

Presbyter pro debito vbi incarcerari debet.

Vicisima Nouembris 1550. incarceratio Presbyteri à Viatore seu executore laico & in carcere laico facta, nulla declarata fuit, vigore commissionis seu mandati Iudicis ad seu propter obligationem Presbyteri, qua se his omnibus submiserat, confectam sub sigillo laico, dictumque fuit pro Presbytero appellante, eum bene appellasse, & male atque abusiue iudicatum fuisse, appellatus vero in expensas causæ appellationis condemnatus, decretumque appellantem summam in obligatione comprehensã intra quindecim dies soluere oportere, alioquin permissum prædicto appellato, vt eum in carcerem Episcopi coniiciendum curare posset.

Vide Consuetudinem Bituricensem, *hoc tit.* §. 15.

XXXIX.

Clerici tõsurati mobilia pignori capi possunt.

Perorante Domino Porteo, pronuntiatum fuit Arrestum in Parlamento Parisiensi, 8. Maii 1551. quo appellans à pignoris capione suorum mobilium, & quod ab oppositione sua depulsus fuerat, eo quod se Clericum tonsuratum esse diceret. Curia appellationem in irritum deduxit, & depulit opponentem ab oppositione sua, & decreuit mobilia vendenda esse.

Vide supra *de Iurisdictione seculari*, *& art.* 8.

XL.

Agricola grana & pignora offerens, bobus aratoriis & instrumentis

Agricolam debitorem cuiusdam summæ ex obligatione sub sigillo Regio, executor conuenit, eique vi executorialis acceptæ, vt prædictæ obligationis iubet, vt solua. Ad hæc agricola respondet, se pecunia carere. Executor ait, se capturum ipsius mobilia quæ exhibere eum iubet. Agricola ei demonstrat se sufficientem frumẽti copiã habere, quã si ita ei videretur capere pignori possit. Nihilominus prædictus executor prædicto frumento misso reliqua mobilia omnia capit, quibus agricola misellus in peragendis operis suis vti potest, veluti boues aratorios, vomeres, plaustra & alia instrumenta. Is se opponit & copiam executionis ab executore postulat, qui hæc omnia recusat. Agricola inde appellat. Causa perorata fuit in Camera Patricidali Parisiis, vbi Arresto, 12. Septembris 1551. omnia nulla & iniusta iudicata fuerunt, & creditor condemnatus in omnes expensas, damna & interesse prædicti agricolæ appellantis, itemque in expensas instantiæ compulsorialis intentatæ aduersus executorem, vt copiam prædictę executionis haberet, saluo ei regressu aduersus prædictum executorem, qui in personã comparebit. Curiaque omnibus executoribus iniunxit, vt copias suarũ executionũ tradant, sub pœna suspẽsionis ipsorũ officii.

agricolæ priuari non potest

Vide tit. *de confiscationibus & translationibus*.

Rex Henricus tertius Blesæ 1571. Edictum in fauorem culturæ & agricolarum edidit, pendente anno pignori non capi non posse, neque personas seu corpora ipsorum, neque boues, equos & alia iumenta, plaustra & vehicula, neque alia instrumenta culturæ inseruientia, excepto casu pro pecunia Regia iuxta Constantini constitutionem relatam in *l. executor. vet. C. quæ res pign. obl. poss.* De instrumentis est Auth. *agricul. cres. C. eod. tit. & l.* 1. *de pignorib. C. Theod.* Quintilianus eadem legem quandam refert, *lib.* 7. *instit. orator. ca.* 8. Aratrum pignori accipere non licet. Rex Henricus IV. alterum Edictum Parisiis de eo edidit 16. Martii 1595. post sedatos tumultus ad restituendam agriculturam in fauorem agricolarum, etiam propter pecuniam Regiam & citra temporis limitationem. Verum est lectos agricolarum eo non comprehendi. Vide D. Cuiacium *obser. lib.* 4 *cap.* 20. Choppinum *lib.* 1. *de priuileg. rust. cap.* 9. Masuerium *tit. de execut. num.* 14 Ruzeum *Regalior. cap.* 54. *num.* 3. & D. Maynardum *lib. qu. suo cap.* 67. I. C.

XLI.

Translatio districtus ad alterũ per submissionem fieri non potest verum debitor in carcerẽ districtus sui duci debet.

Arresto Parisiensi, quod datum in peroratione quadam in Camera Patricidali, 25. Iunii 1552. pro mercatore quodam Lugdunensi appellante, dictum fuit & declaratum, debitorem in corporis nexum obligatum sub sigillo Castelleti Parisiensis, incarcerari non posse vi executorialis Præfecti Parisiensis: & in Castelletum deduci, si alterius districtus sit subditus, eumque in carcerem districtus sui deduci oportere: nisi in ciuitate Parisiensi deprehensus fuerit. Interdictum fuit omnibus executoribus, ne aliter facisse velint.

XLII.

Frustratores impedientes executionẽ sententiarum multãtur.

Trigesima Ianuarii 1555. in Parlamento Parisiensi ad perorationem quandam, cognitum fuit, ad Arrestum prædictæ Curiæ executioni tradendum, eum qui id obtinuerat, coactum fuisse complures instãtias instituere & infinitos sumtus facere, obtentis compluribus Arrestis super prædicta executione, hisque omnibus calumniam partis suæ aduersæ causam dedisse, qui frustrator deprehensus fuit. Primum Arrestum erat de diuisione faciendainter prædictas partes, & prædictus frustrator appellauerat ab executore vltimi Arresti. qui tamen in iudicio acquieuit, neque concludere voluit. Curia nihilominus Arresto suo iudicauit, bene à prædicto Executore processum fuisse, & à prædicto appellante male appellatũ, qui in multam ordinariam & expensas causæ appellationis condemnatus fuit. Et propter subterfugia & dilationes ab eo in prædicta lite exquisitas, & illusiones, quibus Iustitiæ & Arrestis prædictæ Curiæ illuserat, condemnatus fuit in centum libras Parisienses multæ nomine, & decretum, vt in custodiam publicam Palatii duceretur, vbi carcera contineretur, vsque quo prædicta diuisio facta

fuisset, & prædicta Arresta integre executioni tradita.

Videatur *tit. de authoritat. rei iudicat.* infra. & Maynardum *lib.7.cap.73.*

XLIII.

Creditor executionem bonorum & personæ debitoria cumulare potest.

L. à Diuo Pio.15.ff.de re iudicata. quæ iubet primo res mobiles capi, postea vero, si nulla monentia sint, soli quoque pignora capienda, & *l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tribut.* quæ vult, vt electa vna via, quis excludatur ab altera, in Francia in exequutionibus obligationum personalium locum non habent: verum è contrario, ex Constitutione Regis Francisci anno 1539. *articul.* 74. statim ab initio, citra inquisitionem vel discussionem, immobilia capi possunt, imo creditor capere potest immobilia sibi generaliter, & alia specialiter hypothecæ obligata, & eadem opera potest capere immobilia, iura, nomina & actiones, & cum iis personam debitoris, capere aurigam, flagellum, & vehiculum, & * simul complures executionas cumulare, vel vnam post alteram, neque vnquam cessare, neque debitorem suum, personam seu corpus ipsius, bona ipsius mobilia & immobilia relinquere, vsquequo soluatur, vt ita eum ad citius soluendum engat: & ita iudicatum fuit infinitis Arrestis Curiæ Parlamenti. Optime banc ad rem facier Constitutio de quatuor mensibus, post quos omnes condemnati, debito ciuili citra obligationem personalem obligati, si satisfacere iussi fuerunt, incarcerari possunt. Huiusmodi Constitutio est *l XII. Tabular.* his verbis: *AEris confessi rebusq; iure iudicatis* 30. *dies iusta. Post deinde manus iniectio esto. In ius ducito. Ni iudicatum facit, aut quis endo eo in iure vindicit, secum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus xv pondo. ne maiore, at si volet, minore vincito. Si volet, suo viuito, ni suo viuit, qui cum vinctum habebit, libras farris in dies dato, si volet plus dato.* Hi 30. iusti dies non alii sunt, quam qui feriati non sunt, neq; destinati iuri dicundo & litibus: adeo vt hi 30. ad quatuor menses excurrere possint. Ac verisimile est, eos, qui prædictam Constitutionem ediderunt, secutos fuisse prædictam legem XII. Tabularum. Aulus Gellius 37.

Executio per carcerem à Constitutione permissa conformia legi XII. Tabularũ.

* Bartolus in *l. consentaneum, in fin. C. quom. & quando iud.* Paulus de Castro in *l. 4 § aut Prætor. ff de re iudicat.* Guid Pap. *singular.* 105. Franc Marc. *quæst.* 129. *in 2. parte decis.* Hyppol de Marsilius *in pract. causar. crimin. § attingam. num.* 53. Imbertus *lib. 1. instit. Forens. cap.* 63 *in gloss.* Rebuffus *in tractat. de liter. oblig. art.* 21 *gloss.* 3 *num.* 12 Ferronius *in Consuetudin. Burdegal. tit. de iurisdict. Magistrat. tract. de subhastat. cap* 32. & Maynardus *lib.7. quæstion. suar. cap.* 73 Guid. Pap. *consil.* 99. & 105 Consuetudo Bituricensis *tit. de execut. §* 17.

XLIV.

Executio in bonis dotalibus.

Arresto Parlamenti Tholosani maritus admissus fuit opponens aduersus pignori captam dotem vxoris suæ, condemnatæ in expensas instantiæ, quamuis ad eam persequendam authoritate mariti munita fuisset, atque hæc executio nulla declarata & reuocata fuit, citra præiudicium prædictam executionem exequentis expensarum suarum, super aliis, quam dotalibus prædictæ vxoris bonis. Prædictum Arrestum 3. Iunii 1567. datum fuit.

Vide Maynardum *lib. 7. cap* 82.

XLV.

Concursus debitorũ.

Tempore mortis * Domini de Sauue, in vrbe Parisiensi, & post eius sepulturam controuersia superuenit, quæ sequitur: Vxor ipsius communioni inter eos renunciauit: contenta pactis dotalibus. Adeo vt propolæ & mercatores, qui sumptus in morbo ipsius suppeditauerant, & pharmacopola, qui pharmaca suppeditauerat, hærerent ob concursum, quomodo ex venditione mobilium, & cæte, in cuius possessione mortuus fuit, solui possent. Pharmacopola se præferri postulabat, & ita Aduocatus ipsius Amelotus asserebat per *l. in restituenda. 4. Cod de petition. hereditat.* Aduocatus quinque vel sex mercatorum propolarũ pauperum, qui victualia domus alendæ prædicti defuncti præbuerant, contrarium asserebat, causam alimentorum præferendam causæ medicamentorum. Omne dubium emergebat ex prædicta renunciatione, & quod bona ad satisfaciendum creditoribus nõ sufficiebant. Super eo dominus Brissonius tum temporis Aduocatus Regius pro Pharmacopola & eius prælatione tres rationes allegauit: Prima fuit, eum creditorem operæ fuisse: Secunda, eum necessarium fuisse, mercatores vero voluntarios: Tertia, eum pro cæteris omnibus creditoribus laborasse: diligentia sua opera nauata ad restituendam valetudinem prædicti defuncti. Arresto 18. Aprilis 1580. dictum fuit, prædictum Pharmacopolam præferendum, & mercatoribus ex bonis communionis soluendum, non obstante prædicta renonciatione.

Pharmacopola propolis præfertur.

* Hoc Arrestum allegat Choppinus *ad Consuetud. Andeg. lib. 3. c. 3 tit 5. art. 7* & Charond. *lib 7 resp. c.* 86 Ferronius quoddam eadem allegat *ad Consuet. Burdegal. tit. de § 3 in fin.* Vide *art. 44. tit. seq.* vbi idem Arrestum refertur.

XLVI.

Pignora capta in venditoris, & non in emptoris potestate manentia.

Quidam nomine Henaldus, & Ioannes Pitusius, vinipolæ aliis mercatoribus quinquaginta modios vini vendunt, qui tamen in potestate & cella prædictorum venditorum degustati & signati manent. Mox postea Claudius Chomius creditor prædicti emptoris, cum aliis creditoribus omne prædictum vinum in manibus prædictorum venditorũ existens capi curauit. Hi sese opponunt, dicentes, prædictum emptorem decoctorem esse, & decoxisse, seq; nullam pecuniam ex venditione vini sui percepisse: adeo vt quãuis vẽditio scriptura celebrata fuisset, propterea se possessione priuari noluisse, nonnisi pretio sibi soluto. Ac quamuis chirographum a prædicto emptore ob pretium prædicti vini accepissent, nihilominus hanc obligationem non intelligi initam, nisi pretium solutum fuisset. Creditor defendebat pignoris captionem, dicebat, venditionem perfectam esse, quia conuentum erat de pretio: & quamuis prædictum pretium non solutum fuisset, attamen eum esse in creditum vi prædicti chirographi, nominatim, quia prædictus emptor super prædicta obligatione summam 80. librarum soluisset. Sententia Balliui Turonensis vel Locumtenentis ipsius Lochiensis prædicti venditores ab oppositione sua depulsi & in expensas condemnati fuerunt. Appellatum ad Curiam Parlamenti Parisiensis, vbi Arresto 15. Aprilis 1579. dictum fuit, male iudicatam, & bene appellatum, & prædicti venditores appellantes admissi ad vindicãdum vinum suum, eo quod à prædicto emptore pretium non solutum fuerat, & appellatus in expensas causæ appellationis condemnatus. Tum ab Aduocato creditoris allegata fuit *l. Procuratoris. 5. § penultim. ff de tributo* nihilominus videtur eam in contrarium facere, & propriè ad prædictum Arrestum pertinet in his verbis: *Quia res vendita* (inquit Vlpianus) *non alias desinunt esse mea, quam si vendidero, nisi ære soluto, vel fideiussore dato, vel alias satisfacto, dicendum erit me vindicare posse.*

Vide Consuet. Paris. *art.* 176. & Charond. *ad eum artic.* Maynardum *lib. 2. cap.* 7 I.C.

APPENDIX ARRESTORVM

Ad Titulum V.

I.

Executio per bona vel corpus

EXecutio per bona vel corpus iniusta est, quando ob eandem causam bona iam capta sunt, non obstan-

Iniusta est, quando bona ex eadem causa iam capta sunt.

obstante qualibet obligatione. Iudicatum contra conductores Cardinalis Ferrariensis Præmonstratis, 28. Nouembr. 1564. B.

II.

Per executionem ad uersus regnicolam procedi non potest, vi sententiæ Iudicis, qui de Regno non est.

Aduersus regnicolam etiam extraneum, & tamen in Francia domiciliatum, vigore sententiæ à Iudice, qui de Regno non est, obtentæ, executionis via procedi non potest, atque similis executio iniusta declarata fuit, 27. Februarii 1564. Executio Parisiis facta fuerat, vigore Arresti Auditorum Rotæ Gebennensis. B.

III.

Constitutio de 4. mensib. de Ecclesiasticis non intelligitur.

Executio & coactio per corporis prehensionem post quatuor menses (Constitutionis Molinensis) de Ecclesiasticis non intelligitur. Iudicatum 17. Decembris 1577. in Audientia, pro Presbytero quodam citato. Ea de re extat Constitutio Blesensis.

IV.

Curator fructib. neque intercedere neque appellare potest à manus laxatione facta proprietario.

Curator fructibus fundi pignori capti datus, neque impedire, neque appellare potest ab executione Arresti de manus laxatione proprietario concessa: verum per actionem salaria & sumptus à se in curatione factos repetere debet. Arrestum de 23. Febr. 1563. B.

V.

Curator bonis in casum negligentiæ & ob contumaciam condemnatus, priuato suo nomine cogitur.

Curator bonis ob contumaciam condemnatos, proprio suo ac priuato nomine cogi potest, quo casu videlicet culpa seu negligentia in eo deprehenditur. Iudicatum 9. Decembr. 1564. B.

VI.

Custodes bonorum post 15. an. incarcerari non possunt.

Custodes bonorum neque requiri, neque cogi corpore possunt, post 10. vel 12. annos prætertos. Iudicatum 6. Februar. 1577. B.

VII.

Creditores filii possunt pignori capere legitimam ipsius.

Creditores filii, ius legitimæ ipsius auctoritate Iudicis pignori capiendum curare possunt, quamuis pater testamento suo liberos ipsius instituisset, neque is querelam vllam moueret. Arrestum Parisiense, quod pronunciatum in purpura, 28. Martii 1589.

Choppinus *ad Consuetud. Andegau. lib. 3. cap. 3. tit. 1. artic. ul.* 27. Robertus *lib. 4. rerum iudicat. cap.* 12. Charondas *9. Resp. iur. cap.* 18. vbi aliecum allegat pronunciatum inter Paschalia anno 1596. quo creditoribus permissum fuit successionem, quæ debitori ipsorum obuenerat, & quam debitor repudiauerat, acceptare. T.

VIII.

Scabini & Matriculari anni præsentis recte conueniuntur, pro ipsorum prædecessoribus.

Scabini & Matriculatii anni præsentis recte conueniuntur, pro ipsorum prædecessoribus, saluo ipsis contra eos regressu. Iudicatum 3. Maii 1577. ad versus Castrenses in Bituricensi Prouincia, perorante Poussemotio. Et quando Maior & Scabini suo tempore in summam quandam pecuniæ condemnantur, successores ipsorum proprio ac priuato suo nomine cogi possunt, si in adscriptione summæ facienda & solutione negligentes sint, saluo ipsis aduersus incolarum corpus regressu. Ita iudicatum inter Arresta generalia die 26. Nouembr. 1563.

Vide Bacquetum *tract. de iurib. iustitiæ, cap. 17. n. 30. & c. 29. num. 24.* I. C.

IX.

Executores se fundorum captorum curatores nominare non debent.

Arresto die Martis 1567. Ostiariis & Executoribus interdictum fuit, ne seipsos Curatores regimini & administrationi fundorum captorum præficerent & constituerent.

X.

Gener administrationem fundorum soceri sui captorum suscipere non tenetur.

Eodem die, & in eadem Audientia Curia, infirmata sententia Balliui Prouinensis, iudicauit, generum cogi non posse, ad administrationem fundorum captorum soceri sui in se suscipiendam: indecorum enim est, patrem à filio regi, prout dicitur *in l. his qui. 12. de tut. & cur. dat.* Cicero *lib. de Senectute.*

TIT. VI. DE SVBHASTAtionibus, distributione pecuniarum ex iis redactarum, iure prælationis, & ordine prioritatis & posterioritatis.

Vide defuncti domini Magistri Pexudis *tract. de subhastationibus,* inter decisiones ipsius.

ARRESTVM I.

Subhastatio, via tutissima.

EFficacia & solemnitas subhastationum magna est: neque alia tutior & securior extat siue aduersus Ecclesiam, prout ait Ioannes Faber *in l. fisco tempore. 6. C. de remiss. pignor.* siue aduersus minores, vel omnes alios in Prouincia, in qua ea fiunt, habitantes, textus cum gloss. *in d. l. fisco tempore.* Et omne eos ne luditur ob decretum, quod insequitur: *l. quicunque. in fin. ff. de fide instrum. & l. quacunque. C. lib. 10. de fid. & iur. hast. fisc.* Baldus tenet, minores contra ius subhastationem restitui non debere, *in l. fin. C. de in integr. restitut.* attamen compluribus Arrestis Burdegalensibus contrarium iudicatum fuit: & minor ad postulandam restitutionem aduersus subhastationem, vbi deceptus fuit, & si ex falsa causa decretum interpositum fuit, admittitur, *l. si Præses. C. de præd. minor. & l. quamuis. ff. eodem. & l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicommiss. libert.* vel si minor deceptus fuit, per Albericum *in dicta lege finali. C. de in integr. restitut.* neque obstat, quod prædictus minor citatus aut præsens fuit: nam quamuis expresse consensisset, propterea in integrum restitui non desinit, si dolus vel deceptio, falsa causa, vel læsio enormis subsit, quæ absque dolo esse non potest. Textus hanc ad rem expressus est *in cap. constitutus. de in integr. restit.* Facit quod not. Ioannes Faber *in §. semel autem causa. Instit. quib. ex caus. manum. non lic.* Et ita iudicatum fuit compluribus Arrestis Burdegalensibus: Vnum datum pro Catharina Cheualetia, vxore Francisci Galletii, mense Maio 1526. Alterum mense Ianuar. 1531. quo executio ex omni parte perfecta fuerat. Et altero Arresto, quod datum pro Anglo quodam, mense Septemb. 1527. aduersus fratres Duzios.

Minores decepti aduersus subhastationem in integrum restituuntur.

II.

Subhastationes & decretum interpositum non reducuntur sub prætextu deceptionis, si dolus & fraus personalis non subsit.

Libello ciuili, sub prætextu deceptionis aduersus decretum Arresto Curiæ super subhastatione rerum immobilium interpositum, venire quis potest, iuxta textum *in l. 1. C. de præd. decurion.* Et ita iudicatum fuit duobus Arrestis: vno vigilia Pentecostes, anno 1516. altero decimo Iulii 1519. pro Generali Belnensi, domina Bona Cotterella. Quo Dominus Bouchagius depulsus fuit à libello ciuili aduersus simile decretum, quamcunque deceptionem allegasset, nominatim, quod postrema licitatio publicata non fuerat, prout opus nunc est. Agebatur de fundo & dominio Montrichardi. Nihilominus si tale decretum à Iudice subalterno procederet, à quo appellari potest, si solemnitates diligenter obseruatæ non fuerint, & quantum ad pretium attinet, deceptio subsit, inde appellari potest, & rescriptum super prædicta deceptione, quæ bene fundaretur, impetrari: nemo enim decipi debet sub Prætoris clypeo, *l. 1. in fin. C. de his qui*

ven atat impetr. Gloss. in l. 1 C. *de fid instrum. & iur fiscal. hast. lib. 10.*

Propterea Arresto decisum fuit, oudam *l. 2. C de rescindend. vendit* aduersus decretum locum non habere. (Vide Maynardum *lib 7 cap. 74.*)

III.

Minor aduersus decretū procedens vili pretio admittitur.

Appellans quidam à decreto interposito de re immobili hastis publicis decursis vendita, ex gratia Arresto Parisiensi, 19. Nouembr. 1523. ad pretium refundendum & sumptus, pro recuperanda videlicet re immobili restituendos admissus fuit: quamuis regulariter huiusmodi petitiones admitti & audiri non soleant, etiam duplum offerentium, *l. non est probabilis. 6. C de rescindend vendit.* Id plerunque pro minore fieri solet, si modicitatem pretii probet, prout Arresto 8. Maii 1525. dictum fuit. Alias in Francia minime fit, etiam in casibus fauorabilibus, neque obseruantur, sed abrogatæ sunt, *l. 1. & l. 2. C. de his qui in prior. cred. loco succed. & l 2. C. de pign.* ex quibus secundus creditor auditur offerens priori, idque post adiudicationem ex decreto. Alias & in cæteris casibus eæ obseruantur. Species facti hæc sit: Creditor, vt debitum sibi solueretur, subhastationem fundi debitoris sui persecutus est: is ei adiudicatur veluti postremo licitatori, & pro se decretum obtinet. Alter creditor siue opponens sit siue non, cum videret se debitum suum amittere, & pretium ad ordinem vsque suum attingere seu distribui nō posse, creditori adiudicatario pretium ipsius, debitum & sumptus ipsius offert: hic creditor non audietur, nam licitari poterat, quo non facto, excluditur, & post rem venditam iure creditorio, cessat ius offerendi, *l. obligata. C. si antiq cred. pign. vend.*

Ius offerēdi inter creditores post decretum cessat.

Vide cap. 29. de subhastat. inter decis. D. Magistri.

IV.

Decretum absentes Prouinciæ in totū nō excludit.

Duo duas colonias seu villas permutant: quarum vna litigiosa est, altera non. Pendente lite, creditores eius, qui coloniam non litigiosam possidet, hanc subhastari, & ex decreto vendi curant. Is qui litigiosam possidet, non se opponit. Postea lite diiudicata, colonia litigiosa ei euincitur. Is ad suam reuerti cupit. Ei decretum opponitur. Is absentiam suam allegat, & subhastationem in Diœcesi Petrocoricensi factam fuisse, se vero in Diœcesi Lemouicensi residere excipit, ac propterea prædictam subhastationem se non comprehendisse, *l. si eo tempore. C. de remiss. pignor.* iuncta gloss. & his quæ notat Ioannes Faber. Is prædictam absentiam suam probat. Arresto Burdegalensi ad postulandam & recuperandam prædictam coloniam anno 1531. admittitur. Non poterat enim videri ius suum amisisse, etiamsi per plures transierit manus, argum. *l. si pro re pupilli. §. 1.* iuncta gl. *in verb. mere. ff. de euiction.* Hic notandum est, quod ait Faber *in l qui tabernas ff. de contrahend. emption & vendition* Aliud foret in prætendente ius & præstationem annuam hypothecariam: siue enim præsens foret, siue absens, post decretum non admitteretur, *l. in possessione. ff. quibus ex caus. in possess. eat. & l. creditoribus. ff. de separat.*

Desumptum ex Boerio *decis. 341.*

In Edicto de reductione Prouinciæ Bituricensis publicato anno 1594. articulus exstat, subhastationes scilicet fundorum durantibus tumultibus factas, absentibus tempore tumultuum præiudicare non posse. Præsertim quia dilationes adiudicationibus ex decreto tributæ fuerant Arresto, quod sequitur

Extractum ex Regestis Parlamenti.

Pro validitate adiudicationū ex decreto.

Super eo, quod repræsentatum fuit à Procuratore Catholico Regio, tempore videl turbarum in hac vrbe, adiudicationes ex decreto in suspenso seu dilatas fuisse. Id quod nonnullos alios Iudices deterruisset, quominus adiudicarent, eo quod tanta temporis inopia erat, vt fundi legitimo ac iusto pretio distrahi non potuissent, in necem debitorum qui mediis destituti fuissent, non solutis ipsorum debitis. Post reductionem vero huius vrbis & aliarum vicinarum, res in meliore statu sunt: attamen Præfectus Parisiensis, & alii Iudices exemplu eius vsque in præsens processum in dictis adiudicationibus sustulerunt, si prædicta dilatio non tollitur. Ex hac ratione complures debitores processus & sententias aduersus se datas inefficaces reddunt, & in præiudicium subditorum Regis, quorum legitima debita sunt: rogans Curiam, vt huic rei prospiceret, & tes, vt antea, in ordinariæ iustitiæ cursu constituerentur. Nihilominus in casibus factarum subhastationum, quinta & superabundans fieret, vt ii, quorum interest, admoneantur, re deliberata, Curia approbata postulatione à prædicto Procuratore Catholico facta, sustulit & tollit interdictionem, qua antehac Præfecto Parisiensi interdictum fuerat, ne ad subhastationem & venditionem immobilium procederet. Eoque facto permisit, & permittit creditoribus, vt ad prędictas subhastationes & adiudicationes ex decreto procedi curarent, iuxta Constitutiones, solitis solennitatibus obseruatis. Nihilominus vltra subhastationes in hunc vsque diem factas, decernit, quintam & superabundantem faciendam, ad quam nouis proscriptionibus & titulis seu velis Regiis, neque aliis solemnitatibus, quatu consuetis opus sit. Sententiis certificationis, quæ super subhastationibus datæ fuerunt, rite & recte, debitoque modo factis permanentibus, vt aliis opus non sit. Factum in Parlamento, 10. die Maii anno 1595. I. C.

Decretum ei, qui ob reditum singulis annis à proprietario & detentatore solutum se non opposuit, non præiudicat, & excusatur, iuxta *l. Pomponius, ff. quemadmod. seruit. amitt.* & ibi Gloss. B.

V.

Nihilominus Curia Parlamenti Parisiensis omnes creditores admittit, quamuis post decretum interueniant, dummodo id antè sententiam discussionis fiat, quam nos *distributionem pecuniæ pretii* vocamus: & ita iudicatum fuit Arresto, quo infirmata sententia quædam Præfecti Parisiensis, qui creditorem depulerat, quod tarde venisset, 14. Februar. 1569.

VI.

Arresto Parisiensi, rescissa nullitate quarundam subhastationum aduersus minores factarum: in quibus perquisitiones mobilium maiores quam aduersus maiores factæ non fuerant, sub fiducia Constitutionis publicatæ anno 1539. his verbis: *Si debitori vel in personā vel in prædia manus iniecta sit. & de inuectione qu ratur, recteue atq; ordine facta fuerit: mobilium discussionem ne exiguntо. Et si ad hominem (vt dicitur) eiusm. communium solutio impetrata sit: nihil præterea desideratur.* Curia declarauit, etiamsi prædicta Constitutio generalis esset, nihilominus de minoribus non intelligi, quorum immobilia nonnisi in casibus specialib. alienari possunt: & huic prædicta Constitutione specialiter derogatum non fuisse. Quo facto, prædicta Curia sub finem prædicti Arresti decreuit, in Prouinciis, quæ iure scripto vtuntur, & in districtu illis, in materia subhastationum easdem solemnitates deinceps obseruandas, quæ in Prouincia Consuetudinaria obseruari solent: præcipue aduersus minores, puta, solutione tutori impetrata, qui neq; pecuniam mobilia minori, cuius tutor ipse est, adesse asseuerat, ei temere nō credendum, sed Iudicem eum edere ra-

re rationes, itemque synopsin pupillarium bonorũ iubere debere, quo iis vius postea decernat, vtrum ad immobilium minoris distractionem deueniendum sit. Quando vero subhastationes faciendæ decernentur, licitationes ad minimum per octiduum affigendæ in ingressu ianuæ Auditorii loci & sedis, vbi prædictæ subhastationes fient: vt singuli eius rei cognitionem habeant. Prædictum Arrestum pronuntiatum fuit in Parlamento Parisiensi, 27 Ianuarii 1545 Et tantundem 9 vel 10. Decembris prædicto anno, in Maiore Camera dictũ fuerat. Et ita obseruatur *l. Magis puto. §. non passim. ff. de reb. cor.* Atque vltimo hoc Arresto nulla ratio habita fuit eius, quod tutor nulla mobilia ad minorẽ spectantia adesse asseuerauit.

Ad minimum discussio fieri debet mobiliorũ æquiualẽter, si ex redditione rationum apparuerit, tutorem nulla mobilia habere, aut ex alio quouis acto de eo constiterit. Vide *paraphrasin ad prædict. Constitut.* 1539. *artic.* 74. D. Bordini, vbi notabilia Arresta extant, & Maynardum *lib. 7. quæst. suar. cap.* 75. Vide c 29. infra. I.C. Eluetium *lib. 7. tit. 2. Arr. 2. & 3.*

VII.

Subhastatio aduersus minorem iusta est citra expressam discussionem mobilium: declaratione tutoris prædictæ discussioni æquipollente.

Antea 28. Nouembr. anni 1539. paulo post publicationem prædicti Edicti, in maiore Camera prædicti Parlamenti appellatio minoris cuiusdam perorata fuit. Species facti ita se habebat. Executor, ad solutionem summæ cuiusdam à patre minoris defuncto debitæ consequendam, tutorem ipsius pro solutione conuenit, vt vel solueret vel mobilia minoris sibi traderet vt vendantur & pretium prædictæ solutioni impendatur. Tutor respondet, sibi neque pecuniam pupillarem, neq; alia mobilia minoris ad solutionem præstandam suppetere, Executor hac responsione accepta, fundũ capit, & subhastationem suam perficit, sic vt vsque ad decretum & traditionem peruenerit. Minor ait quantumuis prædicta subhastatio citra defectum discussionis solennis sit, attamen prædictum defectum sibi inferre præiudicium, & grauamen esse & nullitatem sine responso, ac nominatim se asserere tutorem falsum asseuerare: satis enim mobilium extitisse: & si executor perquisitionem suam instituisset, non habita ratione doli tutoris, ea reperturum fuisse, ac præterea dolum prædicti tutoris sibi nocere non debere, & ita concludit. Arresto decretum validum declaratum fuit, saluo appellanti aduersus tutorem regressu. Et ex gratia tempus ei præfinitum ad refundendũ emtori pretium & legitimas impensas, & ad fundum intra prędictum tempus retrahẽdum, alias non item. Contrarium postea iudicatũ fuit: nam quamuis prædicta Constitutione aliquo modo rigor discussionis mobilium remittatur, nihilominus id aduersus maiorem intelligi debet & eos, qui liberam suarum bonorum administrationem habent: quantum vero ad minores, attento quod prædicta Constitutione expresse reuocetur non exacta diligentia, quã requirit *lex quæ tutores* & aliæ, inferri non potest, Principem constitutione sua hoc vllo modo immutare voluisse. Imo cum de eo minime loquatur, videtur id in primo statu relinquere voluisse, præcipue, quod res erat speciali nota digna, & cuius prætermissio inclusionem excludit, *l. item apud Labeonem, §. Prætor ait ff. de iniur.* Insuper, via iustitiæ facile quis irruere posset in immobilia minoris, quorũ conseruatio & custodia adeo legibus nostris, quæ de iis loquuntur, commendatur, vt siue via iustitiæ siue alio modo, semper quam maxime fieri potest, enitari oporteat alienationem prædictorum immobilium, & antequam eo perueniatur, satis exacta disquisitio fieri non potest.

Priuilegiũ minorum.

Vide Maynardum *lib. 7. cap. 75.*

VIII.

Subhastatio & decreto non capi sit per locatarium, si dominus se non opponat.

Creditor debitoris sui fundum antea alteri venditum capi curat, à quo eum hic debitor locatum tenebat, & hastis decursis adiudicatio postremo licitatori fit, & hæc omnia domino fundi neque citato neque audito: quique ei rei minime se se opponit. Postea audiri se postulat. Arresto de 21. Ianuarii 1530. prædictus emtor nomine Leonardus Baretus depellitur in fauorem Leonardi Acalini, appellantis à Seneschallo Agennensi. Visum est enim satis esse, debitorem realiter possessioni insistentem conuenisse, ficto possessore omisso, qui ignorari potuit, *l. si certa. C. sine censu vel reliq.*

Similiter capitulo B. Virginis, appellante à decreto domus H. de l'Homeau, eo quod citatum non fuerat tanquam locator fundi, cuius reditus septẽ librarum solutum erat, appellatio in irritum deducta fuit, id à quo appellatum effectum suum sortiente: capitulo in expensas condemnato, eo quod se non opposuerat: & remisso, vt in ordine suo distributionis admitteretur, 7. Martii 1578. Adde *Ar. 5.* supra.

IX.

Subhastatio per quos continuari possit.

Si subhastationem persequens debiti sui solutionem accipiat, vel alia ex causa subhastationem non peragat, primus opponens & creditor post eum in locum primi subrogandum se curare potest: vel in persecutione progredi, si sumtus à primo factos soluat, qui processum verbalem, quem instituit, reddere tenebitur. Ita dictum fuit Arresto Parisiensi, 11 Decembris 1540. Tantundem dissimulatio primi opponentis, alteri, qui diligentior erit, prodest. Pro hoc Arresto facit expressa *l. Cum vnus, in fin. prin.* his verbis: Alter atque si creditor, cui permissum est possidere, postea recipit debitum suum, cæteri poterunt peragere bonorum venditionem. *ff. de bon. auctor. iudic. possid.*

X.

Tempus præfinitũ subhastationibus finiendis.

Arresto de 15. Octobris 1555. super subhastatione bonorum defuncti Gabrielis Precæi, decretum fuit, Pometium prædictam subhastationem persequentem, eam intra tres proximos menses ad finem perducere curare oportere: alioquin iis elapsis, ex tunc vt ex nunc Decanum, Canonicos & Capitulum B. Virginis Mombrisonii opponentes surrogatos esse.

XI.

Licitationes fauorabiles sunt; oppositiones vero non.

Posteaquam intercedentes à Iudice suo numero loeoque vel priori vel posteriori collocati fuerunt, nouæ quidem licitationes admittũtur, non vero oppositiones, seu intercessiones. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi de 10. Martii 1461. Super ea re extat Constitutio Curiæ in regestra relata & obseruata, puta, nullum admitti sese opponentem subhastationibus in eadem Curia introductis, postquam Arrestum discussionis datum fuit & super prædicta subhastatione interuenit. id quod huc vsque obstinate obseruatũ fuit; imo aduersus minores & viduas, qui rescriptum Regium offerebant, vt admitterentur opponere sese volentes, non obstante prædicto Arresto discussionis, quamuis hoc facto consentirent, sese in ordine creditorum postremos collocari, à quo tamen compluribus Arrestis depulsi fuerunt, puta aduersus liberos Domini Grenei, non obstante minore ipsorũ ætate: & aduersus Dominicellã Turonensem, viduam persequentem conseruationem doarii sui, quæ ab eo depulsa fuit: ita quidem vt nec vltima in ordine collocaretur.

In subhastationib. post Arrestum discussionis, nullus admittitur ob minorẽ ætatẽ vel viduitatẽ.

Locius *lib. 11. tit. 17. Ar. 4.*

Diuersitas opponentium.

De diuersis oppositionibus de distrahendo, anullando, conseruando, vide Dominum Præsidem Magistrum *cap. 44. de subhastat.* Cæterum, oppositio de distrahendo ex cõmuni

ftylo & obferuātia ante adiudicationem ex decreto formanda eft: opponentes alio fine pro folutione & diftributione recte admittuntur, vfquequo decretum defcriptum & figillatum fit. Attamen opponens ratione dotis rem dubiam reddit: & caufa ampliata fuit, quamuis videretur tarde veniffe. Chauelious petorabat pro adiudicatario, & Hamelius pro opponente. Vide *Arr.* 41. 42. *infra.* D.

XII.

Licitatio opponētis admittitur.

Opponens ad licitandum * non admittitur, Arreſto Parifienfi, 29. Nouembris 1537. per *leg.* 2. *Cod. fi in cauſ. iudic.* Nihilominus contrarium poftea ftatutum & obferuatum fuit: prout quotidie fit in fauorem creditorum & debitoris, altero Arreſto anno 1547. menfe Iunio. Vide finem *Arreſti* 3. fupra, vbi ius de foluendo, quod nos *ius offerendi* dicimus, in fubhaftationibus non obferuatur, verum perfequentes & opponentes creditores licitari debent, fi ita fibi videatur, in fubhaftationibus, durantibus illis, & ante decretum.

* Pari ratione iudex licitari non poteft, quod coram ipfo fubbaftationi fubiicitur. Arreſto Maiorum dictum Trecenfium, quod datum menfe Octobri 1583. Altero Arreſto vltima Maii 1558. Choppinus *ad Conſuetud. Andegau. lib.* 3. *cap.* 1. *tit.* 5 *artic. vltim.* Attamen id licitator per retractum gentilitium retrahere poteſt Tiraquellus *tract. de retract. gentil.* §. 1. *gl.* §. 9. *num.* 167. T.

XIII.

Per Procuratores & perfonas interpofitas licitationes peragi folebant, non expreffo cuius nomine. Inde propter abufum ex eo prouenientem Arreſtum Parifienfe interuenit, huiufmodi licitatores, nifi proprius mandata fua ederent, ab hafta fummouendos effe, neque deinceps vnquam admittendos, 15. Mart. 1551. Nihilominus fimpliciter licitatus fuo proprio & priuato nomine licitari cenfetur, licet animo alterius licitatus effet, & faciendo prædictam licitationem dicat eam fe pro fe vel amico fuo electo vel eligendo facere. Quantumuis enim acceptata adiudicatione ex decreto fub prædicta declaratione, rem adiudicatam retineat, vel eam in alteram transferat, perpetuo tenebitur, & incarceratione perfonæ fuæ cogetur ad præftandum pretium, neque audietur, dicens, fe eam in alterum tranftuliffe. Idem, fi ante adiudicationem videns pretium confignandum effe, affeueret, eam fe feciffe, non quidem fuo nomine, verum pro altero, quem nominat, & à quo mandatum fe habere dicit: femper quippe hoc non obftante, fuo proprio ac priuato nomine cogetur, eo quod fimpliciter licitatus fuit. Ita iudicatum fuit Arreſto Parifienfi ad peroratione post prandium, 27. Febr. 1536. aduerfus Martinum Quaterhominem, pro Petro Carello appellato. Conftitutio 1551. *art.* 10. vult, neminem in perfona licitari poffe, abfque Procuratore fibi adiuncto, qui licitatorem fuum cognofcet, qui citra perfonalem Procuratoris fui operam & affiftentiā nihil efficiet: quem conftitui nō fufficit: adeo vt fi adiudicationem dirimendo, Iudex poftremam licitationem à quodam incognito factam reperiat, qui et quod fupra dictum, non fatisfecerit, Iudex ad prædictam adiudicationem vlterius pergere debet, tali licitatione non attenta, verum tam pro infecta habere debet, *l. non dubium. Cod. de legibus.* Ex prædicto Arreſto & 11. videbatur quadantenus, prædictum Procuratorem in licitationem teneri, in cafum quo qui ipfum conftituit, non foluendo exifteret, vel fuppofitus & fraudulentus: nihilominus interpretatio huius admiffa fuit, puta, Procuratorem teneri tantum mandatorem fuum reperire, eius cognominem repræfentare, ac probare eum nō incognitum, itemq; neq; dolum neque fraudem prædicti Procuratoris fubeffe, qui ob hanc rationem bene attendere debet, ne licitetur, neque mandatum eius, quem non nouit, fufcipiat. Cæterum, verum foluendum fit verum decoctor, vel al ius, id Procuratoris mandato & officio non continetur.

Licitatio citra mandatum expreffum non admittitur.

Licitator fuo nomine licitari cenfetur.

Licitatio pro fe vel amico electo vel eligendo.

Licitator ipfemet confignare, neq; alium loco fuo fubftituere poteft.

Procurator licitãs mandatorem fuum cognofcere debet.

Lucius *lib.* 11. *tit.* 17. *Arr.* 1.

Complurica Procuratoribus interdictum fuit, ne vnquam licitentur pro perfonis, quarum prius facultates non nouerint, eiufque pecuniam numeratam habere, fub poena de eo proprio fuo nomine refpondendi. Id quod fepræ fcotatum fuit Procuratori cuidam, qui ducentis coronatis licitatus fuerat terram de Marole fuper Domino Pinardo Secretario Mandatorum, dictumque fuit, adiudicationem prædicto Pinardo factam, vnde appellabatur, attentis ianuis ... lationibus, tenere oportere, faluo tamen, fi intra octiduum poftremus licitator fummam re ipfa confignaret, 4. Martii 1581.

XIV.

Auctiones rei immobilis fubhaftatæ femper admittuntur, nifi decretum figillo munitum & poftremo licitatori expeditum fit. Id in licitationibus locū non habet: ex eo quippe, quo fimul difceditur, auctione claudunt, neque admittuntur: & vltimus rem, quam licitatione fua vicit, cōfequi debet, prout iudicatum fuit Arreſto, anno 1460. pro vxore Thibaldi Ribilli. Attamen poftea in fubhaftationibus, quæ iuxta licitationem determinari non folebant, hic articulus fanius intellectus & obferuatus fuit, tam poft Conftitutionem anni 1551. *art.* 8. quam antea: idque ne fubhaftationes immortales redderentur & Conftitutio illuforia. Igitur hodie obferuatur, poftremas auctiones admitti intra quindecim dies totos, qui fequuntur quadraginta dies Conftitutionis, & prædictis 15. * diebus præteritis nullam auctionem amplius admitti, verum adiudicatio ex decreto ei facta, qui vltimus licitator eft, pronunciatur, quamuis hæc poftrema auctio publicata non fuerit, prout opus non eft, neque decretum defcriptum neque expeditum fuerit. Quod fi iudex elapfis quindecim illis diebus & ante decretum fuum, aliam auctionem admittat, poftremo licitatori iniuriam infert, cui eo quod vltimus eft, intra prædictum quindecim dierum fpatium, ius acquifitum fuit, & inde appellare poteft, eiufque appellatio valida & legitima erit, prout iudicatum fuit Arreſto Parifienfi, 7. Iunii 1547. inter Parentem & Philippum, & altero de 10. Iulii 1539. pro Generali Belnenfi, Domina Bona Cotterella, aduerfus Dominum Bouchagium ratione terræ & dominii Montrichardii: & alio pro Domino Longeuallio, aduerfus Comitiffam de magno prato, pro terra de Han.

Adiectio licitationum clauditur.

* Confuetudo repetitæ prælectionis Aurelianenfis ea de re aliter difponit *art.* 476 quæ vult, intra octiduū poft diem adiudicationis auctiones admitti poffe, quæ ad tertiā aut maiorem fummæ partem, qua prædicti fundi fubhaftati adiudicati fuerunt, afcēdant. Itaq; fi fundus pro 60. coronatis adiudicatus fuit, auctio 20. coronatorum admittetur, electo à licitatore domicilio &c. Verum vt hæc peculiaris feu fpecialis Confuetudo, Conftitutioni & communi obferuantiæ cōformis non eft. ita hæc difpofitio (confideratione tamen digna, vt pluribus fraudibus, quæ plerumque in fubhaftationibus committuntur, occurratur, & creditorum & debitoris bono & commodo) nonnifi in Prouincia prædictæ Confuetudinis extenditur: adde, quod in dicta Confuetudine facultas retractus gentilitii fundi ex decreto venditi non conceditur: quæ ex parte huius obferuationis caufa effe videtur.

XV.

Poftremus licitator immobiliū rerum haftæ fubiectarum, quāuis fimpliciter licitatus fit, neq; fe fubmiferit, nihilominus incarceratione perfonæ fuæ cogi poteft, vt apud Acta pecuniam deponat, dummodo id à Iudice decernatur. Et ita iudicatū fuit Arreſto Parifienfi, 25. Ianuarii anno 1519. Id quod rigidum & difpofitioni iuris communis contrariū eft, ex qua pro

Incarceratio licitatoris adiectis iure.

debito

debito ciuili, vt & fiscali carceris cruciatus perferre debitorem minime fas est. *l. ob aes alienum. Cod. de O. & A. & l. minime, 12 C. de appellat.* Istud ex Franciæ praxi omni tempore ita obseruata procedit. Ad hoc caput pro integra decreti absolutione notabile est, adiudicatarium eo iuuari neque debere neque posse, antequam solutio pretii, quod soluit, ab Actuario inseratur prædicto decreto, commemoratis solutionibus persequenti & opponenti factis. Deque eo Arrestum extat, quod datum Parisius pro Guiotio Henrico, ciue Lugdunensi, domino de Feurs, 14 Augusti anno 1531. Ratio optima est, quod huiusmodi venditionum, quæ per iudicem fiunt, aliud magis & efficacius subiectum non sit, quam vt pecunia inde redigatur ad satisfaciendum creditoribus, neque Iudex vendens fidem de pretio habere, vel eius solutionem differre possit, neque alio modo impedire, quo minus numeretur: alioquin decretum eius nullum est & nihil agit, prout ait Bartolus *ad l. 1. in fin. C. lib. 10 de fid. & iur. ha. fisc.* Huc facit *l. à diuo Pio, §. sed si emtor. ff. de re iudicat.*

Singularis cautela pro validitate decreti, vt ei solutio pretii inferatur.

XVI.

In subbastationibus obseruari debet; ne plures res immobiles simul, sed separatim vendantur. Vnus quippe fundum quendam habere vellet, quem alius habere nollet, & quilibet affectat eum qui sibi confinis est, *l. si cui fundus. ff. de legat. 2.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1383. Verum est, quod si pars sit, quæ à fundo separata plus non valeret, fundum integrum vendi oportet, non vero diminui. arg. *l. Ædiles. §. si forte vsque ad finem ff. de ædilit. edict.* & altero Arresto Maiorum dierum Molinensium de 25. die Octobris 1540.

Fundi subhastati separatim vendi debent.

Vide Maynardum *lib. 7. cap.* 80 *quæst. suar.* I. C.

XVII.

Subbastationes in proximo emporio rerum immobilium publicari debent. Nihilominus si is, ad quem eæ res pertinet, ad celebrius emporium alterius celebrioris ciuitatis, vt pluris veneant, eas res suis sumtibus suoque periculo transferri petierit: audiendus est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi inter duos pecuniis publicis præpositos: puta, Sapinum & Præuotium. Constitutio publicata anno 1551. art. 3. vult, vt præter publicationem in emporio seu foro factam, subhastationes diebus Solis finita Missa Parochiali publicentur, quod optima ratione fit. Nam quamuis his diebus actus iudiciales fieri non debeant, attamen ob æquitatem, quæ subest, vt scilicet in huiusmodi subhastationibus omnia exacte obseruentur, quæ, vt omnibus rem talem subhastari & per iudicem vendi notum & manifestum fiat, inseruire possunt, commodum esse compertum fuit, diem Solis huic rei impendere, quo Missæ causa in vnum locum omnes frequentiores conueniunt, quam in foro, in quo complures non comparent, eo quod neque vendendum quid neque emendum habeant. Sunt & aliæ loci huius differentiæ.

Subhastationes vbi publicari debeant.

Lucius *lib. 12. tit. 17. Arr. 1. & 2.*

XVIII.

In materia subbastationum creditori à Iudice prouisio non fit. Et ita Arresto Parisiensi, 10. Maii 1541. in materia dotis prouisio denegata fuit, infirmata sententia Libellariorum, quantumuis appellantis non multum interesset.

In subhastationib. prouisio non adiudicatur.

Vide *in Append. lit. 8. Arr.* de 12. Ianuarii 1569.

XIX.

Antonius Malhus debitor, cuius bona Robertus Malhus subhastari curauit, libellum Curiæ offert eum in finem tendentem, vt sibi permitteretur ligna rerum subhastatarum vendere, vsque ad eam summam, quam vendere pendente subhastatione poterit, ad satisfaciendum debito, cuius nomine conuenitur. Hic libellus approbatus fuit, ea lege, vt pecuniam ex prædicta venditione confectam apud Curatores deponeret: decretumq; fuit interim hastas deferendas, 3. Maii 1518.

Permissum debitori vendere ligna rerum subhastatarum.

XX.

Curator rerum immobilium hastæ subiectarum neque in totum neq; pro parte exonerari potest: neque alter vel in totum vel pro parte vna Curator eligi potest, etsi debitor & persequens consensissent, nisi omnes opponentes in id consentiant, arg. *l. si oleum, in pr. ff de dolo.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 8. Aprilis 1542. post Pascha.

Curator in subhastationibus exonerari non potest.

Vide titulũ prolixum *Cons. Paris. reper. pral. de Subhastatio.* &c.

XXI.

Elocationes rerum immobilium subbastatarum, quas Curator facere tenetur, in pecunia; non vero in granis seu frumento vel re alia fieri debent: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum in Maiore Camera perorationum post prandium, anno 1533.

Conductiones rerum hastæ subiectarum in pecunia fiunt.

21. Februarii 1581. in Camera Edicti, decretum quoddam reuocatum fuit, eo quod auctiones in redito frumentario, non vero in pecunia factæ fuerunt.

XXII.

Curia Arresto de 4. & 20. Ianuarii 1512. decreuit; deinceps, quando subhastationes nonnullis Iudicibus offerrentur, * ad eas certificandas eos curare oportere, vt in iure, diebus iudicis & perorationum, durante Audientia legantur, lectæque sententia Pragmaticorum in iudicio præsentium comprobentur, vtrum legitimo modo iuxta vsum & Consuetudinem locorum factæ comperiantur an non. Eorum omnium mentio in actis facienda: cuius nomine Iudices & Pragmatici salarium accipere non possunt, excepto Actuario pro actorum confectione. Et quantum ad exclusionem salarii attinet, idem dictum fuit altero Arresto, 12. Aprilis 1524 ante Pascha; iuxta Gloss. quã singularem aiunt, *in l. in sacris 3. in verbo, ex dispositione C. de proxi. sacr. scrinior.*

Examen subhastationum gratis fit.

* Examen subhastationum non nisi in sedibus Regiis fieri debet Arresto Parisiensi 17 Maii 1577. quod allegat Chopinus *tractat. de communib. Gallicar. Con uet praecept. part. 1. quæst. 3. num.* 2. Id intelligi debet de Sedibus Regiis ordinariis locorũ subhastatorũ, iuxta notata à D. Magistro *tractat. de subhastat. c. p. 25. ad fin.* T.

Examen subhastationum in quibus sedibus fieri debeat.

Vide Loisellum *tractat. de Dominis, cap.* 14. qui in contraria sententia est, quam confirmat I. C. Vid. subhastationes bene comprobatas teneri, in Balliuatu quodam subalterno, vbi Pragmaticorũ copia est. Arresto Curiæ, iuxta sententiam prædicti Loiselli.

XXIII.

Subbastationes absente * debitore fieri possunt, qui iis intercedere non potest. Recte vero Iudicibus & Pragmaticis defectus, si qui sint, repræsentare potest. Et ab hoc examine appellans non admittitur: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1551. aduersus Petrum Pomerium, appellantem à Balliuio Forosegusiensi, aduersus Magdalenam Turnelliam. Nihilominus D. Rebuffus alterum Arrestum exhibet, quo dictum fuit, appellatione à sententia examinis, debitorem alium stylum, quam qui comprobatur probare posse, de 9. Iulii 1520.

Examini subhastationum intercedi non potest.

* Idque intelligitur dummodo solutio debitori vel personæ eius vel ad domicilium eius imperata præcessisset: alioquin subhastationes nihil valerent.

XXIV.

Sumptuum, qui ab auctioni insistente fiunt, duo sunt

sunt genera: Vnum sunt impetratæ solutionis impendia, rerum pignorationis, auctionis ipsius factæ, & ad finem vsque perductæ. Alterum eorum, quos auctioni insistens aduersus eos impedit, qui auctioni intercesserint, seu se opposuerint, potissimum illorum intentioni contradicendo Arresto Parisiensi, 3 Augusti 1504. iudicatum fuit, prioris generis sumptus ex pretio redacto capi: posterioris generis non item. Nam opponentes vel bona vel mala causa nituntur, si bona nituntur, sibi imputet actor, quod temerarie contradixerit: si vero mala, is expensas ab opponentibus consequitur. Nihilominus si prætextus sit contradicendi, eoque bona fide facto, auctioni insistens procedat, si expensæ fiant, eas peculiari auctione à debitore suo, aduersus quem subhastatio fit, postulare potest. Quo non obstante, Arrestum extat de 4. Augusti 1500. quo dictum fuit, sumptuum & subhastationum appellatione contineri debere sumptus & expensas ab auctioni insistente factas ad respondendum causis oppositionis opponentium.

Sumptus subhastationum ex pretio capiuntur, non vero sumptus aduersus opponentes facti.

Vide Maynardum *lib. 6. cap. 70. & lib. 7. cap. 45.* Lucium *lib. 11 tit. 27. Arr. 2.*

XXV.

Noua auctio ab eo, qui eam instituit, & ipsius sumptibus præcedenti licitatori denunciari & significari debet, ac sufficit Procuratori ipsius id significari. Et Actuarius separatum omnium auctionum indicem conficere debet, qui omnibus Procuratoribus communicabitur. Ita iudicatum fuit Arresto 16. Iulii anno 1546. ad perorationem post prandium, pro vidua Ludouici Pasquierii Pictauiensis, actrice in libello ciuili.

Auctio cui significari debeat.

XXVI.

Arresto Parisiensi, 5. Iunii anno 1516. dimidia pars acquisitorum constante matrimonio distracta fuit, idque in fauorem vxoris, ex subhastationibus aduersus maritum, pro debito ab eo solo contracto, altera acquisitorum dimidia parte, & omnibus mariti propriis pignori captis.

Prouisio in subhastatione pro vxore.

Adde *Arrest. 18. supra. Et Arrest. de 11. Ianuar. 1569. in Append. h. tit.*

XXVII.

Minor rescriptum impetrat exponens, tutorem suum diuisionem bonorum suorum cum altero, quocum communia sibi bona erant, ineuntem, fundum quendam centum arepennium seu iugerum terræ, prædicto suo socio prætextu licitationis & auctionis inter eos collusoriæ reliquisse, & hunc socium prædicto fundo decem vel vndecim annis frui: tendit eum in finem, vt sibi dimidia eius pars & fructus restituantur. Hic socius ait, decretum interpositum & æstimationem per Iudicem atque publicis hastis decursis factam fuisse: viso decreto, minor ab eo ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi causa perorata fuit. Socius ait, se dimidiam partem relinquere paratum & contentum: verum quantum ad fructus, ait, se eos non debere, nisi ab appellatione intentata: itemque ait, nullas expensas factas. Minor collusionem proponit, falsamque attestationem, quasi fundi diuidi non possent, quod falsum erat, opponit. Curia reum condemnat, vt dimidiam partem restituat, citra expensas, citraque alios fructus, quam post primam litem petitoriam & rescindentem perceptos: citra fraudis præiudicium, de qua informari permissum fuit, de 13. die Septembr. anno 1443.

Licitatio in diuisione minorū damnosa.

Hanc ad rem notandum est, licitationem in fauorem minorum reassumi, quamuis neque deceptio, neque circumuentio facta sit, vel solennitas vlla omissa, Si quis, qui multo maioris emere velit. Iudicatum Arresto 11. Maii 1564.

XXVIII.

Arresto Parisiensi, 5. Martii anno 1533 declaratum fuit, examen subhastationum validum non esse, nisi minus decem Pragmaticis auditis & comprobantibus, & quorum nomina & cognomina necessario in actis describi debent. Id quod notandum, maxime quando de probando stylo & Consuetudine quadam agitur, quæ probatio per turbas & testimonia populi fit, & ad minimum decem numero testes continere debet: vt expresse ait Ioannes Faber *in l. vnic. quæ sit long. consuet. num 13.*

Comprobantium subhastationum numerus adesse debent.

Vide Maynardum *lib. 7. cap. 76.*

XXIX.

Ad summarium quindecim principalium articulorum formam in subhastationib. obseruandam concernentium, notandum & expressum est hoc capite.

1. Non omittendam se esse declarationem, super quo pignoratio hæc fiat, & ad quem bona pignori capta pertineant. Neque sana erit, si ad vxorem spectant, ea super marito pignori capere: ea quippe, quæ in bonis vxoris hypothecam habet, mariti tantum bona subhastari audiens, sese non opponet, quod alias sese opponeret.

Forma subhastationis seruanda, & ea infra.

2. Secundum, necesse est ad validandam capionem, affigi vela seu insignia Regia, iuxta Constitutionem, quæ publicata anno 1551. Nonnulli notarunt, defectum prædicti veli nullitatis medium esse, & citarunt Arrestum vltima Martii 1557. pro Magistris sodalium S. Claudii. Quod mihi satis delicatum esse videtur, quodque credere non possum, eo quod adeo exigui effectus sit, vt nihil in eo consideratione dignum sit.

2. Velum insigne Regium adesse debet. (Constitutio Art. Dec. 1551.)

3. Tertium, Constitutionem publicatam anno 1539. *artic. 74. & 75.* quæ permittit rem immobilem capere, neque perquisitionem mobilium formalem attendere, obseruari aduersus maiores: deque eo Gallus Arrestum Curiæ in eundem finem citauerat. Verum aduersus minores solennitatibus opus est. Constitutio quippe ei, quod dispositione iuris communis, nominatim de alienatione rerum immobilium minoris decretum fuit, minime derogat. Ac propterea veluti res per Constitutionem omissa, in dispositione iuris communis manere debuit, comprehensa *in l. magis puto. §. passim. ff. de rebus eorum.* prædicta requisita solemnitas supra plene refertur *in Arresto 6.*

3. Subhastationes aduersus maiores citra perquisitionem mobilium.

Subhastationes aduersus minores perquisitionem debent.

4. Quartum, Constitutionem *art. 4.* publicatam anno 1551. qua ante primum auctionis præconium Curatores constitui debent sub pœna nullitatis, & ab iis res captas in formam seu ordinem certum redigendas, & ex qua intercedentes eorum fruitioni pœnis inibi comprehensis subiiciuntur, intelligi, dummodo nulla oppositio sit, qua alii tertii, quam debitores res pignori captas actualiter possidentes, distrahere vellent: per prædictam quippe capionem possessione sua non possunt deiici, sed in possessione sua sine pœna permanebunt. Ita declaratum fuit Arresto, quod limitat prædictam Constitutionem de vigesima tertia Nouembris anno 1551. Æquum enim non est, debitorem primo non conuictum, possessione rei suæ priuari & deiici, *l. vnic. in fin. C. de prohibit. sequestr pec.* Super eo notandum est ad interpretationem supra memoratæ Constitutionis, aduersus vnum, siue tertium, siue debitorem, Constitutionem Curatoris vim suam & effectum habere debere, alioquin post decretum tertio hoc vel debitore non audito, qui in possessione relictus fuerit, subhastatione non obstante, semper opponens non admittetur, si ope decreti eum possessione deiicere velit: aduersus

4. Constitutio Curatorum.

Tertii opponentes debitores, à Curatoribus possessione non privantur.

Constitutio Curatoris effectum habere debet.

Constitutio Curatoris debitori denuncianda.

Ius eorum quippe perpetuo verum erit, pignus Prætorium constitutum non videri, si in possessionem ventum non sit, id est, si curator actu non possideat. Itaque expressus textus est in l. non est mirum. ff. de pign. actio. Et ita iudicatum fuit compluribus Arrestis Parisiensibus, nominatim vero Maioribus diebus Rigodulensibus, anno 1546. vt videre licet in 30. cap. lib. 1. Et quamuis Constitutio publicata 1551. non mandet, vt debitori, super quo pignoris capio, & Curatorum constitutio fit, id denuntietur, attamen persequens consultius faciet, si ei prædictam denuntiationem fieri curet, tam eo fine, vt hac de re admoneatur, quam vt ei interdicatur, ne Curatori intercedat. Quod si absens sit vel defunctus & nulli heredes extent, curator constituendus est, ac præterea programmate publico prædicti heredes & ius prætendentes citandi.

5. Comprobatio subhastationum quomodo fieri debeat & quos ad eam citari & audiri oporteat. V. Art. lib. 1. supra.

5. Quintum, ad comprobandas subhastationes in sede Regia locorum, in quibus factæ fuerint, ex prædictis Constitutionibus & compluribus Arrestis, præsentia proprietariorum & debitorum opus non est, eo quod iis intercedere non possint, neque ab iis appellantes admittantur: nisi prædicti proprietarii ante comprobationem, in manus apparitoris executoria opponentes sese declarassent, tum quippe eos ad prædictam comprobationem citatos fuisse, necesse foret, alias non item. In sede vel foro loci bonorum subhastatorum, quamuis executio à Parlamento mandata fuisset, prædictæ subhastationes comprobari debent, vt notorium & manifestum fiat, eas iuxta stylum loci factas. Nihilominus decretum expediri non potest, iis non citatis, vel præsentibus & auditis, veluti ad rem ipsis præiudiciabilem. Atque eorum, si nullitatem subhastationum opponere velint, id comprobatione non obstante facere possunt, & hunc in finem & alios eum audiri oportet, l. Si deserta & ibi Bartolus Baldus & Angelus C. si propter public. pensitatio. per illum textum & Glossam in l. cum vero. §. eue cari autem à Prætore oportet eos ff. de fideicomm. liberta. & l. officium. ff. de rei vind. Boerius decisio. 277. in hac sententia est, vt comprobationes & decretum fiant, Regalibus prius auditis, maioris securitatis ergo. Notandum est, sufficere, si huiusmodi subhastationes rite fiant, quantumuis quoad comprobationem defectus esset, quæ alio fine non fit, quam in testimonium eius quod postea semper videri & cognosci potest.

Vitium in comprobatione non attenditur & sufficit subhastationes rite factas.

Attamen, si comprobatio debito modo fiat & per eam testatum fuerit, subhastationes rite factas, hoc casu ad eas controuertendas & contradicendas amplius nemo admittitur. Prædicta comprobatio in iudicio fieri debet, vbi subhastationes leguntur, & decem vel octo comprobare oportet: & Pragmaticis sedis deficientibus, apparitores & Notarii euocari possunt: Arresto Abrahami, de 13 Nouembris 1500 & Alpini, de 26. Aprilis 1530.

6. De auctionibus quomodo admitti & publicari debeant.

6. Sextum, quantumuis ab apparitore executore prædictarum subhastationum, auctiones admitti possint, nihilominus super iis leui ex causa adiudicario ex decreto fieri non debet, verum prius oppositiones de distrahendo, annullando vel conseruando dirimi oportet, quæ duum generum sunt, vna est pro debitis personalibus ex obligatione, apocha, sententia, Arresto, taxa expensarum, vel alia condemnatione sortis. Huiusmodi ordine sua veniunt: puta, creditores hypothecarii, creditores chirographarii propter debita personalia, quæ & quo ad ius & quo ad ordinem suum differunt: hypothecarii enim creditores sa inuicem per concursum non impediunt, nisi eiusdem diei data essent, quo casu qualitates hypothecarum attenduntur. Si vnus prædictorum opponentium ita concurrentium in data, generalem hypothecam, alter vero specialem habeat, qui specialem in re subhastata habet, præfertur: sibi enim cauit cautius, arg. l. quamuis ff. de pign. Si vtraq; specialis sit, vel vtraq; generalis, ad tributoriam rationem in tributum venire eos oportebit, vt infr. declarabitur. Alioqui si priores & posteriores creditores adsint, prioribus prius soluetur, posterioribus non attentis, qui nihil consequuntur, si nihil residuum reperiatur. Chirographarii hypothecam non habent: ea propter si summa residua sit, quæ tamen omnium solutioni non sufficiat, tum ad æqualitatem & contributionem ratione tributoria deuenitur. Idque desconfiture vocatur. Pro hypothecariis est l. si fundum. C. qui potior. in pig. hab. & pro chirographariis, l. pro debita. C. de bon. auth. iud. poss. Alterum genus opponentium ad conseruanda onera solaria, si quæ sunt: prædictæ quippe actiones frustratoriæ forent, si omnia annullari oporteret: ac pariter si onera solaria non redimibilia sint rerum subhastatarum, quæ prius declarare & determinare oportet: itemque si partem rerum prædictarum subhastatarum distrahi conueniat. Priore enim casu annullando nihil ageretur, & persequens depelleretur & in eo statu esset, vt incipiendum cursus esset. Secundo casu quando licitator nouerit, prædictas res subhastatas perpetuo solario reditu oneratas, altero quam directi dominii, aut oneri suæ stare nollet, vel saltem eam diminuere velit: ac æque, vt postremo casu vllam partem rerum subhastatarum distrahere oportet. Ex qua ratione necesse est, prædictis auctionibus in iure publicatis, & vltimis licitatoribus denuntiatis, vt programmata ianuæ Auditorii Sedis, vbi fiunt prædictæ licitationes, onera & distractiones, vt quindecim dies singulæ auctiones sibi permaneant, & adiudicatio & decretum ad 40. dies suspendantur. Similiter, quando huiusmodi oppositio non est, verum tantum propter debita personalia vel hypothecas, quinimo quando nonnisi nuda persecutio persequentis sit, necesse etiamnum est, vt omnes prius ius prætendentes absentes excludantur, & decretum ad 40. dies suspendatur, ne quid quod ad formam pertinet, omittatur. Ita vult Constitutio artic. 6. & 7 publicata anno 1551. & postea amplificata Arresto supra dicto, 13. Nouembris, pœnis rigidis & corporalibus, aduersus eos constitutis, qui prædicta programmata refigent & corrumpent, iuxta textum in l. si quis id quod. 7. ff. de iurisd. omn. iudi. Super quo eo notanda est efficacia horum programmatum, quæ summarum prædictarum subhastationum & assignationum continent, simul & specialem declarationem per confinia fundorum captorum vel etiam vniuersalem, &, vt dicitur, per auersionem, si dominium quoddam sit & feudum, quo casu principale domicilium, & eius dependentias & pertinentias & iura dominicalia capere & subhastare sufficit, vt cauetur Constitutione publicata anno 1551. quæ programmata excludunt omnes absentes prætendentes ius siue hypothecæ siue alterius, vt nulla excusatione vti possint, quod ea non viderint, non intellexerint, neque legere potuerint. Satis est, quod verbis vulgatis concipiantur, l. sed & si pupillus. § palam. ff. de institor. action. ibi, sed & si quis dicat ignorasse se literas, vel non obseruasse, quod propositum erat, cum multi legerent, cumque palam esset propositum, non audietur.

Creditores quo ordine collocentur & quo modo.

Concursus creditorum parium in data & hypotheca quomodo expediatur.

Desconfiture, seu tributoria ratio quid sit.

Opponentes ad finem conseruandi.

Oppositiones annullandi causa & distrahendi prius expediendæ sunt.

Forma & efficacia programmatum in subhastationibus.

7. Septimum, quindecim dierum spatio elapso & programmate sublato, vltimus licitator ex Constitutione pecuniam licitationis suæ in manus mercatoris

7. Pecunia licitationis apud Acta deponenda.

ratoris cuiusdam deponere debet: nihilominus prætio dicto Arresto dictum fuit, apud Acta pecuniam deponendam, vbi vsque ad distributionem permanebunt, nisi persequentes & opponentes de deposita rio conuenirent, iuxta *l. licet. §. res deposita. ff. de acquir. poss. ff.*

8 Præscriptio distrahendi realiter.

8. Octauum notandum est, respectu oppositionum de distrahendo, si iura prætensa sexennio derelicta fuerint, non intentata illorum nomine actione, oppositionem ad finem distrahendi actualiter & realiter præscribi, incipiendo à tempore, quo præscriptio aduersus prædictos opponentes currere potuit, vbi ens à quibusuis & causam habent, vt in *l. 1. C. de temp. in integr. rest. peten.* opponentibus tamen iura soluentur, quæ super pretio licitationis verificauerint, iuxta ipsorum ordinem. Eaque Constitutio est anni 1539. *artic.* 81. quæ abrogata fuit altera Constitutione anno 1551. *artic.* 5. ex quibus necesse est, vt ante omnia oppositiones ad finem distrahendi expediantur: alias id nihil aliud foret, quam rem litigiosam emere, & exinde abrogatur Constitutio anni 1539. quæ vult, per oppositiones ad finem distrahendi adiudicationem ex decreto non retardandam, prout supra dicitur. Nihilominus post prædictam abrogationem ea obseruata fuit Arresto Maioris Consilii anno 1552. aduersus Dominicellam Catharinam *le Clerc. de la Forest*, in subhastatione Baronatus Brunardii postea citra distractionē adiudicati illustri Antonio de S. Polgne, Domino prędicti loci.

9 Opponentibus ad distrahendū realiter, si fidem nō facientibus, &c. adiudicatio non differtur.

9. Nonum, quod si prædicti opponentes ad finē distrahēdi, siue in fundis, siue in reditib. solatis, per instrumēta aut testes, intra tēpus iis præfinitū, de iuribus suis fidem non faciant, super quibus prædicti suas distractiones fundant, adiudicationem ex decreto omnino pure & simpliciter fieri non debere, saluo prædictos opponentes in ordines ipsorum ad distributionem faciendam collocandi, usque soluendi æstimationem eius, quo iura proprietatis vel oneris realis ab iis prætensa æstimabuntur, si ea probent. Eaque constitutio est anni 1551. *articul.* 14. Postea Curia Arresto suo 23. Nouembris, declarata prædicta Constitutione, limitauit & præfixit prædictis opponentibus quadraginta dies vt per testes probationem facerent: postea iis in mora constitutis ad prædictum decretum vlterius procedatur. Decreuitque intra octiduum de iuribus suis fidem facturos, vt iuxta ordinem suum iis soluatur: prædictoque octiduo prætērito ab omnibus excluduntur, & in multam condemnantur.

10 Iura dominicalia reseruantur, reliqua non. Contrarium Tholosæ iudicatum Maynardo teste, *li.* 2. *cap.* 34 v. c. 54 infra.

10. Decimum, etiamsi Dominus directus rerū hastæ subiectarum se non opposuerit, reseruatur eas vendi oportere sub onere iurium dominicalium, iuxta Constitutionem anni 1551. *artic.* 12. quæ de reliquis minime loquitur. Imbertus ait, etiamsi pro iis oppositio non fuerit facta, iis ab emtore soluendum iuxta Consuetudinem Pictauiensem. Attamen in Prouincia quæ iure scripto vtitur, & in Prouincia Borbonniensi obseruatur, si reliqua non postulentur, emtorem eo nomine nihil debere.

11. Quando fundus decreto Iudicis emitur sub onere iuriū dominicalium quomodo illud intelligatur.

11. Vndecimum, in Francia frequentior praxis est, quando autoritate & ex decreto Iudicis fundus emitur, sub onere iurium dominicalium, id intelligi tantum de iuribus dominicalibus debitis tantū ratione venditionis, quæ per iudicem fit, non vero aliam ob causam, si nonnulla deberentur antea ratione aliarum venditionū præcedentium addictionis decretum prædicti fundi, quorum nomine laudimia nondum soluta essent. Idem, quantum ad census præteritos, quorum nomine neque emtor neq; fundus oneratus permanent, sed tantum pro [illegible] fundus oneratus permanent, quod datum ad iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum ad perorationem post prandium, perorante la Vergne & Postea super appellatione quadam à Seneschallo Pictauiensi, vel locumtenente ipsius Pictauiensi, vel locumtenente ipsius Pict. quo Arresto dictum fuit, adiudicatarium ex decreto feudi cuiusdam ad fidem & homagium admittendum, non obstante quod Dominus feudalis id recusaret, prætendens & dicens sibi alia iura feudalia ob alias præcedentes mutationes deberi, quorum nomine subhastationibus sese non opposuerat: prædictoque Arresto prædicto feudali Domino actiones ipsius quæ aduersus alios quam appellantem adiudicatarium competerent, reseruatæ fuerunt, dictumque fuit à prædicto Seneschallo male iudicatum fuisse, quod contrarium dixisset. Quod si prædictus Dominus feudalis vel censualis prædictis subhastationibus ob prædicta iura præcedentia & reliqua se opposuit, in suum ordinem collocandus est, & postea recusare debet. Omnes auctiones admitti, vsque quo decretum sigillo muniatur. Nonnulli tenent vsque ad executionem illius exclusiue, per *l. non est mirum. ff. de pignorat. action.* iuxta Arrestum quoddam quod datum in subhastationibus factis Aruerniæ Maioribus diebus Molinensibus, 27. Septembris, anno 1540. Hæc omnia corriguntur Constitutione anni 1551. Vide *Arrest.* 13. *h. t.*

Tempus ad auctiones admittendas.

12 Sumtus subhastationum & decreti. V. cap. 14. supra.

12. Duodecimum caput. Antea semper primo loco expensæ subhastationum & eius, quod sequuti fuit, ex pretiis apud Acta depositis detractæ, & persequenti solutæ fuerunt, prout ait prædictus Imbertus. & sumtus interpositi & traditi decreti emtori incubuerunt. Pro priore textus expressus est *in l. cum apud veteres, in pr. vers. quidenim*, ibi: *Expensas secundum quantitatem debitorum persoluant iis, qui sententias consecuti sunt, & qui eas adipiscendæ bonorum possessionis gratia sustinuerunt, &c. C. de bon. autor. Iud. possid.* & obseruantia huic conformis cum compluribus Arrestis, prout supra continetur Arresto 23. Nihilominus Constitutio anni 1551. *artic.* 12. nominatim vult, omnes fundos adiudicari sub onere expensarum, cui conformis est Consuetudo Borbonniensis, *art.* 140. & inde antiquæ obseruantiæ & vsui derogatum. Attamen licitator auctione sua hunc articulum explicare & declarare potest, oblata certa summa pro pretio & sumtibus generatim, vel summa oblata præter expēsas: id quod vel acceptari vel repudiari oporteret: alias in hoc dubio sequi oportet postremam Constitutionem, quæ vsque in præsens tempus complurima decreta impediuit & licitatores retraxit. Expensæ subhastationum fiunt pro pignoris capione, venditione & subhastatione, interpositione & traditione decreti.

Expensæ subhastationis quæ sint.

13 Surrogatus debet expensas subhastati.

13. Decimum tertium, ad eandem hanc rem, si persequens subhastationes desistat, ei expensæ suę refundi debent ab eo, qui in locum ipsius surrogabitur, prout ait Ioannes Faber *in l. si eo tempore, nu. 5. C. de remissio. pignor. & in l. 1. num. 2 ibi, si quas. C. de requir. reu.* & allegat *l. fin. C. de bonis aut. Iud. possid.*

14 Sententiæ ordinatæ subhastationum.

14. Decimum quartum, Iudex subhastationum tria genera sententiarum præcipuarum in manibus habet. Primum genus seu prima sententia super oppositionibus annullandi vel distrahendi fine, vel de reditibus solatis, prout in quarto capite supra continetur. Secunda est decretum 40. dies post, quo reseruare potest discussionem debitorum personalium vel hypothecarum, si quę sint: quod si prędictæ oppositiones admissę sint, sententiam discussionis dare, & ordinem prioritatis vel posterioritatis hypothecarum declarare poterit, vel ante vel post, quan-

quando productio completa & omnia instructa fuerint. Postrema sententia est distributionis nummorum auctionis secundum ordinem hypothecarum.

15 *Fructus tempore subhastationũ percepti cuius sint.* (V infra. *Arr.* 51.)

15. Decimum quintum, fructus percepti à Curatore tempore subhastationum proprietarii proprij fiunt, neque vel adiudicari vel restitui vltimo licitatori debent. Prædictus quippe proprietarius vsque ad decretum semper dominus manet, *l. Valerius patron. §. plene. ff. de iur. fisci.* neque vnquam prædicto vltimo licitatori & adiudicatario acquiruntur nisi à die, quo pretium apud Acta consignauerit, *§. vendita. I. de rer. diuisio.* prædicti tamen fructus creditori adiudicabuntur, si pretium non sufficiat, prout dicitur in *d. l. Valerius.* Reliqua, quæ in materia subhastationum requiruntur, expresse & clare continentur in Constitutione tam antiqua quam noua, itemque in Arrestis supra comprehensis.

Vide *Arr.* 50. infra annex. I. C. V. *Arr.* 6. *Ap. h. t.* quod est appendix solennium in subhastationibus requisitorum, præter quindecim superius expressa: puta de electione domicilii.

Quantum ad quartum caput huius Arresti attinet, quod dicitur, tertios opponentes distrahendi fine à Curatore possessione non priuandos, idem iudicatum fuit Arresto, 11 Aprilis 1564. pro vidua quadam, quæ sese opposuerat distrahendi sine laudimium sibi a [illegible] heredibus suis datum, quæque appellauerat ab eo quod ad oppositionem non admissa fuit. Appellatio in oppositionem conuersa fuit, & ius dicendo, quod Curatores male decreuerant, vt vlterius procederent, male denegatum, & ex interpretatione Constitutionis Curatoribus prohibitum fuit, ne de cætero amplius vllam Curiam vel iurisdictionem contentiosam sibi vindicare auderent, sed tantum conductiones coram Iudicibus procurare, sic vt ipsimet neque decernere, neque tradere possint sub prætextu, quod postea apud Iudicem & Actuarium omnia signanda curaturi sint, prout in Pictauiensi Prouincia hoc abutuntur. B.

XXX.

Possessor ex decreto quando in fructus teneatur.

Possessores ex adiudicatione à Iudice eiusque decreto facta, dummodo ipsorum dolus, fraus vel falsitas nulla subsit, verum duntaxat nullitas vel restitutio ob alias æquas rationes sit, ad restituendos fructus non condemnantur: neque meliorationes bona fide à se factas amittere possunt, prout dictum fuit Arresto Parisiensi, 13. Septembris 1543. Iuste enim possidet, qui autore Prætide possidet, *l. Iuste. ff. de acqu. poss.* Optima ratione supra dicitur, Decretum nullum esse, si ea dolo, fraude vel falsitate processit, prout dicitur *in §. semel. Instit. quib. ex caus. man. non lic. & in l. magis peto §. si ae. ff. de reb. eor. qui sub. tut. vel curat. sunt.* Nihil enim æquius est, quam ne huiusmodi illicitis medijs, veluti falsi & fraudis, minores decipiantur: verum prædicta quoque falsi aliaque media illicita euidenter manifesta esse oportet. Nam si causæ cognitio sit, pro decreto præsumitur, quod tenere debet: alias omnes securitates huius mundi suspenderentur, & promtissimis calumniis exponerentur. Propterea minor nonnisi tribus casibus ad restitutionis auxilium implorandum & impetrandum admittitur, puta, ob dolum & fraudem, vel etiam ob falsum, & postremo ob enormem læsionem, quam nos *vltra triplum* dicimus. Accursius ea de re loquitur in magna sua Glossa *l. fin. C. si aduers. vendit. pignor.* & Innocentius *ad cap. dudum de reb. eccle. non alien. in verb. tractat.* Omnes tenent, regulariter minorem neque debere neque posse restitui, si tutor vel curator ibi processerunt neque destituti fuerunt.

Decretum quando de solennitatibus in eo memoratis fidem faciat, non visis instrumentis.

Notatu dignam ac vtilem quæstionem proponunt puta, vtrum possessor ex decreto, ad iustificandum decretum suum & validum dicendum & obseruatis solemnitatibus, teneatur omnes processus exhibere & demonstrare, super quibus prædictum decretum interuenit, vel vtrum verbis narratiuis, quibus prolixa & plena omnium prædictarum solennitatum mentio fit, adhærendum sit. Nonnulli dixerunt, quod non, per cap. fin. de probat: *l. quicunque. §. fin. ff. de publica. l. sciendum. cum glos. ff de V. O.* Alij quod sic, per Glossam *in l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. l. cum precibus, de probat.* Alii distinxerunt, vt si decretum recentis memoriæ sit, solum non sufficiat, & instrumenta videre oporteat. Si vero antiquum sit, veluti quinque, sex, decem, viginti annorum, sufficiat, neque quis instrumenta quærere seu producere teneatur, per *l. si filium. C. de petit. hered. & l. qui in aliena. §. sed etsi non adierit. ff. de adquit. hereditat.* Minus temporis requiritur, si quid in loco aduersi ex vi maiore acciderit.

V. D. Magistrum *tract. de subhastatio. cap.* 14. & 31.

XXXI.

Defectus sequestri nullitas est in subhastationib.

Perorantibus Dominis Riantio pro Capellanis & Vicariis Ecclesiæ cuiusdam Collegialis, appellantibus à decreto quodam interposito in subhastatione complurium fundorum cuiusdam debitoris pignori captorum, & Longouallio pro Adiudicatario, & persequente appellatis, & prædictam subhastationem & Decretum defendentibus, iudicatum fuit Arresto, 27. Septembris, maioribus diebus Rigodulensibus, anno 1546. subhastationem & decretum nulla esse, & in irritum deducta fuerunt, respectu domus cuiusdam in decreto comprehensæ, cuius nomine tantum prædicti appellantes conquerebantur, quamuis propter prædictam domum appellantes ante sententiam discussionis sese non opposuissent. Eius scilicet ratio habita fuit, quod prædicta domus apud possessorem permanserat, neq; sequestrum legitimum & efficax, prout necesse est, fuerat: nihilominus appellantes in expensas causæ appellationis condemnati fuerunt.

V, *cap.* 28. supra *artic.* 2. *h. t.*

XXXII.

Idem.

Pariter, Appellans quidam à Præfecto Parisiensi dicebat, se proprietarium & possessorem domus cuiusdam esse, quam decreto quodam dato super subhastatione quadam complurium fundorum alterius, in quibus nihil iuris habeat, comprehendi inuenerit. Igitur cum videret, eo tempore quo prædictum decretum executioni tradebatur, eo prædictam quoque domum suam, prædictis fundis confinem, comprehendi, hanc causam fuisse cur appellauerit: item nunquam prædictam subhastationem sibi denuntiatam, prout oportebat, fuisse attento quod proprietarius esset. Curia Arresto suo, 2. Ianuarii 1594. prædictum decretum, quatenus prædictam domum comprehendit, in irritum deduxit.

Vide ad hos duos §§. Mayoardum *lib.* 7. *cap.* 78.

XXXIII.

Distractio non auditis omnibus opponentibus fieri non debet.

Dominus Robertus perorans pro actore quodam in libello ciuili dixit, pendente subhastatione quadam in Curia, proprietarium vendidisse patrem fundorum subhastatorum tertio cuidam, qui Curię libellum offerat, eum in finem tendentem, vt distractionem fundorum, quos emit, consequeretur. Proprietarius, qui eos vendidit, & persequens prædictam subhastationem, cui ea communicatur, in eam consentiunt, superque eo consensu Arrestum datur de distractione prædictorum fundorum, non auditis opponentibus creditoribus, quorum magis interest, quam prædictorum proprietarii & persequentis. Emtor Arresto suo adhæsit. Arresto de 27. Februarii 1552. prædictus ciuilis libellus approbatus fuit & Arrestum deductum, &c.

XXXIV.

Creditores in hypotheca concurrentes, quorum vnus generalem, alter specialem habet.

Supra *tit. de hypothec.* 3. *lib.* xi. *Arrest.* 11. circa finem mentio fit duorum notabilium Arrestorum datorum aduersus liberos defuncti D. Præsidis Picotij, vnum datum fuit anno 1558. alterum anno 1560. Quod si persequens subhastationem, & alius creditor opponens in hypothecis concurrant, & creditor subhastationi insistens hypothecam duntaxat generalem, opponens vero specialem super aliis fundis, quam eo qui hastæ subiicitur, habeat, hoc casu prædictus opponens cogetur, vt ad fundos specialiter sibi obligatos, quorum nullus pignori captus fuit, agat, & persequenti generalem hypothecam habenti in eo, quod pignori captum fuit, relinquat, per *l. quamuis. C. de pignor. & hypothec.* Hoc verum est inter duos creditores concurrentes. Debitor enim huiusmodi exceptionem opponere non posset. quoniam eum semper soluere oporteat, neque eligere potest modum quo solui curet, verum omnia sufferre debet, quousque soluatit.

V. supra *tit. de hypothec. & actionib. hypothec.*

XXXV.

Creditor specialem hypothecã in altero fundo habens eum prius discutere debet.

Alterum Arrestum adhuc magis notandum est, puta, præsupposito, quod debitor cuidam creditori suo in domo quadam reditum constituisset, qui creditor pro prædicto reditu [illegible] fundum capi curat, prædictam vero domum indiscussam relinquit, tc ed to, non facta prius discussione super ea domo, non admittitur. Arresto ad supradictam facti speciem debitrici manus laxata fuit, saluo creditoribus Picotis ea speciali sua hypothec. agendi iure: prædictum Arrestum est de 26 Decembris 1560.

XXXVI.

Sententiæ & condemnatio hypothecam nonnisi ab executione habent.

Sententiæ & condemnationes hypothecam non important, verum tantum nudam actionem ex iudicato, vel ius eam executioni tradendi, & [illegible] hypothecã à die pignoris captionis & executionis prædictæ sententiæ, *l. a d. [illegible] & postea § [illegible] l. [illegible] sessor, in pr. ff. de [illegible]* expressius *tit. de re [illegible] iudic. nominatim [illegible] l. 2. & l. a Diuo Pio. § si super [illegible] bus. ff. de re iudicat.* Verum hic quæritur, si post aliquot condemnati capta repertantur, creditor, qui iam condemnationem obtinuit, poteritne ad consequendam hypothecam, & locum & ordinem obtinendum capi curare, eo quod prædicta hypotheca ei nonnisi à tempore pignerationis acquiratur? Non sane: pigneratio quippe super pignerationem non admittitur. Quid igitur facere poterit? In captioni & subhastationi opponere se debet, vt debitum suum consequatur. Quo ordine collocabitur? ordine seu numero creditorum personalium vel hypothecariorum? Numero & ordine hypothecariorum: & quamuis condemnatio ipsius ius hypothecæ secum non ferat, verum prædicta hypotheca duntaxat à die executionis prædictæ condemnationis incipere debeat, quæ per captionem fit, qua creditor hic impeditur, attento quod alia pignoris captio sit, attamen oppositio executionis instar erit, & respectu prædicti creditoris opponentis capionis locum tenere debebit, quantum ad effectum prædictæ hypothecæ inducendæ attinet, *l. cum vnus. in prin. ff. de bon. autor. iudic. possid.* & ita in Parlamento obseruatur. Nihilominus hæc disputatio superflua esse videtur propter Constitutionem Regis Molini editam, mense Februario 1566. [illegible]. 54. qua dictum fuit condemnationes in vlnimo districtu datas, hypothecam à die

Hypotheca sententiarum incipit à tempore oppositionis in subhastationibus.

pronuntiationis inferre. Postea, mense Iulio sequente, hic articulus ampliatus fuit, vt locum habeat in sententiis, à quibus appellaretur, quæque postea Arresto confirmarentur, & post Arrestum datum hypotheca à die primæ sententiæ inciperet. Vnde dici potest, ad hypothecam rei iudicatæ consequendam necesse esse, vt iudicium supremum sit, vel etiam & secundo, si Iudicis subalterni sententia sit, vt Arresto confirmata fuerit, vel tertio, vt appellatum non fuerit. Nã si appellatũ fuerit, pendente appellatione, hypotheca nõ est. Igitur hoc caput tantũ quo ad sententias Iudicum subalternorum prouisionalium & aliorum, à quibus appellatum fuit, quæ appellatione non obstante executoriæ sunt, proderit: quo ad cætera nihil inseruiet.

V. D. Magistrum. *de subhast. cap.* 34. & Constitutio Molinensem, *artic.* 54. L. C.

XXXVII.

Quæstio notabilis est, quando vltimus licitator soluendo non existit, vel alias pecuniam licitationis suæ consignare non potest, vtrum præcedens licitator requiri possit & reuocari, vt ei ea decreto fundus pignori captus & subhastatus addicatur, & vtrũ prædictus præcedens licitator excusare se possit, & ad quæ damna & interesse vltimus temerarius licitator teneatur? Quod ad hanc quæstionem, refero me ad *cap.* 2. *tit.* 9. *de vectigal. lib.* 13. supra, à medio vsque ad finem capitis.

[illegible]

XXXVIII.

Duodecima Augusti. 1504. in Parlamento Parisiensi, in Consilio Arresto dictum & conclusum fuit, responsiones & cõtradictiones à persequente subhastationes aduersus causas oppositionis & productiones opponentium datas, non venire seu computari in [illegible] subhastationum. Igitur persequens attendere debet, ne opponentibus bene fundatis contestatione sua & contradictoriis intercedat. Si male fundantur, aduersus eos expensas obtinere & impetrare debet, & [illegible] condemnatus esse. Attamen postea, 18. Nouembris 1524. in Parlamento in regesta relatum fuisse reperitur, quod ad has expensas tam huius quã [illegible], vtrum ex expensis subhastationum [illegible] aliunde solui deberent, decernendum fuisse, id arbitrio Iudicum relinqui, qui temeritatem vel necessitatem ipsi cognoscere possunt.

[illegible]

XXXIX.

Substitutus ex fideicommisso, donatione, vel alio titulo, siue inter viuos vel vltima voluntate, opponere se ad distrahendi fine non potest, si res ex quo fideicommissum procedit & fornitur, pignori capiatur & hastæ subiiciatur. Nullum enim adhuc ius actuale habet, verum solam conditionalem capacitatem seu spem, quæ euanescere potest. Fine verò conseruandi tantum se se opponere potest & curare vt dicatur, addictionem ea lege faciendam, *l. Statium Florum § Cornelio. ff. de iur. fisc.* Et ita obseruatur.

[illegible]

XL.

Arresto Parisiensi, anno 1492. dictum fuit, nullum opponentem aduersus subhastationẽ post sententiam discussionis admittendum, quod postea altero sequente Arresto, quod datum in prædicto Parlamento, 19. Iulij 1529. interpretati fuerunt, quo declaratum fuit, nullum opponentem, fine annullandi post comprobationem subhastationum admittendum. At comprobatio sententiam discussionis præcedit. Igitur Arrestum primum intelligi non poterit de oppositionibus annullandi fine, verum de oppositionibus tantum factis conseruandi fine per creditores & ius prætendentes, qui ante discussionem venire debent: & hos fine annullandi ante comprobationem.

Opponentes subhastationib. quando amplius non admittantur.

Arre-

XLI.

Opp… ∫it doario.

Arresto Parisiensi, 26. Septembris 1542. Parlamento, mandato Regis continuato, ad perorationem post prandium, iudicatum fuit, infirmata sententia Præfecti Parisiensis vel Locumtenentis ipsius, domum quandam, quæ hastæ publicæ subiecta erat venire non debere, pensionem licitationi duntaxat subiiciendam, vt vidua, quæ conseruandi dotii sui causa se opposuerat, quod in dimidia prædictæ domus parte constitutum habebat, in ea domo commorari posset, soluta dimidiæ partis conductæ mercede, proprietate salua & intacta manente.

XLII.

Idem & clarius.

Si doariaria præcedentem ac tempore priorem hypothecam non habeat in fundo capto & subhastato, ex dispositione iuris communis addictionem ea decreto impedire non potest: verum doarium suum in pecunia æstimatum accipiet, ob quam pecuniam suo ordine collocabitur, *l. Partis tertiæ.* 10. *ff. de præscript. verb.* verum si priorem & præcedentem hypothecam propter doarium suum habeat, distrahendi fine opponere sese poterit, & intercedere, ne vlterius ad subhastationem procedatur, quæ per oppositionem ipsius sistetur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi de subhastatione cœpta iam domus ad cornu cerui, in foro cupedinario Parisiis.

V. not. ad Arr. 11. *supra.*

XLIII.

Oppositio fine annullandi duûm generum est.

Oppositio subhastationem annullandi fine, duum generum est: quarum vna, formam concernit, veluti si subhastatio per quatuor decendia vel quatuor quaterdecendia non fiat & continuetur, iuxta stylum & obseruantiam Consuetudinariam locorum, vel etiam nulla facta interpellatione soluendi, aut discussione mobilium. Et hæc duo tolluntur per Constitutionem anno 1539. vel si minor dicat, prædictam discussionem bonorum suorum mobilium factam fuisse. Alterius generis oppositio materiam concernit, quæ hæc est: Si debitor soluit & à debito prætenso à persequente liber est, omnia nulla declarabuntur, & persequens in expensas, damna & interesse opponentis condemnabitur. Superq; ea re notandum est, quod si opponentes essent conseruandi gratia nonnullos creditores, quibus is, cuius pignoris capta, vera debet, qui in locũ primi depulsi sorrogari velint, non admittentur, ac necesse erit, vt illi noua pignoris captione consulant. Ita Arresto iudicatum fuit.

Nota, *cap.* 16 *& vltimo Consuetud. Paris.* complures quæstiones hanc materiam attingentes decidi.

XLIV.

In distributione pecuniæ ex mobilibus & immobilibus, ex decreto venditis confectę primi sunt sumtus funerum, eodémque ordine obsequia Medicorũ & æręmedicamenta Pharmacopæorum ante oẽs,

Quando ad subhastationem mobilium vel immobilium relictorum à defuncto quodam proceditur, qui heredem apparentem non habet, vel si habet, beneficio inuentarij eum habeat, in distributione pretij collocantur expensæ & sumtus funerum, solutio operarum Medici, & pharmaca Pharmacopæi, post hæc sumtus inuentarij & beneficii illius consequendi, nisi adiudicentur aduersus contradicentes. Tria hæc supradicta, puta sumtus funerum, obsequia Medicorum, pharmaca Pharmacopæorum primi collocantur, quibus solutio facienda. Hanc ad rem valde notandum erit Arrestum, quod datum in Parlamento Parisiensi ad perorationem quandam Maioris Cameræ, die Martis 19. Aprilis 1580. inter Pharmacopæum quendam Parisiensem, appellantem à Præfecto prædicti loci & sententia ipsius, qua distribuendo pretium mobilium rerum defuncti cuiusdam statim à morte ipsius hastis publicis decursis, solenni apparitoris præconio venditarum, ad satisfaciendum expensis, quæ nullam moram vel dilationem pati poterant; item que creditoribus, laniobus, tabernariis, pistoribus, Medicis & Pharmacopæis, qui heradum additionem expectare non possunt, prædictos lanionas, tabernarios, pistores & alios prędictis Pharmacopæis ab vna parte, & prædictos creditores appellatos prætulerat: in qua peroratione appellans per Aduocatum suum Hamalorum ob rationes suas conclusit & asseruit, sibi primo omnium soluẽdum, appellati vero econtra defendebant, datas supputararum æretum ordinem prioritatis & posterioritatis constituere, & sequendas esse. Super eo Curia Arresto suo, quod pronuntiatum à D. Thuano primo Præside dixit, male iudicatum & decretum fuisse à prædicto Præfecto Parisiensi, & appellati condemnati in expensas causæ appellationis, & prædictus Pharmacopęus primo ordine cum exequiis collocatus: Quo Arresto expresse & exacte obseruata fuit *l. in restituenda. C. de petitio. hered.* vbi propriis verbis Imperator Antonius eodem ordine, imo primo ponit & collocat solutionem eius, quod in medicamenta impensum fuit & in obsequia durante defuncti morbo erogatum, ad sanitati subueniendum, cum sumtibus funeris: *Compensatio*, inquit, *eius habebitur, quod te in mortui infirmitatem, inque sumtum funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaueris.* Notum satis est expensas funerarias priuilegiatas esse, & creditum seu æs alienum esse dotis, seu dotem huic oneri subiacere & postponi, prout ait Iulianus *in l.* 18. *de relig. & sumtib. funer.* breuibus, at dignis notatu verbis: *Impensa*, (inquit) *funeris æs alienum dotis est.* Per consequẽs medicamenta Pharmacopæi & solutio Medicorum non tantum paria sunt, sed eadem cum expensis funeratum, per verba Pomponij, qui *in l.* 8. *de pignorat.* *Non tantum* (inquit) *retentionem, sed etiam contrariam pigneratitiam actionem habeo, si medicis, cum ægrotaret seruus, dederim pecuniam, & decessit.* Adde quod Medicorum & Pharmacopæorum exercitium publicum est, qui inseruire & subuenire ægrotantibus tenentur, neque ab eo se excusare possunt: ac quamuis obsequia sua præstiterint, attamen ad postulandam & consequendam obsequiorum suorum solutionem nonnisi post mortem, vel sanitatem ægroto restitutam, admittuntur. Ac est propter æquum est eos & dicere & manutaneri priuilegiatos. Hæc omnia expresse & formaliter continentur in Constitutione imperatorum Valentiniani & Valentis *in l. Archiatri.* 9. *C. lib.* 10. *de Professor. & Medicis.*

Arrestum:

Æra Pharmacopæi cum sumtibus funerum coniungũtur.

Salarium Medicorũ & Pharmacopęorum priuilegiatum.

Idem hoc Arrestum extat supra *tit. præced. Arrest.* 45. Hoc est Arrestum illud quod datum inter creditores illustris Simonis de Fize, Domini & Baronis de Saune & primi Secretarii Status, quod Arrestum prolixa recensui *in collect. mea Arrest. rerum, quest.* 86 cum altero quodam Consilii secretioris & priuati, quod datum inter Pharmacopæum & alios creditores chirographarios defuncti Domini Cardinalis Borbonii. 21. Iunii 1591 quæ Arresta Pharmacopæum omnibus aliis creditoribus præferunt, tam ratione pharmacorum durante morbo, ex quo decessit, exhibitorum, quam pro aliis præcedentibus, quantumuis D. Maynardus *in quæst. notab. libr.* 2. *capit.* 47. & 49. teneat & referat Arresto Curiæ Parlamenti Tholosani iudicatum fuisse hanc prælationem intelligi tantum de iis medicamentis, quæ Pharmacopæus adhibuit in illo morbo, ex quo defunctus decessit, non vero de medicamentis præcedentium morborum, ex quibus ægrotus reconualuerit, quo ad hæc quippe talem prærogatiuam non concedi, argum. *l. si morbo.* 6 *in prudes, l. si cum vat.* 9. *sin autem in sanctissimo ff. sol. matrimon.* Bartolus *in l. si ab hostibus.* §. *final ff. eodem titulo.* Quicquid sit, hinc Arresto in ca-

sum saltem tributoriæ rationu, cum creditores in tributum veniunt, locum habere debeat, quando successio & hereditas iacens est, neque omnia bona mobilia & immobilia creditoribus manifestis & apparentibus sufficiunt, & omnes in tributum veniant, prout annotaui libro præallegato, post D. Bacquetum *in suo 5. tractat. cap.* 21. I. C.

XLV.

Curatores bonis pignori captis dati quomodo securi esse possint.

Nonnulli debitores importuni & violenti sunt, vt Curatores constitutos in bonis ipsorum pignori captis impediant adeo, vt ad obedientiam nullam trahi possint, prout quotidie euenit. Hanc ad rem Dominus Turnecuppius ad summam 500. librarum matri suæ præstandam, qua nutriretur & aleretur, condemnatus fuit. Huius fundus pignori capitur, & ad eum Commissarij seu Curatores constituti & electi fuerunt, qui ab hac constitutione & imposita functione ad Parlamentum Tholosanum appellant. Rationum suæ appellationis loco repræsentant prædictum Dominum Turnecuppium impotentem esse, aduersus quem citra periculum & damnum suum & suorum ei rei operam dare non possint, nominatim vero matrem ipsius ab eo ius & æquũ ferre non posse, qui eam tenereri deberet. Arresto Curiæ Tholosanæ, quod datum in Audientia quadam, 20. Iunij 1566. appellatione citra expensas in irritum deducta, decretum fuit, constitutionem & sequastrum obtinere debere, prædictoque Turnecuppio interdictũ fuit, ne vllum impedimẽtum vel per se vel per interpositam personam obijceret Curatoribus datis & constitutis. Alioquin ex tum in casum impedimenti prædictum dominium Regi confiscatum & Domino ipsius vtenti declaratum esse, soluendo prædictam summam 500. librarum prædictæ matri suæ.

D. Maynardus *lib. 7. cap. 77.* I. C.

XLVI.

In subhastationib⁹ nõ est Prouisioni locus.

Die Martis 7. Septembris 1563. Chauvelinus pro appellante à Iudicibus Præsidialibus Rhemensibus, qui decreuerant, subhastationem inceptam super appellante, in defectum solutionis ducentarum librarum quibusdam obligatoriis chirographis comprehensarum, per Prouisionem perficiendam, pendente principali rescissionis videlicet prædictæ obligationis. Pasquierius pro appellato: dictum fuit, male iudicatum, appellatum in expensas causæ appellationis condemnatum, & au endata sententia, partes ad Balliuium Veromanduorum remissæ, vel Locumtenentem ipsius Laoduni, vt ad institutam subhastationem, citra prouisionem, ordinarie procederetur.

Adde *Arr.* 18 huius eiusd. tit.

XLVII.

Actus comprobationis citra expressam comprobationem nihil valet.

Die Veneris 26. Iulij 1556. cum dies Iouis festus esset, Rupisonius dixit, in defectum solutionis partis seu chartis sui fundos pignori captos & hastæ subiectos: verum in prima subhastatione fundos par contermınos & confinia declaratos, iuxta Constitutionem: in Consuetudine Senonensi, vbi fundi siti sunt, dici, tribus quinis diebus, & quatuor quatuor denis locum esse: id obseruatum fuisse, verum anticipationem bis quater decendiorum fuisse: neque programmata affixa, neque vela Regia per singulas Parochias, vbi fundi siti sunt, suspensa: actum comprobationis subhastationum datum fuisse, neque eas expresse comprobatas: quare appellasse se, conclusisse & paratum se pretium refundere, & onera sumtus. Villecoquus ait, se neque persequentem neque opponantem esse: cum videret domum addicandam ex decreto, se pretium suum ob... & deposuisse, persequentem teneri præstare solenia & summam: nihilominus cum videret, eu... consignasse, neque tamen frui, se libellum obtu..., vt diceretur pendente appellatione se frui vel pecuniam seu pretium recuperare oportere: & At esto decretum fuit, se pecuniam suam consequi opo... te: propterea temerarie se citatum: & vbi Curiæ placeret, vt ipse defenderet, nihil ad petitionem ipsius factum esse. Curia ait, quantum ad clientem Villecoqui attinet, eum citra expensas Curia & causa dimitti: quantum vero ad appellationis causam, antequam in ea ius diceretur, nouam captionem instituendam, programmata affigenda & vela Regia in singulis locis suspendenda, & ita comprobandam, interdixit Balliuiu Senonensi, ne deinceps actum comprobationis subhastationum tradat, sed eas comprobet.

XLVIII.

Laudimia soluuntur quod pro... ...

Laudimia Domino directo debentur ratione pretij ex decreto. Nihilominus, si eueniat, vt adiudicatarius super nullitate decreti conueniatur & inquietetur vel aliter, & vt pacificus possessor maneat, transigat, eoque facto pecuniam præstet, ex eo laudimia soluere debebit, neque se excusare poterit, quod priora laudimia ex prædicta adiudicatione & decreto soluisset.

Vide ad hoc Arrestum quoddam Tholosanum, *titul. 2. de iurib. dominical. lib. 13.* supra *Arrest.* 35.

XLIX.

Decretum nullum ob defectum solennitatum.

Sexta Septembris 1564. Arresto Catholicianorum, perorantibus Brussellio & Silungio, decretum quoddam Cadomi datum, in irritum deductum fuit, & adiudicatarius domus venditæ in expensas condemnatus, eo quod omnes solennitates non obseruasset: puta, quod post captionem programmata ianuæ Ecclesiæ loci non affigi curasset, non comprobatum & relatum, à persequente debitor ad addictionem & adiudicationem non citatus fuerat: sed prædictus persequens contentus fuerat, prædictam subhastationem comprobari & referri à quodam Procuratore Regio, non vero ab omnibus Pragmaticis. Itemque quod adiudicationem tantum denuntiauerat: ac propterea tacite iudicatum fuit, Edictum anni 1551. de subhastationibus per omnia locum habere debere, quantum ad prædictas comprobationes, &c. Conformiter plane Arresto cuidam Parlamenti, pro terra de Vilaines, quo decreto nullum declaratum fuit, ob defectum prædictarum solennitatum programmatis & veli Regij, quamuis Archiepiscopus Rhemensis insignia sua suspendi curasset. Altero Arresto, 7. Martij 1583. dictum

Idem.

fuit aduersus Planchium Calisfacerium, & Martinum, vnum persequentem subhastationem, alterum adiudicatarium appellatos, in expensas condemnatos, prædictumque persequentem in expensas adiudicatarij: decretumque fuit, programmata & auctiones ad loca mittendas, vt plus offerend adiudicatio & addictio fiat.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum VI.

I.

Debitor in subhasta...

DEbitor, cuius bona hastæ subiiciuntur, licitari potest seu augere, quandoquidem corporis prehensione

[Margin: tune licitari poteſt.] hēnſiōne & inea tcetutione tenetur: Iudicatum vltiſma Februarii 1575.

II.

[Margin: Licitatio actus volūtarius eſt.] Licitatio voluntarius actus eſt, & fit veluti per contractum iudicialem, neque licitatio bonorum minoris facta, in præiudicium alterius coheredis & condomini valere poteſt, atqoe prædictus condominus eodem die ad licitandum admittetor, denuntiandi id parti alteri. Iudicatum perorante Bruzelio. 28. Maij 1565. B.

III.

[Margin: In ſubhaſtationib⁹ prouiſioni locus non eſt.] In materia ſubbaſtationum per prouiſionem vlterius procedi non poteſt: ſed antequā ad adiudicationem procedatur, oppoſitiones dirimi oportet: ita iudicatum fuit ſuper appellatione quadam interpoſita à Locumtenente Balliuii d'Eu, Mariolo perorante, 11. Ianuar. 1569.

Vide Maynardum *lib. 3. cap.* 48.

IV.

[Margin: Adiudicatarius, etiā ſi creditor ſit, conſignare debet.] Sciendum eſt, adiudicatarium, quamuis creditor & fundi locator ſit, neceſſe tamen eſſe, vt in vtilitatem Curatoris pecuniam conſignet, vel alterius priuilegiati, qui prædictas prius ſolutas refectione meliorauit & refecit, ſaluo ei pecuniam recipiendi iure. Ita iudicatum fuit inter Arreſta generalia Paſchalia, 2. die Aprilis, 1577. B.

V.

[Margin: Conſtitutio duorū curatorū, ſi cum vno tantum actum fuit, alterū non obligat.] Conſtitutio duorum Curatorum facta, vno tantum ex his compellato, cui notoria eius rei data reliċtaque, quique alteri ſe denuntiaturum id promiſit, alterum Curatorem non obligat, cum quo neque actum neque ei denuntiatum quicquam fuit. Arreſto Pariſienſi 6. Febr. 1576. Carondas 7. *Reſponſ. cap.* 22.

VI.

[Margin: Pignoris capio nulla omiſſa domicilii electione.] Alia quædam neceſſaria ſolennitas in ſubhaſtationibus requiritur, iuxta Conſtitutionem Bleſenſem *artic.* 175. puta eligere domicilium oportere eum qui pignori fundum cepit, in Balliuiatu, in quo fundus captus ſitus eſt, & iſti illa electio debet per executionem pignerationis & programmate affixo, vt manifeſtum fiat & cognitum, itemque per proceſſum verbalem ſubhaſtationum. Ita cum Andreas Madinetus Apparitor Regius Biturigibus habitans complures fundos in Balliuiatu Bituricenſi Sede Regioduni, ad Iacobum Mercerium & Stephanam Galleraneiam vxorem ipſius pertinentes capi curaſſet, non facta electione domicilij intra diſtrictum Regioduni, prædicto Mercerio appellante à capione & ab iis omnibus, quæ inſecuta fuerant, Curia Arreſto ſubhaſtationes Coloniæ de la Ruſſete nullas declarauit, decreuitque, ad nouam capionem & Curatoris conſtitutionem nouamque ſubhaſtationem procedendum eſſe. Pronuntiatum 22. April. 1606. I. C.

VII.

[Margin: Ad quem pertinent fructus fūdi venditi ex decreto, ad colonū ipſorū vel ad adiudicatarium fundi.] Species facti hæc eſt: Cum bona immobilia defuncti D. Ioannis Lugdunenſis à creditoribus ipſius capta fuiſſent, Curatores in triennium, & quamdiu Curatio ipſorum duratura eſſet, ſub vectigali certo & fixo ea elocari curarunt. Inter ea immobilia nouem vineę iugera erant, quæ tradita his conditionibus Petro Curtio veluti plus licitanti fuerūt: is eu excoluit & fructus primorum duorum annorum percepit, eademque tertio anno excoluit, vſque ad 22. Iunij 1589. Prædicti creditores prædictos fundos ex decreto vendi curarunt: Prædictaque nouem vineæ iugera adiudicata & tradita fuerunt Petro Aleſandro, Quæſt. Ducatus Nemorſenſis, velut plus licitanti. Prædictus Curtius cum videret, prædictum Alexandrum ad prædictam vineam ſe conferre, & fructus colligere: coram Balliuio Nemorſenſi actionem inſtituit, quo videret ſibi interdici, ne prædictos fructus cōtingeret, ſed eos prædicto Curtio relinqueret, qui ei pretium prædictæ conductionis ſoluturum ſe offerebat, tempore elapſo, iuxta *l. Valerium. fin. ff. de iure fiſci. Quia* (inquit in *d. l. Valerium Papinianus*) *ſub colono prædia erant, iniquum eſt, fructum vniuerſos colono auferri, ſed colonum quidem eos percipere debere: emptorem vero penſionem eius anni accepturum.* Super eo interuenit ſententia Balliuii Nemorſienſis vel ipſius Locumtenentis, 2. Octobris 1589. inter prædictum Curtium Actorem ab vna parte, & Petrum Alexandrum reum ab altera parte, quo fructus prædictæ vineæ prædicto Curtio adiudicatæ fuiſſent pro anno 1589. vineas, de quibus agebatur, eo poſſidente, iuxta locationem antea factam, à qua à prædicto Alexandro appellatum fuit. Curia Arreſto ſuo appellationem & id à quo appellatum fuerat, in irritum deduxit, citra multam & expenſas cauſæ appellationis, emendatoque iudicio prædictum Alexandrum à petitionibus & concluſionibus prædicti Curtii abſoluit, eumque condemnauit ad prædictos fructus à ſe perceptos prædicto anno reſtituendos prædicto Alexandro refuſis prædicto Curtio à prædicto Alexandro ſumtibus ab eo factis ob culturam prædictarum vinearum, & in collectionem prædictorū fructuum, poſt adiudicationem prædictarum vinearum factam prædicto Alexandro, 22. Iunij 1589. ſaluoque prædicto Curtio ſibi proſpiciendi iure ſuper pretio addictionis, propter ſumtus ab eo ante eam factos, & ob culturam prædictarum vinearum prædicto anno 1589. & condemnauit prædictum Curtium in expenſas cauſæ principalis. 18. die Iulii 1592. in 2. Camera Inquiſitionum, iuxta *l. fructus pendentes ff. de rei vindicat. & l. Iulianus. §. ſi fructibus maturis. ff. de actio. emti.*

Vide Choppium parem quæſtio tractantem, *lib. 3. de leg. Andium, tit. de acquiſit. iur. fundis, fol.* 312. & Maynardum *lib.* 2. *cap.* 40. Magiſtrum, *tractat. de ſubhaſtationibus cap.* 17. I. C.

VIII.

Supra *cap.* 29. forma præſcribitur, quam in ſubhaſtationibus obſeruari oportet. et Arreſtum generale Curiæ ſequens adiungendum, quod continet determinationem adiudicationum ex decreto, ad conſeruanda iura tam proprietariorum, creditorum, quam aliorum.

Extractum è Regeſtis Parlamenti

[Margin: Arreſtum generale ſuper adiudicationibus ex decreto ad conſeruanda iura tā creditorū, quam proprietariorum.] SVPER eo, quod Procurator Catholicus Regius Curiæ repræſentauit, quod ſcil. complures ſubhaſtationes & addictiones rerum immobilium ex decreto ſæpe procedi curent coram aliis Iudicibus, quam ad quos cognitio hæc ſpectat, & ita tamque ſecreto, vt non tantum creditores cognitionem locorum, in quibus prædictæ adiudicationes fiunt, non habeant, quo iis ſeſe opponant: verum etiam vt ii, qui licitari vellent, id facere non poſſint, vnde eueniat, quod prædictæ adiudicationes vili pretio fiunt, & creditores debito ſuo fruſtrentur, rogans Curiam, huic rei proſpiceret, vt ordine obſeruato, prædictæ ſubhaſtationes & decreta omnibus nota & manifeſta fiant, eiuſque nomine apud Acta Curiæ Regeſtum conficiat, ad quod recurri poſſit: deliberatione ſuper eo habita.

[Margin: 1. Vbi decreta fieri debeant.] 1. Prædicta Curia decreuit & decernit, adiudicationes ex decreto immobilium haſtæ ſubiectorū,

inexe-

in executione Arrestorum, & executorialium prædictæ Curiæ, in ea celebrandas, cæteras factas vigore sententiarum Sedium, in quibus eæ datæ fuerint: & id quod vigore obligationum & contractuum hastæ subiicietur coram Iudicibus, ad quos illorum executio pertinet.

a Capiu in Acta & regesta relata.

2. Omnes persequentes subhastationes in executione Arrestorum & executorialium prædictæ Curiæ, tenebuntur incontinenti post illarum comprobationem factam coram Iudicibus ordinariis curare, vt ad Acta prædictæ Curiæ, prædictæ capiones & subhastationes deferantur, quo regestis suis insarantur: simul & nomina partium & Procuratorum: & vsque quo id factum fuerit, vt certus ordo sit, nullæ oppositiones admittentur, quæ post prædictam capionem in regesta relatam admittentur, & in casum negligentiæ vel contrauentionis prædicti persequentis, opponentes aduersus eum regressum habebunt.

Quando oppositiones admittantur.

3 Oppositiones fine distrahēdi.

3. Oppositiones fine distrahendi admittentur vsque ad Arrestum, quo venditio fundorum quadragesimo die decernetur: prædictumque Arrestum ad diligentiam persequentis subhastationes in prædicta Regesta referetur: post quod Arrestum prædictæ oppositiones fine distrahendi, non admittentur, neque in regesta referantur, saluo opponentibus sibi prospiciendi iure in pecunia ex adiudicatione proueniente: & hæc omnia nullo derogato, quantum ad id quod coram Iudicibus ordinariis subhastatur, quod iuxta Consuetudines locorum obseruari solet.

4. Oppositiones propter debita & hypothecas.

4. Quantum ad oppositiones ratione hypothecæ & solutionis debitorum, admittentur, vsque quo prædictum decretum traditum sit, post decretum traditum non item: saluo sibi prospiciendi iure super residua pecunia, si qua est: solutione primis opponentibus iuxta ordinem facta. Atque omnes oppositiones fine distrahendi vel aliæ, nullæ, & nullius effectus & valoris erunt, si eæ apud Acta non fiant, non in regesta prædicta referantur, vel ab executore prædictarum subhastationum admittantur.

A quo oppositiones admittantur.

5.

5. Eadem hæc forma obseruabitur in subhastationibus pendentibus in prædicta Curia per euocationem aliorum Parlamentorum, vel sedium inferiorū.

6. Admissio licitationum.

6. Licitationes in prædicta Curia non admittentur, nisi prius oppositionibus fine distrahendi, si quæ sint, iudicatis. Et partes Arrestum, quod interuenit super oppositione fine distrahendi in prædicta regesta referri curabunt, ad id ne procedendo ad adiudicationem, fundi distracti comprehendantur.

a

7

7. Prima licitatio facta in prædicta Curia continebit specialiter & expressa fundos captos, nomina capientium & proprietarii, simul & onera. Et prædicta auctione in iudicio publicata, copiis seu descriptis Procuratoribus prædictorum capientium & proprietario traditis, si qui sint, affixis ad septa, ad ianuas Palatii & alia loca, & publicatis, affixis ad loca regionum ciuitatis solitarum: addita declaratione, quadragesimo die ad adiudicationem processum iri, omnibusque auctionibus apud Acta admissis, citra vllam aliam publicationem in locis illis, vt ad prædictam adiudicationem procedatur, iuxta Constitutionem. Hoc sibi Curia reseruante ad auctiones faciles reddendas, vt Iudicibus locorum longe dissitorum admissionem prædictarum auctionum committere possit, propter fundos exigui valoris, prout ea faciendum esse videbit ad libellos si qui eum in finem offerentur: quibus peractis & omnibus relatis, prædicta Curia ad adiudicationem procedere possit, obseruatis solennitatibus & formis à iudicibus ordinariis, ad reiterandas publicationes eius, quod coram iis venditur, aliisque consuetis & in Constitutionibus requisitis solennitatibus attentis.

8. Procurator persequentis subhastationes tenebitur tum, cum adiudicatio requiretur, apud Acta deponere omnia necessaria instrumenta ad securitatem decreti, & Procuratores, qui licitati fuerint, ad idem faciendum carcere cogentur.

8 In menti tem apud Acta deposita.

9. Procuratores absque speciali mandato ad licitationem non admittentur, neq; partes ipsæ, Procuratore nullo constituto: quibus Procuratoribus prædicta Curia iniungit, vt Constitutionem obseruent, ad cohibendam suppositionem personarum non soluendo existantium, vel aliam fraudem; quapropter Actuario vel eius delegato, per quem prædictum regestum conficietur, & omnes auctiones admittuntur, non per alterum iniungit, vt hæc manuteneant.

9. Admissio [illegible] quem.

10. Omnes licitationes, post primam, diligentia licitatoris, Procuratori præcedentis & postremi licitatoris denuntiabuntur, exceptis licitationibus factis vltima dierum quinorum denorum, qua die necesse non erit, vt significent seu denuntient, eoque decendio elapso, nemo ad licitationem faciendam admittatur.

10 Significatio [illegible] dationum.

11. Adiudicatarius intra octiduum consignare tenebitur, quo præterito, ad id corporali prehensione cogetur: hunc in finem aduersus eum traditur cogendi facultas persequenti subhastationes vel opponentibus, sic vt Susceptor consignationum coactiones illas effectui dare possit.

11 Consignatio.

12. Persequens subhastationem vel alter qui ordinem & distributionem pecuniæ persequetur, tenebitur omnes opponentes in iudicio productionis vel iudicio ordinis, si quis inter eos fiat, comprehendere: sub pœna proprio suo nomine de debito creditoris, qui omissus fuisset, cauendi & respondendi.

12 Omnes opponentes in ordine.

13. Actuarius Susceptor consignationum, pecunias super compacto vel aliter quam ex decreto Curiæ, cum omnibus aliis opponentibus datu soluere non debet, sub pœna proprio ac priuato suo nomine de iis cauendi & respondendi.

13 Solutio pecuniæ consignatæ.

14. Atque vt hoc præsens Arrestum notorium fiat, in iudicio publicabitur, & mittetur ad Balliuiatus, Seneschallias & alias districtus sedas, vt in iis legatur, publicetur, diebus iuridicis seu perorationum iis stantibus seu tenentibus, & denique in regesta referatur. Factum in Parlamento, 23. Nouembr. 1598. I. C.

14.

IX.

Ex Constitutione de subhastationibus, quo ad validandas subhastationes feudorum & dominiorum, satis est, si præcipuæ habitationes cuiuslibet feudi & dominij, cum pertinentiis & dependentiis capiantur, neque necesse est ea per confines & conterminos declarari, eaue ingredi. Quid si ab iis complures coloniæ in diuersis Parrochiis sitæ dependeant, quarum fructus ad præcipuam habitationem ex destinatione patrisfamilias referantur, satisne erit proclamationes & subhastationes in sola habitationis parrochia fieri? Non, verum oportet sub pœna nullitatis, vt per omnes Parrochias fiant, cautione, quam Curia affert ad supplendum hunc defectum post adiudicationem, & pecuniam erogatam.

Subhastationes sol[illegible] in omnibus Parochiis, in quibus feuda capti siti sunt, facta fiunt.

Extractum è Regestis Parlamenti.

HENRICVS Dei gratia Rex Franciæ & Nauarræ. Primo, &c. Cum die & data præsentium iudicialiter cōparens in dicta nostra Curia Petrus Galtarius, Selectus Charitatis, cessionarius Philippi Russelij, appellans

appellant à sententia quadam comprobationis subhastationum, & adiudicationis terræ de Berliers, 15. Nouembris, 1600. & 11. Iulij 1602. ab vna parte, & Maria de la Porte, vidua Ludouici de Chenu actor, Carolus de Chenu Scutifer dominus d'Aultroy, tutor liberorum defuncti Caroli Cullonij, Ioannes Fucherius tutor liberorum minorum defuncti Gilberti Baulini, Edme de Crepillon, ratione vxoris suæ, & Ioannes Marandeus appellati, vt & prædictus Marandeus actor in denuntiatione & prædictus Carolus reus & actor in contra denuntiatione, & Marcus Henricus apparitor reus ab altera, vel sane prædictarum partium Procuratores, sic vt ne qualitates præiudicare possint: & postquam Galterius pro appellante, veluti creditore, cuius interest, vt terra de Berliers iusto pretio vendatur, quo solutionem accipiat, asseruit, decretum nullum fuisse ob defectum diluessionis, neque prædictas subhastationes in omnibus Parroechiis publicatas fuisse, aliasque ob nullitates, conclusit vt in irritum deducerentur, nisi adiudicatarius eo quod in Parrochia Mornensi est, contentus esse malit, Garnerius pro proprietario, Rex pro adiudicatario, Talonius pro persequente subhastationem, Robertus pro apparitore, super prædicta appellatione auditi fuerunt, & super exceptionibus & denuntiatione aduersus persequentem, & dilatione aduersus apparitorem, qui prædictas subhastationes executus est, simul & Marionius pro Procuratore nostro Catholico, qui dixit; vitium in eo esse quod in omnibus Parochiis præconium auctionis factum non fuerit: attamen pecuniam distributam ad exonerandum proprietarium, & cursum vsurarum cohibendum, sumtusque magnos futuros, si in pristinum ac pristinum statum reponerentur, itemque inuolutiones seu confusiones processuum super prædicta denuntiatione. Cui vt remedium quæratur, & proprietario atque creditoribus terræ maior æstimatio conseruetur, si quæ sit, è re fore, si quintum præconium fieret & programmata in omnibus Parochiis affigerentur, & de omnibus iis quæ in decreto comprehenduntur, vt supra auctione decreti sex millium ducentorum eurunatorum ad nouam adiudicationé procedatur: eoque facto si maior licitator sit, adiudicatario refundatur: si al. licitantes non emergant, proprietarius & creditores de pretio conqueri non poterunt. Dicta nostra Curia in Camera Edicti, antequam ius super appellatione & denuntiationibus dixit, decreuit, ad diligentiam persequentis subhastationes, superabundantem subhastationem faciendam terræ & dominij de Berliers & ipsius pertinentiarum, prout plene decreto declarabitur in omnibus Parochiis, vbi sitæ erunt, programmatibus affixis intra mensem, ad prædictam Curiam afferantur. & omnes auctiones admittantur super auctione sex millium centum & viginti coronatorum, ob quam adiudicata fuit & sub oneribus ibi contentis. Igitur tibi mandamus ad postulationem prædicti persequentis subhastationem, vt præsens Arrestum executioni tradas, iuxta formam & tenorem. Huius rei faciendæ potestatem tibi concedimus, & omnibus nostris Iustitiariis, officiariis & subditis mandamus, vt hoc facienti obediant. Datum Parisiis in dicto nostro Parlamento, 4. Iunij anno gratiæ 1603. Nostri Regni 14.

Signatum

VOISIN.

Postea prædictus de Chenu persequens, eum decreto prædictæ Curiæ satisfecisset, neque vlli alij licitatores emersissent, Curia Arresto suo, visis processibus verbalibus, appellationem in irritum deduxit & decreuit, id à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere: & quo ad residuum conclusionum partium, denuntiationum & contra denuntiationum, eas Curia & processu, citra expensas dimisit. Pronunciatum 6. Septembris 1603. super ampliata quadam causa in Camera Edicti. L. C.

X.

Supra inter Arresta relata *in cap. 1. & 2.* dictum fuit, subhastationes propter deceptionem & vilitatem pretii non annullari. Sequitur singulare de hac re Arrestum. Vtrum ob vilitatem pretii, & oblatam auctioné duplicatá subhastationes nullæ declarentur.

Extractum è Regestis Parlamenti.

Inter Franciscam Iuniorem, viduam defuncti Ludouici Lucerii, Equitis domini S. Medarici, tutricem liberorum suorum, appellantem ab adiudicatione ex decreto terræ & dominii Grigniaci, factam à Præfecto Parisiensi, die vltima Septembris, ab vna parte, & Iosiam Mercuderium Scutiferum, Iuanuem Lasteum, & Alphonsum Grebanium appellatos ab altera, vt né qualitates præiudicare possint: Garnerius pro appellante dixit, eam nolle intercedere venditioni tertiæ suæ in terra Grigniaci, dummodo legitimo pretio addicatur & adiudicetur: id quod adiudicatione hac factum non fuit, vnde appellet: cui attenta auctione septingentorum coronatorum super mille & trecentis adiudicatarii & eam adhuc duplum efferre, oppositionem fine distrahendi factam, non totam terram captam fuisse, sed rei ctos quadringinta arpennes syluæ & pratorum, quæ inutilia erunt, capionem hanc per colludionem eorum factam, qui aliasportiones consecuti fuerunt nomine creditoris cuiusdam interpositi; cui debitum fuit, & præcipitatam hanc rem fuisse absque remissione, conclusit, vt ea in parem & pristinum statum reponeretur. Gallandius pro creditore adiudicationem defendit, subordinatæ aduersus persequentem conclusi. Iamautius pro persequente, eum legitimum creditorem esse, iusà domino de Versures habere, & facta capione & subhastatione feudi cuiusdam & pertinentiarum, has sylnes, quæ omisse prætenduntur, ad adiudicatarium pertinere, si inde dependent: verum ex acquisitions particulari dicta. Consequenter neminem conqueri posse de eo, quod capti non fuerint, non magis conquerí de eo, quod opponens ad finem distrahendi depulsus fuerit, quoniam antiquior creditor est, idque satis esse ad complendam adiudicationem syluarum, & quia alterius census sunt, neque in catalogo siue polyptychis terræ Grigniaci comprehenduntur: cæterum asseruit, quatuor remissiones factas & solennitates obseruatas fuisse. Pilaudus pro Grebanio conclusit, temerarie appellatum. Curia in Camera Edicti appellationem in irritum deduxit, citra mulctam & expensas causæ appellationis, decreuitque id à quo appellatum fuit, effectum suum sortiturum, & super temeraria appellatione partes Curia & processu dimisit. Factum in Parlamento, 18. die Augusti 1600. i. C.

XI.

¶ Arresto, quod datum in Camara Edicti, die Mercurii, 28. Martii 1601. perorante Molineo, Curia, infirmata sententia Præfecti Parisiensis, iudicauit, capionem & subhastationem super Curatore ad litem fœminæ nuptæ minoris, legitimam & validam esse. Subhastatio super curatore ad litẽ mulieris nuptæ minoris legitima est.

XII.

Quos sumtus persequens subhastationem super prima pecunia adiudicationis postulare possit.

¶ Persequens subhastationem, super prima pecunia confecta & prouveniente ex venditione & adiudicatione ex decreto, petere potest sumtus, quos legitime fecit, quique in ordinaria taxa seu æta sumtuum ordinariorum subhastationum non veniunt, veluti adiudicandas oppositiones fine distrahendi, quamuis obtenta sententia aduersus opponentem fine distrahendi, depulsus fuerit ab Arresto, quod sententiam citra expensas infirmasset, dummodo neque dolus neque fraus subsit. Arresto quod datum in 5. Camera Inquisitionum ad relationem Domini Louetij, 4. Februarii 1595.

Consequenter si creditor subhastationem aliosque processus instituit, qui nulli reperiuntur, ei sumptus persecutione illorum facti refundendi non sunt. V. *Arrest.* D. Louetri *cum Commentar lit.* C. *Arr*.44.

XIII.

Instantiæ in subhastationib. nulla peremtio est.

¶ Sæpe Arrestis iudicatum fuit, debitore, ope constitutionis Curatorum, à possessione deiecto & à conductione, subhastationem peremtioni obnoxiam non esse, & capionem conseruare ius creditorum vsque ad triginta annos, arg. *Non est mirum*. 26. *de pignerat. act.* Id quod locum habet, quando subhastatio minime comprobata fuerit: Iudicatum Arresto, die Mercurij 1611. in Maiore Camera Edicti. Quo Curia infirmata sententia Ballium Loduoensis, decreuit, vt ad comprobationem subhastationum Integras duodecim annis interruptarum & discontinuatarum procederetur. Simile Arrestum datum fuit in Parlamento Turonibus constituto. Verum quando proprietarius realiter & actualiter possessione priuatus seu summotus non fuit, eo quod constitutio curatoris vel conductionis non fuerit, capio hæc & subhastatio peremtioni obnoxia est, prout iudicatum fuit Arresto die Veneris vesperi, vltima Ianuarii 1586. quo Curia infirmauit sententiam Balliuii Turonensis, qui decreuerat, vt domus quædam, cuius subhastatio octodecim annis discontinuata fuerat, venderetur & ex decreto adiudicaretur, cum pendente hoc tempore taisionatus prædictam domum vendidisset, & acquisitor pacifice plus quinq; annis possedisset, ac per consequens præscripsisset, iuxta *artic.* 208. Consuetudinis Turonensis, Nicolao Boctio & Renato Fichepane partibus litigantibus.

V. Molinæum *in Consuetud. Paris* §. 19. *nu* 5. Hoc Arrestum extractum est *ex annotat. D. Brodæi ad Arrest. D. Louetii lit. S. Arrest.* 14.

TIT. VII. DE EXCOMMVnicationibus, & censuris Ecclesiasticis.

Nota, simplicem monitionem ad reuelationis finem semper excommunicationem præcedere debere: quemadmodum ea abuti solent, Vide de appellationibus, tanquam ab abusu, & quæ scripsi ad stylum Curiæ Ecclesiasticæ Archiepiscopatus Bituricensis. I. C.

ARRESTVM I.

Venia quo modo aduersus Presbyterum condemnatum concedatur, vt quis eum excõmunicari curet.

VLtimum medium ac remedium exequutionis, vt summam vel quantitatem adiudicatam debitã vel taxatam seu æstimatam quis consequatur, est, quod recurratur ad censuras Ecclesiasticas, & excommunicationes, de quibus agitur *in cap. venerabilibus. §. sicut de sentent. excommun. in 6. & in cap. ex parte & cap. sum olim, de Verbor. signif.* Atque talis rigor aduersus Laicos permittitur, vt aduersus Presbyteros & Clericos. Nihilominus Iudici laico hæc potestas non competit, vt parti litiganti permittat eo vti aduersus Presbyterum ita libere vt aduersus laicum. quantum enim ad laicum attinet, is in sua potestate & iurisdictione est; Presbyter non item. Ac, quamuis aduersus Presbyterum adeo perfecta discussio, vt aduersus laicum, non requiratur, & Presbyteri asseueratio sufficere debeat, dicentis nulla se bona habere citra illorum perquisitionem: nihilominus Iudex laicus, qui eum in summam quandam condemnauit, vel expensas taxauit in casibus, quibus ipsius Iudex est, actori permittere non potest, vt eum excommunicari curet: verum permittere hoc saltem debet, vt Officialem ipsius adeat, atque ita legitimis remediis vtatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 13. Maij 1530.

II.

Venia excommunicationis non concedenda, nisi discussis bonis beneficiatis.

Clerici non coniugati, Presbyteri & alij huius generis priuilegiati, à Curia seculari condemnati, per censuras Ecclesiasticas & excommunicationes cogi non possunt, nisi venia impetrata prius à prædicta Curia quæ dari non debet post diligentem eorum temporalium bonorum disquisitionem, inauditis & non citatis. Quod si aliter fiat, abusus est: fieri quippe potest, vt auditus asseueret, se temporalia quædam bona habere. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 2. Iulij 1533.

Verum Religiosus per censuram Ecclesiasticam, veluti per monitiones & suspensiones a diuinis cogi possit, Curia ea de re dubitauit, 28 Maii 1584. vbi partibus iniunctum, vt mitterent.

III.

Idem.

Nihilominus postea, 1. Decembris, prædicti anno, appellans quidam à simili concessione abusiua, Arresto depulsus fuit, eo quod ex tempore & illico de Clericatura non probauerit.

IV.

Venia excommunicationis aduersus contumacem non concedenda.

Si Clericus vel Presbyter, qui, prout supra dictum, audiendus eumq; in finem citandus est, ceu mendicium committat vel vadimonium deserat, Iudex ob eius contumaciam actori veniam indulgere non potest, vt sibi prospiciat per excommunicationes aduersus committentem eiusmodi, non visa prius & cognita diligentia, quæ in inueniendis ipsius bonis secularibus adhibita fuit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 19. prædicti mensis Iulij anni 1533.

V.

Discussio præcedens veniam excommunicationis tam aduersus laicos quam Clericos qualis esse debeat.

Nunquam venia prospiciendi sibi per excommunicationes aduersus debitorem vel condemnatum postulanda est, indiscussis mobilibus & immobilibus illius: hoc enim vltimum remedium, hic postremus regressus est. Ita iudicatum fuit Arresto Curiæ Parisiensis, 7. Maii 1528. Ac postea altero Arresto, 3. Maii 1537. Idque est aduersus sententiam Baldi *in cap. delictis de appellatio.* Hinc ad rem notandum est, differentiam esse inter laicum & Clericum: quantum enim ad laicum, discussione integra opus est, deque eo Arresta supradicta data fuerunt. Verum in Clerico discussio facilior ac leuior est: sufficit enim, vt ei mandetur & iniungatur immobilium, quæ habet, declaratio, vt capiantur & hastæ subiiciantur seu vendantur ad soluenda debita, vel iudicatum, præcipue vero eius immobilia: nam mobilia ipsius capi non possunt & priuilegiata sunt. Atque tum si Clericus asseuerat, se nulla habere, satis est: & creditor ad Iudicem regredi potest, vt veniam excommunicationis impetret.

Si

VI.

Idem.

Si Clerico asseueranti, compluta immobilia se habere, executor mandet, vt vbi ea sint, sibi demonstret, is vero respondeat, si velit, ea inquirat, vel declarationem plane deneget: prædictus creditor satisfecit ad prædictas excommunicationes consequendas: prout dictum fuit Arresto Parisiensi 6. Februarij 1534. Idem enim est, acsi nulla bona habeat, quando ea celat ac inuenire se non posse simulat. *l. Titio centum. 71. §. Titii genero. 3. ff. de condit. & demonst.*

VII.

Idem.

Attamen si Presbyter ad repræsentandum per Prouisionem condemnatur, executio huius sententiæ summaria esse debet: & quamuis Presbyter asseueret immobilia se habere, nihilominus eo quod executio difficilis forat, Iudex Presbytero iniungere potest, vt intra mensem vel aliud tempus soluat, quod si intra prædictum tempus facere negligat, actori permittere potest, vt sibi per censuras Ecclesiasticas prospiciat, nulla immobilium discussione f.ctis. Tantundem dictum fuit Arresto Parisiensi, 6. Iulii 1545.

Vbi de interdictione & suspensione à diuinis tractari possit, de eo titulus est in Praxi.

VIII.

Idem.

Persequens quoque censuras aduersus Presbyterum, bene attendere debet, ne si eum admoneri curat, in casum oppositionis coram Officiali, à quo censuræ procedunt, eum citari curet: abusus quippe esset & circumuentio super iudicato à iudice laico. Idem ac simile abusiuum declaratum fuit Arresto supra posito, 6. Iulij 1545.

Quando à laico oppositio fit, ad publicationem monitionis coram Iudice laico, non Ecclesiastico sibi quis prospicere debet. Iudicatum 7. Iunii 1545 perorante Ameloto. Simile Arrestum datum fuit, 22. Februarii 1582. perorante Valla.

IX.

Possessor titulum suum edere tenetur.

Moniales nomine sui Monasterii aiunt, titulum disperditum esse, quo reus ad certam pensionem & reditum ex fundo tenetur, quem tenet. Postularunt veniam ad publicandas literas monitorias nomine dempto. Is huic rei intercedit & ait, hoc idem fore ac si cogeretur edere aduersario suo, seque possessorem esse. Sententia is causam obtinet. Qua Parisiis cadit, Arresto, 2. Martii 1544. quo dictum fuit, eum minime excipiendum.

X.

Excommunicatio per appellationē suspenditur.

Sententia excommunicationum, quamuis interlocutoria sit, attamen quoniam grauamen continet, quod in definitiua irreparabile est, semper & omni casu per appellationem eius, aduersus quem ea sententia pronuntiatur, suspenditur, *cap. pastoralis. de appellat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vltima Ianuarii 1519 aduersus Officialem Rhemensem, & pro Episcopo Bellouacensi persequentem Curionem Nazarensem.

XI.

Excommunicatio realitatē continere non debet.

In publicatione literarum monitoriarum, res immobiles vel realitas comprehendi ac de iis agi non potest, citra abusum. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 14. Maij 1530.

XII.

Excommunicatio res ex titulo manifestas & apparētes continere debet

Literis monitoriis quæcunque res, de qua ex titulo agi potest, comprehendi non debet: huiusmodi quippe remedium pro rebus occultis tantum inuentum fuit. Et ita iudicatum fuit pro herede quodam appellante, tanquam ab abuso, à concessione literarum monitoriarum continentium clausulam de exhibendis quibusdam bonis mobilibus donatis, & legatis in testamento ab impetrante, Arresto Parisiensi 14. Decembris, 1532.

Idem iudicatum fuit 15. Aprilis 1567. aduersus monitionem quandam, vt heredum & possessorum reuelatio fieret.

XIII.

Excommunicationes in materiā ciuili & criminali differunt.

Post Constitutionem anno 1539. publicatam qua in materiā ciuili permittitur, vt quis partem suam seu aduersarium iureiurando præstito audiri curet, nulla difficultas moueri debuit, de venia litigantibus indulgenda, qua sibi literis monitoriis forma generali prospiciant, vt causæ suæ veritatem habeant, nomine dempto. Verum in causa criminali id fieri, non excepto accusato, non debebat, quandoquidem, antequā accusetur, opus sit informatione. Quod si reos literis monitoriis post institutam accusationem, & accusato audito, prædictus accusatus non exciperetur, duo absurda sequerentur: vnum, quod teneretur se accusare sibiq; infamiam irrogare, quod sane inhumanissimum est: alterum, quod cū in interrogationib. suis denegasset, hac prædictæ monitionis ope aduersus factum suum venire teneretur. Et ita dictum fuit Arresto Maiorum dierū Molinensium. 10. Octob. 1550 declarata simili monitione, quæ publicata ob falsitatem quandā, super qua lis iam cœperat, abusiua, ac nulliter & male iudicatū fuisse. Nihilominus tum dictum fuit, ob subtractionem tituli monitionem permitti nomine dempto.

V. Arrest. 2. Append. h. t.

XIV.

Debitor quomodo cogi possit per viam Ecclesiæ.

Controuersia de mobilibus sufficiens argumentum non est adeundi Iudicem Ecclesiasticum, & censuras ab eo impetrandi, verum perquisitio immobilium necessaria est, ac postea à Iudice laico, audito debitore, impetrata venia: alioquin abusus est. Et notandum est, Curiam Parlamenti Parisiensis dirimendo pro debitore quodam appellante, appellationem tanquam ab abusu, prout supra dicitur, decreuisse & mandasse prædicto debitori, nomine Baudeto, obligato sub sigillo Regio, vt intra tres septimanas repræsentaret, quo non facto, creditorem nomine Mallium, veniam consecuturum, 10. Maii 1519.

XV.

Excommunicatus 15. annis inquisitori fidei subiicitur.

Ludouicus Lugdunensis, eo quod quindecim annos excommunicatus permanserat, coram Inquisitore Fidei conuenitur, qui iudicium eius suscipit. Ab eo prædictus Lugdunensis appellat tanquā ab abusu, ad Parlamentum Parisiense, & Petrum Gaulé iam aduersarium suum citari curat. Curia, auditis Dominis Triumuiris Regiis, Arresto suo 7. Maii 1538. eum in multam & expensas condemnauit, Decreuitq; eum in carcerem Episcopi Parisiensis deducendum, & prædicto inquisitori mandauit, vt de eo iudicium construeret & perficeret, vsque ad definitiuam, & Curiam intra duos menses de eo certificaret.

Vide Arr. 10. de appellat. tanquam ab abusu.

XVI.

Rescriptū monitorium, non male publicatū extra terminos Edicti Aurelianensis.

Perorans Ærodius pro appellante quodam, tanquam ab abusu, nomine Ioanne Dionysio dixit, litem inter partem suam aduersam interdicto experientem, & se fuisse, propter confinem arborem. Interdicto experientem literas monitorias in forma maleficorum & generales sumsisse. quas publicari curauerit. A venia, executione & publicatione, tanquam ab abusu, se appellasse. Eamq; in rem citauit Constitutionem Aurelianensem, qua monitiones decerni prohibetur, excepto criminis & scandali publici casu, atque ita conclusit. Appellatus ait, id

quod

XII.

Quos sumptus persequens subhastationem super pristinis pecunia adiudicationis postulare possit.

§ Persequens subhastationem, super prima pecunia confecta & proueniente ea venditione & adiudicatione ea decreto, petere potest sumtus, quos legitime fecit, quique in ordinaria taxa seu æta summarum ordinariorum subhastationum non veniunt, veluti ad iudicandas oppositiones fine distrahendi, quamuis obtenta sententia aduersus opponentem fine distrahendi, depulsus fuerit ab Arresto, quod sententiam citra expensas infirmasset, dummodo neque dolus neque fraus subsit. Arresto quod datum in 5. Camera Inquisitionum ad relationem Domini Louetij, 4. Februarii 1595.

Consequenter si creditor subhastationem aliosque processus instituit, qui nulli reperiantur, ei sumptus in persecutione illorum facti refundendi non sunt. V. *Arrest.* D. Louetii *cum Commentar. lit.* C. *Art.* 44.

XIII.

Instantiæ in subhastationib. nulla peremtio est.

§ Sæpe Arrestis iudicatum fuit, debitore, ope constitutionis Curatorum, à possessione deiecto & à conductione, subhastationem peremtioni obnoxiam non esse, & capionem conseruare iura creditorum vsque ad triginta annos, arg. *Nam est mirum.* 26. *de pignerat. act.* Id quod locum habet, quando subhastatio minime comprobata fuerit: Iudicatum Arresto, die Mercurij 1611. in Maiore Camera Edicti. Quo Curia infirmata sententia Balliuij Lodunensis, decreuit, vt ad comprobationem subhastationum integris duodecim annis interruptarum & discontinuatarum procederetur. Simile Arrestum datum fuit in Parlamento Tolonibus constituto. Verum quando proprietarius realiter & actualiter possessione priuatus seu summotus non fuit, eo quod constitutio curatoris vel conductionis non fuerit, capio hæc & subhastatio peremtioni obnoxia est, prout iudicatum fuit Arresto die Veneris vesperi, vltima Ianuarii 1586. quo Curia infirmauit sententiam Balliuii Turonensis, qui decreuerat, vt domus quædam, cuius subhastatio octodecim annis discontinuata fuerat, venderetur & ea decreto adiudicaretur, cum pendente hoc tempore saisinatus prædictam domum vendidisset, & acquisitor pacifice plus quinq; annis possedisset, ac per consequens præscripsisset, iuxta *artic.* 208. Consuetudinis Turonensis, Nicolao Botio & Renato Fichepane partibus litigantibus.

V. Molineum *in Consuetud. Paris* §. 19 *nu* 5. Hoc Arrestum extractum est *ex annotat. D. Brodei ad Arrest. D. Louetii lit.* S. *Arrest.* 14.

TIT. VII. DE EXCOMMVNICATIONIBUS, & censuris Ecclesiasticis.

Nota, simplicem monitionem ad reuelationis finem semper excommunicationem præcedere debere: quemadmodum ea abuti solent, Vide de appellationibus, tanquam ab abusu, & quæ scripsi ad stylum Curiæ Ecclesiasticæ Archiepiscopatus Bituricensis. I. C.

ARRESTVM I.

Venia quo modo aduersus Presbyterum condemnatum concedatur, vt quis eum excommunicari curet.

VLtimum medium ac remedium executionis, vt summam vel quantitatem adiudicatam debitã vel taxatam seu æstimatam quis consequatur, est, quod recurratur ad censuras Ecclesiasticas, & excommunicationes, de quibus agitur *in cap. venerabilibus §. sicut de sentent. excommun. in 6. & in cap. ex parte & cap. cum olim, de Verbor. significat.* Atque talis rigor aduersus Laicos permittitur, vt aduersus Presbyteros & Clericos. Nihilominus Iudici laico hæc potestas non competit, vt parti litiganti permittat eo vti aduersus Presbyterum ita libere vt aduersus laicum: quantum enim ad laicum attinet, is in sua potestate & iurisdictione est: Presbyter nõ item. Ac, quamuis aduersus Presbyterum adeo perfecta discussio, vt aduersus laicum, non requiratur, & Presbyteris iuratio sufficere debeat, dicentis nulla se bona habere citra illorum perquisitionem: nihilominus Iudex laicus, qui eum in summam quandam condemnauit, vel expensas taxauit in casibus, quibus ipsius Iudex est, actori permittere non potest, vt eum excommunicari curet: verum permittere hoc saltem debet, vt Officialem ipsius adeat, atque ita legitimis remediis vtetur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 13. Maij 1530.

II.

Venia excommunicationis non concedenda nisi audito Presbytero Clerico.

Clerici non coniugati, Presbyteri & alij huius generis priuilegiati, à Curia seculari condemnati, per censuras Ecclesiasticas & excommunicationes cogi non possunt, nisi venia impetrata prius à prædicta Curia quæ dari non debet post diligentem eorum temporalium bonorum disquisitionem, inauditis iis & non citatis. Quod si aliter fiat, abusus est: fieri quippe potest, vt auditus asseueret, se temporalia quædam bona habere. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 2. Iulij 1533.

Vtrum Religiosus per censuram Ecclesiasticam, veluti per monitiones & suspensiones à diuinis cogi possit, Curia ea de re dubitauit, 28 Maii 1584. vbi partibus iniunctam, vt mitterent.

III.

Idem.

Nihilominus postea, 1. Decembris, prædicto anno, appellans quidam à simili concessione abusiua, Arresto depulsus fuit, eo quod ea tempore & loco de Clericatura non probauerit.

IV.

Venia excommunicationis aduersus committentem eremodicium danda est.

Si Clericus vel Presbyter, qui, prout supra dicitur, audiendus eumq; in finem citandus est, eremodicium committat vel vadimonium deserat, Iudex ob eius contumaciam actori veniam indulgere non potest, vt sibi prospiciat per excommunicationes aduersus committentem eremodicium, non visa prius & cognita diligentia, quę in inueniendis ipsius bonis secularibus adhibita fuit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 19. prędicti mensis Iulij anno 1533.

V.

Discussio præcedens veniam excommunicationis tam aduersus Laicos quam Clericos qualis necessaria sit.

Nunquam venia prospiciendi sibi per excommunicationes aduersus debitorem vel condemnatum postulanda est, indiscussis mobilibus & immobilibus illius: hoc enim vltimum remedium, hic postremus regressus est. Ita iudicatum fuit Arresto Curiæ Parisiensis, 7. Maii 1528. Ac postea altero Arresto, 3. Maii 1537. Idque est aduersus sententiam Baldi *in cap. dilecto de appellatio.* Hinc ad rem notandum est, differentiam esse inter laicum & Clericum: quãtum enim ad laicum, discussione integra opus est, deque eo Arresta supradicta data fuerunt. Verum in Clerico discussio facilior ac leuior est: sufficit enim, vt ei mandetur & iniungatur immobilium, quæ habet, declaratio, vt capiantur & hastæ subiiciantur seu vendantur ad soluenda debita, vel iudicatum, præcipue vero eius immobilia: nam mobilia ipsius capi non possunt & priuilegiata sunt. Atque tum si Clericus asseuerat, se nulla habere, satis est: & creditor ad Iudicem regredi potest, vt veniam excommunicationis impetret.

Si

VI.

Idem. Si Clerico asseuerenti, complura immobilia se habere, executor mandet, vt vbi ea sint, sibi demonstret, is vero respondeat, si velit, ea inquirat, vel declarationem plene denegat: prædictus creditor satisfecit ad prædictas excommunicationes consequendas: prout dictum fuit Arresto Parisiensi 6. Februarij 1534. Idem enim est, acsi nulla bona habeat, quando ea celat ac inuenire se non posse simulat. *l. Titio centum. 71. §. Titii genero. 3. ff. de condit. & demonst.*

VII.

Idem. Attamen si Presbyter ad repræsentandum per Prouisionem condemnatur, executio huius sententiæ summaria esse debet: & quamuis Presbyter asseueret immobilia se habere, nihilominus eo quod executio difficilis foret, Iudex Presbytero iniungere potest, vt intra mensem vel aliud tempus suluat, quod si intra prædictum tempus facere negligat, actori permittere potest, vt sibi pet censuras Ecclesiasticas prospiciat, nulla immobilium discussione facta. Tantundem dictum fuit Arresto Parisiensi, 6. Iulij 1545.

Vbi de interdictione & suspensione à diuinis tractari posset, de eo titulus est in Praxi.

VIII.

Idem. Persequens quoque censuras aduersus Presbyterum, bene attendere debet, ne si eum admonett citat, in casum oppositionis coram Officiali, à quo censuræ procedunt, eum citari curet: abusus quippe esset & circumuentio super iudicato à Iudice laico. Idem ac simile abusiuum declaratum fuit Arresto supra posito, 6. Iulij 1545.

Quando à laico oppositio fit, ad publicationem monitionis coram Iudice laico, non Ecclesiastico sibi quis prospicere debet. Iudicatum 7. Iunij 1545 perorante Ameloto. Simile Arrestum datum fuit, 22. Februarij 1581. perorante Valla.

IX.

Possessor titulum suum edere tenetur. Moniales nomine sui Monasterii aiunt, titulum disperditum esse, quo tenebatur certam pensionem & reditum ex fundo tenetur, quem tenet. Postulatant veniam ad publicandas literas monitorias nomine dempto. Is huic rei intercedit & ait, hoc idem fore ac si cogeretur edere aduersario suo, seque possessorem esse. Sententia is causam obtinet. Qua Parisiis cadit, Arresto, 2. Martij 1544. quo dictum fuit, eum minime excipiendum.

X.

Excommunicatio per appellatione suspenditur. Sententia excommunicationum, quamuis interlocutoria sit, attamen quoniam grauamen continet, quod in definitiua irreparabile est, semper & omni casu per appellationem ea, aduersus quem ea sententia pronuntiatur, suspenditur, *cap. pastoralis de appellat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vltima Ianuarii 1519 aduersus Officialem Rhemensem, & pro Episcopo Bellouacensi persequentem Curionem Nezartensem.

XI.

Excommunicatio litatæ cognoscere non debet. In publicatione literarum monitoriarum, res immobiles vel realitas comprehendi ac de iis agi non potest, citra abusum. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 14. Maij 1530.

XII.

Excommunicatio res ex titulo manifestas & apparentes cognoscere debet. Literis monitoriis quæcunque res, de qua ex titulo agi potest, comprehendi non debet: huiusmodi quippe remedium pro rebus occultis tantum inuentum fuit. Et ita iudicatum fuit pro herede quodam appellante, tanquam ab abusu, à concessione literarum monitoriarum continentium clausulam de exhibendis quibusdam bonis mobilibus donatis, & legatis in testam ento ab impetrante, Arresto Parisiensi 14. Decembris, 1532.

Idem iudicatum fuit 15. Aprilis 1567. aduersus monitionem quandam, vt heredum & possessorum reuelatio fieret.

XIII.

Excommunicatio in materia ciuili & criminali differunt. Post Constitutionem anno 1539. publicatam qua in materia ciuili permittitur, vt quis partem suam seu aduersarium iureiurando præstito audiri curet, nulla difficultas moueri debuit, de veri in litigantibus indulgenda, qua sibi literis monitoriis forma generali prospiciant, vt causæ suæ veritatem habeant, nomine dempto. Verum in causa criminali id fieri, non excepto accusato, non debebat. quandoquidem, antequam accusetur, opus sit informatione. Quod si vtens literis monitoriis post institutam accusationem, & accusato audito, prædictus accusatus non exciperetur, duo absurda sequerentur: vnum, quod teneretur se accusare sibiq; infamiam irrogare, quod sane inhumanissimum est: alterum, quod cum in interrogationib. suis denegasset, hic prædictæ monitionis ope, [illegible] uersus factum suum venire teneretur. Et ita dictum fuit Arresto Maiorum dierū Molinensium 10. Octob. 1550 declarata simili monitione, quæ publicata ob falsitatem quandā, super qua lis iam exercebatur, abusiua, ac nulliter & male indi ū fuisse. Nihilominus tum dictum fuit, ob subtractionem tituli monitionem permitti nomine dempto.

V. Arrest. 2. Append. h. t.

XIV.

Debitor quomodo cogi possit per viam Ecclesiæ. Controuersia de mobilibus sufficiens argumentum non est adeundi Iudicem Ecclesiasticum, & censuras ab eo impetrandi, verum perquisitio immobilium necessaria est, ac postea à Iudice laico, audito debitore, impetrata venia: alioquin abusus est. Et notandum est. Curiam Parlamenti Parisiensis dictimendo pro debitore quodam appellante, appellationem tanquam ab abusu, prout supra dictum, decreuisse & mandasse prædicto debitori, nomine Baudeto, obligato sub sigillo Regio, vt intra tres septimanas repræsentaret, quo non facto, creditorem nomine Mallium, veniam consecuturum, 10. Maii 1519.

XV.

Excommunicatus 15. annis Inquisitori si dei subiicitur. Ludouicus Lugdunensis, eo quod quindecim annos excommunicatus permansisset, coram Inquisitore Fidei conuenitur, qui iudicium eius suscipit. Ab eo prædictus Lugdunensis appellat tanquā ab abusu, ad Parlamentum Parisiense, & Petrum Gaule in aduersarium sonm eita curat. Curia, auditis Dominis Triumuiris Regis, Arresto suo 7. Maii 1538. eum in mulctam & expensas condemnauit, Decreuitq; eum in carcerem Episcopi Parisiensis reducendum, & prædicto Inquisitori mandauit, vt de eo iudicium constitueret & perficeret, vsque ad definitiuam, & Curiam intra duos menses de eo certificaret.

Vide Arr 10. de appellat. tanquam ab abusu

XVI.

Rescriptū monitorium male publicatō extra tecminos Edicti Aurelianensis. Perotans Ærodius pro appellante quodam, tanquam ab abusu, nomine Ioanne Dioysio dixit, litem inter partem suam aduersam interdicto experientem, & se fuisse, propter confinem arborem. Interdicto experientem literas monitorias in forma maleficorum & generales sumsisse. quas publicari curauerit. A venia, executione & publicatione, tanquam ab abusu, se appellasse. Eumq; in rem etiam iit Constitutionem Aurelianensem, qua monitiones decerni prohibetur, excepto criminis & scandali publici casu, atque ita conclusit. Appellatus ait, id quod

quod fecit, se fecisse ad detegendas turbas, & ad probationem suam adiuuandam. Curia Arresto suo, 3. Iulii 1565. dixit, male & abusiue indultum & publicatum fuisse, appellatum in expensas causæ appellationis condemnauit.

Sequitur integra peroratio prædicti D. Aerodii.

Constitutio Aurelianensis hæc verba continet: Prælati quoque, Ecclesiastici vel Officiales, non poterunt decernere monitiones, & censuris Ecclesiasticis vti, nisi propter crimen & scandalum publicum. Attamen appellatio tanquam ab abusu nondum oblata fuerat, fundata in hac sola ratione Constitutionis, absque alia particulari consideratione quam hacce, inter Ioannem Dionysium appellantem tanquam ab abusu ab indulto cuiusdam monitionis, & publicatione eiusdem, factæ à Decano S. Laurentii ad Curiam, aduersus Clementem Baudetum appellatum.

Lis inter partes coram Senescallo Pictauiensi, vel ipsius Locumtenente Pictauii, propter cæsas quasdam arbores in finibus & limitibus possessionum ipsorum & fundorum plantatas intentata fuerat: partibus[illegible]ue in facto contrariis declaratis permissum, vt sibi per censuras & monitiones Ecclesiasticas prospicerent, Id quod prædictus Baudetus fecit. Attamen tam ab indulto, quam ab executione monitionis, prædictus Dionysius appellauit. Ego valde dubitabam, vtrum in hac appellatione concluderem, quamuis Constitutio expressa esset, verum nondum obseruata. Maior enim collegarum meorum pars existimabat, Constitutionem factam fuisse, vt impediretur, ne excommunicationis vsus esset, vbi ea ad punitionem delicti cuiusdam adhiberi consueuit, nisi in delicto publico, scandaloso, graui ac maxime enormi: non verò in delicto priuato simplici, quod parum nocet, in exemplum: verum eam non factam ad reprobandas Censuras & monitiones impetratas ad finem reuelationis: alioquin id nihil fore, quam media adimere, quibus ad veritatem omnium negotiorum, quæ inter homines geruntur, perueniri potest. Hanc celare, esse offendere Deum, qui ipsamet veritas est: esse offendere humanam societatem; quæ nulla alia re magis continetur: propterea qui hac in parte peccaret, nimis puniri non posse, ac nonnisi quo ad Deum punitionem certam esse eo quod Monitio generaliter fit, nullo nominato vel specificato. Probationes fauorabiles esse, quantum ad Iudices laicos, eos optime quendam ad perhibendum testimonium, multa aut pignoribus captis cogere posse, *l. 3. § hoc interdictum ff. de tab. exhib. l. si quando C. de testib. tot. tit. de test. cog.* verum quantum ad Iudicem Ecclesiasticum, qui aliam coertionem, quam censuram & monitionem, non habet, ea eo insequutorum, nunquam coram eo inquisitionem fieri posse, & tamen, quantum ad Iurisdictionem secularem, eius vim, potestatem & coactiones locum non habere, quam quando personæ cognoscerentur, qui de facto, cuius probatio quæritur, deponere poterant: verum quando certum sit, nonnullos ea de re benè loqui & testari posse, sed ii minime noti sint. hoc quoque casu brachium seu potestatem secularem inutilem & inanem permansuram, nisi permitteretur regressus ad spiritualem seu Ecclesiasticam, hoc est, ad censuras & monitiones Ecclesiasticas. Hunc omnium legum morem esse, vt vbi ipsæ punire vel metum incutere non possunt, vindictam Dei, iusiurandum, conscientiam, imprecationes & maledictiones proponant, *l. 2. C. de reb. credit.* Æschines *contra Ctesip.* Lysias *in orat.* [Greek text] Plutarchus *in Alcibiade & Aristide.* Verum hæc omnia adeo me dubium non reddebant, quam sola authoritas D. Ægidii Burdini, Procuratoris Catholici Regis, cuius sententia ferme totius Curiæ cuiusdam Arresti instar esse potest. Hic, cum in Septo Curiæ hanc causam ei communicarem, propter appellationem meam difficultatem & scrupulum mouit. Attamen quoniam bona fide conscientia optimam esse causam existimabam, & Dn. Aduocatus Regius Mesnilius in eadem sententia erat, eam defendendam suscepi, & dixi, ex verbis Constitutionis manifestum esse, eam loqui velle de monitionibus impetratis ad testes excitandos, vt comparerent ad finem reuelationis. Nam verbum *Monitionis* proprie ad talem coactionem accommodari. Item Constitutionem generalem esse, neque duntaxat indultum monitionum interdicere, verum etiam vsum eius, nisi in casibus, quo permittuntur. At Constitutionem in summa & iustissima ratione fundatam esse. Dedecori enim nobis esset, quod Ægyptii, Græci, Romani, nominatim vero antiqui nostri Galli (Cæsar *lib. 6.*) curiosiores fuissent in ipsorum paganismo & gentilitate, falsæque ipsorum religioni magis dediti quam nos veræ nostræ dediti ac studiosi sumus. Quantum ad Romanos, absque dubio vllo est, extremas ac grauissimas apud illos pœnas fuisse (vt supra attigimus) execrationes & imprecationes: hasque occasione eos his pœnis rarissime vsos, bene scilicet scientes frequentiam contemtum importaturam: id quod Appianus *in Parthico*, & Plutarchus *in Crasso* annotarunt, quando exemplum Crassi memorant, qui non obstantibus omnibus interdictionibus & impedimentis à Tribunis populi ipsi obiectis, secutus admonitionem Pontificum & Augurum, bellum aduersus Parthos moturus profectus est. Dicunt enim Ateium, vt ei intercederet, ad portam vrbis Romæ se collocasse, ibique imprecationibus tantæ efficaciæ vsum, vt necessario mala omnia euenirent ei, aduersus quem eæ adhibitæ forent. Pariter Appianus & Plutarchus aiunt, quo in maiore honore essent, eæque maiorem hominibus metum incuterent, ne in eas inciderent, eas non vsurpatas fuisse, quam, vt ita dicamus, semel centum annis: & ita Ateium, quod iis vsus fuisset, reprehensum fuisse. Maiori & fortiori ratione, vero simile esse, voluntatem Regis, & intentionem ac propositum Statuum fuisse reducendi censuram Ecclesiasticam ad antiquum, qui ei exhibebatur, honorem, reuerentiam & timorem. In historiis enim Ecclesiasticis exempla nobis suppetunt, qua ratione veteres mali rem exempli esse compererunt, hoc remedium applicare rebus exiguæ consequentiæ, teste Eusebio *lib. 5. capit. 25. & 26.* Breuiter, generaliter hoc verissimum est, vt Lycurgus dicebat, omnem Legislatorem hoc potissimum obseruare debere, ne leges ipsius facile in contemtum traherentur, ex eo quod leuissimis culpis accommodarentur, vel inter maius & minus delictum discrimen constitueretur, prout contigit legibus Draconis, qui æqualem pœnam irrogabat furi gallinæ, æque ac sacrilego: & vt Athenis exilium quinquennale, quod *Ostracismum* vocabant, tandem nihili ducebatur, verum in contemtum tractum fuit, postquam eo Hyperbolum æque ac Themistoclem puniri ac proscribi cœptum fuit: adeo vt è medio sublatum fuerit, Plutarchus *in Alcibiade & in Nicia*. Quemadmodum etiam inter Christianos Officium Pœnitentiarii melius pro eo tempore, quo eius abusus irrepserat, plane sublatum fuit, quam vt eo male vterentur, Sozomeus *libro 7. capit. 16.* Si probationes fauorabiles sint, ordinariis mediis vtendum esse, & Iudicem Ecclesiasticum implorare debere brachium seculare, vt multis, vt carceribus homines ad perhibendum veritati testimonium cogant. Verum si alia ratione ac vera probatio inueniri non possit, quam adhibendo censuras & monitiones Ecclesiasticas, quidam causa sua caderet. vtilius esse, eum particulariter hoc infortunium experiri, quam exinde omnem populum contemtum eius concipere, quod homines magis vereri ac reuereri debent.

Curia, etsi D. Renatus Grasseteus omnia allegasset, quod in contrarium dicendum fuerat, nominatim quo ad formalitatem attinet, partem scilicet seu clientem meum non appellasse à sententia Iudicis Pictauiensis, qui partibus, vt sibi per Censuras prospicerent, permiserat: dixit, inquam, Curia, male & abusiue indultum, fulminatum & executioni traditum fuisse, atque ita appellatum in expensas causæ appellationis condemnauit, 3. Iulii 1565. Desumtum ex perorationibus D. Ærodii. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

Axioma hoc est Palatii nostri, confirmatum infinitis iudiciis, appellationem tanquam ab abusu, recte admitti ab indulto & executione monitionis cuiusdam, quando is, aduersus quem ea impetrata fuit, ibi nominatus & eum in modum depingitur, vt vere digito commonstretur. Id quod Ioannes Rigoletus in causa quadam à se suscepta pro Ioanne Bouardia, & Iuanne Menonio appellantibus, tanquam ab abusu, ab indulto monitionis cuiusdam decretæ ab Officiali Iuzasio aduersus Ioannem Gallardium, pro quo ego perorabam, textibus vulgatis confirmauit, qui plerumque hanc ad rem citari solent, puta *can. si tantum, can. placuit. 6. quæstion. 2. cap. si sacerdos. de officio iudic. ordinar.* Verum hi textus, meo iudicio — Omnis monitio scandalosa, est abusiua.

iudicio, tam parum ad rem præsentem faciunt, ac si quis probandi huius axiomatis causa adduceret exemplum Africani secundi, qui cum esset Censor, & in equitum censu Caius Licinius Sacerdos prodiisset, clara voce, vt omnis concio audire posset, dixit, se scire, illum verbis conceptis peierasse, ideoque eum censoria nota dignum esse: si quis contra dicere vellet, vsurum esse cum suo testimonio: deinde cum contra nemo diceret, iussit equum traducere, neque is simul & Iudicis & testis officio defungi voluit, teste Cicerone *pro Cluentio*. Nam si quis dicere velit, hoc esse idem ac partem ipsam excommunicare, si ad finem reuelationis non compareat. Primo in eo neque iudicem neque testem dari. Secundo, etsi pars nominetur, id alio fine non fieri, quam vt testes instruantur, qua de re, & inter quas personas testimonium dicturi sint. Præterea si ipsamet pars in monitione comprehendi ne, magis rei veritate, quam quod hoc ab hominibus sciri possit, id non fieri vigore clausulæ nominatim ac specialiter pro eo, qui excommunicaretur, appositæ: verum vigore huius generalis & indefinitæ clausulæ: *Omnes hi & hæ* neque vtrique nominatim, sed quasi inter cæteros. Atque ita, si hoc modo excommunicetur, vel non excommunicetur, nemo nisi Deus scit. Itaque quantum ad hominum societatē, nihil vt ab ea amoueatur, nocet ista excommunicatio. Verum appellans præter hoc vulgare axioma allegabat quoq; Constitutionem Aurelianensem ad postulationem Statuum editam, quæ prohibet, ne quis vtatur aut sibi prospiciat per monitiones & censuras Ecclesiasticas, excepto casu, quo de crimine & scandalo publico ageretur. Ac certe monitio in causa pura ciuili impetrata fuerat: verum Curia tum temporis hanc causam ex hoc articulo non decidit: verum ex altera prima consideratione tantum, quæ de scandalo erat procedente ex nominatione in monitione facta, aduersus antiquos hos Canones & Concilia Ecclesiæ. Attamen pro hac causa, quæ effectabatur, asserebam, nullum scandalum subesse, neque consequenter abusum: & vt id intelligeretur, appellantes, quarum vna vidua erat, altera heres defuncti Ioannis Harcurtij, prætendere, Andream Bernardum, cuius pariter heredem se appellatas dicebat, decessisse reliquatorem summæ sexaginta tot librarum, prædicto Harcurtio ex chirographo vel obligatione mensis Iulij 1530. debitarum. Ac quoniam appellatus, cum ab eo ea summa & libræ peterentur, 562. vel 63. solutionem allegabat, cum obtinuisse monitionem ad fines reuelationis (prout vulgo dici solet) & monitio hæc verba continebat: *Aduersus omnes eos & eas, qui & quæ à defuncto Ioanne Harcurtio dici audiuerant, defunctum Andream Bernardum ei nihil debere.* Igitur primo dicebam, principaliter in lite non quæri de facto patrium tum litigantium, verum de facto eorum, quorum ij respectiue heredes erant, vnde iustam habere causam ignorantiæ poterant, per *l. qui in alterius. 42. ff. de regul. iur.* ac consequenter quoniam vel affirmatio vel denegatio eorum, ipsis nullam suspicionem fraudis, calumniæ neque malæ fidei afferret: nominationem suarum personarum, existimationem ac bonam eorum famam lædere non posse. Quod magis est, quando quæreretur de ipsorum facto, causam per se pure ciuilem esse, quā etsi appellantes non obtinuissent, eos nullam, quæcunque sit, notam neque scandalum incurrere posse: aliud esse in materia criminali, vbi sola delicti pronuntiatio, si nomē accusati exprimatur, importat notā quandam & suspicionē aduersus eū, at iā suspicione (vt Iulius Cæsar, de quo Sueton. *in eius vita* dixit) quam crimine carere oportet. Amplius dicebam, longum tempus post obligationis datam, considerandum esse: ac triginta vel triginta duorum annorum probationem inde deducēdam, item hanc formam monitionis, *aduersus omnes eos, qui sciunt, quendam cuidam soluisse*, ridiculam ac nullius momenti futuram fuisse, nullumque effectum habituram. Breuiter, id mihi prima facie admodum delicatum videri, ac nimis quam subtiliter abusum quæri in eo, quod Iurisdictionis Ecclesiasticæ est, nempe dicere velle, in omnibus casibus citra vllam limitationem, nominationem in Parochia quadam factam, iuris sui tuendi causa, scandalosam esse. Verum in Curia factam quæ alterum templum, & Ecclesia Iustitiæ est, scandalosam non esse. Attamen quoniam plerique hominum ita comparati sunt, vt male statim & facile de altero opinentur, eiusque conuersatione abstineant, quando vident aduersus eum his periculosis animæ viis & mediis veritatem inquiri, & quamuis pars, quando ea in mala fide cōstituitur, nonnisi sub generalibus & indefinitis verbis excommunicaretur, specialis tamen postea sui nominis determinatio est, quod is potius præsumetur vel è primis, comprehendi hac generalitate, quā quisquam alius, ac propterea fraudulosa, & ob alias rationes, quas prædictus D. Ioannes Rigoletus melius monstrare potest.

CVRIA Arresto, 5. Februarij 1564. dixit, male & abusiue induitum, fulminatum & executioni traditum fuisse, condemnauitque appellatos in expensas, damna & interesse. Desumtum è perorationibus defuncti D. Ærodij. I. C.

II.

Notandum est Arrestū Catholiclanorum, 18. Decembris 1573. in appellatione quadam, tanquam ab abusu, à monitione inducta ab Officiali Rhemensi, qua nomina & qualitates partium litigantium *inter tales, &c.* continebantur, vbi dictum male & abusiue, & appellatus in expensas, damna & interesse condemnatus fuit, saluo regressu aduersus Officialem, non tanquam Officialem, verum priuato ipsius nomine, qui ex tempore atque ilico condemnatus fuit.

TIT. VIII. DE RETENTIONE personali multæ vel rei iudicatæ nomine.

ARRESTVM. I.

MVlta pecuniaria retentioni incarcerati causam dare potest, vsque quo plene soluerit: verum expensæ non item. Nam quamuis à principali depēdeant & accessoriæ sint, ac dicere quis possit, eas eodem modo ac ratione determinandas, qua ipsa tum principale, *l. cum principalis*, & ibi Decius. *ff. de reg. iur.* nihilominus per not. per Bartulum *in l. solent. ff. de alim. & cibar. legat.* & Baldum *in proœmio. ff.* Arresto Burdegalensi iudicatum fuit, ob expensas ob delictum adiudicatas incarceratum retineri non posse: datum id fuit 16. Ianuarii 1526. Et altero Arresto prædicti loci, 14. Martii 1532. in fauorem incarcerati cuiusdam, aduersus Dominum Aleuansium appellantem à Seneschallo Petrocoricensi. Expensæ etiam ex delicto, incarceratū detinere nō debent.

Ratio coactionis corporalis seu personalis propter delictum & expensas litis, diuersa est, eo quod expensæ adiudicantur propter sumtus litis, cuius actus minime naturam delicti sapit, adeo vt ad iudicandas expensas, potius respicienda sit lis, quæ quasi ex contractu est, quam origo processus, iuxta sententiam Placentini in regula *l. in pœnalibus causis. ff. de R. I. I. C. V.* supra, *de taxa expensar.*

TITVL.

TIT. IX. SI QVADRVPES pauperiem fecisse dicatur.

ARRESTVM I.

Animalia capta vindicata Domino restitui debent.

Captis in proprio suo fundo animalibus, si Dominus animalium ea vindicet & traditionem illorum postulet, ea consequi debet, si promittat se soluturum id, quod iudicabitur, ea capienti damnum & noxam dedisse. Quod si prædictus capiens ab eo appellet, prædicta traditio non obstante appellatione fieri debet, per prouisionem, præstita cautione, quæ non nisi prædicto casu locū habet: quando quidem alias Dominus pro noxa animalium sufficere debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi in Maiore Camera 6. Februarij 1547.

Consuetudines locales Prouinciarum de hac re varie disponunt. Nominatim Consuetudo repetitæ prælectionis Aurelianensis, in qua tit. expressus ac satis prolixus extat.

II.

Columbarium libere ædificari potest.

Damnum, quod columbæ in columbario enutritæ in alterius fundo dant, non eiusdem cum aliorum animalium damnis generis esse, columbæ quippe priuilegiatæ sunt: ita vt vicinus alteri columbarium excitanti intercedere non possit, quamuis sibi præiudicabile sit, ac ædificans præter hunc locum, alium non habeat neque fundos, agros aut prata, ex quibus fructus percipi possint, vicinos aut circumiacentes. Eaque ratio est *l. Proculus ff. de damno infect.* & Paul. de Castro *in l. Fluminum. §. final. eo. tit.* Ad hanc rem notandum est, vnumquemlibet libere columbarium ædificare posse, citra veniam Domini iustitiarii vel alterius. Et ita sæpe iudicatum fuit super duobus articulis hic annotatis, iudicatum Arresto* Parisiensi. Quorum vnum, & pro solenni allegatum, exclusionem Domini continet, quo infirmata fuit sententia Iudicis cuiusdam Regij, qua ædificans ad demoliendum à se excitatum columbarium condemnatus fuerat: ac prædicto Arresto cum expensis absolutus fuit: Aliud foret in septo cuniculario & leporario: quamuis enim id authoritate & consensu domini construeretur, sine consensu tamen vicinorum erigi non potest, quibus hæc res nimio præiudicio est: eaque de re Constitutio Regis extat.

Septum cuniculare & leporarium libere ædificari non potest.

Videantur *Articuli 69. & 70.* Consuetudinis Parisiensis repetitæ prælectionis, de Columbariis agentes. Ex Consuetudine Syluanectensi, hoc ius iurisdictionis esse censetur. B.

* Choppinus *lib. 3. de doma. Franc. tit. 2. 2. in fine.* duo Arresta allegat, quorum vnum datum 22 April. 1571. alterum vero de 17. Martii 1573. ad hanc rem, vasallum scilicet libere in fuodis suis venari posse.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IX.

I.

Vasallus fundo domini sui venari non debet.

De Venatione, Choppinus *ad Cons. Andega. lib. 2. part. 1, cap. 1. tit. 3. artic. 6.* Arrestum allegat de 12. Decembris 1587. quo Vasallo interdictum fuit, ne in fundo Domini sui venetur, nisi feram in suo fundo repertam, eam alibi persequi cogeretur. Carondas *lib. 4. Respons. cap. 82.* id ita tenet. Sunt qui prætendunt se ius habere ferri metallum inuestigandi, vel molas in fundo alterius: deque eo allegant Consuetudines, quæ se fundant *in l. Venditor. §. si constat. ff. commun. prædio. & l. cuncti, de metallar. lib. 11.* Attamen Arrestum Burdegalense in contrarium extat, datum ex tempore, 3. Iunii 1585. inter Nolettam & Anoam de Ripa Domnicellos, appellantes à sententia definitiua Seneschalli Petrocoricensis, vel ipsius Locumtenentis in sede Brageracensi, 12 Decembris 1583. & Hugonem Fauerium, nomine tutoris Daniclis Pontii. Vide Paulum de Castr. *consil. 3. & seq. & consil. 23. libr. 2.* iuxta editionem Paris. anno 1513. & Matthæum de Afflictis *decisio. 321.*

Ius inquirendi ferri metallum & molarum in fundo alterius, sublatum.

Vide quæ notaui ad *tit. de iurib. dominical. Arr.* I.C.

LIBER DECIMVS-NONVS.

TITVLVS PRIMVS, DE APPELLATIONIBVS.

Maxima huius tit. pars desumta est ex D. Lucio *lib. 11. tit. 10.*

ARRESTVM PRIMVM.

Appellatio ordinariū ac solum remedium est aduersus rem iudicatam seu sententiam.



Qvamvis ex dispositione iuris tam antiqui quam noui, libello repræsentati vel rescripto restitutionis reparatio rei iudicatæ & decretæ impetrari possit, si iniqua vel nulla reperiatur: prout notatur *in l. quod iussit, 14. de re iudic. ff.* & *C. si aduers. sent.* Et per stylum Castelleti dationi tutelæ nulliter factæ, remedium huiusmodi adhiberi possit coram eodem Iudice: nihilominus hodie in Francia ex generali vsu & consuetudine, aliud remedium non est, quam appellationis. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum incidenter in Camera parricidali, 22. Decembris 1551. Simile Arrestum datum fuit, 6. Maii 1457. quo rescriptum impetrans tendens eam in finem, vt restitueretur aduersus sententiam contra se datam, sub consensu erroneo, à Iudice subalterno, depulsus fuit ab approbatione rescripti sui. Verum quidem est in Curiis supremis huiusmodi extraordinaria remedia, veluti restitutionis per libellum ciuilem, admitti: verum nunquam in Curiis inferioribus, quæ supremæ non sunt, à quibus necessario appellandum est, & relevio vti coram Iudicibus appellationis, prout declarat Imbertus *in Enchir. suo in verbo, Error.*

Nota, appellationem verbalem competere à causis quæ perorantur, & à processibus per scripturam agitatis, vbi grauamina proponuntur. Item appellationem veluti à Iudice incompetente, ab abusu, à determinatione directo ad Parlamenti Curiam dirigi. Maxima cæterarum pars, omisso medio, ad Parlamentum non fit.

II.

Appellationes criminales vbi instituantur.

Ex Constitutione defuncti Regis Francisci I. huius nominis, poblicata anno 1539. *articul.* 163. omnes appellationes in materia criminali interpositæ, quacunque ratione ficbant, & ab omnibus Iudicibus, ad Curiam omisso medio dirigebantur. Postea altera Constitutione Regis publicata anno 1542. limitata & restricta fuit ad appellationes interpositas à sententia torturæ, pœnarum corporalium, vel mortis, exilii perpetui vel temporalis, vel à solemni agnitione & deprecatione in Iudicio facienda: residuo in priore statu relicto, puta vt ad iudicem medium superiorem appelletur. Cum publicaretur ea Constitutio Arresto de 12. Februarii 1542. declaratum fuit omnea appellantea ab incarceratione, longa & diuturna detétione, vel iustitiæ denegatione, optionem habituros, vel appellandi ad Curiam vel ad Iudicem mediatum.

III.

Iudex non Regius de appellante à se non cognoscit.

Appellans à Iudice non Regio ab omnibus processibus liberatur, Pendente appellatione ab eo, à quo appellauit: verum si iudex Regius sit, tantum ab eo processu liberatur, in quo appellatum fuit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 18. Martii 1395. Eaque materia est per textũ disposita & notata à Canonistis in *cap. adhæc. de appellat.*

IV.

Appellatio ab executore.

Id quod in iure dicitur, ab executore sententiæ appellari non posse *in l. ab executore. ff. de appellatio.* intelligitur de iis, qui puri Executores sunt, neque vel partea audire vel cognitionem sibi sumere possunt, *not. in cap. super. & in cap. pastoralis. de offic. delega. in extrauag.* Et ob hanc rationem tanquam personæ priuatæ sunt, à quibus minime appellatur, prout iudicatum fuit Arrestis duobus Parisiensibus quorum vnum datum 19. alterum 28. Septembris 1531. Maioribus diebus Pictauiensibus. Quod si grauamen sit non id ab eo procedit, verum ex mandato eius, à quo appellari oporret, si mandaua executionem is sit, à quo appellari possit. Verum est, si prædictus Executor mandatũ suum excedat, tum eum amplius Executorem non esse, & ab eo appellari non posse.

Vide *Arr.* 14. infra.

V.

Casus in quibus Curia principale cum appellatione à quodam incidente dirimere consueuit.

Si in lite instructa & ad iudicandum parata, vna partium appellet ad Curiam à re quadam incidente, Curia prædictam litem principalem definire non consueuit, quamuis vna partium id requireret, verum tantum articulum Appellationis: nisi de diuturna incarceratione, & casu enormi, cuius retardatio perniciosa esset, ageretur Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 6. Octobris 1531. Ac postea in casu expresso inter illustrem Ioanonem Arcesium, Dominũ de la Bastie, appellantem ab eo, quod, cum processus in eo statu esset, vt iudicaretur, ad nullos nouos articulos admissus fuerat, verum depulsus, ad Curiam residuũ prædicti processus principalis transtulisset, eique libellum obtulisset, vt eadem opera omnia iudicarentur: à quo pulsus fuit, & in expensas condemnatus, & appellatio aduersus eum iudicata, vltima die Maii 1555. Nisi tamen causa fauorabilis esset, veluti inter maritũ & vxorem, iuxta Arrestũ quod datũ 16. Octobris 1531: Vel prouisionalis inter personas, quæ notorie damno læderẽtur ob moram vel alia, vbi procurator Regius interuenit, velut in causa pauperum. Et ita iudicatũ fuit Arresto, anno 1554. inter Commendatorem S. Ioanois Mombrisonii appellantem à Balliuio Forosegusiẽsi ab vna parte, & pauperes prædicti loci appellatos. Et altero Arresto prædicto die, inter commendatorem Chazellensem ab vna parte, & pauperes ab altera. Quibus Arrestis, quamuis nonnisi de incidente quodam ageretur, quod per appellationem ad Curiam delatum fuerat, nihilominus principale iudicatum fuit, & prædictus Commendator Mombrisonii ad eleemosynam dandam more solito, citra diminutionem. Et altero Arresto prædictus Commendator Chazellensis condẽnatus quoque ad eleemosynam faciendam eo modo, quo antea facta fuit, non habita ratione transactionis super forma eleemosynæ facta cum loci Consulibus.

Fauor pauperum.

Quando de re exigoi mamenti inter pauperes partes agitur, Curia pauperes sæpe ad dominos Triumuiros Regios remittit, qui pauperum Iudices & Aduocati sunt, vt ex ipsorum iudicio terminetur, vti factum 21. Ianuarii 1563. Præterea in fauorem cuiusdam pauperis, litem per scripturam agitari in Audientia vidi, causa circa Consuetudinem aliquam versabatur, ac probatio à parte pauperis clara existebat, ex qua constabat, eum cum hoc conuenisse & transegisse, qui constitutione & Consuetudine vti volebat, quo ad petitionem salariorum suorum. Arrestum 4. Feb. 1563. B.

VI,

Cõductor litem suam facit.

Conductor multarum Regiarum ipse conueniri potest, & appellari ab appellaote à multa: quamuis Procurator quidam Regius sit, qui postulauerit & concluserit: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 15. Aprilis 1531.

VII.

Filius pro patre suo appellans.

Filius pro patre suo, citra exhibitionem mandati paterni appellare potest, Glossa *in l. Consensu* §. *filium. ff. de appellat.* & arg. *l. exigendo. C. de procurat.* Ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mense Martio 1489.

VIII.

Appellatio ab executione rescripti Regii, quomodo à rescripto & constitutione Principis vel Curiarũ ipsius supremarum appellari nõ possit: verum executioni opponere quis se debet vel in eã sum recusationis anda appellare.

Ab adulto rescripti Regii appellare nemo potest, verum saltem ab eius executione. Atque hæc Franciæ praxis daclaratur Arresto Parisiensi 18. Iunii 1526. Appellandi terminus omnibus Monarchis odiosus est, attamen quando in ipsorum rescriptis iniquum quid, & circumuentio impetrantium subest, iustum non est; offensis ac læsis os claudere. Vlpianus *in l. 1. in pr. de appellatio. Quæsitum, est*, inquit, *an aduersus rescriptum Principis prouocari possit? Respondet, ea de re extare rescriptum diui Pii, quo ostenditur prouocari oportere, præsertim, si pars aduersa in consulendo Principi mentita sit.* Stylus & obseruãtia huius regni emolliuit praxin Edicti prædicti Imperatoris, & appellare ab executione rescripti Principis, non vero à concessione permiserunt. Accursius in glossa sua ad verbum, *prouocari* in d. l. 1. primus author est huius decisionis, qui bono sensu, quem inter Infinita subtilia argumenta quæ ab eo procedi videntur, proposuit, ait, neque æquum neque iustum fore, si appellans ab eo quod Princeps suus edixit & rescripsit aduersus se subditum suum admitteretur, duabus rationibus: vna hæc est, si obreptio vel mendacium interuenit, id ad huc incertum est neque liquidum, qua ratione durante hac incertitudine, & vsque ad quo omnia liquida fiant, nihil iustius est, quam pro subdito mandatum Principis ipsius in suspenso teneri, quantum ad concessionem, & dum expectatur, vtrum iustum esse vel non sciatur: ac quoniam de causa congnoscitur, plerumque contrarium agitare potest; superque eo audiri. Altera ratio est, quod Princeps potestatem habeat, non auditis partibus decernendi, & ab eius decreto, vt pariter à decreto Curiarũ supremarũ, instar Parlamentorum, potestate ac magnitudine erectarum, ipsius nomine & authoritate, appellari non permittitur: de quo prædictus Vlpianus

in l. 1. in pr. ff. à quib. appellar. non lic. ait, stultum esse illud admonere, à Principe appellare, fas non esse, cum ipse sit, qui prouocatur. Idem *sciendum est, inquit, appellari à Senatu non posse Principem. idque Oratione Diui Hadriani effectum.* Attamen prædictus Accursius tenet, ab executione & executoribus rescriptorum & mandatorum Principis libere appellari posse. Quæ formalitas iuris est ad conseruandam iustitiam prædicti Principis erga subditos suos, qui absque hoc iuris priuilegio mille iniurias paterentur, neque vllum aduersus eas remedium haberent, quarum maxima occasio apparet in iis rebus, quæ à prædicto Principe impetrantur, non audita vtraque parte & ad vnius solius tantum assertionem. Aliud foret, si decretum Principis, audita vtraque parte procederet. Tum quippe appellatio non admitteretur etiam si iniuria facta fuisset. Verū tamen est, nonnulla remedia & prouisiones aduersus id concessa veluti propositionem erroris, reuisionem, libellum ciuilem, nullitatem, obreptionem, dolum, minorem ætatem indefensam, & alia media & occasiones. Philippus Macedo Magni Alexandri pater, diiudicando lites subditorum suorum, ad perorationem quādam à se (somniculante in tribunali suo) male intellectam, condemnauit Machetium, qui nimis se grauatum sentiens, protestatusq; dixit, se appellātem esse. Rex indignatus, tam propter protestationem, quam appellationem, eum interrogat, ad quemnam appellaret? Ad re, inquit Machetius, Rex, si tibi placeat euigilare & causam meam attentius audire. Super eo causa benigne admissa & à Rege reassumta, & iure eius examinato, Machetium grauatum fuisse eique factam iniuriam compertum fuit. Nihilominus Iudex sententiam suam infirmare noluit: verum Machetio ex thesauris suis tantum restitui iussit, quantum interesse poterat.

IX.

Appellatio solum remedium est aduersus executiones Iurisdictionis. Officiarii S. Petri Monasterii, vigore mandati à se emissi, executionem quandam aduersus Decanum & Capitulum de Brioude fieri curarunt, qui sub *Informetis* quodam informarunt, & super informatione personalem citationē aduersus prædictos Officiarios obtinuerunt. Hi in Parlamento repræsentarunt, se via iurisdictionis processisse, & peritores eo per appellationem vanire debere. Arresto prædicti decanus & capitulum, in expensas, damna & interesse condemnati fuerunt, & Officiarii absoluti, anno 1391.

X.

Appellatio quando illico interponi debeat. Arresto, primo die iuridico post festum S. Martini, anno 1388. dictum fuit, quendam nomine Ioannem Complanum appellantem à Balliuio Veromāduorum non admittendum, eo quod illico * non appellauerat, verum octiduo iam prætento, item quod Procurator ipsius pronuntiationi interfuerat, ipso absente & de appellatione tantum eum admonuerat, quæ sola dubitandi ratio est. Hoc exacte obseruatur, in Prouincia Consuetudinaria, verum in Prouincia Iuris scripti Appellationes interpositæ intra decem dies post pronuntiationem sententiæ datæ, à Indice subalterno iurisdictionis Iudicis Regii superioris subdito, & in prædicta Prouincia quæ iure scripto vtitur, obseruatur Authentica: *Hodie autem C. de appellationibus,* & Glossa *in l. de tempor. & reparatio appellatio.* Id quod Curia nobis vsque in præsens tempus permisit.

* Ab homologatione seu coprobatione cōtractus cū pupillo celebrati intra 30. annos appellari potest. Arresto Parisiēsi quod datū in maiore Camera, 13. Ianuarii 15.. Choppinus *ad Consuet. Andeg. in lib. 3. cap. 1. tit. 5 art. 1.* T. *vide Arr. 8. supra.*

XI.

Ei qui non appellauit non est sententia appellationis. Vetus stylus introductus dispositione iuris, *vt in l. final. C. si vnus ex plur. appella.* appellationem ab vno interpositam, et quoque qui non appellanent, prodesse posse, abolitus est, & necesse est, vt singuli appellent. Alioquin eum, qui non appellat neque expensas neque reparationem petere posse Iraudicatum fuit Arresto Parisiensi, 1544.

Attamen in materia criminali appellatio interposita ab vno ex pluribus consortibus accusatis omnibus, prodest, & res iudicata in suspenso esse debet. V. infra *Arr. 18 B*

XII.

Appellans non admittitur, verum appellatione sua depelli debet, si diem appellationis non monstret & designet. Ita dictum fuit Arresto Parisiensi aduersus Andoenum Charueronium, anno 1397. Et altero simili Arresto inter Comitem de Marcha ab vna parte, & Comitem Alançonium ab altera.

Appellans appellatione sua depellitur si diem non designet.

XIII.

Appellans ad Curiam reiicitur si appellationem...

Quidam condemnatus in mulctam pecuniariam ad Curiam appellat. Super hac appellatione duas instantias contra Archiepiscopum Rhemensem Officiatorum suorum causam in se suscipientem intentat. Eodem rescripto eum ad Curiam super appellationa appellari curat. Præterea aliam instantiam intendit, prædictum dominum coram Balliuio Veromanduorum citari curat, delegato secūdi capitis rescripti intuitu, ad faciendam prædicto appellanti relaxationem personæ suæ, dato fideiussore. Ab executione huius rescripti, quo ad caput de relaxatione, Archiepiscopus ad curiam appellat, vbi rationum appellationis suæ loco repræsentat, quoniam causa ad Curiam delata esset, appellantem alium Iudicem conuenire non posse, neque alibi agere, quam in prædicta Curia, tam quod appellationem attinet, quam aliarum quarumcunque rerum nomine, quæ hanc materiam tangunt. Hic appellans asserebat, id quod fecisse ob relaxationem personæ suæ, ordinariam formam esse in innumerabilibus causis ante hac obseruatam: cumque in finem exhibebat protocollum & formularium Cancellariæ, vbi huiusmodi rescripta in regesta referuntur, veluti ordinaria & institiæ. Item grauē iocatce rāto appellanti esse adeo longo tempore, quod persequendo Arresto impendendum erit, absque vllo alio auxilio expectare. Dominus Marillacus Aduocatus Regius dixit, quod formularia & protocolla prędictæ Cancellariæ monstrarentur, & exēplo rerum male intellectarum, veritati nullum fieri præiudicium, id ē, nim recepti styli non esse, verum potius abusum & corruptam ac peruersam praxin. Arresto, quod illico datum, 27. Septembris 1544. dictum fuit, prædictum Archiepiscopum bene appellasse, & prædictum rescriptum impetranti reseruatum ius sibi per libellum Curiæ oblatum super relaxatione sua prospiciendi.

XIV.

Appellationes ab executore sententiæ ad eum qui iudicauit deuoluntur. Appellationes ab executore sententiæ interpositæ ad eum qui iudicauit deuoluuntur: præcipue vero, quando is fines mandati executorii excessit, *l. A Arbitro. 9. ff. qui satisd. cog.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiēsibus pro Episcopo Bellouiorii, aduersus Iudicem Regium, 27. Ianuarii 1533. Aliud foret si prædictus executor mandatū non excederet, & expresso mandato niteretur: tum quippe à mandato ap-

Idem & mandato [illegible]

pellari oportet & ab eo, quod inde sequutum, ad superiorem, non vero ad mandatem: hæc enim executio venit ab eo, non vero ab executore, *cap. sicut legato de offic. deleg. in 6.* Ita iudicatum & Arresto Parisiensi, 22. Nouembris 1540. declaratum fuit.

Idem de Commissariis & Committentibus intelligi debet. Vid. *Arr.* 4. supra.

XV.

Appellatio à Camera Rationum ad Cancellarium dirigitur.

Quidam nomine Bitardus incarceratus sententia Cameræ Rationum, ab hac incarceratione ad Curiã Parlamenti appellar, ac quoniam prædicta appellatio à Curia reiecta fuerat, apud Curiam conquestus fuit, à qua prouisionem impetrauit, qua decretum prædicto Cancellario ex authoritate prædictæ Curiæ denuntiandum, vt prædictæ admissæ appellationis chartam cito expediret, alias prædictam Curiam in causas recusationis ipsius inquisituram. Hic Cancellarius hac de re commonitus, ipsemet in Curiam venit, ac diu longeque super eo quod attentabat disceptatione facta, dictū tandem ac consensum fuit, ad prædictum Cancellarium cognitionem huiusmodi Appellationum spectare. Neque Curiam quicquam aliud facere posse, quam vt Consiliarios eius prædictus Cancellarius in consilium adhibeat, 25. Nouembris 1540. In quo mihi videre videor velut incunabula quædam earum rerum, quæ postea, nostra ætate ab aliquibus designatæ sunt, quos fata opportunissima sustulere. Iam tum scilicet inclinantibus temporibus, delibatam summæ ipsius Curiæ dignitatem atque autoritatem. iam tum Principem hunc Magistratum, spiritus adeo inauditos assumentem, & iuridicam iustitiam exarmare incipientem. Ita eleganter ait Lucius.

XVI.

Index appellationi nõ deferés ea spretaad executionẽ procedens vltimo supplicio afficitur.

Iudex, qui appellationi ad mortem condemnati non detulit, capitali pœna plecti debet, *l. addictos. C. de episcop. audient.* quã ibi declarat Baldus, ibi Dynus & Ioannes Faber *in l. à Proconsulib. C. de appellat.* Facit *l. Iulia, in princ. ff. ad l. Iul. de vi public.* Nihilominus hæc ordinaria pœna pro facti circumstantia relaxari debet. Arresto Burdegalensi Ioannes Sapiens, Locũtenens generalis Aginensis, in multam ducentarum librarum Turonensium condemnatus fuit, eo quod iuste reum de criminibus capitalibus conuictum ad mortem condemnasset, & hanc sententiam suam executioni tradi iussisset, non obstante ipsius rei appellatione. Boerius *decis.* 153.

XVII.

Irenarchæ io crimina lib. nõ Irenarchalib vt vocant appellatio ni deferre coguntur.

Buterius Irenarcha seu Præfectus Mareschallorũ, eo quod delinquentem quendam (non obstante appellatione) ob crimen cuius cognitio ad eum nõ spectauit, suspendi curauerat, Arresto Burdegalensi in multam trecentarum librarum condemnatus fuit & in alias multas cognatis delinquentis. Ex Constitutione quippe & obseruatione Franciæ huiusmodi Iudices appellationi impune non deferre possunt, in eo quod ad eorum cognitionem spectat: neque vltra Cæterum priuatæ personæ sunt & reprehendi possũt, *l. addictos in fi. C. de Episcop. aud.* & per Ioannem Fabium *in l. à Proconsulibus. C. de appellatio.*

V. Edictum determinationem continens Collectio. mea *titul. de Irenarchis seu Præfe. Mareschal.* 9. *ca.* 5... & Peleum *in Actio. fus forens. lib.* 3. *Artic.* 3.

XVIII.

Multa rẽmeraria appellationis nõ obstãte renũtiatione.

Ad cohibendam malitiam appellantium in Prouincia Consuetudinaria, iudicatum fuit compluribus Arrestis, vno de 7. Octobris 1464 altero de 9. Augusti 1386. & alio Parisiis dato aduersus incolas Rupellenses & Tuarsenses, Appellantes in multam temerariæ appellationis teneri, quãuis intra octo dies ei renuntiassent. Aliud in Prouincia iuris scripti est, vbi intra octiduum impune renuntiari potest.

XIX

Appellans à taxa expensarum proferre declarationẽ & appellatus instrumenta curare debet.

Quãdo à taxa expensarum appellatur, appellatus tenetur proferre taxam & declarationem apud Acta Iudicis *à quo* factam, & appellans apud Acta Iudicis *ad quem* deponere tenetur antequam concludat, & super appellatione ius dicatur, instrumenta, super quibus prædictam taxam fieri curauit: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 9. Maii 1550. postquam super eo omnes Procuratores Parlamenti citati & auditi fuerunt, a Domino Præside Sant-Andreano.

XX.

Appellans à taxa expensarum in pluribus articulis vt duas multas nõ debet.

Constitutio publicata anno 1539. dubium quoddam, quod sæpe Curiam occupauerat, definiuit, puta vtrum cum appellans à taxa expensarum complures articulos allegasset, à quibus appellaret, distinctiq; fuisset, *in omnibus ac per omnia bene taxatum*, vtrum, inquam, plures vel vnicam tantum multam inferre debeat, quasi singuli articuli suam quisque sententiam importarent. Et vero super hoc dubio, Arresto Parisiensi de 12. Iunii 1499 duabus Cameris Inquisitionum congregatis, in cõplures articulos duæ multæ iudicatæ fuerunt.

XXI.

Appellati in expensas tenentur.

Antiquitus appellati in expẽsas causæ appellationis n. n condemnabantur. Hodie in eas condemnãtur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vlt. die Iunii 1539

XXII.

Litis instrumentis amissis quomodo Iudex vel Actuarius excusetur.

Penultima Martii 1517 Arresto Burdegalensi, heredes Iudicis cuiusdam, qui sententiam dederat, à qua ad Curiam appellatum fuerat, Curia dimissi fuerunt, ac liberi declarati à primæ litis instrumentis, absque culpa, viuente ipsorum patre, amissis: & quãtum ad principalem litem, aduersus appellantes iudicatum fuit, eo quod prædictæ litis instrumenta prolata non fuerant, id, à quo appellatum fuerat, effectum suum sortiri oportere. Super eo Dominus Boerius *decisio* 15. *n.* 5 notat, quoad primum articulum huius Arresti Actuarium vel Iudicem huic rei per diligentem ac cutinlam inquisitionem non satisfacere: Ea enim non obstante eum in omnia damna & interesse teneri: Verum necesse esse specialiter damnum vel casum fortuitum veluti ignis, ruinæ domus, naufragii & aliorum casuum, ex quibus huius iacturæ verisimilitudo ... possit, probari. Is quæ textus est, *l. si quis ex argentariis. §. fin. cum l. seq. ff. de Edendo* Quantum ad postremum, necessario primam sententiam, pro qua præsumitur, *l. ingenuum ff. de stat. hom.* stare oportuisse.

Aduocati & Procuratores Curiæ post multas instantias à Rege Henrico IV diploma obtinuerunt, quo ab instrumentoris causæ sibi commissis exonerarentur, 1.. Decembris 1597. quæ à Curia approbata fuerunt, 14. Martii 1603. vt impetrantes fruerentur exoneratione illa causarum indecisarum & nõ iudicatarum decem annis postquam onerati fuerint, & iudicatarum quinque annis: & ipsorum viduæ ac heredes pari immunitate fruerentur Vide prædictum diploma. Arrestum approbationis & alia transcripta *in collectione mea, tit. de Procuratoribus, cap.* 150. I. C.

XXIII.

Index non obstante

Debitor pro debito incarceratus, libellum offert, quo ad cessionem bonorum admittatur: eumque in

finem

Appellatio à bonorum cessione madmittens, à debitū tenetur.

finem creditor, qui eum carcere detinet, citatur, qui declinat. Dictum fuit, eum procedere oportere. Is appellat. Non obstante hac appellatione Iudex procedit & debitorem ad prædictam cessionem admittit, eumque carcere dimittit. Postea moritur rerum omnium inops ac pauperrimus. Creditor qui dixit, se temeratie appellatum, proprio nomine conuenit. Arresto Parisiensi dictum fuit, Iudicem rectè appellatum, isque in expensas, damna & interesse prædicti appellantis condemnatus fuit, vlt. die Ianuarii 1550.

XXIV.

Iudices quib. casibus litem suam faciant.

Iudex litem suam non facit, neque proprio suo nomine conueniri potest, si id quod fecit, ab eo factum fuit citra appellationem ab incompetentia, vel citra discussionē ac sine fraude: ac præsertim, si eius nomine à parte requisitus fuit, quia tunc censetur factum postulantis & non Iudicis: prout notat Bartolus *in l. nequicquam. §. vbi decretum ff. de Offic. Procōs. & legati.* Verum etiam si non requisitus proprio motu suo decernat, ipse conueniri potest, quia litem suam facit, & liti se obtulit: prout iudicatum fuit duobus Arrestis Parisiensibus, vno de 15. & altero de 19. Februarii 1529.

V. infra *in App. h. t. Arr. 4.*

XXV.

Procurator, qui appellauit, quando proprio ac priuato nomine suo conueniri possit.

Si Procurator nomine alterius appellationem interposuit, conueniri & citari potest, & cogi, vt in causa appellationis procedat: vel dominum suum venire curet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, de 14. Martii 1532. aduersus quendam Procuratorē qui ad Curiam, tanquam ab abusu, appellauerat ab executione quarūdam bullarū, & allegauerat temerarie se conuentum & anticipatum fuisse, quando quidem non ipse esset, verum monachus quidam Cluniacensis, cuius nomine appellasset, quem conueniri oporteret.

XXVI.

Iudex appellationis quando cognitionem retinere possit.

Balliuius vel Seneschallus infirmans sententiam superioris sui non Regii, sibi cognitionem retinere potest. Quod si Iudex, qui male iudicauit, Regius sit, velut Præfectus, vel Castellanus, Superior cognitionem retinere non potest, & omnia remittere debet. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Februarii 1534.

Alterum simile Arrestum de 15. Aprilis 1564.

XXVII.

Appellatio nonnisi à supremæ Curiā in irritū deduci potest.

Ad supremam Parlamenti Curiam, reliquis omnibus exclusis pertinet, Appellationem & id à quo appellatum fuit, in irritum deducendi ius. Et reperitur, anno 1422 dubitatum fuisse, vtrum Camera Inquisitionum id facere posset? Et Arresto Parisiensi de 25. Ianuarii prædicto anno iudicatum fuit, quod sic. Id igitur Iudicibus Præsidialibus non permittitur quorum nonnulli id hodie faciunt.

Arresto iudicatū fuit & interdictum Præsidialibus Senonensibus, perorante Bernagio, 13. Maii 1566. & 29. Decem. 1586. dictum fuit male iudicatum, eo quod appellatio a Locumtenente Abbauillano in irritum deducta fuisset, eique præcisè interdictum, ne deinceps amplius hoc modo pronūtiaret, ad repræsentationem D. Aduocati Fisc. Alterum simile Arrestum de 15. Decembris 1573.

XXVIII.

Appellatio à Iudicib. Præsidialibus.

Iudicium temporis pro commoditate vel incommoditate Edictorum & creationis Sedium Præsidialium expectatur. Nihilominus Curia non desiit in compluribus casibus, vbi ad iustitiam consequendam appellatur, en quod prima facie intolerabilem iniquitatem quarundam rerū iudicatarum animaduertit, cogere appellatos declinantes concludere quantumuis res iudicata Edictum nō excederet. Ea de re duo Arresta data vidi, vnum 12. Augusti 15.., alterum pro Stephano Lochæo appellante aduersus Mercatorem, 27. Maii 1553.

XXIX.

Appellans ab vno capite, reliquorum executionem postulare potest.

Si Arrestum vel sententia plura separata capita cōtineat, quorum vnum obstet alteri, proponens errorem vel propter vnicum caput appellans, eo non obstante postulare & obtinere potest executionem capitum, quorum nomine non conqueritur, arg. l. *scire debemus ff. de verb. obl.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Ianuario 1543. pro Domina Totavillana.

XXX.

Appellatio à denegata iustitia.

Si Iudex nimis, quam par est & ipsi conueniat, partes detineat, neque ipsis ius dicat, antequam ab eo denegatam iustitiam appellari possit, ei denuntiari eumque interpellari ter octodenis diebus oportet. Eaque forma traditur per Abbatem *in cap. cum causam de off. c. deleg. in extrauag.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 18. Ianuarii 1532.

Tribus vicibus & competentibus interuallis, Aufrerius *ad styl. antiq. Cur. Par. cap. 22.* Masuerius *tit. de Adiornamentis, num. 19 & de appellat nu. 4.* Imbertus *in Institut. fori for. lib. 2. cap. 5.* Raguellus *de iuribus Regiis, verb. Deny. de iustice. I. G.*

XXXI.

Appellatio ab incompetentia nō admittitur, nisi in persona quis cōpareat.

Ex Constitutione Regia publicata mense Augusto 1550. in Parlamento Parisiensi, non admittuntur appellationes incompetentiæ interpositæ à citatis, vt in persona compareant, habitantibus in districtu Iudicis Regii, à quo citatio procedit: vel à delinquētibus in prædicto districtu, neque in persona comparentibus Id quod necessario facere tenētur, quodcunque priuilegium iurisdictionis seu fori habeant. Et ante-a tantundem iudicatum fuit Arresto Parisiēsi 5. Decembris 1536. pro Antonio Fabro, Domino du Lac, iuncto ei Procuratore Regio appellatis, aduersus fratrem Petrum S. Purgani, dictum de Gutta, Equitem ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, appellantem à denegata remissione aduersus se à Balliuio Forosegusiensi, decreto personalis prehensionis, & citatione trium peremdinotam aduersus se decreta à prædicto Balliuio, eremodicio & iis quæ inde sequuta fuerant. Hic appellans ad prædictum Balliuiū remissus fuit declaratusque teneri eum, sese publicæ Mombrisoni custodiæ seu carceri sistere, intra remissionis diem pœna proposita, eum alioquin pro conuicto criminum ei impositorum habendum, saluo prædicto appellanti sui remissionem postulādi iure, & prædicto Fabro suis in contrarium argumētis. Ac præterea prædictus appellans in expensas causæ appellationis & eremodicii causæ principalis & eius quod secutum fuerat, & in multam 60. solidorum Parisiensium condemnatus fuit, iuxta rationā contentam *in l. si quis ex aliena. ff. de iudic.*

V. *Arr. 32. supra tit. de iurisdictio.*

XXXII.

Appellatio à Iudice subalterno ad Curiam omisso medio hominibus, speciat,

Si opponens quidam executioni aduersus se factæ vigore cuiusdam *Debitis* Regii & generalis, atque remissus ad Iudicem suum Regium, verum inferiorem, neque absque medio ad Curiæ districtum pertinentem, & à prædicto Iudice appellet, hæc appellatio ad Curiam omisso medio, refertur. Arresto Parisiēsi,

si, 17. Iulii 1522. & altero Arresto prædictæ Curiæ, 10. die Maii 1526.

XXXIII.

Appellans reus criminis in persona comparere debet.

Appellans à personali prehensione vel citatione, in persona coram Iudice Appellationis, si decernatur, comparere tenetur: quo non facto, ab appellatione sua depelli debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, pro Episcopo Parisiensi, anno 1586.

Idem iudicatum fuit aduersus Presbyterum quendam, pro quo perorabat Chanoelious, 20. Ianuarii 1571. nisi a Iudice à quo relaxatus fuerit. Vide *arr. 5. h. t.*

XXXIV.

Forma pronunciandi sententiam in causa appellationis.

Iudex super compluribus appellationibus ius dicens, dicere debet, in omnibus ac per omnia bene vel male iudicatum fuisse, vel super singulis appellationibus ius reddere, non vero tantum, bene vel male iudicatum fuisse. Hac quippe ratione sententia eius nulla foret, & ab ea condemnatus appellare posset. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Ianuarii 1535. Id notatur *in §. curare Instit. de action.*

XXXV.

Appellans à capite vno sententiæ quomodo appellationem ampliare possit.

Si à sententia complura capita continente appelletur, quamuis appellatus vtatur his verbis, *& ob alias iniurias & grauamina*, nihilominus per ea neque concludere, neque extendere potest ad alia capita appellationem suam, citra rescriptum à Principe impetratum: ac propterea tutius est simpliciter appellare, neque se certo cuidam capiti adstringere, vt ita quis facultatem habeat libere pro reliquis capitib. in appellatione sua concludendi, prout capto consilio ei videbitur. Neque appellans simpliciter cogi potest, vt citius quam in conclusione sua, significet, à quo capite sententiæ appellaret. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, mense Decembri 1534. isque textus est *l. appellanti. 13. ff. de appellat.*

XXXVI.

Appellatio per scripturam, vbi simplex iussio est de exhibendis instrumentis Curiæ.

Quando à iudicio constituto & producendi iussione, atque ab eo, quod super productionibus factis decretum, appellatur, appellatio per scripturam agitatur, quandoque verbalis est. Anno 1521. dubitatum fuit in appellatione quadam à Libellariis Palatii, vbi simplex decretum intercesserat, partes videlicet *Curiæ instrumenta sua exhibere oportere, vt super ius, quod rationis est, decernatur*, vtrum id instar iudicii constituti esset & producendi iussio, vel non, vt ita concluderetur super appellatione à constituto iudicio, quod insequutum fuerat, veluti in processu per scripturam agitato: Arresto dictum fuit, id instar iudicii constituti esse.

Vide supra *arrest. 15. de verb. signific.*

XXXVII.

Appellatio tertii non condemnati admittitur.

Tertius de sententia aduersus alios data, quæ sibi præiudicare possit, veluti euictionis vel aliter, admonitus etiam non damnatus appellare potest, & præcipue admittitur, si in eius necem litigantes videantur collusisse, aut alioqui ex fide non egisse: & talis appellans Arresto Maioribus diebus Mulinensibus admissus fuit, die Lunæ 27. Septembr. 1540. per *l. si perlusorio. 14. ff. de appellat.*

XXXVIII.

Sententia aduersus plures accusatos per appellationem vnius differri debet.

Infra *titul. de processibus criminalibus, Arresto vltimo*, declaratur, Curiam Parlamenti Parisiensis mali exempli rem comperire, cum è pluribus consortibus accusatis & condemnatis vnus appellat, cæteri vero non, sententiam aduersus non appellantes executioni tradi, verum omnia differri debent, quando sententia capitalis est.

XXXIX.

Appellatio debito modo instituta omisso medio.

Balliuius Matisconensis vlterius procedens, non obstante appellatione à se ad Sedem Præsidialem Lugdunensem interposita, etiam si prædicta Sedes Præsidialis de prædicta appellatione iudicauerit, & à sententia Præsidiali ad Parlamentum Parisiense appellatum fuerit, vlterius etiamnum pergere potest, ac vt partes coram se procedant, curare potest. Nam Constitutio publicata 17. die Decembris 1564. ita in litibus contestatis mandat. Quod si super eo prædictus Balliuius sententiam definitiuam det, appellatio, quæ ab ea interponetur, ad prædictam Sedem Præsidialem dirigi non debet, licet restrictio sit & è casibus Edicti, verum ad Curiam dirigi debet, quæ sibi, mediante altera præcedente appellatione, hanc causam vindicat. Praxis hanc ad rem est, vt in charta appellationis clausula addatur, qua Curiæ mandetur, vt, attento eo, quod hanc causam sibi vindicet, prout supra dictum, partibus super vtraque appellatione ius dicat, non habita ratione eius, quod postrema, omisso medio, instituta fuit.

Nota, Appellatorem rescriptum à Iudice superiore accipere, vel directe a Cancellaria excepto casu, quo a Libellariis Palatii appellatur vel à Commissario quodam Curiæ, hoc casu appellatur, libello Curiæ oblato, quod Procuratori, qui in prima causa Procurator fuit denuociatur, qui comparere tenetur, & ita hoc obseruari vidi. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum I.

I.

Appellans præmature non admittitur.

APpellans præmature & à futuro grauamine, cum expectare potius seque defendere & opponere deberet, multæ obnoxius est. Arrestū 25. Maii 1574. Quemadmodum etiam appellans à translatione bonorum, effractione, executione, si viator seu apparitor fabrum ferrarium saltem secum duxerit ad perfringendum, neq; de facto executus sit, non admittitur. Iudicatum apud Catholicianos aduersus Locumtenentem Autissiodorensem, 18. Maii 1565.

II.

Appellati æque ac appellantes multæ obnoxii, quoniam citra causam defendunt.

Prima die iuridica Parlamenti Sam-Martiniani 1576. 20. Nouembris, Arresto decretum fuit, Appellatos malam causam notorie defendentes, æque ac appellātes, multæ obnoxios fore. Postea, noua quadam iurisprudentia introducta, appellati, qui absque vllo prætextu defenderunt, semper & ordinarie in duos coronatos condemnati fuerunt: veluti factum 20. Ianuarii 1581.

III.

Litis instrumentis in vrbis populatione deperditis, de nouo petitionem instituere permittitur.

Notandum est, instrumentis ob vrbis populationem amissis, partibus permitti de nouo petitiones suas proponere & informare, ita vt ratio exigit: prout iudicatum fuit inter duas partes Bononiæ, 17. Decembris 1565. secundum opinionem Baldi *in dict. l. si quis ex argentarius*. B.

IV.

Quando Iudices & quando litem suam faciant.

Iudices Regii & non Regii antiquitus litem suam faciebant, & citabantur in causa appellationis ad defendendū ab ipsis iudicatum, & partes appellatas: hodie id obseruatur in Iudicibus non Regiis. Cæterum Iudex quoties aliquid per fraudem, sordes & gratiam decernit, præsertim si aduersus Constitutionem iudicet, recte suo nomine conuenitur,

veluti non obstantibus recusationibus nondum decisis & determinatis. Iudicatum aduersus Locumtenentem Vignellium, 19. Ianuarii 1586. & 26. sequente, prædictus Vignellius condemnatus fuit ad se præsentandum, interdictumque perorante Servino & Boucherio aduersus Robertum. Attamen ordinarie Iudex non conuenitur, quando quid ad postulationem Procuratoris Regii fecit, neque tantum citatus, & Procurator Regius appellatus, prædictus Iudex in expensas, damna & interesse condemnari potest. Iudicatum pro quodam nomine Gaudionio Iudice delegato Chabliaci, 10. Aprilis 1564. appellato.

V.

Appellatio ab incarceratione decreta, eo quod in persona quis non comparuit legitima & valida non est.

Duodecima Maii 1565. Arresto Cameræ Patricidalis, in multam & expensas cõdemnatus fuit Presbyter quidam Crispiensis nomine Ocbinus, appellans ab incarceratione personæ suæ, eo quod personaliter citatus nõ comparuisset, non obstante quod ab executione quoque & mandato appellasset, & quidem ante incarcerationem releuium iam obtinuisset.

VI.

In appellatione sententiarũ iudicũ subalternorũ datarũ pro Procuratoribus fiscalibus necesse est appellari Dominum, non vero Procuratorem fiscalem Domini.

Complures Pragmatici sæpe in hoc articulo errant, appellando Procuratores fiscales Dominorũ, cum Dominos ipsos appellare deberent, nisi appellatio ad alium Iudicem Domini, qui Iudex fuit appellationis à prædicto primo iudice eiusdem Domini, deuolueretur, prout quotidie eueniebat, antequam ex Constitutionibus Aurelianensibus & Ruscinonensibus, quę vtrumque Iurisdictionis gradum, quam idem Dominus in eadem ciuitate vel oppido habebat, ad vnum reduxerunt: eo quod Procurator (aiunt Doctores *l. nuntius. 7. Cod. de Procur.*) tenetur solum appellare, nõ appellationem prosequi, principaliter in alia Iurisdictione, recte Dominus citari & appellari in persona Procuratoris supponitur, verum non Procurator simpliciter, Iudicatum Arresto, quod datum pro D. Duce Guysio, 17. Iunii 1527. vti Rebuffus ref. in *tractat. de appellat. articul. 4. glos. 2. num. 9.* Itemque postea Arresto quod datum ad perorationem, 2. Septembris 1540. inter D. Petrum Bouinum Procuratorem pro domino de Lautrec in terris suis d'Orual, appellantem à Seneschallo Borboniensi vel Locumtenente ipsius, & Petrum de Lesfereau Scutiferum appellatum. Appellatum fuerat ab eo, quod prædictus Seneschallus decreuerat, prædictum Bouinum, qui tanquam Procurator fiscalis prædictæ terræ & iurisdictionis d'Orual appellatus fuerat, ad postulationem prædicti Lesfereau, in appellatione quadam ab eo interposita, à sententia quadam data à Iudice d'Orual pro prædicto Bouino tanquam Procuratore Fiscali d'Orual. Curia, perorantibus Iaquetolio pro appellante, & Corlæo pro appellato, dixit, male decretum, male sententiam pronuntiatam fuisse à Seneschallo Borboniensi, vel locumtenente ipsius, bene appellatum ab appellante, appellatum in expensas causæ appellationis & instantiæ præscriptionis condemnauit & emendata sententia appellationem in irritum deduxit, &c. Tantundem dici conuenit de appellationibus à sententiis datis ab Officialibus Episcoporum, ad postulationem Promotorum: nam Episcopos appellare, non vero prædictos Promotores causarum Officiorum conuenit. I.C.

VII.

In appella

Omnes appellantes à sententiis datis à Iudicibus Regiis, in casum appellationis citare tenẽtur Iudices, qui sententiam dederunt, ad iniurias & grauamina ab iis illata defendenda, quamuis comparere ac ipsorum sententias defendere non teneãtur. Verum si Iudex non sit Regius eum citari non oportet, sed Dominum dominii & iurisdictionis cuius Iudex est, quandoquidem Iurisdictiones in Francia patrimoniales sunt, & ipsarum Domini subditis suis iustitiam debent, iis quoque idoneum, capacem ac muneri Iudicis haud imparem præficere debent, pro quorum sententiis respondere coguntur, & in multam malæ iudicatæ rei condemnantur. Propterea, ex Constitutione Ruscinonensi pro arbitrio suo Iudices suos officio deponere ac priuare possunt, nisi ad compensanda seruitia ac ministeria promisi fuissent, vel titulo oneroso. Attamen, si Iudex citatus fuisset, appellans in expensas non condemnaretur, vti notauit D. Molineus ad *quæst. 99* Ioannis Galli, quæ de hac materia agit, nisi homines feudi sint qui periculo multæ iudicant. Idem Gallus *quæstione. 169.* vt expresse continetur Consuetudine Ambianensi *artic. 188.* & aliis. Verũ in Curiis Ecclesiasticis, si Officiales in casum appellationis corã Officialibus Metropolitanis vel Primatibus, non vero Episcopis citentur, prædicti Officiales cum expensis absoluuntur, prout id obseruari vidi coram Officiali Metropolitano Bituricensi, in appellationibus ab Officialibus vndecim Episcoporum suffragãtium: iuxta Arrestum quoddam datum pro Officiali Nouiodunensi, aduersus Præfectum Changniaci, 22. Nouembris 1529. quod refert Rebuffus loco allegato capite præcedente. I.C.

Tione posita Domino quodam, Dominum ... appellatio ... non ... Iudicem ... non ...

TITVL. II. DE APPELLAtionibus tanquam ab abusu.

Appellatio *tanquam ab abusu* oritur ex cabala quadam seu eutematico & cautela Procuratoris cuiusdam Regii, qui primus appellauit ab vsurpatione & transgressione, vel contemtu remedii communis, quod antea ex Constitutionibus Caroli VII vsurpabatur, qui rescripta in forma Pragmaticæ impetrari permittebat, quod Iudices Ecclesiastici antea insuper habebant. D. Petrus de Cuneriis Consiliarius, Aduocatus Regis Philippi VI dicti Valesii, primus Regem excitauit ad reformandos huiusmodi abusus & vsurpationes Iudicum Ecclesiasticorum, qui cognoscebant de omnibus causis & actionibus etiam inter pure laicos. atque huius controuersiæ gratia Prælati Parisiis congregati fuerunt in castro septi Vincenarum, mense Decembri 1329 ea edita fuit studio & opera Doctoris Probi Biturcensis a Galliotto de Prato anno, 551. Parisiis. Ii potestatẽ quoq. sibi sumebant inter contrahentes laicos sub colore de fide emcontra & periuriis. Cæterum hæ appellationes *tanquam ab abusu* introductæ fuerunt in locum Appellationum, quæ antiquitus fiebant seu interponebantur ad Papam & futurum Concilium. Ad quas inhibendas, locus est Appellationi *tanquam ab abusu*, cum contrauenitur vel quid vsurpatur aduersus sancta Decreta, libertates Ecclesiæ Gallicanæ, Constitutiones Regias, Arresta Curiarum Parlamentorum quando Ecclesiastici Iurisdictionem Regiam, vel Iudices Regii Ecclesiasticorum sibi vsurpane, aduersus libertatem vel immunitatem Ecclesiæ Gallicanæ vel priuilegii Regni quippiam moliuntur: qua de re vide Dn. Bordinum ad Constitutionem 1539. D. Magistrum *de appellationibus tanquam ab abusu* Choppinum *de sacr. polit. lib. 2. tit. 4. Tractat. quendam* Rebuffi, & Pasquerinum *lib. 8. obseruatio.* I. C.

ARRESTVM I.

Quinque casus, in quibus abusus, a quo appellari potest, consistit.

ABusus est, si Prelati vel iudices ecclesiastici decernãt vel sibi quicquam vsurpent in præiudicium Regiæ Iurisdictionis vel Laicæ, vel secundo casu aduersus antiquam immunitatem & libertatem subditorum Regis in hoc Regno Franciæ, vel tertio casu, aduersus

aduersus Constitutiones Regias & Arresta Curiarũ supremarum. Ad hæc quarto casu, aduersus sancta Decreta Conciliorum, nominatim Concilii Basileensis, Canones Paparum, & Constitutiones Prælatorum. Denique quinto casu abusus est, si Iudices vel Officiarii Regii vel alii laici admittant, decernãt vel quicquam iurisdictionis Ecclesiasticæ sibi vsurpent, aduersus libertatem & in præiudicium eius aduersus priuilegia & authoritatem Clericatus. Atque per hanc definitionem & declarationem abusus, integre repræsentaretur praxis Franciæ de appellationibus tanquam ab abusu, quas supremæ Curiæ prædictis casibus non aliis admittere consueuerunt: prout sæpe iudicatum fuit Arresto, admissis vel reiectis appellationibus, qui nonnisi supremas Curias propter abusum adire possunt.

Iunge *tit. de Censur. monitio. & excom.*

II.

Appellatio tanquam ab abusu cognitionẽ causæ Ecclesiasticæ tribuit Curię.

Appellatio *tanquam ab abusu* medium est, quo cognitio rei Ecclesiasticę Dominis Curię attribuitur, qui absque hoc medio competentes non forent. Atq; hanc ad rem, si habituatus vel alius, tanquam ab abusu à Constitutione quadam edita à Capitulo Ecclesiæ collegialis aduersus sancta Decreta appellet, appellationem suam ad Curiam dirigere potest, quæ de prædicta appellatione cognoscet: & ipsa mediante, de causa principali. Verum etiam si hic appellans rescriptum impetret ad appellationem suam in irritum deducendam, & vt ipse ad formandum processum admittatur, causa ad Iudicem Ecclesiasticum remittetur, si causa pure spiritualis & inter Ecclesiasticos sit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum Maioribus diebus Andegauensibus, 17. Septembris 1539.

Et nota in causa remissionis à Curia factæ ad Iudicem Ecclesiasticum, intelligi facultatem datam seu potestatem decidendi litem quantumuis id non exprimatur: prout iudicatum fuit aduersus Cardinalem Senonensem, condemnatum in multam appellationis tanquam ab abusu, eo quod condemnatus fuerat aduersus Corseo, pro quo erat Tusan & Nau, aduersus Boerium iuniorem, 26. Nouembris 1579. B.

III.

Per appellationem tãquam ab abusu prouisiones Papæ aduersus ius cõmune emendãtur.

Canonistæ omnes suffragia sua Papæ dederunt, vt eum Dominum Beneficiorum Ecclesiasticorum, exclusis omnibus aliis, dicerent, qui de iis dispensare & disponere aduersus ius commune & præter id, possit, prout ait Felinus *in c. ad Audientiam. 2 de rescri.* Dec. *consil.* 141. & alii plures. Textus eam ad rem est *in cap. 2. de preb in 6.* Nihilominus in Francia id minime receptum est: vbi à Curiis supremis Prouisiones, Emologationes, dispensationes, & alia priuilegia Papæ aduersus ius tributa, annullãtur, & via Appellationum *tanquam ab abusu* ad ius commune reducũtur. Ac quoniam non raro huiusmodi concessiones hac emendatione dignæ Roma veniunt, veluti factæ non præcedente consultatione, vel p importunitatẽ subreptionem, obreptionem, vel aliis modis, id quod nõ eueniret, si causæ cognitio intercederet, *c. nisi essent prouidi de preben.* Prædictæ Curiæ Franciæ supremæ huic subueniunt. & ne quam minimum fieri possit, ius commune offendatur, id manutenent. Veluti si Papa Beneficium quoddam consensu eorũ ad quos spectat, hereditarium efficere velit, pensionem super Beneficio electiuo accipere citra Regis consensum, qui in eo ius præsentationis habet; vel adprobare constitutionem mutuam pensionis inter duos compermutantes, vel per vnum tantum tertiã partem excedentem, in præiudicium successor s, siue in quota, aut in quantitate, prout Canonistæ velare voluerunt: vel consentire Reseruationi, regressus dissimulare pactum Simoniacum & alia exorbitantia, tanquam ab abusu appellari debet, puta ad Maius Consilium, si factum Beneficia electiua concernat; & ad alias Curias respectiue & ad vnamquamlibet intra suam iurisdictionem, si de Beneficiis collatiuis agatur. Et pro appellantibus sæpe iudicatum fuit Arresto Parisiensi, ac nominatim 11. Februarii 1550. & 7. die Septemb. 1551. pro concordato quodam adprobato, regressum & affectationẽ Beneficii cuiusdam continente: prout supra *tit. de resignat. & reseruatio.* scribitur, itemque 19. Aprilis 1496. aduersus reseruationes omnium fructuum quæ prohibitæ fuerunt Arresto Rotomagensi, quod datum anno 1521.

IV.

Appellatio tanquam ab abusu, vnicum remediũ est aduersus prouisiones Apostolicas iuri cõmuni contrarias.

Si Papa aduersus sancta decreta Concordata, vel iurisdictionem & cognitionem secularem quid cõmittat vel attentet, iamdudum & etiamnum commune & ordinarium remedium est, ab eo tanquam ab abusu appellari. Sed & aliam veteres compertam inmisserationem. Inter cætera enim eius exempla legimus, cum Nauerensis Episcopus Bullam seu diploma à Papa impetrasset, quo, contra fidem à se datam Principis autoritas imminueretur, Arresto dictũ fuisse, rigorem huius Bullæ comprimendum, & executori interdicendum, ne illud exequeretur, 27. die Augusti 1548. prout scripsit Lucius *lib. 2. tit. 2. Arr. 4.*

V. Maynardum *lib. 1 cap. 2. & lib. 8 cap. 43.*

V.

Absolutiones ad cautelam vnde procedant.

Secunda Iulii 1494 Arresto iudicatum fuit quendam nomine Germanum, qui ad petitionem cuiusdam nomine Chertinardi incarceratus fuerat, non ante carcere dimittẽdum, quam prius excommunicationem ad postulationem suam aduersus prædictum Chertinardũ factam in irritum deduci curasset, eique absolutionem suam reddidisset. Quod quidem ita inualuit, vt inde quotidiana praxis deducta fuerit appellandi scilicet ab Officialibus, tanquã prædictis excommunicationibus iurisdictionis Ecclesiasticæ abutentibus: & per appellationem clausulam apponi, qua Iudici laico mandetur, vt auditis partib. & facto cognito, p prouisionẽ absolui curet, & ad cautelam excommunicatam: cum qua in finem coguntur profani quidem & laici rerum atque etiã personarum suarum pigneratione & incarceratione: Clerici vero temporalibus tantum ipsorum bonis captis.

Lucius *eod. lib. & tit. Arr.* 10 Vide Maynardum *libro 8. ca.* 44 & Notas meas *ad [illegible]* 14 Vbi Arrestum [illegible] datum aduersus Archiepiscopum Bituricensem pro Abbate Colino S. Ambrosii excõmunicato, eo quod ius procurationis ab Archiepiscopo prætensum soluere recusauerat, a quo appellat & relaxatus fuit ad Cautelam, Arresto 9. Aprilis. 1545. I. C.

VI.

Appellatio ab executione peregrinorum ad Curiam dirigitur.

A quibusdam Executoribus delegatis à Papa ad executionem in beneficio quodam sub districtu Curiæ existente, appellatum fuit tanquam ab abusu: & quamuis prædicti delegati fuissent Prælati peregrini & alterius districtus, nihilominus dictum & iudicatum fuit, rescriptum appellanti expediendum, ad persequendam appellationem suam, 17. Februarii 1491.

VII.

Appellatio tanquã ab abusu ab

Presbyter quidam nomine Cathironius, accusatus eo quod horreum incendisset, & vicinum quen-

Officiali quodã qui Presbyterum quendam contemta appellatione immodice torqueri curauit.

dam suum occidisset, ab Officiali Podiensi per annum incarceratos detinetur & bonis suis mobilibus, & immobilibus à Domino suis, obligationibus & immobilibus à Domino seculari priuatur, qui huius prædæ participem facit prædictum officialem. Quæstioni subiicitur sæpius & quidem post alia tormentorum genera, pedes ipsius inseruntur ocreæ plenæ adipe & oleo feruente, vnde pes ei excidit & digiti alterius pedis. Tum calida oua sub axillis & super mammas fortiter linteo constricta ei imposita fuerunt. Tandem mantile cum aceto in os ei ingestum. Posthæc prædictus Officialis cum condemnauit, vt ad decennium, in pane & aqua doloris, in obscurum carcerem detruderetur omnia non obstantibus à prędicto Presbytero appellationib. interpositis, neque iis deferendo. A quo prædictus Presbyter rescripto Regio appellantem se tanquam ab abusu ad Curiam Parlamenti Tholosani constituit & declarat. Causa hæc Maiorib. dieb. Podiensib. decisa fuit, vbi Dn. Aduocatus Regius in perotatione repræsentauit, abusum esse. Rex quippe in Regno suo protector est sanctorum Canonum, Decretorum & Conciliorum. Acquoniam hic Officialis excessisset & contemsisset obseruantiam eorum, ob prædictas appellationes & iniquos processus, abusus fuerat, & appellatio tãquã ab abusu admittebatur. Et ita iudicatum fuit Arresto, 13. Septembris 1548.

V: Maynardum *lib.* 8. *cap.* 44.

VIII.

Vnio Beneficiorum annullata post trecentos annos in Curia.

Prima Martii 1547. appellans tanquã ab abusu admissus fuit dominus Procurator Catholicus Regius ab executione bullæ cuiusdam, qua Papa consilio Collegii Curiæ suæ Capitula S. Ioannis & S Lazari Hierosolymitani vniuerat, non obstante lapsu temporis post prædictam vnionem, trecentorum annorum. Curia super prædicta appellatione ius dicens, Arresto suo prędictam vnionem annullauit, veluti factam nulla ordinis & iuris solennitate obseruata, & aduersus Decretum Concilii Constantiensis. Lucius in tertia Placitorum suorum editione datam huius Arresti citauit de 17. Februar. 1547.

V. Maynardum *lib.* 1. *cap.* 2.

IX.

Clementina de Equitib. Hyerosolymitanis nõ per omnia obseruatur.

Arresto Parisiensi, quod datum anno 1553. inter Claudium de Sole appellantem, & Commentatorẽ S. Ioannis Mombrisonii, declaratum fuit, abusiue à Decano Mombrisonii decretum fuisse, eo quod secutus fuerat Clemenonam, quæ priuilegium Religiosorum S. Ioannis continet. proui plene delaratur in Arresto prolixe proposito *in titul. de Equitibus Hierosol.* supra.

X.

Inquisitor fidei subditos extra diœceses ipsorum trahere non potest.

Omnes norunt, Inquisitorem fidei iurisdictionẽ in omnes huius regni habere à Papa mandatam & à Rege comprobatam. Attamen in dubium reuocatũ fuit vtrum accusatos extra diœceses suas ad se, vbi ipse volet, euocare possit? Super eo Arresto iudicatũ fuit super appellatione quadam ab ipso interposita, ob prædictam translationem seu euocationem tanquam ab abusu, bene appellatum fuisse: id enim sanctis decretis aduersari, 8. Iunii anno 1551. Desumtum è Dn. Lucio.

Vide *Art.* 16. *tit. de Excommunicatio.*

XI.

Appellans

Complnribus Arrestis iudicatum fuit, Officialẽ primarium, non posse interdicere Officiali, à quo appellatur à sententia interlocutoria, ne attentet: vtrum grauamen ab appellante prætensum, in definitiua reparari possit: id enim aduersus decretum remeratiæ appellationis & ita abusus est. Simile iudicatum fuit aduersus quendam appellantem à citatione personali aduersus se ab ordinario ipsius Officiali decretam, quãuis propriè, citatio personalis interlocutoria nõ sit. Prædictum Arrestum pronuntiatum fuit, 9. Decembris 1550. perorantib. Boucheratio & Vilarsin.

ab interlocutoria grauamini reparari, mediante citatione abstinere non possit, ne attentetur.

XII.

Sæpe appellatione tanquã ab abusu Episcopus vel Officialis, attentare non debet.

Si ad Curiam appellatũ fuerit à processibus Episcopi vel ipsius Officialis & inhibitionibus factũ, vlterius siue per excommunicationem siue alio modo non procedendum est: prædictique Episcopus & ipsius Officialis manus ligatas habent, vt ait Paulus de Castro *in rubric. de re iudicat. in fin.* Et ob banc rationem Arresto Parisiensi, anno 1394. condemnatus fuit Episcopus Cenomanensis ad effudiendum quẽdam, quem ipsius Officialis excommunicauerat sub similibus inhibitionibus, quique ex ratione prædictæ excommunicationis in terra profana sepultus fuerat: & ad eum absoluendum, & in terra sanctã sepeliendum.

XIII.

Executor prouisionis beneficii contradictorem possessione priuare nõ potest.

Delegatus Executor bullę cuiusdam, prouisionẽ de Beneficio quodam continentis, prouisum in reali Beneficii possessionem mittere debet, si contradictorem non reperiat. Verum si contradictor reperiatur, qui possessorem se dicit, vlterius ad realem apprehensionem procedere non debet: sed verbaliter saltem eum in possessionem mittere potest: alioquin abuteretur, & appellatio tertii possessione deiecti tãquam ab abusu admitteretur. Prout iudicatum fuit Arresto, 19. die Februarii 1529.

Hanc ad rem semper definitum fuit, Episcopum ius super possessorio dicentem, abusum committere. Et alia vice appellatio tanquam ab abusu admissa fuit, ab eo quod Episcopus decreuerat, pendente lite eum, cui ipse fauebat, in diuini ministerium exhibiturum. B.

VIV.

Matricularia ab Episcopo non creantur.

Episcopus citra abusum, creationi, intiiurando & oneri seu muneri Matricularii & Luminarii Parrochiæ immiscere se non potest, idque proprium negotium est Parrochianorum & Iudicis laici. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Episcopum Nouiodunensem, qui causam Officialis sui & aliorum Officialium susceperat, qui Matricularium quendam cogere voluerunt, vt coram se ad iusiurandum præstandum compareret, pro Matricularis & Parrochianis appellantibus tanquam ab abusu, 2. die Decembris 1539.

Hnc Arrestum de 12. Decembris esse debet, quod plene refererur *in Collectore mea. cap.* 12. D. Maynardus simile Arrestum Parlamenti Tholosani refert. *lib.* 2. *Resp. cap.* 1. I. C.

XV.

Appellationes tanquã ab abusu admittuntur ab actis post decretum, non ante.

Notandum est Curiam admittere appellationes tanquam ab abusu, tum, cum Papa vel alii Prælati sanctis Decretis contrauenerunt, quorum Curia conseruatrix est, non habita ratione vllius lapsus temporis, nisi abusus ante decretum commissus fuisset: tum quippe prædicta Curia non se interponit, verum permittit partibus Papam adeundi facultatẽ: & tantum appellationes ab actis post decretum admittit. Ita Arresto Parisiensi dictum fuit, de quo Dn. Lucius à Dn. Rupifortio Aduocato admonitum se fuisse ait.

XVI

Religiosi

Inter illustrem Bernardum Albonium, Equitem Ordinis

Ordinis Regii, Dominam de S. Forgeul, petitorem approbationis duorum libellorum Curiæ oblatorũ, 9. & 12. Iulii postremi, eorum in finem tendentium, vt pars admitteretur, & rationes interuentionis in lite pendente in prædicta Curia inter Dominam Ludouicam Ancezuniam, viduam defuncti Christophori S. Chamontii ab vna parte, & Iacobum Miolanium Equitem Ordinis Regii, Dominum *de Cheurieres*, & Dominam Gabrielam S. Chamontii vxorem ipsius ab altera. Atque id ob rationes comprehensas in prædictis libellis ab vna parte: aduersus prædictos Ancezunium & Miolaniam prædictam ipsius vxorem, reos ab altera. *Viso* à Curia vtroque libello, obtentis eremodiciis super approbatione illorum à prædicto actore, iudiciique constitutione: altero libello oblato à prædicta Domina Gabriela vxore authoritate munita à prædicto Miolanio, 16. Augusti postremi, in id tẽdente, vt attento quod prædicta lis in eo statu esset vt iudicaretur, prædicta petitrix magnos sumtus faceret, quodque interuentio prædicti Albonii obseruaretur à prædicta Ancezuna ad differendam prædictam litem. Cæteroquin etiam litem inter prædictum Albonium & prædictã petitricem, facile ex tempore dirimi posse, & vnico solum instrumento lecto, vt placeret prædictæ Curiæ decernere, vt prædicta petitrix & prædictus Albonius veniret, vel eorum Procuratores litigatum in Camera: id quod decretum fuisset Arresto 22. Augusti insequentis, quod datum ad perorationem prædictorum Albonii & S. Chaumontii: postquam prædictus Albonius sese appellantem tanquam ab abusu gessisset, tam à sententia demonachationis vel deuelationis prædictæ de S. Chamontio, 6. Octobris 1576. quam ab executione eius: & rogasset Curiam, vt eum pro bene appellato admitteret & teneret: quo actu prædictæ partes super prædictis libellis determinatæ fuissent: & antequam ad iudiciũ prædictæ appellationis tanquam ab abusu procederent, decretum fuisset, partes instrumenta sua coram ea deponere oportere, vt omnia Procuratori Catholico communicarentur, iis vero, ita vt ratio exigat, ius decerretur: visis itẽ perorationibus & productionibus prædictarum partium super prædicta appellatione tanquam ab abusu, præcipue prædicta sententia deuelationis, de 6. die Octobris 1576 & 2. die Martii 1581 data coram Seneschallo Lugdunensi, vel ipsius Locumtenente, inter prædictas partes: extracto prouisionum & apprehensiones possessionum & mandato prædictæ de S. Chamontio, Abbatiarum de Clauas & S. Iusti. Rescripto restitutionis aduersus prædictam appellationem tanquam ab abusu, impetrato à prædicto Albonio prædicto 22. Augusti postremi, coniuncta expeditione super ea facta: conclusionibus Procuratoris Catholici: & omnibus quæ à prædictis partibus producta fuerant: & omnibus perpensis, dictum fuit prædictæ appellationis tanquam ab abusu respectu, Curiam prædictas partes Curia & processu citra expensas dimisisse & dimittere. Pronuntiatum 7. Septembris anno 1584.

Ita signatum, de Heuez.

Hoc Arrestum solemne est & magni momenti, quandoquidem eo Religiosa professa, & Abbatissa demonachatur & deuelatur legitime, non obstante quocunque tempore. An eam in possessionem Abbatiæ de Clauas miserant. Pater eam inuitã sacris & religioni addixerat, postea vero deficientibus masculis eam reuocauerat a monasterio. Idque aduersatur decretis vltimi Concilii, quod in Francia nondum receptum est Adde *Art. 18. h.t.*

XVII.

Appellans tanquam ab abusu expensas processuũ voluntarió tum debet.

In appellatione tanquam ab abusu fundata in eo quod Iudex Ecclesiasticus Iurisdictionem secularem sibi vindicauit: & e contra, processus voluntarii præscriptionem non inducunt: prorogatio quippe in vno prædictorum casuum non attenditur. Nihilominus appellantes condemnantur in expẽsas factas in processus ante appellationem institutos autoritate Iudicis incompetentis, & appellantis in eos, qui post prædictam appellationem fiunt. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 10. Maii 1519. inter quendam nomine Baudetum appellantem tanquam ab abusu ab vna parte, & quendam nomine Mallium appellatum.

XVIII.

Religiosa professa sese à religione liberare nó potest.

Die Iouis 18. Maii 1564. in Parlamento Parisiensi Fontenæus pro Domino Torcio appellante tanquam ab abusu dixit, sororẽ Annam Turciam fratrem ipsius, anno 1535. Religiosam professam in Picardia fuisse, eã per hosce tumultus monasterio exẽtam fuisse: quibus finitis ac præteritis eam admonitam, vt in Conuentum suum reuerteretur, eo quod indecore & aduersus honestatem publicam vagaretur. Ea rescriptum impetrat directum ad Episcopum Cameracensem, qui extra Regnum constitutus est, & auctoritate Apostolica mandatum subdelegationis Officialis Syluanectensis accipit. Ab eo quod insecutum fuit, is appellauit tãquam ab abusu, & conclusit atque ita postulauit, vt audientia ipsi denegaretur, vsque quo Monasterium rursum ingressa fuisset. Dauid pro Dominicella Anna Torcia dixit, hanc Dominicellam ex nobili familia esse, ipsi à Domina Comitissa Brenensi ipsius cognata 1200. libras ad eam elocandam datas: à Domina de Marcoussis sex mille librarum, præter successionem paternam & maternam: eam vi Religioni addictam fuisse, cum nonnisi 16. annorum esset, ob malam parentum ipsius tractationem, quam & ipse frater postea continuauerit. Mortua ipsius matre, fratrem appellantem eam in Flandriam transtulisse, vt nullam rationem reclamandi vel ad libertatem proclamandi haberet: Post hæc Inter Regem & Regem Hispaniæ bellum cœptũ, adeo vt reclamãdi medio destitueretur. Quã primum bellum finitum fuit, eum rescriptum, de quo agitur, reuera metu consultam tanquam mulierem, ad Episcopum Cameracensem directum accepisse: cõsentire, vt partes lite dimittantur, nihilominus vt ipsi de eo informare permittatur, attento quod in libertatis possessione sit, eam in ea morari. Fratrem ipsius nunquam appellationem formaturũ fuisse, nisi ea eum in litem seu iudicium familiæ erciscundæ traxisset: sed amorem pecuniæ & bonorum id produxisse: non de rescripto conquestum fuisse, nisi quando diuisio petita fuit, & postulata prouisio alimentorum & litigandi, è millibus libris ab initio nonnisi ducentas solutas fuisse. Boucheratius pro Procuratore Catholico dixit, abusum esse, & Curiam pronuntiare debere, male & abusiue impetratum fuisse. Et quantum ad causam attinet, eam admitti & prouisionem consequi debere. Curia dixit; male & abusiue processum & executionem factam fuisse citra expensas, atenta partium qualitate: decreuit Curia, hanc Dominicellam habitu Religioso vestiendam, & in Hospitale S. Geruasii Parisiensis constituendã, & in continenti fratrem ipsius appellantem, dominum Torcium, centum libras pensionis nomine tradere oportere, quod si intra octiduũ id facere neglexisset, eam duplicaturam ab octiduo in octiduum, triplicaturam & quadruplicaturam:

Et

Et quoad processum cognitionis super allegatis ab appellata, prædictum Dominum Torcinm consignare oportere ducētas libras apod Acta Curiæ, pro vt æquum videbitur, distribuendas.

Adde *Arr.16.supra;*

XIX.

Supra *titul. de Equitibus Ordinis S. Ioannis Melitensis.* Arrestum 5. *lib.* 1. super alia appellatione tanquam ab abusu, quod notabile est inter Commendatorem S. Ioannis de Pratis Mombrisonli ab vna parte & Franciscum de Sole Curionem S. Mauricii io Gregiensi ab altera parte.

Videatur idem *titulus de Appellatione tanquam ab abusu*, inter Decisiones defuncti Domini Præsidis Magistri & *titul. 7. huius libri,*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum II.

I.

Abusus in prouisione Beneficiorum.

PApa per præuentionem aut concursum in præiudicium Ordinarii vel Collatoris patroni beneficiūm in partibus Regni Franciæ conferre non potest, prout facit in partibus obediendiæ: & ab his prouisionibus appellatio tanquam ab abusu admittitur, vt dictum fuit in causa Regalistæ cuiusdam Monteræi, vbi fluuius Yonna deficit 15. Iunii 1564.

II.

Episcopus reus criminis recte Romæ cōuenitur.

Appellatio tanquam ab abusu bene fundatur per Episcopum appellatum in Curia Romana in causa criminali, attento quod huiusmodi cognitio ad Concilium Prouinciale vel Synodum pertinet. Vide consilia Molinei, qui hoc prolixe deduxit. Et ita iudicatum fuit pro Episcopis Parisiensibus, Apamiensibus, Nouiodunensibus. In quo Bonifacius aduersus libertatem Ecclesiæ Gallicanæ quicquam attentare noluit, *Can. decreuimus.* 30 *q* 9. generaliter id Arresto dictum fuit & definitum Concilio Constantinopolitano, Mileuitano, & Africano Ac Papæ semper insinuandum præstiterunt, se hæcce decreta pro libertate Franciæ obseruaturos B

III.

Prouisio in casum demonachationis

In appellatione tanquam ab abusu, quæ recte admissibilis declarata fuit à rescripto quodam à Papa impetrato quo ex auctoritate Apostolica Officiali Turonensi mandatum fuerat, vt ad executionem procederet & in possessionem bonorū Rliegiosam quandam Pictauiensem e familia Fonsacia reponeret & de demonachatione cognosceret. Pendente lite & inquisitionibus de vi & violentia patris, & de demonachatione iniunctum fuit, Religiosam cum habitu religioso rursum Monasterium Sancti Petri Pictauiensis ingredi oportere, & heredem cognatum eius possessione priuatum, rursus in possessionem reponendum, 15. die Iunii 1564. Et nota in Rescripto abusum commissum, eo quod hæc verba comprehendebat, *authoritate Apostolica*, vt in simili causa iudicatum fuit, 21. Iunii 1573. B.

IV.

Appellatio tanquam ab abusu a rescripto extra partes,

Super appellatione tanquam ab abusu, à rescripto Apostolico directo extra partes & extra Diœcesin, puta Turonibus Cenomanum, coram delegato quodam Canonico, attento quod Turonibus complures personati & honorarii erant: dictum fuit nulliter & abusiue, 10. Martii 1574. perorante Dureto. Item iudicatū fuit, 29. Nouembris anno 1575. super appellatione taoqoam ab abosu, ab executione rescripti cuiusdam impetrati à Papa directi ad Officialem Catalaunensem, extra partes Diœcesis Rhemēsis, vbi prouisio fuerat & institutio facta Capellæ de qua agebatur, attento quod Prælati in prædicto loco erant, appellatio in irritum deducta fuit, decretumque appellatum aliud rescriptum impetraturum iuxta *cap. Statutum, de rescrip. & c. ex causis in prag. sanct. & §. si quis, de friuol appellation. in concordat.* Choppinus *lib. 2. cap. 4. & 5.* B. I. C.

TITVL. III. DE ATTENTATIS.

ARRESTVM I.

ATtentata propere per informationes ex ordinatione Curiæ factas probari debēt, in quibus nō nisi simplex Attentati factum comprehendi debet: alioquin nullæ sunt. Et ita declaratum fuit Aresto Parisiensi, 11. Ianuarii 1535. Informationes Attentatorum quomodo validæ int.

Attentatū est notoria circumuentio & abusiua in præiudicium appellationis. & ab eo adhærendo appellari oportet.

II.

Momentaneus possessor procedat ad interim, si vna ex partibus a momentanea possessione appellet.

Rorius prouisus ab Ordinario ab vna parte, Bazodius resignatarius prouisus à Papa ab altera parte, Giraldus deuolutarius ex altera, de Beneficio S. Georgii Altouillani prope Mombrisonium, coram Balliuio Forosegusiensi contendunt: Resignatarius momentaneam possessionem obtinet, quæ executioni traditur aduersus Rorium possessorem, qui minime appellat. Giraldus, vt in scenam productus à Bazodio, vt personā suam ageret, & ad protrahendam litem, ad Parlamentum Parisiense appellat, Bazodius quippe, qui momentaneam possessionem obtinuit, bene videbat, se in pleno possessorio vincere non posse: & appellatio tam aduersus Rorium, quam aduersus Bazodium instituitur. Rorius in pleno possessorio procedit, & Bazodium quoque ad procedendum cogere vult. Bazodius ait, appellationem à Giraldo interpositam, vno e tribus partibus, super quo nihil attētare vetitū dictum fuit, eum procedere oportere. Balliuius prædictus vlterius pergit, à quo appellatur. Aresto Parisiensi, mense Octobris 1550. quod datum Moulinis diēbus Molinēsibus omnia in irritum deducta fuerunt. Simile & expressius Arrestum datum fuit 17. Februarii 1516. pro Brigantio aduersus Calatum. Ratio hæc est, quia ad Curiam hæc causa semel deuoluta est, necesse est, omnia in ea tractari, ne diuersa sequantur iudicia, *l. Nulli. C. de iudic. & ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.*

III

Attentata non dicuntur si appellans appellationem non vt debebat, intimauit.

Si appellans quidam alibi, quam debet, appellationem suam intimauit, ac postea ad eos, ad quos causæ cognitio spectat, partes remittuntur: si interea Attentata fiant, appellans ad postulandam eorum reparationem non admittitur, quandoquidem nihil in contemtū Superiorum factum fuit, inspecto appellationis defectu, Et ita Aresto Parisiensi, anno 1390. aduersus Ioannem Braguetum appellantem à Præfecto Chenabensi iudicatum fuit.

TITVL. IV. IS QVIS POST appellationem à se intentatam primæ sententiæ *acquieuerit.*

ARRE-

ARRESTVM I.

Procurator acquiescere poteſt.

PRocurator in cauſa appellationis acquieſcere primæ ſententiæ poteſt, etſi nouum & & peculiare mandatū non habeat, dummodo id ex cōſilio faciat, neq; appellans hanc acquieſcentiam reprobare poteſt. Et hanc ad rem Arreſtum datum fuit Pariſiis, 25. die Februar. 1538. quo in multam condemnatus fuit appellans, qui Procuratorem ſuum acquieſcentem primæ ſantentiæ reprobara voluit.

II.

Incarcerati ſollicitati à Iudice à quo acquieſcētes reſtituuntur.

Incarceratus appellans inſtigatione Iudicis, à quo appellauerat, ſollicitatur, vt mandatum emitteret ad acquieſcendum primæ ſententiæ in Curia cum expenſis. Hac de cauſa carcere dimiſſus, reſcriptum impetrat, quo aduerſus hunc conſenſum reſtitueretur, quod in Parlamento Pariſienſi admiſſum fuit: omnibuſque Iudicibus interdictum, ne quid huiuſmodi deinceps committerent, neque permitterent. Arreſto, quod datum in Camera particidali, vltima Ianuar. 1550.

Videtur vltima determinatio data in Curia, & publicata anno 1583 de Acquieſcentiis

Acquieſcēs in appellatione ſeo genoæ arbitri.

Appellans à ſententia Arbitri, ſi in appellatione acquieſcat, nihilominus pœnam compromiſſo appoſitam ſoluere debet, Choppinus *lib 3. de priuileg. ruſticor. part. 3. cap 6 in fin.* Charondas *lib. 4 reſponſ. cap. 3 & lib. 7. cap. 212.* & Robertus *rer. iudicat. lib. 3. cap. 8.*

TIT. V. DE RENVNCIAtione Appellationis.

ARRESTVM I.

Renunciatio appellationi quomodo fieri debeat.

EX Conſtitutione Regis ad renunciandum appellationi interpoſitæ intra octiduum quis admittitur. Nihilominus neceſſe eſt, huiuſmodi renunciationem fieri coram Iudice à quo, aut apud acta illius: vel ſi ea extra fiat, neceſſe eſt, eam in Acta referri, intra tempus appellationis inſinuandæ: alioquin non valet, vt per Cardinalem *in Clem. 2. §. 1. quaſt. 3. in fin. de appellat.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, anno 1390.

Præterea Arreſto 18 Nouemb. 1566. dictum fuit, primo die perorationum poſt feſtum S. Martini, renunciationem apud Acta factam deinceps à renunciatore in fine actorum inſerendam. Briſſonio perorante pro reo in deſertione

II.

Tempus renunciandi quomodo numeretur.

Renunciatio valet, ſi nono die fiat, numerando à die appellationis ſuæ, qui non numeratur: prout iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 16. Iulii 1520. Verum ſi poſt nouem dies fiat, puta, 10. vel alio inſequente, appellatio in deſertionem incidere non deſinit: ipſaque appellatio deſerta declarabitur cum expenſis, & citra multam attenta renunciatione. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 17. Februari. 1510. & aliis compluribus Arreſtis.

Renuncians appellationi poſt tempus præfinitū, multam non debet.

III.

Acquieſcētia renunciationis anticipari in tra octiduum, expenſis anticipantis fit.

Appellanti octiduum à Conſtitutione ad renunciandum limitatum integrum relinqui debet, eique iniuria fit, ſi intra illud tempus anticipetur: quamuis vero poſt anticipationem renunciare poſſit, attamen reſcriptum habere debet, vt acquieſcere poſſit: cuius expenſæ aduerſus anticipantem taxari debent: prout iudicatum fuit Arreſto, nona Auguſti 1530. atque ſufficit, ſi renunciatio in notoria Appatitoris fiat. Nam ſi Appatitor eam ſcripſit, alia denunciatione opus non eſt, vt expenſæ prædicti reſcripti de acquieſcentia impetrentur: prout iudicatum fuit Arreſto 21. Ianuarii 1521. Nihilominus ſi apparitor eius in notoria ſua mentionem non faciat, denunciatio parti neceſſario fieri debet: prout altero Arreſto, 11. Aprilis 1521. iudicatum fuit.

IV.

Renuncians apud Acta appellationi ſuæ, ſignificare parti non tenetur.

Si appellans appellationi ſuæ renunciauit, & renunciationem Actis inſeri curauit, ſufficienter renunciauit, etiam ſi parti ſuæ nihil eius ſignificauerit: prout dictum fuit Arreſto 6 Aprilis 1510. Si prædicta pars ſub hac ignorantia appellantem anticipari faciat, ſiue intra octiduum, ſiue poſt, ſemper in expenſas condemnabitur, quamuis prædictus appellans, neque ipſe per notoriam declarauerit, ſe renunciaſſe. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, 8. Maii anno 1519.

V.

Renuntiās appellationi corā apparitore id ſignificare debet.

Si appellans coram Apparitore renunciauit, id prædictæ parti ſuæ ſignificare debet, alioquin in expenſas condemnandus eſt: prout dictum fuit Arreſto Maiorum dierum Molinenſium, 7. die Octobris anno 1540.

Idem iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, decima Ianuarii 1563.

VI.

Idem &, vt videtur, contrariū.

Arreſtum extat, quod videtur contrarium eſſe, datum in Parlamento pro Ludouico Ponternatio, qui appellauerat à ſaluoconductu ſibi ab appatitore notificato, & poſteaquam coram prædicto appatitore & teſtibus renunciaſſet, in deſertione citatus fuit, & cum expenſis abſolutus: et amſi appatitor nihil parti ſignificaſſet: prædictæque parti actio ſua reſeruata fuit aduerſus prædictum appatitorem. Hoc Arreſtum bene intellectum præcedenti cōtrarium non eſt, quoniam in eo appellatio coram appatitore facta fuerat, & ibidem renunciari ei poterat, *l. nihil ff. de regulis iuris.* verum in præcedente appellatione alibi inſtituta, coram appatitore ſimpliciter renunciari non poterat.

VII.

Renuntiās coram Notario ſignificare debet.

Appellans, qui intra octiduum, coram Notario quodam renunciauit, renūciationem ſuam parti ſen aduerſario ſuo non ſignificauerat, in deſertionem incidiſſe declaratus & in multam condemnatus fuit: Arreſto Pariſienſi, vltima Maii 1390.

VIII.

Renuntiatio Procuratoris, qui appellauit, valida eſt.

Procurator appellare poteſt. Dubium fuit, vtrum renunciare poſſit? Alexander *in l. ſi fraudator. ff. de iis quæ in fraud. creditor.* & Baldus *in cap. ex parte. de reſcript.* negatiuam tenent ſententiam: nam quoniam appellauit, mandatum ipſius finitum eſt, *l. inuitus. C. de procur. cap. non iniuſte. eod.* Et quia intra octiduum renunciare oportet, minime conſtat, intra hoc tempus renunciationem ratam haberi, prout neceſſe eſt, *l. bonorum. ff. rem rat. haber.* Nihilominus Arreſto Pariſienſi, anno 1391. iudicatum fuit, eum citra expreſſum mandatum renunciare poſſe.

IX.

Renuncians appellationi quando expenſas debeat.

Renuncians appellationi ſuæ in expenſas, damna, & intereſſe partis ſuæ condemnari debet, ſi poſt tempus à Conſtitutione definitum renunciet, puta, poſt octiduum, *cap. interpoſita. §. ille. de appellat.* Arreſto Pariſienſi, 15. Iulii 1519. Verum intra hoc tempus renuncians ad ea minime debetur: prout iudicatum fuit Arreſto 18. Decembr. 1543.

Nota, in Acquieſcentia & renunciatione eſſe quoq; deſiſtentiam, quæ reſcripto fit, antequam appellatum fuerit.

TIT.

TIT. VI. DE DESERTA Appellatione.

ARRESTVM I.

Desertio 30 annis præscribitur.

DEsertio ante triginta annos non præscribitur: puta, vt appellatus appellantem suum in desertione intra prædictum tempus citare possit. Verum si id post triginta annos faciat, appellans à desertione absoluetur. Et ita iudicatum fuit pro incolis Plancéensibus, citatis in desertione, aduersus Claudium de Cruce, dominum prædicti loci, qui eos post prædictum tempus citari curauerat: & cum expensis absoluti fuerunt Arresto Parisiensi, 26. Ianuarii 1524.

II.

Rescriptum desertionis impetratum intra tempus appellationis insinuandæ.

Rescriptum desertæ appellationis impetratum intra tempus insinuandæ appellationis, & vel vltimo die, etsi post appellationem desertam executioni tradatur, nullum est: & reus à desertione absolui debet, per cap. commissa de elect. in 6. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Ianuarii 1528. pro Francisco Argiler o aduersus Ragneueanum: & altero Arresto, quod datum Maioribus diebus Molinensibus, 16. Septemb. 1534. & alio Arresto prędictorum Maiorum dierum, de rescripto desertionis impetrato vltima die, quod datum 14. Octobr. 1540.

Rescriptum desertionis impetratum ante tres menses non nisi Anticipationis instar valet: adeo vt, 1. Martii 1585 non habita prædicti rescripti ratione vlterius processum fuerit. Item propter rescriptum impetratum executioni non traditum ante appellationis insinuationem, desertio non committitur. Iudicatum eodem die.

III.

Desertio per compromissum nó impeditur.

Partes per compromissum & continuationem tempus insinuandi appellationem prorogare non possunt: & si pendente ipsorum compromisso tempus prætereat, appellatio, eo non obstante, deserta declarari debet. Eaque sententia est Pauli Leazari in *cap. quamdiu. de appellation.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, Vigilia Palmarum 1457.

IV.

Post desertionem vlterius non proceditur.

Anno 1384. Arresto Parisiensi iudicatum fuit pro Religiosis & maiore Priore Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, aduersus Ducem Bituricensem, si appellatio deseratur, Iudicem à quo propterea vlterius pergere non posse, neque exequi: verum desertionem iudicatam, vel rescriptum Iudicis ad vlterius procedendum, expectare debere. Postea Constitutio & Arresta in contrarium data fuerunt.

V.

Idē & contrarium.

Constitutio Regia vult, post desertam appellationem, partem optionem habere vel exequendi id, à quo appellatum fuit, vel desertionem persequendi. Et ita iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum Molinensium à Dominis Parisiensibus celebratorum anno 1540. iuxta Glossam *in l. eos. in princ. in verb. iniustam. C. de appellat.* Tantundem enim est omnino non appellasse, quoniam appellatio deseritur, *l. quoniam & l. si contra maiorem. C de appellat. ca. cum sit Romana & cap. ex ratione. de appell.* Et Iudex ad executionem sententiæ suæ procedere potest, non expectata prædictæ desertionis declaratione, vt per Bald. *in authen. si quis litigantium. C. de Episcop. audient.* & Boerium *decisione 17. num. 12.*

Nota, nonnisi ad Curiam spectare, rationem habere rescripto desertionis per Constitutionem 1539.

VI.

Ex Constitutione is, qui sententiam emeruit, aduersus quendam, qui postea ab ea appellat, tempore appellationis insinuandæ elapso, alterutrum è duobus agere potest: puta, sententiam exequi, vel citare partem suam in desertione. Nihilominus, si prædictam partē aduersam in desertione citari curet, executionem suam in eo statu constituit, vt expectanda sit declaratio, ac propterea eam illiquidam cōstituit. Neque eadem opera, & ante prædictam desertionis declarationem, sententiam suam exequi debet. Ideo vtrumque amplecti non potest, sed vel vno vel altero contentum eum esse oportet. Eaque docta peroratio fuit defuncti domini Montheloni Aduocati Regii, super appellatione quadam à Ballivio de Cussiet, perorante Messerio pro actore in desertione, & Domino de Chappes, pro reo, Maioribus diebus Molinensibus, 15. Octobris 1534. quæ Arresto approbata fuit.

VII.

Procurator ... non ... tur.

Dominus Procurator Catholicus Regius depulsus fuit ab approbatione rescripti à se impetrati, tendentis ad id, vt non obstante desertione, in quam inciderat, admitteretur, Arresto 16. Ianuarii 1419. quod quadantenus mirum est, id Principi non licere, quod priuatis per ipsum libere licet.

VIII.

Appellans ... appellationem ... tando partem suam longioribus diebus ordinariis.

Si appellans appellationem suam insinuet, & partem suam longioribus, nó ordinariis diebus assignet, ac interim ante diem venientem tempus insinuandi prætereat, numerando à die appellationis, prædicta appellatio deserta declarari debet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 18. Ianuar. 1521.

IX.

Tempus appellationis ratahabitæ, à tempore appellationis, non à tempore ratihabitionis numeratur.

Petrus Lauagerius Procuratorem Michaelis Rsueti se dicens, eo nomine appellat à sententia quadam data in fauorem Wilhelmi & Æmardi Maubeceti, quamuis tum prædictus Lauagerius Procurator Rsueti non fuisset. Hic post duos menses hanc appellationem ratam habet, & eam apud Iudicem appellationis insinuat. Appellati ei pręscriptionem opponunt, eo quod intra 40. dies ad id faciendum destinatos appellationem non insinuauerat. Is ait, ex quo ratum habuit, tempus computari debere. Arresto Gratianopolitano dictum fuit, eum non admittendum, & appellatio deserta declarata, 20. Decembris 1455. argum. *l. bonorum. ff. rem rat. hab.* Nominatim vero, quod omnes ratihabitiones fieri debeant intra tempus, intra quod actus principalis expediri debet, not. *in cap. quia ideo. 6. quæst. 5.* Et Gloss. *in c. quamuis. in verb. petere. in fin. de elect. in 6.*

X.

Tempus in ... appellationis insinuandæ in ... Scripto.

In prouinciis, quæ iure scripto reguntur, veluti Lugdunensi, Forosegusiensi, Matisconensi & Bellioecensi, definitum non erat, intra quod tempus appellationes in prædictis locis delatæ insinuari deberent, & per prouisionem nonnulli tres menses & viginti dies constituebant, alii minus, alii plures. Postea, hoc postulante Domino Marillaco Aduocato Regio, Arresto Maiorum dierum Rigodulensium, 4. Octobris 1546. tempus 40. dierum præfixum fuit, & appellantes temerarios, vel non admissibiles declaratos, itemq; in desertionem lapsos, in prædictis Prouinciis in multam 60. solidorum condemnandos esse, veluti in Prouincia Consuetudinaria.

Nota, ad alias sedes præter Parlamentum intra 40. dies, vel sex septimanas ordinarie appellationem insinuari.

TITVL. VII. DE SENTENTIIS executoriis, non obstante appellatione.

ARRESTVM I.

Appellatio à duabus sententiis interlocutoriis, & tribus definitiuis Iudicis Ecclesiastici, nō admittitur, nequidem tanquam ab abusu.

PEr concordata huius regni cum S. Sede Apostolica non permittitur bis ab vna sententia Ecclesiastica interlocutoria appellare, quæ vim & autoritatem definitiuæ non habet, neque à definitiua, quæ definitiua vim non habet, tertia vice. Si huic contrauenіatur, persequens duo remedia habet. Vnum vt procedi vlterius atque sententiam, non obstante appellatione executioni tradi curet: eumqua in finem impetrare potest rescriptum directum ad quendam Dominorum Curiæ, ad cuius alioquin districtum res pertinet. Alterum, si pars ipsius condemnata ita illicitam suam appellationem insinuet, ab eo tanquam ab abusu appellare possit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 9. Ianuarii 1553. Et altero Arresto 26. Iunii 1532. pro Francisco de Sole appellante à Decano Ecclesiæ Beatæ Virginis Mombrisonii, delegato à prædicta Sede, aduersus fratrem Wilhelmi Rostrati Commendatoris prædicti Mombrisonii.

V. Arr. 1. App. h. t.

II.

Expensæ prouisionis quare differatur.

Sententiæ prouisionis executoriæ sunt, non obstante appellatione, quantum ad summas, & res iudicatas, non vero quantũ ad expensas attinet: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 8. Februarii 1529. Eaque causa fuit, ob quam expensæ incidentis prouisionis in definitiuam reseruari solent, quandoquidem adiudicatio earum aduersus contradicentem effectum citius habere non posset, ac melius sit eas differri.

Vide supra *tit. 8 lib.* 18.

III.

Sententia executoria.

Sententiæ super dotibus, salariis, alimentis, sequestris, momentanea possessione, reparationibus publicis, tutelis, non obstante appellatione executioni tradi debēt: prout in titulis prædictarum singularum materiarum dictum fuit, quos videre oportet.

IV.

Expensæ prouisionia non obstante appellatione executoriæ non sunt.

Sententia prouisionis non obstante appellatione propter expēsas executoria esse non potest. Nam in Constitutione nihil de expensis dicitur, ac propterea neque de expensis intelligi debet, *cap. ad audientiam, de decisio.* Et iuxta hoc iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 18. Februarii 1545. pro appellante quodam à Seneschallo Borbonіensi: & altero Arresto pro Dionisio Pagio, appellante à Præfecto Parisiensi, aduersus Wilhelmum Eschiquatium, quod notandum est ad interpretationem Constitutionis Regis Caroli VIII. *articul.* 51. & Ludouici XII. *artic.* 80. Idem est in expensis adiudicatis per sententiam repræsentationis querelæ contradictæ. Pront iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 20. Iunii 1522.

V.

Idem.

Simile Arrestum alterum extat, datum Parisiis, de expensis adiudicatis incidentis cuiusdam prouisionalis medicamentorum, quod dictum fuit male iudicatum & executioni traditum, quantum ad expensas: Aliud est in altero articulo Constitutionis de sententiis executoriis non obstante appellationa, qui de expēsis expresse loquitur, & de quo dubitare non oportet, quin sub cautione propter eas vlterius procedi possit. Vide super eo *Arr.* infra.

VI.

Multæ 15. librarum quales executoriæ sunt non obstante appellatione.

Notabilis declaratio.

Constitutio Regis Ludouici XII *artic.* 72. quæ multam 25. libras non excedentem solui permittit, simpliciter verificata & citra modificationem vel interpretationem publicata fuit. Attamen Curia postea compluribus Arrestis declarauit, locum tantum habere, quando condemnatio multæ infamiam nō ingerit, neque ex causa vel delicto infamante procedit: alioquin enim appellationi deferri oportet, etsi ea non soluatur. Et ita iudicatum fuit duobus Arrestis: vno de 5. Aprilis 1531 altero de 6. Martii 1532. Præterea quando multa accessoria est & incidens alterius principalis non executorii: naturā mutare non debet, neque plus priuilegii habere; quam principale, velut multa temerariæ appellationis, etsi nonnisi 60. solidorum sit, nihilominus Susceptor eam exigere non potest, nisi Appellatio decisa fuerit. Ita iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum Molinensium, 1. Octobris 1550. & antea altero Arresto Parlamenti, 28. Martii anno 1530. ante Pascha. Et alterum Arrestum pro multa criminis infamantis datum fuit vltima Februarii 1544.

Multa appellationis non obstante appellatione executoria nō est.

Postea Constitutio data S. Mauri fossarum (quod olim *Castrum Bagaudarum*) mense Nouembri 1516 approbata in Parlamento, 23. Decembris prædicto anni, hunc articulum determinauit, & voluit, omnes sententias datas in materia criminali a iudicibus Regiis immediate Curiæ Parlamenti Parisiensis subiectis, in quibus nonnisi pecuniaria condemnatio fuerit, siue Regi inferenda siue parti ciuili, non excedēs multam 40. librarum vna vice soluendarum, executorias esse non obstantibus oppositionibus vel appellationibus quibuscunque, & citra earum præiudicium, tam in principali quam expensis, præstita tantum cautione iuratoria, sic tamē vt ne prædictæ sententiæ, à quibus appellabitur, vllam notam infamiæ, pendente prædicta appellatione inferre possint. I. C.

VII.

Constitutiones cōmuni iuri contrariæ restringendæ sunt.

Quando Constitutio simpliciter ait, has vel illas sententias, non obstante appellatione executorias fore, non expressa expensarum mentione facta, ad prædictas expensas extendi non potest, & ipsarum respectu Appellationi deferendum est. Nam etsi prædicta Constitutio omnia comprehendat; tam principale quam expensas, quæ accessoriæ sunt & sic eiusdem naturæ, cum ipsarum principali, nihilominus sæpe contrarium iudicatum fuit, eo quod huiusmodi Constitutiones executionis, non obstante appellatione, dispositioni iuris communis aduersantes, ad casus expressos restringi debent *l. quod vero. ff. de legib.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 9. Fabruarii 1532.

Nota quoque constitutionem quæ de vlterius procedendo, non obstante appellatione, loquitur, intelligi de iudicibus nude Curiæ subiectis & immediate, non vero de inferioribus. Ita allegatum fuit 22. *Ianuarii* 1576. à primo Præside Thuano.

VIII.

Sententiæ 10. libras excedētes quænam executoriæ sint, quæ non.

Constitutio Regis Caroli VIII. *articul.* 52. vult, Sententias Iudicum Regiorum non excedentes decem libras, non obstante appellatione executorias esse, si ex causis pure personalibus procedant. Præfectus Parisiensis, sub prætextu huius Constitutionis declarat sententiam à se datam in causā descendente ex delicto, vsque ad summam prædictam, nō obstante appellatione executoriam: ex eo quod coram ipso assertum fuerat, eam causam pure personalem esse, tum cum reus facere vel dare quid obligatur *l. Actionum genera.* §. 1. *ff. de Act. & Obl.* Cæterum quod ex delicto descendit, obligationem persona-

lèm esse *in prin. de oblígat. quæ ex delicto descendunt. Instit.* Reus ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi Arresto dictum fuit, male iudicatum & executioni traditum. Vel etiam si super iniuria iudicatum sit: hæc quippe actio infamiam irrogat, *l. 1 ff de iis qui not. infam.* Ac propterea summa adiudicata licet decem libras non excedat, executoria non est. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 20. Februarii 1530. idem, etsi nulla infamia sit, vt in Arresto 14. infra.

Nota Edictum Ambosiæ & in septo Vicennarum vsque ad 20. libras progredi, & ex diplomate permitti vsque ad 40. libras exequi in Camera Aquarum & Syluarum.

IX.

Idem. Prædicta Constitutio in reliquis redituum locum non habet, etsi personalea dicantur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi; 21. Martii 1526. quandoquidē iis plus realitatis quam personalitatis insit.

X.

Idem. Prædicta Constitutio locum non habet aduersus tutores, Curatores, Consules, Schabinos, Procuratores & alios similes, quamuis causa pure personalis esset. Attamen si vnus ex iis conueniatur tam hoc, quam suo nomine, & condemnetur: si suo nomine pro parte dimidia appellet, sententia executoria erit, iuxta prædictam Constitutionem: verum pro altera dimidia nomine tutorio vel Procuratorio, suspendetur. Ita iudicatum fuit Arresto 8. die Iunii 1543.

XI.

Sententiæ 40. librarum in actionibus personalibus & decē librarū reditus quando executoriæ sunt. Constitutio Regis Frācisci, publicata anno 1539. *artic. 6.* qua sententiæ Iudicum Regiorum, datæ in actionibus pure personalibus ad 40. libras Parisienses, & decem libras reditus vel prouentus, non obstante appellatione executoriæ sunt, tam in principali quam expēsis, non extenditur ad fructus vel reliqua, id quod notatur à Socino *in l. si quis cum totum. ff. de execut. rei iudicat.* Et ita iudicatū fuit Arresto Parisiensi, 5. Decembris 1521.

XII.

Plenaria possessio iudicata in incidente momentaneæ possessionis executoria nō est. Si Iudex Regius ius dicens super incidente momentaneæ possessionis Beneficii cuiusdam litigiosi, sententiā det plenariæ possessionis pro vna partium, nulla momentaneæ possessionis mentione facta, talis plenaria possessio, non obstante appellatione executoria non est. Quamuis enim plenior sit, quam prædicta momentanea possessio: Constitutio tamen de ea non loquitur: verum duntaxat de momentanea possessione. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat Dn. Lucius. Et altero Arresto prædicti loci, pro manus laxatione data ad probationem per testes. 18. Ianuarii 1530.

XIII.

Sententia in petitorio nō executoria nō obstante appellatione, quamuis non vltra decem librarum sit. Constitutio supradicta Arresto 8. in causa petitoria locum non habet: Præfectus Parisiensis reū condemnauerat, vt parietinis quibusdā discederet. Præterea altera sententia alterum reum condemnauerat, vt à triginta tribus terræ arepennibus decederet: à quo appellatum fuerat: petitores respectiue iuxta Constitutionem, executionem sententiarum non obstante appellatione petebant, & vnus quilibet ad summam decem librarum se restringebat. Id quod iis concessum fuit. Rei appellant & causam appellationis & expensas obtinent, neque tum ad principale processum fuit, Arresto Parisiensi, 18. ad Aprilis 1521.

XIV.

Sententia Constitutio de tradendis executioni sententiis in causis personalibus non excedentibus quinquaginta libras non obstante appellatione, in causis criminalibus locum non habet, & in causis tam condemnationem continentibus: verum tantum in causis pure ciuilibus, pront iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quo infirmata fuit sententia quædam Balliuii Carnutensis, 14. die Iunii 1521. non executoria est non obstante appellatione.

Ad titulum hunc faciunt *l. ordo. de executio. rei iudicat. & l. de re iudicat. ff. & C. & t. de prouisio. & recreancia* supra *lib. 10.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

A Tribus sententiis definitiuis Iudicis Ecclesiastici conformibus appellari non potest, nequidem tanquam ab abusu ad Curiam Parlamenti, prout iudicatum fuit Arresto, quod datum clausis ianuis, inter Carolum Castillonium, Equidem dominum Argentonii, appellantem tanquam ab abusu à sententiis aduersus se datis, tam ab Officiali Archiepiscopi Senonensis, quā Delegatis Archiepiscopi Lugdunensis & Delegatis Papæ, aduersus Dominicellā Magdalenam Chastreā, filiā illustris Casparis Chastrei, Equitis Ordinum, Tribuni veteris Scholæ Frācicæ protectorum Regis, domini de Nançay, appellatam & appellantem ab impetratione & concessione rescripti Papæ & tanquam ab abusu. Auditis Marcheo & Montrolio Aduocatis partium, simul & Marionio pro Procuratore Catholico, qui dixit, appellationem post tres sententias conformes aduersus Concilia & Concordata non admitti, & abusum esse, cui ipse adhæreat. Curia, quantum appellationes attinet interpositas à prædicto domino Argentonio à tribus sententiis & relationibus Medicorum, non habita ratione libelli ab eo oblati, à cuius effectu & approbatione eum depulit & depellit, declarauit & declarat, in omnibus appellationibus ipsius non admittendum, & vnica tantum mulcta puniuit: & huic consequenter ius dicens super appellatione tanquam ab abusu interposita à prædicta Chastrea, dixit, male & abusiue indultum, processum & executioni traditum fuisse, decernit, prædictas sententias iuxta ipsarum formam & tenorem executioni tradendas, cōdemnat prædictum Dominum Argentonium in expensas causarum appellationis & libelli, 26. Ianuarii 1601. in maiore Camera ianuis clausis. A tribus sententiis Iudicis Ecclesiastici cōformib. appellari nō potest.

Vide quæ notaui ad prædictum stylum Curiarum Ecclesiasticarum Bituricensium, *cap 24 I. C.* Attamen D Brodeus *in annotat suis ad Arr. D. Louetii lit. D. Arr. 27.* refert Curiam passim appellationes tanquam ab abusu admittere, non obstante, quod partes voluntarie coram Iudice Ecclesiastico diu processerint, etiam post tres conformes sententias, & citat Arrestum die Lunæ, 12. Iulii 1610.

TITVL. VIII. DE AVTORITATE Rerum iudicatarum, & Arrestorum, & remediis aduersus ea.

ARRESTVM I.

VTilissimum est tam priuatim quam publice, res iudicatas effectum sortiri, & singulos iis parere. Ex hac ratione Episcopus Constantiæ inobediens ac contumax aduersus Curiam repertus, in summas mulctas, vnam Regi inferendam, alteram parti ciuili condemnatus fuit, 26. Iulii anno 1534. Mulcta aduersus Prælatum sententiæ non parentem.

V. *Arrest. 2. Append. h. tit.* quod hoc primum Arrest. amplificat.

II.

Debitum iudicatum amplius seu bis in iudicio agitari non debet.

Creditor debitorem suum à Iudice ordinario laico condemnari curat. Post annum in filium suum, in fauorem ipsius studiorum debitum transfert. Hic debitorem coram Conseruatore priuilegiorum Apostolicorum citat, qui ab eo tanquam ab abusu appellat. Et super appellatione ipsius prædictus abusus declaratus fuit, eo quod superfluum sit condemnatum condemnandum curare, aduersus quem via executionis procedi potest: ac facile videre licebat, hoc vexandi debitoris gratia fieri.

III.

Arresta quando retractari possint ob instrumenta de nouo reperta, vel ob testium falsitatem.

Arrestum plerumque non retractatur nisi per propositionem erroris, ex Constitutione Regis Ludouici XI. & dispositione iuris communis *l. final. C. de fide instrument.* Attamen si falsum de nouo adprobetur, vel instrumenta de nouo reperta fuerint, contrarium defenditur *ex cap. accepimus. de fid. instrum & capitul. cum venerabilis, de except. & l. 1. l. 2. 3. & 4. si ex fals. instru. & l. cum quis. C. de iureiur. & l. Diuus. ff. de regul. iur.* Itaq; Arrestum quod à falsis testibus, vel per falsa instrumēta pronuntiatum fuisse postea reperitur, retractari debet, dummodo in instantia, super qua Arrestum interuenit, nihil actum fuerit de falsitate vel de instrumentis, de quibus de nouo post Arrestum agitur, neque impugnata vel proposita fuerint instrumenta, quæ reperta fuisse dicuntur. Alioquin enim nulla ratio aut via Arresti retractandi patet quam per propositionem erroris. Eaq; solutio est quam Accursius tradit ad vtramque sententiam conciliandam. Paulus de Castro *in consil 315.* aliam distinctionem facit & ait, reum condemnatū sub prætextu huiusmodi falsitatum ad retractandum Arrestum venire posse: verum actorem non item, cum ipsemet se accusare debeat, qui litem incipit, instrumentis ac probationibus non satis instructus, *l. qui accusare volunt. 4. C. de edendo.* Nihilominus Arresto Burdegalensi, quod datum anno 1520. Medicus quidam Bergeracensis actor, Arresto condemnatus, admissus & restitutus fuit, aduersus Religiosas S. Claræ Burdegalensis, qui obtinuerant. Superque eonnotandum est, huic retractationi insistere tam instrumentis de nouo repertis vel instantia falsi vti tātum posse, neque priora instrumenta cumulare: id enim reuisionem redoleret, textus *in l admonendi, ibi, quibus nunc solis vsurus sit ff. de iureiur.* quem Bartolus ibi singularem facit.

Nonnisi duo remedia sunt ad retractanda Arresta, puta, Propositio erroris arguens factum Iudicum, & libellus ciuilis, quo accusatur dolus, fraus & circumuentio partis. Vide quæ ad finem h. 1. notauimus. B.

IV.

Libellus ciuilis & propositio erroris differunt.

Propositio erroris, libellus ciuilis, culpa Procuratoris, dolus & circumuentio partis, remedia compatibilia non sunt. Nam error propositus iudicatur, prout primus cœtus seu Senatus vidit, qui primum Arrestum conclusit. Et tum, cum error subest, libellus ciuilis non admittitur: prout dictum fuit Arresto 3. Februarii anno 1540. in Maiore Camera. Libellus

Libellus ciuilis quid contineat.

ciuilis continet exceptiones & productiones nouas, omissas dolo vel defectu & lubrico ætatis, quibusque visis Arrestum datum non fuisset, veluti si Consuetudo producatur, vel instrumenta producantur, quæ vsque tum celata fuerant. Aliud est in propositione erroris. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 29. Ianuarii 1539. & facit textus *in l. Argentarius,* circa finē ibi: *potest probare se illo iudicio, quo victus est, vincere potuisse. ff. de edendo.* Quantū ad Procuratoris mi-

Culpa Procuratoris

noris culpam attinet, ea reparari potest per prædicti minoris aduersus prædictum Procuratorem & Curatorem regressum *l. in causæ cognitione. 13. ff de minoribus.*

ad Arrestū irritandū.

Atque hanc ad rem, cum minor quidam rescriptum impetrasset, eum in finem tendens, vt taxa seu æra expensarum aduersus ipsum facta, præsentibus ipsius Procuratore & Curatore, retractaretur, à rescripto suo depulsus fuit 7. Maii 1537. Si circumuentio fit, veluti si pars, quæ pro se Arrestum impetrauit, eius ignorans ad transigendum inducatur, postquam huius transactionis approbatio Arresto facta fuerit, rescripto hoc vltimum Arrestum in irritum deduci curare potest, si transactio magnum ei damnum inferat: quia post rem iudicatam transactio non valet. Verum etiam citra damnum insigne, impetrans depelletur: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi 8. Ianuarii post prandium 1545. pro muliere quadam Momferratensi

Trāsactio per circumuentionē.

Arrestis Curiæ, Aduocatis & Procuratoribus interdictum fuit ne partibus consulant, vt libellum ciuilem impetrent, nisi re mature deliberata & consiliis agitata, signata à tribus vel quatuor Aduocatis, ne Curiæ Arresta pro rebus ludicris habeantur. Adhæc 10. Decembris 1563. a Menilio Aduocato Regio repræsentatum fuit, huiusmodi libellos raros ac infrequentes antiquitus fuisse, prout repræsentauit primus Præses Thuanus, 7. Martii 1563. B.

V.

Propositio erroris post bienium & citra cautionē præstitam admissa.

Ex Constitutione Regis Ludouici XI. publicata mense Ianuario 1479. nemo admittitur ad errorem proponendum aduersus Arrestum Curiæ supremæ, biennio elapso, à die pronuntiati Arresti numerando, itemque cautione non præstita pro duplici multa Regi inferenda, & altera cautione propter damna & interesse partis, irritatis omnibus rescriptis, quæ in contrarium impetrari possent. Anno 1524. Comitissa de Taillebourg rescriptum à Rege impetrauit, quo ad propositionem erroris admitteretur, aduersus Arrestum quoddam Burdegalense, quod in fauorem Dominicellæ Ioannæ Hermitæ, non obstante lapsu longioris, quam Constitutio præfiniuit, temporis, vt nec præstare cautionē teneretur, tā ob multas, quam ob damna & interesse. Huiusmodi rescripto tanquam inciuili viso contradictum fuit: verum quoniam causæ eius impetrandi fauorabiles erāt, puta, furor, minor ætas & absentia necessaria ac probabilis, comprobatum fuit Arresto Curiæ Burdegalensis, 28. Iulii 1528. Simile Arrestum datum in maiore Consilio Regis, tum temporis Baugensarii constituto, vbi agebatur tantum de restitutione aduersus lapsum temporis a Constitutione præfiniti: prout ait Boerius *quæstio. 247. numer. 8.* Prius rescriptum duas derogationes Constitutionis continebat, nempe lapsus temporis & immunitatis à cautione præstanda. Quantum ad priorem attinet, eo quod huiusmodi propositiones erroris appellationi similes sunt, Princeps ex causa, indifferenter indulgentiam eo deueniendi præstare potest, non obstante desertione, per Glossam *in auth. & qui.* & ibi Bald. & Salyc. *Cod de appell tempor* & Textus *in l. 2. §. quod si ita contigerit ibi à nostro numine, & in l fin cod. tit* & Innocentius *in cap. ex literis. in fin. de restit. in integr.* Quantum ad posteriorem derogationem, maius dubium est præcipue vero in eo quod Princeps cautionem de damnis & interesse partis remittit, id quod tertium tangit: ac quamuis Rex pro voluntatis suæ arbitrio id quod ad se spectat, puta solutionem duarum multarum, remittere possit, vt per *tot. tit. ff. & C. de munerib. & honor. & l. fin. de legib.* nihilominus ius alterius inuiolatum relinquere debet, *capit. cum à nobis de testibus.* Attamen quoniam Arrestum executioni traditum permanet, non obstante prædicta erroris

propositione, prout ait Guido Papa *quæst.* 50. & 420, partis nullum damnum & interesse vertitur.

Tempus limitatum ad proponendum errorem.

Videtur, *Cod. si adv. rem iud. rest. postul.* videatur Arrestum *in dono [illegible] in inter[illegible]* supra lib. 16 [illegible] Tempus erroris proponendi anno coarctatum fuit, per Constitutionem anni 1529 *artic.* 136. [illegible] Quidam vero nomine Pelissetus a propositione erroris depulsus fuit, non obstante sententia Dominorum Libellatiorum & dispensatione carini, eo quod primo Arrestum in Audientia datum fuerat. Secundo, apertura erroris intra hunc annum non impetrauerat, 14. Iunii 1566. inter Generalis [illegible] orante Dauide pro errorem proponente. Postea Carolus IX. hoc tempus ad sex menses limitauit. Cæterum super eo, quod disputatum fuit, vtrum ex diuersa causa bis error proponi posset, & bis impetrari sententia Dominorum Libellatiorum, causa ampliata fuit, perorante Chauuelino iuniore aduersus Choppinum, & D. Brissonio Aduocato Regio, 7. Ianuarii 1577. B.

VI.

Emendatio qualitatum Arresti fieri potest.

Rescriptum impetrari vel libellus alius quã ciuilis offerri potest ad emendandas Arresti qualitates: veluti si heres quidam beneficio inuentarii condemnetur, vel heres simplex, vel tutor proprio suo nomine, qualitatibus tutoris & beneficii inuentarii omissis, ea via id emendari potest, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 20. Aprilis 1540.

VII.

Arrestum prouisionale non retractatur, quacunque ratione vel via quis retractare vellet.

Ad retractandum Arrestum prouisionale, quocunque modo quis retractare velit, per [illegible] propositionem, libellum [illegible], restitutionis, vel alia via ordinaria vel extraordinaria, nemo admittitur, sed et fieri potest. Et perse quis quidam depulsus fuit. Arresto Parisiensi, 15. Maii 1544. Ratio bona est, eo quod Arrestum hoc prouisionale reparabile est post cognitum principale negotium cui præiudicium nullum facit, *l. si iudex vnterti. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris.* Deinde quia remedio & auxilio communi locus est, extraordinarium auxilium non tribuitur, *l. in causæ cognitione 16. ff. de minor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 15. Maii 1544.

[illegible] tamen quando [illegible] ac occurreta circumuentione [illegible] libellis [illegible] libelli ciuilis non adhæretur [illegible] ita datem [illegible] in causa quadam perorante [illegible] & Villeco [illegible] Camera [illegible] Iunii 15[illegible]4 dictum fuit su[illegible] quodam libello, prouisionem in Maiore Camera impetratam, collateae distem, & id quod pars condemnata soluisset, reddi oportere B.

VIII.

Arrestum, cuius retractatio postulatur, executioni tradi non debet eo quod inseparabile est.

Arresto Tholosano quidã condemnatus in summam certam pecuniæ, & ad solennem deprecationẽ & agnitionem, à Rege rescriptũ impetrauit, eo prætextu, quod à Curia sibi suspecta iudicatum se diceret, neque obstantibus recusationibus ipsius, causa à Rege ad se euocata, & ad Parlamentum Parisiense remissa fuit: vbi partes super approbatione & executione Arresti perorarunt a[illegible] vlterius procederetur. Arresto, 9. Decembris 1550. dictum fuit, ob agnitionem solennem, velut rem irreparabilem, ob infamiam, quæ inde oritur, Arrestum Tholosanum differendum, pro residuo vero, tuendum & executioni tradendum esse.

Arrestum quando parti tradi debeat.

Hic notandum est, Arrestum à relatore, & Præside signatum pro pronunciato haberi: neque denegari sed tradi debere: verum si a relatore duntaxat signatum sit ac postea defectus quidam & obreptio deprehendatur, Curia id retractare potest. Eaque controuersia est, quæ inter quartam Cameram & Bretonium Aduocatum intercessit, qui de iniustitia conquerebatur, eo quod Arrestum suum sibi tradere noluisset 1. & 3 Augusto 1583.

IX.

Accusatus nimis

Si delinquẽs semel in pœnam leuem condemnatus, cum grauior esse posset, prout delictum exigit, amplius pro eodem crimine puniri non debet iuxta quod meruerat *l. Senatus censuit.* 14. *ff. de accusatio,* & ibi Bartolus, & Cynus *in l. nullam. C. de testibus* Et ita hodie obseruatur, arg. *l. Sacculari.* §. *sunt quædam. ff. de extraordin. criminibus.* Nominatim vero si ex causa Maiestatis relegatus vel deportatus tantum quis sit, iterũ reus fieri, vt pœna ordinaria plectatur, non potest, *l. eorum.* 24. *ff. de pœnis* Superque eo notandũ est quod Baldus ait *in l. si quis hoc genus. Cod. de Episcop. & Clericis.* quod si accusatus homicidii absoluatur, postea vero confessionis ipsius præcedentis probationes emergant, propterea rursus iterum reuocandus est. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, pro Helia Carretio, 16. Iunii 1523. Arresta contraria extant in causa ciuili: nihilominus si recideret, tum omnia cumularentur: prout è compluribus Arrestis tam in *titul. de pœnis,* quam alibi scriptis cognoscitur.

leni pœna affectus, ad pœnam legitimam in [illegible] iterum reuocari potest.

X.

Arresti confessionem iniuste deiurem & falsam iuramentum decisorium falsum.

Arrestum vel sententiæ datæ super falso iudiciali iureiurando ad delationem partis in finem litis decisorium; præstito, probatione periurii superueniente, non retractantur, *l. 2. C. de iureiur.* prout supra plene dictum fuit *tit. de iureiurando. 6. lib. 9.* Nihilominus Alexander *in l. si seruus plurium.* §. 1. *de legat.* tenet quod si pars quæ vicit, postea confiteatur se falso iurasse, vel etiam citra iusiurandum se iniuste vicisse; & absque fauore malam suam causam obtenturum se non speraturum fuisse, altero Arresto vel sententia a commodo primi Arresti vel Sententiæ excludi: eoque priuari, & ad omne id quod hac ratione ad [illegible] peruenit, restituendum condemnari debere. Hostiensis id ante Alexandrum, secutus doctrinam Innocentii *in c. quia plerique de immunitat. Eccle.* dixerat: & ad hunc effectum textus est notatus à Baldo *in l. penul. C. de inter matrimo.* Quamuis vero aduersus huiusmodi iuramenta probatio admitti non debeat *l. non erit 6. dato ff. de iureiurand.* attamen probatio è contraria confessione eius qui iurauit, resultans, admitti debet, prout ait Paulus de Castro *in l. qui iurasse.* §. 1. *ff. eod.* In simili casu in parlamento Burdegalensi suborto: Franciscus Wilhelmus, & Petrus Fabrerius Arrestum impetrauerant aduersus quendam nomine Raphinum, qui libellum Curiæ obtulit ad retractandum prædictum Arrestum: eumque in finem proposuit & probauit aduersus vnum è supra memoratis puta, Wilhelmum sese iactasse, quod falso iureiurando & per fauorem ita impetrasset. Partibus auditis, 18. Ianuarii 1532. Arresto dictum fuit prædictum Wilhelmum ab effectu primi Arresti depulsum, & ad omne id quod ad eum peruenerat, prædicto Raphino restituendum & in expensas condemnandum esse: quantum vero ad prædictum Fabrerium ab eo absolutum: itemque dictum fuit, ipsius intuitu Arrestum citra expensas, quantum ad ipsum effectum suum sortiri oportere.

XI.

Arrestum, cum nullum est, rescindi oboctum est.

Quantumuis à sententia, propter potestatem vltimi districtus eius, qui eam dedit, appellari non possit, attamen si à Iudice incompetente data fuerit, quamuis in vltimo districtu cognitum fuerit, vel etiam si Iudex competens & Iudex vltimi districtus sit, non tamen formam procedendi obseruauerit, & in eius processu nullitas deprehendatur, hoc vtroque casu quis vel per appellationem vel reuisionem admittitur. Eaque materia tractatur ab Innocentio in *cap. 1. de confir. vtil. vel inutili,* & à Legistis *in l. 2. & l. venales. C. quando prouoc. non est necess.* Guido Papa *quæst.*

quæst. 219. ait, se sæpe ita in mente Curiæ teneri vidisse, in Camera Gratianopolitana, vt caneant Iudices, ne quid sibi vindicent, quod ad eos non spectet, vel ne nulliter procedant: res sane bene notãda.

Vide *Arr.* 16. *infra eod. tit.* Vide & iunge *Arr.* 11. *tit. de resti. in integr.* supra.

XII.

Arrestum aduersus debitorẽ, qui soluit retractatur.

Debitor, qui defuncto creditori soluit, ab executore testamentario prædicti creditoris defuncti conuenitur, & Arresto ad soluendum condemnatur. Executioni huius Arresti is se opponit & probat, se debitum exoluisse: admissus fuit & liber declaratus Arresto anni 1388. Et altero Arresto anni 1390. dictũ idem fuit aduersus quendam nomine Coqueletum qui ad reddendum id, quod vt indebitum acceperat, condemnatus fuit. Eaque est *l. qui agnitis.* 11. *ff. de exceptio.*

XIII.

Absolutus semel à furto, reperi non debet.

Pistor Præfecto Pontœsano libellum offert, repræsentans molitorem loci sextarium frumenti ad molendum à se accepisse, neque id ad se pertinere, verum id sibi pinsendum traditum, molitorem autẽ id furatum esse. Concludebat ad id, vt sibi ius diceretur. Informationes fiunt. Molitor accusatur. Tandem is sententia absoluitur, & pistor in mulctam ob calumniam suam condemnatur. Is appellat ac postea acquiescit. Pistor ad soluendum furtu sublatum frumentum ei, ad quem pertinebat & à quo id sibi traditũ fuerat, cogitur. Postea subrogatur & dominus eius factus est, per cessionem huius frumenti quam sibi dominus fecit. Hoc nomine rescriptum monitorium publicari curat. Iidẽ testes in prima lite rite declarant, molitorem furtum prædicti frumenti commisisse, etsi in prædicta lite dixissent se nihil de hoc furto vel vidisse vel sciuisse. Hac secũda informatione molitor apprehenditur, processus aduersus ipsum instituitur. Neque quicquam meminit aut opponit, quod causam suam iam vicerit. Is ad frumentum reddendum condemnatur, quod si non redderet, eum virgis cædendum. Ab eo appellat. Ob defectum concludendi veniam impetrauit, iudicatum Arresto, quo dictum fuit, sententiam, quoad virgatum castigationem in irritum deductam, quoad reliqua effectum suum sortiri oportere. Rescriptũ impetrat forma libelli ciuilis fundatum in culpa Procuratoris sui, dicens se bona causa in principali niti: Super ea re iã antea iudicatum fuisse, seque à facto absolutum: propterea hodie condictione furtiua agentem nõ esse audiendum, *l. si duo* §. *idem Iulianus ff. de iureiur.* vbi Bartolus. Aduersus eum Rebursius dicebat, pistorem accusasse hunc molitorem furti, male consultum: cõdictionem enim furtiuam nonnisi domino competere, ipsum vero dominum non esse, atque ob hanc rationem molitorem absolutum fuisse, *l.* 1. *ff. de condict. furtiu.* At nunc frumentum ad eum per cessionem à domino factam spectare, cui satisfecit & libere nunc agere potest, *l. si pro fure ff. de condict. furtiua.* Dn. Marillacus Aduocatus Regius dicebat primum libellum neque ad furtum conclusisse, neque ad conductionem furtiuam, verum requisiuisse pistorem, vt sibi ius redderetur. Sed ex facti specie petitionis ipsius iudicẽ collegisse, eum ad furtum agere, prout etiam facere poterat: ipsius enim interfuisse frumentũ non surreptũ fuisse, cum periculo eius fuerit, *l. Itaque fullo.* §. 1. *ff. de furt.* & Iudicem super furto iudicasse. Igitur hodie pistorem ex hoc iure cesso non admittendũ, ad intentandã actionẽ furtiuam, p not. p Bartolũ *in d.* §. *idem Iulianus*, & eum molitore ad approbationem rescripti ipsius concludebat.

Cvria id approbauit, & molitorem admisit nõ obstante venia in causis ipsius appellationis: & ius dicento dixit, male eum incarceratum & condemnatum fuisse, &c. 5. die Ianuarii 1543.

XIV.

Sententia data pro defuncto valet, cõtra defunctũ nõ valeret.

Ex Constitutione publicata anno 1539. *artic.* 80. in iudicio iam constituto, atque lite eo in statu existẽte, vt iudicari possit, non obstante eo, quod vna vel altera partium decesserit, lis iudicari potest, contra *l.* 2. *C. si reus vel accusat. mort. fue.* & *l. penult. ff. quæ sent. sint appellat. rescin.* quæ iura hodie locum saltem habent in litibus iudicatis aduersus partem defunctam, quarum iudicium ipsa viuente constitutum non erat, vel quarum licet iudicium constitutum fuisset, in eo tamen statu nondum erant, vt iudicarentur, & aliquid adhuc peragendum superetat, vt per textum *in l. de qua re.* §. *fin. ff. de iudic.* Dubium est, puta, si pro defuncto sententia data esset, vtrum similis nullitas sit, ac si condemnatus fuisset? Videretur, quod sic: hæc quippe ratio claudicare non debet, iuxta id quod notatur *in l. fin C. de fructib. & lit. expensis.* Contrarium iudicatum fuit Arresto Parisiẽsi, quod allegat Imbertus absque data, *in enchir. suo in verb. nullum.* Eaque opinio est Glossæ & Bartoli in *d. l. de qua re.* § *fin.* quã is citat.

XV.

Reuisio arrestorũ nõ admittitur

Reuisiones Arrestorum Curiarum supremarum licitæ non sunt, & remedium proponendi erroris duntaxat locũ habet vel libelli ciuilis, si dolus, fraus obreptio & minor ætas subsit, & plerumq; impetrantes à rescripto reuisionis depelluntur, prout iudicatũ fuit Arresto Parisiensi, 6. Maii 1557. Hanc ad rem notabilia sunt verba *l. vnic. C. de error. calcul.* ibi, *denuo tractari posse, si res iudicata non sunt*, &c.

Idem.

Iuxta id quod in Comitiis Regni dictum fuit, reuisioni litis locum amplius non esse, super eo quod Claudius Medartus Aduocatus Regius in Sede Lingonensi, Arresto Maioribus diebus Trecensibus aduersus se dato, 13. Decemb 1582. litem suam reuideri volebat, Arrest. secretioris consilii 19. Iun. 1585 dictum fuit, propter consequentiam eum prædictam reuisionem habere non posse, verum Regem rogandum vt eum honori suo restitueret & filio ipsius Officium indulgeret.

XVI.

Libellus ciuilis in Parlamento offerri debet, vbi sententia data fuit.

Anno 1555. defunctus Cardinalis Bertrandus custos sigillorum Cancellariæ Franciæ rescriptum euocationis ad Curiam Parlamenti Parisiensis indulserat vt de libello ciuili aduersus Arrestum quoddam Maioris Consilii cognosceretur. Reus in prædicto libelloao Parlamentum vi huius euocationis appellat, caute eremodicium committit, ac minime comparet Curia ob eremodicium eius cognitionem quod ad se euocatum fuerat, retinet. Tandem causa super approbatione prædicti libelli ciuilis perorata fuit. Dn. Riantius Aduocatus Regius repræsentauit hanc euocationem Constitutionibus Franciæ aduersari, & impedire, quo Curia causæ cognitionem sibi vindicet, inspecto quod ex prędictis Constitutionibus cognitio nullitatis Arrestorum & libellorum ciuilium aduersus ea ad Curiam spectet, à qua prædicta Arresta procedunt. Actor Arresto de retentione insistebat.

Cvria Arresto suo, 24. die Iunii 1555. dixit, se cognitionem sibi nõ vindicaturam, partibus permittere, vt sibi iuxta Constitutiones prospicerent. Omnibusque Procuratoribus & Aduocatis interdixit, ne imposterum super rescripto euocationis peroraturi venirent, nisi prius domino Procuratori Catholico

Regio exhibitum id fuerit, vt sciatur, vtrum ei consentire vel interecedere velit.

XVII.

Argumentum litis. Inter Ludouicum Februarium actorem in libello ciuili, & Iacobum Demaneschium & Fiaetum Dusetium, cessionarios Iacobi Anberti, reos, Seruinus pro actore dixit, anno 1546. Benedictum Sarrorem vendidisse Michaeli Februario patri actoris duas tabernas dependentes à domo quadam Molinis sita, quæ vocatur domus Horologii, præsentibus testibus, è quorum numero erat Iacobus Albertus, qui in instrumento præsens denominatus fuit. Post hoc tempus vsque ad annum 1555. Michaelem Februarium his duabus tabernis visum fuisse. 22. Octobris, prædicto anno 1555. vnam ex iis donasse actori filio suo in fauorem matrimonii, & actorem ea vsque ad hunc præsentem diem fruitum fuisse & adhuc frui. Nihilominus Iacobum Albertum, prætendentem reditum 20. librarum sibi à Benedicto Sarrore deberi, pignori capi & hastis subiici curasse prædictam domum Horologii, & in pignoratione mala fide tabernam actoris quoque comprehendisse, quamuis nosset, eam ad Sarrorem amplius non spectare. Super hac captione interuenit Arrestum datum per obreptionem ad postulationem prædicti Alberti, quo sibi hanc domum adiudicari curauit, ac præterea tabernam actoris. Cum hoc Arrestum datum fuisset, à die detectæ fraudis demum actor cognouisset, rescriptum forma libelli ciuilis mense Augusto 1577. impetrasse, super quo prædictum Albertum citauerit, & hanc causam bis vel ter in ordinem & catalogum litium relatam. Postea reos ius ex cessione ab Alberto sibi facta habentes, actorem possessione tabernæ ipsius deiicere voluisse, eumque coram Iudice Molinensi conuenisse, vt ea migraret. His actorem repræsentasse, instantiam in Curia pendere, puta libellum ciuilem, qui offertur. Argumenta actoris esse, captionem tabernæ super eo factam fuisse, qui eius dominus non erat, neque actorem denunciatam, qui tertius possessor est.

Nullitas subhastationis ratione iis præstet qui non interuenerunt.

Prædictam tabernam locatam non fuisse, & ideo non ... pignus constitutum, eo quod actor possessione non priuatus fuit, *leg. communium. C. de pignorat. actio.* Nulla programmata affixa, nulla signa regia ad tabernam suspensa fuisse, propterea actorem iustam ignorantiæ causam habere, verum hastæ subiiceretur. Præterea Albertum pignori capientem & adiudicatarium venditionis interfuisse, cuius vi actor fruatur. Eum inter testes instrumentarios nominatum, adeo vt sciret eam non spectare ad eum, super quo domum pignori capi curauit. In-

Testis venditionis fundi, in quo ius hypothecæ habet, ius suum amittit, nisi protestetur.

super si ius hypothecæ vel aliud quodcunque in prædicta taberna prætenderet, eum id remisisse & dereliquisse, eam vendi permittendo. Nam neque protestatum fuisse, neque asseruisse, vllum ius sibi in ea competere: siquidem creditorem, qui rem vendi patitur, pignus dimittere & ius suum respuere. *l. creditor. ff. de reg. iur. l. fin. C. de remiss. pignor.* & Gloss. *in l. Caius ff. de pign. actio.* Præterea actorem præscripsisse, veluti tertium possessorem, & triginta annis possedisse, & quod magis est, vidente & sciente Alberto, qui eum neque turbauerit neque impediuerit. Proinde eum fundari in Lege prima & antiquissima, quæ introducta fuit apud Gallos inter leges Romanorum, quæ est præscriptio, quam ante nescitur introduxit primùm Flauius Njcetius vir illustris, teste Sidonio Apollinari Episcopo Aruerniæ. Reos dicere non posse id quod coram Iudice Molinensi repræsentarunt, puta, instantiam libelli ciuilis peremptam esse. Nullam enim Constitutionem esse, qua tempus præfigatur & limitetur ad iudicandum libellum ciuilem. Causam in ordinem & catalogum litium relatam, & actorem semper pacifice tabernam suam possedisse, ita vt ipsius possessio ipsum tueatur, & vim habeat non tantum interrumpendi peremptionē & præscriptionem, verum multo plura. Nam litis contestationem imitari eam detētionem, *l. cum notissimi, § imo & illud. C. de præscrip. 30. vel 40. annor.* & possessionem facti plus operari, quam fictā traditionem per conuentionem introductam: quinimò plus quam contestationem, vt notat Glossa in ea lege. Ad hæc Curiam, si ei placeat, notaturam, statim & incontinenti post Arrestum datum super subhastatione ab Alberto promota, prædictum Albertum cessisse id quod nonnisi 1200. libris emerat, & pro eo 1600. denariis accepisse. Ex quo ex duobus alterum iudicari posse, vel reos emisse domū Alberto acquisitam sub spe & fiducia, se actorem taberna sua spoliaturos, vel Albertum vendidisse id quod male acquisiuerat, quodque conseruare non poterat. Quamobrem actorem in approbationem rescripti sui concludere, vt partes in eum statū reponerētur, in quo ante Arrestum fuerant. Martinus pro reis auditus dixit, Arrestum discussionis fuisse, aduersus quod actor sibi non prospexerat, quod eum non adnullibilem reddebat. Seruinus replicauit & asseruit, non opus fuisse, sibi aduersus Arrestum discussionis prospicere. Et si se simpliciter executioni Arresti adiudicationis opponeret, id sufficere, verum pro forma eum rescriptum libelli ciuilis accepisse. Thuanus pro Procuratore Catholico Regio, actori adhæsit.

Libellus ciuilis non perimitur, & quomodo.

Curia approbato rescripto ab actore impetrato, partes in eum statum reposuit, in quo ante Arrestum adiudicationis ex decreto fuerant, reosq; in expensas condemnauit, mense Octobri 1582. Maioribus diebus Claromontanis in Aruernia, Præside Domino Harlæo.

Nota Edictum Blesense. *artic.* 92. & 145. præscripsisse & limitasse quo hæc media, prospicienda scil. sibi aduersus Arresta pronunciata. Notandum quoque est Curiam nonnunquam refractarios & inobedientes in quadruplum condemnare, vel corporaliter punire iuxta contrauentionis circumstantias. Vide *Arr.* 1. supra. 8.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VIII.

I.

CVria, cum Arrestum dedit, in casum contrauentionis vel impedimenti summas & acerbas pœnas annectit: veluti pro vidua Comitis d'Alsionis, 24 Martii 1583. aduersus nobilem quendam Pictauiensem, nomine la Motte, Arrestum datum fuit, quo 2000. coronatorum acquisita & adiudicata parti declarata fuerunt, propter contrauentiones Arrestis, & inobediens in corporalem pœnam condemnatus. Idem Arrestum extat de 14. Aprilis 1442. quo incarceratus quidam, eo quod Arresto obtemperare noluit, neque verba simplicis solennis agnitionis & deprecationis proferre voluit, condemnatus fuit, vt in carcerem reduceretur, quaternis diebus Sabbathi catamidiandus.

Pœna plerumq. Arrestis apposita aduersus refractarios & iis minus obtemperantes.

II.

In contrarietate Arrestorum libellum ciuilem impetrari oportet.

In materia contrarietatis Arrestorum, semper libellum ciuilem impetrari oportet, fundatum in circumuentione partis aduersæ. Ita Generalis Portalius, mense Septem. 1575. Arresta aduersus se data, in Maiore Consilio retractari curauit.

TITVL.

TITVL. IX. DE TRANSActione facta per ignorantiam Arresti editi.

Adde *tit. de restitutio art. 6. & tit. de Arbitris & compromiss.* Vide quoq., quod Du. Maynardus tractauit de natura quæstionum intractatarum in breui *lib. 6 quæst. suar. cap.* 18.

ARRESTVM I.

Transactio post rem iudicatam quando nulla sit.

SI ante pronuntiatum Arrestum vel post, per ignorantiam eius pars victrix ad transigendum inducatur, transuectio facta rescindetur, licet eum maiore facta fuisset, & partes in statum Arresti reponuntur. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi. 27. Nouem. 1524 pro Huberto Longemantio aduersus Margaretham Gaurium: & altero Arresto, quod datum in Curia Catholicianorum Parisiis, pro Antonio de Vannes dicto Lamnaudio, aduersus incolas Grozeti in Roannesia, anno 1540. per *l. eleganter, § si post rem. & l. in summa. §. 1. ff. de cond. indeb.* & not. *in l. post rem. de transact.*

Idem dicendum, si Procurator vel Syndicus citra expressum mandatum & specialem Conuentus seu cœnobii consuentionem eum quondam Arresto condemnato transigeret: iudicatum fuit pro Religiosis, Abbatissis & Conuentu Altoboneraio, 5. augusti 1564 inter Generalia.

II.

Transactio post rem indicatam absque magno damno seu interesse valere debet.

Attamen si partis, prædictæ rescissioni insistentis magni non interfit, ea depelletur. Et vero cum quidam transegisset, & per transactionem in principali obtinuisset, & nonnihil ob expensas causæ appellationis imperrasset, Arresto Parisiensi repulsam tulit, 8. Ianuarii 1545. quandoquidem, licet res iudicata & transactio eundem ac parem effectum habeant, semper transactio fauorabilior est, eo quod ab expresso consensu partium procedat, qui in omnibus actibus magis quam coactio & vis dominari debet, cuius naturam res iudicatæ seu sententiæ sapiunt, quæ redduntur in inuitos, hisque necessario est obsequendum, *l. si pecuniam, & l. sub specie. C. de re iudica.*

III.

Restitutio aduersus transactionem.

Quamuis transactiones inter maiores contractæ restitutioni obnoxiæ non sint, attamen, si dolus personalis, violenta vel alia coactio & insidiæ interueniant, procedentes à potentioris cuiusdam importunitate & potentatu, restitutio fanorabilis est, & absque his si pars indigna & in culpa fit: vt videre li. et in Arresto quodam Tholosano, *titul. de restit. in integr. &c. Arr. vltim.* supra.

LIBER VICESIMVS.

TITVLVS PRIMVS, DE TESTAMENTIS ET INSTITVTIONE HEREDVM.

ARRESTVM PRIMVM.

Testamentaria solennitas secundum Consuetudines determinatur.



SOlennitas condendi testamenti à iure ciuili introducta est, & ex hac ratione eadem iuris forma ac modo, siue scripti siue consuetudinarii, corrig., mutari & declarari potest, *§. quod autem. Inst. de leg. ag. tut.* prout ait Bartolus *in l. 1. C. de summ. Trinit.* Igitur, prædicta testamentaria solennitas iuxta Consuetudinem *locorum determinari debet tam quoad numerum testium, quam quoad alias solennitates attinet. Idque notatur *in l. 2. ff. de testa.* Verum deficiente Consuetudine ius ciuile sequendum est, quod vult, vt in testamento nuncupatiuo septem testes conuocentur: eaque Glossa est *in §. fin. Inst. de testa.*

Testamenta ruri condita vel tempore belli aut pestis coram quinque testibus.

Nonnulli tenuerunt, quemadmodum in testamento ruri condito quinque testes sufficiunt, *l. fin. C. de testam.* ita pariter tempore periculoso, veluti peste grassante, ob eandem rationem, quod ibi raro inueniantur homines & difficulter conuocari possint & coram ægroto præsentes constitui. Atque ita tenet Baldus ad prædictam *l. fin. C. de testa.* Sic tempore belli solennitates in castris remittuntur, *in pr. Inst. de testa. mil. & l. Lucius. ff. eod.* Quæ duo tempora belli & pestis proxima sibi sunt, quandoquidem mortalitas bellum quoddam Dei & aduersus homines, vt ait Bartolus *in l. Naturaliter. ff. de vsucap.* Nihilominus sanior pars ita distinguit, vt si pestis leuior sit, neq; eius causa populum vrbem dereliquerit, aere nondum infecto, hoc casu septem testes requirantur, nulla quippe legitima causa subest, ob quam minima iuris solennitas omittatur. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 17. Martii 1525. pro Ioanne Genero, aduersus Ioannem Amieum, Procuratorem Curiæ, quo tempore neque Parlamentum interruptum fuerat, neque populus vrbe excesserat, facit in arg. *l. 1. § proinde. ff. de ædilit. edi.* Verum si vehemens pestis sit, & populus vrbem dereliquerit, quinque testes sufficiunt, per textum *in d. l. fin. C. de testam.* Et ita iudicatum fuit altero Arresto, 13. die Februarii 1530. in prædicta Curia, pro Catharina de Spe, & Anna Ioanna, appellantibus à Seneschallu Aquitaniæ. Idque intelligitur de testamento ægroti: quod si enim ægrotus non sit, iure communi testari debet.

Testamentum inter liberos, coram duobus testibus.

Itemque si testandum sit *inter liberos*, duo testes sufficiunt *c. cum esses. de testam. l. Hac consultissima, §. ex imperfecto* Authen. *quod sine*, iuncta Gloss. ibidem. C *qui testa. fac. poss.*

* Id quod de Consuetudinibus locorum, in quibus testamentum fit, non vero in quibus bona Testatoris sita sunt, intelligitur. Ita iudicatum fuit, vltima Maii 1576. quod refert Choppinus *lib. 2 de morib. Parisio. titu. 4. num.* 2. Cynus & Bartolus *in l. 1. C. de summ. Trinit.* Papa *decisio.* 262. Cotondas *lib. 3. resp. cap.* 27. I. C.

II.

Testamentum ratione heredum scriptorum validum, pro ratione legatorum quunque valere debet.

Defunctus dominus Ioannes Boquetus Cancellarius Regis Nauarræ, testamentum condidit non obseruata iuris solennitate circa numerum testium, atq; heredem suum vniuersalem instituit Ioannem Boquetum filium fratris sui, & Gabrieli Boqueto naturali suo summam ducentorum coronatorum legat. Hic hos coronatos ab herede postulat; qui eos dare recusat, dicens, testamentum ex quo is hoc legatum petit, hoc respectu nullum esse. Quamuis enim solennitas iure ciuili introducta de conuocādis à testatore septem testibus, reducta sit ad formam iuris gentium, in ore duorum aut trium, &c. quando scil.

testamentum inter proprios liberos conditum est: nihilominus hoc obseruari tantum prædictorum liberorum intuitu, in quorum fauorem hæc solennitas remittitur, non vero quo ad ea, quæ personas extraneas tangunt: horũ quippe respectu nihil quicquam ex ordinariis solennitatibus remitti vel omitti ius permittit, *l. Hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testa. l. fin. Cod fam. ercisc.* Ac propterea, quoniam in testamento, de quo agitur, nonnisi duo testes adfuerunt, id valere tantum pro herede & fratribus ipsius, qui erant liberi fratris testatoris, & successori ab intestato; non vero pro prædicto naturali, qui extraneus esset; non ex familia testatoris, nominatim quia nõ fuerat legitimatus, prout ait Iason *in d. §. ex imperfecto.* Prædictus Gabriel legatarius ait, legatum suum in piam causam & pro alimentis relictum esse: ad quæ pater filio suo natureli teneatur, *cap. cum haberet de eo qui dux. in mat. quam poll per adult.* Ac complures tenuisse; propter matrimonium & dotem spuriæ, Dominum subditis suis tributum indicere posse, si ius tributi in quatuor casibus habeat, dummodo legitimos non habeat prædicta spuriæ. Tandem Arresto Burdegalensi, quod datum in Maiore Camera 7. Septembris 1532. prædictus heres ad soluendum prædicto Gabrieli naturali filio prædictum legatum condemnatus fuit.

III.

Testamentum scriptum leui ex causa non reuocatur.

Testamentum solenne * per alterum secundum minus solenne non reuocatur, nisi inter duo testamenta decem anni effluxerint, vel testatur decẽ annis post primum vixerit: quod tempus cum reuocatione minus solenni iunctum sufficit, ad prædictum testamentum modis omnibus irritandum. Itque textus est bene intellectus in *l. sancimus. Cod. de testa.* ibi *sin autem testator.* Glossa. *in verb. fuerit.* & Azo *in summa, de testam.* & Ioannes Faber *in d. l. sancimus*, tenent, quandoquidem hæc reuocatio minus solennis prius testamentum solenne nullum reddere possit, necesse esse, vt inter vtrumque decennium intercedat, à priore testamento vsque ad prædictam reuocationẽ, atque ita intelligunt *d. l. sancimus.* Verum ipsorum sententia non obtinuit: & verum est, satis esse, testatorem decem annis post primum testamentũ vixisse, & reuocationem inter medio tempore factam, quinimo licet duobus mensibus vel anno vno post facta fuisset. Ita tenet Hostiẽsis in *summa titul. de testa. §. qualiter infirmetur versicu. item per posterius. in fin.* ibi, *& post hoc decennium lapsum sit.* Atque iuxta hanc sententiam iudicatum fuit Arresto *Gratianopolitano, 10. Martii 1459. pro successione Æmardi Faunerii ciuis Gratianopolitani. Id tamen ita intelligendũ, si reuocatio hæc valide fiat ac legitime: & ad minimũ iuxta formam in testamento nuncupatiuo requisitam, præcipue quando inter liberos testamentum non conditur. Testamentum enim solenne maiorẽ formam requirit, quam illud quod nos *in scriptis* dicimus. Cæterum sola reuocatio testamenti, siue solennis siue nũcupatiui & siue inter liberos siue alios, non attenditur, etiamsi eadem solennitate, qua testamentum ipsum, facta fuisset, & necesse est antequam valeat, vt reuocans tempore reuocationis vel post, alterum testamentum condat, *l. Militis. §. veteran. moriens. ff. de milit, test.* Authent. *hoc inter liberos. C. de testam. §. ex eo solo, Inst. quibus. modis. test. infir.* Ad reuocationem efficacem sufficiet, testatorem testamentum suũ reuocando declarare, se ratas velle donationes casuales & mutuas in casum, quo alter superuixerit ante à se pactis dotalibus vel alibi conuẽtas: verum si nihil horum vel simile quid remittatur, sed simplex duntaxat & nuda voluntas sit, recte videtur, hanc reuocationem ita nude & simpliciter factam efficacem non esse ad reuocandum testamentum.

Sola reuocatio testamenti quando valeat?

Nihilominus complures de eo dubitarunt & asseruerunt; solam ac simplicem reuocationem, absq; nouo & posteriore testamento, præcedentem testamentum rumpere, per propria verba *§. liberos, in l. vnic. ff. si tab. testam. null. extab.* ibi, *vel si quis alia ratione voluntatem mutauit, voluitque intestato decedere, dicendum est ab intestato rem habituros eos, &c.* Accursius hoc dubium definit & ait verbis nudis & solis hanc reuocationem sine secundo testamento non valere, verum si factum subsit, veluti si scheda testamenti rumpatur & scindatur; vel nomen heredis deleatur & alia substantialia, tunc prædictum *§. heres.* locum habere, & ita manifesto & expresse verba eius sonant, ibi, *quia incisa sunt tabula vel quia cancellata.* &c. id expresse dicitur *in l. nostram. Cod. de testa.* quæ exceptio est prædictæ Authenticæ *hoc inter liberos.* Altera atque notabilis exceptio est, quando pater testamentum suum reuocando ingratitudinis, vel alterius indigni facinoris à scripto herede perpetrati mentionem fecit: tum quippe si indignum huiusmodi factum probetur, reuocatio legitima est, absque vllo alio testamento, *l. Hereditas. C. de his quib. vt ind, & l. cum quidam ff eod.*

* Inter liberos reuocatio sufficit, neque altero testamento opus est, & testamentum solẽne recte altero minus solenni reuocari potest. Arresto Parisiensi quod pronuntiatum in purpura, 1. Iunii 1571. Alias Testamentum solenne altero sobsequente imperfecto non rumpitur, licet secundum tempore pestis conditum fuisset, Arrestum Parisiense de 4. Iunii 1593. *A.* T. Choppinus *li. 1 de priuileg. rustic. par. 2. c. 2. & ad Consuet. Paris lib. 2. tit. 4.* Carondas *lib. 4. Resp. cap. 18. & 79. & lib. 8 cap. 58.*

Guido Papa *decis.* 200. Vide Maynardum *libro 5. quæstio. cap. 23.*

IV.

Testamentum primũ continens clausulam derogatoriam omnibus subsequentibus quomodo reuocari possit.

Testatur in testamento suo clausulam derogatoriam apponere potest, ne scil seducatur ad alterum testamentum præter voluntatem suam condendum, prout notatur *in l. si quis in principio 22. ff. de legat. 3.* Petrus Mitebelius testamentum condit, & in eo heredem Mariam sororem suã instituit: & post multa capita allegata tãdem declarat, se velle, *Vt quo casu alterum testamentum conderet, ex nunc, vt ex tunc id nullum esset, nisi expresse in prædicto secundo huius primi mentio fieret, & contentum in eo, eius, ue tenor huic de verbo ad verbum cum speciali derogatione insereretur.* Euenit, vt septẽdecim diebus post alterum & secundum testamentum conderet, & in eo heredem suum vniuersalẽ institueret Ioannem Mirebelium patruum suum: & reuocaret expresse alterum & primũ testamentũ, quod se Camberiaci condidisse ait, continens vniuersalé institutionem sororis suæ, & alias quasdam institutiones & substitutiones, quarum pro tempore non habere se memoriam dixit: addit propter iuuenilem ætatem suam 22. annos se neque intelligere neque comprehendere potuisse clausulas derogatorias in prædicto primo testamento contentas, neque illarum se memorem esse. Nihilominus expresse ait, se omnia reuocare & in irritum deducere. Dubitatum fuit, vtrum hoc primum testamentum sufficenti modo reuocatum esset: Bartolus *in l. si quis. impr. in lectura, versic. viso ad secundum*, tenuit, quod non, & speciali derogatione opus esse & mentionem primarum derogatoriarum clausularum fieri oportere: & post eũ Dynus *in cap. quod semel placuit de reg. iur. in 6.* Et licet sententia hæc communis sit, nihilominus Salycetus *in l. sancimus, in 6. quæstione C. de testa.* hoc dubium definit, puta per iustam ignorantiam vel obliuionem derogatoriarũ in primo testamento

mento comprehensarum, testatorem ei generaliter in secundo testamento derogare posse: atque ideo hoc secundum testamentum reuocasse primum, per *d.l. si quis, in pr. in verb. sciens.* Alioquin si testator vir peritus sit: neque temporis neque morbi sui occasio & causa obstet, ex qua priorum obliuiscatur, speciali derogatione opus est, *l. Diui, § licet. ff. de iure codicillor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 2. Augusti 1457.

V. *Arr. 7. App. h. t.*

V.

Clausula derogatoria in testamento.

Incola quidam Lugdunensis, cum Geneuam concessisset, testamentum condidit, & in eo vxori suæ, ex qua nullos liberos susceperat, domum suam Lugduni sitam legauit. Postea Lugdunum reuersus alterum testamentum condidit, & prædictam domum cuidam nepoti suo legauit, ac in prædicto testamento clausulam adiunxit, qua tam primo testamento, quam omnibus aliis, quę in futurum condere posset, derogatum volebat, nisi hæc quatuor verba sequentia: *Intelligitis vos hæc bene?* scripsisset. Postea ab vxore sua sollicitatus tertium testamentum condit, in quo prædicta verba non exprimebantur. Posthæc moritur. Vxor possessionem prædictæ domus apprehendit. Nepos sese opponit. Sententia Seneschalli Lugdunensis causa sua cadit, & vxor manutenetur. Ab eo ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi Arresto vigilia Penteeostes 1580. dictum fuit, male iudicatum, & prædictus nepos manutentus. Hoc vltimum Arrestum fuit, quod pronunciauit Dn. Præses Seguierius antequam moreretur, vir illustris memoriæ. Eaque est *l. si quis in pr. ff. de leg. 3.* & contraria esse videtur *l. Diui, § licet de iur. Codicill.*

V. Choppinum *ad Consuetud. Andegau. libr. 3. capit. 2. titul. 4. artic. 16.*

VI.

Liberi exheredati ad successionem aui admittuntur. Notabile.

Quidam nomine Iulianus Royetus, ægre ferens Wilhelmum Royetum filium suum se inuito matrimonium contraxisse, eo non obstante, quod ei expresse hoc interdixisset, neque videre neque audire filium prædictum voluit, testamentumque condidit, & in eo eum exhæredauit ingratum ac inobedientem declarauit. Prædictus Wilhelmus exhæredatus, relictis liberis & patre superstite, præ[illegible]fungitur. Pater post eum moritur. Liberi prædicti Wilhelmi ad successionem, vt nepotes, se admitti postulant. Quibus propter prædictam patris ipsorum, quem repræsentant, exhæredationem intercedi[illegible]tur. Ad hæc respondent, se suo [illegible]e, non patris venire, iuxta *l. si emancipati. 6. de bon. poss. contra tab. & l. si auus. 2. C. de lib. præter.* vbi Baldus late discurrit, & doctrinam Bartoli *ad l. qui superstitis de acquir. poss.* Aiunt insuper, se prædictum auum suum nullo modo offendisse, ac ideo versari se in terminis *l. si quis in suo. §. vlt. C. de inoff. testa.* Arresto Parisiensi proprid[ie] Vigiliæ Natalis 1584. prædicti nepotes, liberi Wilhelmi, ad successionem aui ipsorum admissi fuerunt, decretumque fuit familiam cum iis erciscundam.

Vide hoc Arrestum, prout docte & eleganter pronunciatum fuit in purpura, a Dn. primo Præside Harlæo, *in quæstionum, quæst. 38.* quo iudicatum fuit, liberos eius, qui a patre suo exhæredatus fuit, eo quod inuito patre vxorem duxisset, ab auo ipsorum, qui superuixit filio suo exhæredato, exheredari non posse, eo quod nepotes patris sui pœnam sustinere non debeant.

VII.

Priuilegium testamenti militaris.

Iulianus Carrerius studiosus Tholosæ à nonnullis sociis suis seductus & inductus vna cum illis nomen suum militiæ dedit atq; cohorti Capitanei Dallonii, quæ in castra aduersus ciuitatem quandam rebellem posita, deducta fuit, se associauit. Cum e castris iam intrare parati essent, quidam è sodalitio prædicto sermone à se habito, dicendo *Optimi Sodales, periculum vitæ nunc quam proxime adimus: quantum me attinet, testamentum condere atque heredem instituere animus est*, prædictum Iulianum Carterium permouit, vt verba sequentia nuncuparet: *Instituo heredem Petrum Carterium fratrem meum:* Eaq; verba his sub ter præsente Capitaneo suo & nonnullis aliis repetiit: postea oppugnatione occisus fuit. Igitur Petrus Carterius defuncti fratris sui hereditatem adire volens, examen in futurum institui curauit, in quo tantum testes audiri fuerunt, puta prædictus Capitaneus Dallonius in vno loco, & quidem ab optione, & Coactor agminis maior prædictæ cohortis in altero loco & ab altero optione. Postea publicationi & admissioni prædicti Testamenti insistit, & ad id tendit, vt ipse heres admitteretur. Huic se opponit Anna Carreria soror prædicti Iuliani, tam pro se quam pro matre sua, & ad id tendit, vt prædicto defuncto ab intestato succederent mater, frater & soror iuxta dispositionem iuris communis nulla habita prædicti testamenti ratione: cui testamento opponebatur, in eo requisitum testium numerum adhibitum non fuisse, eosque qui deposuissent, peregrinos fuisse & suspectos, ob plurimas rationes. Deinde prædictum Iulianum non vt militem decessisse, verum potius vt studiosum, qui non bellandi sed castra visitandi gratia cum sodalibus suis abiuerit. Tandem prædictum Petrum prætensum institutum, & prædictum Iulianum inimicos fuisse, Eumque magis [illegible] matrem suam, quam omnes alios dilexisse. [illegible] hæc prædictus Petrus asserebat, prædictum [illegible] ceu militem mortuum subl[illegible] prædicti [Capit]anei Dallonii, cuius catalogo [illegible]. Secundo [illegible] positione iuris communis, [illegible] omnino, qui in iisdem castris degunt ac militaria munera subeunt, etiam vectuarios & anno[illegible] priuilegio militari testandi & disponendi de bonis suis frui debere. Tertio prædictum priuilegium duobus testibus contentum esse, quinimo scripto a milite in vagina gl. dit. [S]uper his Seneschallus Tholosanus prædictum testamentum validum declarauit, & prædictum Petrum heredem admisit: à quo prædicta Anna appellauit, non vero mater, quæ in prædicta lite nisi esse non opposuerat verum duntaxat prædicta Anna; quæ sumpserat suoque coniunxerat nomen prædictæ matris, quæ nunquam quicquam petiit. Ad appellationem à prædicta Anna interpositam & insinuatam in Curia prædicti Parlamenti Tholosani, Arresto pronuntiato à domino Latonno secundo Præside, 23 Decembris 1578 dictum fuit, à prædicto Seneschallo bene iudicatum fuisse & citra expensas. Mirum videri posset, nihil matri adiudicatum fuisse: verum ratio hæc fuit, quoniam prædicta mater nunquam interuenire neque quicquam in prædicta lite petere voluit.

Adde *Arr. 23. h. t. & 3. App.*

VIII.

Clausula codicillaris supplet solemnitatis, non vero voluntatis defectum.

Si pater vel mater in testamento nominare, instituere vel exhæredare vnum è liberis suis, vel ei quid legitimæ loco relinquere negligant, testamentum nullum & inutile est, *l. inter cætera 30. ff. de lib. & post.* Nihilominus si clausula codicillaris inserta fuerit, huiusmodi defectus & alii solennitatis defectus velantur, & valet testamentum pro obliquum, hoc est, vt heredes ab intestato teneantur implere id, quod à testatore dispositum fuit. *l. Codicillis §. fin. ff. de leg. 2. & Lex*

& l. ex his verbis. ff. de testa. Adhæc notandum est, hos heredes ab intestato teneri ad restituendam hereditatem heredi scripto in prædicto testamento nullo: idque tanquam fideicomissum, & vi prædictæ clausulæ codicillaris simpliciter & pure, non expectata ipsorum morte vel alia conditione, *l. ex testa. C. de fideicom.* Atque tum omnium distractionum loco prædicti h redes legitimam suam & sumtuũ refusionẽ, quos iuste ac legitime fecerunt, absque Trebellianica consequuntur. Isque textus est *in l. ex eo. C. de fideicom. & in l. si. iure. C. de testa. manum. & l. ex ea scriptura ff. de testa.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1460. Prædicta vero clausula locum quoque nullum habet, quando testamentum ex alio, quam solennitatis defectu nullum est, veluti ex defectu voluntatis, *d. l. Codicillis*, & ibi nota.

V. Maynarduæ *lib. 5. cap.* 11.

IX.

Matres liberos suos sob pœna nullitatis præterire nõ debent.

Necessitas instituendi proprium filium, vel eundem in testamento exheredandi, æque locum habet in testamento matris, quam patris, *l. filio præterito* 17 *ff. de ini. rupto irritoque testa.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1461. inter fratres Alemannos, & in litis Rupichinardi reuisione.

X.

Testameotum nullũ non est ob præteritionem filii inter legatarios nominati.

Non attento rigore & forma iuris requisita, qua pater necessario liberos suos in testamento expresse instituere vel exheredare, & iis id quod sibi placet, iure institutionis relinquere teneatur: alias testamentum nullum sit, *§. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appellat. cognosc.* & Glossa ibi & alia Glossa. *in l. Papinianus § si quis mortis ff de inoff. testa.* Iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 3 Maii 1530. testamantũ à patre inter liberos conditum valere, eo non obstāte, quod prædictus pater verbo *institutionis*, sed tantum legati & donationis vsus fuisset, per Glossam in *Auth nouissima de inoffic. testa.* & Glossam *in § tam autem in verbo testamento, Instit. de inoffic. testa* per tex. *in § pater, in Auth de trient. & semiss.* Et iuxta sententiam Azonis, vel aliorum heredum vniuersalium. Atque altero Arresto Burdegalensi, iudicatum fuit, mense Aprili 1537.

Boerius *decisio.* 148.

XI.

Præteritio ascendentium quomodo generali legato velari possit.

Super hac difficultate, ne testamento Ascendentes in 2. gradu prætereantur, veluti auus, iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, hac clausula in testamento inserta. *Dono vnicuique eorum, quibus iure teneor donare & relinquere summã quinque solidorum*, satisfieri, vt testamentum validum & legitimum sit. Ratio hæc est, quod legatum & institutio particularis eiusdem naturæ sint, *l. quoties. C. de hered. instit.*

XII.

Legitima matris aliũ de commodom sentiẽtis, & testamento honoratæ.

Filius testamento matrem suam heredem instituit, cui ex consuetudine loci nonni si mobilia & cõquisita immobilia, & quartam vel tertiam fundi sui geneatebici relinquere poterat. Quæritur, vtrum in residuo legitimam suam postulare possit? Iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, quod non, arg *l. filio, § patri. ff. de adim. leg.*

XIII.

Clausula institutionis: *Si vxor mea pregnãs sit.*

Comes Vantadurius in bellum profecturus testamentum condit, & in eo heredem Posthumum instituit, *si vxor sua pregnans esset*. Comperitur, tum temporis eam grauidam non esse. Postea tempore quodam vxor ipsius prægnans existit & plurimos liberos parit, tam hac vice, quam aliis. Moritur nullo alio testamento perfecto. Dubitatum fuit, quis heres foret? vtrumne primogenitus, an vero omnes? Iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, omnes heredes fututos, *per l. placet, cum l seq. ff. de her. inst.* & per sententiam Baldi *consil. 359. & 407. vol. 2.* vbi ait quod hæc verba, *si pregnans esset*, intelliguntur, quando prægnans esset.

XIV

Legitima accipitur secundum dispositionem legis vel consuetudinariæ, in quibus bona respectiue sita sunt.

In definienda lite inter dominum Ludium ab vna parte, & dominum Buchagium ab altera, cuius D Hospitalius relator erat, 3. Februarii 1542. Arresto decisum fuit, quod si testator habitans in Prouincia iuris scripti, & bona in pluribus Prouinciis sita habens, tam Consuetudinariis quam iis, quæ iure scripto reguntur, testamento vnum è liberis suis heredẽ vniuersalem instituat, alios ius legitimæ suæ accepturos & tales portiones, quæ iis ex dispositione cuiusq; Prouinciç vbi bona sita erũt, cõpetũt, siue iuris scripti siue Cõsuetudinis, puta in bonis iuris scripti, iuxta cõputationẽ Auth. *Nouissima. C. de inoffic. testa.* & in aliis Prouinciis, prout Consuetudo disponit, iuxta textum *in l. si certarum ff. de testam. milit.*

XV.

Filius non est præteritus, qui matri suæ in casum mortis eius substituitur.

Testator testamento suo heredem vniuersalem vxorem suam instituit, et si ea moreretur, instituit & substituit ei filium suum. Hic hoc testamentum impugnare postea vult, dicens, se præteritum, eo quod filius & in primo gradu sit, neque in prædicto testamento vel exheredatus vel institutus reperiatur, *§. eadem. institut. de hered. quæ ab intestat. def.* ac propterea testamentum nullum esse, *Inst. in pr. de exheredat. libe.* Vxor testamentum defendit & ait, id valere, quandoquidem satis sit, id vires suas ex secundo gradu, puta, substitutionis capere, *l. 3. § fin ff. de liber. & post. & l. similes. in pr. ff. de iniust. rupt.* & expressius adhuc *in l. ex facto § Lucius. ff. de vulgar. & pupil.* adde quod filius pure & simpliciter legitimam suam, quæ quatuor vncias constituit habeat, prædicta vero heres octo, *l. scimus. § cum autem C. de in off testa.* Ac pro prædicto testamento iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1460.

XVI.

Officialis examen testamenti in formam instrumenti publici redigere non potest.

Processus coram Officiali Ecclesiastico institutus, ad recognoscendum & comprobandum testamentum, adeo quidem vt in formam instrumenti publici redactum fuerit, authenticum non est, neque testamenti vim in Curia laica habet. Simile dubiũ fuit in Curia Parisiensi 14 Februarii 1552, super quo deliberatum fuit.

XVII.

Heres antequã nascatur vocatus ex contractu, ad debita tenetur.

Sæpe inter Nobiles videre licet, pactis dotalibus compehendi & inseri nonnulla, ad determinandas successiones futuras ipsorum posteriorum, additis substitutionibus fieri aliisque necessariis obseruationibus, ita vt liberi liberorum & alii nominati veniãt ad successionem, etiam inuitis patribus, & licet prædictorum suorum patrum hæredes non sint, vi prædictorum pactorum. Super his dubium exortum fuit; vtrum hi successores debitis suorum patrum, fratrum vel aliorum prædecessorum, quibus mediate vel immediate succedunt, obligentur? Nominatim in lite quadam inter illustrem Vincentium de Casanteur ab vna parte; & illustrem Ioannem de

Foxio Comitem de Cramang, propter terram de Nassier, veluti dependentem à dominio de Marpas. Prædictus Comes filius erat Gastonis de Foxio, qui condemnatus fuerat ad prædictam terram cum fructibus restituendam: quantum ad terram ipsam attinet, in eius restitutionem bene consentiebat, verum quoad fructus dicebat se in eos non teneri, eo quod neque hæres esset, neque bonorum patris sui condemnati possessor, & ad bona, quæ percepisset ab eo, se pactis dotalibus defuncti Ioannis & Isabellæ de Foxio vocari: & eorum hæredem ex pacto necessario esse, non vero patris sui. Nihilominus Arresto Burdegalensi, quod datum mense Iunio 1531. prædictus Comes in fructus perceptos tam à se quam à prædecessoribus suis condemnatus fuit, qui iuxta probationes ad tria millia librarum Turonensium liquidati seu adærati fuerunt. Ratio hæc est, quia effectus hæres est, & loco heredis, licet vere heres non sit, *l. si socer. ff. sol. matr.* & id declarat Albericus de Rosat. *in leg. fin. de donat. inter vir. & vxor.* Et hanc ad rem tenetur,

Dominus Delphinus ex contractibus Regis tenetur.

Dominum Delphinum ius ex necessitate legis Salicæ succedendi in Regno habentem, non expectata patris voluntate, in id quod prædecessor ipsius Rex contraxit, promisit & debuit, teneri æque ac priuatam personam ex Oldrado *consil. 93.*

Vide *artic.* 278. & 300. Consuetud. repetitæ prælectionis Parisiensis.

XVIII.

Heres vel legatarius sub conditione nomen & insignia gerendi.

Institutio heredis, sub conditione ad nomen & insignia testatoris gerendi, admittitur & pro conditionali habetur, *l. mulier, quæ viro §. si quis hereditarum seruum. ff. de condit. & demonstrat.* & ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod allegat Guido Papa *quæstio* 251. Simile in legato ita relicto. Cæterum multum interest, hæc conditio apponatur per conditionem, veluti: *Volo, vt hæc institutio valeat, dummodo gerat nomen & insignia, nec aliter:* hoc quippe casu defectus conditionis & eius implementi, omnia nulla reddit, an vero forma simplicis oneris vel modi apponatur, veluti: *Hunc heredem meum facio, dummodo nomen insignia mea gerat*, &c. defectus quippe oneris huius nullitatem non induceret, verum obediendi necessitatem, prout infra plenius declaratur *titul. delegatis Art.* 3.

XIX.

Leprosi testari possunt.

Leprosus * libere testamentum condere & de bonis suis disponere potest, prout ei placuerit, absq; discrimine, prout iudicatum fuit Arresto, quod vidi inter schedas domini Dessoges. Et certe nullo iuris loco neque diuini neque scripti interdictum ei reperitur, atque ideo permissum & liberæ ipsius voluntati relictum censetur, *arg. l. ex eo. de testa. & l. qui testamento §. eum qui. vers. cum iuris ciuilis. ff. de testam.*

Paralyticus non.

* Aliud est in Paralytico, cuius testamentum venia Curiæ Parlamēti Burdegalensis nullum declaratum fuit Arresto Parisiensi, quod datum in Maiore Camera, 27. Octobris 1595. Choppinus *ad Consuet. Paris. lib. 2. tit. 4. artic.* 21. & 22.

XX.

Non obstante contagione testatoris & testium defectum signaturæ approbari non potest iuxta constitutionē.

Cum sententia quadam data à Seneschallo Lugdunensi vel Locumtenente ipsius, 14. die Decembris 1568. pro Antonio Iusto, Benedicto Liberali, & Ioanna Chabertia vxore ipsius, reis, & opponentibus executioni rescripti delegationis impetrati, 8. Iulii nuper præteriti, aduersus Ioannem Florinm, Ioannam & Antoniam Philippias, & Antoniam Geneuæam actores in executione prædicti rescripti, quo Seneschallus noster vel prædictus ipsius Locumtenens adiudicasset prædictis reis momentaneam possessionem mediæ partis omnium & singulorum bonorum Wilhelmi Geneuæi, & Iacobi Geneuæi ipsius filii & per mortem ipsorum relictorum, litigiosæ redditæ ab actoribus, præstita ab iis cautione, de prædicta dimidia bonorum parte restituenda, vt & fructibus, qui ex ea prouenient, si hoc fieri debere deinceps diceretur, & ius in principali reddendo dixisset, ad iudicium litis procedendum esse, non inquisitis recusationibus. Atque eo facto definitiue prædictos reos & opponentes in possessione omnium & singulorum bonorum Wilhelmi & Iacobi Geneuæi patris & filii manutenuisset, interdictione prædictis petitoribus & omnibus iis, quibus competet, facta, ne eos turbarent vel impedirent in prædicta possessione, sub pœna decem millium librarum, iisdemque petitoribus in expensas instantiæ, damnorum & interesse ex reali turbatione procedentium condemnatis. Ex parte prædictorum actorum ad prædictam Curiam Parlamenti nostri appellatum fuisset, in qua prædictis partibus in causa appellationis ipsarum audita, & lite per scripturam conclusa & ad iudicandum admissa, vtrum bene vel male appellatum fuisset, additis grauaminibus extra litem, productione noua prædictorum appellantium, quam intra tempus Constitutionis dare possent, ad quæ grauamina prædicti appellati respondere possent, & aduersus prædictam nouam productionem contradictorios expensis prædictorum appellantium exhibere, atq; prædicta lis, grauamina, responsiones ad ea, exclusio productionis nouæ à prædictis appellantibus, libellus oblatus p̄dictæ Curiæ nostræ à prædictis appellatis, 6. Maii 1570. eum in finem tendens vt prædicta Curia nostra diiudicando prædictam litem adhærere & insistere vellet, super eo quod testamentum à defuncto Wilhelmo Geneuæo 2. Septembris 1564. conditum in lite productum, cuius vigore prædicti appellati postulabant, vt manutenerentur in possessione bonorum litigiosorum, à prædicto testatore & testibus non esset signatum, prædicti appellati admitterentur ad probandum, testatorem & testes tempore prædicti testamenti peste attactos & infectos fuisse, aliaque in eo libello memorata: Super quo reseruatum fuisset ius dicere prædictam litem diiudicando. *Viso*, & diligenter processu examinato, sententia & Arresto prædictæ Curiæ nostræ dictum fuit, nulla habita ratione prædicti libelli neque insistendo prædicto testamento, veluti nullo, nullius effectus & valoris, male sc. iudicatum fuisse à dicto nostro Seneschallo vel ipsius Locumtenente, bene vero à prædictis appellantibus appellatum. Et emendata prædicta sententia, manutenuit & manutenet prædictos appellantes in possessione omnium & singulorum prædictorum bonorum litigiosorum: sustulit & tollit manum nostram aliunde impedimentum à prædictis partibus interiectum & oppositum; ac præterea condemnauit & condemnat prædictos appellatos in expensas tam causæ principalis quam appellationis, damnorum & interesse procedentium ex causa realis turbationis: taxatione prædictarum expensarum & liquidatione prædictorum damnorum & interesse prædictæ Curiæ nostræ reseruatis; quæ decreuit quoque & decreuit, hoc præsens Arrestum legendum & publicandum in Auditorio prædicti nostri Seneschalli vel Locumtenentis ipsius, eique iniunxit, vt à Notariis sub pœna mulctæ arbitrariæ Constitutionem obseruari curaret. Ex his apparet, Curiam noluisse adhærere declarationi publicatæ in ea super approbatione contractuum & testamentorum exceptorum, anno 1570. in quib. solennitas signaturæ obseruata nō fuerat, quantumuis

contra-

contagio eos ad ea admittenda mouere debuisset. Adhæc notandum est, etsi declaratio Regis tempore impetrati huius Attesti obtenta ac verificata non dum fuisset, attamen in consequentiam in futurum trahi, contagionem scilicet testatoris & testium, prædictum signaturæ defectum excusare non posse, vt nunc fieret. Prædictum Attestum datum est, 12. Maii 1570.

Adde Art. 2. & quæ supra notantur.

XXI.

Testamentum reuocari potest coram tribus testibus & vaco Notario.

Cum in causa quadam mota coram Ballinio nostro Forosegusiensi vel ipsius Locumtenente, inter Antonium Grandionium primogenitum ab vna parte, & Antonium Grandionium iuniorem suo nomine, & causa pro fratribus & sororibus suis suscepta, reum ab altera, ex parte prædicti actoris dictum & propositum fuisset, Enemundum Grandionium patrem suum, testamentū cōdidisse, 15. Martii 1550. quo reuocatis omnibus aliis testamentis vel codicillis quæ antea fecisset, & legatis quibusdam particularibus singulis minorib. liberis relictis, eum nominasse & instituisse prædictum actorem filium suū primogenitum, hæredem suum vniuersalem: hoc testamentum optima forma conditum, omnibus iuris solennitatibus obseruatis, ex qua ratione concludebat ad id, vt tanquam heres vniuersalis patris sui in possessione bonorum per mortem prædicti patris sui relictorum manuteneretur: in eafum vero vlterioris processus, momentanea possessio sibi adiudicaretur, itemque ad finem expensarum.

Exceptio.

Ex parte prædicti rei in contrarium dictum & propositum fuisset, Enemundum Grandionium patrem ipsorum testamentum condidisse, 13. Septembris 1550. quo nominasset & instituisset prædictum reum heredem suum vniuersalem: consequenter ad eum tanquam hæredem patris sui vniuersalem bona per mortem prædicti patris ipsius pertinere. Et ad respondendum testamento condito 15. Martii sequente, quo prædictus actor prætendebat, se hæredem institutum, & omnia alia testamenta antea condita reuocata fuisse, dicebat, hoc secundum testamentum 15. Martii 1550. reuocatum fuisse à patre ipsorum, 25. Maii 1552. declaratione addita, se hoc secundum testamentum nullius effectus & valoris esse velle: & hanc reuocatio tem factam coram Notario, qui prædictum secundum testamentum excepisset, & tribus testibus præsentibus: hac igitur reuocatione legitima existente, actorem fratrem suum primogenitū prædicto secundo testamento iuuari non posse, atque ideo primum testamentum ratum firmumque permanere: in omnem vero euentum, omnes liberos ab intestato succedere debere: concludens ad finem absolutionis & expensarum.

Replicatio.

A prædicto actore loco replicationis dictum fuisset, ius scriptum eandem solemnitatem desiderasse ad reuocanda testamenta æque ac ad ea condenda non satis esse, testatorem reuocandi testamenti quod solemniter condiderat, voluntatem habuisse: id quippe non à nuda ipsius ac simplici voluntate dependere: verum voluntatem hanc altero secundo testamento æque solenniter condito ac prius factum fuerat, testatam oportuisse. Verum esse, ex dispositione iuris scripti permitti, reuocari testamentum alio medio & modo, quam secundo testamento, veluti per reuocationē, puta, quando testator præsentibus tribus testibus testamentum reuocat, quod antea fecerat, & post hanc reuocationem decennium elapsum fuerit, à die prædicti testamenti, quod reuocare cupit: agnoscebat reuocationem coram tribus testibus factam: verum negabat lapsum decennii à lege requisiti cepisse, neque testatorem decem annis post testamentum, quod reuocatum prætendebatur, vixisse: hoc testamentum conditum fuisse anno 1552 adeo vt reuocatio à reo proposita omnibus necessario requisitis iure solennitatibus instructa non esset: et neque valida neque sufficientem: partes commorantes in Prouincia quæ iure scripto regitur, iuxta ius ciuile Romanorum dirigendas, à quo obiudicium huius defuncti Iudices discedere non posse: prædicto reo non profuturum, si dicat, agi de reuocatione testamenti à patre inter liberos suos conditi, ac quemadmodum testamentum à patre inter liberos conditum valeret, licet solennitates iuris ciuilis adhibitæ non essent: pari ratione reuocationem testamenti à patre inter liberos conditi valituram, quamuis solenni modo facta non fuisset. Respondebat enim ad hæc facilem, in fauorem nempe liberorum magis necessariam esse, solemnitates iuris in reuocatione stricte seruari, quam in testamento condendo, vt difficilius esset patri contrauenire priori suæ dispositioni in fauorem liberorum suorum factæ, neque ita facilè permitteretur, eam in illarum præiudicium reuocare, quo alii forte Incuplet entur, qui eum ita proxime non attingerent. Hanc ob causam ius ciuile requirere, vt reuocatio testamenti à patre inter liberos conditi, præsentibus septem testibus fiat, & hac ratione maiorem solemnitatem exigere in reuocando testamento inter liberos condito, quam in reuocando testamento inter extraneos condito: consequenter asserebat, hanc reuocationem à reo propositam defectu laborare & insufficientem esse, & ea insufficienter existente, sequi, testamentum, quo ipse institutus fuerat, in vigore suo ac efficacia permanere debere, seque in conclusionibus suis bene fundatum.

Duplicatio.

A prædicto reo dictum & loco duplicationis suæ repræsentatum fuisset hanc reuocationem factam coram Notario ac tribus testibus, quod vnicum pro testium nio certo ac verissimo actus cuiusuis requiri ac desiderari posset: prædictamque iuris ciuilis constitutionem, quæ de forma reuocandorum testamentorum loquitur, approbare reuocationem factā coram tribus tantum testibus absque Notario: hanc Constitutionem equidem prædictum decennii lapsum eum prædicta reuocatione requirere, verum hunc decennii lapsum omnino inutilem fuisse: non enim à die reuocationis numerarum, sed à die testamenti conditi. Certum esse reuocationi vim & authoritatem tribuere non posse. Præterea Constitutionem ciuilem intelligendam, velut quæ formam det reuocandis testamentis inter extraneos conditis, at in lite prædicta agi de reuocatione testamenti à patre inter liberos conditi: non quidem ad alterum testamentum condendum aut ad disponendum in vtilitatem extraneorum & in præiudicium liberorum suorum, verum vt ii ab intestato æqualiter succederent, dispositionis per eum inter lib. tos longe magis priuilegiatas, quam eas quæ inter extraneos fierent, eo quod solenitatibus iuris non obligentur vel obnoxiæ sint, prout testamenta inter extraneos condita: sic testamenta inter liberos solennitatibus iuris ciuilis soluantur, eadem ratione reuocationes testamentorum inter liberos adstringi vel coarctari ad eas non debere, præcipue quoniam prædictus decennii lapsus in numerum superfluarum subtilitatum potius referri, quam pro necessaria forma haberi ac numerari debeat: hoc axioma puta, non maiorem solemnitatem in reuocandis, quam in condendis testamentis requiri; fundari in regula iuris,

qua dicitur: *Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolui, quo colligatum est, l. Nihil. num. 35. ff. de R. I.* Si fauorem liberorum considerari oportet, ad liberalem hanc reuocationem à solennitate iuris, certum esse, per reuocationem liberis plus fauoris tribui, quam testamento reuocato, ex testamento vnum è liberis omnem successionem auferre, ope vero reuocationis omnes liberos æqualiter succedere: & in hoc dubio semper ad æqualitatem recurrendū, quæ mater æquitatis est. ius quidem ciuile velle, vt reuocationes testamentorum inter liberos fiant coram septem testibus, quando testator alterum testamentum perfectum cōdit, & obseruatis iuris solennitatibus: verum dicebat, hoc intelligendum, quando testator testamentum reuocaret, quo liberos suos heredes instituisset, testamento perfecto ac sulenni ad instituendos heredes in liberorum præiudicium: partes vero in his terminis non versari. Nam reuocationem, de qua agatur, à patre factam, non quidem animo alterius testamenti condendi, quo heredem extraneum institueret, verum ea intentione, vt intestatus decederet & liberos suos ab intestato æqualiter succedentes relinqueret: atque ab hac æqualitate depēdere fauorem huius reuocationis, quæ cōmodum omnium liberorum respiciat, ac consequenter si citra solennitatem facta esset, eam nihilominus in fauorem liberorum valere debere. Asserens ex his argumentis se à prædicti actoris conclusionibus absoluendum. Cumque tam diu protracta lis fuisset, vt partes auditæ, & in facto contrariæ declaratæ, ad producendum contradictorios & saluationes tradendas adactæ fuissent, prædictas partes non informasse, verum respectiue produxisse, scripsisse, contradictorios & saluationes tradidisse, tandem ad ius audiendum citatis, prædictus noster Bal-

Sentētia. liuius vel Locumtenens ipsius sententia 7. Septembris 1563. manutenuisset prædictum actorem in possessione omnium ac singulorum bonorum nomine defuncti Enemundi Graodionii patris partium, citra præiudicium legitimarum liberis prædicti rei, & aliis liberis competentium, prædictumque reum in expensas instantiæ & in damna & interesse ex turbatione procedentia condemnasset.

Appellatio ad curiam. Ex parte prædicti rei ad Curiam nostram appellatum fuisset, in qua partibus auditis, & processu per scripturam concluso, & ad iudicandum, verum bene vel male appellatum fuisset, admisso, iunctis grauaminibus extra processum, prætensis mediis nullitatis, & productione noua prædicti appellantis, quam intra tempus constitutionis tradere posset: ad quæ grauamina, & præsentia nullitatis media prædictus appellatus respondere posset, & aduersus prædictam nouam productionem, cōtradictorios expensis prædicti appellantis tradere, & prædicto processu viso cum grauaminibus prædicti appellantis, & exclusis responsionibus dandis ad illa à prædicto appellato: atque omnibus diligenter examinatis prædicta Cu-

Arrestū. ria nostra sententia & Arresto suo appellationem & sententiam, à qua appellatum fuerat, citra multam in irritum deduxit & deducit. Et emendata prædicta sententia reuocationem testamenti à patre prædictarum partium inter omnes ipsius liberos conditi, 25. Maii 1552. memoratam in lite, validam ac legitimam declarauit & declarat. Denique decreuit & decernit, prædictum appellantem & appellatum & alios fratres ac sorores, in bonis morte prædicti patris sui relictis ab intestato succedere oportere, citra expensas tam causæ principalis quam appellationis: idque non sine causa. Factum 1. die Iunii 1572.

XXII.

Coram Balliuio Nogenti super Sequanam mota fuit lis inter N. N. actores in iudicio familiæ erciscundæ, & N. Malo Clericum, tutorem & Curatorem liberorum minorū reorum. Partes consentiunt, N. plures liberos habuisse: primogenitum patrem reorum fuisse, in quem plurima præcipua commoda ac donationes contulit, nominatim officium ac munus horrearii prædicti Nogentii, ac postea superstite auo ipsius, patrem actorum decessisse: deinde prædictum auum de unctum. Actorea ipsius liberi in primo gradu diuisionem in successione aui petietunt: rei in eam consentiunt: postea dissentiunt & litigant ob donationes & præcipua bona collata in defunctum patrem reorum, qui aiunt, se renuntiare successioni defuncti patris sui, qui primogenitus erat, neque ad id ex capite patris sui, sed ex proprio capite venire. Quando enim pater vxorem duxit, eum in potestate patris sui non fuisse, quamprimum is mortuus fuit, nepotes in potestatem aui iure successionis & sequelæ ingressos. Actores aiunt, reos non posse succedere auo ex capite patris sui: & vero plus nō capere, quam pater ipsorum viuus cepturus esset. Rei dicunt, si se conferre oportere, de successione aui praeuaudos nominatim vero officium à Rege dependens, libero subditorum Regis commercio non subiici. Actores respondent, hanc rem cognitionis ordinariæ non esse, & commercio subditorum pro Regis beneplacito ac voluntate subiici. Regem quippe resignationem non recusare, si pecunia soluatur. Iudex Nogentii super Sequanam reos ad conferenda bona præcipua & donationem, quæ in defunctum patrem ipsorum ex pecunia officii collata fuit, vnde appellant. Arresto Parisiensi, 13. Augusti 1564. dictum fuit, bene iudicatum, male appellatum, & emendata sententia, appellantes in expensas condemnati.

Nepotes post mortem patris sui succedētes auo suo, conferre debent id, quod ipsorum pater accepit quamuis ipsius heredes nō fiat.

De hoc Arresto, cuius mentionem facit Choppinus *lib. 3. de ciuil. Parisi. parte 3. c. 4. 9* & altero quod pronunciatum pridie B. Virginis, mense Septembris 1582. quod est in Carondas *lib. 3. cap. 55* desumtus est *articul. 3. 8. n. Consuet. Paris.* Vide L. *Illam. C. de collat. bon. l. ... C. de bon. mat.* Idem Arrestum refertur *tit. 7. lib. 21. Arr. 8 l. C.*

XXIII.

Altero Arresto, quod datum Maioribus diebus Claromontanis, anno 1582. perorante Brigerio, Valla & Durerond id quod sequitur, iudicatū fuit. Incola quidam Aurillacensis læsus supra muros ciuitatis, quo tēpore ea à rebellibus à partibus nouam opinionem sectantium stantibus obsessa fuit, domi suæ in lecto suo moritur: qui cum testatus esset & de bonis suis in vtilitatem vnius è filiabus suis disposuisset, in quam maiora commoda ac bona, quam in alteram contulerat, altera filia testamentum nullitatis accusare vult, & ait, id à testatore dictatum non fuisse, tempore quo is testatus prætenditur, non balbutiisse, sed ne verbum quidem edere potuisse. Si dicatur, eum testatum esse, id de facto probari non posse, nisi dicatur, eum testamentum condere voluisse iure communi. Nam Notarium & testes conuocasse: quod si ius commune inspiciatur, repertum iri solennitates requisitas obseruatas non fuisse. Filia, quæ Testamentum defenderat, dicebat id militare esse, atque ideo validum quibuscunque verbis conceptum fuisset: solennitates non requiri in testamētis militum, vt in aliis & sufficere testatoris voluntatem probare. Se probaturam, defunctum testamentum dictasse, verum ob debilitatem id imperfectum permansisse: testamenta parentum, etiamsi sint imperfecta, tamē pro perfectis inter liberos haberi aesse.

Testamētum quādo militare sit & quando non.

Primus Iudex decreuerat, filiam, quæ testamento iuuari volebat, allegata sua probare oportere Filia, quæ patrem testatum esse negabat, appellat ad Sedem Præsidialem Aurillacensem: ait, probationem per testes non admitti. Sententia dictum fuit, male iudicatum fuisse, & emendato iudicio, ambas partes respectiue de allegatis suis informare debere. Appellatum ad Maiores dies fuit. Curia appellationem in irritum deduxit, & decreuit, id à quo appellatū fuit, effectum suum sortiri oportere: partes ad Iudices, à quibus appellatum fuit, remisit: Præcipua difficultas in eo erat, quod asserebatur, testamentum militare non esse, eo quòd testator incola Aurillaci erat, qui non in castris, verum in lecto domi suæ, in muris læsus mortuus fuit.

APPENDIX ARRESTORVM *Ad Titulum I.*

I.

Testamētum inter liberos fauorabile.

TEstamentum *inter liberos* conditum adeo fauorabile est, vt in eo solennitates non ita stricte & exacte requirantur, vt in cæteris, & ad minimum iure codicillorum valeat. Et ita iudicatum fuit 26. die Iunii 1565. perorante Dn. Aduocato Fabro, defectum clausulæ Consuetudinis, quæ vult, vt in testamento ponatur, nullam suggestionem interuenisse, testamentum inter liberos conditum vitiari non posse: eo quippe casu suggestionis nulla præsumtio est, maxime absentibus liberis, & loquēte in prima persona testatore, & legatum adiudicatum fuit iuxta *l. vltimam. fam. erc. C. Auth. hac edictali.* B.

II.

Institutio heredis facile reuocatur.

Institutio heredis simpliciter coram duobus testibus, inter liberos reuocari potest. Arresto generali, 1. Maii 1571.

III.

Testamentum in procinctu factū fauorabile est.

Testamentum militare fauorabile est conditum in procinctu: igitur testamentum eius qui in præsidiis seu sedibus & sedetis agit, ab ordinariis testamētorum solennitatibus non est immune. Arrestum Parisiense 20. Decemb. 1579.

IV.

Mater nepoti suo ius primogenituræ adimere non potest.

Cum mater quædam filium filii sui, qui in feudis patrem suum repræsentans succedebat æqualiter diuidere volenti, & reliquos liberos suos ex æquis succedere partibus, quo vero casu id locum non haberet, pœnæ nomine in liberos suos quædam mobilia, acquisita & conquisita præcipua conferre cuperet, dictum fuit Arresto generali, quod pronunciatum pridie Vigiliæ Natalis 1570. eam nepoti ius primogenituræ adimere non posse, eosque iuxta Consuetudinem succedere oportere. B.

V.

Testamētum nullum, eo quod lectum relectum, & authēticum à testatore signatū non fuit.

Testamentum testes requirit, qui signent, vel qui declarent id sese signare non posse, ex Constitutione Aurelianēsi, *artic.* 184. & *artic.* 156. Blesensis, & nullum declaratum fuit testamentum, eo quod tertius testis non signauerat, duobus tantum signantibus: Curio vel Vicarius vel Notarius Apostolicus immunis est, quibus tum iniunctum fuit, vt sub pœna nullitatis Constitutionem Aurelianensem obseruarent. Testamentum quoque nullum est, eo quod integre à testatore lectum & relectum non fuit, neque authenticum testamenti à prædicto testatore signatum neque ipse ad signandum interpellatus fuit. Hac de re notabile Arrestum datum fuit in prima Camera Inquisitionum pro Hugone Burdonio aduersus Nicol. de Hayneau & Carlerium, testamentum defuncti Imberti nullum & suggestum declarans. Ad hanc rem notandum est, quando Consuetudo expresse vult, vt testamentum legatur & relegatur, in testamento eius lectionis mentione nulla facta, legatarium non proponere posse, id relectum fuisse, prout notauit Molineus *ad Consuetud. Senonens.* Præterea quando Consuetudo requirit, vt testamentum dictetur, nominetur, quamuis Notarii & testes per scripturam in testamento dixissent, illud dictatum, nominatum fuisse: attamen si specialiter per prædictos testes instrumentarios in inquisitione auditos constet, testamentum perfectum allatum fuisse, etsi lectum & approbatum fuerit, id non sufficit. Iudicatum 23. Iulii 1575. aduersus testamentum Dominæ de Boüe, quæ filio suo primogenito, omnia sua mobilia, acquisita & conquisita donauerat & legauerat, prout ex Consuetudine Veromanduorum id facere poterat.

VI.

Heres & legatarius simul quis esse non potest.

Heres & legatarius simul quis esse non potest verum recte donatarius in linea collaterali, Molineus *in Consuet. Paris. tit.* 11. Id tamen in eadem Consuetudine sano modo intelligitur: non vero quando ratio differentiæ subest, prout iudicatum fuit Arresto Parlamenti Parisiensis, mense Ianuario 1563. inter heredes P. Buteau Aduocati Parisiensis, defuncti vlt. Octobris 1560. relictis fratre & sorore, ac pluribus nepotibus ex fratre & duabus sororibus, nepotib. mobilia & acquisita legauerat, ac quoniā nulla acquisita Monsfortii habebat, nepotes vigore prædict. testamenti, Monsfortii nihil accipiebant: Et quamuis omnia mobilia & acquisita Parisiis accepissent, non desierunt succedere per repræsentationem in propriis Monsfortii, ita vt amitas à feudis excluderent. Notat Molineus *in Consuet. Montf.* Nihilominus notandum est, heredem heredis recte donatarium esse posse: veluti Arresto, quod pronunciatum in purpura a D. Præside Motlanio, 4. Iunii 1579. donatio in testamento a defuncto domino Buchananio in nepotem suum, filium defunctæ sororis suæ heredis ex parte collata, confirmata fuit.

Vide *tit. de testam. & successio. in Consuet. Paris. rapt. prælectio.* continentem complures insignes decisiones, & *artic.* 165. Edicti Blesensis, & *artic.* 184. Consuet. Aurelian.

VII.

Secundū testamētum clausulæ derogatoriæ mentionem facere debet.

Secundum testamentum specialem clausulæ derogatoriæ in primo testamento appositæ mentionem facere debet: alias primum tenebit, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum in 4. Camera Inquisitionum, 20. Maii 1580. vbi de duobus testamentis agebatur; quorum prius continebat hanc clausulam: *Quod si testator alterum testamentum conderet, id valere nollet, nisi hæc verba adderentur, Intelligitis vos bene:* Et secundo quidem omnia alia testamenta reuocauerat, verum nullam supradictæ clausulæ mentionem fecerat.

Choppinus *ad Consuet. Andega. lib.* 3. *cap.* 2. *tit.* 4. *Art.* 16. Hoc Art. est artic. sequentis. Illud quod hic à Paponio ponitur, desumtum est ex Guidone Papa *quæstio.* 127. Vide Alexandr. *consil.* 154. *lib.* 1 *consil.* 17. *num.* 4. *lib.* 3. *consil.* 7. *num.* 8. *lib.* 4. *consil.* 163. *post num.* 7. & *consil.* 172. *lib.* 2. Anton. Rub. *consil.* 24 Franciscus Nautic. *lib.* 12. *de contestatur. vltimar. voluntat. tit.* 8. T.

VIII.

Verum testamentum nuncupatiuum tempore pestis condi potest.

Testamenta tempore pestis ab hominibus pestiferi morbi tabe infectis condita, vbi neque Notarius neque testes reperiri possunt, solennitates iuris huiusmodi, vt alio tempore, non adhibentur, prout annotauit Paponius. Verum in Curia Turonibus sedente disputatū fuit, verum testamenti nuncupatiui

ab

[batio per testes fieri possit.]

ab huiusmodi homine pestifero morbo laborante, probatio per testes fieri possit, in præiudicium Constitutionis Molinensis *artic.*54. quæ Iudicibus interdixit, ne in negotiis, quæ centum librarum Turonēsium valorem excedunt, probationem per testes fieri permittant. Et Constitutionis Aurelianensis, quæ vult, vt omnes actus per duos Notarios, vel vnum Notarium & duos testes admittantur, & aduersus testamentum huiusmodi prætensum ab vxore peste correpta conditum fuisse, Arresto Parlamenti Turones translati iudicatum fuit pro appellante à sententia data à primo Iudice, qui partibus iniunxerat, vt de eo per testes probationem facerent: Curia principalem litem inter partes ad se euocanit, ob testamentum quoddam ab appellato prætensum, insque super eo dicendo, simul & super appellatione, appellationem & id à quo appellatum fuerat, in irritum deduxit, & emendato iudicio, appellantem à petitione & conclusionibus appellari, generi sui, ratione prædicti prætensi testamenti, citra expensas neque sine causa absoluit. Decreuit, Arrestum hoc legendum & publicandum ad diligentiam Substituti Procuratoris Catholici, vt obseruetur & custodiatur. In similibus causis, 7. Ianuarii 1593. Idem in Parlamento Parisiensi, 16. Iunii 1594. ad perorationem Amaritonii, pro appellante quodam à sententia Præsidialium Auillacensium, aduersus Ioannem Salesium appellatum. Curia prædictis Iudicibus Præsidialibus interdixit, ne testamenti nuncupatiui probationem per testes admitterent, prædictamque Constitutionem locum habere, tam in testamentis, quam aliis contractibus. Hodie in Francia testamenta nuncupatiua locum amplius non habent.

Vide Maynardum *lib* 5 *quæst. suar. cap.* 4. 16. & 17. Choppinum, vt supra & *de leg. Andi de communib. Consuetu dereg. at. Edicti num* 6. Robertum *rer. iudicat. lib.* 2 *cap* 10 vbi hæc quæstio & plures aliæ ad materiam testamentorum tempore pestis conditorum tractantur, & de testamentis militaribus Maynardum *lib.* 5. *quæst. suar. n. cap.* 17. I.C.

IX.

[De Testamento à paralytico muto condito.]

Dominus Renatus Choppinus in *commentar. suo ad Consuetud. Paris. lib.* 2. *tit.* 4. *numer.* 21. 22. Arrestum quoddam Curiæ Parlamenti Parisiensis refert, quod datum in Maiore Camera ad relationem Dn. Brissonneti, 27. Octubris 1595. quo Curia testamentum ab Arnoldo Casablancio Burdegalensi paralytico, cui linguę vsum cum medii corporis sensu ἀπόπληξις ademerat, c. si signis euidentibus & demonstrationibus seu nutu, præsentibus Consiliario quodam Curiæ Parlamenti Burdegalensis, & Procuratore Catholico delegatis à prædicta Curia, ad libellum eum in finem à testatore oblatum, qui de eo processum verbalem instituerant, & prædictam testamentum à Notariis exceptum fuerat.

V. Glossam & Doctores *in l. iubemus C. de testam.* Ludouicum Romanum *consil.* 306. Maynardum *lib.* 5. *q. suar. cap.* 7. & 45. I.C.

X.

[Testamentum militare militis arma aduersus Regem gerentis nullum declaratum.]

Prima Decembris 1598. in Camera Parricidali, ad perorationem, testamentū militare nullū declaratū fuit, & transactio à tutore cum legatario de prædicto testamento irrito facto inita, cum miles, qui testatus fuerat, arma pro parte Regi aduersa in Carolina Prouincia gessisset, ob quam rationem Dn. Aduocatus generalis Seruinus asserit, hunc militem priuilegio testamenti militaris gaudere non debere: allegauitque simile iudicatum fuisse aduersus testamentum militare à milite quodam religionis reformatæ conditio.

V. Maynardum *lib.* 5. *cap.* 16. 17. *quæst. suar.* I.C.

TIT. II. DE IVRE VNVM heredem è pluribus de iure vocatis eligendi.

[*Hic de exheredatione tractari oportuit*]

ARRESTVM I.

[Heres institutus iure contractu.]

Etsi iure hereditas per contractum inter viuos transmitti non possit, *l. Hereditas* 5. *C. de pact. conu.* Nihilominus iuxta sententiam Masuerii *de societ.* §. *nam licet, & de hered. instit.* contrarium obseruatur, & quotidie tam in Prouincia Iuris scripti, quam Consuetudinaria, institutiones heredum, cæteroquin legitimo modo, pactis dotalibus, in societate omnium bonorum, & aliis contractibus factæ obtinent. Et ita iudicatum fuit Arresto Tholosano, prout ait Aufrerius *quæstio* 452. dummodo id iureiurando adhibito fiat, quod sequi oportet. Et ita Arresto Parisiensi iudicatum fuit, præcipue inter Nobiles, non attenta *l. Pactum quod dotal. C. de pact.* & altera *de Collatio.* quæ de simplicibus ac nudis pactionibus, non vero de conuentionibus ob grauem causam *veluti matrimonii contrahendi continentibus, & naturam suam retinent, *l. si tibi rem. ff. de præscript. verbis.*

II.

[Pater ius habens eligendi vnum è liberis suis ad bona quædam plures eligere potest, idq. tam inter viuos quā in vltima volūtate seu testamēto.]

Dominus * de Cancō pactis dotalibus consentit, vt vnus è masculis ex hoc matrimonio susceptis, quemque is electurus esset, heres sit omnium & singulorum bonorum suorum: reliquis legitimæ relinquantur, & filiæ in pecunia dotentur: deficientibus vero masculis ea, quam ipse è filiabus elegerit, heres sit. Euenit, vt quatuor filias, nullos autem masculos susciperet. Maior natu à patre elocatur, eiq; domum de Cancon pater donat. Postea testamētum condit, & heredem vniuersalem minorem, Dominam Franciscam de Verdun, vxorem nobilis Antonii Mompesati instituit. Hæc mutuo patre suo, ait se electam, per text. *in l. vnum ex familia.* 67. §. *si duos* 4 *ff. de leg.* 2. Illustris Carolus Momsetrantius, Dominus de Gironde, pro Domina Maria de Verdun, vna è quatuor filiabus vxore sua dixit, electionem præcedentem in ipsius commodum & vtilitatem factam à prædicto defuncto Domino de Cancon, quam per testes probare vult: præterea ait electionem à minore prætensam nullam esse: eam enim non factam iuxta id quod in contractu dictum fuerat, quo pater vnam eligere poterat: neque expressam inter viuos electionem factam. In fauorem matrimonii maioris filiæ, eum hanc elegisse propter principalem domum, puta, domum de Cancon: quod si postrema electio à minore prætensa in prædicto testamento valeret, donationem maiori factam nullam fuisse oporteret, neque ambas in valure suo permanere posse, & ideo omnia ad intestati causam rursus recasura. Heres nullo alio fundamento nititur, quam prædicti textus *in d. l. vnum ex familia.* §. *si duos*, quæ duos effectus continet. Primus talis est, vt supra dictum. Alter declaratur à Bartolo *in d.* §. *in* 2. *not.* quique ex intentione prædicti textus expressa sumitur, eum scil. qui ad bona quędam vnum è pluribus eligendi facultatem habet, duos vel tres eligere posse, ac nonnunquam huius electionis formam mutare. Præcipue vero is, qui prædictam formam dedit, eam transmutare potest & declarare, arg. *l. leges in fi. C. de legib.* Super hoc dubio Arresto Burdegalensi, quod inter supradictos datum, 24. Martii 1535. prædicti Dominus de Gironde & vxor ipsius ad probandā priorem electionem ab ipsis propositam admissi fuerunt: momentanea vero possessio hereditatis per prouisionem prædicto Domino Mompesato & Franciscæ de Verdun vxori ipsius adiudicata fuit.

* Desumtum è Boerio *quæst*. 204. V. Choppinum *lib*. 3. *de priuil. rusticor. part*. 3. *cap*. 4. & facti speciem hoc refer, de qua loquitur Molineus *l*. 1. § *si quis ita. num*. 76 *de V. O.* Quæ ita habet: Pater duos filios & vnicam filiam habens, filiæ eidem, dotem ei pro portione ipsius quam in omnibus bonis suis, quæ post mortem suam in hereditate sua inuenientur, veluti vna è liberis suis habitura esset, dixit, postea testamentum condit, quo plus liberis aliis donauit. Respondet D. Molineus, id iure fieri posse, per *l. pactū quod dot. als C. de pactis*, verum contrarium iudicari oportere, eo quod in Francia pactum quotæ hereditatis in contractu matrimonii valet de Consuetudine. Facti species à Caronda *lib*. 2. *resp. cap*. 54. recitata magis mira est, vbi mater cum liberis suis diuidere volens, declarauerat, se velle, vt sibi mortuæ æqualiter succederent, postea vera donatio ab ea in quendam ex iis collata, Arresto infirmata fuit. Alia de eo allegat, *lib*. 8. *cap*. 70. T.

III.

Remissiuum.

Arrestum 14. *tit. praeced.* ad hanc materiam pertinet, tam ad validandas huiusmodi clausulas, quam ad soluenda ab hisce heredibus pactis dotalibus vocatis, debita eorum, quibus hoc modo succedunt, vt excusare non possint dicentes, heredem huiusmodi conuentionalem, verum heredem non esse, nisi ex pacto necessario.

TITVL. III. DE SVBSTITVtionibus.

Vide de vsu substitutionum *artic*. 59. Edicti ad Commonitionem Comitiorum Aureliaocensium, & Edicti Molinensis *artic*. 59.

ARRESTVM I.

Côditio, *si sine liberis*, ante mortē heredis purificatur, eo sacerdotiū ingresso.

PAter filium & filiam habens, filium heredem instituit, eique filiam suam substituit, *si sine liberis in legitimo matrimonio à se susceptis moreretur*. Mortuo patre, filius & heres Presbyter euadit. Postea filia relictis liberis moritur. Tandem & Presbyter, qui heredem instituit moritur. Liberi sororis ipsius bona prætendunt & aiunt, eum quo tempore Presbyter euasit, vere locum fecisse conditioni, *si sine liberis*, atque ideo substitutioni sorori ipsius locum factum, quæ superstes erat. Ac quamuis prædicto fratre suo ea neque sui quicquam petere potuissent, attamen expectatiuam seu spem certam fuisse, vt in simili relicta grauida vxore, dicunt Antonius de Butr. *consil*. 89. & Petrus Anchar. *consil* 354. Heres Presbyterii ait propter ordinem Presbyterii nihil sorori ipsius acquisitum fuisse, quandoquidem ipse adire & retinere hereditatem poterat, neque adhuc conditionem extitisse, quæ talis sit, vt prædicta soror subsequi & subintrare debeat. Quoniam vero ea, antequam casus substitutionis extitisset, mortua fuit, ad petitores liberos ipsius transmitti non potuisse, per text. *in l. substitutis. quæ nondum competit, extra bona nostra est. ff. de acquir. rer. dom. & l. cum pater. §. hereditatem.* & ibi glossa *ff. de leg. 2.* & in *l. in causa. §. Pomp. ff. de min.* Nihilominus dubio hoc in Camera Inquisitionum, in Curia Burdegalensi, & postea in Maiore Camera æquas sententias ferente, Arresto iudicatum fuit pro liberis sororis substitutæ petitoribus, attento quod superstite sorore Presbyter euasisset. Et Arrestum prædictum datum fuit 3. Iulii 1523. Cameræ Patricidalis. Iudices acriter contra mussitabant: omnes quippe contrarium tenebant, prout summo iure defendi potest. Liberi prædictæ sororis neque nominati neque expresse vocati fuerant ad prædictam substitutionem, verum in conditione tantum positi, atque ideo vocati censeri debent, *l. Lucius. ff. de hered. instit.* Nihilominus per rationem *l. cum acutissimi, Cod. de fideicom. & l. generaliter. de institut. & substit.* præsumitur, testatorem eos vocasse, præcipue vero, quia à testatore descendunt. Postea anno 1566. Arresto Parisiensi, quo confirmata sententia Domini Boerii Locumtenentis Matisconensis, propter successionem defuncti Ioannis Verii, & defuncti Domini Iacobi Verii Canonici B. Virginis Parisiensis, & Consiliarii Curia * in simili casu plane contrarium iudicatum fuit.

* Attamen Arrestum Burdegalense, quod Boerius refert, *quæst*. 354. confirmatur sententia Theodoreus *No*. 22. quam Cuiacius refert & veram esse ait, *lib*. 5. *obs. c*. 2. & *Nou* 123. *in fi*. Contrarium asserit Franciscus Mantica, *lib*. 11. *de coniect. vlt. vol. tit*. 7. *in fin*. puta substituto cinos, quam Presbytero mortuo, substitutioni locum non esse. T. Dn. Maynardus hanc quæstio. tractat plene, refutat & replicat Arrestum Burdegalensa *lib*. 7. *quæstio. cap*. 27. I. C.

II.

Substitutio per interceptionem caducata fit.

Testator quidam duos liberos suos heredes vniuersales instituit, & eos inuicem vnum alteri substituit: quod si hi duo sine liberis morerentur, iis substituit Antonium cognatum ipsorum: huic vero, si sine liberis decederet, Paulum. Euenit, vt mortuo prædicto testatore, & prædictis duobus primis heredibus superstitibus, Antonius sine liberis decederet, post eum vero prædicti duo primi heredes, nullis liberis relictis. Paulus bona petit. Heredes ab intestato contradicunt & aiunt, eum Antonio substitutum fuisse, in cuius persona prima substitutio non euenerit. Nihilominus dispositio iuris in contrarium est, prædicta interruptione non obstante, textus eam in rem expressus est *in l. cohæredi, in pr.* ibi *nec interest, & in l. si Titius ff. de vulg. & pupillar.* Et ita* compluribus Arrestis iudicatum fuit Gratianopoli.

* Desumtum è Guidone Papa *quæstio*. 50. Hanc ad rem facit *l. quamdiu, vlt. in fin ff de acquir. hered.* Mansuerius *tit. de success §. item notandum.* Boerius *quæstio*. 38. & alii citati à Molineo in *annotat. sua ad Alexand. consil*. 1. *in pr. lib*. 1. & ad Philippum Decium *consil*. 238. *num*. 2.

III.

Legitima substitutioni fideicommissaria onerari non potest.

Dominus Clstomontii in Delphinatu plures liberos habens, testamentum condit, quo filium suum primogenitum heredem vniuersalem instituit: omnibus aliis, qui octo vel nouem numero erant, iure substitutionis, singulis decem millia librarum Turonensium reliquit, & in prædicto testamento substitutionem hanc addidit, vt quo casu vnus è minoribus sine liberis moreretur, pars eius ad filium suum primogenitum heredem vniuersalem reuerteretur. Vnus è minoribus nomine Laurentius, minor 25. annis pecuniæ indigens, à maiore natu summam decem millium librarum postulat, debitam ex testamento defuncti patris sui, ac posteaquam Curatorem ex authoritate Iudicis accepisset, prædicta summa ei soluta fuit ea lege tamen, si cautionem præstitisset de restituendis his decem mille libris in causam aduenientis fideicommissi, id quod prædictus Laurentius fecit. Nam omnia bona, quæ sibi ex successione defunctæ matris suæ, vxoris prædicti Domini Claromontii competere poterant, hypothecæ obligauit. Euenit, vt prædictus Laurentius partem & portionem ex hereditate defunctæ matris suæ acquisitam sorori suæ Comitissæ de Tonerre alienaret postea sine liberis moreretur, atque ita substitutio prædicto filio primogenito aperta fuerit: qui prædicta decem millia librarum petiit, perorante pro eo Dn. Seguierio. Comitissa de Tonnerre repræsentauit, legitimam prædicti Laurentii grauari fideicommisso non posse, *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam* perorante pro prædicta Comitissa Reguardo. Ad quæ Dn. Seguierius dixit, se consentire, quod filius in legitima grauari non possit: verum postulat, vt id, quod est supra legitimam, prædicta bona maternahypo-

hypothecæ obligata & affectata declarentur, idque sine deductione Trebellianicæ. Nam quamuis legitima ab omni onere libera sit, tamen quod est supra legitimam, potest repeti absque vlla Trebellianicæ dedoctiooe: qnia ex legatis & fideicommissis particularibus Trebellianica oon deducitur. Econtrà Dn. Regnatdus repræsentabat, legitimam esse quotam bonorum & per consequans quid vniuersale, ex quo Trebellianica deduci debet. Arresto dictum fuit, hypothecam validam esse, & id quod supra legitimam erat, deberi iure fideicommissi citra Trebellianicæ dettactionem, itemque si deesset aliquid legitimæ absque omni onere refici oportere. Et in plena Audientia Arrestum datum fuit, 7. Martii 1548. Isque proprius casus est, quem decidit Guido Papa *quæst.* 466. dicens se tantundem Arresto Gratianopolitano dici vidisse, & Baldus in *Auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid.*

Trebellianica ex institutione particulari non deducitur.

V. Mayuardum *lib. 7. quæstio. quæst.* 28. vbi hanc quæstionem tractat, & simile Arrestum Parlamenti Tolosani refert. I. C.

IV.

Substitutio pupillaris, filio non instituto facta.

Substitutio pupillaris à patre facta valet, etiam si ab eo substitutus filius, In nulla hereditatis portione institutus sit, *§. non solum. Inst. de pupillar. subst. & l sed & plures. §. ad substitutos. ff. eod. & l. si fundum, & l. seq. ff. de legat.* 1. Er ita iudicatum fuit Arresto Gratianapolitano, anno 1460.

V.

Substitutio sub hac clausula: *sine liberis natis in matrimonio legitimo* locum habet io legitimato per subsequens matrimonium.

Testator heredem filium oatu maiorem instituit, eique mortuo, primum filium masculum ex iusto ac legitimo natum matrimooio substituit: sin sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis decederet, alterum filium suum minorem. Mortuo testatore, iostitutus heres, ex quadam puella, cuius cõsuetudine abutebatur, puerum sustulit, postea cum videret corporis sui dispositionem longam ac diuturnam vitam minime sibi polliceri, ad impediendã prædictam substitutionem, & naturalem suum legitimum efficiendum, illam in vxorem duxit. Tum alter frater prætendit, prædictum filium ita legitimatum minime impedire, quo minus substitutio vtilitati & cõmodo suo cederet: eum quippe ex legitimo matrimonio sublatum non fuisse. Arresto Parisiensi, 7. Iunii 1538. iudicatum fuit, prædictum filium legitimatum expresse ad prædictam substitutionem vocatum esse. Eaque sententia fuit Baldi *in consil. 329. vol 2. incip. punctus, quidam substituit.*

Lucius *lib. 8. tit. 9. Arr. 1.*

VI.

Substitutio pupillaris quã do excludat matrem à legitima.

Omnes nostri tenuerant, Substitutionem compendiosam vel reciprocam omnes expressas substitutiones continere, puta, pupillarem ad tempus pubertatis heredis, exemplarem pro tempore eius furoris, & fideicommissariam, postquam scil. heres pubes factus esset vel conualuisset. Hæc omnia intelliguntur sub hac declaratione, quæ semper præsupponitur, hereditatem agnoscendam à tutoribus & curatoribus, alias enim vulgarem primam esse. Tria igitur tempora sunt. 1. Primum ante agnitiooem heredis, qnod dicitur, *ante aditam hereditatem.* 2. Secundum est impuberis ætatis, vsque ad 14. annos elapsos In fillo, duodecim autem in puella. 3. Tertium est à pubertate vsque ad mortem. In primo consistit vulgaris, in secundo pupillaris, in tertio fideicommissaria. Omnes hæ sob compendiosa vel reciproca expresse continentur, prout Doctores nostri tenuerũt. Sic vt videatur, per substitutionem pupillarem huiusmodi matrem & omnes alios legitimos heredes exclusos esse debere, prout notatur in *l. 2. in princ. ff. de vulgar. & in pr. Inst. eod.* & expressius in *cap si pater. in fin. de testam. in 6* & per ea quæ dicit Bartolus *ad l. 3. ff. eod. tit.* Dubium in eo tantum est, vtrum * mater ab huiusmodi substitutione tacita & expressa excludi possit? Quicquid sit, io casum, quo minime constat testatorem vsum verbis pupillaribus, pro legitima sua, & legitimi heredes pro Trebellianica. Super hac re maxime solenne ac ootabile Arrestum inuenio datum Maioribus diebus Rigodulensibus, iuxta ea quę notantur In *l. Iam hoc iure, versic. sed si aliter. ff. de vulg. & pupillar. subst.* cuius tenor sequitur.

Franciscvs Dei gratia Rex Franciæ, omnibus his, qui has præsentes literas videbunt, salutem: Notum facimus, cum lite peodente coram Balliuio nostro Matisconensi, vel Locútenente ipsius, inter Ioannam & Magdalenam filias defuncti Wilhelmi Bessardi, impetrantes rescriptum saluægoardiæ & actrices ab vna parte, & Franciscam viduam, & Leonardam filiam prædicti defuncti Petri Bessardi opponeotes & reas ab altera parte. Prædictæ Actrices dicerent & proponerent, prædictum defunctum adhuc superstitem, 8. Maii 1542. testamentum condidisse coram Notariis & testibus, quo Instituisset heredem vniuersalem Stephanam filiam suam naturalem & legitimam, hac conditione vt si prædicta Stephana sine heredibus naturalibus & legitimis in matrimonio procreatis moreretur, ei p̃dictas Magdalenam & Ioannam actrices, & suos pleno iure substitutos vellet. In hac voluntate decessisse, relicta prædicta Stephana filia sua & herede vniuersali, anniculam vel circiter. Hanc Stephanam in hac pupillari ætate pariter decessisse relictis prædictis impetrantibus sibi substitutis. Igitur prædictas actrices possessionem hereditatis & bonorum prædicti defuncti Petri Bessardi consequutas: qua hereditate semper fruitæ fuerint à morte prædictæ Stephanæ vsque ad impetratas salnægnardiæ literas, quibus sese prædictæ reæ opposuerant. Ob has rationes & alias ab iis allegatas concludebant ad id, vt in possessione prædictorum bonorum & hereditatis, à prædicto defuncto Petro Bessardo relictæ manutenerentur: vt prædictis opponentibus interdiceretur, ne se in possessione prædictorum bonorũm turbarent vel impedirent, eæque in omnes expensas, damna ac interesse sibi condemnarentur. Ex parte vero prædictorum opponentium in contrarium dictum fuisset, prædictam Franciscam opponentem matrimonio coniunctam prædicto defuncto Bessardo fuisse, ex quo in legitimo matrimonio sustulisset prædictam Leooardam, & prædictam defunctam Stephanam: qui defunctus instituisset heredem vniuersalem prędictam Stephanam, quæ pariter decessisset relicta Francisca matre sua & prædicta Leonarda sorore sua opponentibus: ex cuius morte omoia & singula bona ipsius competere & spectare ad prædictas opponentes, & exinde in bonæ fidei possessione esse. Cũque ad substitutionem allegatam à prædictis actricibus prædictæ opponentes dicerent, quando prædictæ substitutioni locus foret, iis ex ea adhuc competere duas quartas dimidiam prædictæ successionis constituentes, pro qua parte dimidia se nunc oppositionem suam defendere: Concluserunt, vt manutenerentur io prædicta dimidia parte, cum expensis, damnis & interesse. Super quo prædictis partibus auditis, in iure constitutis, vt productiones respectiue proponerent eæq; inspicerentur, cum prædictus noster Balliuius vel ipsius Locútenens sententia sua manutenuisset prædictas impètrãtes actrices in possessione vel quasi omnium bonorum & hereditatis

...um, ...mortem defuncti prædicti Petri Bessardi, prædictis, emolumentorum prædictæ hereditatis, actrices opponentibus interdixisset, ne prædictas turbarent, quas in expensas litis, damna & interesse prædictarum opponentium, prout ratio & æquitas exigeret, condemnasset: a qua sententia ex parte prædictarum opponentium cum appellatum fuisset ad Curiam nostram Parlamenti, in ea partibus auditis, puta prædicta Francisca vidua defuncti Petri Bessardi, & Leonarda filia ipsius appellantibus à Balliuio Matisconensi vel ipsius Locumtenente ab vna parte, & Ioanna & Magdalena filiabus defuncti Wilhelmi Bessardi sororibus, partibus appellatis ab altera: & processu per scripturam agitato & ad iudicandum inter prædictas partes admisso, vtrum bene vel male appellatum fuisset, expensis respectiue requisitis & multa nobis inferenda, additis grauaminibus prædictorum appellantium excessum, & productione noua, quam intra tempus Constitutionis dare possent: ad quæ grauamina prædictæ partes appellatæ respondere possent, & aduersus prædictam nouam productionem, contradictorios expensis prædictorum appellantium tradere. Viso tandem à Curia nostra Maioribus diebus Rigodulensibus prædicto processu, cum exclusione grauaminum & productionum nouarum à prædictis appellantibus tradendarum, & omnibus diligenter examinatis: prædicta Curia nostra Maioribus diebus Arresto suo dixit, male à prædicto Balliuio Matisconensi vel ipsius Locumtenente iudicatum fuisse, bene vero appellatum à prædictis appellantibus, & emendata sententia prædictæ Curiæ nostræ, manutenuit & manutenet prædictos appellantes, in possessione dimidiæ partis omnium & singulorum bonorum morte & successione defunctæ Stephanæ Bessardæ filiæ defuncti Petri Bessardi mariti, & patris prædictorum appellantium respectiue relictorum: in quibus bonis prædicta defuncta Stephana heres testamento defuncti patris sui Bessardi instituta fuerat. Prædictæque partes appellatæ in expensas legitimas causarum principalium & appellationis, damna & interesse ex prædicta querela præcedentium condemnatæ fuerunt. In huius rei testimonium sigillum nostrum his præsentibus apponi iussimus. Datum Rigoduli Maioribus diebus, 8 Octobris anno Gratiæ 1546. Regni vero nostri 32. Arresto Curiæ Maiorum dictum.

* Per expressam substitutionem pupillarem, mater priuatur pariter legitima sua, per tacitam non item, Matthæus de Afflictis *decis.* 38. Molineus *in suis annotat. ad Alex. consil.* 27 *nu.* 11. *lib.* 1. Hodie Arrestis Burdegalensibus, legitima ipsi semper reseruatur. T.

V. Maynardum *lib.* 7. *cap.* 3. *quæstio* *suar.*

VII.

Interdicto pro legitima expetes admissus

In lite Dominicellæ Isabellæ Boenæ, matris defuncti Iacobi Guitardi actricis in interdicto possessorio, aduersus Dominicellam Annam de Lestrange, viduam defuncti prædicti Guitardi, ream in prædicto interdicto possessoriu, ad relationem Domini Ceterii, in pronuntiatione Paschali, 1549. 13. April. præcedentis anni 1548. ante Pascha, Arresto dictum fuit, heredem in legitimæ suæ saisina ipso iure constitutum esse, & siue pro ea siue pro eius sopplemento, experiri interdicto posse, quantumuis heres vniuersalis institutus sit. Compertumque fuit simile iudicatum fuisse in * fideicommissario. Facti species litis domini Ceterii hæc erat: Testator quidam matri suæ viginti libras legauerat, sororibus suis quinque solidos, fratri vero suo mille libras: de reliquo, vxorem suam heredem instituerat. *Mater* legitimam suam

Interdicto experiens si deicommissarius admittitur.

petebat, & ad eam consequendam interdi... tiebatur, dicens se in saisina esse, & possessionem defuncti continuasse in hoc legitimæ iure ad ... nente. *Vxor* dicebat, se vniuersalem heredem ... matri viginti libras relictas, quas se soluturam ... ferebat, quod si plus dari oporteret, ad supplementum eam agere debere, intentata actione. Sententia mater in interdicto suo non admissibilis declarata fuerat. Nihilominus Arresto dictum, eam recredentiæ possessioni momentaneaque possessio ei adiudicata fuit.

* Iuxta *l.* *ff. de Edict. D. Adr. toll.* Verum hodie secus est, & per manus heredis legitimam consequi oportet.

VIII.

Nobilis quidam nomine Henricus testamentum condit, & in eo heredem vniuersalem ... Henricum instituit: & si sine liberis masculis decederet, ei Stephanum, & liberos ipsius masculos substituit quo casu vero prædictus Stephanus sine masculis liberis moreretur, Henricum de Varennes & liberos ipsius masculos substituit. Superstite testatore moriuntur, primus Henricus institutus primo gradu, sine liberis: post eum Stephanus substitutus, & secundo gradu institutus filium masculum superstite testatore suscipit. Hic testator moritur. Stephani filius hereditatem occupat, & in pupillari ætate moritur. Tempore mortis huius, Henricus quoque de Varennes, mortuus comperitur, superstite quodam ipsius filio nomine Ioanne de Varennes, cui heredes ab intestato filii Stephani hereditatis controuersiam mouent, & inter complures rationes ad probandum substitutiones supradictas in caducum cecidisse, duas allegant: Vnam, quod Dominus de Varennes & ipsius filius nonnisi in vnum casum vocati fuissent: puta, *si Stephanus sine liberis masculis moreretur.* At eum sine liberis masculis mortuum non esse, filium enim reliquisse, qui eo mortuo superuixerit & hereditatem apprehendit. Igitur ex eo quod filius hic superstes fuit, substitutionem extinctam, *l. a de inst. & subst. sub cond. fact.* & *l. Non est sine liberis.* Altera, & magis prægnans ratio, hæc erat, quod Henricum de Varennes & ipsius liberi, quamuis Stephano substituti essent, liberis tamen prædicti Stephani substituti non essent: vnum enim duntaxat casum expressum, *si Stephanus sine liberis masculis moreretur, Henricum de Varennes & liberos ipsius masculos vocari.* Hunc vero casum qui extitit nil commune habere, puta, vt si liberi Stephani sine liberis decessissent, Henricus de Varennes & liberi ipsius ad hereditatem vocarentur: eumque casum à defuncto testatore omissum fuisse. Quare eum iuxta dispositionem iuris communis determinari oportere, *l. cum modestissime ff. de lib. & posthum.* Eius autem, de quo cautum sunt, nihil euenisse, & nihil hodie Ioannem de Varennes ex morte Stephani consequi posse, neque quicquam etiam de eo, quod euenit, dispositum fuisse. Eamque esse Glossam *in l. fin. C. de liber. & posthum.* Ioannes de Varennes nonnisi textum testamenti & verosimilitudinem voluntatis testatoris pro se habebat, & ex ea tantum vocabatur: addebatque conditionem *si sine liberis* expressam cum de Stephano loqueretur, pro repetita haberi debere in persona filii ipsius, in fauorem huius Ioannis masculi, quos testator semper expresso sermone ad hereditatem suam vocauit, *l.* 1. § *pro secundo.* § *huiusmodi C. de caduc. toll.* Tandem aduersus heredes ab intestato pro ipso iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1460.

Peregrinus substitutus si heres sine liberis moriatur, liberis liberorum substitutus non intelligitur. Cacadas *lib.* 7. *cap.* 61. I C.

IX. Bar-

IX.

Substitutio sub clausula, *si sine liberis*, verùm ea liberos vocet, seu inuitet.

Bartolus ad *l. Centurio. numer. 37. ff. de vulgar.* cum vetus dubium definire ac decidere vellet, quod vix etiamnum definitum est, puta, vtrum liberi heredis instituti vel substituti, in conditione positi, vocati censeantur, ac si in dispositione essent? & vtrum ij se successores ex testamento aut ab intestato dicere possint, sub illa clausula: *Si decesserit heres sine liberis, substituo talem?* sententiæ suæ, quam alibi *in l. Lucius ff. de hered. instit.* tenuit, adhæret, iuxta Glossam, puta eos non vocari: & si patri suo primo heredi succedant, id ab intestato fieri, non vero ex testamento: Eaque communior sententia est, & obtinuit Arresto Gratianopolitano, pronuntiato Romanceiis, Parlamento ibi sedente, mense Martio, anno 1256. inter Dominam Claromontiam ab vna parte, & dominos de Viuay, & Vatillos fratres. Et altero Arresto prædicti loci, quod pronuntiatum anno 1456. vigilia Natalis, inter Nobilem Claudium Costanium actorem ab vna parte, & dominum Bonchagium reum ab altera parte. Et tertio Arresto Gratianopolitano, mense Iunio 1457. inter Nobilem Claudium Costaninm actorem ab vna parte, & Dominam S. Vallerij & fratres ipsius reos ab altera parte. Hæc sententia Bartoli & Glossæ à compluribus sana & summæ autoritatis habetur, prout ait Iacobus de Butri. *in l. 1. §. videamus. C. de rei vxor. actio.* Et vt intelligatur quam sana hæc sententia sit (eo quod eam frustratoriam quis dicere posset, quo casu liberi succederent, in quibus nil interest quo iure succedant, dummodo succedant) notandum est, multum interesse, succedatur ex testamento primi testatoris, vel ab intestato.

Ex substitutione succedere, & ab intestato succedere, maxime differunt.

Nam primo casu pater alienandi bona hereditaria potestatem non habuisset: & oporteret eum ea liberis suis relinquere, si vocati & in dispositione positi fuissent, qui postea aduersus possessores agere, & alienationes reuocare possent. Altero casu, seu ab intestato, vel quando in conditione tantum positi sunt, alienationes obtinent. *Authentica, res quæ, & l. fi. C. commun. de legat.* Alexander *in consil. 45. vol. 2.* hanc differentiam constituit. Præter alteram rationem, quæ principalis est, puta, si substitutis pluribus, ordo per mortem vnius ante substitutionem euenientem sine liberis, interrumperetur, nihil ij prætendere possint *l. substitutio. ff. de acquir. rer. dom. & l. cum pater. §. hereditatem.* & ibi Glossa. *ff. de leg. 2.*

X.

Positi in conditione substitutionis, quando in dispositione positi censeantur.

Bartolus in prædicta *l. Centurio. num. 57.* hanc materiam continuans, alium quendam casum allegat: puta, si verbis substitutionis testator aliquo modo voluntatem suam prædictos liberos vocandi manifestam reddiderit, quam patum eam aperuerit, eam pro expressa haberi: veluti si eos restitutione bonorum grauauerit: Exempli gratia: *Instituo heredem meum Stephanum filium meum, & si sine liberis moriatur, vel ipsius liberi sine liberis, substituo talem*: hoc casu liberi, postremo substituto, si sine liberis moriantur, restituere grauantur: ergo tacite vocantur, cum non possint restituere, quod non acceperunt, *l. decem. ff. de verb. obl.* Adde quod grauamen iniunctum præsupponat relictum: atque ex hac ratione ex testamento veniunt, etsi tantum in conditione sint positi, & idem Bartolus in *l. denique. §. interdum. ff. de peculio legat.* Atque ita iudicatum fuit iuxta hanc Bartoli limitationem Arresto Gratianopolitano in lite dominij Santonij, inter filias Domini prædicti loci defuncti, actrices ab vna parte, & Dominum Delphinum heredem prædicti defuncti Baronis rei ab altera parte. Bartolus *in l. liberorum.* ibi, *pone exemplum in themate. ff. de verb. sig.* & *in l. Fideicommissa § cum: esset. ff. de leg. 2.* alteram limitationem ad Theoricam tradit, quod in conditione positi non censeantur vocati quando testator eam diuerse extulit, dicendo: *si filius meus sine liberis masculis moriatur*, & quod verbo hoc: *masculi*, prædicti masculi tacite ex testamento vocentur. Attamen hocce dubio in Septo Parlamenti Gratianopolitani proposito, nonnulli quidam à Bartoli steterunt partibus, verum maxima pars contrarium ex theorica Glossæ *in l. Lucius*, tenuit. Arrestum datum fuit. 10. Iunij 1451. Boerius huic Arresto contrariam sententiam tenet: & ad hanc rem notanda sunt duo Arresta infra *Artic. 12.* posita.

XI.

Sententia Accursij, Bartoli & complurium aliorum *in l. Lucius. 2. ff de hered. instit.* liberos in conditione positos, in dispositione positos non censeri, à nonnullis limitata fuit, dicentibus, si verosimilis testatoris intentio sit, eos vocari: veluti si dixit, *etsi heres decedat sine masculis*, ex eo enim quod affectionem suam erga masculos declarauit, præsumi, eos vocare voluisse, & ex ea præsumta voluntate vocatos censeri. Nihilominus Arresto Gratianopolitano, quod pronuntiatum anno 1461. perimendo litem Rupichinardij inter fratres Alemannos, iudicatum fuit, hanc differentiam expresse nominatorum masculorum, sententiæ prædictæ Glossæ *in d. l. Lucius* derogare non posse, & in conditione positos, non ideo vocatos esse.

Idem.

XII.

Idem & contrarium.

Testator filium quendam suum masculum heredem instituit, & duos substitutionis gradus constituit, puta si heres ipsius sine masculis decedat, secundus masculus testatoris vocetur: & quo casu secundus masculus sine liberis moriatur, extraneus substitutus fuit. Heres sine liberis masculis moritur. Ante ipsum secundus filius moritur, qui liberos relinquit. Hic vltimus substitutus bona petit. Liberi secundi filij reluctantur & aiunt, se ante ipsum vocatos. Is respondet, patrem ipsorum tantum substitutum fuisse, qui tempore aduenientis substitutionis mortuus sit, neque ius eam colligendi transmittere potuerit. Sententia hæc fuit communis, eos non admittendos: cum neque vocati neque in dispositione positi sint: verum in conditione tantum eorum factam mentionem, igitur testamento aui sui iuuari eos non posse, prout ait Glossa *in l. Lucius & in l. si quis ita heres, & in l. ex facto ff. de hered.* Facit *l. si quis sub conditione dandorum. ff. si quis omiss. caus. testa.* ac omnes fere in hanc opinionem consenserunt. Altera sententia est hæc, quod si verosimilis intentio disponentis sit prospiciendi liberis heredis sui, veluti in casu supradicto, quo ad lineam masculinam respexit, hoc casu tacite ab eo vocentur: & ita tenet Glossa *in l. si filiusfam. §. cum quis ff. de leg. 1.* Boerius *decis. 155. numer. 28 par. 1.* ob plurimas summas rationes in hanc sententiam inclinat, quam tamen locum habere declarat, cum substitutio descendentibus fit: nam si collateralibus fieret, aliud foret. Secundo, quando post nonnullos gradus substitutionum descendentibus factum, quidam deficientibus liberis vocatur: hoc quippe casu fauorabile velamen est, testatorem scilicet bona sua ad collaterales vlteriores quam liberos peruenire noluisse, post Franciscum Corsium Iuniorem *in l. 1. de pact.* Arresto Burdegalensi in pari casu, per præscriptionem Substitutus depulsus fuit, eo quod sibi in possessorio prospexisset, eique actio sua in petitorio reseruata fuit, quod postremæ sententiæ aduersatur. Postea altero Arresto quod datum 14. Augusti 1537. Burdegalis inter Seguretiū Docto-

rem Iuris, actorem ab vna parte, & Ioannem Pallaneum Scuiserum, iudicatum fuit iuxta prædictam postremam sententiam. Isq; textus est *l. Generaliter.* §. *fin. de Instit & substit. sub condit. fact.* Et apud omnes axioma hoc indobitatnm est, nempe descendentes in linea recta, siue in dispositione tantum siue in conditione duntaxat nominentur, perpetuo * extraneo præferri.

* Aut etiam ei, qui in pari gradu non esset cum illis. Eaque limitatio est, quam tradunt ad *l. Hæredes mei.* §. *cum ita ff. ad Trebell.* desumta ex Bartolo ad prædictum §. quam sequitur Chassanæus *consil.* 14. & idem Paponius *tom. 1. trium Notariorum, tit. de reciproc. substit.* sub finem. Hoc caput *ex decisio.* Boerii desumptum est. 155.

XIII.

Idem & limitatiuum,

Hæc facti species optime ad casum Arresti præcedentis explicandum facit: Thomas Peas Turnonius quatuor liberos habens, Stephanum, Ioannem & Claudium & alterum Ioannem, maiorem natu heredem instituit, eique substituit, si sine liberis decederet, Ioannem minorem, & huic pari casu, Claudium, & prædicto Clandio deficientibus liberis, Ioannem postremo natum, nulla in hac dispositione liberorum mentione facta. Ioannes secundo natus sine liberis moritur. Post eum Claudius moritur, & liberos relinquit. Nouissime moritur Stephanus heres sine liberis. Dubium est, ad quem substitutio perueniat? Ioannes vltimus, qui solus est è vocatis expresse, ait, iuxta expressam testatoris voluntatem, hereditatem ad se spectare, & licet Clandio substitutus sit, attamen Claudium mortuum ante conditionis euentum, cuius spes ad liberos ipsius transmitti non potuerit, qui nollo modo vocati sint: neque quicquam importare inuersionem ordinis in substitutione obseruati: eo enim non obstante hereditatem Stephani ad se pertinere, quandoquidem ipsi immediate substitutus fuerat. Liberi Claudij aiunt, sibi prædictam hereditatem deberi, & quamuis nonnisi in conditione nominati sint, per coniecturam tamen verosimilem testatorem sese prædicto Ioanni præferre voluisse: & maluisse, vt bona sua ad se deuenirent, quam ad Ioannem, qui in defectum liberorum Claudij tantum vocatus fuit. Sententia primi Iudicis causa sua cadunt, quam Arresto Tholosano, 27. Aprilis 1548. obtinent. Eaque est complurium sententia in Glossa *in l. filiusfam.* §. *cum quis ff. de legat.* 1. ex arg. *l. cum auus* 102. *ff. de condit. & demonstrat.* vbi expresse dicitur, si in substitutione minus scriptum quam dictum inueniatur, fideicommissi conditionem, coniectura pietatis defecisse videri, & magis ad id quod voluit, quam quod scripsit, respici solere. Et certe omnes satis vident, quamuis liberi Clandij expresse non vocentur, attamen eos postremo substituto præferri, qui nonnisi ijs deficientibus vocatur. Igitur iniuria ijs fieret, si eo vsque subtiles esse vellemus vt dicamus eo quod in conditione, non vero in dispositione nominati sint, & secundo, eo quod ante conditionis euentum Claudius mortuus sit, qui ad suos spem prædictæ conditionis transmittere non potuit, eos prædicta hereditate priuatos. Cicero *lib.* 1. *Officio.* de iniuriis loquens quæ ex rigida iuris interpretatione existunt ait, nonnisi summam iniuriam summum ius esse, & iniurias nonnisi callida & malitiosa iuris interpretatione existere. Strabo scripsit, Thraces cum aliquot dierum inducias cum Bœotiis pacti fuissent, noctu agros populatos fuisse: cumque periurij & iuris militaris violati arguerentur, respondisse, se dierum non noctium inducias pactos fuisse. Menander dixit, legem rem diuinam esse in manibus hominum, qua homines exacte [illegible] offensionem vti non possent. Ex quo illud [illegible] tritum sermone prouerbium, *summum ius, summa iniuria.*

Summũ ius, summa iniuria.

Ad materiam huius Arresti equitate plenissimi, quo disputatio & dubium Doctorum nostrorum resoluitur & definitur, notandum est, si quis ratione eius vti velit, necesse vt id fiat inter liberos in linea directa: inter collaterales enim vel extraneo id minime locum habere, prout declarat Boerius *quæstio.* 115. *parte* 1.

V. Maynardum, *lib.* 8. *cap.* 92.

XIV.

Substitutio proprij filij & heredis facta, sub conditione, nomen & insignia testatoris gerendi, valet, etsi eum, quem testator intelligit, non nominauerit. *l. vter ex fratribus.* 23. *ff. de condit. instit.* quod si plures liberi sint, maior natu omnia accipere debet, si prædictæ conditioni obtemperet, *l. cum qui Calendis. versic. si autem. ff. de verb. obl.* & *l. Boues* §. *hoc sermone. ff. de verb. sig. l. hæc conditio. ff. de condit. & demonstrat.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1460.

Verum in [illegible] tutione, propter [illegible] de [illegible] toria [illegible]

XV.

Franciscus Nouallius, Dominus de Noaillat, in testamento suo heredem vniuersalem instituit Ioannem filium suum, eique substituit Ademarum nepotem suum, & filium Domini de Cambres filij testatoris: huic Ioannem da Cosnac, filium Ludouicæ de Nouailles filiæ testatoris: post eum alios gradatim vocat: & nouissime Ioannem S. Martialis filium de Blanche filiæ suæ. Vult ac mandat, vt si ex prædictis filiabus suis Ludouica & Blanchia filiæ descendant, eæ dotentur & elocentur pro ratione facultatum & bonorum suorum. Dubitatum inde fuit, ad quem onus prædictæ dotationis spectaret, vtrum ad primum heredem, an vero ad substitutos & ad quos ex omnibus. Arresto Burdegalensi, 18. Iunij 1521. iudicatum fuit, id ad postremum substitutum spectare, iuxta verosimilem testatoris voluntatem, quam ante omnia sequi oportet, *l. 3. C. de liber. præterit.* Nihil vero huc axioma illud facit, clausulam in fine positam ad vniuersa, quæ testamento adscripta sunt, extendi, per *l. talis scriptura.* 30 §. *fin. de leg.* 1. Idenim verum est quando nulla ratio subest, eam magis extendi ad vnum, quam ad alterum: verum si diuersitas sit, clausula hæc ad id, vbi maior ratio est, refertur & determinatur. *l. si idem cum eodem.* §. *fin. de iurisd. omn. iudic.* & Glossa *in cap. statutum* §. 1. *de rescript. in* 6. At verosimile non est, testatorem magis fauere voluisse substitutis postremo loco vocatis, quam ijs quos primo gradu posuit & prætulit, *l. Publius.* §. 1. *ff. de cond. & demonstrat.* & *l. Lucius. ff. de hered. instit.*

Onera hereditaria ad postremum substitutum per[illegible] casu [illegible]

V. Boerium *decis.* 146.

XVI.

Glossa *in c. sacror.* 12. *quæst.* 2. tenet, bona substitutioni obnoxia alienari posse, ad liberandum carcere heredem mulctæ nomine detentum culpa sua, citra delictum, dummodo nullam aliam rationem satisfaciendi seque carcere liberandi habeat. Hanc sententiam tenuit Alexander *in addit. ad Bart. in l. placet.* ibi, *nisi quando hic culpa damnatus vel relegatus est, lib.* 10. *C. de excusat.* Et duobus Arrestis Burdegalensibus approbata fuit: quorum posterius datum fuit in causa Presbyterorum S. Iuliani Tullensis sese opponentium subhastationibus, quibus Æmæus Cabanerius insistebat, mense Septembri 1531.

Substitutus incarceratus citra delictum, non habens vnde satisfaciat, bona hereditaria alienare potest.

XVII.

Testamento pater duobus liberis suis, quos habet, bo-

Substitu[illegible]

Ex heredi eam hereditate prælegata cõsequitur.

ber, bona qnædam donat & relinquit: postea eos in residuo vniuersales heredes instituit, & eos inuicem substituit, quo casu liberos nou baberent, vtrisque vero, proximum substituit. Vnus eorum sine liberis moritur, & alinm quam fratrem suum beredem instituit. Hic heres legitimam defuncti deducere vult, simul & quartam Trebellianicam, præterea bona quæ prædicto defuncto iu prædicto testamento prælegata fuerant. Frater substitntus petitioni prælegati intercedit: in quartis vero conseutit. Hæc materia est Glossæ *in l. cum virum*, quam sequuntur Ioannes Faber, Baldus & Iason, *C. de fideicommiss.* quiu distinguunt, si ex verbis testatoris cognosci possit, eum omnia restitui voluisse, id ita fieri debere, per *d. l. cum virum*, & *l. Pater. §. fidei tuæ committo. ff. de legat. 2.* aliaa non. Bartolus *in l. Titia. ff. ad l. Falc. & in l. Marcellus. §. quidam liberis*, tenet, quod si testator huiusmodi prælegata faciat quasi inter duos suos vniuersales heredes diuidere vellet, prædicta prælegata Substituto vna cum bereditate restituenda esse, per *d. §. quidam liberis*. Nihilominus si huiusmodi præcipua ante testamentum & extra id per douationem præcedentem data fuissent, ea deducenda sunt, prout existimauit Corn. *consil.* 228. Arresto Burdegalensi, quod datum 14. Iulij 1520. iudicatum fuit iuxta textum *d. §. quidam liberis*, & sententiam Bartoli inter Petrum Minæum appellantem à Seneschallo Lemouicensi ab vna parte, & Leonardum Dardaneum appellatum ab altera.

XVIII.

Conditio existentibus liberis intelligitur, si superuiuũt.

Conditio negatiua, *si ex hoc matrimonio nulli liberi extent*, propter natos liberos minime deficit, si superstite patre & matre vel eo, post quem vocantur, moriantur. Econtra conditio, *si liberi extent*, non existit natis liberis, qui, vt supra, prædefunguntur. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, inter Principissam Susannam Borboniam viduam defuncti domini de Rieux ab vna parte, & heredes prædicti domini ab altera parte. 4. Augusti 1550.

Maynardus *lib. 3. cap. 75.* idem ait, & capite subsequente adiungit, naturales liberos pariter atque legitimos substitutioni non impedire. Vide Carondam *lib. 3 Responsor. 38. & lib. 5. ca. 44.* IC.

XIX.

Trebellianica tacite nõ prohibetur.

Detractio quartarum Trebellianicæ & legitimæ à testatore non interdicitur generalibus verbis, veluti, *Volo, vt omnia & singula bona mea perueniant vel restituantur tali quem prædicta casu substituo*, vel etiam, *perueniant pleno iure*: verum * necesse est, vt expresse Trebellianicam prohibeat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1549. inter Dominum Sant Andreanum Marescallum Franciæ ab vna parte, & sorores Mont-regnardij ab altera parte: per ea quæ expresse notantur *in l. 1. § unde Neratius, & in l. Marcellus in pr. ff. ad Trebellia.*

* Ita tenet Ludouicus Romanus *consil. 79.* Bertrandus 37. *consil. lib. 1.* iuxta editionem anni 1535 & Molineus *in Annot. suis ad Alexand. consil 5. lib. 3. & consil. 201. num. 5. lib. 6.* Contrarium deciditur à Guidone Papa *qu. 537.* Ant. Rub. *cons. 2. dubio*, & idem Molineus *cons 7. n. 57.* Quartam Trebellianicam prohiberi posse, etiam liberis primi gradus, de eo extat Arrestum Parisiense, 23 Augusti 1577. quod allegat Choppinus *lib. 1. de commun. Galli consuet præcept part. 2 tract. 2. ad fin.* & Carondas *lib. 7. Respons cap. 62. & c. 126* & alterum de 12. Maij 1551. quod allegat Choppinus *ad Consuet. Paris. lib. 2. tit. 4. Art. 18.* quoddam Tholosanum, mense Nouembri datum 1592. quod allegat Carondas *lib. 9. respons. cap. 5.* V. Maynardum *lib. 5. cap. 32.*

XX.

Forma vetus restitutionis sub-stituto facienda verbis abolita.

Forma vetus in substitutionibus hæc erat: Substituti existente substitutionis casu, tenebantur persequi & cogi curare heredes ab intestato beredis grauati ad facieudam restitutionem, vel re vel verbis, hereditatis fideicommissariæ. Verum bodie iure nouo huiusmodi restitutio & formalitas pro facta habetur, & substitutus directe aduersus possessores agere potest, tam particulares quam vniuersales, rei vindicatione. Ita ait Bartolus *in l. fin. §. sin autem sub cõditione. in fin. C. commu. de legat. & in l. Marcellus, §. res quæ ff. ad Trebell.* Glossa eam ad rem est in *l. penult. ad Trebell.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1461. perimendo litem Rupichinardi aduersus fratres Alemannos.

XXI.

Vtrum substitutus possessorio sibi prospicere possit.

Substitutus * propter bona, quæ ipsi morte primi heredis obuenerunt, possessorio sibi prospicit, saisinatum se dicens ex generali Franciæ Consuetudine, qua *Mortuus saisinat viuum*, aduersus heredem ab intestato primi heredis, quæ ei præscriptionem quoad possessionem opponit. Arresto Burdegalensi, quod datum 23. Iunij 1526. heres manutenta & substitutus depulsus fuit, ei actione sua in petitorio reseruata. Simile iudicatum fuit in prædicta Curia, 14. Augusti 1521. pro Margaretha Grammontana herede primi heredis, appellante à Seneschallo Lemouicensi, aduersus Petrum Grammontanum substitutum. Tantundem dictum fuit pro Dominicella Catharina de Lustrac, & Maria Triosia filia ipsius, aduersus Petrum Triosium Scutiferum, appellantem à Seneschallo Aginensi, 22. Februarij 1536. Hæc Arresta iuri communi conformia sunt, quo heres fideicommissarius impediri non potest, quo minus heres restitutione grauati, in possessionem hereditatis mittatur, si ipse fideicommissarius non possideat, Glossa in *l. fin. in verb. ex parte, & in verb. legitime. C de Edict. diui Adria. tollend.* quinimo siue substitutus possideat siue non, manus suas vacuefacere debet ac permittere, vt heres in possessionem mittatur, vt manu sua quartarum detractionem faciat, *l. filiam fratribus ff. ad Trebellia, l. lineam margarit. 26. ff. ad l. Falcid.*

* Desumtum ex Boerio *quæst. 156.* Vide Chassaneum *consil. 29 in 2. dubio.* Pro Substituto iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum mense Maio 1561. aduersus Onuphrium Hispanum, Dominum de Ramefort, in lite de successione Monspanii remissum à Parlamento Tholosano ad Parlamentum Parisiense, prout notauit Choppinus loco supra citato. Attamen *lib. 4. de priuil. rusticor part. 3. cap. 7. num 7.* ait; hoc Arrestum in contrarium adduci, nihilominus pro fideicommissario, alia adhuc duo allegat Molineus *in ann. 5. ad Alexand. consil. 82 lib. 2* tenet pro Arrestis Burdegalensibus. T.

Ad hoc Arrestum Papoui & subsequens vide Maynardum *lib. 5. cap. 10.*

XXII.

Idem & contrarium.

Attamen Benedictus ad cap. Raynutius, in *verb. mortuo itaque testatore. 2. num. 7.* ait, Substitutum fideicommissarium ius habere vsurpandæ Francicæ Consuetudinis, qua *Mortuus saisinat viuum*, suoque tempore Arrestum datum fuisse Tholosæ, quo substitutus interdicto experiens admissus & manutentus fuit ratione bonorum substitutorum domus de Boisse, & prædictum Arrestum defendit ex æquitate *cap. in præsentia. de probationibus*, quod ait à Baldo ad hunc effectum declarari, casu scilicet restitutionis contingente, circuitum restitutionis attendendum & obseruandum non esse, verum pro facta haberi. Et ex eadem ratione ait, simile Arrestum datum fuisse vltima Martij ante Pascha 1506. quo possessio hereditatis vniuersalis domus de Montbeton in diœcesi Montalbanensi, substituto interdicto experienti adiudicata fuit, quartis deductis & apud heredem opponentem permanentibus.

XXIII.

Idem &

Dominus Monthelonius, In lite possessoria inter

defun-

valde notandum, defunctam Dominam Ludouicam de Sabaudia, matrem defuncti Regis Francisci, interdicto experientem ab vna parte, & illustrem Carolum Borbonium, Equitem Ordinis, Coonestabilem Franciæ, opponentem ab altera parte: perorans pro prædicto opponente, anno 1522. & 12. Februarij, asseruit in Parlamento Parisiensi & defendit sententiam Benedicti, & allegauit hunc in finem duo Arresta prædicti Parlamenti, quorum vnum datum inter duos Nobiles Lugdunenses super Dominiis Monteti & Rosseti: alterum vero super successione Pollignaci. Controuersia, in qua prædictus Dominus Aduocatus versabatur, spectabat testamentum codicillare defunctæ Dominæ Susannæ Borboniæ, in quo vsumfructum quorundam bonorum matri suæ reliquerat, & voluerat, vt eo finito, opponens frueretur: quæ perinde valent, ac si matrem restituere grauasset. Et ideo institutio directa viro transit in vim fideicommissi, *l. generalis. §. ex testa. ff. de fideicomm. libert.* per Bartolum & alios in Authentic. *ex causa. C. de lib. præt.* Dn. Præsidi Boerio hæc sententia displicet, & ait, Benedictum male intellexisse *cap. in præsentia*, & omnia quæ Baldus & alij super eo dixerunt: atque huic rei optime satisfacit, dicendo, quod cum ex iure fideicommissarius, antequam heredem se diceret, teneatur curare vt sibi ea restitueretur, atque hoc nomine poni *per heredem grauari ex Trebelliano*: idque factum solo verbo, *l. 1. in prin. de fideicomm. heredit. petit. & Insti. eod.* postea vero persequi debuisse realem possessionem hereditatis rei vindicatione, qui sane nimis prolixus circuitus erat & magnorum sumptuum. Ius Canonicum huic quidem rei prospiciendo & æquitatem secutum, priorem solennitatem verbalis ex Trebelliano restitutionis resecasse, & permisisse, vt fideicommissarius à primo statim limine bona hereditaria ab herede petere posset, pariter acsi is iam heres declaratus fuisset. Verumtamen vt permiserit vt se saisinatum diceret, nil tale in prædicto capite extare: econtra ex verbis hisce prædicti capitis, *vnde illa, quæ de bonis ipsius vestrum monasterium deturbat.* ibi *Coram quo Alteroca & filius eius quondam Raynutij, tanquam ex causa fideicommissi vel substitutionis sibi debita petierat.* idem in *cap. Raynaldus.* ibi, *mouerunt quæstionem petendo pro rata, de test.* Prædictus Dominus Boerius complures optimas rationes & numero multas ad refutandam hanc opinionem habet. Dominus Tiraquellus Consiliarius in Parlamento Parisiensi, *in tractat. suo, Mortuus saisinat viuum*, in contraria Benedicti sententia est, & *in fin. 7. declara. 2. partis* ait, tantum abesse, vt substitutus se aduersus heredem ex prædicta Consuetudine vel iure, saisinatum dicere possit, vt ipse heres primus testamentarius id facere non possit: præcipue vero in patria iuris scripti, aduersus heredem legitimum & ab intestato, *per l. vltim.* & ibi Baldus, Salycetus & Paulus. *C. de his qui ven. ætat. impetra.* Ibidem prædictus Dn. Tiraquellus mentionem facit duorum Arrestorum, quæ prædictus Dn. Monthelonius in prædicta peroratione allegauit, neque magnam eis fidem habet, neque quicquam aliud dicit, nisi quod ea non viderit.

XXIV.

Idem, Substitutus, existente substitutionis conditione, à qua appellat, possessorem se dicere non potest, neque interdicto sibi prospicere: verum petitoria actione heredem eius, qui restitutione hereditaria grauatus est, conuenire debet, vt sese fideicommisso liberet, & prædictum substitutum saisinet. Atque ita tenuerunt in consultatione Domini Carterius, Marillacus Aduocatus Regius Thuanus, Berruetius, Puteanus, Lucius præsente domino Sant-Andreano Marescallo Franciæ: deque eo plura Arresta allegant, quorum duo solennia reperiuntur: vnum de successione de Combort: alterum de successione de Lauzun. Hæc quæstio Iudices nostri temporis dubios tenuit, postea vero definita fuit, puta, Substitutos in linea directa sibi possessorie prospicere posse, in linea collaterali vero non. Quod notabiliter determinatum est.

Substituti qui se poss. saisitos dicere possint

Lucius *lib. 8. tit. 7. Art. 3.* & *lib. eod. tit. 9. Art. 2.*

XXV.

Quid fratres substitutionibus renuntiare possint

Duo fratres inuicem substituti, quo casu liberos non haberent, hereditatem diuidendo pacta substitutionibus suis præiudicialia inire, neque liberi contrauenire ipsorum mutuis apochis possunt. Nam quamuis sola diuisione substitutionibus futuris non renuntietur, *l. cum pater. §. hereditatem. 2. ff. de legat 3.* & *l. qui cum tutoribus. ff. de transactio.* & *l. Paulo Callimacho. §. fin. de leg. 3.* id tamen de simplici diuisione intelligitur, non vero quando ex certa scientia inter fratres substitutos facta mentione testamentorum, & clausularum fideicommissariarum iuribus futuris renuntiatio fit. Textus hue facit bene intellectus *in l. qui Romæ. 122. §. vlt. duo fratres ff. de verbo oblig.* in præiudicium enim liberorum suorum natorum & nasciturorum renuntiare potuerunt, *l. spem. C. de donat. l. ante restitutam. ff. de sol.* Præsertim si hæc verba ponantur, Ius patris vel futura, & tam ex causis præcedentibus quam futuris, vt ait Bartolus & Salycetus *in l. Heredem, in princ. ff. mandat.* postea vero neque partes qui renuntiarunt, neque ipsorum liberi admittuntur, *l. 1. C. de Pactis.* Atq; ita iudicatum fuit Arresto Maioris Consilij anno 1517. pro Dominicella Catharina de Lombieres rea, Magno Ioanne de Lumbieres se substitutum dicente & actore. * Exinde tria Substitutorum genera constitui solent. Primi generis substitutio hac forma fit *Si Ioannes sine liberis moriatur, substituo Franciscum, & si is quoque sine liberis moriatur, substituo Bernardum.* Hic Bernardus Ioannes & Franciscus facile pacisci inter se possunt, & substitutionibus renuntiare, citra liberorum suorum metum, quorum mentio tantum conditionaliter fit, puta, si sine liberis moriatur, atque ita neque vocantur neque in dispositione comprehenduntur, *l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omiss. caus. testa. l. si quis ita institutus sit, & l. ex facto etiam agitatum, & l. Hereditas ad statum. ff. de hered. instit. l. filius fam. §. cum quis rogatus. ff. de leg. s. & l. ex facto.* iuncta glossa *in verb. defecisset. ff. ad Trebell.* Et primo hoc casu minime dubitatur, quin huiusmodi substitutioni etiam in præiudicium liberorum, à patre renuntiari possit. Secundum substitutionis genus est, *si sine liberis masculis moriatur.* Et licet complures existimauerint, hanc substitutionis speciem vti primam, determinandam, nihilominus alij expresse tenuerunt, si mentio masculorum fiat, eos tacite vocari: ex eorum numero fuit Guido Papa, *consil.* 144. Tertia species hæc est, quando liberi expresse vocantur, atque tum ipsis pater præiudicium facere non potest, & aduersus renuntiationem semper admittuntur, *l. final. §. sed quia nostra Maiestas.* & Auth. *res quæ, C. comm. de leg.* & *l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.*

* Boerius *decis.* 14.

XXVI.

Arresto de Castromorantio de substitutionibus de Leuis

Inter illustrem Ioannem de Leuis de Castromorantio, Equitem, Dominum prædicti loci, Nobilem ordinarium Cameræ Regiæ & Præfectum Domini Delphini, qui litem interruptam morte illustris Iacobi de Leuis de Castromorantio patris sui tenendam assumit,

assumsit, ab vna parte, & illustrem Gilbertum de Leuis Comitem de Vantadour, loco patris sui defuncti, reum ab altera parte, dictum fuit Arresto Tholosano, anno 1533. quinta Februarij, prædicto actori substituto intestamentis defunctorum Philippi Secundi, Antonij primi ipsius filij, & Bremundi de Leuis: tradendas septem vncias cum dimidia, quarum duodecim assem constituunt, ex hereditatibus, & omnibus ac singulis bonis familiæ de Leuis & Comitatus de Villars, quæ ad supradictos spectarunt, & omnia ac singula bona & successionem Castrumorantij, quæ spectarunt ad defunctum illustrem Ioannem de Castromorantio, & Dominam Annam ipsius filiam, saluo Poligniaco & excepto Viecomitatu de Remond, Luny, Chanfleaux & Ponte Chargniaci: sub onere legitimæ prædicti defuncti illustris Iacobi de Leuis in prædictis locis. Præterea prædicto illustri Ioanni de Leuis legitimam ex æquitate debitam prædicto defuncto illustri Iacob. in bonis de la Voulte, quæ prædicti Bremundi de Leuis domini de la Voulte fuerunt: residuo relicto reo quatuorum ipsius aliarumq; detractionum loco: non habita ratione eius, quod plures substitutiones essent, & alterum tertium deducendarum, cum Trebellianica semel tantum distrahatur. Atq; ad id reus condemnatus fuit, qui ad executionem Arresti, ad petitionem, qua prædictæ portiones ab eo petebantur, vt eas traderet, respondet, ante omnia necesse esse, vt prædictus actor se prædictas hereditates possidere curet, ex quibus prædictas portiones tradere non possit, nisi prius eas possideat: & ex quibus erant Comitatus de Villars & Rossillon Domina Castellinoui, de Leuis, la Faux in Agenensi Prouincia, Roche, in Reguetio, Annonæ, Vauluert, Margaritæ, Pradelles, & alia loca. Prædictus Dominus Castromorantij ipsi replicat, sese contentum esse traditione eius, quod prædictus reus ratione prædictarum portionum possideret. Ab eo actor depellitur, qui tradit Vauluert, Margaritas, & Pradelles prædicto Domino Castromorantij, qui incontinenti postea decedit, & vniuersalem heredem relinquit Reuerendissimum Antonium de Leuis Archiepiscopum Ebrodunensem, qui Presbyter erat. Prædictus Comes de Vantadour ab eo Vauluert postulat: nam aliorum nomine cautio ipsi præstita fuerat, de autoritate aduersus omnes substitutiones ipsi præstanda: & at, quod Presbyter euaserit, ex lege veterum substitutionum hoc dominium amittere. Prædictus Dominus Archiepiscopus consultus, neque ad eo nimis ad bona mundana procliuis, idei tradit, anno 1543.

XXVII.

Masculi verbum in substitutione. In donatione feudi filio naturali elusq; masculis facta, quo casu naturalis filius & filiam haberet postea filium ex filia & filiam ex filio, dubitatum fuit, ad quemnam hoc feudum spectaret: Puta, vtrum ad filium filiæ, an vero ad filiam filij, qui superstites permanserant? Hæc quæstiu docte tractatur à Dn. Tiraquello *in tract. prim. g. 12. & seq.* Arresto Parisiensi feudum filiæ filij adiudicatum fuit. Hic naturalis de familia Tremollia erat.

XXVIII.

Substitutio fideicommissaria, & singularis eius casus. Franciscus Mandonerius incola ciuitatis Vxellodunensis, testamento suo heredes vniuersales instituit Annetum & Robertum Mandonerios liberos suos, & Posthumum in ventro vxoris suæ existentem: si masculus esset: si vero filia esset, ei dotis loco quingentas libras donauit, præter lectum & vestimenta, iuxta qualitatem ipsius, atque in his eam heredem suam particularem instituit iubetque, vt hisce contenta sit. Postea prædictos Annetum, Robertum & posthumum, si masculus esset, & ijs superstitem, si eueniret, vt ij vel vnus ex ijs pupillus moreretur, vel alias sine liberis decederet, inuicem, & vltimum omnibus substituit. Præterea, deficiente se testatore & liberis suis, & quo casu hi sine liberis decederent, quasdam summas speciales liberis defunctæ Ioannæ sororis suæ, & Gabrielæ & Margarethæ reliquis sororibus suis superstitibus donauit. Tandem codicillum fecit, eoque testamento suo addit, Si omnes liberi sui, & posthumi heredes sui, pupilli vel aliter, sine liberis superstitibus Francisco & Antonio Mandonerijs nepotibus suis, liberis defuncti Pauli Mandonerij fratris sui decederent, hoc casu hisce prædictis liberis suis, prædictos nepotes suos, vel qui ex his superstes esset substitutum velle. Euenit, vt die codicilli ita facti, codicillos faciens peste moreretur, relictis supradictis duobus liberis suis, Anneto & Roberto & vxore sua prægnante, quæ duobus mensibus post filiam nomine Ioannam peperit. Quinque mensibus post: Robertus impubes & Annetus pubes nullis liberis relictis, neque matrimonio contracto moriuntur. Statim post eos moriuntur prædicti Francisc. us & Antonius Mandonerij vltimi substituti, relictis ea prædicto Francisco duabus filiabus, Asturria & Antonia, & è prædicto Antonio vna filia nomine Anna. Tutores Asturriæ & Antoniæ, & prædictus Antonius ante mortem suam iudicium intentant prædictæ Ioannæ filiæ testatoris, & Strephano Curtio marito ipsius, vt sibi bona testatoris prædicti tradan ur, prætendendo, substitutionem extitisse in ipsorum actorum vtilitatem. Pendente hac lite, Antonius vnus è petitoribus moritur. Post eum decedit prædict. Ioanna rea, & ab ipsius heredibus lis reassumitur, quæ postea in Parla: ento Parisiensi decisa, vbi Arresto die sabbathi Palmarum 1545. heredes prædictæ Ioannæ liberati fuere aduersus plurimorum celeberrimorum Aduocatorum sententiam, qui substitutionem prædictis Francisco & Antonio incontinenti post mortem Anneti & Roberti heredum vniuersalium apertam existimabant, Ioanna vero posthuma depulsa, quæ testatoris heres non erat, per *l. Heredes mei. § cum ita. ff. ad Trebellian. & l. fin. C. de instit. & substit.* Dominus Molineus solus contrarium tenens, puta, prædictam substitutionem morte illorum, Ioanna superstite, caducam fuisse, ex rationibus comprehensis *in 6. consil. suo* obtinuit: nominatim quod necessario hæc substitutio nonnisi fideicommissaria fuerat, non compendiosa, atque ideo non directa, non vulgaris, non pupillaris. Has quippe in codicillis fieri non posse, *l. Sceuola ff. ad Trebell.* At fideicommissariam semper conditionalem esse, velut eam, quæ ea conditione dependeat. Quod si omnes liberi Testatoris & posthumi sine liberis decedant, superstitibus Francisco & Antonio, prædictos Franciscum & Antonium vocari, verbo *Posthumorum* prædictam Ioannam comprehensam, quæ eos superuixerit. Adde, q; eius causa fauorabilis sit, eo quod filia in linea directa testatoris sit, & substituti nepotes ex fratre, ac propterea ipsorum intuitu fideicommissariam odiosam & resolutionem eius facilem, prout ait Angel. Perusius *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de V. O.* Hanc ad rem notanda est *l. Generaliter. C. de instit. & subst.* In prædicta lite dubium ineo fuerat, quod ex consuetudine Aruerniæ verbum *Liberi*, de filiabus non intelligatur. Verum testamentum latine conscriptum fuerat, per verba: *si omnes liberi mei, & posthumi decedant, &c.* quæ clara & aperta satis erant, ad comprehendendam filiam aduersus prædictam Cõsuetudinem.

Substitutio fideicommissaria sem per conditionalis & odiosa est.

Verbum *Liberi* in Aruernia.

XXIX.

XXIX.

Substitutio in fauorem pauperũ ab vno casu ad alium aduersus heredes in linea directa extendi potest.

Iacobus Ballesius ciuis Lugdunensis, mense Septembri anno 1527. testamento condito Iacobum & Ioannem Ballesios liberos suos hæredes vniuersales ex æquis portionibus instituit, eosq; inuicem in defectum liberorum substituit: is vero sine liberis morientibus substituit Iacobum & Carolum Chauuetios, liberos Ludouicæ Ballesiæ filiæ suæ, si tum superstites futuri sint: quod si superstites non sint, incontinenti in illorum defunctorum & deficientium locum nulla ipsorum liberorum facta mẽtione, substituit Præbendarios, Capellanos à se fundatos in Ecclesia S. Crucis Lugduni, & Hospitalia (Nosocomia vel Xenodochia) Pontis Rhodani, & S. Laurentij Lugduni, singula ex parte dimidia. *Alio capite*, hæredibus & substitutis suis interdicit, ne vlla ex immobilibus suis vendant, vel partem ipsorum: decernitq;, vt si prædicta immobilia, vel partem ipsorum vendant, prædicti Præbendarij & Hospitalia facultatem & ius habeant id quod alienatum fuerit, apprehendendi sibiq; appropriandi vbicunq; & penes quemcunq; fuerit. Euenit, vt prædicti Iacobus, & Ballesius, vendita parte quadam bonorum prædictæ hæreditatis, sine liberis decederent: & ita substitutio prædictis Iacobo Chauuetio Domino de la Bruyere, & Carolo fratri ipsius Decano Mombrisonij superstitibus aperiretur. Ambitiose & satis leui consilio, prædicti Præbendarij & Rectores prædictorum Hospitalium, puta, Scabini Lugdunenses, vigore rescripti Regij forma Gardæ Gardiennæ citari curant prædictos fratres Chauuetios & tertios possessores immobilium prædictæ substitutioni obnoxiorum. Proponunt aduersus prædictos Chauuetios tenorem prædictæ substitutionis, & concludunt ad id, vt dicatur, incontinenti ipsis mortuis, siue liberis relictis, siue non, hanc substitutionem prædictis Capellanis & Hospitalibus apertam iri & obuenturam esse: prædictos vero Chauuetios & ipsorum hæredes & successores prædicto casu existente, ex nunc, vt ex tunc, cõdemnentur ad restituenda prædicta bona prædictis actoribus. Et aduersus tertios possessores aiunt, alienationem hæredibus & substitutis interdictam fuisse, eo non obstante eos in prædictos possessores alienationem contulisse: & ex clausula prædicti interdicti solos actores vocari, & non Chauuetios, in eo videlicet quod alienatum fuit: ea propter id prætendere sibiq; vindicare posse: atq; ideo restitutionem sibi à prædictis tertijs possessoribus fieri postulabant: sic quidem vt ad detractionem quartarum legitimæ & Trebellianicæ non admitterentur: vtpote quas heredes accipere & ex mobilibus itemq; ex fructibus deducere potuissent. ¶ Aduersus hanc petitionem fratres Chauuetij excipiunt, tantum abesse, vt actores seu petitores in præsenti quicquam ex substitutione hac prætendere possint, vt è contrario in omne futurum tempus ea priuentur & excludantur: eamq; finitam & in fratribus Chauuetiis caducam factam: ad se omnia irreuocabiliter spectare, se plenam potestatem & libertatem de ijs disponendi, prout sibi placuerit, nactos, siue liberos habeant, siue non. Hanc testatoris voluntatem fuisse, eum expresse constituisse, se quo casu prædicti fratres Chauuetij superstites non essent, quo tempore primi heredes Iacobus & Ioannes Ballesius sine liberis decederent, incontinẽti mortuis prædictis Chauuetiis, se, inquam, eo casu substituere in locum prædictorum primorum suorũ heredum, prædictos Præbendarios & Hospitalia.

Vulgaris substitutio mixta

Hanc substitutionem non posse adaptari nisi ad existentiã aut non existẽtiam heredis: atq; ideo vulgarẽ esse & directã, quæ adita hereditate extinguatur. At fratres Chauuetios mortuis fratribus Ballesiis superstites repertos, & in ijs institutionem & substitutionẽ hereditatis testatoris ipsorũ aui ab ijs adgnitæ, apertã fuisse. Sequi inde, per hanc adgnitionem & heredũ existentiam, conditionem euacuatam fuisse, sub qua prædicti Cappellani & Hospitalia vocata fuerant, & sic absq; iure, *l. post aditam, C. de impub. & aliis subst.* Si petitores hanc vulgarem substitutionem, ad casum non expressum ad instar fideicommissariæ extendere velint, eos adhuc fundamento carituros. Quamuis enim nulla ipsorum liberorum mentio facta fuerit, eos tamen semper intelligi, quoniam prædicti fratres Chauuetij nepotes sunt, & posteri testatoris in linea directa, & in hac qualitate vocati, semper sub supplendam hanc clausulam, *si sine liberis*, pietatis cõiectura. Ac propterea petitores in omnibus male fundatos, præcipue quod prædictus Iacobus Chauuetius, Dominus de Bruyere, plures liberos habeat. Eamq; expressam esse dispositionem *l. cum auus ff. de cõdit. & demonstrat.* confirmatam authoritate Imperatoris Iustiniani in *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. Generaliter. §. cum autem in nonnullis. C. de instit. & substit.*

Clausula, si sine liberis, semper intelligenda in substitutionibus heredum in linea directa.

Quantum ad caput de alienationibus, prædicti fratres dicunt, se nihil alienasse, si vero primi heredes alienauerint, id non petitores, sed prædictos fratres Chauuetios à tertiis possessoribus reuocare posse, prout id se facturos protestantur, prima hac controuersia diiudicata. Et vero dictum fuisse, si quid ab heredibus & substitutis testatoris alienatum fuisset, id Præbẽdarios & Hospitalia sibi appropriare & vindicare posse: Ex quo perspiciatur, eos postremo loco, & post omnes heredes ac substitutos locari & vocari. ¶ Tertij possessores nulla alia exceptione, quam Chauuetiorum aduersus hosce petitores nitebantur, puta, defectus iuris ac interesse. Arresto Parisiensi, quo confirmata fuit sententia Lugduni data, 4. Decembr. anno 1565. fratres Chauuetij cum expensis absoluti fuerunt, & tertij possessores Curia & lite absq; expensis dimissi. Iason ad *l. licet. C. de pact.* prædictas *l. si auus & l. cum acutissimi*, limitare voluerat, ac dicere, suppletionem Clausulæ, *si sine liberis*, aduersus Hospitale substitutum locum non habere, & post eũ Benedictus *in cap. Raynutius, ver. si absq; lib. 1. num. 23. de testam.* verum id communi sententia tanquam iniustum exibilatum fuit.

V. Maynardum, *lib. 7. cap. 1. & 2.*

XXX.

Mater non obstante substitutione, in quo succedere debent.

Arresto Tholosano, quod pronunciatum vigilia Pentecostes in purpura, mater dimidia bonorum cuiusdam filiæ ipsius, non obstante substitutione adiudicata fuit: puta, tertia, iure legitimæ, & quarta residui, iure Trebellianicæ, eo quod prædicta filia iam facta pubes mortua fuerat: non attento eo, quod longeante prædicta mater ad secundas nuptias conuolauerat, neq; prædictæ filiæ impuberi tutorem petierat.

XXXI.

Substitutio pupillaris quando materna à legitima filij non excludat.

Optime ad materiam præcedentis Arresti facit, alterum postea datum, atq; ex vtroq; id inferum fauorem scil. pauperum non posse superiorem esse & obtinere aduersus successores in linea directa, qui è contrario ex officio naturæ fauore digni sunt. Species facti hæc est: Petrus Carbonarius Aduocatus in Balliuiatu Forosegusiensi, testamento condito, vniuersalem heredem instituit Ioannem Carbonarium filiũ suum vnicum, duos annos natum, aliosq; instituit, qui sibi posthumi nascerentur, ex legitimis suis, eosque omnes inuicem alios aliis substituit: nominatim posthumos testamento iam condito natos iuxta ordinem primogenituræ prædicto Ioanni substituit, si

impubes

impubes is decedat. Hæc prima institutio vniuersalis est, absque particulari dispositione, & vere expressa pupillaris, quæ notanda est ob id quod sequitur. Quo ad secundam substitutionem prædictus testator dixit, *si prædictus Ioannes heres vniuersalis vel alij prædicti testatoris liberi ordine supradicto substituti in pupillari ætate decedant vel ante 20. annos, sint liberis naturalibus & legitimis, vel etiam post 20. annos, nullo testamento condito (prout tis liberum erit) itemque per superuenientiam liberorum prædictorum & eorum superuiuentiam, & nepotum & neptum prædicti testatoris, substitutio extinguatur, his casibus iam memoratis, deficientibus scil. omnibus suis liberis & nepotibus, complures priuatos, cognatos suos & amicos substituit, vnumquemlibet in quibusdam bonis particularibus, quæ testamento suo designauit.*

Tandem substituit Pauperes & Ptochotrophium Mombrisonij in mille coronatis, quos hypothecæ nomine habebat ex reditu quem nominat, & septo Mombrisonij, quod ex Domanio Regis acquisiuerat: in prato Sauigniaci, vineis & alijs fundis, quos designauit, & ducentas libras reditus annui valere ait: addita certa forma, quam in administratione & distributione prædicti reditus obseruari volebat: Antoniæ du Mas vxori suæ donat & legat mobilia sua, & vsum fructū immobilium suorum quem penes eam, non obstantibus prædictis institutionibus & substitutionibus permanere vult, quamdiu in honesta viduitate permaneret, vt & omnia reliqua, quæ ei donauit & prædicto testamento dereliquit: vicissim omnia reuocari vult, si ipsa ad secundas nuptias transeat. Is non longe post conditum testamentum moritur, & post eum filius ætatis trium vel quatuor annorum. Vidua in possessione omniū bonorū, nullo inuentario confecto permanet. In pleno hocce vsufructu (qui satis opimi reditus erat) constituta, ad secunda vota cum Procuratore quodam nomine Francisco de Lestra conuolat. Rectores ptochotrophij eam citari & conueniri curant, vt aduersus eam sententiam impetrent, qua dicatur & declaretur, prædictam substitutionem ptochotrophio & Pauperibus Mombrisonij apertam esse, ipsaq; condemnetur ad restituenda particularia legata & fructus à secundo matrimonio contracto perceptos. Ea excipit & ait, se debere, & posse tertiam pro legitima filij sui deducere, cuius ipsa hæres sit: Se pauperem esse, Carbonarium priorem maritum suum, cuius ipsa ancilla fuerat, se absque dote duxisse, quo ei inseruiret in summa scil. corporis sui infirmitate constituto adeo vt neque brachiis neque pedibus vti posset, articulario, & podagra nodosa laburante. Se ei vsque ad extremum vitæ articulum magno labore ac infinitis defatigationibus inseruisse. Se filium vnicum suscepisse qui in hæreditate patris sui satis opulenta successerit. Si quis substitutionem, pauperibus factam tanquam pupillarem interpretari vellet, seq; ex rigore regularū iuris à successione filij sui excludere, se stipē mendicare coactam iri. Quod ad secundas nuptias attinet, eas sibi opponi nō posse, eo quod ipsa iuuenis permanserat vidua viri senis, & talis, vt supra descriptus fuit. Itemque se amisisse filium suum, atque ideo neminem superesse, qui de matrimonio suo conqueri posset. Iudex subalternus & legitimus credens, nonnisi iuris regulas sibi sequendas, eam citra detractionem & expensas condemnauit. Ipsa ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi rescriptum impetrat ad declarandum, in omnem euentum ac subordinate, quartam bonorum prioris ipsius mariti, attenta paupertate ipsius, ad eam cum filio suo spectasse, iuxta dispositionem Auth. *Præterea, C. vnde vir. & vxor.* & Auth. *Bona damnatorum de bon. damnat.* Prout supra declaratum fuit, *in de distrib. & donatio. cap. 7.* Quod factū metuebat, ne legitima filij sui non consequeretur, ob dubium, quod in causa sua videbat, euiusque nomine consilium cœpit. Aresto, quod datum in 4 Camera Inquisition. ad relationem Domini Bopei Cōsiliarij, die Sabbathi, 8. Iunij 1566. prædicta vidua à rescripto suo depulsa fuit, eique tertia quædam loco legitimæ filij ipsius, cuius heres declarata, adiudicata fuit: quoad cætera sententia prædicti Iudicis citra expensas confirmata fuit. Curia deprehendit substitutiones in prædicto testamento comprehensas respectu liberorum testatoris natorum aut nascituorum, vere pupillares, expressas & reciprocas esse: verum substitutiones in vtilitatem plurimorum priuatorum factas, nominatim ptochotrophis Mombrisonii, ad certa bona vocatorum, & sub conditione accasu, quo prædicti liberi in pupillari ætate, vel puberes intra vicesimum annum intestati decessissent prædictas inquam substitutiones, ex verbis & mente testatoris, & iuxta dispositionem iuris, in plura fideicommissa particularia pluribus personis vel locis sub conditionibus relicta resolui: Has dispositiones, pupillares substitutiones dici & nominari non posse, quandoquidem per eas testator nonnisi de quibusdam bonis particularibus disposuerit, in forma legatorum & fideicommissorum conditionalium & particularium, non vero per formam substitutionis pupillaris, quæ hoc præsertim complecti debet, vt testator pupillo heredem faciat, nempe, heredem vniuersalem, non tantum in bonis, quæ à testatore consequitur, verum etiam in iis, quæ aliūde nanciscipotest, siue tum, siue in futurum ante mortem suam, prout expresse asseritur *in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa.* & *in l. Lucius, in pr. de vulg.* Apertius *in l. precibus. de impub. & alijs substitut.* vbi dicitur, filio intra pubertatem decedente, cui pupillariter substitutum fuit à patre, nullos heredes & successores, quam quos pater ei dedit habere. Expressius dicit Hermogen. *in l. si is qui ex bonis. ff. de vulga. sed si plures. §. filio eod. tit. l. quidam elogio. C. de iur. delib.* Igitur ex prædicto iure, substitutio pupillaris & testamentum pro filio conditum admitti non potest, nisi quoad vniuersalem filij hereditatem: etsi substitutus separationem facere possit, hereditatem filij tantum ab hereditate patris separare poterit Pater in hoc casu satis imperite testamento errauit, si per huiusmodi particularia legata pupillariter substituere voluit, & matrem excludere, eo quod id in vniuersali hereditate tantum, non in legato simplici, vt hic fiat. Postremo in fine prædicti testamenti expresse ac nominatim cauit, vt si prædicti liberi sub conditionibus supra dictis morerentur, & prædicta tam vidua prædicta bona vsusfructus titulo prædicto testamento sibi relicta caperet, hoc casu, se testatorem velle & constituere, eamque rogare, vt post se prædicta bona particularia, prædicto testamento suo particulariter substitutis relinquat, salua quoad reliqua ei legitima sua. Igitur residuum aliquod constituebat, de quo per huiusmodi substitutiones nihil disposuerat: atque ideo filius post mortem suam, heredem ab intestato legitimum, matrem nempe suam reliquit. Ex quibus sequitur, hanc substitutionem directam pupillarem non fuisse, neque sufficientem ad excludendam matrem, quandoquidem vniuersalis non fuit. Eaque decisio est *l. penult. Cod. de hered. instit.* & iuxta ea, quæ *lib. 9. tom. 1. de trib. Notar.* annotauimus. Nihilominus nonnullis mirum videtur, hoc iudicium detractionis ex legato à prædicto ptochotrophio

Inops vidua fructus, quartam consequi debet.

Substitutiones pupillares forma legatorū particularium factæ matrem a legitimā sua non excludūt.

phlo percepto aliter factum quam per Trebellianicam, legitimam vel Falcidiam. Quantum ad Trebellianicam, eam locũ habere non posse, aiebant illi, in casu suprapo ſito, attẽto quod mater se heredem dicat filij sui oneratum hoc conditionali legato, & per id, quod obuenit, adeo debitum, vt de eo non dubitetur. Si prædictum legatum particulare sit, prout dictum fuit, detractioni prædictę Trebellianicæ: neque legitimæ locum esse, cuius nomine matri ex residuo hereditatis satisfieri adhuc poterat. Multo minus Falcidiæ eo quod nunquam residuum hereditatis cognitum fuit, & vtrum ea legatis exhausta fuerat vel non.

XXXII.

Substituta à matre filiæ, anima materna, patre superstite semoio.

Inter Andream Peonnetum, Castellanum Maioris Hospitalis, residentem Mombrisonij, actorem ab vna parte, & Ludouicam Aureliani & Antoniam Orneam filiam ipsius, ream ab altera, lis mota fuit coram Iudice Forosegusicosi vel ipsius Locumtenente in Sede Regia Caldisurni super eo, quod prædictus actor proponebat, matrimonium contractum & consummatum fuisse inter se & Bonnetiam Orneam filiam prædictæ Ludouicæ, & sororem prædictæ Antoniæ: Pactis dotalibus mutuam donationem à præmoriente in superstitem factam, summæ 600. librarum à marito in sponsam suam & à sponsa in sponsum suum 300. librarum. Constante matrimonio prædictam Bonnetiam furiosam ac dementem extitisse, & matri suæ redditam fuisse, quæ eam quæsitum misisset, prætendens maritum eam male habere & sæuiter tractare. Prægnantem & in potestate matris suæ existentem, susceptaque ex prædicto Peronnero filia decessisse. Hanc viuam natam & in cunis mortua iam matre trium septimanarum spatio enutritam fuisse, postea defunctam: huic se succedere oportere. Mater & soror supradictæ, reæ, excipiunt & se tuentur testamento à prædicta Bonnetia condito, quo filiam suam heredem fecit, & Ludouicam matrem suam, & Antoniam sororem substituit. Secundo, actori male vxorem suam habuisse, vnde occasio ei furoris interuallati enata, neque medicorum opera & auxilio ei succurrium, vt actor huic rei prospicere debuerat. Tertio, cum alimenta debita denegasse. Quarto, donationem mutuam in casum superstitis, insinuatam non fuisse. Quinto, si actor substitutioni contrauenire & quartam Trebellianicam postulare vellet, eum ad id non admittendum, cum ea quarta ex fideicommissaria duntaxat detrahi debeat, nunquam vero ex directa & pupillari substitutione. Si ad legitimam venire vellet, ab eo repellendum ob propter am culpam suam, quod officio suo in ea alenda & sustentanda functus non fuerat. itaque ægrotæ remedia non adhibuerat, paulo ante mortem de iniuriis ab eo sibi factis conquesta fuit. Super his partes contestantur, informant, per testes probationes suas faciunt. Reatum testes deponunt & aiunt, tempore prædicti testamenti prædictam Bonnetiam per interualla mente sana fuisse: producunt & in iure constituuntur. Sententia Locumtenentis Caldisurni, reæ condemnantur ad tradendam prædicto actori, pro legitima ipsius, tertiam & pro quarta Trebellianica quartam residui bonorum filiæ ipsius: adhæc ad soluendam ei summam 300. librarum, ob id quod superstes esset, acquisitam facta deductione pro rata, quæ dimidia est ratione portionum adiudicatarum, hoc onere oneratam in, cum expensis instantiæ: p ænumerata nihilominus super omnibus summa 100. librarum, quæ à prædicta defuncta dotis nomine acceperat. Ab eo prædictæ reæ ad Parlamentum Parisiense appellarunt, in quo Arresto 16. Martij 15.., appellatione & eo à quo appellatum fuerat, in nihilum deducta, citra expensas causæ appellationis, reæ conclusionibus prædicti actoris absolutæ fuerũt, quantum ad 300. libras, citra expensas causæ principalis, decretumque, in residuo prædictam sententiam plenum & integrum effectum suum sortiri oportere. Hoc Arrestum ob nonnulla capita notatu dignũ est. Primo ad id Curiam mutuas donationes pactis dotalibus à præmoriente in superstitem, citra insinuationem factas non admisisse.

Donatio mobiliũ.

Secundo Curiam quoque patent donationem in pecunia vel mobilibus non insinuatam non admisisse: quamuis complures sentiant, neutro casu insinuatione opus esse, puta in mobilibus & pecunia, per textum Constitutionis, quæ disponit, *donationes in sedibus Regiis, vbi bona & res donata sita erant, insinuandas*, cum pecunia aut aliud mobile situm non habeat. Pro mutua Imbertus ait, Arrestum extitisse prouisionale, quo insinuatio exclusa fuit. Nihilominus ex æquitate Curia moueri potuit ingratitudine donatarii, & mala tractatione, cuius probatio quædam facta: item quod prædicto marito & donatario tertiam & quartam ex aliis duabus tertiis accipiente, quę dimidiam partem faciunt, euenire poterat, vt altera dimidia pro dimidia trecentarum librarum prædictæ donationis sufficere non potuisset. Huiusmodi æquitas videretur rationi maxime consentanea ac suprema Curia dignissima.

Donatio mutua ... inter ... non ... a ... donatione ...

Substitutio directa, quando de Trebellianica obad...

Ceterum, quantum ad substitutionem, nonnulli in hac sententia erant, eam fideicommissariam dici non posse, vt in ea Trebellianicæ locus esset, mirumque ipsis visum, fideicommisso filium restitutione onerari posse, etiamsi testatrix id constituisset & voluisset: filius enim, aiunt illi, neq; iudicium neque facultatem, neq; potestatem id faciendi habet. Nihilominus seposita huius iis subtilitate, sequendum modo quod Accursius & nonnulli celeberrimi Doctores scripserunt *ad l. verbis ciuilibus de vulg. & pupill. subst.* qui è contrario tenent, expressam vulgarem vel pupillarem à matre factam, neq; posse neq; debere dici directam, verũ obliquam: & ad instar fideicommissariæ tantum valere: vnde necessario detractio Trebellianicæ legitimæ, quamuis heres impubes sit, sequitur. Nam posteaquam pubes factus est ex sponte sua fideicommissaria efficitur, licet à patre facta, prout ait Benedictus ad *cap. Raynutius. ad verb. si absque liberis. de testa.*

Mater pupillariter substituere non potest.

Adhæc mater, eum liberos in sua potestate non habeat, iis pupillariter substituere non potest: prout dicitur in *l. moribus de vulg. & pupill.* Africanus Iurisconsultus in *l. si mater. 33. d. t. de vulg.* tenet, matrem non posse substituere directo: quod si id facere voluerit, siue vulgari siue pupillari substitutione obliquam esse non desinere.

Quomodo mater pupillariter substituere possit.

Matrique prædictus Iurisconsultus consulit, ne impuberes instituat vel iis substituat directo & ex nunc, verum eos instituat heredes, cum erunt annorum quatuordecim masculi, filiæ vero annorum duodecim: eisque si ante decedant & ei heredes non erunt, alios instituat vel substituat. Quo facto integra hereditas Substituto & conditionaliter instituto debebitur. Idque est & continetur in supradicta *l. si mater.*

M. Maynardum *lib. 6. c. 24.*

XXXIII.

Substitutio per præsentem ... non admittitur.

Filius testamento suo heredem matrem suam instituit: eiq; duas sorores suas substituit, filias prædictæ matris. Vna ex prędictis sororibus moritur, relictis duob. liberis naturalib. & legitimis. Postea mater quoq; defungitur Soror superstes omnium possessionem

sionem capit. Liberi prædictæ sororis defunctæ dimidiam partem prædictæ successionis prætendunt, & materteram suam hunc in finem conueniunt, vt ea sibi tradatur, dicentes, se matrem suam neptæ senta͡te, licet ea ante existentem prędictam substitutionem mortua sit. Matertera contradicit & asserit, hanc substitutionis conditionem ad successores transmissam non fuisse, neq; addita verba, *eiusq; liberi*. Arresto Curię Parlamenti Tholosani, anno 1567. prędicti liberi depulsi fuerunt, omniaque sorori adindicata, iuxta imperialem *l. si in personam. de fideicommiss.* & *l. vnum ex familia. §. rogo, in fin. ff. de leg. 2.* Pręses tum repręsentauit, plus iuris futurum fuisse, si pater fideicommissarius & hæres primus fuisset, veluti mater fuit.

XXXIV.

> Substitutiones ob defectum insinuationis nullæ: neque rescriptū restitutionis aduersus eum admittitur: quinimo licet proprium Principis motum & affectionem contineret.

Substitutiones sex mensibus post testatoris mortem insinuari debent; alias nullæ ac nullius effectus sunt. Huic ad effectum notatu dignus est discursus, qui sequitur, velut ratus, singularis & magni momēti Petrus Veillas de S. Iusto in Chiualeria in Balliuiatu Forosegusiensi, testamento condito heredem vniuersalem Franciscam Veillas filiam suam instituerat, eique in defectum liberorum Ioannem Veillas substituerat. Testator in voluntate hac sua moritur, eiq; succedit prædicta Francisca filia ipsius, quę postea sine liberis moritur, relictis defunctæ Antoniæ Veillas amitæ suæ, & vxoris Antoniæ du Cloux liberis propinquioribus & magis idoneis ad sibi succedendum ab intestato, ij sibi possessorie hereditatum prædicti defuncti Petri Veillas & Franciscæ filiæ ipsius nomine prospiciunt, aduersus prædictum Ioannem Veillas, qui ope prædictæ substitutionis possessionem apprehenderat, coram prædicto Balliuio conuentus prædictę substitutioni locum factum & extitisse, vti supra dictum fuit opponit, testamentumque Petri Veillas non insinuatum, prout constitutio id exposcit, eum nominat. Ob defectum insinuationis ei contradicitur. Quod cū Ioannes Veillas videret, consultus Cancellarium Parlamenti Parisiensis adit, vbi repulsam passus, eo quod neque rationem neque modum vllum velandi seque ab hoc defectu excusandi haberet. Postremi suffugij loco Regem adit, & tantum postulatione sua efficit, vt Domestici Regij fauore & gratia rescriptum impetraret, quo ex speciali gratia, & ob causas reseruatas ad declarandum à prædictæ insinuationis defectu restitutus fuit. Prædictum rescriptum propria regia manu signatum fuit, his expressæ voluntatis verbis additis: *Nos ita volumus*. In prædicta possessoria instantia rescriptum obiatum fuit, à petitoribus ei contradictum, & super omnibus iudicium constitutum. Sententia Balliuij Forosegusiensis, vltima Ianuarij, anno 1573. actores in possessione prædictarum hereditatum manutenti fuerunt, nulla ratione habita prædictæ substitutionis non insinuatæ: prædictus Ioannes Veillas ab oppositione sua depulsus, & in expensas instantiæ, damna ac interesse turbatum cōdemnatus. Is appellat ad Parlamentum Parisiense, vbi Arresto, 6. Martij anno 1574. dictum fuit bene iudicatum, male appellatum, & appellans in expensas causæ appellationis condemnatus. Hoc Arrestum singulare est in eo, quod licet ex Constitutione Imperatoris Constantini, Principem solum, exclusis omnibus iudicibus, & oporteat & liceat inter ęquitatem iusq; interpositam interpretationem inspicere, vti continetur *in l. 1. C. de leg. & constit.* nihilominus id in præiudicium & necem alterius fieri non debet, atque expresse ab Imperatoribus Theod. & Valent. reijci & reprobari omnia huiusmodi rescripta aduer-

> Arrestū singulare: regula ac forma admittēdi vel reiiciendi rescripti.

sus ius elicita iubentur, interdictumque Iudicibus, ne eorum vllam rationē habeant. *Rescripta* (inquiunt prædicti Impp.) *contra ius elicita ab omnibus Iudicibus refutari præcipimus: nisi forte aliquid sit, quod non lædat alium, & prosit petenti.* Eaq; est *l. 7. C de precib. Imper. offer.* At hic successores ab intestato læderentur, quoniam prædictis hæreditatibus priuarentur.

XXXV.

> Substitutionibus & institutionibus Parisiis nullus locus est: id est de necessitate non requiruntur ad validitatem testamēti.

Dubitatum fuerat super Consuetudine Parisiensi, super Institutionibus & Substitutionibus, quod dubium definitum fuit Arresto, vltimo die Septembris 1566. quo pronuntiatum & declaratum fuit, Institutionem & substitutionem Parisiis locum non habere.

Quomodo istud intelligendum sit, vide *art. 1. titul. de successio. ibi*. Et pro generali determinatione graduum substitutionum videantur *art. 59. & 124.* Edicti Aurelianensis & Mulinensis, *art. 57. B.*

TITVL. IX. DE DETRACTIONE, quam heres, ex hereditate fideicommissaria facere potest: & ad SC. Trebellianum.

ARRESTVM I.

> Detractio, quā heres facere potest, antequam substituto restituat.

SÆpe controuersiæ exoriuntur de detractionibus inter heredes heredis primi & substitutum; quæque nonnunquam longioribus moris ac processibus, quam ipsa principalis, expediuntur: nihilominus inter personas recta & regia via incedentes; neque quicquam, quod ad alterum spectet, sibi retinere cupientes, neque plus, quam sibi debeatur, prætendentes, hæcce lex optima fuerit: *Primo*, si heres è liberis testatoris in primo gradu sit, legitimam suam detrahat, quæ pro numero liberorum diuidetur, oneribus deductis, quinque & vltra, dimidia pars æqualiter inter omnes, herede in ea comprehenso *Secundo*, Trebellianicam suam accipiat, quæ quarta est omnium bonorum post deductas legitimas. Econtra debita & sumtus funeris pro portione bonorum, quam aufert & detrahit, soluere debet, adeo vt si prędictas legitimas & Trebellianicam nonnisi post debita soluta accipiat, eæ minores erunt & eodem res recidit. Idque intelligitur de bonis quæ testator tempore mortis suæ habebat: quantum enim ad fructus, ij heredi acquiruntur, prout plena scriptum fuit in *Arr. 1. tit. de legitima*, infra. Tertio Substitutus, ex eo quod ad eum peruenit, onera legatorum in solidum sufferre debet, *l. 2. iuncta Glossa C. ad Trebell. l. 2. §. fin. iuncta Gloss. ff. eod.* Quarto, prædictus substitutus heredibus primi heredis satisfacere debet, meliorationes, ędificiorum refectiones, & necessarias impensas & vtiles pro rata eius quod ad eum peruenit, soluere debet; residuum vero penes heredes permanere, pro rata, *l. vbi pure*, & ibi Bartolus *ff. ad Trebellia.* Toto triginta annorum spatio quibus Guido Papa in Parlamento Gratianopolitano Consiliarius fuit, hęc forma obtinuit, prout ipse testatur, *in quæst. 296.*

II.

> Trebellianica & Falcidia ex legatis in piam causam, detrahuntur.

Indubitatum est, ex legatis *in piam causam*, ęque vt ex aliis, absque discrimine, quartam Falcidiam detrahi posse, Auth. *similiter. C. ad legem Falcid.* & *l. si quis ad declinandum. C. de Episcop. & Cleric.* Attamen complures de Trebellianica dubitarunt: alij enim eam in ordine Falcidię collocarunt, puta, eam detrahi posse, vt Ioanes Andreas *in c. si pater de testa.* Alij & sanius contrarium tenuerunt, puta, Bartolus *in l. Marcellus, versic.*

 vltim.

vltim. ff. de Trebellian. & Baldus in l. *Id quod pauperibus. C. de Episcop. & Cleric.* Atque ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod absque data allegat Guido Papa, *quæst.* 178.

V. Maynardum *lib.* 5. *c.* 21. Carondam *lib* 7 *c.* 160. vtrum è fideicommisso pauperibus relicto detrahi quid possit, qui tenent quod non.

III.

Detra-ctio legitimæ de heredi-tas tantũ legitima intelligi-tur, non miscẽda alia quæ in hære-ditate confusa fuerat.

Antonius Porta ex matrimonio cum Dominicella Margaretha Thomassina vxore sua, duos liberos suscipit, puta Ludouicum & Mariam, quam Domino Gayeto elocat, quæque renunciat. Postea prædictus Antonius Porta testamentum condit, & in eo heredem suum vniuersalem facit prædictum Ludouicum, eiq; in defectum liberorum prædictam Mariam substituit. Verum quidem ait, eum interea alios quosdam substitutos vocasse, quorum mentionem aliam facere necesse non est, quã eos ante testatorem mortuos fuisse, atque ideo ipsorum intuitu, prædictam substitutionem, & omnia in prædicto testamento in ipsorum vtilitatem scripta caduca facta. Euenit, vt post prædictum testamentum morte testatoris confirmatum, scriptus heres nempe Ludouicus Porta adita iam hereditate patris sui, sine liberis moreretur, relicta prædicta Maria sorore sua, nouissimo gradu substituta, quam tamen testamento prædictus Ludouicus heredem instituit ante mortem suam, eique in casum, quo sine liberis moreretur, substituit Iacobum Thomassinum, Dominum Mommartini auunculum suum. Maria Porta duas qualitates habens, puta, heredis fideicommissariæ defuncti Antonij Portæ patris sui in defectum liberorum Ludouici, secundo heredis directæ & scriptæ à prædicto Ludouico fratre suo, sine liberis moritur, condito prius testamento, & in eo instituto herede vniuersali illustri Claudio de Pila, Equite, Domino Gayeti marito suo, relictis ei, prout expresse in prædicto testamento continetur, omnibus, quæ de cœlo in solum seu terram (vt aiũt) ei relinquere poterat. Prædictus Dominus Mommartinus scriptus Ludouici heres, apud Libellarios Palatij Parisiensis, à prædicto Domino Gayeti litem intendit, & ab eo postulat sex vncias è duodecim, omnium & singulorum bonorum, quæ defuncti Antonij Portæ affinis sui fuerunt, itemq; omnia defunctæ Margarethæ Thomassinæ sororis suæ, vxoris prædicti Antonii Portæ & matris prædicti Ludouici, omniaq; alia bona quæ competere & ad prædictũ Ludouicum spectare potuerunt, aliũde, quam à prædicto Antonio patre ipsius, quæ omnia in Prouincia, in qua iure Romanorum vtuntur, sita sunt, cum restitutione fructuũ. Prædictus Dominus Gayeti prædicto actori duas vncias è duodecim, pro iure legitimæ Ludouici, offert: quod scilicet is nonnisi dimidiam tertiam, inspecto quod duo essent, Ludouicus & Maria, petere posset. Præterea pro Trebellianica quartam è residuo, quæ duas vncias & dimidiam efficiunt, atque ita 4. vncias & dimidiam. Insuper ei se traditurum offert virilem portionem prædicto Ludouico in bonis ipsorum matris Margarethæ Thomassinæ obuenientem. Tandem in omnia, quæ ad prædictum Ludouicum aliunde peruenerunt, consentit. Prædictus Dominus Mommartinus actor his oblationibus non contentus, sex vncias hereditatis defuncti Antonij insistit, quas prædictus Dominus Gayetus ad quatuor vncias & dimidiam reducere, vult, neq; virili portione in bonis defunctæ Margarethę Thomassinæ contentus est; verum omnia postulat. Facti huius species ad duas difficultates reducitur. Vnam super eo, quod Maria, quæ patri superstiti renunciauit, à quo, dote constituta & soluta, elocuta fuit, postea q; ad successionẽ paternam per huiusmodi substitutionem fideicommissariam redit, heredi scripto primo legitimam relinquere debuit, cui ipsa renunciauerat: atq; in omnem euentum, si ad id reuerti potest, id quod ex causa dotis acceperat, cõferre debet. Altera difficultas est in bonis matris, quæ neque sunt neq; vnquam prædictæ substitutioni obnoxia fuerunt. Eorum partem dimidiam heres Marię retinere vult. Heres Ludouici omnia prętẽdit.

¶ Quod ad primam difficultatem *de legitima*, videtur sane, prędictum Dominum Mommartinum magnis rationibus nixum non fuisse. Antonius Porta duos liberos suscepit, Ludouicum & Mariam: hanc alocauit & dotauit superstes: ea successioni patris & matris renunciauit. Si pater decessisset nullo testamento condito, dubium non fuisset, quin Maria plane exclusa fuisset, neq; ad bona & successionem, quibus ipsa renunciauerat, redire potuisset: verum pater disposuit, & in defectum Ludouici conditionaliter eam reuocauit. Ex qua ratione æque ad dispositionis huius commodum consequendum capax est, ac si non renunciauisset: hæc quippe renunciatio in vtilitatem prædicti patris facta fuerat, & ei si hereditario cessit. Itemque futura inita huiusmodi renunciatio impedire non debet, ex culpa aut voluntate patris, prout ait Bartolus *auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* & *in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verb. obl.* Quinetiam non obstante renunciatione sua, partem ac numerum in computatione legitimæ constituere non desiit, quantumuis ab ea exclusa fuisset. Hæc argumenta sunt ad adstruendum, prædictæ Marię legitimam manere debere, non vt legitimam, sed vt proprium patris, qui de eo disponere potuerat. Et sua Ludouicus contentus esse debuit, neque sororis suæ legitimam sibi vindicare.

Substi-tutus so-lum he-reditati, quã Te-stator præten-dere non potest. Aresti Parisi-ensis.

¶ Quo ad alteram difficultatem, heres Marię se fere non potest, quin cum ipsa successioni matris suæ renũntiasset, quæ postea mortua fuit intestata, Ludouicus in solidum, exclusa sorore successerit, rursum, quin hæc bona ipsius propria fuerint, ac præterea ad substitutum ipsius prædictum Dominum Mommartinum pertineant. Super his difficultatib. interuenit Arestum Parisiense, cuius, eo quod dictionis huius materię declarationem continet, quæ sane notabilis est, consultum putaui, si eius tenorem hic apponerem, qui sequitur & ita habet: *Cum in causa* quadam mota & pendente coram Amicis nostris ac fidelibus Consiliariis Libellariis Palatij nostri Parisiensis, inter dilectum nostrum Renatum Thomassinum. Equitem, Dominum Mommartini, Scutiferum Hippocomitæ nostrę filium & heredem defuncti Iacobi Thomassini, Equitem pariter, Dominum Mõmartini, heredem ex testamento defuncti Ludouici Portæ nepotis ipsius, qui litem reassumerat, loco prędicti defuncti patris sui, actorem ab vna parte; & dilectũ nostrum Claudium de Pila, Equitem Dominum Gayen, sua vniuersalem heredem testamentarium defunctæ Dominicellæ Mariæ Portę vxoris suæ dicentẽ, reũ ab altera. *Ex parte prædicti actoris* propositę, deductę & allegatę fuissent complures causę, rationes & argumenta tendentia & concludentia ad id, vt substitutio in persona sua facta defũctę Marię Portę, in testamẽto defuncti Ludouici Portę sibi aperta declararetur: quo facto & ope prædictę aperturæ, ad se solũ hereditas & successio prędicti Ludouici spectaret, atq; ideo bona, quę fuerũt & pertinuerunt ad defunctũ Antonium Portam patrẽ prædicti Ludouici, quorũ ipse solus ipsius heres institutus esset, vna cũ bonis defũctę Margarethę Thomassinę

matris

matris prædicti Ludouici, & præter bona tam mobilia, quam immobilia, quæ aliunde ad eum spectauerant, & quorum tempore mortis suæ dominus fuerat, declarata fuissent ad prædictum actorem, tanquam fideicommissarium Ludouici Portę nepotis ipsius spectare, quæ bona prædictus reus cogeretur restituere prædicto actori, ipsiq; frui licere permittere, & fructus à morte prædicti Ludouici restituere: in omnem euentum iure in antecessum dicto super vniuersitate bonorum prædicti Antonij Portæ patris, vt tertia portio pro legitima ad prædictum Ludouicum spectante pariter adiudicaretur, quandoquidem prædictus Ludouicus ope renunciationis à prædicta Maria Porta pactis suis dotalibus factæ, solus heres prædicti Antonij esset, & ex duobus reliquis tertiis partibus, quo casu fideicommisso obnoxiæ reperirentur, quartam partem pro Trebellianica ad prædictum Ludouicum in ijs spectante petebat, quę in omnem euentum dimidia pars bonorum prædicti Antonij Portæ erat, quam sibi adiudicari postulabat. *Ex parte vero prædicti rei* complures causæ, rationes & argumenta proposita, deducta & allegata fuissent ad impediendum, ne substitutio prætensa ab actore, in persona ipsius aperta declararetur, quandoquidem defunctus Antonius Porta testamento suo prædicto Ludouico substituisset, in casum quo sine liberis decessisset, prædictam Mariam Portam, & quoniam prædictus Ludouicus tempore mortis suæ nullos liberos habuisset, in ipsius quoque potestate non fuisse de bonis disponere, quæ prædictæ Mariæ restituere grauatus fuerat. Nihilominus prædictus reus prædicto actori relinquere paratus erat partem & portionem, quæ ad prædictam Ludouicam spectare poterat in bonis Margarethę Thomassinæ matris suæ, simul & bona, quæ aliunde ad prædictum Ludouicum peruenerant, quam in linea directa si quæ essent: & quo ad bona prędicti Antonij, legitimam pariter obtulerat, quæ ad prædictum Ludouicum spectare poterat, quam duarum tantum vnciarum esse dicebat, duodecim assem constituentibus, quoniam licet tertia pars prædictorum bonorum prædicti Antonij ad legitimam duorum liberorum requireretur, & Maria pactis dotalibus, omnibus bonis tam paternis quam maternis, in fauorem prædicti Antonij patris sui renuntiasset, neque prædicta Maria admissibilis esset ad petendam partem suam in prędicta legitima, attamen eam in ea partem facere, ac propterea nonnisi mediam prædictæ tertię partis requiri, quæ, iunctis duabus partibus sunt, (quarum duodecim solidum seu assem constituunt) pro legitima prædicti Ludouici sint: quas duas partes, iuncta quarta in residuo propter Trebellianicam ad prædictum Ludouicum pertinentem, prædictus reus prædicto actori obtulisset, ex hac ratione ad absolutionem concludens. Cumque in tantum processum fuisset, vt partibus ad scripto consignandum & producendum determinatis, ijq; scripsissent & produxissent, & denuntiatum fuisset, vt respectiue contradictoria & saluationes traderent: Dicti nostri Consiliarij prædicti Libellarij sententia sua, 12. Martij 1563. decreuissent, antequam ad sententiam definitiuam prædictæ instantiæ procederetur, vt intra duos menses tum proximos prædictę partes informarent de allegatis in ipsorum admonitionibus & responsionibus contentis, quo facto ac relato ipsis ius diceretur, prout æquum erit. Ex parte prædicti rei ad Curiam nostram Parlamenti appellatum fuit, in qua lis per scripturam admissa fuit ad iudicandum inter prædictas partes, vtrum bene vel male appellatum fuisset, additis grauaminibus extra litem, prætēsis nullitatis argumētis & productione noua prædicti appellantis, quam intra tempus Constitutionis edere posset: quibus grauaminibus & prætensis nullitatis argumentis, prędictus appellatus respondere, & aduersus prædictam nouam productionem contradictorios expensis prædicti appellantis exhibere posset, prædicto processu *Viso*, grauaminibus, responsis ad ea, exclusione productionis nouæ prædicti appellantis, & omnibus diligentissime examinatis, prædicta CVRIA nostra sentētia sua & Arresto, appellationem & sententiam à qua appellatum fuit; cit. a multā & expensas causæ appellationis, in irritum deduxit & deducit: & emendata pdicta sententia condemnauit & condemnat prædictum appellantem, vt ab omnibus & singulis bonis, quæ ad prædictum Ludouicum Portam peruenerunt ex morte defunctæ Margarethæ Thomassinæ matris ipsius, & quorum possessionem prędictus Ludouicus mortuus nactus fuit; discederet & desisteret, itemque quatuordecim vnciis & dimidia, quarum duodecim solidum constituunt, comprehensa parte ac portione, quæ ad prædictam Mariam Portam vxorem prædicti appellantis ex successione prædictę Margarethę Thomassinę matris suę pertinere poterat, cui successioni pactis dotalibus, in vtilitatem prędicti Antonij patris sui renuntiauerat: easque quatuor vncias & dimidiam prędicta Curia nostra adiudicauit & adiudicat prędicto appellato pro legitima & Trebellianica, quę ad prędictum Ludouicum in bonis prędicti Antonij Portę patris sui spectarunt: ex ijs quatuor vnciis & dimidia deducendo & precnumerando id de quo prędictus Ludouicus disposuisse ex prędicta hereditate vel eius portione, quacunque tandem ratione repetietur. Quibus bonis prędictę Thomassinę, & prædictis quatuor vnciis & dimidia prędictę hereditatis paternę, simul & omnibus & singulis bonis, quę ad prędictum Ludouicum tempore mortis suę pertinuerunt, aliis scil. quam ex prędictorum parentum suorum obuenientibus, quocunque titulo id sit (si modo quędam bona adsint) prędicta Curia nostra prædictum appellantem condemnauit, vt his omnibus prędictum appellatum frui patiatur, & rerum supra adiudicatarum fructus, à die mortis prędictæ Marię restituat: Quo ad cętera à conclusionibus à prędicto appellato propositis, prędictum appellantem absoluit, expensis prędictę causę principalis compēsatis, idque ob causam. Pronunciatum, 18. Maij 1566. Extractum è Regestis Parlamenti, du Tillet. Hoc Arrestum sanctum notatuque dignum est, quamuis sententiam magnorum virorum viderim, quas prędictus Dominus Mommartinus, vt sibi perteuilionem prospiceret, consultus fuit: id quod nunquam comprehendere vel intelligere potui, verum è contra omne dubium, quod reperire possum, est, quod heredi Marię neque adiudicata, neque permissa vlla Trebellianicę detractio fuit. Solenne iuris axioma. *Semel tantum Trebellianicam distrahi*, intelligitur ex eadem hereditate, & eodem fideicommissu, aut eodem testamento. Verum hic dubium non est, quin Ludouicus ex hereditate Antonij primi testatoris, Trebellianicam suam nactus, omnes alios ab ea excluserit. Dubium erat de hereditate Ludouici, quę diuersa est. quęque cum hereditate Antonij nihil commune habet. Prędictus Ludouicus nouum testamētum condiderat, & nouam substitutionem fecerat: hereditas ipsius tota noua fuerat. Dici non potest ex ea Trebellianicam detractam fuisse. Videbatur etiam probabiliter eam petere & impetrare potuisse Marię heredem: eius tamen nomine nihil ei adiudicatum fuit. Quę res notatu digna, ea forsan de causa,

Trebellianicam nonnisi semel detrahi posse, quomodo intelligatur.

quia hereditas Ludouici in Trebellianica cōsistebat, & ex ea Trebellianica Trebellianicam detrahere absurdum esset.

Vide sup. tit. de Subhast. art. 5 6. & 7. &c. & Arrest. Bullardiorum, anno 1562 prontunoatum in purpura inter Pentecostalia.

IV.

Notabile est id quodnonnulli dicere voluerunt, Trebellianicam detrahi tantum posse inter liberos testatoris, & alios in directa linea, non vero ab extraneis: ita vt heres extraneus institutus, ab eo qui distrahendæ prædictæ Trebellianicæ ius habebat, eam detrahere non possit, prædictaq; Trebellianica caduca fiat. Ita teoent citra aliam, quam duorum tantum, quæ allegant, Arrestorum dispositionem: quorum vnum datum pro Domina Arpaionia, aduersus Comitem de Suze: alterum pro Duce d' Vzes aduersus Dominam Duariam prædicti d' Vzes.

De hac materia plura Arresta extant in tit. de substitutionibus, quæ hoc loco ita commoda collocari non potuerunt, veluti quæ plus sapiant materiam Substitutionum, quam Quartarum & Detractionum. Et notabile *Arrestum* est 7. *tit. de legitima*.

TITVL. V. DE LEGATIS PARticularibus.

ARRESTVM I.

Legatarius quando propria authoritate legata occupare possit.

LEgatarius propria sua authoritate Legatorum possessionem apprehendere potest, dummodo de duobus certus sit. *Primo*, testatorem expresse ita constituisse, eique licentiam dedisse rem legatam sponte sua occupandi, per *l. Titia cum testamento. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2*. *Secundo* si testator tempore mortis suæ rem legatam posséderit: si enim possessor eius non fuerit vel alterius nomine fuerit, legatarius aduersus tertium sese opponentem rem legatam propria authoritate occupare non poslet, *l. quamuis. §. 1. ff. de acquir. poss.* Hoc omne ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, anno 1461. perimendo litem Rupichinardi inter fratres Alemannos. Ita scriptum reliquit Guido Papa *quæstio*. 609.

Vide Arrestum 1. *in app. h. 1.*

Attamen regulariter receptum est, vt legatarius per manus heredis accipiat: ita quidem vt sæpe heres possessioni restituatur, sub lege breui manu, restituendi. Iudicatum Arresto, quod pronuntiatum in purpura, pro herede Vicedomini Caroutensis, 19 Maij 1564. Traditio autem legatorum postulari debet in loco, vbi reus heres habitat. Ita iudicatum, 12. Iunij. V. Carondam *lib. 7. resp.* 179.

II.

Legatum relictum ad studia, ad vxorē ducendam, ad officium emendū, vel ad aliud quid agendū.

Petrus Chauuetius Archidiaconus Albiensis, Canonicus Mombrisonij, testamento suo legat & donat nepoti suo Petro de Tremoelles, Scutifero, Domino prædicti loci, tum infanti, 120. coronatos solares, quod ij ad instituendum eum & in studio literarum erudiendum conuerterentur & vsque quo id fieret & vt huoc io finem distribuerentur, constituit, eos manere oportere penes Nobilem Petrum Castillonium, Aduocatum Regium in Balliuiatu Forosegusiensi executorē testamenti sui. Euenit, vt prædictus Tremoelle post mortem prædicti Chauuetij, tum 30. annorum prædictum legatum postularet. Executor ei legati causam opponit & ait, se legatum soluere non teneri, nisi vt iuxta voluntatem testatoris impendatur. Is replicat, ingenium suum ad studia minime inclinare, neque ea ætate amplius esse, vt studiis commode vacare possit, eo tamen non obstante sibi id soluendum. Neque enim sub conditione relictum fuisse, verum ob causam imp[...] quæ commodum ac fauorem legatarij vnice spectat atque ideo ad eam causam implendam se, nisi vellet, non teneri: nihil quippe in prædicta studiorum causa quicquam alterius, sed sua duntaxat interesse. Sententia Balliuij Forosegusiensis vel Locumtenentis ipsius, prædictus Executor in prædictam summam & expensas condemnatus fuit. A quo appellat. Postea consilio primorum Aduocatorum Palatij Parisiensis priori sententiæ acquiescit, & ad hanc acquiescentiam, Curia non vlterius impedita, Arrestum datum fuit, quo prædicta sententia confirmata fuit, anno 1548. Hæc res & ius, quod ex ea oritur, notatu digna sunt, quarum quotidie vsus esse potest, quandoquidem sæpe dubia in similibus legatis occurrunt: veluti legatis filiæ ad nubendum, filio ad operam studiis nauandam: alij ad emendum vel redimendum fundum: ad emendum officium: ad sponsandam sibi hanc vel illam: & super aliis huius generis legatis similibus, quæ lex specialiter designat. Vlpianus Iurisconsultus *in l. si cum filiusfam. 2. §. fin. & l. seq. & generaliter. ff. de donatio.* inter huiusmodi legata distinguit, vtrum relinquendi legatum causa fuit, an conditio: si conditio fuit, veluti si ea nubat, si is operam literis nauet, si redimat, nihil deberi, conditione efficaciter non impleta, *l. Hæc conditio filia mea, & l. si iam facta sint. ff. de conditio. & dem.* & infinitis aliis similibus. Verum si non conditio, sed causa donandi fuit, ac potius voluntatis declaratio. Alia adhuc distinctio est, puta, vtrum causa finalis sit, an impulsiua: finalis, exempli gratia, *ego dono. vt ea nubat tali vel tali, vel is hanc vel illam ducat, vt redimat, vel hunc vel illum fundum emat, vt literis incumbat, vel aliud quid agat*, & aliis quibusdam verbis significantibus, absque hac causa testatorem non legaturum fuisse, & hanc finalem atque principalem voluntatis ipsius causam esse. Hi casus eandem rationem habent, quam habet conditio, atque ita pariter determinandi, vti supra dictum. Eaque est *l. Titio centum 71. §. Titio centum relicta sunt, vt Mæuiam vxorem ducat. ff. de conditio.* Si causa impulsiua sit, veluti, *Dono ei ad nuptias contrahendas, ad operam studiis nauandam, ad emendum vel redimendum, vel, tum cum nupserit, cum studia sectabitur, cum emet, vel aliud quid aget*, adhuc distinctio constituitur, vtrum hæc onera seu conditiones in fauorem legatarij tantum, vel tertij alicuius apponantur. Priore casu, si legatarij tantum vtilitas versetur & intersit, æquum sane est, minime spectari & attendi effectum prædicti oneris & causæ, & simpliciter hoc legatum legatario solui. Eaque expressa est *l. Titio centum, vt emat, legata sunt, in pr.* supra allegata. Verum si tertij quoque intersit, onus & causa adimplenda sunt, siue expressa sint, siue tacita. Pro expressis facit *§. d. Titio, d. l. Titio.* Pro tacitis facit principium *d. l.* ibi, *sed filio fratri. &c.* Ad hanc rem notanda est Glossa in verbo, *causa magis*, in *l. & generaliter.* supra allegata, puta, prædicta legata ob causam relicta, veluti, vt nuptias contrahat, vt studiis operam det legatarius, vt emat, vel simile quid faciat, causa impulsiua censetur, non finalis, nisi verba taxatiua sint, veluti, vt nuptiæ contrahantur, neque aliter, vt studiis operam det, vt ematur, neque aliter. Dn. Boerius *in additio. suis ad Dynum, in 5. reg. cano.* valde hanc Glossam approbat, ibi, *in dubio autem præsumam non finalem.* Huiusmodi legata fauorabilia sunt & digna fauorabili interpretatione, qua validæ potius sint & conseruentur, quam pereant. Causa finalis ea perire facit, si ea attendatur: impulsiua secus, *l. quotiens. ff. de reb. dub.* nobis ad hanc rem accommodissimum axioma proposuit, in huiusmodi dubiis, id accipiendum, quo res de qua agitur,

V Mynsingerus, qui Arrestum Thalassianum consimilem refert, lib. 5 cap. 91.

agitur, magis valeat, quam pereat, addito alio axiomate *l. si ita legatum sit* §. 1. *ff de legat.* 1 vbi Caius ait, *aliud enim iuris est, si quid tacite continetur; aliud si verbis exprimatur.* Propterea in rebus tantom impnsiuis, quæ legatariis fauorabiles sunt, si dictio taxatiua expressa non sit, veluti, *non aliter,* &c executio attendi non debet.

III.

Conditio, modus, & onus nominis, armatesta, toris ferendi à legatario vel herede.

Differentia est inter conditionem, modum & onus: veluti, *Facio heredem, vel lego huic vel illi, si nomen meum & arma seu insignia mea ferat: vel dummodo nomen meum & insignia mea feret:* vel etiam ea lege, *vt nomen meum & insignia mea ferat.* Hæ tres species diuersæ sunt & inter se differunt. *Conditio* maiua aliquid importat, quando quidem defectus eius implendæ dispositionem euanescere facit, cui adscripta seu apposita fuit: prout cap. præced. satis declaratur ex distinctione Vlpiani *in l. si cum filiumfam. & in l. Generaliter. ff. de donatio.* & absolute constituitur ab Imperatoribus Seuero & Antonino in *l.* 1 & *l.* 3. *si ea conditio. C. de conditio. insert.* apertius in *l. legatum, d. t.* vbi Alexander Imperator vult, quantumuis eam fortuito conditio impediatur, quo minus impleatur, nihilominus hunc conditionis defectum heredi vel legatario obstare: quo minus institutionis commodo vel legato fruatur. *Modi* alia ratio est: nam defectus impletionis aliter accipitur: sufficit, per heredem non stare, quo minus voluntati testatoris implendo modum pareat, vt expresse ait Antoninus Imperator *in l.* 1. *Cod. de his qua sub modo leg. vel fideic. relinq.* Heres institutus, vel legatarius in mora non erit, si nomen & arma ferre non interpellet: vel si quadamtenus impediatur, neque per eum stet. Quidquid sit, licet modum non impleat, propterea heres vel legatarius esse & legatis frui non desinet, dissimulantibus neque eorum adicentibus heredibus ab intestato, vel alius quorum interest, per *d. l.* 1. Id quod in conditione non fiet per ea quæ supradicta. Complureæ nostris tenuerunt, onus hocce nominis & armorum ferendorum à testatore heredi impositum semper pro conditione, non vero pro onere & modo solo accipiendum, per *l. mulier qua vero* §. *si qua heredita tum. ff. de condit. instit.* equibus Guido Papa scripsit, Arresto Gratianopolitano ita iudicatum fuisse, & in districtu Parlamenti Delphinatus idem obseruari, *quæst.* 251. prout supradictum fuit in *Ar.* 15. *tit. de testam.* attamen id creditum tantum fuit & obseruatum postea in expressa conditione, non vero si sub verbis oneris vel modi dictum fuit, quæ, vt supra dictum, deficiente impletione legatum vel institutionem non perimunt, prout facit conditio. Quæ res fauorabilis magis est in institutione heredis, quam in legatis, quandoquidem plus damni, ac interesse maius est in institutione irritanda, quæ per consequentiam totum testamentum nullum reddit, cuius caput ac principalis pars est, atque ideo ad eam sustinendam, & ad omnia in integro statu suo conseruanda, æquum est, vt sequamur id, quod ait Iulianus in *l. quoties. ff. de reb. dub.* puta accipiamus & inclinemus in eam partem, vnde magis valeat actus, quam pereat. Igitur in hoc dubio onus ferendi nominis & arma pro modo, non pro conditione accipiemus. Vnde sequitur, absque declaratione recusationis implendi, tam heredem quam legatarium frustrari ac priuari non posse. Onus in voluntate positum est, nisi expressa coactio sit, & in necessitate, si interpelletur quia, iuxta declarationem comprehensam *in cap. praced Arr.* 2. Obiter hic notandum, verbum, *dummodo,* expressam conditionem inferre: veluti, *Instituo heredem meum hunc vasallum, substituo hunc vel illum, dummodo feruet nomen meum &*

Dictio, Dummodo, conditionalis est &

arma familia mea. Atque sub his verbis necessitas ita implendæ conditionis infertur, citra interpellationem vel aliam coactionem, quam conditionis quæ ex prædictis verbis proprie testatoris voluntatis resultat, prout dicitur *in cap. vlt.* sub fin. ibi, *subiungens dummodo, &c. de translat. Episcop. & cap. ex tuarum tuno.* in fin. ibi, *dummodo is, ad quem Ecclesia pertinet, id permittat de author. & vsupalli.* Heres igitur vel etiam legatarius citra actualem huiusce conditionis impletionem ex hac institutione vel legatis conditionalibus, absque temeritate prætendere vel emolumentum percipere non possunt, quamuis vt supra dicitur, per *l. legatum. Cod. de conditio. insert.* eam fortuito conditio defecisset.

necessitas obseruanda.

IV.

Antonius Crozetus ancillæ suæ summam 30. librarum, & alias res ex summa maiore, quam ei Sixtus Crozetus debet, explendas legat: heredem instituit Iacobum Crozetum Locumtenentem Aquarum & syluarum in Prouincia Forosegusiensi, qui ab ancilla conuenitur, ad soluendum sibi prædictum legatum. Is excipit & asserit ad id se non teneri: sed prædictæ ancillæ cedere velle, vti cedit prædictum chirographum vsque ad prædictam legati summam. Petitrix asserit, eum soluere debere, seque non teneri acceptare huiusmodi cessionem, & debitorem prædicti chirographi nomine conuenire, & mentionem & traditionem prædicti chirographi alio fine non fieri, quam vt heredi demonstretur, vnde consequi possit id, quod ad legato satisfaciendum requiritur, non vero vt legata ius eo remittatur. Eaque est *l. quidam testamento, supr. ff. de leg.* 1. & *l. Paulo Callimacho.* §. *fin. de leg.* 3. Reus explicat è *l. Lucius.* §. *similibus. de leg.* 2. Sententia Balliuii Forosegensis, heres ad soluendum prædictum legatum & in expensas condemnatus fuit, qui ad Dominos Præsidiales Lugdunenses appellat, qui aiunt, male iudicatum, bene vero appellatum, & decernunt, appellantem liberandum, si prædictæ petitrici prædictum chirographum vsque ad legati ipsius satisfactionem cedat, ipsaque in expensas condemnata fuit. A quo ad Curiam appellat vbi Arresto, 1. Iulii 1568 dictum fuit, male & inepte Lugduni indicatum fuisse, & sententiam Balliuii Forosegusiensis effectum suum sortiri opportere, appellatus in expensas condemnatus. Si chirographum legatum fuisset, aliud foret, veluti in *d. l. Lucius.* §. *similibus.*

Legatum relictum accipiendum ex debito alterius.

APPENDIX ARRESTORVM *Ad Titulum V.*

I.

Legatum signo vel nutu & absque expresso sermone relinqui potest, *l. nutu, supr. de leg.* 2. vt & particularis institutio.

Legatũ nutu, absque voce relictũ.

II.

Legatum tacitum discretioni relictum, & prout Confessori dictum fuit, validum censetur, neque prædictus Confessor reuelare tenetur, cui relictum sit, si viduæ demonstret, id in ipsorum vrilitatem non relictum esse. Iudicatum pro testamento cuiusdam nomine Perdetrio, & pronunciatum inter Natalitia, 1580. B.

Legatũ discretioni relictum, quomodo validum cēseatur.

TITVL. VI. DE LEGATIS AD pias causas, & Eleemosynis & Fundationibus.

De fauore horum legatorum vid. *cap.* 3. *de Amortizatio. in decisio. Dn. Præsidis Magistri, Ibidem, de Hospitalibus.*

ARRESTUM I.

Legata in piam causam ex testamento non valido debentur.

Vicesimo die Ianuarii 1549. Arresto Parisiensi in Maiore Camera iudicatum fuit, legata ad pias causas in testamento relicta, in quo posthumus vel filius præteritus fuit, deberi, aduersus sententiam Bartoli *in l. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* & iuxta sententiam complurium Doctorum, qui reprobant sententiam Bartoli, perorante Bolio pro legatariis, & Manguro pro heredibus.

Idem iudicatum Arresto, quod datum ad perorationem die Iouis 6. Aprilis 1521. pro testamento Dominæ de Surdis, legata in piam causam soluenda, non obstante lite nullitatis prædicti testamenti, & eo etiam non approbato. Carondas *lib. 8. resp. cap.* 61. I.C.

II.

Legatum inopi puellæ relictũ, in piam causam est.

Super hoc iuris axiomate, legata in piam causam relicta, ex testamento ob defectum solennitatis in irritum deducto, deberi, iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 2. Octobris anno 1520. legatum summæ 100. librarum inopi puellæ ad nubendum relictum in piam causam esse per *l. cũ is qui. § similiter. ff. de condiction. indebit.*

Verum si hæc puella, antequam nubat, decedat, disputatum fuit, ad quemnam hoc legatum pertineret, ad heredem ipsius, an ad heredẽ testatoris? Carondas *lib. 7. resp.* 75. refert, iudicatum fuisse, legatum hoc remanere apud heredem testatoris ex *l. Titio centum §. Titio. de condit. & demonstrat.* & ibi Glossa *l. 1. de instītut. & substit. sub caus. fact.* I.C.

III.

Reditus Ecclesiæ donatus sub onere officii diuini, expensis heredis amortizari debet.

Cardinalis Armigniacensis * Episcopus Parisiensis, testamento diuinum seu religiosum officium aliquod fundat, quod in Ecclesia Beatæ Virginis Parisiensis designat, & hanc ob causam prædictæ Ecclesiæ quadraginta libras reditus donat, quem in portu Confluentiæ assignat, quem expresse ad eo impendendum acquisiuisse se ait: eumq; portum huius valoris esse. Post mortem ipsius Capitulum ab heredibus postulat, vt vel prædictum portum amortizandum curent, vel in damna ac interesse sua condemnentur. Quamuis enim testator nihil de prædicta amortizatione dixisset, attamen eum onerasse Capitulum quibusdam distributionibus, quæ præcise ad prædictam summam 40. librarum ascenderent: ac quoniam ex Generali Franciæ Consuetudine, Ecclesia neque reditum neque rem immobilem possidere potest, nisi amortizetur, & ob amortizationem pecunia Regi præstanda sit, vel Domino directo, nempe ex dimidia tertia vel quarta pars præter sumtus: si istud prædicto capitulo incumberet, intentionem defuncti frustraneam fore, neq; obseruari posse: nihil enim superfore ad intentionem implendam. Igitur prædictos heredes teneri impetrare suis sumtibus prædictam amortizationem, vt obseruetur voluntas testatoris, *l. si ita scriptum ff. de lib. & post.* Heredibus in contrarium dicentibus, quod nominatim eo onerati non fuissent, & prædictus portus simpliciter ipsis relictus, quẽ postea cum honore & onere acceptarunt, ac fieri posse, vt rex vel alius Dominus directus huiusmodi amortizationem non indulgere nollit. Ad hæc Capitulum dicebat, satis esse, si deficiente amortizationis facultate, æstimatio solueretur: & eo facto prædictæ amortizationi se instituros offerebant. Hæc vel similis controuersia aduersus heredes iudicata fuit Arresto Maiorum dierum Trecentium in Campania, pro Religiosis Claraeuallensibus aduersus quendam nomine Robillium.

* Ad decisionem h. Arr. textus est expressus in *l. pen. §. alumno, & seqq. de leg.* allegatus supra Ar. 5. *de Amortizatio. lib. 1. tit.* 13. V. *Arr. 3. App. h. t.*

IV.

Comes Forosegusiensis, fundando [illegible] collegialem B. Virginis Mombrisonii, donat [illegible] libras reditus accipiendas ex Leuda, id est, siliquatico, quod venalitii loco datur, in prædicto loco. Temporis successione pro dimidia parte & amplius diminuta reperitur. Ii postulant, vt sibi suppleatur defectus, quem tempus inuexit, prout æquum sit: & ita tenẽt Ioannes Faber & Cynus *in l. si quis arg. in pr. C. de donatio.* & text *in l. Lucius Tit. ff. de ali. & cib. legat.* Et in pari casu fundatoris Conuentus des Salettes decem librarum reditus accipiendarum ex furno Turris Pinus ad quinque libras reditus redacti, dictum fuit Arresto Gratianopolitano, 7. Iulii 1456 prædictam summam decem librarum ab heredibus supplendam & perficiendam ex aliis fundatoris bonis: tale quippe legatum super reditu furni vel Leudæ simpliciter non relictum, horum enim in legatis mentio fit nullam aliam ob causam, quam vt demonstretur, vbi prædictum legatum facile solui & continuari possit. Non abludit facti species decisa à Paulo Iurisconsulto in *l. Paulo Callimacho. 27. §. Iulianus Seuerus ff. de leg. 3. Iulianus Seuerus*, inquit ille, *decedens, alumno suo quinquaginta aureos legauerat, eaque à Iulio Mauro colono suo, ex pensionibus fundi debitis præstari voluerat. Teneburne is legatarius à Iulio Mauro petere? Si heredem conueniat, poterit ne ad prædictum Maurum remitti? Si Maurus soluit, vel etiam si pensiones ab eo debitæ à fisco pignori capiantur, legatarius suo ne legato priuabitur? Non*, inquit Paulus: *sed heredem solum ei satisfacere oportere: non enim videri Mauri fidei commissum, sed demonstratum heredi, vnde accipere posset, & ideo heredem Seueri id præstare debere.*

V. Maynardum *lib. 6. cap.* 9.

V.

Idem.

Si reditus propter causam fauorabilem relictus, veluti ob diuinum officium, pereat pro parte rei, in qua assignatus fuit, æquum est aliunde hunc defectum repleri. Et ita iudicatum fuit Arresto Parlamenti inter sententias, consilia & Arresta Parisiis in Parlamento Pentecostali expedita ac pronunciata, anno 1280. pro Presbytero Crossiacensi, qui ratione Capellaniæ suæ ius habebat accipiendi duos modios frumenti super molendinis Charantonii, oneratis ita à Comite de Gran-prato, quæ destructa fuerunt. Pro quo dictum fuit, aliunde prædictos duos modios, singulis annis, vel decem libras præstandas.

VI.

Eleemosyna distribuenda à Castoreſiis Comandatarii.

Si ad eleemosynam faciendam solenni ac consueta forma condemnatus, contradixit, vel in suspicione defectus deprehensus fuit, decerni debet, prædictam eleemosynam ab aliis, quam ipso condemnato vel colonis ipsius distribuendam: prout iudicatum fuit Arresto Tholosano Maioribus diebus Podiensibus, 11. Septembris 1548.

V. *Arr. App. h. t.*

VII.

Legata famulis relicta, ad piam causam effecta.

Super libello oblato Curiæ Parlamenti Parisiẽsis, à famulis defuncti Ludouici Pomerii Scribæ apud Acta prædictæ Curiæ, tendente ad id, vt legata sibi relicta a prædi. defuncto domino ipsorum, in testamento ipsius traderentur: heredes ab intestato excipiebant, se nondum confessos heredes esse, per manus vero heredum legata tradi oportere ex Consuetudine Parisiensi. Tum & secundo, testamentum authenticum non esse, veluti conceptum à Notario Apostolico, atque ideo prouisioni non obnoxium: Dn. Marillacus pro Rege dicebat, hæc legata pietatis in-

his intuitu famulis relicta, consequenter ad pias causas, in quibus sola iuris gentium solennitas sufficit, vt nor. *in l. 1. C. de SS. Eccles.* & per Glossam *in l. si quis Titio ff. de leg. 2.* Praeterea defendi posse, hoc testamentum validum ac nihilominus esse, conceptum à Notario Capituli Parisiensis, cuius is Canonicus fuerat, & coram duobus testibus, & praedictum Notarium generalis Vicarii vice fungi, quod ex Consuetudine Parisiensi sufficit. Curia per prouisionem decreuit, Executorem, vel alium bona defuncti possidentem, praedicta legata praedictis famulis tradere oportere, praestita ab iis cautione, quam praestare possent, 9. Decembris 1544.

VIII.

Paupertes defuncti cognati praeferuntur.

Testator quidam bona sua pauperibus Parochiae suae donauerat, vt inter eos distribuerentur, aere alieno soluto. Inops vidua neptis ipsius libellum offert; quo partem istorum bonorum consequeretur, quasi is de Parochia non esset. Executor contradicit: sententia ei 80. librae adiudicantur & in Parlamento 40 ea lege, vt Deum pro defuncto oraret, postea quam iusiurandum paupertatis suae nomine praestitisset, 21. Decemb. 1543. Eaque materia est Glossae *in c. 2. de sepult. & in cap. non satis, & cap. est probanda. 6. distinct.* & Baldus *in l. 1. C. de SS. Eccles. in lect.*

IX.

Executores testamentarii immobilia quando vendere possunt.

Quamuis Executores testamentarii nullam potestatem habeant in defuncti immobilibus, attamen fauor legatorum ad pias causas Curiam mouit, vt praedictis executoribus facultatem concederet, vendendi praedicta immobilia, in defectum mobilium ad satisfaciendum praedicta legata: nominatim Arresto, quod datum Parisiis, 23. Iunii 1515.

Citra permissionem id facere non possunt, Carondas lib. 3. Responsor cap. 65. T.

Cognati testatoris legatis bonis pauperibus, eorum participes fieri debent, si pauperes sint.

Dn. Procurator Catholicus Regius causam pauperum in se suscipiens ait, testamento defunctum Clementem omnia bona sua pauperibus donasse, vel residuum illorum post testamentum, legata, & sumptus funeris solutos. Haec bona à propinqua defuncti cognatis retinentur. Postulat, vt Susceptori Catholico pauperum tradantur, iuxta voluntatem praedicti testatoris. Cognati ei aiunt, se praedictae traditioni intercedere nolle, verum se pauperes esse, & eiusdem conditionis, cuius sunt ii, quibus praedicta bona donata fuerunt, consequenter praedictum legatum eque ad se ac alios pauperes extendendum, & postulant, vt dicitur, se in praedictorum distributione comprehendendos. Curia Arresto suo die Martis, 14. Maii 1552. decreuit, praedicto Susceptori Catholico pauperum praedicta bona in praedicto testamento data tradenda, & in illorum distributione cognatos & heredes praedicti defuncti eos comprehendendos, usque partem distribuendam.

Imo, Arresto 2. Martii 1581. perorante Vesto Aduocato, dictum fuit, pauperes cognatos in distributione pecuniarum pauperibus relictarum, praeferendos.

V. Arr. 6. & 8. App. h. t.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VI.

I.

Consuetudo minori testandi facultatem negans.

Si nullitas testamenti super Consuetudine fit, quae disposuit, minorem 25. testari non posse, intelligitur quoque de legatis ad pias causas: & 29. Maii 1581. heres à petitione legati ad pias causas à minore cognatae cuidam suae relicti ad nubendum, absolutus fuit. B.

Cultura interdicens, etiam de legatis ad pias causas intelligitur.

II.

Heredes in solidum coheredes tenentur legatorum ad pias causas nomine.

In fauorem legatorum ad pias causas, hypotheca indiuidua est, *l. 1. C. commun. de leg.* Ita Arresto iudicatum fuit, 25. Ianuarii 1564. pro legato centum librarum annuarum, relicto super terra & Castellania de Peillach, à Comite de Rieux. praedicta terra affecta & hypothecae obnoxia declarata, & Marchio Nelensis ad reliqua 15. annorum soluenda condemnatus, saluo ei regressu aduersus coheredes suos. Simile iudicatum fuit aduersus heredes cuiusdam nomine Lepotis, Arresto 9. Martii 1563. & à singulis heredibus in solidum soluenda sunt. Arresto 14. Maii 1571. B.

V. Arr. 5. App. h. t.

III.

Heres testatoris legata ad pias causas suis expensis praestare debet.

Heres testatoris expensis suis legatum ad pias causas tradere debet: veluti si terra quaedam Hospitali cuidam legaretur, in casum controuersiae oporteret praedictam terram liberam atque immunem tradi, vel eam in vtilitatem praedicti Hospitalis vendi, ita vt neque huius neque possessionis nomine, praedictum Hospitale vllos sumtus, exceptis venditionis iuribus soluere debeat: prout iudicatum fuit pro Hospitali Trinitatis, cui permissum fuit plus licitanti terram de Landreuille vendere, 2. Iunii 1564. B.

IV.

Executor testamentarius male fungens abutens legato sibi relicto priuatur.

Cum Procurator Catholicus deprehendisset, Pharaonem Palleterium oneratum tanquam executorem testamentarium, vt pauperibus nonnulla nomina seu debita & tedentionem tedituum traderet, deductis 80. libris pensionis ad vitam concubinae legatis, & testatoris Ioannis Durantii, execurione ab iis, cum herede colludentem, postulauit libello oblato, vt legato relicto Executor priuaretur, idque pauperibus applicaretur: super postulata hac priuatione dictum fuit, causa ampliata & interim iuncta, residuum pecuniarum à debitoribus debitarum, apud Susceptorem stationis pauperum deponendum, & per manus ipsius pensionem concubinae soluendam. Arresto, 4. Februarii anno 1575. Obiter nota, legatum ad pias causas, quingentarum librarum, pauperibus Ecclesiae reformatae relictum, adiudicatum fuisse Arresto Stationi pauperum, in Audientia, 20. Ianuarii 1569.

Legatum pauperibus Ecclesiae reformatae relictum.

V.

Legata famulis relicta, ad pias causas in solidum soluenda.

Legata famulis relicta ad pias causas censentur, & à singulis heredibus in solidum soluenda. Iudicatum 14. Maii 1571. perorante Mariono aduersus Denatium.

VI.

Pauperes cognati praelati.

Arrestum 18. Martii 1575. datum fuit pro pauperibus cognatis Canonici Aurelianensis nomine S. Floriaci, quibus duae tertiae ex pecunia pauperibus relicta adiudicatae fuerunt. Hanc ad rem notandum est Arrestum, de 20 Aprilis 1581. Species facti haec est: Legato vniuersali omnium bonorum pauperibus testamento Claudii Guignardi anno 1572 relicto, testator postea peste correptus anno 1580. cognatis suis aliquid donat, & quingentas libras fabricae S. Stephani de Monte, cuius nulla, nisi ex vnius sola depositione, probatio erat: Arresto iudicatum fuit, ex successione heredibus tertiam tradendam, 500 libras fabricae, residuum vero pauperibus. B.

VII.

Legatum piarum

Notandum, Curiam ob vtilitatem publicam, vsum legatorum immutare solere, & fundationes in meliorem

In causam meliorem vel æquipollentẽ immutari potest.

liorem vsum impendere : * prout 3. Ianuarii 1578. pro Ioanne Henrico Pharmacopola Parisiensi, non obstaotibus appellationibus & oppositionibus Capellanorum, Episcopi & Capituli Parisiensis, decretum fuit, Hospitale in platea Vrsina, suburbio S Marcelli, loco Charitatis applicandum, ad Iuuẽtutem In Pharmaceutica instituendam. B.

VIII.

Legatum pauperibus relictum, nõ designatis specialiter pauperibus, de pauperibus loci in quo testator tempore mortis morabatur, intelligitur.

Si legatum pauperibus relinquatur, non designatis à testatore pauperibus, & cuius loci, intelliguntur pauperes loci, in quo tempore mortis testator habitauerat, non vero loci natiuitatis ipsius, l. *si quis ad declinandum*, *C. de Episcop. & Cler. Nou.* 131. *de Ecclesiast. tit. c.* 9. quantumuis testator summam à se legatam incolæ cuidam patriæ natiuitatis suæ distribuendam reliquisset : prout iudicatum fuit Arresto pro legato quodam nongentarum librarum, à Domino de Vrsinis relicto, in Audientia, 7. Augusti 1578 de quo videatur Matthæus de Afflictis, *decis.* 244. I.C.

IX.

Legatum pecuniæ relictum, vt à Curione distribuatur, prout ei dictum fuit à testatore, verum validum est.

Arresto Curiæ, quod pronuntiatum in purpura pro Iacobo Pelletario Curione S. Iacobi prope macellum Parisiẽse, aduersus heredes domini de la Barre die Veneris die Natali, 23. Decembris 1580. legatum à prædicto domino de la Barte summæ trium millium coronatorum relictum, quæ à liberis suis tradi decreuit, & in manus Curionis dari, vt ab eo distribuerentur iis, quibus vt traderet, ei secreto dixerat, validum ac legitimum declaratum fuit, non habita ratione suspicionis de fraude ab heredibus liberis allegata. Neque prædictum Pelletarium teneri palam declarare, quod defunctus secreta voluntate eius fidei commiserat & mandauerat. Argumenta partium docte collegit Dn. Annæus Robertus *rer. iudicatar. lib.* 1. *cap.* 3. vbi Lector ea videbit. I.C.

V. Arresta D. Louetii *lit. L. Arr.* 5. *cum notis additis*, vbi Clausula testamenti refertur, super qua Arrestum superius datum fuit.

X.

Donationes & fundationes Ecclesiæ factæ reuocari possunt antequã acceptẽtur & fulminentur.

Hæc controuersia iudicata fuit Arresto Curiæ Parlamenti, quod pronuntiatum a Dn. primo Præside de Harlæo, in pronuntiatione Natilitia, 23. Decembris 1598. inter Ioannem Gallichonium iuniorem actorem, iuxta mandatum ab eo impetratum à Senescballo Andegauensi, & appellantem tanquam ab abusu, ab approbatione, & *Visa* impetrato in præiudicium reuocationis & dispositionis factæ de fundis ante donatis ad fundationem Capellæ fundatæ sub nomine S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali Longæa in Andegauensi Prouincia à defuncto Fuquetonio Presbytero, anno 1540. Et Franciscum Lochetæum Presbyterum Capellanum prædictæ Capellæ reum & appellatum. Curia super omnibus ius dicens ait, male, nulliter & abusiue decretum fuisse, bene appellatum ab appellante, manutenuit & manutenet possessores fundorum, veluti ius à suis prædecessoribus habentes, in possessiona prædictorum fundorum litigiosorum, interdixit reo, ne eos turbaret, neque impediret, eumq; ad restituendos fructus ab eo perceptos vel ad iustum ac legitimum eorum valorem, & in expensas condemnauit. Heredes fundatoris in lite demonstrarunt, prædictum fundatorem partem rerum & fundorum fundationis anno 1552. & ante approbationem fundationis & donationis in ea cõprehensæ reuocasse. Superque eo Curia in primis se fundauit, non obstante, quod appellatus assereret, actorem & appellantem in appellatione sua admitti non debere, inspecto lapsu temporis ab anno 1540. neque prædictam prætensam reuocationem subsistere posse, factam scil. duodecim annis post fundationem, itemque factæ rei Ecclesiæ donatæ, quæ fauorabilis erat, ob fundationem duarum in vna septimana Missarum, ad quod, mediante prædictorum fundorum possessione, Capellanus tenebatur. Prædicta fundatio hoc continebat, nempe, ius Patronatus & præsentationem prædicti Vicariatus ad Abbatissam de Frontenaux spectare oportere: nonnunquã atque sæpius fundatores decernunt, prædictum ius Patronatus ad liberos suos masculos & ad primogenitos spectare debere. Quando nullus filius extat, verum duæ aut tres filiæ, spectabitne tantum ad maiorem filiam? Arresto, quod sequitur, iudicatum fuit, quod sic. I.C.

XI

Ius patronatus relictum filio, & filiis ad fœminas, ad filiam seniorem pertinet.

Controuersiæ seu iudicia, quæ ab obscura hominum voluntate dependent, quæ Oratores ex ambiguo & ratiocinatione; nos Iurisconsulti ex coniectura & voluntate appellamus, semper pro elegantissimis ac celeberrimis habitæ fuerunt : quæ olim causa fuit, ob quam Tacitus & Quintilianus scripserunt, ea iudicia, quæ Centumuiralia dicebantur, primum obtinuisse locum : eo quod sæpe huiusmodi causæ occurrebant, vt Curiana Illa, cuius mentionem sæpissime Cicero facit. Verum Quintil. præterea adiungit: has causas quoque magis sollicitas & accuratas actiones exegisse, sequa vel ipsos iudices negligi arbitraros, si in iis in dicendo Aduocatorum diligentia non appareret. Profecto enim, cum huiusmodi controuersiæ tales sint, vt quamprimum facti specie recitata, mussitationes in Auditorio excitari debeant, ex diuisione ac concertatione opinionum procedentes, Iudices qui nolunt neque decent videri, se sententiam quandam leuiter arripere, eam vero postea derelinquere, ab Aduocatis requirere solent, vt de tota controuersia deque omnibus difficultatibus ex vtraque parte plene peroretur, vt ita certam sententiam capere possint prudentia sua dignam locoque quem tenent & persona dignam, quam repræsentant. Atquin dicere possum, sequentem causam vnam ex maxime ambiguis fuisse, in qua dominus primus Præses Thuanus (vt in omnibus aliis causis, quæ hoc merebantur) audientiam suam plene præbuit. Quidam nomine Thomas Vicinus testamento suo decreuerat, vt frater suus Oliuarius Vicinus primus de Capella, quam ipse fundauerat, prouideretur : verum vt post eum ius præsentandi spectaret ad Nicolaum Vicinum nepotem suum, & post hunc, ad filium suum seniorem, & ita à seniore ad seniorem. Nicolaus duabus tantum filiabus relictis decesserat. Filia senior coram Seneschallo Pictauiensi vel Locumtenente ipsius Pictauiis postulauit, vt hoc ius Patronatus ad se solum, tanquam seniorem spectare declararetur, id quod factum fuit, à quo minor appellauit. Pro ea dicebam, siue consideremus vel proprietatem verborum, vel intentionem testatoris, vel regulas, distinctiones & vulgaria axiomata, indubitata tamen, quæ Doctores proponere consueuerunt *a* in ea quæstione, quæ quæritur, an filii appellatione filia contineatur? Ius patronatus, de quo agebatur, ex testamento ad appellationem solam spectare non posse : verum ab intestato ad ambas sorores spectare declarari debere, ita vt quodlibet aliud ius hereditarium, in quo plures heredes vnius loco sunt. Quantum *b* ad proprietatem verborum, certum esse, id quare filii appellatione filia contineretur, id non aliunde proficisci, quam ex interpretatione, extensione vel causa coniecturali : verum proprie aliam esse filii, aliam filiæ, aliam masculi, aliam fœminæ appellationem : cuius rei nulla alia proba-

a in l. 1. §. de verb. sig. l. 1. §. de postul. in l. 6. quis id quod. §. de aedil. ocuu ra... dhe. Gloss inc. generali, de elect. in 6. Baldus

b l. tres fratres. ff de pactis. ſ C am. vlt. de iur. patronat. c l. ſi quis ff. de ver. ſig.

probatione opus eſt. quam phraſi ac formula loquēdi, quam tamen Iuriſconſultus Modeſtinus euidenter declarat, cum ait: *c Quiſquis mihi alius filius filiaue heres ſit, ait Labeo, non videri filiam contineri: Proculus contra,* nam Modeſtinus has duas opiniones hac ratione conciliat, *mihi Labeo (inquit) videtur verborum figuram ſequi, Proculus mentem teſtantis.* Ita dicebam, Modeſtinum cum Labeone ſentire, (ſummo illo proprietatis verborum obſeruatore omnium Iuriſconſultorum, vt Aulus Gellius hoc de eo teſtimonium perhibet) verba iuxta veram ipſorum ſignificationem accipiendo, filii appellatione filiam non comprehendi: quod ſi id interdum fiat, id nonniſi propter veriſimilem teſtatoris mentem fieri. Non enim generalem regulam ex hoc Modeſtini textu ſumi oportere, omnium ſcil. eorum qui de filio loquuntur, intentionem eſſe, loqui quoque de filia: verum ſub titulo de verborum ſignificatione demonſtrare tantum voluiſſe, diſpoſitionem ſub hoc nomine filii factam, poſſe pati hanc interpretationem, vt extendatur & intelligatur de filia ipſius diſponentis, ſi coniici poſſit, voluntatem teſtatoris talem fuiſſe. Et ſane in ſimili, cum quæritur, an filiæ appellatione poſthuma contineatur, quamuis nulla hic ſexus diuerſitas ſit, interdum dicimus, hanc contineri: *d* interdum ad inquirendam patris voluntatem, inſpicimus, an aliqua parte teſtamenti mentionem fecerit poſthumæ *e*, idem in nepotibus, etiamſi eos ſæpe filiorum appellatione comprehendamus, *f* attamen identitatem rationis deſumtæ ex præſumta voluntate vel lege, vel à teſtatore, requirimus, ſi ſcil. is æque nepotibus ac filiis conſultum eſſe voluit. Abſque eo enim aliter filii, aliter nepotes appellantur: & non perpetuo, cum filiis tutores dati ſunt, nepotibus dati intelliguntur. *g* Breuiter, ad probandum, quare maſculinum comprehendat fœmininum, id nonniſi ex interpretatione voluntatis eſſe, allegandum textum, *h* vbi Iuriſconſultus euidenter demonſtrat, id quod deciſum fuit, vt mulæ huic debeantur, cui muli legati ſunt, nonniſi in caſu, quo teſtator mulas duntaxat, non etiam mulos reliquerit, locum habere. Tum quippe, ne diſpoſitio teſtatoris pereat, facile verba ad eum ſenſum adducimus, quem pati poſſunt. Adeo vt neceſſe ſit, vt hæc duo concurrant, puta vt de voluntate pareat & conſtet, deinde vt verba hunc interpretationem pati poſſint. Nam econtra videmus in filia, & ſi quis cum de filia loquitur, de filio ſenſiſſe videatur, attamen irritam erit diſpoſitio. *i* Propterea æquum non fore, ſi filiæ conditionem meliorem faceremus, quam filii: ſi id, quod interdum in iure dicitur, filii, ſerui, patroni, pueri, liberti fratris appellatione, filiam, ancillam, patronam, puellam, libertam, ſororem contineri, id nos pro infallabili axiomate accipiamus: E contrario vero, ſi filiæ conſulatur, nunquam filio conſultū eſſe videri. Aliud ſane eſſe in verbis, quæ generalitatem & vniuerſitatem inferunt, quæque ſua natura tam de maſculo quam de fœmina intelliguntur, vt *quiſquis quicunque* (quamuis, vt infra dicetur, etiam tum diſtinctio fiat caſuum, qui odioſi eſſe poſſunt) *k* vel ſi teſtator vſus fuiſſet verbis, quæ pluralitatem & multitudinem continent, veluti, *liberi, poſteri,* vel verbo *Infantis,* quod in lingua noſtra anceps eſt. Dicebam ſecundo loco, ſi intentionem teſtatoris conſideremus manifeſto apparere, eum ad maſculinum ſexum reſpexiſſe & ad nominis ſui conſeruationem. Idque demonſtratum fuiſſe frequenti hac repetitione, *Thomæ Vicini, Oliuarii Vicini, Nicolai Vicini*: neque eum clarius dicere potuiſſe, quod vellet, vt cognoſceretur, Vicinos ſcil. hanc Capellam fundaſſe,

d l. ſi quis filiabus ff de teſta. tut. e l. qui filiabus. ff. de le. 1. f l. Libero rum ff. de ver. ſig. g l. quid ſi nepotes ff. de teſta. tut. h l. qui duos mulos ff. de leg 3. i l. ſi ita ſcriptum ff. de leg. 2. k d. l ſi quis, id quod l. quicunq; ff de iure fiſci.

nullos alios fundatores, quam hoſce Vicinos videns: hanc intentionem teſtaturam, ſi ſemel filię hoc ius adiudicauerimus. Conſequenter cum de voluntate teſtatoris non quæramus, caſu eueniente, quo nonniſi filiæ extant, ad ius commune recurrendum eſſe. Secundo dicebam, hæc verba, *filius fratris mei* hanc quoque de ſexu maſculino conſiderationem demonſtrare, quam iam ſupra attigimus, hiſque verbis eum ſpecialiter voluiſſe liberos ex fratre ſuo natos: eo quod frater nomen familiæ conſeruet: quantum vero ad ſororem, in alienam familiam tranſeat. Expreſſam hanc Doctorum doctrinam eſſe, *l* ſi teſtator iuſſit hereditatem ſuam reſtitui filiis ſuis aut nepotibus ex fratre, hoc caſu maſculini appellatione fœmininam non contineri. Denique dicebam, in hac materia duas regulas contineri, fundatas in iure & ab omnibus Doctoribus approbatas, quæ hanc clauſulam decidere ac terminare debeant. Primam hanc eſſe, in materia odioſa nunquam filii appellatione filiam contineri. *m* Exempli gratia, teſtator dixit, *Si quis mihi filius naſcetur, exheres eſto*: filia certe nata non exheredabitur his verbis. Res autem odioſa eſt, vnum è liberis priuari hoc iure Patronatus, vt vni ſoli adſignetur: ac quoniam bona, quæ pater ad fundationem & dotationem huius Capellæ accepit, ex communi maſſa ſucceſſionis æqualiter liberis ipſius debitæ accepta fuerant, priuari vnum ex iis eo, quod quadantenus in locum prædictorum bonorum ſuccedit, puta, iure hoc patronatus & emolumenti, quod minor æque ac ſenior filia conſeruare poteſt, ſi ad paupertatem redigatur, hoc eſt, vt ei alimenta ſuppeditentur ex reditu prædictæ Capellæ, vt vice ſua vni è liberis ſuis præſentatione ſua proſpicere poſſet: *n* hoc reſpectu id exheredationis vel priuationis odioſæ ſpeciem eſſe, quæ conſequenter neque extendenda neque amplianda ſit. Alteram regulam Doctorum eſſe, nunquam id quod de filio dictum fuit, nos interpretari, de filia quoque dictum fuiſſe, quando hac interpretatione non facta ad ius commune recurrimus: exemplum eſto: Si iure vel ex lege municipali filia cum filio non ſuccedat (vt id ſæpe fit in feudis,) hoc caſu, quod pro filio conſtitutum fuerit, nos ad filiam non extenderemus: ordinaria quippe præſumtio eſt, vnumquemlibet voluntatem ſuam legi conformare velle: atqui lex communis eſt, ius patronatus æque in ſolidum ad omnes liberos peruenire, quemadmodum *o*. omne aliud indiuiduum ſucceſſionis ius. Conſequenter cum ſenior filia non magis proprietate verborum, quam ipſa minor niteretur: & præterea appareret, intētionem teſtatoris fuiſſe, ſeniorem maſculum præcipuo iure donandi, non vero ſeniorē filiam, addita prætereā reductione ad ius commune: male à Iudice Pictanienſi iudicatum fuiſſe, etſi in hac cauſa difficultas ſit, æquiſſimā interpretationem hanc eſſe, quæ æqualitatem inter liberos ſeruet. Et vero, Dn. Advocatus Regius Menilius mihi in hoc adhæſit. Attamen ſuper eo, quod Petrus Ramatus infinitis textibus repræſentauit, *p* ita ſcil. generale eſſe filii appellatione filiam maſculi fœminam contineri, vt ferme nunquam alia interpretatio fieri poſſit niſi de voluntate teſtatoris omnino expreſſa conſtaret: id quod ego dicebam de maſculino ſexu à defuncto fundatore conſiderato, locum quidem habiturum, ſi ex vno latere filia ſenior, & ex altero latere maſculus minor eſſet: vel ex vna parte filia, ex altera vero nepos ex filio verum in filiorum concurſu, vbi vna non magis iuris patronatus capax eſt, quam altera, nos integram prædicti defuncti teſtatoris diſpoſitionem obſeruare poſſe

l Iaſon in d. l. ſi quis id quod. m l. 1. §. etſi incertam ff de ventre in poſſ l. quiſquis. § vlt. C. ad l Iul. Maieſtatis. n Panor. in c. conſuluit. de iure patronatus o c. t. de iure patronatus p l Lucius ſilius §. quæſitum eſt. ff de leg. 3 l. tres fratres. ff de pactis l ſeruis legatis, de leg 3. l. inter ſtuprum §. vlt. ff. de V. S.

ac

ae debere. Cæterum ex Consuetudine Pictauiensi, iuri primogenituræ æque inter filias, quam inter masculos locum esse. Igitur hæc verba *à seniore in seniorem*, æque in filiam seniorem cadere posse ac debere, atque in filium seniorem. Repræsentauit, aliqua parte testamenti prædictum defunctum mentionem fecisse filiarum suarum vel sororum suarum (id quod verum erat, verum alterius rei causa, quam propter prædictam fundationem & præsentationem.) Consequenter dici non posse, fundatorem nullam cogitationem habuisse fœminei sexus. Eum ita voluntatem suam verbis ad id conuenientibus declarasse, vt si masculi extarent, senior præferretur: Si nonnisi filiæ, hæc verba iuxta interpretationem & opinionem communem accipi, *filius senior*, pari ratione ac si scriptum fuisset, filia senior. Testatorem neque huius conditionis, neque nobilitate fuisse (ignobilis quippe erat) neque bona seu facultates possedisse, vt verosimiliter dici posset, eum magnam conseruandi nominis sui rationem habuisse: verum vnicum eius scopum nonnisi deuotionem fuisse. Præterea, eum voluisse, vt senior è cognatis prædicti Nicolai Vicini solus præsentandi in hac Capella ius haberet, ad euitandam confusionem, quæ plerumque exoritur, cum plures patroni in solidum existunt, siue vna præsentare velint, siue alternis vicibus.

Cvria, mense Aprilis 1567. appellationem citra expensas in irritum deduxit: decreuitque id de quo appellatum fuerat, effectum suum sortiri oportere. Desumtum è perorationibus Domini Ærodii I. C.

XII.

Quis præficiendus sit in administratione bonorum ad solutionem fundationis destinatorũ, filia filii, an nepos ipsius, filius filiæ fundatoris.

Wilhelmus Maceus Ciuis Pictauiensis officium annuum fundat, huic fundos quosdam affectat, quorum reditum vult ac constituit à filiu suo de masculo in masculum administrari, & quo casu linea masculorum deficeret a filiabus suis, si honestis viris nuptæ sint. Vnicus ipsius filius moritur, relicta vnica filia & filio ex quadam filia sua, controuersia oritur inter maritum huius filiæ & nepotem ipsius, filius sororis vxoris huius mariti, qui administrauit. libello oblato Seneschallo Pictauiensi, partibus in iudicio constitutis, ad Curiam appellauit, ad principalem litem euocari postulat. Curia perorante Dolæo & Gillotio, die Iouis 14. Aprilis 1602. appellationem & id à quo appellatum fuerat, in irritum deduxit, citra multam & citra expensas, & euocata principali lite iusque super eo dicendo, administrationem nepoti appellãti adiudicauit, eo quod suo iure & suo capite veniret, vocatus testamento fundatoris. & ex linea descenderet, quoniam filiorum appellatione nepotes continentur. Linea vero æque comprehendit è filiabus conuenientes & descendentes, atque è masculis, *l. sexto gradu. §. vlt. de gradibus, & affinibus.*

TITVL. VII. DE LEGITIMA, & Supplemento illius.

ARRESTVM I.

Legitima quando prætendi possit.

Nonnulli tenuerunt, filium ius legitimæ in bonis patris adhuc superstitis habere, argum. *l. in suis. ff. de lib. & posthum.* verius tamen est, quod non, filium scil. vsque quo pater mortuus fuerit, nullum ius legitimæ in bonis prædicti patris sui habere, quam ideo pater libere alienare potest: & ex iis tantum quę supersunt, quæque mortis suæ tempore pater habet, legitima capi potest, *l. 2. ff. si à par. quis man.* facit Glossa *in l. 3. ibi, sed respondeo, C. de iur. & facti ignoran.* deque eo expressus textus est in *l. 1. §. si vni; liberi ff. de collat. bonor.* Et ita iudicatum fuit compluribus [illegible] Gratianopolitanis, tempore Guidonis Papæ. Res hæc occasionem nobis præbet, pauca quædam proponendi pro intellectu *l. iubemus. C. ad Trebellian.* Zeno Imperator *in pr. d. l.* ait patrem vel matrem non se onerare liberos & heredes suos, vt alteri hereditatem restituant, & fructus compensent cum legitima sua, quos percipient, neque prædictos liberos prædictæ constitutioni obedire teneri, quo ad fructus attinet, qui citra prædictam compensationem seu imputationem ipsorum proprii permanebunt, retenta quarta pro auctoritate Trebelliani Senatusconsulti. In §. vlt prædictus Imperator ait, ea, quæ de legitima portione non per reditus, sed per ipsas res hereditaris retinenda dixit, non vlterius quam in liberis primi gradus, non vero ad nepotes & vlteriores oportere produci. Complures d. l. aliter induxerunt, quam concepta est. Nam vere eam intelligendo, huiusmodi priuilegium in nepotibus locum habet, qui tempore mortis aui ipsorum primum gradum ingressi fuerunt, quod fiet, si pater ipsorum filius testatoris mortuus est, cum sit nemo qui eo tempore eos præcedat. Præterea priuilegium hoc in omnibus absque discrimine locum habet, siue in secundo, siue in vlteriore gradu, nisi testator expresse dixerit, se Trebellianicam fructibus imputatam velle. Imperator quippe nonnisi de eo casu loquitur, quo hæc expressio facta fuit sub his verbis, *licet hoc testator rogauerit vel iusserit.* non vero locutus fuit de casu, quo testator hanc imputationem non expressit, igitur hunc casum dispositioni iuris communis relinqui oportet, quia huiusmodi imputatio decreta non est.

V. Tit. de testamentis Consuet. reformat. parisiensis 6.

II.

Legitima ascendentium.

Quemadmodum ab ascendentibus legitima debetur descendentibus, ita quoque ascendentibus in bonis descendentium debetur, & vtrique æque ad Supplementum legitimæ agere possunt, *l. omnimodo.* iuncta glossa, *persona ibi, vel de parentibus. C. de inoff. test.* neque vllius legitima oneri obnoxia est, Glossa *in l. quoniam in prioribus eod. tit.* super verb. *de sanctio.* Verum si in casu fideicommissi & substitutionis, ascendendens legitimam suam detrahere velit, ei imputantur fructus, quos prædictus ascendens heres & grauatus ex hereditate percepit, per textum *in l. Papinianus. § si conditioni. ff de inoffic. testam.* & ex generali prædicti §. dispositione proprii tantum liberi excipiuntur: prout ait Bartolus *in l. sancimus. C. eod. in 2. quæst.* Ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano 1460.

Det[illegible] fructus [illegible] imputentur.

V. Arr. 1 App. h. tit.

III.

Supplementum legitimæ [illegible]

Quamuis legitima filii vel filiæ, ei in fundis & corporibus hereditariis debeatur, *l. sancimus §. repletionem. Cod. de inoff. testa.* nihilominus si pater in testamento eam in pecunia taxet, neque filius vel filia ea contenti sint, ad supplementum agere non possunt, nisi in pecunia: cum enim supplementum hoc accessorium sit, sequi debet naturam sui principalis, quod à patre ad pecuniam redactum fuit, *l. cum principalis. ff. de R. I.* Et pro hac sententia textus est in *l. si non mortis, in pr. ff. de inoff. testa.* ibi, *aut si minus habuerit, quod deest, boni viri arbitratu repleatur.* Ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1460. Attamen complures distinctionem faciunt, quæ valde verisimilis est, & maxime conformis dispositioni iuris communis: si scil. filius ad supplementum agat, dicens legitimam suam competenter à patre taxatam non fuisse, hoc verbum

bum, supplementum, præsupponere acceptationem testidui, & verum accessionum esse principalis è patre taxati: et quorum hoc Arrestum ex textu l. si non mortis, procedere. Verum si filius verbo hoc supplementi vti nolit, & in solidum legatum repudiet legitimam suam io corporibus hereditariis petentem, hoc casu heredem prædicta taxa io pecunia facta vti non posse, patrem quippe filium suum in eo grauare non potuisse, & quoniam respectu prædictæ legitimæ debitor filii sui est io fundis & in substantie hereditaria, inuito creditore suo vnum pro altero soluere non posse. Eaque sententia est Baldi, & maioris partis, in d. §. repletionem.

Hic §. desumtus est ex decis. 93 Guido. Pap. V. Maynardum lib. 7. cap. 6.

IV.

Supplementum legitimæ ab herede & c. Nonnulli tenuerunt, supplementum legitimæ peti & eccipi posse contra legatarios, æque ac contra heredem, inprimis vero contra legatarios* quotæ & corporum hereditariorum, non vero qualitatis, argu. l. lineam Margaritarum ff. ad leg. Falcid. Eaque sententie fuit Bartoli in l. in quartam. ff. ad l. Falcid. per l. si ex patronis, in pr. & l. si libertus sub conditione. §. 2. de bon. libert. & aliorum in Authentica Presbyteros. ante fin. Cod. de Sacrosanct. Eccles. & in l. omnimodo. C. de inof. testa. Alii tenuerunt contrarium, nominatim Bartolos in rubr. ff. de rer. diuisio, tantum contra heredem tam legitimam, quam supplementum legitimæ peti. Alii existimarunt, si heres, solutis legitimis, satis residui habeat, non loquendo de falcidie, eum legitimas supplere ec perficere teneri: alioquin legatarios pro rata contribuere oportere. Eaque sententia fuit Alexendri in d. l. in quartam. Guido Pepe consil. 203. nu. 18. exemplum præbet in patre, qui cum filio suo mediâ suorum bonorum partem legasset, eodem testamento Ecclesiam heredem vniuersalem fecit, & ait Ecclesiam ed omnia onera teneri. Iuxta que postremam sententiam iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, quod allegat Dn. Boerius primus Præses in decis. 145. parte 1.

Hoc Arrestum & sequentia intelligantur in casu, quo valide renuntiatum non fuit, vide tit. de restitutio. &c.

* Hic de legatariis dictum fuit. Idem in donatariis obtinet. Arresto. Parisiensi, 14. Martii 1592. Choppinus ad Consuet. Paris. lib. 2. tit. 5. Art. 16.

V.

Legitimæ ex Regnis, Ducatibus Marchionatibus vel Comitatibus nô detrahuntur. Inter Regem Carolum IV. ab vne parte, & Amedeum Ducem Sabendiæ ab altera parte, inter quos de detrahenda & deducenda legitime ex Comitatu Valentinensi controuersia fuerat, Arresto iudicatum fuit, ex Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus & aliis dignitatem hebentibus, legitimam filiorum detrahi non posse. Prædictum Arrestum absque dera allegat Guido Papa quæst. 476. atq; in huiusmodi rebus primogenitus in solidum succedit, nisi consuetudo in contrarium extet: proot ait Baldus in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib. feudi alie per Frider. idem dicit Glossa in c. si heredes. de testa. & in simili valet textus in c. maioribus. de preb.

VI.

Supplementum legitimæ acceptatione ei quod paret taxatur, non impeditur. Filius, qoi à manibus heredis vniuersalis certam summam recipit, quam ei pater io testamento loco legitimæ reliquit, non protestatus se supplementum petere posse, sibi in petendo prædicto supplemento præiudicium nullum facit. Eaque opinio fuit Baldi in l. si quando §. generaliter, circa pr. versic. quaro, pater relinquit, C. de inof. testam. per l. quoniam in prioribus. Cod. illo tit. & §. caeterum, vt cum de appell. cognoscat. Et ite iudicatum fuit Arresto Gratienopolitano, de 4. Decembr. 1455. inter Petrum Fontenum ciuem Gratienopolitanum actorem ab vna parte, & Catalinum Cantorellum Secretarium Delphini ab altera parte. Nonnulli contrarium * tenuerunt in l. si quando. C. de reuoc. donatio.

*Nominatim Gu do Papa consil. 203 num. 6. ex quo tamen hoc Arrestum desumtum est in quæst. 93.

VII.

Filius qui renunciauit, facit numerum quo ad legitimæ computationẽ, neque præteriri potest. Filiusfamilias coniugatus & appanagiatus, qui patri, iureiurando præstito renuntiauit, propterea numerum inter liberos facere non desinit, quo ad legitimarum computationem, quamuis admissus non sit, & partem ipsius heres habeat, & * vocari & honorari in testamento debeat. Eaque opinio fuit Petri Iacobi in tit. de cond ex l. non omnimodo. ex test. cumulata quæst. sed quid erit si filius. Et quantumuis complures contrarium tenuerint, nihilominus prædicta sententia sanior habita, iuxtaque eam iudicatum fuit duobus Arrestis Gratienopolitanis à Guidone Papa quæst. 291. Imbertus in enchir. suo singularem pro hac materia facti speciem proponit, quæ ita se habet: Testator quidem duos liberos habens, filium & filiem, & entea filia sue elocata, dote que competente ei dicta, quamque renuntiete hereditati & successioni suæ curauit, io testamento suo mandat, vt ea dote contenta sit, neque quicquam aliud petere possit, in eaque dote, & in alie quadam exigua summa eam instituit. In toto filium suum heredem vniuersalem facit, & si sine liberis moriatur, ei Hospitale quoddã substituit, quod nominet, qood prædicto casu heredem facit. Is moritur. Hereditas à filio ipsius sub hac conditione agnoscitur. Filia ecquiescit. Heres sine liberis moritur. Hospitale restitutionem hereditatis eduersus sororem & legitimam heredem postulet. Ea prædictam restitutionem denegate non potest: ad detractionem tantum legitimæ & Trebellianicæ venit. Quantum ad Trebellianicam attinet, ei propter suorum peuperum contradicitur: in legitima vero consentitur. Soror ait, eam integram trientem hereditatis esse, eo quod frater ipsius primus heres fuerat solus idoneus & capax iuris succedendi, quantum vero ad se, quoniam renuntiauerat & exclusa fuerat, tam propter chirographum suum, quem per testamentum patris, se succedere non posse, neque numerum neque partem facere. Hospitale econtra dicebat, filiem ite exclusam propterea partem facere non desinere, quamlibet eam neque exigere neque impetrare posset: hâc exclusionem quippe non ipso iure, sed ope exceptionis fieri, ita expresse ait Iulian. in l. huiusmodi. 84. §. si Titio & Meuo ff. de leg. 1. Ex hac ratione legitimã à filio primo herede non nisi dimidiũ trientem esse potuisse, qui duas vncies è duodecim constituit. Bartolus & Baldus ed §. prædictum pro prædicto Hospitali tenet, & ex ipsorum testimonio Boerius ait iudicatum fuisse Arresto Parisiensi, decis. 204. Ratio magna est, eo quod liberi ita exclusi, ob prædictam exclusionem succedendi iuris capaces esse non desinunt. Aliud foret, si incapaces essent, veluti Monachus, vel Monialis, qui ex generali Frãciæ consuetudine incapaces & minus idonei ad succedendum declarantur. Hi neque numerum neque partem faciunt, pront ait Angelus in Auth. Nonnisi ta. C. de inoff testam.

* Hoc falso additum fuit, eo quod veritas in contrarium sit, vt supra d. tit. de filiabus, quæ nubentes renunt Art. 7. & Art. vlt. ca tertio. Bartolus in l. 15. qui habebat. num 6 de bon. poss. cont. tab. Iasan in l. Frater qui in potestate in 5. limitat ff. de lib & post. Guido Papa, loco hic citato, qui male citatus fuit quæst. 291 Nam de eo agitur in quæst. 235. & 595. Quare delenda hic sunt hæc verba: & vocari ac honorari in testamento debet, vel negatiue efferenda. Cæterum, quod ex Imberto allegatur, de eo vide Baldum in l. vn. §. in primo, num. 11. C. de cad. toll. Antou. Capyc. decis. 38. Catondas lib. 2. Respons. cap. 60. & supra d. tit. de filiab. quæ nub. renun. Art. 11. Eques Melitensis

 partem

partem facit Antonius Naita *consil.156. nu. 15.* attamen in proprietate & vsufructu non succedit, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum 22. Decembris 1503. pro Ioanna Bellæa aduersus ipsius fratrem. Choppinus *lib. 3 de sacr. polit. tit. 1 art. 20. & ad Consuetud. Paris. lib. 2. tit. 5 Art. 19.* Carondas *lib 7. Resp. cap. 125. T.*

VIII.

Legitima ab herede accipitur, in subsidiū vero à tertio possessore.

Legitima est onus hereditarium, quam filius petiturus heredem conuenire debet, antequam tertiū possessorem conueniat. Hanc ad rem Marcellinus Gardouius de Mouistrol plurimos liberos habens, vnum ex iis heredem suum vniuersalem facit. Alius è prædictis liberis ruri educatus & nutritus, reuersusque patrem suum mortuum inuenit, fratrem vero heredem dissipatorem bonorum, qui ferme omnia iam vendiderat. Eum citari itemque emtores bonorum hereditariorum curat, vt ea prædictis bonis legitimam suam consequatur, cuius nomine eo, quod pater ei testamento suo in ære adscripsit & assignauit, non contentus erat. Sententia datur, qua ei legitima in corporibus hereditariis adiudicata fuit. Cum sententiam suam exequi vellet, tertios emtores æque atque heredem conuenit, vnus è prædictis emtoribus nomine Claudius Tortonius sese opponit. Is depellitur neque auditur. Appellatum ab eo fuit Arresto Tholosano 16. Martii anno 1555. appellatione in irritum deducta, dictum fuit, executionem incipiendam & continuandam in bonis ab herede possessis, & in defectum illorum, & quo casu non sufficerent, prædictam executionem perficiendam in bonis alienatis ab herede post mortem patris, & citra expensas. Hæc materia tractatur à Doctoribus nostris *in l. quartam ff. ad l. Falcidiam.*

Vide *l. si libertus. ff. de bon. libertor.* Maynardum *lib. 6. cap. 21.*

IX.

Legitima possessorio interdicto petita.

In lite Dominicellæ Isabellæ Boeniæ, matris defuncti Iacobi Guitardi actoris in interdicto *Vti possidetis*, aduersus Dominicellam Annam Extraneam, viduam prædicti defuncti Guitardi, ream in prædicto interdicto *vti possidetis*, ad relationem D. Cererii, in pronuntiatione Paschali, anni 1549. 13. Aprilis, præcedentis anni 1548. ante Pascha, Arresto iudicatum fuit, heredem in legitima sua saisinatum esse, & interdicto experiri posse, tam pro legitima sua quam pro supplemento illius, quamlibet vniuersalis heres aliquis instituturus esset: compertumque fuit, pariter in fideicommissario iudicatum fuisse. Species facti in prædicta lite Dn. Cererii hæc fuerat. Testator quidam matri suæ legauerat viginti libras, sororibus suis quinque solidos, fratri suo 40. libras, in residuo heredem vxorem suam instituerat. Mater legitimam suam petebat, atque ideo interdicto experiebatur, dicēs se in possessione esse, & possessionem defuncti in iure legitimæ ad se pertinente continuasse. Vxor excipiebat, se vniuersalem heredem esse, matri viginti libras relictas, quas ei offerret, & si plus ei deberetur, ad supplementum agere debere, quæ nonnisi actio esset. Sententia mater in interdicto suo non admissibilis declarata fuerat, Arresto tamen dictum eam recte admitti posse, & possessio momentanea eidem adiudicata fuit. Hoc Arrestum notandum est, cuius causa à testamento defuncti odioso procedit, qui prætulerat extraneam matri & fratribus: pium igitur fuit id non sequi. Valerius Maximus *lib. 7. cap. 7. de test. rescissis*, similem sententiam à C. Calpurnio Pisone Prætore Vrbis pronuntiatam recenset: Cum enim (verba Valerii) ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exheredatum se querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, heredesque lege agere passus non est. Mouit p[...] ctō Pisonem patria Maiestas, donum vitæ, bene[...] educationis: sed aliquid etiam flexit circumstan[...] liberorum numerus, quod cum patre septem fratres impie exheredatos videbat.

Fideicō-missarius in possessorio.

X.

Notatu digna & magni momenti est ad definienda similia dubia, quæ sæpe exoriuntur, & in quibus ipsi Iudices hærent, sequens facti species, & Arrestum, quod eam insecutum fuit. N. Perucienti[s] In Prouincia Cadurcensi habitans, septem naturales & legitimos liberos, quinque filios & duas filias habet. Superstes adhuc omnes filias elocat, & dotat, solutisque ipsarum dotibus testamentum condit & vnum è filiis suis heredem vniuersalem instituit: alter mortuus est, relicto filio vno, qui nactus est primum gradum, & auo testatori factus erat suus. Prædictus testator eum vice legitimæ ipsius in certa summa appanagiat. Mortuo testatore heres à nepote suo fratrem suum repræsentare conuenitur, vt sibi legitima patris sui traderetur, neq; legato testamentario contentus esse vult. Heres consentit, & ex communi consensu prædicta legitima ad decimam quartam portionem reducitur, eo quod septem liberi erant. Super computatione prædictæ portionis partes litigant: prædictus enim nepos prætendit & postulauit, vt ad prædictam computationem conferantur aut ei imputentur dotes dictæ & filiabus solutæ, & ex omnibus in vnam massam hereditariam redactis capiatur decimaquarta portio, idque ita fieri oportuisse, nisi patri renunciassent, & in legitimis suis admissæ fuissent, eas in massam dotes suas conferre coactas iri, per *l. Filiam. C. de collatio.* Renunciationes has siue patri siue heredi factas cedere cumulo hereditario, nominatim quod pater eas elocauerit & dotauerit. Heres contrarium asserebat, has renunciationes sibi, exclusis omnibus aliis liberis, acquisitas. Iudex Maior Cadurcienſis satis succincte super eo iudicauit, lite non explicata. Ab eo actor appellat & in Parlamento Tholosano appellationem suam insinuat, cuius Arresto, mense Iulio anno 1566. heres ad tradendam decimam quartam portionem bonorum morte defuncti patris relictorum cōdemnatus fuit: quo facto, ad conferendas & numerandas summas ac dotes à patre filiabus solutis, & citra expensas.

Cæterum quid legitima sit, & quomodo ea in Francia detrahenda, vide *artic. vlt. de testamentis* in Consuet. repetit. præl. Parisiensis.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum VIII.

I.

Legatū matri relictum legitimæ imputari debet.

ANtonius Lambertus dictus Bardotus testamento suo heredem vniuersalem Catharinam filiam suam instituit, eaque siue heredibus mortua Nardæ Boliæ vxori suæ & matri prædictæ Catharinæ, fundum & vineam quandam legat, prædictæque filiæ Micheam & Thomam Lambertos, & Ioannem Basselancium & Ioannam Lambertam coniunctos, & Ioannem Lambertum substituit. Prædicta Catharina in pupillari ætate decedit. Mater ipsius legatum sibi relictum postulat, ac præterea ius legitimæ. Sententia Iudicis ordinarii Amerensis dictum fuit, iuxta sententiam quorundam Aduocatorum, qui ei dicto sese stituros promiserant, eam legatū legitimæ imputaturam. A qua ea appellauit ad Seneschallum Petrocoricensem vel Locumtenentem ipsius, in sede Braga-

Brageracensi, vbi dictum, bene iudicatum fuisse. Ea rursus ad Parlamentum Burdegalense appellat, vbi causa perorata in Audientia 11. Maii 1493. decretum fuit, partes litis suæ processus per singulos dies describere oportere, vt iis super registro ius diceret, prout æquum foret, Arresto 1. Iulii, ad relationem D. Grimardii, diiudicando registrum, appellatio in irritum deducta fuit, citra multam, decretumque id à quo appellatum fuerat, plenum & integrum effectum suum sortiri oportere, citra expensas causæ appellationis. Arrestum contrarium extat pro Anne Claudemansonia, Datum ad relationem defuncti Domini Bucherii, 12. Iulii 1571. T.

TITVL. VIII. DE SEPVLTVRIS.

ARRESTVM I.

Auaritia in sepulturis dānata. COmpertum est olim adeo corruptum euarinā Ecclesiasticorum tempus fuisse, vt sepulturæ Christianis ab intestato morientibus in terra sancta denegatæ fuerint, eo quod Ecclesiæ nequicquam legassent vel reliquissent: & remedii loco, quod quis à Superioribus Ecclesiæ consequi poterat, altera maior corruptio istius sæculi fuerat, puta, quod mandatum ab Officiali directum ad Presbyterum quendam vel alium accipi solebat, vt prædicto defuncto testamentum conderet, suppleretque id quod eum omisisse dicebant: prædictusque Commissarius verbali processu instituto diceret, se vigore prædicti mādati, postquam de facultatibus defuncti certior factus esset, se eius loco ac nomine testamentum cudere, in eoque Ecclesiæ tantum: huic tantum donare, atque ita testamento confecto, cadauer in terra sancta sepeliebatur. Id quod damnatum & reprobatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1388. Omni tempore sumtus funerum restricti fuerunt, ac potius interdicti ac plane vetiti, eo quod sepultura res sit, quę gratuito fieri debeat, iuxta Constitutionem veterum Romanorum, & aliorum ante Legem Euangelicam. Cicero Verrem accusat eo nomine quod tributum ac pensionem pecuniariam à parentibus acceptsset pro liberorum ipsorum sepultura. Neque vllum solenne Concilium reperitur, quo non expresse clausula huiusmodi actus interdicens comprehensa fuerit. Presbyteri auaritiam hanc confirmare voluerunt dispositionibus testamentariis eorum, quos sepeliri oportet, dum legata Ecclesiæ assignarunt, vbi sepelirentur, vel sumtus designarunt, quos in sepulturam impendi vellent. Id simpliciter approbatum nō fuit, verum tantum pro modo facultatum defuncti, ne tes egrederetur iustam sumtus rationem, sicut ait Vlpianus *in l. etsi quis impedia. 14. hac actio qua funeraria. de relig. & sumt. funer.* *Æquum*, inquit ille, *funeris sumtuum, accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex causa, ex tempore, & ex bona fide: vt neque plus imputetur sumtus nomine, quam factum est: neque tantum quantum factum est, si immodice factum est. Quid ergo*, pergit idem, *si ex voluntate testatoris impensum est? sciendum est, nec voluntatem sequendam si res egrediatur iustam sumtus rationem.* Papinianus & Martianus *in l. seruo alieno 113. §. ineptas ff. de legat. 1.* scribunt, *ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam non valere*, iuxta legem Platonis *lib. 12. de legibus.* qui bona hereditaria impensis funerariis diminui & attenuari prohibet. Papa Gregorius I. *in Epist. 4. lib. 7.* scripsit Episcopum Messalium, ne permitteret, vt peteretur ac admitteretur id quod pro sepultura solui debere defunctos testamento suo mandauerat, quantumuis lex ciuilis heredem obligasset, vt ei satisfaceret. Imperator Iustinianus in Authentica *de Offic. Constantinopol. 43.* idem prohibet. *Vide tit. 13. cap. 2. Nomocanonis, & 13. Arrest. Consti. Auchelan.*

II.

Dn. Lucius *Placitor. suor. lib. 1. lib. 5.* Arrestum referens datum Calend. Mart. 1401. quo dictum fuit; Curiones non posse denegare sepulturam & obsequia seu iusta defuncto intestato, nisi alia ratio subesset, quam quod intestatus mortuus esset, mentionē facit sæculi nostri, quod proprie luteum esse dicit, & sæculi superioris, quod ferreum appellat, eo quod Presbyterorū sæculi præteriti animis insederit quoque cupiditas: quę nunc qualis quantaque sit, quamque decreti sen Arresti huius instauratione sit opus; nemo non videat. Præterea hanc ad rem refert, haud ita pridem extitisse, cui moribundo, cum post collectum viaticum Christianum, etiam de testamento nuncupatione obtruderetur; mihi (inquit alius, qui compertam hominis egestatem habebat, vtpote qui eā pro viribus leuare soleret) videtur is optime testatus qui animo, admissis omnibus quaad eius per humanæ conditionis imbecillitatem fieri licuit, repurgato, Domicilii corporis dapibus saginatus, neque non efficaci contra spiritales agones viatico duratus, ipsum animum Deo Opt. Max. magnæ matri cadauer, vxori memoriam sui, curamque liberorum commendauit: nisi si quid præterea sit, quod post mortem suam fieri velit. Quę cum omnibus placuissent, nullo alio condito testamento, mors insecuta est. Accersuntur Sacerdotes, vt iis de more præcuntibus, funus efferretur, Quibus de testamento interrogantibus atque hæc quæ diximus, audientibus: tetulit alius se funeri operam non daturum, nisi aut testamentum saltem quoquasse promeretur, aut de ea te consultus Episcopus, eiusve vicarii concederent. Alius cū intellexisset, cuius sententia eiusmodi testamentū esset omissum, ô inquit, de orthodoxa fide male sentientem, imo vero plane hæreticum! Quod vt ed eum perlatum est, exequiis interim vtcunque celebratis, is Procurionem, vt aliis Sacerdotibus honore, ita & auaritia præcellentem adortus: Siccine (inquit) symmystas ad tuum ingenium factos oportuit, vt si quis à vestræ cupiditatis iustituis transuersum (quod aiunt) digitum recederet, eum protinus impię fraudis insimularent? Quod ille, paulo antequam moreretur, fecit, estne hominis Christiani testamētum? Quod aliud Seruator Christus, dum in terris ageret, præcepit? Quod aliud moriens fecit, præterquam quod discipulum matri, matrem discipulo: hic liberos suique memoriam vxori commēdauit? Quis vos, id quod in casu arbitrioque positum est, pertrahere patiator ad necessitatem? Iraue vero Tobias, ceterique eo nomine commendatissimi, mortuos sepeliebant? Eone vos imuamini: vos (inquam) qui si eius, qui effecti debeat, facultates expectationi vestrę responsuras addubiteris: non ente pedem moueatis quam mendicantium, aut alia quauis ratione, vndecunque corradatur, quod vobis latrantibus ios obiiciatur? At ille, nobis (inquit) e vestigio dica grandis ad Pontificium Iudicem impingeretur, si secus quicquam ageremus. ô (inquit alius) egregios Christianorum ouium pastores. Tondere istud est, an deglubere? pascere, an deuorare? Ita id Lucius d. loco recenset.

III.

Fecit Deus Opt. Max. (pergit *Arr. seq. d. t. 5. lib. 1.* Idem. Lucius) vt eueneret, quod optauimus. Cum Philippus Coetius Iurisconsultus, Reginæ à Libellis, eiusque Aduocatus in Parlamento, summa cum pietate

ac religione, Christiani omnia omnia, suumq; diem intestatus obiisset: & eum Curio suus futuræ controuersiæ non ignarus, inconsulto Pontifice, hoc est, venia minime redemta, cætera (vt assolet) humo condidisset: isque ob eam causam, non secus atque si in patrios cineres minxisset, inius abriperetur: Regiæ procurationis Triumuiri, facinoris vltores, non sine magna Coetli laude insurrexerunt, & ab illo toties iactato Synodi decreto, quod aute ducentos vel trecentos annos factum fuisse ferunt, quoque Pontifices vel potius Pontificum personæ, suam illam cupiditatem prætexere solebant, pronocauerunt. Quod certamen vbi Pontifex per aliquot dies detrectasset: decretum tandem, summa quidem vetustate ac religionis specie verendum, intus autem initio fortasse superstitiosum, postea numarium factum, antiquari placuit. Ex tempore, Idibus Iuoii 1552. Vides quam mordicus hæreant, & vix vnquam reuelli possint quæstuariæ. Hæc materia tractatur à Canonistis *in c. 1. & in c. fraternitatem de sepult.*

IV.

Sepultura corporum damnatorum & communi spectaculo expositorum. Rigor iuris communis de sepultura corporum eorum, qui capite damnantur, ab Imperatoribus remissus fuit: ita vt Imperator Octauius Cæsar nunquam cognatis atque amicis corpora illa petentibus negauerit, id se obseruasse ipse *libro decimo de vita sua* scripsit, vt ait Vlpianus *in l. 1. ff. de cadauer. punitor.* Alii Imperatores post eum, nominatim Diocletianus & Maximinianus, obnoxios criminũ digno supplicio subiectos sepulturæ tradi non vetarunt, *l. obnoxios. 11. C. de Religios. & sumt. fun.* Postea eorum in quos animaduersum fuit, corpora siue integra siue in membra distracta, è communi spectaculo semoueri & in terra sancta sepeliri, illicitum fuit ac nefas, nisi fuerit petitum ac permissum, & nõ unquam non permissum, maxime Maiestatis causa damnatorum, *d. l. 1 §. hodie.* Verum dubium fuit, à quo impetrari id debeat? Nõ nulli tenuerunt, à Principe id impetrandum esse, *l. si quis in insulam, ibi, vel licet eum inde transferre, & sepelire inconsulto Principe ff. de titul.* Alii dicunt, à Iudice hoc permitti debere, qui iudicauit, quemadmodum corpus Seruatoris nostri Iesu Christi petitum ad sepulturam à Pilato datum fuit. Exemplo huius Accursius in Glossa prima prædictæ *l. 1.* hanc opinionem sequitur. Curia Parlamenti Parisiensis, posteaquam Dn. Ioannes des Mares, Aduocatus Regius in prædicto Parlamento, vir magnæ scientiæ atque eloquentiæ, Maiestatis crimine conuictus condemnatus & capite punitus fuit, Aresto suo 11. Maii anno 1406. membra corporis ipsius collecta ad sepulturam in Capella S. Catharinæ Parisiẽsis cognatis petentibus indulsit, quam defunctus fundauerat, & ædificari curauerat, iuxta *l. vlt. d. t.*

V.

Legata sepulturæ contemplatione Parochiæ facta relicta, quando alio loco debeantur, vbi testator mortuus est sepeliri se voluit. Testator testamento suo sepulturam suam in Ecclesia collegiali S. Ioan. elegit, in loco, in quo tumulus est, cui plurima legata reliquit. Euenit, vt post lites quasdam Burdegalis intentatas in morbum inciderit, & prædicto loco mortuus fuerit. Præsentibus 4. testibus declarauerat, velle se sepeliri in Conuentu Augustinorum Burdegalensium: id quod, testibus summarie auditis, factum fuit. Syndicus conuentus ab herede eadẽ legata, quæ Ecclesiæ S. Ioannis relicta fuerant petit. Is duplici ratione se tuetur & excipit. Primo, huiusmodi electionem sepulturæ coram testibus non præiudicare electioni testamentariæ. Secundo, post prædictum testamentum eum neque Parochiam neque domicilium mutasse, ex quo coiectura mutatæ voluntatis duci posset, quantum ad prædicta legata: & si Burdegalis esset, eum nonnisi ad tempus & cum animo reuertendi ibi fuisse, neque sic per hoc diuersæ extant sententiæ, Sanior est Petri de Anchara *in c. 2. de sepultur.* hæc, si mutatio domicilii ex causa temporali facta sit, exempli gratia, ad persequendam litem, legata deberi Parochiæ origin. li, vel ibi, vbi testator testamento assignauit. Verum si mutatio ex omnibus partibus absoluta sit, tum legata deberi Parochiæ, vbi is mortuus & sepultus fuit: nam ad tempus mortis respiciendum est, arg. *l. plane, ff. de liber. & posthu. & l. quadam ff. de trit. vino. & oleo leg.* Quantum ad probationem sepulturæ Burdegalis factam, eam defendebat Guido Papa *quæst. 544.* Aresto Burdegalensi, 12. Iunii 1542. probatio 4. de testibus facta de noua Sepulturæ electione valida declarata fuit: eo tamen non obstante Syndicus prædicti conuentus à petitione prædictorum legatorum & fundationum depulsus fuit.

Desumtum è Boerio, *decis. 97. I. C.*

VI.

Electio sepulturæ quomodo per testes probanda. Ad probandam Sepulturæ electionem sufficiunt 3. vel 4. testes singulares, quorum vnus dicit, se à defuncto dici audiuisse, in hoc vel illo loco, se in hac vel illa Ecclesia sepeliri velle: alter idem, se audiuisse in alio loco & alio die: tertius ita diuersum de tempore loci & temporis: quartus quoque idem: dummodo in prædicta electione consentiant. Et ita iudicatum fuit Aresto Gratianopolitano, iuxta sententiam Speculatoris *in tit. de testibus §. iam de interrogatoriis, versic. item de tempore, ibi, in alia autem, & in tit. de inquisit. §. 1. versic sed quid si vnus.* Adde fauorem sepulturæ, *l. 2. C. de SS. Eccles.*

Desumtum è Guido. Pap 544 *decisio.*

VII.

Honores funebres mariti defuncti non debentur vxori. Honores funebres, qui defunctis in dignitate, dum viuebant, constitutis debentur, ac deferri solent, ipsorum vxoribus mortuis non debentur, tempore illarum sepulturæ: prout declaratum fuit Aresto Parisiensi 4. Iunii 1526. pro sepultura vxoris Consiliarii in prædicta Curia. Quæ notabilis limitatio est ad *l. Fœminæ ff. de Senator.* ex qua vxores, tam constante matrimonio, quam tempore ipsarum viduitatis, & vsque quo Plebeiis non nupserint, honoribus, priuilegiis, nobilitate, dignitate ac priuilegiis maritorum viuentium, vel defunctorum gaudent.

VIII.

Ius sepulturæ petere quo pertineat. Ius sepulturæ petere neque spiritualis neque Ecclesiastica causa est. Arestum Aprilis 1532. Vide Imbertum *lib. 1. cap. 25.*

TITVL. IX. DE EXECVtionibus testamentariis.

ARRESTVM.

Curatores testamentarii inuentarium conficere debent. Executores seu Curatores testamentorum, antequam se se immisceant, inuentarium conficere tenentur: alioquin ab executione sua depelluntur, Aresto anni 1385. inprimis vero quod sine prædicto inuentario abusus rationes & reliqua, ad quæ tenentur erigi & haberi non possent, *l. Lucius Titius ff. de manumiss. testa. & l. si quis ita. ff. de statulib.* quarum rationum primum caput est exhibitio prædicti inuentarii, per not. *in l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto, ff. de edendo.* & sub finem earum mobilia, quæ supersunt, restituere, veluti instrumenta, aurum, argentum & alia, *l. si ei libertas ff. de condit. & demonstrat.*

II.

Curatores testamentarii. Curatores testamẽtarii ex iure communi sibi soluere antea poterant id, quod à defuncto ipsis debebatur,

tarius sibi soluere non potest id, quod sibi a defuncto debetur.

barut, prout scripsit Ioannes Andreas *ad Speculat. de instru. edit. §. nunc aliqua, vers. 49 sed pone.* Verum hodie alio iure vtimur: quandoquidem heredes ex generali Franciæ consuetudine in possessione & saisina sunt: atque ideo ab herede debitum accipi oportet. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 5. Maii anno 1536. pro heredibus Carpentarii, aduersus curatorem testamentarium. Ratio bona est: priore enim casu, quo heres non possidebar, nemo erat, qui persecutionem susciperet: quapropter curatores testamentarii sibi inuicem soluere poterant, quod iis debebatur, *l. si plures ff. de admin. tutor.* quod si vnus tantum sit, is sibi soluere potest; verum dato herede, qui adiuit, ex prædicta Consuetudine res aliter se habet.

III.

Cognitio, vtrum testamenta valeant necne ad Iudicem laicum spectat.

Quanquam ad Episcopum cura ac solicitudo vltimarum voluntatum obseruandarum maxime pertineat, *§. si quis autem pro redemtione, & §. si autem qui hoc facere in Authent. de Eccles. tit. cap. tua nobis de testament.* non tamen cognitio, testamenta valeant, necne. Ecclesiastico igitur earum rerum curatori, eiusmodi cognitionis vsurpatione interdictum fuit, 10. Ianuarii 1427. per not. *in l. nulli. C. de Episcop. & Cleric.*

Lucius *lib. 2. tit. 1. Arr. 3.*

IV.

Heres in possessione seu saisina immobilium & testamentarius mobilium intra annum constituitur.

Inter heredem interdicto experientem pro possessione bonorum mobilium & immobilium hereditatis impetranda ab vna parte, & executorem testamentarium opponentem ab altera, super incidenti præscriptionis, iudicio constituto, Curia Parisiensis Arresto suo, 1. Septembris 1377. declarauit heredem interdicto experientem, quantum ad mobilia pertineret, intra annum à morte testatoris, non esse admittendum: curatorem vero, quo ad immobilia, intercessione submouendum. Vide Tiraquel. *mortuum saisinat viuum part. 7. fol. a. num. 1.*

Lucius *lib. 9. tit. 8 Ar. 4.* Vide Bacquetum *part. 1. de iure concubinatus, cap. 7.* I. C.

V.

Curator testamentarius quomodo in possessione sit.

Nonnulli renuerunt, Curatores testamentarios in mobilium saisina & possessione se dicere non posse, nisi quo vsque legata in piam causam sese extendunt, iuxta id quod Baldus notat *in cap. 2. de consuet.* Nihilominus Arresto Parisiensi contrarium indicatum fuit, puta, indifferenter propter testamenti executionem, prædictũ Curatorem tam rerum in piam causam legatarum, quam in aliarum possessione esse.

V. Fabrum *in l. nulli licere. C. de Episc. & Cler.*

VI.

Curator substitutus in locum mortuorum.

Testamenti curatores à testatore designati, si, quo tempore tabulæ sunt apertæ, mortui sint, vel morbo impediti vel alia ex causa absint: alios in eorum locum substitui posse placuit. Ita iudicatum fuit Arresto de 21. Octobris 1422. cum mortuo Carolo VI. nemo eorum extaret, quos ipse arbitros testamentarios, & supremorum suorum mandatorum procuratores fecerat. Hæc materia annotatur *in c. si quando aliqua de rescript.*

Lucius *lib. 8. tit. 7. Arr. 1.*

VII.

Curatores dissentientes.

Quando testator, testamenti sui curatorum arbitratu hoc est, si velint atq; ita decernant, rem quandam legauit, postea prædicti curatores dissentiant, vno hanc rem, altero contrarium decernente: eius voluntatem sequi oportet, quæ quam proxime accedit testatoris voluntati, quæ ex verbis testamenti ipsius, vel ex Consuetudine ipsius sumenda est. Et ita iudicatum fuit Arresto Paris. 15. Aprilis 1548. per *l. 1. C. de SS. Eccles. & §. disponat, in Authentic. de nupt. & l. in conditionibus ff. de condit. & demonstrat.*

Lucius *lib. 8 tit. 6 Arr. 4.*

VIII.

Curatoribus testamentariis iuratis, fides adhibetur.

Curatoribus testamentariis ad distribuẽdas quasdam summas pauperibus destinatas, iureiurando præstito, fides adhibetur, puta, vtrum omnia ad prædictam decretam distributionem impenderint, vel nõ: dummodo ipsorum non intersit. Secundo bonæ famæ & existimationis, non suspecti sint, secundum Baldum *in l. captorias. ff. de militar. testa.* Eaque sententia fuit Cyni & Bartoli *in l. si quis pro redemtione. §. 1. per illum text. C. de donat.* Et ita Arresto Gratianopolitano, anno 1461. iudicatum fuit.

IX.

Curatores testamentarii coram quo rationes reddere debeant.

Curatores testamentarii optionem habent, coram quo iudice Ecclesiastico vel seculari, rationes suas reddere velint, dũmodo is Iudex loci illius ordinarius sit, per not. *in l. nulli. C. de Episcop. & Cleric. & in cap. tua nobis, de testa.* Ita Arresto Parisiensi, 1. Martii, anno 1401. iudicatum fuit.

X.

Fœmina testamentaria curatrix esse potest.

Theobaldus Ozrreus, testamento legatis quibusdam particularibus relictis, residuum omnium & singulorum suorum bonorum dispositioni arbitrariæ vxoris suæ relinquit, cui se voluntatem suam exposuisse dicit, eam testamenti sui curatricem constituens. Id quod ab heredibus ab intestato impugnatum fuit. Tandem Arresto Parisiensi anno 1389. huiusmodi dispositio valida declarata fuit: nihilominus à Curia prædictæ vxori coadiutor datus fuit, nomine Simon Frisonius, ad omnem suspicionem tollendam. Ex dispositione Iuris communis, vxor testamentaria curatrix esse potest, *l. à filio 15. in pr. ff. de alim. & cibar leg.* Verum est, si ea secundo nubat, curam hanc & executionem ad Episcopum, vel ad coadiutorem ei datum deuolui, iuxta ea, quæ notat Bartolus *in l. alto herede ff. de alim. legat.*

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IX.

I.

NOta, in legatis ad piam causam pauperibus relictis, Curatorem non cessare rationes reddere, & in manus susceptoris prædictorum pauperum repræsentare seu numerare, non obstante cognatorum dissensu inter eos. Ita iudicatum pro executione testamentaria Episcopi S. Flori, mense Februario, anno 1575. corporalique prehensione prædictus curator cogi potest, pro rationum reliquis, propter contumaciam, idque quatuor mensibus iam elapsis.

De curatoribus seu executoribus testamentariis, vide *Arr. 9. tit. de legat. ad pias causas*, supra.

LIBER VICESIMVS PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS, DE SVCCESSIONIBVS LEGITIMIS, SEV, HEREDITATIBVS QVÆ ab inteſtato deferuntur.

ARRESTVM PRIMVM.

Religioſi profeſſi ſucceſſionum incapaces ſunt.



EX generali Franciæ conſuetudine, Religioſi profeſſi propinquis ſuis, ſiue in linea directa, ſiue collaterali, ab Inteſtato non ſuccedunt. Antiquitus hæc conſuetudo nõ niſi in regionibus quæ Iure conſuetudinario reguntur locum obtinebat, & non etiam in Prouinciis, quæ iure ſcripto reguntur, in iis quippe ſententia Baldi obtinebat *in l. 3. C. de heredibus inſtituendis* & diſpoſitio *l. Deo nobis C. de Epiſcopis & Clericis*. Et ita Arreſto Pariſienſi iudicatum fuit anno 1387. quo declaratum fuit, Religioſum profeſſum Cluniacenſem admittendum non eſſe, ſucceſſionem cognati cuiuſdam ſui in prouincia conſuetudinaria vindicantem. Poſtea quoque ſimile Arreſtum reperitur in patria Iuris ſcripti pro heredibus teſtamentarius defuncti Bertrandi Merlii Domini da Rebe, aduerſus Religioſum quendam proximum eius propinquum, appellantem à Iudicio quodam e remodicii aduerſus ſe à Libellariis Palatii dati, quo ab oppoſitionibus & exceptionibus ſuis excluſus fuerat: & quamuis prædicta ſententia nulla eſſet, nihilominus ob deſertum intereſſe, & quia propter prædictas rationes in principali male fundatus reperiebatur non admiſſibilis appellans declaratus fuit Arreſto Maiorum dierum Molinenſium: menſe Octobris 1540.

Equites Melitenſes & Sanctimoniales tertii ordinis ſancti Franciſci.

Religioſorum qui in ordinem ſancti Iohannis Hieroſolymitani in Inſula Melitenſi tranſlati profeſſi ſunt, alia ratio eſt: nam cum pro tuẽda fide Chriſtiana armis ſeſe & militiæ dediderint, eiuſcemodi eorum votum eſt, quod eos ſucceſſionum incapaces reddere non debeat, quando quidem ſeculo non renuntiarunt. Et tamen cum matrimonium contrahere non poſſint, atque ordinis ſui occaſione Commendis inſtrui poſſint, quæ ipſis exhibendis & alendis ſufficientes ſint, nihil proprii neque * vllos ſibi heredes habent: ea propter ius ipſorum ſuccedendi ad ſimplicem & nudum vſumfructum reſtringitur ſalua proprietate, quæ ad proximos certo redit. Idque de omnibus ſucceſſionibus intelligendum eſt, ſiue directis patris aut matris aliorumue aſcendentium, ſiue collateralibus fratrum, ſororum, patruorum, auunculorum, cognatorum, aliiſue quæ prædictis Equitibus deferuntur, & ita compluribus Arreſtis Pariſienſis iudicatum fuit. Idemque dictum fuit, pro Sanctimonialibus tertii ordinis S. Franciſci, in quibus maior ſubeſt ratio: hæ quippe nubere poſſint per gloſſam *in cap. cum ex eo. de ſen. excommunic. in Clement.* quo caſu nuptiarum videlicet Iure proprietatis ſuccedunt, alioquin, ſi in Religione maneant, non niſi Iure vſusfructus ſuccedere poſſunt.

Attamen arreſto contraria referuntur, vnum pronuntiatum vigilia Natalis in purpura pro Iuniore Bellayo aduerſus fratrem quendam ſuum Equitem prædicti ordinis qui etiam quoad vſumfructum incapax iudicatus fuit. Choppinus *lib. 3. de ſac. polit. Tit. 1. num.* 18 Molinæus *ad Galli quæſt.* 182. Vide etiam Charondam *lib. 7. Reſp. cap.* 225 & Maynardum *lib. 1. cap.* 17 *quæſt.* Vide *titulum de Religioſis.* Gall. *Deciſ.* 172. Imbert. *Enchirid. in verbo, Monaſticus.* Chop. *de priuileg. ruſt. lib. 3. cap. 8. & de ſacra polit. lib. 2. tit. vlt.* I.C. *tit. 8. lib.* 1. huius collectionis Arreſtorum.

* Neque teſtari poſſunt quamuis Papa eos diſpenſaſſet. Arreſtum Pariſienſe, quod datum Rege præſente 12. Martii 1571. Chop. *lib. 1. de Domanio Franciæ tit.* 13. *art.* 7.

II.

De his qui vt indigni.

Patricida, fratricida, vel homicida, propinquo ſuo occiſo non ſuccedunt, ſed neque ab his deſcendentes. Eaque ſententia fuit Bartol. *in l. fin. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* & Baldi *in l. Hereditas. Cod. quibus vt indign.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, anno 1391. de bonis Hectoris Rabbi, qui fratrem ſuum occidi curauerat, & hac de cauſa ad patibulum condemnatus fuit, bonis ipſius Prouinciæ Conſuetudinariis confiſcatis, bonis vero Patriæ iuris ſcripti heredibus ab inteſtato relictis, poſteaquam ex iis ſumma 500. librarum deſumta fuit, vt pro ſalute animæ defuncti diſtribueretur: iiſque quæ ex ſucceſſione prædicti fratris ſui conſecutus fuerat, ademtis, & à Curia pro ſimili diſtributione retentis, excluſo Petronello Rabbi propinquiore.

Nota indignum non repelli a ſucceſſione exceptione indignitatis, niſi a Fiſco *l. quidam cum ſcript. ff. de iis quib. vt ind.* Ita tenet Bald. *in l. 3. C. ad l. Fal. & in l. hereditas. C. de iis quib. vt ind.* Et penes indignum remanet hereditas, ſi fiſcus nolit auferre, *l. ſi ſeruum § quis de leg. 1. hic conſequenter. ff. fam. erciſc.* V. Robertum *rer. iudicatar. lib. 3. cap.* 7 V. *Arr.* 12. *h tit* 4 & *Arr.* 1. *tit. 4. h. lib* Maynardum *lib. 7. quæſt* 94. I.C. V. *Tit. expreſſum, de indignis, qui ſuccedant.*

III.

Ius ſpem ſecundæ hereditatis ius hereditarium.

Hereditas patris à filio non adgnita, à nepote, mortuo filio, adgnoſci poteſt, cui hoc ius agnoſcendi hereditarium eſt: id quod in aliis ſucceſſionibus non obtinet. Itaque iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, vigilia Natalis 1551.

Lucius *lib. 8. tit* 10. *Arr.* 1.

Attamen, ſi patre adhuc ſuperſtite, filius cum conſenſu patris hereditatem patri obuenientem adire vellet, filius nõ admitteretur, niſi pater prius prædictæ hereditati repudiauerit, neque ſecundus heres admittitur ad hereditatem quandam adeundam, niſi prius primus & proximus repudiauerit. Ita iudicatum fuit inter Dominam Mariam Tabardiam viduam defuncti illuſtris Ioannis Derrumeiii Equitis, & Michaelis Derrumelii filii ipſius appellantis à Præfecto Mnnetis Deſiderii: & Wilhelmum Deruualium Scutiferum Curatorem Franciſci Curelii, filii Dn Wilhelmi Curelii Conſiliarii, Balliui Ambianenſis, ſe heredem dicentem defuncti Ludouici Frieurtii Dn Plan- villæ. Iudicatum, Iudicem a quo vlterius procedere non potuiſſe ad decernendum, appellã es ſcilicet defendere oportere & excipere querelam in præiudicium iudicii in iure conſtituti ſuper eo quod appellantes poſtulauerant, patrem declarare debere, vtrum heres eſſet prædicti Frieurtii, vel renunciare, neque ſatis eſſe emancipare vnum è liberis ſuis: imo oportere, ſe vel heredem gerere vel renuntiare. Arreſtum ad perorationem,

hem, 16. Nouemb 1565. Benedictus *in c. Raynutius. ext. de testam. in verb. & uxorem nomine, num. 266.* Chuppinus *lib. 2. de morib. Parisio. tit. 5. n.* 10. I. C.

IV.

Idem & fortius.

Nihilominus huiusmodi, imo maius dubium in Parlamento Parisiensi propositum & definitum fuerat, inter Arnoldum Hesselinum & consortes, actores ab vna parte, & Wilbelmum, Petrum & Iacobum Parentes reos, puta, vtrum in linea collaterali, hereditas nõ adita transmitteretur? Nonnulli è Dominis tenebant, quod non, ex decisione iuris notoria. Alij tenebant affirmatiuã, neq; in Francia dispositioni iuris quo ad prędictas transmissiones attinet, locum esse, obstante scilic. generali Consuetudine, qua mortuus saisinat viuum sibi proximum & ad succedendum maxime idoneum: vi huius Cõsuetudinis ij non tantum possessionem, verum etiam proprietatem rerum hereditariarum prędicto proximo acquiri tenebant. Pro hac sententia tanquam saniori & hodie in Francia obseruata, etiam in Patria iuris scripti, vbi hæc Consuetudo recepta fuit, Arresto de 6. Iunij 1534. iudicatum fuit.

V.

Profectitia bona ad patrẽ redeunt, si filius sine liberis moriatur.

Donatio filio facta, & dos filiæ facta, aliaq; bona quæ à patre venerunt, quæ *Profectitia* vocantur, ad patrem * reuertuntur, si filius vel filia sine liberis moriantur: si non, ex cõtextu donationis vel dictionis ad alios ex consensu patris peruenire deberent. Neque quicquam pater, extantibus liberis prætendere potest *l. dos à patre profecta C. solut. matrimon.* & ibi Glossa, & per Bartolum *in l. post dotem. vers. quero. ff. sol. matr. l. cum multa. C. de donat. ante nupt. & l. si liberis,* & Auth. *dos data eod. tit.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, mense Iunio 1461. in lite Rupichinardi. Materia huius Arresti plene in duobus Arrestis supra positis declaratur.

V. *Arr. 10. tit. de verbis ambiguis.*

*) in solidum, ita vt fratres nihil prætendere possint, *l. 2. C. de bonis quæ lib.* Idem in matre, si donauit vel dotem dixit, Arresto Parisiensi, quod datum 5. Augusti 1558. Choppinus loco præallegato in *Arr. 1. h. t.*

VI.

Successio administratorũ S. Spiritus.

Administratores S. Spiritus Parisiis non succedũt liberis repertis, quorumq; administrationem habẽt, si minores 25. annis decedant. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vigilia Natalis 1551.

VII.

Doariũ ad quẽnam redire debeat.

In doario vxori relicto succedunt heredes paterni, vnde sc. id venit, siue prædictum doarium consuetudinarium sit, siue præfixum. Et ita iudicatum fuit * Arresto Parisiensi vigilia Natalis 1551.

Igitur doarium Consuetudinarium, iudicatum paternum Arresto generali, 17. Martii 1573 & quamuis liberorum proprium sit, id intelligitur eis superstitibus, & sine iure accrescendi. Verum est, doarium in pecunia assignatum & citra regressum, maternum haberi. Iudicatum in lite Mandri & coheredum ipsius, Geofrini Agnei, mense Martio 1573. B.

* Contrarium antea quo ad materna decisum fuerat Arresto 2. Iunii 1537. quod postea reuocatum fuit tam Arresto hic inserto, quod datum fuit ad relationem Do Sennetonii, quam altero de 17. Martii 1573 Choppinus *lib. 3. de Demanio Franciæ tit. 23, art. 9.* Vid. Lucium *lib. 2. tit. 2. Arr. 1.*

VIII.

Successio inter fratres cũ matre vel patre & sine iis quomodo determinari debeat.

Authentica, *defunctis, C. ad Tertullia.* ad hanc materiam singularis est & per omnia in patria iuris scripti obseruatur, puta, fratres superstites fratri ipsorum defuncto cum patre & matre succedere æqualiter. Verumetiam si frater germanus nõ sit, sed paternus tantum vel vterinus, ij minime succedunt, quamdiu pater vel mater superstites sunt, qui iure veteri succedebant, *l. fin. in pr. C. ad Tertull. & l. de emancipatis. C. de legit. hered.* quæ emendatæ sunt, prout plene declaratur ad d. Auth. *defuncto.* Inprimis vero hodie prædicta emendatio obseruatur in casibus sequentibus: puta, si fratre mortuo, superstes sit frater paternus cum matre defuncti, mater excluso fratre paterno in solidum succedit: econtra, si dictus frater relinquat fratres vterinos cum patre, ij excluduntur, & mater omnia aufert. Corn. *consil. 242. vol. 2.* & Paulus de Castr. in d. Auth. *defuncto.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, quo confirmata sententia Seneschalli Aquitaniæ, 7. Septembris 1527. pro Wilhelmo Genestio Secretario Regio, aduersus Innocentium & Ioannem Fontenæum fratres appellantes. Alter casus est, si frater superstes vterinus est, nẽpe, vtrum succedat cum matre, & si paternus sit, an cum patre succedat, dubium fuit. Authẽrica, *defunctis,* prædictis casibus nõnisi patrem vel matrem admittit, & omnes fratres, exceptis germanis, excludit. Attamen sunt quidam, qui ex ęquo patrem vel matrem ob summam & arctissimam liberorum suorum coniunctionem, liberos suos omnibus priuare non debere, existimant; summo iure contra esset dicendum. In defectu vero patris vel matris, si fratri defuncto succedant alii vterini, alii paterni, vterini bona, quę à matre habebat, auferunt, paterni autem ea, quæ à patre habebat, d. Corn. *cons. 7. vol. 3.* & Alex. *consil. 5 n. 3. lib. 6.* Alio casu præcedentem concernente, puta, quando neque pater neq; mater cum fratribus vel sororibus ex vno latere superstes est, verum auus vel auia tantum cum fratribus prædictis vel sororibus, hoc (inquam) casu dubitari vidi, vtrum auo * vel auię idem ius excludendi prędictos fratres & sorores, & in solidum succedendi, æque ac patri & matri competeret? Prædicta Authent. *defunctis,* per verbum, *parentes,* postea per hæc verba, *vocantur cum ascendentibus gradu proximis,* &c. expresse id ita intelligit: ex interpretatione Vlpiani & Cassij, qui putant, hoc verbum, *parentes,* extendi non tantum ad tritauum vsque, verum in infinitum, *l. quisquis. §. parentem hic, & in l. si hac § liberis autem. ff. de in ius vocando;* & in *l. liberorum appellatione, & in l. cognoscere: §. liberorum. ff. de verbo. sig.* Igitur auus vel auia, deficiente patre vel matre in huiusmodi successionibus fratres vel sorores vterinos vel consanguineos excludere debent, æque ac pater vel mater, citra discrimen, deque eo expresse loquitur §. *consequens, in Authent. de heredibus ab intestat.* hisce verbis: *pater autem aut mater, aut alii parentes omnibus ex latere cognatis præferuntur, solis fratribus ex vtroque parente exceptis.* Ita tenet Baldus in d. Authent. *defuncto.* Angelus in Auth. *de non elig. secun. nub. in pr.* Vnde sequitur deficientibus prædictis patre vel matre, auum vel auiam succedere debere cum fratribus vel sororib. germanis, vel eos excludere, quando germani non sunt. Verumtamen si prędictus auus vel auia secundas nuptias contraxerint, portionis, cuius participes fiunt, cum prædictis defuncti fratribus & sororibus germanis, proprietas reseruatur fratribus prædicti defuncti, vsufructu auo vel auiæ relicto.

Successio inter fratres cum auo vel auia, deficiẽte patre vel matre.

Boetius *decis. Burdeg.* 185. Maynardus *lib.* 2. c. 87.

Respectu eius, quod *in pr. h. Arr.* dicitur fratres scil. superstites, defuncto fratri ipsorum succedere cum patre & matre æqualiter, lex ait, cum proxime ascẽdentibus, ideo quod iuxta opinionem communem fratres non excludunt auum & auiam, sed cum illis admittuntur, neq; tantum fratres & sorores succedunt, verum fratrum & sororũ quoq; filii. *Auth. vt fratrum filii* Denique iuxta textum Consuetud. Paris. *Pater & mater succedunt liberis suis defunctis sine liberis de corpore ipsorum descendentibus & procreatis, in mobilibus & conquestis.*, auus & auia comprehenduntur. Bartolus & DD. in *l. liberorum, l. iuxta interpretati, num. de verb. sig.* B.

Consuetudo Paris. declarata.

* Anus in successione nepotis sui fratribus vel sororibus ex vno latere præfertur, Guido Papa, *cons.*167. Quinimo etiamsi ex suorummet descendentium numero forent. Baldus *cons.* 366.*incip. mater quæ transiuit ad secunda vota,in fin.lib.*44. T.

IX.

Successio collateralis ea tra præsentationem quomodo determinari debeat.

In successione collaterali is, qui gradu propior est, extra repræsentationis casum, defuncto in solidum succedere debet, quamuis ex materno latere sit. Neque locus est regulæ, *Paterna paternis, Materna maternis*, nisi consuetudo in contrarium extet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vt refert Lucius *tit.* 10. *de hered. ab intestat. Arr.*3.*lib.*8.

Hoc Arrestum & similia dependent ex diuersa dispositione Consuetudinum Prouinciæ Consuetudinariæ B.

X.

Feudalis lex priuãs filias successione, barbara est.

Arresto Parisiensi vigilia Natalis anno 1550. super appellatione quadam insinuata in Curia, à sententia Libellariorum Palatij iudicatum fuit, in successione collaterali sorores & nepotes ex iis natos admitti ad succedendum cum nepotibus fratrum defuncti, in feudis & rebus notabilibus, non obstante lege feudali, quæ barbara & inhumana declarata fuit, nisi tamen Consuetudo localis in contrarium extaret, veluti Consuetudo Carnutensis, quam ratione rerum ibi sitarum sequi oportet.

Quando in consuetudine Carnutensi & aliis dicitur, in successione collaterali filias è feudis nihil accipere, id ad nepotes & nepies non restringitur: verum ad ipsasmet amitas & materteras extenditur, adeo vt Arresto aduersus sententiam Libellariorum Palatii, nepotes fratris Wilhelmi Pillauæni, excluserint ipsorum amitam, aliud, si filii sororis fuissent, Arresto de 10. Martii 1547 & 1545.

XI.

Successio patrui inter nepotes, quomodo determinãda.

Vetus controuersia mota inter Accursium in Glossa in Authent.*cessante*. C *de legit. hered.* ab vna parte, Azonem & plures alios post eum ab altera parte, quomodo videlicet determinari debeant portiones successorum tum, cum liberi *plurium fratrum succedunt ipsorum patruo, qui nullos fratres reliquit, verum tãtum liberos suorum fratrum, diu indefinita permansit. Azo existimauit, hanc successionem diuidendam per capita, & æqualiter inter omnes & cuilibet pro virili sua portione, per text. *in l.* 2. *ff. de suis & legit. hered. & l. in lege. C. eod.* Hostiensis, Baldus & Salycetus eum secuti sunt. Accursius ad Authenticam *cessante*, & *in l.* 1. §. *fin. ff. si pars hered peta.* contrariũ tenuit, puta nepotes patruo suo succedere in stirpes, hoc est, vt liberi vnius tantum consequantur, quantum pater ipsorum, si vixisset, consecutus fuisset. Cynus, Dynus, Angelus & Bartolus prædictã Glossam secuti sunt, & Ioannes Faber *in* §. *nos autem. Instit. de legit. agnat. success.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 2. Augusti 1457. inter Mariam Mitebeliam actricem ab vna parte, & liberos sororum ipsius ab altera parte.

* Quatuor casus sunt, primus de successione cognati inter cognatos, patruo vel auunculo non existente. Secundus est de successione cognati inter cognatos & patruum seu auunculum. Tertius de successione patrui siue auunculi inter nepotes sine alio patruo seu auunculo. Quartus, de successione patrui seu auunculi inter nepotes & ipsorum patruum seu auunculum De primo Arrestum agit 13. infra, quod hãc successionem per capita fieri determinat, da quo tamen Doctoribus nondum satis constat: vt videre licet apud Baldum *consi.* 299. *in cap. ad euidentiam, lib* 3. De secundo pariter in prædicto Arresto 3. agitur, quod cognatos cum patruo vel auunculo admitti in stirpes. Id tamen dispositioni iuris cõmunis aduersatur, quod cognatos omnimodo excludit & omnem successionem patruo vel auunculo defert, *l. auunculo. C. comm. de success.* Ioan. Andreas *in Addit. Specul. tit. de success. ab int.* §. 1 *vers. sed an filii.* Alexand. *cons.* 166. *lib* 5. Anto. Rub. *cons.* 36. *n.* 6. Chassan. *consi* 19 *in* 8 *dubio* Boer. *q.* 32. Propterea dicendum est, Arrestũ hoc male à Rebuffo acceptum fuisse, qui id *in proœm. Comment. suor. ad Constitution. Gloss* 5. n. 91 p... fuit, vel iuxta Consuetudinem quandam datum fuit. Q... tum ad 3. casum, de quo maius dubium est, Arresta hic ..., *Arr.* 12. sequi oportet. Altera opinio, quæ hanc successionem in stirpes diuidit, communior est, & approbata a do... Molineo *in Annota. suis ad Alexand. cons.* 55. *n.* 4. *lib.* 4. ... hæc Arresta respondet, ea data fuisse iuxta Consuetudines huius Regni, vbi repræsentationi regulariter in linea collaterali locus non est. Verum hæc verior est & confirmata ... centi memoria à Culacio *in* 4. *sua Consultatione, & lib. ... Feudor tit.* 11. vbi Constitutionem quandam Gothorum allegat, huic decisioni conformem, & à Choppino *ad Consuet. Paris. lib.* 11. *tit.* 5. *art.* 4. Inata quam Arrestum datũ fuit Burdegalæ, cuius tenor sequitur: Inter Annam & Ioan. Delbetios, Ludouicum Delbetium, tam suo nomine, quam nomine Mariæ Delbetiæ, Feliciam Delbetiam, Annam Boqaetiam, nomine & tanquam matrem tutricem Petri, Fräcisci Caroli & Mariæ Delbetiorum, appellantes à Seneschallo Petrocorensi vel Locumtenente ipsius in sede Brageracensi ab vna parte. Et Ioannam Bernardiam vxorem Petri Parisiensis, mercatoris incolæ ciuitatis d'Issigeac. Annetiam Bernardiam vxorem Petri Magni incolæ Parochiæ de Pisols Iurisdictionis Bardensis & Annam Raymundam è ciuitate Bellomontana appellatas à cæteris. Viso processu, Arrestum datum 1. Febru. 1574. continente emendationem partium: dictum fuit, Curiam in irritũ deduxisse & deducere appellationẽ, & id a quo appellatum fuit, manutenuisse & manutenere definitos singulos prædictos appellantes in possessione duodecimæ partis bonorum relictorum à defuncto Dn. Carolo Delbetio ipsorum patruo, ac si singuli ea suo capite ei successissent, cũ restitutione fructuum à morte prædicti Dn Caroli, citra expensas factas tam coram prædicto Seneschallo, quam in Curia, idque non abs re. Dictum partibus in Parlamento Burdegalensi, 8. Iulii 1574. Depontac. In postremo casu absque vllo dubio in stirpes succeditur. T.

XII.

Idem & contrarium.

Sententia Azonis, qua fratrum liberi in capita succedunt, obtinuit Arresto Parisiensi, 23. Decemb. 1526. quod conclusum fuit coadunatis Inquisitionũ Cameris, quæ duæ eo tempore erant, in lite Regnaldi Noleti, aduersus Margaretham Quadrilibriam, ad relationem Dn. Barthulomæi. Et antea altero Arresto de 13. vel 14. die Martii 1522. inter Ioan. Camasatium & eius vxorem, appellantes à Ballivo Senonensi, & Nicolaum Fayum, in minore Camera Inquisitionũ, ac postea altero Arresto, 24. Martii 1559 à 1. & 2. Camera Inquisitionũ. Cantiuncula Iurisconsultus, Institutionum Imperialium paraphrastes scripsit, in Comitiis Ordinum Imperii Romani, Spiræ habitis, anno 1529. idem Carolum V. edixisse & constituisse.

Theophilus *tit. de leg. agnat. success.* & Zasius eiusdem sententiæ sunt.

Caput hoc 12. desumtum est è Lucio *lib.* 8. *tit.* 10. *Ar. vltim.* Cæterum quæstiones tractatæ *cap.* 11. 12. & 13. à Consuetudinibus cuiusque Prouinciæ determinantur, quique plura ea de re videre volet, legat quæ scripsit Choppinus *in art.* 327 *Consuetud. Paris & lib.* 3. *de priuil. rustic.* c 8. Tiraquellum *de retractu gentil. tit. gloss.* 11 §. 12. & Maynardum *in quæstio. suis lib.* 6. c. 93. I C.

XIII.

Idem & resolutiuum.

Postea aliis Arrestis Parisiensibus huiusmodi sententiæ conciliatæ fuerunt, & dubium definitum, puta ex sententia Azonis fratrum liberos inuicem per capita succedere, dummodo cum iis superstes patruus non succedat, si vero superstes patruus sit, prædictos fratrum liberos in stirpes succedere: iuxta Glossam Auth *cessante*. Itaque iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vltimo die Iunii 1547. aduersus Hilarium Pastorium appellatum, relatore Dn. Sennetonio.

Hic notandum est, si heres cuius interest, consentiat, patruum vel auunculum posse cum consensu fratris vel sororis suæ ad successionem suam reuocare nepotes suos cum fratre suo vel sorore, & curare, vt æqualiter succedant. Iudicatum 7. Septembr. anno 1594. B.

V. *Arr.* 1. *App. k.* 1.

XIV.

Equites

Equites S. Ioannis Hierosolymitani Religiosi sunt, ac vide-

S. Ioan. quomodo ſuccedant.

ac videretur, eos generali huiuſce Regni Conſuetudine comprehendi debere, cuius meminit Maſuerius *tit. de Succeſsionib. verſ. Item per Conſuetudinem.* Nihilominus Arreſto Pariſienſi prædicti Equites declarati fuerunt admiſſibiles ad ſucceſſionem ipſorum patris & matris, aui auiæ & aliorum aſcendentium & collateralium tam ex latere paterno, quam materno: verum id hactenus, vt ad vitæ ſuæ dies viantur fruantur, velut ſimplices vſufructuarii: & vt omnia ad proximos eorum cognatos ſucceſſionis capaces, poſt eorum mortem redeant. Sed & hoc idem dictū fuit pro Religioſis tertii Ordinis S. Franciſci, qui declarati fuerunt libertatem ſuccedendi ac matrimonium contrahendi licentiam habere, per gloſſam *in c. cum ex eo. de ſent. excomm. in Clement.*

V. ſupra Arr. 1. Et nota, Equites S. Ioan. Hieroſolymitani habere teſtamenti factionem paſſiuam, & peculium habere poſſe, voto ipſorum non obſtante.

Vide Arr. 11. A *pp. h. t.*

XV.

Succeſſio eius, qui fratribus ſuis ſuc-ceſſit, neque alia bona, quã quæ ex illa ſucceſſione ei obuenerunt, habet, inter agnatū germanum & vlteriores ab altera parte.

Sequens facti ſpecies ſingularis fuit ſuper Conſuetudine Pariſienſi, de ſucceſſione in linea collaterali, in propriis procedentibus à collaterali cōmuni, non vero à patre neque à matre, vel aliis aſcendentibus: quibus ſi proprium fuiſſet ex latere paterno, ſine dubio res ad conſanguineos ex latere patris ſpectaſſet: & ſi à matre fuiſſet, ad cognatos quoq; ex latere materno pertinuiſſet: ſi vero à patre & matre acquiſitum, tantundem ad vnum, quantum ad alterum perueniſſet. Hanc ad rem conſiderandum eſt, leges noſtras ciuiles tam Iuriſcōſultorum quam Imperatorum, determinato ac diſtincto ſucceſſionum iure, ſemper reſpexiſſe, quando ſcil. ad lineam collateralem ventum fuit, ad originem bonorum inter fratres, & liberos fratrum, abſq; graduum prærogatiua, paterna paternis, & viciſſim materna maternis: verum poſt fratres fratrumq; filios, prædictam bonorum originem attentam nō fuiſſe, verū duntaxat prædictam prærogatiuam graduum, idque reſpectu bonorum, quæ ab aſcendentibus prouenerunt, videtur enim eorum ſucceſſio naturaliter deſcendentibus deberi. Eaq; materia eſt totius tituli *de legitim. hered.* & Authenticæ, *Poſt fratres, & l. d. emancipatu.* Verum conſuetudo iuribus derogans voluit, perpetuo conſiderandam eſſe prędictam bonorum originem, & quod paterna paternis, & materna maternis, iuxta ea nos non tantum inter fratres fratrumque liberos, verum inter vlteriores collaterales. Attamen ſi bona non ab aſcendentibus, ſed à collaterali quodā procederent, magnum dubium fuit, vtrum in ſucceſſione propriorum, bonorum origo inſpiceretur, vel prærogatiua gradus attenderetur. Puta ſi frater acquirat, poſtea moriatur, & fratrem ſuum ſucceſſorem relinquat, cui propterea prędictum acquiſitum proprium factum fuit ſi decedat velut in noſtra facti ſpecie quæſtio eſt inter cognatos ex latere paterno, & cognatos ex latere materno, ad quoſnā prædicta bona alia vice à primo fratre acquiſita, cui poſtremus ſucceſſit, deueniant: inſpecto q̄ prædictus frater poſtremus mortuus ipſorū cōmunis cognatus ſit. Hæc quæſtio tractatur à Chaſſanæo *in rubr. ſucceſsionum*, §. 8. *verſ. in proximo*, quamuis plane idē caſus non ſit: etſi id eueniret, aduerſus ſententiam ipſius iudicaretur: rationes enim, quas allegauit, locum in ſucceſſione patrui haberent. Tandem Arreſto Pariſienſi, quod pronuntiatum 13. April. 1548. ante Paſcha, iudicatum fuit ad relationem Dn. Bartelii pro prędicto Petro Curtilerio, cui tanquam proximiori defuncti Petri Raulii, ex latere ex quo ad eum prędicti fundi Ioannis & Margerethæ peruenerant ſucceſſio prędicti Petri Raulij in ſolidum adiudicata fuit: eo quod prędicti fundi non altius, quam à prædictis Ioan. & Margaretha procederent, qui in iis inceperant, & eos acquiſiuerant. Et ſic altius ad cognatos patris neque ad cognatos matris aſcenſum eſt: in infinitum quippe iri potuiſſet, item ad cognatos aui, auiæ, proaui, proauiæ. Ex hac ratione iudicatum fuit, quando fundus à collaterali incipit, ſurſum non tendere, & in perſona permanere, in qua cepit, ac ſufficit defuncti proximiorem eſſe, de cuius ſucceſſione quæritur, ex latere prædicti collateralis in quo cœperat, non habita ratione cognatorū patris vel matris prædicti collateralis. Ac quoniam ſufficit cognatum eſſe ex latere & linea, vnde fundi procedunt, eius cui ſuccedītur, & proximior eſt defuncti, de cuius ſucceſſione quæritur, apponi oportet lineam, quæ habet duo puncta in Geometria. Primum punctum in perſona eius, cui ſuccedi oportet, alterum in perſona, à qua fundi procedunt: ſi altius aſcenderetur, in infinitū iretur: aduerſus lineæ ſubſtantiam, quæ duo puncta habet firma ac certa, in fixo loco, alioquin ſi in infinitum procederetur, linea amplius nō appellabitur; ſed magis circulus. Ex hoc Arreſto in ſumma tenendum eſt, quando fundus, ac pars immobilis à collaterali, & in eo incepit, neq; is ab alio ore procedit, eū non altius aſcendere, quam prædictum collateralē, à quo prædictus fundus venit & incepit. Poſtea, quæ Dn. Imbertus *in Enchirid. ſuo in verb. ſucceſsionis* ſcripſit, vidi, qui opinioni Chaſſanæi, aduerſus hoc Arreſtum valde acquieſcit.

XV.

Facti ſpecies, quæ poſtea contigit & iudicata fuit in Maiore Camera Inquiſitionum, perrogatis cæterarum Camerarum ſuffragiis notatu digna eſt, & ita ſe habet: Pater quidam nō niſi acquiſita habens, ea filio ſuo reliquit, filius poſtea ſine liberis moritur, relictis pluribus patruelibus, & cōſobrinorum filiis, ex latere materno: ita vt ſtipites, à quibus ipſorum conſanguinitas dependet ab auo & auia filii defuncti, de cuius ſucceſſione quæritur, ducantur: verum prædictos auum & auiam nulla bona habuiſſe comperitur, & bona omnia à patre venire, à quo prædicti cognati nulla ratione deſcendunt. Patrueles aiunt, ſe totum conſequi debere, eo quod proximiores ſint, & ex latere paterno. Alii aiunt ſe quoque partem conſequi oportere: omnes quippe patris reſpectu eoſdem eſſe, qui bona acquiſiuit. Quod Arreſto ſupra allegato, de 29. Octobris 1557. obtinuerunt. Idem.

XVI.

Quomodo diuiſio fiat inter cognatos ſine liberis defuncto ſuccedentes.

Regula hæc generaliter obſeruatur, inter cognatos ſuccedentes defuncto cuidam ſine liberis, diuiſionem fieri, & per eam bona à parte procedētia cognatis ex eo latere venientibus deberi. Bona vero à matre procedentia, ad cognatos maternos ſpectare, eo non attento, alterius lateris cognatos proximiores eſſe, quā huius, ſub declaratione in præced. Arr. comprehenſa: ita iudicatum fuit in prædicto Parlamento, 14. Maij 1558.

XVII.

In ſucceſſione quæ bona paterna ſint quæ materna, ad exercendā & viuendam regulā paterna, paterna, &c.

Coram Præfecto Vrbis Rupellenſis ſupra memoratus Nicolaus Roſſellus Presbyter actor & interdicto vti poſſidetis experiens, aduerſus prædictū Iacobum Geraldum reū & opponentem dicebat, defunctos Iulianum & Andream Roſſellos fratres ex vtroq; parente fuiſſe: ex prædicto Iuliano & Margaretha Lunella natum Antonium Roſſellum, à prędicto Andrea prædictum Nicolaum Roſſellum, ideo eum actorem, & prædictum Antonium patrueles, prædictū Antonium plurima bona acquiſiuiſſe,

& idio

& filio nomine Francisco relicto, qui hereditatem a iisset, decessisse. Prędicta bona in eo radices egisse, tanquam fundi paterni. Postea prædictum Franciscũ decessisse, cuius prędictus actor propior agnatus sit, hæres ex latere paterno. Prædictus Iacobus Geraldus dixit, à Margaretha Lunella descendere Franciscum Rossellum, cuius de successione quæritur, in secundis vero nuptiis, ab eadem natum Ioannem Geraldum, qui propterea vterinus frater Francisci Rosselli esset. Et à prædicto Ioanne Geraldo, descendisse Iacobum Geraldum reum, qui exinde consobrinus erat, & vno gradu petitorem antecedebat: eũ repræsentare fratrem defuncti, & ex consuetudine & iure repræsentationi locum esse in linea collaterali inter fratres & fratrum liberos. Petitorem vero cõsobrini filium esse. Eum in gradu ascendenti esse, reum vero in gradu descendenti. Petitor ait, de bonis paternis quæri, se propiorem esse: & quamuis materna extarent, eà tamen se controuertere nolle: verum quantum ad paterna in linea Rossellorum venire debere, iuxta Cõsuetudinem & regulam, *paterna paternis*. Reus replicat, Antonium Rossellum patrem Francisci vterinum fratrem Ioan. Geraldi patris rei fuisse, Igitur bona ab eo acquisita tam paterna quàm materna censeri debere. Sentẽtia prædicti Præfecti Vrbis vel ipsius Locũtenentis rei & opponentes manutenentur, & actor in expensas, & in centũ solidos propter omnia damna ac interesse cõdemnatus fuit. Ab hac sententia appellatur post Arrestum. Curia dixit, male iudicatum, bene vero appellatum fuisse. Petitor in possessione omnium bonorum immobilium manutentus, & fundorum, quæ prædicto Francisco Rossello morte prædicti Antonii Rosselli patris sui obuenerunt. Appellatus vero in expensas causæ appellationis, & causæ principalis, & damna & interesse condemnatus.

Lucius *lib.* 8. *tit.* 11. *Arr.* 4.

XVIII.

Doariũ ad liberos matrimonii peruenit, ex quo procedunt, exclusis alterius matrimonii liberis.

Doarium matris, liberis ex eo matrimonio proprium est, & quando vnus ex iis diem suum obiit, reliqui ex prædicto matrimonio sublati superstites, in parte ac portione doarii, quod ad præmorientem spectauerat, succedunt. Neque alterius matrimonii succedũt, quandiu ex prædicto matrimonio supersunt, de cuius doario quæritur. Deque eo Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 2. Iunij Vigilia Pentecostes 1525. inter Dn. Luuetium Consiliarium & consortes appellantes à Libellariis Palatii, & Dn. Sanguineum Consiliarium, & consortes appellatos ab altera. Eaque dispositio est iuris communis, in Auth. *Lucrum*. & in Authentica: *ad eos solos*. C. *de sec. nupt*.

Vide supra *eod. tit. Arr.* 7. Prædictum doarium tamen paternum censeri non definit: ita vt liberi secundi & alterius thori, vno ex iis mortuo & ex primo matrimonio nato, cum reliquis fratribus vel sororibus cõsanguineis ex prędicto primo thoro succedant. Neq; locus est iuri accrescendi vel decrescendi, in vtilitatem liberorum primi matrimonii, ad excludendos liberos secundi matrimonii a prædicta successione. Iudicatum Arresto solenni, quod pronunciatum in purpura, 17. Martii 1573. a Præside Hennequino, pro appellato quodam, cui aduersus sororem primi tori, diuisio bonorum fratris consanguinei adiudicata fuerat, vnde à Præfecto appellatum. B.

XIX.

Successio mariti & vxoris mutua, fisco excluso.

Antiquum Edictum Prætorium in iure Romanorum comprehensum pro determinatione Successionum ab intestato, quo maritus & vxor ab intestato inuicem sibi in solidum succedunt quotiens deficit omnis parentũ liberorumve seu propinquorum legitima vel naturalis successio, fisco excluso: obtinuit & obseruata fuit in locis iuris scripti & alibi, vbi cõtraria Consuetudo non est: & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi inter partes Rupellenses, vt ait Imbertus. Idque continetur *in l.* 1. C. *vnde vir & vxor*.

Iuxta id Arrestum extat apud Choppinum *lib.* 1. *de domanio Franciæ. c.* 12. *n.* 9. pro vidua defũcti Frapponi, quæ in mariti sui successione prælata fuit Dn. Duci Mompensiero, quam Dn. Campigniaci. & *in meis quæstio notab.* quoddã solenniter pronunciatum à Dn. primo Præside Harlæo, 7. Augusti 1600. pro Mariono Muletio & Anna Carrona, vxore ipsius, antea vidua Iacobi M gordroi Pragmatici, cui ea successit, excluso illustri Ioanne Domino Comite de Sancerre, appellante à sententia quadam data à Balliuio Bituricensi, vel Locumtenente ipsius Biturigibus, Arrestum plene extat *in quæst. mea* 79. V. Maynardum *lib.* 8. *cap.* 25. & *lib.* 4. *c.* 1. *quæst. fuar.* 1, C.

XX.

Ex consuetudine Parisiensi in linea collaterali repręsentationi non est locus, aduersus nouam Constitutionem Iustiniani Imperatoris. Ex hac occasione dubium ortum, ac lis mota fuit coram Dominis Libellariis Palatii Parisiensis, inter illustrem Christophorum Thuanum, Equitem & Consiliarium Regis, primum Præsidem in Curia; illustres Dominos Nicolaum & Adrianum Thuanum Consiliarios in prædicta Curia, Augustinum Thuanum Aduocatum Regis in Castelleto Parisiensi, Iacobum le Lieuet Correctorem in Camera rationum, & Dominicellam Ioannam Thuanam, vxorem ipsius, Iacobum Sanguineum Consiliarium in Camera Aquarum & Syluarum, tutorem & curatorem pupillorum ex se, & defuncta Dominicella Barbara Thuana vxore sua susceptorũ, heredum defunctæ Dominicellæ Claudiæ Merliæ actores ab vna parte: & Dominicellam Nicolaam Merliam ream ab altera parte. Actores dicebant, defunctum Dn. Ludouic. Merlinum Scutiferum, Dominum Belloburgi auunculum suum, longo tempore ante mortem suam simplici & irreuocabili donatione sibi omnia, quæ per Consuetudinem poterat donasse, nempe omnia sua mobilia & conquisita immobilia, & quintam propriorum. Prętereà sese ad successionem suam reuocasse, ac voluisse, vt ad diuisionem venirent, per repræsentationem matris suæ Dominicellæ Claudiæ Merliæ, cum Dominicella Nicolaa Merlia ipsius sorore, cui ex hac ratione hunc contractum significatum voluit, id quod significatum fuisset. In hac voluntate eum perstitisse vsque ad extremum vitæ suæ. Testamento suo eum eandem institutionis clausulam repetiisse. Prædictam institutionem consensu reæ factam: quæ ad contestandam ac confirmandam voluntatem suam testamentum signauerit. Consequenter se bene fundatos ad postulandum, vt inuentarium æstimatio & diuisio bonorum à prędicto defuncto auunculo suo relictorum fierent, & pars ac portio, quæ ad Dominicellam Claudiam Merliam matrem ipsorũ pertinere potuisset, sibi traderetur. Concludebant ad id. Rea econtra asserebat, petitionem ipsorum nulla probabili ratione niti, vtpote cui Consuetudo plane resisteret, sibiq; omnem successionem, tanquam vno gradu propiori deferret. Petitores matrem suam repræsentare non posse, iure municipali id prohibente. Neque quicquam dispositiones defuncti efficere, qui facere non potuit, quin leges in suo testamento locum haberent. Nam adhęrendum esse donationi ab iis allegatæ, tanquam nullæ ex eadem Consuetudine scripta qua *donare ac retinere non valet*, seu nullius momenti est. At quantum ad donationem apparuisset quidem defunctũ in fauorem ipsorum disposuisse de omnibus, de quib. disponere poterat, verum eodem contextu eum sibi reseruasse facultatẽ testandi de rebus donatis, & in possessione reali & actuali permansisse, neque quicquam vsque ad

N... In calce per Con... Lan... at P... qua re... præsenta... non ... nea colla... terali per... hibetur.

Petitio.

Exceptio.

Inſtitutioni heredis locus non eſt Pariſiis.

ad mortem ſuam tradidiſſe. Hanc clauſulam, quę aduerſua naturam & ſubſtantiam actus erat, actum viriaſſe, neq; vllo modo eius rationem habendam, maxime cum ex conſuetudine inſtitutioni heredis nullus locus ſit. Idem iudiciō de teſtamento ſerendum, tum quia nullum eſſet, ſuggeſtum & aduerſus legem municipalem, tum etiam quia informe erat, non obſeruatis ſcil. ſolennitatibus à conſuetudine requiſitis. Confitebatur, ſe teſtamentum ſignaſſe, verum id ſe feciſſe iuſſu & mandato teſtatoris, vt teſtem, non tanquam partem, neque quod in prædictam inſtitutioné conſenſiſſet. Econtra ſe nunquam intellexiſſe neque exiſtimaſſe ſeu voluiſſe vt ſibi vllo modo noceret, ſiue præiudicio ſuo fieret, ſiue aliter. Si hanc inſtitutionem intellexiſſet, eaque ſibi præiudicare potuiſſet, nunquam ſe eam ſignaturam fuiſſe. Se iuſiurandum ſuper eo præſtare paratum. Ex his argumentis actorum depulſionem, ſui vero abſolutionem poſtulabat. Sententia Libellariorum determinatio inter partes facta fuerat, à qua ad Parlamentum appellatum fuit, vbi omnia reuocata fuerunt, appellatione & eo à quo appellatum fuerat in irritum deductis, & cauſa ampliata decretum, partes ſupplere & perorationes ſuas emendare oportere.

Excuſatio aduerſus té præiudiciabilé ſignatam.

Replicatio.

Interpretatio Cōſuetudinis.

Petitores in Parlamento omnia capita exceptionis ſuperioris reaſſumentes aiunt, Conſuetudinem intentioni ſuæ contrariam non eſſe. Eam enim de ſucceſſionibus ab inteſtato duntaxat diſponere: Verum hic donatione & teſtamento ſibi ſatis cōſultum eſſe, defunctū voluiſſe ac decreuiſſe, vt ad ſucceſſionem ſuam per repræſentationem matris ſuæ venirent, id quod in præiudicium reæ is facere potuerat, quę nihil in bonis defuncti teſtatoris ſuperſtitis habebat, qui citra eius conſenſum ea vendere, alienare, oppignerare, extraneis dare aliove modo de iis diſponere potuiſſet. Eum igitur maiori ratione contractu inter viuos & teſtamento petitores ad ſucceſſionem ſuam reuocare potuiſſe. ad quam iure cōmuni vocarentur, atq; ita purgare rigorem odioſę & exorbitantia Conſuetudinis, in primis quod ea expreſſe hanc reuocationem non prohibeat. Voluntatem defuncti, quæ inſtar legis eſt, ream heredem ipſius obligaſſe ſeruandis integre promiſſis ipſius omnibuſque factis. Donationem reſeruata teſtandi facultate nō irritatam, quaſi id donare & retinere ſit prorsait rea: vtpote quæ non ſit aduerſus ſubſtantiam actus, qui tractum mortis continet, quique vſurpari ſolet. Si impediatur, ne directo valeat, in fideicōmiſſum trahi ſolere *l. Scæuola. ff. ad Trebell.* Ne ad hanc diſputationem deueniretur, in dubium reuocari non poſſe, etiam ex actu nullo, certum ac perpetuum teſtimonium firmæ ac conſtantis voluntatis ſumi poſſe, quam prædictus defunctus habebat, vocando prædictos petitores ad ſucceſſionem ſuam, de qua ſane ſine eo ſatis aperte conſtat, eo quod in ea vſque ad extremum vitæ ſuæ perſtiterat, nominatim vero quod teſtamento ſuo hanc clauſulam vocationis repetierat, eiq; liberum eſſe debuiſſe de eo ita ſub finem diſponendi, adeo vt contrauenire impium ſit.

Reuocatio ad hereditaté libera.

Actus nullus valet ad probandam voluntatem.

Inſtitutioni locum non eſſe, quomodo Pariſiis intelligatur.

Conſuetudinem, qua dicitur, inſtitutionem minime locum habere, libertatem teſtandi nō ſuſtuliſſe, verum econtra ei potius locum dediſſe, & difficultatem quæ erat, ademiſſe, teſtamentum ſine inſtitutione non valere, teſtamentum valere nō deſinere, neque eam inſtitutionem neceſſariam eſſe. Probabiliter prædicto teſtamento ob ſolennitatis defectum contradici non poſſe, eo quod hac forma conditum eſt, quam ius præſcribit, puta, exceptum à Vicario loci, præſentibus duobus teſtibus, per *cap. cum eſſes. de teſtam.* Prædictam formam adhuc aliis legitimis ſolennitatibus munitam, veluti præſentia complurium honeſtorum virorum. Ipſam ream id ſignaſſe & approbaſſe. Prædictum teſtamentum ſequelam eſſe præcedentis donationis, quæ reæ ſuperſtite teſtatore ſignificata fuit, quæ nunquam contradixit, neque contradicendi ſpeciem prætulit. Eam conqueri hodie non poſſe, eo quod ita conſenſerat, ſignauerat & omnia approbauerat, nō vna duntaxat vice, ſed pluribus, vnde repetitio multiplex præſcriptionem induceret & omnes erroris præſumptiones excluderet, quibus ſe rea velarê volebat, dicens, ſe circumuentam ſignando inſtitutionem hāc quam ignorauerat, neque vllam rem, quæ ſibi vllum damnum inferret facere ſe exiſtimaſſe.

Teſtamē tum in forma *cap. cum eſſes.*

Signatura obligat.

Errorem hunc verum non præſumi, è contra ſemper dicendum, per hanc ſignaturam & approbationem ream conſenſiſſe, eique hunc conſenſum occludere debere, niſi propere ac manifeſte demonſtret, errorem interueniſſe, *l. ficut. §. non videtur. verſ. ſed ſi ſubſcripſerit. ff. Q. M. P. vel hypot. contra l. ſi fideiuſſor. §. 1. de pignor.* Hāc præſentiam & ſignaturam requiſitam non fuiſſe, niſi ad conſentiendum inſtitutioni, ad agnoſcendam & approbandam voluntatem defuncti, inſpecto quod teſtamentum ipſius aliunde authenticum ac ſolenne fuerat. In omnem euentum eam intellexiſſe, cognouiſſe & ſciuiſſe tenorem prædicti teſtamenti, antequam ſignaret. Antequam id faceret, eam deſcendiſſe in inferius cubiculum, in quo prædictum teſtamentum de verbo ad verbum legi curauerit, ac ipſam & prædictam Inſtitutionis clauſulam audiuerit & viderit, adeo vt ſciens ac prudens ſignaſſet. Super eo errorem proponere, idem eſſe ac abuti. Eam omnia præcipua cōmoda ſciuiſſe ac cognouiſſe, quę prædictus defunctus in prędictos nepotes ſuos conferre voluerat atq; etiam contulerat, ac vere eam in id conſenſiſſe atque expreſſe & propere. Ij omnia quæ ſupra demonſtrabant & probabant.

Duplicatio.

Rea duplicabat, mirum eſſe, donationem inter viuos, cuius natura plane contraria ac repugnans ſit vltimæ voluntati, puta, quod illa reuocabilis ſit, hæc vero reuocari non poſſit, in diſpoſitionem teſtamentariam vel mortis cauſa transformari poſſe. Pactum inutile, quale illud eſt, de quo agitur, reclamante ſtatuto neq; vim neque valorem habere, ſiue inter viuos, ſiue in teſtamento, *l. Hereditas C. de pact. con.* Relicta interpretatione Cōſuetudinis, in illis verbis. *Inſtitutioni heredis non eſt locus,* &c. & ſolennitatib. teſtamēti q̄ in re tāti momenti ſufficiētes iudicati nō poſſunt, vt præſens hęc controuerſia eſt, & ob repugnantiā Cōſuetudinis, mirum eſſe, Vicarium deprehēdi, qui incorrecte ſcribat, & propter teſtes duos ruſticos ignorantes, agreſtes, quique id quod agitur, neſciunt, verum ſimplici imaginatione id quod audiunt, excipere, non id intelligentes neque comprehendentes, quemadmodum oportet & res ipſa ſe habet. Reuocationē nō reditum fuiſſe ad ius cōmune, verum econtra reſiſtentiam prædicto iuri communi. Nam noua Iuſtiniani conſtitutione ſepoſita, quæ ab hinc mille annis tantum condita in fauorem fratrum, ſi quis omnes leges antiquas, & leges Moyſis inquirere ac perſcrutari velit, omnem ſibi ſucceſſionem deberi, nepotibus remotioribus vno gradu excluſis. Legem Moſaicam ita decreuiſſe *cap. 27. numer.* hiſce verbis: *Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hereditas, ſi filiam non habuerit, ſucceſſores fratres ſuos:* non autem ait, fratrum filios. Ita in omnibus antiquis legibus conſtitutum & obſeruatum fuiſſe, Græcis, duodecim Tabularum, omnibus aliis poſitiuis. Legem itaque Iuſtiniani nouā eſſe Conſtantinopoli editā & ꝓmulgātā.

Repręſentatio in linea collaterali iure antiquo & diuino prohibita.

Poſterio-

Posteriorem forte legi municipali Parisiensi, quæ ante reductionem ita obseruata fuerat. Quantum ad signaturam, quod testamento subscripsisset, se asserere, id expresso patris sui mãdato se fecisse, quem in extremo mortis articulo constitutum videns verebatur ac reuerebatur, neque, quicquid rerum omnium periturus à se fuisset, id est denegaturam voluisse neque denegare potuisse eum in eo statu constitutum videntem. id ex persuasione & vsurpatione oriri vnius è petitoribus, qui aderat & plures alios ab intentione sua stantes habuerat. Se solam fuisse, consilio destitutam, neq; vllam personam opponere potuisse iis, qui ex parte petitorum aderant, sibi furtius persuaserant, quam coegerant. Eos cãptasse voluntatem testatoris, & quicquid ab eo & à se fieri vellent, fieri quoque curasse, & insceri per verborum inuolucrum hanc clausulam institutionis, quæ viginti millia coronatorũ inter alia legata atq; dispositiones continebat, quæ exigui momenti sunt, neq; vnquam illam clausulam se intellexisse: & ita asserebat. Verum quidem esse, se signasse, Sed propterea neque in institutionem consensisse, neque renunciasse ei, quod sibi proprium erat vel quam primum esse debeat. Ex lege ciuili signaturam in quibusdam lucis consensum & approbationem inferre, interdum simplex testimonium, *l. Gaius. 39. ff. de pignor. actio.* Igitur postea consultam se rescriptum Regium impetrasse quo aduersus signaturam errore factam restitueretur. Super hoc rescripto partes magis contestatæ sunt, quam super quoquam alio. Superq; co interuenit Arrestum 30. Martii 1561. quo Curia decreuit, antequã ad iudicium litis procederetur, partes respectiue intra certum tempus super articulis ipsarũ informare & allegatis suis probationes afferre, & nonnullos super articulis secretis ex lite resultantibus ex officio audiri ac examinari oportere. Postea Arrestum datum fuit; quo Curia argumenta nullitatis processui iunxit, nihilominus decreuit, ream de articulis informare oportere, qui desumentur è recusationibus testium super articulis petitorum auditorum à se propositis, idque tam ad ipsorum petitionem, quam ex officio, petitores vero super saluationibus, quas in contrarium repræsentare poterunt. Omnibus postea ad Curiam relatis, viso nominatim Arresto de 28. Martii 1563. quo Curia litem remiserat ad 3. Inquisitionum Cameram, Arresto suo, quod pronuntiatum in purpura à Dn. Præside Harlæo, vigilia B. Virginis mense Septemb. 1564. dixit, quatenus prædicta nullitatis argumenta attineret, prædictam Inquisitionem vel examen ex officio processui iunctũ manere debere, vt hunc iudicando eius quoad ratio exigit, ratio habeatur. Iusque super principali dicendo, non habita ratione libellorum & rescriptorum à rea oblatorum, Curia decreuit & decernit, inuentarium, æstimationem & diuisionem omnium ac singulorum bonorum morte defuncti Ludouici Merlij Scutiferi, Domini Belloburgli relictorum faciendam, & prædictis petitoribus eam petitionem tradendam, quæ ex successione prædicti defuncti ad defunctam Dominicellam Claudiam Merliam matrem & auiam prædictorum actorũ respectiue pertinuisset, si ea prædicto defuncto fratri suo superuixisset, citra expensas, idque ob causam. Desumtum è memorialibus Dn. Buissonij.

Signaturam interdum non nocet,

Arrestũ.

Nota, hodie ex consuetudine repetitæ prælectionis repræsentationi locum esse.

XXI.

Nepos auo suo succedere potest,

Vltima Decembris 1556. Arrestum pronuntiatum fuit à Dn. primo Præside, Dn. Thuano, quo filius, qui successioni & hereditati patris sui defuncti renunciauit, nihilominus aui sui heredem se dicere & gerere potest: iuxta ea, quæ notat Bartolus in *l. qui se patris ff. de acq. hered.* V Arrestum 16. *de filiab. quæ nub. tenus supra, & tit. de collatio. Arr.* 8.

XXII.

Vigilia B Virginis, 7. Septemb. 1566. In Parlamento Parisiensi cõtrouersia iudicata fuit de successione Andreæ Bouis occisi à Michaele Boue fratre ipsius, prætensa à fisco ab vna parte & à sorore ab altera. Quæ fisco & prædictæ sorori singulis pro parte dimidia adiudicata fuit sententia Balliuij Montiersityonensis vel Locumtenente ipsius, à quo soror appellauerat: prædicto Arresto vero vniuersalem successionem obtinuit.

Adde *Arr. 2. h. t. & Arr. 1. tit. 4. h. lib.* V hanc controuersiam plene tractatam & Arresta Tholosana relata à D. Maynard. *lib. 7. q. iur. quæst.* 94. vbi plures authores eandem quæstionem tractantes laudat. Ac quamuis frater fratris à se occisi successionne indignus sit, heredi tamen occisi succedere potest, atq; successione bonorum prædicti heredis priuabitur. Vide hac de re Arrestum pronuntiatum in purpura in Parlamento Britanniæ mense April. 1581. à Dn. Præside Eratio, & idem Arrestum relatum à Dn Anneo Roberto *rer. iudicat. lib. 3. c.* 7. quod datum fuisse ait aduersus Dominum Ducem Nemorsium, qui tanquam Dn. Briæ super Sequanã successionem prætendebat Idem in parricidiis iudicatum, 1. Arresto aduersus Oudetum & V Vilhelmum Tarquæsium, 6. Augusti 1554. & 11. Martii 1560 I C.

XXIII.

Singulare Arrestum est datum in Parlamento Tholosano, quo obseruatur *l. 2. & l. quod scitis 3. Co. de de bon. quæ liber.* quod mihi ab vna partium traditum fuit hæc forma, qua sequitur: *Cum* lis mota fuisset coram Seneschallo Podiensi vel ipsius Locumtenente, inter Stephanum Rupanum, filiũ Durantii Rupani actorem & interdicto experientem ab vna parte. Mundiam Vallam, viduam defuncti Matthæi Rupani opponentem ab altera. Item, inter prædictũ Durantium in prædicta lite interuenientem & actorem ab vna parte: prædictam Vallam ream, & conclusionibus prædicti interuenientis intercedentem ab altera: super eo quod prædictus Stephanus dicebat, superstitem prædictum defunctum Matthæum maritum prædictæ Vallæ tũ temporis prægnantis, omnia bona sua mortis causa donatione in Posthumum, quo casu natus & in natura erit, contulisse, quo casu vero decederet sine liberis masculis vel in pupillari ætate, ei prædictum Stephanum fratrem suum substituit. Vnde euenisse, vt prædicto Matthæo, nulla alia dispositione condita mortuo, natus esset prædictus posthumus, nomine Stephanus: quo tribus vel quatuor dieb. post ipsius natiuitatem defuncto, prædictæ substitutioni locum factum in vtilitatem prædicti interdicto experientis, qui ex his argumentis se in saisina constitutũ asserebat ex generali illa Franciæ consuetudine. *mortuus saisinat viuum:* Concludebat, vt manuteneretur cum expensis, damnis & interesse. Prædictus Durantius Rupanus qui in instantia possessoria interuenerat, proponebat matrimonium contractum inter prædictum Matthæum Rupanum filium ipsius ab vna parte, & prædictam Vallam ab altera: eoque prædictum Durantium patrem summam centum librarum, pratum quoddam, aliasque res plenius in contractu super hoc inito. 5. Nouemb. 1559. designatas prædicto Matthæo filio suo donasse. Consummato hoc matrimonio, tribus annis post vel circiter, prædictũ Matthæum sine liberis decessisse. Ac quamuis dicere voluerint, prædictam Vallã post mortem prædicti defuncti Matthæi filiũ peperisse qui in continenti post decesserit, nihilominus quando ita sese res haberet, citra confessionem, bona à prædicto Durantio prædicto Matthæo filio ipsius donata; post mortem ipsius ei iure

Verũ cum iuxta ea, in bonorũ profectitiorũ, imperio posita, dispositione a filio facta in prædictum præ dicta tũ versionis.

retentionis

reuersionis adiudicanda esse, non obstante, quod per posthumi manus ambulauerint: ac subito vtriusque morte eueniente, eum se se in possessione esse dicere posse, citra praeiudicabilem confessionem; posthumum scilicet natum fuisse, allegatis plurimis Arrestis, quae in paribus casibus data dicebat, in vtilitatem patrum, vel auorum donatorum, iuxta dispositionem iuris communis ad id expressam. Concludebat ad manutenitionem, &c. Ad haec praedictus Stephanus substitutus dicebat, se respectu praedictorum bonorum à praedicto Durantio donatorum, intercedere nolle, verum consentire, vt praedictus Durantius Rupanus interueniens iuxta conclusiones suas obtineat. Id quod acceptatum fuisset tam à praedicto Durantio, quam à praedicta Valla, quae quoq; concluserat, vt manuteneretur in omnibus bonis, quae ad praedictum defunctũ Matthaeum spectauerant. Postea sententia praedicti Seneschalli vel ipsius Locumtenentis, tu en quod praedictum Staphanum spectabat, à conclusionibus suis depulsus fuisset, & praedicta Valla ab iis derelicta, vti plenius in praedicta sententia continetur, praedictis Durantio Rupano & Valla in instantia permanentibus: quae Valla repraesentari curasset contractum & pacta dotalia matrimonii cum praedicto defuncto Matthaeo initi, quibus vt dicitur, praedictus Durantius praedicto defuncto Matthaeo praedictam summam centum librarum Totonensium, pratum & alias quasdam res donauerat, & praedictae Vallae dos dicta fuit aequiualens & aequipollens praedictis rebus donatis consummatoq; praedicto matrimonio, praedictisq; coniugibus quibusdam annis vna commoratis, praedictum Matthaeum praedefunctum, praedictã Vallã grauida, quae incontinenti post filium pepetisset, qui indubitate praedicto patri suo successisset. Aliquantum temporis lucis vsura fruitum decessisset: cui praedicta Valla dicebat, se ex iuris dispositione successisse. Quantum ad natiuitatem praedicti posthumi, qui aliquo temporis spatio vixisset, dicebat, rem certam ac notoriam esse, nominatim vaeo praedictis Durantio & Stephano, & tam ex actis quam alia ratione patere: atque ideo praetendebat praedicta Valla se praedicto filio suo successisse in omnibus bonis, quae ad praedictum defunctum Matthaeum spectassent, tanquam propiorem praedicti posthumi: adde quod, prout dicebat, in donationem mortis causa, cuius supra facta fuit mentio, à praedicto defuncto Matthaeo factam, praedictum Durantium consensum, & praedicto Matthaeo ad id faciendum authoritatem accommodasse, vt etiam authoritatem dedisset praedicto Staphano, ad intentandam ac persequendam praedictam litem, atque ideo iure suo cecidisse, si vllum ius praetendere potuerat: quamuis conferendo praedictam donationem inter pacta dotalia, rebus donatis integre se exuisset ac priuasset. Ac quemadmodum si praedicta Valla ante maritum suum decessisset, superstite filio, vel filius postea praedecessisset, praedictus defunctus Matthaeus filio suo successisset in rebus quae ad praedictam Vallam spectabant, quaeq; ei in dotem dictae fuerant: eadem ratione praedicta Valla quoq; praedicto filio suo succedere debebat, quantum ad bona & res, de quibus quaeritur. Quantum ad Arresta & sententias allegatas, respondebat, ea in cõsiderationem venire non debere, eo quod in causis plane similibus data non fuerant: Nominatim vero quod in praedictis Arrestis quaestio fuerat de donationibus vniuersalibus omnium, partis dimidiae, vel alterius portionis bonorum. In ao maiorem rationem & considerationem fuisse, quam si rei cuiusdam particularis vel summae pecuniarũ donatio fiat, vt in hac facti specie, in qua id quod donatum fuerat, ad mediam bonorum partem testatoris non ascendebat, plurimum aberat: & compluribus rationibus super eo deductis in supradictis conclusionibus suis persistebat. Quantum vero ad donationem à praedicto defuncto Matthaeo factam dicebat, bene considerato eius tenore etsi ei titulus donationis tributus fuisset, in effectu tamen testamentum esse, iure autem testamentum à filiofamilias conditũ, vt filiusfam. praedictus defunctus Matthaeus erat, quamuis authoritate ac permissu patris id cõdidisset, nullius effectus esse, persistens quoq; in supra memoratis suis cõclusionibus. Super his praedictis partibus plene auditis, productione praedictae vtriusq; donationis, & aliorum quorundam instrumentorum facta & in iudicio constituta, praedictus Seneschallus vel Locumtenens ipsius sententia definitiua praedictam Vallam in possessione praedictorum litigiosorum bonorum manutenuit, interdictione praedicto Rupano facta, ne eam in iis turbaret, & citra expensas. Ab hac sententia praedictus Rupanus appellauerat ad Parlamentum Tholosanum. Arresto de 17. Aprilis 1564. appellatione & eo, à quo appellatum fuerat in irritũ deductis, & reformata praedicta sententia emendata, praedictus Durantius Rupanus interueniens & appellans definitiua manutentus in possessione bonorum à se pactis dotalibus Matthaeo filio suo donatorum cum restitutione omnium fructuum ab eo perceptorum, vel quos percipere potuisset. Et citra expensas. Edictum de matribus nondum publicatum erat, sed tribus vel quatuor annis post.

Hoc Arrestum magni exempli ac momenti est. Post quod casum miseratione plenissimum euenit se iudici, ac propositum fuisse Iudici Regio viro celeberrimo, qui parem litem instructam ac coram se in iudicio constitutam, iuxta sententiam praedicti Arresti iudicauit. Huic postea contigit, vt ipse mat duodecim annis voluntate ac prouidentia Dei in huiusmodi necessitatem incideret, vt tandem haec, quae sequitur, controuersia ei mota fuerit: Cum filium suum scuintem, summae doctrinae virum, quem in optimis artibus, scientiis ac Iurisprudentia educauerat, nullis parcens sumptibus, integris vndecim annis: pactis dotalibus ei egregium ac honorabile officium resignauerat, in quondam è pulcherrimis Balliuiatibus, & feudum ac domanium donauerat, quod grande, vt ita dicam, vber & praecipuam familiae ipsius sustentationem continebat, vsufructu retento, postea vero eidem renuntians, ad id faciendum à praedicto filio suo requisitus. cui cum optima esset, inuestito optimo officio & praedicto feudo magni reditus, adeo is sublimius esset, vt patrem cõtempserit & summe ingratũ tam aduersus eum quam matrem se gesserit, quae ex bona & magna familia erat, ac prae hac aegritudine mortua. Postea (prout Deus permittit) sollicitatus, in morbo constitutus, ad testamentum condendum à nonnullis satis astutis ad vindicandum praedictum testamentum ab ingratitudinis nota, eũ hi sollicitassent & effectu ipso impetrassent, vt ad petitionem praedicti filii pater ei benedictionem suam daret, ipse filius vero postero die ipsorum commodo testatus esset, institutis patre suo fere octogenario, & fratre suo Ecclesiastico heredibus, omisso fratre bene disposito, & mandatoribus praedicti testamenti substitutis, atq; ita mortuus est. Ex his frater testatoris hares hereditatem agnoscere tantum ex beneficio inuentarii voluit, pater vero sibi iure reuersionis prospicere voluit eius nomina, quod praedicto filio suo donauerat, qui sine

Alia facti species de reuersione magis notanda.

ac religione, Christiani mmia omnia, suumq; diem intestatus abiuisset: & eum Coriu suus futuræ controuersiæ non ignarus, inconsulto Pontifice, hoc est, venia minime redemta, cætera (vt esset solet) humo condidisset: isque ob eam causam, non secus atque si in patrios cineres minxisset, in ius abriperetur: Regiæ procurationis Triumuiri, facinoris vltores, non sine magna Coetli laude insurrexerunt, & ab illo toties iactato Synodi decreto, quod ante ducentos vel trecentos annos factum fuisse ferunt, quoque Pontifices vel potius Pontificum personæ, suam illam cupiditatem prætexere solebant, prouocauerunt. Quod certamen vbi Pontifex per aliquot dies detrectasset: decretum tandem, somma quidem vetustate ac religionis specie verendum, intus autem initio fortasse superstitiosum, postea numarium factum, antiquari placuit. Ex tempore, Idibus Iunii 1552. Vides quam mordicus hæreant, & vix vnquam tenelli possint quæstuariæ. Hæc materia tractatur à Canonistis *in c. 1. & in c. fraternitatem. de sepult.*

IV.

Sepultura corporum damnatorum & communi spectaculo exposito rum.

Rigor Iuris communis de sepultura corporum eorum, qui capite damnantur, ab Imperatoribus remissus fuit ita vt Imperator Octauius Cæsar nunquam cognatis atque amicis corpora illa petentibus negauerit, id se obseruasse ipse *libro decimo de vita sua* scripsit, vt ait Vlpianus *in l. 1. ff. de cadauer punitor.* Alii Imperatores post eum, nominatim Diocletianus & Maximinianus, obnoxios criminū digno supplicio subiectos sepulturæ tradi non vetarunt, *l. obnoxios. 11. C. de Religios. & sumt. fun.* Postea eorum in quos animaduersum fuit, corpora sine integra siue in membra distracta, è communi spectaculo semoueri & in terra sancta sepeliri, illicitum fuit ac nefas, nisi fuerit petitum ac permissum, & nonnunquam non permissum, maxime Maiestatis causa damnatorum, *d. l. 1. §. hodie.* Verum dubium fuit, à quo impetrari id debeat? Nō nulli tenuerunt, à Principe id impetrandum esse. *l. si quis in Insulam*, ibi, *nec licet eum inde transferre, & sepelire inconsulto Principe ff. eo titul.* Alii dicunt, à Iudice hoc permitti debere, qui iudicauit, quemadmodum corpus Seruatoris nostri Iesu Christi petitum ad sepulturam à Pilato datum fuit. Exemplo huius Accursius in Glossa prima prædictæ *l. 1.* hanc opinionem sequitur. Curia Parlamenti Parisiensis, posteaquam Dn. Iuannes des Mares, Aduocatus Regius in prædicto Parlamento, vir magnæ scientiæ atque eloquentiæ, Maiestatis crimine conuictus condemnatus & capite punitus fuit, Arresto suo 11. Maii anno 1406. membra corporis ipsius collecta ad sepulturam in Capella S. Catharinæ Parisiēsis cognatis petentibus indulsit, quam defunctus fundauerat, & ædificari curauerat, iuxta *l. vlt. d. t.*

V.

Legata sepulturæ contemplatione Parochiæ suæ relicta, quando alio loco debeantur, vbi testator mortuus est sepeliri se voluit.

Testator testamento suo sepulturam suam in Ecclesia collegiali S. Ioan. elegit, in loco, in quo oriundus est, cui plurime legata reliquit. Euenit, vt post lites quasdam Burdegalis Intentatas in morbum inciderit, & prædicto loco mortuus fuerit. Præsentibus 4. testibus declarauerat, velle se sepeliri in Conuentu Augustinorum Burdegalensium: id quod, testibus summarie auditis, factum fuit. Syndicus conuentus ab herede eadē legata, quæ Ecclesiæ S. Ioannis relicta fuerant petit. Is duplici ratione se tuetur & excipit. Primo, huiusmodi electionem sepulturæ coram testibus non præiudicare electioni testamentariæ. Secundo, post prædictum testamentum eum neque Parochiam neque domicilium motasse, ex quo cōiectura mutatæ voluntatis duci posset, quantum ad prædicta legata: & si Burdegalis esset, eum non nisi ad tempus & cum animo reuertendi ibi fuisse, atque ita per hoc diuersæ erant sententiæ. Sauior est Petri de Ancharano *c. 2. de sepultur.* hæc, si mutatio domicilii ex causa temporali facta sit, exempli gratia, ad persequendam litem, legata deberi Parochiæ originali, vel ibi, vbi testator testamento assignauit. Verum si mutatio ex omnibus partibus absoluta sit, tum legata deberi Parochiæ, vbi is mortuus & sepultus fuit. nam ad tempus mortis respiciendum est, arg. *l. plene, ff. de liber. & posthu. & l. quadam ff. de trit. vino. & oleo leg.* Quantum ad probationem sepulturæ Burdegalis factam, eam defendebat Guido Papa *quest.* 544. Arresto Burdegalensi, 12. Iunii 1521. probatio 4. de testibus facta de noua Sepulturæ electione valida declarata fuit: eo tamen non obstante Syndicus prædicti conuentus à petitione prædictorum legatorum & fundationum depulsus fuit.

Desumtum è Boerio, *decis.* 97. I. C.

VI.

Electio sepulturæ quomodo per testes probanda.

Ad probandam Sepulturæ electionem sufficiunt 3. vel 4. testes singulares, quorum vnus dicit, se à defuncto dici audiuisse, in hoc vel illo loco, se in hac vel illa Ecclesia sepeliri velle: alter idem, se audiuisse in alio loco & alio die: tertius ita diuersimode, ratione loci & temporis: quartus quoque idem: dummodo in prædicta electione consentiant. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, iuxta sententiam Specolatoris *in tit. de testibus §. iam de interrogatoriis, versic. item de tempore*, ibi, *in aliis autem, & in tit. de inquisit. §. 1. versic. sed quid si vnus.* Adde fauorem sepulturæ, *l. 2. C. de SS. Eccles.*

Desumtum è Guido. Pap. 544. *decisio.*

VII.

Honores funebres, qui defunctis in dignitate, dum viuebant, constitutis debentur, ac deferri solent, ipsorum vxoribus mortuis non debentur, tempore illatum sepulturæ; prout declaratum fuit Arresto Parisiensi 4. Iunii 1515. pro sepultura vxoris Consiliarii in prædicta Curia. Quæ notabilis limitatio est ad *l. Fœmin. ff. de Senator.* ex qua vxores, tam constante matrimonio, quam tempore ipsarum viduitatis, & vsque quo Plebeiis non nupserint, honoribus, priuilegiis, nobilitate, dignitate ac priuilegiis maritorum viuentium, vel defunctorum gaudent.

VIII.

Ius sepulturæ petere neque spiritualis neque Ecclesiastica causa est. Arrestum Aprilis 1532. Vide Imbertum *lib. 1. cap. 25.*

TITVL. IX. DE EXECVtionibus testamentariis.

ARRESTVM.

Curatores testamentarii inuentarium facere debent.

EXecutores seu Curatores testamentorum, antequam se se immisceant, inuentarium conficere tenentur: alioquin ab executione sua depelluntur, Arresto anni 1385. in primis vero quod sine prædicto inuentario ab iis rationes & reliqua, ad quæ tenentur exigi & haberi non possent, *l. Lucius Titius. ff. de manumiss. testa. & l. si quis ita. §. si duo. ff. de statulib.* quarum rationum primum caput est exhibitio prædicti inuentarii, per not. *in l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de edendo.* & sub finem earum mobilia, quæ supersunt, restituere, veluti instrumenta, aurum, argentum & alia, *l. si cui libertas ff. de condit. & demonstrat.*

II.

Curatores testamentarii ex iure communi sibi soluere antea poterant id, quod à defuncto ipsis debebatur.

tarius si bi soluenon potest id, quod sibi a defuncto debetur. barur, prout scripsit Ioannes Andreas *ad Speculat. de instru. edit. §. nunc aliqua, vers. 49 sed pone*. Verum hodie alio iure vtimur: quandoquidem heredes ex generali Franciæ consuetudine in possessione & saisina sunt: atque ideo ab herede debitum accipi oportet. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 5. Maii anno 1536. pro heredibus Carpentarii, aduersus curatorem testamentarium. Ratio bona est: priore enim casu, quo heres non possidebat, nemo erat, qui persecutionem susciperet: quapropter curatores testamentarii sibi inuicem soluere poterant, quod iis debebatur, *l. si plures ff. de admin. tutor.* quod si vnus tantum sit, is sibi soluere potest; verum dato herede, qui adiuit, ex prædicta Consuetudine res aliter se habet.

III.

Cognitio, vtrũ testamẽta valeãt necne ad Iudicem laicum spectat. Quanquam ad Episcopum cura ac solicitudo vltimarum voluntatum obseruandarum maxime pertineat, *§. si quis autem pro redemtione, & §. si autem qui hoc facere in Authent. de Eccles. tit. cap. tua nobis de testament.* non tamen cognitio, testamenta valeant, necne. Ecclesiastico igitur earum rerum curatori, eiusmodi cognitionis vsurpatione interdictum fuit, 10. Ianuarii 1427. per not. *in l. nulli. C. de Episcop. & Cleric.*

Lucius lib. 2. tit. 1. Art. 3.

IV.

Heres in possessio ne seu saisina immobilium & testamentarias mobiliũ intra annum con stituitur. Inter heredem interdicto experientem pro possessione bonorum mobilium & immobilium hereditarii imperanda ab vna parte, & executorem testamentarium opponentem ab altera, super incidenti præscriptionis, iudicio constituto, Curia Parisiensis Arresto suo, 1. Septembris 1377. declarauit heredem interdicto experientem, quantum ad mobilia pertineret, intra annum à morte testatoris, non esse admittendum: curatorem vero, quo ad immobilia, intercessione submouendum. Vide Tiraquel. *mortuum saisinat viuum part. 7. fol. a. num. 1.*

Lucius lib. 9. tit. 2 Ar. 4. Vide Bacquetum *part. 1. de iure consubinatus, cap. 7. l. C.*

V.

Curator testamentarius quomodo in possessione sit. Nonnulli tenuerunt, Curatores testamentarios in mobilium saisina & possessione se dicere non posse, nisi quo vsque legata in piam causam sese extendunt, iuxta id quod Baldus notat *in cap. 1. de consuet.* Nihilominus Arresto Parisiensi contrarium iudicatum fuit, puta, indifferenter propter testamenti executionem, prædicti Curatorem tam rerum in piam causam legatarum, quam in aliarum possessione esse.

V. Fabrum *in l. nulli liceat. C. de Episcop. Cler.*

VI.

Curator substitutus in locum mortuorum. Testamenti curatores à testatore designati, si, quo tempore tabulæ sunt apertæ, mortui sint, vel morbo impediti vel alia ex causa absint: alios in eorum locum substitui posse placuit. Ita iudicatum fuit Arresto de 21. Octobris 1422. cum mortuo Carolo VI. nemo eorum extaret, quos ipse arbitros testamentarios, & supremorum suorum mandatorum procuratores fecerat. Hæc materia annotatur *in c. si quando aliqua. de rescript.*

Lucius lib. 8. tit. 7. Art. 1.

VII.

Curatores dis sentientes. Quando testator, testamenti sui curatorum arbitratu hoc est, si velint atq; ita decernant, rem quandam legauit, postea prædicti curatores dissentiant, vno hanc rem, altero contrariam decernente: eius voluntatem sequi oportet, quæ quam proxime accedit testatoris voluntati, quæ ex verbis testamenti ipsius, vel ex Consuetudine ipsius sumenda est. Et ita iudicatum fuit Arresto Paris. 15. Aprilis 1548. per *l. 1. C. de SS. Eccles. & §. dispenat, in Authentic. de nupt. & l. in conditionibus ff. de condit. & demonstrat.*

Lucius lib. 8 tit. 6 Art. 4.

VIII.

Curatoribus testamentariis fides adhibetur. Curatoribus testamentariis ad distribuẽdas quasdam summas pauperibus destinatas, iureiurãdo præstito, fides adhibetur, puta, vtrum omnia ad prædictam decretam distributionem impenderint vel nõ: dummodo ipsorum non intersit. Secundo bonæ famæ & existimationis, non suspecti sint, secundum Baldum *in l. captorias ff. de militar. testa.* Eaque sententia fuit Cyni & Bartoli *in l. si quis pro redemtione. §. 1. per illum text. C. de donat.* Et ita Arresto Gratianopolitano, anno 1461. iudicatum fuit.

IX.

Curatores testamentarii coram quo rationes reddere debeant. Curatores testamentarii optionem habent, coram quo iudice Ecclesiastico vel seculari, rationes suas reddere velint, dũmodo is Iudex loci illius ordinarius sit, per not. *in l. nulli. C. de Episcop. & Cleric. & in cap. tua nobis, de testa.* Ita Arresto Parisiensi, 1. Martii, anno 1401. iudicatum fuit.

X.

Fœmina testamentaria curatrix esse potest. Theobaldus Ozereus, testamento legatis quibusdam particularibus relictis, residuum omnium & singulorum suorum bonorum dispositioni arbitratrix vxoris suæ relinquit, cui se volnotatem suam exposuisse dicit, eam testamenti sui curatricem constituens. Id quod ab heredibus ab intestato impugnatum fuit. Tandem Arresto Parisiensi anno 1389. huiusmodi dispositio valida declarata fuit: nihilominus à Curia prædictæ vxori coadiutor datus fuit, nomine Simon Frisonius, ad omnem suspicionem tollendam. Ex dispositione Iuris commu[illegible]s, vxor testamentaria curatrix esse potest, *l. à filio 15. in pr. ff. de alim. & cibar leg.* Verum est, si ea secundo nubat, curam hanc & executionem ad Episcopum, vel ad coadiutorem ei datum deuolui, iuxta ea, quæ notat Bartolus *in l. alto herede ff. de alim. legat.*

APPENDIX ARRESTORUM Ad Titulum IX.

I.

Nota, in legatis ad piam causam pauperibus relictis, Curatorem non cessare rationes reddere, & in manus susceptoris prædictorum pauperum repræsentare seu numerare, non obstante cognatorum dissensu inter eos. Ita iudicatum pro executione testamentaria Episcopi S. Flori, mense Februario, anno 1575. corporalique prehensione prædictus curator cogi potest, pro reliquorum reliquis, propter contumaciam, idque quatuor mensibus iam elapsis.

De curatoribus seu executoribus testamentariis, vide *Arr. 5. tit. de legat. ad piam causam, supra.*

hem, 16. Nouemb 1565. Benedictus *in c. Raynutius. ext. de testam. in verb & vxorem nomine, num. 166.* Chopppious *lib. 2. de morib. Parisio. tit. 5. n.* 10. I. C.

IV.

Idem & fortuus.

Nihilominus huinſmodi, imo maius dubium In Parlamento Pariſienſi propoſitum & definitum fuerat, inter Arnoldum Heſſelinum & conſortes, actores ab vna parte, & Wilhelmum, Petrum & Iacobum Parentes reos, puta, vtrum in linea collaterali, hereditas nõ adita tranſmitteretur? Nonnulli è Dominis tenebant, ꝙ non, ex deciſione iuris notoria. Alij tenebant affirmatiuè, neq; in Francia diſpoſitioni iuris quo ad prędictas tranſmiſſiones attinet, locum eſſe, obſtante ſcilic. generali Conſuetudine, qua mortuus ſaiſinat viuum ſibi proximum & ad ſuccedendum maxime idoneum: vi huius Cõſuetudinis ij non tantum poſſeſſionem, verum etiam proprietatem rerum hereditariarum prędicto proximo acquiri tenebant. Pro hac ſententia tanquam ſaniori & hodie in Francia obſeruata, etiam in Patria iuris ſcripti, vbi hæc Conſuetudo recepta fuit, Arreſto de 6. Iunij 1534. iudicatum fuit.

V.

Profectitia bona ad patrẽ redeunt, ſi filius ſine liberis moriatur.

Donatio filio facta, & dos filiæ facta, aliaq; bona quæ à patre venerunt, quæ *Profectitia* vocantur, ad patrem * reuertuntur, ſi filius vel filia ſine liberis moriantur: ſi non, ex cõtextu donationis vel dictionis ad alios ex conſenſu patris peruenire deberent. Neque quicquam pater, extantibus liberis prætendere poteſt *l. dos à patre profecta C. ſolut. matrimon.* & ibi Gloſſa, & per Bartolum *in l. poſt dotem. verſ. quæro. ff. ſol. matr. l. cum multa. C. de donat. ante nupt. & l. ſi liberis*, & Auth. *dos data eod. tit.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Gratianopolitano, menſe Ionio 1461. in lite Rupichinardi. Materia huius Arreſti plene in duobus Arreſtis ſupra poſitis declaratur.

V. *Arr 10. tit. de verbis ambiguis.*

*) in ſolidum, ita vt fratres nihil prætendere poſſint, *l. 2. C. de bonis quæ lib.* Idem in matre, ſi donauit vel dotem dixit, Arreſto Pariſienſi, quod datum 5. Auguſti 1558. Choppinus loco præallegato in *Arr. 1. h. t.*

VI.

Succeſſio adminiſtratorũ S. Spiritus.

Adminiſtratores S. Spiritus Pariſiis non ſuccedũt liberis repertis, quotumq; adminiſtrationem habẽt, ſi minores 25. annis decedant. Et ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, vigilia Natalis 1551.

VII.

Doariũ ad quẽnam redire debeat.

In doario vxori relicto ſuccedunt heredes paterni, vnde ſc. id venit, ſiue prædictum doarium conſuetudinarium ſit, ſiue præfixum. Et ita iudicatum fuit * Arreſto Pariſienſi vigilia Natalis 1551.

Igitur doarium Conſuetudinarium, iudicatum paternum Arreſto generali, 17. Martii 1573 & quamuis liberorum proprium ſit, id intelligitur eis ſuperſtitibus, & ſine iure accreſcendi. Verum eſt, doarium in pecunia aſſignatum & citra regreſſum, maternum haberi. Iudicatum in lite Mandri & co heredum ipſius, Geofrini Agnei, menſe Martio 1573. B.

* Contrarium antea quo ad materna deciſum fuerat Arreſto 2. Iunii 1537. quod poſtea reuocatum fuit tam Arreſto hic inſerto, quod datum fuit ad relationem Do Sennetonii, quam altero de 17. Martii 1573 Choppinus *l. b. 3. de Domaniis Franciæ tit. 23, art. 9.* Vid. Locium *lib. 8. tit. 2. Arr. 1.*

VIII.

Succeſſio inter fratres cũ matre vel patre & fine iis quomodo determinari debeat.

Authentica, *defuncto, C. ad Tertullia.* ad hanc materiam ſingularis eſt & per omnia in patria iuris ſcripti obſeruatur, puta, fratres ſuperſtites fratri ipſorum defuncto cum patre & matre ſuccedere æqualiter. Verumetiam ſi frater germanus nõ ſit, ſed paternus tantum vel vterinus, ij minime ſuccedunt, quamdiu pater vel mater ſuperſtites ſunt, qui iure veteri ſuccedebant, *l. fin. in pr. C. ad Tertull. & l. de emancipatis. C. de legit. hered.* quæ emendatæ ſunt, prout plene declaratur ad d. Auth. *defuncto.* Inprimis vero hodie prædicta emendatio obſeruatur in caſibus ſequentibus: puta, ſi fratre mortuo, ſuperſtes ſit frater paternus cum matre defuncti, mater excluſo fratre paterno in ſolidum ſuccedit: econtra, ſi dictus frater relinquat fratres vterinos cum patre, ij excluduntur, & pater omnia auſert. Corn. *conſil.* 242. *vol.* 2. & Paulus de Caſtr. in d. Auth. *defuncto.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi, quo confirmata ſententia Seneſchalli Aquitaniæ, 7. Septembris 1527. pro Wilhelmo Geneſtio Secretario Regio, aduerſus Innocentium & Ioannem Fontenæum fratres appellantes. Alter caſus eſt, ſi frater ſuperſtes vterinus eſt, nẽpe, vtrum ſuccedat cum matre, & ſi paternus ſit, an cum patre ſuccedat, dubium fuit. Authentica, *defuncto*, prædictis caſibus nõniſi patrem vel matrem admittit, & omnes fratres, exceptis germanis, excludit. Attamen ſunt quidam, qui ex æquo patrem vel matrem ob ſummam & arctiſſimam liberorum ſuorum coniunctionem, liberos ſuos omnibus priuare non debere, exiſtimant: ſummo iure contra eſſet dicendum. In defectu vero patris vel matris, ſi fratri defuncto ſuccedant alii vterini, alii paterni, vterini bona, quę à matre habebat, auferunt, paterni autem ea, quæ à patre habebat, d. Corn. *conſ. 7. vol. 3.* & Alex. *conſil. 5. n. 3. lib. 6.* Alio caſu præcedentem concernente, puta, quando neque pater neq; mater cum fratribus vel ſororibus ex vno latere ſuperſtes eſt, verum auus vel auia tantum cum fratribus prædictis vel ſororibus. hoc (inquam) caſu dubitari vidi, vtrum auo * vel auię idem ius excludendi prędictos fratres & ſorores, & in ſolidum ſuccedendi, æque ac patri & matri competeret? Prædicta Authent. *defuncto*, per verbum, *parentes*, poſtea per hæc verba, *vocantur cum aſcendentibus gradu proximis*, &c. expreſſe id ita intelligitur: ex interpretatione Vlpiani & Caſſij, qui putant, hoc verbum, *parentes*, extendi non tantum ad tritauum vſque, verum in infinitum, *l. quiſquis. §. parentes hic, & in l. ſi hæc. § liberos autem. ff. de in ius vocando*; & in *l. liberorum appellatione, & in l. cognoſcere: §. liberorum. ff. de verbo. ſig.* Igitur auus vel auia, deficiente patre vel matre in huiuſmodi ſucceſſionibus fratres vel ſorores vterinos vel conſanguineos excludere debent, æque ac pater vel mater, citra diſcrimen, deque eo expreſſe loquitur §. *conſequens, in Authent. de heredibus ab inteſtat.* hiſce verbis: *pater autem aut mater, aut alii parentes omnibus ex latere cognatis præferuntur, ſolis fratribus ex vtroque parente exceptis.* Ita tenet Baldus in d. Authent. *defuncto.* Angelus in Auth. *de non elig. ſecun. nub. in pr.* Vnde ſequitur deficientibus prædictis patre vel matre, auum vel auiam ſuccedere debere cum fratribus vel ſororib. germanis, vel eos excludere, quando germani non ſunt. Verumtamen ſi prędictus auus vel auia ſecundas nuptias contraxerint, portionis, cuius participes ſiunt, cum prædictis defuncti fratribus & ſororibus germanis, proprietas reſeruatur fratribus prædicti defuncti, vſufructu auo vel auiæ relicto.

Succeſſio inter fratres cum auo vel auia, deficiẽte patre vel matrẽ.

Boerius *deciſ. Burdeg.* 185. Maynardus *lib. 2. c.* 87.

Reſpectu eius, quod *in pr. h. Arr.* dicitur fratres ſcil. ſuperſtites, defuncto fratri ipſorum ſuccedere cum patre & matre æqualiter, lex ait, cum proxime aſcẽdentibus, ideo quod iuxta opinionem communem fratres non excludunt auum & auiam, ſed cum illis admittuntur, neq; tantum fratres & ſorores ſuccedunt, verum fratrum & ſororũ quoq; filii. *Auth. vt fratrum filii* Denique iuxta textum Conſuetud. Pariſ. *Pater & mater ſuccedunt liberis ſuis defunctis ſine liberis & deſcendentibus de corpore ipſorum deſcendentibus & procreatis, in mobilibus & conquiſitis*, auus & auia comprehenduntur. Bartolus & DD. in *l. liberorum, l. iuxta interpretat. nom. de verb. ſig.* B.

Conſuetudo Pariſ. declarata.

* Anus in successione nepotis sui fratribus vel sororibus ex vno latere præfertur, Guido Papa, *consil.* 167. Quinimo etiamsi ex suorummet descendantium numero forent. Baldus *consil.* 366. *incip. mater quæ transiuit ad secunda vota, in fin. lib.* 44. T.

IX.

Successio collateralis extra præsentationem quomodo terminari debeat.

In successione collaterali is, qui gradu propior est, extra repræsentationis casum, defuncto in solidum succedere debet, quamuis ex materno latere sit. Neque locus est regulæ, *Paterna paternis, Materna maternis*, nisi consuetudo in contrarium extet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vt refert Lucius *tit.* 10, *de hered. ab intestat. Arr. 3. lib* 8.

Hoc Arrestum & similia dependent ex diuersa dispositione Consuetudinum Prouinciæ Consuetudinariæ B.

X.

Feudalis lex priuãs filias successione, barbara est.

Arresto Parisiensi vigilia Natalis anno 1550. super appellatione quadam insinuata in Curia, à sententia Libellariorum Palatij iudicatum fuit, in successione collaterali sorores & nepotes ex iis natos admitti ad succedendum cum nepotibus fratrum defuncti, in feudis & rebus notabilibus, non obstante lege feudali, quæ barbara & inhumana declarata fuit, nisi tamen Consuetudo localis in contrarium extaret, vel vti Consuetudo Carnutensis, quam ratione rerum ibi sitarum sequi oportet.

Quando in consuetudine Carnutensi & aliis dicitur, in successione collaterali filias è feudis nihil accipere, id ad nepotes & neptes non restringitur: verum ad ipsas etiam amitas & materteras extenditur, adeo vt Arresto aduersus sententiam Libellariorum Palatii, nepotes fratris Wilhelmi Pillauæni, exclulerint ipsorum amitam, aliud, si filii sororis fuissent, Arresto de 16. Martis 1547 & 1545.

XI.

Successio patrui inter nepotes, quomodo determinanda.

Vetus controuersia mota inter Accursium in Glossa in Authent. *cessante. C de legit. hered.* ab vna parte, Azonem & plures alios post eum ab altera parte, quomodo videlicet determinari debeant portiones successorum tum, cum liberi *plurium fratrum succedunt ipsorum patruo, qui nullos fratres reliquit, verum tãtum liberos suorum fratrum, diu indefinita permansit. Azo existimauit, hanc successionem diuidendam per capita, & æqualiter inter omnes & cuilibet pro virili sua portione, per tex. *in l. 2. ff. de suis & legit. hered. & l. in lege. C. eod.* Hostiensis, Baldus & Salycetus eum secuti sunt. Accursius ad Authenticam *cessante, & in l. 1. §. fin. ff. si pars hered peta* contrariũ tenuit, puta nepotes patruo suo succedere in stirpes, hoc est, vt liberi vnius tantum consequantur, quantum pater ipsorum, si vixisset, consecutus fuisset. Cynus, Dynus, Angelus & Bartolus prædictã Glossam secuti sunt, & Ioannes Faber *in* 9. *nos autem. Instit. de legit. agnat. successſ.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 2. Augusti 1457. inter Mariam Mitebeliam actricem ab vna parte, & liberos sororum ipsius ab altera parte.

* Quatuor casus sunt, primus de successione cognati inter cognatos, patruo vel auunculo non extante. Secundus est de successione cognati inter cognatos & patruum seu auunculum. Tertius de successione patrui siue auunculi inter nepotes siue alio patruo seu auunculo. Quartus, de successione patrui seu auunculi inter nepotes & ipsorum patruum seu auunculum. De primo Arrestum agit 13. infra, quod hãc successionem per capita fieri determinat, da quo tamen Doctoribus nondum satis constat: vt videre licet apud Baldum *consil.* 299. *in cap. ad euidentiam, lib* 3. De secundo pariter in prædicto Arresto 3. agitur, quod cognatos cum patruo vel auunculo admittit in stirpes. Id tamen dispositioni iuris cõmunis aduersatur, quod cognatos omnimodo excludit & omnem successionem patruo vel auunculo defert, *l. auunculo, C. comm. de success.* Ioan. Andreas *in Addit. Specul. tit. de success. ab int. §. 1. vers. sed an filii.* Alexand. *consil.* 166 *lib* 5. Anto. Rub. *consil.* 36. *n.* 6. Chassan. *consil.* 19 *in* 8 *dubio* Boer. *q.* 32. Propterea dicendum est, Arrestũ hoc male à Rebuffo acceptum fuisse, qui id *in proœm. Comment. suor. ad Constitution. Gloss.* 5 *n.* 91 posuit, velit ex ea Consuetudinem quandam damnasse. Quartum ad 3. casum, de quo maius dubium est, Arresta hic *n.* 12. *Arr.* 12. sequi oportet. Altera optimo, quæ hanc successionem in stirpes diuidit, communior est, & approbata a doct. ... Molineo *in Annota. sua ad Alexand. consil.* 55. *n.* 4. *lib.* 4. vbi ad hæc Arresta respondet, ea data fuisse iuxta Consuetudinem huius Regni, vbi repræsentationi regulariter in linea collaterali locus non est. Verum hæc ceterior est & confirmata recenti memoria à Cuiacio *in* 4. *sua Cõsultatione, & in lib.* ... *dor. tit.* 11. vbi Constitutionem quandam Gothorum allegat, huic decisioni conformem, & a Choppino *ad Consuet. Paris. lib* 11. *tit.* 5. *art.* 4. Iuxta quam Arrestum datũ fuit Burdegalæ, cuius tenor sequitur: Inter Aonam & Ioan. Delbetios, Ludouicum Delbetium, tam suo nomine, quam nomine Mariæ Delbetiæ, Feliciam Delbetiam, Annam Boquetiam, nomine & tanquam matrem tutricem Petri, Frãcisci Caroli & Mariæ Delbetiorum, appellantes a Seneschallo Petrocorensi vel Locumtenente ipsius in sede Brageracensi ab vna parte Et Ioannam Bernardiam vxorem Petri Parisiensis, mercatam incolæ ciuitatis d'Issigeac. Annetiam Bernardiam vxorem Petri Magni incolæ Parochiæ de Pniols Iurisdictionis Bardensis & Annam Raymundam è ciuitate Bellomontana appellatas à cæteris Viso processu, Arrestum datum 1. Februa. 1574. continente emendationem partium: dictum fuit, Curiam in irritũ deduxisse & deducere appellationẽ, & id a quo appellatum fuit, manutenuisse & manutenere definitiue singulos prædictos appellantes in possessione duodecimæ partis bonorum relictorum a defuncto Do. Carolo Delbetio ipsorum patruo, ac si singuli ea suo capite ei successissent, cũ restitutione fructuum à morte prædicti Du Caroli, citra expensas factas tam coram prædicto Seneschallo, quam in Curia, idque non absre. Dictum partibus in Parlamento Burdegalensi, 8. Iulii 1574. Depontac. In postremo casu absque vllu dubio in stirpes succeditur. T.

XII.

Idem & contrarium.

Sententia Azonis, qua fratrum liberi in capita succedunt, obtinuit Arresto Parisiensi, 23. Decemb. 1526. quod conclusum fuit coadunatis Inquisitionũ Cameris, quæ duæ eo tempore erant, in lite Regnaldi Noleti, aduersus Margaretham Quadrilibrisin, ad relationem Dn. Bartholomæi, Et antea altero Arrestu de 13. vel 14. die Martii 1522. inter Ioan. Camasatium & eius vxorem, appellantes à Ballivo Senonensi, & Nicolaum Fayum, in minore Camera Inquisitionũ, ac postea altero Arresto, 24. Martii 1559 à 1. & 2. Camera Inquisitionũ. Cantiuncula Iurisconsultus, Institutionum Imperialium paraphrastes scripsit, in Comitiis Ordinum Imperii Romani, Spiræ habitis, anno 1529. idem Carolum V. edixisse & constituisse.

Theophilus *tit. de leg. agnat. success.* & Zasius eiusdem sententiæ sunt.

Caput hoc 12. desumtum est è Lucio *lib.* 8. *tit.* 10. *Ar. vltim.* Cæterum quæstiones tractatæ *cap.* 11. 12. & 13. à Consuetudinibus cuiuscunque Prouinciæ determinantur, quiq; plura ea de re videre volet, legat quæ scripsit Choppinus *in art.* 127 *Consuetud. Paris. & lib.* 3. *de priuil. rustic. c.* 8. Tiraquellum *de retractu gentil tit. gloss.* 11 §. 12 & Maynardum *in quæstio. suis lib.* 6. *c.* 93. I C.

XIII.

Idem & resolutum.

Postea aliis Arrestis Parisiensibus huiusmodi sententiæ conciliatæ fuerunt, & dubium definitum, puta ex sententia Azonis fratrum liberos inuicem per capita succedere, dummodo cum iis superstes patruus non succedat, si vero superstes patruus sit, prædictos fratrum liberos in stirpes succedere iuxta Glossam Auth *cessante.* Itaque iudicatum fuit Arresto Parisiensi, vltimo die Iunii 1547. aduersus Hilarium Pastorium appellatum, relatore Dn. Sennetonio.

Hic notandum est, si heres cuius interest, consentiat, patruum vel auunculum posse cum consensu fratris vel sororis suæ ad successionem suam reuocare nepotes suos cum fratre suo vel sorore, & curare, vt æqualiter succedant. Iudicatum 7. Septembr. anno 1594. B.

V. *Arr.* 1. *App. h. t.*

XIV.

Equites

Equites S. Ioannis Hierosolymitani Religiosi sunt, ac vide-

S. Ioan. quomodo succedant.

ac videretur, eos generali huiusce Regni Consuetudine comprehendi debere, cuius meminit Masuerius *tit. de Successionib. vers. Item per Consuetudinem*. Nihilominus Arresto Parisiensi prędicti Equites declarati fuerunt admissibiles ad successionem ipsorum patris & matris, aut auiæ & aliorum ascendentium & collaterallum tam ex latere paterno, quam materno: verum id hactenus, vt ad vitæ suæ dies vtantur fruantur, velut simplices vsufructuarii: & vt omnia ad proximos eorum cognatos successionis capaces, post eorum mortem redeant. Sed & hoc idem dictũ fuit pro Religiosis tertii Ordinis S. Francisci, qui declarati fuerunt libertatem succedendi ac matrimonium contrahendi licentiam habere, per glossam *in c. cum ex eo. de sentent. excomm. in Clement.*

V. supra Arr. 1. Et nota, Equites S. Ioan. Hierosolymitani habere testamenti factionem passiuam, & peculium habere posse, voto ipsorum non obstante.

Vide Arr. 11. A *pp. h. t.*

XV.

Successio tius, qui fratribus suis successit, neque alia bona, quã quæ ex illa successione ei obuenerunt, habet, inter aguatũ germanum & vlteriores ab altera parte.

Sequens facti species singularis fuit super Consuetudine Parisiensi, de successione in linea collaterali, in propriis procedentibus à collaterali cõmuni, non vero à patre neque à matre, vel aliis ascendentibus: quibus si proprium fuisset ex latere paterno, sine dubio res ad consanguineos ex latere patris spectasset: & si à matre fuisset, ad cognatos quoq; ex latere materno pertinuisset: si vero à patre & matre acquisitum, tantundem ad vnum, quantum ad alterum peruenisset. Hanc ad rem considerandum est, leges nostras ciuiles tam Iurisconsultorum quam Imperatorum, determinato ac distincto successionum iure, semper respexisse, quando scil. ad lineam collateralem ventum fuit, ad originem bonorum inter fratres, & liberos fratrum, absq; graduum prærogatiua, paterna paternis, & vicissim materna maternis: verum post fratres fratrumq; filios, prædictam bonorum originem attentam nõ fuisse, verũ duntaxat prædictam prærogatiuam graduum, idque respectu bonorum, quæ ab ascendentibus prouenerunt, videtur enim eorum successio naturaliter descendentibus deberi. Eaq; materia est totius tituli *de legitim. hered.* & Authenticæ, *Post fratres, & l. d. emancipatis*. Verum consuetudo iuribus derogans voluit, perpetuo considerandam esse prędictam bonorum originem, & quod paterna paternis, & materna maternis. iuxta ea nos non tantum inter fratres fratrumque liberos, verum inter vlteriores collaterales. Attamen si bona non ab ascendentibus, sed à collaterali quodã procederent, magnum dubium fuit, vtrum in successione propriorum, bonorum origo inspiceretur, vel prærogatiua gradus attenderetur. Pota si frater acquirat, po[illegible]a moriatur, & fratrem suum successorem relinquat, cui propterea prędictum acquisitum proprium factum fuit si decedat velut in nostra facti specie quæstio est inter cognatos ex latere paterno, & cognatos ex latere materno, ad quosnã prædicta bona alia vice à primo fratre acquisita, cui postremus successit, deueniant: inspecto q prædictus frater postremus mortuus ipsorũ cõmunis cognatus sit. Hæc quæstio tractatur à Chassanæo *in rubr. de successionibus, §. 8. vers. in proximis*, quamuis plane idẽ casus non sit: etsi id eueniret, aduersus sententiam ipsius iudicaretur: rationes enim, quas allegauit, locum in successione patrui haberent. Tandem Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum 13. April. 1548. ante Pascha, iudicatum fuit ad relationem Dn. Barteli pro prędicto Petro Cuttilerio, cui tanquam proximiori defuncti Petri Raulii, ex latere ex quo ad eum prędicti fundi Ioannis & Margerethæ peruenerant successio prędicti Petri Raulij in solidum adiudicata fuit: eo quod prędicti fundi non altius, quam à prædictis Ioan. & Margaretha procederent, qui in iis inceperant, & eos acquisiuerant. Et sic altius ad cognatos patris neque ad cognatos matris ascensum est: in infinitum quippe iri potuisset, item ad cognatos aui, auiæ, proaui, proauiæ. Ex hac ratione iudicatum fuit, quando fundus à collaterali incipit, sursum non tendere, & in persona permanere, in qua cepit, ac sufficit defuncti proximiorem esse, de cuius successione quæritur, ex latere prædicti collateralis in quo cœperat, non habita ratione cognatorũ patris vel matris prædicti collateralis. Ac quoniam sufficit cognatum esse ex latere & linea, vnde fundi procedunt, eius cui succeditur, & proximior est defuncti, de cuius successione quæritur, apponi oportet lineam, quæ habet duo puncta in Geometria. Primum punctum in persona eius, cui succedi oportet, alterum in persona, à qua fundi procedunt: si altius ascenderetur, in infinitũ iretur: aduersus lineæ substantiam, quæ duo puncta habet firma ac certa, in fixo loco, alioquin si in infinitum procederetur, linea amplius nõ appellabitur; sed magis circulus. Ex hoc Arresto in summa tenendum est, quando fundus, ac pars immobilis à collaterali, & in eo incepit, neq; is ab altiore procedit, eũ non altius ascendere, quam prædictum collateralé, à quo prædictus fundus venit & incepit. Postea, quæ Dn. Imbertus *in Enchirid. sua in verb. successionis* scripsit, vidi, qui opinioni Chassanæi, aduersus hoc Arrestum valde acquiescit.

XV.

Facti species, quæ postea contigit & iudicata fuit in Maiore Camera Inquisitionum, perrogatis cæterarum Camerarum suffragiis notatu digna est, & ita se habet: Pater quidam nõ nisi acquisita habens, ea filio suo reliquit, filius postea sine liberis moritur, relictis pluribus patruelibus, & cõsobrinorum filiis, ex latere materno: ita vt stipites, à quibus ipsorum consanguinitas dependet ab auo & auia filii defuncti, de cuius successione quæritur, ducantur: verum prædictos auum & auiam nulla bona habuisse comperitur, & bona omnia à patre venire, à quo prædicti cognati nulla ratione descendunt. Patrueles aiunt, se totum consequi debere, eo quod proximiores sint, & ex latere paterno. Alii aiunt se quoque partem consequi oportere: omnia quippe patris respectu eodem esse, qui bona acquisiuit. Quod Arresto supra allegato, de 29. Octobris 1557. obtinuerunt. Idem.

XVI.

Quomodo diuisio fiat inter cognatos sine liberis defuncto succedentes.

Regula hæc generaliter obseruatur. inter cognatos succedentes defuncto cuidam sine liberis, diuisionem fieri, & per eam bona à patre procedẽtia cognatis ex eo latere venientibus deberi. Bona vero à matre procedentia, ad cognatos maternos spectare, eo non attento, alterius lateris cognatos proximiores esse, quã huius, sub declaratione in præced. Arr. comprehensa. Ita iudicatum fuit in prædicto Parlamento, 14. Maij 1558.

XVII.

In successionĩ quæ bona paterna sint quæ materna, ad exercendã & vsurpandam regulã paterna, paterna, &c.

Coram Præfecto Vrbis Rupellensis supra memoratus Nicolaus Rossellus Presbyter actor & interdicto vti possidetis experiens, aduersus prædictũ Iacobum Geraldum reũ & opponentem dicebat, defunctos Iulianum & Andream Rossellos fratres ex vtroq; parente fuisse: ex prædicto Iuliano & Margaretha Lunella natum Antonium Rossellum, à prędicto Andrea prædictum Nicolaum Rossellum, ideo eum actorem, & prædictum Antonium patrueles, prædictũ Antonium plurima bona acquisiuisse,

& ideo

& filio nomine Francisco relicto, qui hereditatem adiisset, decessisse. Prędicta bona in eo radices egisse, tanquam fundi paterni. Postea prædictum Franciscũ decessisse, cuius prędictus actor propior agnatus sit, hæres ex latere paterno. Prædictus Iacobus Geraldus dixit, à Margaretha Lunclla descendere Francicum Rossellum, cuius de successione quæritur, in secundis vero nuptiis, ab eadem natum Ioannem Geraldum, qui propterea vterinus frater Francisci Rossellii esset. Et à prædicto Ioanne Geraldo descendisse Iacobum Geraldum reum, qui exinde consobrinus erat, & vno gradu petitorem anteuertebat: eũ repræsentare fratrem defuncti, & ex consuetudine & iure repræsentationi locum esse in linea collaterali inter fratres & fratrum liberos. Petitorem vero cõsobrini filium esse. Eum in gradu ascendenti esse, reum vero in gradu descendenti. Petitor ait, de bonis paternis quæri, se propiorem esse: & quamuis materna extarent, eá tamen se controuertere nolle: verum quantum ad paterna in linea Russellorum venire debere, iuxta Cõsuetudinem & regulam, *paterna paternis*. Reus replicat, Antonium Rossellum patrem Francisci vterinum fratrem Ioan. Geraldi patris rei fuisse, Igitur bona ab eo acquisita tam paterna quam materna censeri debere. Senteñtia prædicti Præfecti Vrbis vel ipsius Locũtenentis rei & opponentes manutenentur, & actor in expensas, & in centũ solidos propter omnia damna ac interesse cũdemnatus fuit. Ab hac sententia appellatur post Arrestum. Curia dixit, male iudicatum, bene vero appellatum fuisse. Petitor in possessione omnium bonorum immobilium manutentus, & fundorum, quæ prædicto Francisco Rossello morte prædicti Antunii Rosselli patris sui obuenerunt. Appellatus vero in expensas causæ appellationis, & causæ principalis, & damna & interesse condemnatos.

Lucius *lib. 8. tit. 10. Arr. 4.*

XVIII.

Doariũ ad liberos matrimonii pertinet, ex quo procedunt, exclusis alterius matrimonii liberis.

Doarium matris, liberis ex eo matrimonio proprium est, & quando vnus ex iis diem suum obit, reliqui ex prædicto matrimonio sublati superstites, in parte ac portione doarii, quod ad præmorientem spectauerat, succedunt. Neque alterius matrimonii succedũt, quandiu ex prædicto matrimonio supersunt, de cuius doario quæritur. Deque eo Arresto Parisiensi iudicatum fuit. 2. Iunij Vigilia Penteeostes 1525. inter Dn. Luuerium Consiliarium & consortes appellantes à Libellariis Palatii, & Do. Sanguineum Consiliarium, & consortes appellatos ab altera. Eaque dispositio est iuris communis. In Auth. *Lucrum.* & in Authentica: *ad eos solos. C. de sec. nupt.*

Vide supra *eod. tit. Arr. 7.* Prædictum doarium tamen paternum censeri non definit: ita vt liberi secundi & alterius thori, vno ex iis mortuo & ex primo matrimonio nato, eum reliquis fratribus vel sororibus cõsanguineis ex prędicto primo thoro succedant. Neq; locus est iuri accrescendi vel decrescendi, in vtilitatem liberorum primi matrimonii, ad excludendos liberos secundi matrimonii a prædicta successione. Iudicatum Arresto solenni, quod pronunciatum in purpura, 17. Martii 1573. a Præside Heonequino, pro appellato quodam, cui aduersus sororem primi tori, diuisio bonorum fratris consanguinei adiudicata fuerat, vnde à Præfecto appellatum. B.

XIX.

Successio mariti & vxoris mutua, fisco excluso.

Antiquum Edictum Prætorium in iure Romanorum comprehensum pro determinatione Successionum ab intestato, quo maritus & vxor ab intestato inuicem sibi in solidum succedunt quotiens deficit omnis parentũ liberorumve seu propinquorum legitima vel naturalis successio, fisco excluso: obtinuit & obseruata fuit in locis iuris scripti & alibi, vbi cõtraria Consuetudo non est: & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi inter partes Rupelleoses, vt ait Imbertus. Idque continetur *in l. 1. C. vnde vir & vxor.*

Iuxta id Arrestum extat apud Choppinum *lib. 1 de domanio Franciæ. c. 12. n. 9.* pro vidua defuncti Frapponi, quæ in mariti sui successione prælata fuit Dn. Duci Mompensier quam Dn. Campigniaci. & *in meis quæstio notab.* quoddam solenniter pronunciatum à Dn primo Præside Harlæo – Augusti. 1600. pro Matiuo Mulerio & Anna Carroea, vxore ipsius, antea vidua Iacobi Megordini Pragmatici, cui ea successit, excluso illustri Ioanne Domino Comite de Sancerre, appellante à sententia quadam data à Balliuo Bituricensi, vel Locumtenente ipsius Biturigibus, Anellum plene extat *in quæst. mea 79.* V. Mayoardum *lib. 8. cap. 25. & lib. 4. c. 1. quæst. fuat.* I. C.

XX.

Ex consuetudine Parisiensi in linea collaterali repręsentationi non est locus, aduersus nouam Constitutionem Iustiniani Imperatoris. Ex hac occasione dubium ortum, ac lis mota fuit coram Dominis Libellariis Palatii Parisiensis, inter illustrem Christophorum Thuanum, Equitem & Consiliarium Regis, primum Præsidem in Curia, illustres Dominos Nicolaum & Adrianum Thuanum Consiliarios in prædicta Curia, Augustinum Thuanum Aduocatum Regis in Castelleto Parisiensi, Iacobum le Lieuer Correctorem in Camera rationum, & Dominicellam Ioannam Thuanam, vxorem ipsius, Iacobum Sanguineum Consiliarium in Camera Aquarum & Syluarum, tutorem & curatorem pupillorum ex se, & defuncta Dominicella Barbara Thuana vxore sua susceptorũ, heredum defunctæ Dominicellæ Claudiæ Merliæ actores ab vna parte: & Dominicellam Nicolaam Merliam ream ab altera parte. Actores dicebant, defunctum Dn. Ludouic. Merlium Scutiferum, Dominum Belloburgi auunculum suum, longo tempore ante mortem suam simplici & irreuocabili donatione sibi omnia, quæ per Consuetudinem poterat, donasse, nempe omnia sua mobilia & conquisita immobilia, & quintam propriorum. Prętcrea sese ad successionem suam reuocasse, ac voluisse, vt ad diuisionem venirent, per repræsentationem matris suæ Dominicellæ Claudiæ Merliæ, cum Dominicella Nicolaa Merlia ipsius sorore, cui ex hac ratione hunc contractum significatum voluit, id quod significatum fuisset. In hac voluntate eum perstitisse vsque ad extremum vitæ suæ. Testamento suo eum eandem institutionis clausulam repetiisse. Prædictam institutionem consensu reæ factam: quæ ad contestandam ac confirmandam voluntatem suam testamentum signauerit. Consequenter se bene fundatos ad postulandum, vt inuentarium æstimatio & diuisio bonorum à prędicto defuncto auunculo suo relictorum fierent, & pars ac portio, quæ ad Dominicellam Claudiam Merliam matrem ipsorũ pertinere potuisset, sibi traderetur. Concludebant ad id. Rea econtra asserebat, petitionem ipsorum nulla probabili ratione niti, vtpote cui Consuetudo plane resisteret, sibiq; omnem successionem, tanquam vno gradu propiori deferret. Petitores matrem suam repræsentare non posse, iure municipali id prohibente. Neque quicquam dispositiones defuncti efficere, qui facere non potuit, quin leges in suo testamento locum haberent. Nam adhęrendum esse donationi ab iis allegatæ, tanquam nullæ ex eadem Consuetudine scripta qua *donare ac retinere non valet*, seu nullius momenti est. At quantum ad donationem apparuisset quidem defunctũ in fauorem ipsorum disposuisse de omnibus, de quib. disponere poterat, verum eodem contextu eum sibi reseruasse facultatẽ testandi de rebus donatis, & in possessione reali & actuali permansisse, neque quicquam vsque

Petitio.

Exceptio.

ad

Institutioni heredis locus non est Parisiis. ad mortem suam tradidisse. Hanc clausulam, quę aduersus naturam & substantiam actus erat, actum vitiasse, neq; vllo modo eius rationem habendam, maxime cum ex consuetudine institutioni heredis nullus locus sit. Idem iudicii de testamento ferendum, tum quia nullum esset, suggestum & aduersus legem municipalem, tum etiam quia informe erat, non obseruatis scil. solennitatibus à consuetudine requisitis. Confitebatur, se testamentum signasse, verum id se fecisse iussu & mandato testatoris, vt testem, non tanquam partem, neque quod in prædictam institutionẽ consensisset. Econtra se nunquam intellexisse neque existimasse seu voluisse vt sibi vllo modo noceret, siue præiudicio suo fieret, siue alter. Si hanc institutionem intellexisset, eaque sibi præiudicare potuisset, nunquam se eam signaturam fuisse. Se iusiurandum super eo præstare paratum. Ex his argumentis actorum depulsionem, sui vero absolutionem postulabat. Sententia Libellariorum de terminatio inter partes facta fuerat, à qua ad Parlamentum appellatum fuit, vbi omnia euocata fuerunt, appellatione & eo à quo appellatum fuerat in irritum deductis, & causa ampliata decretum, partes suppleri & perorationes suas emendare oportere. Petitores in Parlamento omnia capita exceptionis superioris tessumentes aiunt, Consuetudinem intentioni suæ contrariam non esse. Eam enim de successionibus ab intestato duntaxat disponere: Verum hic donatione & testamento sibi satis cõsultum esse, defuncti voluisse ac decreuisse, vt ad successionem suam per repræsentationem matris suæ venirent, id quod in præiudicium reæ is facere potuerat, quę nihil in bonis defuncti testatoris superstitis habebat, qui citra eius consensum ea vendere, allenare, oppignerare, extraneis dare alioue modo de iis disponere potuisset. Eum igitur maiori ratione contractu inter viuos & testamento petitores ad successionem suam reuocare potuisse, ad quam iure cõmoni vocarentur, atq; ita purgare rigorem odiosę & exorbitantis Consuetudinis, in primis quod ea expresse hane reuocationem non prohibeat. Voluntatem defuncti, quæ instar legis est, ream heredem ipsius obligasse seruandis integre promissis ipsius omnibusque factis. Donationem reseruata testandi facultate nõ irritatam, quasi id donare & retinere sit prorsus: vtpote quæ non sit aduersus substantiam actus, qui tractum mortis continet, quique viui pari solet. Si impediatur, ne directo valeat, in fideicommissum trahi solere *l. Sceuola. ff. ad Trebell.* Ne ad hanc disputationem deueniretur, in dubium reuocari non posse, etiam ex actu nullo, certum ac perpetuum testimonium firmæ ac constantis voluntatis sumi posse, quam prædictus defunctus habebat, vocando prædictos petitores ad successionem suam, de qua sane sine eo satis aperte constar, eo quod in ea vsque ad extremum vitæ suæ perstiterat, nominatim vero quod testamento suo hanc clausulam vocationis repetierat, elq; liberum esse debuisse de eo ita sub finem disponendi, adeo vt contrauenire impium sit. Consuetudinem, qua dicitur, institutionem minime locum habere, libertatem testandi nõ sustulisse, verum econtra ei potius locum dedisse, & difficultatem quæ erat, ademisse, testamentum sine institutione non valere, testamentum valere nõ desinere, neque eam institutionem necessariam esse. Probabilitet prædicto testamento ob solennitatis defectum contradici non posse, eo quod hac forma conditum est, quam ius præscribit, pota, exceptum à Vicario loci, præsentibus duobus testibus, per *cap. cum esses, de testam.* Prædictam formam adhuc aliis le-

Excusatio aduersus sese præiudicabile signatam.

Replicatio.

Interpretatio Cõsuetudinis.

Reuocatio ad hereditatẽ libera.

Actus nullos valet ad probandam voluntatem.

Institutioni locum non esse, quomodo Parisiis intelligatur.

Testamẽ

gitimis solennitatibus munitam, veluti præsentia complurium honestorum virorum. Ipsam ream id signasse & approbasse. Prædictum testamentum sequelam esse præcedentis donationis, quæ ream superstite testatore significata fuit, quæ nunquam contradixit, neque contradicendi speciem prætulit. Eam conqueri hodie non posse, eo quod ita consenserat; signauerat & omnia approbauerat, nõ vna duntaxat vice, sed pluribus, vnde repetitio multiplex præscriptionem induceret & omnes erroris præsumptiones excluderet, quibus se rea velare volebat, dicens, se circumuentam signando institutionem hãc quam ignorauerat, neque vllam rem, quæ sibi vllam damnum inferret facere se existimasse. Errorem hunc verum non præsumi, è contra semper dicendum, per hanc signaturam & approbationem ream consensisse, eique hunc consensum os claudere debere, nisi propere ac manifeste demonstret, errorem interuenisse, *l. sicut. §. non videtur. verf. sed si subscripserit. ff. Q. M. P. vel hypot. contra. l. si fideiussor. §. 1. de pignor.* Hác præsentiam & signaturam requisitam non fuisse, nisi ad consentiendum institutioni, ad agnoscendam & approbandam voluntatem defuncti, inspecto quod testamentum ipsius aliunde antheuticum ac solenne fuerat. In omnem euentum eam intellexisse, cognouisse & sciuisse tenorem prædicti testamenti antequam signaret. Antequam id faceret, eam descendisse in inferius cubiculum, in quo prædictum testamentum de verbo ad verbum legi corauerit, ac ipsam & prædictam Institutionis clausulam audiuerit & viderit, adeo vt sciens ac prudens signasset. Super eo errorem proponere, idem esse ac abuti. Eam omnia præcipua cõmoda sciuisse ac cognouisse, quę prædictus defunctus in prędictos nepotes suos conferre voluerat atq; etiam contulerat, ac vere eam in id consensisse atque expresse & propere. Ij omnia quæ supra demonstrabant & probabant. Rea duplicabat, mirum esse, donationem inter viuos, cuius natura plane contraria ac repugnans sit vltimæ voluntati, puta, quod illa reuocabilis sit, hæc vero reuocari non potui, in dispositionem testamentariam vel mortis causa transformari posse. Pactum inutile, quale illud est, de quo agitur, reclamante statuto neq; vim neque valorem habere, siue inter viuos, siue in testamento, *l. Hereditas C. de pact. con.* Relicta interpretatione Cõuetudinis, in illis verbis. *Institutioni heredis non est locus*, &c. & solennitatib. testamẽti q̃ in re tam momenti sufficiẽtes iudicari nõ possunt, vt præsens hæc controuersia est, & ob repugnantiã Cõsuetudinis, mirum esse, Vicarium deprehẽdi, qui incorrecte scribat, & propter testes duos rusticos ignorantes, agrestes, quique id quod agitur, nesciunt, verum simplici imaginatione id quod audiunt, excipere, non id intelligentes neque comprebendentes, quemadmodum oportet & res ipsa se habet. Reuocationẽ nõ reditum suisse ad ius cõmune, verum econtra resistentiam prædicto iuri communi. Nam noua Iustiniani constitutione sepositã, quæ ab hinc mille annis tantum condita in fauorem fratrum, si quis omnes leges antiquas, & leges Moysis inquirere ac perscrutari velit, omnem sibi successionem deberi, nepotibus remotioribus vno gradu exclusis. Legem Musaicam ita decreuisse *cap. 27. numer. hisce verbis: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas, si filiam non habuerit, successores fratres suos:* non autem ait, fratrum filios. Ita in omnibus antiquis legibus constitutum & obseruatum fuisse, Græcia, duodecim Tabularum, omnibus aliis positiuis. Legem itaque Iustiniani nouã esse Constantinopoli editã & pmulgatã.

tum in forma cap. cum esses.

Signatura obligat.

Duplicatio.

Reprehensatio in linea collaterali iure antiquo & diuino prohibita.

Posterio-

Posteriorem forte legi municipali Parisiensi, quæ ante reductionem ita obseruata fuerat. Quantum ad signaturam, quod testamento subscripsisset, se asserere, id expresso patris sui mādato se fecisse, quem in extremo mortis articulo constitutum videns verebatur ac reuerebatur, neque, quicquid rerum omnium petiturus à se fuisset, id ei denegaturam voluisse neque denegare potuisse eum in eo statu constitutum videntem. id ex persuasione & vsurpatione oriri vnius è petitoribus, qui aderat & plures alios ab intentione sua stantes habuerat. Se solam fuisse, consilio destitutam, neq; vllam personam opponere potuisse iis, qui ex parte petitorum aderant, sibi furtiue persuaserant, quam coegerant. Eos cæpta sse voluntatem testatoris, & quicquid ab eo & à se fieri vellent, fieri quoque curasse, & inseri per verborum inuolucrum hanc clausulam institutionis, quæ viginti millia coronatorū inter alia legata atq; dispositionea continebat, quæ exigui momenti sunt, neq; vnquam illam clausulam se intellexisse: & ita asserebat. Verum quidem esse, se signasse, Sed propterea neque in institutionem consensisse, neque renuntiasse ei, quod sibi proprium erat vel quam primum esse debeat. Ex lege ciuili signaturam in quibusdam locis consensum & approbationem inserre, interdum simplex testimonium, *l. Gaius. 39. ff. de pignor. actio.* Igitur postea consultam se rescriptum Regium impetrasse quo aduersus signaturam errore factam restitueretur. Super hoc rescripto partes magis contestatæ sunt, quam super quoquam alio. Superq; eo interuenit Arrestum 30. Martii 1561. quo Curia decreuit, antequā ad iudicium litis procederetur, partes respectiue intra certum tempus super articulis ipsarū informare & allegatis suis probationes afferre, & nonnullos super articulis secretis ex lite resultantibus ex officio audiri ac examinari oportere. Postea Arrestum datum fuit, quo Curia argumenta nullitatis processui iunxit, nihilominus decreuit, ream de articulis informare oportere, qui desumentur è recusationibus testium super articulis petitorum auditorum à se propositis, idque tam ad ipsorum petitionem, quam ex officio, petitores vero super saluationibus, quæ in contrarium repræsentare poterunt. Omnibus postea ad Curiam relatis, viso nominatim Arresto de 28. Martii 1563. quo Curia litem remiserat ad 3. Inquisitionum Cameram, Arresto suo, quod pronuntiatum in purpura à Dn. Præside Harlæo, vigilia B. Virginis mense Septemb. 1564. dixit, quatenus prædicta nullitatis argumenta attineret, prædictam inquisitionem vel examen ex officio processui iunctū manere debere, vt hunc iudicando eius quoad ratio exigit, ratio habeatur. iusque super principali dicendo, non habita ratione libellorum & rescriptorum à rea oblatorum, Curia decreuit & decernit, inuentarium, æstimationem & diuisionem omnium ac singulorum bonorum morte defuncti Ludouici Merlij Scutiferi, Domini Bellobrgii relictorum faciendam, & prædictis petitoribus eam petitionem tradendam, quæ ex successione prædicti defuncti ad defunctam Dominicellam Claudiam Merliam matrem & auiam prædictorum actorū respectiue pertinuisset, si ea prædicto defuncto fratri suo superuixisset, citra expensas, idque ob causam. Desumtum è memorialibus Dn. Buissonij.

Signaturæ interdum non ... (margin note beside "esse debeat. Ex lege ciuili signaturam")

Arrestū. (margin note beside "miserat ad 3. Inquisitionum Cameram")

Nota, hodie ex consuetudine repetitæ prælectionis repræsentationi locum esse.

XXI.

Nepos auo suo succedere potest, (margin note)

Vltima Decembris 1556. Arrestum pronuntiatum fuit à Dn. primo Præside, Dn. Thuano, quo filius, qui [illegible] renunciauit, nihilominus aui sui heredem se dicere & gerere potest: iuxta ea, quæ notat Bartolus in *l. qui superstiti. ff de acq. hered.* V Arrestum 16. *de filiab. quæ nub. retinent.* supra, *& tit. de collatio Arr.* 8.

XXII.

Vigilia B. Virginis. 7. Septemb. 1566. in Parlamento Parisiensi cōtrouersia iudicata fuit de successione Andreæ Bouia occisi à Michaele Boue fratre ipsius prætensa à fisco ab vna parte & à sorore ab altera. Quæ fisco & prædictæ sorori singulis pro parte dimidia adiudicata fuit sententia Balliuj Montierson tyonensis vel Locumtenentis ipsius, à quo soror appellauerat: prædicto Arresto vero vniuersalem successionem obtinuit.

Adde *Arr. 2. h. t. & Arr. 1. tit. 4. h. lib.* V hanc controuersiam plene tractatam & Arresta Tholosana relata à D. Maynard *lib. 7. q. iur. quæst.* 94. vbi plures authores eandem quæstionem tractantes laudat. Ac quamuis frater fratris à se occisi successione indignus sit, heredi tamen occisi succedere potest, atq; successione bonorum prædicti heredis priuabitur. Vide hac de re Arrestum pronuntiatum in purpura in Parlamento Britanniæ mense Aprili. 1581. à Dn. Præside Eratio, & idem Arrestum relatum à Dn Anneo Roberto *rer. iudicat. lib.* 3. c. 7. quod datum fuisse ait aduersus Dominum Ducem Nemorsium, qui tanquam Dn. Briuæ super Sequanā successionem prætendebat. Idem in parricidio iudicatum, 2. Arrestis aduersus Oudetum & VVilhelmum Tarquæsium, 6. Augusti 1554. & 21. Martii 1560. I C.

XXIII.

Singulare Arrestum est datum in Parlamento Tholosano, quo obseruatur *l. 2. & l. quod scitu 3. Co. de bon. quæ liber.* quod mihi ab vna partium traditum fuit hæc forma, qua sequitur: *Cum* lis mota fuisset coram Seneschallo Podiensi vel ipsius Locumtenente, inter Stephanum Rupanum, filiū Durantii Rupani actorem & interdicto experientem ab vna parte. Mundiam Vallam, viduam defuncti Matthæi Rupani opponentem ab altera. Item, inter prædictū Durantium in prædicta lite interuenientem & actorem ab vna parte: prædictam Vallam ream, & conclusionibus prædicti interuenientis intercedentem ab altera: super eo quod prædictus Stephanus dicebat, superstitem prædictum defunctum Matthæum maritum prædictæ Vallæ eū temporis prægnantis, omnia bona sua mortis causa donatione in Posthumum, quo casu natus & in natura erit, contulisse, quo casu vero decederet sine liberis masculis vel in pupillari ætate, ei prædictum Stephanum fratrem suum substituit. Vnde euenisse vt prædicto Matthæo, nulla alia dispositione condita mortuo, natus esset prædictus posthumus, nomine Stephanus: quo tribus vel quatuor dieb. post ipsius natiuitatem defuncto, prædictæ substitutioni locum factum in vtilitatem prædicti interdicto experientis, qui ex his argumentis se in saisina constitutū asserebat ea generali illa Franciæ consuetudine. *mortuus saisinat viuum:* Concludebat, vt manuteneretur cum expensis, damnis & interesse. Prædictus Durantius Rupanus qui in instantia possessoria interuenerat, proponebat matrimonium cōtractum inter prædictum Matthæum Rupanum filium ipsius ab vna parte, & prædictam Vallam ab altera: eoque prædictum Durantium patrem summam centum librarum, pratum quoddam, aliasque res plenius in contractu super hoc inito. 5. Nouemb. 1559. designatas prædicto Matthæo filio suo donasse. Consummato hoc matrimonio, tribus annis post vel circiter, prædictū Matthæum sine liberis decessisse. Ac quamuis dicere voluerint, prædictam Vallā post mortem prædicti defuncti Matthæi filium peperisse qui in continenti post decesserit, nihilominus quando ita sese res haberet, citra confessionem, bona à prædicto Durantio prædicto Matthæo filio ipsius donata, post mortem ipsius ei iure

Vere iuri matri... bona ... impetum posse dispositione ... facta in præiudicium prædicti ... nus. [illegible] (margin note beside section XXIII)

reuectionis

ranersionis adiudicanda esse, eo non obstante, quod pat posthumi manus ambulauerint: ac sobito virtusque morte eueniente, eum se se in possessione esse dicere posse, citra præiudiciabilem confessionem; posthumum scilicet natum fuiste, allegatis plurimis Arrestis, quæ in paribus casibus data dicebat, in vtilitatem patrum, vel auorum donatorum, iuxta dispositionem iuris communis ad id expressum. Concludebat ad manutentionem, &c. Ad hæc prædictus Stephanus substitutus dicebat, se respectu prædictorum bonorum à prædicto Durantio donatorum, intercedere nolle, verum consentire, vt prædictus Durantius Rupanus interueniens iuxta côclusiones suas obtineat. Id quod acceptatum fuisset tam à prædicto Durantio, quam à prædicta Valla, quæ quoq; concluserat, vt manuteneretur in omnibus bonis, quæ ad prædictum defunctũ Matthæum spectauerant. Postea sententia prædicti Seneschalli vel ipsius Locumtenentis, in eo quod prædictum Stephanum spectabat, à conclusionibus suis depulsus fuisset, & prædicta Valla ab lis derelicta, vti plenius in prædicta sententia continetur, prædictis Durantio Rupano & Valla in instantia permanentibus: quæ Valla repræsentari curasset contractum & pacta dotalia matrimonii cum prædicto defuncto Matthæo initi, quibus vt dicitur, prædictus Durantius prædicto defuncto Matthæo prædictam summam centum librarum Turonensium, pratum & alias quasdam res donauerat, & prædictæ Vallæ dos dicta fuit æquiualens & æquipollens prædictis rebus donatis consummatoq; prædicto matrimonio, prædictisq; coniugibus quibusdam annis vna commoratis, prædictum Matthæum prædefunctum, prædicta Valla grauida, quæ incontinenti post filium peperisset, qui indubitate prædicto patri suo successisset. Aliquantum temporis lucis vsura fruitum decessisset, cui prædicta Valla dicebat, se ex iuris dispositione successisse. Quantum ad natiuitatem prædicti posthumi, qui aliquo temporis spatio vixisset, dicebat, rem certam ac notoriam esse, nominatim vaso prædictis Durantio & Stephano, & tam exacta quam alia ratione patere: atque ideo prætendebat prædicta Valla se prædicto filio suo successisse in omnibus bonis, quæ ad prædictum defunctum Matthæum spectassent, tanquam propiorem prædicti posthumi: adde quod, prout dicebat, in donationem mortis causa, cui' supra facta fuit mentio, à prædicto defuncto Matthæo factam, prædictum Durantium consensum, & prædicto Matthæo ad id faciendum authoritatem accommodasse, vt etiam authoritatem dedisset prædicto Stephano, ad intentandam ac persequendam prædictam litem, atque ideo iure suo cecidisse, si vllum ius prætendere poterat: quamuis conferendo prædictam donationem inter pacta dotalia, rebus donatis integre se exuisset ac priuasset. Ac quemadmodum si prædicta Valla ante maritum suum decessisset, superstite filio, vel filius postea prædecessisset, prædictus defunctus Matthæus filio suo successisset in rebus quæ ad prædictam Vallam spectabant, quæq; ei in dotem dictæ fuerant: eadem ratione prædicta Valla quoq. prædicto filio suo succedere debebat, quantum ad bona & res, de quibus quæritur. Quantum ad Arresta & sententias allegatas, respondebat, ea in côsiderationem venire non debere, eo quod in casibus plane similibus data non fuerant: Nominatim vero quod in prædictis Arrestis quæstio fuerat de donationibus vniuersalibus omnium, partis dimidiæ, vel alterius portionis bonorum. In eo maiorem rationem & considerationem fuisse, quam si rei cuiusdam particularis vel summæ peculiarũ donatio fiat, vt in hac facti specie, in qua id quod donatum fuerat, ad mediam bonorum partem testatoris non ascendebat, plurimum aberat: & compluribus rationibus super eo deductis in supradictis conclusionibus suis persistebat. Quantum vero ad donationem à prædicto defuncto Matthæo factam dicebat, bene considerato eius tenore etsi ei titulus donationis tributus fuisset, in effectu tamen testamentum esse, iure autem testamentum à filiofamilias conditũ, vt filiusfam. prædictus defunctus Matthæus erat, quamuis authoritate ac permissu patris id côdidisset, nullius effectus esse, persistens quoq; in supra memoratis suis côclusionibus. Super his prædictis partibus plene auditis, productione prædictæ vtriusq; donationis, & aliorum quorundam instrumentorum facta & in iudicio constituta, prædictus Seneschallus vel Locumtenens ipsius sententia definitiua prædictam Vallam in possessione prædictorum litigiosorum bonorum manutenuit, interdictione prædicto Rupano facta, ne eam in iis turbaret, & citra expensas. Ab hac sententia prædictus Rupanus appellauerat ad Parlamentum Tholosanum. Arresto de 17. Aprilis 1564. appellatione & eo, à quo appellatum fuerat in statũ deductis, & reformata prædicta sententia emendata, prædictus Durantius Rupanus interueniens & appellans definitiue manutentus in possessione bonorum à se pactis dotalibus Matthæo filio suo donatorum cum restitutione omnium fructuum ab eo perceptorum, vel quos percipere potuisset. Et citra expensas. Edictum de matribus nondum publicatum erat, sed tribus vel quatuor annis post.

Hoc Arrestum magni exampli ac momenti est. Post quod casum miseratione plenissimum euenisse iudici, ac propositum fuisse Iudici Regio viro celeberrimo, qui parem litem instructam ac coram se in iuditio constitutam, iuxta sententiam prædicti Arresti iudicauit. Huic postea contigit, vt ipse mat duodecim annis voluntate ac prouidentia Dei in huiusmodi necessitatem incideret, vt tandem hæc, quæ sequitur, controuersia ei mota fuerit: Cum filium suum seniorem, summæ doctrinæ virum, quem in optimis artibus, scientiis ac Iurisprudentia educauerat, nullis parcens sumptibus, integris octodecim annis: pactis dotalibus ei egregium ac honorabile officium resignauerat, in quodam è pulcherrimis Balliuiatibus, & feudum ac domanium donauerat, quod grande, vt ita dicam, vber & præcipuam familiæ ipsius sustentationem continebat, vsufructu retento, postea vero eidem renuntians, ad id faciendum à prædicto filio suo requisitus. cui cum optime esset, inuestito optimo officio & prædicto feudo magni redditus, adeo is sui oblitus esset, vt patrem côtempserit & summe ingratũ iam aduersus eum quam matrem se gesserit, quæ ex bona & magna familia erat, ac præ hac ægritudine mortua. Postea (prout Deus permittit) sollicitatus, in morbo constitutus, ad testamentum condendum à nonnullis satis astutis ad vindicandum prædictum testamentum ab ingratitudinis nota, cũ hi sollicitassent & effectu ipso impetrassent, vt ad petitionem prædicti filii pater ei benedictionem suam daret, ipse filius vero postero die ipsorum commodo testatus esset, institutis patre suo fere octogenario, & fratre suo Ecclesiastico heredibus, omisso fratre bene disposito, & mediatoribus prædicti testamenti substitutis, atq; ita mortuus est. Ex his frater testatoris heres hereditatem agnoscere tantum ex beneficio inuentarii voluit, pater vero sibi iure reuersionis prospicere voluit eius nomine, quod prædicto filio suo donauerat, qui sine

Alia facti species de reuersione magis notanda.

libris mortuus fuerat. Vnde res notatu digna pro intentionis ipsius effectu emersit. Primo Dominus de Chiuerny Cancellarius Franciæ & Dominus Gondius Episcopus Parisiensis, Mouthelonius aliiq; Consiliarii & præpositi negotiis Reginæ Elizabethę in Francia nunquam de prædicto munere ita vacante alium quam prædictum patrem prouidere voluerunt, idq; citra eius sollicitationem & ambitionem, & quantum ad prædictum feudum & alias res à prædicto patre prædictis pactis dotalibus donatas, prædictos substitutos quasi fronte obuersa inuenit, qui, quamuis prædictus testator defunctus extraneus fuisset, non è domo patris & fratris instituentium, & substitutus ac mediator prædicti testamenti à latere suo & summam in omnibus potestatem habens, nihilominus iustæ patris intentioni intercesserunt, quo ad reuersionem & actionem alterius filii ipsius coheredis ex inuentarii beneficio. Superq; eo sententia Balliuii vel Locumtenentis ipsius particularis interuenit, qua filius Ecclesiasticus ad inuentarii beneficium admissus fuit. Quantum ad patrem, ei actionem suam propter reuersionem in Curia Parisiensi persequi permissum fuit, vbi Arresto tam pater quam filius obtinuerunt, ex consensu tamen prædictorum substitutorum, quibus pater, ne sub vexatione maneret, ne veram alteram filium suum Ecclesiasticum, quam tertium, qui à prædicto defuncto contemtus ac præteritus fuerat, sumtibus onerari permitteret; aduersus huiusmodi aduersarios, voluntate verum non libera, sed coacta, solo nomine, authoritate, & summo honore eorum, qui huic rei operam dabant, quibus immorigerum se exhibere non ausus fuisset, duo millia coronatorum, quamuis ea non deberet, præsentat. At postea inuentarium factum fuit, & nulla mobilia reperta fuerunt, non tantum ad satisfaciendum debitis prædicti defuncti passiuis, verum dimidiæ parti exequiarum funeris, altera dimidia super prædicto patre manente, qui propterea hereditatem non recognouit; verũ misericordia & commiseratione ductus id ita fecit. Debitorum maxima pars à prædicto patre pro prædicto filio suo Ecclesiastico soluta fuit, quæ ad mille quingentos coronatos ascendebat. Nonnisi legata supersunt, quæ plus quam ad duo millia coronatorũ excurrebant, præter Inuentarii sumtus, qui æque hereditarii sunt, ac sumtus funeris: omnia plus quinq; millibus coronatis constabant, adeo vt prædictus defunctus in hereditate sua nonnisi prædictum feudum, & pauca mobilia liquida habens post exitum successionis vxoris ipsius aduersus matrem contentiosæ, quod parum est residuum ex dote prædictæ vxoris ipsius, cuius ipse heres erat. Post hæc omnia interuenerunt Consules metropoleos cuiusdam Balliuiatus, cui prædictus testator dicto testamento suo legatũ centum librarum reditus ad elocandas inopes filias seu puellas impendendarum: itemq; Rectores Hospitalis prædictæ ciuitatis pro altero legato centum librarum reditus, & Syndicus conuentus S. Francisci prædicti loci pro alio legato sexaginta librarum reditus: omnibus super prædicto feudo & domanio assignatis ita vt redimi non possent. De huiusmodi legatis ad pias caussas prædictus pater aliud dubium non fecit, nisi quod feudum & domanium ea ferre non possent. In omnem quippe euentum pater, pręter ius reuersionis legitimam habiturus esset, quæ tertia est, & Trebellianicam ex aliis legatis non ad pias caussas relictis. Disputatio hæc agitata fuit Claromonti Maioribus diebus, mense Octobri 1582. vbi Domini Thuanus & Longeioüe substitutus Dn. Procuratoris Catholici tenuerunt, prædictum testamentum inofficiosum esse, & Curiam id nu[...] declarare debere. Pater sui & suorum nomi[...] memor, noluit, vt in peroratione huiusmodi indignitas publicaretur, medium prædictorũ redi[...] solutum se obtulit, dummodo redimi posse[...]. Arresto prædictorum Maiorum dierum prædicto pa[tri] prædicta reuersio adiudicata fuit sub conditione, in quam consensit, dimidiæ prædictorũ redituum, qui tum, non obstante prædicto testamento, declarati fuerunt redimibiles ratione duodecimaria: quos q; is tam prædicta ratione redemit, & prædictum feudum & domanium sibi adiudicatum iis liberauit: in cuius possessione postea in executionem prædictorum Arrestorum, tam Parlamenti, quam Maiorum dierum prædictorum, constitutus fuit, seq; possessorem reddidit, quod anno 1549. duobus millibus quingentis coronatis acquisiuerat, ac rursus supradictis modis emerat, vnde omne pretium ad quatuor millia & quingentos coronatos excurrit, præter debita, sumtus funeris & alias expensas. At vt ad id quod generaliter notandum est, deueniamus, ex Arrestis supradictis tam Tholosano quam Parisiensi, consequentia elici debet, ad patrem bona profectitia à filio ipsius donatario relicta reuerti debere idq; non tantum in patre, sed in auo obseruandum, vt continetur Arresto Tholosano, nullo alio requisito, quam filium vel nepotem sine liberis esse mortuum, patre vel auo superstite. Eaq; vetus est disputatio Azonis, Martini, & aliorum veterũ Doctorum ad *l. post dotem. 41. ff sol. matr.* vbi Papinianus idem respondet absq; exceptione. Imperatores in *l. 1. tam renerandæ leges. & 2.* apertius & in *l. quod scitis. de bon. quæ liber.* idem constituunt, & grauia verba sunt prædictorum Imperatorum in *l. 2. Prospiciendum enim fuit, ut hac iniecta formidine, parentum erga liberos munificentia retardetur.* Qui aduersus prædictam reuersionem sentire voluerunt, id ad casum restringere tentarunt, quo filius intestatus moreretur, si vero testatus esset vel disposuisset, prædictam reuersionem obseruari non debere, dictum suum opinione tantum sua fundant, nulla ratione assignata neq; vllo Arresto pro prædicta limitatione allegato. Arrestũ transcriptum Parlamenti Tholosani iis aduersatur: non enim obstante eo, quod Matthæus Rupanus filius & donatarius Durantii Rupani patris ipsius, testatus esset, vel mortis causa donasset, & fratrem suum substituisset, nihilominus prædicta reuersio prædicto patri adiudicata fuit, non habita ratione eius quod bona donata prædicto Matthæo per manus posthumi ambulassent filii prædicti Matthæi donatarii & nepotis Durantii aui illius. Adde quod valde notandum, quod mater erat in medio reperta & viuens. Neq; legitimam suam habere potuisse, cui prædicta reuersio, exclusis aliis omnino fauorabilis adiudicata fuit. Collatio dictorum Arrestorum Parisiensis & Tholosani.

XXIV.

Multo magis notandum est Arrestum, quod eundem in finem sequitur. Augerius Tubardus pactis dotalibus filio suo Laurentio Tubardo mediã partem bonorum suorum donat: ex hoc matrimonio filia nascitur. Laurentius ex delicto suo ad mortem condemnatus, & ob grauitatem delicti bona eius confiscata fuerunt. In executione capitalis huius sententiæ interuenit creditor & pater tendens ad id, vt iure reuersionis, id quod à se profectũ esset quod prædicta dimidia donata pars est sibi adiudicaretur, id quod aduersus fiscum obtinuit Arresto Tholosano, quod pronuntiatum in purpura, 8. Iunii 1565. Tum à Dn. Præside, qui prædictum Arrestum pronuntiauit declaratum fuit, Curiam putare, prædictum Augerium donatorem bona sibi adiudicata Reuersio bonorum profectitiorum patri aduersus fiscum adiudicata.

prædicto

prædictā iure reuersionis, nepti suæ ex filio damnatā relinquere oportere.

XXV.

Edictum de matribus exclusis à iure succedendi liberis suis, editū à Rege Carolo IX. abrogationem Tertulliani continente, publicatū in Parlamento Parisiensi 29. Iulii 1567. quoniam nobilibus tantum & conquisitis aliunde, quam ex latere paterno profectis, veluti ab aun, patre & collateralibus paternis, succedere permittitur, & in dimidia parte vsusfructus bonorum propriorum, quæ iis superstitibus obuenerunt, complures in summo dubio hærent, neque adhuc certi sunt, eo quod nullum Arrestum, quo prædictum Edictum declararetur, interuenerit. Nonnulli tenuerunt & dicere voluerunt, prædictam Constitutionem nonnisi in fauorem cognatorum ex paterno latere editam, & quo bona paterna in familia paterna permanerent, eam q; veram ac vulcam Edicti rationem esse, qua cessante, dispositionem quoq; prædicti Edicti cessare debere, ita vt si filius testamento heredem instituat extraneum à familia patris, matrem prædicto Edicto stare nō teneri, & legitimam suam postulare ac impetrare posse, quæ prædictorum bonorum tertia est, atque ita successuram in proprietate & vsufructu pro prædicta tertia parte, & ex hac ratione prædictū Edictum in successione ab intestato tantum obseruari debere. Alii contrarium tenuerunt, vel dubii permanserunt neq; quicquam definire voluerunt, expectantes vsq; quo à Curia & Arrestis ipsius certius de eo edocti fuerint. De hac materia pertinatiue mandatū ac Arrestum dari vidi, quod nihilominus ambiguum esse videtur, 25. Septembris 1582. Maioribus diebus Claromontanis in Aruernia, vbi præsidebat Dn. Harlæus qui antequam inde migraret, ad munus primi Præsidis Parisiensis vocatus fuit, pari modo ac Varro ed Consulatum, postea ad Dictaturam Romæ & alii complures, quibus nescientibus fasces elatæ sunt. Prædicta peroratio hæc est: De Campis Aduocatus p Claudio Terraro mercatore Lugdunensi appellante à sententia arbitraria aduersus Pernertam Messelleriam tutricem liberorum defuncti Andreæ Blanci & suorum, appellatam, dixit, ex matrimonio prædicti Andreæ Blanci & appellatæ, natos Ioannem, Andream, Magdalenam & Helenam, prædictam Helenam quartam è liberis matrimonio coniunctam fuisse prædicto appellanti, & constare prædicto matrimonio morbo afflictam anno 1575. testamentū condidisse & in eo instituisse heredem suum vniuersalem prædictum Terratum appellantem maritum suum, legâsse vero Petnertæ Messelleriæ matri suæ, Ioanni & Magdalenæ Blanciis fratri & sorori suæ, summam centum librarum pro omnibus legitimæ iuribus, supplemento eiusdem, Trebellianica quarte, & omnibus aliis iuribus, quæ post mortem suā in successione sua prætendere possent. Hæc propria verba sunt. In hac voluntate moritur. Mater legataria appellata, appellantem vniuersalem heredem coram Seneschallo Lugdunensi citari curat duplici fine: vno, vt sibi legatum à prædicta filia sua relictum solueretur, altero vt rationem redderet bonorum minorum supra memoratorum liberorum eius. Ad hæc prædictus Tarratus excipit, quantum ad legatum, id se soluisse, imo prædictam petitricem sibi reliqui aliquid eo nomine debere. Quantum ad rationes, ad eas reddendas se paratum, eidemq; post eas coram vno è Consiliariis prædictæ Sedis Præsidialis reddit. Cumq; eæ audiri cœpissent, à prædicta appellata plures controuersiæ propositæ fuerunt, quarum nomine compromiserunt & arbitros elegerunt, coram quibus petites præsentes iure sua super prædictis duabus petitionibus deduxerunt. His appellata adiunxit, & de legitima sua, in bonis prædictæ defunctæ filiæ suæ eiusq; supplemento loqui cœpit: prædictus de Campis dicebat, compromissum non nisi de rationibus esse, non vero de legitima: nihilominus prædicti Arbitri arbitrio suo dixerunt, attento quod heres extraneus institutus esset, matri pro legitima sue deberi tertiam: ab eo prædictus Tarratus appellat & repræsentat ex rationibus resultentibus ex relatione sua, quod scil. super prædicta successione compromissum non esset: verum tantum super rationibus, ac propterea arbitrium nullum: ac in principali, posito, quod in compromisso prædictæ successionis mentio facta fuisset, appellatam tamen eligere debere, ad quid concludere velit, ab intestato, vel ex testamento. Si ab intestato, Edictum da matribus ai nonnisi vsumfructum dimidiæ immobilium dare: ita vt adiudicatio 3. partis successionis defendi non possit. Si ex testamento eam nonnisi legatum suum; centum librarum pro omnibus iuribus legitimæ & aliis, quæ in prædicta successione prætendere posset, relictum consequi posse, atq; legatum approbatū fuisse, eo quod non modo id petierit, verum etiam acceperit: atq; ita concludebat: quod ad rationes, non impedire ia, quo minus sententia arbitralis effectum sortiretur.

Valla pro appellata repræsentauit, compromissum super contestatione partium iniitum, quæ non tantum pro legitimis ueq, pro redditione rationum facta, verum etiam super contradictoriis eduersus articulos prædictarum rationum exhibitis: quibus appellata legitimam suam petiit, atq; super eo compromissum fuisse. In principali prædictam sententiam sustinere, quoniam matres, in solatium liberorum amissorum, aduersus testamenta ipsorum inofficiosi querelam instituere possent, æque ac è cōuerso, liberi aduersus testamenta matrum suarum eandem querelam mouere possent: atque filiam ipsius eam priuara potuisse, sine ex vsufructu ex Edicto adiudicato, sine legitima sua, quæ tertia est, eatranea herede instituto, ad priuandam prædictam matrem. In primis vero quod nonnulli teneat, Edictum in Patria iuris scripti locum non habere.

Dn. Thuanus repræsentauit, Edictum de matribus in Parlamento Parisiensi publicatum fuisse, neque vllum dubium esse, quin obseruari debeat in omnibus Prouinciis districtus prædicti Parlamenti, præcipue pro abrogatione Senatusconsulti Tertulliani, quod antea in prædicta Prouincia obseruabatur: atq; in principali appellatam minime damonstrare seu probare se intentasse vel cœpisse querelam inofficiosi testamenti filiæ suæ, verum è contrario eam id approbasse.

Curia Arrestis suo prædicto die 25. Nouemb. 1582. appellationem & id à quo appellatum fuerat, in irritum deduxit, in eo quod ab illis appellatæ tertia in successione filiæ suæ adiudicata fuerat. Et emendata sententia decreuit, prædictam appellatam pro petitione sua contentam esse oportere summa centum librarum Turonensium ei prædicto testamento legata, & in expensas causæ appellationis condemnata fuit, Sententiæ in residuo plenum atq; integrum effectum suum sortiente. Pro ratione ac fundamento huius Arresti expressum est responsum Vlpiani *in l. qui quod per legem Falcidiam. 46. ad leg. Falc.* quod à litigantibus allegatum non fuit: probauerat enim meter iudicium filiæ defunctæ, & ideo huic stare marito cogende. Atq; etiamsi non sibi persuaderetur non possunt, prædicto Arresto declarationem fa-

Edictum de matribus exclusis à successione suorum liberorū.

Peroratio super declaratione prædicti Edicti.

Arrestum.

ctam, an per testamentum discedi debeat ab Edicto. Et verum in casum illius tertia pro legitima debeatur, non vero vsusfructus, qui ab intestato debetur.

XXVI.

Notabile Arrestum de eo, quod Edictum de matrib. non tusi matres cõcernat.

Inter Ioannem Narbonium & consortes appellantes à Ballinio Matisconansi, & Carolo Mucherio appellato, Curia bona ex latere paterno defuncti Francisci Iuredei profecta, Carolo Mucherio fratri ipsius vterino adiudicauit, & cognatos prædicti lateris & lineæ paternæ exclusit. Arresto suo de 17. Septembris 1582. Dicebatur pro prædictis cognatis paternis, Edicto de matribus, matres excludi à successione liberorum suorum, abrogato Senatusconsulto Tertulliano, cõsequenter asserebatur, descendentes è matribus in bonis paternis succedere non posse. Verum Curia lectione Edicti audita, quo sola mater excluditur, iudicauit, fratrem vterinum tanquam proximum succedere debere, per l. *Meminimus. § sed nec fratrem. C. de legit. hered.* Seruinus perorabat pro appellante & consortibus, & Nauarrotius pro appellato.

XXVII.

Fratres vel sorores germanæ succedunt fratri suo, exclusis, &c.

Fratri defuncto succedunt fratres vel sorores germanæ, exclusis consanguineis vel vterinis, quandiu germani supersunt. Imbertus in *enchir. suo ad verbum: successione fratribus delata, an preferantur vtroque latere coniuncti*, allegat Arrestum Parisiense de 21. Martii ante Pascha.

XXVIII.

Determinatio successionis collateralis.

Compluribus Arrestis Parlamenti Tholosani, vt vidi inter memorialia Domini Bertrandi, viri fide digni, successio collateralis determinata fuit eum in modum, vt sequitur: Pater & mater mortui filium relinquunt. Hic successione seu hereditate ipsorum adita sine liberis moritur, & successores patruos auunculos, vel amitas materteras superstites relinquit. Itemq; liberos patruorum auunculorum & amitarum matertatarum defunctarum, ipsorum patrem & matrem repræsentantes. Alii vel amitæ materteræ vel liberi repræsentantes è latere paterno, alii è materno. Nonnulli tenuerunt, eos æqualiter succedere & repræsentantes locum tenentes patris vel matris. Alii contrarium dicebant, bona ad stirpem, ex qua prouenerunt, reuerti oportere. Id quod Curia sequi voluit.

Papon. hoc loco reprehenditur à Dn. Maynardo *lib. 6. c. 90.*

XXIX.

Reuocatio ad successionem.

Pater, cum filiam suam sibi renuntiare curasset, eam tanquam heredem reuocare potest, non vero tanquam legatariam, iuxta quod ex Consuetudine legare potest, Arrestum 22. Maii 1574. ad relationem Dn. Draconis, & 24. Martii 1567. præterea reuocatio conuentionalis fratris erga sororem suam ad successionem, in fauorem matrimonii locum habet in præiudicium Consuetudinis, imo pro liberis prædictæ sororis. Iudicatum Arresto generali 25. Martii 1567. pronuntiatum à Dn. Preuotio Præside.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum I.

I.

De reuocatione nepotum ad successionem cũ fratre vel sorore defuncti.

SI heres, cuius interest, consentiat, patruus vel auunculus ex consensu fratris vel sororis suæ, ad successionem reuocare potest, nepotes suos cum fratre suo vel sorore, & curare vt æqualiter succedant. Iudicatum 7. Septembris 1564. in pronuntiatione Arrestorum generalium à Dn. Præside Seguierio inter liberos heredes Claudii Marlii & Nicolaæ Marliæ ipsorum materteræ, quo ad successionem Ludouici Marlii auunculi prædictorum heredum & prædictæ Nicolaæ. Quæstio principalis erat, vtrum scil. prædicta Dominicella Nicolaa, cum testamento fratris sui Ludouici subscripsisset, qui nepotes ad successionem suam vocabat, videretur consensisse. Curia non obstante rescripto ab ea impetrato, vt restitueretur, eoq; super ignorantia, metu ac reuerentia fundato, attenta testamenti prælectione ipsi facta, eam à rescripto suo depellens decreuit, æqualiter diuisionem faciendam, citra expensas, damna ac interesse.

Hic addi potest Arrestum pronuntiatum in purpura à Præside Thuano, 2. Aprilis 1571. B.

II.

Equites [illegible] testari possunt.

Equites S. Ioannis Hierosolymitani habent testamenti factionem passiuam & peculium habere possunt, non obstante ipsorum voto: vt colligitur ex Arresto quod datum 9. Aprilis 1566 ante Pascha. Maior Prior Membasii Commendator Flandriæ nomine Valleus, Eques S. Ioannis, cum in fauorem nepotum suorum de quarta bonorum suorum disposuisset, & diues octuaginta millibus librarum in pecunia & viginti millibus in vasis & tapetis mortuus esset, Procuratore Catholico Regio, & Equitibus Ordinis Intercedentibus, dictum fuit, quartam partem pecuniæ prædictis nepotibus tradendam, attento quod prædictus Commendator ex venia superioris Ordinis legasset. Præterea quingentæ libræ iis adiudicatæ fuerunt, pro peculio ac seruitio patrono suo præstito, residuum Ordini & 1200. libræ pauperibus adiudicatæ. Dn. Seguierius Arresta generalia pronuntiauit, & in hac causa scripsit du Lac B.

III.

In bonis à patre acquisitis, filio propria factis patrueles succedunt, &c.

Interpretando Consuetudinem Parisiensem, dictum fuit Arresto vlt. Maii 1560. pro Alexandro & Carolo Duchatiis, In bonis à patre acquisitis, propriis filio factis, succedere patrueles & alios agnatos paternos, exclusis fratribus vterinis.

IV.

Acquisitio tutoris ex pecunia [illegible] materna [illegible] fratribus vterinis [illegible]

Notabile Arrestum est generale pronuntiatum à Dn Præside Thuano, mense Septembri 1570. quo iudicatum fuit, acquisitionem à tutore pupillari ex pecunia factam, procedente ex hereditate materna factam, eo mortuo, acquisitum maternum censeri, & fratribus vterinis non vero consanguineis adiudicatum fuit. B.

V.

Successiones admissæ vltra [illegible] gradum.

Ad materiam huius tit. notandum, in Francia successiones legitimas vltra 10. gradum admitti. Arrestum Parisiense datum in prima Camara Inquisitionum, 17. Maii 1572. Choppinus *lib. 1. de Domanio Franciæ tit. 12. n. 7.* Carondas *lib. 4. Resp. c. 10. & li. 8. c. 62.* B.

TITVL. II. DE LIBERIS diuersi thori.

ARRESTVM I.

Consuetudo marito superstiti dotem & mobilia adiudicans quando derogat l. hac edictali.

COnsuetudine locali dicitur, maritum superstitem lucrari mobilia & dotem vxoris suæ. Si maritus ex hoc matrimonio liberos habeat, & ad secundas nuptias transeat, summopere dubitatum fuit, vtrum non obstante hac Consuetudine, liberi primi matrimonii mobilia & dotem matris suæ postulare possint, *l. Hac edictali. C. de secund. nupt.* Qui materiam hanc tractarunt, tres casus posuerunt. Primus est, si in textu Consuetudinis ita extet: *habens liberos vel non*, dubium amplius nullum esse: quamuis enim expresso pacto vxor ita paciscí non potuerit. *d. l. hac edictali*, Consuetudo tamen obtinebit, vt id ex prædicta

l. hac

l.hac Edictali interpretari non possimus, vt dicit Baldus in l.1.C.de inoffic.dot. Secundus est, si textus Consuetudinis ita sonet: *in omni casu maritum superstitem lucrari*, super eo maior difficultas est: alii quippe tenuerunt, verba: *in omni casu* inferre, *liberos habeant necne*, & derogare d.l.*hac edictali*, per regulā, Qui totum dicit, nihil excludit, l.*Iulianus.ff.de leg.3.& l.a Procuratore.C.mandati.* Iason tenuit contrarium, dicens hæc verba, *Omnes, omni casu*, recipere eam interpretationem, quæ minus derogetur iuri communi, not. Glossa in l.*final.*& ibi Bald.C.*si sine censu vel reliq.* Postremus casus est, si in Consuetudine nihil horum dicatur, verum textus tantum est, vt supra in prin. huius articuli dicitur: super hoc duæ opiniones sunt, vna, ex d. l.*Hac edictali*, eo q; ex obstante maritum nō teneri relinquere lucrum liberis prioris thori. Eaq; opinio fuit Baldi in l. *ea lege. de condict. ob caus.* & in Authen. *præterea.C.vnde vir.& vxor.& l.fin.C.de bon.matern.* Altera opinio & communior & vera hæc fuit, non obstante Consuetudine huiusmodi, si filius exter, l.*Hac edictali*, obseruari debere, & liberos prædictum lucrum consequi: verba enim, *nisi superstint liberi* in ea subintelligi debere. Eaq; sententia fuit Iacobi Butr.Bar.& Salyceti in d.l.*Hac edictali*. Atq; ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 27. Martii 1520. Puta primo tantum casu, vbi nominatim dicitur, *habeant liberos vel non*, prædictæ l.*hac edictali* derogati, aliis non.

V. *Decisio.* 113.*in fin.* Dn. Boerii, ex qua caput hoc desumtum & id quod super eo notaui, & Arrestum de 16. Decemb. 1578. datum in Consuetudine Peronnensi & Montis-Desiderii inter Franciscum Hochedeum & Mariam Tonnecurtiam vxorem ipsius, & Antonium Vallantem mercatorem Ambianensem viduam in 2. nuptiis prædictæ Tonnecurtiæ: quo iudicatum fuit, Edictum de secundis nuptiis desumtum ex l. *Hac edictali.* in prædicta Consuetudine locum habere, quamuis repetita eius prælectio fuerit post Edictum *V.Quæstionem meam 66.& præcedentem & seq.* vbi hoc Edictum explicatur. I.C.

Vtrum Edictum de 2. nuptiis Consuetudini contrariæ derogat.

TITVL. III. DE SVCCESsionibus Naturalium liberorum seu Bastardorum.

De Naturalibus & Albinis seu Peregrinis vide tractatum, quem composuit Do. Baquetus Aduocatus Regius in Camera Thesauri.

ARRESTVM I.

Naturalis aduersus dispositionem iuris Nobilitatem retinet, nomē & insignia.

NAturales recogniti ex generali Franciæ Consuetudine approbata Arrestis Curiarum supremarum, retinent dignitatem Nobilitatis, & arma seu insignia ferre sub differentia signi transuersi, & generali meorione familiæ comprehenduntur & intelliguntur in prædicta Consuetudine, quæ iure cóprobatur, vt ait Bartulus in l.*suggestiom.C.de V.S.* Et quod magis est, tenet in l.*Heredibus.§ 1.ad Trebellia.* Consuetudinem valere, quæ ti ab intestato succedunt. Veritas tamen hæc est, ex dispositione iuris eos neq; nobilitatem neq; ius ferendi insignia familiæ retinere, à qua egniti sunt, l.*humilem.7.C.de incest.nupt.* Boerius *decisio.* 122. ait, ex generali Franciæ Consuetudine huiusmodi naturales nobilibus patribus natos, immunes esse à subsidiis, & tributis, si nobili dignam vitam degant, non negotiationibus sese immisceant, vel artem vilem ac quæstuariam exerceant, in quib. nullam immunitatem prætendere possent, verum è contra eam facilius amittunt, quam legitimi, qui rescripto Principis in priorem immunitatis statum se reponi curare possunt: naturalis non item.

Naturales vtrum à tributis immunes.

Exstat articulus in Edicto mense Martio 1600. Naturales seu bastardos, quamuis patribus nobilibus natos, sibi titulum *Nobilis* vindicare non posse. Vide perorationem 25. Dn. Bretoi.I.C.

II.

In rebus fauorabilibus, sub nomine patris & filii simpliciter, sine additione, comprehenditur pater naturalis, & filius naturalis, l.*Lucius §.fin.ff.de legat.2.* Hodie donationes inter viuos & mortis causa & legata testamentaria naturalibus à patribus naturalib relicta, * valida sunt. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum mense Decemb. anno 1528. pro naturali Dn. Pressiaci.

Naturales donationum & legatorum capaces sunt.

* Donatio facta à matre liberos legitimos non habente, filio naturali, valida declarata fuit Arresto Parisiensi in purpura, 27 Martii 1584 Robertus *lib.2.rer.iudicat.cap.*4 Choppinus *ad Con suet.Andegau.lib.3.cap.1.tit* 4. *Artic.*15. Et liberi legitimi naturales non sunt succedunt, Carondas *l.b* 5.c.30.

III.

Naturales matri succedunt, nisi mater Principissa, Ducissa, Marchionissa, vel Comitissa sit, l.*si qua illustris.* C.*ad Orficia.* neq; ex coitu damnato orti fuissent, veluti incestu, adulterio vel alio reprobato & pœna digno coitu: sine enim ab intestato siuees testamento, b: minime succedunt, d.l.*si qua.* & §. *nouissime*, cum Glossa, *in verb.admitti, de Orphitia.* patri vero, propter illius incertitudinem nunquam succedunt. Verum est, illa donari & legari posse, si ex soluto & soluta sint: verum, si coniugatus sit, siue fœmina nupta sit siue non, siue is cælebs adhuc sit, fœmina verò coniux, donare vel legare non potest, *cap.tanta. qui filii sint legitimi.* & per Angelum, Aretinum *in §. vulgo quæsitos.Inst.de legit.agnator.success.* Atq; ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1449. aduersus spurium Comitis Valentinensis, qui hodie in Ducatum erectus est, cui prædictus Comes pater ipsius feudum nobile donauerat, quod nullum declaratū fuit, eo quod constante matrimonio prædicti Comitis susceptus fuerat: facit §.*penult.*io Authent. *quibus mod.natur.effic.legit.* Imbertus ait in *Enchirid.sua*, pro successione ab intestato tam patris quam matris, per Franciæ Cōsuetudinem abrogatas esse & extra vsum positas Authenticam, *licet, de natura.liber.* & l.*si qua illustris.C.ad Orphit.* Prædicta Auth.*licet*, admittebat liberos naturales tantum ad succedendum ipsorum patribus sine legitimis liberis mortuis intestatis pro duabus vnciis, quæ dimidia trientis est bonorum à patribus ipsorum relictorum. Lex si *qua illustris* prædictos naturales admittebat ad succedendum matribus suis plebeis ab intestato insolidum, si sol. essent, vel pro virilibus portionibus cum legitimis si qui extarent. Is allegat Masuerium *tit.de success.ab intestat.§ naturalis.* Quorum prius credo, de abrogatione videl. prædictæ Authenticæ *licet*, alterum de l.*si qua illustris*, non credo, quæ plerumq; in Patria iuris scripti obseruatur, si prædicti liberi naturales nō sint ex coniunctionis incestuosa, vel alias abominanda & reprobata. Idq; quantum ad matrem. Quantum ad patrem, hoc duntaxat obseruatur, vt si spuria honestum maritum inueniat, qui ex legitimo matrimonio natus sit, patrem naturalem officio iudicis cogi posse, ad dotem spuriæ suæ dicendam.

Naturalia successiõ quando ad matrem spectet. Naturales adulterini omnino incapaces sunt.

Naturales simplices regnicolæ testari possunt & legata accipere non vero peregrini.

IV.

Vicesima tertia Decemb. 1439. Arrestum singulare datum fuit: dispositionem iure. iuris communis de excludendis liberis à beneficio à patrib. ipsorum possesso, vlterius non extendi, & liberos prædictorum exclusorum, siue filius sit siue filia, ad id admitti posse. Litigatores partes erant Iacobus Mietus, & Simon Burgesius.

Beneficia aui à nepotibus acceptari possunt.

V.

Naturales testamentum condere possunt aduersus Procuratorem Regis successionem aduersus heredem prætendentem, vel executorem; & duobus casib. Rex prætendere in ea nihil potest: puta, quando de

Naturales spurii liberos habentes vel testamenta rum compos

dentes Regem Lecede i non habeant.

do de bonis suis dispofuerunt, & quādo liberos habent. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1327. 16. Aprilis: altero Arresto de 2. Aprilis 1527. pro Executoribus Testamenti Thomæ Locæ Encaustæ Ciuis Parisiensis naturalis, aduersus Dn. Procuratorem Catholicum Regium, prætendentem successionem aduersus testamentum prædicti Lucæ: & altero Arresto de 6. Martii 1467. & alio de 16. Iulii 1545. Et sane naturales in numero Intestabilium non repeiuntur, per Glossam *in § fin. Inst. quib. non est perm. fac. testa.* qui quamuis à Principe legitimati non sint, si intestati moriantur, liberos suos natos in legitimo matrimonio successores suos atq; heredes voluerint relinquunt, prout continetur in prędicto Arresto anni 1327. allegato à Gallo *in suis quæstio.*

Nota in fortioribus terminis iudicatum fuisse, mense Septembri. 1565. matrem naturalis, Domino præferendam. V. Maynardum *lib. 8. c. 49.*

VI.

Idem.

Bastardus in Francia à parentibus non extraneis natus, liberos suos legitimos heredes ex testamento vel ab intestato relinquit: prout iudicatum fuit Arresto prouisionali, quod datū Parisiis 6. Aprilis 1527. Ceterum liberos non habens, & intestatus mortuus, Regem pro successore habet, vel merum imperium habentem in iurisdictione, in qua natus est, domicilium habuit, & mortuus est: prout iudicatum fuit Arresto 7. Septembris anno 1545. quod memoratur sup. a *lib. 5. tit. 2. de iur. Albinat. Ar. 1.*

Hanc ad rem notandum est Arrestum de 7. Septembris 1584. inter Arresta generalia pronunciata a Do. 1. Præside Harlæo, aduersus Dn Halegrinum Dianium, prætendentem successionem spuriæ cuiusdam, fratris sui mortui in Xenodochio, & donatariæ ex testamento prædicti fratris non cōiugati: quamuis prædicta spuria mortua fuisset non percepto legato, & antequam id ei traditum fuisset. Arresto quo confirmata sententia Thelaurensium, prædictum legatum 350 librarum reditus donatario Regis adiudicatum fuit, & donum ipsum caducum & fisco acquisitum declaratum fuit, citra expensas & restitutionem reliquorum.

VII.

Bastardus legitimatus capax est possidendi feudi & eius a patre acceptandi.

Comes Ventadoni Dominus Ioinuillanus, requisitus à Patr. ... do quodam nomine Ioanne Vergerio, vt eum ad fidem & homagium Terræ Sabliacensis admitteret, quæ sibi à patre suo naturali donata fuerat, eum admittere recusat, ea ratione, quod bastardus esset. Is sibi in Parlamento Parisiensi prospexit, vbi Arresto de 14. Augusti anno 1456. prædictus Comes eum recipiendum condemnatus fuit, cōtra §. *naturales. Si de feud. fuer. controuers. int. dom. & vasal.* is quippe legitimatus fuerat.

VIII.

Bastardus ex adulterio natus legitimatus.

Arresto Parisiensi anno 1551. inter Arresta die Sabbathi *de Libera*, legitimatio bastardi in adulterio concepti à Principe admissa & approbata fuit: magna omnium (vt videbatur) audientium admiratione ob rem mali exempli, quod inde capitur, cum adulterium per omnia ac semper odiosum sit.

Luetus *lib. 7. tit. 1. Arr. 1.*

IX.

Legitimatio Bastardi ex adulterio nati reprobata.

Contrarium Arresto præcedenti dictum fuit in sequenti facti specie: Ludouicus Peterius Locumtenens particularis in Seneschallia Carcassonensi, ductus in vxorem Ioanna Furneria, quæ male sudinit, quæq; ob lasciniam suam tam ingrata & male conueniens marito suo fuit, vt is coactus fuerit a bea diuertere, consuetudine ancillæ solutæ vsus fuit, ex qua filium suscepit, quem pro suo filio, ex se & ex semine suo procreatum adgnouit, literis & armis imbui curauit, eumq; honeste eduxit, ei pecuniam dedit ad impetrandum à Rege rescriptum legitimationis, & cōprobationem in Camera Rationum, quam obtinuit. Pater prædictā legitimationem non petiit, sed eam tantū approbauit & ratam habuit. Hic sine liberis, sine aliis cognatis neque de bonis suis disponens relicto solo prædicto bastardo moritur. Vidua bona occupat. Bastardus eam conuenit, & in possessione manuteneri postulat. Ea excipit, eum admitti non posse, sed incapacem esse, natum in adulterio, cuius ob legitimationem nullam expressa mentio facta non fuerat, & cum nulli cognati extent ad succedendum idonei, se ex Edicto successorio, *vnde vir & vxor*, vocari ac manuteneri debere. Bastardus viduæ ingratitudinem & indignitatem opponit, suamq; legitimationem defendit. Omnibus perpensis Arresto Curiæ Tholosanæ 17. Aprilis ante Pascha 1565. quod pronuntiatū in purpura, prædicta legitimatio insufficiens declarata fuit, prędictusq; actor à successione à se prætensa depulsus, itemq; vidua, hereditas vero fisco adiudicata, ex ea detractis 1500. libris pro alimentis prædicti Bastardi, & prouisio pendente lite adiudicata, itemq; dotis viduæ & mille librarū pauperibus Carcassonensibus & locorum vicinorum distribuendarum, citra expensas. Curia mota fuit, eo q absque patre legitimatio impetrata fuerat, qui defectus neq; velari neq; suppleri ratihabitione potest, quæ non admittitur, vbi actus ipse requirit pro solennitate & forma consensum expressum ab initio interuenire, per textum *l. si quis mihi §. iussa de adquir. hered. & l. si tibi. ff. de adoptio.* Iuncto alio insigni & magno defectu, quod prędicta ratihabitio coram Seneschallo Carcassonanli Insinoata non fuerat. Igitur prædicta hereditas vacans manserat, neq; idoneior ad succedendum fisco ipsomet fuit, *l. bona vacantia. C. lib. 10 de bon. vacantib.*

X.

Bastardi etiam spurii legitimatus, potest succedere ab intestato.

Post mortem illustris Caroli de Hispania dubitatum fuit, ad quemnam bona ipsius & hereditas ab intestato pertinerent, inter Dominā Narbonnæ propiorem in linea collaterali, & idoneam ad succedendum in defectum ascendentium & descendentium ab vtraque parte, & de Hispania, bastardū approbatum & adgnitum à prædicto defuncto, & à Papa & Rege legitimatum, se heredem idoneiorem dicentem ab altera parte. Super hoc dubio, non obstante, quod prædicta Domina assereret, prædictum bastardum etiam spurium esse, neq; qualitate ad succedendum idonea præditū, quandoquidē mater ipsius eo ipso tempore cōpluribus aliis se prostituerat, nihilominus prędictus Bastardus legitimatus idoneus declaratus, & vt talis in possessione prædictæ hereditatis manutantus fuit Arresto Parisiensi anno 1393.

XI.

Idem.

Bastardi legitimati à Papa & à Rege, patri suo ab intestato succedunt, exclusis omnib. collateralibus. Eaque sententia fuit Alexandri *cons. 67.* & ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1393.

XII.

Bastardus legitimatus simpliciter non admissus cognatis in feudis succedit.

Præsupposito ad plenam rescripti Regii de legitimatione bastardi approbationem, non necesse esse, vt legitimi successores ab intestato vocentur & audiantur, secundum Bartolum, Baldum, Iasonem *in l. Gallus §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth.* & *in l. qui potest inuitis. ff. de R. I.* nisi ab aliis, quam Principe prædictum rescriptum impetratum fuerit, vel post mortem & absq; præcedente consensu patris: his enim duob. casib. legitimos successores vocari oporteret. Pro primo tenuit Socinus *consil. 146. vol. 2.* Pro secundo est textus *in l. pen. ff de natal. restit.* & Baldus *in cap. fin. de feud.* Item præsupposito ex dispositione iuris communis bastardum legitimatum in feudo nobili

nobili ſuccedere non debere, *cap. naturales. ſi de feud. fuer. controuerſ.* & Baldus *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.* niſi ad id legitimatus nominatim ſit, per Gloſſam *in d. cap. naturales.* Præcipue vero ex ratione, quod ſub generali alienatione omnium bonorum feuda non comprehendantur, *cap. generalis. eod. tit.* Nihilominus quoniam hodie feudorum antiqua natura mutata, & ad formam ſeu inſtar aliorũ bonorum patrimonialiũ redacta fuit, tenetur abſq; expreſſa mentione, baſtardum legitimatum in eo ſuccedere debere, vt per Guidonem Papam *quaſt. 59. & 237.* ſiue prædicta feuda Eccleſiaſtica ſint ſiue ſecularia, vt per Bald. *in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. & cap. qua in Eccleſiarum. de conſtit.* Et ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi 20. April. 1521. inter Guidonem Æſſeum, & Arthuſium Culatium ab vna parte, & Mariam Rupanã, tam ſuo nomine, quam veluti adminiſtratricem liberorum defuncti Antonii Gulrandæ ab altera parte. Boetius idem dicit *quaſtio. 123.**

Et Imbertus *in enchir. in verb. legitimatus.* V. Anton. Rob. *conſ. 33.* Baſtardo legitimato ſuccedunt cognati, quamuis vocati non fuerint, neq. legitimationi conſenſum ſuum accommodauerint, Carondas *l. 5. c. 25.*

X I I I.

Legitimatio baſtardorum in acta publica referri debet.

Epiſcopus Laodunenſis ex familia Luxemburgica, antequam ſacerdotio ſe addiceret, ex ſoluta aliquot baſtardos ſuſtulit, quos legitimari curauerat & legitimationis reſcriptum in Camera Rationum & in Balliniatu in quo nati fuerant, non vero in Curia Parlamenti in acta publica referri curauerat. Poſtea Presbyter euadit, teſtamentum condit, & prædicto teſtamento iis nonulla bona donat & incidenter baſtardos appellat. Eo mortuo hoc legatum petunt. Comes Briennæ, Carolus Luxemburg na omnia poſtulat, & Baſtardos eos eſſe dicit. Id quod Arreſto obtinuit vigilia Natalis 1545. 23. Decembris.

Baſtardus ex adulterio natus, in teſtamẽto baſtardus appellatus incapax eſt.

Lucius *lib. 7. tit. 1. Arr. 2.*

X I V.

Baſtardi legitimati quibus ſuccedant.

Supra *tit. de legitimat. 5. lib. 5. Arr. 2.* notatur, baſtardum legitimatum iis tantum ab inteſtato ſuccedere, qui legitimationi conſenſerunt, non vero aliis qui auditi fuerunt: propterea ad approbandum legitimationis reſcriptum non neceſſe eſt, vt alii appellẽtur vel conſentiant, quam pater, quæcunq; tandem clauſula apponatur: id quippe ſucceſſionem ab inteſtato duntaxat concernit.

X V.

Merum imperium habens quando ſucceſſionem baſtardi apprehẽdat.

Religioſi S. Magloriæ aduerſus Dn. Procuratorem Catholicum Regium obtinuerunt Arreſtum 6. vel 7. Decembris 1527. ſucceſſionem baſtardi mortui intra merum ipſorum imperium vel iuriſdictionem in qua natus erat & bona ſua habuerat, inteſtati & ſine liberis, ad ſe ſpectare, non obſtante generali Franciæ Conſuetudine, à prędicto Procuratore Catholico oppoſita, qua Rex omnibus baſtardis in prædicto Regno ſuo ſine liberis decedentibus ſuccedit.

Id dependet ex Conſuetudinibus contrariis, veluti Valeſienſi, quæ ius baſtardiæ ſeu ius bona baſtardorum occupandi, attribuit Regi. Et generaliter vt merum imperium habenti ius ſit ſuccedendi baſtardis, tria neceſſe eſt concurrant: vt ſub eo natus ſit, ſub eo bona habeat, ſub eo mortuus ſit. Bacquetus de eo Arreſta refert *in tract. ſuo de iure baſtardia.* I. C.

X V I.

Modi legitimationis Baſtardorum in Francia obſeruati.

In Francia ex generali in ea Conſuetudine obſeruata, nonniſi duo modi ſunt legitimandi baſtardos, quorum prius idque certius eſt matrimonium inter patrem & matrem naturales poſt natiuitatem baſtardorum. Alterum eſt venia ac reſcriptum Principis. Prius in omnibus iuribus receptum eſt, *capitul. tanta vis. qui fil. ſint legit.* & ex eo nullum vnquam dubium eſt in determinandis ſucceſſionibus directis vel tranſuerſalibus: In ſecundo dubium eſt præter ſolennitates quæ ad eam perficiendam requiruntur. Omnes alii legitimationis modi abrogati ſunt neq; obſeruantur, nominatim is de quo loquitur Angelus in *§ quod vero, in Auth. quib. mod. nat. eff. ſui.* puta, baſtardum legitimo marito nubentem, eo matrimonio legitimationem ſufficientem non acquirere & ſuccedere poſſe.

*Conſuetudines, quæ de liberis loquuntur, in liberis naturalibus locum non habent, qui ſolo modo, quam per ſubſequens matrimonium legitimati fuerunt. Carondas *l. b. 5. reſp. c. 4. & l. 7. c. 9.* Notandumq; eſt, legitimationem per ſubſequens matrimonium locum non habere, niſi pacta dotalia per ſcripturam confecta fuerint, ſiue inter nobiles, Nouel. *quib. mod. nat. eff. leg. § illud quoque.* ſiue inter ignobiles. Arreſtum Pariſienſe de 23. Auguſti 1577. quod allegat Choppin. *ad Conſ. Andegau. l. 1. c. 41. Artic. 7.* T.

X V I I.

Baſtardi Presbyterorum ſuccedere nõ debent.

Coram Ballinio Senonenſi vel Locumtenente ipſius, mota fuit lis inter Petrum Linium & Margaretham Comitem, vxorem ipſius & Stephanum Moræum tutorem liberorum è defuncti Dionyſii Moræi, & prædictæ Comitis primo matrimonio actores ab vna parte, & Iacobum Comitem & conſortes legitimos heredes defuncti Dionyſii Comitis, reos ab altera parte. Actores concludebant ad id, vt rei condemnarentur, vt ſe frui ac poſſidere fundos, de quibus quæritur, paterentur, iisque interdiceretur ne ſe turbarent, vel poſſeſſioni intercederent, ſibiq; fructus reſtituerent: Pro argumentis ſuis dicebant, Dionyſium Comitem donatione inter viuos inſinuata prędictos fundos prædictę Margarethæ filiæ ſuæ naturali donaſſe, liberisque ipſius natis & naſcituris in legitimo matrimonio, quibus ꝑdicta filia naturalis ad vitæ ſuæ tempus frueretur. Hanc donationem effectum ſortitam, completam ac perfectam fuiſſe. Nihilominus poſt mortem prædicti Comitis prædictos actores heredes, reos turbare & impedire. Concludebant prout ſupra, & expenſas, damna & intereſſe poſtulabant. Prædicti rei è contrario dicebant, donationem nullam eſſe, veluti factam à Presbytero filiæ ſuæ naturali, necnon ex damnato, illicito & nefario congreſſu aduerſus leges diuinas & humanas, & omnem publicam honeſtatem, quæ eum adeo prohibuiſſet, vt naturales hi non tantum non nutriri deberent, ſed omnia alimenta ex bonis Presbyteri denegari. Actores replicabant, etſi omnia argumenta rerum aduerſus prædictam Margaretham matrem, quæ reiecta erat apparentia forent: eam tamen ad vitæ ſuæ tempus ꝓ alimentis ſuis frui debere: ex Iuris n. diſpoſitione, donare naturalibus liberis pro alimentis permittit. Atq; huiuſmodi donationes in hiſtoriis quoq; approbatæ inueniri, veluti Abrahami in Iſmaelem & aliorum: igitur eam valere debere: vitiumque matris ad liberos extendi non poſſe: prohibitionem & peccatũ ſuper legitimis & in legitimo matrimonio natis non venit. Et legem quæ prohibet Senatori filiam plebeii ducere, non extendi ad filium, & alias ꝓhibitum vni non extendi alium. Rei duplicant & aiunt, principalem prohibitionis & delicti cauſam in matre eſſe: eam donationis cauſam eſſe, hanc ad liberos non pertinere niſi contemplatione eius, idque ita reprobari, vt nullum velamẽ admittere poſſit. Super eo Ballinius Senonenſis eis iniunxit, vt ſcriberent ac ꝓducerent, cõtradictorios & ſaluationes exhiberẽt: id quod ab vtraq; parte factum, & omnibus coram eo depoſitis & productis ſententia ſua

prædictis actoribus conclusiones suas adiudicauit, donatione legitime ac valida declarata. Ab hac sententia ad Curiam appellatum fuit, in qua partibus auditis, Curia dixit, male à Balliuo Senonensi vel ipsius Locumtenente iudicatum fuisse, bene vero à prædictis appellantibus appellatum, & emendata sententia, depulit & depellit actores ab ipsorum conclusionibus & appellantes absoluit: appellatos autem in expensas tam causæ appellationis quam causæ principalis condemnauit, taxatione sibi reseruata, die Lunæ 13. Augusti 1559.

Idem. Arresto 29. Martii 1563. quod solemniter pronunciatum à Domino Segueno dictum fuit, filium naturalem Presbyteri legitimatum & conceptum etiam ex soluta, veluti concubina, incapacem iuris succedendi esse, neque heredes collaterales excludere posse. Huic Arresto conformiter causa quædam solemniter ac latino idiomate perorata fuit à Dominis Brissonio, Pasquerio, Brebario, super commonitiona Do Aduocati Fabri, sub fine Septemb. 1573. in præsentia Regis Franciæ & Poloniæ & Polonorum, & pronunciatum, filios Presbyterorum legitimari posse, ad honores, ad donationes fauore alimentorum, non vero ad successiones.

XVIII.

Donationes à diuite Presbytero naturali suæ filiæ factæ, postea legitimatæ ex rescripto Principis quomodo determinentur.

Petrus Hannetius Presbyter, pactis dotalib. Claudinæ Hanneriæ filiæ suæ naturali donauit & dotem vsq; ad valorem centum mille librarum dixit. Postea omnib. consummatis & eo mortuo, fratres Presbyteri tanquam legitimi eius successores prædictam Claudinam bastardam & maritū ipsius conueniunt, & post verbalem disputationem & concertationem transactionem ineunt, qua prædicta bona singulis manserunt, pure, fratribus & heredib. pro parte dimidia, & bastardæ & marito ipsius pro altera dimidia. Posthęc prędicti coniuges donatarii metuentes, ne deinceps iterum conuenirentur, à Rege pro prædicta Claudina rescriptum legitimationis impetrāt, cuius approbatio ad Prefectum Parisiensem directa, cui oblatum ac postea ab eo approbatū fuit. Ab eo prędicti fratres appellant & appellationem suam insinuent, rescriptum offerunt, quo aduersus prædictam transactionem restituantur, quemadmodum etiam faciunt prædicti coniuges in Parlamento: appellantes repræsentant qualitatem prædictæ Claudinæ Hanneriæ, naturalis filiæ ex turpi & illicito coitu, quæq; legitimari non possit: concluduntq; ad id, male sc. prædictam legitimationem verificatam fuisse, & ad approbationem rescripti sui de rescindenda prædicta transactione. Appellati repræsentant, pure ac simpliciter coitū id genus illicitum esse non posse, quandoquidem Presbyteri olim coniugati fuerant, teste Paphnutio *in Concilio Niceno*. Ideo si magna ratione sublatum matrimonium Sacerdotum, posse maiore restitui. Et si Iustinianus Imp. aliquot leges aduersus liberos Presbyterorum condiderit, inspecto eo quod ante eum hæcce matrimonia licita fuerant, ipsius leges Regem & Monarcham Franciæ ligare non potuisse, quo minus hos liberos legitimaret, neq; impedire, quo minus hæc legitimatio oēm elueret maculam, concludentes ad id, vt appellantes non admissibiles declararentur. Arresto Curiæ, quod pronunciatum in purpura à Dn. Præside Seguierio, 14. April. 1579. dictum fuit, respectu verificationis rescripti legitimationis à Præfecto Parisiensi factæ, partes Curia dimittendas: & ius dicendo super rescripto rescissionis respectiue obiecto, decretum prædictam filiam naturalem prædicti defuncti Petri Hannerii Presbyteri, singulis annis vsufructu dimidiæ partis bonorum ei donatorum fruituram, reliquo appellantibus relicto, citra vllas expensas, damna, interesse & fructuum restitutionem.

XIX.

Idem.

Postea alius ac ferme similis casus euenit inter Marcū Verderium, mercatorem S. Bonneti Castelli in Forosegusiensi Prouinciæ, & petitorem ac insistentem manutentioni in possessione bonorū relictorū à defuncto Atthaldo Verderio, Presbytero residente Lugduni fratre ipsius ab vna parte, & Antonium Cosium, maritum Atthaldæ Verderiæ, filiæ naturalis pdicti defuncti Presbyteri opponentē ab altera parte. Opponens dicebat, pręd ictum defunctū in fauorem matrimonii, pactis dotalib. prædictæ Atthaldæ filiæ suę naturali omnia ac singula bona sua donasse, & titulo dotis pdictum opponentē in ius sibi elegisse. Actor dicebat, se legitimum successorem prædicti defuncti esse & in possessione bonorum ab eo relictorum constitutum ex generali Franciæ consuetudine, vt prædicta donatione impediri nō possit, quæ reprobari debeat, veluti facta à Presbytero incestuoso. Ad hęc reus replicabat, prædictam Atthaldam filiam naturalem ac donatariam, aduersus incapacitatem succedendi restitutā esse rescripto Principis in forma legitimationis, ꝙ approbatū fuit, à quo licet actor prędictus appellet, nihilomin⁹ eum in omnib. ac per omnia non admissibilem declarandum. Sententia Seneschalli Lugdunēsis, corā quo lis instructa ac agitata fuerat, prædictus opponens in oppositione sua admissus, & in possessione prædictorum bonorum manutentus fuit, vigore donationis à prædicto Verderio Presbytero factæ, vlt. April. 1556. Ab ea prædictus actor appellauit, & Arresto Curiæ vlt. die Iunii 1582 dictum fuit, male iudicatum fuisse, ab appellatione vero bene appellatum, & nulla ratione habita rescripti legitimationis prædictæ Atthaldæ Verderiæ, 23. Ian. 1550 prædictus Marcus Verderius in possessione omnium prædictorum bonorū morte defuncti Atthaldi Verderii relictorum manutentus fuit, vt & mobilium, quæ adhuc in rerum natura extarent: decretumq; super omnib. prædictis bonis prædictæ Atthaldæ summam trecentorum coronatorum & tertiam singulis annis, forma alimentorum tantum assignandam, citra fructuum restitutionem, attento consensu prædicti Marci Verderii: Cosius vero in expensas duarum instantiarum principalium & appellationis condemnatus fuit.

XX.

Mater ab admittitur ad successionē filiæ suæ naturalis.

Maria Mailleria filia naturalis Claudinæ de Prato matrem suam vniuersalem testamento instituit: hæc cum qui dotem dixerat, hoc est, fratrem patris prædictæ naturalis conuenit, eo quod ex prædicta dote nihil solutum fuerat. Prędictus frater recusat dicens, prædictam Mariam bastardam in fauorem matris suæ disponere non potuisse. Super eo Curia Parlamenti Tholosani Arresto suo, 21. Aprilis 1581. decreuit, Iac. Mailleriun fratrem bastardum prædictæ testatricis bastardæ citandum: & cum interuenisset, asseruit, se in possessione bonorum à dicta sorore sua relictorum manutenendum, & ita iudicatum fuit Arresto Tholosano ad exclusionem prædictæ matris, 29. Iunii 1583. ad relationem Domini Marsasii.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum III.

I.

Pendente controuersia de bastardis hereditas æqualiter diuiditur.

DEcimo die Iulii 1576. pro Rupe, pendente controuersia de successione bastardorum, puta, si quis natus fuit pendēte altero matrimonio vel non, aduersus fratrem postremi matrimonii, dictum fuit, hereditatem æqualiter diuidendam.

Liberi

I I.

De natô iterum natus II. Liberi nati II. mense post mortem patris præsumtiui succedere non possunt. Maynardus *lib 4 quæstio. c.3. & 4.* ds eo Arrestum allegat.

TITVL. IV. QVIBVS VT INdignis hereditas aufertur.

ARRESTVM I.

Indignus successione hodie in possessione non constituitur, quamcunque ratione. FRatricida *fratri suo, quem occidit, succedit, eius hæreditate, postquam cædes cognita fuerat, priuatur: & loco eius, quod olim bona eius confiscabantur, *l.cum ratio. §.fin.ff.de bon.damnat. & l.si cum falsi ff.de falso.* hereditas huiusmodi hodie legitimis successoribus adiudicatur, possessione non fratricidam non commeante, iuxta sententiam Bartoli *in l. *Hereditas. ff. qua vt indign.* Ita iudicatum fuit Arresto Pansiensi apud Aufrer. *quæst 23.* & per Gallum *q.146.* & Arresto Burdegalensi, 2.Decemb.1518. & altero Arresto quod datum 28. Maii 1529.

V. *tit.de successi.legitim. Ar. 2. & 22.*

*Desumtum e Boerio *quæst.25.* Idem dixit Ferronius *ad Consuetudines Burdegalenses tit.de testamento §.1. versic.at si frater.* Carondas *lib.2. Responsor. c 80.* & Rubertus *rer iudicatar. lib.3.c 7.* Quæstio Ioannis Galli hic allegata hodie numero 266.est. Quæstio hæc plene tractatur a Dn. Maynardo *lib. 7. cap.94.*

I I.

Vidua secundo nubens intra annuû luctûs indigna est mariti sui successione. Supra *Arr.vlt.tit. de rest.in integ.*&c. Arrestum Tholosanum extat, quo vidua intra annum luctus ad secundas nuptias conuolans, successione mariti sui indigna declaratur, licet is eam testamento heredem instituerit, & eodem et secundæ nuptiæ permissæ fuerint: id quippe extra annum luctus intelligitur.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum IV.

I.

Filius necem patris non vindicans. FIlius necem patris sui non vindicans, indignum successione paterna se reddit, prout iudicatum fuit 24.Iulii 1573. aductus 4. rusticos, qui à Procuratore fiscali interpellati fuerant, vt litem susciperent. Pro eo perorabat Brodeus.

TITVL. V. DE IVRE PRImogenituræ.

ARRESTVM I.

Ius primogenituræ personale est. SI primogenitus seu senior hereditatem patris vel matris, fratribus suis & sororib. eam adgnoscentibus, repudiet, proximus ab eo repudiante ius & commodum primogenituræ præ cæteris prætendere non potest, quemadmodum repudians id facere potuisset. Neq; pariter fratres ab ea depellere sorores iuxta priuilegium, quod ex Consuetudine habent, verum ius & portio repudiantis inter eos tam masculos quam fœminas ex æquo diuidenda est, quæ iis ex prædicta repudiatione accreuit & acquisita fuit. Et ita iudicatum fuit Arresto *Parisiensi, inter Bocherios fratres ac sorores, 6.Sept. 1552.

Lucius *lib.8 tit.10 Art.2.*

Hoc intelligitur, quando senior ex donationibus nonnulla præcipua commoda acceperit: alias contrarium iudicatum fuit, 14 Aug. 1567. Arresto generali, vide 26. & 27. *articulum* Consuetudinis Parisiensis.

*Choppinus *ad Consuet Andeg.li.3.cap.1.tit.1.art.4.* allegat hoc arrestum. Verum *lib.3 de priuileg.rusticor parte 3.c.9.n.5.* aliud contrarium allegat datum mense August. 1567.

I I.

Ius primogenituræ cæteris in solidum hæredat. Consuetudo Momfortensis vult, *in successione nobilium filium seniorem præcipua habere debere arcem seu domum dominicam & septum circa eam si quod sit, aut si nullum sit, quatenus ab ædib. Capi volat* patet feudi nobilis & principalis, quod pater defunctus in vita sua ac mortis suæ tempore possidebat. Cæ etum rerum nobilium & feudalium semissem alterum prædictum seniorem consequi; alterum fratres inter eos æqualiter diuidere oportere. Contigit, vt huiusmodi rerum in hereditate nobilis cuiusdam nihil inueniretur, præter vnicas ædes & septum, quæ senior vni sibi vindicabat. Decebat fratres, Consuetudinem non ita accipiendâ, vt si quid præter ædes & septum nihil superesset, ipsi quoq; nihil consequerentur: sed tantum quando præter prædictum præcipuum alia bona supersunt; quæ cæteris relinquantur: alioquin aduersus legem diuinam & humanam se nihil habituros, non secus atq; si nothi vel exheredes essent, & postularunt, vt senior dimidia parte contentus esset ac sibi alteram dimidiam relinqueret. Senior verbis Consuetudinis insistit, neq; ab iis recedere vult & ait, si quid exorbitans re petatur, id nonnisi scitu nostri iniuria fieri. Dubium hoc Iudices quinde cim dies circiter detinuit, ob magnum opinionum conflictum se disputationem in Parlamento Parisiensi. Tandem Arrestum datum fuit pro seniore, 25.Maii anno 1555. ad relationem Dn. Tiraquelli. Portio Senioris ex priuilegio primogenituræ limitata est per Consuetudinem, portio vero cæterorum liberorum ad residuû remissa est, si quod sit, ita vt si nihil residui sit, ipsis quoq; nihil debeatur arg. *l.cum certum numerum. ibi, non amplius debere placuit ff. de iure.vi. & ole.leg.* nec incongruit fortuna incerta, aut valituram aut cessaturam successionem, vt de stipulatione dictum est. *in l.inter stipulantem. §.sacram.versic si stipulatur. ff. de verb: obligat.* Verum quidem est, per Consuetudinem & statuta, quantumuis ius legitimæ diminui possit, non tamen id aboleri posse, iuxta Bartolum *in l.Titio centum. §. Titio genere ff de condi & demonst.* Verum hac Consuetudine Momfortensi bene attenta, per eam prædicta legitima non abolet, sed mala administr: t o patris eam potius cessare hoc casu fecit: quantum ad seniorem, cuius prærogatiua omnibus iuribus admittitur, cogi non potest, vt f. atribus leg t má præstet ex eo quod sibi debetur & obuenit, exclusis prædictis fratrib. suis, per eadem iura. Idem dictum fuit altero Arresto Parisiensi 7.Septemb. 1552. Pater tribus relictis liberis & vnico feudo mortuus fuerat, quod à creditorib. pignori capitur, & hastæ publicæ subiicitur & addicitur, senior petit, vt ex pretio sibi præcipuum ius primogenituræ soluatur, id quod Arresto obtinuit, non obstante fratrum suorum intercessione.

Nota, in casu præsentis Arresti, patrem ius primogenituræ auferre non potuisse, diuisione a se superstite facta, neque eum consensu senioris. Arrestum in purpura vigilia B. Virginis 1566.

*Desumtum è Lucio *lib 8 tit.11 fam. ercisc* Choppinus *lib. vlt.* citato, mentionem facit alterius Arresti huic decisioni conformis, quod datum fuisse ait mense Septembri 1571. Volatus Capi in iure primogenituræ continet circuitum arcis, à fossa limitatum ad vnum arepennem terræ simpliciter: non vero vbi molendinum bannale esset.

I I I.

Ius primò genituræ præcipuê. Inter Claudium Gatelerium filium primogenitum & principalem heredem defuncti Francisci Gatelerii

Ximmone est neq; de bitis paternis oneratur vltra hereditariam portionē veluti vnus ex reliquis coheredibus.

telerii & Tassinæ Vergonæ, actorem & opponentem ratione sui iuris primogenituræ ad eum deuolutæ per mortem prædictorum suorum parentum in feudo de Manimes ab vna parte, Baptistam Gateleriū & Claudium Bonnotium tutorem Ioannis Gatelerii filii secundi matrimonii prædicti defuncti reos & intercedentes iuri primogenituræ ab altera parte. Claudius primogenitus dicebat, patrem ac matrem suam prædictam terram & feudum acquisiuisse, & per mortem matris suæ mediam eius partem ad se deuolutam & ad prædictum Baptistam filium primi thori, vbi prædictus senior duas besses siue tertias habebat, & per mortem prædicti patris sui mediam partem deuolutam ad tres illos fratres, Claudium, Baptistam, Ioannem, in qua ipse quoque mediam partem haberet cum principali domicilio & Capi volatu. Postea prædictam terram pignori captam & hastæ subiectam fuisse à creditoribus, & ex decreto adiudicatam pro quinque millibus librarum, eamque summam quamuis ipse non nisi trientem siue tertiam deberet, vt cæteri, ad exoluenda debita impensam fuisse. Quo facto ius suum primogenituræ venditum fuisse in vtilitatem suorum coheredum, oppositionem format aduersus executionem decreti, compensari sibi ius primogenituræ postulat, quandoquidem ipse plus quam quisquam coheredum suorum soluisset. Fratres ei respondent, subhastationem factam propter debita immobilia, & pecuniam creditorib. distributam, neq; vnquam prædictum actorem his se opposuisse naq; de suo primogenituræ iura protestatum fuisse: igitur nunc non admittendum. Ad hæc senior replicat, debita mobilia vel immobilia æqualiter diuidi inter heredes: se adiudicationi ex decreto opponere nō debuisse, eo quod intercedare non potuisset vel id impedire, quominus prædictum feudum pro debitis patris sui adiudicaretur. Ac quamuis portionem suam debitorū soluisset, creditores tamen pro portione coheredū, ratione hypothecæ indiuiduæ non ideo minus ad subhastationem & adiudicationem perfecturos fuisse. Insuper ait, ius primogenituræ extra partem seu iure præcipui accipi, neque ob id se plus quam reliquos soluere. Rei in contrarium, filium primogenitum hoc ius nunnisi tanquam heredem consequi, qui hoc respectu ad debita tenetur. Arresto Parisiensi, 7. Sept. anno 1532. dictum fuit, tam ex pecunia apud Acta consignata, procedente ea venditione bonorum veluti ad partes spectantium & hastæ subiectarum, quam ex aliis bonis, debita relicta tam per mortem prædicti defuncti Francisci Gateletii patris prædictarum partium, quam defunctæ Tassinæ Vergoniæ primæ ipsius vxoris, matris prædicti senioris, creditorib. paternis primo satisfactione & solutione facta, prędicto Claudio Gatelerio filio seniori soluēdum & refundandum ex pecunia venditi iuris primogenituræ ad eum spectātis in feudo de Manimes hastæ publicę subiecto. quando quidem ea parte sua ac pręcipuo plus soluisset, quam singuli prędicti coheredes creditoribus paternis soluissent: prædicti vero rei in expensas condamnati fuerunt.

Hoc Arrestum locum habet tam in linea directa quam collaterali. Iudicatum pridie Pentecostes, inter Arresta generalia 1577. inter collaterales.

Æstimatio omnium bonorum defuncti facienda, ex hac causa ad contributionem debitorum deueniendum, aut pro rata eius, quod singuli lucrantur ex successione, & soluuntur pro portionibus hereditariis, & non pro modo emolumenti, *Lex facto proponebatur. ff. de hered. instit. l. 1. C. si cert. petat.* & primogenitus præcipuum suum ferens, nonnisi vt vnus è reliquorum heredum numero soluere debet, Paulus de Castro *in l. hic quaeretur §. potest. ff. de peculio.* Valla *lib. de reb. dub. sub fin. n. 51*, Molineus *ad Consuet. Parif. §. 11. n. 13.* & Choppinus *lib. 3. de privileg. rust. part. 3. c. 10. in pr.* Arrestum Parisiense allegant quod datum 16. Martii 1535. Aliud datum ad peroratione pro Renato Viaudino in Consuetudine Pictauiensi [illegible] 184 non obstāte, quod specialis hypothecæ obnoxium feudum ad seniorem iure præcipui veniens. Attamen prædicta Molineus *tract. de diuiduo. p. 2. n. 56* tenet, si præcipuum opulentum sit, seniorem ad soluenda debita teneri ex rata prædicti præcipui sui: verum in subsidium, puta, si portiones suniorum coheredum non sufficerent, quarta ipsorum deducta. Idem *ad Consf. Parif. §. 16. n. 114* Anton. Capic *decis. 198.* Arrestum hic relatum refert quoq; Dn. Magister *tract. de feu. & homag. c. 7.* V Carondā *li. 2. resp. c. 19. & li. 4. c. 1.* [illegible] *& li. 7. c. 129* & Robert. *li. 4. rer. iud. c. 13* In Consuetudine [illegible] tæ prælectionis Parisiensi, *art. 334* desumta ex Arrestis Curiæ, primogeniti in linea directa non magis quam alii coheredes, ad debita personalia tenentur, respectu iuris ipsorum primogenituræ, eo quod ius hoc iis datum est beneficio legis municipalis, & inter prælegati, nullo onere adiecto, ait Molinæus *d. §. 15. num. 8. C. §. 1. nu. 14.* Nisi propter onera fundialia & antiqua, ad quæ feuda tenentur. Ioannes Cyrerius Senator Parisiensis *in tractat. primogenitura*, & post eum Tyraquellus *lib. primogenitor. quæ. 35.* tenent contrarium, ipsorumque sententiam secuta est Consuetudo Britanniæ *artic. 32.* aduersus sententiam Argentrei, vt annotauit *ad artic. 225 & d. 532.*

IV.

In successione & diuisione doarii consuetudinarii, ius primogenituræ locum non habet. verum æqualiter diuidendum inter fratres matrimonii: ex quo prędictum doarium processit, iuxta id quod dictum in *Ar 18. supra tit. de successiō. legitim.* & pro exclusione prædicti iuris primogenituræ, Arrestum Parisiense datum fuit 1. Febr. 1491.

In successione doarii ius primogenituræ locum non habet.

Certum est in successione doarii, iuri primogenituræ locum non esse, sed liberos æqualiter succedere: prout Dn. Molineus *ad Consuet. Parif tit. 12.* ait iudicatum fuisse in domo Mommurancea, &c. Vide Arrestum 1. *Append. h. t.*

V.

Idem & contrarium.

Hanc ad rem notanda est facti species, quod in familia Gentianorum contigit, Dominorum Eremi in Vice Comitatu Parisiensi, quæ ita se habet: In diuisione inter fratres difficultas oritur super feudis & fundis doario obnoxiis, vbi senior ait, se ius suum primogenituræ consequi debere. Huic minores cōtradicunt, & asserunt, in doario iuri primogenituræ locum non esse, eo quod ex Consuetudine prædictū doarium proprium fit liberorū prædicti matrimonii statim à momento prædicti matrimonii & antequam nati sint. Ita vt pater & mater illud vendere, oppignerare vel alio modo alienare non possint. Et prædictum doarium ad eos pertinet beneficio Consuetudinis & iure municipali, non vero ex successione patris & matris. Posito enim, eos successioni patris renunciare, prædictum tamen doarium ad eos pertinet, neq; vllis soluendis debitis obnoxium est. E contra senior asserebat, in successione Gentiani, ius primogenituræ locum habere debere in prædicta terra Eremi, cuius pars dimidia doarium consuetudinarium erat, eo quod omnes liberi, tam maior q̄ minor natu se gessissent heredes patris sui. Igitur prædictum doarium cum tota successione cōfusum esse & nomen doarii amittere, ac nonnisi vnicam totius prædictæ successionis massam esse: in qua ex prædicta Consuetudine ius primogenituræ habere deberet. Lis coram Præfecto Parisiensi instructa fuit; vbi minores causam suā obtinent, qua postea in Parlamēto ceciderunt: & Arresto dictū fuit, prædictum seniorem ius suum primogenituræ * in terris seu fundis doario obnoxiis consequi oportere. 23. Decembris 1532.

*V. Carondam *lib. 2. respons. c. 20. & lib. 3. c. 53.*

VI.

Domicilium iure præcipui.

In locis, vbi ex Cōsuetudine primogenito ob ius primogenituræ in pręcipuo & ante diuisionem hereditatis

ad seniorē pertinens quas perti neotias habere debeat. ditatis patris vel matris, atx vel principale domicilium cum sepro & pertinentiis ipsius affectatur seu obligatur, in eo comprehenduntur hortus & viuarium *proxima voluptatis causa excitata, quamuis separata & extra septum domus & seorsim muro vel fossa clausa sint, & inter prædictum hortum, viuarium ac septum domus lata publica via intercedat. Amplius si ex Consuetudine de continentia expressa non sint, prædictam continentiam perfici oportebit a residuum ex aliis fundis proximis accipi, siue syluæ essent sine saltus, si proximi sint. Ratus Commentator Consuetud. Thronensis hac de re Arrestum quoddam Parisiense allegat.

* Non vero molendinum aquarium, quod io fine septi ædificatum, vel in stagno, prato vel vioea. Carondas *lib. 2. resp. c. 30.* neq; torculat aut furnus bannalis, verum recte columbarium ac piscea, quæ in fossis areis oriuntur, & apum alueatia. Choppinus *ad Consuetud. Andega. lib. 2. part. 3. c. 1. tit. 3. Art. 4. V. 12. & 14. artic. Consuet. Parisiensis.*

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum V.

I.

Ius primo geniture loců non habet in pecunia ex feudo vendito, &c. Ius Patronatus relictum seniotibus ma sculis, verū etiam de fi liab. intelligatur in defectum masculorum. Molendinum io fossa ad seniorem spectat.

IVs primogenituræ in pecunia ex feudo vendito sub facultate luitionis & retractus locum non habet. Arrestum Parisiense, quod pronuntiatum inter Pentecostalia 1574. Choppinus *ad Cons. Paris. lib. 1. tit. 2. art. 31.* Quid si ius Patronatus Capellæ cuiusdā à fundatore proximo suo cognato relictum quarur, post eum filio primogenito & successiue à primogenito ad primogenitum, & nonnisi filias habeat; Iudicatum fuit ad primogenitum solum spectare, Arresto Parisiensi quod datum mense Aprili 1567. Carondas *lib. 4. Respons. c. 44. T.*

II.

Iudicatum fuit 5. Aug. 1550. ad relationem Domini Desloges, in tertia Camera, molendinum etiam quæstuarium, verum voluntarium in fossis ædificatum ad seniorem spectare.

TITVL. VI. DE CONSVETVDINE, *Mortuus saisinat viuum.*

Super hoc titulo plene scripsit Dn. Tiraquellus, deque eo tractatum satis prolixum composuit.

ARRESTVM I.

Gesiana. rius iuris successioni ex consuetudine, *mortuus saisinat viuū*, in possessione constituitur.

COnsuetudo Franciæ generalis, qua *Mortuus saisinat viuum**, in omnium generum heredibus, siue suis, legitimis, extraneis, testamentariis & aliis obseruatur. Et notabilis facti species occurrit iudicata Arresto Parisiensi de 17. Nouemb. anno 1517. quo Antonia du Bois, cui Catharina soror ipsius successionem paternam cesserat, manutenta fuit in possessione & saisina portionis, quæ delata fuerat ex capite prædictæ Catharinæ cedentis aduersus eam, quæ depulsa fuit.

*Ad perfectum intellectum horum verborum, adiungenda sunt hæc verba *proximum ipsius & ad succedendum idoneum, art. 318.* huius consuetudinis partis.

II.

Cōsuetudo, *Mortuus saisinat viuum*, in patria iuris scripti.

Prædictæ Consuetudini locus est tam in Prouincia quæ iure scripto regitur, quam Consuetudinaria in omnibus successionum generibus, ptout ait Bartolus *in §. 1. & §. retinenda. de uterd.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, penult. Martii 1554. Quantum ad patriam iuris scripti, prolibetis suis, qui in potestate patris sunt, ac propterea sui heredes, prædicta Consuetudo nihil addidit: idem enim constituitur *in l. cum miles. ff. ex quib. caus. maior.* non attenta *l. cum heredes. ff. de adquir. poss.* quæ de heredibus extraneis intelligitur.

III.

Vendere rem hereditariam, aditio non est.

Si vidua, frater, nepos vel alius præter filium, fundum hereditarium mariti sui, fratris, auunculi, vel alterius cognati post mortem ipsius vendat, eu pro herede necessario se gerere non creditur: verum aliis actus magis prægnantes requiruntur, ex eo forte, quod res aliena distrahi vtcunque potest, *l. rem alienam ff. de contrah. emptio.* Idq; Paulus Castr. ensis notat *in l. si paterna. C. de repud. vel abst. heredit.* & verum est, vendere eiusmodi actum esse, qui fieri possit etiamsi quis heres non sit. Ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi. Nihilominus parum huic addi oportet, ad valde argumentandum & concludendum eo facto hunc heredem censeri adgnouisse defuncti hereditatem eiq; se immiscuisse. Aliud foret, si filius & alt descendens, qui de suis est, atq; indubitate ad successionem in linea recta vocatus, immobilem rem hereditariam vendidisset: ex huiusmodi quippe actu conuincetur hereditatem adgnouisse. Idq; d sputatur ab Imberto *in Enchir. suo, cap. Heres consuetudine totius Galliæ, &c.*

TITVL. VIII. DE COLLATIONE.

ARRESTVM I.

Collatio rei in specie, & non in quantitate fieri. debet, vel minus accipi.

INter heredes ab intestato ordinarium est conferri in diuisione id, quod vni ex iis à defuncto adhuc superstite donatum fuit: & notandum est, quālis res donata æstimata fuerit in donatione, donatarium tamen non admitti, si æstimationem suis coheredib. conferre velit: eandem quippe rem conferri oportet, si legitimus heres eius conferendæ facultatem habeat. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 23. Decemb. 1524. inter Dominum Affium Consiliarium ab vna parte, & Regnaldum Picardum & vxorem ipsius ab altera. Facti species hæc fuit: Dominus Affius pacti s dotalibus filiæ suæ elocatæ Regnaldo Picardo Notario & Secretario Regio in Parlamento, prædictæ filiæ suæ dotem dixit quatuor millium ac ducentarum librarum, ex quib: tempore mátrimonii soluit mille & ducentas libras, neq; facultatem habens residuum trium millium librarum repræsentandi, prædicto Picardo terram & dominium maioris & minoris Fouyllouse sitæ in Præfectura & Vicecomitatu Parisiensi pro centum libr. reditus redimibilis iuxta sexennium, pro prædicta summa 3000. librarum tradidit & assignauit. Conuentum q; fuit, quo casu prædictus des Affes prædictum reditū non redimeret intra prædictum sexennium, neq; prædictum domin. si lueret, eo casu dominium istud prædicto Picardo & Mariæ des Affes vxori ipsius permansurum conquisitum. Post mortē patris coheredes ipsius iudicio familiæ ercíscundæ agunt. Filius senior asserit, prædictum Picardum teneri conferre prædictum dominium in specie, non verò in quantitate, puta summam 3000. librarum. Præcipuum ipsius fundamentum erat, quod prædicta terra feudi titulo possidebatur, & facta prædicta collatione in specie, præcipuam haberet arcem & ædes dominicas istius terræ, iure primogenituræ, cum duabus partibus, quarum tres totam prædictā terram constituunt. Verum si prædicta collatio in quantitate fieret, & prædictus Picardus ad conferendam prædictam summam 3000. librarum, non nisi

nisi partem mediam prætendere & consequi posset, quare hoc casu prædictus Picardus & soror ipsius maiori emolumento afficerentur. id quod pater ipsorum per Consuetudinem Parisiensem facere non poterat. Prædictus Picardus econtra dicebat, se satisfacere conferendo tria millia librarũ, ex eo quod pater ita cum eo contrahens tanquam peregrinus, non vero tanquam cum filia sua, nihil quicquam aduersus Consuetudinem Parisiensem egisset, quę hoc casu locum non haberet, prædictumq; patrem vendere atq; alienare prædictam terram extraneo etiam potuisse, ad repræsentanda tria illa librarum millia prædicto Picardo. Item de fauore matrimonii agi. Arresto, cuius datam supra retulimus, decretum fuit, Picardum prædictam terram in specie conferre teneri, vel minus consequi in hereditate patris quoad fundos paris qualitatis cum prædicta terra. Hæc omnia tendunt ad impediendum, ne pater consuetudinem eludere, & vnum è liberis suis maioribus prælegatis ac donis, quam alterum mactare possit. Idemq; in pari casu Arresto prædicto loco, 13. Mart. 1522. in successione Hugonis Arrogati dictum fuerat.

Idem.

Collatio inter liberos super quo fundata.

Hoc ita decretum fuit, vt inter liberos æqualitas conseruaretur, collationis titulus manifestam habet æquitatem, ait Iurisconsultus Vlpianus *in l. 1. ff. de collat. bonor.* Nou. 18 *de triens. & semiss* § 6. quo loco Iustinianus sanciuit, siue quispiam intestatus moriatur, siue testatus, quoniam incertum est, ne forsan oblitus datorum, collationis memor non fuit: omnino esse collationes & exinde æqualitatem. Omissa per obliuionem plerumq; in iure haberi solent pro expressis, ita annotauit Cuiac. *in paratitl. C. de collat.* Propterea maior Consuetudinum pars, nominatim Consuetudo Parisiensis repetitæ prælectionis super Arrestis, parentibus non permiserunt, vni plus quam alteri donare vel relinquere, vt inter eos æqualitas conseruaretur, adeo ab omnibus commendata. *Iungat*, inquit D. Ambrosius, *liberos æqualis gratia, quos æqualis iunxit natura*, & Seneca *epist.* 50 ait, primam partem ęquitatis esse ipsam æqualitatem. Quod si is è liberis, cui fundus quidam in antecessum successionis donatus fuit, ad diuisionem venire velit, & fundum naturaliter possideat, eum in substantia & specie conferre debet, verum impensæ vtiles ac necessariæ ei refundi debent: quod si coheredes eas refundere nolint, æstimationem tantum prædicti fundi conferre tenetur, habita ratione temporis diuisionis, deductione facta prædictarum impensarum. Paris. *artic.* 305. nisi donatarius donationi suæ stare velit, legitima reseruata in aliis. I.C.

II.

Collatio æstimationis, non vero rei ipsius quando admittatur.

Alia notabilis facti species in prædicta Curia emersit inter Stephanum Daurantium & ipsius vxorem, & partes ipsorum aduersas, vtrum si is qui conferre tenetur, rem donatam vendidit, eam redimere ac postea conferre teneatur: an vero ad diuisionem admittatur, si satisfaciendi facultatem non habeat, alias repræsentando æstimationem prędictæ rei, habita ratione temporis, quo collatio facienda. Et verso ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 27 Febr. 1551. per *l. cum emancipat. §. si per inopiam. ff. de collat. bonor.*

III.

In casu collationis contradictæ cautio præstanda est.

Si inter heredes ab intestato de collatione deque eo quod conferendum est controuersia sit, coheredes diuisionem differre non possunt, vsq; quo prædictum dubium definiatur, verum vlterius ꝓcedere debent, præstita à contradicante collationi cautione, & ipsius parte prædictæ collationi obnoxia permanente. Et ita Iudicatum fuit Arresto Parisiensi in perorationa, 21. Martii 1552. per *l. 1. § iubet autem Prætor. versic. sed cum possint*, ibi, *tunc propter incertum cautio erit interponenda. ff. de collat. bonor.*

IV.

Fructus dotales quomodo conferantur.

Arresto Parisiensi expedito à Commissariis, 21. Augusti 1546. iudicatum fuit, filiam ad diuisionem venientem dotem suam conferre debere, quam accepit: non vero vsuras & pẽsiones acceptas, expectata dotis suę solutione. Id quod intelligi debet de vsuris & pensionib. acceptis ante hereditatem obuenientem: eæ enim quæ post perceptæ fuerint conferuntur, vel cum fructibus hereditatis debitæ filiæ pro parte sua compensantur. Prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi quod pronunciatum inter A [illegible] mensis Augusti ad relationem Dn. Hailæi, an. 1541. per *l. filium. § filia. ff. de collat. dot.*

Postea Consuetudo Parisiensis repetitæ prælectionis *art.* 309. desumta ex Arresto quodam, quod pronũtiatum in perpetua, decisum fuit, fructus rei donatæ a patre & matre, aio & auia, siue fundi siue reditus sint, non conferri nisi a die successionis delatæ & pecuniarũ, ratione vicesimaria, cui cõsentit Consuetudo Britanniæ, §. 597. Id quod fundatur in *d. l. filium. § filia, & l. in petendum ff. de vsuris. l. Bona fides. ff. de acq. rer. dom.* eo quod donatarius possessor bonæ fidei censetur, & pactis dotalibus res donatas consecutus est ad ferenda onera matrimonii, quæ maritus subire tenetur.

V.

Si vnus è coheredibus collationem à se debitam differat, postea conferre tenebitur, non tantum id quod conferre debuerat, verum etiam fructus & interesse: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, die 29. Decembris anni 1524. ad relationem Dn. Boerii, per *d. l. filium. in fin.* ibi, *cum emancipatus frater, &c.*

Coheres collationem differens fructus debet.

VI.

Iurisconsultus in *l. qua pater filio 50. ff. fam. ercisc.* expresse ait, filium non teneri conferre in diuisionem hereditatis paternæ id, quod pater ei studiorũ causa peregre agenti subministrauit, neq; quicquã ex eo in petitionẽ, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinet, computari. De libris nihil dictum fuit, qui ei à patre donati fuerunt. Bart. Bald. & alii tenuerũt, horum librorum pretium conferendum esse, vel cõputandum tantundem in diuisione: patrem n. eos de suo emisse cum diminutione patrimonii sui. Per sententiam complurium doctissimorũ Aduocatorũ hæc opinio non obtinuit, verum à contrario, libros datos à patre vni suorum liberorum neq; conferendos neq; computandos esse non magis, quam studiorum expensas, prædictos n. libros non alio fine, neq; alia de causa quam studiorum donatos, atque ideo alia ratione determinari non debere.

Libri & alie expensæ studiorum conferri non debent.

Nota, ex compluribus Consuetudinib. sumtus studiorum a patre & matre præstitos non conferri. Melodunensi, *artic.* 278. Bituricẽsi *tit. de success.* § 42. nisi donator protestatus fuisset scripto se nolle in vnum plus, quam in reliquos conferre, vel filius, cuius pater decessisset, vel mater aliunde bona habuisset. Hæc sententia est Bart. *in l. 1. §. nec Castrens. ff. de collat. l. Nesennius ff. de negot. gest.* Masuetius *t. de dotib. & donat.*, vel diuisionem à patre vel matre petiisset, qui administrationem ipsorum bonorum habuerunt. I.C. Attamen sæpe prædictæ studiorum expensæ cum fructib. dona compensantur: prout iudicatum fuit, perorante Bernardo aduersus Bossanium. 7. Febr. 1586. sub vesperam. B.

VII.

Collatio inter fratres succedentes ab intestato intendi potest, & quomodo.

Ius collationis inter fratres succedentes patri suo ab intestato, fauorabile est, & ordinarium, quocunque relicti titulo, vni ex iis donatum quod fuerit, nisi in donando pater expresse eius rei collationem interdixerit. Eaq; cõstitutio est Iustiniani Imperatoris in Nou. 18. c. 6. *Illud quoque*, trãslata postea in Authẽtica: *Ex testamento. C. de collatio.* Sufficienter collatio ꝓhibebitur, si pater donando declarauit se velle, vt filius donatarius rem sibi donatam præcipuam haberet: verbum n. *præcipuum* collationem excludit, vt aiunt Imperatores Diocles. & Maxim. *in l. si donatione. 13. in fin. Cod. eod. tit.* Idem ex his verbis, *ante omnem diuisionem, vltra diuisionem siue collatione, ita vt conferre non teneatur*, & his similibus. Nonnulli nostri temporis tenuerunt, eo quod dicatur, prædictam collationem fauorabilem esse propter æqualitatem inter

Verbum, præcipuum.

libe-

Exclusio collationis odiosa. liberos seruandam, ac per consequens exclusione illius collationis odiosam: ad minimum ad effectum prædictæ exclusionis exactè tenendam esse formam legis, quæ eam permittit, quæ vult, vt exprese pater donans, collationem prohibeat hisce verbis, *ita demum, si parens hoc expressim designauit*, d. Authentica, *ex testamento*, verbum *præcipuum*, quod tacite prohibitionem infert, prædictam exclusionem inducere nō debere. Alii & fanlus tenuerunt contrarium. Et quo ad hanc materiam sententiarum Dominorum Patisiensium constitutum vidi, da successione Clayete, quæ necdum iudicata fuit. In casu prædictæ prohibitionis aduersus donatarium obseruati non potest Edictum Prætorium, *quod quisq. iur*. &c. Nam quāuis nihil ex eo, quod sibi iure præcipuo donatum fuit, conferat, non sinet tamen cogere fratres suos coheredes ad conferendum, quod ab ipsorum patre donatum fuerit, per præd. dam Auth. *ex testamento*. Is qui non fetre tenetur, nō ideo minus à fratrib. suis collationem exiget.

Qui fructus conferri debeant. Igitur in successione ab Intestato omnes æqualiter citra prædictā prohibitionem conferre debent, non tantum quod à patre ipsorum acceperint, quocunq; relicti titulo, verum etiam fructus, quos perceperūt. Nihilominus quātum ad fructuum collationē hæc regula simpliciter non admittitur. Nonnulli tenuerunt, omnes fructus tam consumtos, quam existentes, conferri debere, vt semper prædicta æqualitas inter fratres seruetur. Rationes ipsorum hæ sunt; vna è filiab. fotte maturè elocata fuit, pater ei titulo dotis reditum quendam donauit, quo, eo superstite, longo tempore fruita fuit, perceptis fructib. & prouentibus, qui magni valoris fuerunt. Citra prædictā donationem pater eos percepisset, & ita patrimonium suum auxisset, quod post mortem suam minus inuenitur. Altera filia anno vel minore tempore ante mortem patris fortasse elocata fuit, & parum vel plane nihil fructuum ex eo, q. pater ei donauit percepit. In his, inquiunt ii, magna inæqualitas deprehēditur, & rigida lex, si omnes fructus non conferātur. Iason ad *l. vlt. C. de collat.* contrarium tenet, eos tantum fructus conferendos, qui exstant & manifesto inueniuntur, non vero consumtos: quandoquidem, inquit is, in id impensi fuerint, ad q. pater eos donauerat, puta ad sustinendi matrimonii onera, ad quæ iure huiusmodi fructus destinati sunt, *l. pro oneribus. C. de iur. dot.* Notandum est, quod Zeno Imperator ait *in l. Iubemus. in pr. C. ad Trebell.* patrem non posse onerare neque grauare liberos suos primi gradus, vt id, quod iis reliquerit, aliis restituant, si sine liberis decesserint, & percipere ac imputare fructus, quos ex possessione sua colligere possunt, pro ipsorum legitima, & iniquam esse huiusmodi patris cōstitutionem quoad prædictos fructus, neq; liberos teneri ei obedire. Alii sane plures prædictam *l. iubemus* in contrarium induxerunt, dicere volentes, heredem filium oneratum restitutione, tenentū quarta pro auctoritate Senatusconsulti Trebelliani, & legitima, per imputationem fructuum dodrātem teneri restituere. Eaq; noua opinio fuit nunquam admissa, eo quod neque fundamento neq; vlla ratione nititur. Siue velit siue nolit pater, fructus filio restituēne onerantur propter fuit. Superq; eo vide *Arr. 1. tit. de detractione, quam heres, &c.* Quod ad alterum subiectæ nostræ materiæ caput, quamuis Doctores nostri ad prædictam Autheot. *ex testamento*, & ad *l. filia dotem* pro axiomate teneant, id quod à patre testamento relinquitur, collationi obnoxium non esse, nihilo minus si filius legatarius ad legitimam suam veniat, p illius implemento legatum suum conferre tenebitur, vel plane recusare, & hanc ad rem est *l. si quando §. si. C. de inof. test.* Quantum ad Codicillum attinet, Fructus pro legitima oneris restitutendi imputantur. Collationi in quo titulo locus sit.

Codicilli collationi obnoxius. diuersa ratio subest, si sine testamento fiat, & ab eo, qui intestatus moti vult: tum quippe liberi, quibus in Codicillo longe amplius quid relictum conferre semper tenebuntur, vt ait Scæuola in *l. ex parte. § intestato mortuus. ff. fam. ercisc.* Si tamen pater moriens diuidat inter liberos suos bona sua, nullo indiuiso relicto, vt facere potest iuxta *l. parentibus. C. de inoff. testa.* huic diuisioni liberi stare atq; obedire tenebuntur, dummodo singulis minus quam legitima sua relictum non fuerit, neq; vllus collationi locus erit iuxta facti speciem positam & definitam à prædicto Scæuola *d. §. Intestato*, ac videtur in prædicto casu huiusmodi diuisionem non esse donationem neque aliam dispositionem inter viuos, verum potius vltimam voluntatem ambulatoriam vsque ad mortem; *vt ait Vlpianus secutus Papinianum in *l. si filia nupta. 20. §. si pater in filios, sine scriptura bona diuisit ff fam. ercisc.* Alioquin si diuisio nulla facta, aut facta, sed non de omnib. rebus, verum res aliqua hereditaria indiuisa maneat, in singulis prædictis casibus, siue per codicillum siua alio modu, per scripturam vel sine scriptura, legato relicto vel donatione à patre facta, semper ii, quib. longe amplius relictum fuit conferre tenebuntur: his quippe casibus occasio est succedendi ab intestato ex *d. §. intestato*, à contrario sensu. Imbertus *in enchir. suo* ca de re Maiorib. diebus Andegauensib. Arrestum datum fuisse ait. Alius diuersus casus, si pater filiam suā elocauit, vel filium suū, eique simpliciter summam quandam donauit, vel pro omnibus ipsius iuribus legitimæ & successionis: quem postea reuocar & cum aliis liberis viniuersalē heredem instituit, qui præter institutionem à patre nihil consecuti fuerunt, vt ipsorum supradictus coheres, qui coniugatus fuit. In diuisione in inter cedūt, quo minus vllā rem accipiat is qui à patre quod acceperit & coniugatus fuit, nisi conferat, quod à patre suo accepit, vel id imputet & minus accipiat. Hic ait, id q. habuit ex liberalitate sua processisse, deque eo sibi controuersiā moueri nō debere, nominatim quod pater eum heredem vniuersalem instituit pro quota omnium & singulorum reliquorum bonorū suorum, neq; quicquam supremis iudiciis de collatione cautū, seque fundat in *l. 2. C. de collatio.* Coheredes replicant, absq; expressa collationis interdictione à patre testatore facta, conferri oportere tam inter succedentes ex testamento, quam ab intestato, neq; vllam differentiam esse, prout continetur in d. Auth *ex testamento* quæ d. l. 1. emendat: adde quod in donatione ipsius à patre in fauorem matrimonii factā nominatim extare, *pro omnibus iuribus successiuis*, & sic necessario conferri debere, vt expresse dicitur *in l. si non mortis causa, in pr. ff de inoff. testam.* Sententia Libellariorum Palatii Parisiensis 22. Aprilis 1566. data inter Baptistam de la Veuë Aduocatum in Parlamento, prædictam collationem postulantem ab vna parte, & Iacobum de la Veuë coheredem ipsius reum ab altera, prædictus reus à prædicta collatione absolutus fuit. Ab eo ad Parlamentum appellatum, vbi prædicta sententia defensa fuit ob declarationem à defuncto patrium patre factam de successione, de qua quærebatur, qua declarauit se velle, vt donationem à se factam summæ quinq; millium librarum & domus cuiusdam, pactis dotalibus, is præcipuam habeat, non vero pro paternis suis iuribus, vt in prædicta donatione dictum fuerat: sane enim absque hoc prædicta sententia directè contraria videretur dispositioni iuris communis, præcipue vero d. Authenticæ ex qua dotis causa vel propter nuptias donationes conferri debent: factæ vero simpliciter extra prædictas causas non conferuntur, prout id decla- Collatio inter coheredes testamento feri ptos. Donatio simplex à patre filio facta quādo conferatur.

declarat Accursius *ad d. Auth. in gloss. datorum.* Dynus & alii complures eum secuti id apertius declarauerunt, puta, quantum ad id nullam differentiam esse inter donationem simplicem à patre filio emancipato factam, & donationem dotis causa vel propter nuptias: hæ duæ quippe inter heredes testamento scriptos conferuntur, vt videre licet in *l. vt liberis Cod. eo. tit.* nisi donando pater contrariũ declarauerit. Verum si filius donatarius non emancipatus & in potestate patris sui donatoris constitutus sit, quandoquidem simplex donatio ei facta à prædicto patre ipsius vsq; ad mortem, qua duntaxat confirmatur, admittitur, legati censetur & vltimæ potius voluntatis decretum, quam actus inter viuos: & ex hac ratione inter heredes scriptos collatio non fit, arg. *l. à patre. C. eod. tit.* Vbi legata & donationes fideicommissariæ non conferuntur. Alii & iuste, vltimum hoc caput tribus diuersis casibus limitant. Primus est, si pater donauit filio aut filiæ in fauorem matrimonii: alter v. vel altera simplicẽ tantum donationem acceperit: postea ambos vel ambas heredes suos instituat, ne ex eo iniustum quid oriatur & æqualitas seruetur, ambos vel ambas siue in potestate siue emancipati sint, cõferre oportet, *l. ven. C. de colla-tio.* Secundus casus est, si pater testamento vel aliter id ita declarauit, puta, dixit, id quod fil[illegible] o donat, se donare pro omnibus iuribus successiu s & legitimæ. Hoc casu donatarius post mortem patris tenebitur eo contentus esse, vel id conferre. Itq; casus est *d. l. si non mortis causa. ff. de inoff. test.* Vltimus est si pater rem filio suo donauit, ex qua priuatim negotietur, ad instar peculii profectitii, conferre fratribus suis eum eo institutis tenebitur. Itq; vnus est è casibus *d. l. si donatione. C. de collatis.*

Donationes simplices filio in potestate factæ regulariter nõ conferuntur exceptis tribus casibus.

*Adeo vt donatio à patre vel matre facta vni liberorum suorum forma diuisionis, quamuis ea insinuata fuerit, testamento vel codicillo reuocari possit. Arrestum Parisiense, 24. Iulii 1578 quod refert idem Carondas loco prææallegato. T. V. Maynardum *lib. 8. c. 55.*

VIII.

Nepotes post mortem patris sui ad successionem aui venientes, conferre debent id, quod pater ipsorum consecutus est, quamuis non sint heredes patris sui. *Adde* Arr. 22. *tit. 1. lib. 20.*

Facti species hæc est: Philibertus Layetus plures liberos habens, Hieronymo vni ex iis & primogenito, in fauorem matrimonii, quandam summam donat, præterea officium ei horrearii emit. Hic primogenitus filius relictis liberis moritur, prædicto Philiberto patre adhuc superstite. Liberi prædicti Hieronymi post mortem patris sui prodigalitatẽ & malam administrationem ipsius adgnoscentes, hereditatem repudiant. Aliquo tempore post Philibertus Layetus auus ipsorum moritur, qui plures liberos in primo gradu relinquit, & nepotes liberos supra memorati defuncti primogeniti. Hi diuisionem & portionem in bonis aui sui petunt, eam quã pater ipsorum, si superuixisset, cum fratribus ipsius patruis suis habuisset. Prædicti patrui prædictos nepotes ad diuisionem admittere parati sunt, conferendo vel minus accipiendo, id quod patri ipsorum in fauorem matrimonii donatum fuerat, & pecuniam pro officio horrearii à patre ipsorum empto. Prædicti nepotes, qui bene nouerant patri suo data & donata huiusmodi esse, vt ea conferendo, vel minus accipiendo, parum sibi superesse posset ex successione aui sui, & cum iam successioni patris sui renunciassent, mirũ ipsis videtur, hanc eis opponi collationem. Consulti ad id nõ teneri se, contestãtur super contradictorio prædictæ collationis coram Balliuio Niuigentii super Sequanam vel Locumtenentem ipsius. Patrui aiunt, se in partitione sua de collatione inter nepotes ad prædictam successionem venire volantes, fundatos, vt sc. æqualitas seruetur. Si pater ipsorũ viueret, nihil eum ad prædictam collationem impediendam dicere posse. Consequẽter eos loco & gradu patris sui venientes in stirpes non in capita succedere. *l. si nepotes.* ibi, *quasi omnes vnus essent. ff. de collat. bonor.* neq; meliores se conditionis dicere posse, quam patrem ipsorum, si viueret. Econtra nepotes excipiebant, quandoquidem ad successionem aui sui ex capite defuncti sui patris non venirent, cui nunquam hereditas hæc acquisita fuerat: verum ex proprio suo capite venirent, tanquam in potestate aui tempore mortis ipsius constituti, quam ingressi fuerant, & agnati auctiunt statim post patris mortem, idque ex lege Velleia, & ex dispositione vulgata *l. posthumus. ff. de iniu. rupt. & irrit. fact. test.* se per repræsentationem eo non venire, cui hoc casu locus non sit: verum è contrario, si petitores repræsentatione vterentur, plane exclusos eos iri, eo quod pater ipsorum repræsentatus ac legitime appanagiatus ad successionem venire non posset, ac per consequens neque eum repræsentantes. Igitur circa repræsentationem venientes, ex proprio suo capite, & proprio ac personali iure, nulla re sa onerari debere, qua pater si superstes esset, oneraretur. Inprimis se nunquam quicquam ex bonis aui sui consecutos. Si pater quid accepisset, id eum per manus patris sui accepisse, huius vero se neq; successores neq; heredes esse. Ita singulariter & expresse tenet Bartol. *in l. qui superstitis. de adq. hered.* Alexand. *in l. si aunt. C. de lib. prat.* & Baldus *in l. pactum, quod dotal. C. de collatis.* qui in fortioribus terminis tenent, nepotes non conferre, quamuis patris sui heredes fuissent, quod actores non sunt, cum hereditatem repudiauerint, neq; vllum commodum perceperint ex eo, quod patri ipsorum ab auo præcipuum datum & donatum fuerat. Præterea dicebant, in omnem euentum & subordinate, probabile non esse prædicta collatione comprehendi prædictum officium horrearii, quandoquidem non sit res in commercio existẽs, neq; liberæ dispositionis hominum: è contra id officium à Rege teneri, quamdiu ei duntaxat placuisset, neq; de eo disponi posse, nisi pro arbitrio ac voluntate Regis. Insuper prædictum Officium annexam habuisse Iurisdictionem, ideo vendi non posse, minus relinqui & transferri in liberos & successores: propterea prædictum Officium in legitimam portionem patris imputatum non fuisse *l. omnimodo. 30. C. de inoff. testam.* per Fabrum *in l. emancipati. C. de collatis.* inprimis quod auus plurima gratissima officia & honores à prædicto filio suo seniore acceperat, quem pro omnibus reliquis liberis suis hoc officio dignum cognouerat, & ad decus & domus seu familiæ & nominis sui eum hoc officio prouisum curare voluisse, non pro legitima ipsius portione, fieri enim id in re adeo fortunæ aleæ exposita non posse, non magis quam si eum beneficio quodam prouideri curasset; & pecuniam pro annali prouentu seu reditu & pro expeditione Bullarum expendisset, quæ collationi obnoxia dici non posset, prout ait Paulus Castrensis ad d. §. *imputari.* Idem si ei studiorum gratia expensas præbuisset, & ad Doctoris gradum promoueri eum curasset; vt expressum est in *l. qua pater filio. ff. fam. ercisc.* Verum patrem id potius ob rationes supradictas fecisse, puta; ad filium suum ad dignitatem & honores euehendum, quib. dignus esset: & pater maioris honoris familiæ suæ acquisiti particeps fierat. Accedebat & maximũ argumẽtum, hoc officium per mortem patris, & sic fortuito casu ratione liberorum amissum ac deperditum fuisse. Posito, id collationi obnoxiũ esse, attamen cum fortuito casu, citra dolum & fraudem vel delictum patris ipsorum amissum fuerit, ex proba-

Petitio patruorũ.

Exceptio nepotũ.

Officium venale emptũ à patre & datum vni è liberis suis collationi [illegible] ter successores obnoxium.

probabili ratione id peti non posse, non magis, quam si legitima vni liberorum data chasmate, aut casu aut vi maiore, siue dolo, aut culpa filii periisset, prædictus filius omnib. hisce non obstantib. ad petendam dictam suam legitimam redire poterit. Simile in filia quæ superstite patre dotem suam amittit. Si hæ rationes non admittuntur, miseros nepotes eo miseriarum redigi, puta, vt patrem, officium, hereditatem, cui renontiare coacti fuerunt amiserunt, & deniq; vt priuentur successione aui sui, in quam quantumuis consensum sit, nihilominus cum prædicta collatione confusam atq; ita consumtam iri: Igitur ad paupertatem se redigi, & cum pro intentione sua dispositionem *l.1 §. fit. ff. de collat. dotu. & l.1. §. final. ff. de coniug. cum emancipat. liberis.* allegassent, concludebant prout supra. E contrario patrui asserebant, prædictos nepotes conferre teneri, æque ac pater ipsorum, si superuixisset, & ad diuisionem venire voluisset, conferre quoq; coactus fuisset. Nihil ad rem facere, quod se per repræsentationem non venire dicerent: eos quippe negare non posse quod gradum & locum ipsius ingressi sint, & omnes simul nonnisi in stirpes succedere, hoc est, accipientes portionem, quam pater ipsorum accepisset, alioquin si obstinate dicere vellent, se nonnisi ex suo capite succedere & accipere, & id iis concederetur, concedi quoq; oportere, eos in capita succedere debere, id quod falsum est. Præterea, omisso patris loco, eus vt remotiores excludẽdos. Repudiationem & renuntiationẽ hereditati patris factam, in fraudem factam fuisse, ad declinandam scil. prædictam collationem. Citra hanc collationem æqualitatem non seruatam iri, quamlibet id ex officio euenerit, sufficere quippe hereditatem aui patris sui in tantum diminutam, quanta pecunia ab eo numerata fuit, ad prouidendum patri prædictorum nepotum de prædicto officio. Prædictum officium manifesto venale & in cõmercio esse, non vero qualitatem beneficiorum habere. Prædictum fratrem ipsorum id vendere, ei resignare deq; eo pro arbitriu suo disponere potuisse.

Duplicatio patruorum.

Sententiá pro collatione.

Sententia Balliui vel Locumtenẽtis ipsius pro collatione iudicatum fuit, & ad eam faciendam tam pecuniæ erogatæ in emtionẽ officii, quam omnium aliarum rerum à defuncto patre nepotum acceptatum, condẽnati nepotes fuerunt: qui ab eo ad Parlamẽtum Parisiense appellant, vbi Arresto, quod pronunciatum à D. Præside Harlæo in purpura, vigilia Assumtionis mense Augusto, 1564. dictum fuit, bene iudicatum fuisse, & nepotes in mulctam & expensas condemnati. Desumtum è schedis Dn. Buissonii.

Arrestum confirmãs sententiá.

Eadem Consuetudo Parisiensis decidit quæstionem tractatam hoc artic. & cap. pro collatione, quam nepotes facere debent venientes ex capite suo in successione aui sui, quantumuis patris sui heredes non sint, *artic.* 306. & 308. qui desumti fuerunt ex Arresto solenniter pronunciato, quod hoc capite continetur, & ex *l. illam C. de collat.* V. Choppin. *li.* 3. *de priu. rustic. part.* 3. *c.* 6. *in pr.* Carõd. *li.* 2. *respons. c.* 53. & *quæstionem* 26 I.C.

I X.

Officium Cõsiliarii in Curia resignatũ à patre in gratiã filii collationi obnoxiũ non est.

Non ita pridem Arrestum singulare ac magni momenti offendi, quod ex eorum numero est, quod finem imponit, infinitaq; similia dubia quæ antea sese obtulerunt, determinat, cuius declaratio ac determinatio postulata nonnisi ad Regẽ & Parlamẽtum ipsos spectare poterat. Hucusq; tenor sequitur: HENRICVS, &c. Omnibus, &c. Notum facimus, hodie data præsentium, comparẽtib. in Curia nostra Parlamẽti, dilecto ac fido nostro Consiliario in prędicta Curia nostra Dn. Nicolao Fauerio & herede ex parte defuncti. Dn. Nicolai Fauerii Consiliarii in prædicta nostra Curia, actore & approbationem petẽte duorum libellorum ei à prædicto Fauerio oblatorum 15. & 17. Ianuarii postremi ab vna parte, & Maria Faueria Dominicella vxore separata bonis à Mathurino Garencerio Scutifero domino de Boisherchet, rea ab altera, vel Procuratorib. partium. Visa à Curia nostra sententia dilectorum ac fidelium nostrorum Libellariorũ Palatii data inter prædictas partes, 17. Octob. 1581. qua dictum fuerat, diuisionem bonorum morte defuncti D. Nicol. Fauerii patris ipsorum relictorum inter eas faciendã, & singulis iuxta Consuetudinẽ locorum in quibus prædicta bona sita sunt, portiones suas tradendas. Postulata executione prædictæ sententiæ à prædicta Maria Faueria, aduersus prædictum Nicol. Fauerium fratrem ipsius, ad id tendentẽ, vt prædictus Nicol. Fauerius teneretur conferre officium suum Consiliarii laici in Curia nostra, de quo prouisus fuisset per resignationem defuncti patris sui, atq; ita vt ipsa offerret ac parata esset conferre pecuniam in dotẽ sibi datam. Prædictis duobus libellis Curiæ à prædicto Nicolao Fauerio oblatis priore tendente ad id, ne super prædicta collatione apud Libellarios Palatii contestari cogeretur, sed decerneretur partes primo die in prædicta Curia nostra audiendas: posteriore tendẽte ad id, vt interdiceretur prædictæ Mariæ Fauerię, ne sibi alibi quam in prædicta Curia ratione prædictæ collationis prospicere iudicioq; constituto coram vno è dilectis & fidelibus consiliariis Curiæ nostræ, tam super prædictis duobus libellis, præscriptionibus à rea positis, quam super collatione à prędicta Maria Faueria prædicti officii Consiliarii nomine prætensa, 22. Februarii postremi, rationibus, relationibus & productionibus prædictarum partium factis: Arresto interlocutorio, 28. Maii postremi, quo decretum fuisset, productiones partium ipsis communicandas, ad contradictorios & saluationes respectiue tradendas: contradictoriis à prędicta Dominicella Faueria, saluationib. vero à prædicto actore exhibitis, libello oblato 14. Maii ab actore quo omnium contradictoriorum loco acta litis produxit. Omnibus perpensis, prædicta Curia nostra depulit & depellit prędictam ream à conclusionibus suis atq; libellis, in eo quod postulauit, vt Nicol. Fauerius cogeretur conferre officium suum Cõsiliarii in hac Curia vel minus accipere ex hereditate prędict. defuncti patris sui, declarauit, prouisionẽ à nobis factam prædicto Nicol. Fauerio per resignationem defuncti Nicolai Fauerii patris ipsius non esse emolumẽtum à Consuetudine prohibitum, sine expensis, attenta partium qualitate. Igitur mandamus hisce præsentibus Præfecto nostro Parisiensi, Briliuis Trecensibus, Pontis, Nouigenti super Sequanam, vel Locumtenentibus ipsorum generalibus & particularibus, primo Ostiariorum dictæ nostræ Curiæ, vel apparitori nostro super eo requisito, vt ad petitionẽ prędict. Nicol. Fauerii Consiliarii actoris; has præsentes, &c. Datum Parisiis in Parlamẽto nostro, 7. die Sept. anno gratiæ 1582. nostri Regni 9. Signatum per Cameram, Dehenez. & cera flaua super simplici cauda sigillatum. Hoc Arrestum prædicto die inter Arresta generalia in purpura pronuntiatum fuit à defuncto illust. Christoph. Thuano, Equite, Consiliario Regis in secretiori consilio; & primo Præside in Curia Parlamenti Parisiensis.

Ratio huius Arresti est, quod officium hoc nihil constiterit, quod à liberalitate Principis venit, neque venale est. V. Choppinum *de leg. And. libro* 3. *tit* 3. *cap* 1 *ar* 8. Carondam *libro* 5 *cap.* 42. & *libro* 7. *cap.* 23. & 173. Baequetum *tractat. suo* 5. *folio* 172. & Maynardum *libro* 8. *quæst.* 56 I. C. adeo vt tale officium vel aliud iudicatorie collationi obnoxium non sit, verum emolumentum præcipuum iure & Consuetudine permissum.

X.

De collatione in ter heredes testamento, doctrina notabilis.

N. Mrfchinus duos liberos habet, Antonium & Ioannem. Testamento condito ambos æquis portionib. heredes instituit. Postea natu maiorem educat, eique trientem suorum bonorum donat, & declarat, se velle vt residuum bonorum suorum inter liberos suos æqualiter diuidatur, iuxta tenorem testamenti sui. Is moritur: lis familiæ erciscundæ mouetur ab attib. coram Balliuio S. Germani Mondorii. Frater minor diuisionem omnium bonorum æqualem postulat. Natu maior asserit, ubi iure præcipuo competere trientem bonorum, vipote ubi donatum, & quo ad residuum, se ad diuisionem venire paratum. Minor ait, si frater suus diuidere velit, eum teneri conferre id, quod ei donatum fuit, cum q; collatio expresse interdicta non fuerit, eum ad eam cogendum hanc quippe prohibitionem expressam esse debere, vt prohibitio detractionis quartæ Falcidiæ & Trebellianicæ, maxime in liberis primi gradus. Expressi enim & taciti eandem rationem non esse, *l. pretibus. C. de impub. & aliis subst.* Expressam pupillare in excludere matrem, tacitam non excludere. Natu maior duplicat, prohibitione fatis expressa esse tam in hisce verbis, *residuum*, &c. quam ex *l. ex parte. §. intestato ff fam. ercisc.* dotis collatione cessare ex connectentia mente defuncti, qui nihil indiuisum reliquit. Iudex à quo decernit, fratres æqualiter diuidere oportere & collationem faciendam. Appellatum Lugdunum, vbi sententia ista infirmata & collatio prohibita fuit. Arresto Curiæ, 14. Aprilis, 1579. decretum: iuxta priorem sententiam collationem faciendam & omnium diuisionem instituendam.

X I.

L. Gallus in Francia non obseruatur.

Notatu dignus discursus est habitus supra *Arresto 52. de filiab. quæ nub.* &c. in quo inuenietur, aduersus *l. Gallus*, & doctrinam Bartoli ad *l. qui superstitu. de acq. hered.* filiam elocatam quæq; renunciauit, non posse post mortem patris ad successionem aui redire neq; liberos ipsius, siue per repræsentationem siue aliter. V. Arrestum 22. *tit. de testam.* supra.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum VII.

I.

Filia quid in successione matris conferre cogatur.

Filia in successione matris suæ conferre tenetur, id quod ei dedit pater sua hereditatis paternæ vitra valorem eius. Arresto Parisiensi, 10. Mart. 1554. quod refert Carondas *lib. 7. c. 20.* Quantum ad sumtus nuptiarum & nuptialis conuiuii, liberi elocati à parte vel matre eos non conferunt, eo quod nullam vtilitatem seu commodum præcipuum elocati eas fecunt. Bartolus *in l. 1. §. nec Castrensi. D. de collatio.* nisi conuiuium nuptiarum estimarum fuisset & conoentum, vt conferretur. Consuetud. Meldunens. *artic. 277.* I.C.

Sumtus nuptiarum non conferuntur.

I I.

Vtrum pretium Officii alicuius iudicaturæ ob nox ii sit collationi tatem vxoris.

Quæsitum fuit, vtrum maritus proprius de officio Magistri Libellorum constante matrimonio cum vxore sua defuncta, cogatur conferre mediam partem pretii istius Officii, heredi vel creditori vxoris suæ, attento quod in Francia Officia iudicaturæ, non amplius pro meritis remunerandis assignentor, sed pecunia mediante? Arresto quod datum in perorationes, 15. Febr. 1609. inter D. Philippum Gasellom Consiliarium R gis, & Præfectum Libellorum ordinariorum Consiliæ Aulæ ipsius, iudicatum fuit, quod non. Arrestum & peroratio extat inter perorationes D. Aduocati Regii Seruini, *vol. 2.* I.C.

I I I.

Arresto, quod pronuntiatum in p[illegible] Augusti 1599. inter Ioan. Conteoallium [illegible] appellantem, & Ægidium Homelium app[illegible] iudicatum fuit, heredem ex beneficio inu[illegible] neri oportere ac condemnatus fuit restitue[illegible] rarium suum id quod à patre suo in antecessum hereditatis paternæ pactis dotalibus acceperat [illegible] fructibus post mortem perceptis, nisi hered[illegible] nunciare mallet, & dono suo ac emolumento [illegible] tentus esse. Do. Louetius retulerat lit[illegible] Camera Inquisitionem. Desumtum è memo[illegible] D. Cognet Consiliarii in prædicta Curia. I.C.

TITVL. VIII. DE SVCCESSionibus Ecclesiasticis.

ARRESTVM I.

Frinda absque neq; beneficio capere at petit.

IVs Ecclesiasticum à laicis neq; restringi neq; determinari debere in detrimentum Ecclesiæ, Auth. *Sicut alienatio. C. de SS. Eccles.* Attamen ab iis prouideri potest, ne Ecclesia occupet seq; in fasina heredatum Presbyteri vel Clerici defuncti constituat citra solennitatem & ius: id quod notat Bart. *in l. nemo martyres, & in l. non plures. C. eod.* Iuxta q; id iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1394. Episcopum vel Prælatum admitti non posse, si se capacem dicat ac proponat occupandi absq; inuentario, bona cuiuidam è Presbyteris vel Clericis sine heredibus & executoribus mortui. Tantundem dictum fuit aduersus Capitulum Lingonense, sede vacante, pro Duce Burgundiæ Arresto anno 1391.

I I.

Acquisita facta à Prælato proprio aut nomine, ad heredes eius non pertinent.

Episcopus Altissiodorensis se in saisina constituit terræ acquisitæ à prædecessore suo proprio ac priuato nomine, & in feudum & homagium mouentis ab Episcopatu Altissiodorensi, aduersus heredes prædictam terram pretentes. Is primum allegat, eam pecunia Ecclesiæ acquisitam. Secundo confusum fuisse dominium vtile cum directo, & quasodquidè hæc consolidatio facta in personam antonis furit, successorem talem directum, qualis est prædictus modernus Episcopus, ius omnium retinendorum habere: neq; quicquam amplius indicandum superesse, *l. vtr frui ff. si vsu fr. pete.* Heredes, eo quod probassent acquisitum à prædicto defuncto proprio suo & priuato nomine factum, prædictum Episcopum modernum depelli curarunt, Arresto Parisiensi, anno 1461. iuxta textum *in l. si patren. & l. quicunq; C. commun. vtriusq; iudic.*

I I I.

Prælati successor in beneficio, debita prædecessoris sui realia soluere tenetur.

Prælatus successor in beneficio, debita prædecessoris sui realia soluere tenetur, *c. 1. de solut. & c. quod quibusdam. de fideiussor.* & cap. *delicti. de for. comp.* & ad id captæ fructibus beneficii sui cogi potest, secundum Abbat. Sicul. *in c. cum esses. de test.* alioquin Ecclesiastici moreventur citius, quam mercatorem iouenirent, qui iis pecuniam mutuam submistrare vellet, si militsq; forent Iudæis inter Christianos, quod sane iniquissimum foret. Et hanc ad rem notandum quod scripsit Ioan. Faber *in §. pœnales. Instit. de perp. & tempo. act.* è stylo & praxi Franciæ ad id pertinente, & Guido Papa *quæst. 557.* idq; præcipue rem, cum prædicti Prælati defuncti heredes non soluendo relinquunt, qui primo omnium conueniendi, & primo omnium tenentur: & his discossis, ipsorum successorem in beneficio, vt tenet Dominicus de S. Gemin. *cons. 3.* Atq; ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 4. Iulii 1531. pro Ioanne Caminadio mercatore Cadorcensi,

Hoc vtum.

decessori suorum in beat discussio heredem.

ducenſi, aduerſus Carterium Epiſcopum prædicti loci. Boërius *quæſt.* 204.

I V.

Prælatus ſucceſſor debet id, quod nomine Prælati prædeceſſor ipſius debuit.

Die Sabbathi 9. Februarii 1537. iudicatum & Arreſtum pronunciatum, datumq; fuit inter quendam nomine Debunnarium, actorem in executione Arreſti, & damnorum & intereſſe, aduerſus Renatum Burſarium Abbatem Satanæ reum, hunc ſc. prædicta dãna & intereſſe ſoluere cogi, in quę prędeceſſor ipſius Abbas condemnatus fuerat, nomine dignitatis, ſub his qualitatib. *Religioſi, Abbas, & Conuentus*, quamuis prædictus reus allegaſſet ſe habere menſam ſeparatam à Conuentu.

V.

Succeſſio Franciſcani Epiſcopi, inter cognatos ipſius & Franciſcanos.

Ex generali Franciæ Conſuetudine, cognati proximi ſuccedũt cognatis ſuis Epiſcopis, Prælatis, Presbyteris, & aliis eius generis, qui publice religionis & profeſſionis votum ſolenne non fecerunt. Atq; notandum eſt, ſi hi, antequam Epiſcopi, Prælati & Beneficiarii fiant, religionis regularis profeſſionẽ fecerunt, hereditatem ipſorum ea parte pauperib. ipſorum cognatis adiudicari debere, alteram vero partẽ ad refectionem Eccleſiarum ipſorum beneficii impendendam: prout iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, pro ſucceſſione & bonis relictis à defuncto Dn. Orgis Epiſcopo Ebroicenſi, quondam Ordinis Franciſci. Huius Arreſti mentionem fecit Ratus Commentator ad Conſuetud. Pictau. *tit. de ſucceſſ. & art.* 220. Nihilominus p̃dictum Arreſtum pro ſucceſſione mobilium tantum datum fuit, nulla controuerſia de Immobilibus mota, cum nulla Dorgis reliquiſſet. Dubium igitur manſit ad quemnam immobilia ſpectare debeant. Imbert. *in Enchirid.* tenet & ait, à cum pluribus magnis viris teneri ſe vidiſſe, prædicta immobilia ad Conuentum ſpectare debere, cuius prædictus Epiſcopus profeſſus comperietur, allegat id, quod notatur ad *cap. cum in officiis.* & ad *cap. relatum. a. de teſtam.* & ad Authent. *Licentiam. Cod. de Epiſcop. & Cleric.*

Simile iudicatum fuit Arreſto quod pronunciatum in purpura, a Dn. Præſide Briſſonio in pronunciatione Paſchali, 16. Aprilis 1585. pro ſucceſſione Futei Epiſcopi Catalaunenſis, qui Dominicanus fuerat, inter ſucceſſorem ipſius Epiſcopum Catalaunenſem, Conuentum Dominicanorum Catalaunenſium, vbi profeſſionem ipſe fecerat: ipſiusque cognatos quibus ſucceſſio tam mobilium quam immobilium adiudicata fuit. V. Dn. Annæum Robertum *rer. iudicat. lib.* 4. *cap* 3. qui hanc quæſtionem tractat & de ea Arreſtum plene refert. I. C.

V I.

Succeſsio legitima Presbyteri

Conſuetudo Franciæ generalis, qua proximi cognati ſuccedunt Presbyteris defunctis, de ſimplicib. Presbyteris, non beneficiatis intelligitur: verum ſi qualitate ſint præditi, veluti Curio vel Prior, immobilia acquiſita in beneficiis permanere & acquiri debent Superiorib. reſpectiue, ſi Epiſcopi vel Abbates expreſſum à Rege de eo priuilegium habeant. Inſuper notandum eſt, eos aliam actionem quam petitoriam non habere: quantum n. ad poſſeſſoriam, heredes, cognati, ſaiſinari ac obtinere debent. Atq; ita iudicatum fuit Arreſto Pariſienſi, pro Abbate aduerſus Cancellarium quendam Franciæ Prioris cuiuſdam heredem, ita ait Boerius in *Commentar. ad Conſ. Bitur. tit. de teſtamen.* §. 6. *in fine.* Hodie veterum harum ſucceſſionum abuſum obſeruari & continuari, tentare volunt, quo Epiſcopi hereditates Presbyterorũ ſecularium ab inteſtato mortuorum prætendunt, quas iis qui eas petunt, ipſorum periculo vendunt. Res quam reſtringi oporteret: cognati quippe hac ratione à falſis emtoribus vexantur & moleſtiis afficiuntur.

V. *Art.* 1. *&* 13. *tit. de ſucceſſio. legit. & de Religioſis & Equitib. S. Ioan.* Quod ſupra dictum in ſucceſſionibus Presbyterorum ſecularium non obſeruatur.

V I I.

Prælatus & ſuperior nihil in hereditate Presbyteri ſecularis prætendere poſſunt quando legitimi heredes extant.

Non ita multo poſt ad reprimendos hoſce abuſus Arreſtum datum fuit, cuius tenor ſequitur: *Cum* à ſentẽcia data à Balliuio Foroſeguſienſi vel Locumtenente ipſius Mombriſonii, 4. Februarii 1565. inter Flurium Vautum, dicentem ſe ius habere tam ab Archiepiſcopo ciuitatis noſtræ Lugdunenſis, quam ab Epiſcopo Auguſtodunenſi, actorem ſaluagardia, & poſtulantem confirmationem manutẽtionis & inhibitionum factarum vigore reſcripti Saluæguardiæ pro poſſeſſione bonorum relictorum morte defuncti Claudii Boironii Presbyteri Grammontani ab inteſtato mortui ab vna parte, Petrum Laurentium & Ioannam Boironiam vxorem ipſius, ſe legitimos heredes prædictæ defunctæ dicentes, ex capite prædictæ Ioannæ conſobrinæ ſuæ, ac præterea à Decano, Canonicis Eccleſiæ Lugdunenſis ius habẽtes, reos & opponentes ab altera: qua prædictus noſter Balliuius vel ipſius Locumtenens dixit, litem iudicari poſſe non habita ratione recuſationũ à prædicto actore exhibitarum aduerſus teſtes prædictorum reorum, eoq; facto manutenuit ac conſeruauit prædictos reos & opponentes in poſſeſſione hæreditatis prædicti defuncti Claudii Boironii, aduerſus & in præiudicium prædicti Vauti actoris: cui inhibuit & interdixit, ne impoſterum eos turbaret ac impediret, ſub pœna mille librarum. Ac præterea condẽnauit prædictum actorem & impetrantem in expenſas inſtantiæ nõ adiudicatas factas à poſtremo die Febr. 1564. quo communicatio facta fuit prædicto actori vel Procuratori ipſius, eique exempla ſeu copia tradita à prædictis reis venditionis prædictæ hereditatis celebratæ in vtilitatem ipſorum à Decano, Canonicis Eccleſiæ ciuitatis noſtræ Lugdunẽſis, vna cum damnis & intereſſe turbationum realium, ſi quæ factæ fuiſſent, iis prout æquitas flagitat, & in reſiduo extra expenſas. Ex parte prædicti actoris appellatum fuiſſet ad Seneſchallum Sedis Præſidialis Lugdunenſis, qui ſententia ſua dixit, male iudicatũ fuiſſe à prædicto Balliuio Foroſeguſienſi vel Locũtenente ipſius, bene appellatum ab appellante: & emendato iudicio manutenuit & conſeruauit prædictum Vautum in poſſeſſione bonorum relictorũ per mortem prædicti defuncti Claudii Boironii Presbyteri Grammontani, quæ tum acquiſiuerat & toto eo tempore, quo Presbyter fuerat, cum expenſis, damnis & intereſſe, & reali turbatione procedẽtibus: prædictoq; Laurentio & vxori ipſius appellatis omnibusq; aliis, quos ea res contingeret, interdixit, ne turbarent vel impedirent prædictum Vautum in poſſeſſione prædictorum bonorum, ſub pœna quingentarum librarum, & alia multa arbitraria, & condemnauit prædictos Laurentium & vxorem ipſius in expenſas tam primæ inſtantiæ, quam prædictæ cauſæ appellationis. A qua ſententia cum prædicti Laurentius & vxor ipſius ad Curiam Parlamenti appellaſſent, in qua partibus in cauſa appellationis ipſorum auditis, & lite per ſcripturam concluſa & ad iudicandum inter eas admiſſa, vtrum bene vel male appellatum fuiſſet, additis grauaminib. contra litem, prætenſis nullitatis argumentis, & productione noua prædictorum appellantium, quam tradere poſſent intra tempus Conſtitutionis, ad quę grauamina & prætenſa nullitatis media ſeu argumenta, prædictus appellatus reſpondere poſſet, & aduerſus prædictam productionem nouam contradictorias tradere expẽſis prædictorum appellantiũ.

iunctis quoq; præscriptionibus à prædictis appellatis prætensis, ad quas prædicti appellantes respondere possent: prædicto processu viso, grauaminibus, responsione ad ea, exclusione productionis nouæ prædictorum appellantium, posteaquam prædictus appellatus omnium præscriptionum loco conclusiones Procuratoris Catholici Regii prætendisset, cui prædicta lis communicata fuerat decreto dictæ nostræ Curiæ, & omnibus diligenter examinatis: Sententia & Arresto dictum fuit, nō insistendo prædictis præscriptionibus, male à prædicto Seneschallo Lugdunensi iudicatum fuisse, bene vero ab appellante appellatum, & emendato iudicio decreuit & decernit, sententiam Prædicti Balliuir Forosegusiensis, 4. Februarii 1565. plenum atq; integrum effectum suum sortiri oportere. Et condemnauit ac cōdemnat prædictum Vantum in expensas tam causæ appellationis, quam in expensas factas coram prædicto Seneschallo, taxatione prædictarum expensarum prædictæ Curiæ nostræ reseruata. Factum & datum in Parlamento Parisiensi. 23. Decembris 1568.

Vide Imbert, *in enchir.* Maynardum *lib. 6. cap* 97.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum VIII.

I.

Cognati pauperes successores cuiusdam qui Eremita fuerat.

PResbyter nomine Rouilletus, cum aliquo tempore, in Prouincia Eremiticam vitam egisset, in Hospitale viantium seu cōmeantium ad Dn. Iacobi se cōtulit, propè S. Seruinum Tholosæ: ea inde in Camera conducta proxima prædicto Hospitali habitauit, vbi decessit. Penes eum inuentæ fuerunt 639. libræ in semissibus, teruntiis, denariis & assib. Controuersia mota fuit inter proximos cognatos, & idoneos ad succedendum ab vna parte, & Syndicum Hospitalis prædicti ab altera, ad quem hæc successio spectaret. Arresto Tholosano, 12. Iunii 1597. pauperesisti cognati ac ferme mendicantes pro duobus trientibus successores admissi fuerunt, & Syndicus pro vno triente.

I I.

Vtrum Iesuitæ succedant, & de ipsorū professionibus.

Quæritur, vtrum Iesuitæ cognatis suis succedant, an vero societatem Iesuitarum ingressi, omnib. successionibus priuentur, vtpote qui tria vota præstiterunt, castitatis, paupertatis & obedientiæ? Ad decisionem huius quæstionis notandum ac considerandum est, tria professionum genera eos facere: priorum duorum generum professiones simplices sunt, quæ eos successionis Incapaces non reddunt, quantumuis quadraginta annis in prædicta societate permanserint, & Presbyteri, Confessores & Prædicatores facti fuerint, sed tertii generis professio, quæ expresse, publice ac solenniter, in præsentia omnium patrum collegii & in Capitulo generali fieri debet. Ita iudicatum fuit pro Francisco Robillardo Iesuita, aduersus fratres ipsius & sorores, pro successione Nicol. Robillardi patrui ipsius, 12. Octob. 1585. in 1. Camera Inquisitionū: & pro parte Bernardino Castore Rectore Collegii Lugdunensis appellati, aduersus Wilhelmum Imperatorem appellantem à Seneschallo Lugdunensi; pro successione Antonii Grangei, cuius pater Ioannes Grangeus frater ipsius Iesuita ante 40. annos successionem obtinuit, Arresto, 23. Decemb. 1592. in 3. Camera Inquisitionum, Dn. Coignæsio relatore. I.C.

I I I.

De diuisione fructuum inter

Quoniam in Francia aduersus constitutionem Canonicam definitum fuit, prout repræsentaui in *collectan. mea tit. 1. cap.* 17. cognatos E[illegible] aliorum Presbyterorum bis succedere, n[illegible] in bonis ab iis acquisitis ex reditu ipsorum [illegible] ciorum, reliquorum & fructuum illorum, q[illegible] pore mortis ipsorum iam cesserunt. Quæritur [illegible] quomodo fructus prædictorum beneficio[illegible] dantur inter heredes defunctorum, & successores in prædictis beneficiis? Hæc quæstio infinitis A[illegible] determinata fuit, quorum aliquot loco præ[illegible] refero: quo ad perceptos, vno verbo iud[illegible] conclusum fuit, eos diuidendos inter succe[illegible] rata temporis, & tradēdos heredib. pro ea anni [illegible] te, qua defunctus beneficii possessor [illegible] num obierit, annum numerando a 1. die Ian. vsq; vlt. Decemb. residuum vero ad suc[illegible] ce[illegible] re, arg. *l. si marito. §. vlt. & l. diuortio § fin. solut. matrim.* V. Choppinum *de sac. polit. lib. 3. c. 1. n* 24. & M[illegible] cum. Robertum *lib. 3. c.* 4. I.C.

TIT. IX. DE IVRE ET TEMpore deliberandi, vtrum quis heres esse velit, an non.

ARRESTVM I.

TEmpus Iuris deliberandi, vtrum heres se heredem dicere & declarare velit vel non, concedi non debet, si actor proponat & asserere velit prædictum reum se pro herede simpliciter gessisse. Ita declaratum fuit Arresto Parisiensi, 7. Martii 1539. Iudices in Patria iuris scripti prædictum tēpus præcedunt, quod ordinarium est 40. dierum continuorum, citra prædictam putam & simplicem immixtionem, cui heres prætensus respondere debet, per ita vel non. Idq; prædictum tempus impedit ac protestatam super eo, quam super principali eadem opera procedere cogit. Alioquin si actor nihil de actib. hereditariis proponat, prædictus reus dilationem consequi debet. Praxis hæc vtilis est ad abbreuiandas lites & restringendam heredum scriptorum vel legitimorum sequelam, Si prædictus actor Iudici libellum offerat cum cum heres conuentus prædictā 40. dierum dilationem ad deliberandum accipere velit, postulet vt interim, ne bona hereditaria pereant, iis curator detur: Id quod iudex decernere debebit. Quo facto prædictus heres metuet, ne possessione depellatur & per manus curatoris ambulet, ac propterea facile deliberationi suæ finem imponet. Hæc praxis desumpta est ex *l. dum deliberant ff. de curator. furios. vel al. extra minor. dand.*

Heredi[illegible] excludi[illegible] tur.

[illegible] bona [illegible] cur [illegible] te di[illegible] ne ad [illegible] berandi.

TITVL. X. DE HEREDE EX beneficio Inuentarii.

ARRESTVM I.

Here[illegible] bene[illegible] in[illegible] q[illegible] rei [illegible] be[illegible] cat.

IN Prouincia Consuetudinaria nemo se heredem dicere potest ex beneficio Inuentarii, nisi eum in finem à Rege rescriptum impetrauerit & cautionē præstiterit: verum in patria iuris scripti, aliæ solennitates obseruari non solent, quam quæ plene continentur in textu *l. fin. C. de iur. delib.* Et quamuis summæ authoritatis viri scripserint & cōtrarium tenuerint, puta, tam in patria iuris scripti q̃ Consuetudinaria, Principem id beneficium facere: nihilominus Arresta Curiæ Parlamenti Parisiensis extant, nominatim singulare quoddam non ita pridem pro Dominicella Margaretha Audeberda, aduersus

Natture

Nerium du Bois Generalē Burgundiæ, super appellatione interposita à Seneschallo Lugdunensi, in cuius iurisdictione, in patria iuris scripti, prædicta Dominicella & Generalis habitabant. Et alterum Arrestum prædictæ Curiæ, penult. Martii 1554. pro Anna de Bicieu, vidua defuncti Antonii Durauonii, Aduocati in Balliuiatu Forosegusiensi, matre & tutrice Ioannæ Durauroniæ filiæ prædicti defuncti & suæ appellata, aduersus Ioenaem Regis Aduocatum in prædicto Balliuiatu appellantem, & prædicto beneficii inuentarii titulo ob defectum rescripti intercedentem ab altera parte. Quibus Arrestis in prædicta qualitate admissæ fuerūt prædictæ Dominicellæ respectiue absq; rescripto, neq; cautione præstita. Tutissimum tamen est rescriptum à Rege habere, ad submouendas omnes difficultates iam in Patria iuris scripti, quam Consuetudinaria.

II.

Clausula in beneficio inuentarii: *Dummodo alius non sit. &c.*

Rex retenta sibi potestate rescriptum beneficii inuentarii indulgēdi, plerumq; clausulam in indulto prædicti rescripti apponit talem, vt sequitur. *Dummodo alius non sit* * *qui se heredem simplicem dicat & sub conditione eum admittendi.* Nihilominus si hæc clausula in rescripto omittatur, ea semper subintelligitur, per *cap. ad hac, & cap. causam de rescript. & cap. cū oportæat. de ac. vsat.* Challanæus *tit. de success. rib. §. 13. gloss.* 1. allegat Arrestum de eo datum Diuioni. Et ad hæc notabilis est limitatio, aduersus heredem in testamento scriptum, qui se ex beneficio inuentarii admitti postulat, alium non admitti, quamuis proximus sit, si se simplicem heredem dicat, *per l. in pluribus heredum gradibus. ff. de acquir. vel omitt. hered. & l. qui semel est heres. de R. I. & l. et qui soluendo non est ff. de hered. instit.* Nonnulli aiunt, id se in Patria iuris scripti obseruari vidisse, Id quod intelligere tātum vellem de herede scripto cognato & proximo, quamuis in pari vel remotiori gradu esset, non vero in herede scripto extraneo.

Verum & quando heres simplex excludat heredem ex beneficio inuentarii.

* Quod communiter dicitur, Heredem simplicem excludere heredem ex beneficio inuentarii, intelligi debet de linea collaterali, in qua heres simplex, quamuis in gradu remotiore sit, excludit heredem ex beneficio inuentarii, id quod pro regula Franciæ Praxis obseruant, & locum habet, quando minor esset, qui se heredem simplicem gereret, idq; in fauorē creditorum, etsi maior simplex heres, excludat in hac linea minorem, iuxta Arrestum de 3. Iulii 1571 quod refert Carondas *ad Consuet. Paris.* Ratio hæc est, quod minor restitui posset aduersus aditionem huius hereditatis, iuxta *l. aut Prætor § sed et si hereditatem ff. de minoribus.* Secus in linea directa, prædictum Arrestum, 3 Iulii quod refert Carondas *lib. 6. resp. cap. 35.* in Consuetudine Pictauiensi, in qua in pari gradu heres simplex excludit Beneficiarium, saluo fratri, qui heredem se ex beneficio inuentarii gesserat, intra 40. dies pro herede simplici cum sororibus suis se gerendi iure. V. Boërium *decis. 53.* Maynardum *lib. 2. cap. 43. quæst. suar.*

III.

Heres ex beneficio inuentarii quam cautionem præstare debeat.

Heres ex beneficio inuentarii cautionem *a* fideiussoriam præstare debet, neq; tantum iuratoriam: deq; æstimatione mobilium in inuentario comprehensorum & de fructibus perceptis, non vero de immobilibus. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 27. Iulii 1526. Prædicta quoq; cautione promittere debet, se soluturum debita vsq; ad valorem prædictorum mobilium *b* sumtusq; funeris suis expensis facere. Atq; ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi de 23. Nouembris 1523.

a Creditores qui specialiter noti sunt citati in persona vel in domicilio, alii publica ac generali proclamatione, iuxta sententiam Baldi *in l. fin. §. cum igitur. Cod. de iur. delib.* prædictus heres mobilia hereditatis vendi curare debet, venditionem vero primo ante principalem portā Ecclesiæ Parochialis defuncti, die Dominico publicari, alioquin iis deficientibus æstimatio mobilium Parisiensi solido augeri debet, prout Carondas refert *ad artic. 342. Consuet. Paris.* iudicatum fuisse Arresto. I C.

b Heres ex beneficio inuentarii, creditoribus subsequentibus gratificari non potest. V. Arrestum 3. *App. hoc tit.*

IV.

Heres ex beneficio inuentarii, quomodo prædictū beneficiū suum probet.

Dominus Magretius Consiliarius in Curia, curator liberorum fratris sui, à quodam centum quinquaginta millia librarum exigebat, tanquam ab herede cuiusdam debitoris sui, qui se nonnisi ex beneficio inuentarii heredem dicebat. Dominus Magretius ab eo postulat, vt sibi de prædicto beneficio inuentarii fidem faceret. Huic alter respondet, id se in possessione sua non habere: & iureiurando se sepurgaturum offerebat: verū se fidam facturum de sententia Præfecti Parisiensis data inter alias personas aduersus prædictum Magretium, in qua de verbo ad verbum prædictum inuentarium recitatum fuerat. Adhoc replicabat prædictus Dominus Magretius, quoniam prædictum beneficium inuentarii sactasset, eum de eo fidem facere oporteret, in Authentic. *vt sponsal. largit. §. 2.* Præfectus Parisiensis reum ad fidem faciendam intra quindecim dies de prædicto beneficio inuentarii cōdemnauit, alias in defectum eius, pro herede simplici se puto habendum: à quo appellauit. Curia appellationem & id à quo appellatum fuerat, citra multam & extra expensas in irritum deduxit: & emendato iudicio decreuit prætensum heredem iureiurando se purgare oportere, vtrum in possessione sua prædictum beneficium inuentarii habeat, & de prædicta sententia fidem facere, itemq; prædictum beneficium per testes probare oportere. Perorante pro prædicto Magretio Domino Riantio; pro reo Domino Porteo, 4. Aprilis 1548.

V.

Heres intra quod tempus inuentarium facere debeat.

Heres ex dispositione iuris communis inuentarium conficere cogitur, nisi se pro simplici herede gerere velit, idq; intra 30. dies. Baldus & plures eum secuti tenuerunt in *l. fin. §. cum igitur. C. de iur. delib.* id omne determinandum & ad hanc necessitatem restringendum, vt si prædictum inuentarium intra 30. dies non cœperit, non valeat, quamuis intra 30. dies postea absolutum fuerit. Bartolus & Cynus in *l. scimus. §. si vero postquam C. eod. tit.* tenent contrarium, satis scil. esse, prædictum inuentarium intra 60. dies absolui, quamuis post 30. dies priores cœptum fuerit. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, quod refert Guido Papa. Prædictum inuentarium

Sollennitas citationum ad assistendū inuentario.

solenniter fieri debet per æstimationem mobilium, electis ad id & iuratis personis, simulq; citatis creditoribus, qui ei noti erunt, qui hereditatem ex beneficio inuentarii adit, priuatim, puta, ad domicilium vel in persona: simplex quippe proclamatio voce publica non sufficeret quoad debitores, vel ius notorium, quod insistens seu persequens ignorare non potest, prætendentes. Generalis illa voce publica proclamatio sufficiet tantum respectu illorum, quos prædictus persequens non ignorat, prout ait Baldus *ad l. fin. §. cum igitur. vers. quæro ergo numquid. C. de iur. delib.* & ad *l. certam. C. de testam.* his congruit textus *in cap. fin. de maiorit. & obed.* & id quod ait Bartolus in *l. de ætate. ff de minorib.*

VI.

Licitatio inter creditores defuncti.

In confectione inuentarii, creditores citati si æstimatores res, vt par est, non æstimant, vel si creditores velint, licitationibus & auctionibus prædictam æstimationem augere possunt, & ad id admittuntur, Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi: quod datum Maioribus diebus Molinensibus, anno 1540. & altero Arresto, quod datum prædicto loco anno 1550.

VII.

Heres ex beneficio inuentarii

Creditor, debitoris sui heredem conuenire non potest, nisi constet eum heredem esse. Eaque Gloss.

quando conuenire, & quando conuenire possit. est in §. *transgrediamur in l. si cum dotem. ff. sol. matrimon.* Si se heredem tantum ex beneficio inuentarii asse declaret, interim donec inuentarium fiat, creditor nihil facere potest: enimq; expectare oportet ad cognoscendum verum bona soluendo sint vel non. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 24. Martii 1527.

VIII.

Heres ex inuentario litem reassumere vel relinquere debet. Praxis §. *donec, in l. scimus. C. de iur. delib.* intellectum praebuit, puta, eum intelligi ita, vt heres à creditoribus vel legatariis conueniri non possit, durantibus 3. mensibus ad conficiendum inuentarium praefinitis: verum ad reassumendam vel relinquendam litem cum defuncto coeptam, durante praedicto tempore cogi posse: ac vnicum duntaxat mensem dilationis ad deliberandum petere posse, quod *appensement* appellitant, id est, consultandi tempus: prout iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 24. Maii 1519.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum X.

I.

Heres ex beneficio inuentarii heredibus subsequentibus gratificari non potest, vatum in praecedentes inquirere, hisque prius soluere debet. Arrestum Parisiense pronuntiatum in purpura, 2. Aprilis 1577. T.

Carondas *lib. 3. Responsor cap. 10.* T.

II.

Heres proprio suo nomine in expensas tenetur & si causam obtineat, expensae ad eum spectant. Heres ex beneficio Inuentarii proprio suo nomine expensas, in quas condemnatus fuit, soluere debet, neque eas ex hereditate sumere potest, iuxta Arrestum Parisiense, quod datum, omnibus Cameris coadunatis, 6. Aprilis 1574. Choppinus *lib. 3. de priuil. rustic. parte 3. c. 6. artic. 4.* Carondas *lib. 3. Respons. cap. 10.* Mayoardus *lib. 2. cap. 44. quaestio. suar. iudicat.* Arresto Curiae Parlamenti Tholosani id ita obseruatum fuisse refert, & si praedictus heres causam lucretur, expensas ad eum pertinere. Curia suprema ac primi Parlamenti Franciae pariter iudicauit, iuxta limitationes in hoc Arresto contentas, cuius tenor sequitur.

Extractum è Registris Curiae.

Inter Ludouicum Bernagium Aduocatum in Curia Parlamenti, actorem & postulatorem approbationem libelli à se oblati Curiae, 29. Martii postremi ab vna parte, & Dominam Annam Vernadiam, viduam defuncti illustris Iacobi Hailzei Equitis, Domini de Sisy, & de Monglat, ab altera. *Visa* à Curia praedicto libello tendente eum ad finem, vt decerneretur, quo expensae adiudicatae Arresto, 30. Ianuarii postremi taxarentur aduersus praedictam Vernadiam, proprio suo ac priuato nomine, non obstante qualitate heredis ex beneficio inuentarii ab ea in praedicta lite assumta, & summas capionum in declaratione praedictarum expensarum comprehenderentur. Rationibus, relationibus & productionibus praedictarum partium: & posteaquam Procuratores praedictarum partium ad hoc in Curiam accersiti, auditi fuissent super contentis in praedicto libello, omnibusque consideratis: dictum fuit, ius super praedicto libello dicendo, Curiam decreuisse & decernere, ex praedicta declaratione expensarum detrahendos articulos seo etas concernentes summas capionum, valuerunt adiudicatos praedicto Arresto, 3. Ianuarii postremi. Quantum ad residuum, executorium declarandum pro praedicto [illegible] aduersus praedictam Vernadiam, puta, expensarum factarum ante reassumtionem à praedicta V[illegible] tem, 2. Maii 157[illegible] in qualitate heredis ex be[illegible] inuentarii defuncti Francisci Vernadii [illegible] residuum expensarum post praed[illegible] nem factarum, praedictum executorium [illegible] aduersus eam proprio suo ac priuato nomine [illegible] pensis praedicti incidentis libelli compensatis. Pronuntiatum 5. Aprilis 1574. I.C.

III.

Dominus Renatus Chuppinus vnus ex eloquentissimis, doctissimis & laboriosissimis Aduocatis Curiae Parlamenti Parisiensis, *in Indice ad 1. part Commentar. sui ad Consuet. Andegau. in verb plurimum* refert, Arresto solenniter pronuntiato à Dn. Harlaeo, primo Praeside, 7. Septemb. 1599. super appellatione interposita à Praesidialibus Ambianensibus, iudicatum fuisse, filium, qui se pro herede ex beneficio inuentarii patris sui se gereret, teneri conferre in vtilitatem creditorum hereditariorum id, quod ei à patre suo pactis dotalibus donatum fuerat, cum fructib. post mortem, nisi renuntiaret paternae successioni mallet & dono suo contentus esse, quia duae lucratiuae causae simul non concurrunt: id quod fieret, si filius donatarius maneret & heres beneficiari⁹ coniunctim, cum nonnisi in debita defuncti patris sui teneatur, nisi quatenus res hereditariae ad eum peruenerunt, nisi quatenus est in peculio hereditatis. Alia adhuc ratio afferri potest, quod heres in & personam defuncti aeque ac heres simplex repraesentet: necnon patrimonium defuncti eum suo confundatur, ita vt heredis simplicis respectu sit, & haec vnica differentia sit inter eos heredes ex Constitutione Iustiniani *in l. vlt. C. de iure delib.* quod heres simplex obligetur omnib. defuncti debitis, heres vero ab beneficio inuentarii iis non obligetur, nisi vsq; ad valorem & concurrentem modum bonorum successionis, & propterea verus dominus proprietarius & possessor bonorum hereditatis esse non desinit. Dn. Tiraquellus *in tract. Mortuum saisinat viuum*, optime demonstrauit, eum verum heredem esse & in possessione, quemadmodum simplicem. Idem Arrestum reperio inter schedas Dn. Chignaeus Cor filiatim in Curia, solenniter pronuntiatum su ffe, & in purpura, 14. August. 1599. inter Aegidium Homelium appellantem, & Ioan. Cunteuallium Scriniferum, appellatum. Datum & iudicatum antea in 5. Camera Inquisitionum ad relationem D. Lue[illegible]. I.C.

IV.

Heres ex beneficio inuentarii proprio suo nomine tenetur solutionem factam [illegible]. Ob rationes *cap. praecedenti* deductas & alias optimas ac iuridicas, Do. Carolus Loisellus *lib. 2. de desertio. poss. cap. 3. & lib. 4. cap. 1.* post alios tenet, heredem beneficiarium teneri proprio suo ac priuato nomine, & ad propria ipsius bona agi posse pro solutione reliquorum redituum solutorum & constitutorum in fundis defuncti, quos heres possidet, idq; tam actione personali descendente ex obligatione defuncti, quam hypothecaria, veluti detentatorem & possessorem fundorum defuncti. Attamen suo Arresto iudicatum fuisse contrarium, pe rogatis Cameraru suffragiis, quod Curia decreuit legendum ac publicandum in Sede Castelleti Parisiensis, vt in suo rum legis vim atq; authoritatem haberet, datumad relationem D. Berangerii in Maiore Camera, quod hic transcribam ob Curiae authoritatem

Extra-

Extractum è Registis Parlamenti.

Inter Wilhelmam Bauduinam viduam defuncti Petri Auberti Procuratoris Castelleti Parisiensis, Iacobinam Bauduinam viduam Medetici Remi Cōmissarii apud Acta insinnationum prædicti Castelleti, & Durantinm Bauduinum, Ostiatium Collactorē pecuniarum fiscalium, heredes ex beneficio innentarii dafunctæ Oudertæ Bauduinæ ipsorum sororis, vxoris cum superstes esset, Laurentii Combii, appellantes à sentētia data à Præfecto Parisiensi vel ipsius Locumtenente, 29. Februar. postremi & anticipatos ab vna parte: & Laurentium Brunetum pistorem Parisiensem anticipantem ab altara. *Viso* à Curia Arresto 1. dia huius mensis datum ad perorationem, quo dictum fuit, se deliberaturam in Consilio, & Arrestū in Audientia pronuntiandū prædicta sententia, qua appellantes veluti detentatores & proprietarii domorū quarundam & aliorum fundorum cōptehensorum & declaratorum in obligatotiis literis viginti quinq; coronatorū reditus ennstitutu prædicto Bruneto à pdicta defuncta Banduina & Combio ipsius marito, 5. Augusti & 25. Octobris 1587. condemnati fuissent singuli ptoea parta ac portione, qua heredes fiunt ex beneficio innētarii prædictæ defunctæ Bauduinæ, & hypothecarie in solidum, veluti possessores & proprietarii bonorum ac fundorum in prædictis contractib. declaratorum, ad soluendos & continuandos prædicto Bruneto prædictos 25. coronatos reditus in duabus partibus & ad soluenda vnius anni & dimidii reliqua prædicti reditus, cuius dias vanit ad diem S. Ioannis Baptistæ 1591. quorum dies postea vanit & imposterum vaniet, quamdiu prædictorum locorum possessores erunt: ac præterea prædictæ literæ constitutionis executoriæ aduersus prędictos appellantes declaratæ, æqua ac si super prędicta defuncta Baudnina fuerant, & ad nouum instrumentum conficiendnm, prædictique appellantes in expansas enndemnati: à prædicta sententia appellatum, super quo appellationis actu appellantes anticipati fuerunt, 7. Martii postremi, & omnib. iis quæ prædictæ partes coram Consiliatio ad id delegato produxerunt, audita ipsius relatione, & omnibus cōsideratis. Dictum fuit à prædicta Curia, male indicatum fuisse à prædicto Præfecto Parisiensi vel ipsius Locumtenente, bene appellatum ab appellantibus, & emendata prædicta sententia condemnauit & cōdemnat prædictum appellantem ad soluendum & continuandum prædictum reditū 25. coronatorum prædicto Brunetio, & reliqua illius, puta personaliter pro ea parte ac portione, qua heredes sunt prædictæ. & hypothecarie in solidum in prædicta qualitate heredū ex beneficio inuentarii prædictæ defunctæ Baudainæ, saluo ipsorum regressu aduersus prædictum Combium, prout necesse fore videbunt, salua prædicto Brunetio facultate prædictos fundos capiendi, vendēdi & hastæ publicæ subiiciendi modo ac forma consueta, pro reliquis prædicti reditus: & cōdemnauit prædictū Brunetiū in expensas causæ appellationis, citra expensas causæ principalis. quas expēsas causæ appellationis liquidauit & reduxit ad summā sex coronatorū. Præsens Arrestum legandū ac publicandū in Castallero Parisiensi, in Audientia, vt deinceps legis ac determinationis instar esset, in similibus causis & controuersiis. Pronuntiatum & iudicatum die Vaneris 5. Iunii 1592. Signatum.

Du Tillet. I.C.

V.

Ex Constitutione Ruscinonensi Regis Caroli IX. *artic.* 16. eum is fraudib. & abusui obuiare vellet, quas obnoxii ratiociniis plerumq; in suis thasauris cōmittunt, quib. heredes ipsorū se exonarabāt, adeuntes & apprehendentes hereditates ax beneficio inuentarii, hanc egregiam Constitutionē edidit: Proximos idoneos ad succadendū iis, qui decedent in officio, munere & administratione suorū thasaurorū, nō admittendos, si se pro heredib. ex beneficio inuentarii defunctorū gerere velint, sed cogendos vt se pro heredib. simplicib. gerant, vel successioni ipsorū renuntient. Id q; locum tantū habet p maioribus, & Regis intuitu, non vero priuatorū creditorū respectu, aduersus quos herades obnoxiorū ratiociniis ordinariis mediis beneficii inuentarii vti possunt: quantum enim ad minores, ii etiā aduersus Regē hoc beneficio vti possunt. Ita iudicatū duobus Arrestis Curię subsidiorū, vno, anno 1594 q; refert Dn. Brettius *in perorationib. suis*, 1. 9. altero de 21. Iunii 1605. q; refert Peleus *in illustrib. suis quæst.* c. 119. quibus item indicatum fuit, heredes prædictorū ratiociniis obnoxiorū maiorum cum semel hereditatē adiissent & apprehendissent, eidem amplius renuntiare non posse. I. C.

Heredes susceptorū ratiociniis obnoxiorum in pecuniis Regis beneficio inuētarii vti nō possunt.

VI.

Ob defectum rescripti beneficii intra tempus non exhibiti, quis pro herede simplici habetur. Iudicatum 18. Martii 1575. Attamen Biturigibus ex Consuetudine huius Prouinciæ, ad huncce effectum rescriptum impetrari necessa non est.

Ob defectum non exhibiti rescripti beneficii, quis pro herede simplici habetur.

LIBER VICESIMVS SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS, DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS.

Vide infrà *Titul. de Pœnis. Arrest.* 5.

ARRESTVM PRIMVM.

Pœna Maiestatis læsæ locum habet in omnibus Principib.



POENA ordinaria scripta per L. Iuliam Maiestatis aduersus conspirantes in necem Principis, de Imperatore tantum loquitur, non vero de alio, & ex dispositione iuris ad alium Regem tantum, superiorem non recognoscentem extendi potest. Nihilominus ea obseruatur etiam respectu Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum qui superiorem recognoscunt, per not. *in l. 3. C. de Episc. aud.* Et ita iudicatum fuit Arresto Sabaudiæ anno 1495. aduersus quendam nomine Ioannem Largiretium Doctorem Iuris, qui conspirauerat aduersus

uersus Ducem Sabaudiæ, quo tum Imperator superior erat: hodie vero eius superior non est.

Notabile est Arrestum de 26. Octobris 1581. aduersus Salcedum, qui aduersus Dominum fratrem Regis, attentare voluit, Antuerpiæ. B.

II.

Appellare à Rege, crimen Maiestatis est.

Si legem Rex tulerit, aliudve sanxerit, edixerit, constituerit, & ad Papam, Imperatorem aliumve, quem quis Rege maiorē seu superiorem esse dixerit, prouocetur: estne quod crimini detur, cuique id speciei adscribendum erit? Et a ipso Rege rescriptum est, eos, qui ab eius constitutionibus, ad autum è Gallia Romam non exportandum, aliosque corruptos Ecclesiæ mores, ad priscæ religionis atque integritatis normam exigendos, pertinentibus, Papam appellassent: Maiestatis læsæ criminis reos appellandos & condemnandos: quod & Curia comprobauit. 5 Kal. Mart. 1417. Desumtum è Lucio *lib. 2. Placit. Cur. tit. 2. Arr. 1.*

III.

Crimen læsæ Maiestatis cōmissum citra pœnā mortis.

Nicolaus Orgemontius Consiliarius in Parlamento Parisiensi, Diaconus & opulentissime beneficiatus, filius Cancellarii Orgemontii, conuictus criminis læsæ Maiestatis, Arresto Parisiensi, vltimo die Aprilis 1416. condemnatus fuit, vt ex Bastilia in Prætorium Vrbis, atque inde veha stercorea in locum supplicii deduceretur, vt executioni supplicii suorum complicum & coniuratorum adsisteret, post honoribus, dignitatibus suæ gradibus, omnibus beneficiis quæ habebat, & ordinibus priuaretur, & Regi multam solueret, reliquamque vitæ suæ pane & aqua incarceratus traduceret. Arrestum hoc singulare est, quo condemnato criminis læsæ Maiestatis vita relicta fuit.

APPENDIX ARRESTORUM ad Titulum I.

I.

Ecclesiastici in crimine læsæ Maiestatis, remissionem postulare oon possunt.

Rex in crimine læsæ Maiestatis iurisdictionem habet in Episcopos: verum exercitium eius temperauit, ita vt semper Concilium vel Synodum Prouincialem ad reos criminis illius condemnandos congregari cureret: prout processit Chilpericus aduersus Ægidium Episcopum Rhemensem, qui Mediomatricorum ab Episcopis depositus fuit, & confirmatum Argentorati. Gregor. Turon. *lib. 10. cap. 18. B.*

TITVL. II. DE CRIMINE PECVLATVS.

ARRESTVM I.

Crimen peculatus quid sit.

Crimen Peculatus est, quando Index Prouinciæ, vel Quæstor & omnes alii, qui sub authoritate Regis ratione officii & administrationis suæ directe vel indirecte de pecunia publica disponunt & qui tempore administrationis suæ falso ac malitiose pecuniam Regis & Reipub. apud se retinent. Pœna huius criminis est vltimum supplicium seu capitalis animaduersio prædictorum Officiariorum, aliarum vero priuatarum personarum uou Officiariorum exilium per *l. vnic. C. de crim. pecula.* vbi Glossa *in verb. pœna*, summopere notanda est pro distinctione personarum huius criminis reatum. Hæcce sententia obseruata fuit à Commissariis à Rege dele... ad cognoscendum de Thesaurariis nor... latus nomine accusatis, præcipue vero q... prædicto Peculatu cri...en falsi coniunctu... quo loquitur Accursius in Gloss. ad *l. 2. de ... publicatio. C. lib. 10.* Cæterum agnosco me ... ma editione huius collectionis Arrestoru... nasse nonnullos ante hac huius criminis ac... iuxta schedas, quas à defuncto Dn. Desloges ... filiario in Parlamento Parisiensi accepi, p... ro vidi, cognoui ac d. dici manifestam & ap... falsitatem huiusmodi accusationum, & ... nem sententiarum super eo datarum per integram ac iuste & exacte examinatam tenilitionem: verum id longo tempore post editionem huius præsentis collectionis factum. Vnum prædictorum Arrestorum, quibus sententiæ illæ in irritum deductæ fuerunt, significatum mihi fuit, interdictione addita, ne de cætero amplius primam sententiam excudi facerem. Cui lubentissimo animo acquieui ac promisi, me insequenti editione diligentissime curaturum, ne calumniator vel præfractus deprehenderer. Postrema & præcedens meæ collectionis editio fuit de mense Aprili 1568. Arrestum cassationis Curiæ Parlamenti duobus annis post datum sun, executio eit 12. Maii. 1570. Diligentia mea repe-

Resolu & cassatio iudicii de crimine peculatus.

rietur, qua vsus sum, dum in omnibus libris, qui penes typographum permanserant, & in margine *de peculatu* apponi curaui, hanc condemnationis scilicet sententiam in irritum deductam, reuocatam ac nullam declaratam fuisse, Arresto 12. Maii anno 1570. Nunquam comperietur, post executionem prædicti Arresti me aliam & sextam editionem edidisse, neque prædicto Arresto morem gerere voluisse: verum est, falso me inscio ac inuito, duas editiones Parisiis excusas, vnam anno 1574. à quodam nomine Oliuerio Harsio, alteram anno 1583. à Ioanne Houzeo typographo Parisiensi, aduersus quos graues causæ mihi sunt petendæ persequendæ separatiour, eorum qoe castigationem exigendi tamquam falsorum & mendolosorum non tantum hac parte, verum & aliis: neque credere potui eos adeo temerarios fuisse, vt plurimis iniuriarum generibus vti voluerint, quibus prela sua commacularunt, nominatim vero & aperte vt Houzeus expressa præfatione falso iniuriis appetere me sustinuerit, & indigne insigni ingratitudinis specie, quam quilibet in locis ipsis Arrestorum, in quibus ab eo reprehensus fui, cognoscere poterit. Cuiusque nomine citra aliud iudicium notamque obstipo capite ei incedere necesse erit, atque in terram vultu demisso: spemque bonam concipio fore: vt cum bono Deo, & vigore Iustitiæ eum notari procurem. Quando quidem eo me honore spoliatum voluit, quem hoc labore & opere promeritum me confido, paratus omnium rationem reddere, quo scilicet omnibus appareat falsus, temerarius, ingratus & calumniator. Ac mirum est atque intolerandum, vt idem prælum suum occupare voluerit opera atque labore meo, & idem tamen traducere me ac notare sustinuerit. Agnosco equidem literas scriptas ad eum cuius memini: verum mendacem profiteor; nec pernego me lis contra iuisse: Econtra omnino adsero, vt iam dicere cœpi, me iis satisfecisse. Enimvero hæc prima editio est, quam in publicum emisi post annum 1568. si quæ aliæ prodierunt editiones ea d me abdico, atque eiaro, sic vt hæc eietatio omnibus satisfactura sit; quandoquidem quilibet videt, editionem Harsianam atque alteram illam egregii sui Houzei in mei contemtum atq; iniuriā procuratam.

Allegat is autorem quendam, quem omni opere reuereor, quemq; dominum nominat, me vero nominat Magistrum, quod nomen respuo, neq; enim eius Magistar, sed dominus aut seruus esse volo. Autor iniuriarum, quas euomit, quemq; dominum nominat, nonnisi Aduocatus est: quantum ad me attinet quem Magistrum Ioannem vocat, Deus me elaxit ad officium Magistri ordinarii Libellorum Reginæ matris, Consiliarii Regii, summiq; Iudicis in Prouincia quadam, quæ ad triginta duas leucas siue millaria excurrit, neq; ideo tamen ferocio, neq; enim honorum cupidus sum, ac si forem, eos in eo non quærerem, neque enim verus honos & vera gloria in eo posita sunt. Et hæc generatim: speciatim quippe respondi superius ad ea, quorum nomine falso accusatus fui, *tit. de retract. gentil.* & alibi, prout suis locis videre est. Verum vt ad oculum & argumentum de crimine peculatus redeamus, tres Thesaurarii egregiæ famæ & honore potius quam pœna vlla digni reperiuntur Peculatus accusari, vnus videl. ideo, quod Principissæ cuidam obtemperare noluit atque ab integritate sua deflectere & deuiare: alii vero ex vindicta quadam: omnes vero Principes illi vt horum bona occuparent exemplo Vespasiani Imperatoris, qui omnes corradendæ pecuniæ vias & sinus peruestigauit, atq; inter cætera Procuratorũ rapacissimo quoque ad ampliora officia ex industria promoto, quo locupletiores mox condemnaret, quantũlibet probos atq; innocentes, quib. quidem vulgo pro spongiis dicebatur vti, quod quasi siccos madefaceret, & humentes exprimeret. Nil tam procliue est atq; ita facili cuiq; cæsuro vel occisuro canem suum, quã vt fustem ad id faciendum reperiat, ac multo magis prætextum vel occasionem. Philostratus *in imaginibus suis* scripsit: Quod ab Æsopo humana omnia ad fabellas redacta sunt, sermone brutis non temere impertito. Hanc ad rem Æsopus narrat, lupum cum ad fluenta adaquatum iuisset, forte fortuna misellam ouem ibi adaquantem reperisse, sed procul à se atq; in inferiore parte fluminis seu fontis: Lupum ad ouem propius accessisse, atq; eam increpuisse, quod poculum suum & fontem turbaret & cæno misceret: ibi miseram ouiculam tremere cœpisse, atq; humilem se præbuisse asserendo, se omnino in inferiore parte fontis bibisse, atq; ideo se neq; turbasse neque turbare potuisse aquam, Lupum non ideo minus in ouiculam impetum fecisse, eam dilaniasse & deuorasse dicendo, patrem & matrem ouiculæ & totam ipsius familiam sibi infensam esse. Claudius ciuis Romanus & inter nobiles altissimi spiritus, vt sese de Cicerone vindicaret, qui adeo de Repubi. meritus fuerat, vt honoribus extolli meruerit, viam reperit, qua Iudices extraordinarios nancisceretur ad eum exulandum, quod illius tẽporis capitale supplicium & tetterrimum erat: verũ causa melius cognita reuocatus fuit. Id docet, quam perniciosus sit in hoc Regno atq; alibi vsus Commissionum seu cognitionũ extraordinariarũ, quas decerni atq; exerceri videmus ad vexandos tantum debiliores ad quorundam suggestionẽ, qua de re plura dicere non attinet, vtpote quæ nimiũ ordinaria atq; odiosa sit prout expertum est & compartum ex innumeris miseriis pauperumque ruinis mediocrium & diuitum, qui per huiusmodi Commissariorum manus ambularunt, qui vtique non alio fine delecti fuerunt, quã vt huic rei insistentium voto satisfacerent, quique ad ea, quæ sibi commissa, de suo nihil afferunt, neque quicquam proprii habent, siue iustitiam ipsam siue æquitatem spectes, verum eorum vices tantum repræsentant, à quibus & quorum voto delegati sunt, vt continetur in l. 1. § *vlt.*

Vespasianus Procuratoribus rapacissimis pro spongiis vtebatur.

Ouis accusata turbatæ aquæ.

Claudius Ciceronẽ exulare curat.

Commissiones perniciosæ.

& in l. Etsi Prætor. ff. de officio eius, &c. & cap. sane de offic. deleg. Iason ea de re loquitur ad *d. § vltim.* Allegabo tantum speciem facti quæ contigit, cuius plenam mentionem feci *tit. de feudis* supra, quæ notatu digna est: Antiquum dubium reassumtum fuit, vtrũ ignobiles capaces essent feudaq; nobilia possidere possent, non soluta Regi pecunia? Nonnulli apud Regem gratiosi vel etia pecuniæ quærendæ nouorumque sinuũ repertores, vt ab ignobilibus emolumentum haurirent, ad aduentum Regum pecuniam exigendam ab ignobilibus feuda possidentibus proposuerunt, quæ pecunia seu præstatio vocari solet feudum francum: ac quoniam iis opponebatur Arrestum quoddam ex Arrestis, Consilio & Iudiciis Parlamenti Sammartiniani expeditis, anno 1282. quo super oppositionibus & querelis ignobilium huiusmodi exactio interdicta fuerat, decretumque, vt quod acceptũ ab ignobilibus & hac occasione exactum fuisset, iis restitueretur, prædicti nouorum sinuum repertores prædictum Parlamentum declinarunt & extraordinarios Commissarios constitui curarunt, non alia de causa, quam vt impetrarent id quod neq; poterant, neq; debebant iusto ac legitimo modo consequi. Idq; vsque ad tempora nostra durauit ad plebis oppressionem. Igitur mirandum non est, si ad remouendos prædictos Thesaurarios antehac accusatos Peculatus crimine, huiusmodi extraordinarii Commissarii delegati fuerunt, & eorum iudicia atq; sententiæ iniuriosæ, iniquæ repertæ & à prædicto Arresto annullatæ fuerunt, verum refugium & instrumentum iustitiæ & æquitatis. Prædicto Arresto mandatum mihi fuit, vt nonnulla indicia cancellarem, quæ collegeram aduersus quosdam iniuste accusatos, innocenterque condemnatos: id quod sub hac Apologia feci.

Pecunia ex feudis frãcis.

Valde quoque notanda est in paribus casibus retractatio Arresti, quod datum 16. Martii 1563. aduersus Generalem Portalium, Arresto altero plane contrario Maioris Consilii, nominatim 12. Octobris 1576. quo prædictus Portalius absolutus fuit, cum expensis, damnis ac interesse &c. Igitur cõuenientius erit Arrestis vti datis aduersus thesaurios peculiares anno 1565 & condemnatos a Commissariis in Camera Andegauensi, inter alios aduersus Miletios, la Breteche, Richarium Perfectum: Notari etiam potest Arrestum de exilio & condemnatione in multam defuncti Præsidis so Castelleto in persona, 17. Aprilis 1565 Complures inquisitiones in hoc etiam factæ fuerunt regnante defuncto Rege Henrico IV. quæ finitæ fuerunt transactionibus cum Officialibus fiscalibus factis.

TITVL. III. DE MALEFICIS & Veneficis seu sagis & magis.

ARRESTVM I.

INquisitio, cognitio, & iudicium accusatorum veneficii seu magiæ ad Iudicem laicum pertinet. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1390. pro Præfecto Parisiensi, aduersus Episcopum Parisiensem remissionem postulantem.

Venefici à quo puniuntur.

II.

Alterum contrarium Arrestum extat, Inter iudicia, consilia & Arresta Parlamenti Sammartiniani 1582. de tribus mulieribus Sortilegii accusatis, qui ad Episcopum Parisiensem remissæ fuerunt ex eo forsan, quod de fide inquirendum videbatur aduersus eas, in præcedente vero quæstio de eo non erat.

Idem & contrariũ.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

ADuersus eos & eas, qui quæve maleficium & execrabile cõmiserunt sortilegiũ, pœna ignis constituta

ftitute eft: etque ita pletumque Arreftis Curiæ punid fuerunt, vt aduerfus cæcum quendam 2. Martii 1577. factum fuit. Hanc ad rem videantur libri Vieti, Bodini & Loyerii.

TITVL. IV. DE PARRICIDIO.

ARRESTVM I.

Pœnæ iniuriæ realis aduerfus matrē factæ.

ADuocatus quidam de Rouergues calore iracundiæ contumeliofis verbis matrem fuam appetierat, & in faciem eius vas plenū olei proiecerat: quod mater adeo ægre tulit, adeoque hac iniuria tacta fuit, vt diuturno morbo exinde decubuerit: tandem cum in extremis ageret prędictu filio fuo per quendam filiam fuam mandat, vt ad fe petitum veniat accederet feque paratam ei ignofcere. His auditis filius in iram exardet & fororem fuam verberat & obftinatus permanet, neque matrem accedere vult. Mater vita fungitur. Procurator fifci hunc Aduocatum accufat, qui à Iudice ordinario in adgnitionem folennem & deprecationem, & ad triremes fex menfes & multam pecuniariam condemnatus fuit, à quo appellauit. Arrefto Tholofano quod datum Maioribus diebus Podienfibus, 25. Septembris 1548. appellatione & eo à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, prædictus Aduocatus, habita ratione iuuentutis ipfius, condemnatus fuit in folennem adgnitionem, fune in collum iniecto & veftibus folo indufio excepto fpoliatus, mox virgis cæfus & ad triremes perpetuo datus, omnibus bonis ipfius confifcatis. In hic nihil alienum à conftitutione Imperatoris Iuftiniani, præterquam confifcatio, qui inter cafus confifcationis parricidium non collocauit.

II.

Parricida infantis nati ex filia accufata cum matre.

Mater & filia accufantur celaffe & fuppreffiffe infantem natum ex filia fua quę eum fepeliuerat, mortuum eum dicendo: quodq; mater, cum interrogaffet filiam quid de partu feciffet, audito quod infantem fepeliffet, dixiffet, quare eum non profundius fepelifti? Iudex quæftioni eas fubiici iubet, vt fciretur confpirationis iftius veritas, & vtrum fuerit animal viuum. Eæ ab eo appellant, & in carceres Senefchalliæ Vafatenfis deducuntur: Iudex medius declarat, filiæ intuitu bene iudicatum fuiffe, refpectu vero matris male iudicatum. Ab eo ad Parlamentum Burdegalenfe appellatur, vbi decretum fuit Triumuiros Regios litem ac ꝓceffum videre oportere, vt ab vltima fententia appellarent, fi ita iis videretur: id quod factum fuit. Poftea Arrefto dato 30. Octobris 1536. ambæ ad quæftionem cōdemnatæ fuerunt. Mater in carcere mortua eft: filia vero delictum confeffa patibulo fufpenfa fuit. Dubium de matre erat, aduerfus quam magna præfumtio erat, eam eum filia confpiraffe: prout ait Baldus *in l. data opera. C. de accufa.* & facti fpecies expreffe deducta per Cæpollam Ver. *in confil.* 207.

III.

Parricidā infantis fuppreffi fine inquifitione, vtrum natus fit mortuus an viuus.

Olim obferuatum fuit, vt matres, quæ infantes fuos fuppreffiffent, parricidii non condemnarentur, nifi ex ipfarum confeffione appareret, vel aliter, infantem natum viuum fuiffe, quandoquidem nifi in animal viuum id committi non poffit, neque aliter accipi & confiderari *l. proinde fi occifus non fit, mortuus autem fit. ff. ad l. Aquil.* Atque ex hac ratione complures matres parricidæ cum conftanter affeueraffent; infantem mortuum natum, leui pœna afflictæ euaferant Arreftis complurimis. Verum poftea defunctus Rex Henricus II. Edicto fuo quod publicatum in Parlamento Parifienfi, 4. Martii anno 1556. huic rei profpexit, vt matres quæ infantes fuos fuppreffiffent, neq; quicquam declaraffent, tanquam [illegible] das punirentur, haud inquifitæ, vtrum nati fuerint viui, an mortui. Atq; ita iudicatum fuit poftea Arrefto Parifienfi pro illuftri Iacobo Durfeo Equite, Domino S. Iufti, caufam fufcipiente pro Procuratore fuo officii in prædicto loco S. Iufti aduerfus puellam quandam prædicti loci appellantem à Iudice illius, allegantem fe infantem mortuum peperiffe, quæ ad mortem condemnata fuit prędicto Arrefto menfe Decembri 1559.

Vide Arreftum fingulare Tarqueri Aduocati Parifius puniti, anno 1556.

TITVL. V. DE HOMICIDIS.

ARRESTVM I.

Homicid. a [illegible]

MIngonius Vachæus iniuriofis verbis prouocatus armis refiftit & prouocantem fuum occidit. Captus & ad mortem condemnatus fuit à Maiore & Iuratis ciuitatis Burdegalenfis: à quo appellat. Vidua & heredes defuncti cum Procuratore fifci affurunt & fententiam hanc defendunt dicentes, iniuriam armis factam armis repelli poffe: econtra fine armis iniuria facta, prouocatum quoq; armis refiftere non debere, *l. 3. §. igitur,* & ibi Gloffa *ff. de vi & vi armat.* & Gloffa *in verf. moderatione, in l. 1. C. vnde vi.* Appellans adhæret fententiæ Angeli *in l. fi adulterum cum incefto. §. Imperatores. ff. de adult.* vbi ait per hunc textum, eum mori non debere: verum dimittendū, vel extraordinarie exilio puniendum vel alia leuiore pœna. Iuxtaque fententiam hanc pro appellante Arrefto Burdegalenfi iudicatum fuit, 7. Septembris 1537. Nihilominus hic fpeciali gratia & venia Principis opus erat quantumuis lex ciuilis delictum remittat, neq; morte dignū vel puniendum declaret.

Defumtum è *decifio.* 169 Du Boëtii.

II.

Homicid. [illegible]

Prætenfus quidam delinquens ab Executore requifitus, ipfius filio & aliis gladiis armatis, aufugiens refciuit, inimicum quendam ipfius capitalem in numero eorum effe, qui eum requirunt & perfequuntur. In hac fufpicione & metu fugam fuam continuat & veluti ingeminat. Filius executoris iniecta hafta eum fiftit. Is vultum vertit & tranfuerfo corporis lateri gladium filio infligit, ex quo moritur. Tandem captus & à Iudice ordinario ad capitis pœnam condemnatus fuit. Ab eo appellat. Sententia hæc defenditur dicendo, executori eiufque filio la mandatis datum fuiffe, vt appellantem apprehenderent, quantum vero ad executionem, exceffum ia ea commiffum. Igitur homicidium pœnæ ordinariæ fubiici, quæ eft legis Corneliæ de Sicariis. per l. prohibitum, iuncta Gloffa. *C. lib. 10. de iure fifci.* Arrefto Curiæ Burdegalenfis appellatione & eo, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, appellans condemnatus fuit, vt duobus diuerfis diebus virgis cæderetur. Motaque Curia fuit iufta illa accufati fufpicione, eo quod indicatum ei fuerat, inimicum capitalem in illorum numero effe. Econtra ex difpofitione iuris communis fi reus armis refifteus ab executore occifus fuiffet, homicidium hoc impunitum effet. Lege enim XII. Tabular. nocturnū furem occidere licet: diurnum, fi telo fe defendat. Ita id definit Baldus *in l. fi vt allegas. in fin. Cod. ad l. Corn. de Sicar.* & in Authentic. *fed omnino. Ne vxor pro marit.* C. Facit textus *in l. fi feruus. C. de iis qui ad Eccle. confug.* Id quod tamen cum difcretione aliqua feu temperamento fieri debet: æquum enim non eft, fub prætextu autoritatis & mandati delinquentē capiendi, eum verberare vel occidere: verum verberari tantum poteft ad re-

Homicidium cius qui defendit aduerfus executorem [illegible]

ad repellendam eius resistentiam: neque excessus committendus calore iracundiæ: ut ait Io. hanoes Imola *in l. ex consensu.§. fin. ff de appella.* quod si non resistat, eum verberare impune executor nō potest, per not. Bald. *in l. 1. C. vnde vi* & per Alexandrum *in addit. ad Baldum in l. fin. C. de exhib reis.*

* Desumsom è Boerio *q.170.* V. sup. *l. 6 tit.7. Art 10.* Vide locum de rebellione aduersus Magistratum.

III.

Homicidium ma[ritus] consi[lio] vel cō[n]sensu vxo[ris] perpetratū, & contra.

Homicidium inhumanius & magis detestandum est inter maritum & vxorem, quam alias personas, ob arctissimam, intimamque inter eos societatem & ipsam Dei institutionem seu ordinationem. Propterea nunquam dubitatum fuit, quin maleficium huiusmodi siue manu coniugis vnius vel alterius propria, siue ex consilio ipsius, siue manu alterius commissum vltimo supplicio dignum sit, per textum *in l fin. C. ad l. Corn. l de sicar.* Ioan. Faber *in §. alio. nu. 4.* scripsit, necem vxoris à marito commissam atrociorem esse parricidio, per *c. admonere. 1. q. 2.* Huncq; facit Glossa *ad cap. decenter. 89. distinctio.* & altera Glossa *in cap. placuit. 23. q.* vbi scripta est pœna maritorum qui absque causa vxores verberant. Hanc ad rem 7. Arresta extant data Burdegalis, quorum primum de 8. April. 1527. aduersus Ioannam Danduraniam vxorem Petri Comsij appellantis à Seneschallo Agenensi, qui eam ad mortem condemnauerat, confirmando aliam sententiam Iudicis primi, eo quod dati consiliū & consensus accommodati adultero suo ad necandum maritum suum conuicta fuerat. Curia appellationem & id à quo appellatum fuerat, in irritum deducens, eam condemnauit, vt duobus diuersis diebus in quadriuiis & locis publicis virgis cæderetur. Dominus Boerius primus Præses de hoc Arresto adeo gratioso loquens dixit, sibi consultum fuisse, vt id ita faceret in honorem S. diei quo Arrestum hoc datum & pronunciatum fuit, qui erat dies Mercurij septimanæ sanctę. Item que Cæpol. vero *cons. 26.* tenet, pro simili casu & aliis, ob amotas mariti res, vxorem morte non plectendam, si maritus occisus non fuit. Postea anno 1528. 5. Iunij pronunciatū fuit alterum Arrestum in pari casu, quo vxor ad mortem condemnata fuit. Pariterque iudicatum fuit altero Arresto quod datum in prædicta Curia dicto anno 1528. aduersus vxorem accusatam consensisse in necem mariti sui. Tantundem alio Arresto, 17. Maij 1531. Pariterque alio Arresto quod datum 18. Nouembr. prædicto anno. Item anno 1536. mense Martio, quædam nomine Alisia appellans à Seneschallo Petrocoricensi, condemnata ad mortem in pari casu, remissa fuit, vt iuxta sententiam, à qua appellauerat, puniretur. Et postremo, vlt. Augusti 1537. Arresto prædictæ Curiæ condemnati fuerunt Maria Antigaudia & Iohannes de Treoes ipsius adulter, ob necē mariti. Nouissime Arresto Parisiēsi vxor quædam condemnata fuit, eo quod adultero ad interficiendum maritum suum opem præstiterat, vt manu ante domum ipsius abscissa, suspenderetur & strangularetur, cōfirmata sententia simili data Pontisini in Forosegusiensi Prouincia anno 1564.

Hac de re infinita Arresta allegari possent.

IV.

Homicida dedita opera digno morte ad[uer]sus clericum, pri[uil]egio

Quidam nomine Florus, Clericus tonsuratus cum consulto ac dedita opera cædem perpetrans eo mercatis hominibus, & vi armata, cōdemnatus fuit propter casum priuilegiatum in 200 libras multæ Regi inferendæ, parti vero ciuili in 300. libras, & propter delictum commune ac homicidium ad Episcopum Nemodunēsem remissus ad eum puniendum, neq; carceribus suis dimittendum, nisi quo vsque prædictis multis satisfecisset sub pœna has ab eo reposcēdi & solutionem earum exigendi. Arresto Parisiensi anno 1394. Quantum vero ad Baudranium & Robertum ipsius cumplices, Clericos non coniugatos, dictum fuit, eos priuilegio suo non fruituros, prædictusque Baudranius condemnatus fuit, vt suspenderetur, Robertus vero vt in aquam proiectus submergeretur ob summam ac obstinatam illorum perseuerantiam in malitia sua: cuius causa prædictum priuilegium Clericale amiserunt.

nullo fruitur.

Pœna submersionis & suffocationis in aqua.

Simile iudicatum fuit 14 Ianuarii 1422. aduersus requisitorium promotoris Episcopi postulantis remissionem Presbyteri cuiusdam, qui duos mercatores Altissiodorenses occiderat data opera, dictumque fuit, non habita ratione remissionis, incarceratum permansurum coram Præfecto Parisiensi, vt puniatur.

V.

Homicida vnius pro altero.

Arresto Burdegalensi, 12. Decembr. 1530. Ioannes du Puy cognomento Basco, hominem quendam qui à tergo steterat, vt euitaret ictum, pro altero occidisse conuictus, condemnatus fuit, vt duob. diuersis diebus fustigaretur. Hæc materia tractatur ab Angelo *in l respiciendum. §. delinquit. ff. de pœnis.*

Boerius *decisio. Burdegal. 24.*

VI.

Nutrix ob culpā leuē mortis infantis tenetur.

Arresto Tholosano, vlt. Februarij 1566. Ioanna Badionia nutrix filię Ioan. Baborij iunioris Doctoris Iuris, eo quod prædictam filiam ex incuria & temerarie suffocauerat, condemnata fuit in solennem agnitionem in Septo Capitolinorum primorum Iudicum, quorum sententia confirmata fuit & executori seu carnifici tradita & ad cingulum vsque denudata; ad domum vsq; prædicti Babutii deducta fuit ad solennem coram ea domo agnitionem faciendā, posteaque ad sanguinem vsque inclusiue virgis cæsa Tholosana ciuitate eiecta in quinquennale exiliū, facta interdictione, ne vnquam imposterum lactandi infantes munere defungeretur.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum V.

I.

De conatu occidendi.

HIc dicendum esset de iis, qui interficere quem conati fuerunt, quorum voluntas punienda: teste eo, qui supplicio tortæ affectus, in principio Augusti, pistolero D. Nicolaum Consiliarium in Parlamento interficere conatus fuerat. In quo secundum circumstantias pœna diminuitur. Nota ob hominem in turba occisum omnes ciuiliter & criminaliter teneri: quamuis de iure Glossa & Doctores distinguant *in l. Mela §. sed si seruum plures. ff. ad l. Aquil. l. si in rixa, ad l. Cornel. de sic. ac.* Albericus *in d. §. sed si seruum.* Speculator *de homic. n 5.* Alex. *cons. 16 n. 1.*

De occiso in turba.

TITVL. VI. DE CRIMINE Raptus.

Vide Do Præsidem Magistrum *in decisio. fuis c. 3. de appellationib. tanquam ab abusu.*

ARRESTVM I.

Raptus non est crimen Regiæ cognitionis.

CRimen raptus commune crimen est, non Regię cognitionis: prout declaratum fuit Arresto Parisiensi, quo infirmata sententia Iudicis Regij qui crimen Regale & priuilegiatum declarauerat, 15. Februarij 1549.

Desumptum è Lucio, *placit. Lib. 12. tit. 7. Art. 9.*

II.

De raptu puellæ;

Complura Arresta extant de crimine raptus, quibus constitutum, vt si quam per matrimonium quis

quam de nullitate matrimonii cognosci debet.

rapuisse diceretur, Ecclesiasticus Iudex de matrimonio & eius validitate: prusanus & laicus Index de ipso raptus crimine cognosceret, neque alter alteri moram afferet vllam. Sed postea placuit & Arresto iudicatum fuit, matrimonii cognitionem sustineri, quoad de raptu cognosceretur. Ratio maxime conueniens est, pendente quippe causa matrimoniali, fœmina quæ vi coacta, fallacia atque machinatione decepta fuit, cogeretur viro obedire vsque ad diem vltimi supplicij accusati: quod triste esset ac verecundum. Secundo quid cognitio de validitate matrimonii proderit, cognitione absoluta, & marito conuicto & ad mortem condemnato? Dominus Marillacus Aduocatus Regius, die Bacchanaliorum, 17. Februarij 1544. in peroratione sua distinguebat, vt si raptus morte dignus esset & probatus, hoc casu Iudicem Ecclesiasticum citra abusum vlterius pergere non debere: verum in raptu pœnæ pecuniariæ subiecto eo non obstante vlterius pergere posse. Id quod tum Arresto confirmatum fuit. Hanc ad rem notandum est, cognitionem de hoc crimine Officiali non dari aut permitti, qui semper eam à se abdicare debet, & Curiæ Iudicium relinquere, vtrum raptus capitalis sit vel non, & vtrum controuersia de fœdere matrimonii ei concedi debeat vel non: adeo vt semper Officialis & Iudex Ecclesiasticus expectare debeat id quod de criminali accusatione fieri vel iudicari poterit, ac quicquid pendente prædicta accusatione facere poterit, abusus est, & ab eo tanquam ab abusu appellari potest, & abusus declarabitur, prout expressissimum ea de re Arrestum erat, 9. Martij 1541. pro Domino Percherio Andegauensi & Domicella Francisca Liziania appellantibus ab Officiali Andegauēsi, aduersus Renatū Dornausium. Adhæc notandum est, (vt continetur *tit. de pœnis, infra*) Raptum commissum, posteaquam eius accusatus cum patre de matrimonio filiæ pactus est, aut patre iam defuncto cum matre, qui in id cōsenserunt, pœna capitali non dignum esse, sed minorem mereri. Et hac ratione, si Iudex secularis cognoscat ac contractum seu tractatum huiusmodi præcedentem videat, cognitioni amplius insistere non debet, verum omnia ad Iudicem Ecclesiasticum remittere.

Pars prior huius capitis desumta est è Lucia lib. 12. tit. 7. Ar. 1. altera pars è *decisio.* D. Præsidis Magistri *de appellationibus tanquam ab abusu, c.* 3. Postea infinita similia Arresta insecuta fuerunt, vnum datum ad perorationem in Camera parricidali, 19. Iulii 1577. pro filio Consiliarii cuiusdam Maioris Consilii: alterum pro Petro Gaillardo, appellāte ab eo quod Officialis Archiepiscopi Bituricensis, posteaquam Locumtenens criminalis cognitionem cepisset de actione raptus à tutore ipsius interata, aduersus M. B. cognitionem sibi sumsit de promisso matrimonio, perorantē Choppino & Bussonio, 18. Ianuarii 1579. alterum 22. Aprilis 1578. in Camera parricidali. Choppinus *lib. de sacr. polit. tit. 7. num. 30. & quæst. meam, 12.*

III.

Verum in matrimonio clandestino impari & incestuoso, citra cōsensū auię curatricis, minoris cū filia hospitis sui, raptus fit.

Tertio die Nouembr. 1582. Serulnos Aduocatus pro Francisca Dionysia auia materna & curatrice constituta à Magistratu Dionysij Arcelini appellantis à Balliuio Matisconensi vel Locumtenente ipsius à sententia ipsius, 23. Iunii prædicto anno, aduersus Abelem Guerinū Franciscum de Porta, & Claudium Guerinum appellatos, dixit prædictam appellantem prædictum Arcelinum nepotem suū in conuictum dedisse prædicto Abeli Guerino Actuario prædicti Balliuiatus vbi sollicitatus, vt sponsalia de præsenti cum filia prædicti Guerini iniret, nullo tamen adhibito Notario, & scriptura priuata à duob. signata, quamuis in gradu interdicto sint, non vocata neq; quoquam communicato cum prædicta appellante curatrice, & curam prædicti [illegible] te. Atque ideo prædictum matrimon[illegible] num, & proprie Raptum commissum [illegible] prædicti Arcelini minoris, & ex hac ra[illegible] obnoxiū per constitutionem anni 1556. & [illegible] stitutionem Comitiorum Blesensium. Ac Iudex pœnam declarare debuisset, nihil [illegible] prætermisit, licet de minore ætate, de rapu[illegible] sanguinitate & aliis ad declarandā pœnā n[illegible] appareret: adde quod prædicta sponsalia de [illegible] habita fuerunt: id quod verum non est. Qui[illegible] enim verbum, *de præsenti* extaret, nihilominus nomā conditionalia illa sponsalia sunt: filia quippe consilium & consensum patris sui retinet: adde quod facultates vtriusque partis valde dissimiles sunt, neq; causa subesset, qua prædictum matrimonium sustineri posset vel eidem consentiret prædicta appellās curatrix, quæ ei contradixit, & aduersus appellatos litem intendit. Super eo prædictus Balliuius, quoad matrimonium & effectum prædictorum spōsalium, partes ad Iudicem Ecclesiasticum remisit, hoc est, ad Officialem Matisconensem, & super raptu decreuit, coram se partes procedere oportere, eiusque cognitionem sibi retinuit: à quo appellatum fuit, & ita conclusit. Valla pro appellatis repræsentauit, prædictum Arcelinum tempore sponsaliorum initorum minorem non fuisse, & vero ita se rem habere inde constare quod adspirans ad officium Selecti testimonio duorum aut trium testium ætatem probauerit, qui mense Maio 1581. testati fuerunt, eum tum ætatis 24. annorum vel 25. circiter esse, etiamsi per scripturam patris demonstrare alii voluerint, eum 6. Aprilis 1561. natum esse: Nihilominus prædictum testimonium præferendum esse, quo prædictus Arcelinus vsus fuit. Atq; ita conclusit, &c. Arrestis Maiorum dierum Claromontanorum in Aruernia, præsidente Dn. Præside Harlæo, prædicto die appellatio in irritum deducta fuit citra mulctam & expēsas causæ appellationis: decretumq;, in eo quod à prædicto Balliuio partes remissæ fuissent ad Iudicem Ecclesiasticum, sententiam effectum suum sortiri oportere. Nihilominus in eo, quod actionem de raptu sibi reseruauit, appellatio & sententia in irritum deducta fuerunt, & partes Curia atque lite dimissæ. Et quo casu Iudex Ecclesiasticus super dissolutione prædictorum sponsaliorum inter prædictum Dionysium Arcelinum & Franciscam Guerinam pronunciaret, prædicto Arresto prædictus Arcelinus ad soluendā prædicto Claudio Guerino patri prædictæ Frāciscæ summam mille librarum omnium reparationum, expensarum, damnorum atque interesse loco condemnatus fuit.

IV.

Raptus nuncupatiue cōmissus à puella matre & procurata.

Notabilis hæc facti species est: Puella inops, cui præter elegantem formam nihil reliqui erat, minis suis, matris suæ cuniculis & dolis aliisque auxiliis, adolescentem & genere & opibus se longe clariorem, clam curatore expugnauerat: & ad se ducendam ita pellexerat, vt pacta sponsalia de præsenti à Notario conciperentur, ac magna præcipui iure dona & commoda huius sponsæ inserentur. Curatores id pro crimine raptus persequuntur. Iis opponitur, raptum esse non posse. Exinde duo dubia emergunt: Prius, hæc seductio raptus sit necne, quodve aliud criminis genus? Posterius coram quo Iudice persecutio instituenda? Arresto Parisiensi, de 3. Maij 1535. puella noxæ litique exempta & ab accusatione raptus absoluta fuit citra expensas. Nihilominus pacta omnia infecta atq; inducta, præterquam quod ad matrimonii probationem, apud suū eius rei iudicē.

possent

possent conducere: cuius adeundi & matri & filiæ facta est potestas. Mater, cuius astutia & artibus res acta, ad certas summas & multas Regi & Curatoribus condemnata fuit. Proxenetæ, qui huic rei operam dederant & Notarii, qui adolescentem sponsum celauerant, quid præsentia spósalia sibi vellent, quid donatione, vt erat propter nuptias facta, comprehenderetur, in similes mulctas omnes condemnati fuerunt. Ex hoc Arresto cognoscitur, rapinm æquè in viro atq; in fœmina committi per Glossam *in l. vnic. C. de rapt. virg. in verb sponsam. in prin.* Eaque sententia fuit Ioannis veteris Glossatoris, quæ hodie in Francia obseruatur.

Lucius *lib. 12. tit. 7. Ar. 2.* Constitutione Blesensi *artic. 42* prohibetur sponsalia de præsenti contrahere.

V. *Ar. 4. in. App. h. t.*

V.

Filia elocata ab auo inuito patre, quando rapta dicatur.

Si auus paternus neptem è filio suo, patre inuito elocet, raptus non committitur: in hoc quippe voluntas aui contra patrem dominari debet: verum si auus maternus sit, quamuis omnia bona sua filiæ seu nepti suæ donet, & optima conditio sit, nihilominus patre reluctante aut non consentiente, raptus committitur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod datum Maioribus diebus Molinensibus 15. Octobris 1534. aduersus Voyerium auum, portam Castellanum & alios, qui assistentia sua ac decreto, matrimonio huiusmodi autoritatem præstiterunt.

VI.

Filia sequestrata sub manu Magistratus desponsata raptu censetur.

Si filiæ, vt in loco certo commoraretur, iniunctum fuit sub manu ac potestate Regis, citra delictum, etiam volens desponsari non potest. Atq; hanc ad rem, cùm Eques quidam nomine Galebronius, sibi despondisset Dominicellam quandam, ex decreto Magistratus in domo Balliuii commorantem, Arresto Parisiensi anno 1267. in trecentas libras multæ Regi condemnatus fuit, inter Arresta festi Dei.

VII.

Raptus crimen tacitè per dissimulationem extinguitur.

Si puella absque consensu patris sui nubat, raptus est: qui tamen velatur, si pater eam non persequatur, & tacitè hoc matrimonium approbauerit, maritum filiæ pro genero suo adgnoscens, filiamque paterno affectu, vt reliquos liberos suos in domum suam recipiens. Quicquid ex hoc raptu reliqui manet, illud est, quod filia ipsius non admittatur, neque maritus proea ad exigendam à patre ipsius dotem. Arresto 1. Aprilis, die Mercurii, quem *Absolutum* vocant, anno 1555, vt notatur suprà *tit. de dotibus*, &c. *Ar. 22.* Hoc agitatum fuit inter Ioannem Tyriam patrem & tutorem Alysiæ Tyriæ filiæ ipsius actorem ab vna parte, & Geralduin Beru patrem matris prædictæ Alisiæ defunctæ ab altera parte.

VIII.

Raptus velari non potest per sponsalitia pacta.

Sebastianus Tabaria, cognomento Propheta, sclopetarius equestris in cohorte centenaria, in munito loco & arce constitutus, in qua pro seruitio Domini absentis residebat, inopem puellam ancillam operarii cuiusdam sollicitat, adeò vt ad euitandam eius persecutionem ad duo miliaria isthinc fuga se conferret in domum rustici, vbi triduum vel quadriduum frumenta & messem colligendo vitæ suæ alimenta corrogat. Media nocte S. Barnabæ prædictus Tabaria quatuor stipatus, putà Petro Semenone, famulo, & aliis duobus, quibus regionis commoditas notaerat, ad ostium prædictæ domus accedit: idei vim ac minas intentanti aperitur. Intrat & prędictam ancillam electo rapit, equum ascendere eam iubet, neque obstantibus exprobrationibus, quibus in domo illa obiurgabatur, eam abducit in tabernam de Rupe, vbi in nomine matrimonii cõbibunt, neq; diu in ea diuertens in prædictam arcem traducit, vbi toto Veneris & Sabbathi sequenti die eam detinuit: quo die ob aliud leue delictum Mombrisonii captus in carcerem coniicitur, vbi cùm de delicto eius cognosceretur, raptus hic innotescit, de quo ad querelam puellæ informatum fuit. Is eo se defendit & excipit, puellam & se sponsalia pacta iniuisse. Puella id negat. Testes quidam de eo deponunt. Comperitur eum compluribus aliis fœminis tam cõiugatis, quam coniugandis vim intulisse. Sententia Balliuii Forosegusiensis vel Locumtenentis ipsius, prædictus Tabaria condemnatus fuit, vt Mombrisonii in locum supplicii super veha stercorea deduceretur, ibidemque capite plecteretur, bona ipsius sita in locis, vbi confiscationi locus est, confiscarentur, & puellæ in summam centum librarum condemnatus: Semeno autem, vt denudatus & vehæ stercoreæ parti posteriori alligatus, virgis cæderetur & prædicto supplicio assisteret. A quo ad Parlamentum Parisiense appellan. & deducuntur: vbi Arresto, 18. Nouembris 1556. dictum fuit, bene iudicatum fuisse, male verò appellatum, & vnica duntaxat mulcta multandum. Quod postea prædicto anno 11. Decembris executioni traditum fuit. Lex ciuilis expresse decreuit & in eum, qui per vim sponsam suam rapuit, huiusmodi pœnam constituit, *in l. vnic. in princip.* ibi, *qui sponsam suam per vim rapere ausus fuerit. C. de rapt. virg.*

V. *Arr. 1. App. h. t.*

IX.

Raptus mulcta matri addicenda ob matrimonium à filia consentiente contractum, punitur.

Leges nostræ ciuiles, quæ matrimonium interdixerunt præter voluntatem eorum, in quorum potestate coniuges vel vnus eorum est, Id de matre intellexerunt post mortem patris, quamuis liberos suos in potestate sua non habeat, & deficiente matre, de tutore & propinquis, & iis dissentientibus, de Iudice seu Balliuio & Capite Prouinciæ. Hanc ad rem notabile est Arrestum quod datum Parisiis inter ciuem Montargiensem, qui puellam sibi desponderat matre non compellata, neque vocata, verùm è contra audito quod mater indignum hoc facinus vlcisci vellet, iniuriosa verba aduersus eam euomuerat, vnde matri occasio conquerendi & Magistratum adeundi aduersus filiam suam & maritum data fuit. Exceptio ac defensio mariti hæc erat, quòd filia prouocasset, neq; solùm in matrimonium consensisset, & matrem dereliquisset, ac prætereà iure Canonico hæc omnia licita essent. Curia maritum in maximas mulctas condemnauit, & in triennium extra districtus Parisiensem & Montargiensem exilio afflixit: filiam vero in adgnitionem & deprecationem solennem matri faciendam, præsentibus iis, quos matri ad hunc actum conuocare liberet, 7. Augusti 1554. Nonnullis Arrestum hoc nimis fauorabile videtur, ob frequentiam & grauitatem huius delicti: Isq; est §. *oportet. in l. vnic. C. de raptu virg.* Valdè notabilis textus est *l. in coniunctione. C. de nuptiis*, qui huiusmodi rebus formam dat.

X.

Raptus matrimonii filia absq; curatore elocata à matre commissus.

Post mortem patris, mater liberè & pro arbitrio suo filiam suam elocare non potest, & consensum accommodare, si filia curatores vel tutores habeat, sine quorum autoritate & consensu de ea elocanda agi non debet. Hanc ad rem singulare est Arrestum, quod datum in Parlamento Parisiensi, cuius tenor sequitur.

Inter Benedictum de Põte & Antonium de Ponte filium ipsius, in carcerem Palatii Parisiensis coniectos, appellantes à sententia quadam aduersus eos data à Seneschallo Lugdunensi vel Locumtenente ipsius, & inter Pernettam de Challes vxorem prædicti

dicti Antonii de Ponte, & Ioannem de Ponte partes appellatas ab vna parte: & Petrum de Challes, non ita pridem se tutorem dicētem Antoniæ de Challes: item insuper prædictam Antoniam de Challes ex autoritate Simonis Montmelæ se dicentis curatorem ipsius, partes appellatas, itemque appellantes tanquam à minima prædictæ sententiæ ab altera. Viso à Curia processu per scripturam inter partes præ- dictas admisso ad iudicandum 16. Ianuarii postremi, sententia à qua appellatum fuit grauaminibus, & productione noua prædictorum Petri & Antoniæ de Challes appellantium, responsionibus ad illa, & contradictoriis datis à prædictis de Ponte & Pernet ta de Challes, & omnibus coram prædicta Curia de ductis, omnibusque consideratis, dictum fuit, Curiam prædictas appellationes & id à quo appellatum fuit in irritum deduxisse & deducere citra multam, & citra expensas causarum appellationis, idq; non abs re. Nihilominus propter reparationem excessus & culpæ à prædictis Benedicto & Antonio de Ponte patre & filio & Pernetta de Challes commissæ, quod Lugdunum duxerant prædictam Antoniá de Challes sororem ipsius, itemque sororem Petri Challes, & ipsas matrimonium contrahere cum Ioanne de Ponte filio prædicti Benedicti de Ponte, & fratre prædicti Antonii de Ponte curauerant, absque consensu & inscio prædicto Petro de Challes fratre seniore & curatore prædictę Antoniæ de Challes, prędicta Curia condemnauit & condemnat prædictos benedictum & Antonium de Ponte, vt è carceribus Regiis Seneschaltiæ Lugdunensis in locum de Rocheraillee deducerentur, & de hinc in septum & Iurisdictionem prædicti loci, & die perorationem solenniter delictum agnoscerent & deprecarentur, pedibus & capitibus nudis, flexisq; genubus, singulis tædam ceream ardentem pondere vnius libræ in manibus gestantibus, à Deo veniam ac remissionem peccati postulando, à Rege, à Magistratu, à prædicta de Challes & à prædicto Petro de Challes fratre ipsius & curatore: ac præterea condemnauit & condemnat prædictos Benedictum & Antonium de Pōte, Ioannem de Ponte, & Pernettá de Challes & vnumquemq; eorum solum & insolidum, ad reparationē ciuilem prædictæ Antoniæ de Challes in summam 40. librarum Parisiensium, & Procuratori Dominorum Ecclesiasticorum pro interesse iudiciali in sedecim libras Parisienses multæ nomine, eosque carcere detinendos vsque quò plene prædictas summas soluissent, simul in expensas litis eas, quas ratio exigit, taxatione earum Curiæ reseruata. Et ad Arrestum præsens executioni tradendum iuxta formam suam ac tenorem, prædicta curia remisit & remittit prædictos incarceratos ad prædictum Seneschallum vel Locumtenentem ipsius. Factum in Parlamento 11. Martii anno 1538. Ita signauit Malou.

V. & adde Arr. 5. Ap. huius tituli.

(*Hoc casu pœna mediocrior subiicitur ab assistente iam coniugatorum.*)

XI.

Pater vel mater per dissimulationem extinguere possunt accusationem raptus criminalem, verùm non ideò dotem dare coguntur.

In Sede Præsidiali Orlacensi Pinardus proponit, se matrimonio iunctum fuisse cum Iacobina filia Segaudi, à qua nullam dotem acceperit. Eam decessisse relicta filia ætatis sex annorum, ex matrimonio ipsorum nata, quæ in potestate est prædicti Pinardi & hæres matris suæ, filiæ prædicti. Segaudi. Concludebat Pinardus, vt Segaudius condemnaretur & cogeretur dicere & dare dotem prædictæ filiæ suæ heredi defunctæ ipsius vxoris, vice & loco prædictæ matris secundum qualitatem status & facultatum, pariquemodo quo primæ filiæ suæ elocatæ ante prædictam defunctam Iacobinam vxorem ipsius dotem dixerat. Segaudius dixit, non probatum iri, vnquam matrimonium inter Pinardum act... ctam Iacobinam filiam contractum fu... solennem vllum actum in Ecclesia celebra... rum raptum filiæ suæ ab eo commissum. Vt ... matrimonium contractum probaretur, id ... luntatem suam, citraque consensum factum se in... scio. Igitur se non teneri assignare dotem filiæ, minus nepti suæ, quam minime adgnos... contrario, se prædictam filiam suam exheredare ... se eo quod citra consensum suum & voluntat... psisset. Se ad probandum prædictum raptum act... ex tum litem intendisse, in qua aliquo tempore ... cessum fuit, postea verò deserta. Econtra act... di. bat, prædictum reum non potuisse ignorare prædictum matrimonium, quandoquidem ab eo contracto, quod abhinc 14. annis iam elapsis factum, semper is comederit, conuersatusque fuerit cum actore & vxore ipsius in domo ipsorum, eumque recepisset tanquam generum suum, ex quo tacitus & verus consensus, approbatioq; prædicti matrimonii & reconciliatio omnium defectuum, si qui essent resultet, bodie eos defectus non opponere posse, & ad prædictam dotis dationē teneri, prout suprà. Contrà reus ait, filiæ minori 25. annis nefas & illicitum esse citra voluntatem & consensum patris sui nubere, qui eam contrarium faciētem exheredare potest. Filiam suam tempore matrimonii prætensi nondum 18. annorum fuisse. Concludebat prout fecerat. Actor dicebat, consensum patris ad elocandam filiam de necessitate non requiri ad validandum matrimonium, sed tantùm de honestate: eamq; viro se non indigno repertо liberè citra prædictum patris cōsensum nubere potuisse. Propterea eam dotem suam non amisisse. Præsidiales Orlacenses reum absoluunt, & actorem repellunt, qui ad Parlamentum Parisiense appellat, vbi Arresto primi præsidis Thuani dictum fuit, bene iudicatum fuisse, appellans in multam & expensas condemnatus: saluo minori filiæ prædictæ defunctæ petendæ legitimæ hereditatis matris suæ iure.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VI.

I.

LAudabili Consuetudine in Francia obseruatum fuit, vt puellæ adolescentem, qui eam vitiauerat maritum petenti traderetur. Hodie id non obseruatur. Exempli caussa, quidam conuictus fuit rapuisse & vitiasse puellam vilioris conditionis, quę eum in maritum postulauit, dicens eum sibi fidem matrimonialem promisisse. Camera parricidali dubitante, & consulta Maiore Camera aduersus consilium & sententiam primi Præsidis, is ad mortem condemnatus fuit: eo quod id nihil aliud fuisset, quàm ad delictum inuitare & accusato delicti sui præmium largiri. Iudicatum principio S. Martini 1582.

(*Rapta ... ...*)

II.

Notandum est, instantiam seu litem de raptu intentari posse non solum ab eo vel ea, qui rapiuntur, verùm etiam à patre & matre illorum. id quod vocatur *raptus in parentes, l. vnum. §. si quidem. C. de raptu virg. can. lex. 36. quæst. 1.* Nota quoque, raptum puniri post mortem rapti, & in persona raptoris & liberorum. Iudicatum 21. Ianoarii, 158 . die Aprilis 15 5. ante Pascha. Pronunciatum à D. Præside.

(*A quo ... ...*)

III.

Iudicatum fuit Arresto quod datum, pe... parte du Lac & Eschorcheuel in Camera parricidali, die Sabbathi 12. Februarii 1583. actionē de matrimonio præm-

præiudicare actioni de furto, & actionem super fœdere matrimonii ante crimen furti iudicandam, & ad hunc effectum partes ad iudicem Ecclesiasticum remittendas, Robertus rer. iud. lib. 2. c. 12. Regulariter actio ciuilis præiudiciabilis cessare facit actionem lib. 7. resp. c. 214. I.C.

I V.

Matrimonium a filio cũ impudica fœmina initũ, nullũ declaratũ.

Notandum est arrestum, quod datum pro patre quodã super raptu filii sui Secretarii Regii, qui matrimonium cum impudica muliere contraxerat per subornationem & circumuentionem quorundam lenonum & lenarum, aduersus fœminam, lenones, Notarium, qui contractum conceperat, & Curionem, qui eos copulauerat. Curia declarauit prætensum matrimonium nullum, neq; legitime cõtractũ, fœminam nomine Fleriam priuauit omnib. iuribus, quæ prætendere potuisset propter prætensa pacta dotalia: decreuit, filium nudato capite, flexis genub. in præsentia prędicti patris sui declarare & confiteri oportere, se male consultum, inscio patre suo, prædictum matrimonium cum prædicta Fleria contraxisse & perfecisse, & à prædicto patre delicti veniam petere. & eleemosynæ nomine dare summam 25. coronatorum pro pane incarceratorum in carcere Palatii. Prædicta Fleria finib. Præfecturæ & Vicecomitatus Parisiensis ad 9. annos exultare iussa, & leno, eo quod prædicto matrimonio astiterat, in quinquennium, & in 50. coronatos mulctæ Regi inferendæ. Notarius vero, quod Constitutioni contrauenerat & prędictum contractũ sine vlla cognitione partium ꝓpinquorumq; ipsarũ assistentia exceperat, ad 3. menses ab officio suo remotus: interdictione, &c. Et quo ad Curionem, remissus is fuit ad Officialem Parisiensem, vt de eius culpa & abusa commisso in officio suo cognosceret in celebratione prædicti matrimonii, citra consensum, non præsentibus propinquis, citra publicationem bannorum seu denuntiationis futuri coniugii, sub conditione casus priuilegiati, in cuius iudicio assistere deberet Locũtenẽs criminalis Castelleti Parisiensis, vlt. Aug. 1602. in Camera Edicti. Arrestum cum aliis cõpluribus huius materiæ plene extat in quæstio. mea 13. I.C.

V.

Vidua filiam suam sola elocare non potest.

Mater sola filiam suam citra autoritatem & consensum tutoris, & proximorum cognatorum conuocatorum elocare non potest: quib. in ulcẽ dissentientibus, coram Iudice ordinario locorum congregati debent, vt tutori consilium de matrimonio cõmunicetur, iuxta l. 3. ff. de adm. tut. & l. in copulandis, l. vidua. & l. in coniunctione. C. de Nupt. Constitutio Blesensis, ita iudicatum Arresto Maiorum dierum Trecensium, 25. Octob. 1583. super appellatione quadã tanquam ab abusu ab Officiali Suessionensi, qui decreuerat, cognatos coram se congregandos, id quod abusiuum iudicatum fuit inter Nicolaum Ve dium & Mariam Brissonism, quod plene extat in collectione mea, quæst. 12. I.C.

V. §. 3. tit. 1. lib. 15.

TITVL. VII. DE DAMNATO coitu.

ARRESTVM I.

Damnat' coitus cũ bestia etiã non completus igne punitus.

ANtonius Matrius accusatus damnati coitus cum bestis, in quo deprehensus fuit ac præpeditus, quo minus damnatæ intentioni & abominandę satisfaceret, Arresto Burdegalẽsi, quod datum pridie S. Æmiliani 23. Nou. 1528. condemnatus fuit, vt cum bestia prius strangulatus, igne cõbureretur. Et altero Arresto quod datum Burdegalis aduersus Guiotium Vincenorum appellantẽ à Iudice Monteregio, prædicto anno 6. Febr. Verum est, iure, & Consuetudine generali huius regni, conatum sine effectu non puniri, l. 1. §. si quod quisq. iur & per Specul. inst. de accusa. §. 1. Nihilominus ob maleficii huius grauitatem, quod est è numero maxime nefandorum & detestandorũ delictorum, aduersus omnem humanæ naturæ sensum, c. hoc ipsum. §. 33. q. 2 additis conatibus ꝓximis actui quorum merito facta ab iis qui hoc maleficium ꝑpetrarunt, & ex ipsius cõfessione, vsq; ad spermatis aliquid effusum, pœna integra imponenda, quamuis maleficium integrè perfectum non fuisset, l. Diuus. ff. de sicar. Textus hanc ad rem expressus est in c. mulier quæ accesserit ad omne pecus & vult ascendi ab eo, interficietis mulierem. & pecus morte moriatur. 1. quæst. 2.

Similis executio Tholosæ facta tempore Bayonensis profectionis B. V. Arr. 2. Ap. lo. cit.

II.

Fæmina cum altera libidinẽ exercens morte plectenda.

Duæ mulieres inuicem lasciuientes absq; masculo, morte puniendæ sunt: idq; delicti genus dãnatus & contra naturam fœdissimus coitus est, l. fœdissimã. in pr. iuxta vnam lectionem Accursii, C. de adult. Cynus hanc interpretationem tenet & ait, adeo abominandas ac fœdas reperiri mulieres, quæ calore cupiditatis illicitæ alias mulieres sectentur æque ac masculus fœminam insectari solet. Huiusq; criminis accusatæ fuerunt Francisca Ustasia & Catharina Maneria. Aduersus eas testea producebantur, verum quia valide recusati fuerunt, super ipsorum depositione ad mortẽ condemnari non poterant. Propter grauitatem vero delicti ipsorum depositiones iudiciorum instar fuerunt acceptæ, prędictaq; fœminæ condamnatæ vt quæstioni subucerentur à Seneschallo Landensi. & Arresto postea relaxatæ.

*Hoc Arrestum desumptum, est è Boerio quæst. 316. vt & præcedens. Fœminæ hæ appellantur Tribades & in ordinem earum collocata est Sappho cum Bassa, de quibus loquitur Martialis lib. 1. Quod nunquam maribus iunctam te Bassa videbam, &c. Et Philænis, ipsarum tribadum tribas Philænis. Tertull. eas vocat Frictrices in libro suo Schol. ... de Palli.

III.

Pater incestuosus cũ filia sua.

Incestuosa coniunctio patris & filiæ, vltimo supplicio digna est, per tex. in l. si adulterium cũ incestu, & ibi Bartolus & Glossa. ff. de adult. eiusq; accusati pater & filia ad mortem condemnari fuerunt à primo Iudice, cui incestum confessi fuerant, appellantes ad Curiam Burdegalensem, ad quam deducti & inquisiti eundem negarunt, neque priori confessioni suæ stare voluerunt. Ex qua ratione Arresto dictum fuit, eos torturæ subiiciendos: id quod factum, eamque sustinuerunt. Qua de causa Curia conuocata perpẽdit, filiam firmato iudicio & sensu destitutam patrẽ vero ad voluntariam suam confessionem quæstioni subiectum fuisse à primo Iudice, vbi confessus crimẽ fuerat: postea in altera tortura in Curia idem negauerat. Ob banicationẽ relaxati fuerũt vsq; quo plenius informaretur, iuxta alterum Arrestum quod datum in prædicto Parlamento Burdegalensi pro Domino de la Gurande accusato similis delicti: & quoniam filia ipsius torturam perpessa nihil confessa fuit, ambo relaxati fuerunt.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VII.

I.

Pœnæ statutæ aduersus Pæderastas.

LEx Scantinia Romæ hoc scelus puniebat: in Francia coitus masculi cum masculo igne punitur. Ita 1. Febr. 1584. Nicol. Dadonius de Nulli S. Fiõr, qui paulo ante Rector Vniuersitatis Parisiens. fuerat,

 & Re-

& Regens primus in Cardinalitio collegio propter Sodomiam suspensus & igne combustus fuit. Verum Iustinianus suo tempore legem condidit aduersus Pæderastas, vt iis virile membrum abscinderetur: quemadmodum Sacrilego & homicidæ manus. Videm vita Iustiniani Euagrium lib. 4. & Zonaram vol. 3. Bouteillerius in summa rurali ait, suo tempore huiusmodi reis testes prima vice abscissos, altera vice o... brum ipsum, id quod conueniet cum pœna Pæderastarum ab Imperatore supradicto constituta. Is qui bestia abutebatur vna cum bestia ceu instrumento morti traditus fuerat, Leuitic. 20.15. Infra 24. Vide c. 1. tit. 14. Nomocan.

II.

Pœna misceentis cum bestia ... cremationis.

Arresto Parisiensi, quod datum à Camera Vacationum, superiore criminali instituta à Balliuio Dominí S. Lambini de Creuant ad postulationem Promini S. Lambini de Creuant ad postulationem Procuratoris fiscalis actoris: aduersus Claudiam Colaniam, oriundam de Rozay in Brienfi Prouincia, in carcerem Palatij coniectam, appellantem à sententia aduersus se datam, à Balliuio vel Locumtenente ipsius, qua prædicta Culania legitime conuicta fuerat criminis damnati coitus cū bruto animali, quod cum cane quodam habitasset remq; habuisset detestandoque crimine aduersus naturam, prædicta Culania condemnata fuerat, vt suspenderetur & in patibulo strangularetur, & hunc ad effectum in quadriuio & luco publico S. Lambini de Creuant erigeretur, cui patibulo p[ræ]dictus pariter canis suffigeretur, cum quo prædicta Culan. abominandum scelus exercuerat, vsq; quo mors insequeretur Idq; per carnificem. Hoc facto cadauer tam prædictæ Culaniæ q[uam] præd[i]cti canis igne combureretur & ad cineres redigeretur, ob execrandam prædicti criminis grauitate: bona prædictæ Culaniæ acquirerentur & confiscarentur ei cui hoc ius competeret: prius tamen ex iis sublata summa 33. coronatorum mulctæ Iustinæ inferédæ, nihilominus ante executionem prædictæ sententiæ decretum fuerat, prædictam Culaniam ordinariæ & extraordinariæ quæstioni subiciendam, vt ore suo confiteretur: audita & interrogata in prædicta Camera prædicta incarcerata, super causa appellationis & criminibus ei impositis omnibusque consideratis, Dictum fuit, prædictam Cameram, appellationem & sententiam à qua appellauerat, in irritum citra multam deduxisse & deducere, in eo quod decretum fuerat, prædictam Culaniam quæstioni subiciendam, prædicta sententia in residuo plenum atque integrum effectum suum sortiente: decretum præterea, prædictum processum cum cadauere præ[d]ictæ Culaniæ igni tradendum & comburendum. Et vt præsens Arrestum executioni traderetur, remisit & remittit prædictam Culaniam ad Balliuum Rotigarensem & S. Lambini. Factum in Camera Vacationum, 5. Decembris, 1601. I.C.

TITVL. VIII. DE COITV per vim.

ARRESTVM I.

Vis aduersus meretricem exercita ex dispositione iuris communis pœnam mortis non meretur, vt ait Glossa in l. vnic. C. de rapt. virg. & l. si ea quæ de adult. quinimo licet priuata meretrix & vni soli adhæreret. Eaque sententia est Paul. de Castro in cons. 273. nisi tamen prædicta fœmina coniugata fuisset: tum quippe hæc vis capitalis est, prout ait Baldus in l. Conseruanda ... sedde iudex, per tes destitit & ... dec. mensis ... matrici: b ... Commentariensis ... incarcerata rem habuit, qui ... itos sit, qui cum incarcerata rem habuit, ob prædictam meretrici ex..enti vim intulerit, ob prædictam tenetur, per doctrinam Bartoli in l. in aud t. ... & Petr. de Pat. in Syn. in verb adul. of. Iux... Commentariensis S. Caudouci ciuitatis B... condemnatus fuit, eo lensis Arresto prædicti loci condemnatus fuit, eo ... Septemb. 1536. vt in carcere virgis cæderetur, eo quod cum quadam incarcerata meretrice rem h... tat, ea inuita. Ioannes Faber in §. item lex Iustit. de publ. iudic. tenet, eiusmodi Commentariensem morte dignum siue prædictam incarceratam vi vel absque vi, siue castam siue meretricem stuprauerit.

a Hoc desumtum est ex Boerio quæst. 217. vbi errat eo quod Baldus id non dicat, sed Andreas Barbat. in d. aut. fa... ad Baldum. T.

b Vel si ad castiorem vitam rediisset: his quippe casibus qui eam sollicitauerit, morte plecteretur, etsi olim male audiert, ex ratione l. imperialis, §. præsenti C. de nupt. ... porest tamen pœna temperari ex doctrina Castrensis & Hypoliti: ... pœnæ arbitrariæ sunt. V ... præsertim in Francia vbi pœnæ arbitrariæ sunt. ... D. Boerii 216. 217. vnde hic titulus desumtus est I.C.

c V. infra tit. de Commentariensibus.

TITVL. IX. DE ADVLTERIO, & Fornicatione.

Videantur cap. 18 Leuitic. 21. Exod. & Deuteron. 18 Ezech.

ARRESTVM I.

Maria Quadrilibria accusata adulterij à marito suo, & conuicta, Arresto Parisiensi, 23. Decemb 1552. condemnata fuit, vt virgis cæsa tribus diebus Veneris in Monasterium detruderetur: fas... prædicto ipsius marito, eam intra biennium reuocandi, si ... ei videretur, iure, eique omnia commoda coniugalia adiudicata fuerunt, quæ ex Consuetudine & ratione dotis sui ea habebat. — Adultera secunda regionem pœnas.

II.

Quidam nomine Veterius Mombrisonensis Mensor seu Metator Mairris Consilii, conuictus adulterii commisi cum quadam nomine Martina, vxore Ioannis Galhuti Examinatoris Castelleti Parisiensis Arresto condemnatus fuit in agnitionem solennem quam faceret capite pedibusque nudis, solo indusio indutus fune in collum iniecto, manibus suis tenens tædam accensam pondere duarum ceræ librarum, super tabula marmorea, in magnis Palatii gradibus in Castell. 10 die iuridico seu peroræ onum, dumque eæ habentur & ante porticum B. Virginis Parisiensis, eum in finem eo deductus à carcere, atque in singulis prædictis locis in genua prouolutus alta voce declararet, se lasciue, temerarie, maliciose & audacter prædictum adulterium commisisse, aliaque delicta in lite memorata, eorum omnium se pœnitere, veniam à Deo Rege, Iustitia & à prædicto Galliotio petere: ac præterea condemnatus Regi in multam ducentarū librarum Parisiensium, & quadringentarum librarū Parisiensiū Galliotio, eoq; fine, vsq; quo soluisset, carcere contineretur: condemnatus itē in expensas litis & eo[r]ū omniū quæ infecuta p[ro]pter ipsum, prout æstimata fuissent: Ad hęc in perpetuū Regno exulare iussus, sub pœna capitis, confiscataq; omnia bona eius in patria cōfiscationis, exalis vero confiscationi nō obnoxiis, p[rædi]ctæ multas soluendas. Prædicta vero Martina cōuenientata, vt in Monasteriū religiosarum reformatarū detrusa, ibi in... ibidem habitu seculari deteneretur: quo tempore pœn- — Mensor conuictus, atte... pœnas adulterii ... agnitionem honorabilem, ... & multis pecuniariis ... Agnitio solennis fune in collum iniecto. — Adultera ... in ...

tione pu- re pendente marito ipsius eam reassumere, recōciliare ac recipere liceret, si ita ei videretur, Elapso prędicto biennio, vel prę dicto marito eā recipere nolente, prædicta Martina nuda virgis cæsa à Priore prę dicti Conuentus alijsque religiosis ad idā prædicta Priore delegatis: ita per tonsa, vestita, reliquum vitæ suæ ibidem religiose vt cæteræ religiosæ prædicti Monasterii consumere & consummare cogeretur: Tandem priuata iure doarii, communionis & aliarum conuentionum dotalium, quæ in bonis prædicti Gallioti mariti sui prætendere potuisset, ex causa matrimonii sui. Nihilominus prædictus Galliotus condemnatus ad soluendam summam annuam 60. librarum Parisiensium pro alimentis ac sustentatione prædictę vxoris suæ toto eo tempore, quo in prędicto conuentu commoraretur, saluo augmento, si necessitas id postularet. Pronuntiatum prædicto Meratori in singulis prædictis locis iuxta prę dictum Arrestum, itemque pronuntiatum prædictæ Martiniæ incarceratæ in Hospitali S. Catharinæ, in platea S.Dionysij, 3. Augusti 1552. Arrestum hoc valde notandum, tum ob mitigatam pœnam ordinariā, quæ est In Auth. *sed hodie.C.eod.tit.* tum quod maritus accusator duorum adulterorum, vxoris suæ & Meratoris admissus fuit, quod illicitum est, ex iuris dispositione *l.reos adulterii duos simul marem & fœminam.C.eod.* Verum ex prædicta dispositione ab adulterio accusatio incipienda erat, *l. si dum in two. C. eod.* cuius absolutio fœminæ prodesset, nihil tamen noceret condemnatio, *l. si maritus.2.§.eod.* verum hoc Arresto contrarium obseruatur.

Adultera simul accusata ad uersus legem.

III.

Diuortiū propter concubinatū mariti.

Supat appellatione quadā inter Nobilem quoddam ab vna parte, & vxorem ipsius appellatam ab altera, appellata libellum offert Curiæ Parisiensi & repræsentat, maritum suum domi suæ iam inde à quinque vel sex annis adulteram habere in conspectu, præsentia ac in contemtum prædictæ Dominicellæ vxoris suæ, quodque vt sibi eam conciliaret, eiusq; animo satisfaceret, sæpe verberasset maleq; tractasset prædictam vxorem suam, eamq; quotidie in eo metu esse, ne à pellice veneno enecetur, ex his rationibus in Curia diserte declarat & asseuerat, se nunquam cum marito suo conuersaturam: Postulat his perpensis, vt Curiæ placeret decernere, quo maritus ipsius cogeretur, vt sibi separatim bonis suis frui permitteret, ac præterea omnia ea restitueret, quæ in casum dissoluti matrimonii lucrari debebat, item exoneraret terras suas ac liberaret easdem ab oneribus & reditibus in iis constitutis, sibiq; liberisq; suis alimentariam prouisionem daret: & ad id probandum informationes authoritate Curiæ factas apud Triumuiros Regios deponit, & donationem, quam prædictus maritus ipsius duceotarum librarum reditus in adulteram suam contulerat. Nobilis vt euaderet, appellationi acquiescit, & aduersus se proposita negat: postulat, vt vxor sua cogeretur ad se reuerti, seq; cum ea honeste victurum promittit. Ea peroratione Aduocati sui insistit. Dn. Marillacus Aduocatus Regius indignitatem delicti repræsentat, & cum ea ad id concludit, vt Nobilis in publicum carcerem coniiceretur, deque delicto ipsius cognosceretur. Curia Arresto suo libellum Dominicellæ approbauit, decreto dissoluti matrimonii lucro, decreuitq; eam in potestate Dominæ Parisiensis fenis & honestæ constituendam vsq; dum ad lares suos & in parem cum bonis suis tuitionem reuerfa fuerit. Nobilem vero in persona comparere oportere, aut personaliter capiendum vel tribus petendinis citandum sub pœna exilii & bonorum suorum confiscationis, vt de ipsius delicto drq; incontinente ac luxuriante vita cognosceretur. Hoc in ordinaria pet oratione factum pe. orantibus Dn. Thuano & Porteo, 3. April. 1543.

Maritus accusatus adulterii.

In diuortiis propter concubinatum mariti, sequimur dispositionem iuris Canonici, can. tua. de procurat. Vide quæ in accusatione licet, infra lib. 14 tit.2 Ar 6.

IV.

Adulter ad patibulū cō demnatus & mortē pū nitus.

Cauponis institor, cum dubiæ existimationis dominam vino captam, posito pudore menteq; sublienata, interim aperto sinu mamillas, internodi agnem accedentem, eius ostendere deprehendisset: cœpit de illa constuprandas cogitare. Accidit vt cum à cœna caupo, satis multa nocte, personatus al. ator obambularet: domina consensu cubiculo, vinū edormitura, semel. iterum ac tertium institorem ad se venire iussum, nonnullis de rebus compellaret. Ille & dominū abesse, & dominā vino madere animaduerteret, vt eam iacere ac somno vt vino sepultā esse existimat: redit ac comprimis dormientem. Cui si satis fuisset, semel expleuisse animum poterat id quidem ignoratum præterisse: sed iuuenis intemperātia fecit, vt illa paulo post repetito congressu euigilans, & aduentantis mariti strepitu commota, maximum clamorem ederet. Tum famulus fugere, ac se foras proripere. Domina cum marito, vt venit, de famuli procacitate, stuproque ab eo sibi illato, grauiter expostulare. Maritus extemplo persequi, ac vbique locorum venari fugientem. Quo ad postrem mollitorū dormiente repeto, is continuo in vincula coniectus est. De stupro interrogatus, crimen ingenue fassus condemnatus fuit Arresto Parisiensi, quod datū mense Maio 1551. vt patibulo suffixus strangularetur; neque dominus dominaque ipsius auditi, qui illius miserti vitam ipsius conseruare volebant, affirmantes, se de eius delicto minime cōqueri. Hæc expressa facti species est *l. quæ adulterii 29.C.eod.tit.* quæ differentiam cōstituit inter dominam cauponæ, quæ adulterium committit, & inter ministram: vt si domina taberuæ fuerit, non sit à vinc. lis iuris excepta; si vero potantibus ministerium præbuerit, immunis à iudiciaria seueritate & stupri & adulterii præstetur. Additis circumstantiis huius adulterii commissi à famulo com domina sua in thoro geniali dormiente marito absente: quæ omnia delicti grauitatē augent, vt prædictus famulus verus nuptiarū sacrilegus, atque ita morte dignus censeatur, *l.quamuis adulteru. 30 §. fin. C.eod.*

Adulteri um in caupona cōmissū quomodo puniatur.

Desumptum è Du.Lucio. *lib. 12.tit.6.Ar.1.*

V.

Adulterū amanuensis & dominæ ipsius punitum Burdegalæ.

Arresto Burdegalensi, quod datum 7. die Decembris 1523. vxor vnius ex octo Ostiariis Curiæ, eo quod conuicta fuit tam testibus, quam propria confessione, pudicitiam suam prostituisse amanuensi mariti sui, condemnata, vt denudata virgis cæderetur per aream Palatii, postea inclusa Monasterio Sororum Sanctæ Mariæ Magdalenæ Burdegalensis, vt in eo integro commoraretur biennio: prædicto Ostiario dos & doarium prædictæ vxoris suæ adiudicata fuerunt, permissumque eam reuocare & reconciliatam sibi prædicto Monasterio liberare intra prædictum biennium: decretumque biennio illo elapso, à marito non reuocatam religiosum in prædicto Monasterio habitum assumere cogendam, ibidemque toto vitæ suæ

suæ sponso commorari: iuxta dispositionem Authentic. *Sed hodie. C. de adult.* & *cap. pleramque. de donat. inter vir. & vxor.* cum Glossa magna ibidem, quæ tenet, bona dotalia & parapheronalia vxorē amittere. Cōplures hoc Arrestum nimis rigidum esse censuerunt propter fustigationem. Boërius *decis.* 297. sit faciens mentionem prædicti Arresti, vsitatissimā in Francia pœnam esse, tondere fœminam adulteram, cyclade & toga ipsius præscissa seu decurtata à fronte & à tergo, ita vt indusium supra genua relinquatur: eumque in modum tōsa, decurtata & vestita ignominiose per plateas deducatur, id quod desumtū è Glossa *in c. de bened. 32. q. 1.* In aliis locis in agnitionem & deprecationem solennem condemnatur tædam manu tenens. Quantum vero ad multam pecuniariā, qua dotem amittit, ei non semper locus est: verum tum demum, si fœminæ è primo matrimonio nulli liberi supersint: hoc quippe casu absque dubio dos amittitur & marito adiudicari debet. Isque textus est *in l. vira, & l. simul ff. sol. matr. cap. ex lit. & c. signific. de diuort.* Verum si liberos ex primō matrimonio habeat, & secundus maritus accusator sit, ea dotem suam non amittit, neq; marito adiudicatur, nisi pro modo simplicis vnius è liberis legitimæ. Eaque æquissima doctrina est Baldi in *l. Hac edictali. C. de secund. nup.* Iuxtaq; eam Franciscus de Crema ait, se defendisse bona plurium liberorum primi thori aduersus huiusmodi adiudicationes, *in singulari sua* 86. Ratio huius est valde fauorabilis: nam ex prædicta *l. Hac edictali*, maritus plus accipere non potest ex bonis vxoris suæ liberis è primo thoro existentibus, quam filius vel filia habet, cui minor portio vltima voluntate derelicta vel data fuerit: ita tamen, vt quarta pars quæ eisdem liberis debetur ex legibus nullo modo minuatur. Atr Argumentum bonum est, si id conuentione fieri nō possit, multo fortiori ratione ex maleficio id fieri nō posse, veluti per adulterium: alienatio quippe vno casu interdicta, altero non permittitur *l. Imperat. ff. de fideicomm. libert.* Nonnulli contra Baldum dixerunt & renuerunt, prædictam *l. Hac edict.* intelligi de titulo lucratiuo: adiudicationem vero ex adulterio procedentem marito onerosam esse, ac quod inde refert, ei multo carius venditur, quam bona vxoris valere possunt, ob summam infamiam & iniuriam quam sustinere cogitur quod pro patricida habetur, vt ait Archidiacon. *in c. aut noe 34. quæst. 3.* & Bald. *in proœm. Decretor.* Boerius tamen primæ opinioni adhæret, *decision. 336. num. 6.* Verum is includit pari ratione doarium atq; dotem, ac videtur sententia ipsius probabilis si de doario ex primo matrimonio intelligere voluerit: necesse quippe est, prædictum doarium duplex æquari. & maiori adhuc ratione: nam ex dispositione prædictæ *l. Hac edictali* doarium primi thori liberis affectatur, qui eius proprietatis sunt, fœmina vero duntaxat vsufructuaria. Verum si doarium cōprehendere voluit procedens ex liberalitate mariti accusatoris, videtur sane, hoc respectu probabile nō esse, vsq; eo opinionem Baldi extendere velle: æquissimum enim est, vxorem priuari eo, quo se indignam reddidit aduersus eum, qui id donauit & dedit, *l. consensu. §. vir quoq; post Authenticam. C. de repud. & d. cap. plerumque. de donat. int. vir. & vxor.* Igitur secundo marito omnia adiudicari debent, quæ ex liberalitate ipsius veniunt ac procedunt: quantum ad residuū, opinionis Baldi summa æquitas est, & admissa fuit. Atq; ita inter nobilem Equitem accusatorem ab vna parte, & vxorem ipsius accusatam & adulterii conuictam, è duobus thoris liberos habentem iudicari vidi per delegationem diplomatis, certa Regia scientia, vt de eo decem Officiarii Regii & Aduocati Balliuiatus

Pœnæ adulteræ in Francia.

Adultera liberos primi thori habens quomodo sua dote sua & doario puniatur. de quo citatur Arrestum anno 1456. 5. Iulii.

Forosegusiensis in vltimo districtu conuocati cognoscerent, qui omnes huius sententiæ fuerunt, exceptis duobus qui prædictam posteriorem opinionem renuerunt pro marito, 28 Martii 1554.

Eadem Curia Burdegalensis simile nouissime iudicauit Arresto de 30 Septembris 1591 quod plene refertur in App... *titul.* V. Consuetud. Burdegalens. § ... *de successio*...

VI.

Altero Arresto Burdegalensi, quod datum die prædicto, Ostiarius supra nominatus accusator ... pulsus fuit à libello ab eo oblato, tendente ad ... post pronuntiationem Arresti supradicti, vxor sua sibi redderetur, quam reconciliatam sibi recepturum se promittebat antequā virgis cæderetur aut in Monasterium mitteretur. Dictumq; fuit, post fustigationem ei facere licere, ante vero non, per d. Authentic. *sed hodie*, vbi dicitur, marito adulteram vxorem prius verberatam & in Monasterium missam, reuocare ac recipere posse: verū de eo, virum antequam verberetur, eam recipere posse nihil dicitur, quique in vnum tantum consentit alterum reiicere & recusare videtur, *l. cum Prætor. ff. de iudic.* Hæc enim optio mariti fuit, vel vt ipsemet in ea ius exerceret, vel ad Magistratus auxilium decurreret. Et quamuis consultius sit autoritate Magistratus vti, quam propria autoritate se de eo delicto & iniuria vlcisci, cum & *l. nec in ea, cū l. Gracchus. C. de adult. & l. 1. §. fi. ff. ad l. Corn. de sicar.* Nihilominus Iudices non tantā iniuriæ illius rationem habent, vt iniuriæ qua maritus inde afficitur, sufficienti modo ius reddant: verum sæpissime risu excipiunt & dimittunt. Propterea cōplures maritis consulunt, vt aliter sibi prospiciant: prout plenissime scripsit Paulus de Castro *in cons. 277. vol. 9.*

Mariti ... propter adulterii ... ...

VII.

Arresto Tholosano, quod datum Maioribus diebus Podiensibus, 9. Octobris 1548. condemnatus fuit capiteq; multatus Notarius Bannerorum in Giuaudensi regione cum matre & filia rem habuisse, per *l. si adulterium cum incestu. C. eod.*

Adulterii incestuosi mors digna.

VIII.

Accusatus quidam & conuictus neptem fœminæ cuiusdā diuitis spe ac fiducia eam despondendi grauidam reddidisse, qui postea materteram desponderat, Arresto Tholosano, quod datū Maioribus diebus Podiensibus, 12. Septembris 1548. condemnatus fuit, vt virgis cæsus ad triremes in perpetuū daretur, & in 200. libras multæ Regi inferendas, matertera vero ad alendam & dotandam neptem suam. De cætero, prædicta matertera, eo quod asseuerarat, se nesciuisse neptem suam tum grauidam fuisse, cum eam despondit, à grauiori pœna liberata fuit: ex d. quippe *l. si adulterium cum incestu*, eidem pœnæ cui maritus ipsius, obnoxia erat.

Idem ...

IX.

Consiliarius Curiæ fœminæ cuiusdam consuetudine sub prætextu matrimonii abusus, vsq; quo prægnans facta, & ab ea diuertere cupiens, hac iniuriæ excusationis allegata, quod vnum è liberis suis è sacro baptismate leuasset, censura Curiæ admonitus fuit, vt à Papa dispensationē impetraret, & in vxorē duceret prædictam fœminam, 28. April. 1548. Isque rigor est iuris Canonici, quo necesse est sub pœna excōmunicationis despondere fœminam vitiatam, *cap. 2. de adult.* Nihilominus prædictum ius Canonicum hoc in loco fauorabilius ac mitius est, quam lex ciuilis, qua qui stuprasset virginem non adhibita vi, relegabatur, vim autem committens capite puniebatur, *§. 1. & §. fin autem. I. de publ. iudic.* Hodie nulla

Fœmina sub prætextu matrimonii habita.

alia

alia lex neque pœna alia in vsu est, quàm vt stuprata virgo elocanda & dotanda, vel desponsdenda sit.

Matrimonia clandestina sine consilio ac consensu propinquorum nulla sunt, quamuis ex eo liberi suscipiantur, veluti prohibita a Concilio Tridentino, *sess.24.* confirmato per Constitutionem Blesensem *art 41 & 42.* V. Anelta *in meu quæstio. cap.13 & 14* LC.

X.

Remissiuum.

Attesto Burtegalensi, 7. Septembris 1522. iudicatum fuit, Authentic. *incestus. C. de incest. nup.* locum non esse in fornicatione & concubinatu, extra matrimonium, verùm tantum in matrimonio, prout notatur *tit. de confiscationibus.*

XI.

Adultera adulterum suũ heredem instituere non potest.

Si vxor heredem instituit, vel rem quandam testamento donauit ei, cum superstite marito suo, & post mortem se prostituit & luxuriose vixit heredes intercedere possunt, quò minus dispositio hæc effectum consequatur; hicque casus adeò odiosus legi est, vt quantumuis testamentum absque manifesto vitio conditum sit, nihilominus ex solo hoc obiecto, sub simplici informatione facta citra solennitatem, prouisio pendente processu ei adiudicari non debeat: etsi incidens de prouisione in iure constitutum sit, cum principali iungendum est: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 14. die Iunii 1548. Eaque propria facti species est *l. Claudius Seleucus ff. de his quib. vt indig.* vbi expresse declaratur, matrimonium non valere cum ea, cum qua quis adulterium superstite marito commisit, neq; patitur institutionem heredis ab huiusmodi fœmina factam in adulteri sui vtilitatem.

Notandum est hanc praxin obseruari, nempe successionem *Vnde vir & vxor* locum habere ad exclusionem fisci.

XII.

Maritus integer codem potest vigore pœna adulterii.

Si maritus redintegrare amorem maritalem & recipere vxorem suam adulterii conuictam velit, cuius nomine eam accusauerat, eum id facere posse, quamuis lis ad iudicandum parata fuisset: ac sufficit, ante iudicium huiusmodi declarationem faciat. Atque ita iudicatum fuit Arresto Tholosano, quod datum Maioribus diebus Podiensibus, 14. Octobris 1548. & Arresto de 7. prædicti mensis, prædicto anno.

V. Boetium *decis.198.*

XIII.

Fœmina nupta separata partim sui fides non adhibetur.

Super quæstione de vxore grauida affirmante, ex eo te, quem nominat, grauidam, aduersus quem prouisionem postulat, dubitatum fuit, vtrum eius iureiurando standum sit? Super hac quæstione tres diuersi casus considerandi sunt. Primus est, si quæratur de fœmina nupta & cum marito suo viuente, quodcunque iusiurandum præstet, ei fidem non esse adhibendam, *l. si filium. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur* siue enim velit siue nolit, pro matrimonio præsumitur, *l. sed si miles. §. defuncto. ff. de adulter.* adeò vt quamuis mater adultera probata fuisset ad accusationem mariti vel alterius, nihilominùs id filio nullum præiudicium inferat, ad adulterinum eum declarandum: dummodò tamen maritus cum vxore sua in domo sua commoratus, & tum infans conceptus ac in prædicta domo natus fuerit. Si enim maritus longo tempore abfuerit vel morbo laborauerit, & ad generationem minùs idoneus, vel vxor à domu prædicti mariti sui integro anno abfuerit, & eo anno infantem susceperit, matrimonii velamen & prætextus cessat, & ipsius absentia adulterii loco censetur, & infans hic bastardus est, *l. si vicinis scientibus*, & ibi Cynus & Angelus. *C. de nupt.* facit textus *in d. l. miles. §. defuncto.* ibi, *non vtique*, & clarè per Bartolum *in l. 1. C. quorum bono.* Alioquin quamuis pater & mater communi consensu eum bastardum esse dicant, his tamen fides adhiberi non debet, *l. fin. de probation.* quodcunque tandem iusiurandum præstent, *l.3. §. penult.* ibi, *sed an iusiurandum ff. de iureiurandum.*

Concubina de partu suo aduersus dominum creditur.

Secundus casus est, si concubina sit, quæ communi, vt dicitur, olla viuat, eius iureiurando stari oportet, si affirmet infantem esse domini sui: qui contrarium asserere non potest, etsi probet, eam se hoc tempore aliis quoq; prostituisse. Ita id tenent Decius & Felinus *in cap. per tuas. de proba.*

Meretrici extra dominum de partu non creditur.

Tertius, si fœmina separatim ac seorsim habitans plurium nomine malè audiat, eius iureiurando fides non adhibetur, de infantis veritate deponenti: prout ibidem notatur. Et ita pluribus Arrestis Burdegalensibus iudicatum fuit, quæ Dn. Boetius allegat *quæstio.* 299.

Vide & iunge *Arr 9. Aph t.*

XIV.

Meretrix cogi potest, vt migret domo conducta.

Si locator domus postulet, vt conductrix in domo habitans propere migrare cogatur, eo quod meretrix publica sit, ibique lupanar exerceat, si de eo summarie per informationem fidem faciat, dicendum est, eam per prouisionem migrare oportere, per *l. si quis. Cod. de sp. &ac. lib.* 11. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 11. Septembris 1542.

Notandum quoque est, lupanaria olim permissa, postea condemnata fuisse, vt per *artic.* 102, Comitiorum Aurelianens.

XV.

Meretrix ad conductionem domus non admittitur.

Fœmina luxuriosa & incontinens admittenda non est ad licitandam conductionem prædii vrbani quod à Curatoribus vel alio modo administratur, quamuis amplius det, quàm quisquam alius. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus Marioniam du Thou, 10. Februarii 1544.

Quod si ibidem permaneret, luxuries ipsius sufficiens causa foret ad eam expellendam, & conductionem resoluendam artic superiori.

XVI.

Accusatio stupri & adulterii post mortem mariti non admittitur.

In dubium reuocatum fuit, vtrùm æque vt fœmina à marito suo accusata & adulterii conuicta dotem & doarium suum amittat, *l. consensu. C. de repud. l. Lucius, l. cùm mulier. ff. sol. matr.* & per Glossam *in cap. plerunque. de donat. int. vir. & vxor.* fœmina luxuriose viuens ab heredibus mariti accusari possit & prædicta dote & doario excidat? Nonnulli tenuerunt affirmatiuam, putà Paulus de Castr. *in l. sororem*, per Glossam, ibi. *C. de his quib. vt indign.* tantundem quippe fere defunctus hoc respectu offenditur, quantum superstes, ac per consequens consanguinei, quique defuncto succedunt: prout ait Bartolus *in l. penult. C. de adult.* & videtur adhuc durare prius matrimonium, *l. si.* ibi, *siue in priore matrimonio. C. de bon mat.* Contraria & negatiua à pluribus tenetur, prout tenet Alexander *in d. l. sororem*, per textũ *in cap.2 de feud. sine culp. non amitt.* ibi, *domino viuente*, à contrario sensu, vt scilicet mortuo, idem iudicium non sit. Et sane dispositio iuris communis mentionem huiusmodi pœnarum faciens, non nisi de fœminis nuptis agit, nihil de viduis quicquam loquitur: neque ampliari debet, pœnalis quippe est, *l final. C. de interdict. matri. & cap. in pœnis de reg. iur. in 6.* Et iuxta prædictam sententiam negatiuam Alexandri iudicatum fuit Arresto Burdegalensi pro Erguette Caley vidua, aduersus tutores liberorum suorum, 22. Iunii 1527. Et postea altero Arresto prædictæ Curiæ depulsus fuit Ioannes Coquus heres, ab accusatione ab eo proposita stupri & adulterii, aduersus Dominicellam Catharinam, viduam defuncti, 28. Septembris 1536. Isque textus est *l. rei iudicata. §.1. ff. sol. matr.* & doctrinæ Panormitani *in c. plerunque de donat. inter vir. & vxor.* Nihilominus id limitatum fuit locum habere, quando

maritus

maritus superstes id dissimulauerit, verùm si querelam & accusationem præparauerit, per exceptionem non verò per accusationem heres adulterium aduersus eam opponere potest, petens dotem sibi restitui, vt not. in l. ea qua. C. de restit. milit. à contrario sensu.

Adulterium oppositum per exceptionem.

Vide & iunge Ar 10. Ap. h. t.

XVII.

Adulteria Prælatorum gibus punita.

Compluribus Arrestis Curiæ Burdegalensis, vno quod datum aduersus Abbatem Fontis Wilhelmi, Ordinis Cisterciensis, Diœceseos Vasatensis, fœminam seu vxorem pauperis cuiusdam retineotem, cui, ne amplius eam detineret, interdictum fuit: qui, cum ea interdictione non obstante, id continuasset, ad instantiam mariti, iuncto ei Procuratore Regio, in multam condemnatus fuit. Alterum datum aduersus Ioannem Talcranium Episcopum pro quadam nomine Susanna de Rozieres, 13. die Augusti 15;1 Sententia Petr. de Anchat. consil. 196. incip. Magnifice & illustrissime Princeps obtinuit, quin prædicta consultatione pro & contrà disputat, & sub finem definit per distinctionem inter fornicationem occultam & manifestam seu notoriam. Prioris delicti cognitio Episcopo relinquitur: posterioris verò Iudici seculari.

XVIII.

Rem. effinuum.

Infra à tit. qui accusare possint, Arrestum Tholosanum extat, quod est penultimum, alium nempè quàm maritum vxorem suam adulterii accusare non posse, itemq; vxorem ad accusandum maritum suum non admitti. Huic iungendum alictum Arrestum Parisiense simile, cuius mentionem facit Benedictus ad cap. Raynutius & ad verba eandem patr. tradider. num. 36. de testa. Adeò vt Regnum hoc plus quadringentis vel quingentis annis sordibus hisce infectum ac pollutum fuerit, nulla disputatione facta, qua execrandum hoc scelus Deo maxime inuisum retunderetur, cuius vindicta in prædicto Regno adeò olim animaduersa fuit, vt nunc tempus sit agnoscendi grauitatem istius sceleris, & ad Dei iustitiæque præscriptum, quoniam iustitia hominum obdormiuit, eo abstinendi. Detestandum est, in nonnullis locis huius Regni, nominatim in Aruernia reperiri & extare ac tolerari Consuetudinem, qua Domino loci ius hoc datum, vt prima nocte cum sponsa dormire impunè possit. Id quod non longè abest ab eo quod scripsit Diodorus Siculus libro 6 historiar. in quibusdam locis Siciliæ, puellam elocatam, prima nocte compluribus adolescentibus nubilia ætatis prostitutam, & ei propriam mansisse, qui eam vltimò cognoscebat. Hi actus barbari sunt ac bestiales, indigni non tantum Christianis, sed etiam hominibus.

XIX.

Adulter ad triremes condemnatus.

Dn. Lucius scribit de quodam iuuene, qui iuuenem tenuis cuiuspiam senecionis vxorem cùm appellasset, atque insectatus fuisset: tribus aut etiam pluribus denuntiationibus posthabitis, eam abduxerat tandem, donecque satis diu secum habuerat. Hic accusatus & in leuissimam multam pro ratione criminis condemnatus, atque ha molli brachio tractatus appellat, prout facit quoque Dn. Procurator Catholicus Regius. Aresto Parisiensi, quod allegatur absque data, accusatus tum in sulennem agnitionem, tum ad triremes in aliquot annos condemnatus fuit: è quibus si ante definitum tempus excederet, esset illi protinus vita suspendio finienda, præter summas & multas marito adiudicatas.

Lucius lib 12. tit 6. ar. 2.

XX.

Arrestum

Ad relationem Domini Corrasii Consiliarii Regii in Parlamento Tholosano, datum [illegible] in prædictu Parlamento, 12. Sep[illegible] facti specie, cuius discursus sans pru[illegible] ipsa facti species sans mira. In Diœce[illegible] in loco quodam, cui nomen Artigatu in[illegible] Martinus Guerrius Iuuenis, & Bertrand[illegible] coniuges nouem vel decem circiter ann[illegible] tant, viuuntque: Tandem prædictus [illegible] quod quendam frumenti modium ex [illegible] Patre * suo sustulisset, locum do[illegible] quit, simul & vxorem, & filium [illegible] quo videlicet iracundiæ Patris se subduce[illegible] vindictam, & vltionem simulabat. [illegible] nio in obsequio Regis * abest, in fod[illegible] simile erat) militis cuiusdam, cui nomen Arnold[illegible] Tillhio cognomine Pansetto ex loco quodam nomen Sagias. Octennio elapso prędictus Arnoldus sese prædictæ Bertrandæ, sororibus, affinibus, [illegible] truis, & propinquis Martini Guerrii Artigat[illegible] seque Martinum Guerrium præfert, & nominat. Verosimile quoq; est prædictum Arnoldum com[illegible] tonē prædicti Martini, cùm eum vidisset crure amisso ex ictu turmenti, eum, inquam, mortuum credidisse, atque ita quasi in vacuum venisse. Similitudinem formæ, tùm etiam priuatis sermonibus, quibus animum suum firmabat. Indicia videlicet, ac memoriam omnium eo tendentium repetens fidem sibi fecit, ac nominatim apud mulierem, sic vt pro tali iam agnosceretur & haberetur. Mulier eigitur sub hoc errore falsáque conuersatione triennium abutitur, & ex ea duos liberos suscipit, quorum vnus decessit, alter (erat autem filia) superuixit Euenit, vt Petrus Guerrius Patruus Martini, atque hic Arnoldus suppositittius maritus diffidere cœperint ratione bonorum prædicti Martini eoque prouecti sunt, atque exacerbati, vt inimicitiæ capitales inter eos exarserint. Petrus Guerrius inquisitione sua tantum efficit, vt imposturam hanc istius Arnoldi detegeret, neptemque suam prædictam Bertrandam permouet, vt rem hanc ad animum suum reuocet, ea igitur querelam eo nomine instituit. Fiunt informationes, fit probationes conquiruntur, Arnuldus in carcerem detruditur, de querela tota cognoscitur, verum tali ratione, vt Iudices qui de eo cognoscebant rem dirimere non potuissent, nisi reditus Martini Guerrii eos difficultatibus liberasset, in quibus hærebant. Accusatus igitur auditus tam à Iudice Rieunensi, quàm à Dominis Curiæ Tholosanæ super hominis ætate, vitæ genere, Patria, Patre, Matre, fratribus & sororibus, aliisque propinquis Martini Guerrii, de educatione ipsius iuuenili, de anno, mense, die, pompa nuptiarum cum prædicta Bertranda, de Patre, Matre & propinquis Bertrandæ, de conuentionibus matrimonialibus, de personis quæ interfuissent, de vestibus nuptialibus, de Presbytero qui benedictionem nuptialem peregisset, de priuatis quibusdam & secretis quæ intercesserant tam ante quàm post prædictum matrimonium, de iis qui sub mediam noctis eos in lecto conuenissent, de filio Sanxio Guerrio, de die quo natus fuit, de causa absentiæ suæ, de itinere quo instituisset, de iis in quos incidisset, de sermonibus quos in locis nonnullis habuisset in quibus per absentiam suam hæserat, tam in Hispania, quàm in Francia, cum quibus versatus fuisset. Ad hæc omnia, in omnibus, & per omnia pertinenter, & ad propositum respondit, sic vt inde concluderetur, iamq; crederetur, eum ipsum esse Martinum Guerrium nō alium. Separatim quoque interrogatur prædicta Bertranda super omnibus, ad quæ plane eodem modo respondit: illo tantum addito.

Accusa[illegible]

Interroga[illegible] tio Arnol[illegible] Tilhii.

Coniuges magico carmine defixi.

addito, quod nouem integris primis annis matrimonii sui non potuerint matrimoniũ carnaliter consumare, seq; credidisse se magico carmine defixos fuisse, tandem post nouem annos sibi consilium datum fuisse, vt aliquid peragerent quod in pluribus ventilationibus seu ceremoniis consisteret, quas etiam tum expressit: id à se f..ctum, atque ita carmine magico se liberatos, atque illico post se concepisse Sanxium Guerrium. Super hoc repetitus fuit & auditus eo quod nullam eius antea mentionem fecisset: is vero super omnibus & singulis adeo conformiter respondit, vt non possent iudices aliter opinari, quam accusatum hunc ipsissimum Martinum Guerriũ esse. Prædicta Bertranda præterea inquisita super errore suo declarauit ab initio quo sese accusatus stitit, se non fuisse expugnatam, aut deceptam ingenti illo affectu, quem concipere potuisset, tanquam ex reditu mariti sui, verum eo quod innumera secreta quæ inter coniuges ordinaria sunt, commemorasset, quæ ipsa verissima agnouerit, ex memoria eorum quam teneret. Cum audiuisset accusatum tam certo de his agere, adeo quidem vt dies, horas, loca, atque omnia alia verissima indicia designaret, sic vt iam conuicta fuerit non etiam fragilitate, aut leuitate illecta: nam quamuis quædam personarum diuersitas videri potuisset, quam vtique longa absentia causare potuisset, siquidem maritum suum quo tempore se deseruisset imberbem fuisse & valde iuuenem, nunc autem 35. vel circiter annorum esse, atque ita barbatum. Attamen sermones & actus qui nunquam audiri, comperri, neque visi ab alio quoquam, quam à se maritoque suo, & quorum memoria à prædicto accusato refricaretur, se adeo vndiquaque certiorasse, vt non potuerit amplius de eo dubitare. Accusatus minutatim super omnibus prædictis articulis caute à iudicibus interrogatus, quo scilicet si fieri posset, ad variandum induceretur, atque ita veritas extorqueretur, adeo satisfecerit, vt omnes crederent ipsum esse Martinum Guerrium, accusationem vero calumniosam. Prædicta Bertranda mox sequestratur, testesque repetuntur, & cum accusato componuntur. Tandem ex officio centum & quinquaginta testes à prædictu accusato nominati super ipsius exceptionibus & reiectionibus audiuntur. Aduersus accusatum quadraginta quinque testes producuntur, qui omnes asserunt, eum esse Arnoldum Tilhium, non vero Martinum Guerrium. Vnus ex iis nomine Carbonius Baranius auunculus prædicti Arnoldi eum gnoscit, cumq; eum super sedili ferali videret, in lachrymas prorupit. Alii minutatim quid inter vtrumq; discriminis sit explanant, quantũ videlicet ad staturam, membrorum cõpagem, gestus, scientiam, linguam. Alii apud quos accusatus verum fassus fuerat eum falsi accusabant. Duo deponunt militem quendam Rupifortii, cum non ita pridem facto per Artigatium itinere miraretur accusatũ Martini Guerrii loco & vice haberi, disertis verbis dixisse, hunc impostorem esse, quippe Martinum Guerrium in Flandria versari crure ligneo ex ictu videlicet globi tormentarii, quẽ excepisset in prælio seu conflictu diei S. Laurentii ante vrbem S. Quintini. E contra è centum quinquaginta testibus pro prædictu Martino Guerrio auditis 30. vel 40. adseuerabant accusatum esse Martinum Guerrium, è quibus sex omni exceptione maiores erant, puta quatuor sorores & duo affines prædicti Martini, qui id ita adseuerabant magnis rationibus & concludentibus. Alii complures propinqui & vicini, qui nuptiis interfuerant, & Martinum Guerrium in infantili ætate sua & deinceps viderant, omnis generis argumenta & indicia proferebant, responsionibus prædicti accusati conformia. Pene omnes dicebant, accusatum postremum reuersum salutasse & nominib. designasse atq; cognominibus Artigati commorantes, iisq; qui eum agnoscere nollent in memoriam reuocasse nõnulla præterita eos, quos alloqueretur spectantia, nempe, dicere solitum an nõ meministi cũ in tali loco, tali die hos vel illos sermones commutaremus, hoc vel illud ageremus, hoc vel illud euenisse. Atq; hic notabile cumprimis est è mille familiaribus sermonibus, vel actionibus secretis & priuatis quæ inter Martinum Guertium & vxorem ipsius recens coniugatos intercesserant, ne in vno quidem eum variasse, neque à prædicta Bertranda vllo modo dissensisse, adeo vt vestes postularet quas Martinus Guertius reliquisset, locumq; designaret, in quo abituri tempore erant & modum earum vestium pro rei veritate. Itaq; super his omnibus fundatus iam indubie pro Martino Guerrio habebatur. Insuper (atque hoc consideratu dignissimum est) accusatus prædictæ Bertrandæ iusiurandum detulerat, an non ipsa probe nosset ipsum esse Martinum Guertium, atque verum non aduersus conscientiam suam & à Petro Guerrio pertracta querelam suam instituerit, & mãdatum per importunitatem, & impressionem prædicti Petri emiserit? addebat prædictus accusatus se mille mortibus mori paratum, si prædicta Bertranda aliter iuraret, denique ad solum iusiurandum partis suæ prouocabat: verum ea neq; voluit neq; vnquam ausa fuit iurare propter eas, quas superius diximus causas, quibus inducebatur, vt eum pro Martino Guertio haberet. Alii testes deponebant de cõiuratione Petri Guerrii in mortem prædicti accusati in tantum vt complurimos sollicitauerit & ipsam Bertrandam, vt sibi ad id opem præstaret post indictas semel inimicitias: antea enim prædictum Petrũ semper prædictum accusatum Martinum Guertium nepotem suum esse, propalã dixisse, pro tali habuisse, & agnouisse. Post hæc omnia interuenit iudicium vltimi supplicii datum à iudice Riuerensi, ab eo accusatus appellat, atque ad Parlamentum Tholosanum transfertur. Ibi, quod res dubia videretur, & difficultatum plena decreto Curiæ auditi fuerunt accusatus, mulier, Petrus Guertius, sorores, & affines Martini Guerrii & complures testes tam aduersus accusatum quam pro eo.

Testium commissio.

Examen ex officio testium iustificatiuorum.

Iusiurandum delatum in accusatione capitali.

Primum iudiciũ.

Lis retractata à Curia pro appellante a pœna mortis.

Verum tantum abest iudicibus veritas affulserit, vt contra propter cõflictum probationum iudiciorum & præsumptionum magis magisq; hæserint adeo, vt quemadmodum prædictus relator Du. Corrasius scripsit, complurimi iudicũ, tum ad innocentiã accusati inclinarent attenta eius constantia, quodq; nunquam respondisset nisi certo, & constanter atq; omnibus prompte satisfecisset: Quodque omnes ii, qui Martinum Guerrium optime nosse poterant, veluti sorores, affines, vicini asseuerarent eum ipsum esse: Insuper quod mulier iurare nollet, atq; à Petro Guertio inducta fuisset. addito fauore infãtis nati ex coniunctione quæ hodie accusaretur. Nemo non huius historię lector (vt puto) notabit, fieri non posse, vt hæc absque magia euenerint, resque eliminta procul dubio videbitur: verum etiam diuinam prouidentiam admirari ei continget, qui rem eo deduxit, vt veritas adeo strangulata respiraret, atque iudices iam certos redderet, quibus oculi alioqnin præstricti accusati præstigiis, Permissu scilicet ea Dei prouidentia vt tum opportune verus ille Martinus Guertius ex Hispania crure ligneo repentinus aduenit. Is igitur libellum Curiæ offert eum in finem, vt is audiretur, Petitioni eius acquiescitur simul &

Casus mirabilis in specie huius Arresti.

Martini Guerrii aduentus.

decer-

decernitur. vt in carcere Palatii contineretur. Mox audimr atq; cũ accusato cõmittitur cum Petro Guerrio patruo suo, Bertranda Rolsia vxore sua cum quatuor sororibus suis, duobus affinibus cæterisque, qui accusatum asseuerabant esse Martinum Guerrium. Accusatus videns Martinum Guerrium non ideotamen percellitur, quinimo in obstinatione sua se indurat, paranis vt dicebat sponsionem vitæ suæ facere nisi probaret repentinum hunc cœli Terræque filium nebulonem esse & impostorem suppositum subornatum, atque à Petro Guerrio redemptũ. Cæterum hic notabile est, vt, sæpe euenit, vt veritas nebulis quibusdam obtenebretur, quod è duobus separatim interrogatis super negotiis domesticis & peractis in domo Martini Guerrii inter ipsum & vxorem ipsius ante absentiam suam tam in processu comprehensis quam de nouo compertis verus ille Martinus Guerrius non adeo constanter, neque adeo circũstantialiter vt suppositius ille faciebat, respondere videbatur. Et vero tam iudices etsi rẽ clare viderent, nihilominus de magia accusatum suspectũ certo habere cœperunt. Quatuor sorores separatim commissæ repentinum illum qui de nouo venerat pro Martino Guerrio fratre suo constanter omnes agnouere simul & imposturam qua delusæ fuerant imprudenter nullo malo animo aut mala mẽte. Hoc ipsum & affines fecerunt pariter & cæteri testes, qui deposuerant accusatum verum illum Martinum Guerrium. Vxor postremum eum prædicto repentino commissa, cum eum vidisset, atque hunc verum suum esse maritum agnouisset, tota tremebunda atque in lachrymas erumpens in genua prolapsa eum amplexare voluit, petita ab ipso venia sub obtentu probabilis imposturæ, qua ipsa vna cum quatuor sororibus propinquis & affinib. delusa fuisset. At enim repentinus ille verusque Martinus Guerrius cum sororibus suis commissus atque ab iis agnitus plorare eaudem visus est, verum cum vxore commissus alium habitum induit, & lachrymis temperans eam leuitatis & incontinentiæ summore arguit, exprobrans videlicet neminem melius potuisse maritum suum agnoscere, quam vxorem, eamque incusans infelicitatis quæ domi suæ atque inter ipsos euenisset. Post hæc arrestum Curiæ subsequutum cuius tenor sequitur.

Arrestũ. Viso processu facto à Iudice Rinernensi Arnoldo Tilhio dicto Pansettio, sese Martinum Guerrium dicenti, incarcerato in carcere Palatii appellanti à prædicto Iudice, dictum fuit, Curiam appellationem prædicti Tilhii, atque id à quo appellatum, in irritum deduxisse & deducere: Pro punitione & reparatione imposturæ, falsitatis, suppositi nominis & personæ, adulterii, raptus, sacrilegii, plagii, furti, aliorumque criminum à prædicto Tilhio admissorum ex prædicto processu resultantium: Curia eum condemnauit & condemnat ad solemnem agnitionem ante Ecclesiam prædicti loci Artigatii quo scilicet ille in genua procumbens capite pedibusque nudis & exspoliatus, præterquam indusio, fune in collum iniecto, præclaraque manibus cerea tæda ardente, à Deo, à Rege, à Iustitia, à prædicto Martino Guerrio & Rolsia coniugibus veniam deprecaretur: His peractis prædictum Tilhium in manus carnificis tradendum qui ipsum per plateas & quandiuia consueta prædicti Artigatii circumducat, & fune in collum iniecto ad domum prædicti Martini Guerrii deducat, vt ibi scilicet in patibulo in eum finem excitando suspendatur, & strangulentur, mox eius cadauer comburatur, certisque de causis & considerationibus Curiam ad id permouentibus adiudicauit & adiudicat bona prædicti Tilhii ... Rolsia ... præfata ... matrimonio ... prætensiad ... & ad ... dicti Martini Guerrii atque ita decepta ... Rolsia detractis impensis iudicialibus ... dictum Martinum Guerrium & Bertrandam simul & Petrum Guerrium patruum ... tini lite & instantia liberauit, remisitque ... prædictum Tilhium ad prædictũ Iudicem ... sem, qui ... præsens hoc arrestum executioni mandandum ipsi ... formam & tenorem tradatur. Pronuntiatum iudicialiter, 12. Decembris 156[illegible].

Arrestum istud memorabile est pro ratione ... lecti eius, cuiusque grauitatem lector per se comprehendere potest propter concursum criminũ, ex quibus conflatum est & constat, quorum numero ... in Arresto designantur: veluti falsi nominis, suppositæ & subornatæ personæ, adulterii, raptus, sacrilegii plagii, furti, quæ omnia magni momenti & atrocia sunt inspecto fine, qui secutus fuit. Octauum iis addi posset, magiæ, quod in generali clausula Arresti *aliorumque criminum* comprehendi potest, &c. Attamen de eo expresse nihil extat, nisi per præsumptionem. Singula prędicta crimina septem capitalia sunt, primum, falsitas mutationis nominis, de quo *l. falsi nominis. ff. ad leg. Corn. de fals.* præcipue si dolo & damno alterius nominis mutatio fiat. Alioquin si per innocentem ex leuitate sine dolo fiat, sine periculo est, *l. vnic. C. de mutat. nomin.* Ordinaria criminis falsi pœna mors est naturalis ex lege antiqua, qua falsarii præcipitabantur ex edito rupis, mors vero ciuilis per nouam *l. 1. § fin. ff. de fals.* Secundum est suppositio personæ, quæ altera falsi species est & graui animaduersione digna, *l. qui se pro milite gessit, illo tit.* Tertium est adulterium, cuius pœna pro locorum & temporis diuersa est. A prima ætate adulteri lapidati fuerunt. Postea tempore Hoseæ *cap. 7.* igni adiudicati fuerũt: *Omnes adulterantes*, inquit, *tanquam clibanus succensi*. Id quod confirmatur in Apocalypsi *cap. 21. Erit pars eorũ in stagno sulphure, & igne ardenti.* Lex ciuilis postea superuenit, cuius primus author fuit Iulius Cæsar, post eum Octauius ipsius nepos, qui addidit aliquid, verum hæc additio ab eo auunculo suo attributa fuit, non vero sibi. Prædictus auunculus primus autor non contentus legem condidisse, eam seueriter executioni tradidit aduersus quendam domesticum suum, quem suspendi & strangulari iussit, eo quod adulterium cum vxore Equitis cuiusdam Romani commisisset: quamuis neque querela intentata neq; denuntiatio facta fuisset. Quamobrem Arrestum hoc tam propter pœnam mortis, quam ignis conforme est legibus diuinis & humanis. Hanc ad rem notanda est *l. quamuis 2. C. de adult.* Quartum crimen est raptus, de quo est expressa *l. quicumque*, ibi, *qui mulierem vacantem rapuit, vel nuptam, vltimo supplicio punitur, ff. ad leg. Iul. de vi pub. & in l. raptores. C. de Episcop. & Cleric.* Quintum est sacrilegium, de quo est *l. quamuis* ibi, *sacrilegus autem nuptiarum gladio puniri oportet.* Sextum est plagii crimen, quod committitur per retentionem hominis in potestate alterius constituti, quo eo abuteretur, & crimen publicum est, ex *l. lege Fauia, l. plagii. C. ad leg. Fauia de plagiar.* & iis pœna vltimum supplicium est, *l. fin.* ibi, *seruus vel libertate donatus ... subiiciatur, ingenuus vero gladio consumatur, illo tit.* Septimum est furtum, de quo loquitur *l. sollicitatores alienarum nuptiarum, ff de extraord. crimin.*

Pœna criminis falsi.

Pœna suppositionis personæ.

Pœna adulterii.

Pœna raptus.

Pœna sacrilegii.

Pœna plagii.

Furtum in adulterio.

* Arrestum hoc in eo quod concernit adiudicationẽ bonorum Arnoldi Tilhii filiæ ipsius factam, fundatur in l. per bona fide matris, prout annotauit D. Maynardus l. 4. quæst. cap. 6 prædictumque Arrestum conforme est alteri Panitensi

quod

quod datum 1. die Martii 1547. quod allegat Choppinus *lib. 3. de priuileg. rusticor. part. 3. cap. 8. art. 3.* quo adiudicata fuit hereditas patris liberis natis è secunda vxore superstite adhuc prima. eo quod pater ea alia regione adduxerat ad ducendam vxorem secundam, quæ de primo eius matrimonio nihil sciuerat. Vide quoque *quæstio mea notabiles, quæst. 17.* vbi plurima Arresta extant pro liberis, qui pro bastardis habentur. Vide paraphrasin prædicti Arresti D. Corrasii Consiliarii in prædicta Curia Tholosana, relatoris in lite.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum IX.

I.

Pœna adulteræ.

Notabile Arrestum extat de 17. Nouemb. 1568. quod datum in Parlamento Rhedonensi, aduersus Renatam Faucheam, non obstante quod à mariro ipsius petita fuisset, adulterii conuicta, condemnata fuit in adgnitionem solennem, ad fust gationem, quibus peractis & executioni traditis maritus ipsius eam recipere posset. Eodē Arresto dictum fuit, imposterum omnes adulteros absq; discrimine sexus morte puniendos. Antea anno 1567. Arrestum solenne datum fuit Tholosæ pronuntiatum in purpura, quo ad solicitatione mariti, Dominicella vxor ipsius quæ famulum coloni sui, qui fuliginem caminis abstergebat, ad adulterium induxerat, cōdemnata fuit, vt vna cum famulo illo strangularetur.

II.

Adultera iure suo naptiali amittit & quanta.

Adultera doarium amittit, quod à marito habet, & præterea omnia iura, quæ potuisset & posset habere ac prætendere ex causa matrimonii tam in mobilibus quam conquisitis, quæ marito acquiruntur. Arrestum aduersus Isabellam Cambræam, 5. Iulii 1546.

Vide Arr. bilius Ap.

III.

Quomodo admittatur accusatio adulterii & stupri post mortem mariti.

Accusatio stupri & adulterii post mortem mariti non admittitur: nisi subsidiarie & vt perueniatur ad probationem alterius criminis ab vxore admissi: & frater aduersus sororem suam vterinam accusatam maritum suum veneno interfecisse admissus fuit, 15. Iulii 1564.

IV.

Adulter suspensus.

Notabile est Arrestum, quod datum aduersus Ioannem de Sains, cum vxore cuiusdam nomine Giudtonii adulterium committentis: prædictusque adulter suspensus fuit 10. Iulii 1565.

V.

Quando marito vxorem suā occidere liceat.

Quamuis marito vxorem occidere nefas sit: attamen si deprehensam vxorem suam interficiat, facile indulgetur iusto dolori, nihilominus tamen veniam impetrare eum oportet: prout sæpissime Arrestis iudicatum fuit, inter alia pro Cabochio mense Aprili 1562. Payot, &c. Attamen Dominus *de la Brillantiere* Picto, licet de adulterio vxoris suæ certus esset, neq; adulterum deprehendisset, & tam adulterum quam adulteram occidisset, nihilominus ad mortem condemnatus fuit, in Camera Edicti, 23. Maii 1599. & 26. sequente punitus.

VI.

Adultera carcere perpetuo punita & alia pœna.

Inter Petrum Guibertum, Patrem & Sabinum ciuitatis Rupellensis, actorem in crimine adulterii, Procuratore Catholico et iniuncto, ab vna parte: Petretiam Theueninam vxorem prædicti Guiberti incarceratam in carcere prædictæ Curiæ ab altera. Viso processu, &c. dictum fuit; Curiam declarasse & declarare pr̄ædictam Theueninā sufficienter conuictam criminis adulterii aliorumq; criminū, quorum nomine accusabatur, ad reparationem eorum decreuit, eam virgis tribus diuersis diebus Veneris castigandam à ministris carceris prædictæ Curiæ: roque facto mittendam in Monasterium Religiosarum reformatarum, vbi detineretur decem annorum spatio, habitu seculari, intra quod tempus prædicto Guiberto marito ipsius facultas esset eam recipiendi & reconciliandi si ita ei videretur; prædicto q; decennio elapso, si dictus ipsius maritus eam recipere nollet, prædictam Theueninam tonsam & vestitam habitu prædictarum Religiosarum, cogendam ad residuum vitæ suæ religiose in Conuentu traducendum, tanquam prædicti Conuentus Religiosæ. Prædictaque Curia adiudicauit & adiudicat prædicto Guiberto dotem, quam ei attulit & augmentum eius, liberis ipsius legitimis omnibus & singulis reliqua ipsius bona, decreuit tamen ex iis detrahendam summam 50. coronatorum, in quos prædicta Curia prædictam Theueninam Regi inferendos condemnauit, & summam quinque solidorum diurnorum, quæ ei à prædicto Guiberto tradetur toto eo tempore, quo in prædicto Monasterio commorabitur, præter vestimenta necessaria. Et si Monasterium nullum daretur, in quod prædicta Theuenina reciperetur, prædicta Curia prædictam pœnam in perpetuum carcerem commutauit: sub conditione, vt vestiretur eiq; singulis diebus ex bonis ipsius quinque solidi exhiberentur. Præterea prædicta Curia condemnauit prædictam Theueninam prædicto Guiberto in expensas prædictæ instantiæ, taxa earum Curiæ reseruata. Pronunciatum Burdegalæ in Camera constituta tempore Vacationum 30. Septembris 1595. I.C.

VII.

Adulterā fœmina nuptialia lucra amittit.

Vxor, quæ adulterium commisit, dotem suam amittit, doarium & omnia iura præcipua. Iudicatum Arrestis Tholosanis, quæ refert Maynardus *lib. 4. cap. 2. & lib. 8. cap. 11. & 12.* Bu: de galensibus, Ferronius *ad Consuetud. Burdegal. §. 1. de furtu*; & Arresto Rotomagensi quod sequitur.

Extractum è registris Parlamenti

Inter Nicolaum Baignardum Dominum de la Magdelaine, in causa Mariæ de Mouchi, Dominicellæ vxoris ipsius filiæ & hæredis ex patre defuncti Claudii de Mouchi Domini de Gatet Emaldi, appellantem à sententiis datis à Balliuio Ebroicensi, 18. Septembris & vlt. Octobris 1589. qui Dominicellæ Claudiæ de Touteuille, viduę prædicti defuncti de Mouchi, dotem & doarium adiudicauerat ab vna parte & prædictam de Touteuille appellatam in prædictis appellationibus ab altera.

Curia ius dicens super conclusionibus partium, declarauit & declarat prædictam de Touteuill indignam iure doarii & aliis iuribus, conuentionibus & lucris, quæ prætēdere posset vi pactorū dotalium, tam in mobilibus, acquisitis & conquisitis, quod absque causa & occasione legitima à marito suo recessisset, longo tempore antea & tempore mortis ipsius, aliisq; casibus ex processu resultantibus, eamque condemnauit in 50. coronatos mulctæ Regi inferendæ: & ita condemnauit & condemnat prædictā de Touteuille ad incarcerationem personæ suæ, ad restituenda prædicto Baignardo omnia & singula instrumenta, scripturas, documenta, successionis prædicti defuncti de Mouchi, quæ prædictus Baignardus per declarationem tradidit, quæ ipsa prædicta de Touteuille non repræsenter, prædicti Baignardi simplici iureiurando fides adhibebitur: eam pariter cōdemnauit sub corporis pœna ad validandos contractus constitutionis seditus prætensi, qualia præ-

dicta alienatus fuisset. Factum in Parlamento Rotomagensi sedente Cadomi, 19. Octobris 1592. I. C.

VIII.

Post reconciliationem vxoris adulteræ, eam heredes mariti accusare amplius non possunt.

Facta inter maritum & vxorem adulteram mutua animorum reconciliatione, heredes prædicti mariti post mortem ipsius viduam adulterii accusare non possunt, etiam per modum exceptionis, ab heredibus dotem & doarium petentem. Ita iudicatum fuit Attesto 9. Maii 1595. quod allegat D. Robertus *rer iudicat lib. 1. cap. 14.* Charondas *libr. 7 Respons. cap. 134.* Maynardus *lib 4. cap 2 quæst.* I. C.

IX.

Verum ancillæ grauidæ iuriiurando aduersus dominum ipsius stetur & fides adhibeatur.

Hæc causa perorata fuit in Parlamento die quodam Martis, quem *pinguem* vocant die opportunissimo & conuenientissimo, à D. Ærodio, qui postea Locumtenens & Iudex criminalis Andegaui fuit, quique optime de literis meritus est, relictis compluribus operibus publice editis dignis scientia ipsius & ingenio, & filio seniore successore suo in officio ac virtutibus. Hæc peroratio ex ipsius perorationibus desumta est, is pro ancilla dicebat:

Peroratio D. Ærodii.

Politici ij non sunt & ignorant, quid sit fauorem populi & cœtum quendam conseruare, qui ex mera superstitione bonum non existimant, dies constitui, quibus populo licentia ludorum, festorum, certaminum & oblectationum publicarum plus solito concedatur. Attamen, quamuis ignorent eiusmodi ludorum solennitatem & ordinationem rationem ducere ex naturali quadam necessitate, & qualitate infusa omni humanæ compositioni: ignorare non possunt exempla omnium nationum, leges *a* quas ea de re optimi quique & antiqui legislatores tulerunt, & Philosophi *b* ipsi in ipsorũ Rebuspublicis, qui optarunt, ne inter partes oratoris vel vna sit, quæ ad recreandũ & delectandum inseruiret. Breuiter, si Christianissimum quis perpendere quoq; velit, in primitiua Ecclesia interdictiones factas, ne certis diebus ieiunium celebraretur, *c* & quamuis superfluũ fuisset, fit & erit: eo non obstante, in nostris libris scriptum *d* legimus id quod definitum fuit ab Augustino, S. Gregorio aliisq; honestis ac probis viris sui temporis, potius videlicet permittendum esse malum necessarium, quam delictũ grauius. Verum est, in omnibus rebus obseruandum esse decorum, præcipue vero in tali loco, cuiusmodi erat Areopagus in quo Orator Æschines *e* dicebat, nefas esse videre, id quod ego interpretor de risu dissoluto & effuso ac stulto. Atenim sua cuique sententia stat. Hæc quæstio tractatur in iure & a Doctoribus. Alibi ea sæpe emergere potest. Item acta est in Senatu: ac pro hac duntaxat vice poteritne mihi permitti hac de re dicere id quod Poetæ de Comœdus suis dicebant, *& populo & Senatui placuisse:* merebitur igitur optime, vt de ea narratio quædam à me instituatur. Partes erant Stephanus Poulartius inops operarius, & Emea Parua olim eius ancilla, Causa ad Curiã Parlamenti deuoluta erat mediante appellatione quadam tanquam ab abusu ab Officiali Senonensi: cui appellationi Curia non adhæsit. Fatebar quippe Hieronymo de Spina Aduocato prædicti Stephani Poulartii, omnes processus coram prædicto Officiali Senonensi institutos, vere abusiuos esse. Verum quantum ad libellum, quem obtulimus sine prouisionis, negabat ancillam ex eo peperisse, ac dicebat nullam probationẽ per informationes reperiri: id quod verum erat. Attamen insistere non ideo minus desii ac probare ex iure præsumtionem mitris & de iure, vt dicitur adeo prægnantem & fortem esse, vt hæc præsumtio sola sufficiens asset, super qua sententia prouisionis fulciri ac stabiliri possit. Cæterum tractans ea, quæ magis [illegible] rant, quæq; hanc ad rem deciduntur in propria [illegible] minis à Baldo *f*, Alciato *g*, & aliis Doctoribus omnes hasce considerationes accumulant, quod in iis quæ vt plurimum fiunt remotis arbitris conjecturæ sufficiunt: *h* colliguntq; omnes [illegible] verisimiles, pares filio & vxori, quia vna cohab[itatio] sit, vna familia: antiquitus eandem in anc[illam] [do]mini, quam mariti in vxorem vitæ necisque po[tes]tatem fuisse, *i* quinimo vt vel ancillæ loco [ha]beretur: nam & ambas coemtas, ambas pat[res fa]milias dominum suum appellasse (vt de Sara etiam legitur) & vti vxorem filiumque, sic ancillam familiam demonstrare. Itaque per consequentias quemadmodum prægnans vxor præsumitur ex marito, & filius is, qui domi vt filius habetur, & quem nuptiæ demonstrant: ita & ancillam in dubio videri ex domino grauidam esse. Porro his coniecturis iuiurandum & affirmationem ancillæ accedere, qua sola, etsi intouum esset, nil velle ad decidendam huiusmodi causam, quemadmodum Ariani per ambitum & calumnias in Concilio Antiocheno fecerunt in causa Eustachii Episcopi prædicti loci, tempore Constantini Magni; *k* quantum tamen ad alimentariam prouisionem, affirmationem istam & iuiurandum effectum quendam habere posse: veri pro ratione temporis, quo satis conueniens se propria hæc materia oblata fuerat, rationibus magis allegoricis vtendum esse. Dicebam igitur, quamcunque rationem, vel naturalem vel politicam, vel ex iure ciuili, aut deniq; ab exemplis sumere quis vellet hanc præsumtionem, de qua supra, necessariã esse. Quantum ad rationem naturalem, eam tradi ab Aristotele *in princ. lib. 1. polit.* vbi aduersus opinionem communem concludit, esse quosdam seruos & ancillas à natura, & generaliter nonnullos natos ad obediendum, alios ad imperandum: & exempli loco sit, huius generis primam rationem esse inter dominũ & ancillam, virum & vxorem, patrem & filium. Verum vlterius pergit, inter huiusmodi personas reciprocam amicitiam intercedere, mutuã functionem, communicationem & coniunctionem naturalem & adeo magnam, vt vere dici possit, vnum partem esse alterius, vxorem portionem mariti sui, filium patris sui, seruum domini sui. At quod de seruo dicitur, idem quoque de ancilla dici. *m* Hinc necessarium inferebam consequens, quoniam membrum melius referri nõ possit, quam ad caput, partem sui ancillæ, quæ portio est sui ipsius, melius *n* quam ad totum suum redigi non posse, hoc est, ad dominum cui seruiebat. Quantum ad rationem politicã, eam euidentissimam esse. Cum enim certum sit, Rempublic. exemplo rei priuatæ appellari, & ex hac ratione omnes antiqui legislatores semper argumentati fuerint ab vniuersali Reipub. corpore, ad paruã ac priuatam familiam, & è contra: vt etiam dixerint, eum solum Rempub. bene gubernare posse, qui domum ac familiam suam rite regit & administrat, teste eo, quod Herodotus *lib 5.* refert de Pariensibus, qui cum delegati fuissent ad emendandos Milesiorum mores, iis gubernatores præfixerunt & constituerunt eos, quorum per regionem illorum proficiscentes, fundos & agros bene excultos domosq; liberis repletas inuenerunt. Igitur argumentum è Republica sumendo dicebam, quemadmodũ ad Prætorem vel Magistratum Ciuitatis: ad ducem & capitaneum in bello, ad nauclerum in naui; in diœcesi ad Episcopum, omnis honor vel dedecus, commodum vel incõmodum redundat, quæcumq; res bene vel male gesta, imo omnia ad eum referuntur, qui

imperium

Marginal notes:

a Isocrates *in panegyr.* Liuius *lib. 8. dec. 3* & *lib. 4 dec. 4.*
b Sueton *in Aug. ca. 44* Tacit. *lib. 56* Herodianus *lib. 1.*
c Plato *lib. 2 de leg.* Strabo *lib 1.* Athenæum *lib. 5. & 8.* Seneca *lib. 1. de tranq. vita.*
d Euseb. *lib. 5. cap 23 cap. vlt. de fest. 4*
e In oratio. *in Timar.*
i Calist *lib* [illegible] Gell. Arcdus. [illegible] *cap. 1.*
k *l. 3 §. vlt.* [illegible]
l Theod. *lib 1 c. 20.* Niceph. *lib. 8. cap. 48.*
m [illegible]
n [illegible]

imperium habet, primus ad minimum facie: pari rationis in re priuata atque domestica, & multo magis, quod seruis respublica quædam, & quasi ciuitas domus est, vt ait Plinius *libr. 8 epist.* item Seneca *libr. 6. epist.* 47. in qua parua republica dominus caput est, cuius omnia ea quæ in domo sunt, nonnisi membra & instrumenta sunt: qui solus iubere aut prohibere potest, certe qui omnia cauere ac prouidere debet: consequēter ei hanc culpam imputandam, cum iniuria ei fieret, si alteri imputaretur, inspecto eo quod Titus Liuius ait *lib. 5. dec. 1. seruis suis vetare dominos quicquam rei cum alienis hominibus esse, pariterque in iis beneficio ac maleficio abstinere aquū putare*. Occasionē etiam Edictorum Prætoris *de iis qui deiecerint vel effuderint, Nauta, cupones, stabularii*, fundamentum suum nonnisi ex hisce rationibus & considerationibus ducere. Verum quātum ad rationes iuris, (iuris inquam, hodierni) præterquam quod ancilla dicta est, quod ancilletur & subseruiet, quasi subsidij loco sit (quod à Patribus sanctis vsurpatum est) itaque vere dici posset, quæ præsumtio competit vxori, eandem & ancillæ conuenire: quia accessorium sequitur suum principale, & iisdem iuribus vtantur accessoriis cum principaliter obligatis: multo tamen fortius argumentum sumebam ab infantibus expositis, quoniā per sententias & Arresta ij nutriendi & alendi darentur Dominis intra quorum districtum & iurisdictionem reperti fuerunt: eo quod verosimile sit (atque hæc optima ratio est) dominum dominantem ex potestate feudi aliquid in eo fecisse: & quod magis est, si constans ac firma sit hæc sententia, quam omnes tenemus, infantem ex ea domo natum, & ob id dominum accusari, ante cuius ianuam is expositus fuit: ex qua ratione Dauus apud Terentium in *Andria* decebat ad Simonem: *Sed nihilo setius: mox deferent puerum hunc ante ostium*; multo fortiori ratione, quando in domo domini ancilla prægnans reperietur, & infans non in postico aut in valuis expositus esset, sed ex ipsis aris ac focis exiret atque emergeret, æstimari oportere, eum à domino domus natum. Hanc ad rem dicebam, veram hanc esse occasionem ob quam veteres vsi distinctione inter vernas & emtitios seruos, vel ancillas aut ab hostibus captos, maiore affectione ducerentur ergo eos, qui in domo nati erant, vt qui sæpius proximitate aliqua patrem vel filium familias contingerent. Et ad id probandum tanquam à coniugatis Senecam notare, antiquitus quemadmodum domini appellabantur patresfamiliæ, ita quoq; seruos & ancillas nominatos familiares. Quicquid sit, dicebam festum Saturnalium à Numa institutum, cum vellet vt publicè domini dominæ, serui & ancillę comederent & simul in vno eodemque lectulo concumberent, eodem habitu, Iust: *lib.* 43. Dion. *lib.* 60. Plutarchus *in Coriolano*, id citra mysterium aliquod factum non fuisse: verum ad demonstrandum id, quod vel fiebat vel fieri debebat priuatim, hoc est, vt dominus recognosceret, se consertum esse seruorum suorum & primum seruum domus: prout dicebat Menander, *εἷς ἐστι δοῦλος οἰκίας ὁ δεσπότης*. quod nisi licitum vel ordinarium fuisset, Imperatorem Claudium Vespasianum, breuiter, omnes Iurisconsultos & Legislatores Romanos legem quoq; conditutos fuisse de dominis, qui se propriis ancillis iunxerunt, quam si domina cum seruo, seruo (inquam) quo casu non nupsisset, suo an alieno. Principio quippe inter vtrunque distinxisse, Suetonius *in Vespas. cap.* 11. Tandem quod ad exempla attinet, dicebam ea satis domi suppetere. Attamē certum esse, Persas æquè pari zelo ancillarum suarum, quam vxorum ductos, Plutarchus *in Themistoc.*

Quantum ad Græcos, Horatium *lib. 2. Carm. ode.* 4: satis id demonstrare, cum amicum suum Xanthiam Phoceum admonens, et exempla Achillis Agamemnonis & Aiacis commemorat, qui omnes amore ancillarum suarum capti fuerant, quasi nunquam eæ in potestate ipsorum constitutæ fuissent. Et, quæso, ex qua progenuit Tarquinius Priscus successorem suum Seruium, Tullum, quicquid miraculi cōminiscantur ad decus horum duorum Regum Romanorum, * nisi ex ancilla sua Ocrisis? Veteribus quoque æquè solemne ac frequens erat verbum *Ancillariolum*, quam verbum *vxorium*. Consequenter dicebam, idem ac tantumdem de hoc operario præsumendum esse, quod contigisse videmus excellentissimis & maximis dominis: iuncta vilior operarii qualitate, & nomine prædictæ ancillæ, quod eum inuitare poterat, vt vellet experiri, an belle conueniret. Curia, 23 Februarij 1562. sedente D. primo Præside Thuano, hunc in finem prouisionem adiudicauit, ancillæ isti pro conditione status sui: atq; ita decreuit, appellatum corporaliter cogendum ad eam soluendam. I. C.

* Plinius lib. 3. c. vlt.

X.

Crimen adulterii ab herede intentari potest, quādo prætenditur, viduam intra annum luctus peccasse in cineres defuncti, neque præscriptio quinquennii sit, quamuis vidua postea iterum nupserit. Iudicatum 11. Aprilis 1571. ad relationem D. Curtini, in 3. Camera, aduersus Nicolaam de Sanctis actricem & petentem traditionem legatorum defuncti ipsius mariti, quibus priuata fuit, heredes vero absoluti: Carondas *lib. 7. resp. cap.* 134. ipsemet hoc Arrestum refert, & *eod. loco* refert alterum Arrestum Curiæ Parlamenti Tholosani, 22. Maii 1550. verum Maynardus *lib. 4. quæst. 2. & lib. 8. cap.* 12. videtur id arguere vti suppositum, & ait in prædicta Curia diuersis Arrestis se opinante iudicatum fuisse iuxta communem opinionem & definitionem Doctorum, heredes scilicet mariti non posse viduæ opponere ad retinendam ipsius dotem & augmentum; adulterium ab ea superstite defuncto marito ipsius admissum, nisi maritus de eo conquestus eam accusasset & conuicisset, vel pendente accusatione mortuus esset. De quo vide Robertum *rer. iudic. lib. 1. cap.* 13. Campezium *in tract. de dote parte 3. quæst.* 226. 227. Boerium *decis.* 338. Guidonem Papam, *singulari* 850. I. C.

Quando mariti heredi vxorē eius adulterii accusare liceat.

TITVL. X. DE HIS, QVI MORtem sibi consciuerunt.

ARRESTVM I.

PRiori S. Cincis Parisiis, anno 1390. cum se suspendisset, defensore quodam prospectum, isq; auditus fuit, cumq; is probatus fuisset in furore constitutus tum cum sibi ipsi manus inferret, amicis & propinquis suis redditus fuit, vt in terra sancta sepeliretur; antè prędictum quippe furorem optimæ existimationis atq; famæ erat. Ac quamuis id ex delicti conscientia vel aliunde ex mala voluntate euenisset, Officiali tamen suo traditus fuisset, neque magistratus secularis eum suspendendum dare potuisset, inspecto quod Presbyter fuerit. Tantumdem de simplici Presbytero, eo non obstante, quod nonnulli subtiles esse voluerunt dicentes, Characterem nonnisi animo, non vero corpori imprimi, adeo vt anima separata à corpore, is sine priuilegio maneret: id quod admissum non fuit. Atque ita iudicatum fuit

Mortem sibi consciscens excusatus & defensus.

anno quo supra, per not. Cardinal. in *Clement. 1. de præsumtio. & in cap. ex parte. de sepult.*

Iudicatum fuit, nisi dementia vel alia causa in fuerit, cadaver in cœmiterium non sepeliendum. Et tamen bona ipsius liberorum præiudicium non confiscari. Carondas *lib. 7. resp. 115.* I C

Videatur *tit. ff. De bonis eorum, qui sibi mortem consciuerunt.*

II.

Forma procedendi aduersus cadauer eius, qui sibi mortem consciuit.

Antequam quicquam decernatur aduersus cadauer & bona eius, qui sibi mortem consciuit, Iudices heredes citare & audire debent, si in loco sint: alias ad sonum tubæ, iis vero non extantibus, cadaueri defensore & Procuratore iurato prospicere: eoque plene audito, vel ad condemnationem vel ad absolutionem iudicare. Sententiæ datæ aliter institutis processibus nullæ sunt, & Iudices, qui eas dederint, propter culpam in eo commissam, litem suam faciunt. Ita iudicatum fuit Arresto Maioris Consilij sedentis in Castro Theodorici, vltima Martij 1551. quo infirmata sententia Præfecti Parisiensis. Eaque notabilis doctrina est Iurisconsulti Martiani in fine *l. vlt. de bon. eor. qui mort.* vbi ait, *heredes, qui parati sunt causam suscipere & innocentem defunctum ostendere, audiendos esse*, quæ necessaria consequentia est, eos prius citandos & audiendos, ac processus absque hoc factos nullos esse, & sententiam datam aduersus cadauer, nullam declarandam veluti datam contra indefensum.

Summa, creandum & dandum esse curatorem corpori defendendo V. tractat. D. Æ... *de processu cadauerum in libr. de ordine & instructione iudiciaria criminali*: ac per processum verbalem loci in quo defunctus sibi vim intulit, se suspendit, vel strangulauit vel aliomodo necem sibi intentauit, incipere debet: præterea se præsente inspici curare cadauer à Chirurgis & tonsoribus, informari ad postulationem Procuratoris Regij vel fisci, de vita ac moribus defuncti, quomodo se necauerit vel suspenderit, vtrum furiosus, vel ægrotus fuerit, de causa ob quam se interfecerit: postea Iudex curatorem dabit cadaueri defendendo & allegandis omnibus iis, quæ ei videbuntur allegandæ esse ad iustificationem cadaueris, curatorem super processu verbali accusationibus & informationibus interrogabit, testes repetet & cum Curatore componet, Procurator Regius vel fiscalis conclusiones suas tradet, curator exceptiones suas ad attenuandas eas conclusiones: quibus peractis sententia dabitur & his iudicabitur. De pœna vide Gallum, *quæst. 56 & 2. 1. 8.* Damhouderium *in praxi rer. criminal. ca. 88.* & de confiscatione bonorum Rubertum *rer. iudic. lib. 1. cap. 12.* Bacquetum *tract. de iurib. iustitiæ, cap. 7.* Carondam *lib. 9 resp. cap. 51.* I. C.

TITVL. XI. DE INCENDIARIIS.

ARRESTVM I.

Locatarius quando de incendio domus teneatur.

EX dispositione iuris communis expressa *in l. videamus an & seruorum, in pr. ff. locat.* locatarius tenetur, igne vel incendio exorto culpa eorum, quos in domo habet. Nihilominus Arrestum * extat anno 1387. pro Fouilleoille Consiliario aduersus studiosos Sorbonæ, à quibus conductam domum tenebat, quæ combusta fuit cuiusdam culpa cognati sui cum eo commorantis: quo Arresto à periculo incendij absolutus fuit, prædictique studiosi depulsi ab accusatione aduersus eos instituta, & in expensas condemnati.

Huiusmodi incendiarii tenentur. *ex l. vlt. Legis Iuliæ de sicar. V. l. 1. ff. de incend. ruin. naufr.* B.

* Arrestum hoc conforme est decisioni Baldi *consil. 144.* ... *Quidam Magister Grammat.* ... *lib. 1* & Matth. ab Afflict. ... 57 Desumtum id fuit à Gallo *quæst.* 123. vbi Molinæus id suspectum existimat: deque eo contrarium extat quoddatum 13 Februarij 1581 quod allegat Choppinus *ad consuet. Andegav. lib. 1. cap. 44. sub fin.* V. Tunm. Grammat. *cons.* 3. T.

TIT. XII. DE CRIMINE Falsi.

ARRESTVM I.

ADulteratio sigilli Regij & confi... ad Dn. Cancellarium spectabat P... Regis, anno 1542. id abrogatum fuit ... vel multa ad Regem pertinet. Super hoc ... plura Arresta extant, nominatim de 12, q... gium suum Clericaturæ prætexere volue... iure degradantur ac postea puniuntur, *C. ad audientiam, de crim. falsi.* Arresto Maioris Co... quod ... tum mense Februario, anno 1536. aduersus ama... sem, qui chirographum Secretarij Regij adulterauit, dictum fuit, eum priuilegio suo fruiturum. Contrarium iudicatum fuit in Parlamento Parisiensi, mense Aprili 1543. puta, à Iudicibus laicis Clericos huiusce delicti conuictos, condemnari in pœnam prædicti *cap. ad audientiam*, quamuis ad Episcopum vel Iudicem Ecclesiasticum pertineant.

Lucius *lib. 12. tit. 5. Arrest. 2.*

II.

Simon Salomon conuictus scienter vsus fuisse & vendidisse quatuor rescripta donati officij viatoris falsa, à Iudice Maiore Petrocoricensi delegato à Cancellario de Prato, ad mortem condemnatus fuit, à quo appellauit. Postea 22. Decembris 1519. condemnatus fuit in adgnitionem solennem & vt eo facto, tædam ardentem manu tenens, veniam delicti peteret à Deo, à Rege, à Iustitia in septo: decretumque; in prædicto loco ipso præsente rescripta lacerandа & corrumpenda. Hocque facto prædictus Salomon ab executore seu carnifice ductus virgis cæderetur in quadriuiis Burdegalæ, postea super pegmate coram Palatio lilio & candente ferro signa el... eretur & condemnatus in multam ducentarum librarum adiudicatam super ipsius bonis D. Cancellario; tandem in perpetuum ab hoc Regno exulare iussus. Regulariter huius criminis falsi pœna non est vltimum supplicium. *l. 1 C. de fals.* & per Corn. *cons.* 182. *vol.* 4. & Luc. de Penn. *in l. si quis, C. lib. 11. Vt nemo ad sum patroc. suscip. rustic.* Hodie in Francia Constitutio expressa est de pœna mortis, quæ non erat tempore prædicti Arresti publicata: quamuis Glossa in *l. maiorem. C. eod. titul.* teneat, vtentem literis falsis morte puniendum: quam ibidem Salycetus interpretatur, locum habere in adulteratione rescripti Papæ vel Imperatoris, non vero aliorum, quia... lia pœna affi... iuntur.

Idem.

Desumtum è *decisio* 81. Dn. Boerii.

III.

Ioannes Guesdronius à Procuratore Catholico Regio, & Decano, Canonicis & Capitulo Niuernensi accusatus & conuictus adulterasse sigillum Regium à quibusdam delegatis ad id loco D. Cancellarii condemnatus fuit, vt ... & pilæ per aliquot dies tam Parisiis quam Niuernæ alligaretur, ... fronti candente ferro flos lilij imprimeretur, & perpetuo Regni exilio mulctaretur, ipsiusque bona prædicto Domino Cancellario confiscarentur, Arresto anni 1390. iuxta alterum simile Arrestum, quod datum in simili casu.

Idem.

V. & iunge Arrest. 2. Ap. huius tit.

IV.

Si restes examinati in inquisitione qua ... de falso accusentur, hæc accusatio, decisionem ... impedire non debet, nisi producens eadem opera accuset: tum quippe omnia in suo statu ma...

In accusatione ... testes ...

vique ...

vsq; quo de prædicta accusatiune cognitum fuerit. Esque doctrina est Bartolii a l. si testamentum. ff. de petit. hered. indaq; procedit praxis Franciæ, ut probatio falsi testimonii & accusationee aduersus falsos testes admittantur nisi producens corruptionis simul accenseatur, vel asseratur testes corruptos fuisse. Falinus in cap licet causam, num. 27. de probat. Et ita Aresto Maiorum dierum Pictauiensium iudicatum fuit 16. Octobris 1531.

V.

Falsū producens quamuis eo non vtatur, causa sua cadere debet.

Conuictus falsi, quamuis absq; testibus, vel absque instrumentis falsis à se productis causam suam obtinere potuisset, nihilominus ad minimum emolumento victoriæ, quod referre potuisset, & omni iure à se prætensu priuari & ita puniri debet. Et ita iudicatum fuit Parisiis tribus Arrestis, vnum datum 9. Maii 1469. alterum 8. Iulij 1472. tertium 1. Septembris 1515.

Is, qui conuictus est criminis falsi, vel quod falso instrumento vsus fuit, iure cadere debet, quod prætendit in re controuersa, iuxta dispositionem iuris, *l. in fraudem. 45. § quoties ff. de iure fisc.* & ibi Bartolus, *c. olim. ext. de rest. spol. c. falsariorum, ext. de crim. falsi* Boerius *decis. 291.* Ita in Constitutione Regis Henrici II. anno 1550. *artic. 16.* dicitur, eum qui falso instrumento in lite de materia beneficiaria vsus est, iure suo cadere, de quo Arrestum datum, 14. Augusti 1540. quod refert Rebuffus *in suo Commentario ad Constitutiones tom. 3 tit. de materia dispositionis artic. 12. gl. ff. vbenum 9* Molineus *ad fin styli Parlamenti artic 148.* Adde *Arr. 2. tit. 20. lib. 9. in qu. Galli* 148 vnde hoc Arrestum desumtum est, & Caroadam *lib. 4. respons. cap. 28.* I. C.

VI.

Producēs falsū quando desistere possit.

Stylus Curiarum supremarum Franciæ vult, partem, quæ instrumentum produxit, ac postea à parte altera requisita, vtrum eo vti velit, id retrahere posse ac declarare, se eo vti nolle, contra *l. 1. §. edenda autem. in fin. ff. de edend.* & Azonis opinionem in *Glossa super verb. vsuras.* Aliud foret, si de falso informatum fuisset, prout dicitur in Arresto sequente.

VII.

Idem.

Pars quæ produxit falsum instrumentum, postea declarans se eo vti nolle, teneri non ideo minus definit, si de falso informatum fuit. Iuxtaq; id Arresto Parisiensi anno 1385. dictum fuit, Priorem S. Martini de Campis super falso respondere oportere, quandoquidem iam rescripto quodam falso confecto à Priore de la Voute vsus fuerat: verum si nihil informatum fuit, neq; inscriptio facta, producens desistere potest, vt in præcedente Arresto.

VIII.

Forma procedendi in Instantia falsi.

In crimine falsi primo ei denuntiari solet, qui produxit, vtrum instrumento vti velit vel non: post declarationem affirmatiuam impugnans in crimine falsi se inscribere debet, atq; tum cogere accusatum ad deponendam apud Acta minutam seu schedam eius quod falsi impugnatur seu accusatur, antequam argumenta falsi exhibeantur: quæ videnda & admittenda si pertinentia sunt, vt superiùs informetur, & ita decretum fuit & huiusmodi determinatio data fuit Arresto Parisiensi, 25. Septembris 1568. Informatione seu attestationibus factis & relatis, prouisio criminalis competit corporalis apprehensionis vel personalis citationis. Nihilominus nulla habita ratione huius obseruantiæ, Arresto Parisiensi, 8. die Martii 1549. inter dominum de Forues & Dominum de Luppe dictum fuit, testes auditos in informatione instituta ante omnes prædictas solennitates, iisq; in instantia falsi relictis, nihilominus repetendos & componendos esse.

Receptum est post inscriptionem & argumenta admissibilia declarata, probationem fieri oportere & instrui prædictam instantiam, antequam testes audiantur in principali lite. Iudicatum pro Domina Darbouia aduersus heredes Montegardii, 19. Martii 1570. vel 76. V. argumenta quibus instrumentum falsum esse probari potest, supra *Arr. 1. tit. 10. lib. 9.*

IX.

Instromētum falsum, inscio eo, qui illo vtitur, quomodo iudicetur & declaretur.

Nonnunquam, & sæpe euenit, vt in fine instantiæ falsi instrumentum impugnatum falsum reperiatur, non vero id quo vsus fuit, quodq; arguitur, quod à falso liberum & immune perpetuo manet, tum eum demonstrat se prædictum instrumentum inter schedas prædecessoris sui reperisse, vel aliter se purgat ita, vt & eius persona & conscientia suspecta non sit. Hoc casu, cum nullus corruptor conuictus deprehendatur, sed instrumentum tantum falsum, iudex aduersus accusatum innocentem non infectū iudicando, prædictum instrumentum falsum declarare non debet: verum nullum duntaxat declarare potest, prædictumq; accusatum ab effectu illius depellere, eumq; in expensas instantiæ, damna ac interesse accusatoris condemnare, de cætero decernere, id in iudicio lacerandum, ac quoniam eo vsus fuit, accusatum mulcta quadam fisco inferenda onerare seu punire. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Dionysiis de Turta in latezia in Balliuiatu Fotoseguiensi.

X.

Periurium non infamat.

Crimen falsi iurisiurandi & periurij infamiam non infert, ex eo quod non annumeratur *in l. 2. ff. de iis qui not. infam.* Atq; ita expresse tenet Glossa *in l. Lucius illa tit.* Hanc ad rem quidam ad artificium tondendi panni lanei alectus conuentus coram Præfecto Parisiensi, vt huiusmodi electionem in irritum deduci videret, quoniam arguebatur cessionem bonorum fecisse, id iureiurando præstito negauit. Super eo inquisitus à prædicto Præfecto, ex tempore & de plano eius accusatores actum iudicialem prædictæ cessionis exhibent: vnde citra replicationem notorie periurus deprehensus fuit. Ex qua ratione ex tempore dictum & à prædicto Præfecto pronuntiatum fuit, propter infamiam ex prædicto periurio resultantē eum à prædicta electione depellendum. A quo ad Parlamentum appellat: vbi Arresto dictum fuit male iudicatum, & prædictam electionem effectum suum sortiri oportere, 13. Septembris anno 1543. tempore continuati Parlamenti, *per l. quoties. de dignitat. lib. 12 C.* Adde quod cessio bonorum minime infamet ex eo, quod beneficium iuris est, *l. 1. ff de cess. bon.*

Cessio bonorum nō infamat.

Nihilominus huiusmodi periurium arbitrio iudicis puniri debet mulcta pecuniaria, sæpe per agnitionē solennem. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi aduersus appellantem quendam à Balliuio Fotoseguiensi: quo Arresto agnitio solennis remissa, & pecuniaria mulcta ad centū solidos redacta fuit, aduersus Clericum quendam S. Germani Lauallij, persequantem Michaelē Rufum Castellanū loci, an. 1553.

Periurium quomodo puniri debet.

Quidam cū peierasset se nihil debere, licet sedecim libras deberet, in duplicem multam condemnatus fuit, parti ad decem libras, Regi ad quatuor vltra principalem sortem. 2. Septembris 1576 B. V de periurio Nomocan. tit. 13. ca. 18. & 19.

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum XII.

I.

Adulteratores scriptorū Cancellariæ & Arrestorū & notariorum quomodo puniti.

Eadem pœna (memorata in *Arrest. 1. 2. & 3. supra*) exercita fuit aduersus adulteratores rescriptorum Cancellariæ, & Arrestorum Curiæ: ex quo quidā nomine Marscballus Procurator suspensus fuit, mense Februario 1566. Adulterator notoriorum ad triremes in triennium condemnatus fuit, post solennem agnitionem & pecuniariam mulctam 400. librarum Parisiensium, 1. Decembris anno 1570. B.

II.

Pœna Notarii qui supponit vel mutat datam obligationis aut mutat. Notarius, qui in fauorem alicuius supponit vel mutat datam obligationis seu apochæ, morte puniendus est. Et ob hoc delictum Herbinus Notarius in Castelleto Parisiensi, condemnatus fuit vt suspenderetur, 8. Martij 1581. B.

TITVL. XIII. DE FALSIS Testibus & eorum corruptoribus.

ARRESTVM. I.

Testis falsus quomodo puniatur. QVa pœna accusatus conuictus de crimine puniendus est, testis quoque, qui falso deposuit, eadem pœna puniri debet: prout Iason in §. *si quis iurauerit in fin. & in §. item si quis postulante. insti. Inst. de actio. in l. & si legib. C. si contra ius vel vtil. pub.* puta si in causa capitali falso deposuit, testis morte plectitur: Ea de re plura Arresta data sunt in Parlamento Parisiensi, itemque Maioribus diebus habitis à prædicto Parlamento anno 1534. Molini, vbi duo falsi testes suspensi fuerunt sententia Curiæ, & anno 1539. duo alij de la Fouillouse sententia eiusdem Curiæ suspensi. Idem iudicatum fuit Arresto Parlamenti Burgundiæ anno 1515. iuxta iura supra dicta & Glossam *in ca. literum dubiarum. 13 quæst. 5. & l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. & l. 1. inpr. & §. 1 ff. de fals.* & Glossa *in l. 1. §. præterea. ff. de sicar.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 13. Septembris 1453. quo testis quidam nomine Ioannes Viles, eum falso deposuisset, nobilem quendam nomine Ioannem Guerclum interfecisse Franciscanum Monachum, condemnatus fuit, vt suspenderetur. Constitutio Regis Francisci publicata 1539. vult, ob falsitatem testimonij, siue in causa ciuili siue criminali, vel etiam contractuum, culpæ reos ad mortem condemnari: quæ licet in Curia citra restrictionem approbata fuerit, nihilominus stricte in ciuilibus non obtinet.

Ita refert Guido Papa, vbi Matthæus & Ranchinus multa de hac materia notatu digna notarunt. I. C.

II.

Corruptor duorum testium à se corruptorum testimonio prægrauatus quomodo puniatur. Quantumuis per textum *cap. fin. de testib. cog.* duobus testibus dicentibus corruptos se fuisse ad deponendum falsum aduersus corruptorem fides adhibeatur, qui per hanc probationem condemnari potest, tantumdemq; dicitur in textu *cap. ficut de testibus.* Iason allegat alterum textum *in cap. 1. versic. vel precio. si de inuestitur. int. dom. & vasal. lit. ortat.* Attamē id nōnisi aduersus contumacem obseruatum fuisse reperitur: prout dictum fuit Arresto Curiæ Parisiensis, tum Molini sedentis, & habitis Maioribus diebus, mense Octobri 1550. aduersus quendā Lugdunensem contumacem accusatum corrupisse duos testes de Fouillouse ad deponendū falsum, quid ita declarauerāt, cum de eo cognosceretur, quique suspensi fuerant: Hoc Arresto prædictus Lugdun. condemnatus fuit, in suspendium & in maximas multas patri ciuili. Quātum enim ad lucar certarum attinet, huiusmodi testes corruptionem defendentes ad condemnationem non sufficerent, verum tahtum ad rem quæstioni subiiciendam, prout... ... cap. sicut, per textum & per Petr. de A... consil. 24.

III.

Hanc ad rem euenire vidi in quodam ... te S. Stephani, de cuius corruptione cognoscebatur & cum eum per depositionem duorum testium raptorum de ea conuictum comperirem, decretum, eum quæstioni subiiciendum, à quo appellatio ... Et Arresto Curiæ, quod datum 20. Martij anno 1... appellatio in irritum deducta fuit, & decretum quo appellatum fuerat, effectum suum sortiri ... tere. Is Curiæ libellum offert, vt ibidem tortura subiiciatur. Dn. Procurator Regius ei non intercedit. Ir torturæ subiicitur, quam suffert, & ita causarum se putabat, quandoquidem hac ratione ind... purgatur & excusatur, vt voluit Glossa *in l. Edil. ff. de quæstio.* Nihilominus in multam 120. librarum Parisiensium Regi inferendarum condemnatus fuit patriq; ciuili in parem summam, & Prouincia F... segusiensi exulare iussus. Testes corrupti à me condemnati fuerunt ad triremes in perpetuum, à qu... non appellarunt. ij falso deposuerant in materia delicti aduersus alterum ioauratorem prædicti loci.

IV.

Super eadem re Dn. Præses Boerius simile Arrestum Burdegalense allegat, contrarium supra allegato, de quodam nomine Petro Fabricio, Procuratore ordinario Aginensi accusato à quodam nomine Ioanne Bodao Notario, eo quod duos testes, qui ei ipsi adferebant, corrupisset, qui ad torturam condemnatus fuit 5. Aprilis 1534. ante Pascha: ac quoniam eam citra confessionē sustinuit, absolutus fuit. Ego aliam huius diuersitatis causam non reperio, nisi quod prædictus Dominus Præses dixit, Fabricium separatim prædictos duos testes corrupisse, & singulares atan... neq; quicquam de alterutrius corruptione sciebant. Verum quantum ad Arrestum Parisiense, Inaurator vtrumque simul corruperat, & ambo in corruptionem prædicti ioauratoris consentiebant: & sic erant duo testes qui poterant sufficere, per text. *in cap. fin. de testib. cog.* Antea quoque idem Inaurator bonæ existimationis erat & artis suæ peritissimus.

V.

Corruptor testium non liberatur, eo quod post corruptionem falso testimonio vti nolit: verum punitur, vt tenent Angelus & Salycetus *in l. si falsus. in fin. versic. vlterius collige. C. de fals.* in hoc delicto quippe conatus & attentatio punitur, non minus atque ipsa effectualis corruptio: prout ait Baldus *in Auth. Noua iure. vers. quaero quid de eo qui tentauit. de pœna Iudic. qui male iudic.* per *l. Imperat. ibi, non aduersarios. ff. de iure fisci. & l. 1. §. sed & si quis. ibi, corrumpendum conuenerit. ff. de fals.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, aduersus corruptorem testium, prout allegat Dn. Boerius absq; data decisio. 319.

Corruptor testium ... conatus ... punitur

LIBER

LIBER VICESIMVS TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS, DE PRIVATIS CARCERIBVS.

ARRESTVM PRIMVM.

Detentio personarũ cui concedatur.



ANGELVS ad *l. vnic. C. de priuat. carc.* ait, patrem filium suum includere ac detinere posse, Dominum seruum suum, maritum vxorem suam, vt non incurrant in pœnam carceris priuati. Bartolus idem dicit de Abbate & monacho ipsius, in l.1 per illum textum, *C. vbi qua decur. vel cohor.* Marito adulterum vxoris suæ horas diurnas nocturnasque continuas non plus quam viginti quatuor testandæ eius rei causa retinere iure licet. Parliter propinqui propinquum suum furiosum retinere & ligare possunt, *l. congruit. §. furiosi.* & ibi Baldus *de offic. Præsid.* Verumtamen personæ priuatæ neque autoritate præditi neq; ius capturæ vel carceris habentes, id in aliis quam supra memoratis personis facere nõ possunt citra delictum: deque eo Constitutio extat Regis Philippi quarti, *artic.* 2. eo enim facto inimicos sese declarant, prout ait Bald. in *l. in ipsis. in pr. in verb. in textu vinculis. C. fam. ercis.* Hanc ad rem cum quidam dominus diu seruum suum, ob aliquot rationes, in cauerna arcis Pauuæ incarceratum detinuisset, Arresto Burdegalensi condemnatus fuit, quod pronuntiatum 12. Aprilis 1536. ante Pascha, in summam quingentarum librarum, pro interesse ipsius, & in multam Regi paris summæ: quiq; eum incarcerauerant & custodiuerant, singuli in centum libras prædicto seruo condemnati fuerunt. Simile Arrestum datum fuit Molini, anno 1540. aduersus Abbatem S. Ambrosii, Iacobum Colinum Priorem S. Porcænij.

Videatur *tit. de iurisdictione priuata*, infra.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum I.

I.

PRæfectus quidam Pontisatæ, eo quod priuatum carcerem erexerat & carcere coegerat, tanquam Iudex & pars, quendam ad se obligandum, in centum libras condemnatus fuit, & indignus declaratus exercitio officiorum Regiorum. Arresto de 24. Aprilis 1425. Cæterum notandum est, apud Gallos carcerem interdum pro pœna esse. B.

Carcer pro pœna & aduersus Ecclesiasticos.

Hac pœna carceris vtuntur Iudices Ecclesiastici aduersus Ecclesiasticos, vt expressum est *in cap. nouimus. de verb. sig.* & *cap. quamuis. de pœnis. in* 6. Vide *cap. 16. styl. iurisdict. Eccles. Bituric.* vbi scriptum quod in Flandria obseruari testatur Damhouderius, *rer. criminal. cap.* 16. & in Hispania Clarancius *lib. 5. sent. cap. vlt. qu.* 70. I. C.

TITVL. II. DE CARCERE effracto.

ARRESTVM I.

Carcer locus sanctus.

QVamuis ex dispositione iuris pœna effracti carceris ab accusato criminis, mors sit, *l. si quis violauerit. ff. de rer. diu.* Carcer enim locus sanctus censetur, dedicatus ad effectum iustitiæ & vtilitatem publicam, quique ab iniuria hominum defensus atque munitus esse debet, & ex hac ratione sanctus, *l. sacra. & l. sanctam. ff. de rer. diu.* itemque quod effractor carceris ex d. dispositione iuris pro conuicto habeatur, & citra vlteriorem citationem, condemnari possit: vt tenuit Oldradus *consil.* 65. Ioann. Andreas *ad Speculat. tit. de præsumpt. §. 2. versic.* est sciendum, vbi refert subitam quandam commotionem Papæ Ioannis & totius ipsius Curiæ super fuga quorundam incarceratorum authoritate Papæ. Attamen istud compluribus Arrestis determinatum fuit: atq; hodie stylus Franciæ, quantum ad vltimum articulum, est, ne scilicet prædicti effractores condemnentur, nisi prius tribus perendinis per loca publica & quadriuia ciuitatis, qua egressi sunt, voce publica præconis & ad tubæ sonitum citentur, auditisq; prius testibus super effractione carceris aliisque delictis, quorum nomine accusantur, quæ considerari oportet. Si enim incarceratus iuste detinebatur, delictum sane grauius est, maioris considerationis maioriq; pœna dignum: verum si iniuste detentus erat, pœna capitalis non est, carcerem effregisse, vt ait Bartolus in *l. vn. eius,* & ibi Salyc. *C. de prœbat.* & Alex. *in d. l. sed eximende. §. si quis tertia. ff. Ne quis eum qui in ius voca.* Quantum ad primum, si prædictus incarceratus deprehensus fuit, non tantum de prædicta carceris effractione cognoscitur, verum super primo delicto, cuius accusatus erat: eodemque in statu est, quo fuit ante prædictam effractionem, ita vt eius nomine non cõdemnari debeat, Auth. *vt iudices sine quoque suffrag. §. necessitatem,* ibi, *fugientes capiant,* & *§. seq.*

Effractio carceris, qua... hodie... Franc... punitur.

II.

Effractio carceris iuncta accusatione morte punita.

Dominus Boerius primus Præses Burdegalensis refert, quosdam contumaces è carcere euadentes ob hoc delictum & alia aduersus eos probata in effigie suspensos, in area ante Palatium, Arresto Burdegalensi anno 1535. iuxta id quod ait Paris de Puteo *in synd. in verbo contumacia.*

Desumptum è *decis.* 20. prædicti D. Boerii, deque pœna eorum, qui carcerem effringunt, quæ Iudicis arbitrio relinquitur, vide quæ scripsit Imbertus *lib. 2. in stit. for. c. 3.* Guido Pap. *qu.* 253. Masuerius *tit. de pœnis, num* 16. I. C.

III.

Effractio carceris quædã Parisiis excusata.

Prædictus Dn. Boerius, de culpa incarcerati è carcere euadentis discurrens, *quæstio. 215. num.* 16. refert, Curiam Parlamenti Parisiensis permisisse incarcerato in carcere publico, vt Aduocatum ad se accerseret, eius consulendi causa: id quod fecit. Aduocatus eo audito, pessimam eius causam comperit, eiq; si ianuam apertam videat, euadendi consilium præbet: cui incarceratus paruit. Non multo post à Commentariensi rursus deprehensus & ad dominos adeductus, libere prædictum consilium exposuit, quod Aduocatus annuit, atq; ita incarceratus excusatus & absq; pœna dimissus fuit, duabus de causis. Primo propter consilium, quod ex auctoritate Curiæ ceperat. Deinde quod neq; effregerat carcerem neque vim adhi-

adhibuerat atq; ita excusatus erat, vel ad minimum leuiori pœna dignos, vt dicit Franciscus Curt. in *l. admonendi. ff. de iureiur.* idque ita tenuit Angelus in *l. verum. 2. ff. de furtis, & l. 1. ff. de effractoribus.* Nisi ianua effracta, vel vis adhibita fuisset rupto ferro & vinculis.

Hoc locum quoque habes aduersus eos, qui citra rite pro carcereiis destinata egrediuntur, & veniæ rescriptum impetrari oportet. Iudicatum 7. Martii 1553. B.

TITVL. III. DE VIOLENTA incarceratorum aliorumve exemtione.

ARRESTVM I.

Exemtio incarcerati ad eum liberandũ quomodo puniatur.

MErcator quidam Lugdunensis à duobus viatoribus debitorem quendam suum apprehendi curat, nomine B. gordanium Delphinatem, ob summam 50. coronatorum aureorum. Nobilis quidam nomine Imbertus Viralis eum vi eximit & dimittit. In Parlamento à prædicto mercatore Nobilis accusatur, iuncto ei Procuratore Catholico Regio, & Arresto Gratianopolitano in mulctam 30. librarum Turonensium condemnatur, & ad soluendam summã debitam & expensas litis, vigilia Palmarum 1461. Et quamuis crimen læsæ Maiestatis hic interuenire videretur, per *l. in vsque dolo. ff. ad l. Iul. Maiest.* Nihilominus id crimen non incurritur, nisi prius vi exemtus accusatus condemnatus fuerit, vel de crimine capitali conuictus carceribus dimittatur, per *d. l. in vsque, ibi, item qui confessum in iudicio reum & propter hac in vincula coniectum emiserit.* Neque semper necesse est, carcerem effractum esse ob huiusmodi exemtionem: verum sufficit, reum è manibus viatorum ereptum fuisse: & videtur esse in vinculis, qui in custodia est, *l. 1. iuncta l. in eos. ff. de custodia reor.*

II.

Exemtio diplomatis Regii à Presbytero aduersus executorem, vi adhibita & commotione facta.

Wilhelmus Ioannes Presbyter, conuictus plurimos abusus & delicta priuilegiata commisisse, puta, vi exemisse è manibus viatoris Regij diploma Regium, quod aduersus eum executioni tradere volebat, adiuncto iureiurando & blasphemia Nominis diuini, & vim viatori seu executori intulisset, prædictumque rescriptum teruisset, Arresto Tholosano quod datum Mompessuli, 13. Aprilis 1466. condemnatus fuit in agnitionem solennem in septo Curiæ, & nudato capite flexisq; genibus, veniam publice à Rege peteret, dicendo se male & falso prædictum diploma Regium retinuisse, blasphemato Dei nomine, & vi illata executori, tandem ob paupertatem in mulctam quindecim librarum Regi, decem executori, & in expensas condemnatus fuit.

III.

Corporalẽ apprehensionem impediens ad quid teneatur.

Vicesima tertia Ianuarij 1549. in peroratione prædicti diei Arrestum datum fuit, quo quidam conuictus Ostiarium nomine Dronardum impediuisse, quo minus corporalem apprehensionem exequeretur, nullo ictu inflicto, condemnatus fuit in agnitionem & deprecationem solennem, in maximam mulctam Regi inferendam, in damna ac interesse partis ciuilis, ad exhibendum eum, quem executor apprehendere volebat, quique sua ope euaserat, vt carcere detineretur vsque quo eum exhiberet, eoque facto axilio mulctatus. Captura corporis à Curia mandata erat.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

IS, qui causam præbuit euasioni, puni[...] dicatum 15. Ianuarij 1563. Hinc ad te[...] bris 1582. quidam nomine Claudius T[...] Estampes condemnatus, vt suspenderetur [...] filiam cuiusdam Præsidis Curiæ grauida[...] rit, cuius ipse amanuensis & domesticu[s ...] in tumultu vi exemtus esset, 12. diebus postq[...] in euasione nomine Valla, conuictus opem eius in euasione[...] se, suspensus fuit in area de la Greue Parisiis, [...] xilium eisdem di prædicto Tonsori præstiterat.

TITVL. IV. DE INCESTIS nuptiis.

De illicitis & illegitimis nuptiis, vide Nouel. 147 & N[...] mocan. tit. 13. cap. 2.

ARRESTVM I.

AVthentica, *Incestas nuptias, C. de incest. nupt.* confiscat bona eorum, qui scienter in gradu consanguinitatis prohibito matrimonium contrahunt: verum extra terminos suos ei locus non est, puta, si inter minores, vel si ignoranter huiusmodi nuptiæ contractæ fuerunt, item scienter extra gradus & limites consanguinitatis, verum inter affines tantum & in gradu interdicto, vel inter coniunctos proximitate spirituali. Amplius si extra prohibitionem ciuilem: nam lex ciuilis neq; intellexit neq, sequi voluit prohibitionem & gradus iuris canonici in eo quod vlteriores sint, quos lex ciuilis non comprehẽdit: ac tandem si alias ob causas matrimonium interdicatur & incestuosum sit, veluti cũ fœmina nupta, religiosa, pagana, vel alias prohibita, vt tenent Cynus & Baldus in dict. Auth. *incestas*, optima ratione: nempe, quoniã Constitutiones pœnales atq; fauorabiles esse neq; extendi debent, verum potius restringi, *l. interpretatione. ff. de pœnis.* Ioannes Faber post Bartolum & Glossam *in Auth.* vnde sumitur d. Auth. *incestas, de incest. nuptiis.* in verbo, *illicitas* contrarium tenuerunt, puta, hanc dispositionem locum habere in omnibus nuptiarum illicitarum speciebus. Et ita id approbat Azo *in summa*, & Angelus art, illorum sententiam bonam esse ac veram, & pro iis facere textum in clement. 1. *vers. de consangui. & affinita.* Et vero rem ita se habere, verbum *incestas* id indicat. Cestus enim cingulũ Veneris erat, quo omnes legitimi coniuges cingebantur: quod si vitium matrimonio inerat, vel occasio interdicti, cingulum hocius denegabatur, idq; matrimonium incestuosum nominabatur, quod idem valet, atq; sine cingulo. Nihilominus prima sententia Cyni & Baldi melior est, per text. *in cap. cum secundum leges, & in Clement. 1. de consang. affinita. consanguinita.* Iuxtaque eam iudicatum fuit Arresto Burdegalensi aduersus Procuratorem Regium, iuncto ei Ioanne Rege appellante à Senaschallo Lemouicensi, & insistente adiudicationi bonorum Antoniæ Albarodiæ appellatæ, nuptæ cuidam nomine Vialbanin consanguineo primi ipsius mariti, 15. Ianuarii anno 1538.

Nuptiæ [...] inter [...] affines [...] proximitate spirituali [...]

Cesta [...] cingulum [...] nuptiale.

II.

Remissio [...]

Notandum quoq; est, prædictam Anthenticam locum non habere in stupro vel fornicatione extra matrimonium: prout iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 7. Septembris 1522. prout plene scriptum est in tit. de confiscatis.

III.

Arresto Curiæ Burdegalensis, quod absque data Mo[...] alle gat

Cognato nubens punitur.

allegat D. Boerius [illegible] Præses, decis. 264. num. 15. ibi, tamen per Cariam, quædam nomine Anna Andesia minor 25. annis, eo quod clandestino cuidam cognato suo nupsisset in gradu interdicto, condemnata & punita fuit. Quantumuis enim lex ciuilis huiusmodi culpam à minoribus commissam excuset, l. qui contra. C. de incest. nupt. id intelligitur tamen, quando publice fit, verum si clam procedatur, doli præsumtio subest dignaque pœna est, ob consequentiam & rem mali exempli, arg. l. si quis aliquid. §. abortiff. de pœnis.

TITVL. V. DE VI ADMISSA, seque ipsum propria manu sua vindicante.

Sub regula huius tit. non comprehenduntur ii, qui Magistratus mandata exequuntur, iuxta l. quemadmodum, Ad l. Iul. Maiest. 8.

ARRESTVM I.

Exemtio à iurisdictione qua quis abusus fuit.

OB iniuriam sub prætextu iustitiæ *, à Duce Britanniæ, Dominæ Riuensi illatam, ea toto vitæ suæ vt & Ducis prædicti tempore, ab omni iurisdictione, imperio, subiectione immunis ac libera declarata, dictumq; fuit eam eo tempore, iurisdictioni & districtui Regis subiectam permansuram, Aresto Parisiensi, anno 1354.

* Desumtum hoc est è Gallo, quæst. 340. Dominus qui abutitur iurisdictione sua aduersus subditum suum, ea priuari debet. Arestum Parisiensi [illegible] Nouembris 1518 quod allegat Carondas lib. 2. resp. cap. 17. Guido Papæ q. 62. Boerius qu. 304. Choppinus lib. 2. de domanio Franciæ, tit 8. Arest. 10.

II.

Idem.

Nona Iunii 1455. Ioannes Elbleus iurisdictioni, fidei & homagio debitis Episcupo domino ipsius feudali & iustitiario exemtus fuit, quod Episcopus illa oppressor communi spiritu frueretur: eo quod ab eo male tractatus ac contra fas & nefas oppressus fuisset.

Hoc caput desumtum est è Lucio lib. 7. tit 4. Arr. 3. qui ait hoc Arestum datum fuisse aduersus Antistitem Nanoetensem. Vide de hac materia lib. 13 tit 1. Arest. 12 & libr 14. tit 5. Arr. vlt. authoris nostri & alia Aresta quæ refert Bacquetus in tract. suo de iuribus iustitiæ, cap. 18 & Art. 1. Ap. b. 3.

III.

Dominus sua propria authoritate molendinum de nouo extructū demoliri nō potest.

Dominus Albretius Officiarius Domini Ducis Lothringiæ molendinum de nouo constructum dirui curat, in fundo Domini Ducis & Baronatus de Mercueli, quod præiudicabile dicebat & absque venia impetrata cōstructum. Aresto Tholosano quod datum Podij, 20. Septembris 1548. ad id reficiendum intra certum tempus, suis expensis condemnatus fuit, & quo ad crimen commissum procedendum esse, &c.

IV.

Dominus feudalis vim vasallo suo inferens ex ratione quadam iniuriæ, quam aduersus eum prætendit.

Dominus de Cirenil vasallus è colonia Domini de Limolis Domini sui feudalis frumentum auferri & in domum suam deportari curat. Dominus de Limolis id experitum it, & per vim domum Vasalli intrat, granarii seras perfringi curat, indeq; frumentum, quod sibi direptum fuerat, reportari, nulla alia re amota neque vlla iniuria prædicto vasallo illata. Aresto Burdegalensi, 28. Augusti anno 1549: prædictus dominus feudalis ob excessum in recuperando frumento suo commissum, Regi in mulctam centum librarum, & in parem summam prædicto vasallo suo condemnatus fuit. Ex generali quippe huius Regni obseruantia, dominis sibi jus dicere non licet, l. Nullus. C. de iud. [illegible] rubric. ne quis in causa sua ius sibi dic. textus [illegible] editores. ff. ad l. Iul. de vi publ. & in l. extat. ff. quod met. causa.

Attamen Dominus per [illegible] ciarios suos aduersus subditos suos iustitiam postulare recte potest, ratione iuris censualis aliorumque dominicalium iurium, non vero pro re alia, maxime in materia criminali.

V.

Vim committens sua prætenso priuatur.

Lex ciuilis omnem vim ad alterum possessione sua deiiciendum commissam odio persequitur, etiamsi res eius propria sit, qui vim infert, per iustitiæ quippe modum ac viam procedere debet. Deque eo expressa verba sunt in l. Non est dubium. C. de legat. in l. Paulus. ff. ad Trebell. in l. extat. Quod met. causa. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Benedictus post Speculatorem in repetitis. cap Raynutius. in verb. si absque. lib. 2. numer. 147. & seq. ait, huiusmodi leges hodie in Francia locum non habere neque obseruari, quod scilicet per eas, inprimis vero per l. si quis in tantum. & l. non est dubium, decernitur pœna aduersus committantes vim priuationis iuris ab iis prætensi iure, quam per vim occuparunt, & alterum eius possessione deiecerunt: puniri enim multa arbitraria pro circumstantiis facti eiusque grauitate. Nihilominus Aresto Parisiensi, 26. Iunii 1546. contrarium iudicatum fuit, prædictaque l. si quis in tantam, obseruata. Species facti hæc erat. Cum in lite pendente in Curia, & indecisa, ratione Castri & domini Longeuillani, inter Ioannem Puy Dominum de Chery, actorem ab vna parte, & Antonium Louanium Dominum de Rongueereum ab altera parte, prædictus reus contemta Regia saluagardia, & interdictione prædictæ Curiæ, stipatus nonnullis, ad molendinum prædicti loci se contulisset, vbi vxor prædicti actoris grauida decumbens iam iam parturia erat, eamque per vim, nocte & hora indebita seu intempestiua cepisset rapuisset & deduxisset per agros per syluas ac dumos disiectis capillis & nudo pectoris tegmento: ac præterea mobilia & vestimenta eius ac liberorum ipsius abstulisset: & complures subditos prædicti actoris verberasset membrisque mutilasset, ac catapultis scalis & aliis instrumentis & machinis bellicis castrum prædicti loci Longeuillæ obsedisset, ad necandum, intercipiendum & spoliandum prædictum Ioannem Puy actorem, qui duobus vel tribus famulis suis nouem vel decem dies obsidionem sustinuerat, adeo vt ob defectum alimentorum, ipse ipsiusq; famuli canes suos comedere coacti fuissent. Præterea cum durante prædicta obsidione, prædictus Louanius vxorem prædicti actoris ante prædictum castrum statuisset, eamq; valli instar prætulisset ingentibus pedum ictibus verberando ac excipiendo, si quando appropinquare nollet. Tandem cum prædictus actor ad extremitatem summam se redactum videns, neq; vllum medium reliquum habens quo huiusmodi vi resisteret, nocte clam per fossas prædicti loci euasisset: prædictus vero reus eiusq; consortes & complices statim intrassent, ac per omnia prædictum Castrum diripuissent, exceptis propugnaculis, quæ tenebant, quæq; in prædicto Castro erant. Inter plures pœnas iudicatas Aresto aduersus accusatos contumaces, Louanius omnibus quæ prætendere & postulare posset in prædicta terra & dominio Longeuillano, eiusque pertinentiis & dependentiis, quæcunq; tandem essent, priuatus, prædictaque terra & dominium ad prædictum actorem pertinere declarata fuit. Prædictus Louanius eiusque complices condemnati fuerunt in solennem agnitionem in septo faciendam, super suggesto tabulæ marmoreæ, & Longeuillæ, hisce solemnitatibus: facta cōfessione, petitaq; delicti venia, præterea prædicto Aresto continamus omnes simul, & singuli soli & in solidum citra diuisionem, ad restituendum

prædi-

prædicto actori bona à se capta, rapta & deportata tā è prædicto Castro, quam molendino, quorum nomine prædicto actoris iureiurādo fides adhiberetur vsque ad summam duarum millium librarum Parisiensium, iuncta communi fama & informatione præcedente, & in expensas, damna ac interesse, quæ prædictus Poy hac de causa sustulit: & in mulctam mille librarum Parisiensium, & quadringentarum librarum prædicto Puy. In hac facti specie plura singularia occurrunt, quę in omnibus aliis non ita quaslificatis consequentiam facere non possunt: puta salua guardia, interdictiones Curiæ infractæ, obsidio & impetus, & tam inhumana hostilitatis opera, addita contumaciis. Nihilominus hæc facti species est *l. si quis in tantam*, quæ furiosam & audacem perditorum hominum præsupponit violentiam, prout prædicta species continet.

VI.

Sua manu ficiens, quod a Magistratu obtinere debebat, eo reparato postea ius reddi debet.

Perorantibus Danguechino pro appellante, & Deffriches pro appellato dictum fuit Arresto 20. Iunii 1547. Officiarium, cum cognouisset inter laicos de quibusdam insignibus in Ecclesia ab appellato refixis, & Curia Dn. Procuratorem Catholicum Regium appellantem tanquam ab abusu admisisset, iusq; super appellatione dicendo, dictum, inquam, fuit, male & abusiue eum processisse. Nihilominus decretum fuit, insignia in locum & statum reponenda, ex quo priuata authoritate refixa fuerant: hoc facto, postea demum authoritate Curiæ auferenda;

APPENDIX ARRESTORVM. Ad Titulum V.

I.

Arrestum notabile aduersus dominum feudi fabricatorē falsorū testiū aduersus vasallum ipsius.

SIngulare Arrestum de hac materia huius tituli datum fuit pro Francisco Morissio, Domino de Boisnert, quod in feudū tenebatur à Domino de Chābon, in Bituricensi Prouincia, aduersus N. scutiferum Dominum de Chambon 3. Decembris 1551. qui, eo quod falso, inique & calumniose prædictum Morissium accusasset, Andream Iulianum Mourietum, commorantem in prædicto loco de Chambon interfecisse, & viduam ipsius suscitauerat, vt se partem ciuilem constitueret, testesq; plurimos falsos aduersus eum subornauerat, prædicto Arresto ad nouem annos Regno Franciæ in exiliū eiectus fuit, sub pœna capitali, condemnatusque in complures mulctas Regi & parti ciuili, damna & interesse incarcerationis prædicti Morissii (quæ ope prædictæ falsæ accusationis octo annis durauerat) præterea prædicta Curia declarauit, prædictum Franciscum Morissium, ipsius successores, dominos prædicti Boisnert, & alia feuda inde dependentia libera, immunia & exempta à possessione & munentia feudali prędicti Trousseau, & prædicti feudi ipsius, iurisdictione de Chambon vel aliis dominiis ad eum spectantibus: prædictumq; N. priuauit prædicto iure feudali, iurisdictione & dominio, quod habebat, & habere poterat super pͤdicto feudo & dominio Boisnert, & aliis feudis ab illo dependentibus. Arrestumq; legendum in Auditorio Sedis Balliuiatus Bituricensis, diebus perorationum, præsente prædicto N. in genua prouoluto & capite nudo, cuius lecturæ & pronuntiationi prædictus Morissius assistet, si ita ei videretur, & ad hunc effectum prædictum N. ducendum in statu, quo erat sub tuta custodia in carcerea Regios Bituricenses, quo scilicet prædicta lectura

Dominus abutens iurisdictione & authoritate aduersus subditum suum ea priuari debet.

peracta, in iis carcere detineretur [...] intulisset. Ei nonnisi vita reliqua [...] bat Arresto de 29. Iulii 1538. quod [...] e remodicia ac contumacias. H[...]c A[...] cto Bituricensi. 20. Septembris præd[...] figie executioni traditum fuit. I.

TITVL. VI. DE FVRTI[S] Domesticis & aliis priuilegiatis.

ARRESTVM. I.

CRumenisector in peroratione in Maiore Ca[...]ia Parlamenti Parisiensis ἐπ' αὐτοφώρῳ d[e]prehensus, & in septum productus, ab eo q[ui] præsidebat, interrogatus furtum confessus, compertoq; in marsupio quod absciderat, nonnisi sexaginta [s]olidos [...]isse, Arresto, 22. Ianuarij anno 1549. ad strangulationem condemnatus fuit.

Lucius *lib. 12. tit. 4. Arrest. 1.* Vide & iunge *Arrest. 1. & 2. Append. huius tit.*

II.

Furtum domesticum.

Ob furtum domesticum regulariter ad mortem quis condemnatur, etsi solum ac primum furtum sit. Ita Ioannes Faber in *§. alia autem. Instit. de public. iudic.* verum istud intelligendum, si primum hoc & solum domesticum furtum insigne sit, & cum deliberatione fraudulenta ac fractura perpetratum fuit. Atque ita Arresto obseruatum fuit in persona mulioni: Normandia oriundi, qui domino suo, cum quatuor vel quinq; annos cum eo commoratus fuisset, summam 1500. vel 1600. librarum Turonensium furto abstulerat. Sententiaque Iudicis à quo, qua condemnatus fuerat, vt suspenderetur & strangularetur, confirmata fuit Arresto, quod datum 12. vel 13. Septembris 1531.

Idem.

Idem iudicatum fuit anno 1558. aduersus puellam quandam incarceratam, propter furtum domesticum summam duntaxat 50. vel 60. librarum: quæ ad fustigationem prius condemnata, Procuratore fiscali fori Episcopalis appellante à minima, & sententia reformata, condemnata fuit, vt suspenderetur & strangularetur, etsi primum hoc tantum furtum esset id tamen aduersatur *l. serui & filii. ff. de furtis*, quæ vetat fures seruos aut filios publice exequi & punire, *l. respiciendum ff. furta domestica. de pœnis.* B.

III.

Inquirendum furtum ... domum ... alterius ...

Iure non permittitur intrare domum alterius, ad inquisitionem faciendam rei furto ablatæ, vel accusati ad eum capiendum & in carcerem deducēdum, *l. 5. §. hoc autem Senatus*, cum Glossa, *in verb. prædia. ff. de seru. fugit. & §. concept.* ibi, & Ioannes Faber. *de oblig. quæ ex delicto nasc.* attamen si Iudex id permittat, id fieri potest. *l. Diuus ff. de seru. fugitiu.* neq; Iudex ex causa id denegare potest, *l. fin. ff. de lib. hom. exhib.* Ac licet id, quod quærebatur, non inueniatur: perse quens tamen domino domus nullam infert iniuriam, neque ei tenetur, *d. l. Diuus.* Alias absq; authoritate iudicis al teneretur, *l. iniuriarum. §. fin. & l. is qui domum. ff. de iniur. & l. 3. ff. de acquir. rer. dom.* Iuxta hanc sententiam iudicatum fuit Arresto Burdegalensi pro Emerico Martino Aduocato Curiæ prædicti loci.

Desumtum è *decisio. 174.* D. Boetii Inquisitio in domo alterius citra præcedentem informationem fieri non debet, *l. fin. de seru. fugitiu.* Cicero *pro Roscio Amerino.*

IV.

Caupones ... tenentur in domo ... furti ...

Arresto Parisiensi quod pronuntiatum 10. Iulii 1575. inter Gregorium Sarracenum hospitem syluatici Biturigibus, appellantem à Balliuio Bituricensi vel ipsius Locumtenente, & ab ipsius sententia ad Octo-

...us in furtum ... ponit. 21. Octob. 1572. qua prædictus Sarracenus & ipsius vxor condemnati fuerant ad restituendam Girardo Marquio, mercatori aromatario Lugdunensi bulgam, in qua centum quinquaginta quinque coronati & dimidius solidus, octoginta septem coronati aurei Italici, & vigiori quatuor imperiales duplices erant, ad fasciculum quoque literarum reddendum, in quo sex coronati erant, & alias quasdam schedas quæ omnia in prædicta bulga erant, cū expensis damnis & interesse ab vna parte: & prædictū Marquium appellatum & insistentem restitutioni rerum suptadictarū, quæ ei furto subtractæ fuerant in hospitio prædicti Sarraceni in ciuitate Biturigum, vbi diuerterat: dictum fuit bene iudicatum fuisse, male appellatum & prædictus Sarracenus appellans condemnatus in multam & expensas. Hæc verba sunt Edicti antiqui Prætoris Romani, *Nautæ, caupones, stabularii, quod cuiusque saluum fore receperint, nisi restituant in eos iudicium dabo.* Super eo Iurisconsultus Vlpianus *in l. 1. &* alia *d. tit.* pleoe demonstrat vtilitatem & necessitatem prædicti Edicti & praxim illius, quamuis summus quidam rigor sit, cauponem, in cuius caupona viator quidam peregre aduenieus cum reculis suis recipitur, cuius reculæ sine dolo culpave euidente prædicti cauponis deperditæ & subreptæ fuerint, cauponem, inquam, talem teneri de eo & prædicto viatori, quem hospitio suo exceperit, restituere: verum verba prædicti Iurisconsulti valde notanda sunt ad defendendum prædictum rigorem: *Ne quisquam* (inquit) *putet, grauiter hoc aduersus eos constitutum. nam est in ipsorum arbitrio, ne quem recipiant. Et nisi hoc esset statutum materia daretur cum furibus, aduersus eos quos recipiunt, coeundi: cum ne nunc quidem abstineant huiusmodi fraudibus* & *in l. 3. §. 1. Ideo* (inquit) *ne inuoesferet Prætorem curam agere reprimenda improbitatis hoc genus hominum.* Et certe hisce verbis tam *l. 1.* quam *l. 3. §. 1.* prædictus Iurisconsultus satis declarat, conditionem cauponis quadamtenus vilem esse, non ex se (receptio enim aduenientium officiosa est & laudabilis) verum propter eos qui cauponam exercent, scil. non alio studio & desiderio quam corradendi diuitias & bulgas suas complendi paruitemporis spatio feruntur & laborant, venditis vltra iusti pretii modum victu & cibis, & viatoribus coruino more inhiando. Neque dubium est quin si huiusmodires bene constitutæ atq; ordinatæ essent, eumque in effectum Officiarii locorum operam suam collocare vellent, eos inoentutos loco expensarum quinque solidorum, viginti solidos exigi, id quod verum ac genuinum furtum est. Propterea ius Romanorum verissime repræsentauit naturam huius generis hominum, & egregie demonstrat, rigorem à se constitutum neminem mirari oportere. Omittendum tamen non est, quod dicitur *in d. l. 3. §. 1. versic. Inde Lab. scribit*, si quid per infortunium in caupona accid. ret vel viatoribus perierit, quod Iurisconsultus *vim maiorem* nominat, veluti per incursum hostium, conflagrationem domus, vel aquarum impetum vehementem, excusandum esse domus dominum: *exceptio* (inquit lex) *datur*. Item si probari possit vel præsumptio sit & verisimilitudo quædam, vonm è famulis vel sociis eius cui quid furto subtractum, huiusmodi furtum admisisse, & eum euasisse, caupo excusabitur, prout non ita pridem contigit Domino cuidam Consiliario in prædicto Parlamento Parisiensi, celeberrimo & famulorum numero stipato, quorum vnus fecisset & aufugit, postea vero marsupium prædicti Domini subtractum sub ceruicali repertum fuit, in burgo S. Martini d'Estraux prope Castromorantium, in hospitio B. Virginis: cuius hospes & hospita conuenti Maioribus diebus Claromontanis, vbi prædictus dominus aderat, & audita dimissi fuerunt, eo quod sine dolo & culpa atque innocētes cogniti fuerant. Isque textus est *l. licet gratis §. 1. versi. sed si, d. tit. Naut. caup. stabul.* vbi Vlpianus, *sed si* (inquit) *damnum datum est ab alio qui in eadem naui vel caupona est, non putat Pompon. eius nomine hanc actionem vtilem futuram.*

Nota, Mercatorem in caupona diuertentem, tradidisse vxori cauponis bulgam suam custodiendā & includendam, hanc in cista sua custodiuisse, ex ea noctu bulgā subtractam, prædictumq; mercatorem specterum, quæ in prædicta bulga erant, per testes probationem fecisse. V. *quæstio mirum vlt.* I. C.

Nota, olim Turonibus Consuetudinem obtinuisse, quod furi domestico membrum amputatum fuit, quæ sublata fuit Arresto anni 1269. B.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulam VI.

I.

IS, de quo loquitur *Arr. 1. huius tit.* vocabatur Robertus Rnceus Trecenus, qui coram Præside Bertrando duobus ex tempore quatuor testibus conuictus fuit strophiolum è sacco pauperis cuiusdam furatus esse, cum admodum variaret, super conclusionibus dicti Domini Marillaci ex tempore punitus fuit. Attamen 18. Februarii 1578. quidam nomine Petrus Gilbertus pro eodem delicto, à Præside Norsanio condēnatus duntaxat fuit, vt fune in collum iniecto per quadriuia fustigaretur & in quinquennium ad triremes missus & datus B. — Ampliatio *Arrest. 1. huius tit.*

II.

Simile factum contigit Burdegalæ in Camera perorationum, me præsente, anno 1582. vbi adolescens quidā Tholosanus natus 18. annis, deprehensus fuit zonam secans, horologio prædictæ Cameræ decimam sonante, Arresto, quod pronunciatum ex tempore à Domino de Largebaston, tum primo Præside, condēnatus fuit, vt suspenderetur & strangularetur in maiore area, id quod ilico executioni traditum. Vidi quoque simile euenisse, pariterq; iudicatum fuisse 3. Martii 1588. in Camera aurata Parisiis pendente peroratione, de quodam, qui in introitu prædictæ Cameræ & egressu Cameræ Ostiariorum, deprehensus fuit, horologium quoddam secasse, conuictus tum duobus testibus, quorū vnus appellabatur Ysambertus Procurator in Curia, qui dixit, se accusatum propter clamorem aufugientem prædictum horologium deiecisse, alter aiebat, se super clamore Domini horologii, clamoris, sibi videlicet horologium suum secatum fuisse, vidisse accusatum sibi proximum fugam corripere, tum quoque conuictus ex varia domicilii & conditionis suæ & causæ, ob quam Palatium accessisset, designatione: audito Dn. Fabro pro Rege, qui dixit canem quod dicitur, verberari hoc genus hominum causa Arrestis iam olim datis, quibus coniiceæ in tali loco, in quo tanquam in dumo Regia tuti ac securi omnes esse debent, quem omnes iustitiæ obtinendæ causa frequentant, condemnati fuerunt ad patibulum: & iuxta id ad mortis pœnam conclusit: Arresto, quod pronunciatum à Dn. Harlæo primo Præside, condemnatus fuit vt suspenderetur & strangularetur: Arrestumque eodem die in Palatio executioni traditum fuit. — Ilico deprehensus ilico suspensus.

I. C.

TITVL. VII. DE LARVIS SEV personis prohibitis.

ARRESTVM I.

Laruæ mille malorum causa & occasio.

ARresto Parisiensi, 25. Aprilis 1514. omnibus mercatoribus Parisiis in Palatio interdictum fuit, ne venales laruas * haberent & exponerent, Curia quippe tum certo animaduertetat, has merces non modo nihil prodesse, verum etiam obesse quam maxime, imo mille malorum causam præbere, & hisce nulla non stupra, nulla non adulteria, nulla non latrocinia, nullas non cædes, nulla non alia facinora perpetrata fuisse.

Desumtum è Lucio *lib 6 tit. 17 Ar. 13.*

* Romani laruas gestabant celebrantes ludos Cybeles vt refert Herodianus *l b. 1 histor sua* Tibicinibusq; suis permittebant, 13. Iunii vt laruati per ciuitatem obambularent, prout refert Censorinus *libro, de die naturali.* Ouid. *6. lib. Fastorum: Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe. Quid sibi persona, quid toga longa volunt?* Tertullian. laruas reprobat *lib. 6. de spectaculis*, dicens, *an vero ipsum opus personarum, quæro, an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ.* In Anglia interdictum est, sub pœna capitis laruas gestare, teste Polidoro Vergil. *cap. 2. lib. 5. de inuentor rer.*

TIT. VIII. DE CVLPA MEdicorum & Chirurgorum.

ARRESTVM I.

Medicus, qui quid audacius facit pœna dignus.

QVamuis medico imputari euentus mortalitatis non debet, id tamen ei quod per imperitiam commisit, imputari debet: prætextu enim humanæ fragilitatis, delictum decipientis in periculo hominis, innoxium esse non debet. Hæc verba sunt textus in *l. illicitas § sicut medico. ff. de offic. Præsid.* Hanc ad rem, cum Medicus quidam accusatus in Parlamento male eum remedium adhibuisse, non imperite, quia doctus erat, sed quia audacius & vehementius quid constituerat, sese excusaret, eo quod morbum periculosum cognouisset, consulto potũ fortiorem propinasse, qui malo propellendo foras sufficeret, vel vt sciretur, vtrum vel moriturus vel saluus euasurus esset: Arresto Parisiensi, 15. Aprilis 1427. pro ea vice impune dimissus denunciatumq; ei fuit, nisi de cætero téperaret ab huiusce modi remediis, in eum grauiter animaduersum iri. Lucius *lib. 6. tit. 14. Arr. 1.*

His conformiter compluribus vicibus interdictum fuit omnibus Medicis & Chirurgis ne artem suam sine præcedente examine & proba, vt dicitur, exercerent. Prout iudicatum fuit aduersus quendam Huteum, vlt. Februarii 1577. & postea aduersus Ripam 1579. Nota præterea, 15 Martii 1580, perorante Hameloto aduersus Vestum, pro tonsoribus aduersus Chirurgos, tacite approbata fuisse Arresta Comitiorum data sub Philippo Pulchro & Carolo V. vbi corpus tonsorum à corpore Chirurgorum distinctum fuit, & postea anno 1551. perorante D. Thuano & 1572. perorante Choppino, permissum tonsoribus & Chirurgis sanguinem emittere, ac primos apparatus facere, reliquis quæ peragenda sunt Tonsoribus Chirurgis relictis B.

APPENDIX ARRESTORVM ad Titulum VIII.

I.

De Pharmacopolis & Chirurgis & examine quod subire coguntur.

QVotiescunque Reges Franciæ Edicta de artificibus promulgarunt, siue in introitu seu accessu ad Coronam, ipsorum matrimonio, vel natiuitate liberorum Franciæ, semper exceperunt artem Pharmacopolarum, Chirurgorum & Tonsorum, qui tabernas erigere non possunt nisi prius tyrocinium fecerint, & examinati fuerint vt [illegible] cen[illegible] idonei int & [illegible] sufficere po[illegible] aduersus Medicos obtinuit qui [illegible] exercere non poterant, nisi p[illegible] sent, & à Decurionibus admissi fu[illegible] *n. l... C. de decret ab ord. fac.* puta, Pharm[illegible] sentibus duobus Medicis & d[illegible] tantum, Tonsores item in præsen[illegible] curum, & sex Magistrorum, ita tamen [illegible] assistentes eos interrogare vel intercede[illegible] receptioni possint, sed Iuratis tantum [illegible] capacitate vel incapacitate sententiam [illegible] iuxta veterem determinationem Arresto co[illegible] tam pro Pharmacopolis Parisiensibus, 3 A[illegible] 1536. renouatam Edicto anni 1583. *artic. 19.* sc[illegible] confirmatam Arresto, 19. Decembris 159[illegible] libello Curiæ oblato à Doctoribus Regentibus [illegible] cultatis Medicæ in Vniuersitate Parisiensi ten[illegible] ad id vt prædictus articulus locum [illegible] beret & [illegible] rerio & Truchonio interdiceretur, sese dicen[illegible] Commissarios ad examinandos Pharmacop[illegible] Tonsores in ciuitatibus, pagis & locis non iuratis Præfecturæ & Vicecomitatus Parisiensis, ne hanc contrauenirent. Curia prædictis interdictionibus factis, prædictos Laurerium & Truchonium singulos in 4. coronatos mulctæ nomine condemnauit, applicandæ ad panem incarceratorum in carcere Palatii: decreuit, ad Magisterium Pharmacopolarum, Chirurgorum & Tonsorum procedendum, tam Parisiis quam aliis in ciuitatibus, in quibus iurati sunt, modo solito: & in aliis locis idem penes illum eos facturos, puta, Pharmacopolas per duos Doctores à facultate medica prædictæ ciuitatis Parisiensis nominatos. Tonsores & Chirurgos per Locumtenentem Tonsorum & vnum Iuratum, præsentibus duobus doctoribus, sine vllo salario, cui adsistent omnes reliqui Iurati & duo Magistri singulatim prædictarum artium: prædictamq; determinationem obseruandam in ciuitatibus districtus, in quo magnus numerus Medicorum est. Id quod Curia ipsamet postea iterum confirmauit Arresto, quod datum ad perorationem catalogi causarum Parisiensium 2. Aprilis 1601. I. C.

TITVL. IX. DE VINI CORruptoribus, eorumque pœna.

ARRESTVM I.

Vectores ob vinum a se dilutum puniti.

DEcimo Februarii 1550. nonnulli vectores, qui vina vehenda conduxerant, conuicti prædicta vina aduersus cõductionis fidem delibasse, diluisse, conspurcasse, & aqua vasa repleuisse, condemnati fuerunt in agnitionem solennem, vt fustibus cæderentur: itemq; in multam pecuniariam Regi & parti cuius interest; hoc est; domino Haqueuillano, Præsidi Libellariorum Palatii, interdictione facta, ne delictum idem repeterent, omnibusq; vectoribus si quid amplius tale designarent, suspendiam interminatum: atq; eam in rem decretum per compita, portus, foraque vinaria Parisiis præconio promulgandum. Arrestum illud vtilissimum est [illegible] cohibendam perniciosam consuetudinem, qu[illegible] modi vini delibatio vectoribus ad [illegible] ac familiaris fuit: vt quoties illi eam assum[illegible] viderentur quodãmodo suo iure sibi id vindicar[illegible] ac opportune sane in dominũ C[illegible] ho aliqui eius generis fures ausi sunt [illegible] qu[illegible] e ierei poterat. Eaq; materia est *l. [illegible] Sancti 31 ff locati.* vbi in vectura mercium, quæ vasa sunt, iacet vel cista

cistæ, si fraus in iis committatur, furtum est: alioquin si men luta, ponderetue tradita sunt, & de in nũ n utant, puta, vt liberatio contingat, si tantundem restituatur, actionem propriam oneris aneri competituram esse.

Lucius lib. 6. tit. 7. Art 7. Hoc Arrestum renouatum fuit anno 1584. & decretum, id publicandum.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum IX.

I.

VEctor delinquens punitur & respondere tenetur in eo loco, in quo merces reddere debet. Iudicatum 9. Februarii 1577. perorante Berthio adu. rsus Martineum.

TIT. X. DE CONATV IN delictis absque effectu.

ARRESTVM I.

Conatus vehemens citra effectum præiudicialem, non punitur.

COnatus in perpetrando delicto, veluti raptu, homicidio & aliis, pro ipso delicto non habetur, neque in F ancia punitur, quod aduersatur textui in l. si quis cum telo. C. ad l. Cornel de sicar. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, anno 1327. aduersus Balliuum Veromanduorũ, & Præfectum Peronnensem, pro Maiore & Consulibus prædictæ ciuitatis, & accusato quodam sæpe ex insidiis occasionem captasse dissimulata ac permutata veste, modo Monachi habitu assumto, modo fœminæ, ad necandum quendã inimicum suũ. Attamen hoc intelligitur de pœnis constituendis corporalibus & crimine certo: verum in aliis pœnis minoribus, qualitas duntaxat criminis cõsideratur, intentio delinquẽtis & forma siue modus, quo intentioni suæ ad effectum deducendæ institit: tum quippe sufficit, crimen cœptum fuisse: ac licet nõ perficiatur, pœna dignũ est, maxime vero si pereum nõ steterit, l. 1. §. qui puero, ibi, perfecto flagitio punitur capite; imperfecto deportatur. Igitur existimatur, in criminibus leuioribus conatum & intentionem non puniri, l. 1. §. fin. ff. quod quisq. iur. verum in atrocioribus obtinet sententia supra dicta, prout notatur in l. si quis non dicã rapere. C. de Episcop. & Cleric. & in c. furtum. 14. quæst. 6.

Conatus citra effectum integrum punitur.

II.

Delicta citra sina effectũ puniuntur.

Nihilominus complura delicta sunt, in quib. lex affectionem delinquentis duntaxat notat, non attẽta vel cõsummatione vel imperfectione delicti: velut in vi eximendo reum quẽdam autoritate Iudicis, & in manibus viatoris existentẽ: quamuis enim ii qui reum ducunt, exemptioni intercessetint, eximentes tamẽ pari pœna digni sunt, ac si incarcerati exemisseni, licet aliorum reluctatione repulsi sint: atque ita tenet Bart. in l generaliter §. 1. ff. de calumniator. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiẽsi, 6. Nouemb. an. 1534. aduersus quendam nomine Ioannem Ferrandum appellantem accusatum, quod conatus fuisset eximere Wilhelmũ Curtosium reũ authoritate & mandato Locumtenentis generalis Aquarum & Syluarum, ad lapidem marmoreum Parisiis: qui prædicto Arresto condemnatus fuit in adgnitionem solennem duob. in locis faciendam: vnã in Audientia lapidis marmorei: alteram in loco exemtionis, & ad soluendã Regi multam pecuniariam. Prædictoque Arresto sententia prædicti Locumtenentis obtinuit.

III.

Cõsiliarius læsus officio suo fungens a quodam interemptus.

Quidam nomine Louuartius *putabat, Cõsiliarium quẽdam Parlamenti nomine Robertũ d'Auguenguin delegatum ad eũ eiusq; aduersarium audiẽdos, magis inclinare ac propensum esse ad partes aduersarii quam suas, de eo necando consilium cepit, eumq; in finem in Came a Parlamẽti post prandium pugione eum p iit, captusque fuit: Interrogatus & confessus se pœnitere, quod eum non occidisset. Super eo constituendo iudicio diuersæ opiniones exstiterunt. Alii tene ãr, inspecto quod nonn si c natus interficiendi esset, mortis pœna non afficiendum prædictum Louuartium, cum conatum in effectum non deduxerit, prædictum qu ppe Consiliarium sanatum fuisse. Alii vero crimen læsæ Maiestatis ab eo perpetratum contẽdebant, nominatim quod prædictum Consiliarium audacter in p rsona propria offendisset, exercentẽ officium suum, quo tẽ ore Consiliarii personam Regis repræsentant, l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. Tandẽ Arresto, quod datũ 3. Maii, vigilia Pentecostes, an. 1569 & iuxta l. nẽ quis cũ telo C. ad l. Cornel de sicar. cõdemnatus fuit in multam 500. librarum à prædicto Consiliario ex confiscatione sumendarũ, & ductoà porta Palatii vsque ad pegma erectum ad lapidem marmoreum, super eo pegmate manum ei resecãdam, qua ictum inflixerat, postea caput amputand m & cadauer suspendendum.

Ficere conante.

Conatus in perfectus morte punitus.

* Papponium hoc loco calumniatur est Budinus lib. 3 de Rep. cap. 5. Cum apud nos (inquiens) quidam reum gestu ... vulnus ... extra ... membris ... publicatam, & ... Mala Pap. ... in alternatiue ... scribit ... rescripta. Huic respondere primo Papponium hoc Arrestum non fabricasse, id enim desumsit è Ioanne Gallu quæst. 287. Secundo non ait, oubliem eum fuisse, neque gladio ictum, verum pugionis, quem alter cultellum appellat: neque Cons iarium in brachio vulneratum. Ex quo sequitur, Bodinum ipsum fecisse, quod in Aristotele reprehendit, hoc est, Aristotelem nunquam veras Platonis sententias retulisse, sed econtra semper eas aliter retulisse. T.

Bodinus reprehenditur qui volens carpere Papponiũ.

IV.

Conatus virilandæ puellæ defectu ætatis impediente tus capitis pœna plectitur.

Nonnulli tenuerunt, attentationem deuirginandæ puellæ, etsi id ob defectum ætatis nondum viripotẽns facere nõ potuerit, capitali nihilominus pœna puniendum, per l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & Clericis. Alii existimarũt, eũ leuius puniendũ, puta, in dignitate cõstitutos, vel nobiles vel honestos relegãdos & multãdos: viliores vero, in opus metalli vel ad triremes cõ dẽnãdos. Textus eãdẽ est in l. si quis aliquid. 3. §. qui nondũ viripotẽtes. ff. de pœnis. & in l. stuprum. ff. de iniur. Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 28 Ianuarii 1461. & in consultatione allegatum fuit à Batullio Præside, ab officialibus Embrodunensibus in vltimo districtu ita iudicatum fuisse: prout in certis casibus & certis limitibus eius facere diis habent, vt vidi in Archiuis prædicti loci, præsente Domino Antonio de Leuis Castromorantio, Archiepiscopo prædicti loci, anno 1545. Ioannes Faber tenet, in F ancia huiusmodi reos suspendi.

Ad materiam huius tit. pertinet, quod is, qui D. Nicolaum Consiliarium Curiæ Parlamenti necare voluit, rotæ impositus fuit mense Augusto 1583.

TITVL. XI. DE TRANSACTIONE in criminibus

ARRESTVM I.

ARchidiaconus Parisi: nisi qui transegerat & accepisset a Mathæo Vienensi laico & coniugato, centum quinquaginta libras Turonenses, accusato quod cum altera vxore quam sua concubuisset, Arresto anni 1397. condemnatus fuit ad eas restituendas prædicto accusato, dictumque ad id faciendum captis persona tempor ali cogendum.

Iudex restituere debet, quod ex transactione accepit.

II.

Transactio cum reo legitime detento ob delictum valida est: prout ait Bartolus in l. quis in carcer. ff. de prau. quod met. caus. & in l. qui à latronibus. ff. de testa. verũ istud intel-

Trãsactio in delictis fisco iure dicto.

intelligitur de parte ciuili, quæ cum prædicto reo transegit, non vero de fisco, a quo ideo Domini Barones, Castellani vel Publicani, qui de criminibus transigunt, malefaciunt iurisdictione que sua abutuntur: quod à hoc Curiis supremis significeturi, huiusmodi transactiones in irritum deducere consueuerunt parte que in principali super delicto ad alios ... et ita iudicatum fuit Attesto Gratianopolitano 3 Nouembris 1459.

III.

Transactio ab incarcerato facta non valet, licet ab eo rel ... non enim incarceratus esse ... in vinculis, iuncta Glos. fin. & l. nec ... & per Innocentium in c. nuper. non ... qui ab eam. maior. ... in t.gl ... de sent. excommun. Et ita iudicatum fuit Attesto Gratianopolitano 3. Nouemb. 1426. Nonnulli tenēt id locum non habere, si transactio incarcerato vtilis sit, vt per Bartolum in l. in carcerem. ff quod metus causa, & Baldum in rub. de resc. vend.

IV.

Complures errarunt in intellectu l. Transigere. * C. de transactio. cuius verba ita habent Transigere vel paciscí de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est: in aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet, citra falsi accusationem: ac putarunt complures his verbis, citra falsi accusationem, excipi crimen falsi; quod absurdum foret: nam crimen falsi, non semper à pœna corporali immune est. itemque hoc verbum, citra, aliter intelligitur, quam vt exceptionem denotet, exempli gratia, citra aleam, citra periculum, idem valet ac absque alea, absq; periculo id fieri non potest. Alciatus hanc interpretationem detexit: & ante eum Domini Curiæ Parlamenti Parisiensis, omni tempore, postulante D. Procuratore Catholico Regio, partibus sub grauissimis pœnis interdixerunt, ne de crimine falsi trāsigerent. Et Arrestum extat, quo, posteaquam cognitum fuisset, accusatorem falsorum testium cum cognato accusati exigua summa pecuniæ transegisse, dictum fuit, vtrumque qui transegerat, apprehendendum, deque iis iudicium ferendum.

Videatur Constitutio anni 1567. quæ in genere loquitur de transactione ob interesse ciuile.

* Desumtum ex Imberto in enchir. in verb. transigere. Hanc interpretationem hic allegatam secutus est Brissonius lib. singula ad l. iuli. de adul. in verb. qui pro comperto stupro, & Valla lib. de reb. dub. tractat. 17. n. 6. Cuiacius tamen communem defendit c. 38. lib. 6. obseruatio & c. penult. lib. 19. T.

V.

Pars ciuilis ab accusatione desistere po- Ex dispositione iuris Romani *, accusator ab accusatione semel cœpta desistere non poterat, sine accusaturum se testatus fuisset, siue non: sufficiebat libellum Præsidi dedisse, ad cogendum ... accusatorem, vt accusationem continua... Papinianus in l. miles qui § socer ff. de adulter. ... ius facti species d. § de accusatione adulterii agat, de quo transigi non potest, nihil... gula hæc in omnibus aliis obseruata f... dus in l. 1. C. qui accusar. non pos. Oblati ... intelligitur, cum libellus ad informat... verum tum, cum Procurator Regius ... ciuili, requiro suum in fine accusationis & p... num ponit, & corporalem apprehensionem ... trat vel citationem personalem. atque tum p... pars tenebatur instantiam criminalem perse... que ab ea desistere poterat. Contestatio tum li... do accusato audito in responsionibus ... bus, Iudex decernit, accusatores oportere ... testes suos, vt repetantur & componantur ... so hoc, ciuiliter litem iudicat & partes ad pro... ordinarium admittit. Hodie in hoc Regno Curiæ supremæ ordinarie & plerumque partes ciuiles ad... tun:, accusatione sua desistentes, quādoquidem ... natum tantum interesse persequuntur: magis qu... vindictā publicam: & postquam destiterunt, Procurator Regis prædictam accusationem non ideo m... nus persequitur, cui prædicta desistentia præiudicium nullum facit.

* Nota hic in Francia Senatusconsultum Turpilianum locum non habere. Valla lib. de reb. dub. tract. 17 n 9. Vide Choppinum lib. 3. de priui. rustic. part. 3 cap 11. loquentem ab ... de vidua quadam, quæ tertio cuidam cesserat accusationem necis mariti sui. T.

VI.

Dominus de Vieux-maisons quendam subditum suum de crimine capitali coram Iudice Regio accusabat, quo sibi confiscatio bonorum eius quæreretur. In hac lite incidenter accusatio admittitur de latrocinio aduersus hunc reum. Prædictus Dominus cum eo transigit, tum de expensis accusationis intentatæ tum de confiscationis emolumēto pro triginta coronatis. Iudex Regius processum continuare non desinit & quæstionem decernit tam super latrocinio, quam super primo delicto. Prædictus dominus ad Parlamentum appellat, vbi Arresto dictū fuit, appellantem non admittendum, atque in multam condēnatus fuit. De cætero, quoniā hæc transactio turpis videretur perorāte Dn. Menilio Aduocato Regio, & postulante, vt is iurisdictione sua priuaretur, prædictus dominus in ducentas libras Parisienses multæ nomine condemnatus fuit. Mira visa fuit & gratiosa nimis prædicta appellatio, qua nihil visus est persequi suam aut suorum iniuriam.

Dominus ... subditum suum accusans ... Regis.

LIBER VICESIMVS QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS, DE ACCVSATIONIBUS, instigationibus, & denunciationibus.

ARRESTVM PRIMVM.

Pars ciuilis ... in ... ad missa post iudicium.

Reali iniuria offensus litem seu actionem iniuriarum non intendens, ope accusationis à Procuratore Regio duntaxat institutæ, impetrare potest, vt reus in adgnitionem solennem & multam condemnetur Et ita iudicatum fuit Attesto Parisiensi anno 1597 aduersus militem quendā cohortis Comitis de magno Prato. Verum necesse quoque est, vt prædictus offensus concludat; vel paupertatis nomine sa excuset se non

non habere, quo sumtus litis facere & iustitiam petere possit: quod sane tutius est, quamuis Curia consueuit adiudicare summas quasdam heredibus occisi: vel offenso citra conclusionem. Data quippe iam sententia, pars ciuilis aduersus accusatum ciuilem actionem intendere non posset, si criminali & publico iudicio actum sit per l. quod Senatusconsultum. 6. ibi, plane si actum sit publico iudicio, denegandum est priuatum. ff de iniur.

II.

Instigatores accusationum, quantumuis in lite non denominentur, condemnandi sunt in expensas, damna ac interesse, si accusatus causam obtineat l. seuerius Praes. §. quaesitū ff. de excusat. tut. & l. 1. C. lib. 10. de Decurio. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro D. Ioanne L gendeo: nunc Locumtenente criminali in Prouincia Borboniensi, aduersus Iacobum Caderium Seleūū praedictae Prouinciae, anno 1543. Et Arresto Gratianopolitano, quod ab[iq]; data Guido Papa quaest. 169. allegat.

Instigatores condemnati etiā inlite com prehensi non sint.

III.

Hodie in Francia, poena quam nos Talionis appellamus, non obseruatur ita, vt dispositione iuris cōminus ea decernitur, ac sufficit, accusatorem priuatum succumbentem condemnari in omnes expensas damna ac interesse accusationis. Ex qua ratione accusator desistere potest, siue per transactionē (exceptis casibus interdictis expresse, ne de iis transigatur,) vel alio modo quod iure nō permittebatur, verum Accusator vlterius procedere & coeptam accusationem perficere cogebatur, l. miles. §. socer. ff. ad l. Iul. de adult. & c. licet, & ibi Felin. de accusat. Attamen in omnibus casib[us] sine exceptione, accusationē persequi vel cōtinuare nemo tenetur, ac sufficit Procuratori fisci accusationē relinquere, qui accusator publicus est. Hinc obseruamus in Francia hanc regulam vt nemo inuitus agere cogatur, C. quam Doctores nostri limitare voluerunt, vt ei locus esset duntaxat in materia ciuili, non vero criminali, fauore scil. vindictae & bonestatis publicae: ad minimum filius vel heres tenetur persequi necē praedecessoris sui: pront ait Paulus de Castro in l. vnic. C. Nemo inuit. ag. cog. Nihilominus in Francia contrariū obseruamus, atq; omnibus, vt supra dictum, liberum est transigere, dissimulare vel desistere pet ea quae notatur in l. iurisgentium. §. pacisc. ff. de pactis. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro heredibus rustici cuiusdam Castronoui, ab alio rustico occisi, anno 1544. Forosegusii.

Virū quis accusare teneatur & vindictam criminis persequi.

Caput hoc desumptum est ex Imberto in Instit. fori forens. lib. 3. nu. 13. Poena talionis Festo est similis vltio, in hoc scripta est lex, ne quis impune petulans sit. Quintilianus declamat. 372. In L. XII. Tabularum, si membrum rupit, ne cum pacit talio esto. V. Gellium lib. 20. cap. 1. l. C. V. Constit. anno 1560. artic. 73.

IV.

Procurator Regius vel Domini Iustitiarii omnes accusandi munere funguntur, quos deliquisse cognouerint, citra metum eius, quod inde euenire potest, l. omnes C. lib. 10. de Delatoribus. verum eos quoque sincere & integre procedere oportet, quod si enim aliter procedant, veluti per animositatē, relicta integritate, quae comprehenditur in l. criminis 15. C. de his qui accusar. non poss. tanquam calumniatores puniuntur, l. si cautiones. Cod. eod. tit. ac propterea litem suā faciunt, l. non est ignotum. iuncta Glossa C. de adm. tutor. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emt. iuncta Glossa, atque ita in damna & interesse suo proprio ac priuato nomine tenebuntur. Hanc ad rem notatu dignum est Arrestum Tabouei, supra tit. de author. rer. iudic. &c. animositates contrariae praedictae integritati sunt, dolus, fraus, concussio, odium & similia, latens, ex qua affectio priuatae vindictae oriri potest: veluti si praedictus Procurator per astutiam & oīmiam curiositatem testes inquirat, & monopolium cum aliis super bonis accusati ineat: minis & insolentia vtatur, eique cum praedicto accusato iurgium intercessit, vel ipsemet sumtus faciat, neque pars ciuilis sit, ipseque solus crimen accuset quod magis ipsius priuatum, quam publicum interesse concernat: pecuniam sumat & ita corrūpatur. Haec omnia suspectum eum atque sordidum reddunt & officio boni accusatoris non eueniunt: & in praedictis casibus vel in vno eorū Procurator Regius tenetur non minus quam priuatus, in omnes expensas, damna ac interesse. Prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, perorantibus Dominis Riantio pro Dionysio Berarderio, Actuario Cancellariae B. lnensis, appellante, & Sammelorio pro Iacobo Faultreo & Ioanne Petralio, Aduocato & procuratore in praedicto loco, & D. Marillaco pro D. Procuratore Catholico Regio, 26. Martii anno 1546. Ac postea altero Arresto definitiuo praedicti parlamenti, 3. Decēbris anno 1547. quo praedicti Faultreus & Petralius, quāuis vt Aduocat & Procuratores Regii processissent, propter indebitam & calumniosam accusationem quam aduersus praedictum Berarderium Instituerant (qui antē praedictum Arrestum, 19. Aprilis anno 1545. absolutus ab ea fuerat) condemnati fuerūt altero Arresto Parisiensi, expensis ipsius, damnis ac interesse reseruatis aduersus eum cui reseruari debebent, singuli in summam triginta librarum Parisiensium multae nomine Regi inferendae, & praedicto Berarderio 160. librarum Parisiensium simul; pro omni reparatione ciuili, & carcere detinendi, quo vsque praedictas multas soluissent, singuli eorum soli & insolidum, ob praedictas 160. libras, & in expensas à praedicto Berarderio in processu criminali factas, itemque in expensas instantiae super quā praedictum Arrestum datum fuerat. In peroratione quadā praedictus Faultreus & Petralius dicebant, coelum & terram clamare, vt praedictus Berarderius suspendatur propter delicta ac vitia sua. Praeterea simultas ac latens odium suberat & nonnullae epistolae de fumribus faciendis. Adde quod attentatū fuerat super bonis ipsius pendente lite. Curia praedicto postremo Arresto declarauit, per huiusmodi condemnationes praedictos Aduocatos ac Procuratores Regis infamiam non incurrere.

Officium & integritas requisita in Procuratore Regio.

Procurator Regis quomodo sordidus fit & litem suā faciat.

V.

Quamuis vidua occisi siue sola siue tanquā mater & tutrix liberorum defuncti & suorum, accusationem non instituerit, neque in lite criminali aduersus homicidam accusatum concluserit, nihilominus iudicando praedictam litem, iudex ex officio suo praedictae viduae summam certam adiudicare debet, pro ea & liberis eius, si quos habeat, vel liberis dūtaxat, si mater non existat, pro damnis se interesse. Atque ita iudicatum saepe fuit Arrestis Parisiensibus, nominatim anno 1559. super appellatione à Iudice S. Rambertii in Prouincia Forosegusiensi, quae emendata fuit, eo quod praedicta adiudicatio omissa fuerat, & altero, anno 1564. quo confirmata altera sententia Iudicis Ponsinensis.

Multa adiudicari debet liberis occisi, quā uis neque conclusērint neque litem intēderint.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum I.

I.

Denuntiator agere vel appellare non potest. Delator vel denuntiator ad agendum vel appellandum admitti non potest, sed Procurator Regis. Iudicatū 3. die Septembris 1583. in Camera parricidali.

II.

Accusatio quando renouari possit. Accusatio seu actio ex nunali ex noua causa emergente reuocari potest, etiam post sententiam datam: à quo appellari potest à minima iuxta *l. si cui. de accusat.* Prout factum 19. Augusti 1583. in Camera Edicti aduersus Flandrum quendam qui pro volnerato condemnatus fuerat, postea vero repertus eum qui læsus fuerat, mortuum esse. B.

III.

Instigatores & delatores in libro Procuratoris Regii inscribi debent. Quando in expensas, damna & interesse accusator teneatur. In Francia procurator Regius ex necessitate officii solus accusare potest, & sine parte ciuili, suo solo nomine de crimine cognosci curare adueisus delinquentes, eo quod vindicta publica ei commissa est, & si crimen non accusaret, se ipsum reum criminis redderet. Quod si accusari manifesto innocentes tentatur, Procurator Regius delatorem suum nominare tenetur, propter expensas scil. damna ac interesse parti adiudicandas. Idem de Procuratoribus dominorum merum imperium habentium ea Constitutione Aurelianensi *art. 73.* prædictique Procuratores tempore denuntiationum & delationum à delatoribus accusationem & delationē in libris suis inscribi curare debent: quo non facto nominationi delatoris, quam Procurator Regius vel fiscalis faciet, fides non adhibetur: *Occultis*, ait Cassiodorus, *secretisque delationibus nihil credi debet, sed eum qui aliquid defert, ad iudicium venire conuenit, vt si quod detulit, non potuerit probare, capitali subiaceat vltioni.* Iuxta ea, Arresto quod datum in Parlamento translato Turonensi Camera Parricidali, die sabbathi mense Februarii 1593. petente Gillotio pro Ludonico Bertheloo, appellante à Senescallo Cenomanensi, vel Locumtenente ipsius criminali, & Roberto pro D. Renato de Bonarea, Actuario Præsentationum Cenomanensium appellato, appellans absolutus & remissus fuit & appellatus condemnatus in expensas: appellante in expensas, damna & interesse appellari condemnato, propter denuntiationem verbalem ab eo factum Substituto D. Procuratoris Catholici Cenomanensis, aduersus appellatum accusatum criminis falsæ monetæ, vbi D. Seruinus pro Rege interpretandum prædictam constitutionem, perorauit, inscriptionem esse formam essentialem ad fundandum appellatum in regressu suo, alioquin eum nonnisi Procuratorem Regium pro parte habere, neque appellantem ex prædicta Constitutione esse obligatū ad damna ac interesse patris accusatæ, in casu absolutionis tanquam instigatorem & denuntiatorem, nisi primo loco actualiter per scripturam inter manus Procuratoris Regii declarasset, non obstante declaratione prædicti substituti Procuratoris Catholici postea facta, quæ ab appellato post sententiam absolutoriam facile extorqueri posset: hane ad rem retulit veterem formulam inscribendi in accusationibus desumtam è quodam Monacho S. Dionysii ad Gvillermum Abbatem: nempe *vt dilator criminis se ad actuarium transferret, inscribendo se sigilloque suo apposito contra reum eoque præsente hæc verba proferret: ipse ego sum qui hodie ta rationibus publicis aduersum te insisto, manu mea roboro, vos iudices, vestro iudicio firmate.* Neque Procurator

Quo casu Regius delatorem nominare tenetur, nisi in absolutionis puræ ac simplicis, non vero si accusatus a lite ordinaria duntaxat admittatur, vel vsque nonum mandatum remittatur, sub conditione quotiescunque se repræsentandi: ita tanet D. Ær. *lib. 2. de ordine & formalitate iudiciaria, num.* ... vltima singularia huius materiæ tractat, vide ... *qui temere. ff. de iudiciis l. 7. ff. de accusat.* Dn. Gottfredum *in notis ad rubricam in verbo, inscriptionem* ... Quod si nonnisi Procurator Regius vel ... fiscalis pars sit, nulla in expensas damna ac interesse aduersus eum condemnatio fit, Bnerius *decisio.* 329 Capella Tholosanæ *decisio.* 6. Rebuffus *ad Constitutiones tractata de expensis, artic. 1. gloss. vnic. num.* 17 *&* 19 nisi manifesta ac veluti oculatis calumnia esset: quo casu suo nomine de expensis, damnis ac interesse cauere eum oporteret, vt tenuit Chalanus ad prædictam Constitutionem Aurelianensem. Vide *capit.* 1. infra, & quæ notaui ad *capit.* 1. *filii Iurisdictio. Ecclesiastic Curia Bituricen.* in *verb. Promotoribus.* Damhoudenum *in enchir. rer. criminal. capitulo 6. num.* 9 I. C.

TITVL. II. DE HIS QVI accusare possunt vel non.

ARRESTVM I.

In Constitutione Imperiali Codice Iustiniane generalis regula occurrit, *vt nemo inuitus agere cogatur.* Vniuersa Schola Vltramontana exceptionem inter alias hanc addidit, nempe, heredem teneri & cogi posse ad accusandum homicidam prædecessoris sui, & vindictam mortis ipsius persequi. Ita ait Paulus de Castro ad prædictam Constitutionem Imperialem. Nihilominus huiusmodi rigor in Francia non obseruatur, non magis quam pœna Tallinnis, neque heres cogi potest ad accusandū vel persequendam hanc vindictam. Deque eo complura Arresta extant, è quibus vidi vnum Parisiense quo infirmata sententia Ballivii Fontisegusensis, anno 1544. aduersus Philippum Hippolytum; emtorem Castrinoui. — Heres accusare homicidam prædecessoris sui non tenetur.

Vide *Ar. 3. tit. praced.*

II.

Quamuis ex dispositione iuris communis omnes propinqui, siue successores sint siue non, ad vindicandam necem defuncti admitti debeant. *l. si crimen.* 10. *&* *l. vxor.* 4. *Cod. de his qui accusar. poss.* Nihilominus ex consuetudine huius Regni verum est, pro interesse duntaxat eos admittendos, qui succederent, & reliquos tanquam denuntiatores, citra spem mulctæ & interesse, sed tantum expensarum consequendarum. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 5. Ianuarii 1536.

III.

Ius vindicandæ necis alicuius hereditarium est, atque omnes qui ius succedendi habent, interesse exigere possunt, *l. fororē. C. de his quib. vt ind.* Nihilominus id non continuum, sed subordinate fieri debet, secundum intellectum Glossæ *in verb. proximus*, quam sequuntur Cynus Baldus & Angelus *in l. quamuis Cod. de adult.* Ordo hic est, primo vxorem admitti, hac deficiente patrem, hinc cessante fratrē & consequentes alios, iuxta ipsorum ordinem: adeo vt frater duntaxat admitti possit, si pater iniuriam hanc persequi nolit: & ita omnis is, cuius magis interest, admittitur, *l. sepulchri violati.* 6. *ff. de sepulchro violato.* & *l. Senatusconsulto.* 5. & ibi Baldus C. *qui accusar. non poss.* Er quod magis est pater solus transigere potest de interes-

intereſſe tam ſuo quam ſuorum liberorum, ob necem filii ſui: neq; aduerſus ipſius renunciationem fratres admittantur. Atque ita tenent Bartolus & Angelus in l. ſed & ſi ex vnus. §. filiusfam. ff. de iniur. & ibidem Albericus de Roſate de eo loquens, valde mirum ſibi videri ait. Et ita iudicatū fuit Arreſto Burdegalenſi penul. Februarii 1520 pro Ioanne Amyo, Aduocato in prędicto Parlamento, aduerſus quendam nomine Gadocium fratrem defuncti: ſimile altero Arreſto iudicatum, quod datum, 14 Auguſti 152[illegible] pro Bertrando Foucaldo Irenarcha, qui Ioannem Gaulerium ſuſpendi iuſſerat: prædictusq; Præfectus à Patre & fratribus accuſatus fuerat.

IV.

Idem & contrariu.

Nihilominus Arreſtum in contrarium datum reperitur, non obſtantibus omnibus quæ ſupra, in lite inſtituta à patre & filio Dauharis aduerſus Relictos: prædictumq; vltimum Arreſtum datum fuit cognita patris cum delinquentibus colluſione, iuxta theoricam Bartoli in l. 2. §. fin. ff. de adult. quæ hæc eſt, in concurſu plurium accuſatorum, Iudicem eligere debere idoneiorem, & ob cauſas, quas cognoſcere poterit, vnum alteri præferre: & ſi colludentē vel infamem inueniat, eum depellere poteſt, aliumque eius loco admittere, per l. 3. § ſi plures. ibi, niſi de perfidia prioris ff. de liber. homin. exhib. At pater Dauhetius tranſegerat & renuntiauerat, idq; Curiæ apparebat, & ex hac cauſa ne crimen permaneret impunitū, frater admiſſus fuit. Alias pater ſemper præfertur ſiue in vicē ſiue ſeparatim agant, per ſuperius dicta: atq; inde Arreſta præcedentia & vltimū, diuerſi caſus ſunt, & ita bene cōcordant neq; ſunt cōtraria.

Deſumtum è Boerio deciſio. 120. Vide ſupra titulum de Adulterio.

V.

Vindicta necati Religioſi, patri & Abbati permiſſa.

Hodie in Francia iura ſucceſſionum tam actiue quam paſſiue, extinguuntur & pereunt in Religioſo, iuribus naturæ & ſanguinis nihilominus ſaccis rectiſque permanentibus, tanquam re immutabili, l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. Et ex hac cauſa pater ad poſtulandum intereſſe ob necem filii ſui Religioſi pariterque filius ob necem patris ſui Religioſi, admittitur per ea quæ not. Bartol. in l. quæſitum. de ſepul. violat. Abbas quoque & Monaſterium ob ipſum intereſſe admittuntur. Atque ita iudicatum fuit Arreſto Burdegalenſi inter Petrum Lochetum, & Abbatem de Mady ab vna parte & Petrum Gombandium Dominum de Brian, ſuper nece Locherii Monachi prædictæ Abbatiæ.

Caput hoc deſumtum eſt ex deciſion. 121. Dn. Boerii V. Ar. 5. App. h. tit.

VI.

Accuſatio adulterii nonniſi patri permittitur. Exceptiones notabiles aduerſus accuſationē adulterii.

Arreſto Thuloſano, quod datum Maioribus diebus Podienſibus, anno 1548. declaratum fuit, alium quam maritum ad accuſandam adulterii vxorem non admitti. Ex Conſuetudine Franciæ generali, vxor ad accuſandum maritū ſuum non admittitur. Iſque textus eſt l. 1. C. de adult. Nihilominus vxor defendendo ſe, ſi accuſetur, adulterium mariti opponere poteſt, quæ vna eſt ex tribus exceptionibus, quas lex vxori conceſſit. Altera lenocinium mariti, quod vxori perpetrandi adulterii occaſionē præbuit, Et pro hac ſecunda, præter expreſſam diſpoſitionem iuris communis notabile eſt, quod ſcripſit Valer. Maximus lib. 8 cap. 2. de iudicio C. Marii aduerſus C. Fannium. Hic n. cum Fanniam vxorem ſuam, quā impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam, dote ſpoliare conaretur: ſumtus inter eos Iudex C. Marius, in cōſpectu habita quæſtione, ſubductum C. Titinium Fannium monuit, vt incepto deſiſteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cū ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiā pronuntiare, mulierem impudicitiæ reā ſeſtertio nummo, Titiniū ſumma totius dotis dānauit. Tertia exceptio eſt præſcriptio quinquennalis. Omne id quod ſuperius dictum, deſumtum eſt ex l. ita. C. eod. Ius Canonicū caſtæ vxori maritum ſuū adulterum accuſare permiſit, cap. tua. de procur. nonnulli id deſumunt ex Authentica, vt lic. matr. & auiæ. §. quia vero plurima.

VII.

Licentia criminandi in pari crimine in Francia non admittitur.

Curiæ ſupremæ huius Regni compluribus Arreſtis, vſq; in præſens tempus obſeruantur l. negandi. C. de iis qui accuſar. non poſ. ſimpliciter in omnibus criminandi licētiam negantes, ſiue accuſator ſuas ſiue ſuorum iniurias exequatur, nulla exceptione facta, neque quoquam reſeruato, quamuis d. l. accuſato criminandi licentiam non neget, ſi ſuas aut ſuorum iniurias perſequatur. Verū hodie accuſatus decreto præuentus, poſtea altera accuſatione criminis paris vel viſceralis, vel etiam diuerſi vel minoris, aduerſus accuſatum audiri non poteſt, niſi prius ſe crimine, quo premitur exuerit. Lex prima eod. tit. contraria eſt: verum ea locum habet, quando accuſatus aduerſario ſuo accuſatori grauius crimen obiicit: tum quippe crimini illi prius reſpōdere debet. Nihilominus hodie excepto Maieſtatis crimine, quæque Principem & Rempublicam concernunt & taugunt, vel quando prior accuſatio plane leuicula & priuata eſt, crimen vero alterum grauius ac magni momenti, prior deciſio obſeruatur.

Accuſatus tamen recte curare poteſt, vt informetur, interrogatio fiat, captura imponatur, vel compenſationē exigere. B. V. l. 5. De public. iudic. Cuiac. obſ. lib. 20. c. 7. Ærodius lib. 3 de Ordine iudiciario, num. 21. de materia recriminationum. l. C. & tit. de compenſatio. ſupra.

VIII.

Plures hodie vnum ſolum accuſare poſſunt, & vnus plures accuſare poteſt.

Ex diſpoſitione iuris cōmunis complures vnum ſolum accuſare non poſſunt, quemadmodum vnus ſolus complures accuſare poteſt, prout notatur per Speculatorem. tit. de accuſat. verſ. quod ſi nullus. 1. part. Iſtud procedabat ex pœna talionis, quam accuſator ſuccumbens metuere & expectare debebat: quam vnus ſolus citra diſparitatem magnam pro pluribus ſuſtinere & excipere poterat: non vero plures locū vnius: in eo quippe adeo magna eſt diſparitas, vt nihil minus quā pœna talionis ſit, quæ conformitatem continet, puta, vt vnus moriatur, eo quod vnū interficere voluerit: vel talē & eandem pœnam ſuſtineat, quā alterum ſuſtinere voluit. Neq; talio erit, ſi duo vel tres morte vel alia pœna plectantur pro vno ſolo: id quippe grauius eſt: itemque pœna aduerſus vnū à pluribus exigi non poteſt, poſtea vero diuidi inter perſequentes & accuſatores: neceſſa quippe foret, vt ſinguli integrā ſufferrent. Eaq; ratio erat qua Maiores noſtri moti impediuerūt, quo minus plures accuſarent vnum ſolum: qui talionis pœnā obtinens, aduerſus accuſatores ſuos nonniſi vnicā mortem vel vnicā fuſtigationē petere & obtinere poterat. Vnus ſolus accuſator è pluribus integrā pœnam ſuſtinere poterat, & talem, quam quilibet ex accuſatis excepiſſet, ſi conuictus fuiſſet. Hodie Curiæ ſupremæ Arreſtis ſuis in locū pœnæ talionis ſuppreſſæ & abrogatæ, expenſas, damna ac intereſſe ſubſtituerunt, quæ per taxationē & liquidationem poſtea factā in pecunia cōſiſtunt, quæ diuiſionē admittit. Ex qua ratione cōplures vnum ſolū accuſare poſſūt, pari ratione vt vnus accuſare plures poteſt.

IX.

Perorante Dn. Buiſſonio in Camera parricidali,

Strani etiam uxoris dominum suum agere non potest.

6. Maii 1564. pro Gabriele du Mas, eductfur Consilietinm quendem Castelleti, appellantem à decreto Liballiatiorum, vt testes commatrei entur, dictum fuit Arresto, serunm domestleum ed agendum famosa actione criminali aduersus dominum suum nonedmittendum.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum II.

I.

Dominus vindictam subditi criminaliter persequi potest.

DOminus loci ed vindicandam subditi sui iniuriamadmittitur. Iudicatum 10. Iannar. 1587. perorante Chezellio aduersus Februm. B.

II.

Nemini vxorem adulterii accusare licet, sima- ritus non conquerature.

In Francia, si maritus conqueretur, nemini ne quidem Trinmuiris Regiis licet, etiamsi vxor in ipso facto deprehensa fuerit, & maritus hoc ignorens aut tepeat, accusare & persequi prædictæ vxoris adulterium, ne quietum matrimonium turbatur, iuxta *l. constante matrim. ff. ad l. Iul. de adult.* Et ita indicatum fuit anno 1558. & postea confirmatum 12. Martii 1563. in causa cuiusdam nomine Munattiæ, & die Martis quem *pinguem* vocant 1575. perorante Loiselio. Aliud foret, si adulterium valde notorium ac scandalosum esset. B.

V. *Arr.* 5. *&* 15. *tit.* 9. *lib* 22.

III.

Priuato accusare non licet, propinquis & Procuratore Regio tacentibus

Priuatus in Francia vindictæ causa & ex affectu accusare non potest, quando propinqui & partes quarum interest, & Procurator Regius tacent. Iudicatum 12. Iulij 1578. B.

IV.

Definitio dubii inter matrem ex- cisi, viduā & liberos ipsius.

Super dubio proposito inter matrem homicidæ ab vna parte, viduam & liberos ipsius ab altera: dictum fuit mediam partem adiudicatæ summæ, pro reparatione necis, per prouisionem matri tradendam, alteram mediam apud sequestrum deponendam, vt in vtilitatem liberorum connertatur; Arresto Parisiensi 1. Iunii 1554. Choppinus *ad Consuetudines Andegauensis lib. 1. cap. 73 artic. 5.* Γ.

V.

Viru, qui mortē fratris sui Religiosi vindicauit, Ab bas refundere sum- ptū debeat.

Indicatum fuit, fratrem, qui necem fratris sui Religiosi vindicauit, agere non posse aduersus Abbatem vel priorem Abbatiæ, Prioratus, in quo occisus Religiosus erat, ad restitutionem & refusionem sumtuum litis à fratre factorum: & hac petitione Iosephus Arnoldus de la Boise, Prior de Lurcy, appellans à sententia data à Dn. Præsidialibus Sedis S. Petri Monasterij, absolutus fuit Arresto 22. Nouembris 1601. *&* perorationem, quam retuli *in quæstionis* 6. Dn. Seruinus Aduocatus Regius perorationem suam edi curauit, *perorat.* 15. *volum.* 1. quam vnusquisque videre potest. I.C.

TIT. III. DE CITATIONIbus authoritate Iudicis, & incarcerationibus.

ARRESTVM I.

Citatio personalis decretum reus designare non debet.

IVdex quidam decreto citationis personalis, vel apprehensionis corporalis, eum delinquentem, aduersus quem decretum datum, expresse designare non debat: puta, falsum venditorem, homicidam, adulterum, furem vel alio modo; verū satis est dici, informationibus seu restationibus eum grauari. Atque ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 26. die Maii 1536. qua personali apprehensio, à qua appellatum fuerat, comprehendens *talem tanquam falsum venditorem*, in irritum hoc respectu ded[...] minus decretum, quo ad residuum ea[...] tradendam.

II.

Incarceratio à parte formali facta absq[...] dente informatione & Decreto Iudicis, v[...] est, quamuis prædicta pars carcerem subeat [...] nam talionis, id quod nos dicimus, costi[...] incarceratum aduersus partem suam, a[...] iniuria, damnis ac interesse incarcerationis [...] est. Ita declaratum & indicatum fuit Arresto P[...] ensi, 8. Maii anno 1514. Attamen ex dispositione [...] ris communis, si furem deprehendam, qui furtum meam eufert, *ἐπ' αὐτοφώρῳ*, eum capere ac iure reddere mihi licet, quando verosimile & [...] est, interee dum informaretur & decretum postu[...]retur, eum enafurum, ita vt persecutio eius [...] ma futura esset. Itaq; textus est *l. interdum.* 56. *qui furem deduxit ad Præfectum Vigilum vel Præsidem. ff. de furtis*, & Baldus ed *l. si ab hostibus.* §. 1. *ff. sol. matr.* magnum factum de d. textu facit & ait, hanc rem singularem & specialem esse in fure *ἐπ' αὐτοφώρῳ* deprehenso, & in delicto flagrante.

Cuos Arrestis suis plerumq; omnes incarcerationes præsente & assistente parte factas reiecit & reprobauit. B.

III.

Mettona honesta & quæ pro castis habetur, siue soluendo sit siue non, pro debito ciuili incarcerari non debet, Authent. *Hodie nouo iure. C. de custod. reor.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 7. Februarii 1460. pro Carbarina du Mas aduersus Ioannam Fattium de Scalis,

Fœmina honesta incarcerari non debet.

Desumtum *ex decis.* 156. Guidonis Papæ, quod is ita addit hoc est. Et quando fœmina pro debito ciuili incarcerari possit, vide *qu. meam* 57. I.C. V. quoque *Arr.* 2. *Ap.* [...]

IV.

Fœmina prægnans condemnari non potest naq; maleari ob contumaciem, neq; incarcerari, siue ex marito suo granida sit siue ex alio, si nupta non sit: nisi criminis capitalis rea esset, *l. non exiguum.* § *si ma propter. ff. si quis cautio.* Et ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano anno 1460. Desumtū ex eadem quæst. of Guidonis. V. Aufrerium *decis. Capel. Tholos.* 5. I.C.

Prægnans mulier carcerali ac[...]

V.

Sæpe iudicatum fuit Arresto Parisiensi, testimonio complurimorum qui id ita scripserunt, Iudicem non posse seilteet iubere delinquentem in carcerem coniici sine præcedentibus testetionibus, & citra tequisitionem Procuratoris fisci, quamuis in flagrante delicto deprehendatur: nisi quo casu prædicti delicti flagrantis delinquens incognitus sit, vel inopia vel enormitas & grauitas delicti de fuga suspectum reddat, tenm domicilitarum & diuitem: absque his deficientibus, Iudex in expensas, damna ec interesse incarcerati condemnari debet.

[...] sine requisitione & absque relationibus & [...] debet.

VI.

Officialis seu Index Ecclesiasticum Presbyterum vel Clericum extra circuitum Prætorii sui & Auditorij apprehendi curare non potest, citra veniam laicorum, quorum in loco potestas est, etiamsi in Dioecesi sit. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 22. Nouembris 1530. Eaque materia est, quæ tractatur *in cap. cum ab homine. de iudic.* & *in cap. vt fama de sent. excommunicat.*

Citra implorationē brachii secularis, cui auxiliū à Iudice Regio denegatur Constitut. Meludunensis *art.* 2 I & ratio huius prohibitionis hæc est, q: Iudex Ecclesiasticus *nō* habet territorium in Gallia, et notant Molinæus in *ca. cum Episcopus, de offic. ordin. in* 6. Gallus *qu.* 176 563. & D. Magister de *appellat.*

appellatione tanquam ab abusu. cap. 5. & post eum Choppinus *de sacra polit.* Arresto referunt I. C.

VII.

Citatio ci- tationem personalē non infert.

Citatio personalis, ad præstandam tuitionem, iniusta est, & appellatio ab eo facta valida, etiãsi quis se non sistat: prout iudicatum fuit Arresto Maiorum dierum Molinensium, 2. Septembris 1540. eoque declaratus fuit abusiuus stylus in contrarium allegatus.

VIII.

Seruus quando à domino exhiberi debeat.

Compluribus Arrestis iudicatum fuit, dominum teneri exhibere seruum suum domesticum delicti reum, si post delictum à domino suo & in domo ipsius atque seruitio visus fuerit: iuxta *l. quæstionis habendæ ff. ad exhibend. & l. criminis. C. eod.*

IX.

Citatio personalis ex officio decreta in lite ciuili.

Citatio personalis à Iudice ex officio decerni potest, lite inspecta, siue ciuilis sit siue criminalis, citra requisitionem. Hanc ad rem Arresto Parisiensi, 20. Decembris 1544. similis citatio bene decreta aduersus creditorem & actorem in lite ciuili declarata fuit, de quo per inquisitionem rei probatio facta fuerat, eum tres solidos vno mense pro singulis coronatis vsuræ nomine accipere, quod sane improbum fœnus erat.

X.

Decretum corporalis apprehensionis citra denominationem nullum est.

Decretum corporalis apprehensionis à Iudice decretæ, & Locumtenente criminali Senonensi, quo dicebatur, talem N. corporaliter apprehendendum, præterea talem N. si in cœtu ac sodalitio istius prædi N. reperietur, nullum declaratum fuit, & Villecoquus pro appellato in expẽsas condemnatus perorante. Bernagio pro appellante. Hæc erat causa Maillardi in Camera parricidali, die Sabbathi, 3. die Augusti 1560. sedente Do. Præside Seguerio.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum III.

I.

Corporalis apprehensio nõnunquam in citationem personalem conuersa.

INcarceratio vel decretum corporalis apprehẽsionis nonnunquam à Curia in citationem personalem conuertitur, prout fecit pro Lommeo de Baniency suspecto, & vsuratum nomine delato, 18. Februarii, idque tum fit, cum reus attestationibus non prægrauatur. B.

II.

Vxor male incarcerata cum marito vi Edicti de 4. mensibus.

Vxor cum marito incarcerata fuit, vi Edicti de 4. mensibus: ab eo appellatum. Dictum fuit, eam male incarceratam, appellatus in expẽsas, damna ac interesse, 25. Ianuarii 1577. condemnatus.

III.

Apprehensio personarum periculo alterius petentis non cõceditur.

Apprehensio personarum periculo aliorum fieri & concedi debet: & sententia Balliui Senonensis infirmata fuit: atque is qui huiusmodi incarcerationem suo periculo impetrauerat, in expensas condẽnatus, 16. Ianuarii 1561. perorante Loiselio. B.

Idem iudicatum Tholosæ & Arresto interdictum anno 1582. Maynardus *lib. 3. cap 55.*

IV.

Corporalis apprehẽsio vel citatio personalis aduersus Episcopos facile non conceditur.

Curiæ nunquam bonum neque decens visum fuit, executores emittere ad capiendos aut citandos Episcopos, vt se sistant, sed iis denuntiatum duntaxat emittere, prout dictum fuit, 30. Ianuarii 1564. Dn. de Crecy Episcopo Ambianensi, appellante à decreto personalis citationis. Nihilominus Arresto permissum fuit creditrici, vt omnes terras prædicti Episcopi capi curaret, & Curatorem constitui Susceptorẽ Regiũ Ambianensem si intercederet seu se opponeret huic pignoris capioni, in pœnam decem millium librarum condemnatus.

V.

De relaxatione incarceratorum.

Hic de relaxatione incarceratorum tractari posset, de qua duntaxat notandum, eam ante repetitionem & commissionem testium fieri non debere. Ita iudicatum fuit 23. Iunii 1565. infirmata sententia Balliuii Palatii.

VI.

Vtrum propter iniurias verbales corporalis apprehensio decerni possit.

Vtrum ob iniurias verbales corporales apprehensiones decerni possint, vide supra *titul. de iniuriis verbalibus, Arrestum 13.* quod plane annotaui. I. C.

TITVL. IV DE COMMENtariensibus seu custodibus carcerum, & Custodia reorum.

ARRESTVM I.

Incarceratus pro expensis custodiæ non retinetur.

ANno 1550. mense Augusto in Parlamento Parisiensi publicatum, lectum atque in Regesta relatum fuit Edictum Regis Henrici II. quo inter alia dictum statutumque fuit, Commentariensem reũ siue absolutum siue condemnatum retinere non posse, ob expensas tantum, quas in custodia seu carcere fecit: Eaque sententia est Iacobi de Aretio, per *l. omnes, C. de pœn. & l. ob æs. C. de act. & oblig. §. quia vero bennari in Authentic. vt nulli iud.*

Eaque Constitutio est anni 1549. *art. 5* quæ vult, custodem carceris reum pro expensis victus & custodiæ retinere non posse. Vide *decis. 448.* Guido I.C.

II.

Incarceratus a quo pascatur seu nutriatur. Impensæ carceris vel in partem ciuilem vel aduersam.

Curia Parlamenti Parisiensis super appellatione interposita in Curia, à parte ciuili, a condemnatione aduersus eam decreta à Iudice Marchionatus Meduennensis ad soluendas expensas custodiæ pro victu & lecto incarcerati ad summam certam condemnati, quã designare & cũ expensis à se impetratis taxare posset, hæsit, inquam, Curia & consultauit de eo legem constituere, quandoquidem prædicta pars ciuilis repræsentabat, id oneris fisco incumbere, 9. Septembris 1568.

Vide de hac quæstione, quis inopem incarceratum alere teneatur, Boerii *decis. 303* num. 2. vbi ex comm. Dd. tenet, creditorem teneri alere debitorem suum inopem incarceratũ ad ipsius postulationem, vel consentire in id, vt carcere dimittatur: & in materia criminali partem ciuilem, quod si pars nulla sit, Regem & dominos merum imperium habentes in iurisdictionibus suis, si ipsorum Procuratores solę partes sint: quantum ad Regem, pane & aqua incarcerati in carcere Palatii & maioris Castelleti Parisiensi pascere & alere solet. V. *Tract. 5. cap. 13.* Bacquetum Matthæum de Afflictis ad *Constitutiones Neapolitanas in cap. humanitatem, tit. qua fideiussor. dar. poss. & decis. Neapolit.* 71. I.C.

III.

Custos incarcerati mortui inter manus ipsius, quomodo puniatur.

Vnus è quatuor Irenarchis generalibus Franciæ, cui à Commentariensi Castelleti incarceratus quidam traditus fuerat, quique ex ictu graphii quo sibi cor pupugerat inter ipsius manus mortuus fuerat, tribus vel quatuor horis post traditionem, non sine grauissima opinione proprii vulneris, Arresto maioris Consilii, quod datum vlt. Martii 1551. Castro Theodorici, officio suo priuato & in maximas multas, persequentibus defuncti heredibus, condemnatus fuit, eo quod incarceratum minus diligenter custodiuisset. Prædictus Irenarcha Parisiis mihi dixit, se sciuisse, quod sua propria probatione sese onerasset, seque probasse, Commentariensem prædicti Castelleti, tradendo sibi incarceratum hæc verba dixisse: Domine Irenarcha, diligentem huius incarcerati curam gere, bis enim iam vel ter dum in cura mea esset propria manu sua sibi mortem consciscere voluit. Commonitio hæc eum excusabat à negligentia sua, ob quam alioquin iure officio

suo priuatur & remoueatur. Textus est in *l. si quos iudices.* ibi, *propter negligentiam hic administratione remotu C de offic. Praef. Praet. orient* Glossa 1 *ante fin in cap. dilecti filii. de renuntiat.* & text. *in cap. intimasti de appellat* & Gloss. *in c 1. § Iudices. de pac iura. firm. ind.* Hanc ad rem expressi textus sunt *in l Carc ri, in fin & in l. fin.* ibi, *sed si custodia se interfecerit, vel praecipitauerit, in liu* ipsa adscribitur. Vnde quamuis praedictus Irenarcha si e culpa manifesta, & sine dolo esset, officio tamē suo priuari debet. Alias si dolus ipsius subsit, is tanquam homicida puniri debet Nam *d. l fin* ibi, *quod se ipse custos custodias interfecerit, homicidii reus est:* quod si nihil ea de re nouerit, neque dolo ipsius factum fuerit, species facti Arresti est ex *d. l carcer.* ibi, *sinescit, ob negligentiam remouendus est ab officio.*

IV.

Commentariensis magis oneratur ciuili quam criminali reo.

Custodes carcerum summa cura incarceratos custodire debent, qui ipsis custodiendi nō tantum ob delictum, sed etiam ob debitum traditi fuerūt. Et hoc casu debiti videtur Commentariensis magis oneratus, eo quod excusetur repraesentans reum criminis qui euasit, verum pro debitore qui euasit, Commentariensis ad debitū praecise tenetur, quamuis eum repraesentet, si pendente fuga debitor ad paupertatem redigatur. Atque hanc ad rem Arresto Maiorum dierum Molinensium 7. Octobris anno 1550. Commentariensis Briodensis huiuscemodi incarceratum repraesentans admissus fuit, salua solutione ab eo facienda eius, in quo incarceratus nō soluendo factus esset, iuxta textum *in l. si quis per alium. §. 1. ff. Ne quis eum, qui in ius voc. est, &c.*

V.

Dominus Iustitiarius quomodo carcerem suū instructā tenere debeat.

Domini Iustitiarii, qui in arcibus suis carceres habent, Commentariensem creatum & iuratum quoq; habere debent, qui in praedicta arce, in qua carcer est, resideat: praeterea praedict. domini de carcerum suorum securitate cauere debent, eosque fartos tectos habere, alioquin si ob defectum huius, non vero culpa Commentariensis incarcerati euadant, Domini eorum nomine tenentur, tam in ciuili quam criminali. Vt super his omnibus indicatum fuit Arresto Maiorum dierū Molinensium, 16. Octobris, anno 1550. iuxta textum valde notandum *in l. debet.* ibi, *sed non alias praestat quasi in ipsa naui &c. ff. Naut. caupo. Stab.*

Artic. 2. de iuribus summi & meri imperii constituto propter Consuetudinem Parisiensem, carceres praedictorum Iustitiariorum farti tecti & rationi consentanei esse debent, altitudine & latitudine competente constare, non infecti, & aedificari debent in terrae superficie seu pede plano, neque catenas atque id genus alia admouere debent instrumenta: cuius rei inspectionem & solicitudinem Iudex Regius superior gerere debet, praedictosque carceres & incarceratos visitare, ne domini merum imperium habentes iurisdictione sua abutantur, prout saepe ac multi aduersus subditos suos agunt, qui sibi angarias seu operas non debitas denegant, alio praetextu, atque ita ab iis rem illicitam & iniquam extorquent, & propterea merito iurisdictionem suam amittere debent. Vide *tit. 5 lib* 25. I. C.

TITVL. V. DE IVDICIIS Criminalibus.

Videatur *tit. de accusatis* supra.

ARRESTVM I.

Aduocatus & Procurator Regius in iudiciis criminalib.

Dirimendo appellationes inter Petrum Tissetium incarceratum appellantem, semel vel pluries in adhereos, à Ioanne Rhodio Aduocato Regio Rigodulensi, & ab vsurpatione iurisdictionis & processibus factis à Seneschallo Aruerniç vel Locumtenente ipsius, & ā ne[illegible] Michaele Brandonio Locumte[illegible] praedicta Seneschaltia, itemq e[illegible] particulari ab vna parte & praed[illegible] Michaelem Valsonium, & Ste[illegible] substitutum domini Procurat[illegible] & consortes appellatos ab altera [illegible] alia praedicto Arresto decreta, cum[illegible] tem competiisset, Aduocatum scilicet [illegible] torem Regium, vel vnum eo ū, ad[illegible] nibus & commissionibus testium aliisque [illegible] bus institutis super reo ab ipsi accusat[illegible], ex praedicto Seneschallo vel ipsius Locumtenenti [illegible] tradixerunt, ne deinceps vlla interroga[illegible] tiones & commissiones testium incarcerat[illegible] & accusatis instituāt, in praesentia substitutorum Aduocati & Procuratoris catholici praedicto loco & praedictis substitutis, non assistant. Arresto quod pronuntiatū in Parlamento Parisiensi 23. Februar. [illegible]

V. Constit. Antelia. *artic. 64* Promotor in interrogatiis repetitionibus & commissionibus testium praesens esse non debet. Charondas *lib 1. cat. 13* eo quod Procurator Regius, Procuratores fiscales Dominorum merum imperium habentium, & Promotores Episcoporum, principales partes sunt in litibus extraordinariis. I. C.

II.

Procurator Regius intra triduum conclusiones dare debet.

Lite criminali penitus instructa, procurator Regius intra triduum cōclusiones dare tenetur. E[illegible] ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 2. Ianuarii 1536

III.

Absolutio accusati non fit.

Accusati criminis ob defectum integrae probationis in Francia non absoluuntur, verum relaxantur: quod si quadamtenus absoluantur, id respectu partis ciuilis fit. Quantum n. ad Procuratorem Regium attinet, semper is oblata occasione inuestigandae facti & delicti veritatis admittitur & auditur Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 8. Ianuar 1540 Super materia huius Arresti notandum est, quod recenset Valerius Maximus de duobus iudiciis, titulo de accusatis neque damnatis neque absolutis, *Apud M. Popilium*, inquit, *Lenatem Praetorem quadam, quod matrem fustium interemerat, causam dixit: de qua neutram in partem lata sententia fuit. Quia abunde constabat, eandem veneno necatorū liberorum dolore cōmotam, (quos auia filiae infensa sustulerat) parricidium vltam esse parricidio. Quorum alterum vltione dignum alterum absolutione non dignum iudicatum est.* Atque hoc prius iudicium est, alterum est Areopagitarum Athenis Arresto dato: *Materfamilias* (ait Valerius Maximus) *Smyrnea virum & filium interemit cum ab his optimae indolis iuuenem, quem ex priore viro enixa fuerat occisum comperisset. Quam rem Dolabella proconsulari imperio Asiam obtinens ad se delatam, Athenas ad Areopagi cognitionem relegauit: quia ipse neque liberare caedibus duabus contaminatam, neque punire eam iusto dolore impulsam sustinebat. Areopagitae, è quibus Parlamentum Graecorum constabat, inspecta causa & accusatorem & ream post centum annos adesse iusserunt.* Nihilominus in accusatione haereseos olim accusatus ab ea absolui solitus fuit, quando de calumnia accusatoris appareret extra ordinem, neque partes in ordinaria lite constituebantur. Et super eo duo notabilia Arresta Franchonii & Calimonii extant, supra *in vno cap tit. de haereticis.* Ad hoc caput valde notandum est quod supra *cap. 3. tit de probatio. praesumtio. &c.* dicitur de duabus sententiis paribus.

IV.

Relaxatio ab[illegible] [illegible] est.

Relaxatio accusati per oīa post iudiciū extraordinariū facta, q̄uis cautionis praestatione oneretur, absolutionis instar est, neq; expectata altera definitiua, p̄dictus accusatus ita relaxat' dāna ac[illegible] [illegible]lle aduer[illegible]us

aduersus instigatores suos postulare potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 23. Augusti 1537.

Relaxatio incarcerati nonnisi post repetitionem & commissionem testium fieri debet. Curia tamē incarceratum relaxare potest Ostiario vel alia persona notabili cauente, inspecta circumstantias. B.

V.

Processus carcere mutato.

Processus criminalis extra territorium carcere mutato institutus, legitimus & validus declaratus fuit Arresto Parisiensi, 18. Maii 1518.

VI.

Nullitas consensu partium non relaxatur.

Iudex criminalis pro forma processuum ad id respicere non debet, in quod partes coram se consentiunt: veluti si consentirent vt ob suspicionem, vel dubium incompetentiæ, alius cum prædicto Iudice perficiendo prædicto processui assistat, tanquam adiunctus: id quippe non permittitur, prædictusq; processus nullus foret. Atque ita iudicatum fuit Parlamenti Burgundiæ Arresto, die Iouis 26. Februar. 1550. pro Bertrando Emundo, aduersus Ioannem Gastefosseum. Isq; textus est *l. priuatorum. C. de iurisd. & c. significasti. de foro compet.*

VII.

Exceptiones accusati per attenuationē admissæ per scripturam & consilium.

Illustris Ludouicus Chalmaxelius subditos suos ob proprietatem maiorum syluarum in iurisdictione sua sitarum conuenit & ait, inspecta deuastatione, quam fecerunt, iis interdici debere, ne deinceps amplius iis vterentur. Hi excipiunt & aiunt tanquam vniuersi, syluas ad se spectare. Super hac contestatione ad scribendum per interdicta compelluntur, & per prouisionem Arresto Parisiensi vsu prædictarum syluarum iis interdicitur aliter, quam boni patresfamiliæ vti solent, itemque interdictū ne inde sumerent, arbores vel ligna venderent. Prædictus dominus Chalmaxelius hoc interdictum significari & publicari curat. Ab eo minime appellatur. Ii accusantur post & contra prædictum interdictum plurimas arbores funditus cecidisse, ex iis asseres confecisse, eosq; in locis vicinis vendidisse. Informatione ab altero Arresto remissæ, decretum personalis citationis interponitur, responsiones personales, repetitiones, cōmissiones, extractum articulorū iustificatoriū & recusationum, & conclusiones Procuratoris Regii & partis ciuilis dantur. Iudex antequam hanc criminalem litem iudicaret, decernit, accusatos in persona comparituros, vt prædictæ conclusiones iis communicentur, & ore suo per attenuationem ad eas respōdeant. Ii ad Parlamentum Parisiense appellant, vbi repræsentant, se inopes esse, ignaros, imperitos, rusticos, qui neque sciant neque intelligant, quid sit respondere per attenuationem, & tam facile aduersus se quam pro se locuturos. Curia id à quo appellatum fuit, iniquum comperit, eosque ad Iudicem eundem videlicet à quo appellatum fuerat, remisit, eo quod litem instruxerat, & de lite cognoscere cœperat. Et Arrestu prædictæ Curiæ quod datum ex tempore, perorantibus Marillaco & Boitonneto, dictum fuit, male iudicatum, bene vero appellatum, & prædictus Dominus Chalmaxelius in expensas causæ appellationis condemnatus fuit. Emendatoque iudicio decretum, eos consilio capto & scripto respondere posse, non ore tenus, expressa interdictione Iudici à quo facta, ne partes accusatas cogeret ad respondendum conclusionibus aduersus se datis, per attenuationem ore tenus. Arrestum datum fuit 26. Septembris 1556. in Camera Parricidali mane, præsidentibus Dnn. Seguierio & Riantio.

VIII.

Accusatus testes accusatori reprobantes recusare potest.

In dubium quodam tempore reuocatum fuit, vtrum accusator testes ab accusato nominatos & à Iudice ex officio super extracto articulorū iustificatorum & reprobatiuorum, recusare & reprobare possit? Nonnulli tenuerunt, quod non, per *cap. licet dilectus. de testibus*, & præcipue de testibus, per quos probatio recusationum fit: prout id obseruatur in casibus similibus. Alii tenuerunt contrarium, quoniam semper metuendum sit, accusatum omnes animi sui vires omnesque bonorum suorum facultates ad reperiendos testes impensurum, itemque eos, qui salutem ipsius saluam tectamque voluerint, audiendos curaturum: quod nil foret aliud, quam Rempublicam vindicta criminum integre frustrare, partesque quarum interest, interesse ac reparatione sua priuare. Iuxta posteriorem hanc sententiam Arresto Parisiensi iudicatum fuit, 28. Augusti anno 1545.

IX.

Exonia per Presbyterum facta non valet.

Citatus personaliter per Presbyterum exoniare seu legitime excusare se non potest: neque etiam legitima exonia seu excusatio est, vacare exequiis & honoribus funebrib. patris sui vel matris suæ, vel alterius propinqui & familiaris nouissime defuncti. Prius iudicatum fuit Arresto Parisiensi 15. Decembr. 1554. Posterius Arresto 19. Nouemb. 1555.

Verbum hoc *Exonia* significat impedimentum & excusationem in Veteribus legibus Caroli Magni, prout continetur in editione anni 1588 post prædictas leges: Vide iura Regalia Raguelli, & de materia Exoniarum Imbertum *in inst. sui for. lib. 3. c. 4.* Ærodium *de ordine iudiciario lib. 3. nu 6.*

X.

Necessarium officiū Domino superiori ac potentiori præstitum exonia legitima est.

Officium Principi vel alii potentiori & superiori domino exhibitum valida exonia non est citati personaliter, arg. *l. 1. C. de Senator. vel Clariss.* Nihilominus si hoc officium necessarium sit ad salutem prædicti Domini, admittenda exonia est. Hanc ob causam Medicus restatus, se continuo adesse Reginæ Nauarræ sorori Regis grauiter laboranti Romorantii, excusatus fuit & ad aliud tempus remissus, ob dignitatem & maiestatem prædictæ Principissæ: Arresto 6. Martii 1535.

XI.

Accusatus pro se testes, quos recusauit, audiri curare potest.

Accusatus pro probatione articulorum suorū iustificatorum & recusationum à se oppositarum laudare potest & curare, vt audiantur testes, qui cum eo commissi fuerunt, neq; propterea eos recusare neq; à recusationibus à se allegatis aduersus eos discedere: defensio quippe vitæ suæ & honoris sui tam fauorabilis est, vt ei libere omnis generis testes adhibere eorumque testimonio vti permittatur. Ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi 28. Augusti 1545.

XII.

Articuli iustificatiui probari nō debent ante absolutum iudicium criminale.

Accusatus, aduersus quem extraordinarie procedi cœptum fuit, postulare non potest, vt sibi permittatur examen in futurum instituere, id enim nihil aliud foret, quam eum ad articulos suos iustificatiuos admittere, antequā extraordinarie de eo cognoscatur, quod constitutioni aduersatur. ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quo infirmata sententia permissionis seu veniæ super eo datæ à Præfecto Parisiensi 13. Decemb. anni 1519. pro Matthæo Turca, iuncto ei Procuratore Regio, aduersus quendā nomine Crispinum. Nihilominus contrarium Arrestū prædicti Parlamēti, de 2. Septem. 1560. extat, super processu seditionis Ambertii pro fratribus Dominis de Rupebarone, aduersus ipsorū subditos pdicti Ambertii, quo admissi fuerunt ad petendū, vt ex officio audiretur 80. testes super veritate facti, in quo primo accusati & condēnari per contumacias ordinarie fuerant, quod omne in Parlamento in irritū deductū fuit, decretumq; vt de iis iudicium institueretur. Nihilominus permissum vt supra: verū etiā super prædicto examine pro-

cessus

cessui iuncto, Curia nihil decernere voluit nisi prius lis cœpta perficeretur, prout dictum fuit Arresto, quod datum mense Iunio 1561.

XIII.

E pluribus accusatis vnius delicti & postea condemnatis si vnus appellet cæteri non appellẽt executio differri debet.

Iudex criminalis quàm maxime potest, innocentiam accusati tueri ac fundare debet, eique tempus indulgere, mediaq; eo perueniendi præstare, neq; eũ præcipitare aut quicquam ei præripere, quo euadere possit. Argumento Arresti 3. supra *tit. de falsis testibus* de duobus testibus corruptis ab insantatore quodam, qui prædictis duobus testibus tantum oneratus & ad torturam condemnatus fuerat, à quo cum appellasset, & ad Parlamentum Parisiense deductus fuisset, Curiæ iniquum visum fuit, Iudicem, qui de prædicta lite cognouerat, & prædictos duos testes ad triremes in perpetuum condemnauerat, sententiam suam aduersus prædictos duos testes executioni tradidisse, quamuis non appellassent: omnia enim eum suspendere oportebat ob appellationem insantatoris: euenire quippe poterat vt diligentia sua euaderet, vel certe pœnam ipsorum extenuaret, arg. *l. Clarum C. de author. præst.* hisce verbis quæ sancta sunt & notatu digna, *ne ex sua imperitia, vel iuuenilis calore aliquid vel dicant vel taceant, quod si fuisset prolatum, vel non expressum prodesse eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere.*

V. supra Arr. 30. tit. de apparatio.

XIV.

Si Testes metuant in eum locũ venire in quo Accusatus detinetur, verũ ad eos Accusatus deducendus sit, ac nominatim cum met° ex eorum culpa procedit.

In processu criminali instituto à Balliuio Forosegusiensi ad accusationẽ Vidalii vulnerati ictu pugionis lateri impacti aduersus Ludouicum Maudresium. Vidalius post dilationes infinitas & supernumerarias ad adducendos testes suos; vt reperirentur & cum accusato committerentur, se ita excusabat, dicendo testes suos; quibus vti vellet, recte citatos propter metum venire ac comparere non audere: nempe nonnullos metuentes, ne retineantur & includantur: aduersus eos quippe corporalem apprehensionem à prædicto Balliuio iam decretam atque indultam, vt & verum erat, propter occisum Ostiarium quendam Arrestum Parisiense exequentem. Alios vero ære alieno pressos à creditoribus ipsorum obseruari, quo commodum locum & occasionem inueniant ad eos retinendos, ac propterea Mombrisonium tutum testibus suis locum & accessum non esse: postulabat, vt prædictus Balliuius ad loca ipsa se conferret, vel saltem in media via se daret, secumq; accusatum adduceret, ibique eos se stiturum promittebat. Hoc prædicto Balliuio mirum visum: ideoque ab eo accusatorem depellit & aliam dilationem concedit, addito, se, si intra eam dilationem prædicti testes non venirent, ad exclusionem eius faciendi processurum, prout postea fecit: à quo accusator appellat. Non obstante hac appellatione vlterius ad perficiendum iudicium processum fuit. Ibi prædictus Balliuius recusatur. Eius nulla ratione habita tanquam rei non admissibilis, posteaquam partes concluserunt, ob defectum probationum ad litem ordinariam admissæ fuerunt, id postulante Procuratore Regio: pars quippe ciuilis (puta prædictus Vidalius,) per Inquisitorem probationem suam in his locis facere poterat, & sic eius nullo modo intererat, in eo; quod allegabat se testes suos in loco, vbi pars ipsius accusata & capta erat, propter sistere non posse. Is rursum appellat ad Parlamentum Parisiense, vbi Arresto de 23 Augusti anno 1565. Curia appellationes ipsius & id à quo appellatum fuit, in irritum deduxit ... & ad se principalem litem pendentem ... prædicto Balliuio Forosegusiensi euocauit, & remisit ad Castellanum locorum ... dicti testes ad cognoscẽdum de ... & consortibus ipsius accusatis, v... definitiuam, non obstantibus opposi... pellationibus quibuscunque, salua exec... eo appellaretur: decreuitque ac declara... pellationes, quæ à prædicto Castellano ... tur, ad se deferendas, ac pendente a... prouisionem adiudicauit Vidalio 50. libras ... ses super Maudresio præstita cautione, om... pensas damna & interesse in definitiuam re... Arrestum hoc notabile foret, si ad omnes lit... sas in consequentiam traheretur, quibus qu... de deducendo iudice ad testes, metuentes ob nouas sordes sese sistere. Prædictus Balliuius subalternus agere aliud non poterat, quam sequi formã datam Edictis Regiis & dispositione iuris communis atque ita alienum ei visum deferre huiusmodi excusationibus, fundatis super infamia, vilitate & sordibus testium, qui sane exinde viles, suspecti & recusabiles declarabantur & reddebantur eo quod fugere ac latitare cogerentur. Prædicti testes adeo cogniti erant, ac nominatim prædicto Balliuio, vt nemini non in sede seu Foro notorium esset, aduersus eos summã diligentiam pluries adhibitam ad eos capiendos & includendos, veluti de prædicto assasinatu accusatos seu suspectos aliisque grauibus delictis, ex quibus postea non multo post nonnulli capti, ac sententia data, rotæ supplicio in prædicto Balliuatu Forosegusiensi affecti fuerant. Nihilominus tamen Curia eum in modum vt dixi processit seu decreuit. Prædictus igitur Maudresius accusatus, vt finem huius rei videret, prædictum Vidalium ad effectui tradendum Arrestum suum cogere voluit, seque coram prædicto Castellano sistit: verum prædictus Vidalius pedem struxit, dicens, locum testium, ad quem partes remissæ sunt, & prædictum Castellanum sibi suspectos esse, libellumque Curiæ obtulit, vt sibi Iudex peregrinus daretur, cuius testes sui subditi nõ sint, ex quo Curia quadamtenus Appellantis calumniam percepit, prædictumque Arrestum hac ratione ab eo exactis petitum non fuit, & ipsius accusatio interrupta. Verum ad id, quod supra dicere cœpimus redeamus, vtrum videlicet prædictum Arrestum in consequentiã trahi possit, vere intellexi, nonnullis attestationibus quas solicitator prædicti Vidalii Curiæ repræsentauit in conflictu, de quo agebatur; prædictum Vidalium adeo vulneratum fuisse, vt in periculo mortis adhuc esset, duobus aut tribus Chirurgis expertissimis testibus, inprimis quod vulneris loc° mortalis erat. Curia sane relinquendo litem ciuilem factam à prædicto Balliuio satis præuidebat, pœnam Maudresii mutandam si prædictus Vidalius moreretur. Ex qua ratione verosimile est eam hoc Arrestum dare voluisse, ad suspẽdendã quæstionẽ facti, vsq; quo cognosceretur, vtrũ Vidalius moreretur, an nõ: attamẽ plus nõ cõtinet quàm prædicti Balliuii sententia, à qua appellatum fuerat, nisi quod lis criminalis permanebat, cum ciuilis facta fuisset. In hac appellatione Aduocatus quidam grauaminibus suis factum clusit, dicens, prædictum Balliuium deliquisse in eo, quod recusasset ad loca vbi testes erant, deducere accusatum, vel eo Inquisitorem vel Locumtenentem ipsius particularẽ mittere, sub conditione hac; vt sumptus super eo in casu victoriæ æstimarentur non minus atque si in loco sedis facti fuissent; ac interea accusatus relaxatus. Hæc noua praxis foret, præcipue hoc in casu, quo prædictus Balliuius tria consideratione digna reperiebat. Primo quod cognouerat, Vidalium extra periculum constitutum esse, & sic quæreodum dunta-

xat de vulnerato fuisse. Etsi solicitator Curiæ aliud persuasit, idpostea falsum & contrarium repertum, & sic Curiæ obreptum. Secunda ratio erat quod nunquam Vidalius locutus de excusatione suorum testium nisi tum, cum iam excludendus esset, ab iis producendis & adducendis. Tertio, exulationem illorum etiamnum male fundatam se vitiosam esse, prout supra dictum fuit, adde quod Procurator Regius ad id quod factum fuit, concluserat.

XV.

Quomodo & ad quid processus criminalis extraordinarios prodesse possit quando partes ad processum ordinariũ admittuntur.

Nonnulli tennerunt, posteaquam partes super processu extraordinario, ad processum ordinarium admissi fuerunt, eas omnia quæcunque possunt, de nouo facere & producere debere respectiue tam pro accusatione, quam iustificatione, non adhærẽdo ei, quod in extraordinario factum, quod in processu ordinario prodesse non potest. Alii existimarunt, Iudicem, qui sententia sua materiam criminalem in ciuilem commutauit, expresse partibus hæc reseruare debere, alioquin eum partibus iniuriam facturum. Alii accusatorem securitatis maioris gratia rescriptum a Principe impetrare debere eum ad finem tendens, vt quod factum est in prædictu extraordinatiu in processu ordinario prodesse sibi possit. Alii ten nt, absque rescripto & declaratione reseruatiua, de qua superius, prædictum extraordinarium prodesse debere vti factum fuit ex ratione *l. deinde § hoc autem interdictum. t. vers. itaque prim ff. de liber. exhib.* præcipue vero, quod vltimus hic processus à primo dependens, & ambo vnus idemque processus sit, non autem diuersi. Verum est & notandũ, Iudicem criminalem, cum videt, probationes resultantes ex processu, quem extraordinarie instruxit, non sufficere ad accusatum capitali supplico afficiendum, quæ tamen ad pœnam irrogandam pecuniariam prægnantes sunt, quicquid sit neque rationem vllam neque probabilitatem esse eius absoluendi, neque minus neque magis facere posse, quam eum sub cautione relaxare, iuxta Constitutionem Regis, partibusque iniungere, vt plenius instructiones suas proponant, probentae ciuiliter instruant. Inprimis quod Curiæ supremæ super extraordinario accusatum absoluere non solent. A compluribus magnis viris primam sententiam teneri vidi, cum Imberto tamen ad postremam inclino:

[Hoc semper sub cõditione te- assumendi criminalis fit]

APPENDIX ARRESTORVM
Ad Titulum V.

I.

Qvamuis in crimine recte quis admittatur ad impetrandam interdictionem minatum vel ostentationis, iuxta *l. diffamari. 5. de inge. manum.* attamen id in ciuili non admittitur. Iudicatum 7. Ianuarii 1578. B.

II.

Articuli pro veris habiti, si reus criminis respondere nolit.

Si criminis reus, cum quo testes repeti ac committi debent, respondere nolit, articuli & depositiones pro veris ac certis habentur. B:

III.

De causis principalibus exoniæ seu excusationis.

Dominus Ærodius *de ordine iudicario lib. 3. num. 6.* notat, tres principales causas, quib. Romani exoniam seu excusationem admittebant, fuisse, morbi sontici, exilii, funerisque familiaris, Quantum ad nos, nos aliam probationem non admittere, nisi cum accusatus & contumax adeo male habet, neque pedes neque eques neq; carruca venire possit: ac præterea omnes ad exoniandum vel excusandũ admitti, iureiurando præstito super exonia, vbicunque absens quis damnari potest, ibi quemu s pro eo verba facientem & absentiam excusantem audiri æquum est, & ordinariam admittere, ait Vlpianus *in l. 33 ff. de procuratoribus.* Id quod in Francia hodie non obseruatur Arresto hic relato. Itemque iudicatum fuit, filium matrem suam excusare non posse Arresto, quod datum in Camera parricidali 2 Aprilis 1555. & aduersus eam eremodicium datum fuit saluo sex septimanarum spatio. Et altero Arresto die sabbathi 26. Ianuarii 16 2 quod datum in Camera parricidali, Curia reiecit excusationem propositam à Ludouica Tillena matre vidua Tussancti Normandi, pro Andrea Normandio filio ipsius criminis accusato: qui appellauerat à decreto quodam corporalis apprehensionis decreta à Locumtenente criminali Pictauiensi. Curia non habita ratione excusationis; eremodicium Procuratori saluo vnico mense adiudicauit, quo pendente accusatus sibi prospiceret, prout ei videretur. Dn. Aduocatus Regius Seruinus perorationem suam edi & Arrestum in fine addi adiudicauit. I. C.

TITVL. VI DE EXPENSIS
seu sumtibus litis criminalis.

ARRESTVM I.

Sumtus deducti & remissi Clerici ad quẽ pertineãt.

Svmptus, quos Clericus in carcere Iudicis laici fecit, ad se ad iudicem suum deducendum, ad quem remissus fuit, ex bonis Clerici desumi debent, si vnde soluantur, habeat: alias Episcopus, qui eius remissionem postulauit, eos soluet, saluo tamen iure eosdem ex bonis Clerici recuperãdi. Atque ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 18. Augusti 1535. aduersus Officialem, qui prædictos sumtus soluere recusabat. Eaque sententia est Baldi *in l. si qua per calumniam. C. de Episcop. & Cleric.* & Guidonis Papæ 31. Verum iudex laicus incontinenti, quo literas ipsius tonsoræ viderit, prædictum Clericum remittere debet, si id Episcopus postulet: alias si differat, eum postea suis sumtibus remittere & deducere debet: vt Aufrer. *ad decisio. Cap. Tholos. 274.*

II.

Maritus vxorem suã adulterii accusans sũtus pro ea suppeditare vel venditioni dotis ipsius consentire debet.

In causa quadam inter accusatorem quendam nomine des Bordes, ac postulantem vt sibi dos vxoris suæ à se adulterii accusatæ adiudicaretur, ab vna parte: & prædictam ipsius vxorem nomine du Pin accusatam ab altera parte: dictum fuit Arresto Burdegalensi, maritum cogendum vel ad sumtus suppeditandos ipsius defensionis ac sustẽtationis, vel ad cõsentiendum venditioni dotis ipsius vsq; ad summã, quæ ei defendendæ & alendæ sufficiet: Eaque sententia est Speculatoris *in t. de inquisit. §. fin versic. quod si matrimonium.* & Alberici *in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inofficios. testam.* & Hostiensis *in summa titul. de accusat. § si quis possit.* Prædictumque Arrestum datum fuit, 17, Martii 1536.

III.

Sumtus litis criminalis, à quo exigendi.

Sumtus litis criminalis, cum pars ciuilis non extat, vel extat & inops est, ab accusato exigi vel super eo taxari non debent, quocunque tandem prægrauatus sit crimine, verum ex pecunia Regis vel Domini Iustitiarii loci soluendi sunt: Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 26. Martii, anno 1546. pro Dionysio Beraderio Actuario Belnensi appellante, aduersus Iacobum Fauttæum, & Ioannem Petralium Procuratorem Regium in prædicto loco per *l. quemã liberi. C. de testibus, & cap statutum. §. præferendo. de rescript. lib. 6.* ita quoque de dominis Iustitiariis, hos scilicet expensas à subditis suis accusatis exigere non posse,

posse, indicatum fuit Arresto Parisiensi, quo infirmata condemnatio in expensas litis criminalis aduersus accusatum ad mortem condemnatum, 17. Ianuarii 1548.

V. Tit. 2. de expens. lib. 18. Arr. 28.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum VII.

I.

Sequela Art. 3. & de articulis iustificationis. ID quod supra *Arr.* 3. dicitur, compluribus Arrestis confirmatum fuit, nominatim 11. Septembris 1563. excepta probatione articulorum iustificatoriu accusati, & recusationum testium, quando ad eam admittitur, quæ expensis accusati fieri debet, ex Constitutione anni 1539. *arti.* 159. & 160. eo quod id in eius fauorem ac pruinde & oneri ipsius fit. Si tamen reus de articulis suis iustificatiuis ob defectum pecuniæ ac mediorum informare non possit, ad postulationem prædicti rei Curia decernit post cessionem bonorum prædicti postulantis, partẽ summam Arresto definitam consignaturam, sub conditione eius recuperandæ ex liquidissimis bonis prædicti supplicantis vel postulantis. Prout obseruatum fuit pro Launæo incarcerato in carcere publico aduersus heredes de la Motthe Serrantii, 15. Iulii 1581.

TITVL. VII. DE CONFESsionibus Accusatorum.

ARRESTVM I.

Accusatus confessio- ne sua cõram incõpetente iudice facta non prægrauatur. SI Iudex qui de reo vel accusato, qui coram se confessus est, cognouit, eumque postea ad Iudicem competentem remittat, id quod coram prædicto incompetente factum est, tam confessio quam processus, nihil valet: neque ei iudex competens insistere, neque super eo iudicare potest. Eaque sententia est Bartoli *in l. Diuus ff. de Custod. reor. & l. Magistratib. ff. de iurisd. omn. iudic.* Atque ita sæpe iudicatum fuit Arrestis Gratianopolitanis tempore Guidonis Papæ vt ipse testatur *quæstio.* 419.

II.

Confessor cogi non debet ad reuelandam accusationem. Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum proprid e Natalis (nonnulli eius datam de 23. Octobris 1580. assignatunt,) iudicatum fuit, confessorem cogi non posse ad reuelandam delinquentis confessionem, quem in confessione audiuit iuxta *can. Sacerdos* 3. *quæ.* 7. quamuis in materia criminali sit, & eius animaduersioni necessario requiratur.

V. Cano. Sacerdos 3. quæstio. 7. & Carondam. lib. 7. Respon. cap. 178. qui idem Arrestum refert. I. C.

TITVL. VIII. DE PROBAtionibus, Præsumtionibus & iudiciis in lite criminali.

De hac materia plene scripserunt Alciatus *de præsumtionibus* & Menochius. I. C.

ARRESTVM I.

Præsumtiones & indicia quænam sufficiant ad probationem de 1. Doctrina notabilis. QVando per testes de facto probari non potest, verum per indicia duntaxat, quæ magna sunt ac indubitata, dubium fuit, verum accusatus condemnari possit? Nonnulli tenuerunt quod non, per *l. sciant cuncti. C. de probatio.* Alii putarunt, accusatum quæstioni subiiciendum, quos inter est Ioannes de Imola in *l. fin. ff. de hered. instituend.* Maior pars tenuit, per hæc indicia indubitata atque vehementia ad condemnationem perueniri posse, vt [illegible] *rator ff de legat.* 1. Salicetus *in l. ea qui* [illegible] *tio & in d. l. sciant. cuncti.* verum oportet [illegible] indicia hæc concludentia & eiusmo[di] [illegible] ne in suspicionem deduci, neque p[er]su[asio]nia adduci aduersus illa possit. N[am] [illegible] tio euidens dicitur, quæ ex pluribus c[oniecturis re]sultat. *l. si quis ff de manum testa.* Ob has & [illegible] nes [illegible] fra, quidam nomine Garseus accusatus [illegible] datæ nauis cuiusdam mercatoris Britanniæ, [illegible] qui ea in naue erant, occisorum, cum de e[o te]stibus neque confessione conuinceretur, verum dubitatis solummodo indiciis, veluti qui d[i]dicium prædictam deprædationem cont[illegible] quod aufugisset, quod ob compl[u]ra latrocinia cædes alias præter eam, de qua quærebatur, [illegible] diret, quorum nomine quantumuis à Rege ve[niam] impetrasset, nihilominus accusatio eius g[estorum] facta fuerat, condẽnatus ad mortẽ fuit Arresto Burdigalensi, quod datum 3. Febr. 1519. Simile [iudi]catum fuit altero Arresto, quod datũ ir ẽse Decemb. 29 aduersus Ioannem Lanan, dictũ Seniorem, appellantem à sententia capitali Seneschalli Petrocoricensis pro Procuratore [illegible] Montis regalis, qui persequebatur. Eaque sententia fuit Bartoli *in l. si cui ff. de accusat.* & Ludouici Romani *in l.* 1. *§. hoc rescriptum. ff. ad Syllan.* Et pro hoc maxime facit probatio aduersus accusatum, qui huiusmodi actus perpetrare consueuit. Atque ad has aliasque circumstantias iudicem attendere oportet, & sequi textum ad hanc rem valde singularem *in c. praeterea de testibus*, ibi, *etenim circumspectus Index motum animi sui ex argumentis, quæ vel aptiora esse comp[e]rerit, confirmabit.* Neq; fieri potest vt prop[e]r testes de omnibus delictis habeantur: ideo. *quo[d] [illegible] quido probari non potest, argumentis probatur.* [Et]iam verba sunt *l. non omnes de re militar.* Inprimis vero id locum habet in crimine adulterii, in quo ob difficultatem probationis concludentis, olim Arresto coniectus probatorũ decernebatur. G[illegible]llus cuiusdam dat ad. uersus Ioannem Cartougi[illegible] mentionem facit. Verum in crimine furti, homicidii, falsi & aliorum, [illegible] in hoc Regeo non permittitur, vt ait Ioannes Faber *in §. per contrariam. Inst. de hered. quæ ab int. defe.* Attamẽ si Iudices ad probandum maleficium nonnisi indicia ac præsumtiones habeant, quamuis vehementes & indubitatæ sint, ad veram atque ordinariam pœnam condemnare reum non debent, æque ac si testes quidam deponerent, se id vidisse: verum ad minorem aliquam condemnationem inclinare debent. Ita aiunt Baldus, & Franciscus Aretio *in l. eum §.* 1 [illegible] & Hippolytus de Marsilius *in l. re[pe]rto ff. de quæstio.* Atque in eo non sine causa Iudex hæret, cum adeo vrgentes ac indubitata tanto numero, vt nihil amplius requiratur, videt. In quo facile peccare potest, si nimis meticulosus sit, & magis adhuc, si nimis seuerus sit. Atq; hanc ad rẽ Paris de Put. *in Synd. in verb. tertia* facti specẽ, quæ suo tẽpore contigit, allegat: quæ ita habet, Fœmina quædam, per fenestram cuidam in platea prætereunti, qui iniuriam ei intulerat, minata fuit prolatis his aduersus eum in vulgari Italica lingua verbis *Io ti farò tagliare le gambe, no sarà longo tempo.* Inimicus eius cui fœmina has minas intentarat, cum sciret eam per se i[p]s[a]m mente [illegible] esse ac malefaciendo assuetam, nactus hanc occasionem ad velandam intentionem, qua inimicum suum interficere sibi proposuerat, ei crura incidere ac lethales ictus, ex quibus mortuus est, infligi curauit. Illico aduersus hanc fœminam informatur. Ea capitur, ac omnibus cognitis quæstioni subiicitur: con[fi]tetur

ra,

Index attendere debet circumstantias. Pœna non ... Iudices sol... Confessio ...

ea, quorum nomine innocens est, condemnatur ac mortis pœna plectitur. Forte fortuito vnus ex assistẽtibus ab hoc inimico subornatis, ob aliud quoddam crimen captus, quemadmodum res se habebat, declarat. Author capitur & interrogatus omnia cõfitetur, ac nominatim se nunquam cognouisse, neq; locutum cum hac fœmina fuisse, seq; ex minis, quæ ex ea audiuerat, occasionem sumsisse. Huiusmodi impostutæ euenire possunt, quando de fide præsumtionibus vel torturæ adhibenda agitur, & sanè Iudicem in ea re prudenter versari discretumq; esse oportet. Aliud foret, si citra torturam accusatus delictum cõfiteretur: tum quippe de delicto confessato apparet, vel de eo non apparet. Si non appareat, confessio nõ sufficit, neq; super ea Iudex qualiter qualiter condemnare confessum potest; necesse quippe omninò est, vt de delicto appareat, *l. necessarius. §. non alias, ff. ad Syllan.* veluti si agatur de homicidio, necesse est, vt de cadauere appareat. Nonnulli ad mortem condemnati fuerunt, isq; qui occisus dicebatur, postea viuus repertus fuit: vt ait Bald. *in addit. ad Specul. tit. de sentent. col. 18. in fin.* Valerius Maximus *c. 4. lib. 8. de quæst.* refert quendam homicidii insimulatum, eoq; nomine tortum admisisse se id facinus constantissimè asseuerasse. Itaq; supplicio affectum. Paruulo deinde tempore interiecto illum, cuius de nece creditum erat, domum redusse. Materia hæc notatur *in l. qui seruum in pr. ff. de interrog. actio.* & per Iasonem *in l. error. C. de iuris & facti ignora.* Idem est in furto, adulterio, falso & omni alio delicto, vbi sola confessio non valet: & ita notatur in Auth. *sed nouo iure. C. de seru fugit.* Quantum ad alterum casum, si de eo etiã per famam appareat, satis foret, *l. si quidem, C. solut. matr.* & tum confessio vel simplex est vel colorata, si simplex est, nullum dubium est, quin non condemnandus sit reus, *tot. tit. ff. & C. ad leg. Corn. de sicar.* Si confiteatur se occidisse, verum corpus suum defendendo, nonnulli tenuerunt eum ob confessionem suam suspendio dignum, qua prægrauari is debeat eiusq; defensio reiici, de qua non apparet. Hæcq; sententia fuit Bartoli *in l. Aurelius. §. idẽ quæsit ff. de lib. legat.* & Bald. *in l. vn. C. de confess. & in l. si prosi.* per illum textum. *C. de donat. ante nuptias.* Ratio eorum hæc est, quod ibi fiat se diuisio eorum confessionis, partem aduersus eos admittendo, partem alterã reiiciendo, aduersus delinquentem quippe semper malè præsumitur, *l. 1. C. de sicar.* Iuxtaq; hanc sententiam plurima Arresta allegata fuerunt data Burdegalæ à quibusdam dominis Consiliariis ad prædictam sententiam inclinantibus coram Du. Præside de Boëtio, prout ipse scripsit *in decis. 164. n. 10.* Alii dixerunt ac tenuerunt, huiusmodi confessionem integram recipiendam, nec diuidendam, vt Abbas Siculus *in cap. audit. de Procurator.* Alii distinxerunt, si accusatus ab initio absolutè & simpliciter factum negauerit, postea metuens pœnam id se perpetrasse defendendi sui causa confiteatur, tum ad huiusmodi defensionem eum admittendum, *l. vnus. §. fin.* ibi, *quamuis defensionẽ quotamq; tempore postulante reo, negare nõ oportet, ff. de quæst.* verum necessa est, vt defensionem probet: alias capite plectendum, iuxta sententiam Bartoli hanc ad tẽ *in l. tam de indebito.* Idem est, si ab initio confessus sit, post condemnationem verò allegauerit, id sui defendendi causa se fecisse, id quod facere potest, *l. si filius. §. exceptionibus ff. de interrogat. actio.* Quantum ad tertium casum, si accusatus libere & tum cum interrogatur, confiteatur se homicidium commisisse, verum id defendendi sui caussa commisisse, quod tutius est, hoc casu complures tenuerunt, eum morte non afficiendum, verum extraordinarie arbitriu Iudicis puniendum, præcipuè quando argumenta defensionis suæ proponat, veluti minas & defuncti inimicitias, *in l. 1. §. Diuus. ff. de sicar.* Alii opinati fuerunt, eum torturæ subiiciendum, vt veritas prædictæ defensionis deprehendatur, & si torturam sustineat, & in ea perseueret, ad mortem non condemnandum, verum admonendum, vt à Principe veniam consequatur, & absq; eã dimitti non debere, quicunq; tandem legitimus color subsit. In Francia enim hæc requiruntur, de iure vero non, *l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. 1. C. vnde vi, l. scientiam. §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquiliam.* Et ita Curia Burdegalensis compluribus Arrestis fecit, vt ait Dn. Boëtius. Item nonnullos malæ famæ, qui in quæstione asseruerunt se homicidia sui defendendi gratia perpetrasse, prædicta Curia simpliciter non dimisit, verum condemnauit, vt virgis cæderentur diuersis diebus, saluis auribus sæpe ac intactis, nonnunquam auribus præcisis: alios vero honestæ famæ & existimationis ad pœnam pecuniariam.

Confessio simplex vel colorata.

Confessio post denegationem cui defensio seu exceptio inest.

Confessio libera sub iusta exceptione.

Homicidia in dubio quomodo puniantur.

Desumtum *ex decisio.* Boërii 166. V. Damhonderium *in Enchir. rer. criminal. lib. 1. cap. 10.*

Quando in accusatione criminis, probatio insufficiens est, & tamen indiciis reus prægrauatur, plerumque partes ad litem ordinariam admittuntur: ad plenius articulandos & probandos articulos. B.

II.

Quamuis accusatus plurima furta, homicidia aliaque crimina confiteatur, ex sola tamen confessione condemnari non debet vt homicida vel fur: verum necesse est, vt crimina huiusmodi vere commissa fuisse probentur saltem in genere: ita tenent Bartolus & Paulus de Castro in Auth. *sed nouo iure. C. de seru. fugitiu.* non enim auditur perire volens, *l. 1. §. si quis vltra de quæst.* Ob hanc causam in materia criminali in Curia, si reus in cognitione de eo cœpta confiteatur, se olim quendam occidisse vel furta quædã commisisse alia, quàm quorum nomine prægrauatur, querelas vel condemnationes ob prædictum casum, quem confessus est, factas esse oportet: alias ex prædicta sola confessione reus non condemnabitur, neque pœna aggrauabitur ob delicta non verificata, ita tenet Alexander *consil. 19. vol. 7.* Attamen si in genere de homicidio vel furto appareat, etsi ignoratur à quonam commissum fuerit, si reus id confiteatur, & quædam verosimilitudo subsit eum verum confiteri, ex eo condemnari potest: non enim duo hæc; putà, plena probatio & confessio requiruntur: vnum sufficit, prout superius, *l. qui sententiam laturus est, C. de pœnis. & l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler.* Et ita compluribus Arrestis Parisiensibus declaratum fuit.

Confessio delicti de quo non apparet in genere nihil valet.

Desumptum è *decisio. 164.* Boerii adde quod extat *in tit. de pœnis.*

III.

Hanc ad rem notatu dignum est Areopagitarũ, Parlamenti Græciæ, iudicium quod memorat Aristoteles *lib. 1. magnor. moral. ca. 17.* de muliere quadam quæ accusata & conuicta cuidam, quẽ amabat, philtron seu poculum amatoriũ propinasse, ex quo mortuus est, liberata fuit: nulla quippe malitiæ præsumtio erat, neq; quod amicum suum interficere voluisset, verum impotentia amoris id fecisse cõperta fuit. Cicero *in oratio. pro Sexto Roscio Amerino.* aliud simillimum iudicium refert. Species facti hæc erat: Quidam nomine Clœlius Terracinensis, cum cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus adolescentibus filiis isset, inuentus est manè iugulatus, cum neque seruus quisquam reperiretur, neque liber, ad quem ea suspicio pertineret: id ætatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent: nomina filiorum de parricidio delata sunt. Quid

Idem.

postea erat sanè suspiciosum, neutrum sensisse, au sum autem esse quenquam se in id conclaue committere, eo potissimum tempore, cum ibidem essent duo adolescentes filii, qui & sentire & defendere facile possent? Erat porrò nemo, in quem ea suspicio conueniret. Tamen cùm planum Iudicibus esset factum, aperto ostio eos repertos esse: iudicio absoluti adolescentes & suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat, quemquam esse, qui cùm omnia diuina atque humana iura scelere nefario polluisset, statim somnum capere potuisse.

IV.

Indicium solum non valet nisi adminiculi vice.

Wilhelmus Goutonius à Ioanne Presbytero ictu sagittæ arcubalistæ ad Petrum Boussetonium spectantis occisus fuit. Hic Boussetonius captus accusatur operam auxilium tulisse, arma ad perpetrandũ hoc homicidium subministrasse, atq; ita pœna dignus atq; si ipse perpetrasset homicidium, per textum *in l. si pignore. §. qui ferramenta. ff. de furt.* & Bartolus *in l. an furt. § ope. eod.* Nihilominus cum de dolo prædicti Boussetonii probari non possit, & ad id scienter prædictam arcubalistam non commodasse, relaxatus fuit, & Curia dimissus citra expensas, damna & interesse, Arresto Burdegalensi, quod datum 2. Februarii 1531.

V.

Socii in delictis, quãdo aduersus socium fidem faciant.

In societate ciuili quorundam sociorum depositio pro altero plenæ probationis instar est, dummodo eius tantum portionem attingat, *l. Nullum ff. de testib. & l. omnibus. C. eod.* verum in societate delictorum, socius vnus aduersus alterum fidem non facit, verùm indicia tantum præbet quibus ad quæstionem perueniri possit, prout ait Paulus de Castro *cons. 347. nu. 14.* Et ita obseruatum fuit duobus Arrestis Burdegalensibus, ob furtũ quoddam in domo cuiusdam nomine Malleteti commissum, cuius causa tres è sociis torturæ fuerunt, qui autorem Ioannem Cheualerium nominarunt. Hic captus & torturæ subiectus, eam sustinuit, absolutusque fuit iuxta sententiam Glossæ *in l. edict. ff. de quæstion.* Casus tamen sunt, quibus socius aduersus socium plenam fidem faciat.

1. In Crimine læsæ Maiestatis.
2. Sacrilegii.
3 Coniurationis.
4. Falsæ Monetæ.
5. Hæresis.
6. Simoniæ.
7. Assasinatus.

Primus ac principalis est, crimen læsæ Maiest. *l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. & c. 1. de confess.* Secundus est sacrilegium *cap. in primis. 2. quæst. 1. & cap. quæ autem. 17. q. 4.* Tertius est coniuratio & conspiratio plurium præmeditata, *ca. fin. de testib. eog.* Quartus est falsa & adulterina moneta quæ sine sociis exerceri non potest, *l. 1. C. de falsa moneta.* Quintus est hæresis, *c. literas de præsumptio. & cap. in fidei fauorem. de hæret.* Sextus est Simonia, *cap. 1. de testib. lib. 5* Septimus est, crimen Assasinatus à Baldo positus in *l. non ideo minus. versic. super quod dicit. C. de accusat.* Complures alios posuerunt, verum hi septem modo memorati magis consueti sunt & ordinarii.

Desumtum è Boërio *decis. 108. n. 9.* Huc facit *tit. de fideiussor. & cautio.* suprà, præter titulos singulares de qualibet criminis specie.

VI.

Testis in repetitione contentus esse debet, copia primæ suæ depositionis exhibita.

Testis, qui deposuit & depositionem suam signauit, in repetitione de nouo respondere & deponere tenetur, prælecta ei copia primæ suæ depositionis: prout iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, mense Iulio anno 1520. Ex dispositione quippe iuris testis, qui olim deposuit, rursus deponere tenetur, per oot. per Glossam & Felinum *in cap. præterea. de testib. cog.* vbi non dicitur, quod prima depositio exhiberi debeat. Facit text. *in cap. fraternitatis. de testibus.* Verum est ex consulto Bartoli *in dialog. Tindar. in tract. de testibus*, testem primam suam depositionem postulare posse, & si eam recuperare non possit, declarare se postremæ adhærere velle, ad eam se restringere vel ampliare.

VII.

Inter Catharinam de Vaux tabern[illegible] hospitam pomi rubri Lugduni appellant[illegible] Magnum & Maceum Papillonium [illegible] Regis appellatos. Postea quam de Cam[illegible] pro appellante & Arnoldus pro appella[illegible] audi[illegible] fuere Maioribus diebus C[illegible]aromo[illegible]tanis in Aruernis Curia super appellatione ab appellante interpo[illegible] eo, quod Domini Libellati. Palam partibus iniunxerunt, vt informarent tam per scripturam quàm per testes de deposito, quo appellati dicebant se summam millium sexcentorum coronatorum apud eam deposuisse, dixit prædictam appellantem male & absq; grauamine appellasse, eamq; in mulctam & expensas condemnauit, 24. Octobris 1582. Quia super qualitate appellantis hospitæ se fundauit, quæ cauponam exercet, indeque iudicatum fuit Constitutionem Molinensem *art. 54.* in depositis necessariis locum non habere.

V. quæst. meam 100. & vlt. vbi plenè tractantur quæ ad hanc quæstionem dici possunt. & *lib. 23. tit. 6. § 4.* I.C.

TIT. IX. DE QVÆSTIONIBVS seu tortura.

Vide titulos *de quæstionibus. ff. & C.* & Imbertum *lib. 3. Instit. forens. cap. 14.* Milesium *in pract. sua criminal.* Damhouderii *praxim criminalẽ c. 5. & seq.* Clarũ *lib. 5. sent. q. 64.* Quæstionem intelligere debemus tormenta & corporis dolorem ad eruendam veritatem, *l. 15. §. Labeonem ff. de iniuria.* I.C.

ARRESTVM I.

Accusatus [illegible] tortu[illegible] quæstione [illegible] non [illegible] decernendus.

Reus sufficienter per testes conuictus, quamuis id neget, condemnari potest, neque necesse est, eum quæstione subiici, vt cõfessio ipsius extorqueatur, textus est *in l. 16. qui sententiam laturus est. C. de pœn.* Angelus ait *in l. si certus. ff. ad Syllan.* Iudicem qui plenam malefìcii probationem habet, & quæstioni accusatum subiiciendum decernit, culpandum esse: si enim prædictus accusatus in quæstione nihil fateatur, probationes apertæ sunt, vt tenet Salycetus *in l. ea quidem. C. de accus.* & *in l. si quis adult. C. de adult.* Nam quæstio non nisi ex necessitate & in subsidium decerni debet, atq; tum, cum alio modo veritas deprehendi non potest, *l. edictum*, & ibi Bartolus. *ff. de quæst.* & idem Bartolus *in l. quoties. C. eod.* Propterea post sublatam torturam accusatus, qui nihil confessus fuit, relaxari debet, quæcumque tandem probatio præcesserit, iuxta sententiam Alexandri *cons. 5.* & Baldi *in cap. 1. § iniuria, versic. verum semel tertius. de pace iur. firm.* Et ita iudicatum fuit Arresto Maioris Consilii, pro Notario Lugdunensi nomine Petro Barnetto, accusato aduersus Billandios Lugdunenses. Attamen Curia Parlamenti Parisiensis eos quæstioni subiicere solet, quamuis conuicti sint, neque obstante ipsorum negatiua in quæstione facta, eosdẽ morte afficere.

Desumtum *ex decis. 163.* Boërii.

II.

Quæstio absq; indiciis non decernenda [illegible] ad quæstionem decernendam sufficit.

Accusatus ex dispositione iuris quæstioni subiici non debet absq; indiciis præcedentibus, *l. 1. in pr. & l. pen. & vlt. C. de quæst. l. 1. §. item illud sciendum*, & ibi Glossa. *ff. ad Syllan.* Et hanc ad rem facta fuit Constitutio à Rege Diuo Ludouico, qua accusati, qui aliunde malè non audiunt, verum honestæ vitæ ac conuersationis esse censentur, quamuis pauperes sint, ad quæstionem condemnari non possunt, sub vnius testis duntaxat depositione: & ita obseruatur in Francia aduersus opinionem Glossæ *in l. si quis. C. ad l. Iul. Maiest.* qua vnicus testis deponens se maleficium commissum vidisse, ad quæstionem decernendam sufficit. Prædictam quo opinionem omnes nostri Doctores secuti sunt tam ibidem, quàm *in l. maritus. ff. de quæstio.* Iohannes Faber ait, istud locum habere in crimine læsæ Maiestatis. & ius iuxta stylum Fran-

ciæ manere & constitutionem suprà memoratam in aliis criminibus. Verùm si in quæstione accusatus confiteatur, postridie neget neque in priore confessione perseueret, nonnulli dubitarunt, vtrum quæstio repeti possit? Et responderunt, eam sine nouis indiciis repetendam non esse, *l. Repeti. ff. eod.* idq; locum habet quando quęstioni deditus nihil confessus est: his quippe casibus absque nouis indiciis ac grauioribus quam priora fuerunt, quæ velantur, Iudex ad quæstionem redire non potest, vt tenet Cynus in *l. fin. C. eod.* Quamuis Bartolus contrariũ existimauerit, putà, Iudicem suo arbitrio eam repetere posse, id quod æquum non est. Atque hanc ad rem valdè notandum est, quod Baldus ait in *l. 2. C. quorum appellat. non recip.* si Iudex reum quæstioni subiecit, & inceptam quæstionem non perficiat, sed reũ dimittat, quæstioni rursus eum subiicere ad absoluendam plenè quæstionem absque nouis indiciis non posse. Vt ad repetitionem & iterationem quęstionis redeamus, verum est, si quæstioni subiectus confiteatur, postridie verò neget, quæstioni eum rursus subiici posse absque nouis indiciis. Et ita sæpè iudicatum fuit compluribus Arrestis, iuxta sententiam Bartoli in *l. vnic. §. 1. ff. de quæstio.* & Bald. *in l. in bonæ. vers. item quæro. de confessione. C. de reb. credit.* atque vt confessio constans extorqueatur, reus tribus vicibus quæstioni applicari potest. Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi aduersus Heliotum Chiualium Riberatensem, appellantem à Iudice prædicti loci de Riberat & à Seneschallo Petrocoriensi, à quo ita tractatus fuerat. Superque eo notandum est, si post primam confessionem, bis in secunda videl. & tertia quæstione neget, dimittendum eum esse: duplici enim hac negatione aduersus primam confessionem suam sibi contraluit; res enim fallax est & periculosa quæstio, *l. 1. §. quæstioni fidem non semper. 23. ff. de quæstio.* & ad id Fabius, *Mentietur*, inquit, *in tormentis, qui pati potest: mentietur & qui pati non potest.* Valerius Maximus *cap. 4. de quæstio. lib. 8.* scripsit de Alexandro Fanni seruo, eum, cùm in suspicionem C. Fl. equitis Romani occisi venisset, sexies tortum pernegasse ei se culpæ affinem esse. Sed perinde atq; confessum & à iudicibus damnatum & à L. Calpurnio Triumuiro in crucem actum esse. Verũ si in quęstione semper confiteatur, extra eam neget, decernendum est vt pleniꝰ informetur, interea vero reus apud Acta submissiones faciendo relaxetur, eaque de re D[illegible]. Boetius, allegat Arrestum *dec. 163. in fin.* ibi, *Vnde Curia consueuit ordinare, quod fiat amplior inquisitio.*

Quæstio' repeti potest aduersus negantem id q in quæstione modo confessus erat.

Quæstio ter repetita.

Notabilis praxis super quæstionibus.

Caput hoc maxima ex parte desumptum est ex Imbertó *loco allegato, num. 1. & 2.*

III.

Antonius Testa dictus Morus, ante hac stipendium Regis meritus sub duce cohortis peditum, & nunc domiciliatus, ob crimina quædam non Irenarchalia, seu quorum cognitio ad Irenarchas non pertinet, ab Irenarcha capitur, hic de reo hoc cognoscit & reus crimina confitetur. Postea manib. Irenarchæ exemtus, Seneschallo Aginensi redditur, qui de eius criminibus cognoscit. Coram hoc Seneschallo negat omnia quæ coram Irenarcha confessus fuerat. Exinde de quæstione consultatum, vtrum ei subiiciendus sit, quo ad primam suam confessionem adigeretur, iuxta sententiam Baldi in *l. clarum. C. de autor. præst.* & Lucas de Penn. in *l. 1. de num. & altnar. C. lib. 12.* à quo is appellat. Curia Burdegalensis confirmato iudicio, habita ratione diuturni carceris, cuius omnes Iudices rationem habere debent, *l. omnes 23. C. de pœnis.* eum condemnauit, vt virgis cæderetur per quadriuia Burdegalæ, vlt. Decembris 1519. Boetius *decis. 90.*

Accusatus ob diuturnum carcerem leuius punitur.

Confessio coram Irenarcha facta ad quæstionem sufficiens est.

IV.

Cadauer repertũ & prope id pileus & calceus albus ex puluere cæsi lapidis, qui ad lapicidam quendam satis cognitum spectabant: is captus ad quæstionem condemnatus fuit, Arresto Burdegalensi, quod datum 17. Nouembris 1535. per *c. tua nos. § fin. de homicid.* & Albericus de Rosat. *in l. indicia, C. de rei vendicat.* Boetius *decisio 66.*

Indicium habitus & vestium ꝓpe occisum relictarum.

V.

Quidam nomine Ioannes Girardus Polliensis nocte comitatus famulo rus petens in via occiditur ictu teli, quod corpori infixum mansit. Famulus interrogatus ait, se quidem ictũ emitti vidisse: verum actorem non cognouisse: attamen videri sibi eum fuisse quendã nomine Guyotiũ Guidonium vicinum. Secundò prędictum Guidonium cum vxore occisi familiarẽ nimis fuisse. Tertiò telum corpore extractũ & aptatum arcubalistæ in domo penes prædictum Guigonium repertę, ei aptum erat & conueniebat. Qui casus similis est ei, quẽ posuit Antonius Butr. de pugione in corpore reperto, & ad vaginam relato, penesq; accusatum reperto. Quarto Officiarii loci per suspicionẽ eum capiunt & corã cadauere sistunt, quod 15. vel 16. horis antea occisum fuerat, ac corã omnib. vulnus sanguinem emittere visum. Exinde quęstioni applicatus fuit, à quo nõ appellat: post duo aquæ malluuia infusa, cum tormenta pati diutius nõ posset citra confessionem, à decreta quęstione appellat. Executor quæstionis satis timidus subsistit, cum vlterius procedere deberet. Reus ad Curiam Parlamenti Parisiensis deducitur, vbi auditus, Arresto quod datum 12. decembris 1548. remissus, dictumq; fuit, id á quo appellatum fuit, effectum suum sortiri oportere, eumq; in statu, quo erat, reponendum, & quæstionem absoluendam. Is remissus ac quæstioni subditus in negatione sua persistit. Relaxatur non obstantib. indiciis quę purgata erant, vt ait Salycetus in *l. ea quidẽ. C. de accus.* & in *l. si quis. C. ad l. Iul. Maiestatis.* Curia summam rationem habuit emissi & commoti sanguinis, absq; eo quippe quæstio, quam is sustulit, sufficere debebat: vel primum Iudicem ob appellationem non subsistere, verum vlterius ad perficiendam quæstionem procedere oportebat, prout super alio casu Arresto Parisiensi iudicatum fuit. Atq; huiusmodi voluntaria intermissio quęstionis repetitionem impedire debebat, id quod dicit Baldus *in l. 2. C. quorũ appell. non recip.* puta, quod tormenta non plene imposita sine indiciis nouis repeti non possunt, & Idem *in l. 1. C. de Confess.* Atque ideo hoc indicium emissi sanguinis maxime notãdum est, tanquam fundatum in experientia & ratione naturali. Paris de Put. *in synd. in verb. tortura. vers. mandauit Rex*, refert in Cardinale quodam S. Marci Romæ occiso huiusmodi experientiam comprobatam fuisse. Ang. in *tract. de homic.* Simile quid de Ægyptio quodam interfecto narrat. Hippolytus de Marsiliis *in praxi sua crim. §. diligenter* ait, coram se similem casum venisse, neq; se hoc indicium sequi voluisse. Dn. Boetius ait, se duas lites in Curia referri vidisse, in priore cum matre, quæ filium suum occiderat, octiduo post eius cadauer inspexisset, sanguinem emissum & è naso stillantem visum fuisse: in altera de occiso quodam duob. mensibus post è terra effosso & ante accusatum constituto, qui super eo ambulauit, sanguinem ꝑ vulnera redditum & emissum ab omnibus visum fuisse. Philosophi pro lege naturæ tenent, occisum adeo profunde aduersus occisorem suum concepisse ini-

Indicia notabilia in homicidio. 1. Testes 2. Adulterium, 3. Telum conueniens arcubalistæ accusati.

4. Sanguis post mortem commotus.

Quæstio cœpta non obstante appellatione perfici debet.

Sanguis emissus, ex occiso homicidam indicat.

micitiam, vt sanguis licet indurstus, eius conceptionis vi & efficacia fluere possit. Tolle in *Genesi* sanguine Abelis, & in *Apocalypsi*: *Ecce post haec vidi animas interfectorum clamantes ad Deum & dicentes: Vsq; quo Domine non das iudicium, & vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus nostris, qui sunt in terris?*

Vide *Arr.* 13. *h. tit.*

VI.

Testes qui non videtur sed clamorem audiuerunt, indicii loco sunt. Indicium clamoris testibus probati.

Tonsor quidam nomine Bernardus Comitius, accusatus occidisse vxorem suam, manè in cubiculo, vbi soli cubuerant, mortuam inuentam, à Seneschallo Aquitaniæ ad torturam condemnatus fuit, eo quod nonnulli vicini dixerant, se noctu ictus audiuisse ac defunctam huiusmodi verba summo clamore protulisse: *Bernarde, tu me occidis.* Ab eo ad Parlamentum Burdegalense appellat, vbi Arresto, quod datum 23. Ian. 1538. dictum fuit, bene iudicatum fuisse per *l.* 1. §. *si vir aut vxor, & l. si quis grani. §. si maritus vxorem intra cubiculum suum cubantem necauerit. ff. ad Syllan.* textus expressior est in *l. fin. C. ad l. Corn. de sicar.* Baldus *in cons.* 122. vol. 2. posteaquam in vtramq; partem disputauit, definit, in pari casu plures præsumtiones coniunctas ad iudicandum casum propositum sufficere debere, citra ordinarias ac regulares probationes, veluti minas præcedentes de nece, crudelem tractationem, qualitatem ictuum à vicinis exauditorum, fugam mariti & alia. Adde quod mariti mortem vxorum suarum auide appetunt, vsque adeò vt mariti quoque admoneat. *c. admone.* & ibi Glossa, *in ve b. existimes.* 34. *q.* 2. cuiusque probatio difficillima est, prout ait Hipp. de de Marsiliis *in l.* 1. *C. ad l. Cornel. de sicar.*

VII.

Indicia testimonii duorum infantum aduersus patrem ipsorum.

Iudex Marmaudensis consilio prius capto decernit, reum accusatum vxorem suam in puteum deiecisse, cum situlam aqua plenam extraheret, & à duobus ipsius infantibus prægrauatum, quæstioni subiiciendum, ad veritatem eruendam, à quo Burdegalā appellat, vbi Arresto dictum fuit 26. Febr. 1528. benè iudicatum fuisse, iuxta textum *in l. fin. C. ad l. Cornel. de sicar.* & quo iam Appelians prædictus quæstionem sustinuit, relaxatus fuit.

VIII.

Clericus remissus & torturæ suppositus & postea condemnatus.

Bertrandus Paueus Studiosus Aurelianensis & actu studens, Clericus nondum coniugatus, redditus Arresto ab Officiali Parisiensi, sub reseruatione casus priuilegiati, cuius nomine accusabatur, quod arma portasset, quæstioni deditus fuit in carceribus Episcopi Parisiensis, curantibus nonnullis è Dominis Curiæ: ac postea quam delictum confessus fuit, condemnatus fuit Arresto in mille libras, media parte Regi inferenda, altera media parti, & vt carcere contineretur vsq; quò prædictam summam soluisset. Ex quo consequentia duci potest, quæstionem in criminibus decerni posse, quæ mortis pœnam non ingerunt, nisi quis dicere vellet, hoc casu pœnam mortis incurri posse, verum ab ea accusatum excusare conditionem ipsius clericalem.

IX.

Quæstioni suppositus in confessione sua 24. horis post torturam perseuerare debet.

Reus si in quæstione confessus fuerit, 24. horis post perseuerare debet, ex quo quæstione liberatus fuit, *l. si confessus. ff. de custod. reor. & l.* 1. §. *quæst. & §. si quis vltro. de quæst.* & ad hanc rem extat Constitutio Regis Ludouici XII. *artic.* 113. Atque ita iudicatum fuit Arresto 6. Augusti 1535. aduersus Martiam Marineum, carnificem Parisiensem.

Iacobus Butrig. in hac sententia est *in l.* 2. *ff. de custo. reor.* puta, huiusmodi interuallum ad minimum vnius diei esse debere, quod 24. horarum est, vt metus quæstionis, tortura ac doloris eius vehemens cesset, & quadamtenus leniatur, ac videri possit, verum accusatus iam à quæstione liber in confessione in tortura facta perseueraturus sit, etsi Barto. et id arbitrio iudicis relinqueri *in l.* 1. §. *Diuus ff. de quæst.* V *Ar.* 1. *App. h. tit.*

X.

Presbyteri vel Clerici criminis grauioris quæstioni subiici possunt.

Presbyter vel Clericus accusatus criminis grauioris, quo priuilegium suum amittunt, necessario coram seculari iudice respondere cogantur: & quod magis est magisq; notandum, id obseruatur iuxta nonnulla Arresta data in Camera parricidali Parisiis, non expectata videlicet probatione prædicti criminis grauioris, eos quæstioni subiici posse aduersus dispositionem iuris, quo primò probatio requiritur: prout plenè notatur *in tit. de iurisdictio. secularis super personis & rebus Ecclesiasticis.*

Olim in Ecclesia nullis quæstionibus vti consuetum erat, neque vllo modo de criminibus cognoscere, ac participes sanguinis fierent: prout Seuerus Sulpitius notat in *vita S. Martini.* Verùm nouissima Iurisprudentia, iuxta *cap.* 1 *de depos.* Iudicibus Ecclesiasticis permisit, per quæstionem procedere aduersus Simoniacos & alios. B.

XI.

A quæstione non immunes.

Hodieq; qui immunes sunt à quæstione singulari lege seu priuilegio, ex eo priuilegio nihil retinuerunt, nisi quod necesse sit vt indicia maiora & euidentiora sint, quàm aduersus alios, not. in *l. miles agrum. C. de quæst.* Cæterum quæstioni non minus subiiciuntur, cum reatus omnem dignitatem excludat, *l.* 1. *C. vbi Senator vel clariss.* Atq; ita iudicatum fuit Arresto Tholosano aduersus filium Capitolini cuiusdam ciuitatis, qui quendam Præfectum Vigilum nomine Guiotum vulnerauerat, & priuilegium suum opponebat ad euitandam quæstionem à quo depulsus fuit.

Vide Boerii *decisio.* 163.

XII.

Idem.

Ex dispositione iuris communis Eques, Baro vel Comes quæstioni seu tormentis subiici non debet, *l. milites neque tormentis, & L. Diuo Marco placuit. C. de quæst & l. omnes iudices. C. de decur. lib.* 10. Nihilominus Arresto Curiæ Parisiensis contrarium iudicatum fuit anno 1585. vbi D. primus Præses Aduocato interdixit, ne in posterum huiusmodi iura allegaret, addita declaratione contrarium se obseruari, atq; omnes, ipsorum dignitate non obstante, proni delicta id exigerent, quæstioni ac tormentis subiiciendos esse.

Caput hoc desumtum est ex *decisio.* 46. Galli, vbi Molineus annotauit, hodie in Francia neminem à quæstione immunem esse, sed non tam de facili, militem, Comitem, Baronem aliasq; personas illustres ei subiici, ve viles. Imbertus eius rationem [illegible], quoniam si criminis probationes aliquæ sint, huiusmodi. reatus omnem honorem excludit, id quod sumitur ex *l.* 1. *vbi clarissim. C. & l. Senator. ff. de rit. nupt.* nec honor ei seruatur, qui se in tantum fœdus deduxit. I. C.

XIII.

Quæstio incerta ab subiici debet, non obstante appellatione.

Sæpè iudicatum fuit Arresto, & plerumque atque ordinariè in Camera parricidali obseruatur, vt & alibi, si aduersus reum quæstio decernatur, qui ab ea non appellat, sed expectet donec ei applicetur, postea in tormentis constitutus appellet, non obstante, ipsius appellatione neque ei deferendo, ad perficiendam quæstionem vlterius procedendum esse. Atque ideò reo denuntiari prius debet, vtrum appellare velit nec non, antequam actualiter tormentis subdatur, interruptio quippe exequendæ quæstionis periculosa & præiudiciabilis veritati foret, cui fauendum est. Idque declaratum fuit Arresto Parisiensi, in appellatione Guidonis incarcerati Mombrisonii, 22. Decembris 1548.

Nota, nonnunquam quæstionem interminari vel offerri, quo reus commoueatur ad confessionem, non tamen adhiberi nisi ob indicia manifestissima. B.

APPEN-

APPENDIX ARRESTORUM
Ad Titulum IX.

I.

Quando accusatus post confessionem suam in quæstione, negat.

SI accusatus postridie interrogatus neget id quod in quæstione confessus fuerat, confessioni in tortura factæ stari solet, si ea verosimilis sit, conformis & ad probationem in lite proximè accedat, si euidentia & magna indicia, verosimilia sint proximè ad confessionem accedentia, alias confessionis in tortura factæ ratio non habetur, nisi extra quæstionem interrogatus perseueret, Imbertus *prædicto loco*, Hippolitus de Marsiliis in *l. quæstionis nodum. ff. de quæst. nu. 17.* id arbitrio Iudicis relinquit, iuxta *d. l. 1. §. Diuus.* eò quod huiusmodi confessio metu tormentorum facta videtur, non autem ex veritate, prout ait Bartolus & alii ad *d. §. Diuus.* Cicero pro Sylla, *Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi tum corporis, regit quæsitor, flectit libido corrumpit spes, infirmat metus: vt in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur.* Seneca: *Multos innocentes dolor mentiri cogit.* Cassiodorus *variar. 3. epistol. 46. Inter supremas etiam anhelantis angustias votum est potius perire quam viuere.* D. Augustinus *lib. 19. de ciuit. Dei cap. 6. In quæstionibus* (inquit) *testes innocentes in causis torquentur alienis, hi qui arguuntur vi doloris plerumque & de se falsa confessi, etiã puniuntur innocentes, cũ iam torti fuerint innocentes, etsi non morte moriantur in ipsis vel ex ipsis tormẽtis plerumque, moriuntur, prodesse nescientes.*

De tormentis quæstionis.

De confessionibus in tortura factis.

Igitur si supra memoratæ circũstantiæ in cõfessione nõ reperiuntur, Iudex cõfessioni criminis rei stare nõ debet factæ in tortura post indicia: verũ ante omnia diligenter considerare debet, vtrum confessio hæc verosimilis sit ac possibilis, vt ait Menochius *lib. 2. de arbit. iudic. centur. 3. casu 269.* Damhouderius *cap. 39.* Item necesse est vt de facto appareat, iuxta sententiã Decii *in consil. 504. n. 7.* Et ante omnia necesse est, vt de facto appareat: quod si enim de homicidio & cadauere nõ appareret, huiusmodi confessio ad constituendum aduersus accusatum iudicium non valeret, *l. 1 §. item illud ff. ad S C Syllan.* Boërius *deci. 140. n. 31 & 39 & dec. 64. & 156.* Propterea Iudices quidam in Curiis personaliter citati fuerunt, interim vero suspensi ab exercitio Officiorũ suorum Arresto 22. Nouemb. 1580. qui accusatum quendam quod mulierem quandam interfecisset, condemnauerant super hoc solo indicio, quoniam ab Irenarcha in vicinia pagi, vbi mulier habitabat, deprehensus fuisset, fugiens & perterritus, atq; captus in tortura ac quæstione confessus esset antequã liquida ac certa probatio de morte istius mulieris fuisset, quæ biennio post accusatum iam punitum reuersa est.

V. Robertum *rer. indicat. lib. 2. cap. 4.* I. C.

TITUL. X. DE POENIS.

Vide Duretum, qui prolixe *de pœnis* scripsit, & tractatum confecit. Et Guenoisium *in commentar. ad Instit. forens. lib. 3.* vbi prolixe de puniendis criminibus & delictis disseruit.

ARRESTUM I.

Pœna pro nonnullis ab aliis suffertur.

SÆpè euenit, vt iuste vnus alterius pœnam sustineat, purà, filius pro patre, subditi pro Dominis, minores pro maioribus, & vice versa. Nominatim quando Corpus quoddam & Vniuersitas crimen læsæ Maiestatis, rebellionis, conspirationis & feloniæ aduersus Principem suum commisit, itemque in crimine hæreseos *cap. statutum, de hæret. in 6. & cap. felicis. de pœnis.* Exemplo est Carthago, in qua aratrum inductum, funditusque deleta fuit propter perfidiam, rebellionem & conspirationem nonnullorum priuatorum, vt scripsit Iurisconsultus *in l. si vsusfructus ciuitati. ff. Q. M. V. A.* Et ita euenit Arresto quod datum à Domino Duce Mommorancio, Pari & Conestabili Franciæ, Locumtenente generali Regis aduersus ciuitatem Burdegalensem, adsistentibus ei Consiliariis & Magistris Libellorum: eò quod nonnulli ex prædicta ciuitate inhumano modo ac more occiderant Dominum de Monneins, Gubernatorem & Locumtenentem Regis, & complures Officiarios prædictæ ciuitatis Burdegalensis.

Carthago funditus deleta.

Burdegala condemnata.

II.

Quando pœna arbitraria est & officio Iudicis declaranda relinquitur, Iudex mortis pœnam decernere potest, si crimen eam mereatur, velut si apparitor vel executor officio suo abusus est, si abusus propter multiplicationem vel grauitatem mortis supplicio digni sint, eum quoque eodem supplicio afficere potest: quia officium suum ad mortem inclusiue potest extendere, secundum Glossam in §. *in summa. Inst. de iniur.* Atque ita Arresto Parisiensi, quod datum mense Decembri 1545. Iudicatum fuit.

Pœna relicta arbitrio Iudicis ad mortem extendi potest.

III.

Crimen sacrilegii simplici furto longe grauius est, atque ideo grauius puniendum. Nonnulli per *l. sacrilegi capite puniuntur, ff. ad leg. Iul. pecul.* dicere voluerunt, huius delicti pœnam ordinariam esse mortis. Nihilominus pœna eius verè extraordinaria est & arbitraria pro qualitate maleficii, *l. lege. § mandatis.* ibi, *sacrilegi extra ordinem digna pœna puniuntur. ff. ad l. Iul. pecul. & l. sacrilegii pœnam.* ibi, *debebit Proconsul pro qualitate. eod. tit.* Et quamuis *d. l. sacrilegi*, pœnam capitalem constituerit, ea tamen non est mortis pœna: pœna enim capitalis intelligitur exilium, adgnitio solennis & deprecatio, priuatio officii, infamia & aliæ pœnæ, quibus aliquis capite, id est, fama, & honore imminuitur. Et plerumque lex mentionem faciens pœnæ capitalis, intelligit exilium, vt ait Glossa in *l. 1. C. ne Christ. mancip. & in l. 1. C ad l. Iul peculat.* Ac quando criminis pœna mors est, non satis est mentionem facere simpliciter pœnæ capitalis, verum addendum est hoc verbum, *vltimum supplicium*, quod indubitate mortis est supplicium, id quod patet ex text. *l. præsenti. in pr. C de his qui ad Eccles. confug.* ibi, *capitali & vltimi supplicii animaduersione plectendis*, & text. in *l. vbi. in fin. C. de fals.* Igitur Iudex pœnam sacrilegii arbitrio suo definire debet, quoniam extraordinaria est & eius arbitrio relicta, eamque in suem rationes suas ponderare debet iuxta qualitates & circumstantias criminis, iuxta qualitatem & conditionem rei delinquentis, sexus, temporis, horæ, locorum, aliarumque circumstantiarum, quæ ei offerentur, atque ita iudicare & vel maiorem vel leuiorem pœnam irrogare. Eaque verba sunt *l. sacrilegii pœnam.* supra allegatæ. Cui conuenit textus in *l. respiciendum. ff. de pœnis.* Nihilominus Iudex cui declarandæ pœnæ extraordinariæ potestas data, eam vsque ad mortem naturalem extendere non potest, vt notatur in *l. 1 ff de furt. baln.* & in *l. 1. §. expilatores ff. de effract. & l. hodie. ff de pœnis.* & vt ait Alexander, *in consil. 121. num. 6* Atque hanc rem sententia Glossæ in §. *in summa. Instit. de Iniur.* quæ tenet contrarium, non apud omnes obtinuit. Ob supradictas causas in Parlamento Burdegalensi dubitatum fuit, cum reus quidam conuictus surripuisse thecam Hostiæ, & calicem pedibus subiecisse, vt eum frangeret & frusta commodius auferret & vno è calonibus suis ictus ei inflixisse atque ita corrupisse, vtrum is ad mortem condemnari deberet, nulla habita ratione iurium superius allegatorum? Decretumque fuit, grauitatem & qualitatem delicti sacrilegium excedere. Igitur iuxta d. Glossam in §. *in summa*, ad mortem & vltimum supplicium condemnatus fuit, Arresto Parisiensi, quod pronuntiatum 17. die Martii 1527.

Sacrilegii pœna ordinaria non est, sed arbitraria.

Pœna capitalis simpliciter nõ est mors.

Vltimum supplicium mors est.

Pœna quomodo arbitranda.

Pœna arbitraria ad mortem extendi nõ potest.

Sacrilegiũ qualificatum morte punitum.

tii 1527. Simile iudicatum fuit altero Attesto prædicti loci aduersus quendam nomine Palamedem de Poy, appellantem à Iudice de Pons, 12. Septembris 1533. Rex noster Carolus IX. humanè excusare voluit sacrilegia adeò horribilia & execranda nostro tempore, vltimis hisce tumultibus perpetrata, expresso Edicto, ac plenam omnibus, qui iis perpetrandis operam suam impendissent, abolitionem indulgere, hoc colore, quod ea tanquam hostes, forma hostilitatis perpetrassent. Nescio vtrum huiusmodi abolitio in Curia cœlesti, in qua Deus omnipotens præsidet, admissa & comprobata fuerit, & vtrum rei horum criminum coram eo impune constituti sint. Quintus Cæpio Consul Romanus eius rei testimonium sufficiens præbuit: quamuis enim bello aperto Tholosam cepisset, exercitu Romanorum, quorum ipse generalis Locumtenens seu Legatus erat, nihil ominus quoniam templa prædicti loci spoliauerat, id ei eiusque exercitui malè cessit, quorum nullus impune mortuus est: deq; eo scriptum fuit, omnes qui tantillum auri spoliati & è templis sublati tetigissent, execranda ac miserabili morte, periisse, indeque natum vetus prouerbium, *Aurum Tholosanum*, ad arguendum seu vt indicetur, sacrilegos grauissimas pœnas manere.

Edictum abolitionis delictorum tempore tumultus perpetratorum.

IV.

Resumendo rationes supradictas ad instructionem Iudicis tendentes, cuius partibus incumbit ea circumstantiis facti, de quo cognoscit, vel mitigare vel augere pœnam ordinariam lege constitutam, si contingat, vt in prædicto facto contrarias duas circumstantias inueniat, vnam, quæ ad mitigandam pœnam, alteram quæ ad augendam eam tendat, hoc sanè casu Iudex valde hærebit, vt euenit in Parlamento Bordegalensi; Duo adolescentes calicem argenteum cum patina furto surripuerant, die Iouis sancto intra repositorium in templo, quo die nocteque adoratum iri solet. Finis ob quem Sanctuarium istud erectum erat, itemque diei solennitas Iudices commouere poterat, vt ad mortem hosce sacrilegos condemnarent, ea ratione *l. sacrilegii pœnam ff ad l. Iul. pecul. & l. respiciendum. ff. de pœnis.* Econtra iuuenilis ætas accusatorum ad pœnam quoque mitigandam eosdem permouere poterat, *l. auxilium. §. delictis. & l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minoribus.* Attesto 22. Maij 1528. condemnati fuerunt, vt duobus diuersis & proximè insequentibus diebus Sabbathi per quadruuia virgis cæderentur: duobus diebus Dominicis sequentibus prædictos dies sabbathi, maiori Missæ indusio solo amicti, flexis genibus, tædam ardentem manu tenentes, & fune in collum iniecto assisterent: &, cum eleuatio corporis fieret, alta ac sublata voce à Deo delicti veniam peterent, & ad reficiendum fractum calicem eumque vna marca augendum, tandem Seneschalliæ Vasatensi exulare iussi.

Sacrilegiũ qualificatũ castigatione punitũ propter iuuenilem ætatem reorum.
Crimen habens duas circumstantias: vnam ad augendam pœnã, alteram ad eandẽ minuendam.

In puniendis infantibus attenditur vtrum doli capaces sint vel non: primus ex ipsa ætate cognoscitur, si videl. pubertati proxima sit, puta decem vel vndecim annorum, præterea si malitia præmeditata deliquerint, corporali pœna afficiendi sunt: si damnum iniuria non culpa datum fuerit, iuxta *l. 5. ad l. Aquiliam*, pœna minor irrogatur: præcipuè si rebus illicitis operam dant. aliud foret, quando illicitis ludis vacant. Hanc ad rem notandum est iudicium aduersus infantem datum, qui punitus fuit (vt recenset Aulus Gellius) eo quod oculum vnum cornici effodisset. B.

Infantes delinquentes quomodo puniri debeant.

V.

Sæpe euenit, vt quamuis conuicti de criminibus ordinaria pœna puniti fuerint, nihilominus ad perpetuandam facti memoriam, & manifestandam infamiam illius & exemplum euidentius statuendum, decernatur, malefactorum domum diruendam & in aream conuertendam: prout dictum fuit Attesto Maioris consilii, 24. Augusti, aduersus Parisiensem quemdam, ex cuius domo complures tùm domestici eius tùm alii armati egressi & aggressi fuerant Scholares in pompa seu processione S. Catharinæ, vnde plurimi vulnerati fuerunt. Et Attesto Parisiensi, quod datum mense Octobri à Camera tempore Vacationum cõstituta, anno 1546. aduersus Hæreticos Meldenses. De quodam dulciario habitante in ciuitate & conuicto, quòd artocreata & farcimina ex carne suspensorum fecisset & vendidisset, narrant eum ad mortem condemnatum, eiusque domum dirutam fuisse. Simile Attestum *artic. 7. huius tituli.*

Domus diruta ob execrationem criminis.

VI.

Pœna eorum qui aduersus naturam luxuriantur, ignis est, & ita aduersus asinarium iudicatum fuit Attesto Tholosano, quod datum Maioribus diebus Podiensibus, 17. Septemb. 1548. Dispositio iuris communis mortis supplicio eos subiecit, *§ præcipimus. Nou. 77.* Verum hæc species mortis ex interpretatione cõsuetudinis desumta est: iuxta id quod ait textus *in l. si interpretatione. ff de legibus.*

Sodomiæ qualificatio pœna ignis.

Mense Aprili 1584. Italus quidam viuus combustus fuit ante Luparam: & antea Attestum datum fuerat aduersus Protonotarium Montis alti Sodomitam anno 1557.

VII.

Inter Attesta Parlamenti omnium sanctorum anno 1583. pronuntiatum fuit, benè iudicatum fuisse à Balliuio Ambianensi, qui decreuerat, vt domus Amanuensis conuicti tam testibus quàm propria confessione, quod in ea domo nonnullos in exilium eiectos auctoritate Curiæ Parlamenti Parisiensis, receperat & celauerat, dirueretur.

Domus Amanuensis diruta.

Mense August. 1569. domus de Gastine Parisiis diruta fuit.

VIII.

Fabricius Procurator Agenensis, qui à pœna corruptorum testium dolorum absolutus fuerat, quod torturam passus fuit, postea ob exiguam culpam in causa quadam aduersus Ioannem Barre commissam, quæ ad eundem falsi finem tendebat, Attesto Burdegalensi, 14. Augusti 1537. condemnatus fuit, ad decollationem. Quantumuis enim à pœna accusatione euasisset, Curia tamen de eo conceptam malã opinionem retinuit, præcipue vero quia in idem delictum recideret. Sic prius delictum aliquo modo repetitum fuit: semel enim malus, semper malus esse præsumitur in eodem genere mali, *cap. semel. de reg. iur. in 6.*

Iteratum delictum morte punitum.

IX.

Si reus accusatus variis solius criminis, cuius nomine is, qui de eo cognoscit, competens est Iudex, is incidenter alia crimina, de quibus cognoscere non posset, si de iis principaliter ageretur, cumulare potest, *l. 1. C. de ordin. iudicior.* adde quod ea crimina accusationem, cuius cõpetens iudex est, cõfirmant, & accusatorem eò magis prægrauant, & per cõsequens personam aggrauant & demonstrant, eum malè agere solitum, putà homicidiũ agere, cædere, furari, blasphemare, *l. Nemo deinceps. C. de Episc. Audient.* Et quod plus est ac maximè notandum, si accusatus antea cõuictus fuit criminis alicuius, cuius causa punitus nõ fuit, verum impunè dimissus, vel si punitus fuit, nimis leui pœna affectus, quàm grauitas delicti efflagitaret, vltimus Iudex eius rationem habere tenetur, aliàs dissimulatione sua culpã committet, *l. sermos. C. ad l. Iul. de vi public.* Et ita iudicatum fuit Attesto Parisiensi Curiæ, 13. Iunii 1533. aduersus reum incarceratum leuissima de causa, ita vt pœnã corporalem non mereretur: in medium aliis criminibus productis, ob multiplicationẽ & concursum ad suspendium condemnatus fuit.

Iudex competens delicti cumulare ea potest, quorum principaliter iudex competens non esset.
Accusatus ex leui causa & capite ob alia crimina suspensus.

Dispo-

X.

Pœna pecuniaria adiudicata parti in corporalem conuerti non potest.

Dispositio iuris certissima quidem est, delinquentes in multam pecuniariā fisco inferendā condēnatos, si soluendo non existant, extraordinaria personali castigatione puniri. *l.1.§.generaliter.ff.de pœna*, *& l. fin. ff. de iniur. vera.* Nihilominus maximum dubium inter Doctores nostros facit, vtrum praxis hæc ob multam parti ciuili adiudicatam exerceri possit? Nonnulli affirmatiuam tenuerunt ob generalem dispositionem prædicti *§. generaliter*, qui nullam distinctionem facit. Alii ad negatiuam magis inclinarunt. *Præses enim Prouinciæ* (inquit Vlpianus *l. 1. opinionū*) *multam, quam irrogauit, ex præsentibus facultatibus eorum, quibus eam indixit redigi non posse deprehenderit, necessitate solutionis moderatur*, isque est textus *in l. illicitas. §. penul ff. de offic. Præsid.* præterquam quod in pœnalibus humanior interpretatio facienda, neque inhumana & religioni ac Charitati Christianæ malè conueniens amplectenda. Super eo Curia Parlamenti Parisiensis Arresto suo sane æquissimo, 29. Martij 1427. condemnatum quendam, qui soluendę mulctæ parti ciuili adiudicatæ par non fuerat, ad cessionem bonorum admisit, decreuitque ea facta, eum carcere liberandum. In alio delicto commutata fuit multa in ieiunium, vt supra scriptum est *tit. de cessio. bonor. Arr. 8.*

Cessio bonorum pro multa ex delicto.

Nihilominus, si huiusmodi condemnatio multæ procedat ex crimine, quod per se corporalem pœnam infert, & occasione quadam in pecuniariam conuertatur, Iudex declarare potest, vt si intra certum tempus a se præstiturum solutioni illius non satisfecerit, ex tunc vt ex nunc eam declaratam esse corporalem fustigationis vel alterius sub limitatione Arresti 11. sequentis.

V. Lucium *lib. 12. tit. 8. Ar. 3.*

Idem.

Quomodo fieri debeat conuersio pœnæ ciuilis in corporalem, vide *tit. de cessio. bonor.* & *tit. 16. huius libri.* Hanc ad rem notandum est Arrestū de 6. Decēbris 1576. quo quidā nomine Isaacus Roussæus Aurelius litigans, Arresto ad cessionem admissus fuit pro 60. libris expensarum procedentium ex delicto verberum inflictorum B. V. præter duas illas leges ab initio huius cap. allegatas, *l. si quis l. iniuriam. ff de iniur. l. quicunque. C de seru. fugitiu.*

XI.

Idem

Pœna pecuniaria descendens ex delicto in pœnam corporalem conuerti non potest, si exigua sit, duorum tantum coronatorum vel minor, iuxta id quod ait Balduin *l. quicumque. C. de seru. fugitiu.* Atque ita Arresto Burdegalensi iudicatum fuit.

XII.

Multa quā do infamet

Condemnatio in multam pro delicto non famoso infamiam non irrogat, vt declaratum fuit expresse Arresto Tholosano quod allegat Aufrerius *in dec. c. Tholosa quæst.* 274. secus est si ex delicto infamante.

XIII.

Pœna corporalis decerni non potest super lite ciuili facta.

Iudex ordinarius pro delicto capitali, extraordinaria lite perfecta, quoniam id definitiue iudicare non poterat, partes in lite ordinaria admittit & ad scribendum per intentiones & responsoria, postea vero ad probationes faciendas: ad quorum relationem accusatus in persona comparebit: hoc facto & ordinaria lite instructa, delictum probatum reperit, & accusatum ad patibulum condemnat, à quo is appellat: Arresto Parisiensi anno 1388. dictum fuit male iudicatum: quoniam enim lis ciuilis facta fuerat, nōnisi multa pecuniaria infligi poterat. Idque postea obtinuit & iudicatum idem fuit Arresto Maioris Consilii vlt. Martii 1551. Ægidius Persius, vnus è quatuor Irenarchis Franciæ, accusatus fuerat, quod Michaelem Lemouicensem reum à se captum occidisset, falsoq; supposuisset, eum semetipsum interfecisse inter manus duorum custodum in cætu suo in hospitio Iancium, in platea de la Calendre Parisiis, qui eo nomine diu in carcere detentus fuit Postea cum extraordinaria nulla alia prædicti Irenarchæ culpa inueniretur, nisi quod minus diligenter, vt par erat, prædictum Lemouicensem custodiisset, præsupposito tamen eum sibiipsi mortem cōsciuisse, prædictus Irenarcha semper multa dignus erat, vt plene notatur in *Arr. 2. tit. de Commentariensi.* Supra partes ad litē ordinariā admissæ fuerūt, in qua pars ciuilis maximas probationes aduersus prædictum Irenarcham retulit, iisq; relatis carcere inclusus fuit. In cōsultatione iudicii opinionum conflictus ac dubium hoc erat vtrum ad mortem condemnari posset super lite ciuili facta? Conclusum, & iudicatum fuit, quod non: Nihilominus præter multas pecuniarias tam Regi quam parti adiudicatas, in quas condemnatus fuit officiis quæ a Rege tenebat, priuatus & incapax deinceps eorum declaratus fuit. Omnia hæc manifesto mortē ciuilem repræsentant, quod mirum est, ob perpetuam irrogatam infamiam, ex maxima capitis diminutione, quæ extra Aquiliam est, ex qua consequimur ciuiliter id quod nostra interest.

XIV.

Ad patibulum damnatus puellæ relictus & traditus.

Doctores nostri admodum se torquent, neq; tamen quicq̄ definiunt nempe, vtrum condemnatus ad mortem puellæ eum in maritum sibi petenti tradi ac relinqui possit: Arresto Parisiensi, 12. Februarii 1515. iudicatum fuit id fieri posse. nonnulli eum in finem allegant *l. commissum adult. C. de adult.* quæ tamē contraria, vt certe est huic decisioni mihi videtur, vt tenet Iacob. de Belloui. *in pract. tit. de lenoci. ver. 26.* Benedictus *in cap. Raynutius in verb. mort. itaq; testator, n. 269.* ait, in nonnullis locis id fieri, & allegat *d. l. commissum.* verā suā sententiā esse, id neq; debere neq; posse fieri, Paris. de Put. *in suo syndic. in verb. pœna vers. an si iudex*, allegat. *cap. inter opera charitatis. de sponsal.* & ait Hispanos ita obseruare. Quicquid sit, id iure fiat non potest, si absq; venia & rescripto Principis fiat, executionem capitalem differentis, vsque quo de omnib. cognitum fuerit: solum quippe matrimonium neq; velare neque delere pœnam potest, *d. l. commiss. adult.* quæ expressa, & ita decisioni supradictæ contraria. Dn. Tiraquellus ad hanc rem ait, se nescire vtrum in Frācia id olim obtinuerit, verum se bene scire, suo tempore istud obseruatum non fuisse. Et aduersatur *l. si ex causa §. Papinianus. ff. de minorib. & l. 1. §. fin. ff. de quæstio.* prout ait Maluetius *tit. de pœnis.* Nonnulli iocari ac dicere voluerunt ad patibulum condemnatum puellæ tradendo ac relinquendo, exinde pœnam nō remitti, si in maritus puellæ detur, eo quod hæc res maioris ei pœnæ loco sit, quam ipsa mors. Inter quos est Chassaneus *in sua Consuetud.*

V. Boërium *dec. 217. n. 20.*

XV.

Quinam citra diuisionem in solidū cōdemnari possint.

Quamuis æquum sit, vnumquemque delicti sui pœnam sustinere non vero alterius: attamen quando delictum à pluribus commissum in id coniunctis animis consentientib. vnusquisque eorum in solidum tenetur, & insolidum condemnari debet, citra diuisionem, *l. si multi. ff. de publ. & l. item Mela. §. sed et si seruum ad l. Aquil.* & vnus recinceri vel cogi potest diuenditis ipsius bonis ad integras multas soluendas. Ita Arresto Parisiensi contumaciali decretum fuit, 26. Iunii 1546. pro Ioanne Puy, aduersus Antonium Loanium & complures consortes, qui catapultis, scalis aliisque machinis bellicis prædictum Poy ante castrum Longeuillanum obsederant, & eo vsque redegerant, vt ex defectu alimentorum canes suos comedere coactus fuerit. Verum quoq; est satisfactione

e vnius liberari reliquos, qui singuli pro rata ei rendere cogantur, prout not. Doctor. in l. si familia. ff. de iurisd. om. iud.

Vide suprà tit. de consortibus litis. Ar. 3. Plures delinquentes omnes teneatur, neque vas seu sponsor vllus datur in delictis, noxa caput sequitur, l. si plures traben. ; ad l. Aquil. Aliud in ciuilibus. B.

Quomodo exigantur multæ iudicatæ aduersus plures vniusque eiusdemque delicti reos, puta, vtrum pro rata, an vero ab vno solo insolidum, plene definitur in Ar. 3. suprà de consortibus eiusdem litis, neque quicquam ea de re hic referre amplius opus est, nisi quod tutissimum sit in sententia addi, singulos condemnatos in solidum teneri, vt in Arresto du Puy, memorato in prædicta cap.

V. tit. de probatio. Ar. 4.

XVII.

Hanc ad rem è duobus accusatoribus ciollib. accusato in maximam mulctam condemnatis, vnus ad solidum soluendum cogitur seu exigitur, hic sese opposuit & excepit ex l. 1. §. plane §. de tut. & ratio. distrab. in verb. illis, nempe, præsupposito malorum societatem non admitti, siue calumniatores sint ad accusandum siue delinquentes, vt accusentur, si vnus eorũ pro altero quid soluit & præstitit, id repetere eum posse. Nihilominus Arresto Parisiensi opponens depulsus fuit & ad ratam suam refundendam condemnatus per l. nam & seruus. ff. de neg. gest.

XVIII.

Pœna mortis aduersus mulierem prægnantem iudicata, à Curiis supremis semper dilata & suspensa fuit, vsque quo condemnata peperisset, per l. prægnantis ff. de pœn. & l. Imperator. ff. de statu hom. Eaque vetus Ægyptiorum lex fuit, recepta postea à Græcis, qui, vt ait Diodorus Siculus, putarunt, æquum non esse, infantem, qui nihil deliquerat, eidem supplicio cũ matre affici, & pro vnius solius delicto duos morte puniri.

De eo Arrestum Parisiense extat de 28. Augusti 1451. & sententia mortis dilata fuit.

XIX.

Die martis 3. Septembris 1566, Nobilis quidam in carcere coniectus, & sortilegii accusatus, mandato Curiæ audiendus, & interrogandus super delicto suo, ad Curiã deductus fuit. Ei mandatur, vt in sedili reis destinato sederet. Is renuit neque mandato obtemperat, ter prædictum sedile circumit, neque assidere vult. Minæ ei intentantur ac pluries mandatur, vt assideat. Is in recusatione perseuerat. Curia auditis Dominis Triumuiris Regiis in conclusionibus super hac contumacia & rebellione, eũ condemnat, vt ilico & eo ipso momento in carcere Palatii ter circa peristylium virgis cædatur.

V. Arrestum 4. Ap. h. tit.

XX.

Raptus ordinarie & plerumque vltimo supplicio punitur, nominatim ex Constitutione Regis vbi filia est seducta, & traducta etiam volens, sine consensu patris aut matris. *Oportet enim*, ait lex Imperialis, *vt qui vxorem ducere voluerit secundum nostras leges parentes vel alios, quos decet, petat & eorum voluntate fiat legitimum coniugium*, l. vnic. C. de rapt. virg. Nihilominus si cum patre vel matre eo defuncto amicabiliter de matrimonio ipsorum filiæ pactum & conuentum fuerit, & aliquis consensus interuenerit, hoc casu si per sponsum ea à patre vel matre rapta fuit ad consummandum matrimonium pœna infligitur, delictũ enim est, verum non capitalis. Eaque sententia fuit Cæpollæ in consil. suo inter criminalia 7. per gloss. si fideiussor, in verb. confessus C. de fideiussor. Et ita iudicatum fuit.

APPENDIX ARRESTORVM
ad Titulum X.

I.

IVdici nouas pœnas præter vsitatas adinuenire, excogitareque easque vsurpare non licet, l. aut damnum ff. de pœn. Dictumque fuit à Præfecto Parisiensi male iudicatum fuisse, bene ab Anglo quodam appellatum, qui ad catapontismum seu mersionem, condẽnatus fuerat: prædictusque reus condemnatus fuit, vt pane & aqua vsque quo Regi placuerit, in custodia pasceretur. 21. Iulii 1456. B. Nouas pœnas excogitare Iudici non licet.

II.

Notandum est in genere, quamuis in Francia pœnæ arbitrariæ sint: attamen nonnisi ad Curiam moderandarũ pœnarũ iure constitutarũ ius spectare. B. Ad Curiam tantũ spectat ius moderandarũ iuris pœnarum

III.

Rebellio, conatu vel inobedientia aduersus Magistratum, nominatim aduersus Arresta Curiæ, ad exemplum statuẽdum punita fuit. Veluti 5. Februarii 1564 inops quædam mulier Turonensis, quod Maiorem iniuriis appetiisset, eam ob caussam in adgnitionem solemnem condemnata fuit: & sententia cõfirmata Arresto, cui obedire & ad minimum à Maiore veniam admissi delicti petere nolens, condemnata fuit vt suspenderetur, Arresto sententia confirmata & in Gi cua executioni tradita. Ex eadem caussa viuus combustus fuit Berquinus, eò quod adgnitionem solenuem recusauerat. Idem conclusum fuit aduersus duos nobiles, maioribus diebus Molinensibus, vbi aduocatus Regius Marillacus conclusit, vt super pegmate decapitarentur. Inobedientia aduersus Magistratũ exemplariter punita.

IV.

Arrestum 1. huius tit. interuenit super populari commotione & tumultu ob gabellam seu vectigal salis orto, plebe executioni Edictorum Regis pro perceptione nouorum gabellæ iurium editorum intercedere conante, quæ punita fuit prædicto Arresto, quod pronuntiatum Burdegalæ, 26. Octobris 1548. quo Commune corpus & vniuersitas prædictæ ciuitatis priuata fuit omnibus priuilegiis, Curia, & Consilio: simul omnibus Iuratis, Consiliariis, Amanuensibus, procuratoribus, nũdinariis conuentibus sigillo, iustitia Iurisdictione: eaque iura, vna cum omnibus campanis, & tormentis bellicis Regi adiudicata fuerunt, decretumque instrumenta concernentia ipsorum priuilegia, iura & immunitates præsentib. prædictis Iuratis cõburenda, Curiam funditus delendã: prædictos Incolas & inhabitantes cogendos ad munitionem & annonam castrorum Trompette & du Ha suis expensis ac singulis annis ad prędictam annonam sufferendam: cadauer domini de Monneins è templo Carmelitarum à Iuratis & à centum & viginti electis à consilio ciuitatis effodiendum, singulis togis funebribus amictis, capitibus nudis, tędam ardentem duas libras ponderantem manu tenentibus insignia prædicti defuncti affigenda, eumque à supradictis & plebe numerosa & Ecclesiasticis comitandum, eos prętereuntes domũ prędicti domini Mommorancii Connestabilis Franciæ, Locumtenentis generalis Regii Regisque personam repræsentãtis, in genua prouolutos alta voce a Deo, a Rege, à Iustitia veniã ac misericordiã petere oportere, & ex prædicto loco (omnibus hisce concomitantib.) eum deferendum in templum S. Andreæ, atque in choro eius sepeliendum loco honoratissimo, ibidemque fundationem faciendam, & loco Curiæ ciuitatis Capellam ædificandam, fundata quotidiana Missa, & solenni anniuersario, xi. Augusti, expensis prædictorum inhabitantium ad omnes exercitus expensas so- Arrestum & pœna authorum seditionis ob vectigal salis Burdegalæ exortæ.

soluendas condemnatorum: respectu vero prędictorum Iuratorum, in & reliquorum authorum ac fautorum prędictæ seditionis, rebellionis, & inobedientiæ decretum fuit, aduersus eos extraordinarie ac priuatim ratione officiorum, quibus fungebantur, animaduertendum ac procedendum esse. Iuxta hoc Arrestum complures morte puniti, alii quatuor equis distracti, alii rotæ supplicio affecti, aliis caput amputatum, ac suspensi fuerunt: quorum nomina extant in historia nostri temporis. I. C. Senerius iudicatum fuit ab Henrico Imperatore aduersus ciuitatem Italiæ Brixiam, ob delictum quorundam ciuium læsæ eius Maiestatis, putà eam funditus delendam, & aratrum in eā inducendum. Id quod postea à Papa Bonifacio comprobatum fuit. Idem iudicatum ab Imperatore Carolo Austriæ V. aduersus ciuitatem Gandauensē anno 1540. Postea ob obstinatam eorū hęresin Cabrierenses ex decreto & Arresto Parlamenti Prouinciæ, omnea internecione deleti fuerunt: eumque in finem Præsides & Consiliarii & Corpus Parlamenti armati Regis exercitu adstiterunt, ex quo executio illa inhumana postea vocata fuit.

Brixia deleta.

Gandauū aratrum passa. Cabrierenses internecione deleti.

TITVL. XI. DE PRÆSCRIPTIOne pœnę criminalis.

ARRESTVM I

Accusationes omniū criminum 20. annis præscribūtur.

IVdex Vice-comitatus Turonensis * de Petonella N g. a rea & accusata quod ab hinc viginti annis & vltro, deliberata ac dedita opera duas domos igne consumserat, cognoscit. Ea confitetur, verum ait attento temporis lapsu se impune dimittendam. Nihilominus ad mortem condemnata fuit, à quo appellat, Seneschallus idem idem iudicat. Arresto Burdagalensi, quod datum Petrocorii, 2. Decembris 1518 dictum fuit male iudicatum, ab appellante vero bene appellatum, atque ita ab accusatione plene ac pure relaxata & absoluta fuit. Eaque est dispositio iuris tā ciuilis quam canonici, *l. querela. C. ad leg. Corn. de fals.* vbi gloss. *& l. apostatarum. C. de apostata. l. 2. C. de vectigal. & commiss. l. adult. C. de l. Iul. de adult.* Glossa in *l. Manich. C. de hæretic.* & alii expressi textus in *l. 2. & 3.* ibi, *quamcunque enim quæstionem apud fiscum, si non alia sit propria præsumtio, viginti annorum silentio præscribi Diui Principes voluerunt. ff. de requir. reis*, & text. in *cap. cum venerabilis. de exceptio.* Simile Arrestum datum fuit 22. Octobris 1519. Aliud simile in pari casu datum fuit Parisiis anno 1540. pro Claudiu Gautier, Iunot Popule & aliis incolis Roannensibus homicidii accusatis perpetrati ante viginti annos, accusatore quodam nomine Guignolio, alias equite, qui depulsus fuit & accusati pure & plene cum expensis, damnis & interesse absoluti. Notandus est alius casus præscriptionis expressus in *l. si diutino 25. ff. de pœnis.* vbi expresse constitutum est, si diutino tempore, puta spatio decem annorum aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœnam eius subleuandam esse: vt si homicida sit, morte puniri non debet, sed minore ac leuiore pœna.

* Ex hoc Arresto paret, accusationes criminum 20. annis præscribi. Id tamen intelligitur de pœna corporali, non vero ciuili. Carundas *lib 6. cap.* 57. T. Crimina parricidii & suppositi partus (aiunt nōnulli) excipiuntur ab hac regula præscriptionis.

Actio criminalis tā pro crimine quam pro interesse ciuili 20. annis pscribitur.

Hodie amplius dubitandum nū est super quæstione, quę diuersimode disputata fuit, omnem scilicet actionem criminalem, siue pro interesse publico siue pro ciuili non extingui & præscribi lapsu viginti annorū tam aduersus maiores q̃ minores tā pscntes, q̃ absentes post tam multa Arresta, quæ data fuerunt sedatis iam & compositis tumultibus ac bellis ciuilibus quæ plene retuli *in notab. meis quæstio iuris quæst. 53.* iuxta sententiam Ioannis Fabri *in l. querela. C. ad l. Cornel. de falsis.* aduersus sententiam complurium Doctorū & Pragmaticorū respectu interesse ciuilis q̃ tenuerūt, id nō pscribi, nisi 40. annis in Prouinciis: vbi Cōsuetudines pręscriptionē minoris tēporis nō admittunt, veluti Bituricensis & plures aliæ, quas Curia reiecit. Alioquin enim eueniret vt non tantum interesse ciuile, verum etiam pœna post 20. annos permaneret, quandoquidem quis propter homicidium ciuiliter condemnari non posset, vel ob aliud crimen, nisi de eo cognosceretur, nisi de crimine conuinceretur, vt ad cōdemnationem in damna ac interesse perueniatur, quæ nonnisi accessoria sunt: id quod rationi minimè congruum foret, accessorium diutius durare & viuere quam principale. Iuxta hæc & prædictam sententiam Fabri & Baldi *in l data. C. de constit. pecun.* Arresto iudicatū fuit 27. Iulij 1596. in peroratione p̄ domino de Bigry in Bituricensi Prouincia aduersus viduas & heredes quorundam laniorum occisorum tempore secundorum tumultuum: idem in parricidio iudicatū 18. Decembris 1599. in peroratione in Camera parricidali aduersus Claudium Perretium, Appellantem a Seneschallo Lugdunensi & alios. Nisi de crimine læsæ Maiestatis ageretur, cuius persecutio 20. annis non præscribitur. Iudicatum in peroratione, 14. Februarij 1598. pro filiabus Wilhelmi Bretonij, Viatoris Regij, qui mandatum suum exequens a quodam nomine Basilio occisus fuerat. I. C.

II.

Adulteriū simplex pscribitur 5. annis: incestuosum vero 20. annis.

Arresto Burdegalensi, quod datum 13. April. 1530. indicatum fuit, simplex adulterium quinquennio præscribi, per *l. maritis. §. hoc quinquennium ff. de adult. & l. adult. C. eod.* Nisi incestuosum & mixtum esset, tum quippe 20. demum annis præscribi potest, per *l. vim passam §. præceptionem. eod. tit.*

Desumtum ex *dec.* 26. Boerij.

III.

Heres quo modo teneatur ex delicto defuncti.

Quamuis existimetur ex dispositione iuris communis heredem non teneri p̄ delicto prædecessoris sui defuncti, nisi quatenus ad eū peruenit, per *l. vnic. C. ex delict. defunct. in quant. her.* quemadmodum id etiam declarat Ioannes Faber ibidem. Nihilominus æquitas iuris Canonici vult, prædictum heredem ciuiliter in interesse offensi teneri, vsq; ad modum seu quantitatem facultatum & bonorum hereditariorū, *cap. in literis. de raptor. & cap. fin. de sepult.* Ioannes Faber in § *pœnales. Inst. de perpet. & temp. actio. n. 3. & 7.* ait, hanc æquitatem * canonicam obseruandam esse, & in Francia eam obseruari. Inde Arresto Parisiensi suo tempore iuxta eam iudicatum fuisse. Verum est respectu fisci pœnam cum persona extingui, iuxta sent. Pauli de Cast. & Bart. in *l. 1. § quod si actor. ff. de iureiur. propt. cal. dand.* quę hoc respectu nec alio locum habet.

Aliud est in dolo & contractu defuncti patris vel matris, quo casu teneretur heres, etiam in sui præiudicium, prout iudicatum fuit 3. Martij 1563. aduersus Dominam Moruilletiam filiam domini Ollerij, quæ condemnata fuit in ciuili quadam postulatione, a qua depulsa fuit, respecto bonorum mobilium, quæ dictus ipsius pater cum vxore secunda habuerat, quorum dimidia pars proprietatis iure ad prædictā filiam spectabat, ex pactis dotalibus primi matrimonij prædicti Olleri: attamen cum prædicta pacta dotalia celasset, & prædicta bona in communionem cum prædicta vxore secunda intulisset, filia iis priuata fuit. B.

* Baldus in *l. furti C. de furtis.* Franc. Marc. *quæst. 764. vol. 1.* Arrestum Parisiense 29. Aprilis 1571. quod allegat Choppinus *lib. 3. de priuileg. rustic. parte 2. cap. 1. in fin.* Vide Cuiacium 23. *lib. Obseruation. cap.* 21. & prædictus Choppinus *ad Consuetud. Andegau. l. 3. c. 3 tit. 1. Artic.* 19. Didacus Couarrouias *cap. 3. lib. 3. variar. resolut.* Cachiao Olasc. *dec.* 152. T.

TITVL. XII. VNVSQVISque sui delicti pœnam sustinere debet.

Tit. hic desumtus est *ex l. crimin. ff. de pœnis, l. sancimus. C. eod.* Vnusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, non alieni criminis successor cōstituitur, peccata suos tenent authores, nec vlterius pgreditur metus q̃ reperitur delictū. Hac ad rē Cassiodor. *l. 2. variar. c. 11.* ait: *Omne factum authores suos sequi.* Item, Pater non tenetur ex delicto filij neq; filius ex delicto patris.

patris. Seneca *lib. 2. de ira*, ait: *Nihil esse iniquius quum aliquem paternæ odii heredem fieri*. Et Cicero ad Brutum *in Epistolis*, *Acerbum esse*, inquit, *parentum scelera filiorum pœnis luі*: & *vt ad liberos qui nihil meruerunt, pœna perueniat*: & *l. 3. de natur. Deor.* quasi iratus dicit, *ferretne vlla ciuitas latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset?* Vtest *sententia lenior*, inquit Liuius *lib. 28. vt vnde culpa orta est, ibi pœna consistat*. I. C.

ARRESTVM I.

quo... ab... ta.

CVM Corpus inhabitantiũ & Vniuersitas rebellionem vel alio modo tumultũ & delictum cõmittit, personaliter delinquentes tantomodo puniri non solent, & innocentes vt indemnes sint, separari vel distingui: verum confuse, vbi conspiratio quędã est pœna aduersus omnes decernitur, ita vt nonnulli cæterorum pœnam sufferant: exemplo Carthaginis, quæ diuina & ob perfidiam ac crimina quorundam eius incolarum aratrum passa fuit: vt dicitur *in l. si vsufructus ciuitati. ff. Q. M. V. A.* Deq; eo Arrestum extat, quod datum aduersus ciuitatem Burdegalensem, & alterum aduersus ciuitatem Brixiam in Italia & aliud aduersus ciuitatem Gandauensem, & aliud aduersus Prouinciam Cabrierensem. Quarum mentio facta *tit. de pœnis, Arr. 1.*

Vide Carondam *lib. 8. cap. 83.* de pœna aduersus inhabitãtes qui per turbam deliquerunt. Iunge *§. 1. tit. 10. huius libri.*

II.

...ocij ...gno ...nero ...horib. ...defen... ...atur.

Vicesima nona Maij 1534. post prandium in Camera parricidali Parisiensis, perorante Gorsonio pro complurib. citatis magno numero accusatis cætus illiciti & turbæ, nonnullis, qui bona sua conseruare volebant, dictum fuit, ne adeo magnus hominum numerus inquietaretur, Procuratorem Catholicum Regium informationes videre & 4. vel 5. qui magis prægrauantur, citare oportere, eosque comparere cogendos, alios vero non.

III.

...men ...eu ...lutorem ...u admit...

Aresto Parisiẽsi anno 1589. reprobata fuit & abolita Consuetudo Tornacensis, qua è cõplurib. sociis sceleris, vnus confessus se aliorũ opera vsum seq; delicti authorem esse, admittebatur, & alij Curia dimittebantur.

IV.

...us è ...obus cõ... ...nnatis ...pter de... ...cre ...erẽ co... ...non ...otest vt fi... ...actiones ...as cedat.

Cum sententia duo pro vno delicto in solidum cõdemnantur in vnã multam, is qui prior exactus fuerit & soluerit, eum, cui soluit cogere non potest, vt sibi actiones suas aduersus alterum condemnatũ cedat, *l. 1. § plane ff. de tutel. & rat. distrah.* nulla. n. delictorum tolerabilis societas est, vt ait Bartolus ad *l. Modestinus. ff. de solutio.* Nihilominus si is qui soluit, consortem suum condemnatum conueniat vt indemnẽ se præstet, huiusmodi consors ad restituendam dimidiam partem solutæ multæ condemnari debet. Id quod Curia Parlamenti Parisiensis iudicauit aduersus vnũ è duob. accusatorib. de calumnia accusatis, Aresto quod Imbertus absque data allegat. Eaq; decisio est sumta ex textu *l. nam. §. & Seruius. ff. de negot. gest.* Hanc ad rem notabile Arrestum extat supra *tit. de pœnis, Arr. 11.*

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum XII.

I.

In delictis non est sponsori vel vadi locus.

HVic titulo conuenit cõmune verbum, *in delicto vadi vel sponsori locum non esse. V. tit. de Noxalib.* in fine. Hanc ad rem, 4. Ianuarii 1585. dominus aurigæ, qui vehiculo infantem obtriuerat, absolutus fuit, & prouisione aduersus se adiudicata liberatus, sceleris facti & noxæ authorem se vel conscium negans. D. Vide *l. 1. ff. de condict. furtiu.* & ibi Bartolus.

TITVL. XIII. DE CONFISCAtionibus.

ARRESTVM I.

IN Aquitania ea presso Regis priuilegio, anno 1337. ob quodcunque crimen nihil rerum quicquã confiscatur. Et ita iudicatum fuit Aresto Burdegalensi pro bonis cuiusdam nomine Ioannis Regis quæ à Seneschallo Aginensi confiscata fuerant, sententiaq; eius in irritũ deducta fuit prędicto Arresto 14. Maij 1512. Attamen in casibus priuilegiatis, veluti hæresews, læsæ Maiestatis & falsæ monetæ in toto Regno confiscationi locus est, quinimo in patria iuris scripti per Authenticam, *Bona damnatorum. C. de bon. damnat.* Itẽque præter prædictos casus priuilegiatos Iudex ob grauitatem maleficii confiscare potest. Eaq; opinio fuit Benedicti, Et ita iudicatum fuit Aresto Burdegalensi, quo confirmata sententia Seneschalli Aginensis, pro confiscatione bonorum Equitis Lusignanensis, qui nobilem domi suæ, quo ad eum vocarat, interfecerat. — Confiscatio in Aquitania quando locus sit.

Caput hoc desumptum est ex *dec. 264.* D. Præsidis Burdegalensis Boërij, *n. 15.* vbi ait, hoc priuilegiũ indultũ fuisse Ducatui Aquitaniæ à Rege Ioanne, quod quoq; Benedictus, qui in prædicta Curia Consiliarius fuit, refert *ad cap. Raynutius. & in verbo. & in præsenti regno.* Atque hoc priuilegium, quod exceptio est Consuetudinis generalis (*qui confiscat corpus confiscat bona*) non tantũ Aquitaniis peculiare est, verũ insuper tributũ prouinciæ & ducatui Bituricensi, per veterẽ & inueteratam eius Consuetudinẽ, in quocunque crimine ab incolis & inhabitantibus prædictæ Prouinciæ perpetrato, confiscatio nempe bonorum locum non habet, saluo & excepto crimine læsæ Maiestatis humanæ in summo capite, veluti conspiratione aduersus personam Principis, vel Regni sui duntaxat, vt videre licet in Consuetudine scripta *in tit. de confiscatio. art. 1. & 2.* Et in hoc confiscationis casu bona confiscata acquiruntur Principi, quamuis sita sint in Iurisdictione dominorum merum imperium habentium, ad quos (excepto quoque crimine falsæ monetæ) bona confiscata sita in ipsorum Iurisdictione spectant. Guido Papa *dec. 141.* Boërius *vbi supra*, Gallus *dec. 161.* Masuerius *tit. de pœnis.* & Choppinus *de doman. Franc. lib. 2. tit. 7. & lib. 3. tit. 7.* I.C. — Quãdo locus sit Bituricensi Prouincia. — In crimine læsæ Maiestatis bona confiscata ad Regem solum pertinent, non ad dominos merũ imperium habentes.

II

Septimo Septembris 1522. Aresto Burdegalensi Procurator Regius repulsam tulit, postulans confiscationem cuiusdam, qui consobrinam suam plus 20. annis apud se & ex ea liberos habuit: itemque propinqui interuenientes ad obtinendam adiudicationem bonorum prædict. sui cognati, depulsi fuerunt sequentibus de caussis. Primò quia Authentica *incestas nuptias. C. de incestis nupt.* locum duntaxat habet in matrimonio, non vero in fornicatione & concubinato incestuoso. Secundò quod in Aquitania confiscationi propter priuilegiũ locus non sit. Tertiò quod 20. annis accusatio præscribatur, *l. querela C. de fals.* Ex parte depulsorum propositio erroris facta fuerat. — Concubinatus incestuosus diuersus casus est ab Authentica, incestas &c. — V. Art. 7. de adult.

Desumtum ex *dec. 264* D. Boërij. Vide Constitutionem Constantini Porphyrogenitæ apud Harmenopulum *lib. 4. tit. 7. & Arr. 10. tit. de adult. & fornicatio.* B.

III.

Canonistæ & Gloss. *in ver. Prætor ca. quia diuersitatem. de conct. pra* putant, bona mobilia siue immobilia Clerici ad perpetuum carcerẽ condẽnati, Cameræ Ecclesiasticæ adiudicãda esse, nihil vero secularib. Nihilominus ex generali Franciæ Consuetudine mobilia Episcopo adiudicantur, imobilia verò Dominis secularibus, à quibus mouentur. Eaque sententia fuit Ioannis Andreæ *in addit. ad speculat in tit. de feud. §. quoniam. vers. 40.* Et ita iudicatum fuit Aresto Maioris Consilii Regii, anno 1386. — Presbyteri vel Clerici bona quis confiscet.

Desumtum ex Ioanne Gallo *dec. 91. & 212.* Vide Boërij *dec. 264.* Choppinum *de iurisd. Andegau. ad artic 41. cap. 2. & lib. 3. de sacra Politia* I.C

TITVL.

TITVL. XIV. DE POENA CAdaueris & sententia aduersus id data.

V. Tractat. Dn. Ærodij, *de iudicio Cadaueri facto*, in praxi sua.

ARRESTVM I.

Quando aduersus cadauer procedi possit & supplicio cadauer affici.

LEx prohibet pœnam aduersus reum mortuum executioni tradi, *l. defuncto. ff. de publ. iudic. & l. si pœna alicui. ff. de pæn.* Nihilominus certa de caussis id permittitur, veluti ob grauitatem delicti: ita ait Baldus *in l. 2. C. qui testa. fac. poss.* alias arbitrio Iudicis, qui de eo cognoscit, relinquitur, vt ait [illegible]urat. *in l. imperium, n. 30. de iurisd. omn. iud.* Euenit, vt, cum duo condemnati fuissent Arresto Burdegalensi, 24. Aprilis 1534. vt candentibus forcipibus stringerentur, postea viui comburerentur, eo quod dedita ac proposita opera sex vnà cum eorum liberis in lecto cubantes omnes occidissent igne in domum iniecto, qui vna cum occisis combusti fuerunt: vnus eorum nomine Roluudeau in ignem coniectus, ex manibus carnificis euaderet, qui solus erat neque eum sistere poterat, & in templum Carmelitarum aufugeret, è quo exemtus in carcerem coniectus fuit, vsque quo super eo cõsultaretur. Noctu is in carcere moritur. Postridie Curia congregata, vt de hoc casu deliberaret, tria è Dominis eum sepeliendum esse voluerunt, neque igne comburendum, ob iura supradicta: itemque ob rationem alteram, nempe, quando viuus esset, eum inspecto miraculoso hoc facto eiusq; ratione habita absoluendum esse, vt per Luc. de Penn. *in l. 1. C. de deserto. lib. 12* & Philippum Decium *in l. fauorabiliores. n. 8 ff. de R. I.* Maior pars contrarium tenuit, inspecta scilicet delicti grauitate, vnde Arrestum procedebat, de cuius executione quærebatur, itemque quod nihil miraculosi inerat. Semiustulatus enim ex eo mortuus fuerat, item culpa siue negligentia carnificis, qui adiutoribus destituebatur id contigerat, cadauer in cineres redigendum esse. Arrestum datum fuit, cadauer in locu supplicii comburendum & in cineres redigendum.

Adde *tit. 10. lib. 22.*

II.

Mors litigantis litis decisionẽ non impedit.

Si Procurator lite constituta moriatur, Iudex iudicare potest, etiamsi non decernat, vt prius pars citetur, ad nouum Procuratorem constituendum, *l. 2. C. quomodo & quando iudex*, & per Glossam 1. *in cap. suscitata. de in integ. restitu.* omniaque iura quæ in contrarium disponunt, intelliguntur, quando sententia daretur aduersus Procuratorem nominatim & principaliter: atque etiam num hodie ex Constitutione Regis Francisci I. anno 1539. istud in considerationẽ non veniret. Atq; ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, 18 Iunii 1454.

Istud intelligitur quã [illegible]lis in costatu est, vt iudicanda lit, iudicio constituto ad audiendũ ius per exclusiones.

APPENDIX ARRESTORVM AD Titulum XIV.

I.

Processus institutus aduersus cadauer, & executio eiusdem.

REcens exemplum habemus processus instituti aduersus cadauer Nicolai Hospitis nati Aurelijs, q̃ Regem prodiderat, & Hispano, mediante pensione annua, omnia negotia & consilia Franciæ secretissima detexerat, expetitiones, secreta mandata Regis, quæ nouerat, diuulgauerat, tanquam subadiuua domini à Villeregia, primi Secretarii Status. Arrestum aduersus eum datum sequitur.

Visa à Curia, Maiore Camera, Patricidali & Edicti congregatis, processu criminali cœpto à Præfecto Parisiensi & Aulæ, euocato & retento Arresto 10. huius mensis, perfecto à Consiliario prædictæ Curiæ ad id delegato, ad postulationem Procuratoris Catholici Regii ob proditionem & perfidiam defuncti Nicolai Hospitis subadiuuæ domini à Villeregia Secretarii Status aduersus Nicolaum Nauditum Pragmaticum in Palatio Arresto 11. huius mensis, creatum curatorem cadaueri defuncti prædicti mortui reperti in flumine Matronæ, informationibus visis interrogatoriis, repetitionib. & commissionib. testium literis tam lingua Gallica quam Hispanica scriptis, traductione & verificatione earundem, processu verbali perquisitionis prædicti defuncti, & aliis præcedentib. factis in instructione prædicti processus, visis item conclusionib. Procuratoris Catholici Regii, audito & interrogato prædicto curatore à Curia super articulis propositis, omnib. deniq; consideratis: dictum fuit, prædictam Curiam declarasse, prædictum Hospitem conuictum criminis læsæ Maiestatis in summo gradu & capite, ob proditiones & perfidiam aduersus Regem & statuum ipsius exercitam ac perpetratam, cuius causa prædicta Curia decreuit, cadauer ipsius in veha in aream Greuæ deducendum, ibidem super pegmate à quatuor equis in contrarium nitentib. trahendum, quatuor cadaueris partes quatuor rotis in principalibus huius ciuitatis aditibus collocandas: declarauit quoque & declarat omnia & singula bona prædicti Hospitis acquisita & confiscata Regi, prius ex iis soluta summa quatuor millium libratum Parisiensium multæ nomine, ad panem incarceratorum & alias Curiæ necessitates impendendæ: præterea ex iis soluendas & capiendas summas testib. destinatas & his, qui operam suã ad inquisitionem prædicti defuncti impenderunt. Pronunciatum prædicto Naudino curatori creato cadaueri prædicti Hospitis, 15. Maii 1604. prædictoque die cadauer prædictum in area de Greuæ huius ciuitatis punitum fuit, iuxta p̃dictũ superius Arrestũ.

Signatum, Voysin. I. C.

TITVL. XV. DE MORTE Ciuili.

ARRESTVM I.

Mors ciuilis per contumaciam iudicata vicem mortis naturalis loco sit.

PActis dotalibus donator sibi retinet, vt si donatarius (qui sponsus est, prior decedat sine liberis, res donata ad donatorem prædictum reuertatur. Euenit, vt prædictus donatarius accusaretur homicidii, ex quo aufugit. Ob contumaciam ad mortem condemnatus eiusque bona confiscata fuerunt. Donator ait, conditionẽ à se nominatim dictam de re donata ad se reuertenda euenisse, mortẽq; aduersus donatarium suum absentem iudicatam, naturalis mortis prædictum effectum, adinstar esse*: & confiscationi illi, quo ad rẽ a se donatã intercedit. Triũuiri Regii & pars ciuilis aiunt, facta prædicta donatione nihil de Morte ciuili & ficta dictum fuisse, sed tantum de morte naturali intellectum, ac euenire posse, vt donator ante donatarium moriatur, neque hac ratione vllum reuersioni locum esse. Hæc causa perorata fuit 2. Iunii anno 1549. coram Rege Henrico II. sedente in Parlamento Parisiensi, Principibus, Cõsilio & tota Curia congregatis, ab Aduocatis Seguierio & Æmerico pro partibus priuatis, & Marillaco pro Rege, iis auditis à Domino Cancellario Oliuario, qui postquam sententiam Regis, Principũ, Præsidum Consiliariorum excepisset, Arrestum pronunciauit, quo ob difficultatem experorationib.

seclu-

resultantem & ea atti- ol- de quo agebatur, causa ampliata fuit & decretum ioterea bona prædicta dnnata propter executionem prædictæ sententiæ de confiscatione, capta sub manu Regis permanere oportere.

Mors ciuilis eundem effectum habet, quem naturalis.

* Mors ciuilis eundem effectum habet, quem naturalis. Robertus *lib. 4. rer. iudicat. c. 16.* eadem Arresta allegat Hocce Arrestum notandum est: Marito in exilium eiecto, vxori ex bonis ipsius dos & doarium adiudicata fuerunt, vt ius fructetur a primo die in solidum, etiamsi maritus superstes esset Arresto Parisiensi quod datum 14. Augusti an. 1567. Choppinus *lib. 3. de priuil. rustic. part. 3. c. 6. in pr.* T. Vide *quæst. meas notab. cap.* 42. 43. 45. & 47. vbi hæc Arresta integra relato, & ea quæ annotaui supra *tit. de dotib. & doar.* I. C.

II.

Idem.

Pactis dotalibus comprehensum erat, vt si marito superesset vxor, bonorum omnium, quæ ad eum spectarent, ipsa vsumfructum haberet, liberos, si quos ex ea sustulisset alendo exhibendoque. Accidit vt mortuo marito filiis exulantibus, Ioannes Tillius Curiæ Actuarius, qui exulantes, ob calumniam, pecuniæ condemnauerat, rem iudicatam exequens ea bona pignori auferret. Tum mater intercedere, dicere, filio tum exilio, quod mortalitati comparabat, plenom vsumfructum se consecutam. Tillius contra, huiusmodi vsufructu, eam in domo prærogatiuam, qua viuente marito, vxor viebatur, solum intelligendam, ideoque cum ad alimenta esse coarctandum: reliqua omnis ad filios pertinere. Cæterum qualis ille eunque vsusfructus esset, filios reuera viuere: rem iudicatam mortis fictione non esse frustrandam. Dubium hoc diu Curiam tenuit, & summopere ab vtraq; parte disputatum fuit. In Maiore Camera id definiri non poterat, neq; pariter in prima Inquisitionum Camera propter veram concurrentiam seu æqualitatem. Sed tandem in hac secunda Camera Tillius obtinuit, *4. Augusti 1550.

Lucius *lib. 8. tit. 8. Ar. 4.*

* Causa huius Arresti hæc fuit, quod liberi maiores facti fuerant vel coniugati erant, vt ait Valla *lib. de reb. dub. tract.* 20. *n.* 15. Alioquin vsusfructus restringendus non fuisset, quia ex pacto constitutus fuerat & sub conditione alendorum liberorum exhibendorumq; prædictorum liberorum: prout tenet Stephanus Bertrandus *cons.* 369. *in fin. lib.* 2. quinimo etiamsi confiscatio bonorum ex delicto liberorum fieret, prout dictum est *tit. de Vsufructu.* T.

III.

Relegatus stipendiis suis fruitur.

Officiarius ciuitatis delicti conuictus & ad fossoris in bello onus subeundum, vel aliud seruitium præstandum ad sexennium condemnatus, Arresto Parisiensi, 3. Octob. 1555. obtinuit, vt pendente ista relegatione liberè bonis suis frui posset, & stipendiis à se debitis ob prædictum politicum officium.

TITVL. XVI. DE FISCO ET multis ciuilibus.

ARRESTVM I.

Multa prius parti soluitur, postea Regi.

QVando eadem sententia multa adiudicata est Regi, & altera multa parti ciuili pro interesse eius, siue ob delictum siue ob debitum ciuile, multa partis ciuilis præfertur & prius soluitur, quàm multa Regis. Eaq; sententia fuit Iacobi Rebuffi *in rubric. de iure fisci, n.* 14. *C. lib.* 10. adde *additionem* Aufrerii super eadem. Etiam iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1391.

Idem iudicatum fuit 30. Iunii 1400. pro quodam nomine Balduino des Bordes aduersus Procuratorem Regium. Vide Regesta huius temporis.

III.

Pœna fractionis R. & partis adiu

Quando partes de quadam intra certum tempus facienda conueniunt, sub pœna centum librarū, media parte Regi inferenda, altera media parti: si postea pœna committatur, vtraq; pars æqualis est, neq; solutionis prælationi locus est: verum deficientibus bonis, res in tributum venit, solutioq; pro rata facienda. Etiam iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1389. & sententiæ Thesaurariorum Domanii, qui Rege. prætulerant, infirmata fuit.

Vide *tit. de publicatio. & confiscatio.*

III.

Multæ R...

Quando aduersus Clericum duæ multæ, vna Regi, altera Episcopo adiudicantur, Episcopus præfertur: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi pro Archiepiscopo Rothomagensi, anno 1388. & postea pro Episcopo Bellouisiorum altero Arresto anni 1391.

IV.

Pœna pecuniaria in corporalem commutari ... Clerico ... ab Officiali & ... Pœna corporalis laici ... clerici.

Multa pecuniaria iudicata à Iudice seculari aduersus Clericum, pro delicto priuilegiato, & cuius nomine is respondere & procedere coram prædicto Iudice cogeretur, aduersus eum ob defectum solutionis in pœnam corporalem commutari potest, si sententia de prædicta multa lata dictum fuerit, eum vsq; ad solutionem carcere detinendum, per textum *in cap. finem litibus de dolo & contumac.* quem textū Abbas Siculus dicit ad hoc esse menti tenendum, & no tatur in *l. si. de in ius voc.* Et ita iudicatum fuit Arresto Burdegalensi, 21. Ian. 1526. pro mercatore quodā Parisiensi nomine Nicolao Heonequino, aduersus Clericum nomine Franciscum de Lau qui produxerat ro instantia quadam ciuili, & vsus fuerat contractu quodam fraudulento, ob quem iudicium corā prædicto Iudice laico subire coactus fuerat, prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat Aufrerius *in repet. sua* Clementio. 1. *de offic. ordin. 2. regula.* Verum hic notandum est, quamuis Iudex laicus condemnationem facere possit, Iudicem tamen Ecclesiasticū commutationem facere oportere, *cap. dilectus. de appellat. & cap. grauis de pœnis.* & per Domioicum in *c. si clericus. de sent. excommun.* Nam prædictus Iudex Ecclesiasticus iustitiabilem suū vsq; ad sanguinem exclusiuè virgis cædi iubere potest, *c. vt Archiepis. de rapt. ext.*

De conuersione pœnarum, vide titulum *de cessione bonor. lib.* 10. *Ar.* 2. & 8. *tit.* 10. *hui. lib. Arr.* 10. I. C.

APPENDIX ARRESTORVM Ad Titulum XVI.

I.

Iudex Ecclesiasticus non potest condemnare in triremes.

IVdex Ecclesiasticus non potest cōdemnare delinquentes iustitiabiles suos ad triremes: ita indicatum fuit Arresto Curiæ super appellatione tanquam ab abusu ab Archiepisc. Bituricensi, vel Officiali ipsius 29. Maij 1544. Archiepiscopos condemnatus ad recipiendos suo periculo reos à se traditos intra mensem, sub pœna mille librarum. V. Arrestum *in collectio. mea, tit. 1. cap.* 2. I. C.

TITVL. XVII. DE INDVLGENtia Criminum.

Vide *Inst. Forensis* Ioannis Imberti *lib. 3. cap.* 17.

ARRESTVM I.

Indulgentia Regis impedire non potest à domino Iustitiario.

REx indulgentiam criminum à subditis suis perpetratorum in regno suo tribuendi ius habet: neque dominus iustitiarius approbationi istius indulgentiæ intercedere pōt, hoc prætextu, q́ ex hoc crimine bona delinquentis sibi acquirantur, *cap. cùm secundum leges. de heret. in* 6. & Doctores pleoē in *l. ferum C de pactis.* Etiam iudicatum fuit Arresto Parisiensi, quod allegat Ioannes Gallus *quæst.* 284.

II.

Idem.

Rex solus ius habet remittendi crimina, veniamq; eorum concedendi, neq; Domini Regii Iustitiarii contradictores & prædictis rescriptis Regiis intercedentes admittuntur, dicentes ea subreptitia & obreptitia esse, vt

se vt notatur in *l. præscript. in fin. C. si contra ius vel vtilita. publica.* Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi anno 1391. aduersus Ducissimam Antelianensem & Dominum de Lan. Et altero Arresto aduersus Dominum de la Guelle. Ratio hæc ast, quia Dominus nihil potest prætandere, nisi mulram super bonis impetrantis, quæ res damnatur atque ideo nō admittitur. Rex enim ius babat eū accepto ferendi.

III.

Idem.

Die sabbatbi, 2. Septembris anno 1567. in Camera parricidali, Arresto Parisiensi declaratum fuit, non admitti Dominum Iustitiarium appellantem, á sententia approbandæ indulgantiæ á quodam suo iustitiabili impetratæ: ac quoniam compertum fuit, prædictum Dominum cum impetrante transegisse & ab eo triginta coronatos accepisse, prædictus Dominus concludere in appellatione sua recusans, in expensas causæ appellationis, & in multam centum solidorum & ad restituendos triginta coronatos ex transactione acceptos condemnatus fuit, hos verò Curia inopib. incarceretis in carcere publico adiudicauit, & ob culpam ab eo cōmissam huiusmodi transactionē inaundo, eum in multam ducentarum librarum condamnauit Interdixitque, ne huiuscemodi tale quid faceret.

Vide Bacquetum *in tractat. suo de iurib. iustit. cap. 16.* Carondam *in Pandectis suis cap. 25.*

IV.

Indulgentiæ rescriptum quomodo offerri debeat.

Indulgentia criminum á Principe impetrata in personar, flexis genubus, nudo capite & in Audientia offerri debet: neque contrarie rescripta, quo quis per Procuratorem admittatur, admittuntur, *cap. veniens de accusat. & l. accusatore §. ad crimen. ff. de public. iudic.* & ab huiusmodi rescriptis, arresto Tholosano, Iulii anno 1452 illustris Antonius de Leuis, Dominus & Comes Villarsius depulsus fuit.

Omnis qui veniam ac remissionem delicti sui á Rege impetrauit in Iudicio se sistere debet, alias non auditur: prout iudicatum fuit 6. Decembris anno 1576. ad postulationem domini Thuani, Aduocati Regis, aduersus nobilem, qui libellum suum offerre neque se præseatē sistere volebat. B.

V.

Indulgentia necessaria in delicto absque dolo.

Iudex in accusatione homicidii dissimulare non potest, quo minus conuictum condemnet, etiamsi comperiat homicidium necessitate vel ex caussa ꝓbabili perpetratum fuisse, & legem ciuilem impunitatem dare. Semper enim delicti venia á Rege impetranda est. Ita iudicatum fuit Arresto Tholosano, diebus Podiansibus, 6. Octobris 1548.

VI.

Indulgentia homicidii à Presbitero perpetrati ad Regem spectat.

Rex ex longa Consuetudine cognoscit & decidit, vel eius Officiarii ꝓ eo de indulgentiis Clericorum: & quas ipse solus neque elius, nisi ex speciali priuilegio indulgere potest. Huius Consuetudinis & possessionis concedendi veniam Clericis Regni sui, & cognitiones super eo per Iudices suos, Guil. Benadictus *in sua repetit. cap. Raynutius*, mentionem facit *in verb. & vxorem nomine Adelasiam.* fol. 89.

VII.

Incarceratus sua spōte sub spe impetrandæ indulgentiæ in introitu Principis quando carcere teneri debeat.

In Camera parricidali obtinet, vt si quis se sponte carceri sistat sub spe impetrandæ á Principe indulgentiæ delicti sui in nouo introitu Principis in ciuitatem aliquam, prædictusque incarceratus de potestate Principie diffidens ob qualitatem vel grauitatem delicti, pro quo sese carceri sponte stitit, postulet, vt sibi carcer aperiatur ad egrediendum: si id ante oblationem rescripti indulgentię fiat, ei liber exitus permitti debet: Verum si postquam prædictum indulgentiæ rescriptum obtulerit, eiusque approbationem petierit, asserens id veritatem rei continere, prout in huiusmodi casu fieri solet, tum in carcere permanere cogatur, vsque quo plenè & integra de prædicto rescripto cogn... & disc... sum fuerit, siue absoluendo siue condemnando: prædicta quippe oblatione, subiecit se iurisd. Officii loci, in quo se voluntarie vel in sui vtilitatem vel damnum carceri stitit. Atq; ita iudicatum fuit in persone Nobilis cuiusdam nomine Drionis, quantumuis Regia vnum è Magistratus Libellorum ad Curiam misisset, vt in pari cesu, quemadmodum superiori ianua carceris aperiretur seu reus relaxaretur: pręd:ctę tamen postulationi Curia morem non gessit. Id factum 20, vel 21. Octobris 1532.

VIII.

Clericus, q̃ à iudice laico declinauit, & rescriptum indulgentiæ obtulit, quomodo in huiusmodi instātiis expediatur.

Si reus in Curia se Clericū dicat, & clericus ad finem declinatoriæ reperiatur, non tamen eo obstante rescriptum indulgentiæ criminis sibi impositi impetret, à prædicta Curia postulans, vt prædictum rescriptum comprobare velit, antequam de Clericatura iudicetur: si enim delictum remitti possit, prædictaque remissio indulgeri, Curia super approbatione prædictæ indulgentiæ veræ compertæ, non subreptitiæ non obreptitiæ ius dicere assolet, prædictamq; indulgentiam approbando, eum absoluit & liberat: atque ideo necesse est, vt prædictus reus ad Iudicem suum remittatur. Verum si indulgentia non vera inueniatur, tum enim ab effectu & ab approbatione eius depellit, eumque ad Iudicem Ecclesiasticum, velut ad extremum refugium remittit. Item dicendum de eo, qui se in libertatem loci, vbi captus fuit, restitui petit: restituitur enim in prædictā libertatem, si de indulgentia depellitur. Alias simpliciter absoluunt. Et ita iudicatum fuit Arresto Parisiensi, ꝙ datum in Cameræ parricidali, 22. Decembris 1533.

IX.

Idem & contrarium.

Arresto Tholosano dictum fuit, Hanticum Bernardum Clericum tonsuratum, qui in carcere prædicti loci semetipsum reum constituerat & rescriptū indulgentiæ obtulerat, ad Officialem suum remittendum, vt de eo cognosceretur, ea cōditione ne relaxaretur, nisi vbi prius approbatio prędicti rescripti à Curia cognita fuisset, ex eo forte, quod ob circumstātias criminis facti species dubia reddita fuerat, superq; eo inquiri oportebat, prolixosque processus instituit, qui Officiali relicti fuerunt, vt iis relatis à Iudice laico super rescripto indulgētiæ ꝓcederetur, ꝙ ueq; in eo statu erat vt probaretur, vel ab eo etiam incarceratus depelleretur, & in hoc dubio competans Iudex datus est, ac propterea hoc Arrestum Parisiause contrarium non erit.

X.

Quinam approbationi rescripti indulgentiæ intercedere possint.

Vt sciatur, Quinam approbationi rescripti indulgentiæ intercedere vel etiam damna ac interesse petere & consequi possint, videnda sunt Arresta *tit. 2, qui accusar. poss.* supra.

XI.

Indulgentiæ rescriptum quādo expedire & accipi debeat.

Indulgentia à Principe impetrata ob natalem imperii vel felicem ac lætum eius aduentum vel introitum in ciuitatem, ante sex mensea à data schedæ domini Maioris Eleemosynarii insinuari debet: alias p̄dicto tempore elapso impetrantes ab effectu prędicti rescripti indulgentiæ excluduntur: prout iudicatum fuit Arresto Parisiensi, 23. Iunii 1528.

XII.

Indulgentia quæuā non admittatur.

Indulgentia omnium criminum capitalium, quorum supplicium mors vel pœna capitalis est à Rege impetrari potest: verum aliorum criminum, quorum pœna corporalis vel mors non ast, impetrari indulgentia non debet: quod si impetrata esset, eiusque

rescriptũ offerretur, Iudices impetrantes repellere debent, vt continetur Cõstitutione, & in Curiis supremis obseruatur. Attamen Arrestum contrarium extat quod primum est supra *titu. de iniur. verbalibus.* de indulgentia approbata, vt ab agnitione solenni immunitas concedatur.

XIII.

...emne- contu- , bona confi- per re- itionẽ pit, muis ata s fint.

Maxime notandum est, quamuis Rex indulgentiam criminis elargitus, impetrantem suis honoribus suæque pristinæ famæ suisq; bonis restituat, inque bona sua reponat expressa limitatione addita his verbis *non confiscatis*, attamen si impetrans per cognitionem & inquisitionem de innocentia ipsius factã, approbationem indulgentiæ obtineat, eadem opera restitutionẽ bonorum suorum tam confiscatorum, q̃ non confiscatorum consequi debet, non obstante prædicta limitatione, neque eius ratione habita, q̃ Rex ea aliis interea donationis titulo elargitus fuit. Idque obseruatum fuit pro nobili quodam q̃ quod defunctum Dominum Ducẽ Borboniæ & Aueruiæ secutus fuerat, ob contumaciam criminis Maiestatis, & ad mortem condemnatus fuit, bonis eius confiscatis, quę postea donata fuerunt Nobili cuidam nomine Sammartiniano. Postea ex indulgentia Principis prædictus contumax admissus fuit vt se sisteret ac iustificaret, prout fecit. In executione bona sua recuperare vult: Dominus Sammartinianus confiscationem opponit, & excipit donationem in se collatam approbatam iri in Camera rationum eius possessionem, & cætera quam maxime verosimilia. Nihilominus tantum efficere non potuit, quin diceretur Arresto eum omnia Nobili restituere oportere. Lucius eius mentionẽ facit *lib. 12. tit.* 10, absque data. Hanc ad rem notanda erit differentia restituendi condemnatum absentem, qui ad se iustificandum admittitur, atque hoc casu Arrestum datum fuit, vel indulgendi veniã delicti, restituendi & reuocandi condemnatum, de quo iudicium institutum fuit: hoc quippe fieret citra causæ cognitionem, ex misericordia ac solo Principis motu, atque hoc casu Princeps nõ intelligitur reum restituere ac repunere in bonorum confiscatorum possessionem, nisi id expresse declarauerit, per *l. cum patrem, & per l. tutor. C. eod. tit.* Idẽ est in abolitione & restitutione generali, quæ nonnisi iuxta reatum ac tenorem suum intelligitur. Neque ii, quibus indulgentia concessa, ideo minus notãtur, neque integ... m atque illibatam existimationem retinent: ac ab eo exclusi manent, à quo sententia exclusi fuerunt, *l. generalis.* 7. *C de sent. pass. & l. si C. de gener. abol.* Nõ abs re dicitur, *nisi expresse ita declaratũ fuit.* Princeps enim restitutionem suam ad bona confiscata extendere potest, æque atque ea donare potest, vti fructus & obuentiones, de quibus liberrimã disponendi facultatem habet, quæ scil. domanio ipsius incorporata non sunt. Idque duplici modo seu limitatione intelligitur, primò, oportet hæc bona Regi restituenti confiscata esse: si enim dominis feudalibus * confiscata essent aliis quam Regi, ea retinere, aut de iis disponere Rex non posset, cum alterius interesse verteretur, quod semper expresse vel tacite citra expressionem reseruatur: altera limitatio est, quamuis prædicta bona Regi confiscata sint, si tamen interea ea aliis personis ante restitutionem donauerit vel alienauerit, in restitutione non intelligũtur: neque expressio eorum aduersus tertios acquisitores admittitur, eo quod hæc bona in eodem ac pristino statu amplius non sunt, *l. 1. eod. tit de sent. pass.* idque quantum ad alterum casum attinet. Primus erat de restitutione condemnati ob contumaciam,

...feren- restitu- num & dulgen- rum.

qui ad se purgandum & iustificandum admittitur, siue hæc purgatio ad innocentiam suam plene demonstrandam fiat siue ad id solum vt demonstretur, fictum excusari ac per legem remitti posse. Hic casus sane iustitiæ est, non gratiæ, non indulgentiæ Principis. Cognitio causæ datur, ac de nouo processus instituitur, atque ideo, si restitutio approbetur, absque dubio bona confiscata restituenda sunt, etiamsi de eo nihil dictum fuerit: imo etiamsi reseruata fuerint, non ideo minus ad restitutum pertinerent, non quidem ex prædicta restitutione: verum per sententiam & declarationem innocentiæ, vel excusationis & defensiui iuris restituti: neque tantum aduersus Regem: verum etiam aduersus tertium, cui tradita vel donata fuerint, itemque aduersus dominum feudalem vel ab eo ius & causam habentem, arg. *l. quod si minor. §. Scæuola, & §. restitutio. ff. de minorib.* Materia hæc plane & docte tractatur à D. Molineo *ad consuetud. Paris. tract. de mat. feudal.* § 22. *n.* 37. 38 & 39.

* Contrarium iudicatum fuit compluribus Arrestis Parisiensibus, nominatim mense Septembri 1527. Carondas *l. 3. Respons. c.* 20. Choppinus *ad Cons. Paris. lib. 3. tit. 3. art.* 4. T.

XIV.

Supra *tit. de pœnis. Ar.* 14. summarie vetus dubium proponitur, vtrum condemnatus ad mortem puellæ eum maritum sunm postulanti tradi possit, & vtrum id indulgentię locũ cedat. De quo dubio nihil hic dicerent aliud, sed ad prædictum *cap.* 14. referetur quicquid de eo prolixe dici posset. Nihilominus non male alius notabilis casus hic adiungetur, de quo dã ad patibulum condemnato, qui de scala iniecto in collum fune deiectus, rupto fune in terram decidit, puta, vtrum is impune dimitti pœnaque suspendii ei remitti debeat, inspecto q̃ hæc res miraculose cõtigisse videatur, imprimis, quando cõdemnatus semper negauit ac de innocentia sua protestatus fuit? Philippus Decius in *l. fauorabiliores, in fin ff. de reg. iur.* id ita tenet, & allegat Luc. de Penn. *in l. si quis forte desertorẽ, 1. de deserto & occult. lib. 12 col 7. vers sed pone, damnatus est aliqua.* Tiraquell. id annotauit & post prædictos admisit. ego contrarium in Francia obseruari vidi.

Dimissus & puellæ ipsum petenti traditus.

Dimissus, qui rupto fune & iam strãgulandus, miraculose in terram decidit.

APPENDIX ARRESTORVM
ad titulum XVII.

I.

ARresto, 29. Octob. 1401. ad cõmonitionẽ Procuratoris Catholici Regii, dominis Rationũ interdictum fuit, ne de approbatione rescripti indulgẽtiæ cognitionẽ sibi vsurparẽt: altero Arresto, 8. Iul. 1416. idẽ interdictũ fuit omnib. Iudicib. nõ Regiis B.

Rescriptũ indulgentię vbi præsentari debeat.

Constitutiones Regiæ super eo cauent. Constitutione Molinensi *artic.* 35. decretũ est rescripta indulgentiæ ad Iudices Præsidiales dirigenda: & in locis, in quibus Sedes Præsidialis nõ est, ad iudices Regios immediate Curiis Parlamentorum subiectos, non vero alios. Postea Constitutio Amboisiæ 1572. *art.* 9. excepit Nobiles & Officiarios, voluitque pro prædictis Nobilibus & Officiariis, ea in Curiis Parlamẽti offerenda, in quarum districtu excessus siue delicta admissi fuerint, saluo tamen postea remittendi iure ad loca indulgẽtiarum. Hæ Constitutiones per Cõstitutionẽ Blesensẽ *art.* 199. renouatæ fuerunt, Diplomata attributæ huiusce cognitionis & iurisdictionis Locumtenentibus criminalib. ignobiliũ extant, vnũ mense Maio 1553. & 2. de 2. Decembris prædicto anno, quæ in *Collectio. mea cap.* 22. & 24. transcribuntur. Curia Maiorum dierum Lugdunensium, ad reprimendam audaciam ac temeritatem quorundam nobi-

nobilium, & ad media iis præcidenda adimendave, ne indirectè rescripta sua indulgentiarum approbari curarent coram Iudicibus inferioribus Curiarũ Parlamenti, vbi ex gratia ac fauore approbationem impetrant, considerant, vt Pontifex ait, facilitatẽ veniæ incentiuum tribuere delinquendi, *can. Clericorum. de vita & hon. Cleric.* Arrestũ determinationis generalis, vt determinationis instar esset Officiariis Regiis, districtus prædictorum Maiorum dierũ, 29. Nouemb. 1596. quod integre extat *in Collectio. mea ca. 2. tit.* Locumtenentibus criminalibus & Officiariis Præsidialium iniunxit, vt in carcere detinerent & in carcerem publicum Palatii Parisiensis remitterent Nobiles aliasq; personas pro nobilibus habitas arma ferentes, qui ipsi rescriptum indulgentiæ offerrent, quamuis in iis clausula esset apposita, qua derogaretur Constitutioni prohibitiuæ, qua sc. prohibetur, ne prædicta rescripta alio, quàm ad Curiam dirigantur. Vide prædictum Arrestum, quod alias regulas ad hunc effectum continet. I. CHENV.

RESOLVTIONES ARRESTORVM NONNVLLORVM MEMORABILES, DESVMPTÆ EX SCHEDIS D. NICOLAI BERGERONII, ADVOCATI IN PARLAMENTO PARISIENSI.

In materia Ecclesiastica & Beneficiali.

Aduersus Deuolutarios.



QVOTIESCVNQVE euenit, vt contra Ius & Constitutiones Deuolutum super prouiso ab Ordinario ante declarationem incapacitatis, atq; aliter quã artic. 4. Edicti Aureliauens. 1560. (reperatus postea artic. 46. Constit. Blesensis) requirit cõcessum fuerit, si Deuolutarius turbauerit, vel controuersiã mouerit titulario vel possessorio: officiũ Iudicis est pendente lite, vt non modo cautionem à prædicto Deuolutario præstari curet: post annum à prouisione partis suæ seu aduersarii venientè, iuxta Constitutionem anni 1559. verum etiam vt momentaneam possessionem & manus laxationem interdicto experienti adiudicet, attento ipsius titulo seu possessione, in odium Deuoluti, quod natura sua odiosum est, & contrectationis cuiusdam instar, beneficii ad superstitem spectantis. In cuius rei argumentum, dari vidi Arrestum quoddam notabile, in fauorem pauperis cuiusdam Curionis, qui in parrochia sua conseruatus fuit, sub conditione & onere residendi, & Deuolutarius in omnes expensas, damna & interesse condemnatus fuit 13. Decemb. 1565. prout paulo ante mense Martio eiusdem anni ad eundẽ finem iudicatum fuit, ad commonitionem defuncti Domini Mesnilii Aduocati Regii, sæpeq; deinceps ita obseruatum. Et obiter notandum est, quamuis tanquam ab abusu appellari possit ab executione Deuoluti, attamen tutius & breuius esse, interdicto experiri coram Iudice Ordinario.

Item, Deuolutarius, si cautionem iuxta Constitutionem anni 1557. publicatam ann. 1599. non præstet, non admissibilis declarari debet: Et vero ad appellationem interpositam à Præfecto Parisiensi, qui decreuerat partes instrumenta sua mutuo communicare debere, antequam decerneret, Deuolutariũ cautionem præstare oportere, & partis aduersæ incapacitatem declararet, dictum fuit male iudicatum, bene appellatum, & ilico seu ex tempore Deuolutarius repulsam passus est, & prouisus possessor manutentus & in possessione custoditus fuit 20. Martii 1563. Pariter iudicatum fuit aduersus Deuolutarium, qui declaratus fuit non admissibilis, ob non præstitam cautionem 10. Ianuarii 1580. etsi prouisus magnorum seu inaoium criminum reus seu accusatus esset.

Præterea Arresto 4. die Augusti 1564. cum quidã Deuolutarius se immiscuisset in possessionem Beneficii cuiusdam ante momenti beneficium seu manutentionem, in omnes expensas, damna & interesse turbationis condemnatus fuit.

Iuxta supradicta, 9. Decemb. 1571. electio facta Decani S. Vedasti Suessionensis, abusiua declarata fuit, eò quod antequã vacatio per incapacitaté vel aliter declarata fuisset, præcipitanter prouisum fuerat.

In dubio, quando primus prouisus neque titulum neque possessionem validam vel saltem coloratam habet, neq; vnius quam alterius causa verosimilior sit, Beneficium sequestrari debet: prout iudicatũ fuit in Audientia aduersus Curionem quendam appellantem à Balliuio Andegauensi vel ipsius Locumtenente Salmurii, qui momentaneam possessionẽ Deuolutario ob defectũ superiorem adiudicauerat: partesq; ad procedendum remissæ fuerunt, sequestrato interea beneficio 6. Iulii an. 1574. Attamen nota in casu simoniæ vel hęreseos notoriç, cautionẽ nõ requiri.

Ius Regaliæ naturale est & annexum Coronæ Franciçæ, teste Paulo Æmilio *lib. 5.* quod prouenit non tantum ex dotatione & fundatione Regia, verum etiam propter conseruationem & tuitionem Regiam: & aliud est prouidere in beneficiis *iure Regaliæ*, cum Rex confert pleno iure sede vacante: & aliud *iure Regio*, cum videlicet in beneficiis collatiuis fundationis Regiæ vel electiuis secundum pragmaticam sanctionem nominat, &c.

Perpetuò & fortiter à Dominis Triumuiris Regiis asseitum fuit, vbiq;, vbi Rex & ipsius Corona ingredi possunt & dominari, aperturæ Regaliæ locum esse: vt doctissime & succincte repræsentatum fuit 6. Augu. 1573. à Domino Thuano Aduocato Regio: asserente, S. Florum in Aruernia non esse immunem à prædicta subiectione & recognitione: Prout etiam pariter postea definitum fuit 23. Iulii 1573. aduersus Ecclesiam Cathedralem Andegauensem. Equidẽ Arresto solemni pridie Natalis 1564. dictum fuit, prædictum ius cessare in Episc. Petrocoricensi, eò q̃ in eo Canonici & Capitulũ conferant, verum in aliis Episcopatibus & Archiepisc. qui ius istud immunitatis prætendunt, cum eorũ mentio non fiat in Regestis & breuiculo Cameræ Ratiocinlorum, ius istud in dubiũ quotidie reuocatur: & ratione consentaneum est eos Regi subiicere, eodemq; iure cum ceteris censeri. Et vero in pari quæstione iudicium in Consilio constitutum fuit super Episc. Pictauiensi 12. Martii 1574. vt paulo ante super Lingoniensi iuxta vel 7. Septemb. 1574. & 1582. inter Arresta Generalia pronunciatum fuit, Regem habere ius Regaliæ super Episcopatu S. Flori in Aruernia.

Qui plura de eo scire volet, præter caput *dilectus*, videat Speculatorem simul & librum P. Ferrandi *de priuilegiis liliorum.*

Porrò hoc ius importat omnem potestatem Episc. vel Archiepisc. in conferendis non modo Præbendis & Canonicatibus, verum etiam semipræbendis. Iudicatum 19. Maij 1564. Et asserentem vidi defunctũ Du. Mesnilium 26. Febr. 1566. Regem, par priuilegiũ habere pendente apertura in beneficiis non paro-

 chiali-

chialibus, vacantibus in omne genere vacationis etiam per resignationem in fauorem, aut ea causa pronuntiationis. Et durat huiusmodi apertura quantum ad Regem, vsque in diem non tantum præstationis fide iratis & iuramenti, verum etiam receptionis in Camera Ratiociniorum, & captæ possessionis, iuxta Arrestum quod datum 19. Iunii 1577. pro Canonicis S. Capellæ aduersus Episcopum Meldensem, qui coactus fuit fructus & reditum prædicti Episcopatus relinquere, vsque in diem plenæ possessionis, pro rata temporis.

Quantum ad Regalistam, semper fauorabilis est, & in casu litigii & controuersiæ, facile ei status, momenti beneficio æquipollens adiudicatur. In argumentum huiusce fauoris notandum, peremptionem instantiæ locum non habere in Regalia, & prædicta apertura vsque ad 30. annos durat: prout declaratũ fuit Arresto 12. Martii 1574. aduersus quendam ab ordinario prouisum, qui forma momentaneæ possessionis spatio decem annorum possederat eo quod non plane in possessione constitutus fuerat: & Regalista, litẽ repetens seu reassumens, statum nihilominus obtinuit.

Paulò ante 14. Martii 1574. datum fuit Arrestum aduersus Deuolutarium quendam Regalistam, qui alterum quendam prouisum in Regalia, qui duodecim vel 13. annis in possessione fuerat, expellere volebat, sub hoc colore, allegaret titularium simoniacum esse, eo quod ius suum mille libris amisset. Verũ prædictus Deuolutarius repulsam passus est, & non admissibilis declaratus fuit ex tempore: eo quod, quamuis decretum *de pacificis*, locum nõ habeat cum simonia interuenit, tamen post decennium elapsum quod in hac materia spatium longum tẽporis habetur, prædicta simonia non attenditur: vt in simili sæpe Arrestis iudicatũ fuit. 16. Decemb. 1577. iudicatũ fuit, peremptionem instantiæ in huiusmodi materia aduersus Regem locum non habere. Vide cætera sub eodem titulo *lib. 2. & 3.*

De Cõductionibus ecclesiasticis. In Materia Locationũ conductionum Ecclesiasticarum, veluti conductionis domus vel coloniæ etsi Ecclesiastici non teneantur obseruare legẽ *congruit*, quæ in Francia abrogata est: atque pro melioranda Ecclesiæ conditione, ordinarie per publicationem, licitationes, adiudicationem vltimo licitanti procedatur, tamen & illud in more positum est, vt ferè semper ex æquitate quadã antiquus conductor tantundem offerens ac alius præferatur. Et ita iudicatum fuit pro vidua Domini Bouchardi, commorante in domo quadã ad Sorbonam spectante, 4. Augusti 1564.

Attamen tẽpore finito conductionis seu coloniæ, si antiquus conductor seu colonus præueniri se passus est neq; conductionem suam renouari curauit, is qui eum præuenit præfertur: ne alioquin à conductione alii deterreantur, atq; conditio Ecclesiæ deterior fiat, eiue libertas sua adimatur. Quam in rem data fuerunt cõplurima Arresta: ac nominatim vnum pro nouo conductore coloniæ S. Luciæ quæ membrum est dependens ab Episcopatu Syluanectensi aduersus antiquum conductorem, anno 1564. & pro Ecclesiis & Fabricis S. Innocentii, S. Cosmi & aliis.

De vnione Beneficii. Si conductio per anticipationem facta deprehendatur. Matricularii fabricæ, aliiue successores, nihilominus procedi curare poterunt ad nouam conductionẽ plus licitanti. Ita sententia Præfecti Parisiensis, quæ eum in modum decreuerat sup fabrica Montigniacensi, confirmata fuit Arresto 26. de Februarii 1571.

Successor collatarius in beneficio nõ tenetur seruare locationes à prædecessore suo factas, iuxta vulgatum axioma: at nec resignatarius tenetur, præsertim si conductor, vel colonus quadã melioration[illegible] fecit, & pro numerauit, ita iudicatum Arresto pro [illegible] conductore Trinitatis Vindocinensis 18. A[illegible] 1564. Nihilominus prohibitum est huiusm[illegible] conductiones amplius q̃ sex mensib. anticip[illegible] ideo locatio per anticipationẽ facta annullata fuit, decretumq; iuxta sententiam Præfecti Parisiensis de nouo ad licitationes procedi oportere & domum de qua agebatur vltimo licitanti addicendam, 26. Feb. 1571.

Si Parrochia insufficiens sit ad sustentandum Curionem, prouide decretum fuit & prudenter *art.* 16. Edicti conditi ad postulationem & commonitionẽ Comitiorum prælatos procedere, oportere ad beneficiorum vnionem per distributionem decimarum aliosq; reditus iuxta formam Sanctorum Decretorum. Quod si nullæ decimæ sint, in earum defectum alia emolumenta per æquipollens assignari possunt: velut Arresto 13. Decemb. 1565. ad supplicem quendam libellum pendente lite decretum fuit Curionem S. Innocentii dimidiam partem oblationum & aliarum obuentionum capturum aduersus Canonicos S. Opportunæ, Curiones primitiuos prædictæ Ecclesiæ: & quoniam vnio difficilis executionis est, vt pote quæ in præiudicium tertii fieri non possit, neque citato eo cuius interesse possit, ideo ratio seu remedium prõptissimum succurrendi pauperi Curioni ad ipsius sustentationem est vt eius superiori libellus seu preces offerantur, quo videlicet consequatur portionẽ exiguam ex decimis si quæ sint, vel prouisionem alimentorum aduersus parochianos ipsius, non obstante oppositione aut appellatione quacumque, interea dum ei melius consulitur. De quo datum fuit Arrestum declarans prædictam constitutionem 21. Iunii 1593. Quinimo concilium Tridentinum, vt huiusmodi querelis & incommodis occurreret, decreuit, deinceps pro[illegible] beneficii non faciendam, nisi quo Curio sustentari posset.

Curia Parlamenti Parisiensis considerans, quantum ex vtilitate reique publicæ sit, Præceptores & Ludimagistros habere ad erudiendam iuuentutem, quæ Reipublicæ seminarium est, illustrando seu declarando intẽtionem articuli 9. Edicti promulgati ad postulationem Comitiorum, fundati in titulo *de magistris, ne quid exigatur &c. in decret. & Clement.* decreuit 14. Martii 1566. pro Maioribus & Scabinis Ambianensibus, præter maiores scholas, insuper de cætero habendam domũm separatam & Præceptorem qui ex reditu Præbendæ vnius sustentaretur, ad gratis erudiendos infantes elementarios: atque interea dum aliqua primaque Præbenda vacaret, Episcopum teneri prorogare quantum ad prædictam Præceptoris sustentationẽ annus reditus ascenderat.

Simile Arrestum datum fuit 4. Augusti 1564. aduersus Episcopum Bellouacensem. 4. Decemb. 1564. aduersus Suessionensẽ. 7. Augusti 1565. aduersus Syluanectensem: & postea deinceps alia ad eundẽ finem subsecuta sunt. Eadem opera iniunctum fuit incolis prædictarum ciuitatum prædictis electionibus insistentibus, vt vna præbenda Ecclesiæ Cathedralis contenti essent, neque Collegiales eodem fine cogerent. Præterea notandum est, opinioni Episcopi & Capituli relinqui, Præbendam conferre, vel stipendium ex eius reditu soluere. Arresto quod datum aduersus Præceptorem Abbaurlanum 11. Ianuarii 1569. Neque etiam conuentio Canonicorum integræ sorti prædicti reditus præiudicare potest, neque quidquam ei detrahere, quin ad eam redire liceat. Iudicatum pro Præceptore Caluimontii in Bassigniacensi prouincia

De Valore Beneficii.

uincia 13. Maii 1571. *vide articulum* 3.5.23.14. Edicti Blesensis. Singulare est Arrestum 27. Iulii 1583. quo decretum fuit, alium quam Religiosum mendicantem eligendum, etsi Ecclesia collegialis Castellerautii nonnisi duodecim in vniuersum constaret.

Decretentione pensionum super beneficiis Curionum.

Etsi pensiones super parrochus ereatæ perniciosæ sint, intolerabiles, plenæ abusus, & ordinariè extinctioni obnoxiæ, nominatim cū resignans non mag num ius in iis habet, vel etiam parochia exigua admodum valoris est, & insufficiens ad honestè sustentandum Curionem: nihilominus Curia hanc resolutionem semper limitauit exceptis pensionibus factis & constitutis veris titularis resignantibus ex iusta causa: qui ob defectum solutæ pensionis ad minimum ad beneficia redeunt. Exemplum esto, Curio vicario suo retenta pensione resignauerat & in eius defectū regressum stipulatus fuerat. Vicarius in fraudem domini sui & ad eum frustrandum condemnari se passus est per conclusioné in fauorem Deuolutarii. Curia ius dicendo super appellatione interposita à sententia tam à Vicario quam à Curione 10. Decembris 1565. appellantem Vicarium & collndentem in multam & expensas condemnanit dixitque Curionem ad beneficium suum regressum habiturum. Quod de simplici resignatione dicitur, idem & per mutatione facta pensionis retentione intelligitur. In fortioribus terminis inter Arresta generalia mensis Septembris eodem anno, pronisfo quidam per mos tem resignatarii, q promissis erga resignantem suom non steratar, nulla declarata, & Curio in Beneficium suum restitutus fuit. Et necesse est in huiusmodi causa in quibus neque dolus neque fraus à patre creditoris intercessit, debitor pensionis vel solut vel recotcedat. Ea de causa Curia consueuit ex æqui tate quadam naturali partes in eum statum reponere in quo erant ante resignationem vel permutationem, idque ob defectum continuatę pensionis: qua de re singularia Arresta extant de 26 Feb. 1566. & de 14. Feb. 1569. de 7. Decem. 1573 Aliud foret si tertius prædicta pensione seu grauatus esset, ex quippe facile se exoneraret, & facile admitteretur appellans tanquam ab abusu, vtpote cum huiusmodi conuentio noonisi personalis sit. Et vero 28. Maii 1574. Curia litem terminando à creat. one huiusmodi pensiones tanquam abusiua & reprobata absolum quendam appellantem, condemnato appellato in expensas, Edictum Blesense postea reuocationi immodicatum pensionum prospexit.

De dispensatione residendi in Parrochiis.

Quanduquidem complures Canonici malitia sesui abutentes, & *articulo* 5. Edicti conditi in conciliis Regni promiscuè à residentia Parrochiarum suarum sese dispensare nituntur, eo obtento quod in duob. locis deseruire non possunt. Curia huiusmodi abusus emendare cupiens, limitando & interpretando prædictum articulum, sæpe huiusmodi dispésationem ad Canonicos insignium Ecclesiarum restrinxit in quibus prædicti Canonici p vtilitate publica occupati esse possent. Idque sub onere Vicarios sufficientes & idoneos delegandi in prædictis Parrochiis. Alioquin ob defectum residentiæ temporalis prædictorum Curionum Canonicorū capi possunt.

Et vero cum ab huiusmodi capione quidā appellasset eo prætextu q Præbēdarius esset in patria quadā Ecclesia Pictauensi, in multā condēnatus fuit 21. Martii 1565. Neq; tamen hæc capio locum habere potest, aduersus eos, qui fonticam causam habent, qui morbo, vel senectute impediuntur dummodo idoneos substituant Vicarios prout iuxta *articulum* 7. eiusdem Edicti iudicatum fuit Arresto 13. Iunii 1564. Et determinatū Cōcilio Tridētino, sessione 6 7.23.

Notandum est, & illud obiter huiuscemodi, capiones nonnisi à Iudicibus Regiis fieri posse, eosque quorum pignora capta ingressum habere omnium expensarum, damnorum, & interesse aduersus Iusticiarios non Regios pignora capientes, vt fidem facit inter cetera Arrestum Decani, Mumbrisonū 18. Feb. 1571.

Quod ad abbatem attinet, paratum residere in Abbatia sua is impedire potest nec dimisso. & separatio aliqua temporalium prædictæ Abbatiæ fiat, quātumuis id permittatur Oeconomis, & mandatariis patrium conuentione Et vero Abbas de l'Estoille in Prouincia Pictauiensi Arrestum emeruit paratus in Abbatia sua residere, atque id offerens & Religiosis iniunctum fuit vt ipsi obedirent, vicissim ipsi, vt eos bene haberet 20. Feb. 1564. Videatur & Arresta 14. Edicti Blesenis aduersus artic. 5. Aureliaensē.

Sciendum tamen est omnibus Ecclesiasticis quib. cura animarum, atque aliorum regimen commissum est, generaliter residendum. Iure diuino plusquam necessariam esse, non equidem, vt desidem vitam agant. Verum vt verbum Domini anuntient. Sacramenta admonistrent & cibo Spirituali Populum pascant, vide *Leuitic* 8. de residentia debita Tabernaculo. *Ieremie* 23. *Ezech*. 34. *Zach*. 11. *Isa*. 19.56. *&* 5 *Ioan*. 10. *&c*. Ec complures textus in quibus Pastores non residentes neque vigilantes mercenarii vocantur, oppressores, excoriatores, Idola Pastorum, &c.

De indultis Monitoriorum.

Quoniam Monitorium præcursorium est, & processus excommunicationis *C. Sacro approbante concilio de sententia excommunicationis, &c*. Non frustra est quod decreto Commitiorum *art*. 16. huiuscemodi decretum, & permissio eatenus concessa fuerunt, vt tantum vti liceret in casu criminis, vel scandali publici, &c. ad reuelandum aliquod delictum & iniuriosam offensam occultam, cum Reip. intersit maleficia puniri.

Verum ad deregenda maleficia cauendum est, ne huiusmodi literis Monitoriis quisquam nominatim noretur, designetur, describatur, diffametur. Alioquin abusiuæ declarabuntur, neque eæ visurpari debent nisi ex necessitate, & in defectum aliarum probationis, & cum singulari prudentia & discretione.

Ac nominatim prædicta Monitio nulla foret, si in materia Ciuili probationis ergo impetrata fuerit. In materia quippe Ciuili partes se mutuo interrogare possunt, atque aliunde probationes conquirere, veluti, vt sciatur quinam heredes & possessores sint, &c. Vel virum hic vel ille huius vel illius præiudicio locupletatus fuerit, pro primo casu vidi Arrestum dati singulis 16. April. 1567. pro posteriore 7. Iunii 1574 vbi dictum fuit in omnibus & per omnis malè & abusinè processum fuisse, &c. Viaque ordinaria sibi prospicere, & consulere permissum.

Item si textus, vel decretum Monitionis contineat, vel nominatim, vel facta descriptione partes aduersus quas litigatur. Et si Monitio scandalosa nō sit, vt abusiua declaretur, ad minimum appellatio in irritum deducitur, neque enim vlla ratio habetur, saluo aliam repetendi meliore forma Iure: prout sæpè definitum fuit in Audientia maioris Cameræ Parlamenti Parisiensis, & nominatim 27. Decem. 1570. Quandoq; cū Officialis culpa est, qui literas Monitorias male concepit, & absq; causa partes, & litem in alicuius infamiā expressit, declarando abusum, & Monitioné impetrantem condemnando, si non regressus expensarum, damnorū, & interesse reseruari solet aduersus Officialem, non tanq̄ Officialem, ve-

rum proprio, & priuato nomine suo, prout pensò consilio iudicatum fuit in Audientia Catholicianorum subsidiorum 18. Decemb. 1573.

Similiter interdictum, seu interdictio & suspensio à Diuinis velut nuntia & præcursor excommunicationis, facilè abusiua declarari potest, quãdo videl. nulla rebellio intercedit, nulla contumacia vel inobedientia manifesta in re momenti alicuius, neq; alia ratione probabilis. Et verò appellatio velut ab abusu Canonici cuiusdam de Vertieres interdicti collegarũ suorum nomine cum Lugduni repertus fuisset ob nõ solutam portionem congruam in quam capitulũ sob pœna interdictionis condemnatum fuerat, in iudicium deducta fuit, & Canonici cõdemnati fuerunt ad solutionem intra mensem, quo elapso integrum iã esset Curioni pignoratione, seu capione temporalium sibi consulere. Idq; iuxta *cap. de interd. non leu. ponend. in pragmatica sanctione*. 20. Iulii 1574. Super appellatione tanquam ab abusu ab annulto & executione cuiusdã Monitorii quo cuidam excommunicatio denuntiabatur, nisi expensas quasdam solueret 11. Decembr. 1569. dictum fuit malè & abusiuè decretum, &c. nam si ob expensas incarceratio vsurpari non potest, quãto minùs excommunicatio: adde quod ad bona recurrendum sit implorato brachio seculari. Vide quæ alibi scripta extant de censura Ecclesiastica.

De collatione Beneficiorũ. Quamuis Papa ordinarius ordinariorum habeatur & censeatur, iuxta *cap. si à sede, &c.* iusque habeat conferendorum Beneficiorum per præuentionem: attamen Curia Parlamenti quantũ potest libertatum Ecclesiæ Gallicanæ custodiens, prouiso ab ordinario loci & prouinciæ semper fauet, siue is qui prouidit patronus sit, siue Prior Abbas, capitulum aut Episcopus, adiudicata prouiso, si controuersia sit momentanea possessione: prout iudicatũ fuit 11. Ian. 1564. pro Ioanne Antorantio, aduersus prouisum quendã à Papa per præuentionem: idemq; dictum fuit pro Beneficio S. Christophori in prouincia Andegauensi 3. die Febr. 1563. Vel etiam prædicta Curia simul & semel prædictum prouisum ab ordinario manutenet in pleno possessorio: vt euenit 7. die Maij 1568. Et sanè iuxta vetus ius Canonicum, & secundum postulationẽ piorum Patrum Pragmaticæ, itemq; Edicti Aurelianensis tempore, non obstante moderatione & derogatoria eius posteà in fauorem Papæ admissa, vtilissimum foret, præuentiones per vsurpationem & in præiudicium Collatorum ordinariorum abusiue introductas, excepto casu negligentiæ & incapacitatis, aboleri, antiquari: quo videl. vnicuiq; sua constaret iurisdictio, neq; cuiquã temerè manus imponerẽtur.

De pactis retrocessionis vel regressus Beneficiorum. **Pacta** *retrocessionum*, veluti regressuum beneficiorum, pessimi exempli sunt: vtpote quibus occasio præbeatur paciscendi de iis quæ extra hominũ commercium sunt, atq; hæreditarium iã reddendi, quod nonnisi personale & temporale est pro debito & officio personarum. Nihilominus prædicta retrocessio tribus potissimum casibus toleratur: quando videl. resignans grauiter ægrotat, vel nondum legitima ætate est, atq; ita veluti deposito & fidei committit Beneficium suum. His casibus, vbi resignans conualuit, vel legitimæ ætatis effectus est, & ad Beneficium suum regredi vult, resignatarius velut depositarius & fiduciarius beneficium ei retrocedere cogitur, siue velit siue non. Præter notissimum Arrestum de Curationa S. Innocentii quoad primum casum, vidi pro secundo caso 20. die Iulii 1573. momentaneam possessionem adiudicari filio defuncti Prælidis Dormii, aduersus Pædagogum, cui Beneficium suum commiserat, quiq; mandatum inficiabatur. additumq;, ob perfidiam, eum in persona se sistere debere. Idem dici potest de eo qui per vim resignare coactus fuit: is quippe ad prædictam retrocessionem agere potest, vel etiam interdictum recuperandæ possessionis impetrare. Canonicus quidam S. Martini Turonensis, cum hanc postremã viam & rationem delegisset aduersus eum cui præbendam suam resignauerat, quiq; hunc etiam eius quippiam incarcerari curauerat, atque iam carcere solutus libellum Curiæ obtulisset, pendente allegationum contrarietate, ad quarum probationem partes admissæ fuerunt, dictum fuit in audientia, resignantem interim ad Beneficium suum regredi oportere 24. Maii 1565. Id quod sæpius posteà obseruatum & iudicatum fuit. De cætero reseruationes prohibitæ sunt *Art. 7. Blesensi*.

De Constitutione qua prohibent Curionibus Vicariis vel aliis Ecclesiasticis ne testamenta aliorum excipiant seu perscribant. Articulus 27. Constitutionis Aurelianensis, quo prohibentur Curiones, vicarii, aliiq; Ecclesiastici, testamenta & alias vltimas voluntates, veluti codicillos, donationes, &c. in quibus ipsis aliquid legatur vel donatur excipere seu scribere, iustissima & æquissima, & conformis rationi *tituli de his qui sibi adscribunt in testam.* quo videlicet fraudibus & inductionibus occurratur, neve occasio præbeatur ægrotos ad illicita pelliciendi, veluti ad liberorum & parentum iniuriam, & ditandos seu locupletandos extraneos specie & obtentu religionis: quod legatorum genus à D. Hieronym. *ep. ad Nepotianum* summopere improbatur. Attamen id non ita crudè accipi oportet, vt non possit Testator ipsimet Ecclesiæ donare vel legare; superiorumq; intelligenda sunt, si Presbyteris ipsis priuatim aliquod relinquatur; alioquin si legatum corpori vel collegio Ecclesiastico fiat, testamentum nõ ideo minus iustum & legitimum est, velut conditum iuxta solemnia & ius Canonicum, in omnibus penè consuetudinibus conforme. Iudicatum ita in Audientia super testamento scripto à Curione, 2. die Aug. 1568. Aliud foret, si prædictus Presbyter nudus in eo testis & legatarius esset: hoc quippe casu valet legatum ex dispositione. *§. legatarii Instit. de testam.* Vide 63. articulum Edicti Blesensis.

De prohibitione facta Ecclesiasticis ne cædant arbores eminentiores. Quemadmodum interdictio Ecclesiasticis facta, ne cædant aut vendant ligna seu arbores eminentiores, exceptis caducis iuxta articulum 29. Edicti Aurelianensis, æquissimis rationibus oritur, ac nominatim, quod huiusmodi res immobiles censeantur, neque alienari possint; Ita hæc constitutio siue interdictio sæpe Arrestis proposita pœna confirmata fuit: velutin Audientia 7. die Maii 1565. quinimo magis adhuc & expressius Diplomate Regio non ita pridẽ insinuato, approbato in Curia Parlamenti mense Augusto & Nouembri in sede mensæ marmoreæ Aquarum & syluarum an. 1573. quo decernitur, deinceps nonnisi syluas cæduas ordinariè cædi posse eædemq; interdictiones Ecclesiasticis iterantur, ne vendidisse, aut cæcidisse arbores eminentiores absq; venia Regia velint: & syluis cæduis vtantur, velut boni patresfamilias nec immoderate, &c. Quantum verò ad caducas arbores, vi & tempestate ventorum deiectas attinet, prædictos Beneficiarios iis non vsuros, nisi ad vsum suum tanquam vsufructuarios, reliquo penes Ecclesiam remanente, iuxta *l. arboribus l. Proculus ff. de vsufructu, &c.* Expressior adhuc super hac re determinatio seu definitio, continetur Diplomate Regio de mense Iunio 1579. & altero mense Martio 1583.

De Iustitia & Politia.

Quando Officia vacantia. In quæstione & dubio, quando Officia vacantia dicantur vt supprimi possint vel reduci, iuxta articulum 30. 39. 50. Edicti Aurelianensis, interpretatio,

quæ

Interpretari possint vel non.

quæ ex compluribus Arrestis desumetur, hæc est, quod talis vacatio communiter & ordinarie intelligatur de vacatione per mortem & delictum, iuxta Constitutiones quæ agunt de destitutione & priuatione Officiariorum Regiorum, quæ vtique nonnisi in his duobus casibus locum obtinent: Attamen Curia suppressiones semper adeo fauore dignas credidit, vt Diplomata Regia, quibus pretium solutum refundere se paratum profitebatur, inconstanter adprobauerit, iustaque ea vniuerit, consolidauerit, suppresserit, & prouisum coëgerit precium oblatum recipere, si videlicet officium nouum esset supernumerarium & extraordinarium, & non aliter: prout limitatum fuit Arresto Inquisitorum de Loches 10. Febr. 1563. quo fruitio prædicti officii velut antiqui adiudicata fuit aduersus Locumtenentem generalem. Viceversa Arresto repulsam passus est qui codicillos meruerat Locumtenenus Generalis quatuor ciuitatum, & Balliuius Bergeracensis aduersus hanc nouam erectionem manutentus fuit. Parem reapse repulsam passus est inquisitor Montargiensis qui de nouo institutus fuerat, 5. Februarij 1571.

Quantum ad resignationem officii pertinet, mors Resignatarii prædictum officium per mortem vacare non facit, nisi Resignatarius admissus iam fuerit & iusiurandum præstiterit: alioquin resignans semper in possessione manet: prout solemni iudicio iudicatum fuit in Curia Catholicianorum 27. Maii 1573 pro quodam nomine Plessæo, qui alteri resignauerat post mortem primi resignatarii sui nondum admissi, cum selecti frustra contendissent prædictum officium per mortem velut vacans supprimendum. In materia Beneficiali vacat ipso iure beneficium, quando resignatio iam acceptata fuit, quantumuis possessio capta non fuerit.

Nisi oblata pretii restitutione, Curia non facile superstitum officia supprimi patitur, quantumuis de nouo & recenter instituta fuerint: nec etsi nonnulli per modum delegationis instituta fuerint: verum ex æquitate permittit, vt quisque toto vitæ suæ tempore fruatur, seu in possessione maneat: prout decreuit pro Locumtenente particulari Stampensi aduersus Generalem 22. die Februarij 1564.

Hæc suppressio & consolidatio intelligenda est, non tantum de Magistratibus singulis, etiam Præsidialibus, verum etiam de tota statione & Tribunali Præsidiali: nam si iudices sufficienti numero non sint, non possunt ii qui supersunt alios substituere neque eligere ad hoc Aduocatos fori sui seniores, vt præsidialiter iudicent & in vltimo districtu: verum intra terminos iudicum ordinariorum remanent: qua de re complurima elegantia Arresta data fuerunt, veluti 5. Febr. 1562. ac nominatim aduersus Castros Theodoricanos, 10. Aprilis 1564.

In Sedibus, Foris, Tribunalibus inferioribus & subalternis sæpè euenit, vt superstes vigore Rescripti consolidationis, præmorientis officium occupet: vt 5. die Maij 1567. dictum fuit, Præfectum Dulchiaci castelli in locum Locumtenentis particularis defuncti subingredi debere, seque Curiæ sistere ad examen subeundum, iuxta Edictum 1563. expressius & interpretatiuum artic. 50. Edicti Aurelianensis, Nihilominus Arresto paulo post dato pro Præfecto Rupellensi, id limitatum fuit ad Præfectus & Locumtenentes de nouo seu recenter erectos: i.e. post tempora R. Lodouici XII. Idque obseruatum fuit & exercitum seu iudicatum pro Chauniaco & Espernonio mense Martio 1575. & pro Nouioduno supra Sequanam mense Iulio 1558.

Hac suppressione comprehenduntur quoque Adsessores, Locumtenentes particulares & criminales: pro-

ut obseruatum fuit & iudicatum de Carnutensibus & Trecensibus &c. Vt & Locumtenentes Magistrorum particularium Aquarum & syluarum, prout iudicatum fuit de Locumtenente Senonensi 8. Ianuar. 1567.

Notandum quoque est, officium Præfecti Regii antiquum, officio Locumtenentis succedere debere & præferri Locumtenenti criminali: vtpote cum istud nouæ erectionis seu nouæ institutionis sit: & eueniente huiusmodi translatione, si Locumtenens particularis Præfecti sit, etiam in officium statum & certum erectus seu institutus, ad dies vitæ suæ admittetur ad exercendum officium Consiliarii seu Adsessoris. Ita prudenter definiuit Curia de Præfecto Autissiodorensi & eius Locumtenente 12. Iulii 1563.

Postea Edicto de consignationibus, quod publicatum mense Decemb. 1563. & expressius adhuc Edicto Ruscinonensi 1564. artic. 24. iuxta Aurelianense, art. 50. iniunctum fuit Dominis duos gradus iurisdictionis habentibus, vt vnum è duobus optarent: Quo casu iis Balliuium sibi retinentibus, is qui Præfectus erat, nomen & titulum Locumtenentis gerere debet: determinareque debeat ad instar Iudicum Regiorum, quoad exercitium lucra & emolumenta officii ipsorum pertinet, iuxta Arrestum quod datum mense Iul. 1574. inter Balliuium & Locumtenentem Pythiuiercensem. Quod si Locumtenens Balliui esset, antiquitatis & meriti ratio habebitur: qua de re Præfectus Colomiensis Arrestum prouisionale impetrauit, seu emeruit aduersus Locumtenentem Balliui 22. die Maij 1565. proinde antiquior manet, nisi in officio suo deliquerit.

Cæterum non possunt per destitutiones, Domini hunc ordinem & subrogationem interuertere: prout aduersus dispositionem Domini de Tremollia iudicatum fuit 12. die Aug. 1566. pro Goenu Præfecto, qui Seneschallus Mauleonensis mansit, & alter qui de eo prouisus fuerat, eius Locumtenens substitutus fuit.

Cum duo condomini in Balliuium duos diuersos elegerunt & optarunt, primus admissus & institutus excluso altero manet etiamsi primus prouisus fuerit: saluo ei iure exercendi officium Locumtenentis. Iudicatum 16. Iunii 1565.

Iuxta prædictum Edictum de consolidatione dnatuum, inquam, Iurisdictionum in vnum, Præfectus Balliuii etiam in diuersis locis, titulo Locumtenentis particularis insigniri debet, prout iudicatum fuit de Præfecto Cormeliensi in prouincia Parisiensi facto Locumtenente Balliui S. Dionysii & Locumtenens prædicti Præfecti suppressus fuit, 22. die Nouemb. 1565 Attamen huiuscemodi mutatio in præiudicium regiminis & vniuersitatis Ciuitatis in consuetudine fundatæ non obseruatur: prout iudicatum fuit pro Maiore & Scabinis Rhemensibus, 4. Decemb. 1564.

Quantum ad Aduocatum & Procuratorem Regium pertinet, quorum memorit *art.* 51. Comitiorum Regni, ii per mortem inuicem, seu mutuo succedunt, retento tamen ab vltimo superstite nomine Procuratoris Regii, prout obseruatum fuit inter cætera pro Dn. Nicolao Bartholomæo, qui cum Aduocatus esset in locum Procuratoris Regii, successit in Balliuiatu & Sede Præsidiali Siluanectensi, Arr. 17. Iul. 1566.

Attamen seculi nostri infelicitate factum est, eoque deuentum, vt nouis prouisionibus & erectionibus resuscitentur & reuiuiscant innumera officia quæ suppressa fuerunt: Verum agimus de eo quod plerumque fit, vel quod saltem fieri deberet. Hoc ipsum obseruari debet in terris affectatis mulieribus doariariis, vt definitum fuit & iudicatum pro Aduocato Regio Turonensi 15. Mart. 1565. Quantum ad destitutionem Officiariorum attinet, quantumuis in eo Officiarius — De destitutione Officiariorum.

Regius

Regius priuilegiatus sit, supra Officiarium alterius Domini, quod videl. nō possit destituere seu reuocare eum quē prouidit nisi ob delictum, vel malam versatinuē (qui tertius casus est, & addendus duobus casibus vacationis, putà, per mortē & resignationē) Viceuersa quamuis Dominus potestatē habeat destituendi, seu deiiciendi pro lubitu & arbitrio suo, quoniā pœnam malè iudicati ipse suffert, & notissimum est; deq; eo cōplurima Arresta memorari possunt, ac inter cætera Arrestum 3. Ian. 1569. pro doariatia Principis Portiani. Attamen Curia semper excipit eos casus qui Officiarios non Regios irreuocabiles faciunt, putà si remunerandi gratia seu ad compensanda officia præstita prouisi fuerint, vel etiam titulo oneroso, prout Iudicatum fuit 14. Maij 1565. pro Iudice Valdesensi qui officiū ea causa remuneratoria nactus erat, isq; manutentus fuit in officio suo, inuito Comite de Roissi, qui eum officio suo deiecerat. Similiter iudicatum fuit aduersus Dominum de Tremollia, 12. Aug. 1566. idemq; iudicatum infinitis Arrestis præcedentibus & subsequentibus. Pariter non possunt Iudices superiores prædictorum Dominorum officius suis inferiores deiicere absque iusta causa & citra querelam Procuratoris Fiscalis, vel mandatum speciale prædicti Domini. Hac de causa 20. April. 1564. Locumtenens generalis Castri Theodorici in expensas damna & interesse Præfecto Condæensi quē is deiecerat, seu qui Magistratum abrogauerat condemnatus fuit.

Pariter appellantes admittuntur, atq; officiis suis restituuntur auctoritate Curiæ ii, qui à dominis temere deponuntur, & ea causa infamante sub falsis notoriis & relationibus & citra probationem malè gestæ administrationis in quod Dominis inquirere permittitur, ac iure enim prædicti appellātes, vt sæpius perperā officio deiecti declarantur, & officiis suis restituuntur. Prout iudicari vidi aduersus abrogationē officii factam ab Episc. Pictauiensi Domino Chaugnacēsi 17. Decemb. 1573. & alteram factam à Mareschallo Mommoranceo 19. eiusdem mensis eodem anno.

Eadem potestas Dominorum (in destituendis officiariis) non modo vsufructuariis, & doariariis cōpetit, vt Arresto iudicatum fuit inter cætera pro Regina Nauarræ 3. Febr. 1567. verum etiam Tutoribus & curatoribus: à quibus quod hac parte factum est à pupillis, vbi adoleuerint, aliisve tutoribus reuocari non potest. Ita iudicatum Arresto pro Cardinali Borbonio, substituto in locum Reginæ Nauarræ anno 1570. & postea expressius adhuc 27. Februar. 1574.

Si controuersia sit inter condominos super prouisione Officii, notandum est euremaricum seu cautela Arresti maioris Consilii 9. Ian. 1553. quod datum in simili controuersia inter cohæredes electi, quibus iniunctum fuit vt in cœtum enirent, & officiarium eum manere debere qui plura suffragia seu puncta tulisset.

De suppressione vide caput generale Edicti Blesensis: cui tamen subsequente declaratione derogatum fuit.

De residentia Officiariorum.

Antiqua Philippi Pulchri constitutio (firmata. & ampliata constitutione Francisci I. 1539.) sanctissima est: qua Iudicibus & officiariis iniungitur, vt ipsimet per se officia sua exerceant seu administrant, cum debeant residentiam & obsequium personale: sic vt Locumtenentem seu vicarium delegare non possint, præterquam in casum morbi vel legitimæ absentiæ. Id quod sæpius aliis constitutionibus confirmatum fuit, veluti Aurelianensi *art.* 48. aliisq; præcedentibus & subsequentibus, veluti Blesensi *art.* 136. iuxta *l. 1. ff. de offic. Conf. l. 1. ff. de off. eius cui mand. iur. & l. is cui ff. ex quib. causis maiores: & auth. vt nulli Iudici liceat habere,* &c. Et tamen, si residere & administrare officiarius actu negligat, Iudex superior non statim inferiori suo magistratum abrogare debet: verum ei mandare seu iniungere debet, vt veniat ipsa administraturus intra certū tempus, *alias* nisi venerit, fore vt aliter prospiciatur & officio cōsulatur vt à Curia factū, sententiā Iudicis cuiusdā subalterni reformando 23. Ianuar. 1563.

Fortius adhuc seu in fortioribus terminis non potest delegatus ob non residentiam interdicto experiri neq; prouisionem suam vrgere in locum absentis, neque impedire quominus officio suo restituatur: Et vidi ipse interdicto experientem huiuscemodi quendam & impetrantem repelli, & in multam, expensas, damna & interesse condemnari 15. Maij 1564. videatur hanc ad rem art. 136. & tres sequentes Edicti Blesenses.

Cæterum quando Constitutionibus cauetur, vt antiquior fori pragmaticus in defectum & absentiam Iudicis, Iudicis partes suppleat, id intelligendum est secundum qualitatem & distinctionem graduum. Igitur si Aduocati, quantumlibet iuuenes sint, semper Procuratoribus præferri debet prout iudicatum fuit pro D. C. Peletario Domino de Crecy aduersus cæteros pragmaticos 22. Maii 1571.

Limitatio priuilegii pariatus.

Priuilegium Parium Franciæ velut primorum, nobilium antiquissimorum Consiliariorum & Iudicum Curiæ Regis magnum est & fauore dignissimū, præsertim in materia iurisdictionis, vt videl. in omnibus causis suis spectantibus iura Pariatus sui seu Patriciatus fori maioris Cameræ Parlamenti Parisiensis præscriptionem habeant & in prima instantia, prout satis notum est. In huius rei consequentiam possunt pariter iidem *omisso medio* ex iisdem causis subditos suos trahere ad insigniorem Iudicem iurisdictionis suæ. Prout iudicatum fuit pro Cardinali Castilloneo, cum subditos suos Bilencourtianos citasset, seu traxisset coram Balliuio Bellouacensi, quo Arresto remissi fuerunt 11. Decemb. 1564. Attamen prærogatiua hæc, seu priuilegium vt videlicet fori Curiæ præscriptionem habeant & quidem directo & immediate non trahitur seu extenditur ad subditos inter se contendentes, & si eiusdem Pariatus seu Patriciatus sint: verum ii apud Iudicem ordinarium disceptare debent, atque inde per viam appellationis Iudices Regios superiores adire. Ea de re singulare Arrestum datum fuit 19. Nouemb. 1565. aduersus nonnullos subditos Cardinalis Lotharingiæ, qui sese subducere volebant à Iurisdictione consueta & ordinaria, quo à Curia remissi fuerunt. Paulo post processit simile Arrestum aduersus alios quosdam priuatos Comitis Bellouacensis 17. Decemb. eodem anno.

Præterea Pares non possunt constitutiones seu decreta edere, neque priuilegia in Territoriis & districtibus suis indulgere, neque hæc potestas ad alium quàm Regem solum spectat, & ad Curiam abusibus ea in re occurrere: de quo fidem facit Arrestum de 9. Februarii 1569. Quod datum ad appellationem Sartorum Niuarnensium, quibus Dux Niuernensis interdixerat, ne tibialia conficerent eo Iure tributo certo cuidam Artificum numero huic vnicæ rei operam dantium. Id quod adeo mali exempli visum fuit, vt in causa appellationis Curia decreuit informandum esse super commoditate &c. Interea partibus integrum esse artificium suum exercere, prout exercebant ante interdictionem Ducis.

Cæterum Parium institutio potissimum accepto ferenda est Regi Philippo Valesio qui octo Pares Franciæ creauit.

INDEX

INDEX RERVM QVÆ IN ARRESTIS PAPONII NOTIS, ET APPENDICIBVS CONTINENTVR.

C[illegible]

Exe-

I N D E X.

F.

Fideiussor

G

Graduatus

I N D E X.

N.

O.

P.

ocura.

Raptus

I N D E X.

S.

Quomo-

INDEX.

V.

INDEX.

FINIS.

